BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 F
40

13.h. G. 61

Digitized by Google

DECISIONES
S.RÆ ROTAE ROMANAE
Coram R. P. D. bon. mem.
COELIO BICHIO
PATRITIO SENENSI
AVDITORE CELEBERRIMO
Cum Argumentis, Summarijs, ac Indice locupletiſsimo
IN DVOS TOMOS DISTINCTÆ.
TOM. PRIMVS.

CARMELITANI SCALZI
DI S. MARIA DELLA SCALA



ROMÆ,
Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.
M. DC. LXXI.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

EMIN.^{MO} AC REV.^{MO} D.

D. COELIO PICCOLOMINEO S. R. E. CARDINALI ET ARCHIEPISCOPO SENENSI

F.

OPTANTI mihi, vt Typographia mea egregium aliquem partum, ad perpetuum argumentum obſequij erga Te mei, tuo Nomini conſecraret, Eminentiſsime, ac Reuerendiſsime Domine: diuino datum conſilio reor, vt is tandem prodierit, quem ego prorſus optaueram, PRIMA SCILICET PARS DECISIONVM, nunquam hactenus impreſſarum, vnius ex pręcipuis Auditoribus Romanæ Rotæ. Hoc Opus

tanti faciunt ſapientiſsimi quique, vt, quot in eo ſunt Deciſiones, tot in eodem numerent Iuris non oracula, ſed miracula. Ego quanti illud ſit, ruditer quidem, ſed luculenter expediã, ſi vulgari Sculptorum Epigraphe vſus, Tibi dixero: Eſt Opus Cœlij Bichij Fratris amitini Tui; Cum enim Cœlium Bichium dixi, Virum dixi, qui, in peritia Iuris vtriuſque, Vnus omnia potuit. In ipſum quippe Vulpiani pondus, Papiniani acumen, & cuncta veterum, nouorumq; Iuris conſultorum decora confluxiſſe, nemo ibit inficias, modò Peritorum de ipſo iudicia, ſenſuſque meminerit, ſæpe mirantium, vndenam in decidendis cauſarum nodis tàm ſolidè à Bichio iungeretur Ius cum Ratione, Ratio cum Veritate, Veritas cum Ordine, Ordo cum Breuitate, &, quod difficillimum, ac proinde rariſsimum, Breuitas cum Perſpicuitate. Nec tamen id ita mirum apud eos fuit, qui Hominis Spiritum introſpexerant altius. Nam Bichius, Animam ſortitus ſuorum Natalium amplitudini parem, ſicut ambitu capaciſsimæ mentis facilè complecti potuit duas illas inter ſe diſtantiſsimas Prudentiæ ſpecies, Prudentiam Iuris in decidendis ciuilibus cauſis, & Prudentiam Regni in adminiſtrandis politicis rebus, ita, potuit facilè ſibi comparare ſummum illum æſtimationis publicæ gradum, ob quem deinde, ſiue Proauditor Apoſtolicæ Cameræ, ſiue Auditor Rotæ Romanæ foret, ab Vrbano VIII. ſemper inter prima ſui ſæculi Capita eſt habitus; ſemper ad grauiora Eccleſiæ Principumque negotia expedienda conſultus; ſemper ita laudatus, probatuſ-

que,

que, vt in arduis deliberationibus capiendis Pontifici ſapientiſsimo ſæpe Bichij exiſtimatio, fides, auctoritas pro ratione ſufficeret. Sed quoniam ita comparatum eſt, vt huius generis Viri, apud nos immortales eſſe non poſsint, in id vnum ſtrenuè connitendum, vt omnino non pereant, vt non ex toto amittant communis lucis vſuram, vt nobis, ſi minus in Scriptis, in ſuis ſaltem Operibus aliquatenus viuant, ac ſuperſint. Quæ quidem à me ita dicuntur, Eminentiſsime ac Reuerendiſsime Domine, vt interim planè ſentiam, huiuſmodi beneficium Cœlio Bichio non expectandum ab vmbra Typorum meorum, ſed à claritate dumtaxat Nominis Tui. Hoc enim Opus nunc verè primùm Publico lumini datur à me, cum primùm à me exibetur Tibi. Nam quæ Chriſtiani Orbis plaga tàm remota, cui meritorum Tuorum non aliquis ſplendor affulſerit? Pontifici Romano primùm conſtitutus à Secretis ſupplicum libellorum, quoties Tu, ad vota totius Mundi ſuſcipienda, extendiſti cum Sole manus? Mox Nuncius Apoſtolicæ Sedis miſſus in Galliam ad Chriſtianiſsimum Regem Ludouicum XIV. quot, & quàm illuſtria edidiſti Prudentiæ, Fidei, Conſtantiæ Exempla, non ſolùm in difficillimis planè temporibus, ſed in Regno quod nulli ſecundum eſt, & in quod oculos cætera omnia intendunt? Denique ab Alexandro VII. Pontifice Maximo inter Purpuratos Patres, hoc eſt, inter maiora Eccleſiæ Lumina, cooptatus, in hac Eminentia dignitatis mirè conſpicuus, Legatione per Flaminiam fæliciter obita, & Patriæ

Sedis

Sedis Archiepiſcopatu cum acclamatione ſuſcepto, an non omnibus ſplendidè oſtendiſti, Cur ad Vniuerſam Eccleſiam dirigendam Piccolomineas Lunas, in Vicarias Solis, non ſemel elegerit Deus? Eſt igitur, Eminentiſsime, ac Reuerendiſsime Domine, non ſolum cur ego benignitati Tuæ omnia debeam, ſi à me oblatum Tibi huius Operis munus non dedigneris admittere: ſed etiam cur maximè gratuler inclito Operis ipſius Autori, cui, ad viuos redeunti, à conſanguinea Piccolominearum Lunarum claritate par lumen inuenerim. Vale.

Romæ die 31. Auguſti, anno 1671.

Eminentiæ Tuæ Reuerendiſsimæ

Seruus Humill.^mus addict.^mus obſeq.^mus

Zenobius Maſottus.

PRI-

PRIVILEGIORVM SVMMA
Pro Impreſſore Camerali, & Vaticano.

CLemens Papa Octauus Diplomate ſanxit ne quis citra voluntatem Dominici Baſæ, olim in Typographia Vaticana Impreſsoris Sacram Bibliam, Concilia Generalia, Epiſtolas Decretales, Libros ad Eccleſiaſticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina; Libros etiam cuiuſcumque generis, vel nouiter ab ipſo edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiuſque Voluminis imprimat, vel impreſſa venalia habeat. Quod Priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelfi I. V. D. ac Impreſſoris Cameralis tranſtulit, indulſitque. Idem Gregorius Papa XV. litteris expeditis ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ ſententiæ pœna puniuntur. Quod ſi in terris S.R.E. ſubiectis id contigerit, confiſcatione etiã Librorum, ac quingentorum ducatorũ auri ſolutione mulctabuntur, vt latiùs patet in litteris ipſius Gregorij Papæ ſub datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 21. Octobris 1621. Pontificatui ſui anno primo. Ac idem Vrbanus VIII. peculiaribus litteris datis apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 23. Maij 1628. Pontificatus ſui anno quinto in fauorem Andreæ Brogiotti Impreſſoris Cameralis, & Vaticani tranſtulit, indulſitque. Ac iterum Innoc. X. peculiaribus litteris datis apud S. Petrum in fauorem Angeli Balladori, pariter Impreſſoris Cameralis, ac Vaticani; confirmauit ſub annulo Piſcatoris die prima Martij 1646. Et tandem omnia ſupradicta priuilegia, & gratias amplè confirmauit, & indulſit Alexander Septimus in fauorem Zenobij Maſotti, præſentis Impreſſoris Cameralis, & Vaticani, datis litteris die 14. Decembris 1663. Pontificatus anno decimo.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſsimo Patri Mag. Sac. Pal. Apoſt.

I. de Angelis Archiep. Vrbin. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Hyacinthus Libellus S. Palatij Apoſt. Magiſter.

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM

Vna cum Indice Cauſarum.

NEAPOLITANA CIMILIARCATVS.

Luna 15. Maij 1631.

Argumentum 1.

Subrogationi gratioſæ in ius defuncti locus non eſt in concurſu prouiſi ab ordinario vigore indulti conferendi beneficia litigioſa, nec tale indultum reſtringitur ad vacationem per ceſſum vel reſignationem, quando non continet ſimpliciter facultatem conferendi beneficia litigioſa, ſed generaliter & indiſtinctè quomodolibet vacare contingerint: prout nec minus indultum reſtringitur ad perſonam ſuperſtitis collitigantis; itaut ei & non alteri Indultarius teneatur conferre beneficia litigioſa, quando ex verbis apparet facultatem eſſe tributam conferendi quibuſuis perſonis. Collitigans tenetur petere ſubrogationem infra menſem, & menſis, de quo fit mentio in regula currere incipit non à die vacationis, ſed à die conceſſionis factæ tertio. Moleſtiæ extraiudiciales non impediunt curſum poſſeſſionis trieñalis, niſi ſint illatæ circa poſſeſſionem, vel fructuum perceptionem.

Velaterrana Prioratus.

Mercurij 15. Decembris 1638.

Argumentum 2.

Decemdium ad appellandum computatur non à die Sententiæ, ſed à die habitæ notitiæ, quando fuit proceſſum per contradictas vel per diligentias, quamuis citatio perſonalis præceſſerit, quia citatio efficit, vt valeat proceſſus, non autem quod citatus ſit verus contumax ad effectum, vt appellandi tempus currat à die ſententiæ; hæc tamen concluſio limitatur primo vt non procedat, quando reus fuit citatus perſonaliter, & citatio continet terminum peremptorium. Secundo limitatur, ſi citatus dolo cœpit latitare, ne perſonaliter citetur, tunc enim ne ex dolo commodum reportet, habetur pro citato perſonaliter.

Bononien. Iuriſpatronatus.

Luna 28. Martij 1639.

Argumentum 3.

Lis inter patronos ſuper pertinentia Iuriſpatronatus non efficit beneficium litigioſum; itaut ea pendente præſentare poſſint abſque vitio attentatorum, quicquid ſit quando lis pendet inter præſentatos. Patroni poſt inhibitionem rotalem præſentare prohibentur, quamuis lite pendente præſentare valeant, quia inhibitio efficit attentatum etiam quod ex ſola litis pendentia prohibitum non ſit. De non Iure collitigantis ad effectum vt reuocatio attentatorum retardari poſſit conſtare debet per rem iudicatam, vel partis confeſſionem.

Romana Fideicommiſſi de Zeſſiris.

Luna 30. Maij 1639.

Argumentum 4.

Subſtitutio fœminarum facta ſub conditione ſi inſtitutus ſine filijs maſculis deceſſerit expirat eo cum maſculis decedente, ea ratione quia defectus filiorum refertur ad certum & determinatum tempus mortis hæredis inſtituti, quo caſu ſufficit de eo tempore maſculos extitiſſe ad excluſionem ſubſtituti quamuis poſtea defecerint: Si vero ſubſtitutio eſt indeterminatè concepta ſub coditione deficientiæ maſculorum locum habet quocumq; tempore maſculi deficiant etiam poſt mortem inſtitutorum.

Rauennaten. Saluiani.

Veneris 10. Iunii 1639.

Argumentum 5.

Maritus ſi promiſit correſpectiuè ad dotem receptam, vxorem non moleſtaturam aliquem ſuper bonis per ipsã prætenſis, talis promiſſio intelligitur matrimonio durante, non autem eo diſſoluto, & vxore ad ſecundas nuptias conuolante, & redditur ratio in deciſione.

Romana Diuiſionis.

Veneris 20. Iunij 1639.

Argumentum 6.

Donatio facta à Patre filio contemplatione matrimonij cum promiſſione, quod alij filij eam ratificabunt, ratificata cenſetur ex acquieſcientia, & taciturnitate longiſſimi temporis filiorum. Ad ratificationem inducendam ſufficit ſcientia actus ratificandi etiam deſumpta ex coniecturis. Actio familiæ Herciſcundæ, ſeù diuiſoria quanto tempore præſcribatur aduerſus non poſſeſſorem petentem diuiſionem? Ius adeundi ſpatio triginta annorum præſcribitur. Reliqua colllige ex Summarijs.

Bononien. Fideicommiſſi.

Mercurij 25. Iunij 1639.

Argumentum 7.

Filium naturalem alicuius quem eſſe ex quibus probatum remaneat? Fideicommiſſum ſimpliciter conſtitutum pro filijs maſculis abſque aliqua denominatione legitimorum, tunc appellatione maſculorum veniũt etiam filij naturales, præſertim ſi fideicommiſſum fuit à naturali inſtitutum, & reſpondetur obiectis in contrariũ adductis. Renunciatio quamuis ampliſſima reſtringitur ad expreſſa tantum, nec compræhendit Ius, ſeù fideicommiſſum à renunciante ignoratum ad quem effectũ requiritur ocularis ſiue intellectualis certa cognitio Iuris ex eo competentis.

Auguſtana Decimarum.

Luna 27. Iunij 1639.

Argumentum 8.

In ſummarijſſimo poſſeſſorio vnicus teſtis non ſufficit, quando contraria probatione eliditur. Epiſcopus iure proprio nullum habet intereſſe ſuper decimis, quæ ad Parochum ſpectant, & quartam ſibi de iure debitam à Parocho exigit. Confeſſio etiam iudicialis Procuratoris, non afficit principalem, niſi ſit coacta præcedente iuſſu, ac mandato Iudicis.

Romana Alimentorum ſcut. 1000.

Luna 27. Iunij 1639.

Argumentum 9.

Res iudicata dicitur inducta ſi appellans infra decem dies poſt datos reuerentiales appellationis cauſam non commiſit, excuſatur tamen ſi infra decem dies commiſſionem coram Regente Cancellariæ præſentauit, qui ſi fortè impeditus eam non ſignauit, ſola præſentatio ſufficit ad euitandam deſertionem.

Index Argumentorum.

Aeſina Bonorum.
Veneris 1. Iulij 1639.
Argumentum 10.

Saluianum interdictum non competit creditori poſteriori aduerſus anteriorem, & ex quibus creditum anterius iuſtificetur. Ceſſio iurium reportata à tertio non ſuffragatur niſi pro rata ſummæ ſolutæ nam in reliquo præſumitur ſimulata iuxta *text. in l. per diuerſas C. mand.* quæ duas in ventre habet limitationes alteram quando Ius cedentis eſt indubitatum, alteram verò quando ceſſio fit poſſidenti pro tuitione ſuæ poſſeſſionis, tunc enim ſimulationis præſumptio ceſſat apoca priuata licet careat requiſitis *l. ſcripturas C. qui potior in pign. habeantur*; tamen concurrit cum Inſtrumento publico, quando eſt adminiculata, & ceſſat ſuſpicio anti datæ.

Feretrana Alimentorum.
Veneris 1. Iulij 1639.
Argumentum 11.

Alimenta debentur vxori extra domum viri, ſi de eius cõſenſu diſceſſit, nam per talem conſenſum ei remiſiſſe videtur obſequia coniugalia, quorum contemplatione nonniſi in domo viri vxor regulariter alenda eſt. Item alimenta extra domum debentur, ſi vxorem ad maritũ redeuntem ipſa admittere noluit.

Roſſanen. Decimarum.
Lunæ 28. Nouembris 1639.
Argumentum 12.

Lis ad effectum reuocationis attentatorum introducta dicitur quoad ipſum impetrantem ex ſolo decreto citationis cum inhibitione. Commiſſio obtenta contra habentem aliquam dignitatem, afficit omnes in dicta dignitate ſucceſſores. Confeſſio propria non poteſt re non amplius integra, & ex interuallo reuocari non docto de errore, præſertim quando eſt adminiculata.

Regien. Beneficij.
Veneris 9. Decembris 1639.
Argumentum 13.

Incompatibilitas non inducitur per aſſecutionem beneficij ſimplicis requirentis reſidentiam, ſi tamen reſidentia non eſt præciſa, ſed tantum cauſatiua, quæ in dubio ſemper intelligitur, nec cauſat incompatibilitatem.

Feretrana Alimentorum.
Lunæ 19. Decembris 1639.
Argumentum 14.

Articuli quando continent materias obiectiuas, & criminoſas tunc ſuper illis non conceditur remiſſoria ſine fumo, & fumus debet eſſe talis, vt faciat ſemiplenam probationem, præſertim quando vehemens concurrit calũnia, vtpotè quia petitur poſt dedicta, & diſcuſſa dicta teſtium alterius partis, & ſolum ad euitanda fundamenta deciſionũ, & differendam expeditionem cauſæ. Prout etiam denegatur remiſſoria quando petitur contra propriam confeſſionem non dato fumo erroris.

Bononien. Fideicommiſſi.
Lunæ 23. Ianuarij 1640.
Argumentum 15.

Iuſpatronatus licet non tranſeat in fideicommiſſarium, ſed reſtituta hæreditate maneat penes hæredem directum; nihilominus à dicta regula receditur quoties conſtat Teſtatorem voluiſſe iuſpatronatus comprehendi in fideicommiſſo, & ex quibus talis voluntas deſumatur plenè in deciſione diſcutitur.

Auenionen. Pecuniaria.
Ven. 10. Februarij 1640.
Argumentum 16.

Intereſſe vt creditori debeatur ratione lucri ceſſantis, requiritur, quod creditor habeat promptam occaſionem dandi pecunias ad lucrum, quodque ob moram debitoris in ſoluendo dare non potuit, nec ſufficit probatio generica, quod in loco ſemper adſunt occaſiones inueſtiendi pecunias, quia ex dicta probatione reſultat ſolum potentia lucri, ad effectum verò vt debeatur intereſſe ratione lucri ceſſantis, requiritur potentia proxima, hoc eſt quod occurrerit occaſio alicuius particularis inueſtimenti, cui creditor pecunias deſtinauerat, & reinueſtire non potuit ob moram debitoris. Lucrum ceſſans, an pupillo debeatur ex ſola potentia remota reinueſtiendi.

Sabinen. ſeu Farfen. fideicommiſſi.
Veneris 2. Martij 1640.
Argumentum 17.

Subſtitutio compendioſa continet nedum fideicommiſſariam, ſed etiam vulgarem, & vulgaris ſubſtitutio intelligitur facta adita, vel non adita hæreditate; itant caducato primo gradu ſubſtitutionis, ſequentes ſubſtitutiones ſubintrant in locum gradus caducati, ac ſi gradus caducatus nunquam fuiſſet in rerum natura. Subſtitutio, vt facta dicatur nominatim perſonæ prædefunctæ, quæ requirantur? Et in hac deciſione declarantur D. D. in contrarium adducti.

Bononien. Fideicommiſſi.
Vener. 16. Martij 1640.
Argumentum 18.

Renuncians quod habuerit ſcientiam fideicommiſſi ad ſui fauorem tempore renunciationis, illudque includere voluerit in renunciatione probari poteſt tam per teſtes quam per coniecturas. Renunciatio fideicommiſſi, quando aliunde conſtat de voluntate renunciãtis cõprehenditur ſub clauſulis generalibus poſitis in Inſtrumento renunciationis abſque alia expreſſione fideicommiſſi. Præſcriptio 30. annorum obſtat fideicommiſſario, qui tanto tempore agere neglexit, nec gaudet beneficio reſtitutionis in integrum vbi ignorantia fideicommiſſi non eſt vndequaque probabilis.

Parmen. Penſionis.
Veneris 23. Martij 1640.
Argumentum 19.

Arbitrium pro retardatione ſolutionis penſionis ſemper intrat, ſtante commiſſione cum clauſula *arbitrio*, ſi penſionarius non docet de ſolutione penſionis, niſi per inſtrumentum continens ſolum confeſſionem de recepto, quæ in præiudicium ſucceſſoris ſolutionem non probat præſertim quando ex eodem Inſtrumento apparet numerationem vere, & realiter non fuiſſe factam coram Notario, & teſtibus, ſed ſolum quod penſionarius confitetur habuiſſe, & recepiſſe, & ponderantur in deciſione verba *dante, & ſoluente &c. habuit, & recepit &c. in præſentia &c.* & firmatur, quod cum Inſtrumentum incipiat à confeſſione, verba præfata ad ipſam referuntur.

Romana Alimentorum.
Lunæ 26 Martii 1640.
Argumentum 20.

Alimenta fuiſſe ſoluta ex quibus probatum remanet. Teſtis deponens neminem fuiſſe præſentem alicui actui, & ex aduerſo probetur cõtrarium, intelligi debet, quod nulli fuerunt præſentes ques ipſe viderit, vel aduerterit, & aliæ exceptiones contra teſtes refelluntur.

Feretrana Alimentorum,
Veneris 20. Aprilis 1640.
Argumentum 21.

Alimenta taxantur attenta qualitate perſonæ ac nobilitate familiæ. Sumptus litis debentur mulieri nihil vltra dotem habenti, & fouenti bonum Ius reſultan. ex ſententia ad ſui fauorem quamuis lis non pendeat in Iudicio vniuerſali, ſed ſuper re particulari, quia ratio præſtationis fundatur ſuper impotentia deferendi litem.

Romana Attentatorum.
Veneris 27. Aprilis 1640.
Argumentum 22.

Subhaſtatio facta de bonis in exequutione non comprehenſis, tanquam exceſſiua non ſubſtinetur, & ex quibus reſultat exceſſus ſubhaſtationis? Oblationes pro deliberatione facienda recipi poſſunt etiam poſt menſem. nec requiritur alia citatio debitoris, niſi in caſu, quo debitor læditur, vel lædi poteſt; Et læſio conſideratur, ſi deliberatio fit de re non capta in exequutione.

Neapolitana Penſionis.
Lunæ 30. Aprilis 1640.
Argumentum 23.

Compenſatio opponi poteſt etiam aduerſus creditũ Penſionis non ſeruatæ pro alimentis, vel quando agitur de alimentis præteritis. Conſtitutio Regni declarans nulla, & inualida Inſtrumenta rogata per Notarios nõ demaniales, & quæ Baronem cui Notarij ſubſunt tangere poſſunt locum habet, ſiue Inſtrumentum cantet in vtilitatem, ſiue in damnum Baronis, etiamſi contractus ſit celebratus cum Eccleſis, quia conſtitutio non tangit contractum, ſed tollit fidem Inſtrumento. Obligatio de ſoluendo certam quantitatem ſi eſt correſpectiua ad aliquam rem, tunc pro ſolutione dirigenda eſt actio cõtra poſſeſſorem rei, cuius occaſione emanauit promiſſio, non autem contra ſucceſſorem promiſſoris.

Colo-

Index Argumentorum.

Colonien. Suſpenſionis.
Luna 30. Aprilis 1640.
Argumentum 24.

Tertius veniens ad cauſam poſt latas ſententias, quando illarum executionem non impediat?

Camerinen. Penſionis.
Veneris 4. Maij 1640.
Argumentum 25.

Remiſſoria ob vehementem præſumptionem calumniæ in qualibet cauſa ſiuè Eccleſiaſtica ſiuè prophana, & in quacunquè inſtantia denegatur, & ex quibus calumniæ ſuſpicio deducitur? Item denegatur remiſſoria quando articuli continent idem, quod in præcedenti inſtantia fuit articulatum, ac teſtium dicta diſcuſſa, & propalata mediante tranſportatione actorum, quæ vim publicationis habere videtur, & quo caſu procedat Regula, quod remiſſoria ſolet etiam concedi ſuper iiſdem articulis, quando continent materias magis ſpecificatas?

Bononien. Iuriſpatronatus.
Veneris 11. Maij 1640.
Argumentum patet ex Summario 26.
Sabinen. ſeù Farſen. Fidei commiſſi.
Luna 14. Maij 1640.
Argumentum 27.

Secundus ſubſtitutus per vulgarem contentam in compendioſa ſuccedit hæredi grauato etiamſi primus ſubſtitutus præmoriatur non ſecus ac ſi ſuperuixiſſet, & hæreditatem adire noluiſſet. Limitationes verò in contrarium adductas non applicari plenè in deciſione firmatur.

Colonien. Suſpenſionis.
Veneris 25. Maij 1640.
Argumentum 28.

Sententiæ dicuntur conformes, ſi conueniunt in ſubſtantia, licèt in ordine, vel verbis ſint difformes, nec difformitas reſultat ex inæquali condemnatione ſummarum, nam ſumma minor ineſt in maiori, & in hac parte dicuntur conformes. Sententia prouiſionalis facit numerum quando fuit ab alijs ſententijs confirmata. Sententiæ quando ſunt diſtinctæ, & continent capita ſeparata, tunc exequi debent in ijs, in quibus concordant, non obſtante difformitate aliorum capitulorum. Canonicus impeditus culpa Capituli nè inſeruiret Eccleſiæ, conſequi debet fructus, ac ſi inſeruiſſet.

Ariminen. Molendini.
Veneris 1. Iunij 1640.
Argumentum 29.

Manutentio debetur anteriori poſſeſſori, etiam ſi fuerit per ſententiam executioni demandatã à poſſeſſione eiectus ſi ſententia detegitur nulla, & iniuſta. Ægidiana locũ habet in qualibet inſtantia, non tamen intrat in ſecũda inſtantia, quando prima ſententia abſolutoria lata eſt ad fauorem rei, ſecunda ad fauorem actoris. Proceſſus per contradictas non datur contra abſentem, qui in Vrbe domicilium elegit, nec contra eum, contra quem citatio perſonalis non præceſſit. Fideicommiſſum impoſitum ſuper re communi cenſetur tantum pro rata ſpectante ad fideicommittentem. Communio quando eſt generalis tunc res empta, ex pecunia communi communiter cenſetur acquiſita, quamuis acquirens proprium nomen in Inſtrumento emptionis expreſſerit.

Romana Diuiſionis.
Veneris 15. Iunij 1640.
Argumentum 30.

Actio familiæ Herciſcundæ ſpatio 30. annorum præſcribitur contra non poſſeſſorem petentem diuiſionem, præſertim quando vltra temporis lapſum concurrit titulus ſaltem coloratus ad præſcribendum. Pater poteſt inæqualiter non ſolum bona propria, ſed etiam aduentitia inter filios diuidere ſalua eorum legitima, concurrente iuſta, & rationabili cauſa, nempe pro contrahendo matrimonium cum muliere nobili pro conſeruatione, & decore familiæ. Ignorantia contra præſcriptionem tricenariam allegari nequit, nec ex hoc capite datur reſtitutio in integrum, niſi ignorãtia ſit ex omni parte probabilis, & plura adnotantur de ratificatione deſumpta ex lapſu temporis cum acquieſcientia 30. annorum.

Bononien. Fideicommiſsi.
Veneris 22. Iunij 1640.
Argumentum 31.

Renuncians quod habuerit ſcientiam fideicommiſſi, eique renunciare voluerit probatur ex teſtibus, ac adminiculis. Et exceptiones contra teſtes tanquam irreleuantes reijciuntur in deciſione reſtitutio in integrum non cõpetit ſcienti ius ſibi fuiſſe delatum. Quadriennium ad petendam reſtitutionem poſt præſcriptionem decurſam extinguit à die ſcientiæ beneficium reſtitutionis: quicquid ſit vbi modicum tempus inter diem ſcientiæ, & complementum præſcriptionis interueniſſet.

Verulana Fideicommiſsi.
Veneris 22. Iunij 1640.
Argumentum 32.

Alienatio bonorum fideicommiſſi facta à grauato ſuſtinetur iure legitimæ, & trebellianicæ, quia bona alienata electa cenſentur pro ſupradictis detractionibus. Concluſio tamẽ procedit in primis alienationibus, quæ præſumuntur pares vtrique detractioni, quando hæres inuentarium non confecit niſi hæres, vel ab eo cauſam habentes contrarium probent, & redditur ratio in deciſione

Romana Cenſus.
Luna 25. Iunij 1640.
Argumentum 33.

Cenſus impoſitus ante Bullam Pij V. reputatur validus, etiamſi in actu impoſitionis pecunia numerata non interuenerit, nam Bulla non comprehendit cenſus præteritos, ſed tantum futuros. Stipulatio Notarij pro abſente ad effectum acquiſitionis non operatur ante acceptationem; ſecus enim ad effectum irreuocabilitatis cõtractus, præſertim in contractibus correſpectiuis, nam vlla lege, aut ratione cauetur, quod Notarius abſentem obligare poſſit abſque eius conſenſu. Ius abſenti quod ante ratificationem non quæratur; quomodo hæc concluſio ſit intelligenda? & plura diſcutiuntur circa præſcriptionem fructuum cenſus redimibilis.

Camerinen. Penſionis.
Luna 25. Iunij 1640.
Argumentum 34.

Confeſſio de recepto non probat ſolutionem penſionis ſtante decreto quod penſio nulla ſit ſi non fuerit ſoluta verè, & realiter, præſertim in præiudicium ſucceſſoris nec teſtes ad probandam veritatem confeſſionis adducti ſuffragantur, ſi plures patiuntur exceptiones, ex quibus eorum fides minuitur.

Bononien. Iuriſpatronatus.
Mercurii 4. Iulij 1640.
Argumentum 35.

Hæres ſcriptus adhoc vt fiduciarius dicatur, requiruntur cauſa, & verba copulatiue, & quænam cauſæ adhunc effectum reputentur in ſufficientes? Trebellianica detrahitur tantum ab hærede grauato, non autem ab hærede fiduciario.

Roſſanen. Decimarum.
Merc. 4. Iulij 1640.
Argumentum 36.

Baronia vendita mediante regio aſſenſu, ac præſtatione iuramenti ligij homagij in manibus Regij Miniſtri præuia, poſſeſſione ſubſecuta dicitur in emptorem tranſlatum dominium, illiuſque poſſeſſio, præſertim, quando vti talis appatet in libris Adhoæ Baronum Regni deſcriptus, & ſoluit onera ſolui ſolita ab alijs Baronibus.

Romana Manutentionis.
Merc. 4. Iulij 1640.
Argumentum 37.

Quaſi poſseſſio exigendi acquiſita cõtra defunctum ſuffragatur contra eius hæredem, quia Ius metimur a perſona actoris, quod ex mutatione perſonæ rei non immutatur, nulla habita diſtinctione inter hæredem ſimpliciter, & beneficiatum. Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi non poteſt denegari creditori poſteriori ab hærede beneficiato ſub prætextu crediti anterioris, niſi conſtet bona hæreditaria non eſſe ſufficientia pro ſatiſfactione vtriuſque crediti.

Romana Attentatorum.
Merc. 4. Iulij 1640.
Argumentum 38.

Attentata, vt commiſſa dicantur in cauſa connexa, requiritur quod connexio ſit talis, vt ſententia lata in cauſa principali pareat exceptionem rei iudicatæ etiam in connexa. Hæres licet ſit creditor anterior defuncti impedire nequit creditores poſteriores, quin contra bona hæreditaria agant pro conſecutione eorum crediti, donec doceat bona non ſufficere pro ſatiſfactione vtriuſque crediti.

† 2 *Medio-*

Index Argumentorum.

Mediolanen. Beneficij.
Lunæ 17. Decembris 1640.
Argumentum 39.

Appellatio ſuſpenſiua non admittitur, quando ad inſtitutionem fuit extraiudicialiter proceſſum, ſecus verò ſi iudicialiter, ratio diuerſitatis eſt, nam primo caſu inſtitutio eſt mera interlocutoria, ſecundò verò vim habet diffinitiuæ, & grauat competitorem. Inſtitutio quamuis ſit conſecutiua ad manutentionem, quando appellationem ad vtrumque effectum admittat?

Camerinen. Penſionis.
Mercurij 23. Ianuar. 1641.
Argumentum 40.

Confeſſio de recepto facta à penſionario non probat ſolutionē penſionis ſtante decreto in litteris appoſito quod penſio ſit nulla, non docto de integra illius ſolutione, præſertim ſi ex pluribus illius veritas ſuſpecta conuincitur; Nec adminiculari poteſt ex teſtibus ſi corū dicta confeſsioni aduerſantur, & inter eos adeſt cōtrarietas.

Romana Dotis, ſeu Fideicommiſsi de Anguillaria.
Lunæ 28. Ianuar. 1641.
Argumentum 41.

Patruus dotans neptem, ſi ſtipulatus non fuit dotem ad ſe reuerti ſoluto matrimonio, cenſetur eam liberè donaſſe. Bona pro dote ſemel extracta ex fideicommiſſo ad illud amplius non redeunt, præſertim quando dotans ſtipulatus fuit in caſum reſtitutionis non ſibi, ſed mulieri reſtitui eiuſque hæredibus; nec aduerſantur verba ſtipulationis alternatiue concepta de reſtituēdo dotem mulieri, vel eui, vel quibus de iure, quia non important ſpeciale pactum fauore dotantis, ſed referuntur ad eos, quibus circumſcripto pacto dos eſſet reſtituenda ex diſpoſitione iuris communis, vel municipalis. Dos ſi fuit aſſignata ex bonis fideicōmiſſi, in quo ſpecialiter diſponitur, quod fœminæ dotentur cum onere reuerſionis ad dotantem in caſum prædeceſſus mulieris ante virum tunc extra caſum prædeceſſus mulieris ante virum non reuertitur ad dotantem, ſed in omnibus alijs caſibus mulier poteſt ad libitum de ea diſponere.

Colonien. Suſpenſionis.
Lunæ 18. Februarij 1641.
Argumentum 42.

Remiſſoria in prophanis indiſtinctè conceditur in quacumque inſtantia etiam ſine fumo, quando materia articulata eſt releuans, & ex quibus reſultet articulorum releuantia?

Eſina Bonorum.
Mercur. 20. Februar. 1641.
Argumentum 43.

Ius offerendi non competit creditori poſteriori contra emptorem Iure creditoris anterioris, & redditur ratio. Ius offerendi competens ſecundo creditori ſpatio 30. annorū præſcribitur, & talis præſcriptio non dicitur interrupta per iudicium motum, ſi illud fuit nullū, quod malam fidem non parit. Præſcriptio non interrumpitur ex petitione ſine citatione generali reſpectu actus particularis, ſed illa debet deduci ad ſpeciem, per quam citatus reddatur certus de intentione actoris. Præſcriptio Iuris offerendi non dicitur interrupta per iudiciū motum in Saluiano, nam diuerſa eſt natura Saluiani, ac Iuris offerendi, & diuerſitas in quo conſiſtat? Ius offerendi Competens creditori poſteriori tamquā ex æquitate legis proueniens poteſt principaliter in iudicium deduci per viam libelli. Præſcriptio currit etiam ſuper exceptione, quando Ius illud poterat agendo deduci.

Ariminen. Molendini.
Lunæ 4. Martii 1641.
Argumentum 44.

Sententia exceſsiua eſt notoriè iniuſta, etſi fuit exequutioni demandata non eſt locus illius reformationi, ſed in totum eſt reuocanda, vt ſpolium, quod cauſauit purgetur, & ex quibus exceſſus probetur?

Theatina, ſeu Nullius Abbatiæ.
Veneris 15. Martii 1641.
Argumentum 45.

Remiſſoria denegatur quoties materia articulata eſt irreleuans, & inueriſimilis, vel probari poteſt per ſcripturas, & ſuſpicatur, quod illa petitur ad differendam cauſæ expeditionem; ſolet tamen per Rotam concedi cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ, quando agitur de præiudicio irreparabili, & cauſa reperitur commiſſa appellatione remota.

Bononien. Bonorum de Sanctis.
Veneris 15. Martii 1641.
Argumentum 46.

Teſtator ſi prohibuit diuiſionem inter hæredes, & deinde ſubdidit *volendo, che detta mia heredità debba ſtar ſempre in caſa di detti heredi* cenſetur diſpoſitionem reſtrinxiſſe ad hæredes ſupra nominatos, quibus fuit prohibita diuiſio nec vltra eos voluiſſe fideicommiſſum extendere. Identitas Bonorum fideicommiſsi probatur ex inſtrumentis acquiſitionum, iuncto Inuentario, quod contra conficientem plenè probat.

Roſſanen. Decimarum.
Veneris 19. Aprilis 1641.
Argumentum 47.

Conſuetudo Regni Neapolitani diſponens, quod exterus emens Baroniam mediante perſona Regnicolæ, reportata declaratione, quod emit de pecunijs exteri, habeatur pro vero Barone, eſt rationabilis, & iuri conformis. Remiſſoria non eſt denegāda ſi tendit ad probandam exēptionem à ſolutione decimarum, præſertim ſi cauſa reperitur cōmiſſa cū clauſula *appellatione remota*, & ex defectu probationū ſequi poteſt præiudiciū irreparabile.

Toletana Decimarum de Solana.
Lunæ 22. Aprilis 1641.
Argumentum 48.

Decimæ quod ſpectant ad Eccleſiam Sacramentalem à iure non eſt diſpoſitum. Prædiales verò illi Eccleſiæ Parochiali debentur, intra cuius limites bona exiſtūt, niſi cōtraria conſuetudo concurrat. Examen Teſtium abſq; citatione ad videndum illos iurare eſt nullū. præſertim quando non præceſſit decretū Iudicis admittentis partes ad probandum in termino communi, vel ſpeciali, in quo ſubintelligitur de ſtylo Hiſpaniarum citatio ad videndum iurare Teſtes, ſed præceſſit ſimplex decretum admiſſionis articulorum mandādo ſuper illis examinari Teſtes, ſub quo decreto non continetur talis citatio. Cōſuetudo excluditur ex vnico actu contrario, & difformi, quamuis mille darentur in contrarium. Conceſſio decimarum pro reparationibus, & ornamentis Eccleſiarum Parochialium, de quibus decimis intelligenda eſt?

Lauretana Prædii.
Lunæ 22. Aprilis 1641.
Argumentum 49.

Simulatio, nec non cauſa ſimulandi probatur per Teſtes conteſtes de loco, & tempore, & ſubſtantia licet in verbis formalibus non conuenirent. Nec oportet probare veritatem cauſæ ſimulandi, quia ſufficit quod fuerit à cōtrahentibus opinata; licet verò à parte rei nō ſit, quinimo non requiritur cauſa, quando ſimulatio non deſumitur ex ſolis præſumptionibus, ſed probatur per confeſſionem partis, eoque magis ſimulatio iuſtificata remanet ſi vltra Teſtes concurrunt adminicula eam ſuadentia. Et plura notatur de confeſſione extraiudiciali.

Rauennaten. Cenſus.
Veneris 26. Aprilis 1641.
Argumentum 50.

Præſcriptio trigenaria non ſuffragatur, quando concurrit mala fides, quæ nocet etiā hæredibus, itaut nec ex propria perſona inchoare poſſint nouam præſcriptionem. Præſcriptio ſtatutaria Vrbis, ex quibus excludatur?

Romana Hæreditatis de Fabijs.
Lunæ 29. Aprilis 1641.
Argumentum 51.

Poſſeſſio rei particularis apprehenſa per hæredem non ſuffragatur quoad alias res hæreditarias, nam licet ex apprehenſione rei particularis acquiſitum dicatur vniuerſum Ius hæreditarium, quia tamen poſſeſſio in eius adeptione factum deſiderat propterea neceſſaria eſt apprehenſio in ſingulis corporibus, quamuis titulus ſit vniuerſalis. In acquirenda poſſeſſione magis attenditur cauſa vniuerſalis actus, quam ipſius actus exercitiū; hæc tamen cōcluſio declaratur vt procedat in materijs habentibus quandam connexionem interſe, non autem in materijs diuiduis, & ſeparatis.

Bononien. Succeſſionis de Zanis.
Veneris 17. Maii 1641.
Argumentum 52.

Statutum Bononiæ excluſiuū fœminarum loquens de filijs maſculis legitimis facit etiam legitimatis, quia per eos quoque conſeruatur agnatio à ſtatuentibus contemplata. Religioſus Societatis Ieſu ſi emiſit tantum vota ſimplicia, per illa efficitur quidem verus religioſus, ſed

Index Argumentorum.

ſed non incapax dominij citra vſum, donec ſuperiori aliter videatur, vel ſolemnem profeſſionem emittat vt diſponunt Conſtitutiones Apoſtolicæ Societati conceſſæ, quæ procedunt nedum ad effectum retinendi ſed etiam acquirendi ac ſuccedendi ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato. Et in hoc Religioſi Societatis Ieſu diuerſam ſortiuntur naturam ab alijs regularibus, quia adhuc poſt vota ſimplicia dicuntur eſſe in probatione, & paupertatis votum emiſſum prædicatur de vſu, & adminiſtratione dependente à voluntate ſuperioris. Renunciatio facta cum declaratione quod renuncians intendit eam eſſe irreuocabilem, ſed quatenus religionem ingrediatur, & in ea maneat. alias enim vult eſſe infectam, purificata conditione egreſſus, e Religione euaneſcit, & habetur ac ſi facta nõ eſſet, & renuncians omnia bona renunciata recuperat. Et plura notantur circa hanc materiam.

Theatina ſeu Nullius Abbatia.

Veneris 17. Maij 1641.

Argumentum 53.

Regreſſui vt locus ſit ad fauorem reſignantis, vltra moram reſignatarij in ſoluendo penſionem requiritur etiã magna proteruia; Concluſio tamen non procedit quãdo in litteris fuit generaliter diſpoſitum, quod retardante reſignatario ſoluere per tres menſes computan. à fine cuiuslibet termini poſſit reſignans vnica præcedente intimatione capere propria authoritate poſſeſſionem beneficij, nam terminus in litteris præfixus eſt attendendus, ac partium conuentio à Papa approbata nec requiritur alia declaratoria ſuper lapſu temporis.

Romana Hæreditatis de Virilis.

Veneris 24. Maij 1641.

Argumentum 54.

Legitimatio dupplex obtineri poteſt, & ſi vna non ſuffragatur poteſt legitimatus iuuari alia, præſertim quando ſecunda legitimatio fuit obtenta de voluntate, & præordinatione patris, etiamſi obtenta fuerit poſt mortem patris, & litem introductam, quia adhuc ſuſtinetur, & retrotrahitur, & legitimatus reintegratur ad hæreditatem paternam alteri medio tempore delatam. Et voluntas patris nedum diſpoſitiua in teſtamento, ſed etiã inter viuos, & ex coniecturis elicita ſuffragatur legitimato, & ex quibus talis voluntas probata remaneat? Citatio filiorum non eſt neceſſaria in legitimatione, quando in priuilegio legitimantis adeſt clauſula *citatis, & non citatis*, & quando legitimatio fit de conſenſu patris.

Neapolitana Penſionis.

Luna 27. Maij 1641.

Argumentum 55.

Conſtitutio Regni Neapolitani Regis Ladislai fidem adimens Inſtrumentis, rogatis à Notarijs ſubditis, eum emanauerit ad euitandas fraudes ex impreſſione, & vi, quæ à Baronibus inferri poſſet Notarijs ſubditis: non intrat, quoties inſtrumentum fuit palam, & bona fide celebratum, quia tunc abeſt omnis ſuſpicio. Item nec locum habet, quando Inſtrumentum celebratur contra Baronem. Item nec comprehendit rogitum Notarij vigore decreti Epiſcopi, Tranſactio celebrata cum Procuratore impugnari nequit ex defectu mãdati procuræ, quandò illud ea pluribus coniecturis reſultat.

Romana Hæreditatis de Fabijs.

Luna 3. Iunij 1641.

Argumentum 56.

Hæredi ſcripto conceditur immiſſio pro indiuiſo, non obſtante detractione legitimæ, quæ cum ſit certa ratione loci, & quotæ eam non impedit. Item nec retardatur immiſſio ſub prætextu crediti quarti dotalis, niſi filij poſſideant. Item ne ſub prætextu legatorum, quia legatarius ſi non poſſidet non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredi. Statutum Vrbis lib. 1. cap. 134. concedens mulieri facultatem teſtãdi pro anima de decima parte dotis tantum declaratur. Teſtamentum primum quamuis ſit inter liberos, & habeat clauſulam derogatoriam ſequentium diſpoſitionum dicitur reuocatum per ſecũdum continens clauſulas ampliſſimas, *ſotto qualſiuoglia parole &c.* iunctis alijs verbis etiam *derogatorie delle derogatorie*, ex quibus ſpecialis derogatio primi reſultat.

Augubina Renouationis Emphyteuſis.

Veneris 7. Iunij 1641.

Argumentum 57.

Renouatio Emphyteuſis debita eſt proximiori vltimi Emphyteutæ de æquitate, quando Dominus directus non vult bona Emphyteotica retinere pro ſe, ſed alteri conceſſit, ſiuè agatur de emphyteuſi priuati, ſiuè Eccleſiaſtica. Renouatio Emphyteuſis in Ciuitate, ac Diœceſi Augubina debita eſt proximiori vigore cõcordiæ initæ inter Clerum, & Populum Eugubinum à Sede Apoſtolica confirmatæ, nec de validitate confirmationis dubitari poteſt, ex quo emanauit à Gregorio XII. qui in concilio Conſtanſienſi Papatui renunciauit, nam omnia geſta ante renunciationem fuerunt ab eodem concilio approbata, & ratificata.

Perusina Bonorum Emphyteuticorum.

Veneris 7. Iunij 1641.

Argumentum 58.

Tutor poteſt cum decreto Iudicis vendere bona immobilia Pupilli pro extinguendo ære alieno, dummodo Creditores vrgeant; vel debitum pareat vſuras, & vlteriùs quod non exiſtant pecuniæ, mobilia, ſeù bona minoris momenti pro extinguendo ære alieno, & de illorum non exiſtentia conſtare dicitur, eo ipſo quod Iudex decretũ interpoſuit pro alienatione immobilium, quod præſumitur cauſa cognita interpoſitum, & omnia ad validitatem actus neceſſaria interueniſſe. Alienatio rei Emphyteoticæ ſine conſenſu Domini directi ſubſtinetur, quando talis defectus ab ipſo Domino non allegatur ad quem ſolum, & non ad alium allegare ſpectat. Hæres cum Beneficio legis, & Inuentarij non poteſt vindicare bona alienata per defunctum, in quibus ipſe ex propria perſona ſuccedit, ſi conſtat ad eum perueniſſe plura bona hæreditaria alienantis, donec de illis rationem reddiderit, & plura in deciſione adnotantur circa hanc materiam.

Perusina Parochialis.

Luna 10. Iunij 1641.

Argumentum 59.

Manutentio danda eſt poſſeſſori anteriori, & adhuc effectum poſſeſſio habens horam præſumitur anterior poſſeſſione Aduerſarij; Ad mutandum ſtatum beneficij. quæ requirantur contra bona Religionis Caſſinenſis nõ præſcribitur minori ſpatio, quàm centum annorum ex priuilegijs Sedis Apoſtolicæ dictæ Religioni conceſſis.

Imolen. Bonorum.

Veneris 14. Iunij 1641.

Argumentum 60.

Hæres Beneficiatus ſi percepit fructus hæreditatis mala fide ex quo ſciebat adeſſe creditores hæreditarios eoſque vrgere, tenetur de illis rationem reddere, ſecus verò ſi bona fide illos percepit, & redditur ratio. Nec ad acquiſitionem fructuum obſtat hæredi hypotheca creditorum hæreditariorum, ſi ei non innotuit, nam pro ſola acquiſitione fructuum ſufficit bona fides, ac titulus habilis percipientis. Hæres certioratus ab aliquibus creditoribus hæreditarijs de eorum creditis, dicitur quoad ipſos conſtitutus in mala fide, non autem quoad alios, à quibus certioratus non fuit.

Romana Domus.

Veneris 14. Iunij 1641.

Argumentum 61.

Emphyteuta vltimus de generatione habens facultatem nominandi vnam perſonam ſi decedit ab inteſtato cenſetur nominaſſe venientes ab inteſtato verior eſt tamen opinio contraria quando agitur de Emphyteuſi limitatiue conceſſa ad tertiam generationem, & Ius nominandi ſub conditione expreſſa, vel tacita concipitur, & ex quibus reſultet Ius nominandi eſſe conditionale?

Verulana Fideicommiſſi.

Veneris 21. Iunij 1641.

Argumentum 62.

In cauſam detractionum cadunt primæ alienationes, quibus æquare præſumuntur, quando hæres inuentarium non confecit; itaut allegans eas non æquare teneatur hoc probare, eo quod contra hæredem militat præſumptio ſubtractionis. Bona per hæredem grauatum permutata imputantur in detractiones, nam permutatio eſt ſpecies alienationis. Bona fideicommiſſi ſi fuerunt cũ alijs bonis permutata, tunc bona ex cauſa permutatio-

Index Argumentorum.

niſ recepta cadunt ſub fideicommiſſo, eique ſubrogata cenſentur, eὸ eluſio tamen intelligitur, quando permutatio fit ex cauſa neceſſaria vel vtili, & ſi deicommiſſarius non læditur, tunc enim ex præſumpta voluntate fideicommittentis cenſetur permiſſa hæredi facultas permutandi.

Cornetana Reintegrationis.

Mercurij 26. Iunij 1641.

Argumentum 63.

Reintegratio competit hæredi ex perſona authoris ad poſſeſſionem, quâ fuit à Iudice nulliter, & iniuſtè procedente ſpoliatus.

Romana Vineæ, ſeù Saluiani.

Mercurij 26. Iunij 1641.

Argumentum 64.

Saluianum ſemper intrat probatis ſolitis extremis. Declaratio facta à marito, quod res empta ſpectet ad vxorem vti de pecunijs dotalibus empta non ſuffragatur, quando talis declaratio non iuſtificatur, nam in dubio ſolutio præſumitur de pecunijs proprijs ſoluentis, nec nocet creditoribus mariti, quibus à die emptionis fuit acquiſita hypotheca in re empta.

Reſſanen. Decimarum.

Veneris 28. Iunij 1641.

Argumentum 65.

Baronia empta cõtemplatione alicuius eî acquiritur, quãuis in inſtrumento emptionis eius nomen non fuerit expreſſum, ſed emptoris, quia nomen emptoris cenſetur ſimulatè appoſitum, accedente præſertim obſeruantia ſubſecuta, ex quo ſolus is, cuius contemplatione fuit facta emptio ſemper Baroniam poſſedit, adminiſtrauit, ac fructus percepit. Conſuetudo viget in Regno Neapolitano, quod exteri mediante perſona Regnicolæ poſſunt acquirere Baroniam, reportata ab eo declaratione, quod ex pecunijs exteri fuit facta emptio, qua declaratione ſtante exteri efficiuntur veri Barones. In emptione Baroniæ ſufficit, quod interueniat conſenſus Proregis, quando exteri emunt à Regnicolis, licèt ſecus ſit, quando exteri vendunt, & redditur ratio diuerſitatis, nec aſſenſus Regius eſt neceſſarius ſtante longiſſima conſuetudine, quod exteri mediante perſona Regnicolæ poſſint feuda acquirere.

Romana Cenſus.

Lunæ 1. Iulij 1641.

Argumentum 66.

Aditio hæreditatis reſultans ex venditione bonorum paternorum facta à filijs, nõ eliditur ex antecedenti proteſtatione iudiciali quod nolebant adire hæreditatem paternam, quia talis proteſtatio non ſuffragatur, ſi apparet facta à procuratore de cuius ſpeciali mandato ad repudiandam hæreditatem non conſtat, nec eſt contẽporanea venditioni. Coniecturæ pro excluſione aditionis ex venditione bonorum adductæ tanquam inefficaces, & inſubſiſtentes in deciſione reijciuntur.

Ferrarien. Attentatorum.

Lunæ 1. Iulij 1641.

Argumentum 67.

Salarium etiam non conuentum debetur, quando concurrit ſolitum conducendi, & locandi operas, & ſolitum locandi, an inducatur ex vnica locatione? Alimenta præſtita à Patruo nepotibus cenſentur ratione conſanguinitatis, ac miſerationis, non autem ratione famulatus, quamuis conſtet nepotes aliqua præſtitiſſe ſeruitia, nam etiam alimentarius tenetur ſecundum qualitatem perſonæ præſtare operas alenti, ne ſtare dicatur in domo, ſicut corpus mortuum.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 1. Iulij 1641.

Argumento non indiget 68.

Feretrana Pradii.

Lunæ 1. Iulii 1641.

Argumentum 69.

Clauſula conſtituti adiecta in Inſtrumento venditionis licet transferat in emptorem veram poſſeſſionem rei emptæ, nihilominus non ſuffragatur, ſi venditio detegitur ſimulata, & ex quibus eſſent cõiecturæ ſimulationis.

Eugubina Renouationis Emphyteuſis.

Veneris 15. Nouembris 1641.

Argumentum deſumitur ex Summarijs 70.

Romana Alimentorum.

Mercur. 4. Decembr. 1641.

Argumentum 71.

Procurator ſubſtitutus vigore mandati procuræ cum facultate ſubſtituendi; & ad omnes cauſas motas, & mouendas coram quibuſcumque Iudicibus cum clauſula exterata poteſt comparere in cauſa particulari, ad quã ſubſtituentẽ reſpexiſſe deducitur ex actibus antecedentibus, & ſubſequentibus. Mandatum procuræ ex pluribus ſimul iunctis remanet ſufficientèr probatum. Per productionem mandati procuræ inſufficientis, ceſſat præſumptio mandati ſufficientis Concluſio procedit, quando mandatum inſufficiens producitur ab eo, qui allegat præſumptionem alterius mandati, quia producendo videtur ſe reſtrinxiſſe ad mandatum productum, ſecus verò in caſu contrario, & ratio eſt, quia datur multiplicatio mandatorum, & ſunt compatibilia duo mandata præſumptum, & verum, & exiſtentia vnius mandati non facit ceſſare præſumptionem alterius.

Cornetana Reintegrationis.

Lunæ 16. Decembr. 1641.

Argumentum 72.

Sententia in Iudicio reintegrationis lata nõ probato primo extremo eſt notoriè iniuſta.

Maceraten. Hæreditatis.

Veneris 24. Ianuarij 1642.

Argumentum 73.

Expenſæ iudiciales, quæ viuæ appellantur reficiendæ ſunt à victo victori. Aliæ verò pro mercede Sollicitatoris, Procuratoris, & Aduocatorum non taxantur integræ, ſed de ſtylo Rotæ taxantur in ſcutis decem pro qualibet inſtantia. Pro alijs verò expenſis conſiſten. in copijs ſcripturarum, & in propinis ſolutis Iudicibus, nulla in Rota habetur ratio non obſtante Reformatione ſan. mem. Pauli V. *tit. de ſportulis ſeu propinis*, quia non loquitur de Auditorio Rotæ, & declarantur deciſiones in contrarium adductæ in materia expenſarum.

Romana Cambij.

Lunæ 17. Februarij 1642.

Argumentum 74.

Cambia quando de iure non debentur, tunc fructus etiã ſoluti in cauſam cambiorum, ipſo iure cedunt in ſortem Cambia ſine litteris, illarumque transmiſſione ad nundinas, ac reditu reprobantur tam de iure communi, quam ex Conſtitutione ſan. mem. Pij V. & onus probandi transmiſſionem ſpectat ad creditorem, nõ autem ad debitorem. Validitas cambiorum non probatur ex aſſertione partium, ex ſolidatione computorum, nec ex liſtis, & libris mercatorum, etiam ſtante pacto, quia pactum huiuſmodi tacitam continet conditionem, quatenus cambia ſint realia, & quando etiam negatiua transmiſſionis probanda eſſet à debitore, ex quibus probata remaneat?

Marſicen. Iuriſdictionis.

Lunæ 17. Februarij 1642.

Argumentum 75.

Remiſſoria in prophanis ſine fumo conceditur & maximè concurrente fumo materiæ articulatæ, & quando vni ex litigantibus fuit conceſſa concedi debet & alteri, vt in Iudicijs ſeruetur æqualitas. Articuli contrarij etiam poſt dicta & teſtificata debent admitti, nam probatio probationem non excludit.

Theatina ſeu Nullius Abbatia.

Lunæ 10. Martij 1642.

Argumentum 76.

Reſignatione beneficij effectuata non poteſt reſignatarius amplius à reſignatione recedere ſub prætextu quod reſignans iterum ſe intruſerit in beneficio reſignato, ſed agere poteſt ad obſeruantiam reſignationis. Spoliator non tenetur ad fructus qui percipi potuerunt, ſed tantum ad perceptos, quando ſpolium non fuit violentum. Regreſſus competit Reſignanti ad beneficium reſignatum attenta longa mora reſignatarij in ſolutione penſionis.

Firmana Pecuniaria.

Veneris 14. Martij 1642.

Argumentum 77.

Actor in Iudicio repetitionis indebiti tenetur plenè, & concludenter probare indebitum fuiſſe ſolutum, nec ab huiuſmodi onere probandi releuatur ex inſtantia rei probandi ſolutum fuiſſe verè debitum; Reliqua circa ſolutionem in quam cauſam ſcilicet cedat? colligere poteris ex Summarijs.

Ceſa-

Index Argumentorum.

Cæſaraugustana Diſtributionum.
Lunæ 17. Martij 1642.
Argumentum 78.

Interdictum datur contra Capitulum ob non paritionem mandato Rotali, præcedente intimatione capitulariter facta, ac ſeruatis ſolitis quatuor terminis ad docendum de paritione. Interdictum generale pro debito pecuniario non datur contra Collegium, & vniuerſitatem, ſecus quando eſt particulare contra determinatas perſonas.

Brittorien. Fideicommiſſi.
Lunæ 24 Martij 1642.
Argumentum 79.

Acta in cauſa ſtatus facta cum legitimo contradictore indiſtinctè probant in omni iudicio non ſecus ac ſententia lata, quia ad hunc effectum à pari procedunt ſententia, & acta ſeu probationes. *Text. in L. Ingenuum ff. de ſtat. homin.* declaratur. Filiatio, ſiuè fraternitas ad effectum ſucceſſionis ex quibus probetur? Nullitates adductæ contra examen teſtium, & contra ſententiam reijciuntur.

Romana Hæreditatis de Fabijs.
Veneris 4. Aprilis 1642.
Argumentum 80.

Filia quando nō eſt à Statuto excluſiuo fœminarum propter maſculos excluſa, ei debita eſt in bonis matris legitima, in quam imputandum eſt legatum à matre relictū, & licet concluſio limitetur non procedere, quando legatum, & legitima diſcretiuè relinquuntur in eodem teſtamento ſiuè alterum in teſtamento, alterum in Codicillis. Limitatio non applicatur, quando prout in caſu deciſionis conſtat de contraria voluntate matris cumulatiuè relinquendi legatum, & legitimam ſed ſolū quod ſibi de iure debetur verba enim illa, *che de iure le peruiene*, importat imputationem legati in legitimam.

Peruſina Parochialis.
Lunæ 7. Aprilis 1642.
Argumentum 81.

Poſſeſſio capta per Monachum dicitur acquiſita Monaſterio; itaut non poteſt amplius morte, vel quouis alio facto Monachi amitti, ſed ſemper apud Monaſteriū manet. Mandatum de manutenendo conceſſum Monacho, dicitur Monaſterio conceſſum; itaut Monacho ad Clauſtrum reuocato ſuffragatur eius ſucceſſori ad effectum, vt nomine Monaſterij obtinere poſſit ſimilem manutentionem.

Romana Alimentorum.
Lunæ 5. Martij 1642.
Argumentum 82.

Alimenta futura debentur à die, qua fuerunt petita, & à qua die petita intelligantur? plenè in deciſione declaratur.

Romana Concordiæ.
Veneris 9. Maij 1642.
Argumentum deſume ex Summarijs 83.

Romana Domus.
Veneris 9. Maij 1642.
Argumentum 84.

Identitas rei probanda eſt à Domino directo agente ad deuolutionem per euidentes probationes, nec ſufficiunt demonſtrationes æquiuocæ, & quæ alijs bonis conuenire poſſunt.

Lauretana Prædij.
Lunæ 12. Maij 1642.
Argumentum 85.

Simulationis ſuſpicio ſemper ceſſat, quoties conſtat de præexiſtenti cauſa obligationis quo caſu coniecturæ, quæ alias ad probandam ſimulationem ſufficerent, tanquam irreleuantes non attenduntur, & ſingillatim in deciſione reſpondetur coniecturis ad ſimulationem arguendam deductis.

Firmana Penſionis.
Lunæ 12. Maij 1642.
Argumentum 86.

Remiſſoria etiam in prophanis denegatur, quando vehemens calumniæ præſumptio concurrit, quamuis articuli ſint releuantes, & ex quibus calumniæ ſuſpicio reſultet? quænam onera, ſiue expenſæ non ſunt deducendæ ex valore beneficij?

Barchinonen. Iuriſdictionis.
Veneris 23. Maij 1642.
Argumentum 87.

Declaratoriæ locus non eſt, quando mandatum Rotale nō continet factum aliquod poſitiuum implendum, ſed ſimplicem deſiſtentiam, quo caſu ſufficit pro paritione, quod ſola patientia concurrat, & ad dignoſcendum an ſit ſufficienter paritum, necnè forma mandati, & quid Iudex ſeruandum præceperit attendi debet.

Tiburtina Hæreditatis.
Lunæ 26. Maij 1642.
Argumentum 88.

Dos vigore Statuti Tiburtini excluſiui fœminarum propter maſculos ſuccedit loco legitimæ, ac proinde non poteſt à Patre onere fideicommiſſi grauari, & ad demōſtrandum dotem ſuccedere loco legitimæ ponderantur in deciſione verba eiuſdem ſtatuti.

Anconitana Legati.
Veneris 30. Maij 1642.
Argumentum 89.

Legatum dotis relictum à Patre filiabus ſub conditione nubendi in certo loco, illudque adimendi in caſu contrauentionis, ac certam ſummam ſoluendi tertio valet, quia non coarctatur libertas matrimonij quando in loco adſunt occaſiones nubendi, nec talis diſpoſitio dici poteſt pœnalis, & hæc opinio eſt magis vera, ac tuta reprobata contraria.

Tullen. Prioratus.
Veneris 6. Iunij 1642.
Argumentum 90.

Poſſeſſio Beneficij probatur capta ex fide Notarij, & Executoris litterarum Apoſtolicarum, præſertim quando eſt adminiculata. Poſſeſſio Eccleſiæ per contactum hoſtij, ac illius aſpectum capta dicitur, quādo nullus alius in poſſeſſione reperitur.

Neapolitana Penſionis.
Veneris 13. Iunij 1642.
Argumentum 91.

Conſtitutio Regni Neapolitani Regis Ladiſlai fidem adimens inſtrumentis rogatis à Notarijs Vaſſallis ad fauorem vel contra Baronem locum habet etiamſi contractus celebretur cum Eccleſia & inſtrumentum ſit munitum iuramento, & redditur ratio in deciſione.

Romana Laudi, ſeù Domus.
Veneris 13. Iunij 1642.
Argumento non indiget 92.

Bononien. Terrarum.
Lunæ 16. Iunij 1642.
Argumentum 93.

Prædio aliquo mediante tranſactione tradito expreſſa certa quantitate menſuræ, ſi deinde ex relatione periti cōſtat de defectu menſuræ agi poteſt contra tradentem pro ſupplemento menſuræ deficientis.

Montis Faliſci ſupplementi legitimæ.
Mercurij 18. Iunij 1642.
Argumentum 94.

Pro ſupplemento legitimæ nō competit iuxta opinionem Rotæ hypoteca, ſed tantum condictio ex lege; ideoque pro eo conſequendo via ordinaria agendum eſt, Legitimæ ſupplementum, vt quis aſſequi valeat, quænam probare teneatur? In calculando legitimæ ſupplemēto, quod tempus venit attendendum? Tempus 30. annorum requiritur ad præſcribendum ſupplementum legitimæ.

Anconitana Prædij.
Mercurij 18. Iunij 1642.
Argumentum 95.

Ius offerendi non competit ſecundò creditori, quando bona debitoris fuerunt adiudicata primò creditori in vim pacti ab initio in contractu appoſiti, vel quando ſecundus creditor fuit in adiudicatione vel deliberatione pignoris citatus, aut præſens fuit. Item ius offerendi non competit ſecundò creditori, quando pignus fuit diſtractum Iure creditoris, & acquiſitum à tertio licitatore, tamen ſi conſtat nomen tertij fuiſſe ſimulatè appoſitum, & reuera pignus fuiſſe emptum à primò creditore, tunc competit Ius offerendi ſecundò creditori. Subhaſtatio, & deliberatio ex quibus reddantur nullæ, & inualidæ.

Roſſa-

Index Argumentorum.

Roſſanen. Decimarum.
Mercurij 18. *Iunij* 1642.
Argumentum 96.

Baronia empta, & acquiſita nomine proprio, ex pecunia tamen aliena acquiſita cenſetur emptori, non Domino pecuniarum, & ex quibus dominium Baroniæ acquiſitũ dicatur emptori pro ſe, & ſucceſſoribus?

Placentina, ſeu Abulen. Decimarum.
Lunæ 23. *Iunij* 1642.
Argumentum 97.

Examen teſtium factum coram Iudice recuſato, quando reputetur validum? Capitulum in perceptione decimarum nullam habere iuris aſſiſtentiam. Locum eſſe extrà limites alicuius Diœceſis ex quibus iuſtificetur.

Romana Vineæ.
Lunæ 23. *Iunij* 1642.
Argumentum 98.

Ius renunciantis, quando eſt connexum cum iure alterius tunc ei renunciari nequit, nec quidem in præiudicium ipſius renunciantis. Procurator quamuis cum libera iuri claro, & indubitato principalis renunciare nequit. Clauſula, *prout videbitur, & placebit*, contenta in mandato procuræ, quomodo intelligi debeat?

Romana fructuum Dotis.
Lunæ 23. *Iunij* 1642.
Argumentum 99.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 137. taxans fructus dotis ad rationem ſeptem pro centenario locum non habet quando adeſt contraria conuentio partium illos taxandi in minori ſumma. Mandatum exceſſiuum executioni demandatum, parte inſtante debet in totum reuocari, nec locus eſt illius reformationi.

Cathacen. Eccleſiæ.
Lunæ 23. *Iunij* 1642.
Argumentum 100.

Dominium probatur ad quemcumque effectum ex enunciatiuis antiquis maximè iunctis adminiculis inditijs & coniecturis de quibus in ſummarijs.

Romana Fideicommiſsi de Arrenijs.
Lunæ 23. *Iunij* 1642.
Argumentum 101.

Teſtator ſi ad fideicommiſſum vocauit nepotem, eiuſque filios legitimos, & naturales verè, & non fictè ex legitimo matrimonio procreandos, & non per ſubſequens matrimonium; Tunc qui prætendit ſe eſſe vocatum vtramque qualitatem probare tenetur nempe filiationem, & legitimitatem tempore conceptionis, & ex quibus vtraq; qualitas in caſu deciſionis excluſa remaneat.

Cæſaraugustana Diſtributionum.
Veneris 27. *Iunij* 1642.
Argumentum 102.

Canonicus ſi facto Capituli eſt impeditus reſidere habetur pro præſente ad effectum lucrandi fructus, & diſtributiones quæ cum debeantur ex induſtria, & labore perſonali ipſarum verum dominium nanciſcitur, itaut ſibi licitè poſſit de illis diſponere, ac ad quoſcunque hæredes tranſmittere, etiam ſi illas ante mortem non exegiſſet, nam paria ſunt quod fuerint ſolutæ, & quod ſolui debuerint. Diſtributiones quotidianæ Canonicorum abſentium, vt accreſcant alijs præſentibus requiritur præſentia vera, & realis, non autem ficta.

Florentina Parochialis.
Veneris 27. *Iunij* 1642.
Argumentum patet ex Summarijs 103.

Hiſpalen. Decimarum.
Veneris 4. *Iulij* 1642.
Argumentum 104.

Decimæ nè ex certis fructibus ſoluantur, conſuetudine induci poteſt. Et ex quibus conſtat huiuſmodi conſuetudinem non eſſe probatam. Ius vniuerſale decimandi quando dicatur deductum in litem, quamuis petitio de particularibus decimis loquatur laicus, vt ſit capax decimarum ſpiritualium requiritur immemorabilis cũ fama priuilegij ante Concilium Lateranenſe, vel recognitio ab Eccleſia.

Florentina Horti.
Veneris 4. *Iulij* 1642.
Argumentum 105.

Hortus emptus ab hærede grauato, & vnitus bonis fideicommiſſarijs non cadit ſub fideicommiſſo, ſed tanquã liber tranſit ad hæredes acquiſitoris, & nihil intereſt an vnio fuerit principaliter, vel acceſſoriè, quia ſemper diſcretio, ſeù ſeparabilitas corporum excludit cõmunicationem earundem qualitatum à parte rei, & in dubio, quis non præſumitur voluiſſe rem propriam ſubiicere, ac donare alieno fideicommiſſo, ſed ad hunc effectum requiritur, quod expreſsè, ac ſcienter à poſſeſſore fideicommiſſi vnita fuerit cum eadem qualitate fideicommiſsi, & animus hæredi grauati augendi fideicommiſſum ex quibus excludatur?

Gerunden. Beneficij.
Veneris 4. *Iulij* 1642.
Argumentum 106.

Iuſpatronatus eſt indiuiduum, & reſidet penes quemcumque patronum inſolidum, itaut valeat præſentatio facta ab vno ex patronis non præſentantibus.

Leodien. Beneficij.
Veneris 4. *Iulij* 1642.
Argumentum patet ex Summarijs 107.

Romana Alimentorum.
Veneris 4. *Iulij* 1642.
Argumentum 108.

Socer, & maritus ſi ambo fuerunt condemnati ad præſtãdum alimenta nurui, & vxori reſpectiuè poteſt fieri executio pro tota ſumma contra ſocerum, quando exactio contra maritum redditur difficilis, & inexigibilis.

Romana Alimentorum.
Lunæ 17. *Nouembr.* 1642.
Argumentum 109.

Mandatum procuræ præſumptum ex quibus deducatur? Conſtitutio ſan. mem. Vrbani VIII. mandans in Archiuio reponi omnia mandata procuræ non habet locum in mandatis præſumptis, quæ ſcriptura non egent.

Parmen. Beneficij.
Veneris 5. *Decembris* 1642.
Argumentum 110.

Ius inſtituendi poteſt competere cuilibet inferiori, ſi in limine fundationis reſeruatum fuit cum conſenſu Ordinarij, concurrente capacitate ex parte inferioris, & voluntate ex parte fundatoris, & ex quibus talis voluntas deſumatur?

Benonien. Terrarum.
Veneris 12. *Decembris* 1642.
Argumentum 111.

Menſura ſemper ſupplenda eſt, quoties in venditione alicuius prædij fuit expreſſa in certa quantitate, & deinde minor reperiatur. Menſura facienda eſt intra 60. dies, quando venditio fuit facta cum pacto explicito vel implicito quod menſura fiat. Si verò in venditione fuit expreſſa certa menſura, quæ vera non eſt tunc enim poteſt agi ad illius ſupplementum etiam poſt 60. dies. Expreſſio menſuræ ſi fuit facta cum dictione *in circa* intelligi tantum debet de modico defectu, non autem de magno.

Romana Fideicommiſſi de Spiritibus.
Lunæ 12. *Ianuarij* 1643.
Argumentum 112.

Fœminæ cenſentur excluſæ à fideicommiſſo inſtituto adhoc, vt bona remaneant in cippo, & familia Teſtatoris, quamuis veniant appellatione cippi, ſi ex coniecturis elicitur Teſtatorem reſpexiſſe ad agnationem, in eaque excluſis fœminis bona conſeruari voluiſſe, & ex quibus coniecturis talis voluntas deſumatur? *Remedium legis final. C. de edicto Diui Adrian. tollend.* non competit hæredi hæredis, quando primus hæres poſſeſſionem adeptus fuit; cũ tunc bona non dicantur amplius fideicommiſſaria, ſed per aditionem effecta libera.

Feretrana Prædij.
Lunæ 12 *Ianuarij* 1643.
Argumentum 113.

Manutentio datur anteriori poſſeſſori, etiam ſi illius poſſeſſio capta appareat à Procuratore, de cuius mandato non conſtat, dummodo concurrat mandatum præſumptum, vel ratificatio dictæ poſſeſsionis à principali. Venditio nunquam dici poteſt ſimulata quoties legitima cauſa vendendi concurrit. Poſſeſſio Ciuilis per lapſum decennij non amittitur, quando non conſtat alium medio tempore occupaſſe naturalem. Deliberatio priuat tertium poſſeſſorem poſſeſſione ſi fuit citatus, & nõ appellauit à decreto de deliberando, nec ſufficit quod appellauerit ab executione, & ex quibus excludatur negligentia ſiuè acquieſcentia deliberationi?

Flo-

Index Argumentorum.

Florentina Parochialis.
Lunæ 19. Ianuarij 1643.
Argumentum 114.

Economo non datur manutentio in poſſeſſione Eccleſiæ, ſed vero Beneficiato, quamuis habeat poſſeſſionem poſteriorem, ratio eſt nam Economus habet tantum cuſtodiam bonorum Eccleſiæ, non autem poſſeſſionem.

Romana Vineæ, ſeu Saluiani.
Lunæ 26. Ianuarij 1643.
Argumentum 115.

Exceptio Iuris tertij excluſiua Iuris agendi, quando apponi poſſit à tertio poſſeſſore ad impediendam immiſſionem actori? Res empta à marito ex pecunijs dotalibus proprio nomine, ſibi, & non vxori acquiſita dicitur, cui dumtaxat competit actio pro repetitione pecuniarum in caſu reſtitutionis dotis, maximè quando in Inſtrumento dotali conuentũ non fuit, quod inueſtimentum pecuniarum dotalium eſſet fundus dotalis, ſed ſolum, quod fieret inueſtimentum pro ſecuritate mulieris, quod ſolum importat ſpecialem hypothecam ſuper inueſtimento, & ex quibus appareat maritum noluiſſe rem emptam nomine proprio vxori acquiri?

Leodien. Attentatorum.
Veneris 30. Ianuarii 1643.
Argumentum 116.

Signatura committens cauſam appellationis ſimpliciter vi retrotractiua operatur, vt omnia medio tempore geſta ſint nulla, & attentata. Sententia lata ſuper titulo Beneficij compræhendit etiam fructus tamquam acceſſorio. Indultum Archidiaconi Leodien. de percipiendis fructibus beneficij litigioſi fuit reuocatum à ſan. mem. Pio V.

Leodien. Beneficii.
Mercur. 4. Februar. 1643.
Argumentum patet ex Summarijs 117.

Bononien. Iuriſpatronatus de Butrigariis.
Lunæ 16. Martij 1643.
Argumentum 118.

Iuſpatronatus priuatorum, in quo non cadit præſumptio vſurpationis abundè iuſtificatum remanet ex centenaria quaſi poſſeſſione præſentandi, quinimò ad hunc effectum ſufficit quadragenaria cum fama, & adminiculis Eccleſiæ libertas prætendi non poteſt quando conſtat de immemorabili quaſi poſſeſſione præſentandi. Minuſque ſi patroni non præſentarunt, cum adhuc effectum non ſufficit patronos non præſentaſſe, niſi ſimul concurrant actus poſitiui contrarij ſeruituti. Status Beneficij mediante præſcriptione vt mutatus dicantur, quænam requirantur?

Romana Donationis.
Lunæ 16. Martii 1643.
Argumentum 119.

Simplex renunciatio bonorum paternorum facta à filia ad fauorem ſororum, non includit bona fideicommiſſi per mortem fratris ad fauorem renunciantis purificati, niſi de eodem fideicommiſſo fuerit certiorata, nec ſufficit ſola enunciatiua teſtamenti in inſtrumento renũciationis. Renunciatio bonorum maternorum facta à filia cum conſenſu matris, vt ſuffragetur requiritur, quod in eodem conſenſu vſque ad obitum mater perſeuerauerit.

Roſſanen. Decimarum.
Mercury 18. Martij 1643.
Argumentum 120.

Quaſi poſſeſſio exigendi decimas acquiſita Eccleſiæ ex facto prædeceſſoris ſuffragatur ſucceſſori nomine ipſius Eccleſiæ manutentionem petenti. In materia decimarum non attenditur exercitium actus, ſed cauſa, ac titulus vniuerſalis, influens in omnes ſub eadem ſpecie comprehenſos.

Romana Vineæ.
Veneris 24. Aprilis 1643.
Argumentum 121.

Cautio ſeu aſſecuratio iudicij non cadit ſuper ſtabilibus eo quod perire non poſſunt, ſed tantum ſuper fructibus ſeu alijs mobilibus, & quando à reo ſit præſtanda & quando etiam peti poſſit poſt ceptum Iudicium? In decisione declaratur.

Romana Concordia.
Lunæ 27. Aprilis 1643.
Argumentum 122.

Agitur in hac deciſione de adimplemento liberationis promiſſæ. Oblatio verbalis, creditore recipere recuſante, operatur effectum veræ ſatisfactionis.

Romana Expenſarum.
Mercurij 29. Aprilis 1643.
Argumentum 123.

Expenſæ litis debitæ ratione victoriæ peti non poſſunt, niſi in ea quantitate, quas verè victor fecit, nec ſub ſimplici condemnatione ad expenſas ratione victoriæ habenda eſt ratio damnorum, quæ victor paſſus fuiſſet. Et quænam requirantur, vt victori etiam damna debeantur?

Signina Saluiani.
Lunæ 4. Maij 1643.
Argumentum 124.

Poſſeſſio alicuius prædij, quod fuerit acquiſita in totum, & non in parte ex quibus probetur? Cenſus non dicitur extinctus per liberationem fundi cenſiti limitate quoad vnum debitorem cum expreſſa reſeruatione Iurium, quoad alios obligatos, & latè in hac deciſione diſcutitur materia remiſſionis hypothecæ.

Bononien. Fideicommiſſi de Vizzanis.
Lunæ 4. Maij 1643.
Argumentum 125.

Damna reficienda ſunt ab attentante attentatum paſſo, etiamſi damna præter ipſius intentionem eueniſſent ratio eſt, quia attentando dedit operam rei illicitæ. Damna vt debeantur, quænam requirantur?

Caſarauguſtana de Caſpe.
Lunæ 11. May 1643.
Argumentum 126.

Signatura committens cauſam appellationis cum clauſula *parito iudicato, præterquamquod contenta in laudo, & cum facultate abſoluendi*, dicta clauſula vel conditionem importans non ſuffragatur, non conſtito de paritione, & quænam dicatur contenta in re iudicatà. & quænam in laudo? plenè in deciſione diſcutitur?

Bononien. Pecuniaria.
Veneris 15. Maij 1643.
Argumentum 127.

Inexigibilitas debitoris ceſſi ex quibus probetur? Et probata inexigibilitate, tunc contra promittentem nomen debitoris verum, & exigibile competit actio.

Leodien. Beneficii.
Veneris 22. Maij 1643.
Argumentum 128.

Decretum irritans licet non tollat inſiſtentiam facti, illam tamen priuat omni Iuris effectu; itaut habeatur pro vacua ad effectu denegandi manutentionem, quod indiſtinctè procedit, quando eſt appoſitum ſuper certo corpore beneficij. ſecus verò ſuper incerto, & per viam legis generalis, tunc enim non operatur niſi poſt quam clarum fuerit, quod ſit locus decreto. Regula de 20. locum habet ſecuto obitu reſignantis intra 20. dies, & ex quibus probetur obitus reſignantis intra 20. dies? confeſſio reſultans ex productione Iurium, quando eſt adminiculata nocet confitenti, quod etiam procedit in confeſſione procuratoris.

Romana Fideicommiſſi de Spiritibus.
Veneris 22 Maii 1643.
Argumentum 129.

Fideicommiſſum reale fauore omnium de familia inductũ cenſetur, quando ratio agnationis à teſtatore expreſſa ſtat de per ſe in ſeparata oratione, nec regulatur a prohibitione alienationis, & declaratur deciſio *in Florentina de Guidaccis* in obiecto allegata. Expenſæ, & melioramenta etiam vtilia facta ab hærede grauato non ſunt à fideicommiſſario reficienda, ſi illa facta probantur poſt denunciationem iudicialem ad inſtantiam fideicommiſſarij. & hoc propter temeritatem, & malam fidem ex dicta denunciatione reſultan., ſed tantum conceditur grauato illorum abraſio, quatenus ſeparabilia ſint abſq; læſione prioris ſtatus, quod intellige de melioramentis factis in reficiendo, non in faciendo de nouo, quæ grauatus emittit.

Ricien.

Index Argumentorum.

Liciem. Pecuniaria.
Veneris 29. Maij 1643.
Argumentum 130.

Cambia abſque litteris dell'audata, e del ritorno tanquam ſicca, & vſuraria non debentur Onus probandi litteras fuiſſe tranſmiſſas ſpectat ad creditorem, cum ſufficiat debitori negare illorum tranſmiſsionem, & hæc negatiua dicitur probata eo ipſo quod creditor illas non exhibet.

Anconitana Bonorum.
Lunæ 1. Iunij 1643.
Argumentum 131.

Confeſſio dotis receptæ probat veram numerationem, concurrentibus adminiculis, & plura in deciſione enumerantur adminicula, ex quibus talis confeſſio vera conuincitur. Mulier non præſumitur de eius credito dotali ſatisfacta ex quo tanquam Tutrix adminiſtrauit bona filiorum, niſi conſtet ad eius manus tot bona perueniſſe, ex quibus potuerit ſatisfieri, alias enim ſemper mulieri competit actio, pro conſecutione crediti dotalis, nulla habita ratione, an Inuentarium confecerit necne? quia ſpeciale eſt in dote, ne eius reſtitutio retardetur exceptione adminiſtrationis bonorum vi i.

Bononien. Legati.
Lunæ 8. Iunii 1643.
Argumentum 132.

Legatum conditionale valdè differt à pœnali. Conditionale dicitur, quando præcedit inſtitutio pura, & nullo intermedio præcepto de aliquid faciendo, ſequitur ſimplex ademptio ſub cõditione negatiua ſi hæres aliquid non fecerit aut dederit. Pœnale dicitur legatum, quando inſtitutio eſt pura, & poſtea iniungitur aliquod onus hæredi, & ſi illud non impleat priuatur relicto tunc enim ademptio dicitur in pœnam contrauentionis. Legatum pœnale non purificatur, niſi concurrat mora hæredis in adimplendo, & adhuc effectum non ſufficit mora irregularis ſed requiritur mora regularis contracta per interpellationem.

Cathacen. Eccleſiæ.
Mercurij 10. Iunij 1643.
Argumentum 133.

In fundo donato ſi Eccleſia à Donatario conſtruatur ad ipſum ſpectat, & poteſt Eccleſia conſtructa in alium transferri, non attento quod idem fundus fuerit alteri donatus, quia ſemper præferendus eſt primus donatarius, cui traditus fundus antea fuit, & traditio, ex quibus probetur?

Bononien. Fideicommiſſi de Vizzanis.
Lunæ 15. Iunij 1643.
Argumentum 134

Fideicommiſſum cenſetur per diuiſionem remiſſum, ex facultate liberè diſponendi, & faciendi quicquid placuerit in perpetuum, iniuncta, tam ipſiſmet diuidentibus, quam eorum hæredibus. Scientia fideicommiſsi in diuidentibus, ex quibus potiſsime probata remaneat?

Romana Pecuniaria.
Lunæ 15. Iunij 1643.
Argumentum 135.

Fideiuſſor pro Exactore, ſiuè Adminiſtratore tenetur, nedum ſi Exactor rationem non reddit de exactis ab ipſo, ſed etiam ab alio de eius ordine, ſiuè mandato eum exegiſſe videatur qui per alium exegit. Fideiuſſor ſimpliciter obligatus ſubit omnem obligationem principalis, & tenetur in omnem caſum, qui venit ex natura contractus *Text. in l. cum apud ff. Iudic. ſolu.* declaratur. Filius ſi exegit pecunias quas pater exigere tenebatur, tunc in eo præſumitur mandatum, & ex quibus tale mandatum eliciatur?

Ariminen. Saluiani.
Veneris 19. Iunij 1643.
Argumentum 136.

Aegidiana locum non habet quoties ſententia concedit immiſſionem ſuper re de directo dominio Eccleſiæ, etiã reſpectu vtilia dominij competen. laico, quamuis non tota res ſit Eccleſiaſtica, ſed vna tantum pars; nam cum illa non ſit à reliquo ſeparata trahit ad ſe tanquam magis digna reliquas partes merè laicales. Saluianum competit donatario pro conſecutione rei donatæ. Donatio inofficioſa re non corruit in totum, ſed filius agere poteſt ad legitimæ ſupplementum, cui locus non eſt non docto de valore bonorum donantis, qui probandus eſt à dante de inofficioſitate donationis. Donatio etiã conditionalis iuxtà magis, ac veriorem DD. ſententiam non efficitur caduca per prædeceſſum donatarij ante donantem, quando etiam hæredibus fuit donatum, & redditur ratio in deciſione.

Romana Hæreditatis de Fabiis.
Veneris 19. Iunij 1643.
Argumentum 137.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. excluſiuum fœminarum propter maſculos eatenus excludit fæminas ab hæreditate matris, quatenus excluſæ ſint ab hæreditate patris alias ſecus, & tres in deciſione recenſentur caſus, quibus fœminæ excluduntur à d. Statuto. Legatum filio relictum, an imputetur in legitimam pendet à voluntate, & diſpoſitione Teſtatoris, & ex quibus voluntas Teſtatoris deſumatur legatum in legitimam non imputandi?

Cæſaraugustana Beneficii de Linares.
Lunæ 22 Iunij 1643.
Argumentum 138.

Pertinentia Iuriſpatronatus, quando verſamur in patronatu gentilitio ſufficienter probata remanet eo ipſo quod conſtat præſentantem deſcendere ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi quamuis non probetur deſcendentia à primo fundatore. Deſcendentibus alicuius ad præſentandum vocatis intelligitur de deſcendentibus per lineam contentiuam quando fundator eſt Sacerdos nec deſcendentes habere poteſt.

Montis Faliſci ſupplementi legitimæ.
Lunæ 22. Iunij 1643.
Argumentum 139.

Legitima non poteſt à Patre minui filio inuito, & ſi minuitur datur actio ad illius ſupplementum. Pro obtinendo ſupplemento legitimæ quænam ſunt probanda? Ius adeundi non præſcribitur, niſi in adeunte concurrat ſcientia obitus defuncti.

Narnien. Vnionis.
Mercurij 1. Iulii 1643.
Argumentum 140.

Ordinarius poteſt compelli ad faciendam vnionem ſubſiſtente cauſa neceſſitatis, & talis vnio fieri debet cum conſenſu Capituli ſiue ille procedat authoritate Ordinaria propter arctiſſimam coniunctionem, & conſortiũ quod eſt inter Epiſcopum & Capitulum, ſiue tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus vigore Concilij Tridentini ſeſſ. 21. de reformat. cap. 5. & an de defectu conſenſus dare poſſit tertius tacente Capitulo? Iuſta cauſa vnionis reputatur in ſufficientia reddituum, quæ tamen probatur ex aſſertione Ordinarij, quando eſt adminiculata, & emanauit in actu viſitationis.

Romana Matrimonii.
Mercurij 1. Iulij 1643.
Argumentum 141.

Pendente lite ſuper fœdere matrimonij quemadmodum expenſæ litis ſubminiſtrandæ veniunt vxori pauperi à viro diuite, ità è conuerſo viro inopi ab vxore diuite concurrentibus paupertate, ac præſumptione boni Iuris, & ex quibus vtraque qualitas iuſtificetur? Matrimonium ratum per profeſſionem alterius ex coniugibus dirimitur, & quomodo hæc concluſio procedat?

Anconitana Prædij.
Mercurii 1. Iulii 1643.
Argumentum 142.

Remiſſoria petita in vltimis audientijs eſt deneganda, ſi lis longo tempore durauit tam in partibus, quam in Curia, & nunquam fuerunt factæ probationes, concurrente præſertim articulorum irreleuantia. Remiſſoria ad probandum ſtylum procedendi ad ſubhaſtationem pignorum venit deneganda cum id probari poſſit per acta iudicialia, & ſic per ſcripturas.

Romana Laudi. ſeu Domus.
Mercurii 1. Iulii 1643.
Argumentum 143.

Quando agitur de liquidatione fructuum, ſeù penſionum domus, tunc non dicitur probata illarum perceptio ex ſola poſſeſſione, niſi etiam locatio concurrat. In probanda fructuum perceptione pleniores probationes

requi-

requiruntur, quam in probanda illorum quantitate, nam ſi ſola quantitas in controuerſiam cadit, tunc leuiores probationes ſufficiunt.

Fulginaten. Saluiani.

Mercurij 1. Iulij 1643.

Argumentum 144.

Saluianum non datur ex defectu hypothecæ, & quando poſſeſſori competat retentio ex creditis anterioribus?

Calaritana Capellæ.

Mercurij 1. Iulij 1643.

Argumentum 145.

Manutentio danda eſt patrono in quaſi poſſeſſione præſentandi Capellanum probata poſſeſſione per actus poſſeſſorios, nonniſi a veris patronis fieri ſolitos. Manutentio etiam in gradu appellationis, vel reſtitutionis in integrum dari poteſt.

Vicen. Parochialis de Beſora.

Mercurii 1. Iulii 1643.

Argumentum 146.

Immiſſio datur ſubrogato gratioſe, probatis ſolitis requiſitis. Vnio ad excludendam reſeruationem eſt plenè, & concludenter probanda, præſertim quando conſtat de vltimo ſtatu collatiuo, qui vnioni repugnat. Via executiua competit gratioſe ſubrogato etiam contra prouiſum Apoſtolicum, quia vt ex paritate tituli excludatur via executiua non ſufficit identitas cauſæ efficientis, ſed requiritur etiam paritas reſpectu formæ & ſpeciei, hoc eſt quod prouiſus Apoſtolicus habeat conſimilem ſubrogationem gratioſam.

Leodien. Parochialis.

Mercurii 1. Iulii 1643.

Argumentum deſunt ex Summarijs 147.

Leodien. Beneficij.

Mercurij 1. Iulii 1643.

Argumentum 148

Attentata dicuntur geſta poſt inhibitionem Rotalem, & appellationem interpoſitam, præſertim, ſi Iudex a quo appellationi detulit, & ſignatura cauſam appellationis ſimpliciter commiſit, quæ commiſſio operatur vt omnia medio tempore geſta à die ſententiæ ſint attentata, Sequeſtrum de ſtylo Rotæ paſſim apponitur, conſtito de attentatis.

Florentina Horti.

Mercuris 1. Iulij 1643.

Argumentum 149.

Sententia in Iudicatum tràlacta poteſt ex cauſa executioni demandari ſuper alia re, quam petita, ſi ſuper repetita fieri nequit executio, ſaltim donec fiat reſtitutio rei petitæ, nam in Iudicio reiuendicationis reus dum habet facultatem reſtituẽdi poteſt præciſe cogi rem ipſam reſtituere etiam captis pignoribus. Iuramentum in litem datur actori pro æſtimatione, & quantitate, pro qua eſt facienda executio.

Firmana Penſionis.

Merc. 1. Iulij 1643.

Argumentum 150.

Remiſſoria calumnioſa petita denegatur, & ex quibus calumnia conuincatur?

Bononien. Dotis.

Lunæ 16. Nouembris 1643.

Argumentum 151.

Reſtitutio dotis facta ab hæredibus primi viri vxori, præſente, & conſentiente ſecundo viro, an cenſeatur ſecundo viro acquiſita, ſtante præſertim ſtatuto loci, quod dos data primo viro cedat in dotem ſecundi viri? dos à principio conſiſtens in pecunia, vt poſſit transferri in fundum dotalem duo copulatiuè concurrere debent, nempè conſenſus coniugum quodque vtiliter fiat. Et ex quibus conſenſus excludatur? Solutum in cauſam fructuum vltra ſummam debitam minuit ipſo Iure creditum ſortis miniſterio legis, & ſic imputatio ſingulis annis, itaut quolibet anno pro rata exceſſus ſors decreſcat. Diſtinctio inter vſuras fauorabiles, & odioſas quo caſu procedat?

Narnien. Vnionis.

Lunæ 16. Nouembr. 1643.

Argumentum 152.

Ordinarius ſi in actu viſitationis decreuit vnionem eſſe faciendam ſi ita expedire videbitur, non cenſetur per dictam clauſulam aliquid purè voluiſſe decernere, ſed ſub conditione, nempè poſt adhibitam cauſæ cognitionem, præſertim ſi idem Ordinarius ſubſequenter, declarauit intentioni eius fuiſſe vnionem facere ſeruatis ſeruandis, & captis informationibus, quæ declaratio etiam ex interuallo fieri poteſt. Aſſertio Ordinarij circa inſufficientiam redditum emiſſa in decreto vnionis ſufficit quod ſit dubia, vel vera, vt non releuet, præſertim quando adminicula, quibus fulcitur non faciunt aliquam probationem saltim ſemiplenam.

Romana Domus.

Veneris 27. Nouembr. 1643.

Argumentum 153.

Contra tertium poſſeſſorem poteſt fieri executio ſi emit lite pendente, & ſemper fuit citatus pro ſuo iure & intereſſe, & lis pendebat ſuper actione reali, quo caſu vitium litigioſi tanquam reale, tranſit in tertiùm poſſeſſorem, ſiue tertius ſciuerit rem eſſe litigioſam ſiue ignorauerit, quia ignorantia excuſat quidem à pœna contra acquirentes res litigioſas, non autem illos tuetur ab executione ſententiæ. Exceptio melioramentorũ oppoſita à tertio poſſeſſore, quo caſu executionem non impediat?

Cæſaraugustana Beneficii de Linares.

Veneris 4. Decembris 1643.

Argumentum 154.

Ius præſentandi ad beneficium iuriſpatronatus relictum à Teſtatore in caſu deficientiæ conſanguineorum aliquibus officialibus non poteſt per officiales exerceri niſi probata deficientia conſanguineorum. Variatio permiſſa patronis laicis intelligitur de cumulatiua, etiamſi non exprimatur, quod ſecunda præſentatio ſit cumulatiuè. Conſanguinitas quando probanda non ſit per gradus diſtinctos.

Leodien. Beneficij.

Mercur. 9. Decembr. 1643.

Argumentum 155.

Iuſpatronatus prætenſum ab habentibus iuriſdictionem in loco præſumitur ex vſurpatione ex diſpoſitione Sacri Concil. Tridentini ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. quæ tamen Conciliaris diſpoſitio locum non habet quoties Ordinarius non eſt in cauſa, nec quæſtio eſt ſuper exiſtentia Iuriſpatronatus, & ſic de beneficij libertate, ſed ſuper pertinentia inter patronos, inter quos Concilium nihil voluit innouare; Item nec locum habet quando conſtat de Inſtrumento fundationis; Iuriſdictio in loco beneficij ad hunc effectum non probatur ex ſolo titulo honorifico, vt multis exemplis in deciſione comprobatur.

Romana Concordiæ.

Lunæ 14. Decembr. 1643.

Argumentum 156.

Multa in hac deciſione obijciuntur ad probandum non adimplementum promiſſum, ſed firmatur de eo conſtare per æquipollens, quod ſufficit ad euitandam exceptionem non implementi.

Lauretana Domus.

Lunæ 14. Decembr. 1643.

Argumentum 157.

Maritus vendere nequit rem propriam vxoris, & quæ dotalis non eſt, & ex quibus ratificatio venditionis excludatur? Alienatio bonorum Fideicommiſſi pro ſoluendo ære alieno Teſtatoris, vt ſubſtineatur requiritur, quod de ære alieno aliundè conſtet, quam ex partium confeſſione, ne ſit in earum arbitrio fideicommiſſum euertere, & vlterius quod creditores vrgeant. Sententia lata contra mortuum ſubſtinetur in prophanis, niſi probetur mortem deueniſſe ad notitiam Iudicis, vel partis, & ſaltem ſubſtinetur quoad viuum litis conſortem mortui.

Bononien. Fideicommiſſi de Vizzanis.

Veneris 15. Ianuarij 1644.

Argumentum 158.

Fideicommiſſum remiſſum, ac ſublatum dicitur per diuiſionem factam inter grauatos, cum facultate liberè diſponendi de bonis diuiſis, etiam quoad eorum hæredes, & ſucceſſores, quæ facultas incõpatibilis eſt cum fideicommiſſo, & ex quibus excludatur, facultatem liberè diſponendi non eſſe reſtrictam ad bona libera, nec ad ſimplicem diſſolutionem communionis, minuſque limitari ad vitam diuidentium. Fideicommiſſum remitti poteſt in præiudicium vocatorũ ſi ſunt diuidentium hæredes. Scientia fideicommiſſi in diuidentibus ex quibus deducatur?

Bono-

Index Argumentorum.

Bononien. Boncrum.
Sabbati 23. Ianuarij 1644.
Argumentum 159.

Vſufructuario datur manutentio aduerſus proprietarium occupantem poſſeſſionem naturalem, quia licet non habeat ciuilem poſſeſſionem habet tamen quaſi ciuilem. Exceptio reſpiciens dominium, vel non ius poſſeſſoris, non eſt apta ad retardandam manutentionem, niſi probetur incontinenti per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam.

Marſicen. Iuriſdictionis.
Veneris 29. Ianuarij 1644.
Argumentum 160.

Epiſcopus ſucceſſor non tenetur ad exhibitionem proceſſus exiſtentis penès prædeceſſorem, ſi ex teſtibus aliiſque adminiculis in deciſione ponderatis conſtat de illius occultatione tempore obitus prædeceſſoris, & ad hunc effectum exiſtentia penès ſucceſſorem plenè, & concludenter probanda eſt, non autem præſumptiuè.

Romana Vineæ.
Veneris 19. Februarij 1644.
Argumentum 161.

Creditor poſſidens bona in executione capta ſi deinde inſtetit apud Iudicem, quod ſibi dentur inſolutum pro ſatisfactione ſui crediti bona poſſeſſa, & Iudex in termino citationis mandauit dari inſolutum, tale decretum cum ſonet inſuturum non importat dationem inſolutũ, ſed ſolum quod Iudex decreuit dari inſolutum, & quãdo datio inſolutum non eſt pro toto credito, tunc neceſſe eſt quod præcedat æſtimatio bonorum nec non factum executoris, qui de ſtylo in executionem decreti Iudicis adiudicet, ac inſolutum det fungendo vice partis, & reſpondetur *conſ. Pariſ. 42. nu. 31. lib. 1. necnon Alb. conſ. 942. num. 16.* Datio inſolutum ex quibus reddatur nulla? Legitima debita hæredi granato ex quibus probetur conſumpta?

Calaritana Capellæ.
Veneris 19 Februarij 1644.
Argumentum 162.

Iuſpatronatus ad effectum Iuris honorifici probatur leuioribus probationibus. Ius honorificum acquiſitum dicitur ex dotatione alicuius Capellæ, quamuis ab alio fuerit conſtructa. Iuſpatronatus quando prætenditur ex redotatione Eccleſiæ, quæ dotem amiſit, tunc à redotante probandum eſt primam dotem eſſe redactam de eſſe ad non eſſe. Dos quod fuerit alicui Cappellæ conſtituta ex quibus probetur? Patrono non competit in Eccleſia patronata ius Sepulturæ. Ordinarius non poteſt vigore *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* abſque ſpeciali cognitione reuidere Iuſpatronatus à 40 annis citrà.

Leodien. Attentatorum.
Merc. 24. Fber. 1644.
Argumentum 163.

Iudicium attentatum licet motum præſumatur ab eo, cuius commodo attentata cedunt, ceſſat tamen præſumptio, quando motum legitur ab alio habente principale intereſſe, & cum attentata ſonent in delictum non præſumptiua ſed plena, ac concludens probatio requiritur. Tertius appellans à ſententia contra alium lata facit omnia acta ſua, & aliquid innouando attentat.

Leodien. Beneficij.
Mercur. 24. Febr. 1644.
Argumentum 164.

Decretum irritans quod contineatur in regula de 20. ple; ne in hac deciſione oſtenditur, vbi etiam quod regula 8. continens decretum irritans antiquitus non inſerebatur inter cæteras regulas Cancellariæ, licet fuerit poſtea addita, non tamen fuit alterata illarum natura. Obitus reſignantis intra 20. dies ex quibus probetur? Regula de 20. vt locum habeat ſufficit quod reſignans obierit intra 20. dies, non autem requiritur, quod probetur infirmitas reſignantis de tempore reſignationis.

Tiburtina Hæreditatis.
Veneris 26. Februar. 1644.
Argumentum 165.

Statutum conditum à populo ſubiecto ſine conſenſu Principis, an poſſit abſque Principis licentia abrogari? Reſpondetur affirmatiuè quando Statutum eſt contra ius, quia per illius abrogationem reducitur res ad terminos iuris communis. Statutum requirens in teſtamento mulieris conſenſum proximiorum nullum eſt & inualidum ſecundum opinionem aliquorum DD., quia arctat homini ſanæ mentis libertatem teſtãdi; Rota tamen eorum opinionem ſuper inualiditate Statuti adhuc ſequuta non fuit. Statutum Tiburis requirens in donatione mulieris vltra decretum Iudicis interuentum conſanguineorum, & in eorum defectum conſenſum capitis militiæ, & Priorum, ſufficit pro validitate donationis, quod conſanguinei interuenerint licèt cõtradixerint, quia Iudex interponendo decretum cenſetur tacitè interlocutus ſuper irrationabilitate contradictionis. Deficientia conſanguineorum, ad hoc vt locum habeat conſenſus capitis militiæ, & Priorum probata dicitur eo ipſo quod vltra conſanguineos, qui contradixerunt fuerunt alij citati, & non comparuerunt.

Lauretana Prædii.
Lunæ 29. Februar. 1644.
Argumentum 166.

Simulatio apocæ, in qua quis ſe debitorem fatetur ex quibus excludatur?

Cæſarauguſtana de Caſpe.
Veneris 4. Martij 1644.
Argumentum 165.

Beneficiati mediante exercitio aliquorum actuum per eos in Eccleſia & Capitulo geſtorum, quale Ius habere dicantur plene in hac deciſione declaratur.

Romana Hæreditatis de Fabiis.
Veneris 11. Martij 1644.
Argumentum 168.

Legatum filiæ à matre relictum, in legitimam non imputari ex quibus potiſſimè deducatur?

Placentina, ſeu Abulen. Decimarum.
Lunæ 14. Martij 1644.
Argumentum 169.

Examen Teſtium coram Iudice recuſato factum reputatur validum, ſi recuſationem præceſſit, & ex quibus deducatur præceſſiſſe? Examen Teſtium factum extra locum præfixum nullum eſt, & inualidum nulla præcedẽte citatione partis ad intereſſendum, aut intimatione acceſſus receptoris ad dictum locum, nec defectus citationis, & intimationis ſuppletur ex præſumpta ſcientia examinis in loco; item nec talis defectus ſanatur ex ſubſecuta intimatione facta poſt completum examen, quia etiamſi pars non contradixerit, adhuc nullitas ſuſtinetur, quia ſciebat ius ſuum eſſe ſaluum. Aſſiſtentia iuris pro Parocho ſuper decimis non ſuffragatur ad effectum obtinendi manutentionem ſi conſtat alterum eſſe in poſſeſſione percipiendi decimas à tempore immemorabili, & quando dubium eſt locum eſſe intra fines Parochiæ, & ex quibus probetur talis exiſtentia extra fines Parochiæ,

Romana Laudi.
Lunæ 11. Aprilis 1644.
Argumentum patet ex Summarijs 170.

Salernitana Beneficij.
Veneris 15. Aprilis 1644.
Argumentum 171.

Regula de Triennali tuetur poſſeſſorem etiam aduerſus prouiſum Apoſtolicum tanquam de reſeruato, excepta reſeruatione in corpore iuris clauſa, ita vt qualibet alia reſeruatio ad effectum regulæ tribuit titulum coloratũ Monitorium obtentum ac executum cõtra poſſeſſorem, curſum triennalis poſſeſſionis non interrumpit, ſi emanauit à non habente Iuriſdictionem, quo caſu, nec vim habet moleſtiæ iudicialis. Reliqua deſume ex ſummarijs.

Romana Domus ad Tranſtyberim.
Lunæ 18. Aprilis 1644.
Argumento 172.

Procurator poſſidens iure familiaritatis poſſidere dicitur Ius adeundi tanquam perſonale cedi nequit. Titulus etiam in Summariſſimo poſſeſſorio manutentionis allegari poteſt, quando ex eo perimitur poſſeſſio Aduerſarij.

Auct.

Index Argumentorum.

Anconitana Beneficium.
Veneris 22. Aprilis 1644.
Argumentum 173.

Præſcriptio non oppoſita in prima inſtantia opponi poteſt in ſecunda, hæc tamen concluſio intelligitur ad effectum, vt prima ſententia poſſit confirmari, vel reuocari eo quod nõ deducta in prima inſtantia poſſunt deduci in ſecunda, non tamen ad effectum, vt prima ſententia, quæ ſecluſa præſcriptione iniuſta eſt poſſit tranſire in iudicatum, & executioni demandari, tunc enim ſententia debet ex antea deductis non ex nouis iuſtificari. Mulier tutrix filiorum non præſumitur de ſua dote ſatisfacta, ex quo bona adminiſtrauit niſi inſimul doceatur ad eius manus perueniſſe tot bona ex quibus ſatisfieri potuerit, nulla habita diſtinctione, an confecerit Inuentarium nec ne & hoc ex ſpeciali priuilegio dotis. Et an contra Mulierem non conficientem Inuentarium poſſit iurari in litem?

Cæſarauguſtana Beneficij de Linares.
Mercurii 27. Aprilis 1644.
Argumentum 174.

Breue abſolutionis ob recurſus ad Iudices Laicos in forma commiſſaria obtentum cum clauſula *conſtito de præmiſſis* ante iuſtificationẽ narratorum ſuſpendit executionem. Recurſus habitus à Procuratore dicitur à principali ratificatus eo ipſo quod ſciuit, & ei non renunciauit. Scientia recurſus habiti ex quibus probetur?

Romana Vineæ.
Lunæ 2 Maii 1644.
Argumentum 175.

Agitur in hac deciſione de venditione rei fideicommiſſariæ obtenta derogatione fideicommiſſi, & præuia illius tranſlatione in inueſtimentis faciendis ex prætio rei venditæ, ac de præſeruatione hypotecæ ſuper inueſtimentis, & conſenſu præſtando per emptorem, & vlterius an Procurator cum libera poſſit ſine ſpeciali mandato contentis in Breui derogationis fideicommiſſi renunciare?

Romana Succeſſionis.
Lunæ 9. Maij 1644.
Argumentum 176.

Teſtamentum in quo filia excluditur, & nepos Teſtatoris hæres inſtituitur non corruit ex falſitate cauſæ, quando aliæ fuerunt in teſtamento expreſſæ, ex quibus Teſtator motus fuit ad excludendam filiam, & inſtituendum Nepotem. Teſtamentum, vt corruat ex falſitate cauſæ, quænam requirantur? Cauſæ plures ſi in teſtamento exprimuntur ſiuè omnes ſint impulſiuæ ſiuè finales vna exiſtente falſa, adhuc ſubſiſtentur teſtamentum ex altera expreſſa.

Romana Pecuniaria.
Veneris 13. Maii 1644.
Argumentum 177.

Inter ſocios ſi duæ fuerunt factæ ſolidationes concernentes diuerſa, ac ſeparata negotia, quantumuis vltima ſolidatio verbis generalibus ſit concepta non cenſetur comprænhendere præcedentem ſolidationem, nec illam nouare, & ex quibus diuerſitas ſolidationis conuincatur?

Marſicen Iuriſdictionis.
Veneris 3. Iunij 1644.
Argumentum 178.

Præſumptio mali iuris oriens contra occultãtem aliquam ſcripturam ceſſat, quoties non conſtat de doloſa occultatione, quæ ad hunc effectum plenè, & concludenter probanda eſt. Occultatio proceſſus contra Epiſcopum non remanet probata, ex quo in Archiuio Epiſcopali non repetitur, cum ad ipſum ſolum ſpectet deputare Notarium actuarium, non autem cuſtodia ſcripturarũ?

Lauretana Domus.
Veneris 10. Iunii 1644.
Argumentum 179.

Reintegratio datur ſpoliato, qui facto Iudicis, nulliter, & iniuſte procedentis fuit à poſſeſſione eiectus, præſertim ſi conſtat tempore, quo rem poſſedit eam notabiliter melioraſſe, nec retardari poteſt reintegratio ſub prætextu alicuius fideicommiſſi ſpoliato competentis, niſi ſit canonizatum per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam. Pro melioramentis datur poſſeſſori retentio ſi de illis conſtat ſaltim in genere, & deinde poterit præfigi terminus ad liquidandum in ſpecie. Deliberatio vigore mandati executiui A. C. non adhibitis tribus obiectibus nulla eſt.

Britinorien. Fideicommiſſi.
Lunæ 13. Iunij 1644.
Argumentum 180.

Teſtator vocans hæredes alicuius cenſetur vocaſſe deſcendentes, ſi ex circumſtantijs extrinſecis reſultan. apparet reſpexiſſe ad conſeruationem bonorum in familia. Et ex quibus deſcendentia ad hunc effectum probetur?

Gerunden. Capellaniæ.
Lunæ 13. Iunij 1644.
Argumentum 181.

Subrogato gratiosè in Ius, & poſſeſſionem defuncti non datur ex illius poſſeſſione manutentio, niſi doceat de actuali apprehenſione, nam ſubrogatio operatur, vt quando defuncto competeret manutentio, ſubrogato detur immiſſio.

Mediolanen. Beneficii.
Veneris 17. Iunij 1644.
Argumentum 182.

Sequeſtrum contra reſignantem decretum expediri poteſt contra reſignatarium cui lite pendente fuit facta reſignatio, nam ex Conſtitutione Gregorij XIII. 85. §. 6. in Bullar. tom 2. fol. 470 cauetur ne per huiuſmodi reſignationes lite pendente factas differatur litis proſecutio ſuper poſſeſſione, vel proprietate beneficij concedi tur litiganti. vt poſſit ad vlteriora procedere eodem modo, ac ſi reſignatio facta non fuiſſet. Papa licet non attentet prouidendo lite pendente, in Rota attentat tamen promiſſus petendo executionem coram Executore.

Fulginaten. Saluiani.
Lunæ 20. Iunij 1644.
Argumentum 183.

Cenſus impoſitus ſuper duobus fundis, quorum alter prohibitus eſt hypotecari ſeu alienari tunc fructus peti nequeunt loco damnorum, & intereſſe donec probetur pro qua parte alter fundus ſit incapax, vel quatenus fructus petantur tanquam fructus cenſus ſuper fundo libero, non debentur abſolutè, ſed proportionabiliter ad illius capacitatem, & facienda eſt hoc caſu diuiſio cenſus ſuper quolibet corpore cenſuali arbitrio Iudicis quia veriſimile eſt, quod non quodlibet corpus capax ſit totius cenſus *deciſ. in Romana Cenſus 30. Iunij 1641. coram R. P. D. Cerro*, loquens de impoſitione cenſus ſuper pluribus corporibus declaratur, quo caſu procedat?

Romana Societatis Officij.
Lunæ 20 Iunij 1644.
Argumentum 184.

Poſt factam diſdictam Societatis officij ſi creditor partem fructuum pro futuro ſemeſtri recepit, non obſtante diſdicta adhuc Societas durare dicitur, itaut ſi creditor intrà illud Semeſtre decedat, Societas ſuperlucrata cenſetur, & ex quibus probetur receptio fructuum pro ſemeſtri in quo creditor deceſſit?

Romana Cenſus, & Depoſiti.
Lunæ 27. Iunij 1644.
Argumentum 185.

Intereſſe ex ſententia Baldi tribus modis debetur nempè ex promiſſo, ex diſpoſitione legali, & ex commiſſo, & quænam requirantur vt intereſſe ex promiſſo, & ex diſpoſitione legali debeatur? Intereſſe ex commiſſo proueniens duplex eſt intrinſecum, & extrinſecum. Intereſſe intrinſecum ſuper quibus rebus cadit? Intereſſe extrinſecum ex commiſſo, hoc eſt ob male factum, vt debeatur quænam requirantur? Interpellatio perſonalis requiritur ad hoc vt quis ratione moræ teneatur ad intereſſe.

Cæſarauguſtana Emolumentorum.
Lunæ 27. Iunij 1644.
Argumentum 186.

Bulla Seculariżationis Eccleſiæ Cathedralis Cæſarauguſtanæ inducens communionem emolumentorum inter dignitates Canonicos, & portionarios loquitur de emolumentis, quæ fiunt Eccleſiæ in genere, vel Canonicis & Portionarijs vti talibus, non autem de illis emolumentis, quæ Portionarij vti Confratres Confraternitatũ in Eccleſia erectarum percipiunt, quia in hac parte non repræſentant Eccleſiam, ſed ipſam Confraternitatem, & huiuſmodi emolumenta nullatenus referenda ſunt ad titulum Portionis, ſeù beneficij, cum non proueniant Iure Eccleſiæ, ſed Confraternitatis.

Index Argumentorum.

Gerunden. Prioratus.
Lunæ 27 Iunij 1644.
Argumentum 187.

Lis ad effectum Subrogationis gratioſæ ſufficit, quod iuſtificetur, eo modo quo fuit Papæ narrata, quamuis non pendeat ſuper titulo beneficij, & quando lis introducta dicatur ſuper titulo? lis calumnioſa eſt inſufficiens ad obtinen. ſubrogationem; ſufficit tamen quælibet cauſa colorata ad excluden. calumniam, quæ adhuc eff. ctū debet eſſe euidens, vt vllo velamine offuſcari valeat. Subrogatio quando detur ſuperſtiti, qui contra defunctum triennalem poſſeſſorem litem mouit?

Cracouien. Iuriſpatronatus.
Lunæ 27. Iunij 1644.
Argumentum 188.

Concilium Trident. inducens præſumptionem vſurpationis Iuriſpatronatus in magnatibus, procedit quādo quæſtio eſt ſuper libertate beneficij, ſecus verò ſi de ſola pertinentia patronatus cōtenditur inter patronos. Quaſi poſſeſſio præſentandi ex vnica præſentatione effectuata acquiritur, ſecus verò ſi non probatur eff. ctuata, vel dedit cauſam liti.

Gerunden. Beneficij.
Lunæ 27. Iunii 1644.
Argumentum 189

Adiudicatio Beneficij Iuriſpatronatus, quibus concurrentibus concedenda veniat? habens qualitates requiſitas in fundatione, licet nō ſit præſentatu. habetur pro præſentato ex ſola oppoſitione, quia patronus, tenetur illū præſentare. Iuſpatronatus Eccleſiaſticum cadit ſub reſeruatione cum ſua cauſa, vt ſcilicet collatio fiat habēti qualitates requiſitas in fundatione, quia Papa per tales reſeruationes, non cenſetur præiudicare velle niſi collatoribus, non autem perſonis in fundatione vocatis.

Romana Vineæ.
Veneris 1. Iulij 1644.
Argumento non eget 190.

Romana ſeu Ianuen. Pecuniaria.
Veneris 1. Iulij 1644.
Argumentum 191.

Confeſſio debiti inter debitorem. & creditorem non probat in præiudiciū aliorum creditorum, maximè ſi tempore confeſſionis debitor erat decoctus, vel de proximo decocturus. Cambia vt debeantur vti cambia, vel tanquam damna, & intereſſe, quænam vtroque caſu iuſtificanda ſunt?

Rauennaten. Concordiæ.
Veneris 1. Iulij 1644.
Argumentum 192.

Tranſactio vt reſcindatur propter errorem calculi requiritur, quod ſuper præcedenti errore lis mota fuerit, vel moueri timebatur, ſecus vero in caſu contrario, & redditur ratio diuerſitatis in deciſione inter vnum, & alterū caſum. Ad validitatem tranſactionis duo ſubſtantialia requiſita concurrere debent: Alterum quod lis aliqua præexiſtat, vel probabiliter timeatur; Alterum verò quod hinc inde aliquid detur, vel promittatur.

Romana Vineæ.
Vener. 1. Iulij 1644.
Argumentum 193.

Prò melioramentis factis ab emptore in re empta ei datur retentio tam aduerſus venditorem quatenus venditio poſtea declaretur nulla quam aduerſus ſucceſſores in fideicommiſſo ſuper re empta præienſo. Articuli in Curia paſſim admittuntur cum clauſula, *ſaluo iure impertinentium non admittendorum &c.*

Barchinonen. Iuriſdictionis.
Vener. 1. Iulij 1644.
Argumentum 194.

Quaſi poſſeſſio viſitandi acquiſita ab Abbatiſſa ſuffragatur ad eff. ctum manutentionis Abbatiſſis ſucceſſoribus, nō obſtante aſſiſtentia iuris communis competen. Epiſcopo viſitandi omnes Eccleſias ſuæ Diœceſis, quia illa non ſuffragatur ſtante dicta quaſi poſſeſſione viſitandi, ac etiam quia de iure communi competere poteſt Abbatiſſæ ius viſitandi monaſterium, & loca ſubiecta priuatiuè quoad Epiſcopum, exceptis ijs, quæ curam animarum reſpiciunt.

Cæſarauguſtana Beneficii de Linares.
Lunæ 15. Nouembr. 1644.
Argumentum 195.

Negatiua non vſus recurſus ad Iudices laicos ex quibus probetur? Ratificatio recurſus facti à Procuratore ſiue tacita, ſiue expreſſa ex quibus ex parte principalis excludatur?

Tiburtina Hæreditatis.
Lunæ 5. Decembris 1644.
Argumentum 196.

Dos à Patre filiæ relicta, & à Fratre in tot bonis ſtabilibus aſſignata cum pacto de æſtimando bona tempore nuptiarum vel monachatus, tale pactum non dicitur expiraſſe per obitum filiæ antè nuptum ſeu Monachatū, ſed æſtimatio facienda eſt de tempore obitus ſiuè pactū contineat modum, ſiue conditionem, vt plenè in deciſione declaratur.

Romana Pecuniaria.
Vener. 9. Decembr. 1644.
Argumentum 197.

Duæ ſi adſunt ſolidationes inter Socios, licet ſecunda ſit ampla & generalis, non tamen comprehendit primam, quando vtraque ſolidatio eſt diſtincta & ſeparata prout diſtincta & ſeparata inter eos erāt negocia, & ſocietates, itaut generalitas ſecundæ ſolidationis reſtringenda ſit ad terminos ſecundæ Societatis ſuper qua emanauit, & ex quibus diſtinctio & ſeparatio negotiorum, ac Societatum inter Socios probata remaneat?

Gerunden. Prioratus.
Vener. 9. Decembr. 1644.
Argumentum 198.

Lis ſuper titulo ad effectum ſubrogationis quodq; calumnioſa non ſit ex quibus probetur? Regula de ſubrogandis non ſuffragatur ſi defunctus triennio ante motam litem pacificè poſſedit, & poſt adductam diſtinctionem inter poſſeſſionem triennalem requiſitam ad effectum regulæ de triennali, & aliam exceptuatam in regula de ſubrogandis, firmatur in deciſione quod regula de ſubrogandis requirit titulum ſaltem coloratum, non ſecus ac regula de triennali, & redditur ratio Beneficium, quod non ſit curatum, aut reſidentiale ex quibus probetur?

Romana Fideicommiſſi, de Spiritibus.
Lunæ 12. Decembr. 1644.
Argumentum 199.

Melioramenta non fuiſſe neceſſaria, nec reficienda, ex quibus probatum remaneat? Melioramenta vtilia bona fide facta reficienda ſunt, & ex quibus mala fides meliorantis excluditur? Reliqua circa hanc materiam melioramentorum deſume ex Summarijs.

Romana, ſeu Peruſina Cenſus.
Lunæ 12. Decembr. 1644.
Argumentum 200.

Contractus celebratus à minore 25. annis non ſeruatis ſolemnitatibus Iuris communis, ac Conſtitutionis Marchiæ nullus eſt, & inualidus. Statutū Vrbis *lib. 1. cap. 47.* habilitans ad contrahendum maiorem 20. annis licet minorem 25. non comprehendit forenſem. Statutum Peruſiæ annullans contractum minoris 20. annorum ſine ſolemnitatibus cum maiorem 20. non habilitet ad contrahendum, inde ſequitur contractum maioris 20. ſine ſolemnitatibus à Conſtitut Marchiæ vel Iure communi requiſitis nullatenus ſuſtineri. Argumentum à contrario ſenſu, quomodo procedat? Conſtitutio Ægidiana comprehendit etiam contractum iuratum, ſi aliæ ſolemnitates deficiunt, quamuis duplici iuramento cōtractus ſit munitus, & redditur ratio? Contractus minoris ſi duo continet iuramenta vnum aſſertorium, alterum promiſſorium, quo caſu minor excludatur à Iure dandi de nullitate contractus?

Bononien. Dotis.
Lunæ 17. Decembris 1644.
Argumentum 201.

Dos ſi fuit ab vxore promiſſa in certa quantitate, & ad eādem quantitatem per plures annos ſoluti fructus, ſi deindè per Iudicem declaretur, promiſſionem dotis fuiſſe exceſſiuam, tunc fructus pro rata excedente creditum dotis veræ debitæ ſingulis annis imputantur in ſortem, nec præſumuntur donati, ſed potius per errorem ſoluti non probata ſcientia in ſoluente, promiſſionem dotis non ſubſiſtere in quantitate promiſſa.

Marſi-

Index Argumentorum.

Marſicen. Iuriſdictionis.
Lunæ 23. Ianuarij 1645.
Argumentum 202.

Proceſſus ſi in Archiuio Epiſcopali non reperitur, vt cõtra Epiſcopum qui in cauſa habet intereſſe militet præſũptio doli requiruntur coniecturæ vrgentes, & cõcludentes, & ex quibus dolus in Epiſcopo excludatur? Dolus Epiſcopi prædeceſſoris in occultando proceſſum nõ debet nocere Eccleſiæ, & ſucceſſoribus, maximè quando ſucceſſores non veniunt ad cauſam proſequendo factũ occultationis, ſed tantum iura Eccleſiæ. Concluſio, quod ſucceſſor in Eccleſia teneatur de dolo anteceſſoris quomodo procedat?

Gerunden. Capellaniæ.
Vener. 27. Ianuarij 1645.
Argumentum 203.

Poſſeſſio dignitatis non eſt capienda capitulariter, quia Dignitates nõ ſunt de Capitulo, niſi in illarũ erectione exprimatur conceſſio ſtalli in choro, & vocis in Capitulo. Concurſus non requiritur in dignitatibus habentibus curam animarũ, ſiue exiſtant in Eccleſia Cathedrali, ſiue in Collegiata. Decretum irritans appoſitum nõ ſuper certo corpore beneficij, ſed in genere, ſeu in lege generali non tollit in ſilentiam facti donec iuſtificetur, quod verſemur in caſu decreti irritantis.

Romana Saluiani.
Lunæ 30. Ianuar. 1645.
Argumentum 204.

Emphyteuta poteſt ſuper re emphyteotica abſque conſenſu Domini directi cenſum imponere, quando non adeſt expreſſa prohibitio alienationis, quia talis impoſitio in caſu deuolutionis reſoluitur. Dominium rei emptæ, acquiritur emptori, etiam non ſoluto prætio, ſi fuit in venditione habita fides de prætio. Hypotheca dotalis non dicitur extincta per ſolutionem vel dationem inſolutum, ſi mulier ſolutionem recepit reuocabiliter.

Cracouien. Decimarum.
Lunæ 6. Februarij 1645.
Argumentum 205.

Præſcriptio contra Parochum habentem Iuris aſſiſtentiã ſuper decimis prædialibus ſuæ Parochiæ debet eſſe immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo. Priuilegia Ciſtercienſium ſuper exemptione à ſolutione decimarũ ex bonis per eos poſſeſſis, non ſe extendunt ad Ius exigendi decimas ab alijs.

Cæſaraugustana Beneficii de Linares.
Ven. 10. Febr. 1645.
Argumentum 206.

Iuſpatronatus, quando dicatur hæreditarium, & quando Gentilitium? Vxor ſucceſſoris in Patronatu gentilitio non admittitur, quia non eſt conſanguinea, ſed affinis, minuſq; hæres vnius ex patronis fundatoris, dum superſunt alij de agnatione. Iuſpatronatus gentilitiũ deficiẽtibus proximioribus in gradu nõ defertur ad ſequentes in ſtirpes, ſed in capita. Gratia Apoſt. derogationis medietatis vocũ patronorum, quando dicatur ſubreptitia?

Romana Fideicommiſſi de Spiritibus.
Veneris 17. Febr. 1645.
Argumentum 207.

Diuiſio bonorũ inter filios facta à Patre per viã contractus operatur translationẽ dominij in filios, quando ex verbis ipſius diuiſionis conſtat de voluntate Patris dominiũ transferendi, & ex quibus dominium translatũ cenſeatur? Diuiſio quando ſortitur naturam contractus, nihilominus fideicommiſſum in eo conſtitutum retinet naturam vltimæ voluntatis, itaut poſſit deinde Pater, qui bona diuiſit fideicommiſſum conſtitutum alterare in præiudicium vocatorum, quod tamen declara non procedere, quando dominiũ fuit irreuocabiliter pleno Iure in filios a Patre translatum, tunc enim fideicõmiſſum alterare non poteſt in præiudiciũ vocatorũ. Donatio inter viuos facta à Patre filio ſtante Iuramẽto ſubſtinetur, quamuis de Iure nõ valeat. Inſinuatio non requiritur in donatione ob cauſas reſpicientes cõmodum donantis.

Romana Pecuniaria.
Veneris 3. Martij 1645.
Argumentum deſume ex Summarijs 208.

Cracouien, Decimarum.
Lunæ 13. Martii 1645.
Argumento non eget 209.

Romana Subcollectoria.
Vener. 17. Martij 1645.
Argumentum 210.

Collegium ſcriptorũ licet habeat facultatem à ſa. me. Pio V. deputandi ſubcollectorẽ annatarum ad nutũ, ſi tamen deputauit ad vitã, cum deputatio ſit perpetua, nõ poteſt illum durante vita reuocare, nam per talem deputationem ad vitam cenſetur iuri ſibi ex motu proprio Pij V. cõpeten renunciaſſe, præſertim quando deputatio ad vitã fuit facta per viã contractus, à quo ſine cauſa non licet recedere. Manutentio denegãda nõ eſt poſſeſſori donec pendet diſcuſſio validitatis, vel inualiditatis tituli, & in ſimili adducuntur exẽmpla de exiſtente in poſſeſſione exigendi fructus cenſus, quod pendẽte diſcuſſione ſuper extinctione ei ſit concedenda manutentio prout etiam penſionario danda ſit manutẽtio donec diſcutiãtur exceptiones ſuper validitate, & extinctione pẽſionis. Poſſeſſio quando pendet à titulo tunc poſſeſſori non datur manutentio, non terminata prius cognitione tituli.

Gerunden. Capellaniæ.
Lunæ 20. Martii 1645.
Argumentum 211.

Parochialis quando eſt vnita alicui dignitati, tunc in illius collatione requiritur concurſus ſecus verò ſi talis vnio non probatur. Concurſus non eſt neceſſarius in dignitatibus habentibus curam animarum, quia in his diſpoſitio Sac. Conc. Trident. locum non habet.

Meleuitana Commendæ.
Lunæ 27. Martii 1645.
Argumentum 212.

Capacitas ad obtinendam cõmendam in Religione Hieroſolymit. ex quibus probetur? Sola ſmutitio commendæ non ſequuta poſſeſſione nõ obligat ad reſidentiam, nec impedit aſſecutionem alterius cõmendæ accedente expectatiua Magni Magiſtri. Debitor cõmunis ærarij efficitur incapax ad obtinendam cõmendam, quod procedit etiamſi debitum proueniat ex receptoria, ſiuè adminiſtratione, & tempore vacationis, ſeù ſmutitionis commendæ non erant reddita computa, nam redditio rationis ſolum operatur, vt debitum pateſiat Iudici, & parti, nã quo ad ipſum debitorẽ contractũ dicitur ab ipſa die, qua pecuniæ Religionis ad eius manus peruenerunt. Nec ex parte debitoris allegari poteſt debiti ignorãtia.

Caſertana Penſionis.
Veneris 31. Martij 1645.
Argumentum 213.

Tranſlatio penſionis excedẽs medietatẽ fructuũ beneficij grauati nõ ſubſtinetur ex Conſtit. ſa. me. Vrbani VIII. reuocatoria facultatũ transferendi penſiones. talis nãque exceſſus eſt plenè, & cõcludenter probãdus. Et ad hunc effectũ valor beneficij penſione grauati probãdus eſt per decenniũ. & declarãtur deciſiones in cõtrariũ adductæ. Quænam onera ex valore beneficij deducẽda nõ ſunt?

Parmen. Penſionis.
Veneris 28. Aprilis 1645.
Argumentum 214.

Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem nõ dicitur à penſionario acquiſita niſi concurrat vera & actualis ſolutio, non autẽ ex cõfeſſione de recepto quando ex ea vera numeratio non probatur, prout nõ dicitur probata ſi inſtrumentũ incipit à confeſſione ibi *fuit confeſſus &c.* ad quã referuntur ſubſequentia verba *habuit, & recepit*, necnon *habuiſſe, & recepiſſe &c. dante, & ſoluente*, quæ vti poſita in ventre confeſſionis eiuſdem ſunt qualitatis, quamuis ſint geminata, minuſque numeratio reſultat ex illis verbis *hic in præſentia &c.* quando oratio incipiẽs à confeſſione deſinit etiam in confeſſionem. Reliqua circa hanc materiam deſume ex ſummarijs.

Bononien. Pecuniaria, ſeù Attentatorum.
Veneris 28. Aprilis 1645.
Argumentum 215.

Plura in hac deciſione adnotantur circa reuocationem Attentatorum, de quibus vt in ſummarijs.

Ciuitatis Plebis Penſionis.
Veneris 5. Maij 1645.
Argumentum 216.

Penſionarius exiſtens in poſſeſſione exigendi penſionẽ in certa quantitate, ſi dicta penſio fuit deinde reducta ad minorem ſummam mediante concordia facta cum titulari, mortuo titulari cũ quo fuit tranſactũ, adhuc poteſt vigore antiquæ poſſeſſionis petere manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi integram ſummã contra ſucceſſo-

ceſſores ea ratione, quia reductio tanquam perſonalis expirauit cũ Rectore tranſigente, tantò magis quando in tranſactione pẽſionarius expreſſè reſeruauit ſibi facultatem exigendi integram penſionem à ſucceſſoribus.

Volaterana Prioratus.

Veneris 5. Maij 1645.

Argumentum 217.

Decendium ad appellandum currit non à die ſententiæ, ſed habitæ notitiæ, quando non præceſſit citatio perſonalis, quæ tamen concluſio non procedit quoties conſtat ex relatione Curſoris de doloſa latitatione citati, tunc enim citatus domi habetur pro perſonalitèr citato. Contra relationem Curſoris ſuper doloſa latitatione, quamuis admittantur contrariæ probationes illæ non ſuffragantur niſi percutiant tempus citationis. Carceratus à ſententia contra ſe lata appellare tenetur infrà decem dies per Procuratorem, cum tale impedimẽtum non excuſet. Manutentio datur aduerſus factum Iudicis iniuſtè procedentis, quando poſſeſſor non ſe habuit pro ſpoliato.

Spoletana Manutentionis.

Veneris 12. Maij 1645.

Argumentum 218.

Manutentio datur poſſeſſori in bonis nullitèr, & iniuſtè de liberatis, etiamſi deliberatio facta fuit vigore mandati executiui à quo Signatura Iuſtitiæ cauſam commiſit cũ clauſula, *ſine præiudicio*, quia illa præſeruat quidem Iudici à quo facultatem exequendi, nõ autem impedit quin Iudex ad quem poſſit executionem reuocare, ſi nulla, aut iniuſta ſit per viam manutentionis. Sententia continens capita ſeparata poteſt in parte, & partibus acceptari, & in alijs per appellationem reprobari, laudum verò ſecus, & redditur ratio diuerſitatis.

Calaguritana Beneficii de Cornago.

Merc. 17. Maii 1645.

Argumentum 219.

Lis non dicitur terminata per ſententias exequtioni demandatas ſi ab illis fuit commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, quamuis commiſſio contineat clauſulam, *ſine præiudicio*, quia illa ſolum operatur, vt Index poſſit ad vlteriorem exequutionem procedere abſq; vitio attentatorum. Decretum irritans manutentionem nõ impedit anteriori poſſeſſori, quando non eſt appoſitum ſuper certo corpore beneficij, ſed in genere, & dubium eſt an verſemur in caſu decreti. Reſeruatio ratione menſium locum non habet in beneficijs patrimonialibus Diœceſis Calaguritanæ.

Bononien. Pecuniaria.

Veneris 26. Maij 1645.

Argumentum 220.

Maritus, qui bona extradotalia, vel paraphrenalia Vxoris adminiſtrauit, & ex eis fructus percepit, ac in proprios vſus conuertit contra vxoris voluntatem eidem vxori reſtituere tenetur. Inſtrumentum extractum ab hærede Notarij rogati etiam abſque citatione partis dicitur in forma probanti, quãuis inſtrumẽti rogitus nõ in protocollo, ſed in folio volanti, & faſciculo rogituum defuncti repertus fuerit, ſi tamen in dicto folio adſunt ſigna publici inſtrumenti cum clauſula, *actum*. Error confeſſionis ex quibus non iuſtificetur?

Bononien. Beneficiorum.

Luna 29. Maij 1645.

Argumentum 221.

Subrogato non eſt danda immiſſio non probata duplici, & coequali reſeruatione Papæ narrata. Prothonotariatus acceptatio ad effectum reſeruationis non eſt neceſſaria, quando quis fuit creatus Prothonotarius motu proprio, ſecus verò ad ſupplicationem partis, & ex quibus in caſu deciſionis non dicatur probata Prothonotariatus acceptatio? Subcollector vt quis deputatus dicatur conſtare debet de litteris deputationis cum omnimoda iuriſdictione ad effectum reſeruationis, & quando deputatio etiam ad effectũ reſeruationis probari poſſit per litteras miſſiuas, & per teſtes? & quænam probationes ad hunc effectum adductæ non ſuffragentur?

Monopolitana Penſionis.

Veneris 2. Iunij 1645.

Argumentum 222.

Penſio reſeruata ſub conditione exigi nequit à Penſionario ante iuſtificationem conditionis, etiamſi titularis dictæ reſeruationi ſub obligatione Camerali conſentiat, quia conſenſus cenſetur præſtitus ſub eadem conditione ſub qua Penſio fuit reſeruata, & obligatio Cameralis arctiùs quidem ligat, ſed non extendit obligationem vitrà formam reſeruationis; Clauſula *dummodo &c.* reddit reſeruationem Penſionis conditionalem ſi eſt adiecta ipſi reſeruationi Penſionis, ſecus verò ſi poſt reſeruationem purè conceſsã, & redditur ratio diuerſitatis in deciſione.

Ferrarien. Fideiuſſionis.

Veneris 5. Iunij 1645.

Argumentum 223.

Inſtrumentum rogatum in Ciuitate Ferrariæ ex defectu regiſtrationis nullũ eſt attentis Bandimentis editis per Cardinales Legatos pro tempore dictæ Ciuitatis, quæ quidem Bandimenta comprehendunt etiam Forenſem contrahentem in Ciuitate Ferrariæ, quia contrahendo dicitur ſe ſubijcere ſtatutis eiuſdem Ciuitatis circà ſolemnitates Inſtrumẽti, & an regiſtrationis defectus ſuppleatur ex præſentia Cardinalis Legati de tempore confecti Inſtrumenti?

Romana Pecuniaria.

Veneris 9. Iunij 1645.

Argumentum 224.

Socij promiſcuè negotia ſocietatis adminiſtrantes ex facto vel contractu vnius negocia ſocietatis reſpiciente alter obligatur. Societas contracta ſuper pluribus rebus, manet ſuper extantibus licet aliquæ interierint, vel fuerint venditæ, prout etiam poſt diſſolutam ſocietatem manet inter ſocios cõmunio ſuper effectibus non diuiſis. Confeſſio debiti facta à ſocio in ſolidatione computorum, an noceat conſocio? Ad exibendum libros cogi poteſt mercator, nam cum ratione officij libros habere debeat, præſumitur illorum exiſtentia, quæ quidem præſumptio non tollitur per iuramentum, niſi aliundè plenè probetur librorum amiſſio.

Romana Subcollectoria.

Luna 12. Iunij 1645.

Argumentum 225.

Quaſi poſſeſſio exigendi emolumenta officij, ex quibus non dicatur reſoluta?

Romana Pecuniaria.

Luna 12. Iunij 1645.

Argumentum patet ex Summarijs 226.

Marſicen. Iuriſdictionis.

Mercur. 14. Iunij 1645.

Argumentum 227.

Articuli non dicuntur obiectiui quoties includunt ius dãtis, & ſunt admittendi ad probandum delictum in Iudicio ciuili per viam exceptionis; dummodò tamen pro illorum admiſſione concurrat fumus veritatis. Remiſſoria ob vehementem præſumptionem calumniæ denegatur, & ex quibus calumniæ ſuſpicio oriatur.

Gerunden. Prioratus.

Mercur. 14. Iunij 1645.

Argumentum 228.

Regulæ de annali ex quibus ſatisfactũ dicatur tàm quoad primam, quam quoad ſecundam partem? Subrogatio gratioſa non conceditur collitiganti ſuperſtiti, ſi collitigans defunctus pacificè beneficium per triennium poſſedit ante motam litem. Regula de triennali non tuetur poſſidentem duo beneficia incompatibilia, & ad hunc effectum incompatibilitas ſi allegetur cum ſapiat obiectum eſt plenè, & cõcludentèr probanda. Ad conſtituendam Eccleſiam Parochialem quatuor requiſita cõcurrere debent, de quibus in deciſione. Poſſeſſor triennalis committens cauſam iactationis, & iactationum nõ dicitur renunciaſſe beneficio regulæ, quia ex dicta commiſſione non efficitur actor, ſed reus voluntarius.

Romana ſeu Peruſina Cenſus.

Veneris 23. Iunii 1645.

Argumentum 229.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 42. mandat ſeruari Ius ciuile in caſibus, in quibus Statuta non diſponunt, cum enim Statuta non diſponant de ſolemnitatibus adhibendis in contractibus minorum forenſium ſeruanda eſt Conſtitutio Aegidiana non ius ciuile, quia dum ex Conſtitut. Sixti IV. ſeruanda eſt in Vrbe vim habet legis municipalis, quæ Statuto æquiparatur, & mens ſtatuentium non fuit præferre ius ciuile particularibus conſtitutionibus in Vrbe ſeruandis, nec confirmatio Apoſtolica Statutorũ poſterior Conſtitutione Aegidiana illius diſpoſitionem ſubſtulit, aut abrogauit, vt optimè comprobatur in deciſione. Conſtitutio Aegidiana requirens ſolemnitates in cõtractibus minorum comprehendit etiam obligationes ex cauſa dotis, & locum habet etiam in contracti-

tractibus minorum celebratis cum mulieribus. In contractu minoris cum muliere, quamuis priuilegia hinc inde concurrant potior eſt cauſa minoris, qui pecuniam recepit ſi non conſtat de illarum verſione, quam mulieris, quæ pecunias dedit, ſi etiam data nullitate obligationis minoris, adhuc poteſt illas aliunde recuperare.

Romana Vineæ.
Lunæ 26. Iunij 1645.
Argumentum 230.

Agitur in hac deciſione quomodo ſit conſiciendum nouū inſtrumentum inter emptorem & venditorem, quando primum ſubſtineri non poteſt.

Aſſiſien. Hæreditatis.
Lunæ 26. Iunij 1645.
Argumentum 231.

Lis per actus extraiudiciales non dicitur introducta; attentata poſt motam litem ſunt plenè & concludenter probanda, quia ſapiunt delictum nec ſufficiunt ad hunc effectum teſtes de auditu, & patientes exceptiones perſonales.

Cæſaraugustana Beneficij de Linares.
Lunæ 26. Iunij 1645.
Argumentum 232.

Prouiſio Apoſtolica cum derogatione medietatis vocum patronorum non facta mentione, quod ex lege fundationis debet præſentari Clericus de genere fundatoris eſt nulla, & ſubreptitia, præſertim quando impetrans non ignorauit qualitatem conſanguinitatis à Teſtatore requiſitam, & ex quibus talis ignorantia excludatur? Patronus poteſt præſentationi de ſe factæ conſentire, eique adhærere. Conſanguinitas probanda eſt per gradus diſtinctos, quando adeſt concurſus alterius conſanguinei.

Romana Succeſſionis.
Lunæ 26. Iunij 1645.
Argumentum 233.

Arbitrium quando non intret pro ſanatione examinis Teſtium.

Montis Alti Beneficij.
Merc. 28. Iunij 1645.
Argumentum 234.

Regula 8. reſeruatoria menſium cum deroget quibuſcumque priuilegijs cum clauſulis derogatorijs comprehendit quæcunque beneficia ſpectantia ad collationem quorumcumque collatorum, & collatricium. & ſic comprehendit etiam capitula, & Eccleſias collatrices quamuis ſint ſpeciali nota dignæ exceptis tantum Cardinalibus. Collatio ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum locum non habet in Beneficijs reſeruatis ratione menſium poſt Bullam Vrbani VIII. ſi Epiſcopus eſt Cardinalis, quia cauetur vt Cardinales ſoli conferant. Cardinalis Archipresbyter Eccleſiæ Lateranẽſis facultatem habet conferendi beneficia etiam mediante perſona Vicarij. Collatio facta à Vicario Eccleſiæ Lateranenſis, qui erat etiam Canonicus inſimul cum Capitulo, ex quibus reſultet quod fuerit facta non tanquam Vicario ſed tanquam Canonico, ac vno de Capitulo, quamuis nomen Vicarij in collatione fuerit expreſſum?

Beneuentana Cenſus ſeu Pecuniaria.
Merc. 28. Iunij 1645.
Argumentum 235.

Hæres debitoris non poteſt in præiudicium creditorum tranſigendo confiteri bona eſſe ſuppoſita aliquo fideicommiſſo, præſertim ſi tranſactio detegitur colluſiua, & inita mala fide ad ſupplantãdos creditores, quibus proinde nocere non debet.

Romana Penſionis.
Lunæ 3. Iulij 1645.
Argumentum 236.

Arbitrium pro retardatione executionis mandati de manutenendo non intrat, attenta quaſi poſſeſſione Penſionarij exigendi Penſionem, & declaratur *deciſ. 674. coram Seraphin. & 617. par. 1. recent.* Exceptio ſubreptionis, vel obreptionis non admittitur in iudicio manutentionis, ſed reijcitur ad petitorium.

Gerunden. Vicariæ.
Lunæ 3. Iulij 1645.
Argumentum 237.

Sequeſtrum venit apponendum, ſiue poſſeſſio ſit vacans nè fructus dilapidentur, ſiue ſit nulla, & attentata. Cura animarum ex quibus vnita probetur monaſterio.

Melenitana Commendæ.
Lunæ 3. Iulij 1645.
Argumentum 238.

In hac deciſione latiſſimè declarantur nonnulla ſtatuta, & ordinationes S. Religionis Hieroſolymitanæ, ex quibus non irrogatur pœna incapacitatis ad obtinendam Commendam, necnon etiam alia declarantur, ex quibus incurritur pœna incapacitatis, vt patet ex Summarijs.

Romana Succeſſionis.
Lunæ 20. Nouembr. 1645.
Argumentum 239.

Arbitrium pro ſanatione examinis Teſtium non intrat etiamſi factum appareat cū interrogatorijs aduerſarij, quando data fuerunt à perſona non legitima, & conſtat de irreleuantia examinis Teſtium.

Romana Domorum.
Lunæ 11. Decembris 1645.
Argumentum 240.

Appellans intrà 30. dies tenetur redire pro Apoſtolis, & infrà decem tenetur cauſam appellationis committere, quando fuerunt dati Apoſtoli reuerentiales. Permutatio fundi dotalis facta à viro cum conſenſu vxoris, ſubſtinetur de iure canonico ſi interceſſit iuramentum, & præcipuè ſi fuerunt adhibitæ ſolemnitates. Expenſæ neceſſariæ factæ à viro in fundo dotali reficiendæ ſunt ab vxore, & minuunt dotem, quoad valorem, & extimationem. Solemnitates Statuti non ſunt neceſſariæ in contractu celebrato inter mulieres æqualiter priuilegiatas, & æqualiter ſe habentes ad damnum ſicut ad lucrum. Reliqua quoad liquidationem penſionum domus, necnon taxationem expenſarum litis deſume ex Summarijs.

Montis Alti Beneficij.
Veneris 15. Decembr. 1645.
Argumentum 241.

Regula 8. Cancellariæ reſeruatoria menſium cōprehendit beneficia ſpectantia ad collationem Capituli Lateranenſis, quamuis de eo non fiat expreſſa mentio in Regula, prout ex Bullis Summorum Pontificum mentio facienda eſt in litteris Apoſtolicis, alias non cenſetur comprehenſum, quia dum Regula emanauit per viā legis generalis implicitè ſub verbis generalibus Regulæ comprehenſum dicitur. Conſtitutio ſan. mem. Vrbani VIII. mãdans beneficia ſimultaneæ collationis in menſibus reſeruatis conferri per ſolos Cardinales excluſis Capitulis, locum habet etiamſi conſortium inter Capitulum, & Cardinalem Collatorem proueniat ex priuilegio. Conſortium inter Capitulum, & Epiſcopum non poteſt conſiderari, quando ius conferendi per concordiam fuit inter ipſos diuiſum, quicquid dicendum ſit, quando ſolum exercitium conferendi ſit per turnū diuiſum. Cardinalis habens poteſtatem conferendi priuatiuè quoad Capitulum beneficia in menſibus reſeruatis ſi tale ius Capitulo communicauit per huiuſmodi communicationem quid cenſeatur à Capitulo acquiſitum? Et ex quibus dignoſcatur Vicarium, qui erat etiā Canonicus, & inſimul cum Capitulo contulit, contuliſſe vti Canonicum, non vti Vicarium?

Volaterana Prioratus.
Veneris 15. Decembr. 1645.
Argumentum 242.

Decemdium ad appellandum currit à die ſententiæ non autem habitæ notitiæ, etiamſi citatio perſonalis ad ſententiam non præceſſerit, quando conſtat de latitatione & ex quibus hoc caſu latitatio probetur? Tempus ad appellandum infra decem dies currit à die ſententiæ etiam contra carceratum, quando carceratio proceſſit ex ipſius culpa, & appellare potuit per Procuratorem. Iudex quando dedit Apoſtolos teſtimoniales in forma, non dicitur appellationi detuliſſe, quatenus locus non ſit.

Bononien. Pecuniaria.
Veneris 19. Ianuarii 1646.
Argumentum 243.

Hæres Notarij defuncti vigore Statuti Bononiæ poteſt abſque partis citatione Inſtrumenta per defunctum rogata extrahere. Regiſtratio Inſtrumentorum ex Statuto Bononiæ abijt in diſſuetudinem. Error confeſſionis eſt concludenter probandus, maximè quando emanauit pro exoneratione conſcientiæ. Maritus etiam

bona extradotalia Vxoris de conſuetudine adminiſtrat, quamuis de iure mandatum procuræ non habeat.

Gerunden. Prioratus.

Lunæ 29. Ianuarij 1646.

Argumentum 244.

In hac deciſione firmatur litteras Apoſtolicas non eſſe exequendas præcipuè ex defectu iuſtificationis valoris narrati, nam quoad alia narrata circa reſeruationem, & curam animarum, necnon quoad impetrationem Beneficij viuentis contra diſpoſitionem regulæ 29. de ſubrogandis DD. non fuerunt concordes.

Mediolanen. Penſionis.

Mercurij 31. Ianuar. 1646.

Argumentum 245.

Pòr contra dictas proceditur ſtante abſentia Procuratoris à Curia nulla facta ſubſtitutione. Fructus debentur ante motam litem, quando non petuntur vti acceſſorij, & appendices rei petitæ, ſed tanquam ſors principalis, vel quando mala fide fuerunt percepti.

Marſican. Iuriſdictionis.

Lunæ 5. Martii 1646.

Argumentum 246.

Proceſſus fabricatus coram Iudice compulſore ſuſpecto allegato nullus eſt, & inualidus, quando fuit appellatū ab vlteriori proceſſu, & repetita ſuſpicionis proteſtatio, ac appellatio in comparitionibus poſtea factis. Compulſatio ſcripturarum exiſtentium in archiuio, vt ſit valida, quæ requirantur ad effectum, vt Iura compulſata dicantur in forma probanti? Archiuium Epiſcopale, quando agitur de intereſſe ipſius menſæ, & contra tertium an probat multum dubitatur.

Romana Succeſſionis.

Mercurij 14. Martij 1646.

Argumentum 247.

Curator hæreditati iacenti deputari nequit non præcedente citatione illius ad quem proxima cauſa ſucceſſionis tangit. Arbitrium pro ſanatione examinis teſtium non intrat, quando æquitas non concurrit pro illius ſanatione. Teſtamentum, vt vitietur ipſo Iure ob falſitatem cauſæ, illa debet in teſtamento exprimi, nec ſufficit, quod in corde retineatur. Cauſæ plures ſi fuerunt in teſtamento expreſſæ, ex quibus Teſtator motus fuit ad exhæredandum filium, & inſtituendum hæredem nepotem illæ ſunt attendendæ non aliæ, quæ expreſſæ non fuerunt, & ſic non præſumuntur à Teſtatore contemplatæ.

Spoletana Manutentionis.

Veneris 16. Martii 1646.

Argumentum 248.

Appellatio à laudo, quod ex voluntate compromittentiū eſt indiuiduum in parte & partibus præiudicialibus cenſetur ac ſi purè, & ſimpliciter eſſet interpoſita. Ratificatio appellationis interpoſitæ à Procuratore inducta dicitur à principali ex proſecutione dictæ appellationis coram Iudice ad quem. Executio laudi, ac etiā via executiua remanet vulnerata per ſententiam ſubſequentem contrariam laudo, quæ tranſitum fecit in iudicatum. Tranſactio ſi fuit inita in executione rei iudicatæ, & poſt tranſactionem alter ex contrahentibus proteſtatus fuit de non approbando rem iudicatam, talis proteſtatio non nocet, quinimo ex ſubſecuta obſeruantia dictæ tranſactionis ſpatio plurium annorum dicitur à proteſtatione receſſum. Creditum quando eſt illiquidum, quia tunc nulla conſideratur mora debitoris quemadmodum cogi nequit ad illius ſolutionem, eo minus cogi poteſt ad ſolutionem fructuum.

Volaterana Prioratus.

Veneris 16. Martii 1646.

Argumentum 249.

Poſſeſſio ciuilis non amittitur niſi per lapſum decennij, quando poſſeſſor ignorauit naturalem fuiſſe ab alio occupatam, ſecus verò ſi ſciuit, & illam recuperare neglexit præſumitur animum poſſidendi depoſuiſſe, quia ſuſpicatur ſe poſſe repelli. Relaxatio poſſeſſionis, ex quibus excludatur? Poſſeſſio ciuilis ſine patientia, & acquieſcentia non amittitur, etiamſi ab alio fuerit occupata naturalis.

Bononien. Dotis, ſeu Pecuniaria.

Veneris 27. Aprilis 1646.

Argumentum 250.

Monetæ certa ſpecies quando eſt in obligatione puta ſcuti auri ſi bonitas intrinſeca alterata non fuit, tunc ſolutio facienda eſt in ea ſpecie monetæ in obligatione deducta, quamuis in obligatione directè, vltro eſſet æſtimatio ſcuti auri puta ad rationem tot librarum pro ſcuto, ſi talis æſtimatio facta appareat gratia demonſtrationis non autem taxationis, & ex quibus deſumitur æſtimationem fuiſſe factam demonſtrationis gratia, non taxationis? Statutum Bononiæ *ſub rubric. de dot. reſtitut.* taxat fructus dotis poſt ſolutum matrimonium ad rationem lib. ſeptem, & loquitur de muliere non habente in bonis tantum, quod ex fructibus ſe alere poſſit, & an dictum Statutum locum habeat etiam in caſu vergentiæ viri ad inopiam? Pro alimentis regulariter non competit hypotheca, concluſio tamen non procedit in alimentis debitis Vxori proportionabiliter ad fructus dotis, & redditur ratio in deciſione.

Bononien. Fideicommiſſi, ſeu Domus.

Lunæ 30. Aprilis 1646.

Argumentum 251.

Appellans ſi intra terminum Iuris non redijt pro Apoſtolis, nec cauſam appellationis committi curauit, ſententia tranſit in iudicatum, Fideicommiſſario datur immiſſio probatis ſolitis requiſitis, & ex quibus probata remaneant? Legitima non detrahitur ex fideicommiſſo particulari exiſtentibus alijs bonis liberis, vel fideicommiſſo vniuerſali ſubiectis, quæ extare præſumuntur quando hæres inuentarium non confecit, ſecus verò quando agitur de illius detractione ex fideicommiſſo vniuerſali, tunc enim ob omiſſionem Inuentarij adhuc detrahi poteſt, & redditur ratio diuerſitatis inter primum, & ſecundum caſum. Dos ex fideicommiſſo particulari quo caſu detrahi nequeat?

Bononien. Succeſſionis.

Veneris 4. Maij 1646.

Argumentum 252.

Hæres grauatus alienans bona fideicommiſſi cogi poteſt ad reſtitutionem prætij, ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter alienauerit, & eſt in poteſtate fideicommiſſarij agere ad prætium contra alienantem, vel contra tertios poſſeſſores bonorum alienatorum. Vocatis ad fideicommiſſum filijs alicuius tunc vocati cenſentur nepotes, ac alij deſcendentes, quando ex ſerie fideicommiſſi apparet fideicommittentem habuiſſe pro ſinonimis verbum, *filios*, & verbum *deſcendentes*, & ex quibus deſumatur fideicommittentem habuiſſe pro ſinonimis verbum, *filias*, & verbum *deſcendentes*, latè in deciſione oſtenditur. Maſculi ex fœminis ſuccedunt in fideicommiſſo ad quod maſculi deſcendentes ſunt vocati, quando à Teſtatore non fuit habita ratio conſeruandi bona in agnatione, ſed cōſiderata ſolum qualitas maſculinitatis, quæ æquè militat in maſculis ex maſculis, quàm in maſculis ex fœminis.

Beneuentana Canonicatus.

Lunæ 14. Maij 1646.

Argumentum 253.

Reſignatarius tenetur docere de titulo reſignantis, quia ab eo ius metitur, nec non de publicatione reſignationis infra terminum in Conſtitutione Gregorij XIII. præſcriptum. Valor in litteris expreſſus iuſtificandus eſt ab impetrante ſtante clauſula, *vt aſſeris.*

Montis Alti Beneficii

Veneris 18 Maii 1646.

Argumentum 254.

Poſſeſſio tradita ab habente poteſtatem conferendi ex præſumpta voluntate vim habet collationis, hæc autem voluntatis præſumptio non militat in traditione poſſeſſionis non ſponte factæ, ſed reſtrictæ ad titulum præcedentem alterius collatoris, tunc enim qui poſſeſſionem tradidit non dicitur collator, ſed executor. Manutentio cōceditur in gradu reſtitutionis in integrum etiam in beneficialibus, quando cauſa reſtitutionis fuit commiſſa tam in petitorio, quam in poſſeſſorio.

Romana Penſionis.

Veneris 25. Maij 1646.

Argumentum 255.

Penſionarius tenetūr in petitorio iuſtificare clauſulam, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, necnon etiam valo-

Index Argumentorum.

valorem narratum per aſſenſum, & huiuſmodi iuſtificatio vltra clauſulam, *dummodò* eſt neceſſaria, quia vtraque reſpicit diuerſos effectus ac tempora. Etenim narratiua valoris reſpicit tempus præſens, ac determinationem quantitatis Penſionis, cum Papa non præſumatur velle grauare Beneficium vltra tertiam partem, vel medietatem. Clauſula verò *dummodò* reſpicit ipſam reſeruationem Penſionis, quam ſcilicet Papa nullatenùs voluit reſeruare, niſi centum remaneant pro Rectore. Et pro iuſtificatione clauſulæ, *dummodò* quænam ſunt deducenda ex valore beneficij, latè in Deciſione declaratur.

Mediolanen. Penſionis.

Mercur. 27. Iunii 1646.

Argumentum 256.

Penſio annua ſi fuit reſeruata fauore menſæ Beneficiatorũ, & deindè authoritate Apoſtolica temporalitèr applicata pro conſtructione ædium canonicalium, tunc omnes termini exacti à Canonicis poſt expiratum tempus reſtituendi ſunt ipſis Beneficiatis, quibus debentur nedũ termini à die motæ litis, ſed etiam antea exacti, cum illi deberentur non vti acceſſorij, ſed tanquam ſors principalis. Diſtributiones quotidianæ applicatæ maſſæ groſſæ ante exactionem non debentur ſinguliſ, ſed ad ipſam maſſam ſpectant.

Melevitana Commendæ.

Veneris 8. Iunij 1646.

Argumentum 257.

Pæna incapacitatis inducta contra debitores communis ærarij, quando conſtat ad eorum manus pecunias peruenisse, non debet rigorosè extendi ad eos, quorum debita non ſunt clara, ſed turbida. Receptores ex Statuto S. Religionis Hieroſolymitanæ facultatem habent conſtituendi Procuratorem ad exigendum, non tamen tenentur de exactis, præſertim ad incurrendam pœnam incapacitatis. Statutum Religionis Hieroſolymitanæ ſa. de communi ærario mandans adhiberi fidem libris receptorum, & cedulis eorum manu ſubſcriptis, quo caſu loquatur? Pœna incapacitatis non dicitur incurſa, ſi tempore ſinuritionis Commendæ debitum receptoris non erat liquidum.

Ariminen. Saluiani.

Mercurij 30. Maij 1646.

Argumentum 258.

Ægidiana non habet locum, quoties conceſſa fuit immiſſio ſuper aliquo prædio, qui pro parte eſt ſub directo dominio Eccleſiæ & pars ſpectans ad Eccleſiam non eſt à reliquo ſeparata, tunc enim Eccleſia dicitur habere dominium in qualibet gleba totius prædij, neque adhuc effectum attenditur an pars Eccleſiæ ſit diuiſibilis ex parte rei, ſi habetur pro indiuidua ex voluntate partium vel Iudicis, & huiuſmodi indiuiduitas ex quibus reſultet? ad elidendas exceptiones non oppoſitas in prima inſtantia poſſunt in ſecunda produci noua Iura etiam ad effectum obtinendi executionem ſententiæ. Reliqua deſume ex Summarijs.

Fulginaten. Saluiani.

Mercur. 13. Iunii 1646.

Argumentum 259.

Creditor poſſidens Bona debitoris tenetur fructus perceptos in ſatisfactionem ſui crediti imputare, niſi doceat Bona poſſediſſe Iure dominij, & ex quibus poſſeſſio Iure dominij excludatur? confeſſio Procuratoris quamuis iudicialis nullo præcedente iuſſu Iudicis non nocet principali.

Bononien. Fideicommiſſi de Leonoris.

Veneris 22. Iunij 1646.

Argumentum 260.

Manutentio datur poſſidenti ex vna cauſa etiam ex alia, quando nouus titulus ſuperuenit, ex quo prima cauſa poſſidendi mutata remanet data validitate tituli ſuperuenientis, ac illius ſcientia impoſſidente.

Sabinen. Alluuionis.

Veneris 22. Iunij 1646.

Argumentum 261.

Alienatio bonorum immobilium Communitatis vt valeat quænam requirantur? Ratificatio facta cum decreto Iudicis, & præuio Beneplacito Apoſtolico, quemcumque metum ex parte ratificantis excludit. In actibus voluntarijs non ſufficit contradictio minoris partis Cõmunitatis, quando actus expediti à maiori parte ſunt vtiles, cum non ſit in eis dare de irrationabilitate.

Romana ſeu Veliterna Reſtitutionis in integrum.

Lunæ 25. Iunij 1646.

Argumentum 262.

Nullitas ex defectu citationis vnius ex pluribus hæredibus influit etiam quoad alios citatos, ex quo intereſſe omnium hæredum eſt connexum. Inter locatorem, & conductorem ſi ſit initum pactum, quod in caſu moræ in ſoluendo affictum, & alia adimplendo, contractus locationis ſit ipſo Iure reſolutus, non eſt locus reſolutioni contractus, ceſſante mora ex parte conductoris, & ex quibus mora excludatur?

Romana Domorum.

Lunæ 25. Iunij 1646.

Argumentum 263.

Fructus debentur à die motæ litis etiam in Iudicio ſpolij quando ſpolium non eſt violentum aut attentatum, & petuntur vt acceſſorij ad rem petitam ratione moræ vel malæ fidei, quæ etiam perempta inſtantia non ceſſat ad effectum vt poſſeſſor fructus à die motæ litis reſtituere teneatur.

Feſulana Beneficij.

Mercurij 27. Iunij 1646.

Argumentum 264.

Donatio Iuriſpatronatus tacitè cenſetur ab Ordinario confirmata, ſi præſentatum à donatario inſtituit quod ſufficit. Conſenſus Ordinarij etiam ex interuallo ſuffragatur quando alteri medio tempore non fuit ius quæſitum. Pertinentia Iuriſpatronatus ad donantem probanda non eſt ſi tempore donationis reperitur in quaſi poſſeſſione præſentandi, præſertim ſi non agitur in concurſu prouiſi Apoſtolici tanquam de reſeruato, alias enim circumſcripta quaſi poſſeſſione præſentandi neceſſaria omnino eſt probatio pertinentiæ. Præſentatio facta ab vno ex pluribus patronis non præſentantibus ſuſtinetur, ac ſi ab omnibus eſſet facta, quia Iuſpatronatus reſidet penes quemcumque patronum inſolidum.

Bononien. Pecuniaria.

Mercurii 27. Iunii 1646.

Argumentum 265.

Remiſſoria etiam in gradu reſtitutionis in integrum denegatur, quando de cauſis reſtitutionis doctum non fuit, & concurrit vlterius vehemens præſumptio calũniæ, & ex quibus calumnia deducatur?

Fulginaten. Liberationis à Moleſtiis.

Mercurii 27. Iunii 1646.

Argumentum 266.

Mandatum pro liberatione à moleſtijs relaxandum venit ſtante promiſſione de liberando munita obligatione Camerali, quæ habet executionem paratam, & talis promiſſio purificata dicitur per litem motam, quam tenetur in ſe ſuſcipere obligatus de liberando à moleſtijs. Pro damnis paſſis, & intereſſe an contra obligatum de liberando indemnem decerni poſſit mandatum executiuum, dummodo tamen ante illius executionẽ fiat liquidatio? & poſt adductas pro vtraque parte cõtrarias opiniones firmatur in deciſione contra talem obligatum poſſe relaxari mandatum perſonale ad factũ pro liberatione à moleſtijs, nec non reale pro expenſis litis, quæ dicuntur liquidæ ex quo certificantur ex actis.

Barchinonen. Iuriſdictionis.

Mercur. 4. Iulii 1646.

Argumentum 267.

Ius viſitandi Eccleſias Monialium curam animarum annexam non habentes, non ſpectat ad Epiſcopum, ſed ad Abbatiſſam, præſertim quando tale Ius competit vigore concordiæ inter ipſam, & Epiſcopum à Sede Apoſtolica confirmatæ, & per longum tempus obſeruatæ, & ex quibus talis obſeruantia probetur?

Gerunden. Cappellania.

Mercur. 4. Iulii 1646.

Argumentum 268.

Epiſcopus licet habeat Iuris aſſiſtentiam in conferendo omnia beneficia ſuæ Diœceſis, illa non ſuffragatur in beneficijs exiſtentibus in Eccleſia Collegiata. Et ex quibus collationes ab Epiſcopo factæ non ſuffragentur? Concurſus non requiritur in dignitatibus habentibus annexam curam animarum, minuſque quando cura animarum reſidet penes Eccleſiã Collegiatam, & exercetur mediante opera alicuius Cappellani.

Romana

Romana, ſeu Veliterna Aſſiſtus.
Mercur. 4. Iulij 1646.
Argumentum 269.
Agitur de admiſſione articulorum in Curia ad probandũ concordiam eiuſque effectuationem, & tanquam releuantes in deciſione admittuntur, quia tendunt ad probandam concordiam, quæ litem extinguit.

Vladis lauien. Parochialis.
Mercur. 4. Iulij 1646.
Argumentum 270.
Remiſſoria ad probandum Iuſpatronatus datur etiam ſine fumo, quia materia adhunc effectum reputatur prophana, præſertim quando præſentationes, ex quibus illius probatio deſumitur fuerunt vna cum Archiuio in quo aſſeruabantur combuſtæ, quo caſu nõ debet denegari probatio per teſtes.

Romana Fideicommiſſi de Zeffiris.
Mercur. 4. Iulij 1646.
Argumentum 271.
Tacita reciproca de linea ad lineam, ex quibus coniecturis inducta dicatur?

Vrbeuetana Legata.
Mercur. 4. Iulij 1646.
Argumentum 272.
Sententia lata in prima inſtantia, quando eſt nulla non poteſt à Iudice ſecundæ inſtantiæ confirmari parte opponente, ſed debet ſuper nullitate in primis pronunciare, & plures in deciſione expenduntur nullitates primæ ſententiæ, de quibus in Summarijs.

Compoſtellana Parochialis.
Mercur. 4. Iulij 1646.
Argumentum 273.
Cardinalis Collator vigore indulti de conferendo reſeruata poſt Conſtitutionem ſan. mem. Vrbani Octaui ſolus confert in menſibus reſeruatis abſque cõcurſu aliorum coniunctim Ius conferendi habentium. Regula octaua reſeruatoria menſium comprehendit beneficia Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici.

Romana Succeſſionis de Ameris.
Veneris 16. Nouembr. 1646.
Argumentum 274.
Conſtitutio Ægidiana locum non habet quoties res ſuper qua petitur immiſſio eſt de directo dominio Eccleſiæ, quamuis agatur de dominio vtili inter laicos ob connexionem, quam vtile habet cum directo. Item nec locum habet quoad alia corpora merè laicalia quando ſub vnica verborum ſtructura vna cum re ad Eccleſiam ſpectante tam in libello, quam etiam in ſententia continentur, tunc enim ſententia, quamuis ratione materiæ ſit diuidua, efficitur tamen indiuidua ex voluntate partis, & Iudicis. Pater ſi hæres vna cum filio inſtituatur, filius cenſetur inſtitutus ordine ſucceſſiuo, quãdo ex coniecturis conſtat de voluntate Teſtatoris, & ex quibus talis voluntas deſumatur? & late in deciſione diſcutitur illa ardua quæſtio inter DD. an quando Teſtator vocauit patrem, & filios ex eo naſcituros, an filij, qui tempore mortis Teſtatoris non erant nec nati nec concepti ſuccedant ſimul cum patre, vel ordine ſucceſſiuo?

Gerunden. Parochialis.
Lunæ 26. Nouembr. 1646.
Argumentum 275.
Executio litterarum Apoſtolicarum retardari nequit ſub prætextu vnionis, ſi illa detegitur euidenter nulla tam ex defectu poteſtatis vnientis, quam iuſtæ cauſæ. Clauſula *Arbitrio* retardat ſolum executionem faciendam, non autem ritè, & rectè factam retractat.

Valentina Rectoria.
Lunæ 3. Decembr. 1646.
Argumentum 276.
Lis in beneficialibus an, & quando per mortem actoris, & quando per mortem rei extinguatur? Attentata non dicitur poſſeſſio capta lite pendente à gratioſè ſubrogato, cum talis poſſeſſio non dicatur noua, ſed potius cõtinuatio antiquæ, dummodò ſubrogatus poſt obtentam ſubrogationem non fuerit inhibitus.

Feſulana Beneficij, ſeu Oratorij.
Mercur. 5. Decembr. 1646.
Argumentum 277.
Vicarius abſque ſpeciali mandato Epiſcopi non valet, nec explicitè, nec implicitè confirmare donationem Iuriſpatronatus, nec tale mandatum ex lapſu temporis præſumitur, niſi concurrat obſeruantia 30. vel 40. annorum. Conſenſus Epiſcopi, an & quando poſt mortem donatoris poſſit accedere in præiudicium tertij? Donatio Iuriſpatronatus ante confirmationem Epiſcopi non abdicat Ius à donante, itaut interim poſſit præſentare. Qualitas Iuriſpatronatus, an & quando alterari valeat in præiudicium vocatorum? Præſentatio facta ſub conditione, quod præſentatus conſentiat penſioni ad fauorem præſentantis ſub reſeruatione beneplaciti Apoſtolici, tenet.

Bononien. Fideicommiſſi, ſeu Domus.
Lunæ 10. Decembr. 1646.
Argumentum 278.
Laicus non poteſt cognoſcere ſuper re de directo dominio Eccleſiæ, poteſt tamen tanquam aſſeſſor Iudicis Eccleſiaſtici. Fideicommiſſum particulare in quo differat ab vniuerſali? Legitima detrahi nequit ex fideicommiſſo particulari, quando hæres Inuentarium non confecit, & quare?

Interamnen. Fideicommiſſi.
Veneris 14. Decembr. 1646.
Argumentum 279.
Nepotes Teſtatoris quo caſu non veniant appellatione filiorum in fideicommiſſo vniuerſali? Nepotes non veniunt appellatione filiorum quoties fideicommiſſum legitur conſtitutum pro filijs primi gradus, & ponderantur in deciſione verba *filios ſuperuiuentis*, & reſpondetur coniecturis in contrarium adductis.

Ampurien. ſeu Ciuitaten. Archipresbyteratus.
Veneris 14. Decembr. 1646.
Argumentum 280.
Vnio facta ab Epiſcopo vigore Concilij ex quibus probetur? Epiſcopus vnire poteſt beneficia vnius Diœceſis. Beneficijs alterius quando vtraque Diœceſis eſt auctoritate Apoſtolica vnita & vnus eſt vtriuſque Epiſcopus. Poſſidens vigore vnionis eſt legitimus contradictor ad impediend. prouiſo Apoſtolico executionem litterarum Apoſtolicarum quando reſeruatio non eſt notoria. Duæ Eccleſiæ Cathedrales quando ſunt principaliter vnitæ de vtraque eſt facienda mentio in prouiſionibus conſiſtorialibus. Dignitates omnes Eccleſiarum Inſulæ Sardiniæ alijs vnitæ fuerunt à ſa. me. Pio V. ſuppreſſæ, ac redactæ ad Rectorias, & beneficia ſimplicia. Epiſcopus poteſt etiam dignitates vnire cum beneplacito Papæ quamuis auctoritate ordinaria vnire nequeat, & beneplacitum probatur ex curſu temporis cum obſeruantia.

Romana ſeu Veliterna Reſtitutionis in integrum.
Lunæ 17. Decembr. 1646.
Argumentum 281.
Plures ſi ſunt hæredes omnes citandi veniunt, & defectus citationis vnius nullitatẽ parit, quoad citatos ea ratione quia Ius omnium eſt connexũ, & ex quibus Ius connexũ dicatur? habens facultatẽ capiendi poſſeſſionẽ propria auctoritate, & bona debitoris diſtrahẽdi ſi adit Iudicem abſq; vlla præſeruatiua, nec petit illius aſſiſtentiam, ſeu aſſociationem familiæ, ſed procedit Iuris ordine ſeruato bi præiudicat, quoad dictam facultatem. In eodem Inſtrumento plures poſſunt contractus contineri ſi ſunt inter ſe compatibiles, nec ex hoc dici poſſunt correſpectiui. In obligatione nouante, an & quando repetitæ cenſeantur qualitates, & priuilegia primæ obligationis? Solutio in dubio refertur ad cauſam grauiorem, ex qua reſultat reſolutio contractus. Creditor ſi recepit ſolutionem in cauſam expreſſam non poteſt deindè ab eã recedere abſque nouo conſenſu debitoris.

Monopolitana Penſionis.
Lunæ 17. Decembris 1646.
Argumentum 282.
Recurrenti ad Iudices laicos vltra excommunicationis pœnam, quam incurrit ei denegatur audientia, & ex quibus recurſus ad Iudices laicos probentur?

Auximana Prædij.
Lunæ 14. Ianuarij 1647.
Argumentum 283.
Depoſitum eſt nullum nulla præcedente oblatione, vel citatione ad recipiendum. Item nullum eſt ſi ſit factum non apud ædem ſacram, ſed apud priuatam perſonam à Iudice non deputatam, & affertur diſtinctio inter depoſitum iudiciale & extraiudiciale. Depoſitum vt ſuffragetur debet eſſe integrum tàm ſortis quàm fructuum.

Cala.

Index Argumentorum.

Calaritana Beneficij della Caſa della Reyna.
Mercur. 16. Ianuarij 1647.
Argumentum 284

Adiudicatio Beneficij Diæceſis Calaguritanæ debita eſt habenti qualitates requiſitas à Conſtitutione Clementis Octaui ſuper prouiſione beneficiorum dictæ Diæceſis, & & quis ad hunc effectum dicatur dignior?

Lucana Vnionis.
Luna 28. Ianuarij 1647.
Argumentum 285.

Vnio beneficij acceſſoriè, vel æquè principaliter probatur per quadragenariam cum titulo iunctis etiam quam pluribus enunciatiuis, & adminiculis, de quibus late in deciſione.

Beneuentana Canonicatus.
Veneris 8 Februarij 1647.
Argumentum 286.

Reſtitutio ad publicandum reſignationem lite pendente obtenta, nulla facta mentione litis non dicitur ſubreptitia, quando illa non cedit in præiudicium alterius litigatoris, quo ceſſante Papa non ſe retraxiſſet à concedendo etiamſi litem ſciuiſſet. Beneficium reſignatum non ſequta publicatione non vacat per obitum reſignantis, ſed ob non factam publicationem.

Romana Fideicommiſſi de Zeffiris.
Veneris 8. Februar. 1647.
Argumentum 287.

Subſtitutio reciproca linealis inter inſtitutos cenſetur inducta, nedum quando concurrunt tria ſolita requiſita ad illam inducendam, ſed etiam aliæ coniecturæ late in deciſione ponderatæ.

Romana Dotis.
Luna 11. Februar. 1647.
Argumentum 288.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. tribuens Inſtrumentis dotalibus viam executiuam contra tertium poſſeſſorem non habet locum, quando poſſeſſor appellauit, & infra triduum à die repreſentationis appellationis curauit rem poſſeſſam poni ſub ſequeſtro ſic diſponente alio *Statuto lib. 1. cap. 169.* à quo dictum *Statutum* 85. declarationem, & modificationem recipit. Item dictum *Statutum* 85. locum non habet ſtante iniuſtitia ſententiæ, ſiuè decreti contra tertium poſſeſſorem. Item nec locum habet cōtra perſonas Eccleſiaſticas, quamuis principaliter non diſponat de perſonis, ſed de bonis, quia forum ſortiri, & ſtatutis ligari paria ſunt.

Monopolitana Iuriſdictionis.
Luna 11. Februar. 1647.
Argumentum 289.

Arbitrium pro reintruſione excommunicati in cenſuras ſemper intrat quoties à Iudice abſolutus ab inobedientia non recedit. Et plura contra validitatem, & iuſtitiam ſententiæ declaratoriæ adducta latè in hac deciſione diluuntur.

Marſicen. Iuriſdictionis.
Luna 18. Februar. 1647.
Argumentum 290.

Sententia ſecunda lata contra primam ea non reuocata ſubſiſtinetur, quando ſecundus Iudex pronunciauit tanquam in prima, nec in actis de prima ſententia fuit oppoſitum. Acta primi Iudicij non ſunt transportanda in ſecundo Iudicio omninò à primo diuerſo, Tranſactio inita à Prælato ſiue beneplacito Apoſtolico ſi eſt Eccleſiæ, & ſucceſſoribus præiudicialis poteſt ab ipſomet Prælato tranſigente nomine Eccleſiæ impugnari. Immemorabilis quaſi poſſeſſio exercendi actus iuriſdictionales in locis ſitis intrà fines Diœceſis, ex quibus contra Epiſcopum probata non dicatur?

Romana Permutationis.
Mercurij 20. Februar. 1647.
Argumentum 291.

Periti licet in ſumma non conueniant circà quantitatem, dicuntur tamen concordes in ſumma minori, quia in maiori ſumma ineſt minor. Æſtimatio rei per Peritos, de quo tempore facienda eſt? Valor inſpici debet de tempore euictionis, vel in quod executio contractus conteritur.

Anconitana Bonorum.
Lunæ 25. Februar. 1647.
Argumentum 292.

Bona dotalia marito data æſtimata in eius dominium trāſeunt, itaut ſi illorum conſumptio contingat, cedat illius damno non mulieris, & in caſu reſtitutionis maritus tenetur ad illorum æſtimationem, ſi non extant ſi vero extant poteſt in illis dotem reſtituere pro eodemmet prætio, quo fuerunt æſtimata, ſi ita inter partes ſit conuentum. Onus dotandi filiam ſpectat ad matrem ſtante inopia patris debet tamen de inopia conſtare, alias mater dotare non tenetur. Filius poteſt in præiudicium creditorum non acceptare legitimam, ſibi debitam in bonis patris, & quare?

Bononien. Succeſſionis.
Veneris 15. Martij 1647.
Argumentum 293.

Ex diſpoſitione *leg. hac edictali Cod. de ſecund. nupt.* mulier non poteſt plus relinquere ſecundo viro, quàm filijs primi matrimonij, quibus debita eſt legitima detrahendi ante diuiſionem bonorum inter ipſos, & ſecundum virum, cum legitima ſit debita Iure naturæ, reſiduum vero ex beneficio Imperatoris in dicta *l. hac edictali* in recompenſam iniuriæ illatæ ob tranſitum ad ſecundas nuptias. In calculanda legitima debet haberi ratio omnium bonorum tàm dotalium, quàm extrà dotalium. Statutum Bononiæ deferens viro lucrum medietatis dotis non comprehendit bona extradotalia, & quando fuit contrauentum *l. hac edictali* prius eſt detrahenda legitima, quam lucrum ſecundi viri.

Vrbeuetana Legati.
Veneris 5. Aprilis 1647.
Argumentum 294.

Teſtator ſi prædium alicui legauit retinēdum ac poſſidēdum donec ab hærede, fuerit ei conſignata tertia pars hæreditatis, poteſt legatarius fructus ex prædio perceptos facere ſuos, præſertim quando ex verbis teſtamenti colligitur Teſtatorem ita voluiſſe, & ex quibus huiuſmodi voluntas deſumatur? & ponderantur adhunc effectum verba *donec & quouſque*. Falcidia an ſit detrahenda ex legato, quod Teſtator ſolui mandauerat liberè, & abſque vllo onere? Falcidia vt detrahi valeat ab hærede, conſtare debet legata excedere dodrantem.

Barchinonen. Iuriſdictionis.
Luna 8. Aprilis 1647.
Argumentum 295.

Confirmatio concordiæ à Sede Apoſtolica ex quibus probetur? & illius obſeruantia ex quibus reſultet? obſeruātia concordiæ in parte præſumitur etiam in reliquis. Obſeruantia proxima quæ dicatur? obſeruantia ad inducendam præſumptionem beneplaciti Apoſtolici probanda eſt plenè, & concludenter, non autem præſumptiuè.

Calaguritana Beneficij de Cornago.
Lunæ 13. May 1647.
Argumentum 296.

Manutentio etiam in gradu reſtitutionis in integrum conceditur anteriori poſſeſſori. Decretum irritans manutentionem non impedit, quando dubitatur, an ei locus ſit.

Bononien. Bonorum, ſeu Fideicommiſſi de Sanctis.
Veneris 17. Maij 1647.
Argumentum 297.

Fideicommiſſi exceptio non retardat immiſſionem hæredi ex interdicto quorum bonorum, ſaltim quando ei cōpetit aliqua detractio legitimæ, vel fideicommiſſum non eſt omnino clarum. In fideicommiſſis regulariter appellatione filiorum non veniunt nepotes, & in hac deciſione reſpondetur coniecturis adductis pro vocatione nepotum.

Barchinonen. Exemptionis.
Luna 20. Maij 1647.
Argumentum 298.

Sententia lata ſub conditione non eſt nulla, quando conditio non continetur in parte ſubſtantiali, ſed in ea parte, quæ reſpicit modum exequendi. Ad euitandam contrarietatem ſententiæ quilibet intellectus ſumendus eſt.

Bono.

Index Argumentorum.

Bononien. Beneficiorum.
Veneris 24. Maij 1647.
Argumentum 299.

Beneficia Subcollectorum, vt dicantur reſeruata, requiritur quod deputatio fiat cum omnimoda iuriſdictione, non autem ad nudum miniſterium, & ex quibus deducatur deputationem fuiſſe factam in caſu deciſionis ad ſimplex miniſterium abſque iuriſdictione?

Valentina Rectoria.
Vener. 24. Maij 1647.
Argumentum 300.

Subrogatus gratioſè poteſt propria authoritate abſque vitio attentatorum poſſeſſionem defuncti apprehendere, quando eſt vacans, ac etiam quando eſt plena, ſi dicta poſſeſſio à tertio apprehenſa eſt nulla, & attentata, vel aliquo decreto irritanti infecta. Regula 8. reſeruatoria menſium continet decretum irritans, & comprehendit etiam beneficia Sac. Religionis Hieroſolymitanæ.

Beneuentana Canonicatus.
Luna 27. Maij 1647.
Argumentum 301.

Reſtitutio ad publicandum reſignationem obtenta lite pendente ſubreptitia dici nequit, quoties ius ex non publicatione reſultans non fuit in iudicio deductum, neque ad hunc effectum ſufficit, quod pro parte rei fuerit oppoſita exceptio generalia contrà, ſed illa in ſpecie proponenda eſt. Vacatio ob non publicationem reſignationis eſt ſpecialiter inducta à Conſtitutione Gregoriana, & beneficium ſic vacans reſeruatur Papæ. Decretum irritans etiam appoſitum in lege generali tollit inſiſtentiam facti, quando ei locus eſt.

Calaguritana Beneficij de Cornago.
Luna 27. Maij 1647.
Argumentum 302.

Prouiſio Apoſtolica de beneficio patrimoniali nulla facta mentione dictæ qualitatis eſt nulla, & ſubreptitia, nam ſi Papa ſciuiſſet non conceſſiſſet, vel difficilius. Beneficium Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici cadit quidem ſub reſeruatione regulæ, ſed cum ſua qualitate, hoc eſt cum onere conferendi perſonis in fundatione vocatis. Beneficia patrimonialia Diœceſis Calaguritanæ ſtante motu proprio Clementis VIII. cum clauſulis ampliſſimis non cadunt ſub reſeruatione regulæ 8.

Bononien. Pecuniaria de Lambertinis.
Luna 3. Iunij 1647.
Argumentum 303.

Obligatus facere aliquod Inueſtimentum, eo non ſequuto tenetur ad fructus, qui ex inueſtimento percepti fuiſſent tanquam damna, & intereſſe, neque hoc caſu probanda ſunt requiſita, *Caſtren. in l. 3. ff. de eo quod cert. loc.* vt in deciſione declaratur, & ſupradicta concluſio procedit, nedùm contra principalem debitorem, ſed militat etiam contra fideiuſſorem principaliter, & inſolidum obligatum. Mora debitoris quo caſu contracta dicatur abſque alia interpellatione? Mora debitoris nocet fideiuſſori, qui tanquam principalis principaliter, & inſolidum interceſſit, & ſe obligauit. Mora commiſſa in vita debitoris continuatur in eius hæredem abſque alia interpellatione.

Bononien. Fideicommiſſi de Vizzanis.
Veneris 7. Iunij 1647.
Argumentum 304.

Dos detrahenda nõ eſt ex bonis fideicommiſſi niſi in ſubſidium deficientibus alijs bonis, quamuis Teſtator expreſsè mandauerit fœminas dotari, quia ſubintelligitur ſub conditione deficientiæ aliorum bonorum, & cui nã incumbat onus probandi non exiſtentiam bonorum liberorum? Fideicommiſſario quo caſu non eſt retardanda immiſſio ob detractionem melioramentorum?

Meleuitana Tenutæ.
Vener. 14. Iunii 1647.
Argumentum 305.

Procurator pendente lite ſine cauſa reuocari nequit diſſentiente aduerſario, & quare? In donatione verbis vniuerſalibus concepta comprehenduntur etiam bona fideicommiſſi donatori competentia. Dementia donatoris probanda eſt tempore donationis, & ex quibus excludatur? Alienans partem bonorum fideicommiſſi non cadit à toto fideicommiſſo etiamſi adſit alienationis prohibitio, ſed à parte alienata.

Diſcurſus in cauſa Firmana Pecuniaria.
Vener. 14. Iunii 1647.
Argumentum 306.

Bulla ſuper bono regimine §. 16. prohibens nè qui ſemel bona Communitatis adminiſtrarunt iterum ad officia publica admittantur antequam rationem adminiſtrationis reddiderint, non annullat obligationes, & fideiuſſiones præſtitas pro ſecundi officij adminiſtratione ab eo qui de facto ad nouum officium fuit admiſſus, illudque exercuit. Soluens ſponte tenetur plenè, & concludentèr probare ſe indebitè ſoluiſſe, ſecus verò ſi coactè, tunc enim is qui exegit pecunias fuiſſe debitas probare debet, & ex quibus ſolutio dicatur ſpontanea, vel coacta latè in deciſione declaratur. Reliqua deſume ex Summarijs.

Bononien. Succeſſionis.
Luna 17. Iunii 1647.
Argumentum 307.

Deſcendentes omnes comprehenduntur ſub nomine filiorum, quando Teſtator vtroque verbo tanquam Sinonimo vſus fuit, & ex quibus deſumatur Teſtatorem vtroque verbo tãquam Sinonimo vſum fuiſſe? Maſculi Deſcendentes ex fœminis, an & quando veniant appellatione fœminarum? Donans poteſt verba dubia donationis declarare.

Marſicen. Iuriſdictionis.
Luna 17. Iunii 1647.
Argumentum 308.

Iuriſdictio vniuerſalis in omnibus locis Diœceſis ſpectat ad Epiſcopum ex aſſiſtentia iuris communis, ac diſpoſitionis Sac. Concil. Trident. Actus iuriſdictionales ab Epiſcopo exerciti in ſua Diœceſi ſuffragãtur etiam abſq; ſcientia, & patientia inferioris prætendentis iuriſdictionem ad ſe ſpectare, quando illos deducit non ex præſcriptione, ſed ex diſpoſitione iuris. Immemorabilis contra Epiſcopum ab inferiori prætenſa ſuper exercitio iuriſdictionis in locis Diœceſis, ex quibus non ſuffragetur?

Bononien. Manutentionis.
Mercurii 19. Iunii 1647.
Argumentum 309.

Poſſeſſio titulata in concurſu eſt manutenibilis, & præferenda, quando non conſtat de prioritate temporis. *Statutum Bononiæ libr. 2. ſub rubric. quod nullus occupet poſſeſſionem rei hæreditariæ §. ſtatuimus* diſponit, quod nemò alius, quam hæres mortuo poſſeſſore bona hæreditaria occupet ſub quouis quæſito colore, etiam authoritate Iudicis, & qui contrafecerit cadat à commodo poſſeſſionis, vndè fit quod poſſeſſio capta contrà formam dicti Statuti manutenibilis non eſt. Statutum prædictum locum habet quamuis quis poſſeſſionem ingreſſus fuerit tanquam hæres ex Teſtamento, vel ab inteſtato ſi reuera talis non eſt, nam cum diſponat per verba negatiua, quod nemini liceat, quam hæredi poſſeſſionem ingredi permittere non cenſetur niſi ingreſſum veri, & iuſti hæredis, & qui poſſeſſionem contrà formam Statuti ingreſſus eſt, nec minus petere valet retentionem etiam ex cauſa legitimæ.

Romana Cenſus.
Mercurii 26. Iunij 1647.
Argumentum 310.

Aſſociatio competit cenſuario ad fundum cenſitum vigore clauſulæ conſtituti, & facultatis capiendi poſſeſſionẽ propria authoritate Cenſus ſuper re fideicommiſſo ſubiecta validè poteſt imponi pro ſoluenda dote vigore *auth. res quæ*, & fideicommiſſarius prætendens adeſſe bona libera, ſuper quibus cenſus imponi debuit illorum exiſtentiam probare tenetur. Verſio pecuniarum cenſualium inſolutionem dotis, ex quibus probata remaneat?

Romana Cenſus, ſeu Saluiani.
Mercurij 26. Iunii 1647.
Argumentum 311.

Saluianum datur emptori Cenſus ratione hypothecæ ſibi ſuper fundo cenſito competentis. Præſcriptio hypothecæ allegari nequit à tertio poſſeſſore habente cauſã à debitore titulo vniuerſali propter malam fidem authoris. Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 158.* excipit in verbis contractus cenſuales, ſub qua exceptione comprehenditur etiam pactum præſtandi fideiuſſorem in Inſtrumento Cenſus appoſitum, ſiue illud conſideretur, tamquam

quam informatum à contractu cenſuali, & illius pars, ſiue vti acceſſorium contractus, & redditur ratio. Statutum Vrbis *d. cap.* 158. Inducens præſcriptionem, etiáſi creditor habeat hypothecam generalem, & ſpecialem, niſi pignoris, & hypothecæ poſſeſſionem adeptus fuerit, & per conſequens tollere videtur etiam actionem hypothecariam, quia intelligitur de hypothecaria, quæ adhæret actioni perſonali, & ſic de directa contra ipsũ debitorem, non autem de competenti contra tertium poſſeſſorem.

Neapolitana Cimiliarcatus.
Mercur. 26. Iunii 1647.
Argumentum 312.

Cimiliarcatus non ſignificat dignitatem ſed officium Theſaurarii, ſiue Sacriſtæ. Regula 4. Cancellariæ reſeruat ſolum primam dignitatem in Cathedrali, & principalẽ in Collegiata, niſi adſint duæ æquè maiores, & æque principales, & huiuſmodi qualitas plenè, & concludenter probanda eſt. Cimiliarcatus ex quibus excludatur, quod non ſit prima dignitas in Eccleſia Neapolitana. Reſeruatio Regulæ 4. Cancellariæ non comprehendit principales dignitates exiſtentes in Collegijs, ſed in Collegiatis.

Gerunden. Beneficij.
Mercurii 26. Iunii 1647.
Argumentum 313.

Incompatibilitas non inducitur de Iure reſpectu acquiſitionis, ſed retentionis, quod tamen non procedit, quãdo contrarium fuit in fundatione diſpoſitum, quia tunc Teſtatoris voluntas ſeruanda eſt. Per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, ſuper quo pendet lis non tenetur quis dimittere primum pacificè poſſeſſum durante lite ſuper ſecundo, licet è conuersò lis ſuper primo non efficit, vt illud poſſit retineri cum ſecundo, abſque controuerſia deindè obtento.

Romana Permutationis ſeù Pecuniaria.
Mercurii 26. Iunii 1647.
Argumentum patet ex Summarijs 314.

Mediolanen. Bonorum.
Mercurij 26. Iunij 1647.
Argumentum 315.

Euictio debita ex contractu, & promiſſa ſub obligatione omnium bonorum operatur, vt pro ea competere poſſit, nedum actio perſonalis, ſed etiam hypotheca bonorum. Emptor, qui euictionem paſſus eſt agere poteſt, nedum ad reſtitutionem prætij ſoluti, ſed etiam ad dãna, & intereſſe. Emptor non tenetur denunciare litem ſibi motam venditori, quando ipſe ſciuit litem fuiſſe motam, & in Iudicio non comparuit, tunc enim vel dicitur fuiſſe in culpa, vel præſumitur, non habuiſſe quid opponeret, & quando conſtat de Iure euincentis Emptor agere poteſt de euictione, quamuis litem non denunciauerit. Subſtitutio fœminarum in caſu deficiẽtiæ maſculorum ſi ſine filijs non expirat, ſi alter ex filijs maſculis deceſſit cum filijs ſuæ à *conſ. Oldrad.* 21. à quo paſſim receditur ex contrarijs coniecturis, quæ in deciſione ponderantur.

Romana, ſeù Veliterna Aſſiſtus.
Veneris 28. Iunij 1647.
Argumentum 316

Concordia nedum per inſtrumenta, ſed etiam per teſtes probari poteſt, præſertim concurrentibus alijs adminiculis, & ſignanter illius obſeruantia, & ex quibus obſeruantia probetur? Procurator habens mandatum generale poteſt tranſigere, quando tranſactio eſt proficua, & vtilis principali. Procurator an & quando valeat appellationi à principali interpoſitæ renunciare etiam abſque ſpeciali mandato? Nouatio non dicitur inducta per tranſactionem, quæ emanauit in executionem contractus, prout nec minus inducta dicitur ſi debitori fuit conceſſa dilatio ad ſoluendum.

Carpentoraten. Hæreditatis.
Veneris 28. Iunii 1647.
Argumentum 317.

Hæres fiduciarius vt quis inſtitutus dicatur copulatiuè concurrere debent cauſa, ob quam Teſtator filios recta via hæredes non inſtituit, ſed mediante alio hærede fiduciario, nec non etiam verba teſtamenti reſtitutionẽ hæreditatis proprijs filijs inducentia, & ex quibus vtrũque requiſitum in caſu deciſionis ceſſet?

Perusina Beneficij.
Veneris 28. Iunii 1647.
Argumentum 318.

Poſſeſſio beneficij apprehenſa per contactum hoſtij Eccleſiæ ſuffragatur, quando fuit prohibitus ingreſſus in Eccleſia. Epiſcopus ſequuta vacatione beneficij poteſt ſolum deputare æconomum, qui cuſtodiat, & ſeruet fructus ſucceſſori in beneficio, non autem valet abſque licentia Papæ occupare bona beneficij, ac fructus ſibi appropriare.

Leodien. Pecuniaria.
Veneris 28. Iunii 1647.
Argumentum 319.

Regula alteri per alterum inutiliter ſtipulari declaratur quo caſu non procedat? Creditor recta via agere poteſt contra accollatorem, quando partem debiti ſoluit ad euitandum inutiles circuitus.

Vrbinaten. Succeſſionis.
Veneris 28. Iunij 1647.
Argumentum 320.

Tranſmiſſio iuris non agniti fit tantum in tribus caſibus nempè iure ſuitatis, iure ſanguinis, & ex capite iuris deliberandi, & egregiè in deciſione declaratur, quo caſu in ſupradictis tribus caſibus locum habeat? Legitima filijs debita etiam non agnita transmittitur ad quoſcumque hæredes etiam extraneos ex ſpeciali priuilegio legitimæ. Reliqua circà hanc materiam tranſmiſſionis deſume ex Summarijs.

Ciuitatis Plebis Saluiani.
Lunæ 1. Iulii 1647.
Argumentum 321.

Saluianum interdictum competit contrà obligatum ad extinctionem cenſus extinctione non ſecuta tam pro extinctione, quam pro ſolutione fructuum decurſorum. Stipulatio pro omnibus, quorum intereſt, quibus ſuffragetur? Oblatio ſolutionis impedit immiſſionem creditori ex Saluiano, ſi ſolutio eſt libera ſecus ſub cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, & an & quãdo creditor teneatur præſtare cautionem? plures caſus in deciſione referuntur.

Carpentoraten. Decimæ Croci.
Lunæ 1. Iulii 1647.
Argumentum 322.

Decimæ prædiales debentur Eccleſiæ Cathedrali, quando eſt parochialis ex omnibus fructibus, qui intra fines percipiuntur nulla habita diſtinctione inter vnam, & alteram ſpeciem fructuum cum omnes proueniant ex Dei munificentia, & deſeruiunt ad ſuſtentationẽ miniſtrorum, & ad Dei cultum peragendum. Ius decimandi eſt reale nec mutatur mutatione ſeminis, ac plantationis. Eccleſiæ parochiali debentur etiam decimæ noualium. Conſuetudine induci poteſt ne decimæ ex certis fructibus ſoluantur, hæc tamen conſuetudo debet eſſe quadraginta annorum, ac concludenter probari.

Vercellen. Decimarum.
Lunæ 1. Iulij 1647.
Argumentum 323.

Compulſoria ſpecialis, quæ pari paſſu ambulat cum remiſſoria conceditur data releuantia ſcripturarum compulſandarum Laicus incapax eſt iuris decimandi, ac proindè cogi poteſt ad docendum de ſuo titulo, & de titulo conſtare dicitur docto de infeudatione facta per Epiſcopum ante Concilium Lateranenſe.

Nullius, ſeu Sublacen. Attentatorum.
Lunæ 1. Iulij 1647.
Argumentum 324.

Inhibitio emanata vigore commiſſionis à Signatura Iuſtitiæ circumductæ mediãte reſcripto vt Iudex à quo iterùm audiat non cauſat attentata. Appellans ſi redijt coram Iudice à quo cenſetur appellationi renunciaſſe, quando præceſſit reſcriptum Signaturæ, vt Iudex à quo iterum audiat.

Gerunden. Prioratus.
Veneris 19. Nouembr. 1647.
Argumentum 325.

Regula 57. Cancellariæ mandans in impetratione beneficiorum exprimi illorum qualitates intelligi debet de qualitatibus, quæ poſſunt retrahere Papam à concedẽdo. Gratia redditur ſubreptitia, ſi non fuerunt expreſſa, quæ de iure communi ſunt exprimenda, ſecus ſi de

ſtylo

Index Argumentorum.

ſtylo, qui eum non omnibus innoteſcat, interat excuſatio ex capite ignorantiæ. Valor per non exceſſum non dicitur probatus per teſtes deponentes de publica voce, & fama, quando ex alijs conſtat de exceſſu valoris etiam detracta ſexta parte, quæ à Rota detrahi ſolet ad euitandam ſubreptionem.

Bononien. Fideicommiſſi, ſeù Domus.
Mercur. 4. Decembris 1647.
Argumentum 326.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hæredibus tranſit etiam ad deſcendentes fœminas, quando ſunt hæredes. Emphyteuta poteſt diſponere de bonis emphyteoticis in compræhenſos in inueſtitura, illorum accedente conſenſu.

Vercellen. Præpoſituræ.
Mercur. 11. Decembris 1647.
Argumentum 327.

Remiſſoria ad probandum reſignationem fuiſſe metu factam nõ denegatur, præſertim quando concurrit fumus articulati metus.

Marſicen. Iuriſdictionis.
Mercur. 11. Decembris 1647.
Argumentum 328.

Epiſcopus non obſtante tranſactione inita ſuper Iuriſdictione agere poteſt nomine Eccleſiæ, quoties tranſactio caret beneplacito Apoſtolico, & ex quibus deſumatur egiſſe nomine Eccleſiæ, & dignitatis, non autem proprio? Iuriſdictio non præſcribitur contra Epiſcopum ab inferiori, niſi præſcriptio immemorabilis concurrat & ex quibus in caſu deciſionis excludatur?

Romana Cenſus.
Lunæ 16. Decembris 1647.
Argumentum 329.

Sub promiſſione indemnitatis continetur releuatio ab omni damno, & intereſſe. Datio inſolutum, quod ceſſerit, potiùs in vnam, quam in aliam cauſam, ex quibus iuſtificatum remanet?

Ciuitatis Plebis Saluiani.
Lunæ 13. Ianuarij 1648.
Argumentum 330.

Immiſſio non poteſt retardari creditori agenti Saluiano mediante oblatione, ſi illa non eſt pura, ſed ſub cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus. Dominium rei emptæ ante ſolutionem prætij in emptorem nõ transfertur, niſi de illo habita fuerit fides de prætio. Hæres creditor defuncti ſi inuentarium non confecit cenſetur adeundo ſibi ſatisfeciſſe de bonis hæreditarijs, nec poteſt de ſuo credito excipere aduerſus alios creditores hæreditarios.

Nullius, ſeu Sublacen. Attentatorum.
Mercurij 15. Ianuar. 1648.
Argumentum 331.

Inhibitio emanata vigore commiſſionis cum clauſula *Ita quod inhibitio non afficiat quatenus actum ſit vigore obligationis Cameralis, vel alterius proceſſus executiui*, ſi actum non fuit vigore obligationis Cameralis, ſed iudicio ſummariſſimo manutentionis, an appellatione proceſſus executiui veniat etiam ſummariſſimum itaut poſteà geſta reddat nec ne attentata? Geſta poſt inhibitionem non ſunt attentata quando emanarunt continuatiue in executionem actu geſti ante inhibitionem.

Romana Pecuniaria.
Vener. 24. Ianuarij 1648.
Argumentum 332.

Pater promittens contemplatione filij ſoluere creditori certam pecuniarũ ſummam pro omni, & toto eo quod creditor contra filium prætendere poteſt, ſi creditor recepta pecunia fecit generalem quietantiam, ex ea cenſetur debitor liberatus, tàm quoad ſortem, quàm quoad fructus, & talis quietantia ſuffragatur tàm Patri promittenti, quàm etiam filio etiamſi tempore conuentionis non interuenerit.

Bononien. Nullitatis Concordiæ.
Lunæ 27. Ianuarij 1648.
Argumentum 333.

Promittens ſoluere aliquam pecuniarum quantitatem ad effectum cenſum extinguendi puta infra triennium non ſecuta ſolutione, ac cenſos extinctione, an teneãtur ratione moræ ad fructus loco damnorum, & intereſſe. Solutio ex quibus deſumatur quod potiùs ceſſerit in cauſam fructuum, quàm in extinctionem ſortis?

Feſulana Beneficii, ſeù Oratorii.
Veneris 31. Ianuarii 1648.
Argumentum 334.

Conſenſus Ordinarij poteſt quandocunque interuenire in donatione Iuriſpatronatus. Repetitio oneris adiecti locum non habet quoties concurrit diuerſitas perſonarum diſpoſitionis ac rationis, & ex quibus huiuſmodi diuerſitas deſumatur?

Monopolitana Penſionis.
Veneris 7. Februar. 1648.
Argumentum 335.

Remiſſoria non datur poſt didicita, & teſtificata ſuper articulis de directo contrarijs, & quamuis hæc concluſio duas recipiat limitationes, alteram quando noui articuli contineant materiam magis ſpecificam, ac diſtinctam, alteram verò quando agitur fauore Eccleſiæ, cui ne culpa defenſoris remaneat læſa datur remiſſoria per viã reſtitutionis in integrum, vtraque tamen limitatio declaratur procedere dummodò maior diſtinctio, ſeù ſpecificatio materiæ non ſit in ſolo cortice verborum, ſed in ſubſtantia, ac etiam pro obtinenda reſtitutione in integrum, nedùm probatio læſionis requiritur, ſed etiã magna, & exacta diligentia propter timorem ſubornationis. Didicita, an & quando dicantur dicta teſtium ad effectum denegandi remiſſoriam latè in deciſione declaratur.

Peruſina Beneficii.
Lunæ 16. Februar. 1648.
Argumentum 336.

Vnio Eccleſiæ facta Monaſterio probatur ex enunciatiuis antiquis alijſque adminiculis, de quibus vt in Summarijs.

Interamnen. Fideicommiſſi.
Veneris 24. Februarij 1648.
Argumentum 337.

Fideicommiſſum particulare, & independens non cenſetur inductum ſi Teſtator per orationem ſeparatam aliquid particulariter diſpoſuit, ſi talis diſpoſitio reſpicit eadem bona, & perſonas in vniuerſali fideicommiſſo cõpræhenſas, quo caſu ab eo pendere dicitur, eique famulari. Ablatiuus abſolutus in ſubſtitutionibus reſoluitur in ſuas ſingularitates ex præſumpta mente Teſtatoris, quando agitur fauore deſcendentium, & vt abſurda euitentur.

Calaguritana Beneficiorum.
Lunæ 17. Februar. 1648.
Argumentum 338.

Appellatio ad vtrumque effectum admittitur quando quis fuit ab examinatoribus Synodalibus renunciatus habilis tantum ad ſimplicia, non autem ad curata. *Concil. Trid. ſeſſ. 24 de reformat. cap. 18.* prohibens appellationem ſuſpenſiuam à mala relatione examinatorum loquitur de Eccleſijs Parochialibus, nec procedit in beneficijs ſimplicibus Motus proprius Clementis VIII. excludit appellationem quando fuit extraiudicialirer ad collationem deuentum, ſecus ſi iudicialiter fuit proceſſum.

Montis Caſſinen. Parochialis.
Lunæ 17. Februar. 1648.
Argumentum 339.

In ſummariſſimo Iudicio manutentionis exhibitio tituli nec etiam in beneficialibus eſt neceſſaria, & contraria procedunt in Tribunalibus ſæcularibus, quæ cum ſe interponant ad coadiuuandos prouiſos à Papa, vel ab Ordinario, conſequenter etiam titulum exhiberi exponunt. Manutentio, quando ius commune non reſiſtit, ſed ſolum quædam præſumptio, tunc conceditur poſſeſſori. Executor mixtus tenetur aſſumere partes Iudicis, & mixtus efficitur Iudex ſtante clauſula *Dummodo, &c. & Amoto &c.*

Leodien. Pecuniaria.
Lunæ 20. Martii 1649.
Argumentum 340.

Sententia lata afficit Capitulum, ſi fuit obtenta prævia citatione executa contrà Secretarium eiuſdem Capituli, & prævia comparitione legitimi Procuratoris à dicta ſententia appellantis, per quam appellationem ſententiam, ac omnia acta fecit ſua. Debitum ſemel agnitum non poteſt amplius impugnari.

Romana

Index Argumentorum.

Româna Societatis Officij.
Veneris 13. *Martij* 1648.
Argumentum 341.

Societas officij dicitur ſuperlucrata, non obſtante quod debitor fideiuſſorem non præſtitit, nam iſte defectus adimplenti cenſetur tacitè remiſſus per receptionem fructuum ſecundi ſemeſtris, etiamſi fructus à creditore fuerunt non ſimpliciter, ſed cum præſeruatiua *ſenza pregiuditio della Sigurtà* recepti, nam talis præſeruatiua operatur, vt creditor etiam in ſemeſtri, cuius fructus recepit, agere valeat contra debitorem ad præſtationem fideiuſſionis, alias recedere à contractu reſtitutis fructibus receptis, ſed niſi egerit militat abſoluta voluntas remittendi implementi defectum.

Bononien. Fideicommiſſi de Sanctis.
Lunæ 16. *Martij* 1648.
Argumentum 342.

Filij in conditione poſiti quamuis ſint vocati, vt grauati dicantur onere fideicommiſſi inter alias coniecturas requiritur, quod adſit inter eos reciproca adiecta ratione conſeruandi bona in agnatione, nec non etiam quod Teſtator ad plures ſubſtitutionum gradus fuerit digreſſus, & ex quibus vtraque qualitas in caſu deciſionis ceſſet?

Mediolanen. Bonorum.
Mercurij 18. *Martij* 1648.
Argumentum 343.

Hypotheca licet in inſtrumento non legatur verbis explicitis continetur ſub clauſula *pacti executiui &c.* quæ tribuit facultatem ingrediendi bona debitoris propria authoritate, & poteſt à Notario iuxtà ſtylum loci extendi. Fideicommiſſum abſolutum dicitur inductum ex prohibitione alienationis, quando ſtat de per ſe, & independens, & adeſt expreſſa prohibitio detractionis Falcidiæ, & Trebellianicæ, præſertim quando prohibitio alienationis non eſt nuda, ſed veſtita, eo quod eſt concepta in rem, & Teſtator declarauit in caſu alienationis illam eſſe nullam. Locus non dicitur pius, ex quo in eo opera charitatis exercentur, ſed oportet quod ſit erectus authoritate Ordinarij, etiam ſi in eo Miſſæ celebrentur.

Auximana Prædij.
Lunæ 23. *Martij* 1648.
Argumentum 344.

Quando agitur de reſtituendis fructibus non in genere, ſed ex certo prædio perceptis, & conſumptis, tunc debitor condemnari non poteſt ad illorum reſtitutionem in ſpecie, ſed dumtaxat ad illorum æſtimationem, deſumendam de tempore conſumptionis, non attento, quod fructus poſt conſumptionem plus valuerint, quia arbitrium Iudicis non habet locum in non extantibus: Et licet regula limitetur, quando fructus fuerunt mala fide percepti, non tamen procedit ſi poſſeſſor ab initio habuit iuſtam cauſam credendi fructus ad ſe liberè ſpectare.

Spoletana Fideicommiſſi.
Veneris 27. *Martij* 1648.
Argumentum 345.

Sententia non conformis libello quo caſu ſubſtineatur? Fideicommiſſario datur immiſſio vigore *leg. final. C. de edict. Diu. Adr. tollend.* vel ex vtili Saluiano interdicto probatis ſolitis requiſitis, & ex quibus illa probentur? Legitima ad effectum immutabilis acquiſitionis non dicitur delata, niſi poſtquam fuit agnita. Sententia in iudicatum tranſacta venit exequenda, quamuis cauſa reſtitutionis in integrum fuerit commiſſa, quoties de cauſis reſtitutionis non conſtat.

Monopolitana Penſionis.
Lunæ 30. *Martij* 1648.
Argumentum 346.

Reſtitutio in integrum, vt competat Eccleſiæ aduerſus omiſſam probationem etiam poſt publicatum examen alterius partis, quænam requirantur? Remiſſoria non datur ad proban. exceptiones contra perſonas Teſtium.

Curien. Feudi.
Lunæ 27. *Aprilis* 1648.
Argumentum 347.

Laicus non eſt incapax ſolius commoditatis, & emolumenti decimarum ſeiuncti à iure decimandi, & conceſſio facta laico ab Epiſcopo cenſetur, quoad ſolam commoditatem, non quoad ius decimandi. Beneplacitum Apoſtolicum, non requiritur in rebus Eccleſiæ in feudari ſolitis. Decretum irritans non impedit poſſeſſori manutentionem, quando dubium eſt, an ei locus ſit.

Piſauren. Penſionis.
Mercurij 29. *Aprilis* 1648.
Argumentum 348.

Penſionarius ſi contrà titularem manutentionem obtinuit nulla appellatione interpoſita, licet deinde titularis ſententiam in petitorio ſuper nullitate penſionis reportauerit à qua fuit appellatum, non obſtante dicta appellatione, & pendentia litis in petitorio poteſt redire ad Iudicem, à quo pro executione dicti mandati de manutenendo abſque vitio attentatorum, eo quod vtrumq; iudicium per ſeparata monitoria fuit introductum, & ſic inter ſe diſtincta reputantur.

Romana Domus.
Lunæ 4. *Maij* 1648.
Argumentum 349.

Poſſeſſor rei hæreditariæ non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredi ſcripto ſi eius titulus eſt euidenter nullus. Vſufructuario non licet res hæreditarias diſtrahere, & ex quibus verbis teſtamenti deſumatur, quem fuiſſe tantum hæredem inſtitutum in vſufructu, non autem in proprietate? Curator non valet rem minoris vendere abſque illius interuentu, præſertim ſi eſt pubertati proximus, & ſine debitis ſolemnitatibus. Venditio rei hæreditariæ non ſeruato præcepto Teſtatoris eſt nulla, & quando res diſtrahitur in perſonam executoris Teſtamentarij non caret vehementi ſuſpicione fraudis.

Vrbeuetana Legati.
Lunæ 4. *Maij* 1648.
Argumentum 350.

Prohibitio alienandi expreſſa vſque ad certum tempus non tollit eo elapſo prohibitionem tacitam reſultan. ex perpetuo fideicommiſſo conſtituto fauore deſcendentium Teſtatoris. Alienatio bonorum fideicommiſſi ſtante expreſſa prohibitione Teſtatoris, licet ſit nulla, ſubſtinetur ſaltim in vita alienantis. Dos quando fuit promiſſa in quantitate, & bona deinde aſſignata præuia æſtimatione, quæ faciunt emptionem, & venditionem non conſtituunt fundum dotalem, ſed illa verba *pro fundo dotali* important ſolum ſpecialem hypotecam, non tamen accipienda ſunt propriè, prout intelligitur fundus dotalis, & ex quibus fundus dotalis excludatur? Pater tranſiens ad ſecunda vota tenetur bona materna acquiſita filio prioris matrimonij reſeruare per obitum eiuſdem filij ſorori, quamuis ob exiſtentiam maſculi ſit per ſtatutum excluſa, quia ſtatutum locum non habet in caſu, quo Pater tranſit ad ſecundas nuptias. Statutum excluſiuum fœminarum propter agnatos non intrat, niſi agnati hæreditatem adeant.

Colonien. Decanatus.
Veneris 15 *Maij* 1648.
Argumentum 351.

Confirmatio electionis poſt appellationem interpoſitam eſt nulla, & attentata. Sententia lata contra præſentatum, & patronum vim habet diffinitiuæ, & eſt appellabilis, præſertim quando appellans eſt legitimus contradictor ad impediendam confirmationem electionis. Reſignatio Beneficij fieri nequit in manibus laici, etiã conſtituti in dignitate Ducali, Regali, vel Imperiali, & ex tali reſignatione nulla inducitur vacatio, ſed oportet vt accedat Superioris admiſſio, & ante ratificationem Superioris, vacatio ſtat impendenti, nec interim Beneficium reſignatum conferri poteſt. Regula de 20. locũ habet etiam in reſignationibus extra Curiam, & tam iñ dignitatibus, quam in Beneficijs Iuriſpatronatus.

Romana Attentatorum.
Veneris 22. *Maij* 1648.
Argumentum 352.

Inhibitio emanata vigore commiſſionis ſimpliciter ſignatæ licet deinde dicta commiſſio quoad aliqua tantum reformetur, adhuc quoad reliqua contenta in prima commiſſione viget, & reddit attentatum, quicquid poſtea geſtum eſt.

Auximana Prædij.
Veneris 29. *Maij* 1648.
Argumentum deſume ex Summarijs 353.

Index Argumentorum.

Carpentoraten. Hereditatis.
Veneris 5. Iunij 1648.
Argumentum 354.

Fiduciaria inſtitutio, ex quibus excludatur? Remedium *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.* non competit, vbi voluntas defuncti extrà actum teſtandi nuncupatiuè probatur ſolum per teſtes. Confeſſio extraiudicialis de æquitate canonica probat, debet tamen cautè procedi in admittenda huiuſmodi confeſſione.

Mediolanen. Canonicatus, ſeu Præbendæ.
Lunæ 8. Iunij 1648.
Argumentum 355.

Sequeſtro, vt locus ſit in caſu timoris, & ſcandali quænam requirantur?

Auenionen. Saluiani.
Lunæ 8. Iunij 1648.
Argumentum 356.

Præſcriptio non currit contra mentecaptum, qui pupillo æquiparatur. Contra fideicommiſſarium non incipit currere præſcriptio, niſi à die quo ad eius fauorem fuit apertum fideicommiſſum, & ſciuit bona à tertijs poſſeſſoribus poſſideri. Saluianum non datur non probata poſſeſſione debitoris tempore contractæ hypothecæ.

Bononien. Succeſſionis.
Lunæ 15. Iunij 1648.
Argumentum 357.

Mulier binuba ex diſpoſitione *l. hac edictali C. de ſecund. nupt.* non poteſt ſecundo viro plus relinquere, quàm filijs primi matrimonij, quinimò prius detrahenda eſt legitima filiorum, & reliquum diuiditur inter ipſos, & ſecundum virum. Diſpoſitioni *l. hac edictal.* poteſt per ſtatutum derogari. Statutum Bononiæ *lib. 4. ſub rubr. de dot. reſtit. §. ſi verò il primo, & §. item dicimus* virtualiter derogat legi hac edictali, vt pluribus rationibus comprobatur in deciſione.

Tridentina Parochialis.
Lunæ 15. Iunij 1648.
Argumentum 358.

Gratia ſi neutri concipi ſolet ſub conditione, & vt ſuffragetur quænam requirantur? Beneficium reſignatum ob non publicationem non vacat per obitum reſignantis, ſed ob non factam publicationem, remanetq; Sedi Apoſtolicæ reſeruatum, itaut ab Ordinario conferri non valeat. Prouiſio Apoſtolica ob non publicationem debet publicari, vt expreſſe cauetur in Conſtitutione Gregorij XIII. vlterius præcipientis prouiſum teneri infra ſex menſes literas Apoſtolicas expedire, eaſque coram executore præſentare, ac inſtare pro illarum executione? Conſtitutio Gregoriana dans prælationem primo publicanti, quamuis habeat gratiam poſteriorem quomodo intelligatur?

Romana, ſeu Sutrina Pecuniaria.
Veneris 19. Iunii 1648.
Argumentum 359.

Pactum de ſtando circa damna iuramento creditoris validum eſt, & intelligitur reſpectu æſtimationis, nam damni exiſtentia aliunde probanda eſt, & deinde pars admittitur ad iurandum ſuper illius æſtimatione, & quando agitur de ſumma conſiderabili, oportet iuramentum adminiculari ex alijs coniecturis.

Vercellen. Canonicatus.
Ven. 19. Iunij 1648.
Argumentum 360.

Diſpenſatio obtenta ſub eadem parua data primæ gratiæ ſuffragatur etiam ex interuallo. Plures ſupplicationes poſſunt expediri ſub eadem data primæ, quando eſt defectuoſa, & illæ tanquam dependentes tendunt pro ſanatione primæ. Sub eadem data poſſunt plures gratiæ expediri, quando inter ſe ſunt compatibiles, & vna tendit ad corroborationem alterius, ſecus verò quando ſunt contrariæ. Regularis tranſiens ad ſecundam religionem ibique profeſſionem emittens efficitur incapax ad obtinenda beneficia ſecularia etiam curata ſic diſponente *Conc. Trid. ſeſſ. 14. de reformat. cap.* 11. & diſpenſatio obtenta ſuper regularitate non facta mentione tranſitus nullatenus ſuffragatur, nam tot requiruntur diſpenſationes, quot ſunt obſtacula ſiue impedimenta.

Maioricen. Beneficij.
Lunæ 22. Iunij 1648.
Argumentum 361.

Quaſi poſſeſſio præſentandi ex vnico actu acquiritur. & ex præſentatione vnius ex patronis cenſetur præſeruata poſſeſſio aliorum non præſentantium, quod intellige, quando conſtat de poſſeſſione non præſentantium, alias enim præſeruari non poteſt poſſeſſio, quæ non eſt. Iuſpatronatus cadit etiam ſub fideicommiſſo quando conſtat de præſumpta mente Teſtatoris, & ex quibus coniecturis de voluntate Teſtatoris conſtare dicatur? Patronus aduerſus alium compatronum Iuſpatronatus ſpatio 40. annorum præſcribit. ſi præſentationes fuerunt factæ priuatiuè ad compatronum, & ipſe ſciuit, & acquieuit.

Calaguritana Beneficiorum.
Veneris 26. Iunij 1648.
Argumentum 362.

Adiudicatio beneficij debita eſt digniori, & dignior ad hunc effectum, quis reputetur? reprobatus in primo, & ſecundo examine, ſi in tertio ſit approbatus, talis approbatio non meretur attendi, præſertim quando emanauit parte non citata, & in eo habita ſolum fuit ratio litteraturæ, non autem aliarum qualitatum.

Feſulana Beneficij, ſeu Oratorij.
Veneris 26. Iunij 1648.
Argumentum 363.

Donatio Iuriſpatronatus facta non cõpatrono eſt nulla ex defectu conſenſus Ordinarij, vel eius Vicarij ad id ſpeciale mandatum habentis, & ex quibus tacita confirmatio donationis excludatur?

Bononien. Manutentionis.
Veneris 26. Iunij 1648.
Argumentum 364.

Statutum Bononiæ *lib. 2. tit. quod nullus occupet.* &c. priuat contrauenientem formæ in eo præſcriptæ omni iure, & commodo poſſeſſionis, ac etiam manutentionem impedit, prout in deciſione optimè ponderantur verba Statuti, ibi *nemini liceat &c. bona ſua authoritate &c. occupare, ingredi, vel inuadere, vel occupata, vel ingreſſa vel inuaſa retinere*, nam prohibita retentione dicitur prohibita manutentio, quæ nihil aliud eſt, quam retentio, & conſeruatio in ſtatu primæuo.

Bononien. Hæreditatis.
Veneris 26. Iunij 1648.
Argumentum 365.

Poſſeſſio domus capta ab hærede cenſetur etiã capta poſſeſſio mobilium in ea exiſtentium quando ipſe inſtetit apud Iudicem pro mandato de immittendo in poſſeſſione bonorum hæreditariorum tam ſtabilium, quam mobiliũ, & Iudex ſub hac forma mandatum conceſſit. Vendita domo non veniunt niſi mobilia affixa aut perpetuo ibi deſtinata non alia, & adducitur ratio diuerſitatis inter ſuccedentem titulo particulari, & vniuerſali.

Romana Cenſus.
Mercurii 1. Iulij 1648.
Argumentum 366.

Onus probandi, adeſſe bona libera necnè cuinam incumbat, an creditori agenti ad immiſſionem, an verò fideicommiſſario, traditur in hac deciſione pulchra diſtinctio. Bona fideicommiſſi non ſolum pro dote, ſed etiam pro acconcio alienari poſſunt. Cenſum fuiſſe ſuper bonis fideicommiſſi impoſitum pro ſoluenda dote, & verſionem pecuniarium cenſualium in illam cauſam, ex quibus probatum extet?

Bononien. Nullitatis Concordiæ.
Mercurij 1. Iulij 1648.
Argumentum 367.

Tranſactio corruit ob falſitatem cauſæ, & enormiſſimam læſionem. & ex quibus vtraque qualitas iuſtificetur? Hæres beneficiatus quo caſu cẽſeatur pro debito hæreditario ſe voluiſſe obligare de proprio? Duo vel plures rei credendi vt conſtituantur, quæ nam requirantur?

Vladiſlauien. Iuriſpatronatus.
Mercurij 1. Iulij 1648.
Argumentum 368.

Quaſi poſſeſſio præſentandi acquiritur ex vnica præſentatione effectum ſortita, & ſuffragatur etiam ad effectum manutentionis contra prouiſum ab ordinario, reliqua deſume ex Summarijs.

Index Argumentorum.

Romana Damnorum.
Mercurii 1. Iulii 1648.
Argumentum 369.

Cedens iura ſibi competentia cum promiſſione non contrauueniendi, alias teneri voluit ad omnia damna, ſequuta contrauentione eſt locus ſtipulationi, & ex quibus contrauentio probata remaneat?

Melevitana Antianitatis.
Veneris 20. Nouembris 1648.
Argumentum 370.

In executorialibus rei iudicatæ comprehenditur totum id, quod in ipſa re iudicata continetur. Res iudicata continere dicitur omnia quæ fuerunt in actis deducta, & oppoſita, præſertim quando in ea fuit habita ſpecialis relatio ad acta. Clauſula, *quam & quas*, non dicitur ad præmiſſa reſtricta ſed nouum ius complectere, quando fuit deducta ad ſpeciem. Prima ſententia, nè detur ſententia contra ſententiam non eſt reuocanda quando eſt nulla, vel de ea in actis nondum oppoſitum.

Calaguritana Beneficij.
Veneris 27. Nouembris 1648.
Argumentum 371.

Beneficia ſimplicia poſſunt conferri dignis omiſſis dignioribus, quod tamen non procedit, quando particulari Conſtitutione, ſeu ordinatione Eccleſiæ contrarium ſtatuitur. Motus proprius Clementis VIII. mandat in prouiſione Beneficiorum Diœceſis Calaguritanæ eligi digniorem, & quiſnam adhunc effectum reputetur dignior?

Bononien. Manutentionis.
Veneris 4. Decembris 1648.
Argumentum 372.

Statutum Bononiæ *lib. 2. ſub rubr. quod nullus occupet poſſeſſionem rei hæreditariæ, &c.* obſtat etiam hæredi ab inteſtato, quando ſciuit alium fuiſſe in teſtamento ſcriptum hæredem, & ex quibus huiuſmodi ſcientia reſultet? Et tale ſtatutum prohibet etiam retentionem ex cauſa legitimæ.

Romana Cenſus.
Lunæ 14. Decembr. 1648.
Argumentum 373.

Solutiones trium vltimorum annorum inducunt præſumptionem ſatisfactionis annorum præcedentium, hæc tamen præſumptio procedit in præiudicium creditoris, qui recipit non autem in præiudicium tertij, contrà quem agitur pro repetitione ſoluti, tunc enim ſolutio annorum præcedentium probanda eſt, & ex quibus præſumptionibus, & coniecturis talis ſolutio iuſtificetur?

Calaritana Capellæ.
Lunæ 14. Decembris 1648.
Argumentum 374.

Melioramenta, vt melioranti reficiantur conſtare debet illa eſſe neceſſaria, vel vtilia, ac vlterius quod ſine illis res eſſet peritura, vel effecta deterior, item quod fructus re fuerunt aucti. Melioramenta quamuis vtilia repeti nequeunt, ſi mala fide facta appareat.

Pampilonen. Alienationis.
Vener. 15. Ianuarij 1649.
Argumentum 375.

Alienatio bonorum Eccleſiæ, vt valeat copulatiuè requiruntur ſolemnitas, ac iuſta cauſa neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis, quodque ipſam Eccleſiam non autem titularem reſpiciat. Pro extinguenda penſione diſtrahi nequeunt Bona Eccleſiæ, ſed illa extingui ſeu ſolui debent ex fructibus beneficij. Reliqua circa hanc materiam deſume ex Summarijs.

Narnien. Capellaniæ.
Lunæ 8. Februar. 1649.
Argumentum 376.

Ordinarius facultatem habet deputandi Oeconomum lite pendente inter prouiſos de beneficio ex diſpoſitione *text. in cap. cum vos de offic. ordinar.* præcipuè quando talis deputatio non nocet collitigantibus, & fauet Eccleſiæ, cuius intereſt, vt beneficij redditus vberes ſint, & cultus diuinus augeatur. Succeſſor non tenetur probare titulum anteceſſoris in poſſeſſione defuncti.

Mediolanen. Præbendæ.
Lunæ 1. Martij 1649.
Argumentum 377.

Sequeſtro locus non eſt, vbi poſſeſſio non eſt vacans, etiamſi contra ſe habeat decretum irritans, nam ad effectum, vt poſſeſſio dicatur vacans decretum debet eſſe omninò clarum, & indubitatum. Concurſus ex diſpoſitione Concilij Tridentini, necnon Conſtitutionis Pianæ requiritur dumtaxat in parochialibus, ac beneficijs principalem curam animarum habentibus, non autem in Canonicatibus, ac Dignitatibus, quibus animarum curæ exercitium eſt annexum.

Gerunden. Prioratus.
Lunæ 8. Martii 1649.
Argumentum 378.

Valor per non exceſſum non probatur per Teſtes deponentes per aſcenſum. Confeſſio extraiudicialis non nocet confitenti, quando non emanauit animo deliberato fatendi veritatem. Teſtes ſimpliciter deponentes de locationibus, ſiue affictibus beneficij non ſunt intelligendi deductis oneribus.

Auenionen. Saluiani.
Mercurii 10. Martii 1649.
Argumentum 379.

Præſcriptio decennalis cum ſit mixta interrumpitur litis conteſtatione, & litis conteſtatio ex quibus adhuc effectum inducta dicatur? Ad interrumpendam præſcriptionem ſola litis conteſtatio, an ſufficiat, vel requiratur etiam proſecutio? Saluianum non conceditur non probata poſſeſſione debitoris tempore contractæ hypothecæ, eoquè minus quando etiam defectus hypothecæ concurrit. Hypotheca generalis omnium bonorum, an &. quando bona feudalia comprehendat.

Romana Domus.
Mercurij 17. Martii 1649.
Argumentum 380.

Venditio Domus hæreditariæ facta ab vſufructuario non habente poteſtatem vendendi, & contra formam à Teſtatore præſcriptam tanquam nulla, & inualida, non retardat immiſſionem hæredi. Adminiſtrans tanquam Tutor licet non ſit talis adhuc de adminiſtratis rationem reddere tenetur. Cenſus per compenſationem extinguitur, non ſecus ac per actum retroſimilem.

Bononien. Bonorum.
Mercurii 17. Martii 1649.
Argumentum 381.

Statutum Bononiæ *ſub rubr. de appellat. §. præterea* permittens à ſententia ſuper quolibet poſſeſſorio ſemel appellare procedit etiam in ſummariſſimo poſſeſſorio. Non attenta diſtinctione an manutentio ſit concetta per Decretum, ſiue ſententiam, quia ſtatutum generaliter loquens, ac mentionem faciens poſſeſſorij includit etiam ſummariſſimum. Reliqua de confirmatione ſtatutorum Bononiæ, ac Conſtitutione Cardinalis Legati prohibente appellationem à decreto lato in ſummariſſimo poſſeſſorio deſume ex Summarijs.

Gneſnen. Iuriſpatronatus.
Veneris 7. Maij 1649.
Argumentum 382.

Iuſpatronatus quando agitur de ſola pertinentia inter patronos ſufficienter probatum remanet ex pluribus præſentationibus effectum ſortitis ſpatio 40. annorum, præſertim quando etiam concurrunt adminicula. Iuſpatronatus extinguitur per vnionem acceſſoriè factam de conſenſu patroni, ſecus verò quando verſamur in vnione æquè principaliter, prout in dubio præſumitur, tunc titulus beneficij principaliter vniti manet in ſtatu primæuo. Item Iuſpatronatus amittitur quoties vnio beneficij patronalis ſit liberè alteri beneficio, ſiue Eccleſiæ, ſecus ſi fiat beneficio pariter patronali non ad effectum vt liberum efficiatur, tunc enim beneficium vnitum adhuc manet patronale, nec acquiritur patrono beneficij patronalis, dum vnitum non fundauit, nec dotauit, ſed reſidet penès primum patronum, ſaltem quoad Ius præſentandi ſimultanee cum patrono beneficij principalis.

Index Argumentorum.

Marſicen. Iuriſdictionis.
Lunæ 10. Maij 1649.
Argumentum 383.

Declaratoria vt contrà Capitulum & Vniuerſitatem decerni valeat quænam requirantur? Declaratoria datur nedum contrà non parentes ſed etiam contra impedientes executionem litterarum exequutorialium. Sola oblatio de parendo non ſufficit ad euitandam Declaratoriam, ſed vlterius requiritur, quod quis omnem adhibeat diligentiam ad remouenda impedimenta, vt litteræ executoriales debitæ exequutioni demandentur, præſertim, quando conſtat de colluſione non parendi, & ex quibus colluſio probetur?

Romana locorum Montium.
Vener. 14. Maij 1649.
Argumentum 384.

Attentata non dicuntur commiſſa poſt emanatam commiſſionem à Signatura Iuſtitiæ vtraque Parte informante antequam impetrans ea vtatur, nam ante vſum commiſſionis non tribuitur Iudici iuriſdictio, nec lis pendere dicitur, licet talis commiſſio ſit effecta communis, itaut altera pars ea vti poſſit etiam inuito impetrante. Commiſſio auocatoria ſtatim operatur abſque alia citatione ad dicen. contrà commiſſionem, quia Princeps auocando inhibere dicitur, hæc tamen concluſio non procedit quoties commiſſio auocatoria emanauit ad inſtantiam partis, tunc requiritur quod pars ea vtatur. Pendente recurſu ad Signaturam abſque labe attentati nequit aliquid innouari. hæc tamen concluſio procedit cum diſtinctione nempè de recurſu pendente, antequam Signatura reſcribat, & poſtquam reſcripſit, ac cauſam commiſit, vt egregiè in deciſione declaratur.

Meleuitana Penſionis.
Vener. 14. Maii 1649.
Argumentum 385.

Attentata commiſſa pendente lite in Rota redduntur clara, cum non liceat parti Iudicem inferiorem adire, nec iſte aliquid decernere. Inhibitio Rotalis cauſat attentata etiam reſpectu Iudicis, quamuis perſonaliter parti tantum præſentetur. & plura in deciſione notantur circa annum ab incarnatione & à natiuitate.

Hiſpalen. Decimarum.
Vener. 25. Iunii 1649.
Argumentum 386.

Quaſi poſſeſſio non ſoluendi decimas non dicitur acquiſita, niſi ex parte acquirentis denegatio, & ex parte creditoris ſcientia, & patientia copulatiuè concurrat. Manutentio non retardatur per exceptionem priuilegiorum, vel per immemorabile, niſi priuilegia ſint clara, & indubitata, & immemorabilis canonizata per tres conformes. Sub generali communicatione priuilegiorum mendicantium, ac etiam Patrum Societatis Ieſu, nõ venit exemptio à decimis abſque expreſſa derogatione, *cap. nuper de Decim.*

Maioricen. Beneficij.
Veneris 25. Iunij 1649.
Argumentum 387.

Iuſpatronatus regulariter in fideicommiſſarium non tranſit, ſed manet apud hæredem directum, nec tamen regula limitatur quoties apparet teſtatorem voluiſſe fideicommiſſarium nedum eſſe hæredem inſolidum, ſed etiam ad omnimodas diſpoſitiones. Obſeruantia interpretatiua etiam ex actibus remotis inducitur, quoties non conſtat de alia anteriori contraria.

Meleuitana Beneficij.
Vener. 25. Iunij 1649.
Argumentum 388.

Modo vacationis expreſſo, an quando capi poſſit vacatio ex alio? Vacatio per prouiſionem dicitur conſumpta, quod tamen intellige de prouiſione valida, ſecus verò quando eſt nulla, & obreptitia. Tempus ad præſentandum patrono conceſſum computari debet à die notitiæ vacationis. Iuſpatronatus cum ſit indiuiduum reſidet penes quemcumque patronum inſolidum, & diuiſio ſolum cadit ſuper illius exercitio. Patronorum numerus non attenditur, ſed eorum tantum, qui actu præſentant ad effectum dignoſcendi an præſentatus habeat medietatem vocum. Edicta ante inſtitutionem præſentati, qua de cauſa ab Ordinario affigantur?

Calaritana Damnorum, & Intereſſe.
Veneris 25. Iunij 1649.
Argumentum 389.

Recurſus ad Iudices laicos probatur ex vſu decreti obtenti à Iudice Laico, & talis recurrens tenetur ad refectionem omnium damnorum paſſorum, & expenſarum factarum occaſione recurſus.

Romana locorum Montium.
Lunæ 28. Iunij 1649.
Argumentum 390.

Clauſula conſtituti transfert poſſeſſionem in conſtitutariũ itaut ei danda ſit manutentio non autem conſtituenti. Poſſeſſio etiam ex contractu nullo transfertur quando nullitas prouenit ex defectu ſolemnitatum, & fuit deuentum ad actualem traditionem, ſecus quando prouenit ex defectu conſenſus. Clauſula conſtituti adiecta in contractu erroneo nihil operatur, debet tamen error adhuc effectum eſſe clarus, alias enim ex capite erroris non retardatur manutentio in poſſeſſione per clauſulam conſtituti, & actualem poſſeſſionem acquiſita.

Auximana Prædij.
Lunæ 28. Iunii 1649.
Argumentum 391.

Extinctio per ſolutionem debiti pignore quænam remedia pignoranti competant pro illius recuperatione? fideiuſſor an ſit idoneus arbitrio Iudicis relinquitur, & quilibet de Iure idoneus præſumitur donec contrarium probetur, non attento an fideiuſſor ſit clericus, nam in fideiuſſionibus conuentionalibus admitti debet quicquid ſit in iudicialibus, & prætorijs?

Vicen. Parochialis.
Lunæ 28. Iunii 1649.
Argumentum 392.

Poſſeſſio per aſpectum oculorum, vt quæri valeat quænam requirantur? Executor efficitur mixtus ſtante clauſula, *dummodo alicui non ſit Ius quæſitum &c.* hoc tamen procedit quando adeſt poſſeſſor, ſeù legitimus contradictor, alias enim non obſtante dicta clauſula Executor remanet merus, & ab eius ſententia non datur appellatio. Contradictor legitimus dici non poteſt habens parem titulum dum in iudicio non comparet, ſuumque titulum exhibet.

Militen. Parochialis.
Lunæ 28. Iunij 1649.
Argumentum 393.

Executor litterarum Apoſtolicarum nulliter, & iniuſtè procedit non citato poſſeſſore, nec verificata per euidentes probationes narratiua irregularitatis contractæ ob homicidium à poſſeſſore prætenſum; nec ſufficit ſola ſententia condemnatoria, quæ ſine actis non probat, etiamſi Iudex dicat conſtare de delicto per euidentes probationes.

Romana Hæreditatis de Gratianis.
Lunæ 28. Iunij 1649.
Argumentum 394.

Executiuè agi poteſt contra tertium poſſeſſorem in quem lite pendente fuit facta alienatio rei litigioſæ, quamuis tempore alienationis emptor ignorãtiam litis habuerit, & alienatio facta fuerit ex cauſa dotis ſi de eo tempore conſtat mulierem fuiſſe nuptam, ac dotatam. Alienatio etiam ex cauſa dotis lite pendente, quando fraudis ſuſpicio concurrit non ſuffragatur ad euitandam executionem contra tertium poſſeſſorem, & fraudis ſuſpicio ſatis probatur ex coniecturis.

Vercellen. Præpoſituræ.
Lunæ 5. Iulii 1649.
Argumentum 395.

Reſignatio quod fuerit metu facta probatur ex pluribus ſimul iunctis. Regula de triennali, vt ſuffragetur, requiritur titulus colorans, qui ex poſſeſſione decennali reſultare ſolet, vndè ſi vltrà decennium quis poſſideat alio triennio iuuatur regula. Poſſeſſor ad effectum regulæ, quando dicatur pacificus? lis per lapſum temporis quando habeatur pro derelicta?

Cluſina Beneficii.
Lunæ 5. Iulij 1649.
Argumentum 396.

Præſentatus ſi obtinuit gratiam Apoſtolicam cum derogatione medietatis patronorum, licet tempore datæ

præ-

præſentationem non haberet, nihilominus gratia ſuffragatur, dummodò præſentatio attento ſtylo Datariæ, & Cancellariæ ſubſequatur, nam ſubſequens præſentatio retrotrahitur, ac ſi diem datæ præceſſiſſet, pro verificanda narratiua medietatis patronorum imputanda non eſt vox patroni, qui non ſit in poſſeſſione præſentandi.

Barchinonen. Iuriſdictionis.
Luna 5. Iulij 1649.
Argumentum 397.

Pro euitanda declaratoria condemnatus tenetur parere nedum expreſſis in mandato rotali, ſed etiam conſecutiuis. Declaratoria vt euitetur ex capite nullitatis, illa debet eſſe euidens, & notoria, non tamen euitatur ex capite iniuſtitiæ, cum non ſpectet ad condemnatum, vel ad Iudicem de partibus cognoſcere de iuſtitia, vel in iuſtitia decretorum rotalium.

Gerunden. Prioratus.
Luna 5. Iulij 1649.
Argumentum 398.

Remiſſoria etiam ſuper eiſdem materijs, ſuper quibus fuerunt examinati teſtes conceditur, quando noui articuli continent materiam magis ſpecificam, ac diſtinctam & ſunt relenantes, ad quem effectum ſufficit releuantia vnius tantum articuli. Remiſſoria pro iuſtificatione gratiæ ſi neutri deneganda non eſt ſub prætextu, quod conſtet de Iure alterius ſi de dicto Iure cognitū adhuc non fuit, quo caſu dici nequit conſtare de Iure alterius ad excluſionem gratiæ ſi neutri, vt interim impediri debeat ſub hoc prætextu iuſtificatio dictæ gratiæ.

Callien. Prioratus.
Luna 5. Iulij 1649.
Argumentum 399.

Poſſeſſio Inſtrumentalis adminiculata non eſt manutenibilis in præiudicium antiqui poſſeſſoris, niſi habuerit ſe pro ſpoliato. Sententia priuationis beneficij niſi probetur executioni demandata poſſeſſionem ab antiquo poſſeſſore non aufert. Narratiua præſumitur iuſtificata poſtquam litteræ *Apoſtolicæ* fuerunt executioni demandatæ; hoc tamen non procedit quando conſtat non fuiſſe ab Executore traditam poſſeſſionem, nec citatum antiquum poſſeſſorem.

Ampurien. ſeu Ciuitaten. Archipresbyteratus.
Veneris 26. Nouembr. 1649.
Argumentum 400.

Extractio Iurium & ſcripturarum iuxta conſuetudinem Regni Sardiniæ fieri poteſt per Notarios Subſtitutos, ſecus ſi Subſtituti non ſint actu Notarij, vt cauetur in pragmatica eiuſdem Regni Sardiniæ titul. 14. cap. 11. & alleganti pragmaticam incumbit onus probandi negatiuam notariatus. Vnio beneficij perpetuo reſeruati facta maſſæ diſtributionum, non ſingulis præbendis vt Concil. Trident. diſponit ſuſtinetur ſtante confirmatione Apoſtolica, quæ ex lapſu longi temporis cum obſeruantia præſumitur. Negatiua non probatur ex diligentijs, ſi factæ non appareant à duobus Officialibus parte citata deputatis præuia ſcrutatione omnium locorum, in quibus res de qua quæritur reperiri poſſit, alias pro excluſione probationis negatiuæ ſufficit ſola poſſibilitas.

Hiſpalen. Decimarum.
Vener. 10. Decembr. 1649.
Argumentum 401.

Decimæ petitæ tanquam ſors principalis, & Iure dominij debentur etiam decurſæ ante motam litem, ſecus verò ſi petuntur vti acceſſoriæ ad ſortem ratione moræ, & malæ fidei, tunc enim ſolum debitæ ſunt decimæ à die motæ litis, cum antea poſſeſſor fecerit ſuas.

Romana Domorum.
Mercurij 15. Decembr. 1649.
Argumentum 402.

Dominus directus finita emphyteuſi poteſt aduerſus hæredes vltimi inueſtiti petere manutentionem ratione ciuilis poſſeſſionis, quando deuolutio eſt clara. Dominium directum ex quibus probetur.

Bononien. Bonorum de Felicinis.
Luna 10. Ianuarij 1650.
Argumentum 403

Poſſeſſio quot modis in donatarium à donante transferri valeat? Donatio quando eſt pura, & continet clauſulam, *Conſtituti*, licet donans reſeruauerit vſumfructum bonorum donatorum, ac poſſeſſionem, operatur effectum ſuum vſque ab initio, & reſeruatio poſſeſſionis intelligitur de poſſeſſione naturali cum facultate percipiendi fructus propria authoritate non de poſſeſſione ciuili translata ab initio, & ex quibus donatio dicatur pura non conditionalis?

Romana Attentatorum.
Veneris 14. Ianuarij 1650.
Argumentum 404.

Attentata commiſſa poſt appellationem interpoſitam, licet appellans poſtea appellationi renunciauerit, adhuc firma remanent, & renunciatio appellationis ſolum efficit ne poſtea geſta ſint attentata, ratio eſt nam actus ab initio nullus per renunciationem non conualeſcit.

Hiſpalen. Beneficij.
Luna 24. Ianuarij 1650.
Argumentum 405.

Subrogatio conceſſa de beneficio litigioſo ſiue reſeruato, tunc ſubrogato datur immiſſio tribus dumtaxat iuſtificatis nempe Clericatu, obitu prædeceſſoris in poſſeſſione, ac reſeruatione ſiue lite, ſi verò ſubrogatio eſt conceſſa de beneficio non litigioſo, nec reſeruato, tunc ſubrogatus omnia narrata iuſtificare tenetur. Subrogatus ad litem poteſt illam proſequi in eiſdem ſtatu, & terminis, ac ſi defunctus, cui fuit ſubrogatus viueret. Ordinarius nequit beneficium ſimplex abſque legitima cauſa in Parochialem erigere, & de legitima cauſa abundè conſtare debet, quam ex illius aſſertione, vt in ſimili dicitur de vnione, de cuius iuſta cauſa non ſtatur aſſertioni Ordinarij.

Romana Domus.
Luna 24. Ianuary 1650.
Argumentum 406.

In hac deciſione plenè diſcutitur an cenſus extinctus per acquiſitionem fundi, eo euicto an reuiuiſcat? ac etiam an melioramenta facta poſt litem conteſtatam ſiant meliorantis, itaut fructus ſuos faciat, & reſoluitur negatiuè, prout latius colligere poteris ex Summarijs.

Romana Societatis Lignorum.
Veneris 28. Ianuarij 1650.
Argumentum 407.

Notarius tàm ex diſpoſitione Iuris communis, quàm reformatione ſan. mem. Pauli V. tenetur ad cuſtodiam ſcripturarum in actis productarum, & poteſt ad exhibitionem dictarum ſcripturarum etiam executiuè conueniri.

Militen. Parochialis.
Luna 31. Ianuarij 1650.
Argumentum 408.

Impetrans beneficium ex capite homicidij tenetur coram Executore narratiuam concludenter iuſtificare, nec ſufficit ſola productio ſententiæ criminalis, quæ ſi lata appareat in contumaciam, ex ea non probatur delictum. Et quid ſi reus non comparuit intra annum, an ſaltim probet priuationem? Sententia non dicitur lata in contumaciam, ſi contra reum non fuit tranſmiſſum monitorium. Infamia facti ad effectum nequis poſſit eligi, quando dicatur incurſa? Infamia Iuris non reſultat ex ſententia lata in contumaciam, reo non legitimè vocato.

Mediolanen. Præbendæ.
Vener. 11. Februar. 1650.
Argumentum 409.

Agitur in hac deciſione de præbenda, cui eſt annexū onus coadiuuandi Archipresbyterum Eccleſiæ Mediolani in adminiſtratione curæ, ex decreto S. Caroli Borromæi, quod ex obſeruantia ſubſecuta probatur effectuatum, & vſu receptum, & obſeruantiæ in contrarium adductæ reſpondetur.

Conchen. Penſionis.
Luna 14. Februar. 1650.
Argumentum 410.

Penſionarius in petitorio tenetur iuſtificare valorem narratum, ſecus verò in poſſeſſorio, & redditur in

deciſione ratio diuerſificatis, Reſeruatio penſionis ob falſam narratiuam valoris corruit; præſertim quando penſionarius benè ſciebat beneficij valorem, & quamuis narratiua fuerit facta à Procuratore; nihilominus ſi penſionarius ſciuit, & non contradixit cenſetur eam ratificaſſe. Penſio ſuper fructibus beneficij quod Pater poſſidet reſeruari nequit ad fauorem filij naturalis iuxtà diſpoſitionem Sacri Conc. Trident. & ex quibus coniecturis huiuſmodi reſeruatio ſimulata arguatur?

Romana Domorum.
Veneris 18. *Februarij* 1650.
Argumentum 411.

Renouationi Emphyteuſis per mortem vltimi inueſtiti locus non eſt quoties Eccleſia Domina directa vult bona Emphyteutica retinere pro ſe, nec ſufficit ſimplex declaratio Rectoris de renouando, niſi illa reducatur ad actum & fuerit ex aduerſo acceptata, aliàs Rector ad renouandum cogi non poteſt, quinimò poteſt declarationem factam reuocare. Renouatio rei ſolitæ locari fieri nequit abſque euidenti Eccleſiæ vtilitate inſpecto tempore, quo illa fit.

Bononien. Separationis Thori.
Lunæ 21. *Februarij* 1650.
Argumentum 412.

Sæuitia viri ad effectum ſeparationis Thori, ex quibus facti circumſtantijs, excluſa remaneat?

Foroſempronien. Bonorum.
Veneris 11. *Martii* 1650.
Argumentum 413.

Rupto teſtamento Auiæ, in quo nepos fuit præteritus, aperta eſt eidem nepoti via ſucceſſioni ab inteſtato vna cum hærede ſcripto in teſtamento non obſtante clauſula codicillari in teſtamento contenta, concepta per verba futuri temporis, quæ operari ſolet, vt nepos ab inteſtato ſuccedens reſtituere teneatur hæreditatem per fideicommiſſum hæredibus in eo ſcriptis, quia locum habet in præteritione facta ſcienter, ſecus verò ignoranter. & redditur ratio in deciſione.

Foroſempronien. Bonorum.
Lunæ 14. *Martij* 1650.
Argumentum 414.

Mater tranſiens ad ſecundas nuptias poteſt petere legitimam in bonis filij præmorientis prouenientibus aliundè, quam ex ſubſtantia paterna, nam ad ea pœnæ ſecundo nubentium non ſe extendunt. Diſpoſitio §. *hinc nos auth. de nupt.* ponderatur, ac etiam declaratur. Mater tranſiens ad ſecunda vota non petito filio impuberi Tutore non amittit ius petendi legitimam, ſi eo tempore viuebat auus, quinimò ſi filius nō deceſſit in pupillari ætate, nec viuens hanc exceptionem matri oppoſuit, cenſetur ad legitimam ſucceſſionem reintegrata.

Romana Saluiani.
Veneris 18. *Martij* 1650.
Argumentum 415.

Beneplacitum Apoſtolicum neceſſarium non eſt in emptione, quæ fit ab Eccleſia, Nullitas licet ſit excluſiua iuris agentis allegari nequit à tertio poſſeſſore, ſed declarari debet ab eo, ad cuius fauorem inducta fuit. Defectus hypothecæ allegari nequit à tertio poſſeſſore poſſidente bona debitoris tanquam ad ipſum ſpectātia. Cenſus per compenſationem vt ipſo iure extinguatur, requiritur oppoſitio, ſeu declaratio ad dictum effectum, cum poſſit debitor nolle cenſum extinguere, ſed pecunias ſibi debitas in alios vſus erogare.

Auenionen. Saluiani.
Lunæ 28. *Martij* 1650.
Argumentum 416.

Datio in ſolutum vt valeat, quænam requirantur? ſub generali hypotheca omnium bonorum cadunt etiam bona feudalia, quæ ad inſtar allodialium alienabilia ſunt. Præſcriptio interrumpitur per litis conteſtationem, & litis conteſtatio ex quibus probetur? Poſſeſſio debitoris de tempore hypothecæ ex quibus probetur?

Bononien. Bonorum de Feliginis.
Veneris 1. *Aprilis* 1650.
Argumentum 417.

Clauſulæ plures translatiuæ poſſeſſionis contentæ in eodem inſtrumento fauore plurium perſonarum operantur iuxtà ordinem ſcripturæ, ſecus verò quando ſunt adiectæ fauore vnius perſonæ, tunc enim non operantur ſuum effectum, niſi in vltimo momento, quo partes habuerunt contractum pro perfecto, conſtituuntque quodammodò vnum quid integrale. Cauſæ plures poſſidendi cumulari poſſunt.

Lucana Cappellaniæ.
Lunæ 4. *Aprilis* 1650.
Argumentum 418.

Capitulum abſente Epiſcopo poteſt ſolùm conferre, quādo collatio eſt ſimultanea, quod tamen declaratur procedere quoties reditus Epiſcopi non facilè ſperatur, nec Epiſcopus collationi Capituli in tempore contradixit. Poſſeſſor per ſuperuenientiam tituli validi præſumitur abſque alia declaratione mutaſſe ſibi cauſam poſſidendi, ſi tituli inter ſe ſunt incompatibiles, ſi verò compatibiles ſunt præſumitur cumulaſſe cauſam poſſidendi, & poſſidere ex pinguiori. Poſſeſſor ſi titulum in iudicio produxit, præſumitur meliorem produxiſſe.

Cluſina Beneficii.
Veneris 29. *Aprilis* 1650.
Argumentum 419.

Gratia Apoſtolica cum derogatione medietatis vocum patronorum ſuſtinetur, quamuis tempore gratiæ præſentatio reuera non adeſſet, quia ſufficit, quod ſequatur intra legitima tempora iuxtà ſtylum Cancellariæ, & Datariæ ea ratione, quia Papa ſolum conſenſum patronorum conſiderat infra legitima tempora. Quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſit ad hæredes. Præſentatus in paritate habens gratificationem Apoſtolicam præfertur compræſentato eam non habenti. Reliqua circa verificationem valoris beneficij per non exceſſum, ac etiam obtentorum deſume ex ſummarijs.

Meleuitana Beneficii.
Lunæ 23. *Maij* 1650.
Argumentum 420.

Præſentationes fieri debent coram Ordinario, vel alio ſuperiori habente poteſtatem inſtituendi; nihilque refert an ipſi patroni an verò præſentatus coram Ordinario comparuerunt. Numerus patronorum conſiderandus non eſt in abſtracto, ſed eorum tantum, qui actu præſentant ad effectum dignoſcendi an quis ſit præſentatus à medietate patronorum. Præſentationes vt præſentato ſuffragentur conſtare debet præſentantes deſcendere ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi, vel à legitimis patronis. Gratificatio Apoſtolica non ſolet per Datariam concedi, niſi viſo conſenſu patronorum, & de tali conſenſu conſtare ſufficit ex ſimplici nominatione.

Cathacen. prætenſæ Obedientiæ.
Lunæ 23. *Maii* 1650.
Argumentum 421.

Exemptio conceſſa Societati Ieſu à Summis Pontificibus à ſuperioritate, & iuriſdictione Ordinarij comprehendit etiam ius reuerentiale debitum Epiſcopo, & talis exemptio ſuffragatur nedum Collegijs eiuſdem Societatis, ſed etiam Eccleſijs eiſdem Collegijs acceſſoriè vnitis; & ex quibus vnio acceſſoria probetur?

Cracouien. Præpoſituræ S. Floriani.
Veneris 27. *Maij* 1650.
Argumentum 422.

Ab inſtitutione appellare permittitur, quando ad eam fuit iudicialiter proceſſum, ſecus ſi extraiudicialiter, & redditur in deciſione ratio inter vnum, & alterum caſum; Statutum, ſiue Conſtitutio mandans à gratificatione nullam admitti reclamationem intelligitur de gratificatione extraiudiciali tantum, non autem de iudiciali. Inſtitutio debita eſt præſentato à maiori parte vocum, licèt præſentatus à minori maioribus polleat qualitatibus, neque hoc caſu locum habet gratificatio conceſſa Epiſcopo in caſu diſcordiæ.

Index Argumentorum.

Firmana Pecuniaria.
Veneris 3. Iunij 1650.
Argumentum 423.

In hac deciſione plenè diſcutitur, an ſolutio facta à Depoſitario cedat in cauſam primæ, vel ſecundæ depoſitariæ ad effectum liberandi primum fideiuſſorem? Solutio an, & quando dicatur coacta? Appellatio ſuſpenſiua non permittitur, vbi agitur de re frumentaria, quæ paratam habet executionem. Ceſſio iurium reportata dummodò contra cedentem non retorqueātur non operatur, vt ceſſionarius ex alia actione ſibi ex propria perſona contra cedentem competente agere nequeat? Repetitioni indebiti ſoluti vt locus ſit, quænam requirantur? latè in deciſione declaratur.

Vrbinaten. Prædij.
Veneris 3. Iunij 1650.
Argumentum 424.

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati quando plures concurrunt coniecturæ, ex quibus receditur à ſententia *gloſſ. in l. Lucius la 2. ff. de hæredibus inſtituend.* Et ex quibus coniecturis huiuſmodi vocatio deducatur? Teſtamentum filijſamilias etiam peculio aduentitio nullum eſt, nec conualeſcit licet ſui iuris effectus deceſſerit, niſi in eadem voluntate vſque ad mortem perſeuerauerit. Tamen ſi iuris effectus poſtea codicillos fecit, in quibus Teſtamentum antea factum confirmauit talis confirmatio ſuffragatur, vel in vim ſolemnis declarationis voluntatis ſubſtinendi teſtamentum durante patria poteſtate conditum, vel in vim nouæ diſpoſitionis codicillaris, ac ſi primum teſtamentum eſſet pars codicillorum, in quibus confirmatur.

Bononien. Separationis Thori.
Veneris 10. Iunij 1650.
Argumentum 425.

Sæuitia viri ad effectum ſeparationis Thori, quomodo probanda eſt?

Bononien. Bonorum de Felicinis.
Veneris 10. Iunij 1650.
Argumentum 426.

Statutum Bononiæ lib. 3. rubric. de donat. mandans Inſtrumentum donationis rogari à duobus Notarijs coram ſeptem teſtibus non compræhendit donationes ob cauſam dotis, & iuramento vallatas, & de clauſula conſtituti adiecta in Inſtrumento donationis plura in deciſione notantur.

Perusina Suffragiorum.
Lunæ 13. Iunij 1650.
Argumentum 427.

Officiales Vniuerſitatis ſi conueniunt ad aliquid explendum votum proferunt in capita, quia conſiderantur vti vnum corpus non tanquam membra, & ex quibus probetur quaſi poſſeſſio votandi in capita? Clauſula ſine præiudicio adiecta in actu traditionis poſſeſſionis, quid operetur, quando eſt appoſita à Iudice, vel à parte? Officiales nequeunt in præiudicium ſucceſſorum poſſeſſioni quæſitæ renũtiare cum ipſi officio quæſita dicatur?

Melevitana Commendæ.
Mercurij 15. Iunij 1650.
Argumentum 428.

Poſſeſſor ſua antiqua poſſeſſione priuatur per ſententiam Iudicis executioni demandatam. Sententia lata non citato poſſeſſore eum non afficit, præſertim quando cauſa reperitur commiſſa cum clauſula *vocatis*, quæ facit executorem mixtum, eique neceſſitatem citandi poſſeſſorem imponit.

Militen. Parochialis.
Lunæ 20. Iunij 1650.
Argumentum deſume ex Summarijs 429.

Camerinen. Legati.
Lunæ 20. Iunij 1650.
Argumentum 430.

Hæres beneficiatus obligans ſe nomine proprio non cenſetur obligationem defuncti nouaſſe quoties ſimpliciter ſe obligauit, ſecus quando ex coniecturis conſtat noluiſſe vti beneficio Inuentarij, ſed vltra vires hæreditarias ſe obligaſſe, tunc enim conueniri poteſt, ac ſi hæreditatem abſque Inuentario adiuiſſet; Et ex quibus coniecturis deſumatur hæredem voluiſſe bona propria obligare, nec gaudere beneficio Inuentarij.

Vicen. Parrochialis.
Lunæ 20. Iunij 1650.
Argumentum 431.

Vnio ad excludendam reſeruationem eſt plenè, & concludentèr probanda. Præſumptio iuſtificationis litterarum Apoſtolicarum reſultans ex illarum executione quo caſu locum habeat? Iura extracta ex archiuio priuato non probant contra tertium, præſertim quando non probatur quo tempore fuerunt repoſita in Archiuio, cum reponi potuerint poſt motam litem.

Romana Societatis Lignorum.
Mercurij 22. Iunij 1650.
Argumentum 432.

Iura quando dicantur realiter producta latè in deciſione diſcutitur.

Valentina Rectoriæ.
Mercurij 22. Iunij 1650.
Argumentum 433.

Status vltimus beneficij collatiuus, ac ſecularis probatur ex pluribus collationibus effectum ſortitis, de quibus in deciſione. Regula 9. Cancellariæ reſeruatoria menſium continens clauſulas ampliſſimas derogat omnibus, & quibuſcunque priuilegijs etiam S. Religionis Hieroſolymitanæ conceſſis, & in ſpecie indulto Pij IV. Religioni conceſſo ſuper collatione beneficiorum ad Religionem ſpectantium. Indultum conferendi beneficia litigioſa conceſſum a Clem. VII. Religioni Hieroſolymitanæ ex quibus non ſuffragetur?

Bononien. Hæreditatis.
Lunæ 27. Iunij 1650.
Argumentum 434.

Filiatio probatur ex pluribus ſimul iunctis. Deſcendentia non eſt probanda per gradus diſtinctos, quando agitur ad effectum ſucceſſionis, & nemo comparet qui ſe proximiorem dicat, quo caſu leuiores probationes ſufficiunt.

Bononien. Bonorum de Felicinis.
Lunæ 27. Iunij 1650.
Argumentum 435.

Statutum Bononiæ lib. 3. rubric. de donat. diſponens Inſtrumentum donationis rogari debere à duobus Notarijs coram ſeptem teſtibus excipit donationes ex cauſa dotis, & iuramento vallatas, intellige tamen de donatione, quæ fit ab eo, cui neceſſitas dotandi incumbit, non autem ab extraneo, & ſic de donatione voluntaria. Statuta Bononiæ cum ſint à Sede Apoſtolica confirmata, an compræhendant contractus iuratos? latè in deciſione declaratur.

Lucana Cappellaniæ.
Veneris 1. Iulij 1650.
Argumentum 436.

Collatio beneficij ſimultaneæ collationis facta à ſolo Epiſcopo eſt inefficax. Beneficium exiſtens in Cathedrali præſumitur ſimultaneæ collationis cum Capitulo. Ad probandam ſimultaneam collationem ſufficit conſuetudo quadragenaria etiam abſque titulo. Ius conferendi priuatiuum non dicitur ab Epiſcopo præſcriptum ex collationibus ab eo abſque interuentu Capituli factis, ſi dictæ collationes factæ apparent in menſibus reſeruatis vigore alternatiuæ ad Epiſcopum ſpectare prætendentem, in quibus Capitulum ius aliquod prætendere non poteſt, ſed ſolum in menſibus ordinarijs, in quibus dumtaxat ſimultanea ſuffragatur. Et ex quibus excludatur collationes Epiſcopi non fuiſſe factas animo priuandi Capitulum iure conferendi?

Portuen. Affictus.
Veneris 1. Iulij 1650.
Argumentum 437.

Pacta appoſita in Inſtrumento locationis non poſſunt ex interuallo alterari in præiudicium ſucceſſorum. Contractus quando non fuit initus nomine Eccleſiæ, tunc ſucceſſor ei ſtare non tenetur, & quando celebratus dicatur potius nomine Prælati, quam Eccleſiæ? Ratificatio contractus initi per Prælatum prædeceſſorem, ex quibus excluſa remaneat pro parte ſucceſſoris? Latè in hac deciſione diſcutitur.

Ferrarien. Caducitatis.
Veneris 1. Iulij 1650.
Argumentum 438.

Iudex appellationis à ſententia reuocationis ſequeſtri an pendente apellatione valeat ad inſtantiam appellantis nouum ſequeſtrum decernere?

Piſana

Index Argumentorum.

Piſana Sepulturæ.
Veneris 1. Iulij 1650.
Argumentum 439.

Inhibitio rotalis præſentata in curia Procuratori reddit attentatũ quicquid in partibus poſtea à principali geſtũ eſt, ſi tantum tempus interceſſit, quo commodè certiorari potuit, & certioratus præſumitur, vel ſibi imputet ſi negligentem Procuratorem elegit. Attentata ſunt reuocanda etiam quando agitur de exhumatione cadauerum, ſi illa fuerunt commiſſa non in ſpretum litis pendentiæ, quo caſu ex æquitate denegatur reuocatio attentatorum, ſed in ſpretum inhibitionis rotalis, tunc enim ceſſat æquitas, ne authoritas Rotæ reddatur eluſoria.

Interamnen. Fideicommiſſi.
Veneris 1. Iulij 1650.
Argumentum 440.

In hac deciſione plura notantur, ex quibus attentata ab vtraque parte prætenſa excuſantur vt ex Summarijs colligere poteris.

Beneuentana Emphiteuſis.
Veneris 1. Iulij 1650.
Argumentum 441.

Bona Emphiteutica vigore pacti de affraneando, ſi fuerunt ab Emphiteuta affraneata, tunc Dominus directus omne ius, ac poſſeſſionem amittit. Beneplacitum Apoſtolicum requiſitum in contractu permutationis; & affrancationis præſumitur ex centenaria poſſeſſione, & obſeruantia affrancationis. Reliqua circa hanc materiam deſume ex Summarijs.

Cracouien. Decimarum.
Mercurij 16. Nouembris 1650.
Argumentum 442.

Decimas ſpectare ad Monaſterium probatur ex pluribus ſimul iunctis in deciſione recenſitis, & ſignanter ex illarum donatione facta ab Epiſcopo, & à Sede Apoſtolica confirmata. Alienatio rerum Eccleſiæ ſine ſolemnitatibus, & iuſta cauſa neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis non ſubſtinetur, etiamſi fiat ad fauorem alterius Eccleſiæ, quia non debet vnum Altare ſpoliari, vt veſtiatur alterum. A præſcriptione contra Eccleſiam, ſubducendum eſt tempus Prælati male alienantis.

Cracouien. Donationis.
Sabbati 26. Nouembris 1650.
Rota Martiniana.
Argumentum 443.

Alienatio bonorum Eccleſiæ non ſeruatis requiſitis à Conſtitutionibus Apoſtolicis eſt ipſo iure nulla, ita ut Eccleſiæ competat pro rebus nulliter alienatis non ſolum reintegratio, ſed etiam interdictum vndè vi.

Cracouien. Præpoſitura Sancti Floriani.
Lunæ 28. Nouembris 1650.
Argumentum 444.

Inſtitutio debita eſt præſentato à maiori parte patronorum, & habenti qualitates à fundatore requiſitas.

Bononien. Legati ſeu Vſusfructus.
Lunæ 5. Decembris 1650.
Argumentum 445.

Legatum per prædeceſſum legatarij viuo teſtatore non efficitur caducum quoties ei datus eſt ſubſtitutus, & ſubſtitutio eſt compendioſa, quæ continet vulgarem tacitam, ac verbis generalibus expreſſam. & ex quibus verbis compendioſa ſubſtitutio reſultet? Hæres non tenetur legatario de euictione rei particulariter legatæ præcipuè quando teſtator ignorauit rem legatam eſſe alienam, quinimò illam vti liberam acquiſiuit, & poſſedit.

Cracouien. Præpoſitura S. Floriani.
Lunæ 12. Decembris 1650.
Argumentum 446.

Declaratoria decernenda eſt nedum contra non parentem, ſed eo magis contra contrauenientem mandato Rotali, quamuis non conſtet de citatione perſonaliter executa, ſi aliunde appareat de illius certa, & indubitata notitia, & ex quibus huiuſmodi notitia reſultet? Declaratoria poteſt decerni etiam non ſeruatis quatuor terminis, quando contumacia non conſiſtit ſolum in omittendo, ſed etiam in committendo.

Mediolanen. Bonorum.
Lunæ 16. Ianuarij 1651.
Argumentum 447.

Remiſſoria ad probandam quantitatem fructuum perceptorum, ex quibus in caſu deciſionis deneganda veniat?

Cracouien. Iuris Reſpondendi.
Lunæ 23. Ianuarij 1651.
Argumentum 448.

Epiſcopus nullam habet Iuriſdictionem in rebus ſpectantibus ad Academiam authoritate Apoſtolica, ſeù regia erectam, præſertim quando ex aliquo priuilegio conſtat de priuatiua iuriſdictione Rectoris comprobata ex obſeruantia longiſſimi temporis, quæ præſcriptionem inducit, & in iuriſdictionalibus ſolo quadragenario curſu completur. Diſputationes publicæ, vel priuatæ de fide catholica fieri nequeunt à laicis, fieri tamen valent à Clericis.

Auenionen. Saluiani.
Veneris 10. Februarij 1651.
Argumentum 449.

Prælegata non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis hæredi inſtituto cum clauſula, *& in alijs bonis &c.* iniuncti feudum hæreditarium, & tranſitorium ad quoſcunque cadit ſub hypotheca bonorum, & probatur eſſe tale, tum ex inueſtitura conceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, tum ex ſubſecuta obſeruantia alienationum in extraneos. Hypotheca per dationem inſolutum non extinguitur, niſi fuerit ad realem reittraditionem deuentum, nec ſufficit ſola æſtimatio.

Montis Caſſinen. Attentatorum
Ven. 10. Februarij 1651.
Argumentum 450.

Inhibitio Rotalis quando eſt generaliter ac indeffinitè concepta debet inhibitus ab omnibus actibus ſe abſtinere, nec poſſet aliquos exercere ſub prætextu continuationis, cum adhuc effectum ſufficiat dubitari poſſe an aliqui ſub ea comprehendantur adhoc vt teneatur recurrere ad Rotam pro declaratione. Aſſiſtentia Iuris pro Epiſcopo ex priuilegijs Apoſtolicis redditur turbida, & irreleuans.

Cracouien. Præpoſitura S. Floriani.
Lunæ 13. Februarij 1651.
Argumentum 451.

Attentata commiſſa à Procuratore afficiunt principalem ſi ipſe ſciuit & illis non renunciauit, quinimò vtendo geſtis per Procuratorem cenſetur illa ratificaſſe. Executores litterarum executorialium tenentur ſolum illas intimare partibus, non autem ob non paritionem ferre ſententiam excommunicationis, cum id ſpectet ad Rotam. Sententia continens plura capita ſeparata execſſus in vno non influit in reliquis. Declaratoria euitari nequit ſub prætextu quod fructus non ſunt liquidi, quando reus nihil offert præuia obligatione ſoluendi reſiduum facta liquidatione, quinimo ſolutionem impugnat, & pertinax parere recuſat.

Portuen. Affictus.
Lunæ 27. Februarij 1651.
Argumentum 452.

Succeſſor non tenetur ſtare ſcripturæ moderatoriæ contra pacta locationis factæ à Prælato prædeceſſore quoties ab eo cauſam non habet ſed ſucceſſit in Eccleſia per vacationem: Et quamuis hæc concluſio limitetur, quando reſultat vtilitas Eccleſiæ ex augumento affictus, quodque expenſæ culturæ iam erant factæ ante contradictionem ſucceſſoris; nihilominus limitatio procedit quando vtilitas ex augumento reſultans reſpicit ipſam Eccleſiam, non autem commodum Prælati, & non agitur de locatione perpetua, ſed tantũ de temporali, & quoad expenſas vt intret æquitas fauore contra ſucceſſorem oportet illas eſſe factas ſaltim pro maiori parte, & adhunc effectum valde intereſt an expenſæ ſint factæ ante vacationem Eccleſiæ vel ea vacante, an verò poſt adeptam poſſeſſionem à ſucceſſore, & contra formam pacti adiecti in Inſtrumento prædeceſſoris, vt latè declaratur in deciſione. Reliqua circa conſuetudinem faciendi huiuſmodi conuentiones moderatorias nec non ratificationem ſucceſſoris elicitam ex perceptione affictus deſume ex Summarijs.

Calagurritana Beneficij de Entrenà.
Veneris 3. Martij 1651.
Argumentum 453.

Appellatio datur à decreto Ordinarij approbante relationem examinatorum, in qua omnes oppoſitores æqualiter renunciantur habiles ad beneficia ſimplicia, ſiuè curata ea ratione quia, cum vnus tantum ex motu proprio Clementis VIII. ſi habilis renuncietur debeat à Beneficiatis præſentari, & ab ordinario inſtitui dum

omnes

omnes habiles renunciantur, ceſſat neceſſitas illum ſolum præſeurandi vnde oritur grauamen reſultans ex æquali approbatione omnium. Et tale decretum non poteſt dici diffinitiuum, ſed interlocutorium vim habens diffinitiuæ, & quando cauſet attentata declaratur in deciſione.

Meleuitana Fideicommiſſi.
Lunæ 13. Martij 1651.
Argumentum 454.

Fideicommiſſario non poteſt denegari immiſſio probatis ſolitis extremis, non obſtante quod bona fideicommiſſi fuerunt alienata pro exoluendo ære alieno teſtatoris, vel ex cauſa legitimæ debitæ hæredi grauato, ſi alienationes non ſuſtinentur, & ex quibus nullitas alienationis reſultet?

Valentina Rectoria.
Veneris 17. Martij 1651.
Argumentum 455.

Regula de ſubrogandis continens conditionem *dummodo intruſus non ſis* non comprehendit omnem intruſionis ſpeciem, ſed intelligenda eſt de propria, & vera intruſione, ſcilicet eum quis propria authoritate, vel ſine titulo eius qui poteſt conferre poſſeſſionem inuaſit. Item regula loquitur dumtaxat de intruſione exiſtente tempore ſubrogationis, non autem in verbis excludit futuram intruſionem, & ad effectum dignoſcendi, quando pro iuſtificatione clauſulæ *dummodo intruſus non ſis* ſubrogatio petita, & conceſſa dicatur? attenditur tempus gratiæ principalis, quia ſub eadem data expediuntur litteræ ſubrogationis.

Mediolanen. Bonorum.
Veneris 17. Martij 1651.
Argumentum 456.

Agitur in hac deciſione, an liquidatio fructuum in ſpecie perceptorum facta in ſententia ſit exceſſiua. Valor frumenti, milei, Siliginis, & ſimilium ex quibus probetur? Iudex in liquidatione fructuum poteſt ſe extraiudicialiter informare quando non dubitatur de perceptione, ſed tantùm de quantitate.

Vicen. Parochialis.
Lunæ 20. Martij 1651.
Argumentum 457.

Vnio beneficij facta Eccleſiæ Regulari remanet extincta per ſecularizationem eiuſdem Eccleſiæ cum ampliſſima ſuppreſſione. Concurſus non eſt neceſſarius in Beneficijs curatis per Bullam ſecularizationis reſeruatis, requiritur tamen in illis Curatis vacantibus in menſibus reſeruatis.

Bononien. Hæreditatis.
Veneris 24. Martij 1651.
Argumentum 458.

Teſtamentum ad alterius interrogationem valet quando teſtator eſt mentis compos, ac diſtinctè, & articulatè loquitur, quod amplia procedere etiam quando agitur de præcedentis teſtamenti reuocatione, eoque magis Teſtamentum ad alterius interrogationem valet quando conſtat de præcedenti deliberata voluntate teſtandi. & ex quibus huiuſmodi deliberata voluntas probetur? *Statuta Bononiæ lib. 4. tit. de teſtament. §. ſi vero in guardia, & §. Et ſi aliqua, & lib. 2. de reprobat. §. præterea iuncto §. ſaluo* declarantur. Primum teſtamentum habens clauſulam derogatoriam ad ſequens teſtamentum reuocatur per ſecundum etiam abſque aliqua derogatione dictæ clauſulæ, quando inter vnum, & alterum teſtamentum tantum temporis interceſſit, vt præſumatur obliuio dictæ clauſulæ.

Montis Caſinen. Iuriſdictionis.
Lunæ 27. Martij 1651.
Argumentum 459.

Confeſſarij Monialium non egent approbatione Epiſcopi, quando ex priuilegijs Apoſtolicis ſunt ab Epiſcopali iuriſdictione exemptæ, ſubſunt Prælatis regularibus habentibus iura Epiſcopalia, & ex quibus huiuſmodi exemptio reſultet? *Conſtitutio ſan. mem. Gregorij XV. quæ incipit inſcrutabili*, ſubijciens Moniales viſitationi, & correctioni Epiſcopi Diœceſani, & prohibens ne Confeſſarij tàm ordinarij, quam extraordinarij ad Confeſſiones Monialium etiam Regularibus ſubiectarum audiendas deputentur, niſi præuia approbatione Epiſcopi Diœceſani locū nō habet in locis extrà Diœceſim omnimodæ iuriſdictioni alterius ſubiectæ, ac territorium ſeparatum conſtituentibus.

Bononien. Succeſſionis.
Veneris 21. Aprilis 1651.
Argumentum 460.

In hac deciſione latiſſimè diſceptatur, *an Statutum Bononiæ de dotibus reſtituend.* deroget *legi hac edictali de ſecundis nuptiis*, quatenùs contrarium de directo diſponat, & poſt plures rationes ab vtraque parte adductas reſoluitur affirmatiuè, & ad hunc effectum expenduntur etiam plures caſus, in quibus locum non habet conſuetudo Martini.

Firmana Cappellaniæ.
Veneris 28. Aprilis 1651.
Argumentum 461.

Præſentatus non eſt legitimus contradictor aduerſus prouiſum *Apoſtolicum* ſi non poſſidet, nec titulum habet eiuſdem ſpeciei, quo caſu manutentio danda eſt prouiſo poſſidenti reiecta ad petitorium exceptione reſpiciēte inualiditatem tituli prouiſionis *Apoſtolicæ*; Præſentatio ad beneficium Iuriſpatronatus Confraternitatis ex quibus reddatur nulla?

Calaritana Attentatorum.
Veneris 28. Aprilis 1651.
Argumentum 462.

Attentata ſunt omnia in partibus coram Iudice primæ inſtantiæ geſta pendente lite in Rota, cum appellatio deuoluat ad Iudicem appellationis omnia in prima inſtantia deducta ſtantibus clauſulis commiſſionis appellationis *cum inciden. deponentibus, &c.* quæ operantur vt lis pendere dicatur ſuper omnibus cōnexis, quæ à principali negotio dependent, quamuis ad ſpeciem deducta non fuerint.

Cracouien. Decimarum.
Lunæ 15. Maii 1651.
Argumentum 463.

Conceſſio facta de decimis quoad certas ſpecies, non extenditur ad alias diuerſæ ſpeciei, præſertim quando tendit in præiudicium congruæ aſſignatæ Rectori.

Maſſalubren. Aquarum.
Lunæ 22. Maij 1651.
Argumentum 464.

Primus emptor an debeat ſecundo emptori in re empta præferri debet plenè, & concludenter probari, quod illa in prima venditione fuerit comprehenſa, alias ſecundus emptor præfertur, & ex quibus ſignis, & argumentis reſultet non comprehenſio? fundus dotalis dicitur res in dotem data extimata quamuis promiſſio in quantitate præceſſerit ſi inter contrahentes fuit conuentum, quod pecuniæ dotales inueſtirentur, ſecus ſi tale pactum non adeſt, vel fuit appoſitum ex interuallo.

Meleuitana Fructuum.
Veneris 26. Maii 1651.
Argumentum 465.

Fructus in iudicio manutentionis debentur à die motæ litis in poſſeſſorio non autem in petitorio. Perceptio fructuum ex poſſeſſione præſumitur, præſertim quando agitur de fructibus rei de ſui natura fructiferæ, & opinio Baldi circa hanc materiam quo caſu procedat? Quantitas fructuum perceptorum probari poteſt ex ſolito, & conſueto.

Eugubina Hæreditatis.
Veneris 2. Iunii 1651.
Argumentum 466.

Iura verbaliter producta non ſunt tranſportanda, & quādo productio dicatur verbalis, & quando realis? Statutum Eugubinum *de prohibit. alienat. in forenſes* ex defectu poteſtatis laicorum Clericos non afficit. Mulier Tutrix filiorum, licet eorum bona adminiſtrauerit non tamen præſumitur de eius dote ſatisfacta, niſi conſtet ad eius manus tot bona perueniſſe, ex quibus commodè potuerit de eius dote ſatisfieri.

Lucana Capellaniæ.
Mercurii 7. Iunij 1651.
Argumentum 467.

Collatio ſimultanea in beneficijs inferioribus Eccleſiæ Cathedralis competere poteſt Capitulo vna cum Epiſcopo, quando ſcilicet Beneficiati inferiores ex aliquo Iure ſpeciali ſunt de gremio Capituli, vel ſi huiuſmodi Beneficia ſunt fundata ex bonis communibus. Regula reſeruatoria menſium comprehendit etiam beneficia ad ſimultaneam Capituli, & Epiſcopi collationem ſpectantia, Capellania requirens reſidentiam, & cui eſt

etiam

etiam iniunctum onus celebrationis miſſarum, obtineri poteſt ab habente ætatem 14. annorum, & onus adimpleri poteſt per alium, dum in erectione non legitur perſonæ ipſius Cappellani iniunctum. Regula 17. Cancellariæ de concurrentibus in data declaratur.

Romana Subhaſtationis.

Mercur. 7. Iunij 1651.

Argumentum 468.

Acta omnia in cauſis prophanis non ſunt tranſportanda, ſed tantum releuantia, ſecus verò in cauſis Eccleſiaſticis de quibus Concilium Tridentinum loquitur. Sententia contra ſententiam, ea non reuocata quo caſu ſuſtineatur? Contra vnum ex pluribus hæredibus, an & quando poſſit inſolidum agi? Retentio quando detur aduerſus ſpolium iudiciale?

Maceraten. Cenſus.

Luna 22. Iunij 1651.

Argumentum 469.

Inuentarium non ſuffragatur hæredi, ſi Creditores certi non fuerunt citati, nec ſufficit generalis citatio per proclama. Scientia creditorum in hærede probatur, ſi ipſe procuratorio nomine contraxit; Scientia vnius fratris cenſetur alijs fratribus communicata. Hæres ſoluens creditoribus poſterioribus malè ſoluit, quando ſciuit adiſſe anteriores, vel ſuſpicari potuit.

Portuen. Aſſictus.

Luna 19. Iunij 1651.

Argumentum 470.

Inter Locatorem, & Conductorem pœnæ conuentionales ſeruandæ ſunt, nec attenditur æquitas Iuris communis, vel Statuti, quando vtrique fuit medio iuramento ſpecialitèr renunciatum, quod omninò ſeruandum eſt. Statutum Agriculturæ cap. 77. diſponit quod cultura, & expenſæ factæ à Conductore finita locatione cedant commodo Locatoris, & tale Statutum potiùs eſt attendendum, quàm Statutum Vrbis de pœn. conuentionali.

Foroſempronien. Bonorum.

Vener. 23. Iunij 1651.

Argumentum 471.

Teſtamentum in quo poſthumus eſt præteritus quo caſu ſuſtineatur ex clauſula codicillari? in quo articulo contrariæ opiniones referuntur, prout colligere poteris ex Summarijs.

Callien. Pioratus.

Luna 26. Iunij 1651.

Argumentum 472.

Impetrans beneficium vti vacaus ob priuationem, poteſt narratiuã iuſtificare per exhibitionem ſententiæ ſuper priuatione in iudicatum tranſactæ, etiamſi ſententia ſit contumacialis, quæ tamen ad effectum probandi delictum non ſufficit. Ceſſio facta ad fauorem prouiſi ex capite priuationis ex quibus ſimoniaca dici nequeat?

Romana Hæreditatis de Gratianis.

Luna 26. Iunii 1651.

Argumentum 473.

Res litigioſa an & quando fauore dotis alienari poſſit? plenè in deciſione diſcutitur.

Craconien. Iuris Reſpondendi.

Mercur. 28. Iunii 1651.

Argumentum 474.

In hac deciſione plenè diſcutitur, ac firmatur Iuriſdictio omnimoda Rectoris Academiæ Cracouienſis priuatiuè quoad Epiſcopum, & reſpondetur in contrarium adductis. Conſeruatori priuilegiorum nulla competit Iuriſdictio contentioſa contra Rebelles, & violatores priuilegiorum; & ſolum eius facultas eſt reſtricta in caſu iniuriæ, ſeu violentiæ contra priuilegia.

Peruſina Suffragiorum.

Mercur. 28. Iunii 1651.

Argumentum 475.

Compulſoriæ ſpeciali, vt locus ſit quænam requirantur? Iura quæ compulſari petuntur, ſi compulſari valeat mediante compulſoria generali, non eſt concedenda compulſoria ſpecialis, præſertim quando adeſt ſuſpicio, quod illa petitur animo differendi cauſæ expeditionem.

Interamnen. Fideicommiſſi.

Mercur. 28. Iunii 1651.

Argumentum 476.

Statutum continuans poſſeſſionem defuncti in hæredem, non habet locum ſi ab alio medio tempore naturalis fuit interuerſa, & occupata, & dubitatur de viribus Teſtamenti.

Firmana Nullitatis Executionis.

Mercurij 28. Iunij 1651.

Argumentum 477.

Subhaſtatio, & deliberatio non ſeruatis ſolemnitatibus à Iure communi requiſitis valida eſt, ſi apparet facta ſecundum conſuetudinem loci, cui in hac materia ſtandum eſt. Remiſſoria ad probandam conſuetudinem loci ſuper forma ſeruanda in ſubhaſtationibus, & deliberationibus non denegatur, maximè quando fumus concurrit, & ceſſat ſuſpicio calumniæ.

Mediolanen. Bonorum.

Luna 31. Iulij 1651.

Argumentum deſume ex Summarijs 478.

Valentina Rectoriæ.

Luna 31. Iulij 1651.

Argumentum 479.

Exceptio obreptionis non retardat executionem ſubrogationis gratioſæ quando non eſt clara. Litteræ ſubrogationis gratioſæ poſſunt executioni demandari abſque eo quod producantur litteræ prouiſionis principalis, ratio eſt quia gratia ſubrogationis, licet deſumatur ex clauſulis gratiæ principalis, eſt tamen gratia de per ſe. Manutentio quo caſu deneganda non eſt ſubrogato? & concedi poteſt loco immiſſionis ad confirmandam priorem poſſeſſionem à ſubrogato captam.

Bononien. Fideicommiſſi de Bargellinis

Veneris 24. Nouembris 1651.

Argumentum 480.

Conſtitutio Ægidiana locum non habet, quando Clericus eſt in cauſa, & vna cum Laicis pro indiuiſo poſſidet, nam ratione connexitatis, & æqualis defenſionis, omnibus competit facultas appellandi, præſertim quando omnes ſub vnico monitorio, ſiue libello fuerunt conuenti. Fideicommiſſum ordinatum in defectum lineæ alicuius, & deficientiæ deſcendentium purificatur, etiam ſi grauatus ſine filijs deceſſerit, cum adhunc effectum non requiratur, quod filij naſcantur, & poſtea deficiant. Subſtitutio compendioſa continens vulgarem caducato vno gradu ſequens admittitur, non tamen locum habet caducitas, quando continet fideicommiſſariam, & affertur ratio diuerſitatis inter vulgarem, & fideicommiſſariam. Appellatione filiorum etiam in fideicommiſſis, non veniunt nepotes, & coniecturæ pro vocatione adductæ in deciſione reijciuntur.

Romana ſeù Ianuen. Cambij.

Luna 27. Nouembr. 1651.

Argumentum 481.

Litteræ *de Auuiſo* in Curia A. C. & vbi inter mercatores agitur an habeant viam executiuam? Cambium *con la ricorſa* quot modis contrahitur?

Maceraten. Cenſus.

Vener. 1. Decembris 1651.

Argumentum 482.

Creditor certus in confectione Inuentarij debet nominatim citari, nec ſufficit generalis citatio per proclama, præſertim quando non continet diem certam, & locum Inuentarij conficiendi, adhoc, vt creditor intereſſe valeat.

Romana Deuolutionis Domus.

Luna 4. Decembris 1651.

Argumentum 483.

Emphiteuſis Eccleſiaſtica conceſſa cum clauſulis ad habendum, & in perpetuum non efficitur hæreditaria nec tranſitoria ad extraneos, quando adeſt expreſſa prohibitio alienandi, & illa facultas elicita ex dd. Clauſulis reſtringitur ſolum inter ipſos comprehenſos, & coniecturæ fauore extraneorum adductæ abunde in deciſione euacuantur. Beneplacitum Apoſtolicum ſemper eſt neceſſarium, quoties alteratur ſolitum locationis rei Emphiteuticæ Eccleſiaſticæ, & ad inducendum ſolitum quænam requirantur?

Fir.

Index Argumentorum.

Firmana Pecuniaria.
Lunæ 4 Decembris 1651.
Argumentum 484.

Creditor in pecunia licet non teneatur recipere inſolutum bona debitoris, tamen ex *beneficio Auth. hoc niſi C. de ſolutionibus* inductæ fauore debitoris cogi poteſt, dummodo concurrant requiſita dictæ Auth. de quibus in deciſione. Officiales Ciuitatis Succeſſores in officio tenentur debitum Ciuitatis de bonis eiuſdem Ciuitatis ſoluere, vel ſi illa ſunt debitis anterioribus obnoxia tenentur imponere collectam, aliàs contra eos tanquam negligentes, & moroſos decerni poteſt executio perſonalis.

Bononien. Emphyteuſis.
Lunæ 11. Decembr. 1651.
Argumentum 485.

Dominium rei Emphiteuticæ, eiuſque identitas ex quibus probentur? Caducitas ſi fuit incurſa in vita prædeceſſoris in beneficio, & ab eo non declarata, nequit à Succeſſore declarari, & quare? Caducitas ob non ſolutos Canones non incurritur niſi Domino volente. Caducitas vt declarari valeat contra hæredes Emphiteutæ moroſi quænam requirantur? Scientia qualitatis rei Emphiteuticæ in hærede Emphiteutæ, ex quibus excludatur? Ad purgationem moræ Emphiteuta de æquitate admitti debet, etiamſi Ius actoris ſit effectum deterius, dummodò Emphiteuta paratus ſit damnum reficere.

Cracouien, Iuris Reſpondend.
Lunæ 11. Decembris 1651.
Argumentum 486.

Quaſi poſſeſſio manutenibilis in incorporalibus ex vnico actu acquiritur, & quando concurrit vna cum actuum multiplicitate ſcientia, & patientia aduerſarij eo magis ad effectum manutentionis ſuffragatur.

Romana Fructuum Dotis.
Lunæ 15. Ianuarii 1652.
Argumentum 487.

Fructus dotales poſt mortem Vxoris amplius non currunt non obſtante ſuperexiſtentia filiorum, & pacto de illis ſoluendis indeffinite concepto in capitulis matrimonialibus, & redditur ratio in deciſione.

Romana Reſciſſionis Concordiæ.
Lunæ 26. Februarij 1652.
Argumentum 488.

Teſtator prohibens, nè eius hæres poſſit hæredem aliquem inſtituere, aut aliquam donationem facere ad fauorem perſonæ illegitimæ, & naturalis, & procreatæ ex patre, aut matre illegitimis non cenſetur ſub dicta prohibitione compræhendere voluiſſe legitimatos per reſcriptum Principis, qui verè legitimi dicuntur. Teſtamentum redditur ſuſpectum ex pluribus in deciſione ponderatis: Tranſactio ampliſſima compræhendit nedum cauſas in lite deductas, ſed etiam alias cogitatas, & non cogitatas, quando ex contextu tranſactionis depræhenditur tranſigentes de illis quoque ſenſiſſe.

Calaguritana Beneficij.
Lunæ 15. Ianuarij 1652.
Argumentum 489.

Agitur in hac deciſione de prælatione debita digniori ex pluribus oppoſitoribus approbatis ad curam animarum iuxta diſpoſitionem Conſtitutionis ſan. mem. Clementis VIII. ſuper prouiſione Beneficiorum Diœceſis Calaguritan editæ, & quiſnam ad hunc effectum dignior reputetur.

Bononien. Accollationis Debitorum.
Vener 19. Ianuarij 1652.
Argumentum 490.

Verbum *tranſactio* latam habet ſignificationem, & comprehendit omne genus conuentionis. Obligatio defuncti adimplenda eſt per hæredem qui eius perſonam actiue, & paſſiue repræſentat. Qualitas hæredis ex quibus probata remaneat?

Leodien. Succeſſionis ſeù Attentatorum.
Vener. 19 Ianuarij 1652.
Argumentum 491.

Attentata ſunt omnia geſta poſt præſentatam inhibitionē, non obſtante quod inhibitio non fuit perſonaliter præſentata principali, quia ſufficit quod fuerit executa ad valuas Eccleſiæ Cathedralis ſtante illius abſentia, vel quod ad Procuratoris notitiam deuenerit.

Romana Dotis.
Mercur.j 31. Ianuar. 1652.
Argumentum 492.

Confeſſio dotis receptæ facta à decocto probat in præiudicium creditorum concurrentibus adminiculis, & coniecturis reſultan. ex præcedenti dotis promiſſione, ex præſtatione alimentorum, aliiſque in deciſione adductis. Tranſactio inter grauatum, & fideicommiſſarium inita occaſione legitimæ competentis grauato non comprehendit iura dotalia fideicommiſſario, ex propria perſona vti hæredi matris competentia, præſertim ſi de tempore tranſactionis non erant purificata, & ex quibus deſumatur tranſactionem factam fuiſſe nomine fideicommiſſario tantùm? Priuilegium competens mulieri agenti pro aſſecuratione dotis vergente viro ad inopiam vti perſonale ad filios non tranſit.

Bononien. Fideicommiſſi de Barberijs.
Lunæ 19. Febr. 1652.
Argumentum 493.

Maſculi ex fœminis in primogenituris, & fideicommiſſis non veniunt, quoties teſtator vocauit lineam maſculinam, vel maſculum deſcendentem ex maſculo, ratio eſt, quia linea maſculina non incipit à fœmina, quæ finis eſt lineæ maſculinæ. Linea maſculina, quo caſu accipiatur pro ſexu? Maſculi deſcendentes ex fœminis non veniunt appellatione lineæ maſculinæ, quoties Teſtator rationem habuit conſeruandi agnationem. In fideicommiſſis conditionalibus, & ſucceſſiuis regulariter admittuntur non ſolum nati, ſed etiam naſcituri & quo caſu concluſio non procedat?

Marianen. ſeu Accien. Beneficij.
Veneris 1. Martij 1652.
Argumentum 494.

Alternatiua acceptata per Epiſcopum duarum Eccleſiarum vnitarum, licet pro vna tantum acceptata appareat ſuffragatur pro vtraque, eoque magis quando nulla ratio diſparitatis concurrit, ob quam Epiſcopus voluerit acceptare alternatiuam potius, pro vna, quam pro alia.

Portuen. Affictus.
Lunæ 4. Martii 1652.
Argumentum 495.

Fructus quando debentur in ſpecie, ſi facto conductoris fuerunt conſumpti, debetur locatori illorum æſtimatio. Quantitas frumenti quod fuerit percepta probatur ex teſtibus, quamuis ſint ſingulares, & vnuſquiſque deponat de quantitate à ſe aſportata, ſi dicta Teſtium adminiculantur ex partitis librorum Gabellarum, & Annonæ.

Auenionen. Saluiani.
Veneris 8 Martij 1652.
Argumentum 496.

Hæres ſoluens de proprio debita defuncti ſiue Inuentarium confecerit ſiue non poteſt aduerſus Creditores hæreditarios de huiuſmodi creditis excipere non reddita ratione bonorum hæreditariorum, quia vel præſumitur ſatisfactus vel tenetur de proprio, nec eſt attendenda diſtinctio an hæres eſſet creditor ante vel poſt aditam hæreditatem, cum duntaxat ſuffragetur ad effectum præſumendi imaginariam ſolutionem. Prælegatum hæredi factum in prima parte teſtamenti an cadat ſub fideicommiſſo vniuerſali per capitulum ſeparatum, & per verba in omnibus alijs bonis conſtituto à Teſtatore. Melioramenta quando non ſunt probata in ſpecie tunc ſufficit ſola cautio de illis reficiendis poſtquam fuerint liquidata.

Auenionen. Saluiani.
Lunæ 11. Martii 1652.
Argumentum 497.

Saluianum competit emptori contra poſſeſſores bonorum venditoris ſi imminet euictio rei venditæ quamuis ſequuta non fuerit ſtante ampliſſima promiſſione venditoris de euictione in quolibet Iudicio, & re euicta vel non, & de reficiendo expenſas, & damna, quorum appellatione veniunt etiam expenſæ proceſſales. Saluianum vt competat requiritur, quod creditum ſit liquidum ad hoc vt reus per oblationem euitare poſſit ſententiam.

Index Argumentorum.

Auximan. Vſusfructus.
Veneris 15. Martij 1652.
Argumentum 498.

Vſusfructus alicui relictus ſub conditione donec caſtam vitam duxerit cum permiſſione ducendi Vxorem caſu quo hæredes proprietarij Vxorem non ducerent nec filios haberent, non conſolidatur cum proprietate ſi vnus tantum ex hæredibus Vxorem non duxit, neque adhuc effectum oportet vtrumque hæredem ſine matrimonio, & filijs deceſſiſſe, quando præſumpta Teſtatoris voluntas concurrit, & ex quibus illa deſumatur?

Meleuitana Fructuum.
Veneris 15. Martii 1652.
Argumentum 499.

Remiſſoria ex ſola releuantia abſque fumo conceditur in prophanis, etiam poſt diſcuſſa dicta teſtium, quando ſolemnis publicatio non interceſſit mediante tranſportatione à Iudice à quo ad Iudicem ad quem. Remiſſoria an, & quando concedenda veniat cum retardatione vel ſine arbitrio Rotæ?

Romana, ſeù Veliterna Affictus.
Lunæ 18. Martij 1652.
Argumentum 500.

Tranſactio ob defectum non implementi licet reſcindi non poſſit, & agi primæua actione, quam tranſactio extinxit concluſio tres recipit limitationes in deciſione adductas, quæ declarantur. Mandatum ſpeciale requiritur ad tranſigendum, nec ſufficit generale cum libera, præſertim quando tranſactio non eſt vtilis, nec mandatum cum libera tribuit liberam adminiſtrationem omnium bonorum.

Romana, ſeu Ianuen. Cambij.
Lunæ 18. Martij 1652.
Argumentum 501.

Recognitio ſcripturarum quot modis fieri poteſt in Curia A. C. Mandatum de ſoluendo litteras cambij ex quibus reſultet? & ex quibus probetur illarum ſolutio?

Romana Cenſus.
Veneris 19. Aprilis 1652.
Argumentum 502.

Cenſus cum ſit ſpecies alienationis imponi nequit ab Eccleſia non ſeruata forma *extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in quærendis per Eccleſiam, & nondum incorporatis. Cenſus ex præſcripto Bullæ Pianæ imponi debet ſuper re exiſtenti in rerum natura, ac fructifera de tempore contractus. Eccleſia valet generaliter hypothecare eius bona abſque beneplacito Apoſtolico pro obſeruantia contractus, quod tamen declara non procedere quando vigore generalis hypotecæ deueniendum eſt ad alienationem.

Portuen. Affictus.
Veneris 19. Aprilis 1652.
Argumentum 503.

Quantitas frumenti recollecti probatur per teſtes ſingulares, quando circa perceptionem nulla eſt quæſtio, non obſtante, quod in libris gabellæ minor quantitas adnotata reperitur, quia dictus liber probat affirmatiuam, nempè dictam quantitatem fuiſſe ibi delatam, nec pro maiori fuiſſe ſolutam gabellam, non autem concludit maiorem quantitatem à teſtibus relatam non fuiſſe perceptam; quibus in concurſu potius, quam libris ſtandum eſt.

Lucana Cenſus.
Lunæ 22. Aprilis 1652.
Argumentum 504.

Saluianum non datur creditori poſteriori aduerſus anteriorem. Hypotheca tranſlata de vno contractu in alium durat cum ſua anterioritate. Hoc limitatur in cenſu, qui licet creetur ex gratia Principis ex credito, creari tamen non poteſt niſi creditum extinguatur eoque extincto nulla remanet anterioritas, vel poſterioritas. Ius offerendi competit creditori poſteriori Hypothecario aduerſus anteriorem bona debitoris poſſidentem.

Pampilonen. Decimarum.
Veneris 26. Aprilis 1652.
Argumentum 505.

Decimæ parochialis vnitæ ſpectant ad Rectorem Eccleſiæ, cui facta eſt vnio, quamuis curam animarum per Vicarium à ſe nominatum exerceat. Priuilegia exemptiua à decimis cum ſint perſonalia fauent quidem priuilegiato in bonis, quæ propijs manibus colit, non autem ſuffragantur quæ alijs colenda tradit, & ſic Coloni, & Arrendatores decimas ſoluere tenentur Eccleſiæ parochiali.

Meleuitana Fideicommiſſi.
Lunæ 13. Maii 1652.
Argumentum 506.

Sub fideicommiſſo particulari veniunt etiam bona ſeparata quando deſtinatione Teſtatoris vnita perpetuo, & annexa probantur rei fideicommiſſariæ, & ex quibus talis annexio ſiue vnio probata remaneat?

Calaguritana Beneficii.
Lunæ 13. Maii 1652.
Argumentum 507.

Prælatio in adiudicatione Beneficij debita eſt digniori, & quinam dignior inter plures oppoſitores reputetur, plenè in deciſione diſcutitur.

Romana Cenſuum.
Lunæ 27. Maij 1652.
Argumentum 508.

Religioſus non poteſt emere Cenſum vitalitium, ſeu annuum redditum cum non ſit Dominus pecuniarum, ſed illarum dominium ſpectat ad Monaſterium, præſertim ſi ante emptionem facultas ſibi à Sede Apoſtolica conceſſa erogandi pecunias pro annuo redditu ad vitam vſque ad certam ſummam iam erat conſumpta. Licentia conceſſa religioſo retinendi bona ad vnum vſum ad alium non extenditur, & quatenus conceſſa dicatur indiſtinctè intelligenda eſt de vſibus pijs, non autem prophanis.

Senogallien. Saluiani.
Mercurij 29. Maij 1652.
Argumentum 509.

Exceſſus ſententiæ ex quibus iuſtificetur?

Senogallien. Fideicommiſſi.
Veneris 7. Iunij 1652.
Argumentum 510.

In donatione fideicommiſſum conſtitutum detractis debitis donatoris cenſetur tantùm ſuper reſiduo bonorum donatorum, quæ detractis debitis ſuper ſunt conſtitutum. Debitor nequit eius bona fideicommiſſo, ſubijcere in præiudicium creditorum habentium ſpecialem hypothecam. Donator ſi de bonis reſeruatis in donatione non diſpoſuit, an illa ſpectent ad donatarium, vel ad hæredem donatoris?

Baren. Saluiani.
Lunæ 10. Iunij 1652.
Argumentum 511.

Sententia nulla, ſi alioquin iuſta detegitur poteſt à ſecundo Iudice confirmari, quando nullitas non fuit ſpecificè coram eo ante ſeruationem terminorum ſubſtantialium deducta. Pater vendens vna cum filijs, qui ſe Dominos aſſerunt, cenſetur talis aſſertiua filiorum adhibita pro maiori cautela emptoris cum reuera dominium apud patrem reſideat. Exceſſus fructuum compenſatiuorum quando allegari nequeat contra ceſſionarium venditoris?

Baren. Iuriſpatronatus.
Veneris 14. Iunij 1652.
Argumentum 512.

Inſtitutio debita eſt præſentato ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi non autem præſentato à vero patrono, quando de illius Iure incontinenti non apparet per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam, aut publicum inſtrumentum. Iuſpatronatus vt acquiratur in præiudicium primi fundatoris ex reædificatione vel redotatione, quænam requirantur? Patrono licet variare in præſentando cumulatiue.

Peruſina Succeſſionis.
Veneris 14. Iunij 1652.
Argumentum 513.

Hæres ſcriptus eſt legitimus contradictor ad impediendã immiſſionem hæredi ab inteſtato quando Teſtamentum vitio aliquo non laborat. Teſtatorem ſchedulam Teſtamenti Notario conſignaſſe adhibitis ſeptem teſtibus, vt de eo rogaretur conſtat ex ipſius Notarij rogitu, qui etiam abſque Notarij ſubſcriptione fidem facit, dummodo inter ſcripturas authenticas repertus fuerit; Identitas ſchedulæ teſtamenti, ex quibus probata remaneat?

Roma-

Index Argumentorum.

Romana Cenſus.
Lunæ 17. Iunij 1652.
Argumentum 514.

Extinctio cenſus facta cum cedente poſtquam debitor cēſus notitiam habuit ceſſionis nulla eſt, & inualida. Hæres grauatus emens cum pecunijs fideicōmiſſarijs pro ſe, & hæredibus, ſibi & non fideicommiſſo acquirit, licet euadat debitor fideicommiſſi.

Craconien. Attentatorum.
Lunæ 17. Iunij 1652.
Argumentum 515.

Inhibitionem fuiſſe præſentatam ex quibus probetur ad effectum vt deinde geſta tanquam attentata reuocētur.

Romana Reſciſſionis Concordiæ.
Veneris 21. Iunij 1652.
Argumentum 516.

Prohibitio Teſtatoris, ne eius hæres hæredem aliquem illegitimum procreatum ex patre aut matre illegitima instituat, eique donationem aliquam faciat non comprehendit omnem illegitimum ſed illum dumtaxat, qui ſit natus ex patre aut matre illegitima, & ſic concurſus vtriuſque qualitatis eſt neceſſaria.

Romana Deuolutionis Domus.
Veneris 21. Iunij 1652.
Argumentum 517.

Caducitas ſi fuit ab Emphiteuta incurſa, & à Domino directo remiſſa, ſi iterùm Emphiteuta fuit inueſtitus cum nouis pactis, & conditionibus non expreſſis in prima inueſtitura, tunc conceſſio dicitur noua.

Nouarien. Fideicommiſſi.
Mercurij 26. Iunij 1652.
Argumentum 518.

Retroceſſioni locus eſt ſtante pacto inter cedentem, & ceſſionarium in caſu euictionis ſeu inexigibilitatis. Et ex quibus inexigibilitas probata remaneat?

Romana ſeu Lauden. Cambij.
Mercurij 26. Iunij 1652.
Argumentum 519.

Via executiua competit ſtante facultate tributa creditori ſe reualendi in nundinis, mediantibus litteris Cambij paratam executionem habentibus, aut earundem litterarum complementum per effectualem ſolutionem, quæ in materia Cambiorum de viuris ſuſpecta nō probatur per confeſſionem creditoris, quando perſona recipientis eſt diſtincta à perſona ſoluentis, ſecus verò quando idem eſt phyſicè ſoluens & recipiens. Continuatio Cambiorum, quo caſu à Conſtitutione Piana damnetur.

Caſſanen. Parochialis.
Mercurij 26. Iunij 1652.
Argumentum 520.

Sequeſtrum *Vig. Clemen. unica de ſequeſtran. poſſeſſ. & fruct.* locum habet ſiue ſententia lata ſit in Curia contra poſſeſſorem in iudicio petitorio, ſiue in poſſeſſorio pleſſario, ſiue agatur de Beneficio Curato, ſiue ſimplici.

Bononien. hæreditatis.
Veneris 28. Iunij 1652.
Argumentum 521.

Statutum Bononiæ *lib. 4 de ſucceſſ. Aſcendent. & Collateral. §. dicti vero fratres*, præferens fratrem ſorori in ſucceſſione communis fratris locum non habet in hæreditate Clerici, non obſtante quod Statuta Bonon. fuerint à Sede Apoſtolicà in forma ſpecifica confirmata, quia nihilominus, niſi in Statuto fiat expreſſa mentio de Clericis eorumque bonis, ſtatuentes non cenſentur illos voluiſſe comprehendere, vnde ex defectu voluntatis confirmatio quamuis ſpecifica nihil operatur.

Maioricen. Celebrationis Miſſarum.
Veneris 28. Iunij 1652.
Argumentum 522.

Manutentio datur Eccleſiæ in poſſeſſione recipiendi à Canonicis ſeruitium canendi per ſe ipſos Euangelium in quibuſdam feſtiuitatibus, præſertim quando ex pluribus ſimul iunctis conſtat de obligatione Canonicorum, ex qua excluditur actus antea geſtos fuiſſe voluntarios, & facultatiuos.

Interamnen. Fideicommiſſi.
Veneris 28. Iunij 1652.
Argumentum 523.

Remiſſoria nunquā denegatur quoties materia quoquomodo confert ad victoriam cauſæ. Remiſſoria in Summariſſimo poſſeſſorio, etiam data releuantia non conceditur abſque retardatione Iudicij.

Aſtoricen. Attentatorum.
Veneris 28. Iunij 1652.
Argumentum 524.

Poſt præſentatam inhibitionem omnia geſta redduntur attentata, nec inhibitioni dicitur renunciatum per comparitionem coram Iudice inhibito, quia adhuc attentata ſaltem officio Iudicis reuocantur. De vitiour inhibitionis Rotalis non poteſt cognoſcere Iudex inferior, ſed illius cognitio ſpectat ad Papam, ſiue illius Signaturam gratiæ, vel iuſtitiæ, ſiue ad ipſam Rotam.

Acernen. Vicarij.
Lunæ 1. Iulij 1652.
Argumentum 525.

Electio Vicarij Capitularis Sede Epiſcopali vacante ſpectat ad Capitulum Eccleſiæ Cathedralis ex diſpoſitione Iuris communis, ac Sacri Concilij Tridentini priuatiue quoad Clerum, & Capitulum Collegiatæ. Ius eligendi Vicarium contra Capitulum Eccleſiæ Cathedralis non dicitur Capitulo Collegiatæ quæſitum, niſi concurrat præſcriptio, ac ſcientia, & patientia eiuſdem Capituli. Quaſi poſſeſſio eligendi Vicarium non dicitur quæſita Capitulo Collegiatæ ex electione æquiuoca, & inefficaci. Tranſactio facta inter Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, & Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ ſuper Iure eligendi Vicarium Capitularem abſque beneplacito Apoſtolico non ſuſtinetur.

Meleuitana Affictus.
Lunæ 1. Iulij 1652.
Argumentum 526.

Conductori, vt debita ſit remiſſio affictus ratione damni paſſi in re locata, requiritur, quod damnum probetur tale vt deductis expenſis circa recollectionem fructuum reſultet læſio vltra dimidiam penſionis ſoluen. locatori. Via executiua an competat locatori contra conductorem pro exactione penſionum, an verò ei competat actio ex locato? Materia plene in deciſione diſcutitur, & pro vtraque parte variæ adducuntur opiniones.

Bononien. Vſusfructus.
Lunæ 1. Iulij 1652.
Argumentum patet ex Summario 527.

Aſtoricen. Decimarum.
Lunæ 1. Iulij 1652.
Argumentum 528.

Priuilegia Apoſtolica Religioni Hieroſolimitanæ conceſſa exemptiua à decimis tanquam perſonalia Equitum ad Colonos nō ſe extendunt; item præfata priuilegia non continent expreſſam derogationem *cap. nuper de decim.* et propterea non ſuffragantur pro decimis Spiritualibus. Immemorabilis non probatur per Teſtes non deponentes cum requiſitis *gloſſ. in cap. 1. de præſcript. in 6.* nec ſufficit quod vnus deponat de vno, & alter de alio.

Camerinen. Bonorum.
Lunæ 1. Iulij 1652.
Argumentum 529.

Iura realiter non producta non ſunt tranſportanda, prout nec minus irrelevantia in cauſis prophanis, & quando conſtare dicatur ad effectum tranſportationis de reali productione, ac releuantia?

Lauden. Iuriſpatronatus.
Lunæ 1. Iulij 1652.
Argumentum 530.

Appellans intra terminum Iuris ſi non redijt pro Apoſtolis, ſed commiſſionem impetrauit ſufficit, quando non fuit appellatum ab interlocutoria ſed à diffinitiua, ratio diuerſitatis eſt quia à diffinitiua lex ipſa appellationi defert, ab interlocutoria verò cum lex appellationi non deferat expectanda eſt Iudicis reſponſio. An autem in commiſſione teneatur appellans exprimere quod pro Apoſtolis redire non cogatur? reſoluitur talem expreſſionem non eſſe neceſſariam.

Aueniouen. Saluiani.
Mercur. 31. Iulij 1652.
Argumentum 531.

Emptori pro liberatione à moleſtijs competit Saluianum aduerſus poſſeſſores bonorum venditoris, præſertim poſt latam contra ipſum ſententiam ad fauorem creditoris venditoris, & poteſt emptor agere vnico contextu, vt ad ſui fauorem feratur quoque ſententia. Ordo proceden-

††††

cedendi priùs ad reuocationem attentatorum, quam ſuper negocio principali non ſemper ſeruatur, quando conſtat de bono iure attentantis.

Lucana Cenſus.

Mercur. 31. Iulij 1652.

Argumentum 532.

Per emptionem fundi cenſiti factam à Cenſuario Cenſus licet extinguatur, nihilominus fundo euicto iterum reuiuiſcit. Retentio quando detur pro fructibus decurrendis?

Interamnen. Fideicommiſſi.

Mercurij 27. Nouembris 1652.

Argumentum 533.

Expulſio Colonorum non requiritur, quando capitur poſſeſſio authoritate Iudicis. Poſſeſſio hæreditaria, vt per Colonos quæſita dicatur, quæ nam ſunt neceſſaria? Conſtitutum appoſitum in teſtamento fauore hæredis non transfert poſſeſſionem ante acceptationem teſtamenti, & aditionem hæreditatis. Statutum continuans poſſeſſionem defuncti in hæredem, an operetur in ipſo inſtanti mortis defuncti?

Cracouien. Attentatorum.

Veneris 29. Nouembr 1652.

Argumentum 534.

Attentans tenetur pro integra purgatione attentatorum reficere expenſas, ac damna, & intereſſe attentatum paſſo, quamuis non adſit explicita condemnatio in decreto reuocationis attentatorum, cum veniat ex natura Iudicij, & contraria quo caſu procedant? Attentans nequit in negocio principali procedere non refectis omnibus expenſis, ac damnis, & traditur hic diſtinctio de expenſis extraiudicialibus, & de iudicialibus, & inter expenſas iudiciales ad effectum purgationis attentatorum quænam connumerentur?

Calaguritana Beneficii.

Luna 2. Decembris 1652.

Argumentum 535.

Qualitates inter oppoſitores, quando ſunt pares, tunc prælatio debita eſt ei, qui pauper eſt, & nullum poſſidet beneficium. Valor beneficij ad effectum videndi, an quis congrue ſuſtentare ſe valeat probatur ex teſtibus, ac alijs adminiculis, nec eſt probandum decennium, ſed ſufficit probatio per duos annos ante, & duos poſt: Onera voluntaria valorem non minuunt.

Melevitana Bonorum, ſeu Pecuniaria.

Mercurij 9. Decembris 1652.

Argumentum 536.

Fructus bonorum fideicommiſſi liberè ſpectant ad hæredem grauatum donec ipſe viuit, ac proinde cadunt ſub hypotheca creditorum ipſius grauati, ac pro illorum conſecutione poſſunt creditores agere vtili actione nedum contra ipſum grauatum, ſed etiam contra debitorem ipſius grauati occaſione dd. fructuum.

Melevitana Affictus.

Luna 9. Decembris 1652.

Argumentum 537.

Agitur in hac deciſione, an pactum appoſitum in inſtrumento, quod fiat executio in perſona, & bonis ſtet independenter à forma ritus ante expreſſa, & an vigore Statuti Melitæ ſub Rubric. *del Conſeglio de' Giudici tit. 7.* procedi poſſit executiuè, & quoad primã partem refertur ſuffragiorum diſcrepantia, quo verò ad ſecundam reſoluitur affirmatiuè.

Melevitana Feudi.

Mercurij 11. Decembris 1652.

Argumentum 538.

Conceſſionem fuiſſe feudalem probatur pluribus coniecturis in deciſione ponderatis, non obſtantibus verbis eiuſdem conceſſionis, quæ contrariũ ſuadere videntur

Fulginaten. Attentatorum.

Merc. 11. Decembris 1652.

Argumentum 539.

Attentata commiſſa pendente recurſu ad Signaturam veniunt reuocanda non obſtante quod Signatura reſcripſit, quod Iudex à quo iterum audiat, & appellans coram eo comparuit, quia per huiuſmodi comparitionem cenſetur quidem appellantem renunciaſſe appellationi non autem attentatis ab altera parte commiſſis in ſpretum recurſus ad Signaturam. Attentata an, & quando reuocari poſſint etiam poſt lapſum biennij à die interpoſitæ appellationis.

Bononien. Accollationis Debitorum.

Luna 16. Decembr. 1652.

Argumentum 540.

Pactum præcarij in publico Inſtrumento appoſitum ex Statuto Bonon. perſonas hæredũ quoque includit. Actus non dicitur correſpectiuus, ſi alia cauſa, adduci poteſt.

Romana, ſeu Veliterna Affictus.

Luna 13. Ianuarij 1653.

Argumentum 541.

Agitur in hac deciſione de defectu implementi Capitulorum tranſactionis inter locatorem, & conductorem, & ex quibus conſtare dicitur de non adimplemento? Procuratoror cum libera licet poſſit tranſigere, non tamen valet à trãſactione deinde facta abſque nouo mandato in præiudiciũ principalis recedere. Mandatum cum libera non reſultat ex mandato ad lites ad ſuſcipiendum terminum, & fatendum debitum, Iuramentum præſtandi &c. Procurator cum libera licet poſſit paciſcendo præiudicare principali, non tamen poteſt præiudicare cum tanto damno.

Maioricen. Celebrationis Miſſarum.

Veneris 24. Ianuarij 1653.

Argumentum 542.

Rota ſolet vnico contextu diſputare poſſeſſorium, & petitorium, vt quanrocitius ad ſententiam in petitorio minori partium diſpendio procedatur.

Maioricen. Celebrationis Miſſarum.

Vener. 24. Ianuarij 1653.

Argumentum 543.

Canonici ſi ſunt in vſu, & conſuetudine canendi Euangelium in quibuſdam feſtiuitatibus per plures annos, inducta cenſetur obligatio, & titulus canendi in futurum, & talis conſuetudo eo magis videtur admittenda ex quo reſpicit piam cauſam, & non eſt contra Ius, quo caſu ſufficit conſuetudo decennalis. Actuum difformitas ad elidendam conſuetudinem, ex quibus in hoc caſu non ſuffragetur? Ex conſuetudine, & vſu canendi Euangelium inducta dicitur obligatio ipſius Capituli ex longeua patientia, ex qua reſultat ipſius ratificatio, & ex quibus deducatur huiuſmodi ratificatio Capituli.

Carpentoraten. Tranſactionis.

Luna 27. Ianuarij 1653.

Argumentum 544.

Sententia lata contra mortuum ſubſtinetur, ſi in actis, & in proceſſu cauſæ de morte non conſtat, & in omnem euentum ſubſtinetur ſententia contra alios litis conſortes. Ius exequendi rem iudicatam ſpatio 30. annorum non præſcribitur, quando executio eſt iam cœpta, & agitur de materia habente tractum ſucceſſiuum, & ex quibus conſtet executionem fuiſſe cœptam.

Gerunden. Vicaria.

Luna 27. Ianuarij 1653.

Argumentum 545.

Pendente lite in Rota ſubrogatus nequit poſſeſſionem capere propria authoritate abſque vitio attentatorum etiam ſi litis pendentia fuerit narrata Papæ, quia illa excuſat à ſubreptione non autem ab attentatis. Lis per obitum collitigantis, quando extinguatur? Subrogatio quando dicatur rigoroſa non gratioſa. & quando ſubrogatus rigoroſè teneatur nouum examen ſubire, non obſtante quod fuerit idoneus repertus ab examinatoribus ſynodalibus in prouiſione gratiæ principalis? Subrogatus lite pendente quando non valeat poſſeſſionem propria authoritate capere?

Romana Fideicommiſſi de Carpianis.

Vener. 31. Ianuarij 1653

Argumentum 546.

Fœminæ veniunt appellatione proximiorum, in fideicommiſſis quando non fuit habita ratio conſeruandi bona in agnatione, & ex quibus Teſtamẽti verbis deducatur nõ fuiſſe habitam rationẽ conſeruandi bona in agnatione?

Senogallien. Saluiani.

Vener. 7. Februarii 1653.

Argumentum 547.

Creditor ſi egit contra debitorem pro certa ſumma, & pendente Iudicio debitor partem debiti perſoluit, ſententia deinde illum condemnans ad totam ſummam ab initio petitam eſt euidenter iniuſta ratione exceſſus maximè quando fuit exceptioni demandata, & exceſſus non eſt modicus, & an creditori ſaltim competat retentio pro ſumma debita?

Bono.

Index Argumentorum.

Bononien. Fideicommiſſi de Bargellinis.

Lunæ 10. *Februar.* 1653.

Argumentum 548.

Subſtitutus per vulgarem ſubintrat in locũ gradus caducati cũ tali caſu ſubſtitutus cenſeatur ſiue primus nolit ſiue non poſſit adire; Subſtitutio cõpendioſa quando eſt concepta per verba cõmunia continet etiam vulgarem tacitã, vel vt alij aiunt expreſſam verbis generalibus. Subſtitutio fideicommiſſaria quando eſt facta per verbum commune includit vulgarem, quæ vocatur anomola, cuius vigore ſecundus ſubſtitutus ſubintrat in locum primi nolentis, vel non valentis adire, & contraria quo caſu procedant? Nepotes veniunt appellatione filiorum etiã in fideicommiſſo tranſuerſali concurrentibus coniecturis, & ponderantur in deciſione coniecturæ ad hunc effectum adductæ.

Romana Tranſactionis.

Veneris 14. *Februarij* 1653.

Argumentum 549.

Tranſactio facta occaſione recedendi à litibus vertentibus inter tranſigentes generaliter comprehendit omnes lites attentis clauſulis generalibus in fine poſitis generalibus, & prægnantibus, ac etiam verbis prohemialibus ex quibus mens tranſigentium declaratur omnes lites extinguẽdi maximè quando mentio litium fit in plurali, qui numerus omnes lites comprehendit.

Romana Dotis.

Lunæ 17. *Februar.* 1653.

Argumentum 550.

Sententia lata ſuper vergentia viri ad inopiam non afficit creditores non citatos. Sententia lata ſuper ſtatu perſonæ cum legitimo contradictore, licet faciat ius quoad omnes etiam non citatos, concluſio non procedit quando non citatus habet coæquale intereſſe cum citatis; Item nec locum habet quoties contradictores citati non comparuerunt, & legitimas defenſiones adducere neglexerunt.

Romana Cenſus.

Lunæ 17. *Martij* 1653.

Argumentum 551.

Cenſus extinctus per confuſionem mediante acquiſitione fundi cenſiti reuiuiſcit ſi dominiũ fundi non fuit acquiſitum irreuocabiliter ſed illud in alium tranſlatum mediante retractu, ſecus vero ſi interuenit actus retroſimilis ab initio, nam cum dominium pecuniarum nunquam nocetur à Cenſuario, nil refert ſi fundus noceatur. Bulla Gregoriana non annullat ſimpliciter venditionem factam, ſed illam infectam reddit fauore vicini, ſeu inquilini retrahere volentis. Item quod retractus fiat cum omnibus pactis, & conditionibus contentis in prima venditione.

Baren. Saluiani.

Lunæ 24. *Martij* 1653.

Argumentum 552.

Dominium rei venditæ ante ſoluiũ pretium dicitur tranſlatum in emptorem quando fuit habita fides de prætio, & quando habita dicatur fides de prætio? taxatio fructuum recompenſatiuorum ad rationem ſeptem quando exceſſiua dici nequeat? Exceſſus ſententiæ quando eſt modicus non debet ipſa ſententia reuocari, ſed reformari, & confirmari in ſumma vere debita.

Rhegien. Beneficii.

Lunæ 24. *Martij* 1653.

Argumentum 553.

Iuſpatronatus reſeruatum pro deſcendentibus, & lineæ fundatoris ob defectum lineæ ex gentilitio euadit hæreditarium ſi in eo dictiones taxatiuæ non fuerunt appoſitæ & ex quibus probetur lineæ defectus? Iuſpatronatus ſi ſit reſeruatum pro familia effectiua tunc non ſufficit, quod aliquis probet ſe eſſe de familia cum referri poſſit ad familiam contentiuam.

Bononien. Succeſſionis.

Vener. 2. *Maij* 1653.

Argumentum 554.

Statutum Bononiæ *tit. de dot. reſtituend. §. item dicimus il ſecondo*, cũ expreſſe nihil quoad bona extradotalia mulieris binubæ diſponat, quoad hæc bona non cenſetur derogare diſpoſitioni *l. hac edictali C. de ſecund. nupt.* & ad hunc effectum perpenduntur verba Statuti. Legitima in caſu dicti Statuti quomodo ſit detrahenda à filijs prioris matrimonij, an ſcilicet habito reſpectu ad totam hæreditatem binubæ, vel potius detracto lucro ſecundi viri?

Leodien. Bonorum.

Veneris 2. *Maij* 1653.

Argumentum 555.

Donatio contemplatione certi matrimonij eſt irreuocabilis nec per prædeceſſum donatarij ante donantem expirat, ſed bona donata iure tranſmiſſionis tranſeunt ad filios donatarij maximè quando in donatione fuerunt in conditione poſiti, & contraria quo caſu procedant? in deciſione declaratur.

Senogallien. Penſionis.

Lunæ 5. *Maij* 1653.

Argumentum 556.

Penſio reſeruata ſuper Eccleſia Parochiali, cum clauſula *dummodò centum remaneant pro Rectore*, & cum decreto, quod *niſi titularis quamdiu viueret, & beneficium poſſederit penſionem verè, & realiter perſoluit, reſeruatio ſit nulla &c* vt ſuſtineatur quænam ſunt iuſtificanda, & ex quibus probatus remaneat valor narratus nec non penſionis ſolutio iuſtificetur?

Romana, ſeu Ianuen. Cambij.

Veneris 16. *Maij* 1653.

Argumentum 557.

Cambium ſiue ſit nouum, ſiuè continuatiuum præcedentium eſt permiſſum, quando conſtat de tranſmiſſione litterarum ad nundinas illarumque effectuatione, quæ probatur ex litteris redditus. Litteræ reſponſiuæ reſultant ex illis verbis, *In riſpoſta del voſtro diſpaccio*, quæ non congruunt *litteris d'Auiſo*. Cambij realitas conſiſtit in litteris *dell'andata*, & litteræ redditus ſolum reſpiciunt probationem, quod Capſerius in nundinis recepit, & acceptauit litteras *dell'andata*.

Firmana Beneficij.

Veneris 23 *Maij* 1653.

Argumentum 558.

Lis ſuper hæreditate, cui Iuſpatronatus inhæret non efficit Iuſpatronatus litigioſum, & multo minus quando lis non eſt ſuper tota hæreditate, ſed ſuper aliqua eius parte.

Vrbinaten. Prædij.

Lunæ 26 *Maii* 1653.

Argumentum 559.

Fideicommiſſario particulari non eſt deneganda immiſſio ſub prætextu quod res ſubiecta fideicommiſſo fuerit alienata pro ſoluendo ære alieno Teſtatoris, & pro legitima, & Trebellianica hæredis grauati, ſi titulus venditionis detegitur ipſo iure nullus, quodque emanauerit ex falſa cauſa.

Romana Reſciſſionis Concordiæ.

Vener. 30. *Maij* 1653.

Argumentum 560.

Prohibitio alienationis nullo dato cohærede vel ſubſtituto in caſum contrauentionis reſoluitur in ſimplex conſilium, quod fideicommiſſum non inducit. Præceptum Teſtatoris quo caſu remaneat nudum, & quando emanauit in odium illegitimorum veſtitur ſecundum aliquos, nec ſufficit hoc caſu odium erga perſonam excluſam niſi ſimul ſit datus cohæres vel ſubſtitutus, non attento quod adſint venientes ab inteſtato. Tranſactio comprehendit nedum in litem deducta, ſed etiam connexa, quando verbis vniuerſalibus eſt concepta.

Caſſanen. Parrochialis.

Veneris 6. *Iunii* 1653.

Argumentum 561.

Concurſus habitus non ſeruata forma Concilij Tridentini ex quo duo tantum examinatores adhibiti fuerunt cum interuentu Vicarij Epiſcopi nullus eſt, & inualidus, & ex quibus conſtet Vicarium Epiſcopi non fuiſſe examinatorem ſynodalem. Epiſcopus an, & quando valeat in defectum mortis, abſentiæ, vel alterius impedimenti vnius ex tribus examinatoribus ſynodalibus alium ſubrogare?

Romana Fructuum.

Veneris 6. *Iunij* 1653.

Argumentum 562.

Ceſſio ſortis principalis ſocietatis officij non comprehendit fructus ante ceſſionem decurſos cum ſint à ſorte ſe-

pertui etiamſi in Inſtrumento ceſſionis addita ſit clauſula generalis, *& omnia iura, &c. nullo Iure, &c.* quia reſtringitur ad ſortem principalem paulo ante ceſſam. Ex ſolutione prætij arguitur quid fuerit in ceſſione comprehenſum. Coniecturæ ad inducendam ſolutionem, ex quibus non ſint attendendæ?

Pampilonen. Decimarum.

Lunæ 9. Iunii 1653.

Argumentum 563.

Conuentio de ſoluenda loco decimæ certa pecuniarum quantitate non nocet Eccleſiæ, & ſucceſſoribus abſque beneplacito Apoſtolico. Quaſi poſſeſſio ſoluendi decimas in pecunia, quo caſu non ſuffragetur?

Romana Melioramentorum.

Lunæ 16. Iunij 1653.

Argumentum 564.

A ſententia lata in vim relationis peritorum, quando detur appellatio? Relationi peritorum iudicialiter electorum ſtandum eſt, præſertim quando ab ea non fuit appellatum. Melioramenta voluptaria, quando ſumus in iudicio hypotecario auocationis reficienda non ſunt, ſed tantum ea ex quibus res eſt effecta prætioſior. In concurſu relationum peritorum ſuper melioramentis illæ præualent, quæ habent pro ſe concomitantiam Inſtrumentorum locationum rei melioratæ.

Rauennaten. ſeu Fauentina Cambij.

Lunæ 16. Iunij 1653.

Argumentum 565.

Cambia non debentur non conſtito de tranſmiſſione pecuniarum ad Nundinas ſaltim per litteras redditus, neque adhuc effectum attenditur ſolidatio facta inter partes præuia ſolutione alicuius ſummæ in cauſam Cambiorum per debitorē, cum non ſit in poteſtate partiū facere licitum quod eſt illicitum. Iuſtitia Cambiorum principaliter cōſiſtit in tranſmiſſione literarū ad Nundinas verè, & non fictè. Effectuatio litterarum *dell'andata* ex quibus probetur? Cambia vt debeantur quando creditor pecunias ad Cambiandum accepit cum ſeipſo, quæ requirantur? latè in deciſione declaratur.

Albinganen. Præcedentiæ.

Veneris 20. Iunij 1653.

Argumentum 566.

Præcedentia in proceſſionibus, alijſque publicis, ac priuatis functionibus debita eſt antiquiori ac digniori tam attenta diſpoſitione iuris communis, quam Conſtitutionis Greg. XIII. & ex quibus quis dicatur antiquior, & dignior?

Sulmonen. Diſtributionum.

Vener. 20. Iunii 1653.

Argumentum 567.

Diſtributiones quotidianæ, vt infirmo, & non intereſſenti debeantur duo copulatiue requiruntur; primò quod infirmitas ſit talis quæ intereſſentiam impediat, alterum quod infirmus fuerit ſolitus intereſſe diuinis tempore ſanitatis, alias non ſuffragatur. Indultum de percipiendis diſtributionibus in abſentia reſtrictum quoad certum tempus eo elapſo non operatur. Regula quod quis ratione officij habeatur pro præſente procedit quoad fructus beneficij, non quoad diſtributiones quæ vltra præſentiam requirunt etiam intereſſentiam, & locum habet etiam quoad familiares, & inſeruientes Papæ.

Romana Societatis Officij.

Lunæ 23. Iunij 1653.

Argumentum 568.

Obligatio fil. famil. ſubſtinetur, ſi habitat ſeorſum à patre & publicè pro patre familias habetur, præſertim ſi conſtat de verſione pecuniarum à filio familias receptarum in eius neceſſitatibus.

Meliten. ſeu Rheghinen. Parochialis.

Lunæ 23. Iunij 1653.

Argumentum 569.

Poſſeſſio capta intra decem dies ad appellandum attentata non eſt quando agitur de prouiſione Eccleſiarum Parochialium. Papa licet prouidendo non attentet lite pendente, attentat nihilominus prouiſus d. prouiſione vtendo ſine partis citatione.

Hiſpalen. Decimarum.

Lunæ 23. Iunii 1653.

Argumentum 570.

Priuilegium exemptionum à decimis conceſſum à fel. record. Gregorio XIII. & Vrbano VIII. Monialibus Ordinis S. Claræ, cum ſit fundatum in paupertate, & reſtrictum ad non habentes annua ſcuta 25. auri de Camera pro qualibet non ſuffragatur, niſi probata hac qualitate.

Romana Conſus, ſeu Saluiani.

Vener. 27. Iunij 1653.

Argumentum 571.

Saluianum non competit ſuper officio Præfecti Curſorum ex defectu hypothecæ cum ſit de regalibus Principis, ſine cuius aſſenſu obligari, & hypothecari nequit; Et an ſaltim hypotheca cadat ſuper fructibus, & commoditate illos percipiendi? latè in deciſione articulus diſcutitur, vbi cum diſtinctione proceditur, an officium fuerit conceſſum ex pacto, & prouidentia, an vero titulo oneroſo?

Calaguritana Beneficij de Auſeio.

Vener. 27. Iunii 1653.

Argumentum 572.

Dignior pro obtinenda adiudicatione Beneficij in concurſu cum alijs oppoſitoribus ex quibus probetur? Patrimonialitas iuxta Conſtitutionem Clementis VIII, ſuper prouiſione Beneficiorum Diœceſis Calaguritanæ ſufficit, quod probetur ex patre, vel auo. Paupertas non attenditur in concurſu habentis Beneficium, & maioribus qualitatibus præditi.

Bergomen. Canonicatus.

Veneris 27. Iunij 1653.

Argumentum 573.

Remiſſoria in Beneficialibus non datur niſi facta obligatione de ſtando vnicæ ſententiæ, & appoſito ſequeſtro, ac etiam dato ſumo, quando petitur à poſſeſſore. Remiſſoria ſi fuit conceſſa actori ad ſuam intentionem probandam, ad ſeruandam æqualitatem concedenda eſt reo ad ſuam exceptionem iuſtificandam.

Beneuentana Dotis.

Veneris 27. Iunii 1653.

Argumentum 574.

Ceſſio reportata à Tutore proprio, & principali nomine ſibi, & non pupillo acquiritur, & ex quibus appareat proprio nomine ceſſionem fuiſſe ſtipulatam, Creditum dotale ſpatio 30. annorum præſcribitur, niſi mala fides concurrat. Mandatum exceſſiuum nondum executioni de mandatū ſubſtinetur pro ſumma debita. Rota ſtante clauſula *ſi quid exequendum*, poteſt conſtito de bono iure ad nouam mandati relaxationem deuenire.

Melenitana Fructuum.

Veneris 4. Iulij 1653.

Argumentum 575.

Agitur de liquidatione fructuum, quorum valor non probatur ex vnica locatione, præſertim quando non percurit tempus, in quo percepti prætenduntur, & concurrunt contrariæ probationes in contrarium.

Maioricen. Celebrationis Miſſarum.

Veneris 4. Iulij 1653.

Argumentum 576.

Obligatio Canonicorum canendi Euangelium per ſe ipſos in diebus ſolemnibus ſe extendit etiam ad obtinentes in eadem Eccleſia Dignitatem, & Canonicatum, & redditur ratio in deciſione.

Leodien. Vicariæ.

Veneris 4. Iulij 1653.

Argumentum 577.

Ad euitandam declaratoriam non ſufficit ſola patientia, ſed inſuper requiritur paritio verbalis. Mandato de manutenendo paruiſſe non dicitur qui fructus a die motæ litis perceptos non reſtituit, nam illi tanquam pars poſſeſſionis veniunt ſub mandato de manutenendo, etiam quod de illis nulla adſit explicita condemnatio, & in hoc differunt fructus ab expenſis.

Bononien. Legati, ſeu Vſusfructus.

Veneris 4. Iulij 1653.

Argumentum 578.

Attentata commiſſa poſt commiſſam cauſam appellationis in Rota veniunt reuocanda, & magis grauiora redduntur poſt præſentatam inhibitionem Rotalem. Ad Iudicem de partibus non ſpectat cognoſcere de viribus inhibitionis Rotalis, ſed recurri debet ad Rotam, vel Signaturam.

Index Argumentorum.

Leodien. Bonorum.
Veneris 10. Octobris 1653.
Argumentum 579.
Manutentio danda eſt poſſeſſori quamuis prætendatur reſolutio contractus, quia ex reſolutione contractus, non reſultat per neceſſe reſolutio poſſeſſionis, & donec de hoc cognoſcatur manutenendus eſt poſſeſſor. Poſſeſſio ad effectum manutentionis ex quibus probetur? Poſſeſſio continuatiua in hærede vigore Iuris municipalis non procedit in bonis à Teſtatore tempore obitus non poſſeſſis.

Romana, ſeu Veliterna Aſſiſtus.
Lunæ 24. Nouembris 1653.
Argumentum 580.
Spoliator tenetur ad reſtitutionem fructuum, vel ad illorum æſtimationem ſi non extant, & fuerunt conſumpti, & quomodo ſit facienda illorum liquidatio?

Rhegien. Beneficii.
Mercurij 10. Decembris 1653.
Argumentum 581.
Iuſpatronatus reſeruatum fauore familiæ agnatitij in defectum vocatorum nè ſit tranſitorium ad extraneos, ſed Eccleſia libertatem acquirat quæ requirantur? latè in deciſione declaratur.

Rheginen. Attentatorum.
Veneris 12. Decembris 1653.
Argumentum 582.
Regula qui continuat non attentat duas recipit limitationes, alteram quando poſſeſſor non continuauit per viam priuatæ facultatis, ſed mediante facto Iudicis, alteram verò quando lis pendet ſuper ipſa poſſeſſione, nè iudicium reddatur eluſorium. Geſta poſt reſcriptum Signaturæ, & ante citationem ad dicendum contra ac vſũ commiſſionis, an ſint attentata? Contrariæ referuntur opiniones in deciſione, firmatur tamen in caſu deciſionis conſtare de attentatis ex rationibus in ea deductis.

Romana Expenſarum.
Lunæ 15. Decembris 1653.
Argumentum 583.
Hæres grauatus ſi litem pro defenſione fideicommiſſi ſubſtinuit, ac expenſas fecit, poteſt illas repetere à Succeſſore in fideicommiſſo, dummodò factæ iuſtificentur nomine fideicommiſſario, & pro vtilitate fideicommiſſi, ſed ad propriam vtilitatem ad excludendum competitorem ſuper bonis fideicommiſſarijs, hoc enim caſu expenſas non conſequitur.

Aſſiſien. Cenſus.
Vener. 23. Ianuarij 1654.
Argumentum 584.
Nullitates obiectæ contra impoſitionem cenſus ob defectum numerationis pecuniæ in actu impoſitionis, & ob incertitudinem fundi cenſiti in deciſione refelluntur.

Aſſiſien. Cenſus.
Veneris 23. Ianuarij 1654.
Argumentum 585.
Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi fructus cenſus datur conſtito de illorum exactione, non obſtante ſententia ſuper nullitate cenſus, ſi illius effectus eſt per appellationem ſuſpenſus.

Ariminen. Succeſſionis.
Lunæ 26. Ianuarij 1654.
Argumentum 586.
Fratri ab inteſtato defuncto non ſuccedit ſoror germana ſi renunciationem antea fecit fauore fratrum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, quorum appellatione veniunt hæredes etiã extranei, ſed ei ſuccedit auunculus proximioribus non exiſtentibus.

Cæſaraugustana Canonicatus.
Mercur. 4. Februarij 1654.
Argumentum 587.
Ius conferendi Canonicatus vacantes in menſibus Martij, & Septembris competit Capitulo Cæſaraugustano vna cum Archiepiſcopo vigore Bullæ ſecularizationis, & tunc Archiepiſcopus conſideratur, tanquam vnus de Capitulo, vt deſumitur ex verbis eiuſdem Bullæ. Capitulum quando eſt ſuſpenſum, & interdictum, licet aliqui Canonici ſint exceptuati, ius conferendi Capitulo competens exercere non valent, quia illud non habent tanquam ſinguli, ſed tanquam vniuerſi, niſi interdictum, vel ſuſpenſio non generaliter, ſed ſpecialiter contra ſingulares perſonas eſſet latum, quo caſu exceptuati exercere poſſunt munia Capituli.

Auximana Dotis.
Veneris 6. Februarij 1654.
Argumentum 588.
Filius, cui à Patre adhuc viuente fuit reſtituta primogenitura cum onere dotandi ſorores, tenetur ad dotationem etiamſi ſit minor & ſeruatæ non fuerint ſolemnitates Statuti Vrbis, & Conſtitutionis Marchiæ, quæ in obligatione neceſſaria, qualis eſt dotatio ſororum, non ſunt neceſſariæ. Reliqua deſume ex Summarijs.

Vrbeuetana Cenſus.
Lunæ 23. Februarij 1654.
Argumentum 589.
Quaſi poſſeſſio exigendi fructus acquiſita à cedente tranſlata dicitur in ceſſionarium, quia ceſſio in corporalibus vim habet traditionis. Bulla Congregationis Baronum facultatem tribuit eidem Congregationi procedendi etiam capta extraiudiciali informatione in venditione bonorum debitorum, quibus ex eadem Bulla facultas adimitur impugnandi, vel retardandi bonorum venditionem.

Romana Legati Mobilium.
Vener. 27. Februarii 1654.
Argumentum 590.
Legatum relictum quod fuerit à Teſtatore præuentiue legatario ſolutum ex quibus probetur? Voluntas Teſtatoris poteſt declarari à Teſtibus ſingularibus. Conſtitutum appoſitum ſuper bonis futuris operatur ſuum effectum ex die, in qua bona acquiruntur. Legatum in dubio ſicuti non cenſetur inductum ità nec etiam cenſetur ademptum, & reuocatum.

Placentina Bonorum.
Lunæ 2. Martij 1654.
Argumentum 591.
Hæres ſi promiſit de proprio ſoluere legata, an talis obligatio intelligatur ſimpliciter, vel quatenus bona Teſtatoris ſuppetant? plenè in deciſione diſcutitur.

Colonien. Camerariæ.
Veneris 6. Martij 1654.
Argumentum 592.
Geſta in partibus poſt commiſſionem auocatoriam tanquam attentata veniunt reuocanda, & grauiora redduntur ſi commiſſa probantur etiam poſt præſentatam inhibitionem Rotalem, necnon etiam inhibitionem Eminentiſs. Cardinalis Signaturæ Iuſtitiæ Præfecti. Attentans tenetur ad omnia damna, & expenſas ſiuè iudiciales, ſiuè extraiudiciales.

Beneuentana Succeſſionis.
Veneris 13. Martii 1654.
Argumentum 593.
Subſtitutio reciproca inter hæredes inſtitutos, ex quibus deſumatur? & an etiam inter eorum deſcendentes locum habeat?

Maioricen. Beneficij.
Lunæ 16 Martij 1654.
Argumentum 594.
Proximioritas narrata in litteris Apoſtolicis abundè remanet probata ab impetrante, ſi conſtat eum deſcendere ab exiſtente in quaſi poſſeſſione proximioritatis fundatoris, licet de ea non conſtet per gradus diſtinctos, quia talis iuſtificatio neceſſaria non eſt quoties aduerſarius ſuam proximioritatem non probauit. Valor beneficij non remanet probatus à Teſtibus ignorantibus eiuſdem redditus, ac onera. Valor quando deducitur obiectiuè, tunc probandus eſt per decennium. Legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum Apoſtolicarum non eſt, qui non poſſidet, nec litteras ſuæ gratiæ expediri curauit.

Bononien. Succeſſionis.
Mercur. 18. Martij 1654.
Argumentum 595.
Agitur in hac deciſione de diuiſione bonorum dotalium, & extradotalium auiæ facienda inter nepotes pro conſequenda legitima, & tertium virum pro conſecutione lucri dotalis debiti vigore Statuti Bononiæ.

Romana Retentionis Domorum;
Lunæ 20. Aprilis 1654.
Argumentum 596.

Legata ab hærede grauato ſunt ex bonis liberis ſi extant, non autem ex bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis exſoluenda; Relatio Periti ſuper inſubſiſtentia crediti fideicommittentis ergà hæredem grauatum non nocet ſi emanauit fideicommiſſario non citato, & deregitur erronea. Aſſignatio facta creditori, quando potius facta dicatur in pignus, quam in ſolutum.

Alerien. Vicariæ.
Vener. 24. Aprilis 1654.
Argumentum 597.

Mandatum de manutenendo datur poſſeſſori, aduerſus factum Iudicis nulliter, & iniuſtè procedentis. Regula de triennali tuetur poſſeſſorem triennalem tam in petitorio, quam in poſſeſſorio.

Vrbeuetana Cenſus.
Lunæ 27. Aprilis 1654.
Argumentum 598.

Cenſus impoſitus ſuper pluribus corporibus expreſſis eorum confinibus in genere validus eſt, quando ex ſignis, & nominibus communibus ſingulorum corporum confinia deſignantur cum hoc Conſtitutio Piana expreſsè non requirat, ſed ſolum quod fines ſint certi, & plura deducuntur in caſu deciſionis ſigna ex quibus confinia ſatis certificantur, & reſpondetur etiam adductis pro nullitate cenſus ob non ſpecificationem confinium, vt latè colligere poteris ex Summarijs.

Leodien. Pecuniariæ.
Mercur. 29. Aprilis 1654.
Argumentum 599.

Mutuum ab Abbate contractum abſque licentia & mandato Monachorum ex quibus præſumptionibus, & coniecturis probetur, in vtilitatem Monaſterij fuiſſe verſũ, itaut ad illius reſtitutionem teneantur.

Bononien. Bonorum de Amorinis.
Lunæ 11. Maij 1654.
Argumentum 600.

Manutentio danda eſt mulieri, docenti ſe viuente viro bona dotalia poſſediſſe; quæ poſſeſſio licet fuerit Iure familiaritatis, attamen mortuo viro ex ſuperuenientia noui tituli dicitur illico mutata cauſa poſſidendi; reiectis exceptionibus pro impedienda manutentione ad petitorium.

Calaguritana Beneficij de Cerruera.
Veneris 15. Maij 1654.
Argumentum 601.

Beneficium in concurſu plurium oppoſitorum adiudicandum eſt Digniori, & quiſnam adhunc effectum reputetur dignior?

Ariminen. ſecundo Geniture.
Lunæ 18. Maij 1654.
Argumentum 602.

Secundogenitura à Teſtatore inſtituta non debetur ei qui ſecundo loco natus eſt ſi tempore delatæ ſucceſſionis per obitum primogeniti deſijt eſſe ſecundogenitus, & primus euaſit, quia Teſtator ad tempus delatæ ſecundogenituræ reſpexit, ſecus autem ſi ad ſolum tempus natiuitatis.

Beneuentana Dotis.
Mercurii 20. Maii 1654.
Argumentum 603.

Ceſſio Iurium reportata à Tutore nomine proprio mediante Procuratore Tutoris, & pupillorum ei ſolummodò ſuffragatur, ſi pro obtinenda ceſſione rem propriam tradidit. Debitor dotis, an poſſit in prætudiciũ vxoris præſcribere marito viuente actionem de dote? Mala fides præſcriptionem impedit, & nocet etiam hæredi debitoris. Statutaria præſcriptio 30. annorum ſolutionem inducens locum non habet quoties aliqua præponderans præſumptio militat in contrarium.

Rheginen. Manutentionis.
Veneris 22. Maij 1654.
Argumentum 604.

Mandatum de manutenendo datur pro reuocatione attentatorum, quando conſtat de anteriori poſſeſſione attentatum paſſi, & ex quibus anterior poſſeſſio iuſtificata remaneat? Curator poſt litem conteſtatam poteſt Procuratorem conſtituere; Secus verò ante litis conteſtationem, & redditur ratio diuerſitatis.

Camerinen. Bonorum.
Mercur. 3. Iunii 1654.
Argumentum 605.

Fideicommiſſum inductum dicitur quando filij filiorum hæredum inſtitutorum ſunt poſiti in conditione concurrentibus coniecturis, ex quibus receditur ab opinione *gloſſ. in l. Lucius la 2. ff. de hered. inſtit.* quæ in deciſione ſigillatim enumerantur.

Romana Cenſus, ſeu Saluiani,
Lunæ 8. Iunii 1654.
Argumentum 606.

Officia quæ ſunt de regalibus Principis indiſtinctè alienari nec hypothecari valent abſque conſenſu Principis, ſecus ſi ſunt hæreditaria vel Romanæ Curiæ, quæ ſunt in libero commercio, & in tantum requiritur in illorũ alienatione licentia Principis in quantum ipſe Princeps intendit obuiare fraudibus, & eſſe certus de vacatione. Officium Præfecti Curſorum eſt propriè de regalibus Principis. Officium quando acquiſitum dicatur titulo oneroſo, vel potiùs ex gratia, & liberalitate Principis.

Romana Apotecæ, ſeu Pecuniariæ.
Lunæ 8. Iunij 1654.
Argumentum 607.

Venditor ſi domum vendidit, quam cum alio communem habebat cenſetur ſolum vendidiſſe partem ad ipſum tangentem, præcipuè quando ex inſtrumento venditionis apparet de ſua tantùm parte venditorem ſenſiſſe, & emptorem notitiam habuiſſe domum venditam in totum non ſpectare ad venditorem, & ex quibus talis ſcientia deſumatur?

Vrbinaten. Prædij.
Veneris 12. Iunii 1654.
Argumentum 608.

Fideicommiſſum particulare ſuper aliquo prædio poſt conſtitutum fideicommiſſum vniuerſale ex quibus inductum dicatur?

Romana Læſionis.
Veneris 12. Iunij 1654.
Argumentum 609.

Læſio in ſexta parte prætij ſufficit quando agitur de reſcindenda venditione facta à Iudice licet in dimidia requiratur quando venditio fuit facta ab ipſomet Domino, ratio diuerſitatis eſt quia in venditione voluntaria maior læſio requiritur ex quo venditor ſibi imputet ſi rem viliori prætio vendidit, quæ ratio non militat in venditione facta à Iudice mediante ſubhaſtatione, nam in ea non concurrit voluntas Domini, & Iudex non habet tam abſolutam diſpoſitionem, quam habet ipſe Dominus.

Romana Cenſus.
Lunæ 15. Iunij 1654.
Argumentum 610.

Cenſus ſi fuit ceſſus & deinde extinctus cum hærede cedentis extinctio non ſubſtinetur. Filij in conditione poſiti etiam attenta diſpoſitione Statuti Vrbis non cenſentur vocati quando concurrunt coniecturæ pro illorum excluſione, quia ſtatutum inducens vocationem non operatur contra voluntatem diſponentis. Reliqua deſume ex Summarijs.

Vercellen. Emphyteuſis.
Lunæ 15. Iunij 1654.
Argumentum 611.

Pro Canonibus decurſis, & non ſolutis an Domino directo competat actio hypotecaria, ſiue perſonalis in rem ſcripta, exequibilis etiam contra tertium poſſeſſorem rei emphiteuticæ? afferuntur in deciſione duæ contrariæ opiniones. Emphiteuta obligans omnia ſua bona pro obſeruantia contractus non comprehendit ſub hac obligatione bona propria hæredis præſertim quando hæreditatem adiuit cum beneficio leg. & inuent.

Bononien. Fideicommiſſi de Barbettis.
Veneris 19. Iunij 1654.
Argumentum 612.

Statutum Bonon. *lib. 2. ſub Rubr. quod nullus occupet poſſeſſionem, §. ſtatuimus.* prohibet ne alter quam hæres vltimi poſſeſſoris poſſeſſionem ingredi valeat, niſi præuijs legitimis citationibus. Item diſponit quod non obſtante poſſeſſione ab alio apprehenſa hæres in poſſeſſionem immittatur, & licet ſtatutum non ſuffragetur hæredi legitimo, quando hæres teſtamentarius eiuſdem defuncti con-

concurrit, non tamen ſuffragatur fideicommiſſario ſi fideicommiſſum non eſt omninò clarum, ſed eius vocationem deſumit ex coniecturis.

Bononien. Legatorum.

Lunæ 22. Iunij 1654.

Argumentum 613.

Legatum relictum contemplatione Eccleſiæ, cum onere quod illius adminiſtratio ſpectet ad Confratres eiuſdem Eccleſiæ, ſi plures in dicta Eccleſia adſunt Confraternitates ad omnes æqualiter ſpectat adminiſtratio cum omnes Eccleſiam repræſentent.

Lucana Cenſus.

Lunæ 22. Iunij 1654.

Argumentum 614.

Hypotheca cenſualis quando cenſus impoſitus fuit ab initio nullus, an incipiat à tempore impoſitionis, vel ſanationis factæ à Papa? & affertur contraria DD. opinio, reſoluitur tamen in deciſione hypothecam incipere à die impoſitionis etiam in præiudicium hypothecarum alijs medio tempore acquiſitarum ex rationibus in ea deductis.

Calaguritana Beneficij.

Lunæ 22. Iunij 1654.

Argumentum 615.

Referuntur in hac deciſione qualitates, quibus in concurſu cum alijs oppoſitoribus quis prælationē mereatur.

Camerinen. Reſciſſionis Contractus.

Veneris 26. Iunij 1654.

Argumentum 616.

Inter emptorem, & venditorem ſi pactum interceſſit quod intra certum tempus venditor teneatur obtinere à Papa derogationem fideicommiſſi ſuper re vendita, vel declarationem à Iudice de eius commiſſione citatis citādis fideicommiſſum non extare, alias enim licitum ſit emptori à contractu recedere, ſi venditor elapſo termino declarationem obtinuit, quam emptor approbauit, non poteſt amplius dictam declarationem impugnare nec pacto reſolutiuo vti.

Aſſiſien. Cenſus.

Veneris 26. Iunij 1654.

Argumentum deſume ex Summarijs vt infra. 617.

Romana Pecuniaria.

Veneris 26. Iunij 1654.

Argumentum 618.

Pecunias fuiſſe alicui conſignatas ad effectum inueſtiendi probatur ex teſtibus, qui præſentes fuerunt contractui, & reijciuntur exceptiones contra perſonas teſtium obiectæ. Promittens pecunias inueſtire in locis Montiū, Inueſtimento non ſequuto tenetur ad damna, & intereſſe, quorum loco ſuccedunt ipſi fructus, qui ex Inueſtimento faciendo percepti fuiſſent.

Meleuitana Fructuum.

Veneris 26. Iunij 1654.

Argumentum 619.

Ceſſionarius agere poteſt contra cedentem nedum ad reſtitutionem ſortis principalis cenſus ſibi ceſſi, verum etiam ad fructus loco damnorum, & intereſſe ſi cenſus ceſſus non eſt bonus, verus, & exigibilis, prout cedens promiſerat.

Alerien. Vicaria.

Veneris 26. Iunij 1654.

Argumentum 620.

Concurſus non requiritur in Vicarijs menſæ Epiſcopali, vel alicui dignitati perpetuo vnitis. Quaſi poſſeſſio vnionis ex quibus probetur? Triennium requiſitum à regula de triennali à quo tempore ſit computandum?

Veliterna Tenutæ.

Mercurii 1. Iulii 1654.

Argumentum 621.

Poſſeſſio alicuius tenutæ priuatiue quoad alias ex quibus probata remaneat? Statutum Sermonetæ *lib. 4. cap. 22.* diſponēs circa paſcua animalium in Tenuta Schiti, cum ſit conditum de voluntate Ducis arguit dominiū Tenutæ non ſpectare ad Communitatem, ſed ad Ducem. & reijciuntur in hac deciſione teſtes adducti pro parte Communitatis ad probandum actus poſſeſſorios.

Bononien. Primogenituræ.

Mercurii 1. Iulij 1654.

Argumentum 622.

Primogenitura inſtituta à Teſtatore fauore proximioris conſanguinei, an debita ſit proximiori in gradu, vel lineæ? & adductis pro vtraque parte contrarijs opinionibus firmatur in caſu deciſionis proximiorem eſſe intelligendum non reſpectu gradus, ſed lineæ. Reliqua deſume ex Summarijs.

Aſtoricen. Parochialis.

Mercurij 1. Iulij 1654.

Argumentum 623.

Declaratoria danda eſt contra non parentem litteris Rotalibus etiā non ſeruatis ſolitis quatuor terminis, quando conſtat de poſitiua contradictione. Termini cum interuallo decem dierum pro ſingulis ſeruantur ſolum pro obtinenda aggrauatoria. Declaratoria euitari nequit ob defectum iuriſdictionis, quando non eſt clarus, & palmaris.

Interamnen. Fideicommiſſi.

Mercurij 1. Iulij 1654.

Argumentum patet ex Summario 624.

Bononien. Succeſſionis de Zanis.

Mercurii 9. Decembr. 1654.

Argumentum 625.

Religioſus Societatis Ieſu poſt emiſſam profeſſionem poteſt ex cauſis à Generali approbatis è Religione egredi. Votum redeundi ad Religionem an liget, niſi fuerit à ſuperiore acceptatum? Statutum Bononiæ excluſiuum fœminarum cum dirigat verba ad tempus delatæ ſucceſſionis non comprehendit Monialem, ſi tempore monachatus hæreditas eſt delata ex defectu tàm poteſtatis quàm voluntatis ſtatuentium, & plura ad materiam facientia benè in deciſione ponderantur.

Sulmonen. Diſtributionum.

Veneris 11. Decembris 1654.

Argumentum 626.

Diſtributiones quotidianæ vt abſenti ex cauſa infirmitatis debeantur, requiritur quod abſens ante infirmitatem conſueuerit intereſſe diuinis, & ex quibus probetur ſolitum non reſidendi?

Bononien. Diſcuſſionis.

Lunæ 14. Decembr 1654.

Argumentum 627.

Bonorum diuiſio facienda eſt inter creditores mercatoris decocti per æs, & libram vigore Stat. Bonon. fori mercat. *cap. 66. & Reformationis editæ anno 1619.* ſiue creditores habeant generalem, vel ſpecialem hypothecam, ſiuè ſpeciali nota digni ſint, exceptis tantum creditis dotis, & Cameræ Bononiæ. Item in prima parte Statuti in qua agitur de concurſu faciendo per æs & libram excipiuntur etiam creditores habentes pignus: ſub dicto ſtatuto & reformatione comprehenduntur etiam contractus iurati.

Romana, ſeu Veliterna Affictus.

Veneris 30. Aprilis 1655.

Argumentum 628.

Nomina debitorum ſi fuerunt à ſpoliatore diſtracta, & prætium receptum tunc eſt in poteſtate ſpoliati agere, vel contra nomina debitorū ſi extant, vel contrà prætiū receptum à ſpoliatore. Retentio quādo detur etiam in ſpolio iudiciali? Teſtis depoſitio potius attēdi debet ſuper Interrogatorijs quam ſuper articulis, & quare?

Bononien. Diſcuſſionis.

Mercurij 5 Maij 1655.

Argumentum 629.

In has deciſione plenè examinantur Statutum 68. fori Mercatorum Bononiæ, necnon Reformatio fori Mercatorū, & latè etiam explicatur extenſio prætarij iuxtà formularium Bononiæ, ac vlterius quod præfatum Statutum fori Mercatorum quamuis ſit à Papa confirmatū non ligat Clericos ex defectu voluntatis ſtatuentium. Reliqua deſume ex Summarijs.

Foroſempronien. Bonorum.

Veneris 14. Maij 1655.

Argumentum 630.

Sententia concedens immiſſionem cohæredi ſuper portione ſibi tangente bonorum hæreditariorum, & inſimul ipſum condemnans ad dimittendū poſſeſſionem aliorū bonorum hæreditariorum fauore aliorum cohæredum, necnon ad reddendam rationem de bonis adminiſtratis, nequit executioni demandari in parte immiſſiua, niſi adimpleatur in parte condemnatoria, & ex quibus iuſtificatum remaneat de dimiſſione poſſeſſionis ac ſufficienti redditione rationis. Compromiſſum factum inter fratres non comprehendit prætenſiones iam per rem iudicatam terminatas: minuſque tranſit ad hæredes quando pro hæredibus ſtipulatum non fuit.

Argu-

Index Argumentorum.

Auximana Dotium.
Mercurij 26. Maij 1655.
Argumentum 631.

In hac deciſione latè diſcutitur, quando ceſſio dicatur potiùs tranſlatiua, quàm extinctiua? Liberatio reportata ab vno ex correis ſuffragatur omnibus.

Ariminen. Succeſſionis.
Merc. 26. Maii 1655.
Argumentum 632.

Stipulatio pro hæredibus quibuſcumque facta à Notario in Inſtrumento renunciationis, quod fuerit à renunciante acceptata, & approbata ex quibus probetur? & declaratur, quo caſu loquatur doctrina *Molphes.* Reliqua deſume ex Summarijs.

Florentina Oratorij.
Luna 31. Maii 1655.
Argumentum 633.

Filius natus ex muliere coniugata præſumitur potius mariti, quam adulteri, hæc tamen præſumptio cum ſit iuris, non autem iuris, & de iure admittit probationem in contrarium reſultan. ex impotentia, vel abſentia mariti, vtrumque tamen debet à teſtibus concludenter probari pro elidenda huiuſmodi præſumptione, & ex quibus neutrum in caſu huius deciſionis probatum dici nequeat.

Ariminen. Fructuum.
Luna 7. Iunij 1655.
Argumentum 634.

Statutum Arimini ſub *Rubr. de vſufruct. rerum vxor.* defert marito generaliter, & indiſtinctè omnes vſusfructus, ſiue parafrenales, ſiue dotales ſint, non attento diſſenſu mulieris, ac comprehēdit etiam fructus extantes, & adhoc ponderantur verba Statuti. Statutum quando non eſt odioſum odio irrationabili, ſed habet motiuum rationis, tunc ſufficit illius confirmatio in forma communi.

Poſnanien. Canonicatus.
Luna 7. Iunij 1655.
Argumentum 635.

Manutentio danda eſt anteriori poſſeſſori, & ex quibus anterior poſſeſſio probetur? Poſſeſſor ſemper eſt citandus quamuis eius poſſeſſio ignoretur. Manutentio etiā in beneficialibus datur abſque exhibitione, & iuſtificatione tituli, nec licitum ſit vnicuique poſſeſſores moleſtare.

Bononien. Accollationis Debitorum.
Mercur. 9. Iunij 1655.
Argumentum 636.

Accollans debita alicuius dummodo correſpectiuè ad accollationem accollatarius teneatur ei conſignare quædam mobilia, probata conſignatione tenetur ad debita accollata, & conſignatio ſiue traditio probatur ex verbis inſtrumenti *dedit, & aſſignauit* &c. nec teſtes deponentes ſe in actu celebrationis inſtrumenti non vidiſſe conſignari mobilia, probant negatiuam non conſignationis, cum dicta verba intelligi poſſint de conſignatione paulo ante rogitum inſtrumenti.

Romana Retentionis Domorum.
Mercur. 9. Iunij 1655.
Argumentum 637.

Datio inſolutum reſultans ex clauſula *Conſtituti* necnon ex verbis *onde concede, dà, e trasferiſce* nullo exiſtente credito reſoluitr in ſimplex pignus. Creditum quando eſt turbidū tam quoad ſubſtantiam, quam quoad quantitatem non meretur retentionem.

Anconitana Pratenſa venditionis.
Luna 14. Iunii 1655.
Argumentum 638.

Emptor poteſt à contractu recedere ante confectum Inſtrumentum venditionis, quamuis conuentum fuerit de re, & prætio ſi partes in ſcriptis contrahere voluerunt, & Inſtrumentum confici, non ad probationem ſimpliciter, ſed pro ſubſtantia contractus. Et ex quibus deſumatur partes ante confectum Inſtrumentum non habuiſſe contractum pro perfecto.

Calaguritana Beneficii de Aro.
Luna 14. Iunij 1655.
Argumentum 639.

Adiudicatio Beneficij in Diœceſi Calaguritana debita eſt digniori, & habenti qualitates à Conſtitutione Clementina requiſitas, & quiſnam ad hunc effectum reputetur dignior?

Cæſaraugustana Cathedralitatis.
Luna 21. Iunii 1655.
Argumentum 640.

Antiqua Cathedralitas Eccleſiæ B. Mariæ de Pilari Ciuitatis Cæſaraugustanæ, ex quibus ſignis, & argumentis probata remaneat, nec per erectionem ſucceſſiuè Eccleſiæ S. Saluatoris in Cathedralem fuit ab ea abdicata, nam incongruum non eſt, quod Epiſcopus in ſua Ciuitate habeat duas Eccleſias vnam Cathedralitatem conſtituentes ob ipſarum vnionem. Sententia ob non proſecutam appellationem ſpatio longi temporis, nec prorogata fatalia tranſit in iudicatum, nec locus eſt reſtitutioni in integrum non docto de læſione.

Cæſaraugustana Cathedralitatis.
Luna 21. Iunij 1655.
Argumentum 641.

Recurſus ad Iudices Laicos habitus à Procuratore non afficit principalem, niſi conſtet de illius ratificatione, & ex quibus ratificatio excludatur?

Colonien. Camerariæ.
Veneris 25. Iunij 1655.
Argumentum 642.

Declaratoria fertur contra ſingulares perſonas, interdictum verò contra Capitulum, quamuis conſtet intimationem mandati rotalis non fuiſſe factam capitulariter, ſi de eius notitia liquidò apparet. Contumacia in non parendo mandatis rotalibus, ex quibus probetur?

Bononien. Primogenituræ.
Vener. 25. Iunij 1655.
Argumentum 643.

Inſtrumentū extractū ex rogitibus Notarij rogati à Notario deputato à Correctore, & Conſulibus Societatis Notariorum fidem meretur tam attenta diſpoſitione Statuti Bononiæ *lib. 2. Rubr. de Inſtrum. & act.* quam etiam Iuris communis, quamuis originale non exhibeatur, quia exemplum vim habet originalis præcipue concurrente obſeruantia inſtrumenti extracti.

Romana Apothecarum.
Vener. 25. Iunij 1655.
Argumentum 644.

Emptor quod ſciuerit totam rem emptam non ſpectare ad venditorem, ſed tantum pro parte, & pro ea tantū emere intenderit, ex quibus potiſſimè conuincatur? Et ſtante ſcientia emptoris imputari nequit venditori ſi eum de qualitate rei non certiorauit, quia ſatis concurrente ſcientia certioratus dicitur. In venditione regulariter non venit niſi tantum pars ad venditorem ſpectans, quamuis certi fines rei venditæ deſcripti fuerint, & reſpondetur coniecturis adductis pro comprehenſione totius rei venditæ.

Montis Faliſci Canonicatus.
Luna 28. Iunii 1655.
Argumentum 645.

Valor per non exceſſum non probatur per Teſtes deponentes per aſcenſum, & ex quibus probetur? Mentio curæ in impetratione an & quando ſit facienda? Cura animarum quando reſidet penes Collegiatam, tunc ſinguli Canonici non dicuntur habere curam. Prouiſus ab Ordinario non eſt legitimus contradictor aduerſus prouiſum Apoſtolicum quando euidenter conſtat de nullitate collationis Ordinarij.

Romana Pecuniaria.
Luna 28. Iunii 1655.
Argumentum 646.

Confideiuſſores quinam dicantur? Locator operarum an teneatur de leuiſſima culpa? expenditur *text. in l. ſi merces §. qui columnā ff. locati*, & ponderantur verba *Diligentiſſimus*. Obligatio fideiuſſoris pro adminiſtratione alicuius officij reſtringi debet ad ea tantùm quæ ratione officij officialis facere tenetur, nec ad aliud extenditur. Reliqua circa culpam officialis ratione officij, deſume ex ſummarijs.

Burgen. Beneficij.
Luna 28 Iunij 1655.
Argumentum 647.

Conſtitutio Synodalis condita ab Epiſcopo approbante Synodo Diœceſana ſi non eſt contra ius ſed præter ius reputatur valida, præſertim quando emanauit ad vtilitatem Eccleſiæ, vt ſcilicet illi prouideatur de perſonis idoneis, & concurrit illius obſeruantia.

Ver-

Index Argumentorum.

Vercellen, Manutentionis, ſeu Decimarum.

Luna 28. Iunij 1655.

Argumentum 648.

Manutentio in bonis deliberatis danda eſt deliberanti, quando conſtat de validitate, & iuſtitia deliberationis, & de actuali apprehenſione poſſeſſionis bonorum deliberatorum, debet tamen ad hunc effectum probari validitas, ac iuſtitia deliberationis ex actis ab eo qui in ſcientia Iudicis ſe fundat. Citatus comparere non tenetur in loco non tuto, quoties de hac qualitate apparet, aliàs ſecus. Emphyteuta non tenetur ſoluere canones ſi conſtat bona emphyteutica fuiſſe ab hoſtibus occupata. Defectus iuriſdictionis laicalis contra Eccleſiam, & perſonas Eccleſiaſticas ipſis tacentibus allegari nequit à laicis. Poſſeſſio ciuilis quando dicatur amiſſa etiam non lapſo decennio?

Beneuentana Succeſſionis.

Luna 5. Iulii 1655.

Argumentum 649.

Fideicommiſſario non retardatur immiſſio ſub prætextu retentionis, quæ non competit grauato, ſi eius credita ſunt turbida, & illiquida. Identitas bonorum fideicommiſſi probatur ex confeſſione grauati, emiſſa in inſtrumento captæ poſſeſſionis, præſertim quando non probatur error confeſſionis ad quem excludendum ſola poſſibilitas contraria ſufficit.

Leodien. Bonorum.

Luna 5. Iulij 1655.

Argumentum 650.

Pactum reuerſiuum deficientibus liberis appoſitum fauore proximiorum in Inſtrumentis dotalibus iuxtà conſuetudinem patriæ Leodienſis purificatur quando eſt indefinitè non autem alternatiuè ſi contingeret ſponſum, vel ſponſam mori nullis ſuperſtitibus liberis, & redditur ratio diuerſitatis in deciſione.

Bononien. Bonorum de Amorinis.

Luna 5. Iulii 1655.

Argumentum 651.

Attentata vt purgata dicantur vltra renunciationem requiritur quod attentans fructus reſtituat, ac expenſas reficiat.

Vrbeuetana Cenſus.

Luna 5. Iulii 1655.

Argumentum 652.

Solutio fructuum Cenſus facta marito ſuffragatur quoties agitur de cenſu dotali ſiue parafrenali, quia tunc dicitur habere mandatum à lege. Verba *Saluo iure* in ſolutione quid importent? Contra hæredem hæredis tranſeunt omnia iura paſſiua competentia contra primum defunctum.

Calaguritana Beneficij de Bilbao.

Luna 5. Iulij 1655.

Argumentum 653.

Simonia quando agitur ad effectum priuationis eſt plenè, & concludenter probanda, ſecus verò ad effectum repellendi ab aſſecutione, tunc enim ſufficit ſola diffamatio, nec plenæ probationes requiruntur. Nec diffamatio tollitur per ſententiam abſolutoriam latam non ex capite innocentiæ, ſed non probati delicti. Nam nouis ſuperuenientibus indicijs diffamatus poteſt iterum vexari, & ex priori inquiſitione ſemper remanet quædam macula, ob quam in concurſu non habentis talem maculam ſemper veniat poſtponendus.

Bononien. Legatorum.

Mercurij 24. Nouembris 1655.

Argumentum 654.

Confraternitates duæ ſi exiſtunt in Eccleſia, tunc adminiſtratio legati relicti Eccleſiæ ſpectat ad vtramque, præcipuè quando conſtituunt vnum corpus, & ambæ adminiſtrant Eccleſiam, ac verba Teſtatoris ad vtramque etiam diriguntur, & ex quibus probetur adminiſtrationem Eccleſiæ ad vtramque Confraternitatem ſpectare?

Vercellen. Manutentionis.

Veneris 10. Decembris 1655.

Argumentum 655.

Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis etiam cum qualitate detentionis, nam ea reiecta vti habente præſumptionem iuris confeſſio admittitur. Acceſſus non tutus, in loco Iudicij allegari nequit à principali ſi cõparere poteſt per Procuratorem, ſecus ſi locus non eſt tutus ipſi nec Procuratori. Poſſeſſio in materijs iuriſdictionalibus, decimalibus, & ſimilibus acquiſita reſpectu alicuius actus particularis ſuff agatur quoad omnes alios actus ſtante cauſa vniuerſali.

Cæſaraguſtana Cathedralitatis.

Veneris 10. Decembr. 1655.

Argumentum 656.

In hac deciſione plenè diſcutitur quando recurſus ad Iudices laicos ſint liciti nec ne? & quando habiti à Procuratore afficiant principalem, ſi habita notitia illis non renunciauit? Reliqua deſume ex Summarijs.

Cæſaraguſtana Penſionis.

Veneris 28. Ianuarij 1656.

Argumentum 657.

Manutentio danda eſt penſionario in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, & ex quibus quaſi poſſeſſio probetur? Manutentio non denegatur penſionario in gradu appellationis, & reſtitutionis in integrum.

Cæſaraguſtana Penſionis.

Luna 31. Ianuarii 1656.

Argumentum 658.

Penſio non extinguitur per profeſſionem emiſſam ſi penſionarius diſpenſationem illam retinendi obtinuit, quãuis profeſſio fuerit emiſſa ante expeditionem litterarũ in forma *rationi congruit* per Pontificem ſucceſſorem, & ad hoc latè declaratur Regula 53. Cancell. Litteræ in forma *rationi congruit* paſſim expediuntur a Pontifice ſucceſſore ſuper ſupplicatione ſignata à Prædeceſſore, & tunc gratia poſt expeditas litteras ſuffragatur à puncto conceſſionis. Gratia quando dicatur facta, & quando facienda? Reliqua circa hanc materiam deſume ex Summarijs.

Calaguritana Beneficij de Aleſſango.

Luna 31. Ianuarij 1656

Argumentum deſume ex Summarijs 659.

Bononien. Primogenituræ.

Luna 14. Februarii 1656.

Argumentum 660.

Concordia, à qua mutuo partium conſenſu fuit receſſum non poteſt à Papa confirmari ad ſupplicationem vnius ex tranſigentibus inſcia & inuita altera parte. Reſolutio concordiæ præuia reſeruatione beneplaciti Apoſtolici cum clauſula *non alias aliter nec alio modo* inducta dicitur, ſi intra terminum præfixum non ſit obtentum.

Baren. Beneficij.

Veneris 18. Februarii 1656.

Argumentum 661.

Agitur de adiudicatione beneficij ad fauorem habentis qualitates à fundatore requiſitas, & ſignanter, quod ſit de linea maſculina eiuſdem fundatoris. Conditiones in fundatione adiectæ ſi fuerunt ab Ordinario approbatæ nequeunt deindè à fundatore retractari. Deſcendentia à fundatore ex quibus probetur?

Neapolitana Bonorum.

Veneris 18. Februarii 1656.

Argumentum 662.

Bona aſſignata Monaſterio à Moniali pro elemoſina dotali quoad vſumfructum purè, & liberè, & quoad proprietatem ſequuta profeſſione cum clauſula, *ex nunc prout ex tunc*, alienari nequeunt etiam pendente conditione profeſſionis abſque beneplacito Apoſtolico, & iuſta cauſa requiſitis in alienatione rerum Eccleſiæ, quia ad hunc effectum etiam pendente conditione profeſſionis bona Eccleſiæ cenſeri debent propter Ius in ſpe, quod etiam ex contractu conditionali oritur.

Burgen. Beneficij.

Veneris 18. Februarij 1656.

Argumentum 663.

Beneficium adiudicandum eſt habenti qualitates requiſitas à Conſtitutione Synodali. Simonia ad effectum excludendi ab aſſecutione beneficij ſufficit, quod probetur ſemiplenè, & ex quibus probata non dicatur?

Bononien. Frumenti.

Luna 21. Februar. 1656.

Argumentum 664.

Venditio frumenti, eiuſque conſignatio facta emptori, ex quibus probetur? *Statutum Bononiæ lib. 2. de probat. ſolut. § & exaduerſo* declaratur, prout etiam declaratur, *Conſtitutio fori Bononiæ rubric. 12. de teſtib. & illorum examine* Liber Mercatoris, quando probet etiam contra tertium?

Caſa-

Index Argumentorum.

Cæſaraugustana Cathedralitatis.
Lunæ 6. Martii 1656.
Argumentum 665.

Antiqua Cathedralitas Eccleſiæ B. Mariæ de Pilari, eiuſque continuatio vſque ad præſens ex quibus probetur? & ex quibus contraria probatio excludatur.

Bononien. Fideicommiſſi de Pancaldis.
Vener. 10. Martii 1656.
Argumentum patet ex Summarijs 666.

Cauallicen. Parochialis.
Vener. 17. Martii 1656.
Argumentum 667.

Litteræ Apoſtolicæ non dicuntur vulneratæ per ſententiam ſi Iudex non ſimpliciter executionem denegauit, ſed ob non illarum iuſtificationem. Contradictor legitimus non eſt habens parem titulum, ſi ille nullus, & inualidus detegitur. Vicariæ ex Conſtitut. ſa. me. Pij V, non prouidentur ad liberam electionem Ordinarij, ſed ad nominationem eorum, in quorum Eccleſijs exiſtunt, & contra dictam Conſtitut. non valet Legatus de latere diſponere, eique derogare. Legatus de latere poteſt de iure communi, Vicarias conferre, & quando collatio ei competit vigore Indulti non cenſetur dicto Indulto per Conſtitut. Pianam derogatum, non facta ſpeciali mentione.

Leodien. Bonorum.
Vener. 28. Aprilis 1656.
Argumentum 668.

Remiſſoria ad probandam obſeruantiam interpretatiuam circa pactum reuerſiuum apponi ſolitum in capitulis matrimonialibus in patria Leodienſi deneganda non eſt, præſertim concurrente fumo materiæ articulatæ.

Calaguritana Beneficii de Bilbao.
Lunæ 15. Maij 1656.
Argumentum 669.

Quando non agitur de priuando aliquem beneficio iam obtento ſed de illum repellendo ab aſſecutione ſufficit ſola diffamatio Simoniæ, & ex quibus adhuc effectum diffamatio probetur? Sententia abſolutoria reportata à diffamato de ſimonia non ſuffragatur nec diffamationem tollit, ſi illa emanauit nõ ex capite innocentiæ, ſed ob non factas probationes, & diffamatum condemnat in expenſis.

Bononien. Primogenituræ.
Veneris 26. Maii 1656.
Argumentum 670.

Fideicommiſſario non poteſt denegari immiſſio conſtito de purificatione fideicommiſſi ad eius fauorem & de identitate bonorum, & ex quibus identitas probetur? Detractiones quo caſu prætendi nequeant ab hærede grauato prout etiam melioramenta facta in bonis fideicommiſſi? Conſtitutiones Apoſtolicæ prohibent ne bona ſtatus Eccleſiaſtici poſſint diſtrahi in Foreoſes. Exceptio tamen diſtractionis opponi ſolum poteſt à Fiſco, ea ratione, quia Conſtitutiones ad fauorem Cameræ emanarunt, & quando à priuato etiam opponi valeat?

Firmana Pecuniaria, ſeu Damnorum, & Intereſſe.
Lunæ 2. Iunii 1656.
Argumentum 671.

In Iudicio repetitionis indebiti ſoluti veniſſe etiam damna, & intereſſe, quæ indebitum ſoluens paſſus eſt, nec adhunc effectum neceſſaria ſunt requiſita *Caſtrenſ. in l. 2. ff. de eo quod cert. loc.* quæ ſolùm requiruntur quando agitur de lucro ceſſante, non autem de damno emergenti. Reliqua circa hanc materiam deſume ex Summarijs.

Mediolanen. Optionis.
Veneris 23. Iunij 1656.
Argumentum 672.

Quæritur in hac deciſione an Canonicus coadiutus habens coadiutorem cum futura ſucceſſione valeat optare præbendam pinguiorem? Reſoluitur affirmatiuè, rejecta diſtinctione *Gonzal. gloſſ. 34. num. 97. & ſeqq.* & ponderatur ratio reſolutionis contra *Gonzal.* & Rota amplectitur opinionem *Garziæ* vti veriorem.

Index

INDEX DECISIONVM PER DIOECESES.

A

Acernen. Vicarij Lunæ 1. Iulij 1652. deciſ. 525.

Actina Bonorum Ven. 1. Iulij 1639 dec. 10.
Eadem Merc. 20. Februarij 1641. dec. 43.

Albinganen. Præcedentiæ Veneris 20. Iunij 1653. dec. 566.

Alerien. Vicariæ Veneris 24. Aprilis 1654. deciſ. 597.
Eadem Veneris 26. Iunij 1654. dec. 626.

Ampurien. ſeu Ciuitaten. Archipresbyteratus Ven. 14. Decembris 1646. dec. 280.
Eadem Ven. 26. Nouemb. 1649. dec. 400.

Anconitana Bonorum Lunæ 1. Iunij 1643. deciſ. 131.
Eadem Ven. 22. Aprilis 1644. dec. 173.
Eadem Lunæ 25. Februarij 1647. dec. 292.

Anconitana Legati Veneris 30. Maij 1642. deciſ. 89.

Anconitana Prædij Mercurij 18. Iunij 1642. dec. 95.
Eadem Merc. 1. Iulij 1643. dec. 142.

Anconitana prætenſæ venditionis Lunę 14. Iunij 1655. dec. 638.

Ariminen. Fructuum Lunæ 7. Iunij 1655. dec. 634.

Ariminen. Molendini Ven. 1. Iunij 1640. deciſ. 29.
Eadem Lunæ 4 Martij 1641. deciſ. 44.

Ariminen. Saluiani Veneris 19. Iunij 1643. deciſ. 136.
Eadem Mercurij 30. Maij 1646. dec. 258.

Ariminen. ſecundo geni turæ Lunæ 18. Maij 1654. dec. 602.

Ariminen. Succeſſionis Lunæ 26. Ianuarij 1654. dec. 586.
Eadem Merc. 26. Maij 1655. dec. 634.

Aſſiſien. Cenſus Veneris 23. Ianuarij 1654. dec. 584.
Eadem Ven. 23. Ianuarij 1654. dec. 585.
Eadem Ven. 26. Iunij 1654. deciſ. 617.

Aſſiſien. hæreditatis Lunæ 26. Iunij 1645. deciſ. 231.

Aſtoricen. Attentatorū Ven. 28. Iunij 1652. deciſ. 524.

Aſtoricen. Decimarum Lunæ 1. Iulij 1652. deciſ. 528.

Aſtoricen. Parochialis Merc. 1. Iulij 1654. deciſ. 623.

Auenionen. Pecuniaria Ven. 10. Febr. 1640. deciſ. 16.

Auenionen. Saluiani Lunæ 8. Iunij 1648. deciſ. 356.
Eadem Merc. 10. Martij 1649. deciſ. 379.
Eadem Lunæ 28. Martij 1650. deciſ. 416.
Eadem Ven. 10. Februarij 1651. dec. 449.
Eadem Ven. 8. Martij 1652. deciſ. 496.
Eadem Lunæ 11. Martij 1652. deciſ. 497.
Eadem Merc. 31. Iulij 1652. deciſ. 531.

Auguſtana Decimarum Lunę 27. Iunij 1639. deciſ. 8.

Auximana Dotis Veneris 6. Februarij 1654. deciſ. 588.

Auximana Dotium Merc. 26. Maij 1655. deciſ. 631.

Auximana Prædij Lunæ 14. Ianuarij 1647. deciſ. 283.
Eadem Lunæ 23. Martij 1648. deciſ. 344.
Eadem Veneris 29. Maij 1648. deciſ. 353.
Eadem Lunæ 28. Iunij 1649. deciſ. 391.

Auximana Vſuſfructus Ven. 15. Martij 1652 deciſ. 498.

B

Barchinonen. exemptionis Lunæ 20. Maij 1647. dec. 298.

Barchinonen. Iuriſdictionis Veneris 23. Maij 1642. dec. 87.
Eadem Ven. 1. Iulij 1644. deciſ. 194.
Eadem Merc. 4. Iulij 1646. deciſ. 267.
Eadem Lunæ 8. Aprilis 1647. deciſ. 295.
Eadem Lunæ 5. Iulij 1649. deciſ. 397.

Baren. Beneficij Veneris 18. Februarij 1656. deciſ. 661.

Baren. Iuriſpatronatus Ven. 14. Iunij 1652. deciſ. 512.

Baren.

Baren. Saluiani Lun. 10. Iunij 1652. dec. 511.
Eadem Lun. 24. Martij 1653. deciſ. 552.
Beneuentana Canonicatus Lunæ 14. Maij 1646. dec. 253.
Eadem Ven. 8. Februarij 1647. deciſ. 286.
Eadem Lunæ 27. Maij 1647. deciſ. 301.
Beneuentana Cenſus, ſeu pecuniaria Merc. 28. Iunij 1645. dec. 235.
Beneuentana Dotis Veneris 27. Iunij 1653. deciſ. 574.
Eadem Merc. 20. Maij 1654. dec. 603.
Beneuentana Emphiteuſis Ven. 1. Iulij 1650. deciſ. 441.
Beneuentana Succeſſionis Veneris 13. Martij 1654. dec. 593.
Eadem Lunæ 5. Iulij 1655. dec. 649.
Bergomen. Canonicatus Veneris 27. Iunij 1653. dec. 573.
Bononien. Accollationis debitorum Veneris 19. Ianuarij 1652. deciſ. 490.
Eadem Lun. 16. Decembris 1652. dec. 540.
Eadem Merc. 9. Iunij 1655. dec. 636.
Bononien. Beneficiorum Lun. 29. Maij 1645. deciſ. 221.
Eadem Ven. 24. Maij 1647. dec. 301.
Bononien. Bonorum Sabbbati 23. Ianuarij 1644. deciſ. 159.
Eadem Merc. 17. Martij 1649. dec. 381.
Bononien. Bonorum de Sanctis Veneris 15. Martij 1641. dec. 46.
Bononien. Bonorum, ſeu Fideicommiſſi de Sanctis Veneris 17. Maij 1647. deciſ. 297.
Bononien. Bonorum de Feliçinis Lun. 10. Ianuarij 1650. dec. 403.
Eadem Ven. 1. Aprilis 1650. dec. 417.
Eadem Ven. 10. Iunij 1650. dec. 426.
Eadem Lunæ 27. Iunij 1650. dec. 435.
Bononien. Bonorum de Amorinis Lunæ 11. Maij 1654. dec. 600.
Eadem Lunę 5. Iulij 1655. dec. 651.
Bononien. Diſcuſſionis Lunæ 14. Decembris 1654. dec. 627.
Eadem Mercur. 5. Maij 1655. dec. 629.
Bononien. Dotis Lun. 16. Nouembris 1643. deciſ. 151.
Eadem Lun. 19. Decembris 1644. dec 201.
Bononien. Dotis ſeu pecuniaria Veneris 27 Aprilis 1646. dec. 250.
Bononien. Emphiteuſis Lunæ 11. Decembris 1651. dec. 485.
Bononien. Fidecommiſſi Merc. 5. Iunij 1639 deciſ. 7.
Eadem Lun. 23. Ianuarij 1640. dec. 15.
Eadem Ven. 16. Martij 1640. deciſ. 18.
Eadem Ven. 22. Iunij 1640. deciſ. 31.
Eadem Lunæ 24. Martij 1642. dec. 79.
Bononien. Fideicommiſſi de Vizzani Lun. 4. Maij 1643. dec. 125.
Eadem Lun. 15. Iunij 1643. dec. 134.
Eadem Ven. 15. Ianuarij 1644. deciſ. 180.
Eadem Ven. 7. Iunij 1647. dec. 304.
Bononien. fideicommiſſi de Leonoris Ven. 22. Iunij 1646. dec. 260.
Bononien. fideicommiſſi de Sanctis Lun. 16. Martij 1648. dec. 342.
Bononien. fideicommiſſi de Bargellinis Ven. 24. Nouembris 1651. dec. 480.
Eadem Lun. 10. Februarij 1653. dec. 548.
Bononien. fideicomiſſi de Barberiſs Lun. 19. Februarij 1652. dec. 493.
Bononien. fideicommiſſi de Barbettis Ven. 19. Iunij 1654. dec. 612.
Bononien. fideicommiſſi de Pantaldis Ven. 10. Martij 1656. dec. 666.
Bononien. fideicommiſſi, ſeu Domus Lun. 30. Aprilis 1646. dec. 251.
Eadem Lun. 10. Decembris 1646. dec. 278.
Eadem Merc. 4. Decembris 1647. dec. 326.
Bononien. frumenti Lun. 21. Febr. 1656. dec. 664.
Bononien. hæreditatis Ven. 26. Iunij 1648. dec. 365.
Eadem Lun. 27. Iunij 1650. dec. 434.
Eadem Ven. 24. Martij 1651. dec. 458.
Eadem Ven. 28. Iunij 1652. dec. 521.
Bononien. Iuriſpatronatus Lunæ 28. Martij 1639. dec. 111.
Eadem Ven. 11. Maij 1640. deciſ. 26.
Eadem Merc. 4. Iulij 1640 dec. 35.
Bononien. Iuriſpatronatus de Butrigarijs Lun. 16. Martij 1643. dec. 118.
Bononien. Legati Lunæ 8. Iunij 1643. dec. 132.
Bononien. Legati, ſeu Vſusfructus Lun. 5. Decembris 1650. deciſ. 445.
Eadem Ven. 4. Iulij 1653. dec. 578.
Bononien. legatorum Lun. 22. Iunij 1654. deciſ. 613.
Eadem Merc. 24. Nouemb. 1655. dec. 654.
Bononien. Manutentionis Merc. 19. Iunij 1647. dec. 309.
Eadem Ven. 26. Iunij 1648. dec. 364.
Eadem Ven. 4. Decembr. 1648. dec. 372.
Bononien. nullitatis concordiæ Lun. 27. Ianuarij 1648. dec. 333.
Eadem Merc. 1. Iulij 1648. dec. 367.
Bononien. Pecuniaria Ven. 15. Maij 1645. deciſ. 127.
Eadem Ven. 26. Maij 1645. dec. 220.
Eadem Ven. 19. Ianuarij 1646. dec. 243.

Eadem

Eadem Mercur. 27. Iunij 1646. deciſ.265.
Bononien. pecuniaria de Lambertinis Lun. 3. Iunij 1647. dec.303.
Bononien. pecuniaria, ſeu attentatorum Ven.28. Aprilis 1645. dec.215.
Bononien. primogenituræ Merc.1. Iulij 1654 dec.622.
Eadem Ven. 25. Iunij 1655. dec.643.
Eadem Lun. 14. Februarij 1656. dec.660.
Eadem Ven. 26. Maij 1656. dec. 670.
Bononien. ſeparationis Thori Lunæ 21. Februarij 1650. dec.412.
Eadem Ven. 10. Iunij 1650. dec.425.
Bononien. Succeſſionis Ven. 4. Maij 1646. deciſ.252.
Eadem Ven. 15. Martij 1647. dec. 293.
Eadem Lun. 17. Iunij 1647. dec.307.
Eadem Lun. 15. Iunij 1648. dec.357.
Eadem Ven. 21. Aprilis 1651. dec.460.
Eadem Ven. 2. Maij 1653. dec. 554.
Eadem Ven. 13. Martij 1654. dec.593.
Eadem Mercur. 18. Martij 1654. dec.595.
Bononien. Succeſſionis de Zanis Ven. 17. Maij 1641. dec.52.
Eadem Mercurij 9. Decembris 1654. dec. 625.
Bononien. Terrarum Lun. 16. Iunij 1642. dec.93.
Eadem Venet. 12. Decembr. 1642. dec.111.
Bononien. Vſusfructus Lunæ 1. Iulij 1652. dec.527.
Brittinorien. fideicommiſſi Lunæ 13. Iunij 1644. dec.180.
Burgen. Beneficij Lunæ 28. Iunij 1655. deciſ.647.
Eadem Ven. 18. Februarij 1656. dec. 663.

C

Calaguritana Beneficij Lun. 17. Februarij 1648. dec.338.
Eadem Vener. 27. Nouembris 1648. deciſ. 371.
Eadem Lun. 15. Ianuarij 1652. deciſ.489.
Eadem Lun. 13. Martij 1652. dec.507.
Eadem Lun. 2. Decembris 1652. dec.535.
Eadem Lun. 22. Iunij 1654. dec.615.
Calaguritana Beneficij de Cornago Merc. 17. Maij 1645. dec.219.
Eadem Lun. 13. Maij 1647. dec.296.
Eadem Lun. 27. Maij 1647. dec.302.
Calaguritana Beneficij de la caſa de la Reyna Merc. 26. Ianuarij 1647. dec.284.
Calaguritana Beneficij de Entrena Ven. 3. Martij 1651. dec.453.
Calaguritana Beneficij de Ceruera Ven. 15. Maij 1654. dec.601.
Calaguritana Beneficij de Auſejo Ven. 27. Iunij 1653. dec.572.
Calaguritana Beneficij de Aro Lun. 14. Iunij 1655. dec.639.
Calaguritana Beneficij de Bilbao Lun. 5. Iulij 1655. dec.653.
Eedem Lun. 15. Maij 1656. dec.669.
Calaguritana Beneficij de Aleſſanco Lun. 31 Ianuarij 1656. dec.659.
Calaguritana Beneficiorum Ven. 26. Iunij 1648. dec.362.
Calaritana Attentatorum Vener. 28. Aprilis 1651. dec.462.
Calaritana Capellæ Mercurij 1. Iulij 1643. dec.145.
Eadem Ven. 19. Februarij 1644. dec.162.
Eadem Lunæ 14. Decembris 1648. deciſ. 374.
Calaritana Damnorum, & intereſſe Ven. 25. Iunij 1649. dec.389.
Callien. Prioratus Lunæ 5. Iulij 1649. deciſ. 399.
Eadem Lun. 26. Iunij 1651. dec.472.
Camerinen. Bonorum Lun. 1. Iulij 1652. deciſ.529.
Eadem Merc. 3. Iunij 1654. dec.605.
Camerinen. Legati Lunæ 20. Iunij 1650. dec.430.
Camerinen. Penſionis Vener. 4. Maij 1640. dec.25.
Eadem Lun. 25. Iunij 1640. dec.34.
Eadem Merc. 23. Ianuarij 1641. dec.40.
Camerinen. reſcionis contractus Ven. 26. Iunij 1654. deciſ.616.
Carpentoraten. Decimæ Croci Lun. 1. Iulij 1647. deciſ.322.
Carpentoraten. hereditatis Veneris 28. Iunij 1647. dec.317.
Eadem Ven. 5. Iunij 1648. dec.354.
Carpentoraten. tranſactionis Lun. 27. Ianuarij 1653. deciſ.544.
Caſertana penſionis Ven. 31. Martij 1645 deciſ. 213.
Caſſanen. Parochialis Merc. 26. Iunij 1652. deciſ.520.
Eadem Ven. 6. Iunij 1653. dec. 561.
Cathacen. Eccleſiæ Lunæ 23. Iunij 1642. dec. 100.
Eadem Merc. 10. Iunij 1643. dec. 133.
Cathacen. prætenſæ obedientiæ Lunæ 23. Maij 1650. deciſ.421.
Cauallicen. Parochialis Ven. 17. Martij 1656. dec. 667.

††††† Ceſe-

Ceſeraguſtana Beneficij deLinares Merc.22 Iunij 1643. dec.138.
Eadem Ven.4. Decembris 1643. dec.154.
Eadem Merc.27.Aprilis 1644. deciſ. 174.
Eadem Lun.15.Nouembris 1644.dec.195
Eadem Ven.10.Februarij 1645. dec.206.
Eadem Lun. 26. Iunij 1645 deciſ. 232.
Ceſarauguſtana Canonicatus Merc. 4. Februarij 1654.dec.587.
Ceſarauguſtana Cathedralitatis Lun.21.Iunij 1655.dec.640.
Eadem 21. Iunij 1655.dec.641.
Eadem Ven.10.Decembris 1655.dec.676.
Eadem Lun.6. Martij 1656.dec.665.
Ceſerauguſtana de CaſpeLun.11.Maij1643 dec.126.
Eadem Ven. 4. Martij 1644.dec.167.
Ceſerauguſtana Diſtributionum Lunæ 17. Martij 1642. dec.78.
Eadem Ven.27.Iunij 1642. dec.102.
Ceſarauguſtana Emolumentorum Lunæ 27. Iunij 1644.dec. 186.
Ceſerauguſtana Penſionis Ven. 28. Ianuarij 1656. dec.657.
Eadem Lun.31.Ianuarij 1656. dec.658.
Ciuitatis Plebis penſionisVen.5.Maij 1645. dec.216.
Ciuitatis Plebis Saluiani Lun.1. Iulij 1647 dec.321.
Eadem Lun.13.Ianuarij 1648. dec.330.
Cluſina Beneficij Lunæ 5. Iulij 1649. dec. 396.
Eadem Ven.29.Aprilis 1650. dec.419.
Colonien. Camerariæ Ven. 6. Martij 1654. deciſ.592.
Eadem Ven.25.Iunij 1655.dec. 642.
Colonien. Decanatus Ven. 15. Maij 1648. deciſ.351.
Colonien. ſuſpenſionis Lun.30. April.1640. deciſ.24.
Eadem Ven.25. Maij 1640. dec. 28.
Eadem Lun.18.Februarij 1641.dec.42.
Compoſtellana Parochialis Mercurij 4.Iulij 1646. deciſ.273.
Conchen.Penſionis Lun.14.Februarij 1650 deciſ.410.
Cornetana Reintegrationis Merc.26. Iunij 1641.deciſ.63.
Eadem Lun.16.Decembris 1641.deciſ.72.
Cracouien. Attentatorũ Lun.17.Iunij1652. dec.515.
Eadem Veneris 29.Nouembris 1652.dec. 534.
Cracouien.decimarum Lun. 6. Febr. 1645. dec.205.
Eadem Lun.13.Martij 1645.deciſ.209.
Eadem Merc.16.Nouembris 1650. deciſ. 442.
Eadem Lun.15.Maij 1651. dec.463.
Cracouien. Donationis Sabbhati 26. Nouembris 1650.deciſ.443.
Cracouien. Iuriſpatronatus Lunæ 27. Iunij 1644. dec. 188.
Cracouien.Iuriſreſpondendi Lun.23.Ianuarij 1651. deciſ.448.
Eadem Merc.28. Iunij 1651. dec.474.
Eadem Lun.11.Decembris 1651. dec.486.
Cracouien. Præpoſituræ S.Floriani Ven.27. Maij 1650.dec.422.
Eadem Lunæ 28.Octobris 1650. dec.444.
Eadem Lun.12. Decembr. 1650.dec.446.
Curien.Feudi Lun.27.Aprilis1648.dec.347

E

Eugubina hæreditatis Veneris 2. Iunij 1651.deciſ.466.
Eugubina renouationis Emphiteuſis Ven.7. Iunij 1641.dec.57.
Eadem Ven.15. Nouembris 1641.deciſ.70.

F

Feretrana Alimentorum Veneris 1. Iulij 1639. dec. 11.
Eadem Lun. 19. Decembris 1639. dec.14.
Eadem Ven.20.Aprilis 1640.dec.21.
Feretrana Prædij Lunæ 1. Iulij 1641. deciſ. 69.
Eadem Lun.12. Ianuarij 1643. deciſ.113.
Ferrarien. attentatorum Lun. 1. Iulij 1641. dec.67.
Ferrarien. Caducitatis Ven. 1. Iulij 1650. dec. 438.
Ferrarien. fideiuſſionis Lunæ 5.Iunij 1645. dec.223.
Feſulana Beneficij Mercurij 27.Iunij 1646. dec.264.
Feſulana Beneficij ſeu Oratorij Merc.5.Decembris 1646.dec.277.
Eadem Ven.31.Ianuarij 1648.dec.324.
Eadem Ven.26.Iunij 1648. dec.369.
Firmana Beneficij Veneris 23. Maij 1653. dec.558.
Firmana Capellaniæ Ven.28. Aprilis 1651. deciſ.461.
Firmana nullitatis executionis Merc.28. Iunij 1651.deciſ.477.
Firmana pecuniaria Ven. 14. Martij 1642. deciſ.77.

Eadem

Eadem Ven. 14. Iunij 1647. deciſ. 306.
Firmana penſionis Lunæ 12. Maij 1642. dec. 86.
Eadem Merc. 1. Iulij 1643. dec. 150.
Eadem Ven. 3. Iunij 1650. dec. 423.
Eadem Lun. 4. Decembr. 1651. dec. 484.
Firmana pecuniaria, ſeu Damnorum, & intereſſe Lun. 2. Iunij 1656. dec. 671.
Florentina Horti Veneris 4. Iunij 1642. dec. 105.
Eadem Merc. 1. Iulij 1643. dec. 149.
Florentina Oratorij Lunæ 31. Maij 1655. deciſ. 633.
Florentina Parochialis Ven. 27. Iunij 1642. deciſ. 103.
Eadem Lun. 19. Ianuarij 1643. deciſ. 114.
Foroſempronien. Bonorum Ven. 11. Martij 1650. dec. 413.
Eadem Lunæ 14. Martij 1650. dec. 414.
Eadem Ven. 23. Iunij 1651. deciſ. 471.
Fulginaten. Attentatorum Merc. 11. Decembris 1652. dec. 539.
Fulginaten. liberationis à moleſtijs Mec. 27 Iunij 1646. deciſ. 266
Fulginaten. Saluiani Mercurij 1. Iulij 1643. deciſ. 144.
Eadem Lun. 20. Iunij 1644. dec. 183.

G.

GErunden. Beneficij Ven. 4. Iulij 1642. dec. 106.
Eadem Lunæ 27. Iunij 1644. deciſ. 189.
Eadem Mercur. 26. Iunij 1647. dec. 313.
Gerunden. Cappellaniæ Lun. 13. Iunij 1644. dec. 181.
Eadem Ven. 27. Ianuarij 1645. dec. 203.
Eadem Lun. 20. Martij 1645. dec. 211.
Eadem Merc. 4. Iulij 1646. dec. 268.
Gerunden. Parochialis Lunæ 26. Nouembris 1646. dec. 275.
Gerunden. Prioratus Lun. 27. Iunij 1644. dec. 187.
Eadem Ven. 9. Decemb. 1644. dec. 198.
Eadem Merc. 14. Iunij 1645. dec. 228.
Eadem Lunæ 29. Ianuarij 1646. dec. 244.
Eadem Ven. 29. Nouembr. 1647 dec. 325.
Eadem Lunæ 8. Martij 1649. dec. 378.
Eadem Lun. 5. Iulij 1649. deciſ. 398.
Eadem Lun. 27. Ianuarij 1653. deciſ. 545.
Gerunden. Vicariæ Lunæ 3. Iulij 1645. deciſ. 237.
Gneſnen. Iuriſpatronatus Veneris 7. Maij 1649. dec. 382.

H.

HIſpalen. Beneficij Lunæ 24. Ianuarij 1650. dec. 405.
Hiſpalen. decimarum Ven. 4. Iulij 1642. deciſ. 104.
Eadem Ven. 25. Iunij 1649. deciſ. 386.
Eadem Ven. 10. Decembr. 1649. deciſ. 401.

I.

IMolen. Bonorum Veneris 14. Iunij 1641. dec. 60.
Interamnen. Fideicommiſſi Ven. 14. Decembris 1646. dec. 279.
Eadem Ven. 14. Februarij 1648. dec. 337.
Eadem Ven. 1. Iulij 1650. dec. 440.
Eadem Merc. 28. Iunj 1651. dec. 476.
Eadem Ven. 28. Iunij 1652. dec. 523.
Eadem Merc. 27. Nouemb. 1652. dec. 533.
Eadem Merc. 1. Iulij 1654. dec. 624.

L.

LAuden. Iuriſpatronatus Lunæ 1. Iulij 1652. dec. 530.
Lauretana Domus Lunæ 14. Decembris 1643. dec. 157.
Eadem Ven. 10. Iunij 1644. dec. 179.
Lauretana Prædij Lunæ 22. Aprilis 1641 dec. 49.
Eadem Lun. 12. Maij 1642. dec. 85.
Eadem Lun. 29. Februarij 1644. dec. 166.
Leodien. attentatorum Veneris 30. Ianuarij 1643. dec. 116.
Eadem Merc. 24. Febr. 1644. dec. 163.
Leodien. Beneficij Veneris 4. Iulij 1642. deciſ. 107.
Eadem Merc. 4. Februarij 1643. dec. 117.
Eadem Ven. 22. Martij 1643. dec. 128.
Eadem Merc. 1. Iulij 1643. dec. 148.
Eadem Merc. 9. Decembris 1643. dec. 155.
Eadem Merc. 24. Febr. 1644. deciſ. 164.
Leodien. Bonorum Veneris 2. Maij 1653. deciſ. 555.
Eadem Ven. 10. Octobris 1653. deciſ. 579
Eadem Lunæ 5. Iulij 1655. dec. 650.
Eadem Ven. 28. Aprilis 1656. dec. 668.
Leodien. Parrochialis Merc. 1. Iulij 1643. dec. 147.
Leodien. pecuniaria Veneris 28. Iunij 1647. deciſ. 319.
Eadem Lun. 2. Martij 1648. dec. 340.
Eadem Merc. 29. Aprilis 1654. dec. 599.
Lodien. Succeſſionis, ſeu attentatorum Ven. 19. Ianuarij 1652. dec. 491.

Leodien. Vicariæ Veneris 4. Iulij 1653. deciſ. 577.
Licien. Pecuniaria Veneris 29. Maij 1643. deciſ.130.
Lucana Capellaniæ Lunæ 4. Aprilis 1650. deciſ.418.
Eadem Ven.1. Iulij 1650. deciſ.436.
Eadem Merc.7.Iunij 1651. dec.467.
Lucana Cenſus Lunæ 22. Aprilis 1652. deciſ. 504.
Eadem Merc.31. Iulij 1652. deciſ.532.
Eadem Lunæ 22. Iunij 1654. deciſ.614.
Lucana Vnionis Lunæ 28. Ianuarij 1647. deciſ.285.

M.

MAceraten.Cenſus Lun.12.Iunij 1651. dec.469.
Eadem Ven.1. Decembris 1651. dec.482.
Maceraten.hæreditatis Veneris 24.Ianuarij 1642. dec. 73.
Maioricen. Beneficij Lunæ 22. Iunij 1648. deciſ.361.
Eadem Ven.25. Iunij 1649. deciſ.387.
Eadem Lunæ 16. Martij 1654. deciſ.594.
Maioricen. celebrationis Miſſarum Veneris 28.Iunij 1652. dec. 522.
Eadem Ven. 24. Ianuarij 1653. dec.542.
Eadem Ven.24.Ianuarij 1653.dec.543.
Eadem Ven.4. Iulij 1653.deciſ.576.
Marianen. ſeu Accien. Beneficij Veneris 1. Martij 1652. deciſ.494.
Marſicen. Iuriſdictionis Lunæ 17. Februarij 1642. dec. 75.
Eadem Ven. 29. Ianuarij 1644. deciſ.160.
Eadem Ven. 3. Iunij 1644. deciſ.178.
Eadem Lunæ 23.Ianuarij 1645.deciſ.202.
Eadem Merc.14.Iunij 1645.deciſ.227.
Eadem Lunæ 5.Martij 1646.deciſ.246.
Eadem Lunæ 18.Februarij 1647.dec.290.
Eadem Lun.17. Iunij 1647.deciſ. 308.
Eadem Merc.11.Decembr.1647.dec.328.
Eadem Lun. 10.Maij 1649. deciſ.383.
Maſſalubren.Aquarum Lun. 22.Maij 1651. dec.464.
Mediolanen. Beneficij Lunæ 17. Decembris 1640. dec. 39.
Eadem Ven. 17. Iunij 1644. dec. 182.
Mediolanen. BonorumMerc.26.Iunij 1647. deciſ.315.
Eadem Merc. 18.Martij 1648. deciſ. 343.
Eadem Lunæ 16.Ianuarij 1651.deciſ.447.
Eadem Ven.17.Martij 1651.dec.456.
Eadem Lun.31. Iulij 1651. dec.478.
Mediolanen. Canonicatus, & Præbendæ Lunæ 8.Iunij 1648.dec.355.
Mediolanen. optionis Ven.23. Iunij 1656. deciſ.672.
Mediolanen.Penſionis Mercurij 31.Ianuarij 1646.dec.245.
Eadem Mercurij 27.Iunij 1646. dec.256.
Mediolanen. Præbendę Lun.1.Martij 1649. dec.377.
Eadem.Ven. 11.Februarij 1650. dec.409.
Meleuitana Affictus Lunæ 1. Iulij 1652. deciſ. 526.
Eadem Lun.9. Decembris 1652.dec.537.
Meleuitana Anſianitatis Veneris 20. Nouembris 1648. dec.370.
Meleuitana Beneficij Ven. 25. Iunij 1649. deciſ.388.
Eadem Lun.23. Maij 1650.dec.420.
Meleuitana Bonorum, ſeu pecuniaria Merc.9.Decembris 1652. dec.536.
Meleuitana Commendę Lunæ 27. Martij 1645. dec.212.
Eadem Lunæ 3. Iulij 1645. deciſ. 238.
Eadem Ven. 8. Iunij 1646. dec. 257.
Eadem Merc. 15.Iunij 1650. dec.428.
Meleuitana feudi Merc. 11. Decemb. 1652. dec.538.
Meleuitana fideicommiſſi Lunæ 13. Martij 1651.dec.454.
Eadem Lunæ 13. Maij 1652. dec.506.
Meleuitana fructuum Ven. 26. Maij 1651. deciſ.465.
Eadem Vener.15. Martij 1652. dec.499.
Eadem Ven.4. Iulij 1653.dec.575.
Eadem Ven.26.Iunij 1654.dec.619.
Meleuitana Penſionis Ven. 14. Maij 1649. deciſ.385.
Meleuitana tenutæ Veneris 14. Iunij 1647. deciſ.305.
Meliten. Parochialis Lunæ 28. Iunij 1649. deciſ.393.
Eadem Lun. 31. Ianuarij 1650. dec. 408.
Eadem Lun.20. Iunij 1650.dec.429.
Meliten, ſeu Rheginen. Parochialis Lunæ 23.Iunij 1653.dec.569.
Monopolitana Iuriſdictionis Lunæ 11. Februarij 1647. dec.289.
Monopolitana penſionis Ven.2. Iunij 1645. deciſ 222.
Eadem Lun.17.Decembr. 1646. dec.282.
Eadem Ven.7. Febr. 1648. dec.335.
Eadem Lun. 30. Martij 1648. dec.306.
Montisalti Beneficij Merc. 28. Iunij 1645 dec.234.
Eadem Ven.15. Decembr.1645. dec.241

Eadem

Eadem Veneris 18. Maij 1646. dec. 254.
Montis Caſſinen. attentatorum Veneris 10. Februarij 1651. dec. 450.
Montis Caſsinen. Iuriſdictionis Lunæ 27. Martij 1651. dec. 459.
Montis Caſſinen. parochialis Lunæ 17. Februarij 1648. deciſ. 339.
Montis Faliſci Canonicatus Lunæ 28. Iunij 1655. deciſ. 645.
Montis faliſci ſupplementi legitimæ Mercurij 18. Iunij 1642. dec. 49.
Eadem Lun. 22. Iunij 1643. dec. 139.

N.

NArnien. Cappellaniæ Lun. 8. Februarij 1649. dec. 376.
Narnien. Vnionis Mercurij 1. Iulij 1643. deciſ. 140.
Eadem Lun. 16. Nouembr. 1643. dec. 152.
Neapolitana Bonorum Ven. 18. Febr. 1656. deciſ. 662.
Neapolitana Cimiliarcatus Lunæ 15. Maij 1631. dec. 1.
Eadem Merc. 26. Iunij 1647. dec. 312.
Neapolitana penſionis Lunæ 30. Aprilis 1640. dec. 23.
Eadem Lun. 27. Maij 1641. dec. 55.
Eadem Ven. 13. Iunij 1642. dec. 91.
Nouarien. pecuniaria Merc. 26. Iunij 1652. deciſ. 518.
Nullius, ſeu ſublacen. attentatorum Lun. 1. Iulij 1649. dec. 324.
Eadem Merc. 15. Ianuarij 1648. dec. 331.

P.

PAmphilonen. alienationis Ven. 15. Ianuarij 1649. dec. 375.
Pamphilonen. Decimarum Ven. 26. Aprilis 1652. dec. 505.
Eadem Lunę 9. Iunij 1653. dec. 563.
Parmen. Beneficij Ven. 5. Decembris 1642. deciſ. 110.
Parmen. penſionis Veneris 23. Martij 1640. dec. 19.
Eadem Ven. 28. Aprilis 1645. dec. 214.
Peruſina Beneficij Veneris 28. Iunij 1647. deciſ. 318.
Eadem Lun. 10. Februarij 1648. dec. 336.
Peruſina Bonorum emphiteoticorum Ven. 7. Iunij 1641. dec. 58.
Peruſina parochialis Lunæ 10. Iunij 1641. dec. 59.
Eadem Lun. 7. Aprilis 1642. dec. 81.
Peruſina Succeſſionis Ven. 14. Iunij 1652. dec. 513.
Peruſina ſuffragiorum Lun. 13. Iunij 1650. dec. 427.
Eadem Mercur. 28 Iunij 1651. dec. 475.
Piſana ſepulturæ Veneris 1. Iulij 1650. dec. 439.
Piſauren. Penſionis Merc. 29. Aprilis 1648. dec. 348.
Placentina Bonorum Lun. 2. Martij 1654. dec. 591.
Placentina, ſeu Abulen. Decimarum Lunæ 23. Iunij 1642. dec. 97.
Eadem Lun. 14. Martij 1644. dec. 169.
Portuen. affictus Ven. 1. Iulij 1650. dec. 437.
Eadem Lun. 27. Februarij 1651. dec. 452.
Eadem Lun. 19. Iunij 1651. dec. 470.
Eadem Lun. 4. Marij 1652. dec. 495.
Eadem Ven. 19. Aprilis 1652. dec. 503.
Poſnauien. Canonicatus Lun. 7. Iunij 1655. deciſ. 635.

R.

RAuennaten. Cenſus Ven. 26. Aprilis 1641. deciſ. 50.
Rauennaten. concordiæ Ven. 1. Iulij 1644. dec. 192.
Rauenaten, ſeu fauentina cambij Lunæ 16. Iunij 1653. dec. 565.
Rauennaten. Saluiani Vener. 10. Iunij 1639. deciſ. 5.
Rhegien. beneficij Ven. 9. Decembris 1639. deciſ. 13.
Eadem Lun. 24. Martij 1653. dec. 553.
Eadē Mercur. 10. Decembr. 1653. dec. 581.
Rheginen. attentatorum Ven. 12. Decembris 1653. dec. 582.
Rheginen. manutentionis Veneris 22. Maij 1654. dec. 604.
Romana alimentorum ſcut. 1000. Lunę 27. Iunij 1639. dec. 19.
Romana alimentorum Lun. 27. Martj 1640. deciſ. 20.
Eadem Merc. 4. Decembris 1641. dec. 71.
Eadem Lun. 5. Martij 1642. dec. 82.
Eadem Ven. 4. Iulij 1642. deciſ. 108.
Eadem Lun. 17. Nouembris 1642. dec. 109.
Romana Apotechæ, ſeu pecuniaria Lunæ 8. Iunij 1654. dec. 607.
Romana apothecarum Ven. 25. Iunij 1655. dec. 644.
Romana attentatorum Veneris 27. Aprilis 1640. dec. 22.
Eadem Merc. 4. Iulij 1640. deciſ. 38.

Eadem Ven.22.Maij 1648.dec.352.
Eadem Ven.14.Ianuarij 1650.deciſ.404.
Romana Cambij Lunæ 17.Februarij 1642. deciſ.74.
Romana Cenſus Lunæ 25. Iunij 1640. dec. 33.
Eadem Lun.1. Iulij 1641. dec.66.
Eadem Merc.26.Iunij 1647.deciſ.310.
Eadem Lun.16.Decembris 1647.dec.329
Eadem Merc.1. Iulij 1648. dec.366.
Eadem Lun.14. Decemb. 1648.dec.373.
Eadem Ven.19.Aprilis 1652.dec.502.
Eadem Lun. 17. Iunij 1652. dec. 514.
Eadem Lun. 17. Februarij 1653. dec.550.
Eadem Lun.15.Iunij 1654. dec. 610.
Romana Cenſus, & depoſiti Lun.27. Iunij 1644. deciſ.185.
Romana Cenſus, ſeu Saluiani Merc.26.Iunij 1647.dec. 311.
Eadem Ven. 27. Iunij 1653.dec.571.
Eadem Lun.8. Iunij 1654. dec. 606.
Romana Cenſuum Lunæ 27. Maij 1652. dec.508.
Romana Concordiæ Veneris 9.Maij 1642. dec. 83.
Eadem Lun. 27. Aprilis 1643. dec. 122.
Eadem Lun.14.Decembris 1643.dec.156.
Romana Dammnorum Merc. 1. Iulij 1648. dec.369.
Romana Deuolutionis Domus Lun. 4. Decembris 1651. dec. 483.
Eadem Vener. 21.Iunij 1652. deciſ. 517.
Romana diuiſionis Veneris 20. Iunij 1639. deciſ. 6.
Eadem Ven.15.Iunij 1640.deciſ.33.
Romana domus Ven.14.Iunij 1641.dec.61.
Eadem Ven.9. Maij 1642.dec.84.
Eadem Ven.27.Nouembr. 1643.dec.153.
Eadem Lun.4. Maij 1648. dec.349.
Eadem Merc. 17. Martij 1649. deciſ.380.
Romana domus ad Tranſtiberim Lunæ.18. Aprilis 1644. deciſ.172.
Romana domorum Lun.11.Decemb.1645. dec.240.
Eadem Lun.25.Iunij 1646.dec.263.
Eadem Merc.15.Decembr. 1649.dec.402
Eadem Ven.18.Februarij 1650.deciſ.411.
Romana donationis Lun. 16. Martij 1643. dec. 119.
Romana Dotis Lunæ 11. Februarij 1647. dec.288.
Eadem Mercur.31.Ianuarij 1652.dec.492
Eadem Lun. 17. Februarij 1653.dec.550.
Romana dotis, ſeu fideicommiſſi de Anguillaria Lun.28.Ianuarij 1641.dec.41.
Romana expenſarum Merc.29.Aprilis 1643. dec.123.
Eadem Lun.15. Decembr.1653. dec.583.
Romana fideicommiſſi de Zephiris Lun.30. Maij 1639. dec.18.
Romana fideicommiſſi de Spiritibus Lunæ 12. Ianuarij 1643. deciſ.112.
Eadem Ven.22.Maij 1643. dec.129.
Eadem Lun.12. Decembr. 1644.dec.199.
Eadem Ven. 17.Februarij 1645. dec.207.
Romana fideicommiſſi de Zephiris Merc.4. Iulij 1646.dec.271.
Eadem Vener.8. Februarij 1647.dec.287.
Romana fideicommiſſi de Carpianis Ven.31. Ianuarij 1653. dec.546.
Romana fideicommiſſi de Arronijs Lunæ 23. Iunij 1642.dec.101.
Romana fructuum Veneris 6. Iunij 1653. dec.562.
Romana Fructuum Dotis Lunæ 23.Iunij 1642.dec.99.
Eadem Lun. 15. Ianuarij 1652. dec. 487.
Romana hæreditatis de Virilis Ven.24.Maii 1641. dec.54.
Romana hæreditatis de Fabijs Lun.29.Aprilis 1641.dec.51.
Eadem Lun.3.Iunij 1641. dec.56.
Eadem Ven.4.Aprilis 1642. dec.80.
Eadem Ven. 19. Iunij 1643. dec. 137.
Eadem Veneris 11.Martij 1644.dec.168.
Romana hæreditatis de Gratianis Lunæ 28. Iunij 1649.deciſ.394.
Eadem Lunæ 26.Iunij 1651. dec. 473.
Romana læſionis Veneris 12. Iunij 1654. deciſ.609.
Romana Laudi Lunæ 11. Aprilis 1644. deciſ.170.
Romana Laudi, ſeu domus Veneris 13. Iunij 1642.dec.92.
Eadem Mercurij 1. Iulij 1643. deciſ.143.
Romana legati mobilium Veneris 27. Februarij 1654.dec.590.
Romana locorum montium Ven. 14. Maij 1649. deciſ. 384.
Eadem Lunæ 28. Iunij 1649. dec. 390.
Romana manutentionis Merc.4.Iulij 1640. deciſ.37.
Romana matrimonij Merc. 1. Iulij 1643. deciſ.141.
Romana melioramentorum Lun. 16. Iunij 1653. dec. 564.
Romana pecuniaria Lunæ 1. Iulij 1641. deciſ.68.
Eadem Lun.15.Iunij 1643.dec.135.
Eadem Veneris 13. Maij 1644.dec. 177.

Eadem

Eadem Ven. 9. Decembr. 1644. dec. 197.
Eadem Vener. 3. Martij 1645. deciſ. 208.
Eadem Ven. 9. Iunij 1645. dec. 224.
Eadem Lunæ 12. Iunij 1645. deciſ. 226.
Eadem Ven. 24. Ianuarij 1648. dec. 332.
Eadem Ven. 26. Iunij 1654. dec. 618.
Eadem Lun. 28. Iunij 1655. dec. 646.
Romana penſionis Lunæ 3. Iulij 1645. deciſ. 236.
Eadem Veneris 25. Maij 1646. dec. 255.
Romana permutationis Merc. 20. Febr. 1647. deciſ. 291.
Romana permutationis, ſeu pecuniaria, Merc. 26. Iunij 1647. dec. 314.
Romana reſciſſionis concordię Lun. 26. Febr. 1652. dec. 488.
Eadem Ven. 21. Iunij 1652. dec. 516.
Eadem Ven. 30. Maij 1653. deciſ. 560.
Romana retentionis Domorum Lunæ 20. Aprilis 1654. dec. 596.
Eadem Merc. 9. Iunij 1655. dec. 637.
Romana Saluiani Lun. 30. Ianuarij 1645. dec. 204.
Eadem Ven. 18. Martij 1650. dec. 415.
Romana, ſeu Ianuen. pecuniaria Veneris 1. Iulij 1644. dec. 191.
Romana, ſeu peruſina cenſus Lun. 12. Decembris 1644. deciſ. 200.
Eadem Ven. 23. Iunij 1645. dec. 229.
Romana, ſeu Veliterna Reſtitutionis in integrum Lunæ 25. Iunij 1646. dec. 262.
Romana, ſeu Veliterna affictus Merc. 4. Iulij 1646. dec. 269.
Eadem Ven. 28. Iunij 1647. deciſ. 316.
Eadem Lunæ 18. Martij 1652. deciſ. 500.
Eadem Lun. 13. Ianuarij 1653. dec. 541.
Eadem Lun. 24. Nouembris 1653. dec. 580.
Eadem Ven. 30. Aprilis 1655. dec. 628.
Romana, ſeu ſutrina Pecuniaria Veneris 19. Iunij 1648. dec. 359.
Romana, ſeu Ianuen. cambij Lun. 27. Nouembris 1651. dec. 481.
Eadem Lun. 18. Martij 1652. dec. 501.
Eadem Mercurij 26. Iunij 1652. dec. 519.
Eadem Ven. 16. Maij 1653. dec. 557.
Romana ſocietatis Lignorum Veneris 28. Ianuarij 1650. dec. 407.
Eadem Mercur. 22. Iunij 1650. deciſ. 432.
Romana Societatis Officij Lunæ 20. Iunij 1644. dec. 184.
Eadem Ven. 13. Martij 1648. dec. 341.
Eadem Lun. 23. Iunij 1653. dec. 571.
Romana ſubcollectoriæ Veneris 17. Martij 1645. deciſ. 210.
Eadem Lun. 12. Iunij 1645. deciſ. 225.
Romana ſubhaſtationis Merc. 7. Iunij 1651. dec. 468.
Romana Succeſſionis Lunæ 9. Maij 1644. deciſ. 176.
Eadem Lunæ 26. Iunij 1645. dec. 233.
Eadem Lun. 20. Nouembr. 1645. dec. 239.
Eadem Merc. 14. Martij 1646. deciſ. 247.
Romana ſucceſſionis de Ametis Veneris 16. Nouembris 1646. deciſ. 274.
Romana tranſactionis Ven. 14. Febr. 1653. deciſ. 549.
Romana Vineæ Lunæ 23. Iunij 1642. dec. 98.
Eadem Ven. 24. Aprilis 1643. deciſ. 121.
Eadem. Ven. 19. Februarij 1644. dec. 161.
Eadem Lunæ 2. Maij 1644. dec. 175.
Eadem Ven. 1. Iulij 1644. deciſ. 190.
Eadem Ven. 1. Iulij 1644. deciſ. 193.
Eadem Lun. 26. Iunij 1645. dec. 230.
Romana Vineæ, ſeu Saluiani Merc. 26. Iunij 1641. dec. 64.
Eadem Lunæ 26. Ianuarij 1643. deciſ. 115
Roſſanen. decimarum Lunæ 28. Nouembris 1639. dec. 12.
Eadem Merc. 4. Iulij 1640. deciſ. 36.
Eadem Ven. 19. Aprilis 1641. deciſ. 47.
Eadem Ven. 28. Iunij 1641. deciſ. 65.
Eadem Merc. 18. Iunij 1642. deciſ. 96.
Eadem Merc. 18. Martij 1643. dec. 120.

S.

Sabinen. Alluuionis Ven. 22. Iunij 1646. dec. 261.
Sabinen. ſeu farfen. fideicommiſſi Ven. 2. Martij 1640. dec. 17.
Eadem Lun. 14. Maij 1640. dec. 27.
Salernitana Beneficij Veneris 15. Aprilis 1644. deciſ. 171.
Senogallien. fideicommiſſi Veneris 7. Iunij 1652. dec. 510.
Senogallien. penſionis Lun. 5. Maij 1653. deciſ. 556.
Senogollien. Saluiani Merc. 29. Maij 1652. dec. 509.
Eadem Ven. 7. Febr. 1653. dec. 547.
Signina Saluiani Lun. 4. Maij 1643. dec. 124.
Spoletana fideicommiſſi Veneris 27. Martij 1648. dec. 345.
Spoletana manutentionis Veneris 12. Maij 1645. dec. 218.
Eadem Ven. 16. Martij 1646. deciſ. 248.
Sulmonen. diſtributionum Veneris 20. Iunij 1653. dec. 567.
Eadem Ven. 11. Decembris 1654. dec. 626

T.

Theatina ſeu nullius abbatiæ Ven. 15. Martij 1641. dec.45.
Eadem Ven. 17. Maij 1641. dec. 53.
Eadem Lun. 10. Martij 1642. dec. 70.
Tiburtina hæreditatis Lun. 26. Maij 1642. dec. 88.
Eadem Ven. 26. Februarij 1644. dec. 165.
Eadem Lun. 5. Decembris 1644. dec. 196.
Toletana Decimarum de ſolana Lunæ 22. Aprilis 1641. dec. 48.
Tridentina Parochialis Lun. 15. Iunij 1648. deciſ. 358.
Tullen. prioratus Veneris 6. Iunij 1642. deciſ. 90.

V.

Valentina Rectoriæ Lun. 3. Decembris 1646. dec. 272.
Eadem Ven. 24. Maij 1647. dec. 306.
Eadem Mercur. 22. Iunij 1650. deciſ. 433.
Eadem Veneris 17. Martij 1651. dec. 455.
Eadem Lun. 31. Iulij 1651. dec. 479.
Veliterna tenutæ Mercurij 1. Iulij 1654. dec. 621.
Vercellen. Canonicatus Veneris 19. Iunij 1648. deciſ. 360.
Vercellen. decimarum Lunæ 1. Iulij 1647. dec. 323.
Vercellen. emphiteuſis Lun. 15. Iunij 1654. dec. 611.
Vercellen manutentionis Ven. 10. Decembris 1655. dec. 655.
Vercellen. manutentionis, ſeu decimarum Lunæ 28. Iunij 1655. dec. 648.
Vercellen. Præpoſituræ Merc. 11. Decembr. 1647. deciſ. 327.
Eadem Lun. 5. Iulij 1649. deciſ. 395.
Verulana fideicommiſſi Veneris 22. Iunij 1640. dec. 32.
Eadem Ven. 21. Iunij 1641. dec. 62.
Vicen. Parochialis Lunæ 28. Iunij 1649. deciſ. 392.
Eadem Lun. 20. Iunij 1650. dec. 431.
Eadem Lun. 20. Martij 1651. deciſ. 457.
Vicen. parochialis de Beſora Merc. 1. Iulij 1643. dec. 146.
Vladislauien. iuriſpatronatus Merc. 1. Iulij 1648. dec. 368.
Vladislauien. parochialis Mercurij 4. Iulij 1646. dec. 270.
Volaterana prioratus Merc. 15. Decembris 1638. dec. 2.
Eadem Ven. 5. Martij 1645. dec. 217.
Eadem Ven. 15. Decembr. 1645. dec. 242.
Eeadem Veneris 16. Martij 1646. dec. 249.
Vrbeuetana Cenſus, Lunæ 23. Februarij 1654. dec. 589.
Eadem Lun. 27. Aprilis 1654. dec. 598.
Eadem Lun. 5. Iulij 1655. dec. 652.
Vrbeuetana legati Mercurij 4. Iulij 1646. deciſ. 272.
Eadem Ven. 5. Aprilis 1647. dec. 294.
Eadem Lun. 4. Maij 1648. dec. 350.
Vrbinaten. Prædij Veneris 3. Iunij 1650. dec. 424.
Eadem Lun. 26. Maij 1653. dec. 559.
Eadem Ven. 12. Iunij 1654. dec. 608.
Vrbinaten ſucceſſionis Veneris 28. Iunij 1647. dec. 320.

Deciſiones omiſſæ in ſupradicto Indice Deciſionum, quæ hic in calce imprimuntur.

Brittorien. Fideicommiſſi Lunæ 24 Martij 1642. deciſ. 79.
Cracouien. Præpoſituræ S. Floriani Lunæ 13. Februarij 1651. dec. 451.
Foroſempronien. Bonorum Ven. 14. Maij 1655. deciſ. 630.
Fulginaten. Saluiani Mercurij 13. Iunij 1645. deciſ. 259.
Hiſpalen. Decimarum Lunæ 23. Iunij 1653 deciſ. 570.
Romana Domus Lunæ 24. Ianuarij 1650. deciſ. 406.
Romana, ſeu Veliterna reſtitutionis in integrũ Lunæ 17. Decemb. 1646. dec. 281.

DECI-

DECISIONVM R. P. D. COELII BICHII SACRÆ ROTÆ ROMANÆ AVDITORIS

PARS PRIMA.

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

NEAPOLITANA CIMILIARCATVS.

Luna 15. Maij 1631.

ARGVMENTVM.

Subrogationi gratioſæ in ius defuncti locus non eſt in concurſu prouiſi ab Ordinario vigore indulti conferendi beneficia litigioſa, nec tale indultum reſtringitur ad vacationem per ceſsum vel reſignationem quando non continet ſimpliciter facultatem conferendi beneficia litigioſa, ſed generaliter & indiſtinctè quomodolibet vacare contingerint: prout nec minus indultum reſtringitur ad perſonam ſuperſtitis collitigantis itaut ei & non alteri Indultarius teneatur conferre beneficia litigioſa, quando ex verbis apparet facultatem eſſe tributam conferendi quibuſuis perſonis. Collitigans tenetur petere ſubrogationem infra menſem, & menſis, de quo fit mentio in regula currere incipit non à die vacationis, ſed à die conceſſionis factæ tertio. Moleſtiæ extraiudiciales non impediunt curſum poſseſſionis triennalis niſi ſint illatę circa poſseſſionem, vel fructuum perceptionem.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio* cap. 2. vt lit. pendent. in 6. *ceſſat, concurrente indulto conferendi beneficia litigioſa, prout etiam ceſſat priuilegium gratioſæ ſubrogationis, & num. 2.*

3 *Indultum quando continet ſimpliciter facultatem conferendi beneficia litigioſa tunc reſtringitur ad vacationem per ceſſum, vel reſignationem vt minus deroget Iuri communi.*

4 *Secus verò quando conſtat de intentione concedentis quod concedere voluerit omnem caſum vacationis, & ex quibus verbis talis intentio deſumatur?*

5 *Verbum* quomodolibet, *in Indulto conferendi beneficia litigioſa capit etiam vacationem per obitum.*

6 *Dictio* etiam *eſt implicatiua & extenſiua.*

7 *Gratia motu proprio latè intelligenda eſt.*

8 *Indultum conferendi beneficia litigioſa non reſtringitur ad perſonam ſuperſtitis collitigantis itaut ei & non alteri ſit facienda collatio quando facultatem tribuit indultario conferendi beneficia quibuſuis perſonis.*

9 *Epiſcopus an de Iure communi poſſit authoritate ordinaria non obſtante diſpoſitione* cap. 2. vt lit. pend. in 6. *conferre beneficia litigioſa ſuperſtiti collitiganti?*

10 *Indultum conferendi beneficia litigioſa poteſtatem ordinariam auget.*

11 *Indulti tenor eſt attendendus.*

12 *Menſis de quo fit mentio in regula de ſubrogandis reſpicit nullitatẽ gratiæ infra menſem obtentæ in præiudicium ſubrogandi, non autem arctat collitigantem ad petendam ſubrogationem infra menſem.*

13 *Declara concluſionem procedere quando poſt menſem non fuit alteri conceſſa gratia.*

14 *Menſis ad obtinendam ſubrogationem non currit à die vacationis, ſed à die conceſſionis factæ tertio.*

15 *Gratia dicitur perfecta poſt ſignatam ſupplicationem, etiam ante expeditionem litterarum.*

16 *Clauſula in commiſſione adiecta*, Dummodo infra terminum ad articulandum litteræ expediantur, & quod interim non cenſeatur inducta vera lis *operatur vt non cenſeatur lis aliqua inducta litteris non expeditis.*

17 *Moleſtiæ extraiudiciales curſum triennalis pacificæ poſſeſſionis non impediunt niſi illatæ ſint circa poſſeſſionem ipſam, vel perceptionem fructuum.*

18 *Poſſeſſio triennalis ex quibus interrumpatur?*

19 *Moleſtiæ illatæ reſignanti afficiunt reſignatarium ad effectum ne iuuari poſſit triennali pacifica poſſeſſione.*

20 *Regula de Triennali præſtat tantum exceptionem non tamen actionem.*

21 *Poſſeſſor ſi ſponte ſua committi curauit cauſam, ſibimet ipſi litem intuliſſe dicitur.*

22 *Præſcriptio Iuris communis differt à regula de Triennali, quia illa non interrumpitur per litem ſuperuenientem poſt præſcriptionem Completam, ſecus verò præſcriptio regulæ, quæ tuetur tantum, reum in exceptione.*

DECISIO I.

PER obitum Palumbi de menſe Auguſti 1627. vacauit Cimiliarcatus in Eccleſia Metropolitana Ciuitatis Neapolis, quem eodem menſe Eminentiſſimus Archiepiſcopus, tàm ſua poteſtate ordinaria, quàm vigore indulti contulit Io: Vincentio Iuueni, dumq; hic peteret nouam prouiſionem à Papa iuxta formam dicti Indulti & iam ſignata eſſet ſupplicatio, oppoſuit ſe Dominus Abbas Vrſius petens retineri ſupplicationem Io: Vincentij, & ſibi concedi ſubrogationem in iuribus Palumbi defuncti, quapropter de ordine Domini Datarij fuit coram D. Cardinali Vbaldo tunc Rotæ Auditore propoſitum dubium an ſit danda ſubrogatio D. Abbati Vrſio, vel potius relaxanda ſuplicatio ſignata à Sanctiſs. ad fauorem D. Io: Vincentij & reſolutum negatiuè quo ad primam partem, affirmatiuè quo ad ſecundam; Cumque deciſio non fuerit extenſa, forte quia non longè poſt D. Vbaldus fuit promotus ad Cardinalatum & ad Legationem Bononiæ profectus, eo defuncto Io: Vincentius petijt & obtinuit à Reuerendiſs. D. meo Decano demandari mihi in locum Vbaldi mediatè ſuffecto extenſionem eiuſdem deciſionis, cuius fundamenta ſunt ſequentia.

Primum nititur Indulto Domini Cardinalis Archiepiſcopi, quod in ſpecie dat poteſtatem conferendi beneficia litigioſa, vnde eſto quod propter litem motam ab Vrſio contra Palumbum, vel aliter Cimiliarcatus eſſet litigioſus, de quo infra dicetur, non ideò eſt locus ſubrogationi Vrſi in ius defuncti in concurſu prouiſi ab Ordinario, quia
1 ſicuti vigore dicti Indulti † ceſſat *diſpoſitio*
2 *cap. 2. vt lit. pend. in 6.* ita † priuilegium gratioſę ſubrogationis ex eo deſumptum, vt in puncto *Rot. deciſ. 525. num. 7. & 8. par. 2. rec.*

Neque Indultum reſtringi poteſt ad vacationem per ceſsũ ſeu reſignationẽ, quia licet
3 hoc procedat quãdo† continet ſimpliciter facultatem cõferendi beneficia litigioſa, vt minus derogetur iuri communi, in quibus terminis loquitur *Put. deciſ. 7. de offic. ordin. dec. 56. de præben. Lancellot. de attent. lit. pend. in præfat. nu-*
4 *mer. 531.* ſecus † eſt quando conſtat intentionis Papæ fuiſſe concedere omnem caſum vacationis prout in caſu noſtro, ibi, *quæ &c. quomodolibet &c. vacare contigerint etiam ſi litigio-*
5 *ſa fuerint*, ponderando verbum † *quomodolibet* quod capit quoque vacationem per obitum vt in puncto *notat gloſ. in cap. ſuſceptum 6. verb. expreſsè de reſcript. in 6. quam ſequitur ibid. Io. Andr. ſub num. 3. Franc. nu. 8. facit Menoch. de adipiſc. remed. 6. num. 15. Barboſ. dict. 330. ſub num. 1. Put. deciſ. 209. lib. 1. in corr.* & refertur ad litigioſa non ſecus ac verbum *vacare contigerit*, quia illi proximè iungitur mediante dictione *etiam*
6 quæ implicat in litigioſis modos vacationis expreſſos in alijs *Barboſ. dict. 112. num. 5. Pariſ. conſ. 46. num. 30. lib. 4. Decian. conſ. 46. nu. 118. lib. 2. Rot. deciſ. 51. num. 8. par. 1. recent.* præſertim in
7 gratia motu proprio † quæ latè eſt intelligenda, vt in fortioribus terminis notat *Lapus Abb. in dicto cap. ſuſceptum ſub num. 6. verſ. niſi fortè de reſcript. in 6.* quem ſequitur *Ant. de Butr. nu. 19. verſ. niſi forte Gemin. ſub num. 6. eodem verſ.*

8 Minus reſtringi poteſt Indultum † ad perſonam ſuperſtitis collitigantis, ita vt ei & non alteri Ordinarius teneatur conferre beneficia litigioſa, quia in verbis Indulti fit poteſtas conferendi beneficia litigioſa quibuſuis perſonis quibus Indultario videbitur, & ſic non applicatur quæſtio diſcuſſa à Doctoribus an
9 de iure communi Epiſcopus † authoritate ordinaria non obſtante diſpoſitione *cap. 2. vt lit. pend. in 6.* poſſit conferre beneficia litigioſa ſuperſtiti litiganti de qua *Gonz. ſuper reg. 8. gloſ. 51. num. 113. & 114.* nam Indultum pote-
10 ſtatem † ordinariam auget, eiuſque tenor
11 debet † attendi *cap. porrò cap. recipimus de priuilegijs Pauin. de offic. & poteſt. cap. Sede vacante par. 1. quæſt. 10. num. 23. poſt med. Rot. deciſ. 212. n. 5. part. 7. recent.* & in terminis Indulti conferendi conceſſi Cardinalibus *Gonzal. ſuper regul. 3. gloſ. 29. n. 73. & 74.*

Secundum fundamẽtum deducitur ex quo Vrſius non obtinuit ſubrogationem infra menſem poſt collationem actam, & ſupplicationem ſignatam à Sanctiſs. ad fauorem Io:

Vin-

Vincentij vt debuiſſet; nam licet menſis de
12 quo † fit mentio in regula de ſubrogandis
reſpiciat nullitatem gratiæ infra menſem ob-
tentę in præiudicium ſubrogandi, non autem
arctat collitigantem ad petēdam ſubrogatio-
nem infra menſem, hoc procedit quando
13 poſt † menſem non fuit alteri conceſsa gra-
tia *Seraph.dec.1165.num.2. Rot.coram ſanct.mem.
Gregor.XV. deciſ.125.nu.6.* alias infra menſem
14 cōputandum non à die vacationis† ſed à die
conceſſionis factę tertio currit menſis ad ob-
tinendam ſubrogationem *Put.dec.141.& 144.
lib.3.in corr.Coccin.deciſ.350.num.2.& ſeqq.per tot.
adden.ad ſan.mem.Greg.XV. dicta deciſ.125.n.19.
Rot.inter recent.deciſ.342.num.10.par.1.*

Nec obſtat, quod ſupplicatio ſignata ad fa-
uorem Io:Vincentij fuerit retenta, nec deſuper
expeditæ litteræ, quia id contigit ex impedi-
mentis præſtitis ab Vrſio longè poſt collatio-
nem Io:Vincentio factam ab Eminentiſs. Ar-
chiepiſcopo vigore Indulti, & ſupplicationē
15 à Papa ſignatam quo tempore gratia † fuit
perfecta etiam ante expeditionem litterarum,
*Caſſad.deciſ.4.nu.2.de cauſ.poſſ.& propr.Lotth.de re
benef. lib.3. quæſt.1.num.15.& ſeqq.Rot.deciſ.418.
n.2.& 3. par.1.diuerſ.deciſ.356.num.11.par.1.rec.*

Addebant informantes pro Io: Vincentio
nos verſari in caſu exceptuato à regula de
ſubrogandis; quia Palumbus erat triennalis
pacificus poſseſsor tempore litis contra ipsū
motę ab Vrſio, deſumendo initium litis poſt
commiſſionem Rotalem ab Vrſio obtentam
de anno 1626. & litteras expeditas ſuæ pro-
uiſionis cum in ventre commiſſionis ad-
16 ſit ſolita clauſula † *dummodo infra terminum
ad articulandum litteræ expediantur, & quod
interim non cenſeatur vera lis ad effectum re-
gulæ de ſubrogandis*, adeò quod ſola com-
miſſio litteris non expeditis litem non indu-
xit, *Caputaq. deciſ.37. num.2. & 3. par.3. Caſſad.
deciſ.5.ſuper regul.Cancell. Lancell.de attent. par.3.
cap.24.quæſt.11.num.9.* & fuit dictum *in Placen-
tina Decanatus 12. Nouembris 1593. coram bo.me.
Penia.*

Nec releuare moleſtias motas annis ante-
cedentibus, quia vel reſpiciebant articulum
præcedentiæ inter primum Diaconum, &
Primicerium, ſeu Cimiliarcam, vel cum non
præceſſiſset aliqua commiſſio ſuper titulo
Cimiliarcatus fuerunt merè extraiudiciales,
17 quæ† triennalis pacificę poſseſſionis curſum
nō impediunt, niſi turbent poſseſſionē ipſam
vel perceptionem fructuum *Sarnen. in regul. de
annal.quæſt.45.ſub num.8. verſ.breuiter Lotther. de
re benef.lib.2.quæſt.43.ſub num.30.* vbi quod de-
ciſiones contrariæ intelligendę ſunt quatenus
moleſtiæ extraiudiciales fuerint illatę circa
poſſeſſionem vel perceptionem fructuum,
*Acchill.deciſ.6.num.1.ſuper reg. de trienn. Put. de-
ciſ.317.lib.1.in corr. Buratt. deciſ. 699. num.3.* &
fuit reſolutum *in Legionen.Canonicatus 27.Apri-
lis 1640.coram R.P.D.meo Royas.*

Exaduerſo autem dicebatur Palumbum
non potuiſſe iuuari triennali pacifica poſſeſ-
ſione, quam apprehendit de anno 1620. quia
inſtante Vrſio, quod ſibi prouideretur de Ci-
miliarcatu tanquam reſeruato eo quod erat
prima dignitas poſt Pontificalem, fuerunt de
ordine Sanctiſs. ad hoc probandum expeditæ
litteræ remiſſoriales ab A. C. Iudice ſpecia-
liter deputato, & examinati teſtes, nec non
de mandato Domini Datarij fuit ad Rotam
transmiſſum dubium diſputādum ſuper pro-
18 uiſione concedenda Vrſio, quod † pro ſuffi-
cienti ad interrumpendum triennalem admi-
ſit *Rot. in Vlixbonen. Vicariæ 26. Iunij 1617. co-
ram bo. me. Remboldo*, ita vt obſtarent Palum-
bo moleſtiæ illatæ, tam contra ipſum poſt
annum 1620. quàm ante contra Rouiglionū,
& Carafam quibus per reſignationem ſuc-
19 ceſſit, cum afficiant † etiam reſignatarium
vt in terminis *dixit Rot.deciſ.342. num.6. par.1.
recent.* Quo magis quia ipſe met Palumbus
de anno 1625. curauit committi cauſam in
Rota ſuper articulo reſpiciente validitatem
ſui tituli, & citauit Vrſium ad dicendū con-
tra commiſſionem vt habetur in *Summ. Vrſi
num.19.* ideoque beneficium triennalis poſſeſ-
20 ſionis amiſit, quia † regula de triennali præ-
ſtat tantum exceptionem & non actionem &
21 poſſeſſor † cum ſpontè ſua committi cura-
uerit cauſam dicitur ſibi met ipſi litem intu-
liſſe *Acchill.deciſ.1.num.1.& 2. ſuper reg.de trienn.*
22 vbi quod in hoc differt præſcriptio † iuris cō-
munis à regula de triennali, quia illa non in-
terrupitur per litem ſuperuenientē, poſt prę-
ſcriptionem completam, ſecus vero præſcri-
ptio regulæ quæ tuetur tantum reum in ex-
ceptione *Sarnen. ſuper eadem reg. quæſt.5. num.5.
in fine, verſ.nec etiam releuat Rot.in d. Vlixbonen.
Vicariæ coram bo.me. Remboldo & deciſ.94.nu.30.
verſ. dumque impetrat part.7.rec.*

Verum cum ſufficiant prima duo funda-
menta non fuit opus reſpondere ſuper tertio
& ex illis fuit capta reſolutio vtraque parte
informante.

VOLATERRANA PRIORATVS.

Mercurij 15. Decembris 1638.

ARGVMENTVM.

Decemdium ad appellandum computatur non à die Sententiæ, ſed à die habitæ notitiæ, quando fuit proceſſum per contradictas, vel per diligentias, quamuis citatio perſonalis præceſſerit, quia citatio efficit, vt valeat proceſſus, non autem quod citatus ſit verus contumax ad effectum, vt appellandi tempus currat à die ſententiæ; hæc tamen concluſio limitatur primo vt non procedat, quando reus fuit citatus perſonaliter, & citatio continet terminum peremptorium. Secundo limitatur, ſi citatus dolo cœpit latitare, ne perſonaliter citetur tunc enim ne ex dolo commodū reportet, habetur pro citato perſonaliter.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta authoritate Iudicis ritè & rectè procedentis eſt manutenibilis aduerſus poſſeſſionem ante-*

anteriorem aduerſarij. qui cum in Iudicio fuerit legitimè citatus illam amiſit.

2 *Citatio perſonalis quando præceſſit in principio cauſæ, & deinde alia citatio in loco domicilij electi, iſta æquipollet perſonali contra forenſem, & non habentem permanentem domum.*

3 *Sententia lata prauijs citationibus per diligentias, & contradictas reputatur valida, quando præceſſit citatio perſonalis.*

4 *Poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum eſt attentata.*

5 *Ad appellandum decem dies computantur non à die ſententiæ, ſed habita notitia, quando proceſſum fuit per contradictas, vel per diligentias, quamuis à principio emanauerit citatio perſonalis, quæ ſolum efficit vt valeat proceſſus non autem vt citatus ſit verus contumax ad effectum vt tempus appellandi currat à die ſententiæ, & num.6.*

7 *Contumax fictus poteſt appellare à die habita notitiæ.*

8 *Limita principalem concluſionem non procedere Primo quando reus fuit perſonaliter citatus, & citatio continet terminum, peremptorium & redditur ratio, num.9.*

10 *Limita ſecundo non procedere vbi citatus dolo cœpit latitare nè perſonaliter citaretur, ne enim ex dolo reportet commodum habetur pro citato perſonaliter.*

11 *Quicquid ſit ad effectum vt condemnari poſſit ad mulctam irrogatam contra contumacem.* Deciſ.84.num.18. inter impreſſ. apud Farinac. poſt conſil.lib.1. in quibus terminis loquatur?

12 *Latitatio probatur ex relatione Curſoris.*

13 *Carceratus non venit excuſandus ſi non appellauit à die ſententiæ contra ipſum lata, cum appellare potuerit per procuratorem.*

14 *Appellatio non tam facilè excuſatur, ob impedimentum quam proſecutio.*

DECISIO II.

PERSTITERVNT DD. in deciſis ſub die 14. Maij proximè præteriti quia manu-
1 tenibilis † eſt poſſeſſio Contugij capta authoritate Iudicis ritè ac rectè procedentis, aduerſus poſſeſſionem anteriorem Tenaliæ; qui cum fuerit in eodem iudicio legitimè citatus omnem poſſeſſionem amiſit, *l. iuſtè poſſidet ff. acq.poſſeſſ. Angel. in l.clam. poſſidere §. qui ad nundinas num.2.in fin.ff.eod Cocc.deciſ.150. nu.1. Rot. inter rec.dec.135.nu.3.par.1.*

Et fuiſſe legitimè citatum apparet, quia præceſſit citatio perſonalis initio cauſæ & deinde alia citatio in loco domicilij electi, quæ
2 æquipollet † perſonali contra forenſem & nō habentem permanentem domum *Cocc. deciſ. 216. ſub num.23.in fin.* & vlterius adſunt citationes per diligentias & per contradictas, ex
3 quibus valida eſt ſententia † quando, vt in caſu noſtro præceſſit citatio perſonalis, *Egid. deciſ.310.Rot.dec.1.de dol.& cont.in nou. & coram ſan.mem.Greg.XV. deciſ.430.ſub num.1.& in Meleuitana hæreditatis 26.Ianuarij 1637. coram Eminentiſſ.D.Card:Panzirolo.*

Nec dicendum poſſeſſionem Contugij eſſe
4 attentatam, quia † capta fuit pendente termino ad appellandum, computando decem
5 dies † non à die ſententiæ, ſed habitę notitiæ vt debet quando proceſſum fuit per contradictas, vel per diligentias eſto quod à principio emanaſſet citatio perſonalis; cum ea ci-
6 tatio † efficiat quidem vt valeat proceſſus nō autem quod citatus ſit verus contumax ad effectum vt appellandi tempus currat à die ſententię *Rot.deciſ.16.num.2.de dol.& cont.in nou.* vbi dicit rationem quia citati per diligentias ſeu per edictum habentur pro perſonaliter citatis ex quadam fictione iuris præſumentis quod citatus habuerit citationis notitiam quę tamen potuit ad eum nō peruenire & ſic vti
7 fictus contumax † poteſt appellare à die notitiæ, *& deciſ.55.num.2.par.1.diuerſ.Scacc. de appell.lib.3.cap.2.quæſt.12. num.17. & 18. Rebuff. de cont.art.9.num.4.& 8. facit Lancellot.de attent.p.2. cap.12.limit.50.num.14.Rot.deciſ.46.num.1. de appell.in antiq.* quia hæc concluſio recipit duas
8 limitationes, alteram quando reus † citatus fuit perſonaliter & citatio continet terminum peremptorium vt diſtingnendo bene declarat *Bart.in l.fin. num.14.* vbi dicit rationem quia per ſequentes citationes non purgatur contu-
9 macia † præcedens ſed fiunt ad omnem malitiam ſuperandam, *ff. de in integ. reſt. & probat tex.in l.contumacia 53. vbi gloſſ.verb. litis damno, ff.re iudic. l. & poſt edictum 73. §. fin. ff. Iudic.cap. quoniam frequenter §.porrò*, ibi, ſiue quia citatione peremptoria recepta venire contemnat *vt lit.non conteſt.Maran.in prax.part.6.art.2.princ. num.286.*

10 Alteram vbi citatus † dolo cępit latitare ne perſonaliter citaretur; ne enim ex dolo reportet commodum habetur pro citato perſonaliter *d. cap. quoniam §. porrò Creſc. deciſ.18. num.2.de re iudic. & in puncto gloſſ.in d.l.contumacia circa med.verſ.alio quia malitioſè, ff.de re iudic. Marant.in prax. d.par.2.art.2.num. 290.poſt Alex. in l.properandum §.ſin autem reus num.14.Cod. Iudic. Anchar.in clem.2.num.5. vt lit.pend. Scacc. de appell. d. quæſt.12. num. 19.* quicquid ſit ad effe-
11 ctum † vt condemnari poſſit ad mulctam irrogatam contra contumaces in quibus terminis loquitur *deciſ.84.nu.18.inter impreſſ. apud Farinacc. poſt conſil. lib.1.* Neque dolus excluditur ex eo quod Tanalia per aliquot dies ante citationem ad ſententiam palam allocutus fuerit ipſum Contugium & iura in actis produxerit, quia attendi debet tempus citationis quo ne citaretur malitioſè latitauit & de la-
12 titatione † conſtat ex relatione Curſoris cui creditur cum ſpectet ad eius officium iuxta theoricam *Bart.in l. à Diuo Pio §. in venditione, num.7.ff.de re iudic.Bald. in auth. ſed hodie num. 2. Cod.act.& obligat.*& in ſpecie *Seraph.deciſ.1123. num.3.*

Non obſtat, quod Tanalia veniat excuſandus ſi non appellauit à die ſententię ob impedimentum carcerationis, quæ ſuperuenit biduo poſt latam ſententiam, quia citatus deinde in carceribus ad videndum relaxari mandatum de immittendo in executionem dictæ
13 ſententiæ non appellauit; cumque † potuiſ-
ſet

ſet appellare per Procuratorem impedimentum carcerationis non releuat *Scacc. de appell. quæſt.*12.*ſub num.* 192.*verſ. aut cauſa eſt talis quominus*, quia non agitur de excuſando à proſecutione appellationis, ſed ab appellatione,
14 quæ † non tam facilè excuſatur ob impedimentum quam proſecutio, *vt per Lancellott. de attent par.* 2.*cap.* 12.*ampl.* 1.*num.* 55.*& 58.*

Quæ verò informantes pro Tanalia adduxerunt contra iuſtitiam ſententiæ latæ ad fauorem Contugij viſa fuerunt elidi ex reſponſionibus datis in deciſionibus coram bo. me. Pirouano.

Et ità deciſum vtraq; parte informante, coram R. P. D. meo Carillo quo Hiſpanias reuerſo antequam deciſionem extēderet ego in cauſa ſubrogatus hoc munus expleui iuxta vota DD. tunc temporis ædita & mihi reddita à Reuerendiſs. D. meo Decano,

BONONIEN. IVRISPATRONATVS.

Lunæ 28. Martij 1639.

ARGVMENTVM.

Lis inter patronos ſuper pertinentia Iuriſpatronatus non efficit beneficium litigioſum; itaut ea pendente præſentare poſſint abſque vitio attentatorum, quicquid ſit quando lis pendet inter præſentatos. Patroni poſt inhibitionem rotalem præſentare prohibentur, quamuis lite pendente præſentare valeant, quia inhibitio efficit attentatum etiam quod ex ſola litis pendentia prohibitum non ſit. De non Iure collitigantis ad effectum vt reuocatio attentatorum retardari poſſit conſtare debet per rem iudicatam, vel partis confeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus regulariter non tranſit in fideicomiſſarium.*

2 *Lis inter patronos non efficit beneficium litigioſum, eo quod non cadit ſuper titulo beneficij ſed ſolum ſuper pertinentia patronatus.*

3 *Patroni pendente lite ſuper pertinentia Iuriſpatronatus præſentare poſſunt abſque vitio attentatorum.*

4 *Quicquid ſit quando lis pendet inter præſentatos, quo caſu bene procedit diſpoſitio* text. in cap. 1. & 2. vt lit. pendent. in 6.

5 Text. in cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. *locum habent etiam in præſentatione.*

6 *Præſentatio facta lite pendente ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi non dicitur attentata, quia qui continuat non attentat.*

Limita non procedere quando lis pendet ſuper poſſeſſione præſentandi tunc enim ipſamet quaſi poſſeſſionis continuatio dicitur attentata vt nu. 16. *preſertim poſt inhibitionem rotalem, & num.* 17.

7 *Lis per commiſſionem dicitur inducta, maxime quo ad ipſum committentem.*

8 *Inhibitio rotalis eſt omnino ſeruanda.*

9 *Inhibitio rotalis reddit attentatum etiam id quod ex ſola litis pendentia prohibitum non ſit.*

10 *Inhibitionis rotalis interpetratio ſeu modificatio non pertinet ad partes, vel ad Iudices inferiores; ſed illa ſiue iuſta ſiue iniuſta ſeruanda eſt, & pro illius interpetratione vel modificatione recurrendū eſt ad Rotam.*

11 *Inhibitio rotalis cauſat attentata, etiamſi dubitari poſſit, an actus attentatus in ea comprehendatur?*

12 *Inhibitio rotalis emanata vigore commiſſionis tam late ſe habet, quam ipſa commiſſio.*

13 *Præſentatio facta cum declaratione quod ſi eſt attentata habeatur pro non facta, conſtito de attentatis nihil operatur, ſed res in preſtinū ſtatū reducēda eſt.*

14 *Proteſtatio contraria facto non excuſat.*

15 *Lis pendere dicitur etiam ſuper quaſi poſſeſſione præſentandi, quando inſimul fuit cumulatum poſſeſſorium, & petitorium.*

18 *Attentatorum reuocatio vt retardari poſſit ex non Iure collitigantis, illud debet eſſe notorium, vel per rem iudicatam, vel partis confeſſionem.*

19 *Attentata reuocari poſſunt officio Iudicis, etiam ceſſante intereſſe partis.*

20 *Attentare dicitur præſentatus cauſā habens à præſentantibus, qui erant in lite, & inhibitione ligabātur.*

DECISIO III.

POST commiſſam cauſam in Rota, & inhibitionem vigore commiſſionis emanatam ad inſtantiam DD. de Cortis, & D. Alexandri Sabbatini in gradu appellationis à reſcripto Emminentiſſimi Dñi Cardinalis Archiepiſcopi Bononiæ mandantis cognoſci ſimul petitorium, & poſſorium in cauſa vertente intèr ipſos ex vna, & D. Antonium Mariam Bellioſſium ex altera ſuper pertinentia Iuriſpatronatus Parrochialis Eccleſiæ Sancti Andreę de Cadriano; ijdem DD. de Cortis, & Sabbatinus pręſentarunt ad d. Parrochialem D. Dominicum Fagnanum in locum D. Matthęi Sabbatini, qui præſentationi de ſe factę renunciauerat, & dictus Fagnanus pręuia ſucceſſiua inſtitutione Ordinarij poſſeſſionem Parrochialis apprehendit. Vnde ſub die 14. Iunij 1638. dubitatum fuit coram b. m. Buccabella an coſtaret de attentatis, & Bellioſſio tantum informante fuit affirmatiue reſolutum: Propoſito deinde dubio ſuper eiſdem, DD. ſteterunt in deciſis non obſtantibus exaduerſo deductis, quæ ad duo præcipue reducebantur.

Primò, quod tempore preſentationis, & inſtitutionis Fagnani nulla lis pendebat cū Bellioſſio, quippè quod nec fuerat admiſſus ad cauſam, nec aliquo modo docebat de iure ſuo, imò apparebat de non iure, quia nitebatur fideicomiſſo, ex quo regulariter ius pa-
1 tronatus † in fideicomiſſariū non tranſit *Berou. in cap.* 1. *num.* 15. *de Iurepatr. Couarr. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 8. *verſ. quibus, & alia ratio Peregr. de fideic. art.* 6. *num.* 37. *& ſeqq. Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 634. *num.* 2. *Garz. de Benef. par.* 5. *cap.* 9. *nu.* 17. *Rot. in Maceraten. Iuriſpatr. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano impreſſ. poſt Modern. Piſan. de Iurepatr. dec.* 24. *ſub num* 4.

2 Secundò, quia lis † inter patronos ſicuti non efficit beneficium litigioſum, eo quod non cadit ſuper titulo beneficij ſed ſolum ſuper pertinentia patronatus iuxta *theor. Innoc. in cap.*

in cap. cum M. Ferrarien. num. 9. verſ. ſed oppone
de Conſt. Bald. in Auth. litigioſa num. 1. Cod. litig.
cum aliis alleg. per add. ad Buratt. deciſ. 927.
numer. 19. *& ſeqq.* ita nec impedit quo minus
3 ſuccedente vacatione † preſentare poſſint
abſque vitio attentatorum *Lancell. de attent.*
par. 1. cap. 3. num. 120. Lotther. de re beneſ. lib.
2. quaſt. 20. num. 5. & ſeqq. Acchill. deciſ. 28. in
fin. de appell. Rot. deciſ. 227. num. 2. & ſeqq. dec.
618. num. 5. par. 1. recent. & fuit dictum in Feſula-
na Parochialis 24. Iunij 1630. coram R.P.D. meo
Dunozet, & in Ariminen. Iuriſpatronat. 26. Ianua-
rij 1635. coram R.P.D. meo Pirouano, Quicquid
4 ſit † quando lis pendet inter preſentatos, quo
caſu benè procedit diſpoſitio, *text. in cap. 1. &*
2. vt lit. pend. in 6. qui habent locum etiam in
5 † præſentatione *Calder. conſ. 1. vt lit. penden. &*
conſil. 18. de Iurepatronat. Lap. alleg. 22. num. 3.
vbi add. Garz. de beneſic. part. 5. cap. 9. numer. 218.
Ceſcent. deciſ. 10. de Iurepatr. Caualer. deciſ. 556.
num. 1.

Eoque minus dicenda videbatur attentata
6 præſentatio † lite vt ſupra pendente facta à
patronis exiſtentibus in quaſi poſſeſſione
præſentandi; quia videlicet, qui continuat
non attentat *Berou. conſ. 118. num. 8. & 9. lib. 3.*
Gabr. de acquir. poſſ. concluſ. 6. num. 1. & in terminis
Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 541.
546. & 593.

Verum ad primum obiectũ reſpondebatur
quod ex actis apparet longè ante præſentatio-
nem Fagnani Ordinarium cõmiſiſſe D. Tau-
rello eius Auditori cauſam inter Bellioſſium
ex vna, & DD. de Cortis & Sabbatinum, qui
deinde Fagnanum præſentarunt ex altera, &
vltro ad inſtantiam eorumdem de Cortis, &
Sabbatini fuiſſe in gradu appellationis com-
miſſam eamdem cauſam in Rota nominatim
contra Bellioſſium, & ſubſecutam inhibitio-
nem Rotalem, per quam commiſſionem fuit
7 formaliter inducta lis † cum ipſo Bellioſſio,
maximè quoad aduerſarios, qui cauſam com-
mitti & inhiberi curarunt, *Caſſad. deciſ. 6. nu. 2.*
ſuper reg. Cancell. Caputaq. deciſ. 171. num. 3. par. 2.
Rot. coram bon. mem. Buratto deciſ. 833. numer. 1. id
quod ſucceſſiuè iidem aduerſarii in actu præ-
ſentationis Fagnani faſſi fuerunt, proteſtantes
vlterius quod non intendunt vllum vel mi-
nimum præiudiciũ inferri litis pendentiæ &
inhibitioni Rotali, ſed litem in Rota rema-
nere decidendam ac terminandam.

Ad ſecundum fuit reſponſum quod præ-
ſentationem Fagnani cũ omnibus inde ſecu-
tis attentatam reddit ſaltem inhibitio Rotalis
ab ipſis præſentantibus prius obtenta, quæ
8 debuit † omninò ſeruari *Acchill. deciſ. 24. nu. 1.*
de Appell. cum aliis alleg. in 1. deciſ. bon. me. Bucca-
bella. Et quamuis replicetur quod inhibitio
nõ egreditur terminos litis pendentię, quodq;
non potuit obeſſe facultati præſentandi quam
patroni habent etiam pendente lite Reſpõde-
tur vigore inhibitionis effici attentatum etiã
9 id † quod ex ſola litis pendentia prohibitum
non fuiſſe *Lancell. de attent. p. 2. c. 4. limit. 2. nu. 5. &*
limit. 5. n. 10. verſ. hac autem limit. & c. 12. limit. 40.
10 *num. 14.* Preter quod non pertinet † ad par-
tes vel Iudices inferiores interpretatio ſeu mo-
dificatio inhibitionum Rotalium, ſed eas ſi-
ue iuſtas ſiue iniuſtas ſeruare debent & pro in
terpretatione, ac modificatione recurrere ad
Rotam *Gregor. XV. deciſ. 119. num. 8. deciſ. 435.*
num. 4. & magis in ſpecie, quod inhibitio cau-
11 ſet † attentata etiam ſi dubitari poſſit an actus
attentatus in ea comprehendatur *Rot. dec. 74.*
num. 3. deciſ. 124. in fin. par. 1. recent. & in Calagu-
ritana Beneficij 19. Aprilis 1613. coram bon. mem.
Card. Sacrato.

Non obſtat, quod in executione inhibitio-
nis Rotalis Sabbatinus & litis conſortes decla-
rauerint ea velle vti ſolum ad effectum exi-
mendi ſe à grauaminibus quę timebant à D.
Taurello Iudice deputato, & impediendi vlte-
riorem proceſſum coram eo vt Summa. Sab-
batini num. 8. quia non ideo eliſa remanet in-
hibitio quam vt dixi partes modificare non
12 potuerunt, ſed tam latè ſe habet † quam ipſa
commiſſio cuius vigore emanauit, *Rot. deciſ.*
546. num. 2. par. 2. recent. quæque deinde ab ipſis
Sabbatino & litis conſortibus, fuit totaliter
preſeruata dum in actu preſentationis Fagna-
ni declararunt, vt ſupra nolle aliquod vt mi-
nimũ preiudicium illatũ, cenſeri inhibitioni
Rotali, & velle in Rota cauſam decidi ac ter-
minari. Pariterque non obſtat quam eodem
contextu preſentationis Fagnani preſentantes
proteſtati fuerint, quod ſi ea attentata eſſet in-
tendunt, potiùs preſentationẽ haberi pro nõ
facta; quia cum ex predictis preſentatio cum
13 omnibus inde ſecutis attentata ſit, delenda
omnino & in priſtinum ſtatum reducenda
res eſt, ſiue in vim dictæ declarationis, ſiue
ex capite attentatorum, quæ non excuſat di-
14 cta proteſtatio † cum ſit contraria facto *ad*
not. per Rip. in cap. cum M. Ferrarien. num. 70. &
ibid. Felin. num. 79. de Conſtit. Abb. in cap. ſollicitu-
dinem num. 8. de Conſt. Rot. coram bo. me. Buratto de-
ciſ. 383. num. 5.

Minus releuat eſſerta quaſi poſſeſſio preſẽ-
tandi, nam omiſſo an ſufficienter probetur,
cum ex prefata cumulatione poſſeſſorij & pe-
15 titorij lis † penderet etiam ſuper quaſi poſ-
ſeſſione præſentandi, *vt in term. gloſ. fin. in fin. in*
cap. cum veniſſent de integr. reſtit. propterea &
16 ipſius quaſi poſſeſſionis cõtinuatio † attentata
diceretur *Rip. in cap. cum M. Ferrarien. num. 193.*
art. fin. verſ. ad iſtrumentũ reſpondeo de Conſt. Auth.
in c. ex parte nu 4. verſ. tertio oppono de arbitr. Lan-
cell. in his terminis de attent. part. 2. cap. 4. in præf.
num. 55. Rota coram Reuerendiſſ. D. meo Decano de-
ciſ. 418. num. 2. & par. 5. recent. deciſ. 148. numer. 5.
17 eo magis † poſt inhibitionem Rotalem *add.*
ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 203. ſub num. 7.

Non obſtat, quod non conſtet de inte-
reſſe Bellioſſii quinimò tanquam fideicom-
miſſarius Iuſpatronatus prætendere non
poſſit, nam dantur caſus, in quibus Iuſpatro-
natus tranſit in fideicommiſſarium & pen-
dente lite dici non poteſt conſtare de non iu-
18 re colligitantis quod † tamen notorium eſſe
deberet per rem iudicatam vel partis confeſ-
ſionem vt exinde retardari poſſet reuocatio
attentatorum *Lancell. de attent. par. 3. cap. 4. qu. 1.*
num. 64.

num.64. & ſeqq. Greg. XV. deciſ.465. num.9. quorũ preterea reuocatio etiam ceſſante intereſſe
19 partis fierit poſſet ex officio Iudicis ob ſpretũ Iuriſdictionis & inhibitionis Rotalis. *Rot. deciſ. 2. ad fin. de reſtit. ſpol. in non. Gregor. XV. dicta deciſ.465. num.10. & 11.*

Tandem non obſtat, quod Fagnanus pręſentatus nec inhibitus nec in lite eſſet, quia ad effectum attentatorum ſufficit quod habeat cauſam à præſentantibus, qui in lite erant, & inhibitione ligabantur *Caualer. deciſ. 556. num. 1. Buratt. deciſ. 258. num. 2. deciſ. 642. numer. 2. & fuit dictum in Lucana Iuſpatron. 12. May 1628. coram R. P. D. meo Dunozet.*

Et ità deciſum vtraque parte informante coram bon. mem. Buccabella, quo defuncto cauſaque à me reaſſumpta, ego de more deciſionem extendi.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ZEPHIRIS.

Lunæ 30. Maij 1639.

ARGVMENTVM

Subſtitutio fœminarum facta ſub conditione ſi inſtitutus ſine filijs maſculis deceſſerit expirat eo cum maſculis decedente, ea ratione quia defectus filiorum refertur ad certum & determinatum tempus mortis hæredis inſtituti, quo caſu ſufficit de eo tempore maſculos extitiſſe ad excluſionem ſubſtituti quãuis poſtea defecerint; Si vero ſubſtitutio eſt indeterminatè concepta ſub conditione deficientiæ maſculorum locum habet quocumque tempore maſculi deficiant etiam poſt mortem inſtitutorum.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur ex confeſſione Teſtatoris, nec talis confeſſio poteſt ab hærede impugnari.*

2 *Subſtitutio fœminarum ſub conditione ſi hæres ſine filijs maſculis deceſſerit; expirat eo cum maſculis decedente.*

3 *Subſtitutio facta per verba certum & determinatũ tempus denotantia puta* ſi ſine filijs hæres deceſſerit, *multum differt à ſubſtitutione ſub conditione* deficientię filiorum.

4 *Subſtitutio ſub conditione* ſi hęres ſine filijs deceſſerit *habente certum & determinatum tempus expirat mortuo hærede cum filijs; quia ſufficit tempore mortis filios extitiſſe, quamuis poſtea defecerint.*

5 *Conditionem ſemel fuiſſe adimpletam ſatis eſt; licet implementum non duret.*

6 *Subſtitutio ſi ſemel expirauit per exiſtentiam filiorum de tempore à Teſtatore contemplato, manet ſemper excluſio etiamſi filij poſtea de medio tollantur.*

7 *Subſtitutio facta ſub conditione* deficientiæ filiorum *cum nullum habeat determinatum tempus locum habet quandocumque filij deficiant etiam poſt mortem inſtiturorum.*

8 *Verbum* deſcendentibus, *habet tractum ſucceſſiuum ad omnes deſcendentes in infinitum.*

9 *Et demonſtrat Teſtatorem reſpexiſſe ad omne tempus, quamuis remotiſſimum deficientiæ deſcendentium.*

10 *Sub hæredis inſtitutione non cadunt bona ex antiquo fideicommiſſo alteri debita.*

11 *Licentia diſponendi per vltimam voluntatem conceſſa à fideicommittente filijs primi gradus nominatim inſtitutis, perſonas eorundem non egreditur, & num. 14. & 15.*

12 *Verbum* Dicti *eſt repetitiuum & demonſtratiuum ad oculum perſonarum ſupra nominatarum.*

13 *Verbum* ipſorum *perſonaliſſimum eſt.*

DECISIO IV.

SILVIVS Zephirus inſtitutis hęredibus P. Emilio & Hortentio filijs, quos etiam ad inuicẽ ſubſtituit, digreſſus fuit ad vlteriores gradus ſubſtitutionũ per hęc verba. *Et in euentum in quem dicti ſui filij decederent ſine filijs legitimis, & naturalibus, quod poſſint inſtituere quem voluerint ad libitum ipſorum, & ſi non diſpoſuerint per eorum vltimam voluntatem; maſculis deficientibus ab eis deſcendentibus; tunc eo caſu vocauit fœminas pariter deſcendentes ab eis &c.*

Defunctis poſt mortem Teſtatoris P. Emilio & Hortentio, ac ſucceſſiuè etiam Franciſco, Alexandro, ac Ludouico natis ex Paulo Emilio; cum Deodata eiuſdem P. Emilij filia, nunc Monialis in Monaſterio S. Laurentij in Pane & Perna, & ex eius perſona Monaſterium prętenderet ad ſui fauorem purificatum fideicommiſſum Siluij in portione P. Emilij, mihique deſuper cauſam committi obtinuiſſet aduerſus Ven. Congregat. R. P. Carauitę hęredem proprietariam inſtitutam in teſtamento Ludouici. Dubitaui, an per deficiẽtiam filiorum maſculorum q. P. Emilij factus eſſet locus fideicommiſſo ad fauorem Monaſterij? & DD. affirmatiuè reſponderunt.

1 Quod enim, Deodata ſit filia P. Emilij probat confeſſio Ludouici qui poſtquam tanquã filius P. Emilij illius hęreditatem vna cũ fratribus adiuerat, vt in *Summ. Monaſt. num. 2.* Deodatam vti ſororem germanam ſcripſit hęredem vſufructuariam *Summario numer. 4.* nec poteſt in dubium reuocari à Congregatione Ludouici hęrede proprietaria ad *text. in l. cum à matre Cod. rei vindic. Pariſ. conſ. 11. numer. 39. lib. 3. Rot. deciſ. 387. n. 4. par. 1. recent.* Vnde fit vt ad fauorem Diodatę ſiue Monaſterij per deficientiam filiorum maſc. P. Emilij fuerit purificatum fideicommiſſum pro fœminis deſcendentibus in hunc caſum conceptum.

Nec obſtat, quod P. Emilius deceſſerit cum
2 filijs maſc. ideoque ſubſtitutio feminarũ expirauerit *iuxt. celebre conſ. 23. Oldr.* etiam ſi maſculi poſtea obierint *Fuſar. conſ. 98. num. 2. Rot. deciſ. 221. num. 1. par. 5. recent.* Quia multum in-
3 tereſt an teſtator ſubſtituerit per verba certi ac determinati temporis, puta ſi ſine filijs hęres deceſſerit, an vero ſub conditione deficientiæ filiorum? Primo enim caſu in quo

con-

in cap. cum M. Ferrarien. num.9. verſ. ſed oppone
de Conſt. Bald. in Auth. litigioſa num. 1. Cod. litig.
cum alijs alleg. per add. ad Buratt. deciſ. 927.
numer. 19. *& ſeqq.* ita nec impedit quo minus
3 ſuccedente vacatione † preſentare poſſint
abſque vitio attentatorum *Lancell. de attent.*
par. 1. cap. 3. num. 120. Lotther. de re benef. lib.
2. quaſt. 20. num. 5. & ſeqq. Acchill. deciſ. 28. in
fin. de appell. Rot. deciſ. 227. num. 2. & ſeqq. dec.
618. num. 5. par. 1. recent. & fuit dictum in Feſula-
na Parochialis 24. Iuny 1630. coram R.P.D. meo
Dunozet, & in Ariminen. Iuriſpatronat. 26. Ianua-
rij 1635. coram R.P.D. meo Pironano, Quicquid
4 ſit † quando lis pendet inter preſentatos, quo
caſu benè procedit diſpoſitio, *text. in cap. 1. &*
2. vt lit. pend. in 6. qui habent locum etiam in
5 † præſentatione *Calder. conſ. 1. vt lit. penden. &*
conſil. 18. de Iurepatronat. Lap. alleg. 22. num. 3.
vbi add. Garz. de benefic. part. 5. cap. 9. numer. 218.
Ceſcent. deciſ. 10. de Iurepatr. Caualer. deciſ. 556.
num. 1.

Eoque minus dicenda videbatur attentata
6 præſentatio † lite vt ſupra pendente facta à
patronis exiſtentibus in quaſi poſſeſſione
præſentandi; quia videlicet, qui continuat
non attentat *Berou. conſ. 138. num. 8. & 9. lib. 3.*
Gabr. de acquir. poſſ. concluſ. 6. num. 1. & in terminis
Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 541.
546. & 593.

Verum ad primum obiectū reſpondebatur
quod ex actis apparet longè ante preſentatio-
nem Fagnani Ordinarium cōmiſiſſe D. Tau-
rello eius Auditori cauſam inter Bellioſſium
ex vna, & DD. de Cortis & Sabbatinum, qui
deinde Fagnanum præſentarunt ex altera, &
vltro ad inſtantiam eorumdem de Cortis, &
Sabbatini fuiſſe in gradu appellationis com-
miſſam eamdem cauſam in Rota nominatim
contra Bellioſſium, & ſubſecutam inhibitio-
nem Rotalem, per quam commiſſionem fuit
7 formaliter inducta lis † cum ipſo Bellioſſio,
maximè quoad aduerſarios, qui cauſam com-
mitti & inhiberi curarunt, *Caſſad. deciſ. 6. nu. 2.*
ſuper reg. Cancell. Caputaq. deciſ. 171. num. 3. par. 2.
Rot. coram bon. mem. Buratto deciſ. 333. numer. 1. id
quod ſucceſſiuè iidem aduerſarij in actu præ-
ſentationis Fagnani faſſi fuerunt, proteſtantes
vlterius quod non intendunt vllum vel mi-
nimum præiudiciū inferri litis pendentiæ &
inhibitioni Rotali, ſed litem in Rota rema-
nere decidendam ac terminandam.

Ad ſecundum fuit reſponſum quod præ-
ſentationem Fagnani cū omnibus inde ſecu-
tis attentatam reddit ſaltem inhibitio Rotalis
ab ipſis præſentantibus prius obtenta, quæ
8 debuit † omninò ſeruari *Acchill. deciſ. 24. nu. 1.*
de Appell. cum alijs alleg. in 1. deciſ. bon. me. Bucca-
bella. Et quamuis replicetur quod inhibitio
nō egreditur terminos litis pendentię, quodq;
non potuit obeſſe facultati præſentandi quam
patroni habent etiam pendente lite Reſpōde-
tur vigore inhibitionis effici attentatum etiā
9 id † quod ex ſola litis pendentia prohibitum
non fuiſſe *Lancell. de attent. p. 2. c. 4. limit. 2. nu. 5. &*
limit. 5. n. 10. verſ. hac autem limit. & c. 12. limit. 40.
10 *num. 14.* Preter quod non pertinet † ad par-
tes vel Iudices inferiores interpretatio ſeu mo-
dificatio inhibitionum Rotalium, ſed eas ſi-
ue iuſtas ſiue iniuſtas ſeruare debent & pro in
terpretatione, ac modificatione recurrere ad
Rotam *Gregor. XV. deciſ. 119. num. 8. deciſ. 435.*
num. 4. & magis in ſpecie, quod inhibitio cau-
11 ſet † attentata etiam ſi dubitari poſſit an actus
attentatus in ea comprehendatur *Rot. dec. 74.*
num. 3. deciſ. 124. in fin. par. 1. recent. & in Calagu-
ritana Beneficij 19. Aprilis 1613. coram bon. mem.
Card. Sacrato.

Non obſtat, quod in executione inhibitio-
nis Rotalis Sabbatinus & litis conſortes decla-
rauerint ea velle vti ſolum ad effectum exi-
mendi ſe à grauaminibus quę timebant à D.
Taurello Iudice deputato, & impediendi vlte-
riorem proceſſum coram eo vt Summa. Sab-
batini num. 8. quia non ideo eliſa remanet in-
hibitio quam vt dixi partes modificare non
12 potuerunt, ſed tam latè ſe habet † quam ipſa
commiſſio cuius vigore emanauit, *Rot. deciſ.*
546. *num. 2. par. 2. recent.* quæque deinde ab ipſis
Sabbatino & litis conſortibus, fuit totaliter
pręſeruata dum in actu pręſentationis Fagna-
ni declararunt, vt ſupra nolle aliquod vt mi-
nimū pręiudicium illatū, cenſeri inhibitioni
Rotali, & velle in Rota cauſam decidi ac ter-
minari. Pariterque non obſtat quam eodem
contextu pręſentationis Fagnani pręſentantes
proteſtati fuerint, quod ſi ea attentata eſſet in-
tendunt, potiùs pręſentationē haberi pro nō
facta; quia cum ex prędictis pręſentatio cum
13 omnibus inde ſecutis attentata ſit, delenda
omnino & in priſtinum ſtatum reducenda
res eſt, ſiue in vim dictæ declarationis, ſiue
ex capite attentatorum, quæ non excuſat di-
14 cta proteſtatio † cum ſit contraria facto *ad*
not. per Rip. in cap. cum M. Ferrarien. num. 70. &
ibid. Felin. num. 79. de Conſtit. Abb. in cap. ſollicitu-
dinem num. 8. de Conſt. Rot. coram bo. me. Buratto de-
ciſ. 388. num. 5.

Minus releuat eſſerta quaſi poſſeſſio pręſē-
tandi, nam omiſſo an ſufficienter probetur,
cum ex pręfata cumulatione poſſeſſorij & pe-
15 titorij lis † penderet etiam ſuper quaſi poſ-
ſeſſione præſentandi, *vt in term. gloſ. fin. in fin. in*
cap. cum veniſſent de integr. reſtit. propterea &
16 ipſius quaſi poſſeſſionis cōtinuatio † attentata
diceretur *Rip. in cap. cum M. Ferrarien. num. 193.*
art. fin. verſ. ad iſtrumentū reſpondeo de Conſt. Arch.
in c. ex parte nu 4. verſ. tertio oppono de arbitr. Lan-
cell. in his terminis de attent. part. 2. cap. 4. in præf.
num. 55. Rota coram Reuerendiſſ. D. meo Decano de-
ciſ. 418. num. 2. & par. 5. recent. deciſ. 148. numer. 5.
17 eo magis † poſt inhibitionem Rotalem *add.*
ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 203. ſub num. 7.

Non obſtat, quod non conſtet de inte-
reſſe Bellioſſij quinimò tanquam fideicom-
miſſarius Iuſpatronatus prætendere non
poſſit, nam dantur caſus, in quibus Iuſpatro-
natus tranſit in fideicommiſſarium & pen-
dente lite dici non poteſt conſtare de non iu-
18 re colligantis quod † tamen notorium eſſe
deberet per rem iudicatam vel partis confeſ-
ſionem vt exinde retardari poſſet reuocatio
attentatorum *Lancell. de attent. par. 3. cap. 4. qu. 1.*
num. 64.

num.64. & ſeqq. Greg. XV. deciſ.465. num.9. quo-
rũ prętcrea reuocatio etiam ceſſante intereſſe
19 partis fierit poſſet ex officio Iudicis ob ſpre-
tũ Iuriſdictionis & inhibitionis Rotalis. *Rot.
deciſ. 2. ad fin. de reſtit. ſpol. in nou. Gregor. XV. dicta
deciſ.465. num.10. & 11.*

Tandem non obſtat, quod Fagnanus prę-ſentatus nec inhibitus nec in lite eſſet quia ad effectum attentatorum ſufficit quod habeat cauſam à præſentantibus, qui in lite erant, & inhibitione ligabantur *Caualer. deciſ.556. num.1. Buratt. deciſ.258. num.2. deciſ.642. numer.2. & fuit dictum in Lucana Iuſpatron. 12. May 1628. coram R.P.D. meo Dunozet.*

Et ità deciſum vtraque parte informante coram bon. mem. Buccabella, quo defuncto cauſaque à me reaſſumpta, ego de more deciſionem extendi.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ZEPHIRIS.

Lunæ 30. Maij 1639.

ARGVMENTVM

Subſtitutio fœminarum facta ſub conditione ſi inſtitutus ſine filiis maſculis deceſſerit expirat eo cum maſculis decedente, ea ratione quia defectus filiorum refertur ad certum & determinatum tempus mortis hæredis inſtituti, quo caſu ſufficit de eo tempore maſculos extitiſſe ad excluſionem ſubſtituti quãuis poſtea defecerint; Si vero ſubſtitutio eſt indeterminatè concepta ſub conditione deficientiæ maſculorum locum habet quocumque tempore maſculi deficiant etiam poſt mortem inſtiturorum.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur ex confeſſione Teſtatoris, nec talis confeſſio poteſt ab hærede impugnari.*

2 *Subſtitutio fœminarum ſub conditione ſi hæres ſine filijs maſculis deceſſerit; expirat eo cum maſculis decedente.*

3 *Subſtitutio facta per verba certum & determinatũ tempus denotantia puta* ſi ſine filijs hæres deceſſerit, *multum differt à ſubſtitutione ſub conditione* deficientię filiorum.

4 *Subſtitutio ſub conditione* ſi hęres ſine filijs deceſſerit *habente certum & determinatum tempus expirat mortuo hærede cum filijs; quia ſufficit tempore mortis filios extitiſſe, quamuis poſtea defecerint.*

5 *Conditionem ſemel fuiſſe adimpletam ſatis eſt; licet implementum non duret.*

6 *Subſtitutio ſi ſemel expirauit per exiſtentiam filiorum de tempore à Teſtatore contemplato, manet ſemper excluſio etiamſi filij poſtea de medio tollantur.*

7 *Subſtitutio facta ſub conditione* deficientiæ filiorum *cum nullum habeat determinatum tempus locum habet quandocumque filij deficiant etiam poſt mortem inſtiturorum.*

8 *Verbum* deſcendentibus, *habet tractum ſucceſſiuum ad omnes deſcendentes in infinitum.*

9 *Et demonſtrat Teſtatorem reſpexiſſe ad omne tempus, quamuis remotiſſimum deficientiæ deſcendentium.*

10 *Sub hæredis inſtitutione non cadunt bona ex antiquo fideicommiſſo alteri debita.*

11 *Licentia diſponendi per vltimam voluntatem conceſſa à fideicommittente filijs primi gradus nominatim inſtitutis, perſonas eorundem non egreditur, & num. 14. & 15.*

12 *Verbum* Dicti *eſt repetitiuum & demonſtratiuum ad oculum perſonarum ſupra nominatarum.*

13 *Verbum* ipſorum *perſonaliſſimum eſt.*

DECISIO IV.

SILVIVS Zephirus inſtitutis hęredibus P. Emilio & Hortentio filiis, quos etiam ad inuicè ſubſtituit, digreſſus fuit ad vlteriores gradus ſubſtitutionũ per hęc verba. *Et in euentum in quem dicti ſui filij decederent ſine filijs legitimis, & naturalibus, quod poſſint inſtituere quem voluerint ad libitum ipſorum, & ſi non dipoſuerint per eorum vltimam voluntatem, maſculis deficientibus ab eis deſcendentibus; tunc eo caſu vocauit fœminas pariter deſcendentes ab eis &c.*

Defunctis poſt mortem Teſtatoris P. Emilio & Hortentio, ac ſucceſſiuè etiam Franciſco, Alexandro, ac Ludouico natis ex Paulo Emilio; cum Deodata eiuſdem P. Emilij filia, nunc Monialis in Monaſterio S. Laurentij in Pane & Perna, & ex eius perſona Monaſterium prętenderet ad ſui fauorem purificatum fideicommiſſum Siluij in portione P. Emilij, mihique deſuper cauſam committi obtinuiſſet aduerſus Ven. Congregat. R.P. Carauitę hęredem proprietariam inſtitutam in teſtamento Ludouici. Dubitaui, an per deficiẽtiam filiorum maſculorum q. P. Emilij factus eſſet locus fideicommiſſo ad fauorem Monaſterij? & DD. affirmatiuè reſponderunt.

1 Quod enim, Deodata ſit filia P. Emilij probat confeſſio Ludouici qui poſtquam tam-
quã filius P. Emilij illius hęreditatem vna cũ
fratribus adiuerat, vt in *Summ. Monaſt. num.2.*
Deodatam vti ſororem germanam ſcripſit
hęredem vſufructuariam *Summario numer. 4.*
nec poteſt in dubium reuocari à Congre-
gatione Ludouici hęrede proprietaria *ad text.
in l. cum à matre Cod. rei vindic. Pariſ. conſ. 11. nu-
mer. 39. lib.3. Rot. deciſ. 387. n.4. par. 1. recent.* Vnde
fit vt ad fauorem Diodatę ſiue Monaſterij per
deficientiam filiorum maſc. P. Emilij fuerit
purificatum fideicommiſſum pro fœminis
deſcendentibus in hunc caſum conceptum.

Nec obſtat, quod P. Emilius deceſſerit cum
2 filijs maſc. ideoque ſubſtitutio fęminarũ ex-
pirauerit *iuxt. celebre conſ. 21. Oldr.* etiam ſi ma-
ſculi poſtea obierint *Fuſar. conſ. 98. num. 2. Rot.
deciſ. 221. num. 1. par. 5. recent.* Quia multum in-
3 tereſt an teſtator ſubſtituerit per verba certi
ac determinati temporis, puta ſi ſine filijs
hęres deceſſerit, an vero ſub conditione defi-
cientiæ filiorum? Primo enim caſu in quo

con-

conſuluit Oldr. quia defectus filiorum refertur ad certum ac determinatum tempus mortis
4 heredis inſtituti, ſufficit † propterea de eo tẽpore filios extitiſſe ad excluſionem ſubſtituti quamuis poſtea defecerint, nam ſatis eſt cõ-
5 ditionem † ſemel fuiſſe impletam licet implementum non duret *l.cum vxori Cod.quando dies legat.d. l. ſi quis hæredem Cod. inſt. & ſubſt. l. hæredibus in princ.ff.ad Treb.Ruin.conſ.89.nu.8.lib.4. Alex.conſ.53.nu.12.lib.6. Tiraq.in tract. ceſſ.cauſ. limit.4.num.1.& ſeqq. Greg.XV.deciſ.5.numer.*10. & cum exiſtentia filiorum de tempore à teſtatore contemplato iam conſumauerit effe-
6 ctum excluſionis ſubſtituti, manet † ſemper excluſio & ſi poſtea tollantur de medio filij quorum eiuſdem fuit cauſa excluſionis ad *text.in l.fin.ff.vnd.lib.l.inter ſtipulantem §.ſacram, ffde verb.oblig. Bart.in l. fin. §.quando num.2. ad fin.ff. ad Tertull. Dec.conſ.309. numer.5. Caſanat. conſ.4. numer.104.& 110. Tiraquell. dicto tractat. limit.12.* [illegible]

Altero vero caſu, quia verba nullam ha-
7 bent † certi temporis determinationem referenda ſunt ad quodcumque tempus deficientiæ filiorum, ita vt ſit locus fideicommiſſariæ ſubſtitutioni quandocumque etiam poſt mortem inſtitutorum deficiant, vt in terminis ſubſtitutionis factę ſub conditione deficientibus filiis diſtinguit inter vtrumque caſum *Socc.in l.ſolemus num.6.ff.condit.& demonſtr.* & diſtinctio deſumitur *ex l. in ſubſtitutione ff. vulg. & pup.* & eamdem diſtinctionem in eiſdem terminis ſequitur *Ruin.conſ.132.n.5.conſ.133.in princ.lib.3. Dec.conſ.594.num.5.& 6. Aym. conſil. 878.num.7.Vegg.conſ74.nu.10. Menoch.conſ.1017. num.15.& 16. Surd. conſ.110.num.10.Caſanat. d. conſ.4.num.105. & 106.* vbi quod eſſet contra mentem Teſtatoris verba non determinata nec reſtricta determinare & reſtringere. *Mant. de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.6. num.6. Gayll. obſeru.136.num.3. Molin.de primogenit. lib.1.cap.6. num.19.Caſtill.contro. iur. lib.5. cap.89. num.21. & 32.* vbi allegat plures concordantes *Rot. coram bo.mem.Buratto deciſ.689.num.1.& ſeqq. deciſ. 257.par.5.recent. & in Bononien. fideicommiſſi de Raſurijs 22. Februarij 1622. coram R. P. D. meo Merlino, Fulginaten. Alimentorum 21. Februarij 1625. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori. Viterbien. Caſtrorum 23.Maij 1635. coram Reuerendiſſ. Domino meo Decano num.74.* itaut reijcienda omnino ſit contraria opinio allegatorum per *Fuſar.de ſubſtit. quæſ.480. num. 94.* quam licet videatur aliquando amplexa *Rot. in deciſ. 490. par.4.diuerſ.* ab ea tamen fuit poſtea receſſum in eadem cauſa vt aduertit *Buratt.dicta dec.689. ſub num.3.*

Et hic ſecundus eſt caſus noſter. nam teſtator ſubſtituit fęminas deficiẽtibus maſc. imò deficientibus maſculis deſcendentibus ab heredibus inſtitutis, quod verbum *deſcendentibus*
8 quia † habet tractum ſucceſſiuum ad omnes deſcendentes in infinitum *l. vlt. Cod.ſuis & legit.hæred. Alex.conſ.56.num.2.lib.1.Menoch.conſil. 152.num.28.& conſ.1012.numer.1. Rot. deciſ. 21. num.14. par.5. recent.* tanto magis demonſtrat
9 Teſtatorem † reſpexiſſe ad omne tempus quamuis remotiſſimum deficientię deſcendentium *Alex.conſ.53.num.12.* vbi infert quod non ſufficit filios ſemel extitiſſe *lib.6.Peregrin. de fideicom.art,29.num.9.Mareſc.variar.reſol.lib.1 cap.45.n.8.Theſaur.deciſ.270,ſub num. 29. verſ.hoc enim caſu*, vbi quod tunc videtur contemplata extinctio totius deſcẽdentiæ *Rot.in dicta Viterbien.Caſtrorum coram D. meo Decano n.75.*

Non obſtat, quod Ludouicus vltimus ex fil. maſc. P. Emilij inſtituerit hæredem proprietariã Congregationẽ R.P. Carauitæ, quia
10 ſub huiuſm. inſtitutione † non cadunt bona ex antiquo fideicommiſſo Siluij ob deficientiam maſculorũ deuoluenda ad fęminas, in quarum præiudicium Ludouicus diponere non potuit *Cephal.conſ516.ſub num.33, Peregrin. de fideicom.art.6.num.14. Rot.deciſ.375. n.8.par.1.*
11 *recent.* Et licentia diſponendi † per vltimam voluntatem conceſſa à fi deicommittente, quia directa eſt ad filios primi gradus paulo ante nominatim inſtitutos ibi, *& in euentum in quem dicti ſui filij decederent ſine fil. poſſint inſtituere quem voluerint ad libitum ipſorum* ponde-
12 rando verbum *dicti* quod eſt repetitiuum † ac demonſtratiuum ad oculum perſonarum ſupra nominatarum ac ſi Teſtator dixiſſet quod P. Emilius & Hortentius filij poſſint inſtituere *Menoch. conſ.82. numer.158. Surd.conſ.31. num.31,& 32.Rot.deciſ.194. num.5. par.5. recent.*
13 & verbum † *ipſorum* quod pariter perſonaliſsimum eſt *Cagnol.in l, 2. num.46. verſ. ſecundo principaliter ff. pact. int. empt. & vendit. Aym. conſ.929.num.11.Menoch.conſ.115.num.50.* non
14 egreditur † perſonas eorumdem filiorum, *Surd.conſ.77.num.22.Rimin.iun.conſ.371.nu;127. poſt Rimin.ſen.conſ.26.num.16.Dec.conſ.51.num.1. Petr.de fideicom.quæſt.2.nu,3.Fuſar.de ſubſt. q.673. num.19. & ſeqq. Rot. deciſ.359. num.34. & ſeqq.*
15 *par.5. recent.* Præſertim quia poſita † eſt immediatè poſt vocationem filiorũ primi gradus & antè ſubſtitutionem deſcendentium, quod in propoſito aduertit *Grat. conſil. 126. num.38. lib.3. Alex.conſ.226.per tot. lib.6. Fuſar. quæſt.547.* Alijs verò deſcendeñ Teſtator dedit facultatem adoptandi extraneos, qua Ludouicus vſus non fuit.

Et ità deciſum Monaſterio tantum informante pluries tamẽ citata Congregatione P. Carauitę.

RAVENNATEN. SALVIANI

Veneris 10. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Maritus ſi promiſit correſpectiuè ad dotem receptam, vxorem non moleſtaturam aliquem ſuper bonis per ipſam prætenſis, talis promiſſio intelligitur matrimonio durante, non autem eo diſſoluto, & vxore ad ſecundas nuptias conuolante, & redditur ratio in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio anterior vt ſit manutenibilis, requiritur, quod ſit continuata vſque ad tempus motæ litis.*

2 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione aduerſarij emiſſa in libello coram Iudice porrecto, qua, non datur maior probatio.*

3 *Poſſeſſio probatur ex actuali expulſione reſultan. ex verbis ſententiæ,* amoto exinde &c. *nam priuatio præſupponit habitum.*

4 *Iudex attenta notoria iniuſtitia ſententiæ proceſſiſſe dicitur vt priuatus, nec poſſeſſorem ſua poſſeſſione priuat.*

5 *Manutentio debita eſt aduerſus factum Iudicis iniuſtè procedentis ratione ciuilis poſſeſſionis, ſi poſſeſſor nunquam ſe habuit pro ſpoliato.*

6 *Saluianum non competit ſine hypotheca.*

7 *Obligatio facta à marito nomine vxoris cum promiſſione de rato, per prædeceſſum eiuſdem mariti ſine filijs,& tranſitum vxoris ad ſecundas nuptias expirat, & redditur ratio, num. ſequenti.*

8 *Promiſſiones reſtringuntur ad ſtatum, & qualitates exiſtentes de tempore contractus.*

9 *Stipulatio qualibet etiam iuramento vallata habet in ventre ex legis præſumptione tacitam conditionem, dummodo res in eodem ſtatu perſeueret.*

10 *Stipulatio conditionalis non purificata conditione non committitur, & expirat mutato rerum ſtatu.*

11 *Amplia etiamſi adſit aliquod verbum extenſiuum ad futurum.*

12 *Memoria mariti per tranſitum vxoris ad ſecundas nuptias contriſtatur.*

13 *Promiſſio mariti nomine vxoris, non eſt veriſimile quod facta intelligatur pro tempore, quo vxor ad ſecunda vota conuolauerit, & maiorem dotem aſſignauerit ſecundo viro, ſed tantum durante primo matrimonio.*

14 *Contrahentes non cenſentur ſenſiſſe de caſu impoſſibili, nec in eo ſe teneri voluiſſe.*

15 *Verba,* Ita quod etiam faciendo poſſibilia minimè excuſari poſſit &c. *non extendunt obligationem ad caſum impoſſibilem.*

16 *Obligatio facta nominatim de caſu impoſſibili non valet.*

17 *Verba,*quod faciendo poſſibilia &c. *excludunt dumtaxat diligentias colluſiuas quas promiſſor allegare poſſet ad ſe excuſandum, non autem ſe extendunt ad impoſſibilia.*

18 *Promiſſio de rato facta à marito nomine vxoris obligat ipſum maritum, donec vxor permaneret in obſequio maritali, & ſit eius vxor.*

19 *Vxor per obitum viri ac tranſitum ad ſecundas nuptias non amplius permanere dicitur in obſequio maritali.*

20 *Obligatio mariti ſi eſt correſpectiua ad dotem receptam, tunc dos præſumitur cauſa finalis obligationis, & tamdiu durat obligatio quamdiu dos manet penes maritum, vel eius hæredes, & n.21.*

22 *Creditor habens obligatum virum ex promiſſione de rato nomine vxoris, ſibi imputet, ſi conſtante matrimonio non curauit ratificationem.*

23 *Promiſſio durat etiam mutato rerum ſtatu, quando eſt comprehenſiua temporis futuri, & futurus ſtatus potuit in genere cogitari.*

24 *Declara concluſionem procedere, dummodo ex præſenti ſtatu debuerit futurus excogitari, aliàs ſecus.*

25 *Caſus futurarum nuptiarum ex ſtatu præſenti excogitari non poteſt.*

26 *Voluntas metienda eſt à verbis, à veriſimili, & ab actuum correſpectiuitate.*

27 *Obligatio eſt ſtrictè intelligenda, nec patitur extenſionem de re ad rem, de perſona ad perſonam, vel de caſu ad caſum.*

DECISIO V.

IN capitulis matrimonialibus per inſtrumentum publicum poſtea confirmatis, DD. Cæſar, & Coriolanus iunior de Bargigis promiſerunt pro dote D. Antoniæ ſororis ſoluere D.Io: Franciſco Mullæ eius viro ſcuta mille valoris ſol.84.pro ſcuto, & vice verſa (ſequuntur verba formalia inſtrumenti) *d.Io: Franciſcus pro ſe, & nomine, ac vice Antoniæ ſuæ vxoris, & pro qua de rato &c. ita quod etiam faciendo poſſibilia minimè excuſari poſſit, promiſit,& conuenit eidem D.Cæſari, vt ſupra præſenti &c. non moleſtare de cætero, nec inquietare ipſos fratres de Bargigis, nec ſuos hæredes, nec aliam quamuis perſonam, nec tertios poſſeſſores bonorum alienatorum per q.D.Ioannem Bargigiam eorum patrem pro conſecutione integri legati ſcutorum 2.mil. alias facti, vt dicitur per q.Coriolanum Bargigiam in ſuo teſtamento prædictæ Antoniæ &c.*

Mortuo Io: Franciſco nulla vſquam per Antoniam vxorem facta ratificatione d. promiſſionis de non moleſtando, eadem Antonia nupſit ſecunda vice D.Opizoni Monaldino, cui in dotem dedit ſcut.2000. ſibi à dicto Coriolano ſeniore legata,pro quorum ſcutorum 2000. conſecutione,cum egiſſet Monaldinus,& obtinuiſſet immiſſionem ex vtili ſaluiano interdicto ad bona poſſeſſa per D. Comitem Nicolaum de ſeptem Caſtellis, hic pro releuatione ſuæ indemnitatis, & liberatione à moleſtijs illatis per Monaldinum egit pariter vtili ſaluiano interdicto contra D. Io: Petrum Mullam poſſeſſorem bonorum, alias per Io: Franciſcum patrē,dum vixit poſſeſſorum,& præuia ſententia fauorabili Locumtenentis ciuilis D. Præſidis Romandiolæ pro lib.935. itemque pro damnis, & intereſſe, in in poſſeſſionem eorumdem bonorum fuit actualiter ab executore immiſſus,vt in *Summ. Communitatis num.*6.

A qua ſententia interpoſita hinc inde appellatione, eaque mihi commiſſa, dubitatum fuit, cui dandum eſſet mandatum de manutenendo, & DD. reſponderunt dandum eſſe Io: Petro.

1 Quia eius anterior poſſeſſio † continuata vſque ad tempus motæ litis, vt requiritur *§. retinendæ inſt.de interd.* probatur tum ex con-
2 feſſione† Com. Nicolai in libello porrecto coram Iudice primæ inſtātiæ Summario Comitis *num.* 5. qua non datur maior probatio *cap. per tuas de probat. Rot. dec.*802. *par.*1. *recent. & coram ſan.mem.Greg.XV.dec.*458.*num.*3. Tum
3 ex actuali expulſione † Io:Petri decreta in eadem ſententia, ibi, *amoto exinde D.Io: Petro &c.* nam

nam priuatio præſupponit habitum, *Menoch. conſ.*1014. *num.*19. *in fine Buratt. dec.*160.*num.*5. *& dec.*491.*num.*2.

Non obſtat immiſſio conceſſa Com. Nicolao, quia ob notoriam eius iniuſtitiam Iudex
4 dicitur proceſſiſſe vti priuatus, nec Io:Petrum ſua poſſeſſione priuauit, *Paul. de Caſtr. in l. fin. num.*11.*Cod.edict.Diu.Adr.toll.Put.dec.*419. *nu.*2. *lib.*1.*Greg.XV.dec.*545. *num.*2. qui ideo, cum
5 numquam ſe habuerit pro ſpoliato, † ex ciuili poſſeſſione, quam animo retinuit, venit manutenendus etiam in naturali, *Rot. coram ſan.mem.Greg.XV.dec.*46.*num.*2. *dec.*307. *num.*7. *& fuit dictum in Romana domus* 26.*Maij* 1625. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & alias ſæpiſſimè.*

Notoria autem iniuſtitia ſententiæ, de partibus patet, quia Com. Nicolaus caret credi-
6 to, & hypotheca, ſine qua † ſaluianum interdictum non competit, *Ang. Aret. in §. item ſeruiana in fin.inſtit.action.Rot.coram ſa.me.Greg.XV. dec.*67.*num.*1.*dec.*264.*num.*3. Nititur enim ſententia obligationi Io: Franciſci nomine Antoniæ vxoris, pro qua de rato ſuperius relatæ,
7 quæ per eiuſdem † Io:Franciſci prædeceſſum ſine filijs, ac tranſitum Antoniæ ad ſecundas nuptias expirauit, vt in terminis ſimilis promiſſionis factæ à viro in capitulis matrimonialibus, vel matrimonio conſtante, *Gabr. conſ.*131.*num.*16.*lib.*2. *Rimin.iun.conſ.*569.*n.*109. *& ſeqq.Soccin.conſ.*215.*n.*7. *lib.*2. *Cyriac. controu. forenſ.* 103.*n.*35.*n.*74. *& ſeqq.*

8 Et ratio eſt, quia promiſſiones † reſtringuntur ad ſtatum, & qualitates exiſtentes de tempore contractus, *l. tale pactum §. fin. ff. pact. l. in lege l. Rutilia ff. contrahen. empt. l.*2. *§.*1. *ff. hæred. vel act.vend. Bald.conſ.*413.*num.*5.*lib.*1.*Rimin.iun.*
9 *d.conſ.*569.*nu.*111. & omnis ſtipulatio † etiam iuramento vallata habet in ventre ex legis præſumptione tacitam conditionem, dummodo res in eodem ſtatu perſeuerent, *l.cum quis in princ.* ibi, *ſi in eodem ſtatu maneat, quo fuit cum ſtipulatio interponeretur*, & infra, *tacitè enim ineſſe hæc conuentio videtur ſi in eadem cauſa maneat l.quod ſeruius ff.condit.ob cauſam l. fin. ff. qui ſatiſd. cogantur c.quemadmodum de iur.iur.Surd.conſ.*418. *num.*8.*Hond.conſ.*18.*num.*46.*lib.*1. & in terminis promiſſionis de rato *Ripa in l. ſi vnquam ſub num.*11.*verſ.tertio quia Cod.de reuoc.donat.Cyriac. d.controu.*103. *num.*35. & proinde ſicuti ſtipu-
10 latio † conditionalis non purificata conditione non committitur, *l.ſi quis conditione ff. ſi quis omiſſ.cauſ.teſtam.l.itaque ff. ſi cert. petatur, l.cedere diem ff.de verb. ſignif.* ita expirat mutato rerum ſtatu *Hond.conſ.*111.*nu.*50. vbi ampliat etiamſi
11 adſit aliquod verbum extenſiuum ad futurum, *lib.*2.*Cephal.conſ.*495.*num.*26.*Fel. in c. cauſam quæ ſub num.*20.*verſ. ſimiliter dicit de reſcript. Giurb. dec.*45. *ſub num.*17. vbi allegat concordantes.

Eo magis, quia Io: Franciſcus on præſumitur cogitaſſe de triſti euentu ſui prædeceſſus, ac tranſitus Antoniæ ad ſecundas nu-
12 ptias, per quas † eius memoria cõtriſtaretur, *l. in emptione §. liberum ff. contrab.empt. §.qua verò nunc Auth.de nupt.Mantic.de coniect. vltim. volunt.lib.*11.*tit.*19.*n.*19. *Ciriac. controu. forenſ.*138. *nu.*10. *& ſeqq. Rimin. in puncto d.conſ.*569.*n.*114. & 115. vel quod Antonia eſſet nuptura ſecundo viro cum dote totius legati ſcut. 2.m. a Coriolano ſeniore relicti, & ſic cum maiori dote, quam ſibi tradita, nec veriſimile eſt,
13 quod in eum caſum voluerit ſe † obligare, vt benè in ſpecie *Gabr.d.conſ.*131.*num.*16. *Rimin. iun.d.conſ.*569.*nu.*114.*& ſeqq. Guidop. in proximis terminis dec.*228.*num.*1. Nam conſtante matrimonio potuit confidere, quod Antonia vxor quæ in eius obſequijs manebat ratificatura aliquando eſſet, at eo ſoluto, & ſecundis nuptijs per Antoniam celebratis cum aſſignatione totius legati ſcut. bis mille in dotem, redacta res fuit ad caſum impoſſibilem ratificationis, de quo contrahentes non cenſentur
14 ſenſiſſe, vel in eo teneri voluiſſe, *l. interdum ff. de verb.oblig. l. ſi apud priorem Cod. Edil. edict. Dec. in l.vnica in* 2.*lect.num.*9.*Cod. ſent.quæ pro eo quod intereſt, Ciriac.controu.for.*85. *num.*6. *&* 12. *& magis ad rem d.controu.* 103. *numer.*52. *& ſeqq.*
15 Neque contrarium ſuadent verba † promiſſionis ibi, *ita quod etiam faciendo poſſibilia minimè excuſari poſſit*, quia non extendũt obligatio-
16 nem ad caſum impoſſibilem, † de quo obligatio etiam nominatim facta non valeret, *l. impoſſibilis ff. verb. oblig. Franc. Aret. conſ.*142. *num.*2.*verſ. nec credo, Ceuall.com. opin.contra com.*
17 *quæſt.*846.*num.*22. Sed excludunt † dumtaxat diligentias colluſiuas, ac ſimulatas, quas promiſſor allegare poſſet ad ſe excuſandum, *Ludouic.de Alſer. & Fel.Febeus inter conſ.crim. diuerſ. tom.*1.*conſ.*145.*num.*23. *vbi communi, & numer.*24.*Valenzuel.conſ.*14.*num.*30.*Farinac.de var. ac diuerſ.crim.q.*107.*n.*314. *Ciriac. d.controu.*103. *n.*66. *& in puncto Afſl.dec.*295. *per tot.* vbi quod bis ita fuit iudicatum, cuius opinionem, tamquam veridicam, & iuri conſonam ſequitur *Grammatic. quæſt.*2. *poſt ſuas deciſ. num.*1. *& per totum.*

Confirmantur prædicta, tam ex verbis inſtrumenti, quia ſcilicet Io: Franciſcus non promiſit ſimpliciter nomine Antoniæ, ſed addito verbo vxoris, ibi, *vice, ac nomine Antone Antoniæ vxoris*, quod apertè demonſtrat ipſũ confidiſſe de qualitate vxoratus, ac voluiſſe
18 obligare ſe, † donec Antonia permaneret in obſequio maritali, ac eſſet eius vxor, qualis
19 deſijt eſſe per obitum viri † ac tranſitum ad ſecundas nuptias, vt in puncto *Rimin. iun. dicto conſ.*569.*num.*10. & in ſimili *Felin.conſ.*25.*n.*23. *Surd.conſ.*106.*num.*34.*& ſeqq. Grat.diſc.*86.*n.*50. Quàm etiam, quia, cum obligatio Io:Franciſci ſit correſpectiua ad matrimonium, ac do-
20 tem receptã, quæ ſemper † præſumitur cauſa finalis obligationis, *l.ſi ego in princ. l. licet §.quoties ff. iur.dot.Mantic.de tacit. & ambig. lib.*3.
21 *tit.*12.*num.*40. Tamdiu dicta obligatio † durat, quamdiu durat matrimonium, & manet penes maritum, vel hæredes dos, quæ eſt cauſa inductiua obligationis iuxta theoricam *Baldi in l.qui per ſalutem ff.iur.iur.* quem refert, & ſequitur *Boer. deciſ.*131. *num.*3. *verſ. tantum durat poſt Campeg.de dot.*1. *par.q.*26. *Grat. diſcept.* 689. *num.*12.*Mantic.de tacit.lib.*3. *tit.*15. *num.*20. *Rota*

deciſ.

deciſ.50. num.2. par.1. recent. Adeò, quod ſibi
imputare debet, qui conſtante primo matri-
22 monio non curauit, † vt Io: Franciſcus rati-
ficare faceret Antoniam, tunc illius vxorem
Ciriac.in puncto d.contr.103.n.44. & ad propoſitum
Barz.deciſ.72.nu.11.& ſeqq.
23 Ex quibus non obſtat, quod promiſſio du-
ret † etiam mutato ſtatu rerum, quando eſt
compræhenſiua temporis futuri, & futu-
rus ſtatus potuit in genere cogitari, *Roman.*
conſ.22. num.2.in fin. verſ.2. Quia Natt.conſ.525.
num. 20.ante fin.& nu.ſeq.& n.25. & eſt bonus text.
in l.ſi quis domum, §.1.& ibi gloſs.verb.proſpicere,
ff.locat. Id enim procedit † dummodò ex præ-
24 ſenti ſtatu debuerit futurus excogitari, vt be-
ne declarat *Bald.in l.æde 3.ſub num.17. vbi quod*
proſpectus futurorum, quamuis pertineat ad ſapien-
tem virum, tamen non afficit damno non cogitantem,
niſi ex præſenti ſtatu debuerit excogitare, Cod.de loc.
& conduct. Oſaſch.d.deciſ.91.nu.16.verſ.conueniunt.
At nullatenùs dici poteſt debuiſſe Io: Franci-
ſcum ex ſtatu de tempore factæ obligationis,
nempè in ipſo limine matrimonij cogitare
futurum, quod ipſe prædeceret, Antonia
ſecundo nuberet, ac ſecundo viro maiorem
daret dotem, quàm ſibi, & in ſpecie, quod
25 caſus † futurarum nuptiarum non potuerit
ex ſtatu præſenti excogitari dixit in fortiori-
bus terminis, *Bald.d.num.17.* ibi, *vel quia ipſe,*
vel filius ſuus ducturus eſt vxorem. Præter quod
in caſu noſtro aliundè conſtat noluiſſe Io:
Franciſcum teneri, niſi quatenus Antonia
eſſet eius vxor, & dos penes ipſum remane-
26 ret metiendo voluntatem à verbis † à veriſi-
mili, & ab actuum correſpectiuitate, vt debet
ad text.in l.ſemper in ſtipulationibus ff. reg.Iur.l.ſo-
lutum § ſolutum ff. pignor. act. Gabr.conſ.6. num.4.
& 5.lib.2. Mantic.de tacit.lib.2. titul.15.numer.5.
& 6.

Addebat vnus ex DD. quod obligatio Io:
Franciſci eſt de liberando tertios poſſeſſores
bonorum alienatorum per Ioannem, ex qua
propterea agere non potuit Com. Nicolaus
poſſeſſor bonorum aliènatorum per Franci-
27 ſcum, † quia obligatio vti ſtrictè intelligen-
da, *l.quamquam adſtringendæ ff.verb.obligat. Dec.*
conſ.452.num.21. Seraph.deciſ.775.num.9. Non
patitur extenſionem de re ad rem, de perſona
ad perſonam, vel de caſu ad caſum, *l.ſi ita ſti-*
pulatus §.Chriſogonus ff.verb.oblig. Mantic.de tacit.
lib.13.tit.21.num.14. Rot.deciſ.50.num.5.deciſ.55.
num.1.& 4.par.1.recent.

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

ROMANA DIVISIONIS.

Veneris 20. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à Patre filio contemplatione matrimonij cum promiſſione, quod alij filij eam ratificabunt, ratificata cenſetur ex acquieſcientia, & taciturnitate longiſſimi temporis filiorum. Ad ratificationem inducendam ſufficit ſcientia actus ratificandi etiam deſumpta ex coniecturis. Actio familiæ Herciſcundæ, ſeù diuiſoria quanto tempore præſcribatur aduerſus non poſſeſſorem petentem diuiſionem? Ius adeundi ſpatio triginta annorum præſcribitur. Reliqua collige ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus fratris donationi factæ à Patre filio, ac fratri reſpectiuè contemplatione matrimonij, & cum promiſſione de rato interueniſſe præſumitur ex curſu longiſſimi temporis cum acquieſcientia.*

2 *Præſertim, quando alij fratres conſenſerunt iuxtà promiſſionem à Patre factam, & aderat legitima cauſa conſentiendi.*

3 *Cauſa legitima conſentiendi donationi factæ à Patre ad fauorem vnius ex filijs reputatur communis omnibus fratribus, nempè matrimonium cum muliere nobili ad familiæ ſplendorem conſeruandam.*

4 *Ex fratribus ſi vnus totum poſſidet, alijs non reclamantibus, præſumitur inter eos facta tacita conuentio, vt vnus tantum poſſideat, prout boni fratres facere ſolent.*

5 *Diuiſio non præſumitur ex poſſeſſione longi temporis, quando ſubeſt partium inæqualitas.*

6 *Actus quilibet præſumitur geſtus in executionem tituli, ſeu tractatus præcedentis.*

7 *Inæqualitas in diuiſione non eſt conſiderabilis, quando emanauit ex cauſa, quæ tendit ad conſeruationem familiæ, & decoris, nam ille decor inter nobiles fratres elidit præiudicium inæqualitatis.*

8 *Frater ſi acceptauit aſſignationem ſibi à Patre factam in recompenſam donationis factæ alteri fratri cenſetur in neceſſarium antecedens donationem ratificaſſe.*

9 *Ratificatio reſultat, ſi de bonis donatis nunquam fuit conqueſtus, prout de alijs prætenſionibus.*

Diſſentiens vni rei, præſumitur conſentire alteri de qua non conqueritur, ibid.

10 *Epiſtola, quando non eſt alicui directa pro eo non probat, tamen contra ſcribentem contraria opinio eſt verior.*

11 *Confeſſio etiam parte abſente emiſſa probat de æquitate canonica.*

12 *Epiſtola cum ſemper loquatur, ſtatim ac tertius Epiſtola vtitur eo præſente, confeſſio ibidem contenta videtur emanaſſe.*

13 *Intellige concluſionem procedere, quando Epiſtola continet factum ſcribentis cum tertio, ſed ſi continet aliorum non ſtatur Epiſtolæ.*

14 *Epiſtola non probat pro tertio contra tertium.*

15 *Ratificatio non præſumitur, niſi in ratificante probetur ſcientia actus ratificandi, & omnium ipſius qualitatum.*

16 *Scientia ad effectum ratificationis etiam coniecturis probari poteſt.*

17 *Sufficit tamen coniecturas pecutere notitiam tenoris Inſtrumenti, quod debet ratificari, quamuis oculis corporeis Inſtrumentum exhibitum non fuerit,*

18 *Inſpectio verborum requiſita à* Caio Iuriſconſ. in l.de his ff. de tranſact. *prædicatur etiam de inſpectione, quæ fit per oculos mentis.*

19 *Scientia præſumitur ex coniunctione ſanguinis, & ex cohabitatione.*

20 *Fi-*

20 *Filius præſumitur bene ſcire teſtamenta aſcendentium, eorumque bona, an allodialia, vel fideicommiſſaria ſint.*

21 *Filius, qui cum Patre vitam ducit, non præſumitur illius factum ignorare, & creditur de eodem facto ab alijs fratribus inſimul habitantibus certioratus.*

22 *Præſertim quando factum eſt notabile, ac publicum, & expeditum pro conſeruatione familiæ, & fuit ab alijs fratribus ratificatum.*

23 *Scientia ad effectum ratificationis bene deducitur à veriſimili.*

24 *Scientia in fratre de donatione facta à Patre alteri fratri præſumitur ex poſſeſſione inæqualis portionis cum acquieſcentia.*

25 *Actio familiæ Herciſcundæ, ſeu alia ſimilis pro diuiſione bonorum non præſcribitur, niſi à die qua diuiſio fuerit petita. Ideoque ſi prius actio non eſt orta, nec prius potuit præſcribi.*

26 *Ratio eſt nam communio, quæ eſt cauſa actionis producendæ non debet eſſe cauſa eius tollendæ.*

27 *Intellige concluſionem procedere ſi poſſidenti rem communem, & diuiſionem petenti opponitur præſcriptio ad ipſam communionem perpetuandam, ſecus quando præſcriptio opponitur non poſſidenti, & redditur ratio.*

28 *Communio, & dominium ſpatio triginta annorum præſcribuntur, ità præſcribitur actio diuiſoria, quæ ex dominio, & communione proficiſcitur.*

29 *Mala fides impedit præſcriptionem, quando agitur de præſcribendo Iure alicui quæſito alias ſecus.*

30 *Præſcribens bona hæreditaria alicui delata dicitur in bona fide, quia credere potuit, quod is contra, quem præſcribitur nollet adire.*

31 *Ius adeundi ſpatio longiſſimi temporis præſcribitur.*

32 *Hæreditas alteri delata non poteſt ſine ſpeciali mandato adiri.*

33 *Titulus præcedens tollit præſumptionem, quod alius eius nomine rem poſſideat.*

34 *Amplia etiamſi titulus ſit nullus.*

35 *Communio non poteſt deduci ex conſenſu præſtito venditioni, quando conſenſus fuit adhibitus ad cauthelam emptoris, & non aliàs &c.*

36 *Magiſter Domus non poteſt præiudicare Domino.*

37 *Donationem non habuiſſe effectum, ac fuiſſe ſimulatam inferri non poteſt ex Inſtrumentis denotantibus continuationem poſſeſſionis poſt donationem.*

38 *Coniectura hæc non probat ſimulationem, niſi vltro probetur cauſa ſimulandi.*

39 *Actus facti poſt Ius quæſitum filijs ex donatione contemplatione matrimonij dictis filijs non præiudicant.*

40 *Donatio contemplatione matrimonij dicitur pars contractus matrimonij.*

41 *Ius ſuccedendi in fideicommiſſo dicitur apertum à die renunciationis factæ per alios vocatos.*

42 *Præſcriptio contra habentem Ius ad fideicommiſſum incipit currere à die, quo illi fuit apertum.*

43 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem ex capite ignorantiæ non competit, ſi ignorantia ſit craſſa, & ſupina.*

44 *Et requirit ignorantiam ex omni parte excuſabilem.*

45 *Ignorantia excluditur ex coniecturis ſcientiæ, quamuis remotis puta ex coniunctione ſanguinis.*

DECISIO VI.

DE anno 1584. Marius Millinus contemplatione, matrimonij inter Paulum eius filium, & Portiam de Amantico proximè contrahendi, *& ad hoc vt dictum matrimonium ſequatur, & illius onera dictus Paulus honorificentius ſubire poſſit,* donauit eidem Paulo plura bona in Inſtrumento donationis deſcripta, alijs ſibi reſeruatis cauſa teſtãdi, promiſitque *huiuſmodi donationi facere conſentire omnes ipſius donatoris filios, videlicet maiores tunc, & minores ſtatim ac fuerint effecti maiores pro omni, & quocumque eorum intereſſe in bonis donatis tam ratione legitimæ in bonis paternis, quam ſucceſſionis maternæ, & auitæ, quam etiam ratione cuiuſcumque fideicommiſſi, & cuiuſuis eorum prætenſi intereſſe cum valida renunciatione ad eorum prætenſa iura ſuper dictis bonis donatis.*

Prout eadem die per publicum Inſtrumẽtum, & cum ampliſſimis clauſulis donationi conſenſit Petrus, & biduo poſt Septimius, & Garzias filij maiores Marij, quibus ne exinde nimium diſpendium paterentur idem Marius aliqua ex bonis reſeruatis aſſignauit. Non potuit eodem contextu conſentire Hieronymus alter filius, quia erat minor, ſed ſucceſſiuè ipſe quoque factus maior pariformiter conſenſit, vt infra demonſtrabitur, & ſimilem aſſignationem à Patre reportauit.

Eodem menſe factæ donationis illique nominatim inhærendo celebrata fuerunt capitula matrimonialia inter Eq. Rutilium Portiæ Patrem ex vna, & Marium Patrem, ac Paulum filium ex altera, & iuxtà eorum formam ſecuto matrimonio, ex eo orti fuerunt Domini Vrbanus, & fratres de Millinis contra quos nuper de anno 1637. D. Hieronymus Patruus committi curauit cauſam in Rota ſuper diuiſione bonorum paternorum, matris, & auiæ, ac propoſito dubio coram bon. mem. Buccabella, *an & quomodo facienda eſſet diuiſio*, tandem coram me in eius locum ſubrogato Domini poſt quinque propoſitiones dixerunt, *non eſſe locum diuiſioni* ex duplici capite.

Obſtat ſiquidem donatio Marij ad fauorem ſolius Pauli, cui donationi Hieronymum factum maiorem, & de tempore motæ litis ſeptuagenarium conſenſiſſe deducitur primo ex lapſu longiſſimi temporis, quo ſolus Paulus, & deinde eius filii bona donata poſſederunt ipſo Hieronymo acquieſcente, & portionem ſibi aſſignatam poſſi-
1 dente, † nam tam longa acquieſcentia 40. & ampliùs annorum, quæ alioquin inueriſimilis omninò eſſet, inducit præſumptionem conſenſus in Inſtrumento donationis per Patrem promiſſi, *Socin. ſen. conſ. 46. num. 3. verſ. præterea lib. 3. Gozzad. conſ. 11. nu. 16. Soc. iun. conſ. 48. num. 9 & 10. lib. 2. Imol. in cap. peruenit num. 12. in princ. verſ. vel ſaltem interuenit tacitè de empt. & vendit. Iacob. de S. Georg. in l. ſi eum ſeruum nu. 2.* poſt

poſt med. verſ. aliquando dicitur, ff. ſi cert. pet. Mant.
deciſ. 13. num. 9. Rot. deciſ. 159. num. 6. verſ. & quate-
nus par. 1. recent. deciſ. 64. num. 3. par. 4. & in punct.
promiſſionis Patris de rato pro filio fuit deciſum in
Camerinen. Penſionis 7. Iunij 1591. coram Pirouano.
Tanto magis quia etiam alij fratres † iuxta
2 promiſſionem factam à Patre donationi con-
ſenſerunt, & ſuberat legitima cauſa conſen-
3 tiendi † omnibus fratribus æquè communis,
nempè matrimonium Pauli cum muliere
nobili, ac diuiti ad familiæ ſplendorem con-
ſeruandum, *Soc. Sen. d. conſ. 46. ſub nu. 3. verſ. præ-*
ſertim lib. 3. Theſaur. deciſ. 205. num. 3. verſ. imò for-
tius, vbi in fortioribus terminis ait, quod ſi
4 vnus frater † totum poſſidet, & alij longo
tempore conqueſti non fuerunt, præſumitur
facta inter eos tacita conuentio, vt vnus tan-
tum poſſideat, prout multi boni fratres face-
re ſolent honori, & conſeruationi familiæ ſtu-
dentes, *Gratian. diſcept. 951. nu. 30. Rot. coram Bu-*
ratto deciſ. 799. num. 8.
5 Nec obſtat, quod ex poſſeſſione longi
temporis diuiſio † non præſumatur, quando
ſubeſt partium inæqualitas, *Rot. deciſ. 87. num. 2.*
par. 1. diuerſor. Greg. XV. deciſ. 556. n. 9. vbi quod
hæc eſt verior, & receptior ſententia, *Gabr. de*
præſumpt. concluſ. 1. num. 30. Quia in caſu noſtro
non agitur de præſumenda diuiſione inter
fratres, at de præſumpto conſenſu, & ratifi-
catione donationis factę à Patre cum promiſ-
ſione de rato pro ipſo Hieronymo, cuius ta-
citurnitas longiſſimi temporis facit præſumi
ratificationem, quia refertur ad præceden-
tem titulum promiſſionis de rato, prout qui-
6 libet actus † præſumitur geſtus in executio-
nem tituli, ſeù tractatus præcedentis, *l. 1. §. ve-*
rum, ff. manumiſs. Surd. conſ. 202. nu. 17. & deciſ. 70.
num. 9. Rot. deciſ. 204. num. 5. par. 2. diuerſ. deciſ. 91.
num. 5. par. 1. recent. Præter quod inæqualitas
7 portionum, † non eſt conſiderabilis, quando
emanauit ex cauſa, quæ tendit ad conſerua-
tionem familiæ, & familiaris decoris, nam
ille decor inter nobiles fratres elidit præiudi-
cium inæqualitatis, vt de primogenitura
tradit, *Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 8. ſub nu-*
mer. 28.
Secundus conſenſus Hieronymi deducitur
ex eius Epiſtola ſcripta dicto anno 1631. vbi
diſertis verbis, ait, *Io mi ſono contentato di quel*
poco che la felice memoria di noſtro Padre m'aſſegnò
44. anni ſono che furono 180. ſcudi l'anno per l'affit-
to delle due caſe, Summ. Vrbani num. 5. cum
enim aſſignatio huiuſmodi facta fuerit in
recompenſationem ratificationis donationis,
non ſecus ac alijs fratribus, qui pariter dona-
tionem, ratificarunt, eo ipſo, quod Hiero-
nymus cōtentus fuit de aſſignatione fuit † ſi-
8 mul contentus de donatione, vti neceſſario
antecedēti ad notat. per *Decian. in conſ. 54. n. 65.*
lib. 2. Menoch. conſ. 98. nu. 4. & conſ. 496. ſub n. 100.
Surd. conſ. 28. nu. 21. Decian. conſ. 135. n. 22. Buratt.
deciſ. 136. nu. 8. Quod clariùs redditur ex con-
textu totius Epiſtolæ, in qua Hieronymus
petit portionem legati ſcutor. 4000. ſibi reli-
cti, & veluti pro ratione talis petitionis præ-
mittit, *poiche queſti Signori nepoti*, nempè Vr-

banus, & fratres *hanno hauuto heredità aſſai, che*
ſi poſſono contentare &c. mi ſono contentato di quel
poco che la felice memoria di noſtro Padre m'aſſe-
gnò &c. & infra, *ne voglio permettere che mi ſi leui*
queſto poco aiuto che Iddio m'hà mandato di queſto
legato, e ſe io hò viſſuto fin hora con queſti 180. ſcu-
di l'anno, eſſi nepoti poſſono ben viuere con tante he-
redità che hanno hauute &c. Quæ verba quia ve-
rificari non poſſunt, niſi in hæreditatibus in
donatione compræhenſis, dum probant Hie-
ronymum conſenſiſſe, quod ſoli nepotes tot
hæreditates, iuxtà formam donationis poſſide-
rent ſatis demonſtrant eiuſdem Hieronymi
conſenſum donationi, maximè quia alioquin
9 conqueſtus fuiſſet † de poſſeſſione hæredita-
tum, ſicuti de non ſolutione legati, vt in pro-
poſito aduertit, *Rot. deciſ. 669. ſub num. 2. verſ. &*
confirmatur par. 1. recent.
Non obſtat, quod Epiſtola non ſit directa
10 ad nepotes, & pro tertio † non probet *Felin. in*
cap. 2. nu. 18. de fid. inſtrum. Rot. deciſ. 18. n. 3. verſ. alij
vero de probat. in ant. Rot. Iannen. deciſ. 14. num. 133.
Quia contra ipſum ſcribentem contraria opi-
nio eſt verior, quam nec reijcit, *Felin. loc. alleg.*
nec Rot. d. deciſ. 18. vbi imò diſputato articulo
ad partes relinquitur vnicuique arbitriū
tenendi, quā opinionem maluerit, & eandem
opinionem ad fauorem tertij, firmant Docto-
res mox allegandi, quia eius intereſt, & de
æquitate canonica probat etiam † confeſſio
11 parte abſente emiſſa, quin potiùs cum Epi-
ſtola † ſemper loquatur, ſtatim ac tertius,
12 Epiſtola vtitur, eo præſente confeſſio, itidem
contenta videtur emanaſſe, † vt in termi-
nis, *Simon de Pret. conſ. 186. n. 27. Genua de ſcript.*
priuat. lib. 3. cap. 1. num. 193. & ſeqq. poſt Crau. d. an-
tiquit. temp. par. 1. cap. vidimus, & abundè num. 41.
Stracc. d. aſſecur. gloſſ. 11. num. 41. Menoch. d. arbitr.
caſ. 94. num. 9. & ſeqq. Rot. Ianuen. ſibi contraria, de-
ciſ. 19. num. 8. & facit gloſſ. in cap. quoties il 1. verb.
ſeruorum, ibi, ſed credo 1. quæſt. 7. intelligendo
tamen prædictam concluſionem in terminis
caſus noſtri, nempè Epiſtolæ continentis fa-
13 ctum ſcribentis, † cum ipſis nepotibus, ſeù
tertio, nam ſi contineret alienum non ſtare-
tur Epiſtolæ, *vt ex text. in l. Epiſtola in princip. ff.*
pact. diſtinguit magiſtraliter, Bald. in l. non Epiſtolis,
num. 5. Cod. probat, † cui neque creditur pro
14 tertio contra tertium, *Rip. in l. admonendi n. 140.*
ff. Iureiur. Menoch. de arbitr. d. caſ. 94. num. 22. iuxtà
quas allegationes, ibi relatas intelligenda eſt, dec. 717.
num. 6. par. 2. recent.
15 Non obſtat, quod ratificatio † non prę́ſu-
mitur, niſi in ratificante probetur ſcientia
actus ratificandi, & omnium ipſius qualitatū
Natt. conſ. 162. nu. 32. & 33. Mantic. deciſ. 13. n. 14.
Martin. Andr. deciſ. 51. nu. 12.
Quia ſcientiam Hieronymi, quæ etiam
16 coniecturis † probari poteſt *Bald. conſ. 392. n. 1.*
lib. 1. Alex. conſ. 187. num. 8. lib. 2. Soc. iun. conſ. 116.
num. 42. lib. 1. Guidop. conſ. 23. nu. 20. Ceph. conſ. 314.
num. 15. & ſufficit, quod coniecturæ † percu-
17 tiant notitiam tenoris, tàm donationis, quàm
fideicommiſſorum, ac teſtamentorum aſcen-
dentium de quorum hæreditatibus in dona-
tione diſponitur, quamuis ipſa inſtrumenta

Digitized by Google

oculis corporeis exhibita non fuerint, nam
18 is pectio† verborum requiſita à Caio Iuriſconſ.
in l.de his ff.tranſact. prædicatur etiam de inſpe-
ctione, quæ fit per oculos mentis, vt explicat
Bart.in d.l.de his nu.6. & in l.qui Romæ §.duo fra-
tres num.17.verſ.ſed puto ff.verb.oblig. Rip.de com.
reſp.23.num.36.lib.2. Pariſ.conſ.15. num.77.lib.2.
Becc.conſ.103.num.28. Decian.reſp.85.nu.62.lib.5.
Mantic.de tacit.lib.26.tit.2.nu.3. Buratt.deciſ.658.
num.9.

19 Dictam inquã ſcientiam præſumi † faciunt,
nedùm ſanguinis coniunctio, quia ſcilicet
20 filius præſumitur † bene noſſe teſtamenta
aſcendentium eorumque bona, an allodialia,
feudalia, vel fideicommiſſaria ſint, Honded.
conſ. 80. num. 47. lib. 2. Sed etiam cohabitatio
Hieronymi cum Patre dicto anno 1584.tem-
pore factæ donationis, & rurſus de anno 1600.
21 cum fratribus, quia factum Patris non præ-
ſumitur ignorare filius, qui cum eo vitam
ducit, & creditur de eodem facto certioratus,
quoque à fratribus cum quibus dicto anno
1600. cohabitauit, l.ſi legibus iunct. gloſſ.in verb.
probatum, & in verb. imputare Cod. Epiſcop. Aud.
Ruin.conſ.50. num.17.lib.1. Aym.conſ.864.num.8.
verſ.ſi dixeris, Honded.d.conſ.80. num.46.& ſeqq.
lib.2. Præſertim quia factum eſt notabile, † &
22 publicum, expeditum contemplatione ma-
trimonij ad familiam conſeruandam, & ab
alijs fratribus explicitè ratificatum, cuius pro-
pterea inuerisimile admodum eſt Hierony-
mum ſpecificam ſcientiam non habuiſſe,
Honded ibid.conſ.50.& 52. Surd.conſ.351.num.16.
Burſatt.conſ.174.nu.16.& 17. Greg.XV.deciſ.82.
23 num.3.& bene † à veroſimili deducitur ſcien-
tia ad effectum inducendæ ratificationis,
Soc.iun.conſ.48. num.11.& 12.lib.2.Rot.deciſ.89.
numer.13. par. 2. diuerſor. Quam ſcientiam
vltro conuincunt fides d.Marchionis Palutij
de confeſſione Hieronymi ſuper aſſignatio-
ne bonorum ſibi facta à Patre ex cauſa dictæ
donationis, & prædicta Epiſtola ipſius Hie-
ronymi loquens de hęreditatibus in plurali, &
de aſſignatione à ſe acceptata, iuncta maxi-
mè tam longa acquieſcentia Hieronymi,
quod Paulus frater, & ex eo nepotes omnia
ferè bona paterna, materna, & auita, ipſe
verò inæqualem portionem poſſideret;
24 quæ ſola acquieſcentia † demonſtrat Hiero-
nymum ſciuiſſe cauſam reſultantem ex dicta
donatione iuxtà ſingularem doctrinam
Bart.in l.qui Romæ §.duo fratres num.14. verſ.pone
ff.verb.oblig.qui ſecuti ſunt, Ruin.conſ.47. num.11.
lib.1.Dec.conſ.267.num.2.& conſ.287.num.17.Pa-
riſ.conſ.72.num.25.lib.2. Roland.conſ.36.num.16.
lib.2.Neuizan.conſ.84.num.16.Burſatt.d.conſ.174.
num.13.& ſic verſamur extra terminos dec.51.
Martin.Andr. vbi ſcientia filiæ ex ſola cohabi-
tatione cum matre deducebatur.

Alterum deciſionis fundamentum fuit
præſcriptio triginta, & ampliùs annorum;
deſumendo initium etiam à die mortis Marij
Patris ſecutæ d. anno 1603. Quamuis enim
25 non deſint, qui negent præſcribi † vllo tem-
pore poſſe actionem familiæ herciſcundæ, ſeù
aliam ſimilem pro diuiſione bonorum com-
munium competentem, niſi à die quâ diui-
ſio fuerit petita, idque quia perpetua com-
munio lites, & diſcordias parit ad quas eui-
tandas inuenta eſt præſcriptio, vndè nec per
pactum ea induci poteſt, quia quando duo ſo-
cij communiter poſſident, & fructus com-
muniter percipiunt vnus alium recognoſcit
in Dominum, & ſic non petenti diuiſionem
nulla poteſt imputari negligentia, quæ eſt
fundamentum præſcriptionis, quia actio di-
uiſoria competit etiam ratione doli, vel cul-
pæ, quæ tunc committitur, quando tu negas
diſcedere à communione, ideoque ſi actio
priùs non eſt orta, nec priùs potuit præſcribi,
26 quia communio † quæ eſt cauſa actionis
producendæ non debet eſſe cauſa eius tollen-
dæ ob quas rationes in hanc ſententiam poſt
Martin.iuere Bart.in l.1. n.4. vbi dicit communem
C.annal.except. Cyn.ibid.nu.3. vbi refert opinio-
nem Roger.gloſſatoris antiquiſſ. Salyc.nu.4. Bald.in
l.vltim.num.8. Cod.fin.regund. Io.Fab.in §.quadam
num.1.& 2.ſeqq.Inſtit.Act.Aret. ibid.num.2. circa
med. verſ.ſed vbi Iaſ. num. 31. & ſeqq. qui te-
ſtantur de magis communi, & in l.ſi non ſortem
§.ſi centum num.3. ff.condict.indeb. Aymon.conſ.60.
num.1.

Hæc tamen opinio, prout eius fundamen-
ta ſupra adducta procedunt, quando poſſi-
27 denti † rem communem, & diuiſionem
petenti opponitur præſcriptio ad ipſam com-
munionem perpetuandam. Secus vero, quan-
do in caſu noſtro præſcriptio opponitur non
poſſidenti, quia actio familiæ herciſcundæ,
vel ſimilis orta fuit cauſaliter, & formaliter
ab ipſo inſtanti, quo incæpit res eſſe com-
munis, & ſicuti præſcriptione 30.annorum
28 communio ipſa, † & dominium, ita actio
diuiſoria, quæ ex dominio, & communione
proficiſcitur, vt apertè diſponit, Text. in l.1.
§.nemo Cod. annal. except. Auth. niſi triennale Cod.
bon.matern. gloſſ.in l.vnus verb.cum neque, ibi vnde
30.annis durat Cod.quib.cauſ. ceſſ. long.temp.præſcr.
& vtrumque caſum bene diſtinguit; Bald. in
d.l.fin.num.9.verſ.ſed altero Cyn.in dicta l.1. nu.3.
infra med. verſ.niſi quando, Salyc.n.5. col.1.verſ.ſe-
cus ſi alter poſſideret tantum, Iaſ.in dicto §.quædam
num.38. Angel.de Peruſ.conſ.54. num.2. verſ.vnum
tamen, vbi quod ità intelligenda eſt, gloſſ. in
l.fin. Chriſtophor.de Caſtell.poſt conſ. Alex.de Neuo
conſ.26.ſub nu.28.verſ.aut vnus ſolus Balb.de præ-
ſcript.4.par.4.par.princip. quæſt.13. num.7.Petr.de
Vbald.de duob.fratr.par.13. num.3.circa fin.verſ.ex
quibus.

Non obſtat allegata mala fides Marij, & hę-
redum, quia eam excludit titulus donationis,
& præſumpta, imò expreſſa Hieronymi rati-
ficatio in primo capito probata. Aduertendo
prætereà quod mala fides impediret præſcrip-
29 tionem, † ſi ageretur de præſcribendis iuri-
bus Hieronymo re ipſa quæſitis, hîc verò
agitur de hæreditatibus aſcendentium, quæ
non quæruntur hæredi antequam illas agno-
ſcat, ideoque cum nuſquam Hieronymus
dictas hæreditates, quas ex prædictis bene
ſciuit ſibi eſſe delatas agnouerit, nuſquam
bona hæreditaria fuerunt aliena, & præſcri-

bentes

bentes licet ſcirent Hieronymum poſſe adire
fuerunt tamen in bona fide, quia credere po-
30 tuerunt, quod nollet adire, prout verè non
adiit, *Socin. in terminis hæreditatis aſcendentium,
conſ.64.ſub n.7.verſ.ad hoc reſpondetur lib.1.Bald.
conſ.224.num.2.lib.5. Pariſ.conſ.49.num.33.& ſeq.
lib.2.Peregr.de fideicomm. art.41.num.* 10. & lon-
31 giſſimo tempore † fuit præſcriptum ipſum
ius adeundi, & ſuccedendi Patri, matri, &
auiæ, *gloſſ.in l.quamdiu la 1.ff.acquir.heredit.& in
l.cum antiquioribus verb.beneficio Cod.iur.de lib.&
in l. vnica verb. quoties Cod. quando non pet. part.
Barboſ.in l.ſicut num.151.Cod.præſcript.30.vel 40.
annorum, Felin.in cap.de quarta col.7. verſ.& ſcias
de præſcript.Gozad.conſ.56.num.1. Pariſ.d.conſ.49.
num.35.Balb.de præſcript.4. par.4.par.princ.qu.19.
num.5.Gabr.de præſumpt.concl.7.& 8.per tot.*

Nec Hieronymus iuuari poteſt poſſeſſione
Pauli fratris, vel nepotum, tum quia neque
voluerunt, neque potuerunt eius nomine
32 præfatas † hæreditates adire, abſque ſpeciali
mandato, *gloſſ. magna in l.per Procuratorem verſ.
& per ſpeciale, ff.acquir. hæred.& ibid.Bart.num.1.*
Tum etiam quia ex quo Hieronymus num-
quam hæreditates agnouit, & ex præcedenti
33 titulo donationis eliditur † præſumptio, quod
nepotes pro Hieronymo poſſederint, *Alex. in
l.qui iure familiaritatis n.4.ff.acq.poſſ.Soc.conſ.131.
n.4.lib.1.Natt.conſ.502.n.14.* Etiamſi huiuſmo-
34 di † titulus eſſet nullus, *Cephal.conſ.4 num.39.
in fin.Seraph.deciſ.130. num.3. Greg.XV.deciſ.92.
num.4.deciſ.572.num.7.*

Minùs deducere poteſt Hieronymus com-
munionem bonorum, & propriam poſſeſſio-
nem ex contractibus celebratis poſt donatio-
nem: Nam omiſſis venditionibus factis à Ma-
rio Hieronymo abſente, cum promiſſione de
faciendo conſentire Hieronymum de anno
1586.& 1588. *Summ.Hieronymi nu.3.* quo tem-
pore vt in eiſdem Inſtrumentis legitur, Hie-
ronymus erat minor, ideoque nondùm do-
nationem Patris ratificauerat, ſi quidem eius
ratificatio promiſſa fuerat, poſtquam maior
factus fuiſſet. Duo tantum dantur Inſtrumen-
ta, in quibus Hieronymus nominatur. Alte-
rum continet conſenſum d.anno 1595. præ-
ſtitum à Paulo tàm nomine proprio, quàm
fratrum venditioni cuiuſdam vineæ emphy-
theoticæ venditæ per Ioannem Catonum
illius poſſeſſorem *Summ.num.7.* quod non re-
leuat, quia non conſtat hanc vineam fuiſſe
compræhenſam in donatione, & quia cum
in donatione adeſſet pactum reuerſiuum, &
fideicommiſſum ad fauorem filiorum Marij
in caſum obitus Pauli donatarij ſine filijs, fuit
35 talis conſenſus adhibitus ad cauthelam em-
ptoris, † ne ſcilicet ſi quando pactum reuer-
ſiuum purificaretur, pateretur emptor ab eiſ-
dem filijs euictionem, quam alioquin pati
potuiſſet, *Alex.in l.Marcellus §.res quæ nu.5. ff.ad
Trebell. Rip.in l.filius fam. §.Diui num.11.ff.leg.1.
Caſtr.conſ.247.num.5.lib.1. Becc.conſ.97.numer.7.*
Alterum eſt locatio domus facta d.anno 1616.
à Magiſtro domus *Summ.Hieronymi nu.8.* quæ
pariter non ſuffragatur, quia domus non legi-
tur inter bona donata Paulo, & Magiſter do-
36 mus † non informatus putans domum ad
omnes fratres pertinere non potuit nocere
donatarijs, & aſſignationi de eadem domo
facta Hieronymo, *Bartol. in l. Procurator cui in
princ.ff.procur.Pariſ.conſ.85.nu.17.lib.1.Greg.XV.
deciſ.75.num.1.* qui ideò de anno 1535. in ſæ-
pè memorata Epiſtola veritatem dictæ aſſi-
gnationis agnouit eamque acceptaſſe decla-
rauit.

Alia Inſtrumenta venditionum à Mario,
etiam nomine Petri Io: Garziæ Septimij, &
Pauli filiorum celebratarum de bonis hæredi-
tarijs Hortenſiæ Iacobatiæ eius vxoris *Summ.
num.3.* vel de cenſibus ad ſe met ſpectantibus,
Summ. num.11. ſiue etiam Inſtrumentum lo-
cationis Palatij ad dohanam hæreditarij Hor-
tenſiæ nomine pariter Marij Io: Garziæ, &
Pauli factæ *Summ. nu.12.* non pertinet ad Hie-
ronymum, quinimò exinde magis apparet ab
eiſdem bonis excluſus. Neque ex dictis In-
37 ſtrumentis † denotantibus continuationem
poſſeſſionis prædictorum filiorum poſt dona-
tionem inferri poteſt, quod donatio non ha-
buerit effectum, & fuerit ſimulata *iuxt.Theor.
Bart.in l.poſt contractum num.4. ff.donat.Afflict.de-
ciſ.40.num.18.* nam hæc ſola coniectura † non
38 probat ſimulationem, niſi vltro probetur
cauſa ſimulandi, *Bald.in l.ab Anaſtaſio in fin.Cod.
mand. Bart.conſ.65.num.4.lib.1.Becc.conſ.51.n.27.
Rot.in Tiburtina Aſſignationis dotis 10.Maij 1627.
coram R.P.D.meo Pirouano,* eo minùs quia Ma-
rius in teſtamẽto donationem quatenus opus
eſſet confirmauit, & quia filij præfati potue-
runt contractibus intereſſe ad maiorem cau-
thelam contrahentium abſque animo rece-
dendi à donatione per eos expreſsè ratificata
contemplatione honorifici matrimonij effe-
ctum ſortiti, ex qua fuit ius quæſitum etiam
39 filijs ex eodem matrimonio natis, quibus
propterea quicquid poſt donationem eiuſq;
ratificationem geſtum fuerit nocere non po-
tuit in puncto *Menoch.conſ.944.num.74.Gratian.
diſcept.924.nu.12.& 13.* vbi conſiderauit, quod
40 talis donatio eſt † pars contractus matrimonij
*& diſcept.984. num.29. Vinc.de Franch.deciſ.436.
numer. 4. & fuit deciſum in Romana Donationis de
Caſtellanis 17.Iunij 1630.coram Reuerendiſſ.D.meo
Decano.*

Et ſemper eſt verum quoad Hieronymum
quod illi obſtat donationis ratificatio, & præ-
ſcriptio, eàque nedùm quoad portiones ſibi
immediatè delatas in hæreditatibus paterna,
materna, & auita, ſed etiam quoad portiones
Petri, Io:Garziæ poſtea Cardinalis, & Septi-
mij, cum enim ipſi hæreditatibus prædictis re-
nunciauerint d.anno 1584. proindè ſicut ex
41 tunc fuit † Hieronymo apertum ius ſucce-
dendi in eorum portionibus, *Bart. in l.nec is,
§.1.nu.3.ff.acquir.hæred.Craſſ.in §.ſubſtitutio qu.1.
num.1.Fuſar.d.ſubſtit.quæſt.37.nu.1.Rot.deciſ.358.
num.3.verſ.non obſtat par.4. diuerſ.* ità aut ſaltem
42 à morte Patris ex tunc, incœpit currere
præſcriptio longiſſimi temporis *Peregr.de fidei-
commiſſ.art.41.num.10.& 13.Fuſar.quæſt.528.n.9.
Menoch.conſ.904.num.54.* Aduerſus quam præ-
ſcriptionem non competit reſtitutio ex capi-

te probabilis ignorantię, quę ex deductis in primo fundamento penitùs excluditur, vel
43 ſaltem vu craſſa, † & ſupina non prodeſt. *Abb.coiſ.18.nu.1.* vbi quod ad hunc effectum
44 oportet † ignorantiam eſſe ex omni parte excuſabilem eaque † excluditur coniecturis
45 ſcientię, quamuis remotis puta ex coniunctione ſanguinis, *Surd.conſ.489. num.37. & deciſ.4.num.7. Cephal.conſ.314. num.19.& ſeqq. Gratian.deciſ. Marchiæ 4.num.40. Rot.deciſ.308.num.2. par.1.diuerſ.deciſ.151.num.6.& ſeqq.coram bo.me. Card. Canaler. & deciſ. 255. impreſſ. poſt Pacif. de Salniano Interdicto.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Mercurij 22. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Filium naturalem alicuius quem eſſe ex quibus probatũ remaneat? Fideicommiſſum ſimpliciter conſtitutum pro filijs maſculis abſque aliqua denominatione legitimorũ, tunc appellatione maſculorum veniunt etiam filij naturales, prȩſertim ſi fideicommiſſum fuit a naturali inſtitutum, & reſpondetur obiectis in contrarium adductis. Renunciatio quamuis ampliſſima reſtringitur ad expreſſa tantum, nec comprehendit Ius, ſeu fideicommiſſum à renunciante ignoratum ad quem effectum requiritur ocularis, ſiue intellectualis certa cognitio Iuris ex eo competentis.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio probatur ex denominatione, iuncta actui proportionabili inſtitutionis.*

2 *Et multum confert ad probandum qualitatem, ſeu ſpeciem filiationis.*

3 *Approbans perſonam alicuius, non poteſt eam amplius reprobare.*

4 *Appellatione filiorum maſculorum deſcendentium ſimpliciter an veniant in fideicommiſſo filij naturales? voluntatis eſt quæſtio, eaque deciditur ex conditione eius qui fideicommiſit.*

5 *Appellatione filiorum maſculorum veniunt naturales ſi fideicommittens naturalis fuit, qui vtendò vocibus naturæ ad naturales communibus non cenſetur abhorruiſſe natalia ſimilia ſuis.*

6 *DD. contrarium ſentientes procedunt in diſpoſitione legis, ſecus vero in diſpoſitione hominis.*

7 *Appellatione maſculorum veniunt naturales ſi ſubſtitutioni maſculorum eſt adiectum ſignum vniuerſale,* omnes, *quod non patitur reſtrictionem.*

Dictio vniuerſalis omnes *nullam patitur reſtrictionem, ibid.*

8 *Teſtamenti vna pars aliam declarat.*

9 *Teſtator ad agnationem videtur reſpexiſſe ex ſucceſſiua vocatione maſculorum, quo caſu naturales cenſentur excluſi, per quos agnatio non conſeruatur.*

Agnatio non conſeruatur per filios naturales ibid.

10 *Declara concluſionem procedere in concurſu naturalium cum legitimis per quos agnatio conſeruari poteſt, ſecus illis non exiſtentibus, quo caſu ceſſat etiam ratio prædilectionis agnatorum, nec in illorum defectum quiſpiam alius reperitur ſubſtitutus.*

11 *Teſtator vocando maſculos fœminas excluſiſſe cenſetur.*

12 *Renunciatio fideicommiſſi reſultat, ſi in tranſactione fuit data facultas liberè diſponendi, quæ incompatibilis eſt cum fideicommiſſo.*

13 *Item ſi fuit conceſſa facultas alienandi bona fideicommiſſi ex cauſa dotis.*

14 *Tranſactio ſuper bonis fideicommiſſi facta à grauato non nocet ſucceſſoribus in fideicommiſſo.*

15 *Tranſactionis ratificatio ex quibus excludatur?*

16 *Renunciatio reſtricta, & limitata ad iura ſibi competentia ex teſtamento alicuius cum præſeruatione aliorum Iurium, talis præſeruatio operatur, ac ſi quoad Iura præſeruata renunciatio non emanaſſet.*

17 *Clauſulæ generales, & ampliſſimæ renunciationis reſtringuntur ad ſpecificata, & cauſam ibi expreſſam.*

18 *Clauſula* quouis alio Iure *in renunciatione ſi apparet reſtricta ad bona alicuius, non ſe extendit ad bona alterius.*

19 *Tacitum non plus operari debet, quam expreſſum.*

20 *Renunciatio non ſe extendit ad Iura ignorata.*

21 *Ex ſcientia teſtamenti non infertur ad ſcientiam fideicommiſſi in teſtamento contenti.*

22 *Item nec minus ad ſcientiam iuris ex eodem fideicommiſſo competentis, nam ad effectum renunciationis requiritur ocularis, ſiue intellectualis certa cognitio Iuris ex eo competentis.*

23 *Interpretatio non cadit in claris.*

24 *Obſeruantia renunciationis fideicommiſſi non datur ſine certa ſcientia illius, nec etiam animus obſeruandi, & interpretandi datur.*

25 *Reſtitutio in integrum datur aduerſus præſcriptionem ex capite probabilis ignorantiæ.*

DECISIO VII.

DOMINI dixerunt Nicolaum probari filium naturalem Iacobi, quia vti talis fuit à Iacobo nominatus, & inſtitutus in ali-
1 mentis, quæ nominatio † iuncta actui proportionabili inſtitutionis, probat nedùm filiationem, *Bald.in cap.ex tranſmiſſa ſub num.4.de reſtit. ſpoliat. Gozzad.conſ.13. num.52.& ſeq.Surd.conſ.1. num.47. Rot.deciſ.347. num.2.par.1.recent.* etiam cum extraneis, *Ruin.conſ.53. num.6. & 7. lib.1. Rot.deciſ.472.num.8.par.1.recent.add.ad Greg.XV. deciſ.349. num.8.* ſed vltrò multum confert ad
2 probandam qualitatem, ſeu ſpeciem filiationis, *Auth.ſi quis liberos verſ.ſine teſtamento C.nat. liber. Mandell. Alba conſ.180.num.3. Mohed.deciſ.3. num.4. qui fil. ſint legitimi Rot.deciſ.16. num.19. & ſeqq. par.5. recent.* Tanto magis aduerſus Taddeum hæredem Iacobi, & Baudinellum ab ea cauſam habentem, qui prȩterea, dum in Inſtrumento aſſignationis dotis cum Nicolao tamquam filio naturali Iacobi contraxit, eius
3 perſonam hoc nomine approbauit, † itaut hodie inficiari non poſſit, *Felin. in cap. cum inter numer.11. verſ. vnde generaliter de except. Bartol. in L.cum mulier num.5. verſ. propterea ff. ſolut. matrim. Menoch. de adipiſc. remed.4. numer.555. Caſſad. deciſ.3.*

tiſ. 1. numer. 4. de procurat. Buratt. deciſ. 785. numer. 3.

Eidemque Nicolao ſuffragari, fideicommiſſum Aſcanij de quo litteraliter conſtat in eius teſtamento, ibi, *ſuos hæredes vniuerſales inſtituit, & nominauit Iacobum, & Aurelium de Faſaniis ipſius Teſtatoris fratres æqualiter, & poſt eorum mortem omnes eorum filios maſculos, & deſcendentes per lineam maſculinam in infinitum vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.*

Nam in hoc fideicommiſſo non legitur verbum aliquod legitimorum naturalium indicatiuum, ſed conceptum ſimpliciter eſt pro filijs maſculis, & deſcendentibus per lineam maſculinam, quorum appellatione an veniant
4 filij naturales voluntatis eſt quęſtio, eaque deciditur ex conditione eius, qui fideicommiſit, vt ait, *Vulp. in l. ex facto §. ſi quis rogatus il 1. ff. ad Trebell.* Vndè quando, vt in caſu noſtro fideicommittens quoque naturalis fuit, vti-
5 que naturales dd. nominibus comprębendũtur ex pręſumpta voluntate Teſtatoris, qui vſus fuit vocibus naturę ad naturales filios communibus, nec cenſetur abhorruiſſe natalia ſimilia ſuis, *Dec. in cap. in præſentia num. 25. de probat. Felin. ibid. num. 22. Bart. in l. tutelas num. 4. circa fin. ff. capit. diminut. & in dicto §. ſi quis rogatus num. 4. Roland. conſ. 76. nu. 22. lib. 2. Surd. conſ. 140. num. 27. Paleott. de not. & ſpur. quæſt. 27. ſub num. 7. Menoch. de commun. præſumpt. 78. num. 34. vbi quod text. in l. generaliter, §. cum autem Cod. de inſt. & ſubſt.* qui in contrarium allegari poſſet procedit † in
6 diſpoſitione legis, † ſecus vero in diſpoſitione hominis *lib. 4. Odd. de compend. ſubſt. 1. par. 6. cap. 3. ſub n. 2. & 8. verſ. ſublimitatur, Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 9. ſub num. 14. Rot. deciſ. 388. nu. 10. par. 1. recent.*

Accedente pręſertim ſigno vniuerſali adiecto ſubſtitutioni filiorum maſculorum, & deſcendentium, ibi, *omnes eorum filios, &c.* † quod
7 non patitur aliquam reſtrictionem, *Fuſar. in his terminis quæſt. 314. num. 10. in tract. de ſubſt. Peregrin. de fideicomm. art. 22. nu. 81. in fine, & art. 32. num. 54.* Et ampliùs, quod Teſtator in primo gradu inſtituit nominatim Iacobum, & Aurelium illegitimè natos, vna enim pars te-
8 ſtamenti † aliam declarat, vt in ſpecie *Rip. in d. l. ex facto §. ſi quis rogatus n. 17. Ruin. conſ. 83. n. 5. & 15. lib. 2. & conſ. 168. nu. 13. lib. 3. Alex. conſ. 94. nu. 1. lib. 1. Menoch. conſ. 266. nu. 23. Peregr. conſ. 44. num. 9. lib. 2. Mantic. de coniect. d. lib. 11. tit. 9. nu. 12. Fuſar. d. qu. 314. num. 5. Rota. deciſ. 388. n. 11. par. 1. recent.*

Non obſtat, quod ex ſucceſſiua vocatione maſculorum Teſtator † videatur reſpexiſſe
9 ad agnationem, quo caſu naturales cenſentur excluſi, eo quod per eos agnatio non conſeruatur, *l. ſi ſpurius, l. hac parte ff. vnde cognati, Bald. conſ. 319. ſub num. 8. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 79. Fuſar. d. quæſt. 314. nu. 3. Rot. coram Mantic. deciſ. 319. num. 6. & 7. & par. 1. recent. deciſ. 126. n. 7. deciſ. 395. n. 2.*

Nam quidquid ſit, an agnationis, ſeu potiùs maſculinitatis qualitas fuerit à Teſtatore contemplata, procederet obiectum in concurſu naturalium cum legitimis, & agnatis
10 per quos videlicet poſſet agnatio conſeruari, illis verò nuſquam exiſtentibus, † qui eſt caſus noſter, quia ceſſat ratio prædilectionis agnatorum, nec in eorum defectum quiſpiam alius reperitur ſubſtitutus, ceſſat pariter excluſio naturalium ſub communi termino, alioquin compræhenſorum, & in quibus dumtaxat purificari poteſt fideicommiſſum pro maſculis conceptum, vt in puncto declarat *Rot. d. deciſ. 126. num. 7. verſ. quæ bene procedunt, & deciſ. 282. num. 7. par. 1. recent. Peregr. conſ. 7. num. 18. & 19. lib. 6. Ruin. conſ. 161. numer. 20. lib. 2. Pancirol. conſ. 169. nu. 9. Caſtill. controu. to. 5. cap. 67. & 82. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 7. num. 6. verſ. nam ſi, Fuſar. d. qu. 314. num. 11. Gamm. deciſ. Luſit. 167. num. 4.* Nec releuat exiſtentia filiarum legitimarum Iacobi, quia Teſtator vocando filios
11 maſculos † fœminas excluſit, *Abb. conſ. 36. n. 1. lib. 1. Ruin. conſ. 155. num. 4. lib. 4. Pariſ. conſ. 11. n. 14. lib. 3. Rot. deciſ. 143. num. 7. par. 1. recent.*

Non obſtat Inſtrumentum dotis conſtitutæ Taddeæ, in quo narratur, quod Iacobus tranſigendo cum Aurelio, & Valerio fratribus reportauit ab ipſis facultatem liberè diſponendi de bonis ſibi aſſignatis, † ex qua tamquam incompatibili cum fideicommiſſo
12 Aſcanij reſultat renunciatio eiuſdem fideicommiſſi, *Cephal. conſ. 253. num. 8. Hond. conſ. 33. num. 16. lib. 1. Fuſar. quæſt. 593. num. 21.* Cui pariter ipſemet Nicolaus videtur renuntiaſſe cedendo ad fauorem Taddeæ omnes actiones, ſibi ex teſtamento Iacobi, & quouis alio iure competentes, & conſentiendo, quod bona
13 fideicommiſſi † alienarentur ex cauſa dotis in Landinellum virum Taddeæ *ad text. in l. codicillis §. 1. ff. legat. 2. Surd. conſ. 114. nu. 25. Menoch. conſ. 58. num. 14. & ſeqq. Rot. deciſ. 669. ſub num. 2. par. 1. recent.*

Nam præter quod tranſactio Iacobi cum fratribus non cecidit ſuper fideicommiſſo Aſcanij, ſed Iulij Patris, ea non nocet † filijs
14 ſucceſſoribus in fideicommiſſo, *Pinell. in l. 1. par. 3. num. 46. verſ. igitur, & num. 50. Cod. bon. matern. Peregr. de fideicomm. art. 40. num. 123. & ſeqq. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 562. n. 1. & 14. Rot. deciſ. 147. num. 1. deciſ. 346. num. 15. par. 5. recent.* Neque il-
15 lam ratificaſſe † cenſetur Nicolaus, ex quo fuit narrata in præfato Inſtrumento, cui interuenit, quia narratiua refertur quidem ad factum, prout eſt actus entis, ſed non prout eſt ciuilis, aut legitimus, ob quam rationem in fortioribus terminis, *Rot. recedendo à deciſione Auerſana Penſionis 30. Martij 1626. coram R. P. D. meo Merlino, dixit in Meliten. Penſionis 7. Iunij, & 9. Nouembris 1630. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,* prouiſum Apoſtolicum, qui in litteris ſuæ prouiſionis, vel in alio Inſtrumento narrauit præcedentem reſeruationem Penſionis, non ideò conſenſiſſe penſioni.

Renunciationem vero Nicolai reſtrictam eſſe ad iura ei competentia ex teſtamento Iacobi occaſione Monachatus Alexandræ alterius ſororis, conuincitur aduertendo, tum nomen, quo contraxit, nempè vti legatarius Iacobi, & ab eo ſubſtitutus Alexandræ monaſterium ingreſſę, tum cauſam motiuam renun-

renunciationis, quia ſcilicet illi expediebat
magis habere legatum paternum, quam con-
ſequi effectum ſubſtitutionis, per quam lega-
tum euanuiſſet; tum bona quibus taxatiuè
renunciauit, hoc eſt iura in bonis, & hæredi-
tate Iacobi reſpectu tantum portionis Ale-
xandræ, cui tamquam fœminę nulla portio
competebat in fideicommiſſo Aſcanij; Tum
verba renunciationis directa ſolum ad teſta-
mentum Iacobi, ibi, *dictæ ſubſtitutioni ad ipſius*
fauorem per dictum eius Patrem, vt in dicto eius te-
ſtamento facta, & infra *omnes, & quaſcumque actio-*
nes ipſi D. Nicolao virtute dicti teſtamenti &c. tum
denique præſeruatiuam quorumcunque alio-
rum iurium Nicolao competentium, ibi,
abſque tamen præiudicio, & nouatione quorumcum-
que aliorum ſuorum iurium, quæ denotat limita-
16 tam voluntatem renunciandi † tantum iuri-
bus teſtamenti Iacobi, de quo Nicolaus ſe be-
ne informatum per ocularem inſpectionem,
& lecturam ſuperiùs dixerat, & præſeruat iu-
ra fideicommiſſi Aſcanij, ac ſi renunciatio
non emanaſſet, *Honded. conſ. 86. num. 44. & ſeqq.*
lib. 2. Caputaq. deciſ. 119. par. 1. Seraph. deciſ. 141.
num. 6. Rot. in prox. term. deciſ. 169. ſub num. 4. vbi
quod ita concilianda ſunt alia verba renun-
ciationis *par. 1. recent. & deciſ. 518. num. 23. par. 5.*
Maximè quia præter fideicommiſſum Aſca-
nij non adſunt alia iura, in quibus clauſula
præſeruatiuâ verificetur, *tex. in l. 2. ff. lib. & poſth.*
cum alijs allegatis per Surd. conſ. 267. numer. 28.
& 29.

Vndè non obſtant clauſulę generales, &
ampiſſimæ renunciationis, † quia reſtringun-
17 tur ad ſpecificata, & cauſam ibidem expreſ-
ſam, *l. ſi de certa vbi Bart. & alij DD. Cod. tran-*
ſact. Iaſ. in l. fratris nu. 3. Cod. eodem. Aym. conſ. 407.
nu. 30. Natta conſ. 546. n. 12. & ſeqq. Surd. conſ. 418.
num. 11. & 16. & fuit dictum in Recanaten. Prædij
14. Aprilis 1614. coram Eminentiſs. D. Card. Pam-
18 *philio*, & ſignanter clauſula, † *& quouis alio iure*,
ex qua informantes pro Landinello deduce-
bant intentionem renunciationis ad fideicō-
miſſum Aſcanij apparere reſtricta ad bona Ia-
cobi, ibi, *& quouis alio iure competen. in bonis, &*
hæredite dicti olim magnifici Iacobi ſui Patris, quo-
rum bonorum nomine non continentur bo-
na fideicommiſſaria Aſcanij, *l. vnum ex familia*
§. 1. ff. leg. 2. Surd. conſ. 354. num. 33. & ſeqq. & de-
ciſ. 93. num. 17. & ſeqq. Aym. conſ. 19. nu. 13. Peregr.
de fideicomm. art. 6. num. 9. & ſeqq. Fuſar. q. 649. n. 2.
in fin. Seraph. deciſ. 963. nu. 6. Rot. deciſ. 375. nu. 3. &
ſeqq. par. 1. recent.

Sicuti autem renunciatio explicita reſtrin-
gitur ad cauſam teſtamenti Iacobi, ita, & im-
plicita reſultans ex conſenſu præſtito aſſigna-
tioni bonorum in dotem, quia refertur ad ea-
dem cauſam teſtamenti Iacobi, ad quem Ni-
colaus ſpectare putabat bona aſſignata Tad-
deæ, nec plus operari debet tacitum, † quam
19 expreſſum, *l. cum quid ff. ſi certi pet. Rot. deciſ. 518.*
in fin. par. 1. recent.

Ex alio etiam capite Domini dixerunt non
obſtare renunciationem, quia videlicet non
20 cenſetur renunciatum iuri, † quod Nicolaus
ignorabat, *l. mater decedens, & ibi Bart. ſub nu. 4.*
ff. inoff. teſtam. Pariſ. conſ. 12. num. 78. lib. 2. Oſaſch. de-
ciſ. 75. num. 5. Seraph. deciſ. 1277. num. 4. Cauol. de-
ciſ. 340. n. 4. Prout ignoraſſe præſumitur fidei-
commiſſum Aſcanij, niſi exaduerſo probetur
illius ſcientia, quæ hauriri non poteſt ex nar-
ratiua Inſtrumenti aſſignationis dotis Taddeæ
vbi dicitur Aſcanium condidiſſe teſtamentū;
21 quia † non indè infertur ad ſcientiam expli-
citam fideicommiſſi in teſtamento contenti,
l. eius, qui §. quod ſi ſtipulatum ff. ſi certum pet. Caſtr.
conſ. 259. nu. 6. circa med. lib. 1. Surd. conſ. 395. n. 22.
Socc. iun. conſ. 128. num. 117. lib. 1. Oſaſch. deciſ. 124.
num. 15. verſ. non obſtat, Rot. deciſ. 268. ſub num. 3.
par. 2. recent. Eoque minus ad ſcientiam iuris
ex eodē fideicommiſſo competentis Nicolao,
qui cum non fuerit in teſtamento nominatus
eiuſque vocatio pendeat à dubio articulo iu-
ris, an ſcilicet appellatione filiorū maſculorū
& deſcendentium per lineam maſculinam
naturales compræhendantur, potuit, etſi fidei-
commiſſum ſciuiſſet, ignorare ſe ad illud vo-
catum, & hæc ignorantia ſufficit, vt eidem
fideicommiſſo renunciatum non præſumatur
quia ad effectum renunciationis † requiritur
22 ocularis, ſiue intellectualis certa cognitio
facti, & iuris ex eo competentis, vt ferè in
puncto, *Rot. coram bon. memor. Buratto deciſ. 899.*
num. 3. & 4. & d. deciſ. 268. ſub nu. 3. verſ. & in ſpe-
cie par. 2. recent.

Et ex his tollitur etiam obiectum taciter-
nitatis Nicolai per tempus 30. & amplius an-
norum, ex qua deduci non poteſt obſeruan-
tia interpretatiua, neque renunciationis Ni-
colai, quia clarum eſt eſſe reſtrictam ad teſta-
23 mentum Iacobi, † & in claris interpretatio
non cadit, *l. ille, aut ille ff. leg. 3. l. continuus §. cum*
ita in fin. ff. verb. oblig. Aretin. conſ. 116. nu. 2. Burat.
deciſ. 129. ſub nu. 6. neque fideicommiſſi Aſca-
nij ad excluſionem naturalium, quia non
conſtat Nicolaum hactenus habuiſſe fidei-
commiſſi, & ſuæ compræhenſionis certam
24 ſcientiam, † ſine qua nedum obſeruantia, ſed
ipſe animus obſeruandi, & interpretandi non
datur, *Socc. Sen. conſ. 12. nu. 20. lib. 3. Pariſ. conſ. 11.*
num. 39. lib. 3. Decian. reſponſ. 87. n. 20. & 22. lib. 2.
Rot. deciſ. 169. num. 5. par. 1. recent. Non tandem
ex longitudine temporis deduci poteſt præ-
ſcriptio, quæ ſuffragetur, quia aduerſus eam
25 ex capite probabilis ignorantię † compete-
ret Nicolao reſtitutio in integrum, *Bart. in*
l. 1. §. ſi quis propter ſub numer. 1. ff. de itin. actuque
priuat. Card. in clem. 1. num. 30. in fin. de in integrum
reſtit. Alex. conſ. 71. num. 3. lib. 1. Grat. diſcept. 403.
num. 35. Afflict. deciſ. 37. num. 1. Rot. deciſ. 39. num. 1.
lib. 2. part. 3. diuerſor. deciſ. 3. numer. 2. par. 3. re-
centior.

Et ità deciſum vtraque Parte Informan-
te, &c.

AVGVSTANA DECIMARVM.

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

In ſummariſſimo poſſeſſorio vnicus teſtis non ſufficit, quando contraria probatione eliditur. Epiſcopus iure proprio nullum habet intereſſe ſuper decimis, quæ ad Parochum ſpectant, & quartam ſibi de iure debitam à Parocho exigit. Confeſſio etiam iudicialis Procuratoris non afficit principalem, niſi ſit coacta præcedente iuſſu, ac mandato Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vnicus in Summariſſimo poſſeſſorio ſufficit.*
2 *Declara non procedere quando contra vnicum teſtem aliquid releuans in contrarium deducitur, & redditur ratio num. ſeqq.*
3 *Probatio per vnicum teſtem regulariter imperfecta eſt etiam contra inducentem.*
4 *Et eliditur contraria quamuis minus plena probatione rei.*
5 *Reus non eget paribus probationibus, quando tendit non ad elidendam intentionem actoris, ſed ad offuſcandam illius probationem.*
6 *Reo ſatis eſt dubiam reddere probationem actoris.*
7 *Parochus ſuper decimis in tota parochia habet Iuris aſſiſtentiam priuatiue quoad alios.*
8 *Sententia afficit tertiũ ad cauſam admiſſum in ſtatu, & terminis.*
9 *Inſtrumentum præualet teſtibus, & multo magis teſti vnico.*
10 *Poſſeſſio pendet ab animo, & animus poſſidendi excluditur per contrariam declarationem.*
11 *Vicarius non poteſt præiudicare poſſeſſioni Vicariæ.*
12 *Epiſcopus ſuper iure decimandi nullum habet intereſſe ex propria perſona quia illi ius reſiſtit nam decimæ ſpectant ad parochum ratione curæ.*
13 *Cura animarum formaliter reſidet penès parochum.*
14 *Epiſcopus quartam decimarum ſibi de iure debitam à parocho exigit.*
15 *Cathedraticum eſt certum, & conſiſtit in duobus ſolidis ſiue beneficium ſit magis pingue, ſiue minus.*
16 *Epiſcopus non poteſt comparere uti defenſor Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, quando lis non agitur cum laicis, ſed cum alia Eccleſia.*
17 *Inſtrumenta perſonalia, & ad vitam beneficiati non ſuffragantur ſucceſſoribus in beneficio.*
18 *Poſſeſſione alicuius rei aprehenſa, cenſetur omnium iurium ad ipſam rem ſpectantium pariter apprahenſa.*
19 *Res inter alios acta non nocet.*
20 *Confeſſio procuratoris quamuis ſit iudicialis non afficit principalem niſi ſimul ſit coacta.*
21 *Diſtinctio Abbat. in cap. vltim. num. 44. de præſcript. inter confeſſionem voluntariam, & coactam Prælati refertur.*
22 *Confeſſio etiam iudicialis non dicitur coacta, nullo præcedente iuſſu, vel Iudicis mandato.*

DECISIO VIII.

REPROPOSITA ad iſtantiam Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Auguſtani cauſa hac alias deciſa ſub die 8. Iunij, & 19. Nouembris 1635. coram Illuſtriſſimo D. meo Ferrarieñ, Domini ſteterunt in 2. loco deciſis, videlicet, Vicario dandum eſſe mandandum de manutenendo in poſſeſſione duorum pratorum in Veidach. & Maſſanger. exiſtentium, nec non in quaſi poſſeſſione exigẽdi ſex nummos pro quolibet prato nouiter ad culturam redacto in Fraſchenſce, in reliquis vero denegandum ex quo non probatur Vicarij poſſeſſio.

1 Nec releuat nonus teſtis qui de tali poſſione deponit, & videtur ſuffic ere † in ſummariſſimo poſſeſſorio, quia leuiores probationes requirit *Men. de retinen. rem. Ol. nu. 34. Rot. coram S. m. Greg. XV. dec. 478. nu. 2. & dec. 607 vbi add. nu. 3.*

2 Nam placuit reſponſio 2. deciſionis quod neq; in ſummariſſimo manutentionis † ſufficit vnicus teſtis quando aliquid releuans in contrarium deducitur *ut fuit alias dictũ in Bononien. penſionis 27. Octobris 1620 coram b. m. Penia impreſ. apud Marſheſ. tom. 1. fol. 171 in fin.* & ratio
3 eſt quia probatio per vnicum teſtem † quæ regulariter imperfecta eſt etiam contra ipſum inducentem *Hand. conſ. 84. nu. 49. & ſeqq. lib. 2. Farin. de teſt. quæſt. 62. num. 24 1. Greg. XV. dec. 215. nu. 5. Rot. dec. 407. nu. 34. par. 5. recent.* eliditur
4 † contraria quamuis minus plena probatione rei *iuxt. theor. Bart. in l. admonendi nu. 50. & 51. ff. Iur. Iur. quem ſequitur Aym. de antiquit. temp. par. 3. §. 1. nu. 30. Rot. deciſ. 238. nu. 24. in fin. part. 1. diuerſ. dec. 664. nu. 7. par. 1. recent.* neque reus eget paribus probationibus quando tendit
5 † non ad elidendam intentionem actoris, ſed ad offuſcandam illius probationẽ, vt bene diſtinguit *Surd. cõſ. 505. ſub n. 6. verſ. nec dicatur* vbi
6 quod tunc ſatis eſt † reo dubiam aliquo modo reddere probationem actoris *Bald. conſ. 79. nu. 7. lib. 2. & text. in cap. cum partium de reg. Iur. in 6. Aym. conſ. 6. nu. 127.*

In caſu enim noſtro contra dictum noni teſtis deducitur primo aſſiſtentia iuris quę ſtat pro Monaſterio B. Magni tamquam parocho
7 ſuper decimatione † vniuerſali in tota Parochia priuatiue ad Vicarium *Card. in Clem. 1. nu. 10. de offic. Vic. dec. 710. num. 3. par. 2. recent. & in Aurien. decimar. 14. Maij 1608. coram bon. mem. Ortemberg. cum alijs alleg. in 1. deciſ. §. 1.* ſecundo ſententia Rotalis declarans integras decimas
8 Monaſterio deberi quæ licet lata † in iudicio moto à Communitate Fieſſen, afficit etiam Vicarium ad eamdem cauſam in ſtatu, & terminis admiſſum vt *vt bene aduertit 1. deciſ. ibid.*

Tertio iſtrumentum celebratum de anno 1452. in quo fuerunt aſſignata Vicario duo illa prata in Veidach. & Moſſanger. & 6. nummi pro quolibet prato ad culturam redacto in Fiaſchenſce adiecta proteſtatione, quod *Vicarij nihil decimarum vltra exigant nec quis ad aliquid vltra perſoluendum obligatus eſſe debeat*, quod in-
9 ſtrumentum preualet teſtibus † & multo magis teſti vnico *l. cenſus ff. probat gl. in cap. tertio loco verb. tertium ead. tit. Roman. conſ. 319. num. 1. Caſſan. conſ. 16. num. 1. Rot. in term. decimar. deciſ. 94. num. 17. part. 5. recentior.*

Et

Et accedit expreſſa declaratio moderni Vi-
carij ſumm. Monaſt. num. 4. continens quod
ille neſciuit eius nomine traſmiſſum ad Cu-
riam mandatum ad lites, quod que nec vult
nec poteſt litigare cum Monaſterio, ſignum
euidens quod non poſſidet, ita vt neque Epiſ-
copus neque alius quiſpiam allegare poſſit
Vicarij poſſeſsionem obſtante eiuſdem Vica-
10 rij cōtraria declaratione quia poſſeſsio † pen-
det ab animo, & animus poſsidendi excludi-
tur perdictam declarationem *Cauler. dec. 531.*
num. 5. add. ad Greg. XV. dec. 307. ſub num. 24. &
fuit dictum in Varmien. Canonicatus 27. May 1610.
coram bon. mem. Cardinali Sacrato; & in Leodien.
beneficij 11. Decembris 1619. coram Reuerendiſſimo
D meo Decano.

11 Non obſtat quod Vicarius † non poſsit prę-
iudicare poſſeſsioni Vicariæ *Saraph. dec. 1417.*
num. 3. cum alijs alleg. per add. ad Greg. XV. deciſ.
116. *num.* 5. quodque Epiſcopus compareat:
Quia primum procederet ſi de poſſeſsione
Vicariæ aliunde coſtaret. Epiſcopus verò ex
perſona propria nullum habet intereſſe
12 † non ſuper iure decimandi quia ipſi Ius
reſiſtit in concurſu cum Monaſterio penes
13 quod vti parochum cura animarum † for-
maliter reſidet *Rebuff. de decimis quæſt. 7. num. 5.*
Gonz. ſuper reg. 8. gloſ. 6. num. 85. Rot. deciſ. 309.
num. 4. par. 2. diuerſorum, non ratione quartæ de-
cimarum ſibi debitę ex diſpoſitione *cap. quo-*
14 *niam, & cap. dudum de decimis,* quia illam † pro
vt de iure exigere poterit à monaſterio cui
decimas deberi iam Rota pronunciauit: non
15 ratione Cathedratici quia illud † eſt certū,
& conſiſtit in 2. ſolidis ſiuè beneficium ſit
magis pingue ſiuę minus *gloſ. in cap. placuit in*
princ. 10. quæſt. 3. Gratian. diſc. 620. num. 3. non
16 etiam Epiſcopus comparere poteſt vti defen-
ſor Eccleſiarum ſuæ Diœc. quia lis non agi-
tur cum laicis, ſed cum alia Eccleſia eiuſdem
Diœc. & quod plus eſt poſſeſsio Vicarij non
probatur.

Non obſtant quæ ad adminiculañ nonum
teſtem adducuntur Nam omiſsis inſtrumentis
diſponeñ generaliter quod Vicario aſsignetur
congrua, & alijs loquentibus de pratis in
Veidach. Moſſanger. & Fraſchenſæe. Iſtru-
menta celebrata cū Moyſen Hug. dicto anno
1580. cum Adam Biber anno 1582. cū Andrea
Volckman anno 1596. cū Georgio Stamach
anno 1598. ſum. Epiſcopi nu. 5. negantur effe-
17 ctuata, & cū perſonalia † ſint ad vitā cuiuslibet
ipſorū vt patet ibi *quamdiu Parochiam curauerit,*
& infra *tēpore ſui Vicariatus vel dum Parochiam cu-*
rat ſucceſſoribus Vicarijs non ſuffragantur ad
text. in l. idem duobus §. perſonale l. iuris gentium
§. pactorum ff. pact. Rimin. Iun. conſ. 465. num. 9.
Rot. deciſ. 359. num. 34. part. 5. recent. & perſona-
lia fuiſſe dict. inſtrumēta vltro conuincitur ex
pluralitate ipſorum, quia ſcilicet inania fuiſ-
ſent ſi iura ibidem contenta ſpectarent ad Vi-
18 cariam, nam apprehenſa † illius poſſeſsione,
omnium iurium ad Vicariam ſpectantium
poſſeſsio in ſingulos Vicarios abſque reitera-
tione ſimilis inſtrumenti tranſijſſet *Anchar. in*
cap. beneficium num. 11. *verſ. ego dico de reg. iur.*
in 6. Couarr. var. reſol. lib. 3. cap. 26. num. 13. Rot.
deciſ. 322. num. 3. part. 1. recent. & coram Reueren-
diſſimo D. meo Dec. deciſ. 30. num. 2.

Inſtrumentum celebratum inter Vicarium,
& Comunitatem Freſseñ tamquam res inter
19 alios acta † non obeſt Monaſterio *Rot. in ſimi-*
libus terminis deciſ. 208. nu. 7. par. 1. recent. repe-
titio noni teſtis ſeu articulus loco libelli da-
tus coram Iudice 2. inſtantiæ ſumm. Epiſ-
copi num. 4. pariter non præiudicat Mona-
ſterio quia emanauit à procuratore cuius con-
20 feſsio † licet Iudicialis Monaſterium non af-
ficit niſi ſimul ſit coacta vt bene inter con-
feſsionem voluntariam, & coactam *dixit inter-*
21 *minis confeſſionis Prelati † Abb. in cap. vlt. ſub nu.*
24. de præſcript. Menoch. in eiſd. term. conſ. 31. nu.
35. & 36. Gruttier. de tutel. par. 3. cap. 1. num. 77.
Rot. deciſ. 3. num. 2. de confeſſ. in nou. deciſ. 177.
per tot. par. 2. diuerſ. & in eiſd. term. intelligenda eſt
deciſ. Rot. in Leodieñ *decimarum 30. May 1633.*
coram R. P. D. meo Veroſpio. coacta a. non di-
22 citur confeſsio † quæ in iudicio quidem ſed
nullo præcedente iuſſu vel mandato Iudi-
dicis emiſſa eſt hanc concluſionem ſecuta eſt
Rot. in Romana, ſeu Ianuen. quarti dotalis 14. No-
uembris 1635. coram Panzirol. in fin. Alex. conſ.
222. num. 16. lib. 2. Pariſ. 115. num. 21 lib. 1. Rot.
coram ſ. m. Greg. XV. deciſ. 460. num. 5.

Et ita deciſum vtraquè &c.

ROMANA ALIMENTORVM
ſcut. 1000.

Luna 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Res iudicata dicitur inducta ſi appellans infra
decem dies poſt datos reuerentiales appella-
tionis cauſam non commiſit, excuſatur
tamen ſi infra decem dies commiſſionem co-
ram Regente Cancellariæ præſentauit, qui ſi
fortè impeditus eam non ſignauit, ſola præ-
ſentatio ſufficit ad euitandam deſertionem.

SVMMARIVM.

1 *Appellans tenetur infra decem dies poſt datos reue-*
rentiales cauſam appellationis committere, alias
ſententia tranſit in iudicatum.

2 *Terminus decem dierum ad committendam cauſam*
appellationis continetur in conceſſione reuerentia-
lium.

3 *Appellans ad euitandam deſertionem ſufficit quod*
infra decem dies præſentauerit commiſſionem co-
ram Regente Cancellariæ, quæ ſi ex aliquo impe-
dimento ſignari non valuit, operatur, ſola præ-
ſentatio.

4 *Commiſsio coram Regente infra decem dies præſen-*
tata probatur ex illius ſubſcriptione in calce com-
miſsionis.

5 *Decretum factum niſi ad primam cum intimatione,*
ante illius intimationem non afficit, & Iudicis of-
ficium conquieſcit.

6 *Intimatio decreti debet reproduci, vt Iudex de illa*
ſit certus.

DE-

DECISIO IX.

REM iudicatam deducebant informantes pro D. Marchione Caſſani ex negligentia D. Marci appellantis in committenda cau-
1 ſa † appellationis infra decem dies poſt datos reuerentiales vt debuit *Caſſad. deciſ. 4. numer. 1. de appell. Creſc. deciſ. 1. eod. tit. Caſ. de Graſſ. deciſ. 3. in 1. de reb. Eccleſ. non alien. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. num. 60.* vbi dicit rationem quia termi-
2 nus † decem dierum ad committendam cauſam continetur in conceſſione reuerentialiũ *Rol. deciſ. 276. num. 1. par. 1. diuerſ. & coram bo. me. Buratto deciſ. 764. num. 1.*

Verum Domini cenſuerunt D. Marcum excuſandum, quia infra decem dies commiſſionem coram Regente Cancellariæ præſenta-
3 uit, † ſignari autẽ non potuit ob ægritudinẽ bon. mem. Cardinalis Gypſij tunc Signaturæ Præfecti ſtante enim impedimẽto idem quoq; commiſſio ſignata operatur præſentata corã Regente ad euitandam deſertionem appellationis *Lancell. de attent. dicto cap. 12. nu. 64. Scacc. de appell. quæſt. 14. num. 33. & ſeqq. Veſtr. in praxi lib. 7. cap. vlt. num. 5. Caſſad. dicta deciſ. 4. num. 2. de appell. & fuit dictum in Peruſina de Vbaldis 17. Iunij 1576. coram bon. mem. Card. Hieronymo Panphilio, & in Forolinien. de Torellis 7. Nouemb. 1607. coram bo. me. Lugdunen.*

Quæ præſentata infra decem dies probatur
4 ex † ſubſcriptione eiuſdem Regentis in calce commiſſionis *Scacc. loc. alleg. num. 36. Lancell. num. 65. add. ad Buratt. d. deciſ. 764. numer. 3. & fuit dictum in Leodien. Parochialis 20. Maij 1622. coram bon. mem. Caualer.* Calculando tamen decem dies à die 14. Februarij qua ad inſtantiam D. Marchionis fuit intimatum decretum Domino Marco, nam cum Iudex decreuiſſet reuocationem mãdati niſi ad primam cum in-
5 timatione, † ante factam intimationem decretum non afficiebat & Iudicis officium cõquieſcebat *Put. deciſ. 168. lib. 1. in corr. Greg. XV. deciſ. 31. num. 8. Caualer. deciſ. 486. nu. 1.* vbi quod
6 intimatio † debet etiam reproduci vt Iudex de illa ſit certus, *Buratt. deciſ. 124. numer. 22. & 23.*

Et ex his vtraque parte informante fuit deciſum non conſtare de re iudicata, an autem decretum A. C. ſit confirmandum vel infirmandum, quæ erat altera pars dubij Domini remiſerunt ad aliam propoſitionem.

AESINA BONORVM

Veneris prima Iulij 1639.

ARGVMENTVM.

Saluianum interdictum non competit creditori poſteriori aduerſus anteriorem, & ex quibus creditum anterius iuſtificetur? Ceſſio iurium reportata à tertio non ſuffragatur niſi pro rata ſummæ ſolutæ nã in reliquo præſumitur ſimulata iuxta *text. in l. per diuerſas C. mand.* quæ duas in ventre habet limitationes alteram quando Ius cedentis eſt indubitatum, alteram verò quando ceſſio fit poſſidẽti pro tuitione ſuæ poſſeſſionis, tunc enim ſimulationis præſumptio ceſſat. Apoca priuata licet careat requiſitis *l. ſcripturas C. qui potior in pign. habeãtur*; tamen concurrit cum Inſtrumento publico, quando eſt adminiculata, & ceſſat ſuſpicio antidatæ.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio ex vtili Saluiano denegatur creditori poſteriori aduerſus anteriorem.*
2 *Creditum anterius probatur ex publico Inſtrumento, quod facit probationem probatam.*
3 *Approbans aliquid, illud amplius reprobare non poteſt.*
4 *Ceſſio reportata à tertio non ſuffragatur, niſi pro rata pecuniæ ſolutæ in reliquo præſumitur ſimulata ex diſpoſitione* l. per diuerſas C. mandat.
5 *Diſpoſitio* l. per diuerſas *duas habet limitationes alteram, quando Ius cedentis eſt indubitatum, alteram vero quando ceſſio fit poſſidenti pro tuitione poſſeſſionis nam vtrobique ceſſat præſumptio ſimulationis.*
6 *Creditum cedentis iuſtificatum ex publico inſtrumẽto obligatione Camerali vallato omni ſuſpicione caret.*
7 *Inſinuatio tam de Iure communi, quam ex conſtitutione Marchiæ requiritur in contractu donatiõnis & ſimilibus.*
8 *Contractus forma, ſeu ſpecies pendet ex animo contrahentium.*
9 *Contractus qualis fuerit non à nomine contractus, ſed ab effectu iudicatur, quando contractus eo nomine effectum ſortiri non poteſt.*
10 *Compromiſſum, & laudum non egreditur perſonas compromittentium, eorumque Iura quoad alios non afficit.*
11 *Laudum corruit ratione exceſſus.*
12 *Apoca priuata licet careat requiſitis* l. ſcripturas C. qui pot. in pignor. hab. *concurrentibus adminiculis probat anterioritatem hypothecæ, etiam in concurſu publici inſtrumenti.*
13 *Diſpoſitio* l. ſcripturas C. qui pot. in pignor. habeantur *non eſt pro forma ſed ad euitandas fraudes antidatæ.*
14 *Et ſufficit quod antidatæ ſuſpicio per adminicula euertatur.*

DECISIO X.

DOMINIS de Aquila & litis conſortibus agentibus vtili Saluiano interdicto contra DD. de Foſſis poſſeſſores bonorum q. Franciſci Gauccij debitoris, Rota cenſuit nõ
1 eſſe dandam immiſſionem; † quia Foſſij habent iura creditorum anteriorum, ex quibus denegatur Saluianũ poſteriori *l. 2. ff. qui pot. in pignor. habetur Mantic. deciſ. 69. n. 1. Rot. in impreſſ. poſt Pacif. de Salu. deciſ. 74. numer. 11. deciſ. 176. num. 6.*

Creditum enim illorum de Aquila, & litis conſortum eſt de anno 1571. Foſſij verò habent prò floren. 1200. iura Io: Martini Amadei creditoris de anno 1568. prout de eius cre-
2 dito conſtat ex publico inſtrumento, † quod facit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

facit probationem probatam *l. prædia ff. acquir. poſſ. Bald. in l. intereſt num. 2. Cod. ſolut. Surd. deciſ. 177. num. 4.* & de ſolutione per Ioannem Baptiſtam Sigiſmundum authorem Foſſiorum facta, Io: Mariæ Io: Martini filio, qui iura ceſſit conſtat ex quietantia ſcripta & ſubſcripta ab eodem Io: Maria, quem filium eſſe Io: Martini, & iura cedere ſoluenti potuiſſe agnouerunt ipſimet aduerſarij, ſiue eorum authores, dum acceptarunt ſententiam latam de anno 1603. in qua damnabatur ad ſoluẽ Foſſijs eoſdem flor. 200: ſolutos dd. nominibus præfato Io: Mariæ & in executionem ſententiæ eoſdem flor. 200. in ſcut. 100. depoſuerunt,
3 adeò quod impugnare † hodie non poſſint, quod ſemel approbarunt *l. in diem ff. aqu. pluu. arc. l. de acceſsionibus ff. diuerſ. & temp. action. Dec. conſ. 665. num. 1. Becc. conſ. 6. n. 18. & 19. Surd. conſ. 405. num. 35.*

Pro aliis ſcutis 1025. conſtituentibus florenos 2050. Foſſij vtuntur iuribus Eq. Colæ Colini ceſſionarij Biliottæ creditoris de anno 1570.

Nec obſtat, quod ceſſio Colini ſuffragari
4 non poſſit, † niſi pro ſcut. 200. Tum quia totidem recepit à Foſſis ceſſionariis, & in reliquo ceſsio preſumitur ſimulata *l. per diuerſas C. mand. Dec. in conſ. 464. numer. 4. Roman. conſ. 86. ſub num. 3. Rot. deciſ. 443. num. 6. par. 1. rec.*

Tum etiam, quia Colinus longè ante donauerat eadem iura D. Alfonſo Piccolomineo, qui ſucceſſiuè illa retrodonauit quidem Colino, ſed pro rata ſcut. 200. ipſi ſoluendorum à Foſſijs, & pro alijs ſcutis 75. exigẽ à quibus de Iure prohibens Colino, ne Foſſios aliquo modo vlterius moleſtaret occaſione ſcut. 1100. ſibi ceſſorum à Biliotta.

Nam ad primum fuit reſponſum in corpore eiuſdẽ *l. per diuerſas C. mand.* haberi duas
5 limitationes, alteram quando ius cedentis eſt indubitatum, alteram quando ceſſio fit poſſidenti pro ſuæ poſſeſſionis maiori munimine, ac tuitione, quia vtrobiq; ceſſat pręſumptio ſimulationis & redẽptionis litiũ, ad quã coercendam dictæ legis diſpoſitio emanauit, *vt not. ibid. Angel. ſub num. 3. Salyc. col. 4. nu. 8. & 9. Menoch. præſumpt. 129. nu. 12. & 16. lib. 3. & conſ. 513. num. 15. & ſeqq. Soccin. iun. conſ. 48. nu. 6. lib. 3. Caſ. manent conſ. 125. num. 10. Ant. Gabr. de action. concl. 5. num. 8. & 54.* Vtraque autem limitatio applicatur caſui noſtro, quia Foſſij poſſident, iuribuſque ceſſis ſuam poſſeſſionem tuentur, & creditum Colini, ſeu Biliottę cedentis clarum eſt ex publico inſtrumento obligatione
6 Camerali vallato, quod † omnem ſiniſtram ſuſpicionem elidit, vt in puncto aduertit *Hieron. Gabr. conſ. 67. num. 7. & 8. lib. 2.*

Pro reſponſione ad ſecundum præmittenda eſt ſeries facti, quod ſic ſe habet. Immiſſo Colino tamquam creditore dd. ſcut 1100. ei ceſſorum à Biliotta in poſſeſſionem bonorum poſſeſſorum à Foſsijs inter hos, & Colinum variæ contentiones ortæ fuerunt, quas, vt amicabiliter componerent, ambo iura, & & prætenſiones ſuas donarunt D. Piccolomineo hic paulo poſt retrodonauit vtriq; vt in obiecto. Igitur cum finis intentus à partibus in donando fuerit prætenſiones ſuas compromittere in Piccolomineum, vt eas abſq; ſpecie appellationis, ſiue recurſus per viam retrodonationis decideret, & Piccolomineus retrodonando intellexerit eaſdẽ prętenſione veluti per laudum inappellabile decidere, idẽ quoad infradicenda iudicandum eſt de donatione, ac retrodonatione ordinatis ad effectũ compromiſsi, & laudi, quod de ipſis compromiſſo, & laudo iudicaretur; Præſertim quia nonniſi in vim compromiſſi, & laudi ſequi poteſt effectus donationis & retrodonationis, quippè quæ alioquin eſſent nullius momenti ob omiſſam inſinuationem de iure
7 communi, † & ex Conſtitutione Marchiæ in ſimilibus contractibus requiſitam *l. ſancimus Cod. donat. Salyc. in l. ſi quis argentum num. 8. Cod. eod. Grat. diſcept. 887. num. 19.* Forma enim
8 & ſpecies contractus † pendet ex animo contrahentium *l. non omnis ff. cert. petat. l. in conuentionalibus ff. verb. obligat. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 3. num. 21. & 22.* & qualis ille fuerit non à
9 nomine contractus, † ſed ab effectu iudicatur, etiamſi effectus nomini contradiceret, ſaltem, quando contractus eo nomine effectũ ſortiri non poteſt *l. inſulam ff. præſcr. verb. l. ſi vno in princ. ff. locat. Bald. in rubr. Cod. Iur. emphit. num. 15. Iaſ. in l. 1. num. 45. Cod. eod. & in l. ſi quis ante num. 18. ff. acquir. poſſeſſ. poſt Cuman. in d. l. ſi quis ante §. 1. num. 3. & 4. Aret. ibidem num. 2. Ruin. conſ. 160. num. 11. lib. 1. Pariſ. conſ. 33. num. 38. lib. 3. Alb. conſ. 81. num. 48. Ceph. conſ. 329. num. 47. Decian. conſ. 23. num. 6. & 13. lib. 2. Surd. conſ. 243. n. 2. & conſ. 450. nu. 34. Mant. de tac. lib. 2. tit. 2. nu. 20. & 23. verſ. ſed Raphael, & lib. 8. titul. 25. num. 36.*

Vndè ſequitur, quod reſtrictiua illa quantitatis poſita in retrodonatione Piccolominei operatur dumtaxat quoad ipſos Foſſios, cum quibus emanauit, firmis remanẽtibus contra alias perſonas iuribus penes Colinum pro tota ſumma, non ſecus, ac compromiſſum, &
10 laudum, † quod non egreditur perſonas compromittentium, eorumque iura quoad alios non afficit *Soccin. in l. Gallus §. quidam rectè num. 3. ff. lib. & poſthum. Bald. conſ. 309. num. 2. & 3. lib. 1. Dec. conſ. 253. num. 4. circa fin. Alba. conſ. 38. num. 10. Surd. conſ. 349. num. 34. & conſ. 567. n. 30.* quamuis laudum de alijs perſonis nominatim loqueretur, nam in hac parte corrueret ex ca-
11 pite † exceſſus *l. non diſtinguemus §. de officio ff. recept. arbitr. Iaſ. in l. ſi ſuper poſſeſſ. nu. 3. Cod. tranſact. Menoch. conſ. 381. num. 11.* Tanto magis, quia Piccolomineus initio contractus indefinitè, & per verba vniuerſalia retrodonauit omnia iura Colino, & moleſtias prohibuit inferri Foſſijs nulla facta mẽtione aliarum perſonarum, & ſic potuit deinde Colinus cedere iura Foſſijs contra alias perſonas pro integra ſumma ſcut. 1025. prout ceſſit.

Tandem pro alijs flor. 297. ſolutis Io. Baptiſtæ Olibano viro Montaninæ habent Foſſij eiuſdem Olibani iura creata pariter de anno 1570. vt patet ex apocha matrimoniali, quæ
12 licet † careat requiſitis *l. ſcripturas C. qui pot. in pignor. hab.* concurrentibus tamen adminiculis, nem-

nempè, quod eſt ſubſcripta ab vtraque parte, & ab vno teſte, quod ſcribētes obierunt, quod in vim illius ſecuta fuit ſolutio, & ab ea die lapſi ſunt anni vltra 40. & alijs adductis per informantes probat anterioritatem hypothecæ etiam in concurſu poſterioris publici inſtru-
13 menti, cum enim modus præſcriptus † in *d. l. ſcripturas* non ſit pro forma, ſed ad euitandas fraudes antidatæ *Abb. in cap. 2. ſub num. 2. de fid. inſtrum. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 24. num. 2. Vinc. de Franch. deciſ. 95 num. 6. Buratt. deciſ. 905. num. 4.* Sufficit, quod antidatæ ſuſpicio alio
14 modo † etiam per adminicula euertatur *Decian. conſ. 11. num. 40. & ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 787. num. 7. Gayt. de credito cap. 2. tit. 8. num. 3072. & 3073. Gratian. diſcept. 391. num. 8. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 7. num. 55. & ſeqq. Seraphin. deciſ. 379. num. 2. Rot. in Rauennaten. Pecuniaria 9. Nouembris 1624. coram R. P. D. meo Merlino, in Romana diſcuſsionis 26. Iunij 1630. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, & in Romana de Ghezzijs 5. Decembris 1634. coram R. P. D. meo Panzirolo.*

Quæ ſummæ ſimul coaceruatæ conſtituunt florenos 2697. & ſuperant pretium bonorum, ad quæ petitur immiſsio venditorum pro floren. 2628.

Et ita deciſum vtraque &c.

FERETRANA ALIMENTORVM

Veneris 1. Iulij 1639.

ARGVMENTVM.

Alimenta debentur vxori extra domum viri, ſi de eius conſenſu diſceſſit, nam per talem conſenſum ei remiſiſſe videtur obſequia coniugalia, quorum contemplatione nonniſi in domo viri vxor regulariter alenda eſt. Item alimenta extra domum debentur, ſi vxorem ad maritum redeuntem ipſe admittere noluit.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta extra domum maritus ſubminiſtrare tenetur vxori, ſi de eius conſenſu diſceſſit.*

2 *Maritus conſenſiendo, quod vxor ab eo diſcedat remiſiſſe videtur obſequia coniugalia, quorum contemplatione nonniſi in domo viri alenda eſt.*

3 *Maritus poteſt vxori remittere obſequia coniugalia, quia ſolo eius fauore ſunt inducta.*

4 *Actum gerere, vel gerenti conſentire paria ſunt.*

5 *Vxor ſtante conſenſu viri quod ab eo diſcederet, releuatur ab onere probandi iuſtam cauſam diſcedendi, quam alioquin probare teneretur, & numer. 6.*

7 *Maritus tenetur alimenta vxori præſtare extra domum, ſi ad ſe redeuntem non admiſit.*

8 *Expellere, & ſpoliare dicitur, qui venientem non admittit.*

9 *Vxor ſi iuxta decretum Iudicis ſe obtulit ad virum redire ſubminiſtratis tamen expenſis itineris, ſi maritus ex parte ſua non adimpleuit, ſola oblatio ſufficit, vt ei extra domum alimenta debeantur.*

10 *Vxor in obſequijs viri eſſe dicitur, ſi per eam non ſtat quominus viro ſeruiat.*

11 *Conditio habetur pro impleta, quando deficit facto eius, cui implenda erat.*

12 *Poſteriora derogant prioribus.*

13 *Vxor ſi probauit ſe de conſenſu viri diſceſſiſſe, quodque ad eum redeuntem non fuiſſe admiſſam, talis probatio præualet præſumptionibus.*

DECISIO XI.

Ex nouiter deductis Domini receſſerunt à deciſione coram bon. mem. Buccabella ſub die 18. Iunij 1635. in qua dictum fuit non teneri D. Comitem Durantem ſubminiſtrare alimenta Dominę Comitiſſæ Angelinæ Malateſtę eius vxori abſenti, quia propria culpa, & abſque iuſta cauſa è domo viri diſceſſit.

Quæ concluſio veriſſima in iure eſt, ſed non applicatur: Nam teſtes poſtea examinati ad inſtantiam Comitiſſæ, deponunt primo, quod ea die qua Comitiſſa diſceſſit, Comes eam aſſociatus fuit à Caſtro Talamelli vſque ad locum dictum, *il Mercato* 500. ferè paſſibus diſtantem, vbi Comitiſſa equum aſcendit, & felicis itineris omen à viro recepit; Et ſecundus teſtis ait vlterius, quod Comes vxorem commendauit alteri, ex famulis ſeruitio eius in itinere deſtinatis, *Summ. Commitiſſæ num. 3.* adeoquod cum vxor diſceſſerit de conſenſu
1 viri † dubitari non poſſit quin illi à viro debeantur alimenta etiam extra domum, *Odofr. & Alber. in l. teſtamento 19. ff. alim. & cib. leg. Barboſ. in l. ſi cum dotem §. tranſgrediamur num. 24. & 25. ff. ſol. matr. Gratian. diſc. 552. numer. 49. Rot. coram bon. mem. Buratto dec. 237. nu. 10. & dec. 297.*
2 *num. 4.* Vir enim conſentiendo † quod vxor diſcedat remiſiſſe videtur obſequia coniugalia, quorum contemplatione non niſi in domo viri mulier alenda regulariter eſt, *Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 83. num. 65. Pontan. de alimen. cap. 14. num. 8. Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 4. q. 2.*
3 *ſub n. 20.* & bene potuit † remittere, quia ſolo eius fauore ſunt inducta, *l. penult. Cod. pact.* & in ſpecie *Ruin. conſ. 45. num. 4. lib. 2. Barboſ. in l. 2. in princ. par. 1. num. 28. ff. ſol. matr.* Imò verò ipſemet vir præbuiſſe videtur cauſā diſceſſui
4 cum paria ſint actum † gerere, vel gerenti conſentire, *l. Titius ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. l. cum pater §. libertis ff. leg. 2. Bald. in l. quoties num. 5. Cod. fideic. Surd. conſ. 15. num. 20.* Aut ſal-
5 tem conſenſus huiuſmodi releuat † vxorem ab onere probandi iuſtam cauſam diſcedendi, *Auth. non licet Cod. lib. præter iuncta l. non putauit §. ſi quis ſua manu ff. bon. poſſ. contr. tab. Felin. in cap. olim n. 10. de reſcript. Rot. dec. 519. numer. 2.*
6 *par. 2. recent.* quam alioquin † probare teneretur *Iaſ. in l. diuortio num. 25. ff. ſol. matr. Alex. conſil. 100. num. 3. lib. 1. Men. de arbitr. caſ. 170. num. 13. & 16. Gratian. diſc. 552. num. 47.*

Secundò teſtes deponunt quod Comitiſſa reuerſa ad domum viri pulſauit ad ianuam quam clauſam inuenit cum tamen aperta haberi ſemper, præterquam de nocte conſueuiſſet, quodque per aliquot dies quibus Comi-

miſſa moram fecit in Caſtro Talamelli neque ianua domus reſerata fuit, neque Comes aliquando viſibilem ſe præbuit, & ſic ad fauorem Comitiſſę intrat alia receptiſſima concluſio, quod ſcilicet vir tenetur alimenta
7 præſtare † extra domum ſi vxorem ad ſe redeuntem non admiſit, *gloſſ. in cap. ſignificaſti verb. materiam circ. fin. de diuort. Soc. in l. 2. num. 9. ff. ſol. matr. Rip. ibid. nu. 29. Alex. in l. ſi cum dotem §. ſin autem in ſæuiſſimo num. 7. ff. eod. & conſ. 78. num. 5. verſ. ſecundo probatur lib. 5. Surd. de alim. tit. 1. q. 32. nu. 26. & ſeqq. Sanchez de matr. lib. 9. diſput. 4. n. 24.* Quia expellere, & ſpoliare dicitur
8 qui † venientem non admittit, *l. fin. ff. precar. Aym. conſ. 107. n. 31. Men. de recuper. rem 9. n. 137. & in term. gloſſ. in dicto verb. matrimonium, Surd. d. q. 32. num. 27. & 32.*

Augetur contumacia Comitiſſæ in admittenda vxore, ex quo cum Rota alias mandaſſet, quando mulier ad domum viri accederet data cautione de eam bene tractando, & ſubminiſtratis ſumptibus itineris, Comes nuſquã cautionem dedit, vel ſumptus itineris ſubminiſtrauit, econuerſo enim Comitiſſa acceptando decretum Rotæ obtulit iudicaliter, & citato viro ſe paratam iuxta eiuſdem decreti
9 formam iterum redire, quæ oblatio † viro ex parte ſua non adimplente ſufficit vt alimenta extra domum debeantur, *l. ſi quis ita legauerit ff. cond. & demon. Alex. conſ. 158. num. 2. lib. 7. Natt. conſ. 387. num. 4. Surd. de alim. tit. 4. q. 15. numer. 15.*
10 cum enim per vxorem non ſtet † quo minus marito ſeruiat perinde eſt, ac ſi in eius obſequijs eſſet ſicuti dicimus, quod conditio ha-
11 betur pro impleta † quando deficit facto eius cui implenda erat, *l. iure ciuili ff. condit. & demonſtr. l. in executione §. fin. ff. verb. oblig. l. Labeo ſcribit in fine ff. contrab. empt. & in ſpecie Surd. de alim. tit. 1. q. 32. num. 17. & 18. Sanchez de matr. d. diſp. 4. ſub num. 20.*

Non obſtat, quod initio matrimonij Comes bene tractauerit vxorem, & varias veſtes, ac gemmas ei comparauerit, vt dicitur in pri-
12 ma deciſione, quia poſteriora † derogant prioribus, *l. pacta nouiſſima Cod. pact. Alex. conſ. 193. num. 3. lib. 6.* & probatio conſenſus à viro
13 præſtiti † diſceſſui vxoris non admiſſioniſque cum illa redire voluit ad cohabitandum præualet præſumptionibus, *l. pen. §. mulier ff. de probat. Dec. in l. 1. in 3. lect. num. 68. ff. ſi cert. pet. Men. de præſumpt. lib. 1. q. 31. n. 2. & ſeqq.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROSSANEN. DECIMARVM

Lunæ 28. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM

Lis ad effectum reuocationis attentatorum introducta dicitur quoad ipſum impetrantem ex ſolo decreto citationis cum inhibitione. Commiſſio obtenta contra habentem aliquã dignitatem, afficit omnes in dicta dignitate ſucceſſores. Confeſſio propria non poteſt re non amplius integra, & ex interuallo reuocari non docto de errore; præſertim quando eſt adminiculata.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente nihil innouari poteſt citra vitium attentatorum.*
2 *Lis ex ſola commiſſione, ac decreto citationis quoad ipſum impetrantem dicitur inducta ad effectum, vt quicquid poſtea geſtum fuerit, attentatum dicatur.*
3 *Commiſſio ſi fuit obtenta contra aliquem non vti particularem perſonam, ſe vti habentem aliquam dignitatem, tunc commiſſionis effectus, & lis ad ſucceſſores tranſit.*
4 *Agnoſcens aliquem vti talem, illum poſtea talem eſſe negare non poteſt.*
5 *Baronem aliquem eſſe probatur ex actibus iuriſdictionalibus per ipſum vti talem geſtis abſque alia probatione tituli.*
6 *Pro attentatorum reuocatione ſola detentatio, & quilibet ſtatus ſufficit ſiue bonus, ſiue malus.*
7 *Confeſſio non poteſt re non integra, & ex interuallo non docto de errore, reuocari.*
8 *Diſtinctio relata per* Abbat. in cap. vlt. nu. 22. & 23. de confeſſ. *inter reuocationem confeſſionis incontinenti, & ex interuallo.*
9 *à Poſſeſſione alicuius de tali tempore, non poteſt deduci conſequentia ad poſſeſſionem de alio tempore,*
10 *à Statu præterito non poteſt præſumi ſtatus præſens, quando aliqua efficacior præſumptio militat in contrarium.*
11 *Teſtes extraiudicialiter examinati deſeruiunt pro adminiculo.*
12 *Confeſſio veriſimilis, & adminiculata etiam reuocata probat.*
13 *Probationes leuiores ſufficiunt, quando aliquid deducitur incidenter ad effectum reuocationis attentatorum.*
14 *Inſtrumentum impugnans reddere debet quicquid eo nomine recepit, & omnia in priſtinum reſtituere.*

DECISIO XII.

PRAETENDENTE D. Iacobo Salutio executionem ſuper eius animalibus nuper factam ad inſtantiam Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi Roſſani pro aſſerto credito decimarum, & vigeſimæ animalium eſſe attentatam propoſui dubium, an conſtet de attentatis, quæ veniant reuocanda, & DD. affirmatiuè reſponderunt, quia longè antè ſuper hac ipſa exactione decimarum, & vige-
1 ſimæ aderat lis, † qua pendente nihil potuit innouari citra vitium attentatorum *Clemen. 2. vbi gloſ. verb. innouare, vt lit. pendente Caſſad. deciſ. 3. numer. 1. de reſtitut. ſpoliat. Mant. deciſ. 237. numer. 2.*

Pendentia verò litis patet, tum ex eo, quod Archiepiſcopus anteceſſor vſque de anno 1627. obtinuit deſuper committi cauſam in Rota coram bon. mem. Cardinali Virili *Sum. num. 1.* tum etiam quia modernus Archiepiſcopus de anno 1636. eadem commiſſione

vſus

uſus fuit, & impetrauit decretum citationis
cum inhibitione *Summ. num.2.* quod ex tunc
2 reſpectu impetrantis † litem induxit ad effe-
ctum, vt quicquid poſteà geſtum fuit attenta-
tum dicatur *Rot, dec.6. Vt lit. pend. in nou. Caſſad.*
dec.6. num.3. ſuper reg. Mobed. dec.1. num.1. de cauſ.
poſſ. & propr. Caual. dec.658. nu.2. Et licet com-
3 miſſio † emanauerit contra D. Ioannem Phi-
lippum Salutium tunc Baronem Coriolani,
quia tamen illum non reſpicit vti priuatam
perſonam, ſed vti Baronem, à quo ſcilicet,
non ſecus, ac à cæteris exteris Archiepiſco-
pus decimam, & vigeſimam animalium
prætendit, tranſijt propterea commiſſionis
effectus, & lis ad ſucceſſores in Baronia, *Bart.*
in l. ſi eum hominem nu.4. ff. de fideiuſſ. Abb. in cap.
quia num.11. de iudic. Molin. de primog. lib.4. cap.8.
num.6. Rot. dec.1. Vt lit. pend. in ant. dec.652. nu.4.
par.2. recent. & coram bon. mem. Buratto deciſ.278.
num.5.

Qualem eſſe D. Iacobũ confeſſus fuit mo-
dernus D. Archiepiſcopus, quia vſus fuit lit-
teris compulſorijs contra ipſum tanquam
Baronem obtentis, eodemque nomine illum
citari fecit ad reluendum pignora in execu-
tionem capta *Summ. nu.5.* itaut hodie inficiari
4 non poſſit, † quod ſemel agnouit, *Innocen. in*
cap. cum inter de except. Bart. in l. cum mulier n.5.
verſ. propterea ff. ſol. matr. Surd. dec.104. num.6. &
ſeqq. Rot. coram bon. mem. Buratto dec.749. num.22.
Et vltra dictam confeſſionem concurrunt at-
teſtationes plurium perſonarum, & actus iu-
riſdictionales à Iacobo Baronali nomine ge-
ſti *Summ. num.10.* ex quibus ſaltem probatur
5 ipſum † eſſe in poſſeſſione Baroniæ, quæ ſuf-
ficit abſque alia probatione tituli, *Gemin. in*
cap. Ordinarij §. ſi quod forte num.1. verſ. aut ſi non
agit de offic. Ordin. in 6. Rot. in Romana annuæ præ-
ſtationis, ſiue canonis 4. Maij 1633. coram R.P.D.
meo Dunoz. & in Ceſarauguſtana de Caſpe 27. Iun.
prox. præt. coram R.P.D. meo Ghiſilerio, & in ter-
minis reuocationis attentatorũ, quod ſufficiat
6 ſola detentatio, † & quilibet ſtatus, ſiue bo-
nus, ſiue malus, *Lancell. de attent. par.3. cap.24.*
quæſt.8. numer.8. & 9. Rota deciſ. 393. ſub num.2.
par.2. rec.

Nec obſtat, quod D. Archiepiſcopus me-
diante procuratore ad id ſpecialiter deputato
prædictam confeſſionem reuocauerit, quia
poſtquam confeſſione vſus fuit, contra Iaco-
bum tanquã Baronem executionem conſu-
mari fecit, & attentata commiſit, non potuit
7 re † non integra, & ex interuallo confeſſio-
nem reuocare non docto de eius errore, *Abb.*
in cap. vlt. num.22. & 23. Vbi diſtinguit inter
8 reuocationem † confeſſionis incontinenti, &
ex interuallo *de confeſſione Tiraquel. de retract.*
conuent. gloſ.5. num.13. Gratian. diſc.3. num.9. & 10.
Farin. in repert. Iudiciali q.12. num.10. Rota coram
bon. mem. Buratto dec.46. num.17. & dec.566. n.13.
& 14. add. ad eundem dec.136. num.31. & 32. add.
ad Greg. XV. dec.270. ſub n.12.

Ad quem probandum non releuat, quod
de anno 1633. Leo Pariſius vti emptor huius
Baroniæ, eiuſdem poſſeſſionem cœperit, &
in libro taxarum Neapoli Baro deſcriptus
appareat, quia hæc non percutiunt annum
1637. quo emanauit confeſſio, & cum ſtatus
præſens probatus ex dicta confeſſione, & alijs
ſupra deductis ſit pro Iacobo, non poteſt à
9 poſſeſſione † Pariſij de anno 1633. deduci cõ-
ſequentia, quod etiam de anno 1637. tempo-
re confeſſionis poſſideret, *Rip. in l. rem quæ no-*
bis num.59. ff. acquir. poſſ. Men. præſumpt.63. num.
196. lib.6. & præſumpt.64. num.45. vbi quod à
10 ſtatu præterito † non poteſt præſumi ad præ-
ſens, quando aliqua efficacior præſumptio
militat in contrarium *ex Alciat. de præſumpt.*
reg.2. præſumpt.21. num.16.

Nimirum potuit Pariſius emiſſe animo ac-
quirendi pro Iacobo, vel illi poſtmodum ceſ-
ſiſſe, prout factum deponunt teſtes aſſerentes
vltimus, quod Iacobus Gubernatores, & ad-
miniſtratores Baroniæ ſingulis annis tãquam
Baro deputauit, & merum, ac mixtum im-
perium exercuit *Summ. num.11.* qui licet extra-
11 iudicialiter examinati † deſeruiunt pro admi-
niculanda confeſſione Archiepiſcopi *Caputaq.*
dec.208. num.8. par.2. Rot. dec.18. numer.3. par.2.
recent. Buratt. dec.649. num.6. iunctis præſertim
actibus iuriſdictionalibus, vt ſupra expeditis,
Summ. num.10. vnde fit, vt confeſſio tanquam
12 veriſimilis, † & adminiculata etiam reuocata
probet *Rot. dec.496. num.1. par.1. diuerſ. dec.198.*
num.3. par.1. recent. Buratt. dec.566. nu.15. eo ma-
gis, quia cum Baronia deducatur incidenter
13 ad effectum attentatorũ, † ſufficiunt leuiores
probationes iuxta *theor. Gemin. conſ.27. numer.8.*
Pariſ. conſ.10. num.61. circ. fin. lib.2. Surd. conſ.1.
num.38. & ſeqq. Rot. deciſ.409. & ſeqq. par.5. re-
cent.

Addebat vnus ex Dominis, quod ſicuti
Archiepiſcopus executionem fecit contra
Iacobum vti Baronem, ita hodie ſi Baroniam
negat & confeſſionem impugnat, debet ani-
malia hoc titulo in executionem capta reſti-
tuere, vt in ſimili dicimus, quod qui inſtru-
14 mentum impugnat † reddere debet quic-
quid eo nomine recepit, & omnia in priſtinũ
reſtituere, *l. ſi diuerſa C. de tranſact. l. quod ſi mi-*
nor §. reſtitutio ff. minor. Hond. conſ.34. num. 34.
lib.2. Men. conſ.644. num.14. Rota coram ſan. mem.
Greg. XV. dec.354. num.7. & ibi add. n.19.

Et ita deciſum D. Iacobo tantum infor-
mante, citato tamen pluries Procuratore
Reuerendiſſimi D. Archiepiſcopi.

RHEGIEN. BENEFICII

Veneris 9. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Incompatibilitas non inducitur per aſſecutionem beneficij ſimplicis requirentis reſidentiam, ſi tamen reſidentia non eſt præciſa, ſed tantum cauſatiua, quæ in dubio ſemper intelligitur, nec cauſat incompatibilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ſecundum perſonalem reſidentiam non requirens aſſequi poteſt, & retineri abſque diſpenſatione, quando primum non ſufficit ad honeſtam vitæ ſuſtentationem.*

2 *Et ſatis vtrique altari inſeruire dicitur, qui bene viuit, & bene expendit quod percipit.*

3 *Eccleſia parochialis non eſt incompatibilis cum beneficio ſimplici, quod de generali conſuetudine perſonalem reſidentiam non requirit.*

4 *Beneficium de iure præſumitur ſimplex.*

5 *Reſidendi neceſſitas etiam in beneficijs ſimplicibus non obſtante generali conſuetudine inhærere poteſt ex lege fundationis.*

6 *Et cenſetur impoſita, ſiue id verbis fuerit expreſſum, ſiue tacitè ex onere iniuncto eam fuiſſe mentem Fundatoris colligatur.*

7 *Reſidentia præciſa non dicitur impoſita beneficiato ex onere canendi ſingulis diebus, ſi contrafacienti non ſit impoſita pœna priuationis tituli beneficij, ſed ad ſummum reſidentia dicitur cauſatiua.*

8 *Reſidendi onus in dubio intelligitur de reſidentia cauſatiua.*

9 *Reſidentia cauſatiua incompatibilitatem non inducit.*

10 *Reſidentia quando non eſt præciſa, ſed tantum cauſatiua, tunc ſufficit quod Beneficiatus careat fructibus ſi non reſidet.*

11 *Onus celebrandi Miſſam à Teſtatore iniunctum Capellano poteſt adimpleri per alium, quamuis verba in perſonam dirigantur, niſi vltro fuerit dictum, quod per ſeipſum celebret.*

12 *Onus celebrandi Miſſam, quando poteſt per alium adimpleri, tunc non reſultat neceſſitas reſidentiæ, quæ cauſet incompatibilitatem.*

13 *Et hæc eſt verior opinio, quam ſemper amplexa eſt Sacra Congregatio Cont. Trident.*

14 *Reſidentia temporalis non ſufficit ad inducendam incompatibilitatem, ſed requiritur continua.*

DECISIO XIII.

DE manſionaria vacante in Eccleſia Cathedrali Rhegien. per obitum Nicolai Ruccoli fuit à D. Commiſſario Hieronymo Malagutio tamquam Archipresbytero eiuſdem Eccleſiæ iuxtà formam fundationis inueſtitus D. Comes Carolus de Foglianis, ſed quia idem poſſidebat etiam Eccleſiam parochialem ſub inuocatione S. Petri de Querzola Ordinarius dictam Eccleſiam parochialem præuia declaratione, quod vacabat per aſſecutionẽ manſionariæ contulit D. Angelo Campouecchio, cauſaque appellationis ab huiuſmodi declaratione commiſſa in Rota, D. Antonius Maria de Rodulphis Manſionariam præfatam vti certo modo vacantem ſub prætextu ſcilicet incompatibilitatis illius cum Parochiali à Sanctiſſimo impetrauit. Vnde, quia ius concurrentium conſiſtit in d. incompatibilitate, Dubitaui, an de ea conſtaret, & Rota negatiuè reſpondit.

Cum enim tàm ex diſpoſitione iuris ſaltim non ſcripti, quam *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 17. de reform.* Liceat ſecundum beneficium per-
ſonalem reſidentiam non requirens aſſequi,
1 & abſque † alia diſpenſatione retinere, quan-
do primum non ſufficit ad honeſtam vitę ſub-
ſtentationem, vt notat. *Garz. de benef. par. 11.*
cap. 5. num. 264. & 307. poſt Innoc. in cap. clericos
num. 5. vbi reſpondendo ad text. in cap. cum ſecun-
dum de præbend. ait; quod ſatis vtrique altari in-
2 ſeruire dicitur, † qui benè viuit, & benè expen-
dit, quod percipit *de cler. non reſiden. & Innoc.*
ſequitur Butr. ibidem ſub num. 4.

Propterea non eſt incompatibilis Eccleſia
3 Parochialis † cum beneficio ſimplici, quod
de generali conſuetudine reſidentiam perſo-
nalem non requirit *Card. in cap. fin. numer. 16.*
eod. tit. Alex. conſ. 1. num. 2. lib. 7. Rebuff. in praxi tit.
de diſpenſatione ſuper reſidentia num. 8. Lotther. de
re benef. lib. 3. q. 23. num. 11. Rot. dec. 375. numer. 2.
par. 2. rec. Quale eſſe Manſionariam faſſi fue-
runt Ordinarius in permutatione admiſſa de
anno 1581. *Summ. num. 5.* & Antonius Maria
4 in litteris ſuæ prouiſionis *Summ. num. 6.* † & de
iure præſumitur *Aegid. dec. 675. in princ. Sta-*
phil. de litteris gratiæ tit. de qualitate, & ſtatu benef.
num. 2. Rot. dec. 233. num. 4. dec. 277. num. 1. par. 1.
recent.

Et quamuis etiam beneficijs ſimplicibus
5 non obſtante dicta generali † conſuetudine
poſſit ex lege fundationis inhęrere præciſa
neceſſitas reſidendi *Abb. in cap. vlt. ſub num. 5.*
verſ. nam gratia de cler. non reſid. Imol. ibidem ſub
num. 13. verſ. Et ſic reſtat Zabar. conſ 3. ſub num. 5.
Lotther. d. q. 23. num. 12. Rota dec. 489. num. 2. par. 2.
6 *rec.* & cenſeatur impoſita † ſiue id verbis fue-
rit expreſſum, ſiue tacitè ex onere iniuncto eã
fuiſſe mentem Fundatoris colligatur *Larra de*
anniuerſ. lib. 2. cap. 8. num. 43. poſt Azor. inſtit. mo-
ral. lib. 10. cap. 24. verſ. ſeptimò quæritur ad finem,
Rota coram Reuerendiſſ. Vrgellen. dec. 12. n. 6.

Non tamen id percipi poſſe videbatur ex
verbis fundationis huius Manſionariæ, ibi,
quatuor Presbyteri &c. ordinentur, qui in d. Eccleſia
cantent primam, & Completam per vnumquemque
diem, & cum Litanijs celebrent Miſſas omni tempore
exceptis feſtiuis diebus; Non inquam ex onere
canendi ſingulis diebus Primam, & Comple-
tam, quia cum contrafacienti non ſit impoſi-
7 ta pœna priuationis tituli beneficij, † non in-
de ſequitur, quod requiratur reſidentia præci-
ſa, ſed ad ſummum cauſatiua, vt fuit deciſum
coram bo. me. Card. Cauali dec. 551. n. 6. dec. 156. n. 2.
ibi, *Et deſeruire teneatur par. 4. recentior. & tradit*
Gonz. ſuper reg. 8. gloſ. 15. ſub num. 19. in fine, &
num. 22. Butr. in d. cap. fin. num. 7. vbi quod in
8 dubio onus reſidendi † intelligitur de reſiden-
tia cauſatiua *de cler. non reſid. Grat. diſceptat. 133.*
9 *num. 25.* quæ incompatibilitatem † non indu-
cit *Innoc. in dicto cap. fin. in fin. & poſt eum Ioan.*
Andrea ibidem ſub num. 5. verſ. in tertio caſu Abb.
numer. 4. verſ. in tertia, vbi quod ſatis eſt, quod
10 beneficiatus † careat fructibus, niſi reſideat
Butr. num. 6. verſ. in tertio caſu, Hoieda de incompa-
tibil. benef. par. 1. cap. 17. num. 34. Rota dec. 483. ſub
num. 2. par. 1. diuerſ. & dec. 489. numer. 3. part. 2.
recent.

11 Non item, ex quo fundator † mandauit,
quod Presbyteri, ideſt Manſionarij celebrent

Miſ-

Miſſas. Nam cum ſacroſancti ſacrificij Altaris meritum procedat ex opere operato, in in celebratione Miſſarum non cenſetur electa induſtria perſonę celebrantis, quamuis verba fundationis in perſonam dirigantur, niſi vltrò fuerit dictum, quod Presbyter electus, ſeu Cappellanus per ſe ipſum celebrare
12 teneatur, † & proindè, quia poteſt Manſionarius huic muneri per alium ſatisfacere, ex eo non reſultat neceſſitas reſidentiæ, quæ cauſet incompatibilitatem, *Lapus alleg. 35. numer. 3. & alleg. 117. ſub num. 2. verſ. nec obſtat Felin. in cap. cum omnes num. 32. circa fin. verſ. Et hoc procedit de Conſtit. Cardinal. in cap. fin. num. 16. de Cler. non reſid. & in cap. de multa num. 3. in fin. verſ. quinto quæro de præb. & conſ. 3. num. 6. Anchar. conſ. 17. ſub num. 3. Hoied. de incompatibil. benef. par. 2. cap. 1. num. 2. Grat. diſc. 133. num. 16. & dec. March. 155. num. 3. & ſeqq. Gonz. ſup. reg. 8. gloſ. 5. num. 74. &*
13 *ſeqq.* vbi quod hæc † opinio eſt verior *Lotther. de re benef. lib. 3. q. 27. num. 12, Campan. in diuerſ. iur. Canon. rubr. 7. cap. 16. n. 13.* vbi quod eſt omnino tenenda, quam amplexa ſemper fuit *Sacra Congregatio Eminentiſſ. Cardinalium Conc. Trident. Interpretum* in pluribus declarationibus, quarum aliquas refert *Garz. de benefic. par. 7. cap. 1. num. 49. 85. 87. & 91. & eamdem &c. ſecuta eſt Rota in Romana Cappellaniæ 23. Ianuarij 1589. coram bon. me. Cardinali Hieronymo Pamphilio impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. fol. 140. in dec. 129. coram bon. mem. Mantica, dec. 86. numer. 3. dec. 366. num. 2. dec. 719. num. 2. par. 2. recent. deciſ. 155. num. 2. par. 4. dec. 108. num. 5. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 92. numer. 2. coram bon. mem. Buratto.*

Tandem non obſtat, quod Manſionarij debeant aſſiſtere Epiſcopo in diebus Natalis D. N. Ieſu Chriſti, Paſchatis, & Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis, quia ad inducendam
14 incompatibilitatem † non ſufficit reſidentia temporalis per paucos dies, ſed requiritur continua, *Hoſtien. in d. cap. fin. ſub n. 4. verſ. Vnde ſi eſſent, Io: Andr. ſub num. 6. verſ. in ſecundo Abb. num. 4. verſ. in ſecunda qualitate Butr. num. 6. verſ. in ſecundo caſu Gonz. gl. 15. ſub n. 21. Rot. dec. 483. num. 3. par. 1. diuerſ. dec. 179. num. 5. par. 2. recent. dec. 141. n. 7. par. 4.*

Et ita deciſum D. Com. Carolo tantum informante, aduerſariorum Procuratore pluries citato.

PERETRANA ALIMENTORVM

Luna 19. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Articuli quando continent materias obiectiuas, & criminoſas tunc ſuper illis non conceditur remiſsoria ſine fumo, & fumus debet eſſe talis, vt faciat ſemiplenam probationem, præſertim quando vehemens concurrit calũnia, vtpotè quia petitur poſt didicita, & diſcuſſa dicta teſtium alterius partis, & ſolum ad euitanda fundamenta deciſionum, & differẽdam expeditionem cauſæ. Prout etiam denegatur remiſſoria quando petitur contra propriam confeſſionem non dato fumo erroris.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria denegatur, ſi articuli continent materias obiectiuas, & criminoſas, & non datur fumus, qui debet eſſe talis, vt faciat ſemiplenam probationem, & num. 2.*

3 *Remiſſoria ad probãdam falſitatem denegatur, niſi detur fumus falſitatis.*

4 *Remiſſoria denegatur poſt diſcuſſa dicta teſtium, ſuper quibus emanauit deciſio.*

5 *Item denegatur ſi vehemens ſuſpicio concurrit, quod illa petatur ad effectũ euitandi deciſionem in cauſa factam, & differendum cauſæ expeditionem.*

6 *Maritus tenetur alere vxorem, quam penitus indotatam duxit.*

7 *Item alere teneretur, ſi fructus dotis abſque culpa vxoris exigere non poteſt, vel illi ad alimenta non ſufficiunt.*

8 *Remiſſoria non datur ad probandum actus iudiciarios, quia probari poſſunt per ſcripturas, & numer. 10.*

9 *Remiſſoria non datur ad probandum per teſtes quod probari poteſt per ſcripturas.*

11 *Remiſſoria denegatur ex irreleuantia materiæ articulatæ.*

12 *Remiſſoria non datur contra propriam confeſſionem, non dato magno fumo erroris.*

13 *Remiſſoria ad probandam paupertatem denegatur, quod articulata paupertas detegitur inuериſimilis, & imaginaria.*

14 *Solutio alimentorum non eſt retardanda ſub prætextu probationis faciendæ ſuper paupertate, quia venter non patitur dilationem & n. 16.*

15 *Proceſſus ad vlteriora nõ retardatur in iudicijs poſſeſſorijs.*

17 *Alimenta futura dicuntur; quæ à die mota litis ſunt decurſa.*

DECISIO XIV.

POSTQVAM ſub die prima Iulij prox. præt. Rota me proponente cenſuit Dominę Comitiſſæ Malateſtæ deberi alimenta à D. Comite Durante eius viro extra domum ex rationibus in deciſione deductis, D. Comes petijt remiſſoriam ſuper articulis alias de anno 1636. datis in actis, & ſuper duobus alijs nuper productis, & diſputato dubio, An illa ſit concedenda, denegandam eſſe Domini dixerunt.

Aliqui enim ex articulis nempe primus, ſecundus, tertius, quintus, ſextus, ſeptimus, & nonus continent materias obiectiuas, &
1 criminoſas † ſuper quibus non conceditur remiſſoria ſine fumo; *Caputaq. dec. 60. num. 2. deciſ. 62. par. 3. Put. dec. 18. de dilat. Rot. dec. 212. nu. 5. & 6. par. 1. recent. dec. 146. num. 2. dec. 302. num. 15.*
2 vbi quod fumus debet eſſe talis † vt faciat ſemiplenam probationem, *par. 5. & coram bon. mem. Buratto dec. 28. num. 7. dec. 357. nu. 6.* Quartus de diſceſſu Comitiſſæ inſcio, & inuito viro tendit neceſſario ad detegendam falſitatem, & periurium teſtium Dominæ Comi-

tiſſæ

tiſſæ de contrario diſertè diſponentium, ex
3 quo capite niſi detur fumus falſitatis † remiſſoriam denegauit, *Rot. in d. dec.146.num.6. p.5. rec.*& maximè deneganda videtur in hoc caſu
4 quo dicta teſtium Comitiſſæ fuerunt diſcuſſa illiſque innititur deciſio coram me,nec antea per plures annos Comes examen fieri curauit, vnde cum exurgat vehemens ſuſpicio,
5 quod † illud hodie petatur ad effectum euitandi deciſionem factam, & differendam expeditionem cauſæ, concedi non debet, *Rot. dec.406.num.2.dec.571. num.2. par.2.recent. deciſ. 325.num.22.par.5.dec.587.num.4.coram bon.mem. Buratto,& fuit dictum in Meleuitana Prioratus Nauarræ 11. Ianuarij 1627. coram bon. mem. Card. Virili.*

Octauus non facit ad cauſam, quia non agitur de diſceſſu ibi narrato. Quod Comes fructus non perceperit ex Burgo Caſtri Talamelli ſibi in dotem aſſignato, vt decimo loco articulatur, non releuat, quia ſicuti teneretur
6 alere vxorem † ſi penitus ſine dote duxiſſet, *l.quod ſi nulla ff. relig. & ſumpt. funer. Alex. in l. ſi cum dotem §. ſin autem in ſæuiſſimo num.8. ff. ſolut. matr. Cordub. in l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his num.21. & 24. ff.lib.agnoſc.Ruin.conſ. 144.num.5. lib. 5.* Ita pariter ſi dotis conſtitutæ fructus
7 abſque culpa vxoris † exigere non potuit,vel illi ad alimenta non ſufficiunt, *gl. fin. in d. l. ſi cum dotem §. ſin autem Cordub in d.§. ſi quis ex his num.23.Ruin conſ.139.num.1.lib.4. Surd. de alim. tit.1.q.32.num.16.tit.4.q.20. num.2.* Et articulatum impedimentum præſtitum à Camera Apoſtolica, & alijs creditoribus, quia probari poteſt per ſcripturas, prout omnes actus iu-
8 diciarij † non eget remiſſoria, quæ non datur
9 ad probandum per teſtes, † quod probabile ſcripturis eſt, *Felin. in cap.1.num.4.de appell. Rot. dec.10.num.6. de offic.deleg. in nou.dec.314.num.1. par.1.recent.dec.271. num.2. par.5.* & in ſpecie non dari remiſſoriam ad probandos actus iu-
10 diciales † dixit *Rot.dec.196.numer.8. par. prima recentior.*

Ex vndecimo articulo de modeſtia, & miti natura Comitis, & 12.13. & 14. de iocalibus, ac veſtibus vxori traditis à Comite nec non de honeſtate victus dum Comitiſſa cum viro habitauit non ſequitur quin poſt diſceſſum Comitiſſæ de conſenſu viri alimentra extra domum debeantur, prout deberi fuit firmatum in alia deciſione, ideoque ratione irrele-
11 uantiæ † deneganda eſt deſuper remiſſoria, *Caputaq. dec.32.num.6. par.2.Caſſad.dec.5.num.6. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Rot.diuerſ.deciſ.647.nu.3. par.3. & coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.356. num.1.*

Noui autem articuli continent paupertatem immo mendicitatem Comitis qui contrarium articulauit in 14. articulo anni 1636. ibi; *Che in caſa detto Signor Conte ſi trattaua bene, & honoratamente da ſuo pari nè haueua biſogno d'eſſer aiutato da ſuoi vaſſalli, ò altri vicini à viuere*, adeò quod hodie obtinere non poſſit remiſſoriam ad probandam paupertatem contra
12 propriam confeſſionem † non dato magno fumo erroris, *Rot.coram ſan.mem. Greg.XV. deciſ. 523.num.4. & 5.dec.877.numer.7.coram bon.mem. Buratto.*

Qui fumus tantum abeſt, quod imo confeſſionis veritas confirmatur ex actuali executione facta ad inſtantiam Comitiſſæ ſuper quibuſdam bonis quorum ſubhaſtatio petitur pro conſecutione alimentorum. Nec obſtat replicatio Comitis, quod ſcilicet bona ad ipſum non ſpectant, quia ſi hoc verum eſt gratis dolet de ſubhaſtatione, ſin minus, detegitur inuериſimilis, & imaginaria articulata paupertas, ſuper qua proinde † non eſt dan-
13 da remiſſoria, *Rot. dec.146. num.10. deciſ.325. num.23. par.5. recent. dec.414. num.3. coram ſan. mem.Greg.XV.*

Præter quod paupertas potius reſpicit taxationem, & quantitatem alimentorum quæ videlicet preſtanda ſunt proportionabiliter ad facultates viri, & ſub prætextu probatio-
14 nis faciendæ ſuper paupertate † non eſt retardanda ſolutio alimentorum, & proceſſus ad
15 vlteriora † prout non retardatur in iudiciis poſſeſſoriis, *Seraph. dec.294. num. 1. Gregor.XV. dec.347.num.1.Rot.recent.dec.212.num.7.dec.424.*
16 *num.3. par. 1.* nam venter † non patitur dilationem, & hic agitur de alimentis futuris,
17 qualia dicuntur, quæ à die motæ litis decurſa fuerunt, *Surd.de alim.tit.8. priuil.60. num.16. Lancell.de attent. par.2,cap.12.lim.24.num.8. Rota dec.764.nu.5. par.1. diuerſ. & in Anconitana fruct. dot. 14.Iun.1624. coram bon. me. Patriarcha Hieroſolymitano.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI

Lunæ 23.Ianuarij 1640.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus licet non tranſeat in fideicommiſſarium,ſed reſtituta hæreditate maneat penes hæredem directum, nihilominus à dicta regula receditur quoties conſtat Teſtatorem voluiſſe iuſpatronatus comprehendi in fideicommiſſo, & ex quibus talis voluntas deſumatur plenè in deciſione diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus regulariter non tranſit in fideicommiſſarium, ſed etiam reſtituta hæreditate manet penes hæredem directum eiuſque ſucceſſores. Limita vt n.4.*

2 *Iuſpatronatus relinqui poteſt titulo legati, & fideicommiſſi.*

3 *Iuſpatronatus non tranſit ad fideicommiſſarium ex præſumpta voluntate Teſtatoris, qui præſumitur voluiſſe reſtitui fideicommiſſario bona, & iura commodum pecuniarium afferentium, non autem quæ ad honorem pertinere videntur.*

4 *Iuſpatronatus tranſit in fideicommiſſarium quoties conſtat voluiſſe Teſtatorem illud comprehendi in fideicommiſſo.*

5 *Conſenſus Epiſcopi licet requiratur quando iuſpatronatus transfertur nominatim, & principaliter, ſe-*

ſecus verò ſi acceſſoriè cum vniuerſitate bonorum transferatur, & redditur ratio.

6 *Fideicommiſſarij veniunt etiam appellatione hæredum, & ſucceſſorum quorumcunque.*

7 *Teſtatoris voluntas ex coniecturis elicita æquipollet expreſſæ, quando ſpecialis expreſſio pro forma non requiritur.*

8 *Hæreditas complectitur omnia iura defuncti.*

9 *Iuſpatronatus dicitur comprehendi in hæreditate.*

10 *Verbum,* omnino, *in ſubſtitutionibus ſignificat abdicationes cuiuſcunque iuris ab hærede grauato, totalemque transfuſionẽ in fideicommiſſarium abſq; vlla diſtinctione.*

11 *Verbum,* omnino, *exponitur, ideſt nullo iure retento.*

12 *Iuſpatronrtus venit etiam in reſtitutione fideicommiſſi quando teſtator voluit omnem hæreditatem indiſtinctè, & nullo iure retento reſtitui fideicommiſſario, quia ab vniuerſo vna res vacare non poteſt.*

13 *Item ſi vltra vniuerſam translationem hæreditatis in fideicommiſſarium voluit etiam eidem reſtitui fructus à grauato ex hæreditate perceptos vſque ad purificationem fideicommiſſi.*

14 *Fructus percepti à grauato ex bonis fideicommiſſi, ſub reſtitutione non cadunt.*

15 *Præſentandi ius eſt fructus iuriſpatronatus.*

16 *Teſtator ſi aliquid à fideicommiſſò excepit, reliqua omnia in eo comprehendi voluiſſe intelligitur.*

17 *Et ex vi exceptionis alicuius rei veniunt in fideicommiſſo etiam ea, quæ alias non veniſſent.*

18 *Teſtator ſi prohibuit hæredi grauato detractiones Trebellianicæ, & Falcidiæ, enixa reſultat illius voluntas, quod nihil penes ipſum remaneat, & per conſequens nec minus iuſpatronatus.*

19 *Hæc tamen coniectura, ſi ſola eſt habet contradictores.*

20 *Coniecturæ plures debent ſimul iungi ad aſſequendam Teſtatoris voluntatem.*

21 *Tribellianicæ prohibitio conngruit hæredi proprietario, non autem vſufructuario.*

22 *Hæreditas ad certum tempus dari non poteſt, quia ſemel hæres non poteſt deſinere eſſe hæres.*

23 *Item nec ex die certa, nè Teſtator decedat pro vno tempore inteſtatus, & pro alio teſtatus.*

24 *Declara neutro caſu diem certam vitiare inſtitutionem, ſed vitio temporis ſublato remanet inſtitutio pura.*

25 *Subſtitutus ſuccedit inſtituto ad certum tempus eo elapſo per fideicommiſſum.*

26 *Fideicommiſſi poſſeſſor non poteſt alienando præiudicare fideicommiſſario.*

27 *Sententia non afficit non citatos.*

28 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*

29 *Præſentatio facta à fratre patroni præſumitur iure familiaritatis.*

30 *Præſentatio licet conſtituat præſentantem in poſſeſſione præſentandi, non tamen illum patronum facit.*

DECISIO XV.

DVBITAVI an iuſpatronatus Eccleſiæ parochialis Sancti Andreæ in Villa Cadriani ſpectet ad Antonium Mariam Bellioſſium de Raymundinis, qui poſt mortem Aloyſij Franciſci primi fideicommiſſarij ſucceſſit in fideicommiſſo Io:Baptiſtæ Raymundini vnici patroni dictæ Eccleſiæ, An verò ad Sebaſtianum Sabbatinum, & Carolum Philippum, & alios de Cortis hæredes Philippi Sabbatini, cui nec non dicto Sebaſtiano præfatus Aloyſius Franciſcus viuens iuſpatronatus donauerat. Et Rota cenſuit ſpectare ad Bellioſſium.

Nam licet iuſpatronatus quantumuis tranſitorium ad hæredes extraneos non tranſeat
1 regulariter † ad fideicommiſſarium, ſed etiam
reſtituta hæreditate maneat penès hæredem
directum eiuſque ſucceſſores, vt ex textus in
l. quia perinde §. reſtituta ff. ad Treb. tradit ibidem
Bartol. quem reprobata contraria ſententia
Romani in l.Titius nu.5. ff. eod. ſequitur *Lambert.*
de iurepatr. 2.par. 1. lib. q.2.art.35. num.1. verſ.
tamen prædictis, & alijs plures relati à Pereg. de fi-
deic.art.6.num.37.Fuſar. de ſubſt. q.634. numer.2.
Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. allegat.71.
num.9. & hanc opinionem continuo amplexa
fuit Rota in multis deciſionibus alleg. *in Fir-*
mana iuspatr. 28. Nouembr. 1631. coram R.P.D.
meo Ghiſil. Florentina Cappellaniæ 29. Maij 1634.
coram R.P.D. meo Dunozetto, & in Ariminen. iu-
riſpatr. 16.Nouemb.1635. coram R.P.D. meo Piro-
uano.

Quia tamen id non prouenit ex natura rei,
eo quod videlicet ex diſpoſitione legis iuſpa-
tronatus non ſit tranſmiſſibile ad fideicom-
miſſarium cum imo titulo fideicommiſſi, &
2 legati † relinqui poſſit, *Calder.conſ.5.& 20.eod.*
tit.Molin.de prim.lib.1.cap.24.nu.13. Rot.dec.675.
num.2. par.1. recent.dec.267.num 4. par.6. Sed ex
præſumpta voluntate Teſtatoris, qui nempe
præſumitur voluiſſe reſtitui fideicommiſſario
bona, & iura afferentia commodum pecunia-
3 rum, † non autem quæ ad honorem dumta-
xat pertinere videntur, *Couarr.var. reſol. lib.2.*
cap.18. ſub num.8. verſ. poſteriori ibi, id enim à
teſtantis voluntate iure præſumpta deducitur,
Mant. de tacit.lib.4.tit.12.num.15.Modern. Piſan.
de iurepatr. par.1.lib.4.cap.2.nu.77.Lotther. de re
benef. lib.2.q.11.num.37.Alphonſ. de Leone de offic.
Cappell. praxi 3. quæſt.4.num.67. Rot. in Macera-
ten. iuſpatronatus coram Reuerendiſſimo D.meo De-
cano impreſſa apud Modern. Piſan.dicto tract. deciſ.
24.num.4.

Propterea à dicta regula receditur quoties
conſtat voluiſſe teſtatorẽ iuſpatronatus com-
4 prehendi † in fideicommiſſo neque repugnat
forma primæuæ acquiſitionis illius, *Phanucc.*
int. tract.diuerſ.de inuent.q.243.num.6.verſ. ego au-
tem, Alphonſ. de Leon.dicto nu.67. Ricc.de iurepatr.
reſol.179.num.2.Rot.in dd. Florentina Cappellaniæ,
& Ariminen.iuriſpatronatus coram DD. meis Piro-
uano,& Dunozetto. Etiam abſque alio conſen-
5 ſu Epiſcopi, † qui neceſſarius quidem eſt quã-
do iuſpatronatus nominatim, & principaliter
transfertur, ſecus verò ſi acceſſoriè cum vni-
uerſitate bonorum *cap. ex litteris cap. cum ſe-*
culum de iurepatr. Abb. in cap. illud num.4. eod.tit.
& benè inter vtrumque caſum diſtinguit
Franch.in cap.vnico num.3.de iurepatr. in 6. Lam-
bert.de iurepatr. par.2. lib.1.q.1.nu.3.verſ. ſed hæc

reſpenſio, & art. 2. q. 1. num. 1. & 2. vbi dicit ra-
tionem, quia ſicuti non requiritur conſen-
ſus Epiſcopi ad ipſam vniuerſitatē in alium
transferendam ita nec in acceſſorio, & quod
ita communiter in hoc omnes concludunt
art. 3. per tot. Barboſ. de offic. Epiſc. par. 3. alleg. 71.
num. 10. Rot. dec. 207. num. 15. & 16. par. 6. recent.,
neque contradicit dec. coram D. meo Dunozetto
in dicta Florentina Cappellaniæ, quia nihil circa
hoc ſtatuit, & ſolum refert dictum Garz. de
benef. par. 5. cap. 9. num. 19. quod intelligenda
eſt iuxta diſtinctionem prædictam.

In caſu autem propoſito non repugnat for-
ma primæuę acquiſitionis iuſpatronatus, quia
fuit donatum Io: Baptiſtæ fideicommittenti
pro ſe, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus qui-
6 buſcumque, quorum appellatione † veniunt
etiam fideicommiſsarij, Mandell. conſ. 382. n. 11.
add. ad ſan. mem. Greg. XV. dec. 272. num. 27. & fuit
dictum in Sarſinaten. feudi 20. Decembris 1638.
coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in terminis
iuſpatronat. Phanucc. de inuent. dicta q. 243. num. 65.
Alphonſ. de Leone dicta q. 4. nu. 67. Rota apud Mo-
dern. Piſan. de iurepatr. d. dec. 24. n. 2.

Concurrit pariter clara voluntas teſtatoris,
7 quæ etiam ex coniecturis elicita † æquipollet
expreſsę quando ſpecialis expreſſio pro for-
ma non requiritur, Caſtr. conſ. 123. num. 2. in fin.
lib. 1. Mant. de coniect. lib. 3. tit. 3. nu. 2. Rot. dec. 363.
numer. 13. par. 1. recent. nam ex pluribus verbis
ſubſtitutionis ſimul iunctis eiuſque toto con-
textu apparet omnia iura etiam honorifica
fuiſse in fideicommiſſo comprehenſa, prout
demonſtrant; primo verba vniuerſalia ſæpius
repetita, ibi, in omnibus bonis hæreditarijs, & hæ-
reditatis prædictæ, & infra, grauauitque dictam Lu-
douicam ad reſtituendum dicta bona, & hæreditatem,
8 quam complecti † omnia iura defuncti, & ex
vi propriæ ſignificationis prædicari de iurepa-
9 tronatus, quia ex hæreditate † eſt notat Bald.
in l. fin. n. 60. Cod. edicto Diu. Adr. toll. & poſt eum
Phanucc. de inuent. dicta q. 243. num. 61. accedente
præſertim verbo, omnino, ibi, ad reſtituendū dicta
bona, & hæreditatem &c. dictis ſubſtitutis omnino,
10 quod † ſignificat abdicationem cuiuſcum-
que iuris ab hærede grauato totalemq; tranſ-
fuſionem in fideicommiſſariū abſq; vlla di-
ſtinctione, Bart. in extrauag. qui ſint rebelles verſ.
nulli, Hoſtien. in cap. dudum ſub num. 2. vbi expo-
11 nit verbum, omninò, † ideſt nullo iure retento
de conuerſ. coniug. Io. Andr. ibid. numer. 19. Felin. in
cap. de regularibus num. 2. de ſimon. Cyriac. controu.
iur. cap. 436. num. 81. Iaſ. conſ. 262. num. 4. lib. 3. Me-
noch. conſ. 1. num. 19. Petr. de fideic. qu. 5. numer. 104.
Rot. deciſ. 193. num. 5. par. 1. recentior. adeoquod
cum teſtator voluerit omnem hæreditatem
indiſtinctè, & nullo iure retento reſtitui fi-
12 deicommiſſario etiam iuſpatronatus † veniat
in reſtitutione neceſſe eſt, quia ab vniuerſo
vna res vacare non poteſt, l. ſi ita quis hæres ff.
hær. inſt. & in punct. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 11.
num. 38.

Tanto magis quia teſtator ſic reſpexit ad
vniuerſam translationem hæreditatis in fideí-
commiſſarium, & impinguationē fideicom-
miſſi, vt voluerit fideicommiſſario reſtitui
13 quoq; fructus † ab hærede grauato ex hære-
ditate perceptos vſq; ad purificationem fidei-
14 commiſſi, † qui regulariter ſub reſtitutione
non cadunt, l. ex aſſe ff. ad Treb. Caſtr. in l. in fi-
deicommiſſariam num. 3. ff. eod. Mandell. conſ. 179.
num. 6. & ſeqq. conſ. 275. num. 1. & per tot. Peregr.
de fideic. art. 48. num. 61. & fuit dictum in Romana.
ſeu Maceraten. dotis 27. Martij 1625. coram R. P. D.
meo Pirouano, quo magis inquam iuſpatrona-
nus, quod in hæreditate erat de tempore mor-
15 tis teſtatoris, & ius præſentandi, † quod eſt
fructus iuſpatronatus, Lotther. de re benef. lib. 2.
q. 14. num. 48. Parlador. differ. 120. nu. 22. Rot. dec. 7.
de iurepatr. in nou. Caſſad. dec. 7. nu. 15. de cauſ. poſſ.
& propr.

Secundo id ipsū demonſtrat exceptio præ-
legatorum à fideicommiſſo, quia ſcilicet te-
ſtator ſubſtitutionem fecit in omnibus bonis
hæreditarijs, & bona hæreditatemque omni-
no mandauit reſtitui exceptis prælegatis factis
Ludouicæ hæredi grauatæ, ſi enim prælegata
16 tantum à fideicommiſſo excepit, † ergo in
illo iuſpatronatus, & omnia alia iura non ex-
ceptuata voluit comprehendi ad text. in l. nam
quod liquidè §. quæſitum ff. pæn. leg. cap. qui ad agen-
dum de procur. in 6. Aym. conſ. 214. num. 214. nu. 13.
& 14. Surd. conſ. 210. num. 17. & quod ex vi ex-
17 ceptionis alicuius rei † veniant in fideicom-
miſſo etiam ea quæ alias non veniſſent, Natt.
conſ. 159. num. 30. in fin. & num. 31. Rot. dec. 56. n. 2.
verſ. hæc enim exceptio deciſ. 203. numer. 5. par. 4.
recent.

Tertia coniectura deducitur, ex quo Teſta-
tor prohibuit hæredi grauato detractionem
18 Trebellianicæ, & Falcidiæ, † quæ prohibitio
aperitenixam voluntatem fideicommittētis,
quod nihil, & per conſequens neque iuſpa-
tronatus remaneat penès hæredem directum,
vt in ſpecie ratiocinatur, Lambert. de iurepatr.
par. 2. lib. 1. q. 2. art. 35. num. 7. & 8. Molin. de prim.
lib. 1. cap. 24. num. 27. verſ. Et ex quibus, & verſ. ſe-
cunda concluſio, add. ad Alex. conſ. 174. verb. fidei-
commiſſum in fin. lib. 7. Guidop. q. 507. num. 1. Caſ-
ſan. in Cathal. glor. mund. p. 1. conſid. 43. verſ. dicit
19 tamen. Et quamuis coniectura hæc ſi ſola † ſit
habeat contradictores, & doctrinam Lambert.
ſingularem dixerit Rot. in Aretina Cappellaniæ co-
ram bon. mem. Bubalo relat. per Garz. de benefic.
par. 5. cap. 9. num. 20. & in dicta Florentina Cappel-
laniæ coram D. meo Dunozetto; ceſſat tamen om-
nis contradictio in caſu noſtro quo vltra Tre-
bellian. & Falcidiam fuit prohibita deductio
cuiuſcumque alterius portionis, donauit te-
ſtator fideicommiſſarium etiam nomine, &
armis propriæ familiæ, quod maiorem hono-
rificentiam præbet, quam iuſpatronatus, &
concurrunt aliæ coniecturæ ſupra ponderatæ
20 quæ ſimul iungi debent † ad aſſequendam
voluntatem teſtatoris, Hond. conſ. 65. num. 43. &
ſeq. lib. 1. Seraph. dec. 329. num. 13. Rot. deciſ. 355.
n. 10. par. 5. recent.

Tandem hoc declarauit obſeruantia, nam
Aloyſius Franciſcus author aduerſariorū, &
cui Ludouica hæres grauata reſtituit fideicō-
miſſum habuit etiā iuſpatronatus, nec habere
potuit niſi titulo fideicōmiſſi, quia ſubſtitu-

tus

tus fuit Ludouicæ, quæ iam hæreditatem adiuerat, nec erat inſtituta hæres vſufructuaria, ſed vniuerſalis cum onere reinueſtiendi quolibet anno omnes fructus hæreditatis ad fauorem ſubſtitutorum, & reſtituendi illis bona abſque detractione Trebellianæ, cuius prohi-
21 bitio, † quia hæredi proprietario non autem vſufructuario congruit, docet Ludouicum fuiſſe hæredem proprietariam, *Laderch.conſ.80. num.6. Gabr.conſ.108.nu.32. & 43. lib.2. Giouagn. reſp.63.numer.11. & ſeqq. lib.1. Rot.deciſ.138. & deciſ.460. par.4. diuerſ. dec.241.numer.14. & 15. par.5. recent.* Nec obſtat, quod inſtitutio Ludouicæ videatur vitioſa ex quo facta fuit ad 15. annos, & ſic ad tempus certum ad quod
22 hæreditas dari non poteſt, † quia ſemel hæres non poteſt amplius deſinere eſſe hæres, *l. ei qui ſoluendo ff. hær. inſt. l. Et ſine §. ſed quia Papin. ff. minorum, l.3. §. filius ff. lib. & poſt.* prout
23 nec ex ea die certa † ne teſtator decedat pro vno tempore inteſtatus, & pro alio teſtatus, *Ang. in §. hæres in princip. inſtit. hær. inſt. Michael. Craſſ. §. inſtitutio q.24. num.1.* quia neutro caſu
24 dies certa vitiat† inſtitutionem, ſed vitiatur, & vitio temporis ſublato remanet inſtitutio pura hæreditate *ex die 34. ff. hæred. inſt.* Tali-
25 que ſic inſtituto † ſubſtitutus ſuccedit poſt lapſum temporis appoſiti per fideicommiſſum, *Pariſ.conſ 69.numer.6.lib.2. Cæph.conſ.472. num.20. Gomeſ.var. reſol.tom.1.cap.2.num.8. & 9. in fin. Craſs. d. q.25. numer.3. Pereg. de fideic. art.5. n.16. & art.11.n.59.*

Quibus poſitis non obſtat donatio facta Sabbatinis ab Aloyſio Franciſco, quia non
26 nocet† Bellioſſio ſucceſſori in fideicommiſſo cui ille alienando præiudicare non potuit, *Anchar. in cap. vnico ſub num. 3. de iurepatr. in 6. Franc. ibid. ſub num.4. Couarr. var. reſolut. lib.2. cap.18.nu.10. Modern. Piſan. de iurepatr. lib.4. c.2. num.22. & ſeqq. Boer.dec.12. num.4.* Idemque reſpondetur ad ſententiam Ordinarij declarantem iuſpatronatus ſpectare ad Sabbatinos donatarios Aloyſij Franciſci quæ eo minus
27 nocet † quia lata fuit non citatis fideicommiſſarijs, *Seraph.dec.1395.numer.7.verſ. nec fuit citatus, Rot.dec.197.n.54. par.5. rec.*

Rurſus nō obſtat quaſi poſſeſſio pręſentandi per 40. annos, nam ſubducto tempore Aloyſii Franciſci qui ideo præſentauit, quia ex fideicommiſſo in iuſpatronatus ſucceſſerat non remanet tempus neceſſarium ad præſcribendum, & præterea præſcriptio completa antequam fideicommiſſum aperiretur ad fauorem Bellioſſi illi non præiudicauit, quia
28 tunc agere non poterat, & non valenti † agere non currit præſcriptio, *Pinell. in Authen. niſi triennale num.49. & 55. Cod. bon. matern. Pariſ. conſ.23. numer.199. lib.1. Molin. de primogen. lib.4. cap.10.num.3. Peregr. de fideic. art.41. num.16. Fuſar. de ſubſt. q.528. numer.4. & 5. Roſſent. de feud. cap.9.mem.2.q.84.n.1. & per tot.*

Tandem non obſtat, quod ſola medietas iuriſpatronatus ſpectaret ad Io: Baptiſtā fideicōmittentem, alia verò ad eius fratrem quem idem Ioann. Baptiſta ſemel admiſit ſecum ad præſentandum, nam cum iuſpatronatus integrè ſpectaret olim ad Communitatem Cadriani cui per donationem ſucceſſit ſolus Io: Baptiſta, vt patet ex publico inſtrumento donationis propterea præſentatio ſemel facta à
29 fratre, vel præſumitur † quodam iure familiaritatis, vel quatenus ipſum conſtituiſſet in
30 quaſi poſſeſſione præſentandi † non ideo patronum effecit, vt benè diſtinguit *Laambert. de iuſpatr. 1. par. 2. lib. q.3. art.17. num.11. & 12. Innoc. in cap. cum Eccleſia Sutrina ſub num.4. Abb. ibid. num.35. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. dec. 284. num. 7. par. 1. recent.* vbi quod ita intelligenda eſt doctrina *Rip. in d. cap. cum Eccleſia Sutrina num.93.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

AVENIONEN. PECVNIARIA.

Veneris 10. Februarij 1640.

ARGVMENTVM.

Intereſſe vt creditori debeatur ratione lucri ceſſantis, requiritur, quod creditor habeat promptam occaſionem dandi pecunias ad lucrum, quodque ob moram debitoris in ſoluendo dare non potuit, nec ſufficit probatio generica, quod in loco ſemper adſunt occaſiones inueſtiendi pecunias, quia ex dicta probatione reſultat ſolum potentia lucri, ad effectum verò vt debeatur intereſſe ratione lucri ceſſantis, requiritur potentia proxima, hoc eſt quod occurrerit occaſio alicuius particularis inueſtimenti, cui creditor pecunias deſtinauerat, & reinueſtire non potuit ob moram debitoris. Lucrum ceſſans, an pupillo debeatur ex ſola potentia remota reinueſtiendi.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe, vt creditori debeatur ratione lucri ceſſantis, quanam requirantur? remiſſiuè.*

2 *Intereſſe non debetur ratione lucri ceſſantis ex ſola probatione generica, quod in loco ſemper adſunt occaſiones inueſtiendi pecunias.*

3 *Ex dicta enim probatione reſultat tantum potentia remota lucri, ad effectum vero vt debeatur intereſſe, requiritur potentia proxima, hoc eſt quod occurrerit occaſio inueſtiebdi pecunias, & inueſtimentum ſequutum non fuit ob moram debitoris non ſoluendi.*

4 *Et hanc opinionem tamquam veriorem amplexa eſt Rota.*

5 *Et ratio eſt, quia ad hunc effectum copulatiuè requiritur in creditore lucri voluntas, & poteſtas.*

6 *Creditoris voluntas, non probata potentia propinqua alicuius particularis inueſtimenti remanet ſemper ambigua, & incerta an lucrum feciſſet.*

7 *Intereſſe vt debeatur ratione lucri ceſſantis, inueſtimentum debet eſſe omnino certum, & indubitatum.*

8 *Lucrum non debet eſſe in ſola poſſibilitate, ſed in actu vel quaſi alias ſub pallio lucri ceſſantis facilis pateret via fraudibus, & vſuris, & nu.9.*

10 *Mercatores ſolent lucrari, quando habent certas merces præ manibus, nec eſt bona conſequentia ſolitus*

litus eſt lucrari, ergo ſi pecunias habuiſſet lucrum fuiſſet.

11 *Mercatores ſæpè iacturam faciunt.*

12 *Piſcari ſolitus ſi agit ad damnum obretia ſciſſa, non fit extimatio piſcium, qui capti non ſunt, quia non probatur paratos fuiſſe piſces, vt caperentur.*

13 *Furioſus non poteſt per ſe negotiari.*

14 *Negotiandi ſolitum non inducitur ex vnica negotiatione.*

15 *Furioſus æquiparatur pupillo.*

16 *Pupillo debetur lucrum ceſſans ex ſola potentia generali, & remota reinueſtiendi pecunias.*

17 *Contrariam ſententiam tenent Bartol. & alij, & concluſio declaratur quo caſu procedat.*

18 *Statutum Auenionen. taxat intereſſe ad rationem 7. pro centenario.*

19 *Vſuræ ſunt prohibitæ, etiam de iure diuino.*

20 *Vſuræ vt licitè exigantur, nec Statuto à Sede Apoſtolica confirmato, nec conſuetudine effici poteſt, nam conſuetudo ſolum excuſat à pœna, non autem facit, vt pactum vſurarium licitum ſit.*

21 *In vſuris ſpeciale eſt, vt illæ repeti poſſint, quamuis fuerint ſponte, & ſcienter ſolutæ, quia lex in ſoluente vſuras ſuſpicatur coactam voluntatem.*

DECISIO XVI.

SOLVTA per lapſum temporis ſocietate inter Franciſcum Ferrier, & Hieronymũ Filibertum contracta ad quadriennium de anno 1591. & ex præcepto eiuſdem Franciſci prorogata ad alios, ſex annos, tandem de anno 1609. ad ſedandas diuturnas lites occaſione reliquatus pendentes inter dictum Filibertum, & Ioannem Ferrier dicti Franciſci hæredem, deuenerunt ambæ partes ad tranſactionem in qua Filibertus promiſit ſoluere Ioanni, ſiue Ludouico ab Eccleſia eius curatori, & hoc nomine tranſigenti libr. 6000. in diuerſis paghis vna cum intereſſe decurrendo ad rationem ſcut. 7. pro quolibet centenario, prout ſoluit per multos annos.

Verum poſt mortem Filiberti moto Iudicio graduatorio inter illius creditores Iudex primæ inſtantiæ mandauit compenſari in ſortem principalem debitam Ferrier fructus vigore dictæ tranſactionis perceptos, & reſtitui, ſi quod ſortem excederet. In ſecunda autem inſtantia pronũciatum fuit tranſactionem exequendam eſſe tàm pro ſorte principali, quàm pro intereſſe, & fructibus ibi taxatis, & cauſa per appellationem deuoluta ad Vrbem coram Eminentiſs. D. meo Cardinali Antonio Barberino Legato Auenionen. placuit me Ponente conſulere Rotam an debeantur fructus, & intereſſe in tranſactione taxatum, & Rota reſpondit non deberi.

Nam iuſtitiam promiſſionis, ac taxationis fructuum deducebant Informantes pro Ludouico curatore Ioannis ex capite lucri ceſſantis, ſed non fuit probatum, † quod
1 Ludouicus, vel pecuniam ſubtraxerit negotiationi, vel tempore tranſactionis haberet promptam occaſionem dandi pecunias ad lucrum taxatum, & ob moram Filiberti debitoris in ſoluendò dare non potuerit, prout probari debuit, vt certi intereſſe à principio promiſſi licita eſſet exactio *Bald. in l. rogaſti §. ſi tibi num. 7. verſ. in contrarium quod non valeat, ff. ſi cert. pet. Cagnol. in l. curabit num. 54. vſque ad n. 58. Cod. act. empt. Dec. conſ. 39. num. 5. verſ. & ad hoc, & conſ. 111. num. 14. Aym. conſ. 189. num. 8. conſ. 320. num. 6. Burſatt. conſ. 320. numer. 54. & 86. Menoch. conſ. 1027. num. 1. Surd. conſ. 485. num. 6. verſ. & quamuis Put. deciſ. 231. lib. 1. in corr. Rot. deciſ. 325. num. 7. deciſ. 331. num. 3. inter impreſs. poſt 2. volum. conſ. Farin.*

2 Nec releuat probatiò in genere, † quod in Ciuitate Auenionen. tunc aderant, & ſemper adſunt occaſiones reinueſtiendi pecunias in cenſibus, cambijs, & mercibus, vt deponunt Teſtes examinati pro Ludouico, ac teſtatur *Ludouicus Bellus conſ. 128. num. 6.* quia inde reſultat quidem potentia remota lucri, ad effectum verò de quo agitur, requiritur po-
3 tentia proxima hoc eſt, † quod tunc occurreret ſpecialis, & indiuidua occaſio alicuius particularis inueſtimenti, cui creditor pecuniæ deſtinauerit, niſi mora debitoris facultatem abſtuliſſet *Caſtr. in l. 3. §. fin.* ibi, *quod habuit præ manibus mercantiam de qua fuiſſet lucratus ff. eo quod cert. loc. Alex. in l. diuortio in punct. numer. 23. ff. ſol. matr. Cagnol. l. vnica num. 41. Cod. ſent. quæ pro eo, Thobb. Non. conſ. 82. num. 9. Menoch. conſ. 1180. num. 20. & de arbitr. caſ. 119. num. 2. Rimin. iun. latiſſimè conſ. 52. num. 42. & ſeqq. & conſ. 218. nu. 100. & ſeqq. Aym. d. conſ. 320. nu. 6. Roland. conſ. 35. nu. 5. & 6. lib. 1. Franc. Marc. deciſ. 167. nu. 7. par. 2. Grat. diſcept. 67. num. 13. Rebell. de oblig. Iuſt. par. 2. lib. 8. quæſt. 5. in fin. verſ. ad ſecundum*, & hanc opinio-
4 nem tamquam tutiorem † amplexa eſt, *Rota coram Mohed. deciſ. 3. nu. 1. & 2. de vſur.* vbi quod probari debet, quod occurrerit materia, ideſt caſus mercantiæ, vel occurrerint perſonæ volentes ſumere pecunias ad cambium, *& in Romana Fructuum Societatum coram bon. me. Card. Blanchetto impreſs. apud Zacch. de ſociet. offic. deciſ. 42. num. 2. & 3. Romana Societatum coram bon. mem. Card. Sacrato impreſs. poſt conſil. Farin. lib. 2. deciſ. 362. num. 2. Romana Fructuum & intereſſe coram Eminentiſs. D. Cardin. Pamphilio impreſs. apud Zacch. ibid. deciſ. 7. nu. 8. & ſeqq.*

Et ratio eſt, quia copulatiuè requiritur in creditore lucrandi voluntas, & poteſtas, at poſſibile fuit, quod creditor, etſi pecunias à debitore exegiſſet eas tamen in aliquod ex inueſtimentis, tunc generaliter occurrentibus erogare noluiſſet, vt in terminis aduertit *Rot. dicta deciſ. 7. nu. 8. & 12. Soto de Iuſt. & Iure lib. 6. quæſt. 1. art. 3. col. 5. in fin.* ibi verè enim lucrum ceſſare tunc penitus cenſendum eſt, non quia poteras negotiationi pecuniam committere, ſed quando re vera iam firmus exponere conſtitueras, *Lopez d. controu. lib. 1. cap. 23. fol. mihi 97. num. 3. verſ. idque locum habet, Vgol. de vſur. cap. 6. §. octauo in quarto requiſitis, verſ. ſi verò, Bonaccin. de contract. diſp. 3. qu. 3. punct. 4. num. 13. verſ. 2. ſequitur,* ibi, *ſecus dicendum eſt, Michael Sal. ad Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 78. art. 2. controu. 9. ſub num. 26. in in tertia concluſione relatus à Scacc. d. camb. §. 1. q. 7. par. 2. ampliat. 8. num. 89. Ioann. Azor. Inſtit. moral.*

lib. 5.

*lib.5. tit.de vſur. cap.5. verſ.2. notandum col.*460.
& ſicuti non probata potentia propinqua ali-
cuius particularis inueſtimenti, quod credi-
6 tor præ manibus haberet † remanet ſaltem
ambigua deſtinatio, ſeu voluntas creditoris
circa inueſtimentum, ità & incertum, an lu-
crum feciſſet, quod tamen omninò certum,
7 & indubitatum eſſe debet, vt ob ceſsationem
lucri intereſse debeatur *Coler.de proc.exec.par.*1.
cap. 10.*num.*137. vbi quod lucrum debet eſse
certum hoc eſt in potentia propinqua, *Molin.*
*de contract.tract.2.diſp.*316.*num.*2.*Mantic.de tacit.*
*lib.*10.*tit.*6.*num.*8. *Dec.in l.diem functo nu.*7.*&* 8.
*ff.offic.aſſeſs.& conſ.*322.*num.*5.*Bald.in l.fin.col.*2.
*oppoſ.*3. *Cod.furt. Afflict.deciſ.*20. *num.*2. *Surd.de-*
*ciſ.*262.*num.*1. atque hinc bene *Angel. in ſumm.*
*verb.vſura num.*15. *verſ.dummodo*, ait, quod lu-
8 crum † non debet eſse in ſola poſſibilitate,
ſed in actu, vel quaſi in actu, quia ſic dicitur
peti, quod aliquo modo eſt, & primo caſu
dicitur potiùs non eſse, *& Angelum ſequitur*
*Rimin.iun.conſ.*52.*num.*43.*& conſ.*218. *num.*103.
ſic etiam *Silueſt.in ſumm. verb.vſura il* 1. *qu.*19.
verſ.modo lucrum ceſſans, à qua referri commu-
nem opinionem Theologorum notat *Rebuff.*
*in l.vnica gloſſ.vltim. num.*29. *in fin. Cod. ſent. quæ*
pro eo, alioquin facilis pateret via fraudibus,
9 & vſuris † ſub pallio lucri ceſsantis, vt aduer-
tit *Herr.Boich.in cap.conqueſtus nu.*5.*tu fin.verſ.&*
ex contrario de vſuris.

Quæ procedunt etiam in mercatore, vel
alias ſolito negotiari, in quo licet adſit gene-
ralis deſtinatio ad lucrum deeſse tamen po-
tuit particularis ad hoc, vel illud inueſtimen-
tum, & mercatores à communiter acciden-
tibus ſolent lucrari, quando habent certas
merces præ manibus, nec eſt bona conſequē-
10 tia † ſolitus eſt lucrari; ergo ſi pecunias ha-
buiſset fuiſset lucratus, quia multa poterant
accidere ne lucraretur, † & ſæpè mercatores
11 iacturam faciunt, *Caſtr.Menoch Non.Afflict.loc.*
*allegatis, Rimin.iun.remiſſ.conſ.*52.*num.*42.*& ſeqq.*
& præſertim num. 48. *&* 52. vbi damnata con-
traria ſententia, hanc teſtatur magis commu-
nem, quam etiam probabiliorem & ſubſtan-
tiabiliorem dicit *Coler.de proc.execut.par.*1.*c.*10.
*num.*134. *verſ.contrariam Farin.conſ.*15. *num.*50.
*Gratian.diſcept.*67. *num.*13.*&* 14. *Mobed.dicta de-*
*ciſ.*3.*de vſur. Rota deciſ.*331. *ſub num.*1. *verſ.quod*
*procedit par.*1.*recent.deciſ.*372.*num.*5.*poſt conſ.Fa-*
*rin.lib.*2.*deciſ.*153.*coram Reuerendiſs. D. meo De-*
cano inter eius impreſs. & eſt text.in l.quemadmodum
§.ſi nauis tua, verſ.idemque labeo ff.ad l.Aquil. vbi
I.C. loquitur de ſolito piſcari, & licet ſem-
per adſint occaſiones piſcandi, nihilominus
reſpondit, quod ſi agitur damni iniuria ob re-
tia ſciſsa æſtimatio non fit piſcium, qui capti
12 non ſunt, quem *Text.* bonum appellat *Caſtr.*
*& Iaſ.in l.*3.*in fin. ff.de eo quod cert. loc. & Rimin.*
*Iun.d.conſ.*218. *num.*46. ait I.C. motum fuiſse,
quia non probabatur paratos fuiſse piſces, qui
caperentur, & facit etiam *text. loquens de nego-*
tiatore in l.fin.ff.peric.& comm.rei vendit. quem
explicat *Guttier.de Iuramento confirmatorio par.*1.
*cap.*2.*num.*8. *dicens*, ibi, *I.C. loqui de lucro incerto,*
& in potentia.

Præter quod in caſu noſtro intereſse non
fuit promiſsum nomine proprio Ludouico
ab Eccleſia, qui dicitur ſolitus negociari,
ſed vti curatori Ioannis, † qui tamquam fu-
13 rioſus negotiari per ſe non poterat, *l.*1. *§.adeo*
*ff.pact.Card.Mant de tacit.lib.*3 *tit.*10.*num.*3. Ne-
que vnica negotiatio eius nomine facta à cu-
ratore, ſeu veriùs prorogatio Societatis ad
14 ſexennium completum longè ante tranſa-
ctionem induxit ſolitum negotiandi, *ad text.*
*in lib.*3.*Cod. Epiſc.aud. Iaſ.in l.de pupillo, §.ſic ipſi*
*quæſt.*6.*ff.nou.oper.nunc.& in his terminis Rebuff.in*
*in l.vnica gloſſ.vlt.num.*31.*Cod.ſent.qui pro eo.*

Non obſtat quod pupillo cui in hoc furio-
15 ſus æquiparatur † debeatur lucrum ceſſans
ex ſolà potentia generali, † ac remota reinue-
16 ſtiendi pecunias *Ludouicus Bellus conſ.* 228.
*num.*6.*Gratian.diſcept.*240. *num.*28.*Ioſeph Ludoui-*
*cus deciſ.Peruſ.*67.*num.*15.*& ſeqq.* nam quicquid
17 ſit de hoc articulo † in quo contrariam ſen-
tentiam tenet *Bart. in l.Tutor, qui repertorium,*
*§.qui poſt num.*2.*ff.admin.tut. Rimin.iun. d.conſ.*52.
*num.*44.*& conſ.*218.*n.*102.*Franc.Marc.deciſ.*167.
*num.*7.*par.*2. ille diſcutitur à Doctore inter pu-
pillum, ac Tutorem, qui redarguitur, quod
pecunias otioſas retinuerit in loco, quo ade-
rant occaſiones reinueſtiendi cum ratione of-
ficij reinueſtire teneretur. Hic verò agitur
nomine furioſi contra tertium, quo caſu pro-
banda eſt potentia propinqua, & quod credi-
tor deuenerit ad aliquem actum facti per quē
appareat, quod verè pecunias reinueſtiuiſſet
in aliqua particulari re ſi debitor ſoluiſſet, &
alioquin nullatenus dari poteſt bona fides in
creditore, quæ ſuffragetur iuxtà prædicta.

18 Non obſtat Statutum Auenionen. † taxans
intereſſe ad eamdem rationem ſcutor. 7. pro
centenario, quia eſto quod verſaremur in ca-
19 ſu ſtatuti cùm vſuræ ſint † prohibitæ etiā de
iure diuino; *cap. quia in omnibus cap. ſuper eo de*
vſur.cap.plerique 14.*quæſt.*14. nec Statuto quan-
tumuis confirmato à Sedis Apoſtolicę Lega-
to, nec conſuetudine induci potuit, vt licitè
20 exigantur *Surd.conſ.*327.*num.*51. *Farin.conſ.*15.
*num.*63. vbi quod conſuetudo excuſat à pœ-
na non tamen facit, quod pactum alioquin
vſurarium ſit licitum *Scac.de camb.§.*1.*quæſt.*1.
*nu.*300.*add.ad ſa.me.Greg.XV. deciſ.*93.*n.*9.*in fin.*
*Rot.deciſ.*301.*n.*22.*&* 24.*par.*5.*recent.*

Tandem non obſtat, quod fructus taxati
fuerint multo tempore ſoluti, ideo enim
ſunt imputandi in ſortem, & ſpeciale eſt in
21 vſuris, † vt poſſint repeti, quamuis fuerint
ſpontè, & ſcienter ſoluti, tum ratione pec-
cati, quod non dimittitur, niſi facta reſtitu-
tione, tum quia lex in ſoluente vſuram ſuſpi-
catur coactam voluntatem, *Rimin.iun.conſ.*399.
*num.*71. *Surd.conſ.*327.*num.*51. *Alex.conſ.*80.*n.*10.
*& ſeqq.lib.*3.*Rot.deciſ.*4. *num.*7. *poſt Zacch.de Soc.*
*offic.& d.deciſ.*301.*nu.*29.*par.*5.*recent.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informan-
te &c.

SABI-

SABINEN. SEV FARFEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 2. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio compendioſa continet nedum fideicommiſſariam, ſed etiam vulgarem, & vulgaris ſubſtitutio intelligitur facta adita, vel non adita hæreditate; itaut caduto primo gradu ſubſtitutionis, ſequentes ſubſtitutiones ſubintrant in locum gradus caducati, ac ſi gradus caducatus nunquam fuiſſet in rerum natura. Subſtitutio, vt facta dicatur nominatim perſonæ prædefunctæ, quæ requirantur? Et in hac deciſione declarantur DD. in contrarium adducti.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione poſiti cenſentur diſpoſitiue vocati ex Statuto Vrbis lib. 1. cap. 142.*

2 *Statuta Vrbis locum habent in locis exiſtentibus intra diſtrictum Vrbis non habentibus particulare ſtatutum.*

3 *Caducato primo gradu ſubſtitutionis ſubſequentes ſubſtitutiones expirant.*

4 *Præſertim quando fideicommiſſum eſt relictum nominatim à perſona vocata in gradu caducato.*

5 *Verbum* ipſius *eſt perſonaliſſimum, & ad oculum demonſtrat perſonam cui adijcitur.*

6 *Subſtitutio concepta per verba comunia, & ſub conditione ſi quis ſine filijs deceſſerit nedum eſt fideicommiſſaria, ſed ob mentionem mortis indefinite factam eſt compendioſa.*

7 *Amplia, quamuis non fuerit adiectum verbum* quandocumque.

8 *Subſtitutio compendioſa inter alias ſubſtitutionum ſpecies continet vulgarem tacitam vel expreſſam verbis generalibus.*

9 *Subſtitutio vulgaris intelligitur facta, ſi quis deceſſerit adita, vel non adita hæreditate.*

10 *Intellige concluſionem non quidem reſpectu inſtituti, qui iam adiuit, ſed reſpectu ſubſtitutorum, qui adire vel noluerunt, vel ob prædeceſſum ante hæredem grauatum non potuerunt.*

11 *Subſtitutus per vulgarem, caducato primo gradu ſubſtitutionis ſubintrat in illius locum ac ſi immediate eſſet ſubſtitutus hæredi grauato.*

12 *Et tunc non ſuccedit Teſtatori per vulgarem, ſed ad fideicommiſſum admittitur ſubintrans gradus caducati locum mediante vulgari comprehenſa in compendioſa.*

13 *Conditio adiecta ſubſtitutioni, quæ defecit non attenditur, quando gradus ſubſequens ſubintrat ex vulgari locum gradus caduci.*

14 *Ratio eſt, quia tunc ſucceſſio defertur non ex gradu ſequenti, ſed ex gradu caducato, ac ſi ille nunquam fuiſſet in rerum natura, & gradus ſequens hæredi inſtituto immediate ſubſtitutus legeretur.*

15 Text. in l. Celſus §. quod alicuius ff. de legat. 2. *declaratur.*

16 *Subſtitutio, vt dicatur nominatim facta alicui perſonæ, quæ requirantur?*

17 *Statutum vrbis lib. 1. cap. 142. de filijs in conditione poſitis, non requirit, an filij ſint vocati per vulgarem ſeu per fideicommiſſariam ſed hoc relinquit diſpoſitioni iuris communis, quo filij compendioſe ſubſtituti ſuccedant per vulgarem.*

18 *Alexander conſ. 1. lib. 1.)*
Corn. conſ. 119. lib. 1.) Declarantur, & n. ſeq.
Anguiſciol. conſ. 55.)

19 *Subſtitutus ſecundus per vulgarem non ſuccedit ſi in primo gradu antecedente caducato deficit qualitas hæreditaria à Teſtatore requiſita.*

20 *Subſtitutio ſimpliciter facta ſi ſine filijs deceſſerit, tunc filii ſuccedunt per vulgarem.*

21 *Filij in conditione poſiti concurrentibus coniecturis cenſentur vocati ad integrum fideicommiſſum tam ad portionem patris, quam patrui.*

DECISIO XVII.

THEODORVS Laurus, inſtitutis hæredibus Volumnio, Anibale, & Pompeio filijs, inter quos reciprocum, ac perpetuum fideicommiſſum conſtituit; ſi omnes decederent ſine filijs legitimis, & naturalibus, ſubſtituit, & illis omnibus ſuccedere voluit Fauſtinam, & Pernam eius filias æquis portionibus, & in euentum in quem etiam Fauſtina, & Perna decederent ſine filijs legitimis, & naturalibus ſubſtituit, & ipſis ſuccedere voluit pro medietate Cippum, & de alia medietate voluit fundari, & dotari Capellam ſub inuocationem Sancti Silueſtri.

Sancta paritèr vxor dicti Theodori, illo, necnon Anibale, Pompeio, & Fauſtina filijs communibus defunctis, ſuum condidit Teſtamentum, in quo inſtituit hæredem eumdem Volumnium filium ſuperſtitem, cui decedenti ſine filijs legitimis, & naturalibus ſubſtituit Pernam, ambobus verò deficientibus ſine filijs legitimis, & naturalibus ſubſtituit Societatem Sanctiſſimi Roſarij.

Pòſt mortem Sanctæ obiit Perna, relictis quinquè filijs natis ex ſe, & Ioanne Baptiſta de Ferrutis, ac tandèm deceſsit Volumnius, inſtituta ſibi hærede Societate Sancti Ioannis Baptiſtæ Decollati Podij Mirteti.

Hinc orta lite ſuper hæreditate tàm Theodori, quàm Sanctæ inter Ferrutos filios Pernæ; ac Societatem S. Ioannis Baptiſtæ hæredem Volumnij, Vicarius Generalis Farfeñ Iudex primæ Inſtantiæ pronunciauit Ferrutos immittendos eſſe in poſſeſsionem medietatis bonorum hæreditariorum in ſententia ſingulariter enunciatorum, & commiſſa mihi cauſa in gradu appellationis, dedi dubium, An Ferrutis ſit danda Immiſsio, quo ſub hac die propoſito Domini affirmatiuè reſponderunt.

Nàm de Teſtamentis non abolitis, vèl cancellatis Theodori & Sanctæ, obitu hæredum inſtitutorum ſine filijs, & legitimatione perſonarum de Ferrutis ſatis conſtat ex publicis Inſtrumentis, ac Teſtibus, per quos etiam probatur identitas bonorum iunctis Inſtrumentis acquiſitionum Summ. num. 1. & ſeqq. per tot. Vocatio verò de Ferrutis filiorum Pernæ, qui fuerunt poſiti in conditione non eſt cur ex coniecturis, quæ tamen non deſunt, petatur,

petatur, cum ad id adſit clara diſpoſitio *Sta-*
1 *tuti Vrbis lib. 1. cap. 142.* † quod non ſecùs ac
2 alia Statut. Vrb. locum habet † in Caſtro Podij Mirteti, vti exiſtente intrà diſtrictum Vrbis, & non habente in hoc particulare Statutum iuxtà Theoricam *Bart.* communitèr receptam *in l. 1. num. 41. C. quæ ſit long. conſuet.* quam amplexa eſt *Rota coram ſan.mem.Gregorio XV. deciſ. 269. num. 3.* vbi agebatur de Caſtro Abbatiæ Farfeñ prout eſt Podium Mirtetum, & in terminis *Statut. 142. Rota deciſ. 379. num. 3. part. 1. diuerſ. In Veliterna fideicommiſſi 28. Iunij 1632. coram R. P. D. meo Veroſpio, & in alijs deciſ. relat. ab Add. ad Buratt. deciſ. 834. num. 15.*

Tota igitùr difficultas verſabatur circà purificationem vocationis, & ſubſtitutionis de Ferrutis, quià ex prædeceſſu Pernæ antè Volumnium hæredem inſtitutum inferebatur quod ſicuti caducatus fuerat gradus Pernæ,
3 ità & defecerat conditio ſubſtitutionis† ipſius filiorum, ob quem defectum talis ſubſtitutio habebatur pro non ſcripta, & expirarunt ſubſequentes ad *Tex. in l. penult. ff. vulg. & pupill. Roland. conſ. 55. num. 57. & ſeqq. lib. 3. Gabr. conſ. 95. num. 17. 18. & ſeqq. lib. 1. Ger. Spin. conſ. 12. num. 52. Rota coram Reuerendiſſimo D. Vrgellen. deciſ. 339. num. 69.* Eò magis quandò fideicom-
4 miſſum † eſt relictum nominatim à perſona vocata in gradu caducato, *l. Celſus, §. quod alicuius, ff. leg. 2. l. ſi plures ff. leg. 3. Peregr. de fideicom. art. 15. num. 26. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 469. num. 54.* prout videtur relictum in Teſtamento Theodori ibi *ipſis ſuccedere voluit,* pon-
5 derando verbum, *ipſis* † quod perſonaliſſimum eſt, ac demonſtratiuum ad oculum perſonæ Pernæ, cui filii in conditione poſiti ſubſtituti cenſentur. *Ruin. conſ. 99. num. 16. lib. 2. Cagnol. in l. 2. num. 46. verſ. ſecundo princip. ff. pact. int. empt. & vendit. Menoch. conſ. 115. num. 50. Rot. deciſ. 359. num. 35. par. 5. recent.*

Cæterùm animaduerterunt Domini quod agitur de ſubſtitutione concepta per verba communia, & ſub conditione ſi Perna deceſ-
6 ſerit, ſine filijs, † quæ nedum fideicommiſſaria; ſed ob mentionem mortis indefinitè factam eſt compendioſa iuxtà doctr. *Bart. in l. Centurio nu. 26. & 32. ff. vulg. Surd. conſ. 31. nu. 1.*
7 *& deciſ. 333. nu. 12.* quamuis † non fuerit adiectum verbum quandocumquè, *gloſ. in cap. ſi pater, verb. abſquè deductione de teſt. in 6. Alex. in dicta l. Centurio num. 27. Gratian. diſcept. 405. num. 1. diſcep. 528. num. 1. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 233. num. 6. & num. 29. & ſeqq. Surd. deciſ. 37. nu. 8. Rota deciſ. 656. num. 2. par. 4. recent.* eaquè pro-
8 pterea † inter alias ſubſtitutionum ſpecies cōtinet etiàm vulgarem, vèl tacitam, vèl vt alij dicunt expreſſam verbis generalibus, *Bart. in d. l. Centurio nu. 32. Caſtr. in l. quamdiu la 3. nu. 7.*
9 vbi quod intelligitur facta ſubſtitutio † ſi deceſſerit, adita, vel nonadita hæreditate, *ff. acquir. hæred. Soccin. ſen. conſ. 140. ſub. num. 5. lib. 1. Dec. conſ. 416. num. 6.* non quidèm reſpe-
10 ctù inſtituti, qui iàm adiuit† ſed reſpectù ſubſtitutorum, qui adire, vèl noluerunt, vèl ob prædeceſſum antè hæredem grauatum non potuerunt, vt benè declarat *Aym. conſ. 283. col. 2. verſ. ſed in caſu Surd. conſ. 347. num. 16. facit. Bald. in l. 3. §. fin. ff. liber. & poſthum. Rota deciſ. 222. num. 13. par. 5. rec.*

Cùm itaquè filij Pernæ ſint vocati etiàm per vulg. in compendioſa comprætenſam, & Perna, quià prædeceſsit Volumnio hæreditatem adire non potuerit ſequitur quod purifi-
3 cata fuerit conditio, & aperta via vulgari ſubſtitutioni ad fauorem filiorum, qui proindè ex propria perſona ſuccedunt ſubintrando in locum Pernæ, ac ſi immediatè ſubſtituti fuiſſent Volumnio, & eo modo, & forma, qua Perna ſucceſsiſſet, niſi prędeceſsiſſet, itàut
11 caducatus quidèm fuerit gradus Pernæ, † ſed hęreditas remanſerit penès Volumnium cum eodem onere reſtituendi Ferrutis filijs loco Pernæ vi vulgaris ſubrogatis, *l. quamdiu la 3. & ibi Bart. nu. 10. verſ. item facit, ff acquir. hæred. Iaſ. in l. 1. num. 28. & ſeqq. ff. vulg. & pupill. & conſ 132. num. 5. vbi de cotam. lib. 1. Caſtr. conſ. 152. circa finem verſ. vel aliter, & melius lib. 1. Soc. Iun. conſ. 42. num. 16. & 20.* vbi ſubdit, quod ſequens gradus non ſuccedit Teſtatori
12 per vulgarem, † ſed ad fideicommiſſum admittitur ſubintrans gradus caducati locum mediante vulgari compręhenſa in compendioſa *conſ. 94. num. 41. lib. 1. Aym. conſ. 363. nu. 2. Curt. Iun. conſ. 83. num. 14. Gabr. conſ. 115. nu. 12. & 13. lib. 1. Cæphal. conſ 620. num. 20. Surd. conſ. 375. num. 16. Peregr. de fideic. art. 15. num. 14. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 469. num. 78. Adden. ad Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. num. 15. Text. eſt in l. vnica §. pro ſecundo C. caduc. toll. Rota deciſ. 374. num. 1. par. 1. diuerſ. deciſ. 332. num. 6. & ſeqq. deciſ. 403. num. 6. deciſ. 424. num. 4. par. 2. recent. deciſ. 472. num. 3. par. 4.*

Vndè retorquetur obiectum deficientiæ conditionis ob prędeceſſum Pernę, imò enìm ideò euenit conditio ſubſtitutionis vulgaris ex capite impotentię Pernę ad adeundam hęreditatem proùt etiàm euenit conditio mortis Volumnij, aliorumquè hęredum inſtitutorum ſinè filijs appoſita gradui Pernę caducato, quæ ſola attendi debet, nulla habita ratione condictionis adiectę ſubſtitutioni, quę
13 defecit † quandò gradus ſequens ſubintrat ex vulgari locum gradus caduci, quià ſempèr attenditur conditio appoſita gradui, ex
14 quo ſucceditur, & tunc ſucceſsio defertur † non ex gradu ſequenti, ſed ex gradu caducato, ac ſi ille nuſquàm fuiſſet in rerum natura, & gradus ſequens hæredibus inſtitutis immediatè ſubſtitutus legeretur. *Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita in 2. part. num. 87. ff. ad Trebell. Aym. conſ. 283. col. 2. verſ. quià reſpondetur, & col. 3. verſ. reſpondeo. Ioſeph. de Seſſe latiſſimè deciſ. Arag. 50. nu. 20. & plur. ſeqq. Rota deciſ. 374. num. 2. part. 1. diuerſ. & coràm Reuerendiſs. D. Vrgellen. deciſ. 339. num. 75. & ſeqq.*

Nequè applicatur aliud obiectum de ſubſtitutione facta nominatìm perſonę prædefun-
15 ctæ. Tùm quià diſpoſitio † *Textus in l. Celſus §. quod alicuius ff. leg. 2.* cum alijs exaduerſò allegatis non procedit in ſubſtitutione vulgari, quæ imò ſupponit perſonam, cui nominatìm eſt facta ſubſtitutio carere iuribus hæreditarijs,

& ob

& ob eiuſdem perſonæ deficientiam, hæreditate non adita purificatur, vt in punctò declarando dicta iura reſpondit *Rota dicta deciſ. 332. num. 9. & 10. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 469. ſub nu. 70.* Tùm quià vt ſubſtitutio dicatur facta nomi-
16 natim alicui perſonæ † non ſufficiunt ad effectum, de quo agitur verba relatiua, illis, vel ipſis, poſita in teſtamento Theodori, ſed requiritur, quod Teſtator rogauerit ſubſtitutum eius proprio nomine expreſſo, vt hæreditatem alteri reſtituat puta rogo Pernam, vt reſtituat eius filijs *Antonin. de Amat. reſol. 40. n. 13.* & alioquin verba relatiua, *illis*, vel ipſis, commodè exponi poſſunt; idèſt in locum illorum, vel ipſorum, vt in ſpeciè aduertit *Rota d. deciſ. 403. num 7. & ſeqq. par. 2. rec. Pereg. de fideicom. art. 15. ſub num. 26. verſ. notabilis eſt*, vbi damnat contrariam ſententiam Ruini, quià deſtrueret doctrinam Bart. communitèr receptam in *d. l. quamdiù ff. acquir. hæred. Gab. d. conſ. 115. nu. 6. & 7. lib. 1.* Tùm tertiò quià dicta verba non ſunt adiecta vocationi filiorum Pernæ, sèd Cippus, & Capellæ dotandæ, filij verò Pernę fuerunt ſimplicitèr in conditione poſiti, & per conſequens ſimplicitèr vocati vigore Sta-
17 tuti Vrbis 142. † quod non aperit an per vulgàrem, ſeù per fideicommiſſariam, ſed hoc relinquit diſpoſitioni Iuris communis quo filij compendiosè ſubſtituti ſuccedunt etiàm per vulgarem. *Gabr. d. conſ. 115. ſub num. 23. verſ. & conſequentèr. Soccin. iun. conſ. 29. num. 3. & ſeqq. lib. 3. Rota deciſ. 363. ſub nu. 4. par. 1. recent. & deciſ. 403. num. 14. par. 2.*

Verſamur tandèm extrà caſum, in quo cōſuluit *Alex. conſ. 1. lib. 1. Corn. conſ. 199. lib. 1.*
18 *Anguiſ. conſ. 55. lib. 6.* † quià ibi ſubſtitutio gradus ſequentis concepta erat ſub conditione ſuppoſitiua aditionis hęreditatis in antecedenti nempè ſi in eo vocatus hæres erit, *vt in caſu Anguis*; vel ſi deceſſerit hæres, & ſeruans legem Teſtatoris, *vt in caſu Alex. & Corn.*, quibus caſibus non mirum ſi gradus ſequens
19 ſuccedere non poſſit ex vulgari, cui repugnat qualitas hęreditaria requiſita in gradu antecedenti, *l. poſt aditam, C. impuber. & alijs ſubſtit.* & benè in punctò reſpondendo ad *conſ. primum Alexand. aduertit Gabr. d. conſ. 115. ſub. nu. 5. Peregr. dicto art. 15. num. 40. & 41.* at vbi, vt in caſu noſtro ſubſtitutio eſt facta ſimplicitèr
20 ſi deceſſerit ſine filijs † filios ſuccedere ex vulgari, tenet idem Alex. qui ità diſtinguit *d. conſ. 1. ſub. num. 15. verſ. non obſtare. Corn. d. conſ. 199. num. 22. Anguiſ. d. conſ. 55. ante num. primum.*

Ex quibus Rota cenſuit fideicommiſſum Theodori, & Sanctæ eſſe purificatum ad fauorem Ferrutorum eiſdemquè deberi immiſſionem etiàm in portiones patruorum, & Auunculorum, quæ ob illorum obitum apud Volumnium remanſerunt, ſeù peruenerunt, quià ſunt deſcendentes fideicommittentium, quos veriſimile non eſt voluiſſe propriis deſcendentibus extraneos præferri, patrui, & Auunculi prædeceſſerunt Volumnio, & sic totum fideicommiſſum conſolidatum fuit in Volumnio, cui Ferruti iuxtà prædicta cenſentur ſubſtituti; & cùm Theodorus omnibus vocatis ſubſtituerit Cippum domus, & Capellam erigendam, neceſſariò dicendum eſt fuiſſe inductum reciprocum fideicommiſſum inter omnes vocatos, & per conſequens filijs Pernæ deberi etiàm portiones patruorum, & Auunculorum aliàs dictis filijs deficientibus Cippus in medietate omnium bonorum, & Capella in alia medietate ſuccedere nequirent, proùt Teſtator mandauit, quibus caſibus, præſertìm concurrentibus pluribus alijs coniecturis per Informantes adductis, filios in
21 conditione † poſitos cenſeri vocatos ad integrum fideicommiſſum tradit *Aym. conſ. 130. num. 6. & conſ. 326. num. 3. Corn. conſ. 180. num. 2. verſ. Inſuper, conſ. 306. per tot. lib. 4. Pariſ. conſ. 5. ſub num. 27. lib. 2. Gabr. conſ. 115. num. 13. lib. 1. Menoch. conſ. 85. num. 43. Decian. conſ. 44. num. 60. & ſeqq. lib. 3. Fuſar. quæſt. 440. num. 6. Rota deciſ. 256. num. 4. & 5. deciſ. 320. num. 17. & ſeqq. par. 1. recent. deciſ. 337. num. 4. & 8. coram S. me. Gregor. XV.*

Et ità deciſum vtraq; parte Informante &c.

BONONIEN. FIDEICOMISSI.

Veneris 16. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Renuncians quod habuerit ſcientiam fideicommiſſi ad ſui fauorem tempore renunciationis, illudque includere voluerit in renunciatione probari poteſt tam per teſtes, quam per coniecturas. Renunciatio fideicommiſſi, quando aliunde conſtat de voluntate renunciantis comprehenditur ſub clauſulis generalibus poſitis in Inſtrumento renunciationis abſque alia expreſſione fideicommiſſi. Præſcriptio 30. annorum obſtat fideicommiſſario, qui tanto tempore agere neglexit; nec gaudet beneficio reſtitutionis in integrum vbi ignorantia fideicommiſſi non eſt vndequaque probabilis.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas renunciantis plene iuſtificatur ex teſtibus optime informatis, & ex ijs, quæ in actu renunciationis ante vel poſt renuncians corã ipſis expreſſit.*
2 *Scientia fideicommiſſi in renunciante probatur per teſtes ſingulares, quinimo, & per vnicum teſtem concludenter deponentem, & num. 3.*
4 *Item ſcientia etiam per coniecturas probatur.*
5 *Coniectura ad hunc effectum reſultant ei coniunctione ſanguinis.*
6 *Scientia fideicommiſſi in renunciante probatur ex illius mentione facta in principio Inſtrumenti renunciationis.*
7 *Item ex taciturnitate per lapſum longi temporis, ex quo non præſumitur quod ius ex fideicommiſſo ſibi delatum ignoraſſet de tempore renunciationis.*
8 *Defectus vnius Teſtis ſuppletur ex alio teſte, & ex coniecturis.*
9 *Animus, ſeu voluntas renunciantis vnico teſte probatur.*
10 *Præſertim quando concurrunt coniectura, & agitur fauore dotis.*

11. Re-

11 *Renunciatio fideicommiſſi bene comprehenditur ſub clauſulis pregnantibus ac generalibus poſitis in Inſtrumento renunciationis, quando aliunde conſtat de voluntate renunciantis.*

12 *Vel de ſcientia fideicommiſſi, qua poſita non eſt neceſſaria ſpecialis expreſſio fideicommiſſi, cui renunciatur.*

13 *Præſcriptio triginta annorum obſtat fideicommiſſario ſi tanto tempore agere neglexit.*

14 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem non datur fideicommiſſario ſcienti, vel vbi ignorantia fideicommiſſi non eſt vndequaque probabilis.*

15 *Inuentarium confectum ab harede grauato plene probat contra habentem cauſam ab eo.*

16 *Bona fideicommiſſi poſſunt dari indotem deſcendentibus fideicommittentis vigore* auth. reſque C. coniun. de legat.

17 *Diſpoſitio* Authenticæ res quę C. Commun. de legat. *locum habet in dote pro matrimonio ſiue carnali, ſiue ſpirituali.*

18 *Amplia etiam ſi bona indotem aſſignata totum fideicommiſſum abſorbeant, quia lex voluit conſulere mulieribus, vt dotes Congruas recipiant.*

19 *Dos data præſumitur congrua.*

20 *Negatiua non exiſtentiæ bonorum liberorum præſumitur fauore poſſidentis bona fideicommiſſi data in dotem, niſi ex aduerſo probetur exiſtentia.*

21 *Dos data an ſit congrua, attendi debet tempus contracti matrimonij, non quod poſtea euenit.*

DECISIO XVIII.

POSTQVAM ſub die 22. Iunij anni
proximè præteriti Rota cenſuit conſtare
de fideicommiſſo Aſcanij, & ſuffragari Nico-
lao, quamuis illegitimo, neque illi obſtare
renunciationem, quia reſtricta erat ad teſta-
mentum Iacobi patris, & deerat in renuncian-
te ſcientia fideicommiſſi Aſcanij, Iuriſque
ipſi ex eo competentis, vnde etiam exclude-
batur præſcriptio mediante reſtitutione in in-
tegrum, quæ competit ignoranti, vt latius in
deciſione emiſſa ſub dicta die.

Landinellus aduerſarius Nicolai vigore re-
miſſoriæ Rotalis examinari curauit duos te-
ſtes, qui diſertiſſimè deponunt, quod Nico-
laus de tempore renunciationis ſciebat ad ſui
fauorem eſſe purificatum fideicommiſſum
Aſcanij, quodque illi voluit renunciare, vt
Taddea ſoror nuberet, prout nupſit, & alio-
quin nubere nō potuiſſet, ex quo alia bona, qui
bus dotaretur non aderant, qui teſtes ſe incon-
teſtes allegant, & reddunt optimam cauſam
ſcientiæ, quia videlicet alter ex illis cohabita-
bat diù, noctuque cum Nicolao, & fuit præ-
ſens inſtrumento renunciationis, alter ſæpiſſi-
mè cum eodem verſabatur tàm ante, quàm
poſt renunciationem, & propterea plenè pro-
1 bant, † voluntatem Nicolai ex ijs, quæ in
actu renunciationis, aut ante, vel poſt coram
ipſis expreſſit, *Ruin. conſ.192.num.5 lib.2. Socc.
Iun. conſ.32. num.12. lib.4. Surd. deciſ. 54. num.6.
Rota deciſ. 765. ſub num.10. verſ. ex teſtibus par.
2. recent.* & quod Nicolaus habuerit ſcientiam
ſuæ vocationis ad fideicommiſſum Aſcanij,
2 ad quam probandam † ſufficerent etiam teſtes
3 ſingulares *Mantic. deciſ. 179. num. 7.* imò, † &
teſtis vnicus concludenter deponens, *Natt.
conſ.231.nu.2. Surd. conſ. 19. num.35. & deciſ.211.
num.11. verſ. quia ſi ſufficiunt, Put. deciſ. 118. num.
2. lib.2. incorr. Rota in Romana donationis 21. Aprilis 1614. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori,* vel etiam
4 † coniecturę, *Bald. conſ.392. nu.1. lib.1. Alex. conſ.
187. num.8. lib.2. Soccin. Iun. conſ. 116. num.42.
lib.1. Guidop. conſ.23. num.20. Cephal. conſ. 314.
nu. 15.* & fuit dictum *in Sarſinaten. feudi 1. Iulij
1639. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*
5 Quę reſultant ex coniunctione ſanguinis, †
vt per *Hond. conſ. 80. num. 47. lib. 2.* quem in
terminis ſecuta eſt *Rota in Romana diuiſionis 20.
Iunij 1639. coram me*, ex mentione fideicom-
6 miſſi † Aſcanij facta in principio inſtrumenti
renunciationis, *Menoch. præſumpt. 23. num. 65.
verſ. ſexta coniectura lib. 6. poſt Alciat. reſp. 304.
num. 5. verſ. nec obſtat quod,* Necnon ex tacitur-
7 nitate † Nicolai per lapſum viginti nouem
annorum, quibus Landinellus bona ſibi in-
dotem data poſſedit Nicolao nuſquàm recla-
mante, nec enim veriſimile eſt quod tanto
tempore fideicommiſſum Aſcanij ignorauerit, vel quod non reclamaſſet, ſi ius ex dicto
fideicommiſſo ſibi delatum ignoraſſet de tem-
pore renunciationis, aut illi renunciare nol-
uiſſet *Bart. in l. qui Roma, §. duo fratres num.14.
verſ. pone ff. de verb. oblig. Ruin. conſ.41. num.11.
lib.1. Burſatt. conſ. 174. num. 13. Rota deciſ. 406.
num.7. par.1. recent. deciſ. 213. num.9. par.6.* præ-
ſertim quia Nicolaus eſt pauper.

Nec obſtāt exceptiones contra perſonas te-
ſtium, quia quod primus ſit frater Taddeæ ex
Vrnina communi matre tollitur ex facto, de-
fectus alterius quatenus opus ſit ſuppletur ex
8 primo, † & coniecturis iuxta *gloſ. in l. 3. verb.
numerus, ff. teſtibus, Seraphin. deciſ. 1049. num.1.
Rota deciſ. 334. num. 5. par. 2. recent.* & primus
ſufficit tàm ad probandam ſcientiam, vt di-
cebam, quàm ad probandam voluntatem re-
nunciantis, quoniam hic non agitur de pro-
bando actu ideſt renunciatione, ſed animum
facientis, nempè quod renuncians habuerit
animum includendi ſub verbis renunciatio-
nis etiam fideicommiſſum Aſcanij, qui ani-
9 mus † vnico teſte probatur *Gabr. conſ.51. num.
8. lib. 2.* non ſecus, ac teſtibus ſingularibus
*Caſtr. conſ.395. num.1. col.3. in princip. lib. 2. Aym.
conſ.73. num.33. Seraph. deciſ. 559. num.13. Rota
deciſ. 765. num.7. par.2. recent. & coram bon. mem.
Buratto deciſ. 205. num.2.* eo magis concurren-
10 tibus coniecturis, † & fauore Dotis, ad tra-
dita per *Bart. conſ. 123. ſub. num.2. Gratian. diſcept.
739. num. 1. & ſequen. Benint. deciſ.61. ſub nu.6.
Put. deciſ. 409. lib.1. incorrectis.*

Minus obſtat, quod dictis teſtium repugnet
inſtrumentum renunciationis in cuius parte
diſpoſitiua nuſquàm nominatum legitur fi-
deicommiſſum Aſcanij quia teſtes nō dicunt
de eo factam fuiſſe ſpecificam mentionem
ſed quod illi Nicolaus renunciauit, & hæc
11 renunciatio † benè cōpræhenditur ſub clau-
ſulis prægnantibus, ac generalibus poſitis in
inſtrumento renunciationis, dum aliundè
conſtat de voluntate renunciantis *Ruin. conſil.*

156. *num. 6. verſ. & ſic mediante, & num.7.lib.3.*
Menoch.conſ.335.num.15.Natt.conſ. 546. num.20.
& ſeqq. Caſſan. conſ.39.num.47. in fine Rota deciſ.
714. ſub num. 8. verſ. fallit etiam part. 2. recent.
12 vel de ſcientia fideicommiſſi, † qua poſita
non eſt neceſſaria ſpecialis expreſſio fideicom-
miſſi cui renunciatur, *Peregr. de fideicomm. art.*
52. num.30.Cephal. conſ.620.num.56. & 58.verſ.
niſi præſumitur,Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres,
num. 18. verſ. ſed ſi eſſet, ff. de verb. oblig. Rota in
Romana pratenſi fideicommiſſi 9. Decembris 1637.
coram R.P.D. meo Panzirolo.

Igitur ex nouis probationibus Domini re-
cedendo in hac parte à deciſis,cenſuerunt ob-
ſtare Nicolao renunciationem,& præſcriptio-
nem 30. & amplius annorum ab anno 1599.
quo fideicommiſſum Aſcanij fuit apertum
ad fauorem Nicolai vſq; ad tempus motę li-
tis de anno 1632. qua tricennaria præſcriptio-
13 ne excluditur fideicommiſſarius,† qui negle-
xit agere *Menoch. conſ.847. num.12. & ſequen. &*
conſ.904.num.54.Peregr. de fideicomm.art.41.num.
14. Petr. eod. tract. quæſt. 14. num. 159. Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.528. num.9. Gratian.deciſ.Marchiæ 4.
num.10. & ſeqq. neque gaudet beneficio reſti-
14 tutionis in integrum, † quæ non datur ſcien-
ti, vel vbi ignorantia fideicommiſſi non eſt
vndequaque probabilis *Alb. conſ. 18. numer.1.*
Cephal. conſ. 314. num. 19. & ſeqq. Menoch. dicto
conſ.847.num.18. & ſeqq.conſ.904.nu.57.Caualer.
deciſ.151.num.6. & ſeqq.Rota apud Pacif. de Salu.
deciſ. 255. num. 2. & ſeqq. & in dicta Romana di-
uiſionis coram me.

Et propterea quoad prædium Barbiani, &
Fieſſij, de quibus in deciſione, quæ reuidetur
actum non fuit, obſtat Nicolao, quod cum
ea prouenient ex fideicommiſſo Iulij, vt pa-
tet ex teſtamento eiuſdem Iulij ex diuiſione
facta inter Aſcanium, & Valerium tanquam
de bonis hæreditarijs Iulij, & ex Inuentario
15 confecto ab Aſcanio hærede grauato,† quod
plenè probat contra Nicolaum ab ipſo cau-
ſam habentem *Natt. conſ.235. num. 11. & ſeqq.*
Cephal.conſ. 386.num.27.& ſeqq. Rimin.Iun.conſ.
*23.num.281.Rota deciſ.42.num.2.par.5.recent.*non
cadunt ſub fideicommiſſo Aſcanii, & potue-
16 runt, prout factum fuit dari in dotem † Ale-
xandræ, & Taddeæ deſcendentibus Iulij vi-
gore *Auth. res quæ, C. com.leg.* cuius diſpoſitio
17 locum habet in dote † pro matrimonio ſiuè
carnali Taddeæ, ſiuè ſpirituali Alexandræ
Monaſterium ingreſſæ *Rip. in l. filius familias,*
§. Diui, num. 72. ff leg. 1.Fuſar.quæſt. 531. num.
28. Fontanell. de pact. nupt. tom.2.clauſ. 5. gloſ.1.
part. 3. num. 65. etiam ſi dicta duo prædia to-
tum fideicommiſſum abſorberent, nam lex
18 voluit † conſulere mulieribus, vt dotes con-
gruas recipiant *Bald. in d. auth. res quæ num. 4.*
Caſtr. num.5.verſ. vndè, Iaſ.num. 32. verſ.7.ampl.
Alex. in l.mulier, §. cum proponeretur num.2. verſ.
tamen vltra, ff. ad Trebell. *Fuſar. quæſt.531.num.*
34. Mantic. deciſ. 152.num. 3. deciſ.312. num.36.
19 *par.6. recent.* & dos data † congrua præſumi-
tur *Surd. conſ. 94. num. 29. Menoch. præſumpt. 6.*
num.81. lib.3.Rota deciſ. 78. num.3. par.5.recent.
Quod verò non exiſterent alia bona, qui-
bus dotes conſtitui poſſent faſſus fuit ipſe Ni-
20 colaus, vt deponunt duo teſtes, † & præſu-
mitur fauore poſſidentis niſi exaduerſo exi-
ſtentia probetur *Curt. Iun.conſ.27.num.17. Becc.*
conſ.100. num.22. Molin. de primog. lib.4. cap.7.
num.36. Gratian. diſcept.331. num.22. & ſequent.
Ciriac. controuerſ. 5. num. 103. Mant.deciſ. 152.in
fine. Rota coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 241.
num. 4. & in Reatina Bonorum 5. Martij 1632. co-
ram R.P.D. Pirouano.

Nec releuat, quod in inuentario hæredita-
rio Iacobi patris dictarum mulierum fuerint
deſcripta mobilia, & alia duo prædia, nempè
della Palazzina, & Saletta tornat. 92. Quia
mobilia cuius valoris eſſent, non conſtat, &
è conuerſo apparet hæreditatem Iacobi fuiſſe
grauatam ære alieno excedente libr. 18. mill.
in Summario Landinelli num. 7. de primo
prædio nuncupato la Palazzina in eodem In-
uentario dicitur capta tenuta à Monialibus
S. Bernardini, Sum. ibid. num. 4. quæ ſuc-
ceſſiuè de anno 1600. deſuper ſententiam fa-
uorabilem reportarunt Summario numer. 5.
Alterum prædium nuncupatum Saletta ſpe-
ctabat ad Vrſinam viduam Iacobi, & ab ea-
dem fuerat de anno 1600 traditum in dotem
Carolo Bolognetto ſecundo viro Summario
ibidem num. 6. Et parùm refert quod poſtea
de anno 1615.Vrſina hęredem inſtituerit Tad-
deam Summario Nicolai num. 7. quodque
Taddea anno 1629. legauerit Pompeo Bolo-
netto prædium del Campidello, quia ad ef-
fectum, de quo agitur inſpicitur tempus con-
21 tracti Matrimonii de anno 1603. † nec atten-
ditur quod poſtea euenit *l. quaro, ff. iur. dot.*
Bald. in d. auth.res quæ num.16. verſ. niſi inſpecto,
Ruin. conſ.56. num. 4. lib.3. Aym.conſ.114. num.
16. Honded. conſ.10. num. 31. 35. & ſeqq. lib. 1.
Menoch. conſ. 371. num. 12. Peregr. conſ. 14.num.
14. & 15. lib. 2. Gramm. deciſion. 101. num. 72.
Rota deciſ. 28. num. 19. par. 5. recent.
Et ita deciſum vtraq; parte informante &c.

PARMEN. PENSIONIS.

Veneris 23. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Arbitrium pro retardatione ſolutionis penſionis ſemper intrat, ſtante commiſſione cum clauſula *arbitrio*, ſi penſionarius non docet de ſolutione penſionis, niſi per inſtrumentum continens ſolum confeſſionem de recepto, quę in præiudicium ſucceſſoris ſolutionem non probat præſertim quando ex eodem Inſtrumento apparet numerationem vere, & realiter non fuiſſe factam coram Notario, & teſtibus, ſed ſolum quod penſionarius confitetur habuiſſe, & recepiſſe, & ponderantur in deciſione verba *dante, & ſoluente &c. habuit, & recepit &c. impreſentia &c.* & firmatur,quod cum Inſtrumentum incipiat à confeſſione, verba præfata ad ipſam referuntur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio de recepto ſolutionem non probat in præiudicium ſucceſſoris in beneficio Fallit quando eſt adminiculata num.23. declara vt num.24.*

2 *Numeratio vera non probatur, ſi Notarius non atteſtatur de numeratione facta coram ſe & teſtibus, & quod creditor pecunias ad ſe traxit, pro vt fieri ſolet quando de reali numeratione rogatur.*

3 *Numeratio non probatur ex illis verbis* dante, & ſoluente &c. *ſi Inſtrumentum incipit à confeſſione, ad quam dicta verba referuntur.*

4 *Item nec probatur ex illis verbis* habuit, & recepit, *nam vbi præcedit partis confeſſio potuit Notarius ſcribere in tertia perſona, quicquid ſi Notarius non attenta confeſſione dixiſſet* habuit, recepit &c.

5 *Numeratio probatur ſi Notarius dixit* quę habuit, *ſecus ſi dixit* quia habuit *hoc enim verbum non eſt Notarij, ſed partis.*

6 *Præſertim quando ad ſunt verba præcedentia confeſſionalia* confeſſus fuit &c. *tunc enim verbum* habuit *ſtat declaratiue, & continuatiue ad dicta verba confeſſionalia, ad quæ referendum eſt & num. 8.*

7 Dictio quia *ſtat declaratiue, & continuatiue.*

9 *Numeratio probatur, quando Notarius teſtatur de ſolutione facta coram ſe, & teſtibus, quamuis inceperit à confeſſione.*

10 *Declara concluſionem procedere, quando Notarius ſimpliciter dixit* quæ habuit,& recepit in præſentia mei, & teſtium, *ſecus vero quando dixit continuatiue ad partis confeſſionem.*

11 *Verbum enim* in pręſentia, *quando eſt poſitum in medio inter verba confeſſionalia, non poteſt intelligi, niſi de confeſſione, & auditu à parte, hoc eſt quod impræſentia Notarij, & teſtium fuit facta confeſſio, non autem numeratio pecuniarum.*

12 *Verba media declarantur à præcedentibus, & ſubſequentibus.*

13 *De Gerundij natura eſt modificare, ac determinare verba præcedentia, quæ ad plures ſenſus trahi poſſent.*

14 *Item ſignificare quid ſenſui Notarij fuerit expoſitũ.*

15 *Clauſulis extenſis à Notario de Inſtrumento rogato ſtandum eſt.*

16 *Clauſulæ debent extendi iuxta ſtylum particularem Notarij rogati potius, quam generalem aliorum Notariorum.*

17 *Et de tali ſtylo creditur illius aſſertioni.*

18 *Solutio non dicitur vera, ſed ficta, ſi ſoluens pecunias ipſo momento abſque noua cauſa rehabuit.*

19 *Et hoc caſu non dicitur ſoluiſſe nec pecuniarum dominium, ſeu poſſeſſionem aliquo tempore tranſtuliſſe.*

20 *Solutio momentanea liberationem parit, etiam ſi ſequatur reſtitutio pecuniarum cum illa fieri poſſit ex liberalitate niſi probetur præceſſiſſe pactum reſtitutionis Declara vt num.22.*

21 *Pactum huiuſmodi reſtitutionis præſumitur inter perſonas ſuſpectas.*

22 *Solutio momentanea eſt inefficax, quando non ſufficit confeſſio de recepto, & lex habet talem confeſſionem pro ſuſpecta.*

23 *Confeſſio de recepto ſi eſt adminiculata probat etiam contra ſucceſſorem in beneficio.*

24 *Fallit concluſio, quando adminicula ſtant contra confeſſionem, & reuera conſtat ſolutionem ſolum fuiſſe factam* per apparenza.

25 *Confeſſio de recepto redditur ſuſpecta ſi emanauit inter patruum, & nepotem, & nondum venerat dies ſolutionis.*

26 *Confeſſionis de recepto adminicula vehementia eſſe debent ad hoc vt confeſſio reddatur vera.*

27 *Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem quando eſt turbida, tunc intiat arbitrium pro illius retardatione, ſtante commiſſione cum clauſula* arbitrio.

28 *Arbitrium relaxat iuris rigorem.*

DECISIO XIX.

IOANNES Mozzanega cui ſuper fructibus Eccleſiæ Prioratus nuncupat San Tiburtij Parmeñ collatę Nicolao eius Patruo, fuerat auctoritate Apoſtolica reſeruata annua penſio ſcutorum 60. petijt,& obtinuit ab A. C. mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem contra R. P. D. Carolum Paulutium de dicto Prioratu per obitum Nicolai prouiſum, à quo mandato commiſſa cauſa appellationis Illuſtriſſimo D. meo Macchiauello Patriarchę Conſtantinopolitano cum clauſula *non retardata ſolutione arbitrio Rotæ* ac propoſito quater dubio an intret arbitrium, tandem coram me in locum D. Macchiauelli ſuffecto, fuit in hac quinta propoſitione reſolutum intrare arbitrium pro retardatione ſolutionis penſionis.

Quia ad probandam quaſi poſſeſsionem exigendi penſionem, quæ eſt fundamentum manutentionis deducebat Ioannes Penſionarius Inſtrumenrum ſolutionis ſibi factæ à Nicolao, & vnici Teſtis depoſitionem Inſtrumentum continet ſolum confeſsionem de re-
1 cepto, quæ ſolutionem non probat † in præiudicium ſucceſſoris in beneficio *Grat. diſcept. 365. num. 35. Lotther de re benef. lib. 1. quæſt.38. num.115. & 117. Seraph. deciſ. 292. num.2. deciſ. 301. num.2. & ſeqq. deciſ.436.num.6. Burat.deciſ. 156. num.2. & ſeqq. vbi Add. num.14. allegat. concordantes.*

Non enim Notarius in dicto Inſtrumento atteſtatur de numeratione facta coram ſe, ac teſtibus,aut quod Ioannes pecunias ad ſe tra-
2 xerit prout ſolet † vbi de reali numeratione rogatur, ſed ait *Ioannes Mozzaniga &c. confeſſus fuit &c. ab eodem Nicolao Priore dante, & ſoluente habuiſſe, ac recepiſſe ſcuta 30. pro penſione termini hodie maturati &c. de quibus renunciauit &c. quia habuit hic in præſentia &c. confitendo &c. renunciando &c.* & ſic Inſtrumentum incipit à confeſsione ad quam referuntur tum partici-
3 pium, & ablatiui *dante, & ſoluente* † quia intelliguntur ad ſcripti in conſequentiam confeſsionis *Bald. in l. ſi ex pratio numer.6. C. ſi certum petatur, & conſ. 28. circa fin. verſ. certe Butrig. lib.1.Iaſon. in l. ſingularia num.49. & 50. ff. eodem Alex. in l. prædia num. 7. ff. acquir. poſſeſſ. Felin. in cap. ſi cautio ſub num.53. de fid. Inſtrument. Manti c. de tacit. lib. 18. tit.6. num.10. & 11. Surd. deciſ. 284. num.10.*

Tum ſubſequentia verba, *quia habuit, & recepit*

cepit, nam vbi præcedit partis confeſsio potuit Notarius ſcribere in tertia perſona dicta verba, quæ Penſionarius protulerat in prima vt puta confiteor me habuiſse centum, quia habui, & recepi, quicquid dicendum eſset, ſi
4 Notarius dixiſset, † *& habuit, & recepit* vt in ſpecie benè aduertit *Rom. in dicta l. prædia ſub num. 4. verſ. & tunc aut proferuntur ff. acquir. poſſeſſ. poſt Bart. in l. ſi ex cautione num. 9. verſ. vnde ſi C. de non numer. pec. & ibidem Bald. nu. 14. Salicet. num. 28. idem Aret. in §. 1. nu. 8. inſtit. de litterar. obl. Felin. in dicto cap. ſi cautio ſub num. 52. verſ. & non ſufficeret Farinac. de falſit. quæſt. 154. num. 59. Grat. diſcept. 628. nu. 10. Mantic. de tacit. d. lib. 18. tit. 6. n. 4.*

Ponderando præſertim, quod Notarius
5 non dicit *quæ habuit*, † quo caſu numerationem probari tenet *Butr. & alij relat. à Cinc. de Cenſ. par. 2. cap. 1. quæſt. 1. art. 8. num. 12. & 13. ſed quia habuit*, & ſic verbum habuit, ac recepit, non eſt verbum Notarij, ſed Penſionarij, non ſecus ac immediatè præcedentia verba confeſſionalia *confeſſus fuit &c.* ad quę cumſtet de-
6 claratiuè, & continuatiuè, † prout denotat di-
7 ctio *quia* † *l. hæc actio ff. de calumniator. l. ſi is qui animo ff. de acquir. poſſeſſ. Bart. in l. demonſtratio §. quod autem nu. 8. & ſeqq. ff. condition. & demoſtrat.*
8 referendũ eſt † *iuxt. Theoricam Bart. in l. vltima §. Titia ff. liber. legat. Gabr. de clauſ. concluſ. 9. num. 11. Seraph. deciſ. 610. num. 4. Rot. deciſ. 765. num. 13. par. 2. recent.*

Non obſtat quod vltro Notarius teſtetur de ſolutione facta coram ſe, & teſtibus *ibi hic in præſentia &c.* ac propterea numerationem pro-
9 bet † quamuis inceperit à confeſſione *Bart. in d. l. ſi ex cautione ſub nu. 1. verſ. ſi vero notarius quem ſeq. ibidem Salicet. numer. 28. Eman. Coſt. limit. 19. ſub num. 4. verſ. hinc Bart. Roman. in d. l. prædia, num. 4. infra med. verſ. aut Tabell. ff. de acquir. poſſeſſ. Cagnol. in l. ſi librarius num. 78. ff. de regul. Iur. Angel. in §. 1. num. 9. inſtitut. literarum obligation. Bertozol. clauſ. 34. gloſ. 8. num. 1.*

Quia cum Notarius non dixerit ſimpliciter, *quæ habuit, & recepit in præſentia mei, & Teſtium*, in quibus terminis loquuntur
10 DD. exaduerſo allegati, † *ſed quia habuit*, adeoq; continuatiuè ad partis confeſſionem vt ſupra, & ſtatim ſubdiderit *confitendo &c.* ex
11 inde reſultat, quod verba *in præſentia &c.* † tamquam poſita in medio intèr verba confeſſionalia non poſſunt intelligi niſi de confeſſione, & auditu à Penſionario, itaut, ſenſus ſit, quod in præſentia Notarij ac Teſtium fuerit facta confeſſio, non autem numeratio pecuniarum, de qua Notarius nullam mentionem fecit vt *infertiorib. term. fuit deciſum in Ianuen. Pecuniaria 15. Aprilis 1611. coram bon. mem. Card. Lancellotto Iuniori, & tradit Gratian. diſcept. 387. num. 42. Farin. de falſit. quæſt. 154. num.*
12 *66.* Verba enim media † declarãtur à præcedẽtibus, & ſubſequẽtibus *l. ſed & ſi adiciatur ff. pro Soc. l. ſi Seruus pluriũ §. fin. ff. de leg. 1. Alex. cõſ. 190. num. 18. lib. 2. Honded. conſ. 30. num. 15. lib. 2.* &
13 eſt de natura gerundij † illius *confitendo* modificare ac determinare verba præcedentia, quæ ad plures ſenſus trahi poſſent *Angel. conſ. 338. num. 3. verſ. & ſolent per Text. in l. vim fecit ff. vi, & vi armat. Soccini ſen. conſ. 93. num. 2. verſ. præterea lib. 1. Alex. conſ. 1. num. 22. lib. 3. Decian. conſ. 4. num. 13. lib. 3.* Nec non ſignifica-
14 re † quid ſenſui Notarij fuerit expoſitum *Mantic. de tacit. lib. 18. tit. 6. ſub num. 11.*

Atquè hinc bene idem Notarius de Inſtrumento rogatus extendendo de inde clauſulas cæteratas ſcripſit: *quia ipſas libras &c. habuit, & recepit prout dixit, & legitime confeſſus fuit in præſentia mei Notarij, & Teſtium infraſcriptorum*
15 *confitendo, &c.* cui extentioni ſtandum eſt † *Bald. in rubr. C. de fid. Inſtr. num. 41. verſ. quarto quæritur Rot. deciſ. 723. num. 6. part. 2. recent.* quia
16 clauſulę cęteratę † extendi debent iux. ſtilum particularem Notarij rogati potius quam generalem aliorum Notariorum *Iaſ. in d. l. Gallus §. idem credendum num. 23. Felin. in cap. cum P. Tabellio ſub num. 8. verſ. & ſi Notarius de fid. Inſtrument. Alex. conſ. 163. numer. 11. & 12. lib. 7. Surd. deciſ. 223. num. 8. Rota dicta deciſ. 723. ſub*
17 *num. 6. par. 2. recent. &* & de tali ſtilo † creditur eius aſſertioni *Pariſ. conſ. 48. nu. 27. lib. 1. Burſatt. conſ. 50. num. 89.*

Teſtis autem ad probandam pecuniarum numerationem exaduerſo examinatus eam excludit nam deponit fuiſſe ex ſcrinio Nicolai debitoris acceptas pecunias argenteas, ac poſitas in quadam faſciola linea latas ad lectum, vbi Nicolaus ęgrotus iacebat, nec tamen vidiſſe numerari, & ſtatim celebrato Inſtrumento eamque faſciolam cum pecunijs reportatam fuiſſe ad ipſum ſcrinium Nicolai debitoris, vnde ſolutionis fictio conuincitur quia non dicitur ſoluiſſe qui ipſo momento
18 eaſdem pecunias † abſque noua cauſa rehabuit *l. qui ſic ſoluit ff. de ſolution. Caſtrenſ. in l. ſi quis duos in fin. ff. eodem Rimin. ſen. conſ. 407. num. 7. Caual. deciſ. 406. num. 2.* aut pecuniarum do-
19 minium ſeu poſſeſſionem † aliquo tempore tranſtuliſſe *Angel. in l. 1. §. ſi vir num. 1. ff. acquir. poſſeſſ. Salicet. in l. emptionem num. 1. C. plus valere quod agitur; Bald. conſ. 298. num. 2. & 3. lib. 4. Buratt. deciſ. 928. num. 5.*

Nec obſtat, quod ſolutio etiam momentanea ſit conſiderabilis, quia peperit effectum liberationis à debito penſionis, & pecunia
20 potuit debitori reſtitui ex liberalitate † niſi probetur pręceſſiſſe ab initio pactum quod reſtitueretur *Bart. in l. ſingularia num. 24. in fin. ff. ſi cert. petat. Angel. in l. ſi tibi pecuniam num. 2. ff. eodem Felin. in dicto cap. ſi cautio num. 53. verſ. ſubdit etiam Mantic. dicto lib. 18. tit. 6. num. 16. Rot. apud Cinc. deciſ. 123. num. 5. & coram Buratt. ead.*
21 *deciſ. 928. nu. 6.* quia pactum huiuſmodi † vel præſumitur inter perſonas ſuſpectas vel etiam eo non probato momentanea ſolutio eſt inef-
22 ficax quando vt in caſu noſtro non ſufficit † confeſſio de recepto vt notabiliter ex doctrina *Bald. in l. per diuerſas num. 44. C. mandati declarat Alex. in l. ſingularia ſub num. 35. verſ. hoc limito, & ibidem Curt. Iun. num. 37. verſ. retent tamen vbi ſubiungit quod lex ipſa habet talem ſolutionem pro ſuſpecta Felin. in dicto cap. ſi cautio nu. 53. prope finem verſ. vbi limitat Simon de Prætis conſ. 120. ſub num. 36. Mantic. dicto lib. 18. tit. 6. num. 11. verſ. item illud.*

Tandem

Tandem non obſtat quod ſaltem Teſtis facit adminiculum ſolutionis iuncto maxime quod tempore Inſtrumenti debitor morti proximus non præſumitur voluiſſe fingere in præiudicium Eccleſiæ: nec non quod conſtat de titulo reſeruationis penſionis per litteras Apoſtolicas, & propterea cõfeſſio de recepto,
23 quia adminiculata † eſt probet etiam contra ſucceſſorem in beneficio *Gratian. diſcept. 36. num. 39. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 38. nu. 19. & ſeqq. Rot. deciſ. 175. nu. 4. & ſeqq. part. 4. diuerſ. cum alijs allegat. per modern. de manut. obſeruatione §. 5. num. 23.*

Quia Teſtis potius deſeruit pro contrario adminiculo dum ait actum fuiſſe geſtum *per*
24 *apparenza*, † vt Penſionarius appareret conſtitutus in quaſi poſſeſſione exigendi, & pecunias incontinenti fuiſſe reportatas in poſſe debitoris ad locum vnde acceptæ fuerant vt in puncto aduertit *Buratt. deciſ. 928. num. 6. & 7.* Titulus penſionis impugnatur ob incapacitatem beneficij: Et è conuerſo maxime ſuſpecta redditur confeſſio, quia emanauit
25 inter Patruum, & Nepotem, † nondum venerat dies ſolutionis termini de quo loquitur, nec de decem, & ſeptem terminis antea decurſis apparet Inſtrumentum aliquod ſolutionis, ſed ſimplex confeſſio de recepto emiſſa eodem contextu aſſertæ acceleratæ ſolutionis vltimi termini; ex quibus eliduntur ad-
26 minicula confeſſionis, quæ † tamen vehementia eſſe deberent *Buratt. deciſ. 156. num. 9.* aut ſaltem redditur turbida ſolutio, & quaſi poſſeſſio exigendi, quod ſufficit ad retardandam ſolutionem penſionis ſtante commiſſio-
27 ne cauſę cum clauſula *arbitrio* † quia arbitri-
28 um † relaxat Iuris rigorem *Creſcent. deciſ. 4. num. 3. de Teſtib. Coccin. deciſ. 352. num. 3. & in terminis Rot. coram Buratto dicta deciſ. 918. num. 8. & in Ceruien. Penſionis 22. Martij 1632. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Et ità deciſum vtraquè, &c.

ROMANA ALIMENTORVM.

Lunæ 26. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Alimenta fuiſſe ſoluta ex quibus probatum remanet. Teſtis deponens neminem fuiſſe præſentem alicui actui, & exaduerſo probetur contrariũ, intelligi debet, quod nulli fuerunt præſentes quos ipſe viderit, vel aduerterit, & aliæ exceptiones contra teſtes refelluntur.

SVMMARIVM.

1 *Solutio obligationem extinguit.*
2 *Verba* pro reſiduo *includunt integram ſolutionem omnium decurſorum.*
3 *Scriptura priuata dicitur ſufficienter recognita, à teſtibus deponentibus eam vidiſſe ſcribi & ſubſcribi, qui eſt verus modus recognoſcendi ſcripturas priuatas.*
4 *Recognitio ſcripturæ priuatæ ſufficit, quod fiat à teſtibus habentibus notam manum ſcribentis.*
5 *Scriptura vera in parte, præſumitur vera in totum.*
6 *Alimenta quod fuerint ſoluta, multum attenditur qualitas perſonæ ſoluentis & illius cui debentur cũ non ſit veriſimile quod interim vixerit de vento.*
7 *Secretario Montium, quando agitur de re, ſpectante ad eius officium, multum defertur.*
8 *Teſtis interrogatus an aliqui eſſent præſentes alicui actui, & dicat nullos adfuiſſe, ſi contrarium probatur, ſaluatur Teſtis intelligendo quod nulli erant præſentes, quos ipſe viderit, vel aduerterit.*
9 *Actus ab vno tantum dicitur expletus, licet alius coadiuuauerit in explendo.*
10 *Teſtes non dicuntur contrarij ſi vnus plus alio deponat.*
11 *Teſtis famulus ſi tempore examinis deſiit eſſe famulus fidem meretur.*
12 *Teſtium defectus ſuppletur adminiculis, ac alijs Teſtibus.*
13 *Declarationi propriæ plurimum eſt deferendum.*
14 *Verba* paulo poſt *verificari poſſunt de vno, vel altero tempore.*
15 *Declaratio poſterior priorem explicat.*

DECISIO XX.

MOTO de anno 1624. iudicio coram A. C. ad inſtantiam D. Marci Bonelli contra D. Marchionem Caſſani ſeniorem ſuper præſtatione alimentorum, illa per decretum taxata ad menſtrua ſcuta 12. & in gradu appellationis aucta vſque ad ſcut. 20. ſimilia, quæ tamen mortuo dicto Marchione, quia plures redditus eius morte expirauerant, decreuerunt ad ſcut. 12. menſtruatim.

Quorum decretorum vigore D. Marcus de anno 1636. egit pro alimentis decurſis contra bona hæreditaria D. Marchionis ſen. citato D. Marchione iuniore & obtinuit mandatum executiuum ab A.C. pro ſc. 1000. quod poſtmodum idem A.C. reuocauit, vnde appellauit Marcus à decreto reuocationis, & commiſſa mihi cauſa dubitaui, an huiuſmodi decretum A. C. eſſet confirmandum vel infirmandum, confirmandumque Rota reſpondit.

Conſtat enim de ſolutione ac præſtatione alimentorum vt ſupra taxatorum vſque ad menſem Nouembris anni 1635. quo Marcus diſceſſit è domo D. Marchionis iunioris, & exceptio ſolutionis elidit penitus actionem,
1 quia ſolutio † extinxit obligationem, *§. 1. inſtit. quib. mod. toll. oblig. Rot. dec. 714. n. 1. p. 3. recent. dec. 434. nn. 1. p. 4.*

Idque vt clariùs eluceſcat diſtinguenda ſunt duo tempora. Alterum à die primi iudicij cœpti de anno 1624. vſque ad obitum Marchionis ſenioris defuncti de menſe Augusti anni 1630. Alterum ab inde citra vſque ad annum 1635. Solutio alimentorum decurſorum in primo tempore probatur primo ex ordinibus Marchionis ſenioris directis ad Bãcum S. Spiritus in quorum altero ſubſcripto die 19. Iulij 1630. mandatur ſolui Marco ſcu. 23. & b. 45. pro reſiduo alimentorum, & vigore

gore eiuſdem ordinis ſecuta fuit ſolutio in ma nibus Franciſci Mizzolij, quem fuiſse procuratorem Marci ad exigendum ſignanter hæc alimenta docetur per publicum inſtrumentũ rogatum die 15. Iulij eiuſdem anni 1630. verba enim *pro reſiduo* includunt † integram ſolutionem hactenus decurſorum, *l. ſi ex pluribus & ibi gloſ. verb. reliquum ff. ſolut. Natt. conſil. 102. numer. 6. Surd. conſ. 52. numer. 45. Eſcob. de ratiocin. cap. 37. num. 1. & ſeqq. Seraph. deciſ. 617. n. 13.* In altero autem ordine ſub die 27. Iulij 1630. habetur ſolutio ſcut. 12. pro alimentis vnius menſis perficiendi die 12. Auguſti proximè venturi, & ſic ferè vſque ad mortem Marchionis.

2

Secundo ex quietantia manu propria Marci ſcripta & ſubſcripta in Boſco Alexandrino die 4. Auguſti 1633. cuius verba ſunt *Io Marco Bonelli confeſſo d'hauer riceuuto dalla bon. mem. dell'Eccellentiſſ. Sig. Antonino Pio Bonelli Marcheſe di Caſſano li ſcudi 12. il meſe aſſignatimi da Monſig. Meltio Luogotenente A. C. &c. per tutto li 12. Agoſto 1630. nel qual meſe morſe il ſudetto Eccellentiſſ. Sig. &c.* quam quietantiam recognouerunt formiter duo teſtes examinati coram me deponentes ſe vidiſſe illam ſcribi & ſubſcribi à Marco, qui eſt verus modus recognoſcendi

3 apocas † priuatas *Felin. in cap. 2. num. 14. de fid. inſtr. Men. de arbitr. c aſol. 114. numer. 22. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 79. num. 1. & per tot. Genua de ſcript. priu. lib. 1. quaſt. 15. num. 12. Gramat. dec. 84. num. 1. in fin. Rot. deciſ. 61. num. 4. par. 5. rec.*

Eorumdemque teſtium dicta adminiculantur vlterius tam ex alijs duobus teſtibus antea examinatis coram A. C. recognoſcentibus pariter quietantiam quia habent notam ma-

4 num † Marci ad tradita per *Ruin. conſ. 46. n. 11. lib. 4. Ciriac. controu. 246. num. 11. contr. 272. nu. 5. Rot. deciſ. 124. num. 3. & 4. par. 2. diuerſ. deciſ. 292. num. 15. coram bon. mem. Buratto,* tam ex particularibus ordinibus & ſolutionibus factis mediante Banco S. Spiritus vt ſupra, nam ſcri-

5 ptura vera in parte † talis præſumitur in totum *Caſtr. conſ. 301. ſub num. 4. lib. 1. Pariſ. conſ. 90. nu. 4. & 5. lib. 1. Ciriac. dicta controu. 272. nu. 8. Greg. XV. deciſ. 62. num. 8. Rot. recent. deciſ. 190. num. 10. par. 6.* Tum ex calculo exhibito alias *coram Reuerendiſſimo Vrgellen.* Tum 4. ex qualitate perſonę Marchionis, & veriſimilitudine quod

6 Marcus non vixerit de vento † vt per *Rimin. iun. conſil. 23. numer. 298. & conſil. 217. numer. 34. Gregor. XV. deciſ. 245. numer. 7. Buratt. deciſ. 292. num. 13.*

Reliqua autem ſcut. 8. menſtrua debita vltra 12. in vim decreti Rotalis aſcendentia in totum ad ſcut. 477. apparent ſoluta Marco die 9. Septembris 1636. præuio mandato Rotæ de conſignando ex precio locorum monocto Sermonetæ extractorum, pro vt in fide

7 publica Secretarij dicti montis, cui † quia agitur de re pertinente ad eius officium multum defertur *Bart. in l. 2. num. 1. Cod. ponder. lib. 10. Ruin. conſ. 56. num. 5. lib. 1. Seraphin. deciſ. 1088. num. 4. Rot. deciſ. 64. num. 10. deciſ. 186. par. 6. recent.* & in terminis fidei ſecretarij montium fuit deciſum in *dec. 129. num. 11. par. 6. rec.*

Non obſtat, quod Vincentius, & Michaelangelus teſtes examinati ſuper recognitione coram me ſint inter ſe contrarij, quia Vincentius deponit neminem fuiſſe præſentem, quando Marcus quietantiam ſcripſit, Michaelangelus verò ſe vidiſſe illam ſcribi, nam hic ait *Io glie la viddi fare mentre paſſando per camera ſua, che era camera di paſſaggio, mi fermai ſopra di lui che appunto la ſtaua finendo, & che viddi che conteneua ciò che hò detto*, & ſic præſentia ſecundi teſtis fuit ſolum in fine ſcripturæ & caſualis ac tranſitoria, nec ipſi Marco ſcribenti fortaſſis cognita. Primus autem intelligendus eſt de præſentia permanenti toti actui ac ſibi cognita, in puncto *Angel. conſ. 275. ſub num. 5. verſ. non obſtat*, vbi ſi quis interrogatus an aliqui eſſent pręſentes dicat nullos adfuiſſe, & exaduerſo probetur alios fuiſſe præſentes, ſaluatur

8 ipſe teſtis † intelligendo quod nulli fuerint præſentes quos ipſe viderit vel quos aduerterit, *& Angelum ſequitur. Laſ. in l. 3. §. iurari nu. 21. ff. iur. iur. Bart. in l. 1. §. ſi quis neget vbi nu. 6. verſ. ad contrarium ff. quemadmodum teſtam. aperi. Corn. conſ. 302. num. 2. lib. 3. Aldobr. conſ. 31. nu. 16. lib. 2. Ciriac. controu. 407. n. 149.*

Minus obſtat, quod ſecundus dicat fuiſſe quietantiam delatam ad Marchionem à Vincentio, primus verò deponat conſignatam Marchioni à Marco, quia ipſe primus ait *doppo hauerla fatta andaſſimo tutti à due di compagnia da detto Sig. Marcheſe in mano del quale detto Sig. Marco conſegnò detta poliza*, vnde benè ſecundus teſtis dicere potuit delatam à Vincentio, dũ Vincentius ad hunc effectum aſſociatus fuit

9 Marcum deferentem † ad tradita per *Bald. in l. quoties, num. 5. Cod. fideic. Dec. conſ. 121. num. 2. Beron. conſ. 64. num. 8. lib. 1. Surd. conſ. 15. ſub nu. 20.* Rurſus quod ſecundus dixerit Marchionem apocam ad ſe delatam legiſſe, de quo tamen primus nil dicit, non eſt momenti quia teſtes

10 non dicũtur contrarij † ſi vnus plus alio deponat *Alex. conſ. 10. num. 5. lib. 5. Corn. conſ. 202. num. 2. lib. 4. Ciriac. dicta controu. 407. numer. 153. Greg. XV. dec. 351. num. 32.*

Tandem quod primus fuerit famulus Marchionis iunioris tollitur ex facto, quia per mẽſes ante examen à famulatu diſceſſerat, quod

11 ſufficit † vt fidem mereatur *Felin. in cap. in litteris num. 8. de teſtib. Crot. conſ. 131. num. 56. Farin. de teſtib. quaſt. 55. num. 145. Buratt. deciſ. 349. nu. 6.* Et in omnem euentum ſi qui in teſtibus adeſ-

12 ſet defectus ſupletur adminiculis † ac alijs teſtibus ſupra enunciatis *Surd. conſ. 28. nu. 43. Rot. coram Buratto deciſ. 192. num. 4. deciſ. 604. numer. 5. deciſ. 901. numer. 17. & part. 5. recent. deciſ. 136. num. 8.*

Quo ad ſecundum tempus ab obitu Marchionis ſenioris vſque ad medium menſem Nouembris anni 1635. probantur præſtita alimẽta per quatuor teſtes deponentes de viſu Marcum paulo poſt obitum prędictum rediſſe ad habitandum in domo Marchionis iunioris ibique congrua alimenta recipiſſe vſq; ad eius diſceſſum è domo de menſe Nouembris 1635. fuiſſeq; optimè tractatum, & vnus ſubdit honoratum à famulis nõ ſecus ac ipſe.

Mar-

Marchio. Quod etiam confirmatur ex quietantia ſupradicta vbi poſt verba ſuperiùs recitata, ſequitur Marcus, *& dal ſodetto meſe d' Agoſto* (ſcilicet 1630. *per fine adeſſo confeſſo d' hauer riceuuto li debiti alimenti in caſa dell' Eccellentiſſimo Sig. Don Franceſco Bonelli, &c. è d'eſſer ſodisfatto ancora per tutto il tempo che ſtarò in caſa del ſudetto Sig. Marcheſe*, adeò quod gratis dicitur Marcum habitaſſe in domo Marchionis loco famuli dum contrarium deponunt teſtes & comprobat ipſa declaratio Marci, quæ atten-
13 dendaǂ eſt *l.1.vbi not.omn.ff.ſolut.Pariſ.conſ.*122. *num.6.lib.4.Grat.diſcept.*224.*num.*1.*&* 62. *& fuit dictum in Anconitana bonorum 12.Ianuar.1607. coram bon.mem.Patriarcha Hieroſolymitano*.

Non obſtat aſſertum mendacium teſtium probatum, vt dicitur ex alia apoca confecta die 18. Septembris 1630. in qua Marcus declarat, *che ritornando à ſtare in caſa del Sig. Don Franceſco Bonelli non intendo per qualſiuoglia corteſia, e ſoſſidio che io riceua mi s'acquiſti ragione alcuna* ponderando verbum *ritornando* ſignificatiuũ quòd priùs non redierat, quia teſtes non aſſerunt Marcum rediiſſe de menſe Auguſti poſt mortem Marchionis ſenioris, ſed paulo poſt,
14 quæ verba verificantur † in vno vel altero menſe poſt mortem *gloſ.in l.diuortia §. è contrario vbi Iaſ.num.*10.*& ſeqq. ff. ſol. matr. Surd.conſ.*550.*num.* 6. & declaratio ac quietantia anni 1633. tamquam poſterior priorem explicat,
15 vel † abrogat quatenus opus ſit *l. pacta nouiſſima Cod.pact.Alex.conſ.*193.*num.*3. *lib.*6. *Menoch. praſ.*382.*n.*31 *lib.*6.

Et ità deciſum vtraque parte informante.

FERETRANA ALIMENTORVM.

Veneris 20. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

Alimenta taxantur attenta qualitate perſonæ ac nobilitate familiæ. Sumptus litis debentur mulieri nihil vltra dotem habenti, & fouenti bonum Ius reſultañ ex ſententia ad ſui fauorem quamuis lis non pendeat in Iudicio vniuerſali, ſed ſuper re particulari, quia ratio præſtationis fundatur ſuper impotentia deſerendi litem.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta pro muliere nobili taxanda ſunt, attenta qualitate perſonæ, ac familiæ nobilitate.*
2 *Et ſunt taxanda ad congruam quantitatem, ne veſci cogatur cibo ruſticorum.*
3 *In taxatione alimentorum pro muliere nobili vltra veſtes, & domum habenda eſt ratio famulorum, cũ dedeceat, quod ſibi ſeruiat.*
4 *Item in taxatione alimentorum habetur ratio expenſarum ac ſumptuum litis, qui taxam alimentorum augent ad fauorem mulieris nil aliunde habentis & fouentis bonum Ius canonizatum per ſententiam.*
5 *Amplia. quamuis lis non pendeat ſuper Iudicio vniuerſali, ſed ſuper re particulari.*
6 *Ratio eſt quia præſtatio expenſarum nõ forma tur ab abiecto ad quod lis tendit, ſed ab impotentia, ne ob eam cogatur litem deſerere; qui boni Iuris præſumptione munitur.*
7 *Paupertas mariti ad effectum euitandi onus alendi vxorem concludenter probanda eſt.*
8 *Exceptio tua non intereſt repellit tàm ab agendo, quam ab excipiendo.*
9 *Alimenta taxantur Iudicis arbitrio.*

DECISIO XXI.

REVERENDISS. Dominus V.Gerens Vrbis condemnauit D.Com. Durantem ad Præſtandum D. Comitiſſæ Angelæ Malateſtæ eius vxori alimenta extra domum à die qua alere ceſſauit vſque ad diem reſtitutionis dotis, & ſucceſſiuè relaxauit mandatum executiuum pro alimentis decurſis à die 9. Iunij 1626. vſque ad reſtitutionem dotis ſecutam die 9. Decembris 1631. ad rationem ſcut.25. menſtruatim quod mandatum fuit executioni demandatum ſuper quodam prędio ac imminente iam mandato de ſubhaſtando ſuperuenit appellatio Comitis in Rota, vbi diſputato priùs dubio, an alimenta deberentur extra domum, eoque coram me affirmatiuè deciſo, dubitaui hodie ad quam ſummam eſſent taxanda alimenta, & Rota reſpondit ad rationem ſcut.25. pro quolibet menſe.

Viſum enim fuit Dominam Comitiſſam attenta eius perſonæ & familiæ nobilitate à
1 qua ſumitur menſura † taxationis aliment. *l. ſi cui ff.ann.leg.l.mela l.pen.ff.alim.& cib.leg. Felin. in cap.cum omnes ſub num.32.de conſt. Tiraquel. de nobil. cap.20.numer.143.Molin.de primog. lib.2. cap.15.num.55. verſ.ſed verius Surd. de alim. tit.4. quæſt.18.nu.1.Grat.diſcep.112.num.1. Rot.dec.548. ſub num.9. par.4. recent.* non minori quantitate eguiſſe pro cibo cum non debuerit veſci cibo
2 ruſticorum † *cap. non cogantur 41. diſt. Ang.in l. Heſennius §. fin. in princ. ff. de re iudic. Alex. in l. maritus la ſeconda num.5. ff. ſol.matrim.Tiraq.dicto cap.20.num.142.* pro veſtibus, domo præſertim in Vrbe qua carius domus conducuntur, & pro famulis, quorum etiam ratio habenda eſt
3 in † alimentis perſonæ nobilis taxandis cum dedeceat quod ſibi ſeruiat, *l.habitatio ff.ventr.in poſſ.mitt.l. Tutor ſecundum dignitatem in princ. ff. admin.tut. l. ſi cum dotem §. ſi autem in ſeniſſimo ff. ſolut.matr. gloſ.in Auth.de non eligen.ſecundo nuben. verbo Orietta vbi Bart.not. eam deciſionem eſſe perpetuo menti tenendam Cord. in l. ſi quis à liberis §. ſed ſi filius num.49. ff. lib.agnoſc. Surd. d. quæſt.18. num.9.*

Ac tandem pro expenſis diuturnæ huius litis quæ pariter augent taxam alimentum ad
4 fauorem mulieris † nihil aliunde habentis & fouentis bonum ius canonizatum per ſententiam & mandati relaxàtionẽ, *Alber.in l.Imperatores in fin.ff.tut. & ration. diſtrab. Felin. in cap. ſi quis teſtium num.9. verſ. ſecundus caſus de teſtibus Couarr. pract.quæſt.cap.6.num.5. Surd.de alim.tit.1. quæſt.120.num.7.& 9. Rota coram bon.mem.Buratt. deciſ.15. num.1.* quamuis lis non pendeat in
5 iudicio vniuerſali, ſed ſuper re particulari, quia ratio præſtationis expenſarum huiuſmodi

di non formatur ab obiecto ad quod lis ten-
6 dit, ſed ab impotentia ne ob eam cogatur de-
ſerere litem, qui boni iuris præſumptione
munitur, vt reprobata diſtinctione *Surdi Rot.*
deciſ.748. nu.5. vbi reſpondetur omnibus con-
trarijs *par.2.recent. Fontanell.de pact.nupt. clauſ.6.*
gloſſ.2. par. 4. in fin. vbi quod itá ſeruatur in
Senatu Cathaloniæ *Buratt.deciſ.707. nu.1.& ibi*
add.nu.6. allegat concordantes.

Non obſtat aſſerta paupertas Comitis viri,
quia ad effectum euitãdi onus alendi vxorem
7 debuiſſet plenè, † & concludenter probari,
itaut coniecturę, & iuris præſumptiones nõ
ſufficiant, vt in puncto inter virum, & vxo-
rem fuit deciſum *in Vlixbonen. matrimonij 1. Iu-*
lij 1624. coram R.P.D. meo Pirouano, relat.ab add.
ad Buratt.d.deciſ.707. num. 10. Sed nullo modo
hactenùs probata eſt, quinimò Comes dicto
anno 1636. articulauit ſe parem alimentis
vxori præſtandis abſque alicuius auxilio, &
hic agitur de alimentis decurſis ante, & de
conſumanda executione iam facta ſuper præ-
dio, quod ſi ad Comitem non ſpectat, vt aſ-
ſeritur, eius non intereſt retardare proceſſum
ad vlteriora pro ſumma taxata, & exceptio
8 tua non intereſt † repellit tàm ab agendo,
quàm ab excipiendo *l.1.ff.quorum appell.non re-*
cip.l.ille à quo §.ſi de teſtamento ff.ad Trebell. Dec.
in l.ex conuentione num.1. in fin. Cod. pact. Gregor.
deciſ.396.num.3. deciſ.410.num.6. Si è conuerſo
ceſſat obiectio paupertatis, *vt fuit dictum in*
hac cauſa 19. Nouembris 1639.*§.fin.*& ab exiſten-
tia dicti prædij, ac executione deſuper facta,
necnon à confeſſione viri emiſſa, vt ſupra
dicto anno 1636. iuncta nobilitate perſonarũ,
& alijs initio deductis, vtique ad prædictam
taxationem vſque ad annum 1631. moueri
9 potuit iudicis arbitrium † à quo pendet *l. fin.*
Cod.ordin.cognit. l.2.ff.vbi pup.educ. deb. Aym.con-
ſil.189.num.10. Menoch.d.arbitr.caſ.169. numer.1.
Mareſcott.var reſol.lib.2.cap.83.n.12.Rot.dec.320.
nu.9.par.1.recent.deciſ.431.nu.6.par.2.

Et itá deciſum Domina Comitiſſa tantum
Informante, Procuratore tamen D. Comitis
citato.

ROMANA ATTENTATORVM.

Veneris 27. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

Subhaſtatio facta de bonis in exequutione non
compræhenſis, tanquam exceſſiua non ſub-
ſtinetur, & ex quibus reſultat exceſſus ſubha-
ſtationis? Oblationes pro deliberatione fa-
cienda recipi poſſunt etiam poſt menſem, nec
requiritur alia citatio debitoris, niſi in caſu,
quo debitor læditur, vel lædi poteſt; Et læſio
conſideratur, ſi deliberatio fit de re non capta
in exequutione.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pertinentiarum veniunt omnia bona etiam penitus ſeparata, & diuerſæ naturæ, quando ex aliquo adiuncto generalitas non reſtringitur.*

2 *Appellatione pertinentiarum, quid fuerit comprehenſum, dignoſcitur ex appoſitione confinium.*

3 *Subhaſtatio facta de bonis in executione non comprehenſis eſt nulla, & exceſſiua.*

4 *Et ratione exceſſus propter indiuiduitatem decreti Iudicis corruit in totum,*

5 *Referens habens diſpoſitionem diuerſam à relato non declarat, nec declaratur à relato.*

6 *Exceſſus in re non vitiat deliberationem, niſi ſimul ſit in ſumma, & mandato.*

7 *Declara hoc procedere dummodo deliberatio non excedat fines executionis, quæ ritè præcedere debet.*

8 *Oblationes recipi poſſunt, etiam poſt terminum re integra.*

9 *Nec regulariter alia citatio debitoris in deliberatione huic nouo oblatori facienda requiritur.*

10 *Requiritur tamen, quando in ea debitor læditur, ſeu lædi poteſt.*

11 *Et læſio debitoris conſideratur ſi conſtat fuiſſe deliberata bona in executione non capta.*

12 *Deliberatio fieri debet vltimo oblatori plus offerenti.*

13 *Manutentio danda eſt debitori in bonis deliberatis, qui deliberationem nullam paſſus eſt, nec ſe habuit pro ſpoliato.*

14 *Attentata quando ſunt turbida, tunc illorum purgatio reijcitur.*

DECISIO XXII.

DE mandato A. C. relaxato contra Angelum Incoronatum pro ſcutor. 1100. ad inſtantiam Monaſterij, & Fratrum S. Mariæ ſuper Minerua, fuit facta executio inter cętera ſuper domo nuncupata il Palazzetto poſita in via Iulia, cum ſuis iuribus, & pertinentijs in qua inhabitabat Eraclitus Bonifatius propè à duobus lateribus viam publicam ac retro bona eiuſdem Angeli, & Fratrum S. Mariæ.

In cedula deinde ſubhaſtationis fuit poſita ſubhaſta tota domus nuncupata il Palazzetto cum omnibus ſuis membris, & pertinentijs poſita in via Iulia propè à tribus lateribus viam publicam, retro bona dictorum Angeli, & Fratrum, & ſucceſſiuè emanauit deliberatio, & domus præfatę, & quarumdam apothecarum, & domuncularum ad fauorem Radicini pro ſe, & perſona nominanda, nominauit autem paulò poſt Ioſephum Bonannum.

Quam ſubhaſtationem, & deliberationem
Domini dixerunt eſſe nullam. Nam execu-
tio loquitur de domo cum ſuis iuribus, &
1 pertinentijs quarum nomine, † licet genera-
li, & apto complecti omnia bona, quæ ibi
debitor habebat etiam penitùs ſeparata, &
diuerſę naturæ, quando ex aliquo ad-
iuncto non reſtringitur ad tradita per *Bald. in*
cap.1. num. 2.& 3. de capit. qui curuend. Mandell.
conſ.322. num.34.& in deciſ.54. num.14. Martini
Andrea, venire in caſu noſtro non poterant,
niſi ea quę infra vias publicas à duobus late-
ribus comprehendebantur, quia ex appoſi-
2 tione confinium dignoſcitur, † quid fuerit
per-

pertinentiarum appellatione comprehenſum *l.ad e fatrae ff.contrah. empt. Soc.ſen.conſ.86. num.6. lib.1. Soc.iun. conſ.139. num.1. lib.3. Pariſ.conſ.2. num.64. lib.3. Gratian. diſcept.657. numer.26. & ſeqq. & fuit dictum in Romana Cenſus 29. Aprilis 1592. coram bon.mem. Penia impreſſ.apud Marcheſ. tom.2.fol.484.*

Apothecæ autem, & domunculæ ſubhaſtatæ ſunt extra dictos confines, & illis comprehenſis domus confinat à tribus lateribus cum via publica, vt patet ex cedula ſubhaſtationis. Vnde illarum reſpectu ſubha-
3 ſtatio, tamquam facta † de bonis in executione non comprehenſis eſt nulla, & exceſſiua, *Rot.coram ſan.mem. Greg.XV. deciſ.555. num.4. deciſ.731. num. coram bon.mem. Buratto deciſ.115. num.4. deciſ.250. num.2. par.5. recent.* & ratione huius exceſſus propter indiuiduitatem
4 Decreti Iudicis † corruit in totum *l.ſi non ſortem §.ſi centum vbi not.omn. ff.condict.Ind. Bald.in l.certi conditio §.quoniam nu.8. verſ.ſecundus ſi Iudex ff.ſi cert.pet. Flor.de Sancto Petro in l.hoc Iudicio numer.4. ff.fam.erciſc. Roman. in l. ſi is ad quem num.8. ff.acquir.hered. Rot.deciſ.650. num.3. par.2. recent. deciſ.411. nu.4. par.5.*

Non obſtat, quod cedula ſubhaſtationis videatur relatiua ad bona capta in executionem ibi, *ſuper quibus fuit facta executio*, † quia refe-
5 rens, quod habet diſpoſitionem diuerſam à relato, prout habet cedula ſubhaſtationis, quia diſpoſitiuè loquitur de domo confinante à tribus lateribus cum via publica, cum tamen executio cõfinet à duobus lateribus tantũ, nec declarat, nec declaratum à relato, *Peregr. de fideicomm.art.16.nu.111. verſ.limita Surd.conſ.440. num.54. & ſub num.55. conſ.524. nu.15. & 16. add. ad Buratt. deciſ.52. num.13.* & cum poſtea deliberatæ fuerint etiam apothecæ, ac domunculæ in executione non comprehenſæ, ſemper eſt verum, quod ſaltem in deliberatione adeſt exceſſus.

6 Minus obſtat, quod exceſſus in re † non vitiet deliberationem, niſi ſimul ſit in ſummis, & mandato *Buratt.deciſ.49. num.11. & deciſ.91. num.4. add. ad Greg.XV. deciſ.198. ſub nu.3.* Quia hoc procedit dummodò deliberatio nõ
7 excedat fines executionis, † quæ ritè præcedere debuit, vt per *Saluſt. Tiber. in praxi A.C. lib.1. quæſt.42. in princ. Mangil.de ſubhaſt. quæſt.193. nu.27. Rot.coram Greg.XV. deciſ.224. n.2. & coram Buratto deciſ.91. num.4.*

Atque hinc reſultat alia nullitas deliberationis, vtpotè factæ Radicino, qui obtulit poſt terminum menſis non citato Angelo principali debitore; Quamuis enim recipi poſſint
8 oblationes etiam † poſt terminum re integra, *Mangil.d.tract.quæſt.131. num.1. Rot.apud eundem deciſ.21. num.2. & in Romana Nullitatis Subhaſtationis 27. Iunij 1616. coram R.P.D. meo Pirouano,*
9 nec regulariter alia citatio † debitoris in deliberatione nouo huic oblatori facienda requi-
10 ratur, † tamen quando in ea debitor læditur, ſeu lædi poteſt, vt bene diſtinxit *Rota coram Buratto deciſ.795. num.5. deciſ.786. num.1. & ſeqq. & ibid. add. num.9. deciſ.891. num.5.* quem refert, & ſequitur *Mangil.quæſt.167. num.4. in fin.* & læſio
11 in caſu noſtro eſt euidens, † quia deliberata fuerunt etiam bona nõ capta in executione *Buratt.d.deciſ.786. num.4. verſ.& tunc*, & deliberatio facta fuit Radicino penultimo oblatori,
12 cum tamen fieri debuiſſet † Maffeo plus offerenti *Bald.in l.edicto numer.5. Cod.ſi aduerſ.fiſc. Rota deciſ.31. num.1. in impreſſ.poſt Mangil.ibid.& coram Buratto deciſ.703. num.3. deciſ.735. numer.1.* quem licet Curſores præuijs diligentijs non reperiiſſe retulerint; reperiiſſet forſan Angelus debitor cuius magis intererat, ſi deliberationem penultimo oblatori fieri ſciuiſſet.

Ex quibus cum conſtet de bono Iure Angeli, qui deliberationem nullam paſſus fuit,
13 nec ſe habuit pro ſpoliato, ipſi non autem Bonanno Rota cenſuit dandam eſſe manutentionem, reiecta purgatione prætenſorum at-
14 tentatorum † vt ſolet, quando ſunt turbida, & apparet de bono iure poſſidentis.

Et ità deciſum vtraque Parte Informante &c.

NEAPOLITANA PENSIONIS.

Lunæ 30. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

Compenſatio opponi poteſt etiam aduerſus creditum Penſionis non reſeruatæ pro alimentis, vel quando agitur de alimentis præteritis. Conſtitutio Regni declarans nulla, & inualida Inſtrumenta rogata per Notarios non demaniales, & quæ Baronem cui Notarij ſubſunt tangere poſſunt locum habet, ſiue Inſtrumentum cantet in vtilitatem, ſiue in damnum Baronis, etiamſi contractus ſit celebratus cum Eccleſia, quia conſtitutio non tangit contractum, ſed tollit fidem Inſtrumento. Obligatio de ſoluendo certam quantitatem ſi eſt correſpectiua ad aliquam rem, tunc pro ſolutione dirigenda eſt actio contra poſſeſſorem rei, cuius occaſione emanauit promiſſio, non autem contra ſucceſſorem promiſſoris.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio opponi poteſt etiam contra Inſtrumenta habentia paratam executionem.*
2 *Item opponi poteſt aduerſus creditum penſionis non reſeruatæ pro alimentis, vel quando agitur de alimentis præteritis.*
Alimenta præterita compenſationem admittunt ibid.
3 *Compenſatio ſemper opponi poteſt, quando creditum opponendis eſt liquidum, nulla habita diſtinctione, an ſit executiuum, nec ne, quia ſaltim intrat compenſatio indirectè per viam retentionis.*
4 *Ceſſionarius hæreditatis tenetur ad debita hæreditaria.*
5 *Succeſſor in feudo, dicitur ſucceſſor vniuerſalis actiuè, & paſſiuè.*
6 *Littera Apoſtolica Reſeruationis Penſionis habens executionem paratam.*
7 *Penſio eſt ſoluenda à poſſeſſore beneficij Penſione grauati.*

8 *Pa-*

8 *Partita extracta ex libris priuatis nullam in magnis ac arduis probationem faciunt.*

9 *Conſtitutio Regni edita per Regem Ladiſlaum declarat nulla, & inania Inſtrumenta rogata per Notarios publicos non demaniales, & quæ Baronem, cui Notarij ſubſunt tangere poſſunt.*

10 *Dicta Conſtitutio locum habet, ſiue Inſtrumentum cantet in vtilitatem, ſiue in damnum Baronis.*

11 *Amplia etiamſi contractus ſit celebratus cum Eccleſia, quia Conſtitutio non tangit contractum, ſed tollit fidem Inſtrumento, quod eſt à contractu diſtinctum.*

12 *Item Conſtitutio generaliter inhabilitat perſonam Notarij; non autem lædit libertatem Eccleſiæ, & diſponit de Notario ſubdito Regi, qui eſt laicus, & laicali authoritate creatus, quicquid dicendum ſit; ſi Apoſtolica authoritate creatus ſit, & numen. 13.*

14 *Inſtrumentum confectum à Notario inhabili ad rogandum remanet in terminis ſcripturæ priuatæ, & nihil probat, prout ipſe Notarius remanet perſona priuata à quo Inſtrumenta confici nequeunt.*

15 *Statutum laicale tollens fidem Inſtrumento comprehendit etiam Inſtrumentum iuratum, non quia diſponere poſſit ſuper Iuramento, ſed quia ceſſante fide Inſtrumenti deeſt Iuramenti probatio.*

16 *Obſeruantia contra conſtitutionem emanatam ob publicam vtilitatem non debet attendi, cui non poteſt priuatus directè, vel indirectè contrauenire.*

17 *Obligatio ſiue promiſſio quando dicatur correſpectiua?*

18 *Actio dirigenda eſt contra poſſeſſorem rei, cuius contemplatione emanauit obligatio, non autem contra ſucceſſorem promiſſoris.*

19 *Compenſatio crediti turbidi, & illiquidi non datur cum credito claro, & indubitato.*

20 *Compenſatio crediti litigioſi, & turbidi, vt admittatur, requiritur quod ſuper dicto credito adſit ſententia.*

21 *Compenſatio non ità facilè admittitur quando turbiditas crediti verſatur circa ſubſtantiam illius, ſicuti quando verſatur circa quantitatem.*

DECISIO XXIII.

DOMINVS Aloyſius de Sancto Seuerino Princeps Biſignani obtinuit ab A.C. mandatum executiuum pro terminis decurſis, & non ſolutis annuæ Penſionis debitæ ab Eminentiſs. D. Cardinali Brancaccio, vti reſeruatario fructuum Abbatię S. Angeli de Rapario.

Econuerſo autem Dominus Cardinalis excepit de compenſatione, † quæ opponi po-
1 teſt etiam contra Inſtrumenta habentia executionem paratam *Felin. in cap. ſuborta ſub num. 2. verſ. & hinc eſt de re iudic. Alex. conſ. 12. n. 13. lib. 2. Graſs. de except. cap. 9. §. 16. num. 3. Ciriac. controu. forenſ. 441. num. 6.* Atque etiam aduerſus credi-
2 tum † Penſionis non reſeruatæ pro alimentis *Gig. de penſion. quæſt. 92. ſub nu. 5. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 53. num. 5. Gratian. diſcept. 728. nu. 33. Medic. de compenſat. quæſt. 14. num. 5.* vel quando agitur de alimentis pręteritis *Graſs. de except. cap. 16. num. 62. Gratian. d. diſcept. 728. num. 33. Ciriac. controu. 34. num. 26.* nulla habita diſtinctione an creditum opponentis ſit executiuum, necne quia omni caſu dummodò ſit liquidum in-
3 trat compenſatio † ſaltim indirectè per viam retentionis *Ciarlin. in his terminis controu. 36. numer. 30. Ciriac. controu. 224. n. 9. Giurb. deciſ. 60. n. 8. Pu. deciſ. 284. n. 1. lib. 2. in corr. Rot. coram bo. mem. Buratt. deciſ. 177. nu. 4.*

Creditum verò Domini Cardinalis deducitur ex duplici fonte. Primo ex Inſtrumento tranſactionis celebrato de anno 1517. in quo bon: mem: Petrus Antonius de Sancto Seuerino Princeps Biſignani promiſit tradere in perpetuum annuos tumulos 250. frumēti Eccleſiæ Sancti Adriani, quam hodie in commendam retinet idem Cardinalis, obligauitque ad id ſe ipſum, & ſucceſſores, qualem eſſe modernum Principem apparet ex Inſtrumento ceſſionis illi factæ de anno 1632. nomine Sereniſſimi Regis Catholici hæredis teſtamentarij Iuliæ Vrſinæ olim Principiſſæ Biſignani, in quo Inſtrumento ceditur Moderno Principi ſtatus Biſignani cum onere ſoluendi omnia, & quęcumque debita dicti ſtatus, ad quæ propterea Princeps tenetur tàm ratione dicti oneris iniuncti, quàm vti ceſſionarius, quia debita hæreditaria tranſeunt † in
4 ceſſionarium hæreditatis, *l. 2. §. ſi quod publici, ff. hæreditat. vel act. vend. Bart. in l. 1. num. 8. ff. act. & oblig. Rimin. iun. conſ. 65. num. 21. Rot. deciſ. 107. ſub num. 3. par. 1. recent.* & ſucceſſor in feudo dicitur
5 ſucceſſor † vniuerſalis actiuè, & paſſiuè *Bald. conſ. 202. ſub num. 2. col. 2. verſ. amplius eſt ſubtilius lib. 2. Scip. Ronitius conſ. 82. num. 7. Ciriac. controu. 14. num. 15. Capic. deciſ. 20. num. 29. Vincent. de Franch. deciſ. 1. num. 25.*

Secundò ex perſona Abbatis Sancti Marij della mattina prætēſi creditoris eiuſdem Principis in annuis tumulis 190. frumenti, à quo Abbate Cardinalis ceſſionem reportauit.

Quæ omnia dum diſcutiebantur coram A. Cam. mandauit Signatura Iuſtitiæ eidem A. C. vt Auditorem ſacræ Rotæ de conſenſu partium eligendum Iudicem deputaret cum facultatibus A. C. in ſtatu, & terminis quibus cauſa reperiebatur, & propoſito hodie per me ſic deputatum dubio an mandatum A. C. ſit exequendum, ſeù potiùs ſit locus compenſationi, Rota affirmatiuè reſpondit, quo ad primam partem, negatiuè quo ad ſecundam.

Nam Princeps nititur litteris Apoſtolicis reſeruationis penſionis ſuper fructibus Abbatiæ Sancti Angeli de Rapario, ac translationi ad ſui fauorem ritè factæ à bon: memor. Cardinali de Sancto Seuerino † penſionario
6 quæ habent executionem paratam, *Mobed. deciſ. 13. vt lit. pend. Rot. deciſ. 45. n. 1. deciſ. 122. n. 10. & 11. par. 1. recent.* & penſio † ſoluenda eſt à 2
7 D. Cardinali Brancaccio, qui poſſidet beneficium grauatum, *Mobed. deciſ. 14. de locat. & condit. Caputaq. deciſ. 13. num. 2. par. 1. Rot. deciſ. 699. num. 1. par. 1. diuerſ. deciſ. 70. numer. 5. in fin. par. 1. recent.*

Creditum enim Cardinalis pati poteſt plures difficultates; Primo quia reſpectu Abbatiæ Sancti Marij della mattina dantur ſolum

fides

fides extraiudiciales, & partitæ extractæ ex li-
bris priuatis Conſeruatorum Regij patrimo-
8 nij, quæ in magnus probationem † non fa-
ciunt *Guttier de tut. par. 3. cap. 1. num. 147. Benint. deciſ. 43. n. 12. Add. ad Gregor. XV. deciſ. 475. numer. 11.*

Secundò quia Inſtrumentum tranſactionis
initæ inter Eccleſiam Sancti Adriani, & Prin-
cipem Petrum Antonium de anno 1517. ap-
paret rogatum á Notario vaſſallo eiuſdem
Principis, & propterea obſtat conſtitutio Re-
9 gni † ædita à Rege Ladislao, & relata per
Tapiam in lib. intitulato Ius Regni Neapolit. lib. 3. tit. de Inſtrum. cap. non ſine, vbi omnia Inſtrumē-
ta rogata per Notarios publicos non dema-
niales, & quæ Baronem cui Notarij ſubſunt
tangere poſſunt declarantur inania, & nulla,
nec vllam in iudicijs, vel extra obtinere ro-
boris firmitatem, dictaque Conſtitutio locũ
10 habet † ſiue Inſtrumentum cantet in vtilita-
tem, ſiue in damnum Baronis, *Afflict. in Conſt. Regni lib. 1. rubr. 77. ſub num. 15. Io. Vinc. de Anna ſing. 244.* vbi ita deciſum teſtatur in Conſilio
Neapolitano *Vicecollect. 2739. in princip. part. 7.*
nec videtur excludi ex quo contractus ſit ce-
11 lebratus cum Eccleſia, † quia conſtitu-
tio non tangit contractum, ſed tollit fidem
Inſtrumento, quod eſt á contractu diſtinctũ,
l. 1. § editiones, & ibi gloſs. ff. eden. Bart. in l. ſi librarius num. 1. ff. reg. Iur. Dec. conſ. 17. num. 3. & 4 Seraph. de priuil. Iuram priuil. 34. num. 7. & inhabi-
litat generaliter perſonam Notarij ne deſuper
12 Inſtrumentum conficere poſſit, † vt notat
Tapia loc. alleg. in annot. ſuper ead. conſt. num. 1. Id
quod non lædit libertatem Eccleſiæ, quia
conſtitutio diſponit de Notario ſubdito Regi
13 cum ſit laicus, & laicali authoritate creatus,
quicquid dicendum eſſet ſi Apoſtolica crea-
tus fuiſſet *Mart. de iuriſd. par. 4. caſ. 87. num. 6. Carol. de Graſs. de effect. cleric. eff. 2. ſub num. 331. poſt Maccabr. conſ. 91. num. 55.* & poſita inhabilitate
Notarij Inſtrumentum remanet in terminis
ſcripturę priuatę, quæ nullo iure probat, prout
ipſe Notarius habetur pro perſona priuata à
qua nec de iure canonico Inſtrumenta confi-
14 fici † poſſunt *cap. 2. & ibi gloſs. & communiter DD. de fid. Inſtrum.* atque ita manet quidem
contractus, ſed non probatur huiuſmodi In-
ſtrumento, ſic in ſimili dicimus, quod ſta-
tutum laicale tollens fidem Inſtrumento cō-
præhendit etiam Inſtrumentum iuratum, nō
15 quia diſponere † poſſit ſuper iuramento, ſed
quia ceſſante Inſtrumenti fide deeſt iuramen-
ti probatio, niſi aliundè petatur *Bart. in l. omnes populi numer. 25. ff. iuſt. & iur. Abb. in cap. cum contingat num. 26. Imol. num. 73. de Iuriur. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 77. num. 69. Rot. deciſ. 104. num. 2. par. 2. diuerſ. deciſ. 153. num. 3. par. 1. dec. 358. num. 10. alleg. concord. par. 6. recent.*

Nec obſtat allegata obſeruantia Inſtrumē-
tì, quia quatenus probaretur, non fuit in po-
16 teſtate Principis † cōſtitutioni Regię ob pu-
blicam vtilitatem editę directè, vel indirectè
contrauenire *Bart. in l. poſt legatum num. 2. verſ. ſi vero ff. his quib. vt in d. Maſcard. de prob. concl. 915. num. 6. Maceraten. var. reſol. lib. 1. reſol. 36. nu. 11. & in punct. Afflict. in Conſt. Regni d. rubr. 77. ſub n. 15. infra med. verſ. ne poſſint.*

Secundò quia promiſſio dictæ annuæ præ-
17 ſtationis frumenti, uti facta in eadem tranſa-
ctione in qua Commendatarius S. Adriani
ceſſit Principi Petro Antonio Territorium
nuncupatum la ſcuſa ſitum in diſtrictu ter-
ræ nouę dicitur eidem territorio, ac ceſ-
ſioni correſpectiua *iux. Theor. Soce. conſ. 273. n. 4. lib. 2. Io. Iacob. Leonard. inter conſil. Bruni conſ. 118. nu. 8. & 9. Rot. deciſ. 323. num. 70. & ſeqq. par. 6. rec.*
dictum enim territorium ex venditione Re-
gis Catholici peruenit ad Dominum Princi-
18 pem Tarziæ, † contra quem proinde quia
poſſidet feudum cuius occaſione emanauit
promiſſio dirigendę viderentur actiones, po-
tiùs quam contra D. Principem Biſignani,
quamuis vniuerſalem ſucceſſorem in alijs
feudis ac bonis promiſſoris, *Brun. conſ. 104. n. 1. & in tract. de ſtat. excluſiuo fæm. art. 11. n. 71. Gram. deciſ. 103. num. 47. Giurb. de ſucceſs. feud. §. 1. gl. 15. ſub num. 24. Molin. de primog. lib. 4. cap. 7. ſub. nu. 16. verſ. quamuis ſecus Peregr. de Iure fiſci lib. 5. cap. 1. num. 144. Scrader. de feud. par. 7. cap. 7. num. 42. verſ. ſecundo hoc fallit, Ciriac. controu. 14. num. 14.* Nec
obſtat quod ſtatus Biſignani fuerit ceſſus cũ
onere ſoluendi debita, quia onus hoc eſt no-
minatim reſtrictum ad debita eiuſdem ſtatus
ſuper quibus exceptionibus Domini non fi-
xerunt pedem, niſi ad effectum aſſequendi
turbiditatem crediti Domini Cardinalis, quod
ideò non eſt aptum compenſari † cum credi-
19 to D. Principis claro, & indubitato *l. fin. vbi notant omnes Cod. compenſ. Alex. conſ. 93. nu. 1. lib. 4. Ciriac. controu. 120. num. 11. Surd. deciſ. 184. num. 6. Seraph. deciſ. 1455. num. 4. Rot. deciſ. 679. n. 5. par. 1. recent.* eo minus quia ſuper dicto credito Car-
dinalis pendet lis in Curia Neapolitana 18. ab
hinc annis, quod maximam illius turbidita-
tem demonſtrat, neque adhuc emanauit ſen-
tentia diffinitiua prout requiritur † vt credi-
20 ti litigioſi, ac turbidi admittatur compenſa-
tio *Bald. in l. item quia in ſecunda lect. ſub numer. 3. verſ. nec poteſt dici ff. pa. Card. Mant. deciſ. 221. n. 9. repetita apud Zacch. de obligat. Camerali deciſ. 146. num. 10.* Et quod magis eſt turbiditas verſatur
21 circa ipſam ſubſtantiam crediti, quo caſu
non ita † facile eſt admittenda compenſatio;
ſicuti quando verſatur circa quātitatem *Surd. conſ. 246. ſub num. 4. & ſeqq. vſque ad 8.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante,
&c.

COLONIEN. SVSPENSIONIS.

Luna 30. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

Tertius veniens ad cauſam poſt latas ſententias,
quando illarum executionem non impediat?

SVMMARIVM.

1 *Capituli intereſt, vt Eccleſiæ Statuta ſeruentur.*
2 *Capitulum circa obſeruantiam Statutorum Eccleſiæ eſt legitimus contradictor.*

3 Cano-

3 Canonicus ſi eſt adminiſtrator redditnum capitnli, eius intereſt vt fructus ſoluantur vero creditori, de quibus capitulo rationem reddere tenetur.

4 Adminiſtrator quilibet rationẽ ſua adminiſtrationis reddere tenetur.

5 Intereſſe adeffectum admiſſionis ad cauſam ſufficit, quod aliqualiter appareat.

6 Tertius veniens ad cauſam poſt latas ſententias inter primos collitigantes non impedit vlteriorem proceſſum ſi venit ad alterius eorum defenſionem tunc enim non habet maius priuilegium quam ipſe reus, cui defenſurus accedit.

7 Item ſi venit ex iure diuerſo ad impediendam executionem ſententiarum ſuper bonis à ſe non poſſeſſis quia tunc non fit ei præiudicium per huiuſmodi executionem.

8 Ius tertij quando eſt connexum cum iure litigantis deduci non poteſt ad impediendam expeditionem cauſa inter collitigantes.

DECISIO XXIV.

IAM emanauerant tres ſententiæ ad fauorem Iacobi Sconghen Canonici in Eccleſia Collegiata Sanctorum Apoſtolorum in Ciuitate Coloniæ contra eiuſde Eccleſiæ Capitulum ſuper reſtitutione fructuum, quos Capitulum denegabat ſub prætextu quod Iacobus eſſet ſuſpenſus, & propterea vigore Statuti dictæ Eccleſiæ fructus durante ſuſpenſione cedere deberent in vtilitatem Eccleſiæ. Et inſuper commiſſa mihi cauſa appellationis à tertia ſententia ſub narratiua quod non eſſet confirmatoria duarum conformium, ſubſcripſeram dubium an conſtet de tribus conformibus, quæ veniant exequendæ.

Quando Ioannes à Steinradt Canonicus, & reddituarius ſeu Fabricerius præfatæ Eccleſiæ per ſpecialem commiſſionem mihi directam obtinuit admitti ad cauſam in ſtatu, & terminis cum ſolita clauſula *conſtito de intereſſe*; Vnde inſtante Iacobo pro diſputatione dubij ſuper executione trium conformium, reddituario vero vt ante omnia videretur de eius intereſſe, de ordine Rotæ propoſui dubium an conſtaret de intereſſe reddituarij, & Domini reſponderunt conſtare, ſed non poſse impedire executionem ſententiarum.

Fundandum primæ partis fuit quia ſicuti
1 intereſt totius Capituli † Statuta Eccleſiæ ſer-
2 uari, & ratione huius intereſse † Capitulum
eſt legitimus contradictor *Argel. de legitt. contradict. quæſt. 14. num. 47. Rot. in Paccn: puritatis 11. Decembris 1609. coram bon. mem. Patriarca Hieroſolymitano, & in Baſilien. Canonicatus coram R. P. D. meo Dunozet quæ eſt deciſ. 27. num. 16. par. 6. recent.* ità & cuiuslibet Canonici, &
maxime intereſt reddituarij fructus ſoluere
3 legitimo creditori † quia de illis Capitulo ra-
4 tionem reddere tenetur pro vt † quilibet
alius adminiſtrator *Clement. quia contingit § vt autem præmiſſa de relig. dom. l. 2. ff. neg. geſt. Aym. conſ. 218. num. 1. Rot. coram San. mem. Greg. XV. deciſ. 30. num. 4. deciſ. 214. num. 17. par. 6. recent.*
& ad effectum admiſsionis ad cauſam ſufficit
5 quod de intereſſe † aliqualitèr appareat *Innoc. in cap. veniens il 2. verb. incontinenti de teſtib. Felin. in cap. cum ſuper num. 16. de ſent. & re iudic. Biſignett. deciſ. 1. de reſcript. Reuerendiſſimus D. meus Decanus deciſ. 47. num. 19.*

Secundæ verò partis ratio eſt quia tertius
6 veniens ad cauſam poſt latas ſententias † non
impedit vlteriorem proceſſum, & executionem inter primos collitigantes, ſiue veniat ad alterius eorum defenſionem, tunc enim non habet maius priuilegium quam ipſe reus quẽ defenſurus accedit *Couarr. pract. quæſt. cap. 14. num. 3. vbi not. quod alioquin pateret aditus multis fraudibus nec vſquam lites finirentur Ang. in l. ſi ſuſpecta num. 1. verſ. & quandoque compareet ff. inoff. teſt. Innoc. in dicto cap. cum ſuper num. 3. de re iudic. Put. deciſ. 317. num. 2. lib. 2. in corr.*

Siue veniat, & iure diuerſo ad impediendam executionem ſententiarum ſuperRepeti-
7 ta, & bonis à ſe non poſſeſſis, † quia tunc
nullum fit ei præiudicium per huiuſmodi executionem *Couarr. dicto cap. 14. num. 4. vbi quod hoc æquitati potiſſime conuenit ob frequentes has oppoſitiones quæ plerumque dolo, & fraude fiunt ex text. in l. is à quo ff. rei vind. l. pen. ff. pet. hæred. Innoc. in dicto cap. cum ſuper num. 3. Butr. ibid. num. 17. quæſt. 5. verſ. quartus eſt caſus Felin. num. 17. Rot. in Romana pecuniaria 19. Ianuar. 1598. coram bon. mem. Cardinali Millino, & in Narnien. decimarum coram R. P. D meo Veroſpio impreſſ. par. 6. recent. deciſ. 357. num. 7. & 8.*

Quo magis in hoc caſu quo maxima adeſt connexio iuris reddituarij cum iure capituli tam ex eo quod reddituarius nititur eidẽ met Statuto ſatis diſcuſſo, & ob non probatam ex parte capituli legitimam cauſam ſuſpenſionis reiecto inter Capitulum, & Iacobum, quam etiam quia ex oppoſitione reddituarij Capitulo commodum reſultat, & propterea intrat receptiſſima concluſio quod Ius tertij conne-
8 xum † cum iure litigantis, deduci non poteſt
ad impediendam expeditionem cauſæ inter collitigantes *Butr. in cap. in litteris num. 23. & ibidem Beroumnum. 102. verſ. vel dici poteſt, & nu. 103. de reſt. ſpoliat Rip. in l. naturaliter §. nihil commune num. 80. ff. acquir. poſſ. Menoch. de recuper. rem primò quæſt. 33. num. 381. Rot. deciſ. 23. num. 2. & 3. par. 1. recent. deciſ. 313. ſub num. 18. par. 6. recent.*

Et ita deciſum vtraquè parte informante.

CAMERINEN. PENSIONIS.

Veneris 4. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria ob vehementem præſumptionem calumniç in qualibet cauſa ſiuè Eccleſiaſtica, ſiuè prophana, & in quacunquè inſtantia denegatur, & ex quibus calumniæ ſuſpicio deducitur? Item denegatur remiſſoria quando articuli continent idem, quod in præcedenti inſtantia fuit articulatum, ac teſtium dicta diſcuſſa, & propalata mediante tranſportatione actorum, quæ vim publicationis habere videtur, & quo caſu procedat Regula, quod

remiſſo-

remiſſoria ſolet etiam concedi ſuper iiſdem articulis, quando continent materias magis ſpecificatas?

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria denegatur in qualibet cauſa ſiue prophana ſiue Eccleſiaſtica, & in quacunque instantia, quando vehemens ſuſpicio calumniæ concurrit.*
2 *Amplia etiam ſi articuli ſint releuantes.*
3 *Calumniæ ſuſpicio ex quibus deducatur?*
4 *Teſtes examinati in præcedenti inſtantia præſumuntur meliores, & magis informati.*
5 *Præſertim quando lis durauit per plures annos, et facile potuerunt teſtes ex idoneoribus eligi.*
6 *Remiſſoria denegatur, quando dicta teſtium in præcedenti inſtantia examinatorum fuerunt diſcuſſa, et propalata mediante tranſportatione actorum, quæ vim publicationis habere videtur.*
7 *Et ad hunc effectum non eſt neceſſaria ſolemnis publicatio, ſed ſufficit quod pars potuerit perſcrutari dicta teſtium.*
8 *Remiſſoria ſecunda ſuper iiſdem articulis, etiam in diuerſa inſtantia ob timorem ſubornationis Teſtium, et ob ſuſpicionem calumniæ dari non debet.*
9 *Præſertim, quando petitur poſt emanatas deciſiones, et ad earum fundamenta euitanda, et cauſam ad longum protrahendã, tunc enim cum ſapiat calumniam eo magis deneganda eſt.*
10 *Remiſſoria ſuper iiſdem articulis ſolet concedi, quando continet materias magis ſpecificatas.*
11 *Declara concluſionem procedere dummodo maior diſtinctio, et ſpecificatio non ſit in ſolo cortice verborum.*
12 *Item, quod articuli antiqui tacite idem non comprehendant quoad neceſſitatem facti, et probationis, ſed ſolum quoad neceſſitatem facti, non autem probationis.*
13 *Remiſſoria concedi non debet ſuper nouis articulis, contrarijs confeſſioni emiſſæ in antiquis articulis.*
14 *Probationes non ſunt coanguſtandæ, et æquitas non patitur, quod ius partis pereat ex defectu probationum.*
15 *Remiſſoria ſecunda non debet concedi, ſi illam petens, materiam articulatam in alia inſtantia non probauit.*
16 *Examen ſecundum regulariter non conceditur.*

DECISIO XXV.

PENSIONEM reſeruatam ad fauorem Ioannis Sanctarelli fratris germani Iulij tunc beneficium poſſidentis cum decreto in ſimilibus reſeruationibus apponi ſolito; impugnabat fidarellus ſucceſſor in beneficio grauato ob defectum probationis tam valoris beneficij quam integræ ſolutionis omnium terminorum viuente Iulio prædeceſſore decurſorum, & mota deſuper lite, fuerunt ad inſtantiam Caroli, in quem Ioannes penſionem traſtulerat, quater examinati teſtes in totum 14. nempe duo in prima iſtantia ſuper valore beneficij; in ſecunda iſtantia coram R. P. D. in Pirouano primum quatuor ſuper eodem valore, deinde alij 4. ſuper integra ſolutione penſionum; ſuper qua etiam in tertia

inſtantia coram me quatuor aliorum teſtium
examen factum fuit. Et cum adhuc pro nouo
examine in partibus faciendo Carolus remiſ-
ſoriam peteret, eam preuia diſputatione du-
bij, & cauſa bis propoſita Domini denegan-
dam cenſuerunt ob vehementem præſum-
ptionem calumniæ, que eſt iuſta ratio denega-
1 tionis † in qualibet cauſa ſiue profana ſiue
Eccleſiaſtica, & in quacumque inſtantia *Felin.*
in cap. fraternitatis num. 3. de probat. & in cap. de
cetero num. 12. de re iudicata Caſſad. deciſ. 3. numer. 1.
de dilat. Rot. deciſ. 620. num. 3. par. 4. diuerſorum
deciſ. 571. ſub num. 2. part. 2. recent. deciſ. 414.
num. 8. coram Sant. mem. Greg. XV. etiam ſi arti-
2 culi ſint releuantes † *Seraph. deciſ. 1460. num. 1.*
Rot. deciſ. 235. num. 6. par. 5. recent. Calumniæ
3 autem ſuſpicio † vehemens deducitur ex mul-
tiplicitate tot examinum, in quibus aſſertę ſo-
lutiones penſionis ab anno 1611. vſque ad an-
num 1622. non fuerunt vel articulatæ, vel
probatæ, nec enim veriſimile eſt quod Caro-
lus qui in ipſo limine litis earum probatione
egebat articulare omiſiſſet ſi veræ eſſent, vel
4 articulatas non probaſſet per octo teſtes † in
ſecunda ac tertia iſtantia examinatos cum
præſumatur elegiſſe meliores, & magis infor-
matos *Rot. deciſ. 211. num. 6. coram Greg. XV.*
deciſ. 23. num. 2. & 3. coram bon. mem. Buratto
deciſ. 453. ſub num. 1. & deciſ. 452. num. 2. & 3.
coram Reuerendiſſimo Vrgellen. præſertim quia
lis durauit per plures annos, & ſic facile fuit
5 Carolo teſtes ex idoneioribus eligere, † & vi-
am ſternere veritati, quod in his terminis
aduertit *Caputaqu. dec. 63. n. 1. part. 3. Put. dec. 195.*
lib. 1. in corr. Mant. dec. 61. num. 5. Rot. recent.
deciſ. 712. num. 5. par. 1. deciſ. 235. num. 9. par. 5.
& in Cremonen. penſionis 4. May 1635. coram Re-
uerendiſſimo D. meo Decano.
Secundo, quia articuli ſuper quibus peti-
tur remiſſoria continent ſolutiones eiuſdem
temporis articulati in ſecunda iſtantia, in qua
vlterius teſtium deſuper examinatorum dicta
diſcuſſa fuerunt, ac tandem per eſtenſum pro-
6 palata † mediante traſportatione actorum co-
ram me, quæ videtur habere vim publicatio-
nis cum prebeat vtrique parti commodita-
tem perſcrutandi depoſitiones teſtium *Rota*
coram San. mem. Greg. XV. deciſ. 583. nu. 2. verſ.
non enim vbi quod ad hunc effectum non eſt
7 neceſſaria ſolemnis publicatio † ſed ſufficit
quod pars potuerit perſcrutari dicta teſtium,
& fuit dictum in dicta Cremonen. penſionis co-
ram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in Albanen.
confinium 22. Apr. 1622. coram R. P. D. meo Pi-
rouano ita vt non niſi plena timore ſuborna-
tionis teſtium ac ſuſpicione calumniæ dici
8 poſſit petitio nouæ remiſſoriæ, † quæ ideo ſu-
per eiſdem articulis etiam in diuerſa inſtantia
dari non debet *Bald. in Auth. at qui ſemel num. 5.*
verſ. ſed dicunt Canoniſte Cod. probat Felin. in di-
cto cap. fraternitatis nu. 3. & ſeqq. de teſtibus Gayll.
obſeru. 105. num. 2. lib. 1. Afflict. deciſ. 216. nu. 1.
Rot. deciſ. 234. num. 7. part. 9. recent. deciſ. 266.
num. 2. & ſeqq. par. 6. Eo minus poſt emanatas
deciſiones ad quarum fundamenta euitanda,
& cauſam in longum protrahaendam dum in-

terim penſionarius in poſſeſſione exigendi ſe confouet remiſſoria petita quia præſumitur
9 magis calumniam ſapere, † danda non eſt *Greg. XV. deciſ. 497. ſub num. 3. verſ. & hoc præſertim Rot. deciſ. 142. num. 6. deciſ. 266. num. 20. deciſ. 315. num. 5. part. 6. recent. & ſuit dictum in Feretrana alimentorum 19. Decembris 1639. coram me.*

Non obſtat quod Rota ſolet concedere remiſſoriam ſuper iiſdem articulis quando con-
10 tinent † materias magis explicitè diſtinctas, & ſpecificatas *Caualer. deciſ. 469. num. 2. Reuerendiſſimus D. meus Decanus deciſ. 23. numer. 2. Greg. XV. deciſ. 191. num. 3.* quia hoc procedit
11 dummodo hæc maior diſtinctio, † & ſpecificatio nō ſit in ſolo cortice verborum *vt dixit Rot. deciſ. 497. nu. 3. coram Greg. XV. & in Vicen. Collegij coram D. meo Decano impreſſ. par. 6. recent. deciſ. 266. num. 14.* & articuli antiqui tacite
12 idem non comprehendant † quo ad neceſſitatem facti, & probationis, ſed ſolum quo ad neceſſitatem facti non autem probationis *vt bene explicat Abb. in dicto cap. fraternitatis num. 8. de teſtibus Caſtr. conſ. 193. ſub nu. 1. verſ. et ſic videtur lib. 1. Aym. conſ. 134. numer. 47. Rot. coram Greg. XV. deciſ. 497. nu. 3. et clarius in deciſ. 235. num. 15. par. 5. recent.* ſed in antiquis articulatur quod Iulius titularis pro ſolutione penſionis traſmiſit ſingulis annis frumentum ad Ioannem penſionarium ab anno 1611. vſquè ad annum 1622. idemque in ſubſtantia continetur in nouis, addito ſolum quod abſente Ioanne frumentum traſmiſſum fuit ad Arcangelum eius procuratorem, qui deinde conſignauit Ioanni: id quod ineſt tacite antiquis quo ad vtranque neceſſitatem ſi, vt aiunt informantes pro Carolo traſmiſſio facta ad Ioannem predicatur etiam de traſmiſſione facta ad Archangelum, & pro vna eademque reputantur. Sin ſecus conuincitur mendacium, nec debet concedi remiſſoria ſuper nouis con-
13 trarijs † confeſſioni Caroli emiſſę in antiquis *deciſ. 208. nu. 2. coram bon. mem. Cardinali Caual. deciſ. 523. num. 4. et 5. coram Greg. XV. deciſ. 377. num. 7. coram Buratt. deciſ. 206. num. 1. verſ. ceterum par. 6. recent.*

Tandem non obſtat quod probationes non
14 ſunt coanguſtandæ, † & æquitas non patitur quod ius Caroli pereat ex defectu probationum, quia imò vrget æquitas pro fidarelio cui ex probationibus hactenus non factis per plura examina in diuerſis inſtantijs ius quæſitum fuit, & nulla æquitatis ratio militat pro Carolo qui ſibi imputet ſi ſolutiones articulare non curauit in prima inſtantia, & poſtea
15 articulatas non probauit † vt in ſpecie reſpondit *Rot. in Albanen. confinium 22. Apr. 1622. coram R. P. D. meo Pirouano* maximè quia fuit quater conceſſum, & expletum plurium teſti-
16 um examen, cum tamen regulariter † vix cōcedatur ſecundum *Seuer. de remiſſ. cap. 6. num. 2. Boccacc. eod. tract. cap. 3. num. 27. Rot. deciſ. 367. num. 2. coram San. mem. Greg. XV. deciſ. 235. nu. 1. part. 5. recent. et fuit dictum in Turritana palatij 28. Iun. 1613. coram bon. mem. Franciſco Vbaldo.*

Et ita deciſum vtraquè parte informante.

BONONIEN. IVRISPATRONATVS.

Veneris 11. Maij 1640.

Argumentum patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus tranſit in fideicommiſſarium quando conſtat de voluntate fideicommittentis, quæ tanquam lex ſeruanda eſt.*

DECISIO XXVI.

SVB die 23. Ianuarij proxime præteriti Rota me proponente cenſuit Iuſpatronatus Eccleſiæ Parochialis S. Andreæ in Villa Cadriani ſpectare ad Antoniū Mariam Bellioſſium de Ramundinis, vti fideicommiſſarium Ioan. Baptiſtę Ramundini, licèt poſtea eodem Antonio Maria inſtāte Domini mihi demandaſſent, vt cauſam expedirem, placuit nihilominus ad petitionem aduerſariorum nouam audientiam concedere; illis autem expectatis ferè per menſem, tandem poſt plures citationes die 4. currentis cauſam repropoſui ſuper eiſdem, & Domini quia pro parte eorundem aduerſariorum petebatur dilatio, diſtulerunt reſolutionem ad hanc diem, qua dixerunt ſtandum eſſe in deciſis.

Quia ex deductis in deciſione conſtat de poteſtate, & voluntate Ioann. Baptiſtæ fideicommittentis comprendendi in fideicom-
1 miſſo etiam iuſpatronatus † de quo agitur, quæ voluntas tamquam lex ſeruanda eſt, *S. diſponat Auth. de nuptijs l. in conditionibus ff. de cond. & demonſtr. l. cum virum Cod. de fideic.* & fideicommiſſum fuiſſe purificatum ad fauorem Antonij Mariæ fuit deciſum *in Bononien. fideic. de Ramundinis 15. Febr. & 9. Maij 1636. coram R. P. D. meo Dunozet. & in eadem 14. Decemb. 1637. & 22. Martij 1638. coram R. P. D. meo Ghiſilerio, & rurſus 29. Nouembris 1638. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Et ita deciſum Antonio Maria tantum informante &c.

SABINEN. ſeu FARFEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 14. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Secundus ſubſtitutus per vulgarem contentā in compendioſa ſuccedit hæredi grauato etiāſi primus ſubſtitutus præmoriatur non ſecus ac ſi ſuperuixiſſet, & hæreditatem adire noluiſſet. Limitationes verò in contrariū adductas non applicari plenè in deciſione firmatur,

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria operatur, vt hæreditas capiatur de manu hæredis, ipſique poſt mortem in hæreditate Teſtatoris ſuccedatur.*

2 *Subſtitutio vt vulgarem comprehendat, requiritur quod*

quod ſit in tota hæreditate, nec ſufficit quod facta fuerit in portione hæreditatis, vel in quota bonorum. Declara vt n.10.

3 *Subſtitutio facta per verba communia, quale eſt verbum,* ſubſtituo, *dicitur compendioſa.*

Verbum, ſubſtituo, *eſt commune, ibid.*

4 *Subſtitutio compendioſa continet etiam vulgarem.*

5 *Subſtitutus ſecundus per vulgarem ſuccedit hæredi grauato, etiamſi primus ſubſtitutus ante grauatum prædeceſſerit, ac ſi ſuperuixiſſet, & adire noluiſſet.*

6 *Et per prædeceſſum primi ſubſtituti ſubintrat in eius locum, & ſuccedit iure proprio, & ex propria perſona hæredi grauato, ac ſi eidem immediatè ſubſtitutus eſſet.*

7 *Verbum,* ipſis ſuccedere voluit, *non inducit perneceſſe acquiſitionem hæreditatis in vocatis, ſed exponi poteſt in locum ipſorum.*

8 *Teſtator ſi ſubſtituere voluit filios alicuius poſtquam hæreditatem adiuiſſet, multò magis cenſetur illos ſubſtituere voluiſſe ſi hæreditatem adire non potuerit.*

9 *Verbum,* ipſis, *adiectum in caſu affirmatiuo non cenſetur repetitum in caſu negatiuo diuerſarum perſonarum.*

10 *Subſtitutio in quota non excludit vulgarem, quando Teſtator per quotas diuiſit totum aſſem inter ſubſtitutos.*

11 *Gradus ſequens non admittitur, caducato gradu præcedenti, niſi purificetur conditio ipſi adiecta.*

12 *Conditio ſi ſine filijs per prædeceſſum primi ſubſtituti purificata dicitur in ſecundo ſubſtituto vulgariter, qui ſubintrat in eius locum.*

13 *Identitas bonorum probatur inſtrumentis acquiſitionum, Teſtibus, & libro Cataſti.*

Liber Cataſti adminiculatus probat etiam contra tertium, ibid.

14 *Legata præſumuntur ſoluta de pecunijs hæreditarijs, ſi fuerunt in hæreditate reperta.*

15 *Melioramenta non probata in genere, nec in ſpecie, non impediunt fideicommiſſario immiſſionem.*

DECISIO XXVII.

INFORMANTES pro Confraternitate Miſericordiæ ſubſtitutionem compendioſam conceptam per verba communia ad fideicommiſſariam tantum, excluſa vulgari reſtringere conabantur ex duplici capite: Primo, quia dum Teſtator in euentum in quem Fauſtina, & Perna decederent ſine filijs ſubſtituit, & ipſis ſuccedere voluit Cippum, & Cappellam erigendam, id quod in neceſſariũ antecedens ſupponit hæreditatem fuiſſe prius aditum à Perna, & Fauſtina, quibus alioquin ſubſtituti non ſuccederent, non potuit cogi-

1 tare niſi de fideicommiſſaria, † per quam hæreditas capitur de manu hæredis ipſique poſt mortem ſucceditur in hæreditate Teſtatoris, *Bartol. in l.Centurio 232. verſ. contra hoc videtur, ff.vulg.& pup. Bald.conſ.170.nu.8.lib.5. Alex.conſ.1. num.7. lib.1. Ceph.conſ.312.nu.139. Hond. conſ.49. n.37.& ſeqq.lib.2.*

Secundò quia ſubſtitutio non eſt in tota hæreditate nec ſufficit, quod facta fuerit in portione hæreditatis, vel in quota bonorum,

2 vt vulgarem † comprehendat *Bart. in d.l.Centurio num.36. Soc.iun.ibid.num.290. Pariſ.conſ.59. num.5.verſ. in quibus etiam lib.2.Hond.conſ.73.numer.25.lib.1.Craſſ. in §. ſubſtitutio q.75. Peregr. de fideic.art.34.n.19.verſ. aut fuit.*

Sed his non obſtantibus placuerunt Dominis fundamenta *deciſionis emiſſæ ſub die 2. Martij prox. præt.* quam iterum confirmarunt. Nam agitur de ſubſtitutione compendioſa per ver-

3 ba communia, † quale eſt verbum, *ſubſtituo, Cuman.conſ.43.nu.4. verſ. ſed & illud, Fuſar. conſ. 190.num.54. Ruſtic.in l.cum auus lib.1.cap.11.n.23. Trentacinqu.de ſubſt.par.4. cap.4.n.17.* & verbum, *ſuccedat, Alex. in l.Centurio num.65. Rip. ibid. numer.192. ff. vulg. Ceph. conſ.274.numer.11. Fuſar. conſ.159.num.2.& conſ.165.numer.4. Odd.de com-*

4 *pend. par.4.verb. ſuccedat,* quæ † continet etiam vulgarem, *Craſſ. in §. ſubſtitutio queſt.74. num.1. Fuſar.de ſubſt.queſt.238 num.1.* cui ob prædeceſ-

5 ſum Pernæ ante hæredem grauatum † factus fuit locus non ſecus, ac ſi Perna ſuperuixiſſet, & hæreditatem adire noluiſſet, vt in terminis vulgaris contentæ in compendioſa, *Bart. in l. quamdiu nu.10. ff.de acquir. hæred. Iaſ. conſ.148. num.15.verſ. ſeptimo pro iſta parte lib.2.Aym.conſ. 295.n.1.Curt. iun.de communi conſ.83.n.1.& ſeqq. Socc. iun. conſ.181. numer.47.* vbi quod eſſet temerariũ ab hac opinione recedere, *lib.2. Surd. Surd. dec.37. num.26.* & mediante vulgari filii ſubintrando in locum matris ſuccedunt iure proprio, & ex propria perſona Volumnio

6 hæredi grauato, † ac ſi eidem immediatè ſubſtituti fuiſſent, *Bart. Gabr. & plures alij allegati in deciſione, & fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Gardellis 19. Decembris 1636. coram bon. mem. Buccabella.*

Neque applicantur limitationes exaduerſo adductæ. Non prima, quia aſſumptum voluntatis Teſtatoris ſubſtituendi filios Pernæ poſtquam illa, & Fauſtina hæreditatem adiuiſſent deducitur dumtaxat ex verbo, *ipſis,*

7 ibi, *ipſis ſuccedere voluit,* quod † non ſupponit perneceſſe acquiſitionem hæreditatis in fœminis vocatis cum commodè exponi poſſit in locũ ipſarum, vt reprobata ſententia *Ruin. tradit Pereg.de fideic.art.15. ſub n.26.verſ. notabile eſt, Gabr.conſ.115.num.6.& 7. lib.1. & ſenſit Rot. dec.403. num.9. par.2. recent.* & præſumendum

8 eſt, quod ſi teſtator † voluit ſubſtituere filios Pernæ poſtquam hæreditatem adiuiſſet, multo magis idem voluerit, quando Perna morte peruenta non potuit ſuccedere, *Dec. conſ. 227.n.12.verſ. Et in caſu, Soc. iun.conſ.106.nu.20. lib.1. Surd. dicta dec. 37.num. 29.* vbi quod iſta ratio non poteſt cauillari, *Fuſar.de ſubſt. q.237. n.14.verſ. Et confirmatur.*

Et præterea placuit Dominis alia reſponſio deciſionis, quod videlicet verbum, *ipſis,* eſt

9 adiectum† ſubſtitutioni Cippus, & Cappellæ, non autem filiorum in conditione poſitorum, in quorum vocatione reſoluitur in caſum affirmatiuum nempe ſi deceſſerit cum filijs ſubſtituo filios nõ cenſetur repetitũ verbum, *ipſis,* poſitum in ſubſtitutione Cippus, & Cappellæ ſub conditione negatiua, ſi ſine filiis,

filijs, & ſic diuerſarum perſonarum, *Menoch. præſumpt.178. ſub num.25.lib.4. Fuſar.q.449.n.3. facit Dec.conſ.386.nu.7.verſ.Tertio non obſtat, Peregr.de fideic.art.25.num.33.Rot.dec.151. num.16. & ſeqq. par,5.recent.& in Bonon.fideicomm.27.Iunij 1639. coram R.P.D.meo Roias.*

Non altera, tum quia filij ſubſtituti ſunt in
tota hæreditate eiuſque diuiſio cadit tantum
inter Cippum, & Cappellam, vt ſupra ſubſti-
tutam; Tum etiam quia nec ſubſtitutio in
10 quota † excludit vulgarem, quando vt in caſu
noſtro Teſtator per quotas diuiſit totum aſſem
inter ſubſtitutos, *l.1.§.Diuus Pius ff. hæred. inſtit. Bart.in d.l.Centurio num.36.Odd.de compend.par.5. art.3.concl.22.Peregr.de fideic.ar.34.num.19.in fin. verſ. ſi tamen.*

Tandem non obſtat, quod caducato gradu
11 præcedenti non admittatur ſequens † niſi pu-
rificetur conditio ipſi adiecta, *Bart.in l.habebat num.1.verſ. oppono certum eſt, ff.vulg. Soc.conſ.52. n.14.lib.1.Pariſ.conſ.18.n.45. lib.2. Honded. conſ. 49. n.42.lib.2.* Quia conditio adiecta ſubſtitu-
tioni filiorũ quę reſoluitur in vulgarem puri-
12 ficata † fuit per prædeceſſum, & impotentiam
Pernæ ad ſuccedendum, & cum dicti filij ſub-
rogati fuerint loco Pernæ euenit pariter ad
eorum fauorem conditio obitus Volumnij
ſine filijs ſub qua Perna ſubſtituta fuerat;
Zanch.Aym.Ioſeph.de Seſſ. & alij allegati in prima deciſione §. Vnde.

Quo verò ad idẽtitatem bonorum placue-
runt Dominis deducta per informantes pro
13 Ferrutis, quod nempe probetur † inſtrumen-
tis acquiſitionum, teſtibus, & libro cataſti, qui
adminiculatus probat etiam contra tertium,
Aret.in l.decem num.4. ff.verb.oblig. Seraph. deciſ. 1077.num.2. in fin.Rot.coram bon.mem. Buratt. deciſ.690.num.2.

Ad prætenſas detractiones fuit reſponſum,
legitimæ, & Trebellianicæ rationem haberi
ideoque immiſſionem concedi in ſola me-
dietate bonorum. Solutiones legatorum præ-
14 ſumi factas de pecunijs hæreditarijs, † quan-
do pecuniæ in hæreditate repertæ fuerunt
Roman. conſ.276.num.7.Rot.dec.180.num.4.par.1. recent. Melioramenta non poſſe impedimen-
15 to eſſe immiſſioni † in bonis ſuper quibus
nec in ſpecie nec in genere probata fuerunt;
Berou.conſ.37.numer.6.lib.2.Burſatt.conſ.151.ſub num.141.lib.2.Caſ. de Graſſ. dec.5. num.4. de reb. Eccl. non alien.Rot.dec.161.num.1. verſ. reſponſum fuit par.2.recent.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

COLONIEN. SVSPENSIONIS.

Veneris 25.Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Sententiæ dicuntur conformes, ſi conueniunt in ſubſtantia, licèt in ordine, vel verbis ſint difformes, nec difformitas reſultat ex inæquali condemnatione ſummarum, nam ſumma minor ineſt in maiori, & in hac parte dicuntur conformes. Sententia prouiſionalis facit numerum quando fuit ab alijs ſentẽtijs confirmata. Sententiæ quando ſunt diſtinctæ, & continent capita ſeparata, tunc exequi debent in ijs, in quibus concordant, non obſtante difformitate aliorum capitulorum. Canonicus impeditus culpa Capituli nè inſeruiret Eccleſiæ, conſequi debet fructus, ac ſi inſeruiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ vt dicantur conformes, ſufficit quod concordent in ſubſtantia, licèt in verbis non conueniant; quia non verbalis, ſed effectualis conformitas attenditur.*

2 *Sententiæ tres conformes conſtituunt rem iudicatam.*

3 *Exequutio trium conformium venit in conſequentiam rei iudicatæ.*

4 *Sententiæ dicuntur conformes non obſtante quod vna condemnet in maiori ſumma, quam altera, nam in maiori ſumma ineſt minor.*

5 *Sententia prouiſionalis non facit numerum, quia eſt temporalis, & reuocabilis. Limita vt n.8.*

6 *Sententia prouiſionalis habet vim diffinitiuæ ſi decidit articulum principalem.*

7 *Apellatio non datur à ſententia prouiſionali.*

8 *Sententia prouiſionalis facit numerum ſi fuit tanquam diffinitiua ſucceſſiuè ab alijs ſententijs confirmata.*

9 *Sententiæ quando continent capita ſeparata ſunt exequendæ in ijs, in quibus ſunt conformes, licèt in alijs ſint difformes.*

10 *Innocens ab obiecto crimine de iure non tenetur veniam petere.*

11 *Canonicus impeditus facto Capituli ne Eccleſiæ inſeruiret conſequi fructus debet, ac ſi inſeruiſſet.*

12 *Clauſula*, non obſtan. conſuetudin. *intelligi debet de alia conſuetudine, quam approbata.*

13 *Exequutio ſententiarum non eſt retardanda ſaltim in eo, in quo ſunt conformes.*

DECISIO XXVIII.

PRIMVM à Domino Archidiacono Ec-
cleſiæ Metropolitanæ Colonien. pronun-
ciatum fuit Iacobum Scongheñ Canonicum
Eccleſiæ Collegiatæ Sanctorum Apoſtolorũ,
quatenus legitimam cautionem præſtaret ad-
mittendum eſſe ad Capitulum, & Chorum,
fructuſque annuales quocumque modo ad ip-
ſum ex Canonicatu, ſeù alijs officijs ſpectan-
tes, & hactenus detentos reſtituendos.

A qua ſententia prouocauit Capitulum ad
Reuerendiſſimũ D.Nuncium Apoſtolicum;
& cum is aſſignaſſet Capitulo terminum ad
probandum, Iacobus nactus exinde occaſio-
nem appellandi cauſam obtinuit committi in 1
hoc ſacro Tribunali, in quo præuia diligenti
diſcuſſione, vt ſolet emanauit coram R.P.D.
meo Panzirolo ſententia condemnans Capi-
tulum (petita per Iacobum venia propter ab-
ſentiam iuxta formã ſibi à Capitulo præſcri-
ptam) ad reſtituendum eidem Iacobo om-
nes, & quoſcumque fructus annuales diſtribu-
tioneſque quotidianas quocumque modo ad

dictum

dictum Iacobum reſpectu Canonicatus aliorumque officiorum ſpectantes, nec non ad admittendum eumdem Iacobum ad Chorum &c.

Et deuoluta per appellationē Capituli cauſa coram R.P.D. Pirouano fuit condemnatū Capitulum ad reſtituen Iacobo omnes, & quoſcumque fructus annuales diſtributionesque quotidianas quocunque modo ad Iacobum ſpectātes decurſas à die 12. menſis Aprilis 1636. vſque ad diem ſextam menſis Iunij 1638.

Adeoquod ſuper articulo reſtitutionis fructuum decurſorum à dicta die 6. Iunij 1636. vſque ad diem 6. Iunii 1638. adſunt tres ſententiæ, quæ cum in ſubſtantia dictæ reſtitutionis conueniant dicuntur in hoc conformes,
1 licet † in ordine, vel verbis non conuenirent, quia non verbalis, ſed effectualis conformitas attenditur, *Card. in Clem. 1. num. 2. de ſent. & re iud. Couarr. pract. quæſt. cap. 25. n. 6. Gabr. de exec. rei iud. concl. 1. n. 33. & 34. Adden. ad Buratt. dec. 567. num. 10. Rot. in Romana ſucceſſionis de Iuſtis coram bo. me. Orano impreſſ. apud Marcheſ. tom. 2. fol. 123. num. 3. & in Romana cambiorum 26. Martij prox. præt. coram R.P.D. meo Cerro.*

Et propterea delata ad me cauſa propoſitoque dubio an conſtet de tribus conformibus quæ veniant exequendæ, Rota affirmatiuè reſpondit circa præfatam reſtitutionem fructuū, quia conformitas patet ex prædictis; & cum ex ea, ac numero trium ſententiarum † con-
2 ſtituatur † res iudicata, *Clem. vt calumnijs de re iudic. dec. 98. num. 3. par. 1. recent.* executio ſen-
3 tentiarum † venit in conſequentiam rei iudicatæ, *Clem. 1. de ſent. & re iudic. Præpoſ. in cap. tua nobis num. 2. de appell. Creſc. dec. 1. de re iud. Rot. dec. 370. num. 1. par. 1. recent. & fuit dictum in Anconitana cenſus 30. Ianuarij 1640. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nec difformitatem facit limitatio, ſeu reformatio condemnationis ad minus tempus contenta in tertia ſententia cum tamen duæ præcedentes indefinite condemnarent ad reſtitutionem fructuum, quia in condemnatione hac indefinita ineſt tempus in tertia ſententia limitatum, prout minor in ſumma
4 maiori, † & ſic in tempore limitato ſententiæ ſunt conformes, *l. inter pares §. fin. ff. re ind. l. diem proferre §. ſi plures ff. recept. arbitr. Alex. conſil. 77. nu. 1. lib. 2. Scacc. de appell. q. 17. lim. 1. art. 32. Affl. dec. 362. num. 3. Theſaur. dec. 122. num. 10. Rot. coram bon. mem. Buratto dec. 577. n. 2.*

Non obſtat, quod prima ſententia D. Ar-
5 chidiaconi non faciat numerum, † quia eſt prouiſionalis, & ideo temporalis, & reuocabilis ad tradita per *Rebuff. de ſent. præiud. & prouiſion. 216. num. 22. & 134. Rot. coram D. meo Pirouano in impreſſ. apud Merlin. de legit. dec. 82. num. 8. & coram Reuerendiſſimo Vgellen. deciſ. 11. n. 23.*

Imò enim dicta ſententia, quia abſque aliqua præfinitione temporis decidit articulum principalem admiſſionis Iacobi ad Chorum,
6 & reſtitutionis fructuum habet vim † diffinitiuę *Bald. in l. generaliter §. ſed iuramento num. 11. & in l. ſi quis iurandum n. 5. Cod. reb. credit. Alex. in l. quod iuſſit num. 16. & 17. & ibid. Rip. ſub nu. 27. ff. re iud. Felin. in rubr. eod. col. 2. verſ. Et dicit, Bald. Vinc. de Ann. alleg. 82. num. 7.* eamque pro diffinitiua habuit Capitulum, dum appellauit ad vtrumque effectum, quod à ſententia proui-
7 ſionali † non licuiſſet, *Rebuff. de ſent. prouiſ. in præfat. numer. 16. Scacc. de appell. quæſt. 17. limit. 6. memb. 2. ſub num. 14. & limit. 7. numer. 3.* & cum poſtmodum dicta ſententia confirmata fuerit per alias duas ſententias Rotales dubitari nul-
8 latenus poteſt, † quin computanda ſit in numero ſententiarum tamquam diffinitiua, & per binas confirmationes effecta irreuocabilis, *gloſ. in Clem. fin. verb. ſuper ea de appell. Butr. in cap. fraternitatis ſub num. 32. verſ. Et tamen de frigid. & malefic. Alex. in d. l. quod iuſſit nu. 21. Rip. num. 25. Scacc. de appell. quæſt. 12. num. 97. quæſt. 17. limit. 1. ſub num. 4. verſ. quare, & quæſt. 19. rem. 1. concl. 6. num. 63. & 64.*

Rurſus non obſtat, quod ſecunda ſententia contineat plus, quam prima, quia condemnat in expenſis, ac tertia pluſquam ſecunda, quia declarat vlterius licere Canonicis, & Decano huius Eccleſiæ vigore Statutorum, & laudabilis conſuetudinis inquirere, & cognoſcere quo ad mores Canonicorum inobedientesq; & contumaces ſecundum eorumdem Statutorum diſpoſitionē condemnare. Si quidem quia tam condemnatio in expenſis, quam mox relata declaratio concepta eſt per capitula ſeparata nec aliquam neceſſariam connexionem habet cum condemnatione ad reſtitutionem fructuum, debent propterea ſententiæ in hac parte in qua ſunt conformes
9 executioni † demandari non obſtante difformitate aliorum capitulorum, & appellatione forſan ab illis interpoſita, ſeu interponenda, *Couarr. pract. quæſt. cap. 25. ſub num. 6. verſ. ego verò, Dec. conſ. 385. num. 1. Surd. conſ. 102. num. 11. & ſeqq. Gabr. de execut. rei iud. concluſ. 1. numer. 5. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 2. ſub num. 576. & de appell. d. quæſt. 17. lim. 1. num. 31. Theſaur. dec. 122. n. 7. Rot. dec. 241. num. 4. par. 1. diuerſ. dec. 93. ſub num. 2. verſ. quod intelligitur par. 1. recent. cum alijs alleg. per add. ad Buratt. dec. 368. num. 13. deciſ. 567. ſub numer. 9.*

Tandem non obſtat nullitas, & iniuſtitia ſententiarum, quia vtriq; benè ſatisfacit deciſio D. mei Pirouani, in qua diſtinguitur tempus abſentiæ per 7. hebdomadas, ob quā venia peti debuit à tempore iudicii pendentis, & aſſertæ contumaciæ Iacobi in expurgando ſe ab obiecto crimine morbi contagioſi cum qua deciſione Domini tranſierunt. Et quatenus replicetur, quod imputandum eſt Iacobo ſi prius veniam non petiit, quodque tertia ſententia videtur continere repugnantia dum declarat licere Capitulo inquirere contra Canonicos vigore conſuetudinis, ac Statuti, & ſimul condemnat ad reſtitutionem fructuum non obſtante conſuetudine, vel Statuto.

Reſpōdetur ad primum veniæ petitionem vtique congruam fuiſſe in ordine ad tempus abſentiæ per 7. hebdomadas ſine licentia, de quo hodie non agitur, ſed reſpectu criminis obiecti, quod nuſquam exaduerſo probatum

fuit,vt opus erat iuxta deciſiones in hac cauſa
factas non debuiſſe Iacobum innocentem pe-
tere veniam,non enim adhuc probata fuit cõ-
ſuetudo, quod etiam innocens veniam pete-
10 re teneatur, & de iure † non tenetur *Abb. in
cap. cum contingat ſub 22. verſ. ratio ſecundi caſus
de offic.deleg.Menoch.conſ.24.num.2.* Vnde quia
ſemper verum eſt dicere, quod Iacobus ob
crimen oppoſitum, ſed non probatum, &
prætenſam veniæ petitionem ad quam non
tenebatur fuit iniuſtè ſuſpenſus, & facto Ca-
11 pituli impeditus ne Eccleſiæ inſeruiret † con-
ſequi fructus debet, ac ſi inſeruijſſet *Put. deciſ.
373. nu.5. lib.1. in Correct.Mohed.deciſ.6. de prob.
Rot.deciſ.405.num.3.par.1.recent. add. ad ſan.mem.
Greg.XV.deciſ.154.num.8. in fin.*

Ad ſecundũ reſpondetur licere, quidẽ Ca-
pitulo inquirere, & condemnare, ſed vt di-
cit tertia ſententia ſecundum diſpoſitionem
eorumdem Statutorum,in quibus non legitur
quod innocens poſſit ſuſpendi, ſeu veniam
petere debeat, & clauſula, *non obſtante ſtatut.
& conſuetudin.* poſita immedietate poſt con-
demnationem ad reſtitutionẽ fructuũ intelli-
12 genda eſt de alijs conſuetudinibus † & ſtatutis
preter approbata in eadẽ ſententia ad not. per
*Oldr.conſ.330. in fin.Gabr.conſ.151.num.30. lib.2.
Rot. deciſ.192.num.5. par.1.recent.* ſi verò repli-
cetur, quod clauſula, *non obſtante*, addit gra-
uamen non contentum in alijs ſententijs re-
ſpondetur idem virtualiter contineri in om-
nibus, nullumque adeſſe grauamen dum ex
aduerſo contraria conſuetudo vel ſtatutum
non probatur, & in omnem euentum ra-
tione huius grauaminis non retardari execu-
13 tionem ſententiarum,† quo ad reſtitutionem
fructuum pro tempore limitato, ac reforma-
to in tertia ſententia ex *Couarr. Dec. Surd., &
alijs alleg. ſupra.*

Et ita deciſum vtraque parte, nec non etiã
reddituario Eccleſiæ informante.

ARIMINEN. MOLENDINI.

Veneris 1. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Manutentio debetur anteriori poſſeſſori, etiam
ſi fuerit per ſententiam executioni de manda-
tam à poſſeſſione eiectus ſi ſententia detegitur
nulla, & iniuſta. Aegidiana locum habet in
qualibet inſtantia, non tamen intrat in ſecun-
da inſtantia, quando prima ſententia abſolu-
toria lata eſt ad fauorem rei, ſecunda ad fauo-
rem actoris. Proceſſus per contradictas non
datur contra abſentem, qui in Vrbe domici-
lium elegit, nec contra eum, contra quem
citatio perſonalis non præceſſit. Fideicom-
miſſum impoſitum ſuper re communi cenſe-
tur tantum pro rata ſpectante ad fideicommit
tentem. Communio quando eſt generalis tunc
res empta ex pecunia communi communiter
cenſetur acquiſita, quamuis acquirens pro-
prium nomen in Inſtrumento emptionis ex-
preſſerit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio anterior probatur ex ſententia concedente aduerſario immiſſionem Item ex confeſſione actoris in Iudicio moto vigore interdicti adipiſcendæ.*

2 *Executio ſententiæ facta pendente termino ad appellandum non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione.*

3 *Tempus ad appellandum contra creatum per contradictas non incipit currere, niſi à die habitæ notitiæ.*

4 *Aegidiana locum habet in qualibet inſtantia.*

5 *Aegidiana non intrat ſi ſententia eſt nulla, & iniuſta, quo caſu omni iure datur appellatio in Iudicijs poſſeſſorijs.*

Appellatio in Iudicijs poſſeſſorijs permittitur ſtante nullitate, & iniuſtitia ſententiæ ibid.

6 *Aegidiana non intrat in ſecunda inſtantia, quando prima ſentẽtia lata fuit ad fauorem actoris nec docet de nullitate, vel iniuſtitia primæ ſententiæ.*

7 *Manutentio peti poteſt non obſtante executione ſententiæ ratione ciuilis poſſeſſionis, ſi illam petens non ſe habuit pro ſpoliato.*

Poſſeſſio ciuilis animo retinetur ibid.

8 *Sententia eſt nulla ex defectu legitimæ citationis.*

9 *Proceſſus per contradictas contra abſentem fieri prohibetur, ſi in Vrbe domicilium elegit.*

10 *Domicilij electio facta ab abſente æquipollet præſentiæ ad effectum,vt citationes fieri debeant in loco domicilij electi, ac ſi citandus ibi perſonaliter inhabitaret.*

11 *Citatio perſonalis præcedere debet, vt contra abſentem procedi poſſit per contradictas.*

12 *Citationes per audientiam contradictarum non fiunt niſi propter contumaciam.*

13 *Teſtator diſponens ſimpliciter de re, quam cum alio habet communem, cenſetur dumtaxat ſenſiſſe de medietate ſibi competente, de qua poterat diſponere.*

14 *Communio ex quibus probetur?*

15 *Imbreuiatura ſi apparet lineata, lineatio præſumitur facta à Notario rogato, qui publicum inſtrumentum in mundum redegit iuxta morem Notariorum.*

16 *Obſeruantia contractus omnem ſuſpicionem elidit, & ſcripturæ etiam informi, & minus authenticæ fidem præbet.*

17 *Res permutata cum alia fideicommiſſo ſubiecta efficitur fideicommiſſaria eiuſque fideicommiſſarijs accreſcit.*

18 *Arbiter non poteſt controuerſias vertentes inter tres illas in laudo inter duos tantum terminare.*

19 *Communio vniuerſalis omnium bonorum inter duos efficit, vt res empta ab vno proprio nomine, æqualiter quæſita cenſeatur alteri.*

20 *Præſertim ſi deinde ab vtroque communiter, & pro indiuiſo fuit poſſeſſa.*

21 *Communio etiamſi non ſit vniuerſalis; nihilominus, quia res empta ex pecunia communi ſi poſſidetur pro indiuiſo cenſetur communiter acquiſita, quamuis acquirens proprium nomen in Inſtrumento emptionis expreſſerit.*

22 *Pro manutentione obtinenda ſufficit nudum factum poſſeſſionis.*

23 *Dominij exceptio in Iudicio manutentionis reijcitur ad petitorium.*

24 *Sententia exceſſiua ratione indiuiduitatis corruit in totum.*

25 Sen-

25 *Sententiæ iniuſtitia probanda eſt ex ijſdem actis non autem ex nouis probationibus.*
26 *Probatio, quæ fit ad coadiuuationem primæ probationis non dicitur noua, & ſemper attenditur.*

DECISIO XXIX.

CORAM R.P.D. meo Ghiſilerio cui erat commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum
aduerſus ſententias Rotales in judicatum tranſactas coram Reuerendiſſimo Vrgelleñ, qui
bus Giorginis fideicommiſſarijs Caroli, ac prætendentibus ſe in quadam inueſtitura com
præhenſos conceſſa fuerat immiſſio in totum molendinum nuncupatum *del Ponte del Maccone*, fuit præuijs duabus deciſionibus ſuper cauſis reſtitutionis in integrum ſecunda ſententia
reuocata, & reuocatio confirmata in alia inſtantia coram R.P.D. meo Veroſpio, à quo
interpoſita ad me appellatione dubitaui, an & cui dandum eſſet mandatum de manutenere in poſſeſſione medietatis Molendini, & petij terræ, & Rota cenſuit dandum eſſe Ricciardellis.

1 Nam eorum anterior poſſeſſio probatur † ex ipſis ſententijs, quæ aduerſarijs immiſſionem
conceſſerunt, & confeſſione Antonij Giorgini implicita iudicio moto vigore interdicti
adipiſcendæ, *vt fuit bene deductum in deciſ. coram R.P.D. meo Veroſpio 29. Iunij 1638. §. & primum.*

Nec Ricciardellos poſſeſſione priuauit exe-
2 cutio dictarum ſententiarum, † quia facta pendente termino ad appellandum, qui Ric-
ciardellis citatis per contradictas non cæpit
3 currere † niſi à die habitæ notitiæ de ſententia
lata *Rot. deciſ. 22. appell. in nou. deciſ. 46. eod. tit. in ant. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 50. n. 146.* & appellationi locum fuiſſe ad omnem effectum quamuis verſemur in Iudicio adipi-
4 ſcendæ, & Aegidiana habeat locum † in qualibet inſtantia *Contard. in l. unica tit. de Aegid. quæſt. 4. n. 7. & ſeqq. C. ſi de moment. poſſ. Put. deciſ. 4. de Aegidiana Rot. diuerſ. deciſ. 201. nu. 2. & 3. lib. 2. par. 3.* dubitari non poteſt cum ſententia ſit
5 nulla, & iniuſta quo caſu † omni iure datur appellatio in Iudicijs poſſeſſorijs, & non intrat Aegidiana *Pacif. de Salu. interdicto inſpect. 4 cap. 2. num. 68. Mant. deciſ. 33. num. 2. Buratt. dec. 150 num. 10.* quæ neque intrat in ſecunda inſtantia,
6 quando vt in caſu noſtro † prima ſententia lata fuit ad fauorem rei, & ſecunda ad fauorem actoris nec docetur de nullitate vel iniuſtitia primæ ſententiæ, *vt reſpondendo deciſionibus contrarijs bene declarauit Rot. deciſ. 144. num. 4. & 5. poſt Pacif. dicto tract. & prius in Immolen. Saluiani 30. Octobris 1600. coram bon. mem. Lancellotto* Adeo quod Ricciardelli, qui ſe nunquam pro ſpoliatis habuerunt adhuc poſſint
7 non obſtante executione ſententiæ † petere manutentionem ratione ciuilis poſſeſſionis, quam ſemper animo retinuerũt *Buratt. dec. 142 num. 3. cum alijs alleg. in deciſ. D. m. Veroſpij §. fin.*

Eſt inquam nulla ſententia Rotalis coram D. Vrgelleñ ex defectu legitimæ citatio-
8 nis † nam proceſſum fuit contra Ricciardellos tamquam abſentes per audientiã contradicta-
rum; quod non licebat. Tum quia illi Ro-
9 mæ domicilium elegerant † in domo D. Bertuccij, & electio huiuſmodi equipollet præſen-
10 tiæ ad effectũ, † vt citationes fieri debeant in loco domicilij electi, ac ſi citandus ibi perſonaliter inhabitaret *Rot. deciſ. 261. num. 23. apud Pacif. de Salu. deciſ. 466. ſub num. 1. verſ. quia locus par. 1. recent.* Tum etiam quia nulla præceſſit
11 citatio perſonalis quæ neceſſaria eſt † vt contra abſentem procedi poſſit per contradictas *Seraph. deciſ. 1018. num. 4. deciſ. 1100. num. 5. Caualer. deciſ. 410. num. 1. Rot. recent. deciſ. 104. num. 24. par. 6.* non enim fiunt citationes per Audien-
12 tiam contradictarũ niſi propter contumaciam, vt in terminis abſentiæ Rei citandi *Rot. deciſ. 12. de dol. & cont. in ant. veſtr. in praxi lib. 1. cap. 5. num. 4.*

Eſt item iniuſtita dicta ſententia, quia cum Molendinum eſſet commune inter Carolum, & Auguſtinum non debuit fideicommiſſarijs Caroli concedi immiſſio, niſi pro medietate ex defectu poſſeſſionis, & pſæſumpta volun-
13 tate ipſius Caroli, qui teſtando † ſimpliciter de Molendino, ſeù bonis cenſetur ſenſiſſe dumtaxat de medietate ſibi deſuper competente de qua poterat diſponere *l. ſerui electione §. vlt. l. ſi domus §. fin. ff. leg. 1. Bald. in l. 1. num. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ. Corn. conſ. 169. num. 6. lib. 3. Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 1. num. 12.*

14 Communio verò probatur † abunde per iſtrumenta laudi, diuiſionis, locationis, ac teſtes, vt latius *in prima deciſ. coram D. m. Ghiſilerio §. quod autem & ſeqq.* nec non per inſtrumenta inueſtiturarum, *vt in alia deciſ. coram eod. 7. Maij 1638.* Nec obſtat, quod imbreuiatura inueſtituræ, ſeù renouationis anni 1560.
15 reperiatur lineata † quia lineatio præſumitur facta eo quod Notarius rogatus exinde publicum inſtrumentum in mundum redegerat, vt teſtatur Archiuiſta Summ. Giorg. n. 4. & moris eſſe Notariorum tradit in his terminis *Bald. in l. noſtram 30. num. 3. & 4. C. teſtam.* maximè accedente obſeruantia contractus
16 quæ omnem ſuſpicionem elidit † & ſcripturę etiam informi, & minus authenticæ fidem præbet *Cyn. int. conſ. Bald. conſ. 400. ſub num. 6. verſ. 1. quia Bald. conſ. 402. num. 5. lib. 5. Aym. conſ. 138. num. 1. Becc. conſ. 103. num. 26. Caual. deciſ. 122. num. 4. Rot. recent. deciſ. 349. num. 5. par. 1.*

Non obſtat, quod in laudo cui dicta renouatio inhæret, Molendinum *del Ponte Maccone*, ſuper quo Ginebria quattuor ex ſeptem partibus habebat aſſignetur Carolo, & Auguſtino in recompenſam ex quo videlicet arbiter aſſignauerat Ginebriæ totum aliud Molendinum nuncupatum *di mezza Barila* cuius tertiam partem prius emerat Carolus ab eadem Ginebria, vnde ex aduerſo infertur, quod dictæ quatuor partes Molendini de quo agitur olim ad Ginebriam ſpectantes ſoli Carolo cuius cũ
17 bonis permutatæ fuerunt † accreuerint eiuſque fideicõmiſſarijs debeantur *ad text. in l. Imperator. §. fin. & l. ſeqq. ff. leg. 2. l. ſi & rem & pretium ff. pa. de hered. Ruin. conſ. 97. num. 10. lib. 5. Peregr. conſ. 35. num. 2. & ſeq. lib. 3. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 636 num. 1.* quodque communio cum Auguſtino

ca-

cadat in allijs tribus ſeptimis partibus ante lau-
dum inter eos communibus; præſertim quia
laudo cauſam dederunt controuerſię penden-
tes cum Gynebria ex vna, & Carolo ac Au-
18 guſtino ex alia, & propterea arbitrer † inter
Carolũ, & Auguſtinum nihil de nouo potuit
diſponere *Anton. de Butr. conſ. 77. col. 2. quẽ ſequitur
Soc. in l. Gallus §. quidam recte ſub num. 3. verſ. &
pro hoc ff. lib. & poſth. Dec. conſ. 253. ſub num. 4. verſ.
& in ſim. Alb. conſ. 38. n. 10. in punct. Bald. conſ. 309.
num. 2. & 3. lib. 1. Surd. conſ. 349. num. 34.*

Nam fuit reſponſum negando aſſumptum
pertinentiæ ad ſolum Carolum tertiæ partis
Molendini di meza Barila Ginebriæ in laudo
aſſignati. Siquidem ſtante inter Carolum, &
Auguſtinum communione vniuerſali omni-
19 um bonorum, † tertia pars per Carolum vt
ſupra proprio nomine empta vtrique ſcilicet
Carolo, & Auguſtino queſita fuit æqualiter
*l. 3. §. cum ſpecialiter l. ſi ſocietatem vniuerſarum ff.
pro ſoc. Mant. in his terminis de tac. lib. 6. tit. 15. n. 1.
& ſeqq. & num. 21. Gomeſ. var. reſol. lib. 2. cap. 5. n. 3.
Gratian. diſcept. 852. numer. 49. Felic. de ſociet.
cap. 9. num. 45. Aym. conſ. 159. n. 2. Menoch. conſ. 121.
num. 4.* eo magis quia deinde communiter, &
20 pro indiuiſo † poſſeſſum fuit ab vtroque Mo-
lendinum cum dicta tertia parte permutatum,
quod etiam ſi communio non eſſet vniuerſa-
lis demonſtrat Carolum fortè quia emerat ex
pecunia communi voluiſſe communiter ac-
21 quirere † licet proprium in inſtrumento em-
ptionis expreſſerit *Bald. in l. ſi fratres 53. ſub n. 2.
ibi & promiſcue vtitur ff. pro ſoc. Mant. de tac. dicto
lib. 6. tit. 16. nu. 29. & 30. Gratian. dicta diſcept. 852.
num. 46. Pacif. de Salu. in ſpec. 3. cap. 2. num. 594.*

Quæ exuberant ad effectum manutentionis
22 pro qua obtinenda † ſufficit nudum factum
poſſeſſionis *deciſ. 97. num. 10. deciſ. 284. numer. 11.
23 par. 5. recent.* reiecta ad petitorium † exceptio-
ne dominij *Rot. deciſ. 614. num. 4. deciſ. 685. in fin.
par. 1. recent. Greg. XV. deciſ. 9. nu. 10. deciſ. 107. nu. 3.
& ibi Add. num. 5.* Preter quod admiſſa etiam
iuxta lecturam partis aduerſę communione
fratrum in ſolis tribus ſeptimis partibus, eui-
dens eſt exceſſus ſententiarum, quæ dederunt
immiſſionem in totum Molendinum quęque
24 proinde ratione indiuiduitatis † corruunt pe-
nitus *l. ſi non ſortem §. ſi centum vbi notat omn. ff.
condict. ind. Bald. in l. certi condictio §. quoniam ſub
num. 8. ff. ſi cert. pet. Florian. de Sancto Petr. in l. in
hoc iudicio num. 4. ff. fam. ercisc.*

Tandem non obſtat quod aliqua ex iuribus
deductis ad probañ communionem producta
fuerint poſt ſententiam cuius tamen iniquitas
25 † probanda eſſet ex eiſdem actis non autem
ex nouis probationibus vt manutentioni fi-
eret locus *Caualer. deciſ. 597. nu. 1. & 3. Rot. diuerſ.
deciſ. 479. nu. 1. & 2. par. 4.* quia non dicitur no-
26 ua probatio † quę facta fuit ad coadiuuatio-
nem primæ probationis, & ſemper attenditur
*Caſ. de Graſſ. in terminis deciſ. 20. num. 11. de probat.
Greg. XV. deciſ. 272. nu. 6. & ibi Add. nu. 9. Duran.
deciſ. 172. num. 7. & fuit dictum in Tiburtina præ-
torum 5. Iul. 1638. coram bon. mem. Buccabella.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA DIVISIONIS.

Veneris 15. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Actio familiæ Herciſcundæ ſpatio 30. annorum præſcribitur contra non poſſeſſorem petentem diuiſionem, præſertim quando vltra temporis lapſum concurrit titulus ſaltim coloratus ad præſcribendum. Pater poteſt inæqualiter non ſolum bona propria, ſed etiam aduentitia inter filios diuidere ſalua eorum legitima, concurrente iuſta, & rationabili cauſa, nempe pro contrahendo matrimonium cum muliere nobili pro conſeruatione, & decore familiæ. Ignorantia contra præſcriptionem tricenariam allegari nequit, nec ex hoc capite datur reſtitutio in integrum, niſi ignorantia ſit ex omni parte probabilis, & plura adnotantur de ratificatione deſumpta ex lapſu temporis cum acquieſcientia 30. annorum.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia præſcriptionis capta à die obitus patris in filio eſt inexcuſabilis, præſertim poſt lapſum 30. annorum.*

2 *Actio familiæ Herciſcundæ aduerſus non poſſeſſorem petentem diuiſionem ſpatio 30. annorum præſcribitur.*

3 *Titulus ad præſcribendum eſt omnino neceſſarius.*

4 *Bonafides in præſcribente reſultat ex titulo.*

5 *Credulitas ſola iuncta cum præcedenti titulo prodeſt ad præſcriptionem.*

6 *Mala fides excluditur ex qualibet cauſa etiam colorata.*

7 *Mala fides Teſtatoris impedit, ne hæres ex propria perſona nouam incohare poſſit præſcriptionem ex quo perſonam defuncti repreſentat.*

8 *Mala fides defuncti ex quibus excludatur.*

9 *Pater poteſt inæqualiter inter filios bona diuidere, ſalua eorum legitima.*

10 *Pater in bonis aduentitijs filiorũ habet vſumfructũ.*

11 *Pater poteſt ex iuſta cauſa etiam abſque Iudicis decreto bona aduentitia filiorum alienare.*

12 *Saltim eius vita durante.*

13 *Poſſeſſio continuata per plures annos eſt vnum ex requiſitis longiſſimæ præſcriptionis.*

14 *Poſſeſſio iure familiaritatis prodeſt etiam non poſſidenti quoad portionem bonorum ad ſe ſpectantium. Declara vt num. ſeqq.*

15 *Poſſeſſio iure familiaritatis excluditur, quando in poſſidente concurrit titulus particularis, ad quem poſſeſſio iure proprio refertur.*

16 *Amplia quamuis titulus ſit nullus, aut dubius.*

17 *Præſcriptio licet interrupta, ſi poſtea tantum tempus effluxit, aptum ad præſcribendum ſuffragatur.*

18 *Hypoteca ſuper aliqua re, non infert ad illius poſſeſſionem.*

19 *Præſcriptio non dicitur interrupta per actus falſos abſente, & ignorante poſſeſſore.*

20 *Præſcriptio 30. annorum currit etiam contra ignorantem.*

21 *Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ non datur, niſi aliunde illa probetur, quam ex generali præſumptione.*

22 *Igno-*

22 *Ignorantia excluditur ex coniecturis ſcientiæ in contrarium, quamuis ſint remotæ.*
23 *Ignorantia ne ſit ex omni parte probabilis vt requiritur ad effectum obtinendi reſtitutionem in integrum ſola ſanguinis coniunctio ſufficit.*
24 *Reſtitutio non datur ex capite militiæ, quia militia non ſuffragatur, niſi quando eſt neceſſaria pro ſuo, non autem pro alieno principe.*
25 *Item nec datur ex capite abſentiæ voluntariæ.*
26 *Ratificatio etiam ex coniecturis elicita ſuffragatur.*
27 *Ratificatio ex acquieſcientia 30. annorum inducta dicitur.*
28 *Siuè agatur de modico, ſiuè de graui præiudicio, & diſtinctio cadit in acquieſcientia decennali, non autem tricenaria, quæ abſque alia diſtinctione ratificationem inducit ac probat.*
29 *Et opinio cõtraria procedit in acquieſcientia decennali.*
30 *Scientia, ſiuè ratificatio inducitur ex pluribus ſimul iunctis quamuis de maximo præiudicio agatur.*
Singula quæ non proſunt, iuncta iuuant ad ratificationem inducendam ibidem.
31 *Conſenſus præſumptus in præiudicialibus non ſufficit, ſed expreſſus requiritur.*
32 *Declara concluſionem procedere quando conſenſus deducitur ex ſola taciturnitate, ſecus quando concurrit diuturnitas temporis cum obſeruantia.*
33 *Probatio pleniſſima oritur ex multis præſumptionibus ſimul iunctis.*
34 *Hypoteca conſtituta ab vno ex fratribus ſuper omnibus bonis paternis, & maternis intelligitur de ratis ſibi ſpectantibus.*
35 *Venditio indefinita ſimpliciter facta reſtringitur ad ius quod venditori deſuper competebat.*

DECISIO XXX.

NON eſſe locum diuiſioni petitæ per
Hieronymum Rota reſpondit ſub die
20. Iunij 1639. & repropoſita hodie cauſa ſuper
eiſdem ſtetit in deciſis ex vtroque capite
præſcriptionis, & ratificationis in prima deciſione
deducto.

Præſcriptio enim cœpit ſaltem à die mortis
Marij patris ſecutæ dicto anno 1630.
1 cuius ignorantiam allegare † poſt lapſum 30.
annorum inexcuſabile in filio eſſe ait *in his*
terminis Merlin. de legitt.lib.5.tit.4.quæſt.10.n.29.
& quod tanto temporũ præſcribatur actio fa-
2 miliç erciſcundç aduerſus non poſſeſſorẽ† pe-
tentem diuiſionem eſt *text. apertiſſ. in l.1.§.ne-*
mo Cod. annal.except. Auth.niſi tricennale quæ loqui-
tur in ipſiſſimis terminis caſus noſtri C. bon.matern.
ac tradunt gloſſ. Bald. Saliſc. Iaſ. Ang. & alij alleg.
in prima deciſ. §.hæc tamen Fontanell. de pact.nupt.
clauſula 4.gloſ.9.par.2.num.120.

Neque deſunt alia requiſita ad præſcribendum
3 vltra temporis lapſum, nam concurrit †
4 titulus ex quo † bona fides reſultat *l. pen. Cod.*
euict. Natt.conſ.14.num.9.conſ.38.n.4.Crot.conſ.75.
num.1.Surd. conſ.73.num.52. titulus inquam do-
nationis factæ Paulo pro ſe hæred. & ſucceſſ.
à Mario communi patre cum promiſſione
de rato pro ipſo Hieronymo aduerſario,
quem ratificaſſe ex pluribus alias ponderatis,
& in ſecundo capite deducendis credere po-
5 tuerunt donatarij, & hæc ſola credulitas †
iuncta præcedenti contractui donationis pro-
deſt ad præſcriptionem *iuxt. tex. in l. quod vulgo,*
& l. fin. & ibi gloſ. verb. ſi crediðiſſet ff. pro empt.
quia ſufficit titulus putatiuus *l. Celſus ff. vſuc.*
Felin. in cap. ſi diligenti num. 3. & ſeqq. de præſcr.
Anchar. famil.quæſt. lib.2.quæſt.59.in fin.Surd.dicto
conſ.73.num.53. Capic.deciſ.189.nu.10. Caputaqu.
deciſ.364.num.3.par.2. & quælibet cauſa etiam
6 colorata † malam fidem excludit *Rot.deciſ.11.*
num.10.par.5.recent.

Nec obijci Paulo poteſt mala fides Marij
7 Patris, quæ impedire ſolet † ne hçres etiam ex
propria perſona nouã præſcriptionem inchoare
poſſit eo quod repræſentat perſonam de-
functi *Couarr.in cap.poſſeſſor malæ fidei par.2.relect.*
§.8.num.3.& ſeqq.Facchin. controu. Forenſ. lib.8.
cap.27.Surd.conſ.296.nu.10.Rot.apud Pacif.de ſolu.
deciſ.35.num.10. quia cum de bonis ad Hiero-
nymum delatis ſeu deuoluendis Marius diſ-
poſuerit palam occaſione honorifici matri-
monij ad totius familiæ decorem contrhaen-
di, & ſub futura ratificatione Hieronymi, pro
8 quo ideo de rato promiſit nec ipſe † fuit in
mala fide ad tradita *per Menoch. conſ. 67. nu.21.*
Surd. conſ. 574. num. 3. Corbul. de cauſ. priuat. ob
alien. lim. 36. num.1. Rot. in Immolen. bonorum 18.
Iunij 1618. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano
maximè quia agitur de bonis vel paternis quç
9 pater potuit† etiam inequaliter diuidere inter
filios ſalua eorum legitima *§.1.ibi reliquum ve-*
ro Auth.de trien. & ſemiſſ.Ciriac.controu.312.nu.6.
10 vel aduentitijs filij in quibus† pater vſumfru-
ctum habebat ex diſpoſitione viris quçque
11 propterea † ex cauſa iuſta ac vtili alienare ſo-
lus potuit etiam abſque Iudicis decreto *gl. in*
l. quæcunque verb. interdicta C.bon.quæ liber.quam
perpetuo menti tenendã ait Bald. ibid.numer.1. idem
Bald. in l.1.ſub.num.1.verſ.ſed hic dubium ff.de reb.
eorum Iaſ.in l.Præſes num.2. ff. tranſact. Tiraquell.
in l. ſi vnquam in præfat. nu.28. & ſeqq. Cod.reuoc.
donat. Couarr. var.reſol.lib.1.cap.8. num.6. Paſcal.
de patr.poteſt.par 1.cap.2.num.5.& ſeqq.Rot. coram
12 *San.mem.Greg.XV.deciſ.334. nu.6.* ſaltem † eius
vita durante *Bart. in l.ſi conſtante nu.63.verſ. aut*
non cadit ff.ſol.matr.Soc.conſ.3.nu.12.lib.1.Paſcal.
dicto cap.2.num.42.Franch.deciſ.10.nu.11.verſ. aut
non cadit cũ alijs alleg.in Peruſina bonorum 14.Mar-
tij proximè præteriti coram R.P.D.meo Ghiſilco.

Poſſeſſio pariter Pauli, & filiorum conti-
13 nuata per 30.& amplius annos † quod eſt al-
terum requiſitum longiſſimæ præſcriptionis
cap.illud §.verum de præſcr. Rot. apud Cinc.de cenſ.
deciſ.216.ſub num.4. eſt in confeſſo inter partes,
at ex aduerſo dicitur huiuſmodi poſſeſſionem
quo ad portiones bonorum ſpectantes ad Hie-
14 ronymum referendam eſſe† ad cauſam fami-
liaritatis, & ſic non Paulo fratri aut filijs ſed
ipſi Hieronymo prodeſſe *Caſtr. in l.cum ſeruus*
per illum text.ff.acquir.hæred. quod vtique proce-
15 deret † niſi fauore Pauli, & filiorum præceſ-
ſiſſet titulus donationis ex quo proinde no-
mine proprio non fratris Paulus, & filij poſ-
ſediſſe præſumuntur *Ang.in l.aſſiduis ſub num. 1.*
Cod.qui potior in pign. hab.Surd. conſ.94.numer.36.
16 quamuis titulus † is eſſet nullus aut dubius

Ruin.

Ruin. conſ.53. num.12.in fin. lib.4. Natt. conſ.520.
num.7. Surd. dicto conſ. 94. ſub.num.34.verſ.& hoc
procedit Ciriac.contron.251.num.24. & 32.

Non obſtāt iſtrumenta venditionum, & lo-
cationum factarum etiam nomine Hierony-
mi. Quia reſponſionibus primæ deciſionis
quę Dominis placuerunt additur adhuc poſt
dicta iſtrumenta decurſum fuiſſe tēpus tricen-
narium quo nullus datur intermedius actus
poſſeſſorius Hieronymi, & completa fuit prę-
17 ſcriptio† ſumendo eius initium à die qua ſo-
lus Paulus cępit poſſidere vt debet *gl.fin.in cap.*
fine poſſeſſione de reg.Iur.in 6.Bart.in l. Celsus n.21.
ff.vſuc.Rot.apud Pacif. de Salu.deciſ.86.nu.5. Vnde
nec releuat iſtrumentum dotale Hieronymi
ſub obligatione ad fauorem Vxoris bonorum
paternorum ac maternorum, quia emanauit
35. annis ante motam hanc litem; & pręterea
neque probat poſſeſſionem Hieronymi quia
ab hypotecha ſeu conuentione ſuper aliqua
18 re † non bene infertur ad contrhaentis poſ-
ſeſſionem *Buratt. deciſ.544. num.3.& prius deciſ.*
136. num.6.quæſt.eſt inter recent.dec.768. sub.nu.3.
par. 2. neque impedimentum præſtitit præſer-
19 uationi † cum celebratu fuerit abſente Paulo
eique nuiquam intimatum probetur vt ad-
hunc effectum requiritur *l.alienam vbi gl.verb.*
denunciante ff.pro empt.Felin.in cap.illud num.17.de
præſcr.Barbos. in l.ſicut num.237 ff.Cod.praescr.30.
vel 40.ann.Seraph.dec.719.num.5.Buratt.dec.109.
num. 7.

Tandem non obſtat allegata ignorantia
Hieronymi quia præſcriptio tricennaria cur-
20 rit † etiam contra ignorantem *l. ſicut in fin.C.*
præſcr. 30.vt 40. ann. Hond. conſ. 83. nu.50.lib.1.
per text. in l. licet Cod. Iur. delib. Mareſc.var.reſol.
lib.1.cap.41. num.91. & 92. Merlin.de legitt. lib.5.
tit.3.quæſt.10.num.26.Pinell.in punct.in dicta Auth.
niſi tricennale num.30.ad fin.nu.38. ad fin. num.53.
Et Reſtitutioni in integrum locus non eſt ſiue
21 petatur ex capite ignorantiæ,† hęc enim tam-
quam intentionis fundamentum probanda
exaduerſo eſſet aliunde quam ex generali prę-
ſumptione *Caualer.in his terminis dec.151.num.2.*
Felin.in cap.vigilanti nu.1.circa fin.verſ. ad argum.
Petr. de præſcr. & ex abundanti excluditur ex
22 coniecturis ſcientię † alias adductis, & addu-
cendis infra quas tamen ſufficeret eſſe remotas
23 quinimo ſola coniunctio ſanguinis efficit †
ne ignorantia ſit ex omni parte probabilis vt
oportet ad effectum obtinendæ reſtitutionis
vt præter alleg.in prima deciſ.§ fin.Gratian. diſcept.
118.num.10. Merlin.dicta quæſt.10 num.28.& 29.
Dec.conſ.29.ſub num.2. & 8.Pariſ.conſ.16.nu.139.
verſ. minus, & ipſe lib.2. ſiue petatur ex capite
24 militiæ, & abſentiæ in Belgio quia militia †
non ſuffragatur, niſi quando eſt neceſſaria ideſt
pro ſuo non autem alieno Principe *iuxt. text.*
in l.3.C.reſt.milit.l.milites l. ſi qua militi ff.ex quib.
cauſ.maior. in int.reſt. Odd. de reſt. in integr. part.1.
25 *quæſt.10. numer.5.& 10.* & abſētia voluntaria †
cauſam reſtitutionis non præbet *l. non vere l.*
ſed & ſi per Prætorem §.fin.l. reip. cauſ. ff. ex quib.
cauſ.maior. Rot. dec.603. par.1. diuerſorum.

Quo vero ad caput ratificationis,quę etiam
26 ex coniecturis elicita † ſemper ſuffragatur
Rot.dec.56.num.8.par.6. recent. illam ſimulque
ſcientiam donationis paternę bene conuincit
27 acquieſcentia † Hieronymi per annos vltra
30. donatarijs omnia bona donata poſſidenti-
bus vt late fuit oſtenſum *in prima deciſ.* idque
vel agatur de modico vel de graui pręiudicio
quia hæc diſtinctio cadit in acquieſcentia de-
28 cennali, tricennaria † autem abſque aliqua
diſtinctione ratificationem inducit ac probat,
vt præter alios allegatos egregie Ceph. conſ. 315.
num.34.& 35. Ruin. conſ.86.num.5.lib.1.Iaſ. in §.
præiudiciales numer. 60. inſt. act. Felin.in cap. illud
nu.5.verſ.2.eſt aduerten.de præſcript. & in cap.ſicut
numer. 31. de re iudicat Alciat. de præſumpt. reg.3.
præſumpt.10.num.7. Crau. de antiquit. temp.par.3.
num.1.in fin.Menoch. præſumpt.39.nu.2. & 3 lib.2.
vbi quod hæc eſt recepta opinio licet diſſenſerit Iaſ.
conſ. 140. num.5. lib.4. Ciriac. in terminis ratifica-
tionis filij contron. 79.num.15.& 16. & hanc opi-
nionem amplexa eſt Rot.dec.100. num.2. coram bon.
mem.Caual. dec.336. num. 5. vbi quod contraria
29 † procedit in aquieſcentia decennali *parte 2.*
recent.dec.194.numer.9. par.6. & in Romana cenſus
1. Iulij 1638. coram R.P.D. meo Pirouano.

Eo magis concurrente pręcedenti promiſ-
ſione patris de rato pro filio, notabilitate ac
notorietate donationis ob matrimonium di-
tiſſimum, & honorificum cuius contempla-
tione emanauit, ratificatione expreſſa aliorum
fratrum, coniunctione ſanguinis cum donan-
te ac donatariis, cohabitatione Hieronymi
cum patre ac deinde cum fratribus, diuturna
poſſeſſione eiuſdem Hieronymi annuorum
ſcutorum 180. ſibi intuitu ratificationis aſſi-
gnatorum à patre, epiſtola à Hieronymo ſcri-
pta ad ſeptimium de anno 1631. ac fide Mar-
chionis Palutij quibus omnibus ſimul iunctis
30 † nemo ex DD. exaduerſo allegatis ne-
gat ſcientiam ac ratificationem vt cumque de
maximo præiudicio agatur, & quāuis ſingula
non prodeſſent iuncta iuuant *gl.in l.3.§ eiuſdem*
verbo ſpeciem ff.teſtib.Corn.conſ.1.nu.22. lib.3. Rol.
conſ.22.num.27.lib.3.Surd.conſ.1.num.52.Menoch.
de arbitr.caſ.89.num.66. Buratt.deciſ.709.numer.9.
deciſ.932.num.4.

Non obſtat quod in præiudicialibus non
31 ſufficiat conſenſus prę̄ſumptus † ſed requira-
tur expreſſus quia procederet obiectum ſi cō-
32 ſenſus ex ſola taciturnitate deduceretur, † ſe-
cus autem quādo vltro concurrit diuturnitas
tēporis cū obſeruantia contractus, & aliæ præ-
ſumptiones vt in puncto diſtinxit *Rot. dicta*
dec.336.num.7.par.2.recent. nam ex multis præ-
33 ſumptionibus vna iunctis † oritur pleniſſima
probatio *Bald.conſ.3.num.4.lib.3.Soc.iun. conſ.32.*
num.24.conſ.39.num.14.lib.2.Roman. conſ.7.nu.3.
Ciriac.contron.291.num.21. Rot.dicta dec.336.nu.4.
& coram Reuerendiſſimo D. meo Decano dec. 297.
numer. 2.

Non obſtat iſtrumentum dotale in quo
Hieronymus de anno 1602. hypothecauit ad
fauorem vxoris pro reſtitutione dotis bona
paterna, & materna; Quia ſuppoſita præce-
denti donatione bonorum maternorum ac
paternorum Paulo facta à Mario patre, reſer-
uatis tamen quibuſdam corporibus quorum

portio

portio aſſignata deinde fuit Hieronymo iſthęc
34 hypotheca intelligitur † conſtituta duntaxat
ſuper bonis in donatione non compræhenſis,
& Hieronymo per patrem aſſignatis *ad text. in*
cap. paſtoralis de donat. l. qui tabernas ff. contrh. empt.
l. quod in rerum §. vſumfructum ff. leg. 2. Cinc. de
cenſ. par. 1. cap. 2. quæſt. 1. art. 7. num. 7. & ſeqq. Greg.
XV. deciſ. 225. num. 1. & 2. vel etiam verificatur
in iure reuerſiuo ad bona paterna, & materna
quod vigore eiuſdem donationis Hieronymus
habebat in caſum obitus Pauli ſine filijs, ſicut
35 in ſimili indefinita † venditio bonorum
bona fide facta reſtringitur ad ius quod venditori
deſuper competebat *l. cum venderes ff.*
contrh. empt. Bald. in rubr. Cod. eod. num. 56. Caſtr. in
l. ſerui electione §. fin. num. 3. ff. leg. 1. Ruin. conſ. 141.
num. 7. lib. 1. Alex. conſ. 63. num. 9. lib. 6. Cozad. conſ.
58. num. 13. verſ. ſed venditor. Gomeſ. var. reſol. lib. 1.
tit. de empt. & vend. num. 12. Surd. dec. 265. num. 28.
Rot. deciſ. 336. num. 3. par. 1. recent. Et hic ſenſus
eo libentius accipiendus eſt dum tot coniecturę
militant pro ratificatione donationis.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI

Veneris 22. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Renuncians quod habuerit ſcientiam fideicommiſſi, eique renunciare voluerit probatur ex teſtibus, ac adminiculis. Et exceptiones contra teſtes tanquam irreleuantes reiiciuntur in deciſione. Reſtitutio in integrum non competit ſcienti ius ſibi fuiſſe delatum. Quadriennium ad petendam reſtitutionem poſt præſcriptionem decurſam extinguit à die ſcientiæ beneficium reſtitutionis: quicquid ſit vbi modicũ tempus inter diem ſcientiæ, & complementum præſcriptionis interueniſſet.

SVMMARIVM.

1 *Renuncianti non datur amplius regreſſus ad iura renunciata.*
2 *Præſcriptio trigenaria quamcumque actionem perimit.*
3 *Affinitas inter conſanguineos vtriuſque coniugij non contrahitur.*
3 *Affinitas ex affinitate non oritur.*
5 *Renunciatio rei particularis reſultat ex verbis generalibus renunciationis, ſub quibus continetur, quando aliunde conſtat de voluntate renunciantis.*
6 *Expreſſum particulariter dicitur, quod venit ſub generalitate verborum.*
7 *Interpretatio quælibet ſumenda eſt pro euitanda contrarietate Teſtis.*
8 *Teſtis ſi patitur aliquam exceptionem in perſona deſeruit ſaltim pro adminiculo.*
9 *Vel eius defectus ſuppletur ab alio teſte iunctis etiã adminiculis.*
10 *Singula quæ non proſunt ad probationem, ſimul iuncta iuuant.*
11 *Scientia fideicommiſſi in renunciante, eiuſque animus renunciandi probatur vnico teſte, quando non eſt quæſtio de actu renunciationis, & multo magis concurrentibus adminiculis, & fauore dotis, & num. 13.*
Et ſignanter conſtat maritum cum ſuppoſito renunciationis fideicommiſſo matrimonium contraxiſſe, quod alias non erat contracturus, & n. 14.
12 *Probationes leuiores ſufficiunt ad probandum animum renunciandi.*
15 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem non datur fideicommiſſario concurrente ſcientia fideicommiſſi.*
16 *Quadriennium à die ſcientiæ poſt præſcriptionem decurſam extinguit beneficium reſtitutionis in integrum iam competens, multo magis impedit naſciturum.*
17 *Quicquid ſit vbi modicum tempus inter diem ſcientiæ, & complementi præſcriptionis interuenerit?*

DECISIO XXXI.

CENSVERVNT Domini ſtandum eſſe
in vltimo loco deciſis, quia apertiſſima
ſunt dicta teſtium deponentium, quod Nicolaus
habuit ſcientiam ſuæ vocationis ad fideicommiſſum
Aſcanij, quodque illi renunciare
voluit renunciatumque fuit in inſtrumento
dotali Taddeæ ſororis, vt nuberet Landinello;
& ſic obſtat Nicolao renunciatio, quia
1 ad iura † ſemel remiſſa non datur regreſſus,
l. quæritur §. ſi venditor ff. edil. edicto Aym. conſ.
114. num. 10. Surd. dec. 266. num. 12. Rot. deciſ. 382.
num. 1. par. 1. recent. & præſcriptio tricennaria
quæ ſaltẽ ope exceptionis perimit fideicommiſſariam
hæreditatis petitionem, & aliam
2 quamcumque † actionem, *l. ſicut Cod. præſer.*
30. vel 40. ann. l. in rebus §. omnis Cod. iur. dot. Men.
conſ. 143. num. 19. Fuſar. conſ. 123. n. 2. Grat. diſc. 2.
n. 15. Peregr. de fid. art. 41. n. 14.

Non obſtant exceptiones contra Pompeum
primum teſtem, qui exaduerſo dicitur affinis,
intereſſatus, & mendax. Nam ex matrimonio
contracto inter Vrſinam matrem Thaddeæ,
ex primo viro, & Carolum Pompei patrẽ
ex prima vxore nulla Pompei cum Tad-
3 dea reſultat affinitas, quæ † inter conſanguineos
vtriuſq; coniugis non contrahitur, *l. non*
facile ff. grad. affin. cap. quod ſuper de conſangu. &
affin. Men. conſ. 538. num. 14. Sanchez de matr. lib. 7.
4 *diſput. 64. num. 1.* neque oritur † ex affinitate,
d. cap. quod ſuper Sanch. d. lib. 7. diſp. 67. n. 2.

Intereſſe deductum ex quo Pompeus vti hæres Caroli patris teneretur prædium Barbiani de quo agitur reſtituere Nicolao non ſubſiſtit in facto, quia prędium non remanſit in hæreditate Caroli, neq; poſſidetur à Pompeo, ſed ipſe Carolus qui emerat à Taddęa cum pacto de retrouendendo, illud vſque de anno 1606. retrouendidit Landinello Taddæę viro prętiumque recepit; & prædium Campitelli, quod Taddęa legauit Pompeo non probatur ſubiectum fideicommiſſo Aſcanij.

Mendacium excluditur, quia teſtis non dixit fuiſſe in inſtrumento renunciationis nominatim ſcriptum prędium Barbiani, & fideicommiſſum Aſcanij; particularis autem renunciatio, de qua loquitur teſtis verificatur

in

in particulari expreſſione tunc facta à renun-
ciante, quam Notarius extendit verbis gene-
5 ralibus ſub quibus† prædicta cõtinentur, dũm
aliunde conſtat de voluntate renunciantis, vt
præter allegatos in vltima deciſione §. minus obſtat,
Gratian. diſcept. 568. num. 46. & vtique dicitur
6 particulariter expreſſum † quod venit ſub ge-
neralitate verborum, *l. ſi duo in l. fin. ff. admin.*
tut. l. ſi chorus ff. leg. 3. Men. conſ. 210. n. 33. & 34.
Rot. dec. 339. num. 2. par. 2. recent. & coram Reue-
rendiſſimo Vrgellen. dec. 36. num. 7. Prout neque
dixit teſtis renunciãti nihil fuiſſe promiſſum,
ſed Nicolaum renunciaſſe liberè, quod refe-
rendum eſt ad libertatem bonorum oppoſi-
tam ſubiectioni, & vinculo fideicommiſſi
Aſcanij, de quo tunc teſtis agebat, ſumendo
7 omnem interpretationem† pro euitanda con-
trarietate, & mendacio teſtis, vt debet *Alexan.*
conſ. 185. num. 4. & ſeqq. lib. 7. Corn. conſ. 102. n. 2.
lib. 4. Rot. dec. 167. num. 51. & 52. par. 1. rec. & co-
ram bon. me. Buratto dec. 662. n. 6.

Secundus verò teſtis quatenus pateretur
exceptionem aliquam perſonalem ratione
8 decoctionis, & ceſſionis bonorum † inſeruit
ſaltem pro adminiculo primi *Caputaq. dec. 206.*
num. 6. par. 2. Rot. dec. 315. num. 5. dec. 369. numer. 2.
9 *par. 1. rec.* vel potius ſuppletur ab illo, † & ab
alijs adminiculis in deciſione deductis *Alex.*
in l. ſi duo patroni num. 7. ff. iur. iur. Farin. de teſtib.
quæſt. 62. limit. 14. nu. 335. & infr. Buratt. dec. 340.
10 *num. 5.* quæ licet ſingula non prodeſſent † ſi-
mul iuncta probant *Aym. conſ. 73. numer. 19. &*
conſ. 178. num. 1. Rimin. iun. conſ. 52. num. 121. Gabr.
de probat. concl. 1. num. 1. & ſeqq. Rot. dec. 47. n. 17.
par. 6. recen. Itaut ex omnibus probata maneat
certa, & indubitata ſcientia Nicolai fideicom-
miſſi Aſcanij, ac animus renunciandi eidem
fideicommiſſo, qui ſi vnico teſte probatur,
11 quando† de actu renunciationis non eſt que-
ſtio, *Gabr. conſ. 51. n. 8. lib. 2.* Quia leuiores pro-
12 bationes ad illum probandum †. ſufficiunt,
Rot. dec. 214. num. 13. par. 6. recent. Gabr. de confeſſ.
13 *concl. 1. n. 52.* quo magis † concurrentibus ad-
miniculis, *Aym. conſ. 178. num. 7. Decian. reſp. 92.*
num. 8. lib. 1. Rot. deciſ. 87. numer. 12. par. 6. recent.
& fauore dotis, neue maritus, qui cum ſup-
poſito renunciationis omni fideicommiſſo
ſororem germanam Nicolai in vxorem ſub
14 hac dote duxit; & alias non duxiſſet † rema-
neat deceptus, quod in propoſito aduertit *Rot.*
in Romana dotis 19. Apr. & 20. Decembr. 1624. co-
ram bon. mem. Remboldo.

Quo verò ad præſcriptionẽ quæ eſt ſecun-
dum fundamentum precedentis deciſionis, ea
cœpit de anno 1599. quo apertum fideicom-
miſſum ad fauorem Nicolai, & completa fuit
triennio ferè ante annum 1632. quo mota lis,
15 & ſcientia† fideicommiſſi repellit Nicolaum
à beneficio reſtitutionis in integrum, vt la-
tius in dicta *deciſ. §. igitur.*

Nec obſtat, quod teſtes non deponant de
ſciẽtia fideicommiſſi niſi de anno 1603. tem-
pore nuptus Taddææ. Tum quia loquuntur
etiam de tempore tractatus qui præceſſit ma-
trimonium. Tum etiam quia ad excluden-
dam reſtitutionem in integrum ſufficit ſcien-
tia cõcurrente præſcriptione ſuperueniens de
anno 1603. à quo non vnum, ſed plura qua-
drienniа decurſa fuere vſque ad præſcriptio-
nis complementum poteratq; Nicolaus tan-
to temporis interuallo præſcriptionem inter-
rumpere; & ratio eſt, quia ſicuti quadrien-
16 nium † à die ſcientiæ poſt præſcriptionem
decurſum extinguit beneficium reſtitutionis
iam competens, multò magis impedit naſci-
turum, & cum fuerit in poteſtate Nicolai
impedire, ne præſcriptione læderetur ſibi im-
putet ſi leſus fuit, quicquid ſit vbi modicum
17 tempus † inter diem ſcientiæ, & comple-
menti præſcriptionis interceſſiſſet, vt benè per
has, & alias rationes tuendo ſententiam *Mar-*
tini contra Bulg. concludit Cyn. in l. quod tempore
numer. 6. verſ. 9. quæritur, vbi ad partes expendit
opiniones contrarias *Martin. & Bulg. Cod. reſtit.*
milit. & in l. fin. ſub nu. 6. Cod. temp. in integr. reſtit.
poſt Petr. de Bellapert. in dicta l. quod tempore n. 14.
& 15. ſic etiam Bartol. in l. ab hoſtibus §. ſed quod
ſimpliciter num. 11. per tot. ff. quib. ex cauſ. maior. in
integr. reſt. & in d. l. fin. ſub numer. 10. verſ. putarem
quod ſequitur in ead. l. fin. Bald. ſub num. 11. Fulgoſ.
ſub numer. 2. col. 2. per tot. Paul. de Caſtr. in d. l. quod
tempore ſub n. 5. col. 3. verſ. breuiter vbi miratur de
Doct. ſequentibus opinionẽ Bulgar. *Bellam. in*
cap. coram ſub num. 2. verſ. ſed pone de reſt. in integ.
Bertran conſ. 8. num. 3. vol. 8. Berou. conſ. 56. num. 54
& ſeqq. lib. 3.

Et ita deciſum vtraque &c.

VERVLANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 22. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum fideicommiſſi facta à gra-
uato ſubſtinetur iure legitimæ, & trebelliani-
cæ, quia bona alienata electa cenſentur pro
ſupradictis detractionibus. Concluſio tamen
procedit in primis alienationibus, quæ præ-
ſumuntur pares vtrique detractioni, quando
hæres inuentarium non confecit niſi hæres,
vel ab eo cauſam habentes contrarium pro-
bent, & redditur ratio in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum datur, concurrente iniuſtitia*
ſententiæ.
2 *Alienata per grauatum imputantur in detractiones*
legitimæ, & trebellianicæ, nam in eis electa cenſen-
tur ab alienante.
3 *Intellige concluſionem procedere in primis aliena-*
tionibus quæ preſumuntur pares vtrique detractio-
ni, quando hæres inuentarium non confecit, niſi
ipſe hæres, vel ab eo caſu habentes contrarium pro-
bent.
4 *Ratio eſt, quia fideicommiſſarius habet intentionem*
fundatam in alienationibus factis, & ſi grauatus
allegat eas non ſufficere pro detractionibus, hoc pro-
bare tenetur.
5 *Nec ſtatur illius aſſertioni, cum non habeat pro ſe*
præſumptionem inuentarij, ſecus verò quando pro

ea concurrit aliqua præſumptio, vt quia quantitas
bonorum ex inuentario appareat, & n.16.

7 *Detractio legitimæ competit etiam non confecto in-*
uentario.

8 *Legitima an debeatur, & an fuerit conſumpta in*
alienationibus factis, hi termini ſunt inter ſe longè
diuerſi.

9 Deciſiones 432.n.5. par. 4. & deciſ.163.n.5.
par. 5. recent. *in quibus terminis loquantur? &*
num.10.

11 *Fideicommiſſarius ſi eſt heres alienantis non poteſt*
alienationes ab eo factas impugnare.

12 *Limita non procedere quando hæres gaudet beneficio*
inuentarij, & nihil poſſidet de bonis hæreditarijs,
tunc enim ex propria perſona vindicare poteſt bo-
na fideicommiſſi alienata.

13 *Inuentarium præſeruat hæredem ab omni damno.*

DECISIO XXXII.

PER ſententiam Rotalem latam à R.P.D.
meo Panzirolo Domini Ennius, & Ger-
manicus de Filonardis fuerfit abſoluti ab im-
petitis per D. Ioannem de Amato, qui vigore
fideicommiſſi Bartholomæi, aui paterni pe-
tierat immitti in poſſeſſionem bonorum à
Proſpero hærede grauato alienatorum in di-
ctos de Filonardis, & ab eiſdem poſſeſſorum.
Quam ſententiam cũ rei conuenti aſſererent
in iudicatum tranſiſſe, actor verò cauſam ap-
pellationis, & reſtitutionis in integrum mihi
committi obtinuiſſet, dubitaui, An conſtet
de re iudicata, vel potius de cauſis reſtitutio-
nis in integrum, & Rota quo ad ſecundam
partem aſſirmatiuè reſpondit.

Cum enim indubitatum ſit inter partes fi-
deicommiſſum Bartholomæi, illius purifica-
tio ad fauorem Ioannis, & identitas bonorum
quo ad rubra quatuor, vel quinque circiter
terrarum exiſtentiũ in loco nuncupato, Colle
Mauſoleo, clara viſa eſt ſaltem in hac quan-
1 titate ſententiæ abſolutoriæ iniuſtitia, † quæ
præbet quatenus opus ſit iuſtam cauſam re-
ſtitutionis in integrum, *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 10.
num. 12. *de ſent. & re iudic. Rot. dec.* 1. *de reſtit. in in-*
tegr. in nou. Caputaq. dec. 94. *par.* 3. *Seraph. dec.* 251.
n. 2. *& fuit dictum in Arminen. molendini* 22. *Maij*
1637. *coram R.P.D. meo Ghiſilerio.*

Nec alienatio earumdem terrarum factæ
à Proſpero hærede grauato, & filio fideicom-
mittentis ſuſtineri poteſt iure legitimę ac tre-
2 bellianicę, in quarum computum † corpora
alienata electa ab alienante cenſentur, *l. Mar-*
cellus, §. res quæ ff. ad Treb. Aret. conſ. 2. *nu.* 5. *Alex.*
conſ. 3. *num.* 4. *& ſeq. lib.* 3. *Rol. conſ.* 78. *numer.* 19.
lib. 1. *Peregr. de fideic. art.* 39. *num.* 2. *in fin. Rot. de-*
ciſ. 449. *n.* 6. *par.* 1. *recent.*

3 Quia hoc procedit † in primis alienationi-
bus, *vt not. Omn. in dicta l. Marcellus, ac trad. Alex.*
conſ. 178. *num.* 4. *lib.* 5. *Ruin. conſ.* 135. *num.* 11. *lib.* 3.
Capb. conſ. 624. *numer.* 59. *Peregr. de fideic. d. art.* 39.
num. 4. *Surd. dec.* 316. *numer.* 18. at in caſu noſtro
præceſſerunt aliæ, quæ præſumuntur pares
vtrique detractioni, quando hæres inuenta-
rium non confecit, niſi ipſe hæres, vel ab eo
cauſam habentes contrarium probent, & ra-
tio eſt, quia fideicommiſſarius habet intentio-
4 nem fundatam in alienationibus factis, † &
vbi reus negat illas ſufficere pro detractioni-
bus, hæc negatiua eſt fundamentum ſuæ ex-
ceptionis, ideoque ab eo probanda eſt, *Ruin.*
conſ. 81. *num.* 4. *lib.* 5. *Gabr. conſ.* 118. *nu.* 7. *lib.* 1. *add.*
ſan. mem. Greg. XV. dec. 135. *n.* 6. *Cauaíer. deciſ.* 540.
num. 1. *&* 2. *Reuerendiſſ. Vrgellen. dec.* 360. *num.* 2.
& 3. *Rot. inter recent. dec.* 226. *num.* 15. *&* 16. *de-*
ciſ. 400. *nu.* 29. *&* 30. *par.* 5. *& in Bonon. fideicom.*
de Glauarinis 10. *Decembris* 1638. *coram R.P.D.*
meo Royas, Auximana fideicomm. 13. *Ianuarij prox.*
præt. coram R.P.D. meo Dunozetio, nec ſtatur eius
5 aſſertioni † cum non habeat pro ſe præſum-
ptionem inuentarij, *Alex. in rubr. ff. nou. oper.*
nunc. num. 41. *&* 42. *Peregr. de magis com. d. art.* 39.
num. 14. *verſ. verum, vbi quod gloſ. in l. cum de lege*
6 *ff. probat.* recipienda eſt, † quando pro hærede
concurrit aliqua præſumptio, vt quia quan-
titas bonorum ex inuentario appareat, *Natt.*
conſ. 199. *num.* 1. *Couarr. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 4.
Alciat. de præſumpt. reg. 3. *præſ.* 20. *nu.* 2. *Barz. de-*
ciſ. Bonon. 105. *num.* 21.

Non obſtat, quod detractio legitimę com-
7 petit etiam † non confecto inuentario, *Caſtr.*
in l. ab omnibus §. fin. ſub num. 2. *ff. leg.* 1. *Soc. ſen.*
conſ. 44. *num.* 2. *lib.* 3. *Soc. iun. conſ.* 170. *num.* 4. *lib.* 2.
Pariſ. conſ. 25. *num.* 42. *lib.* 2. *Natt. conſ.* 323. *num.* 2.
Peregr. de fideic. art. 35. *num.* 1. *Mant. de coniect. lib.* 7.
tit. 8. *ſub numer.* 15. & fuit dictum *in Viterbien.*
Caſtrorum 24. *Maij* 1621. *&* 10. *Maij* 1624. *coram*
Reuerendiſſ. D. meo Decano. Quia non eſt quæ-
ſtio an legitima debeatur, ſed an fuerit con-
ſumpta in corporibus alienatis, qui termini
8 ſunt † longè diuerſi, *vt in punct. aduertit Rot. in*
d. Bonon. fideicom. de Glauarinis corã Domino meo
Royas §. non obſta., il primo, prout diuerſi ſunt
termini *deciſionis* 432. *num.* 5. *par.* 4. *recent. & de-*
ciſ. 163. *num.* 5. *par.* 5. *allegatarum in deciſione hu-*
iuſmet cauſæ 31. *Maij* 1638. *coram R. P. D. meo*
Panzirolo §. nec releuat, nam in caſu deciſ. 163. Fi-
9 deicommiſſarius † agebat contra hæredem
pro recuperatione bonorum, quę aiebat fuiſſe
in hæreditate, & quorum propterea exiſten-
tiam, ac identitatem probare tenebatur ſiue
hæres confeciſſet inuentarium, ſiue non, *& in*
10 *dec.* 432. † *licet numer.* 5. *&* 7. contraria opinio
afferatur per modum obiecti, infra tamen
nu. 8. firmatur, quod ſtantibus alienationibus,
& omiſſione inuentarij, incũbit hæredi onus
probandi inſufficientiam bonorum alienato-
rum.

Tandem non obſtat, quod Ioannes eſt hæ-
res Proſperi patris, & multa eius bona poſſi-
det, vnde infertur, quod non poteſt impugna-
11 re † alienationes factas à Proſpero *ex alleg. per*
Menoch. conſ. 274. *num.* 60. Quia eſt hæres bene-
ficiatus, & cõſtat bona hæreditaria fuiſſe prius
authore Prætore occupata à Cæſarina vidua
q. Proſperi nunc autem poſſideri à Virginia
tam pro dote materna, quam propria ſibi de-
bita ex diſpoſitione Bartholomæi fideicom-
mittentis, ideoque cum nihil ex paterna hæ-
12 reditate poſſideat, † & gaudeat beneficio le-
gis, vtique ex propria perſona vindicare po-
teſt bona auiti fideicommiſſi alienata à patre,

quia inuentarium præſeruat hæredem ab omni damno,
13 † ac ſi hæres non eſſet, *Gabr. conſ. 125. num. 9. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 40. ſub nu. 7. & 112. Pariſ. conſ. 33. num. 95. & 99. lib. 3. Cyriac. controu. 23. num. 14. contr. 313. numer. 111. add. ad Buratt. dec. 154. n. 10,*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA CENSVS.

Lunæ 25. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Cenſus impoſitus ante Bullam Pij V. reputatur validus, etiamſi in actu impoſitionis pecunia numerata non interuenerit, nam Bulla non comprehendit cenſus præteritos, ſed tantum futuros. Stipulatio Notarij pro abſente ad effectum acquiſitionis non operatur ante acceptationē; ſecus enim ad effectum irreuocabilitatis contractus, præſertim in contractibus correſpectiuis, nam vlla lege, aut ratione cauetur, quod Notarius abſentem obligare poſſit abſq; eius conſenſu. Ius abſenti, quod ante ratificationem non quæratur; quomodo hæc concluſio ſit intelligenda? & plura diſcutiuntur circa præſcriptionem fructuum cenſus redimibilis.

SVMMARIVM.

1 *Cenſum fuiſſe impoſitum probatur ex instrumento publico impoſitionis.*

2 *Inſtrumentum obligatione Camerali vallatum paratam habet executionem.*

3 *Conſtitutio Pij V. ſuper forma creandi cenſus non cōprehendit cōtractus cenſuales præteritos initos ante editam conſtitutionem, ſed tantum futuros.*

4 *Stipulatio Notarij pro abſente non operatur ante acceptationem ad effectum acquiſitionis ex parte creditoris, ſecus eſt ad effectum irreuocabilitatis contractus ex parte promiſſoris.*

5 *Præſertim in contractibus correſpectiuis, & onoroſis, quia nulla lege cauetur, quod Notarius poſſit abſentem obligare, vel de abſentis credito diſponere abſque eius conſenſu.*

6 *Acceptatio abſentis ex ſtipulatione Notarij adeo eſt neceſſaria, vt non ſufficiat, quod interuenerit iuramentum Notarij nomine abſentis præſtitum.*

7 *Acceptatio ſtipulationis Notarij ab abſente ex quibus probetur à*

Cenſus ſi fuit à Notario ſtipulatus nomine abſentis, cenſetur acceptatus eo ipſo, quod fructus exegit, ibid.

8 *Lex ſuperueniens comprehendit contractus de præterito, quando expectant perfectionem de futuro.*

9 *Animus, ſeu voluntas etiam ex ſubſequutis dignoſcitur circa modum acquirendi.*

10 *Ratificatio abſentis in præiudicium promiſſoris retrotrahitur ad diem contractus, ac ſi ab initio emanaſſet.*

11 *Et contractus valet, vt ex tunc, quando ab initio validus erat quicquid ſit in caſu contrario.*

12 *Ius abſenti ante ratificationem regulariter non quæritur.*

13 *Intellige de actuali acquiſitione iurium realium, nempe dominij, & poſſeſſionis, quorum acquiſitio formatur ab animo acquirentis, ſecus quoad actionem perſonalem contra promiſſorem, quæ ante ratificationem dicitur acquiſita.*

14 *Ius quæſitum non tollitur per legem ſuperuenientem, quod procedit ſiue ius ſit quæſitum re, ſiue ſpe probabili ſub futuro euentu purificandum.*

15 *Præſcriptio ſtatutaria locum non habet in fructibus cenſus.*

16 *In annuis præſtationibus debitis ex contractu puro vnica præſcriptio ſufficit tam pro præteritis, quam pro futuris.*

17 *Secus eſt in contractu conditionali, & redditur ratio diuerſitatis.*

18 *In præſtationibus annuis ex contractu conditionali tot requiruntur præſcriptiones quot ſunt anni, & vnaquaque præſcriptio incipit à ſingulis annis, quibus fuit ceſſatum in ſolutione.*

19 *Et ad effectum de quo agitur non requiritur conditio expreſſa, ſed etiam tacita attenditur.*

20 *Stipulationes annuæ præſtationis dicuntur aliquo modo plures quando ſunt reſolubiles ſub incerto euentu non pendente à facto creditoris.*

21 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*

22 *Debitor cenſus antequam declaret velle cenſum redimere, ſicut non præſcribitur actio ad ſortem, quia nondum poterat exerceri, ita neque præſcribi poterunt fructus futuri, nam antequam in eſſe deducantur ſunt quid intrinſecè cum ipſa ſorte, & num. 24.*

23 *Fructus maturandi pars fundi dicuntur.*

25 *Cenſus quod in futurum vigeat vſque ad diſdictam, & quod interim fructus in futurum, non pareat implicat in ſubiecto.*

26 *Principium productiuum vbi datur, neceſſe eſt dari actum productionis, & rem productam tanquam neceſſario conſecutiuam à ſua cauſa.*

27 *In fructibus cenſus tot requiruntur præſcriptiones quot ſunt anni.*

28 *Mala fides authoris afficit eius hæredes.*

29 *Hæres ſtante mala fide defuncti, cuius perſonam repræſentat non poteſt ex propria perſona inchoare præſcriptionem.*

30 *Quicquid ſit in ſingulari ſucceſſore.*

31 *Reſtitutio in integrum competit locis pijs aduerſus præſcriptionem ob negligentiam adminiſtratorum.*

32 *Scriptura informis non eſt attendenda.*

33 *Deciſio Seraphini 1333. in quibus terminis loquatur?*

DECISIO XXXIII.

SEBASTIANVS de Iordanis debitor ſcutorum 150. auri Ven. Societatibus Sanctiſſimi Sacramenti in Eccleſia S. Laurentij in Damaſo, & Charitatis Vrbis vti hæredibus Io: Baptiſtæ de Mazzantibus, annuum cenſuum ſcutorum 12. ac 3. quartarum auri ſuper eius domibus impoſuit ſub fideiuſſione Lelij fratris de anno 1558. deditque in ſolutum eiſdem Societatibus tunc abſentibus Notario pro illis ſtipulante.

Pro cuius cēſus fructibus decurſis à 29. annis citra cum nuper agerent Societates cōtra

DD.

DD. Camillum, Paulum, & Marcellum filios,
& hæredes Martij, filij, & hæredis dictorum
Sebaſtiani, & Lelij, ego in Iudicem deputa-
tus ab Eminentiſſimo D. meo Cardinali Bar-
berino dictorum Societatum Protectore, du-
bitaui hodie an ſit relaxandum mandatum
pro fructibus cenſus, & Rota affirmatiuè re-
ſpondit.

Nam datur inſtrumentum publicum im-
poſitionis cenſus, ac dationis in ſolutum, vt
1 ſupra quod plenè † probat *Cenc. de cenſ. par. 1.*
cap. 4. num. 10. & par. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 9. num. 4.
& cum ſit vallatū obligatione Camerali ha-
2 bet executionem paratam, † *Caſſad. deciſ. vnica*
de mut. petit. Rot. in impreſſ. apud Cinc. deciſ. 86.
num. 1. dec. 259. num. 2.

Nec releuant exceptiones aduerſariorum;
Quod enim non interuenerit pecunia nume-
rata in vẽditione cenſus, ſed fuerit in ſolutum
datus pro extinctione crediti præcedentis non
eſt momenti, dum hæc præceſſerunt longo
tempore *Bullam ſan. me. Pij V.* quæ contractus
3 præteritos † non comprehendit, vt ex verbis
eiuſdem Bullæ, not. Molin. de contr. diſp. 390. num. 3.
Surd. conſ. 162. num. 34. Gratian. diſc. 985. num. 16.
Rot. dec. 286. n. 4. & 5. par. 4. diuerſ.

Pariterq; non obſtat, quod contractus fue-
rit celebratus abſentibus creditricibus, neque
doceatur de earum acceptatione quæ neceſſa-
4 ria eſt † ad effectum acquiſitionis ex parte
creditoris, etiam ſi ſtipulatio Notarij pro eo
interceſſerit, licèt ſecus ſit ad effectum irreuo-
cabilitatis cõtractus ex parte promiſſoris iux-
ta diſtinctionẽ, quam ſecuta eſt *Rota dec. 683.*
num. 4. par. 1. diuerſorum dec. 369. num. 3. dec. 488.
ſub num. 6. par. 2. recent. add. ad Greg. XV. deciſ. 97.
ſub num. 8. Surd. conſ. 60. ſub num. 16. Præſertim
5 in contractibus correſpectiuis, & † oneroſis
prout eſt vẽditio cenſus, ac datio in ſolutum,
quia nulla lege, aut ratione cauetur, quod
Notarius poſſit abſentem obligare, vel de ab-
ſentis credito diſponere abſque eius conſenſu
Ladercb. conſ. 75. num. 3. Molin. Iur. Conſ. de primog.
lib. 4. cap. 2. num. 70. & ſeq. Molin. Theol. de contr. di-
ſput. 264. num. 12. verſ. quo verò Borgnin. deciſ. 40.
num. 21. par. 1. Theſaur. dec. 70. num. 3. & 10. Surd.
dec. 111. num. 11. Rot. dec. 274. num. 5. par. 6. recent.
atque hinc neque iuramento Notarii nomine
6 abſentis præſtito † excluditur neceſſitas acce-
ptationis, *Abb. in cap. ſicut il 3. num. 5. de iur. iur.*
Cutier. in cap. quis tumet. 55. de pact. in 6. & fuit
plenè comprobatū in *Fauentina dotis 14. Martij*
1635. coram bon. mem. Motmanno.

Quia cum Societates anno 1559. 1585. &
& ſequentibus exegerint fructus cenſus, vt in
earum *Summ. num. 1.* illiſq; de anno 1583. fue-
rint à Martio hæredẽ impoſitoris cenſus, &
authore aduerſariorum aſſignatæ pro fructi-
bus decurſis, & decurrendis penſiones do-
mus tũc inhabitatæ à Gaſparino Aromatario,
Summ. num. 2. dubitari non poteſt, quin acce-
7 ptauerint † ſtipulationem Notarij, & contra-
ctum cenſualem ad *text. in l. Paulus ff. rem rat.*
hab. Aym. conſ. 106. num. 2. Rot. dec. 262. nu. 6. par. 1.
recent. & in his term. dec. 165. n. 7. in impreſſ. poſt
Cinc. de cenſ.

Si verò replicetur, quod quatenus ratifica-
tio ſecuta fuerit poſt Bullam Pianam obſtat
defectus non numeratę pecunię, quia lex ſu-
8 perueniens comprehendit † contrarius de
præterito, qui expectant perfectionem de fu-
turo, *Bart. in l. omnes populi num. 44. verſ. primo*
caſu ff. iuſt. & iur. Felin. in cap. fin. num. 11. de Conſt.
Ader. Maſcard. de gen. ſtat. interp. concl. 13. num. 51.
Farin. in fragm. verb. lex n. 36.

Reſpondetur primo, quod adſunt exactio-
nes fructuum ante Bullam, ex actibus etiam
poſtea ſecutis, iuncto maximè quod nuſquam
fuit petitum creditum mutui verſum in cen-
9 ſum colligitur animus acquirendi † in præte-
ritum *ad tex. in l. aut facta §. euentus ff. pœn. l. quæ-*
dam in princip. ff. reb. dub. l. ſed Iulianus §. proinde
ff. ad Maced. Mant. dec. 313. numer. 7. & ſeqq. & ad
propoſitum Rota in Rom. quarti dotalis 14. Nouem-
bris 1639. coram R. P. D. Pan̄zirolo.

Secundò, quod in præiudicium promiſſo-
10 ris † ratificatio abſentis retrotrahitur ad diem
contractus, ac ſi ab initio emanaſſet, *gloſ. in l.*
ſi indebitum §. ſi procurator verb. committi ff. rem
rat. hab. Tiraq. retr. lign. §. 1. gl. 10. num. 61. & 66.
Becc. conſ. 66. num. 25. Gratian. diſc. 667. numer. 13.
Coſt. de retrotr. cap. 8. caſ. 4. num. 4. & ſeqq. & con-
11 tractus valet, vt ex tunc † quando vt in caſu
noſtro ab initio validus erat, quicquid ſit in
caſu contrario iuxta diſtinctionem *Bartol. in*
l. obſeruare in 1. oppoſ. ff. offic. Proconſ. & in l. 1. num.
4. verſ. ratio quia C. vbi de crim. agi oport. Aret. conſ.
128. num. 4. Gratian. in fortior. term. diſc. 963. num. 4.
& ſeqq. Surd. dec. 248. num. 4. ſeqq.

12 Tertio, quod dicitur non quæri ius abſenti †
ante ratificationem intelligendum eſt ſecun-
dum opinionem Doctorum infra allegando-
13 rum de actuali acquiſitione iurium realium †
nempè dominij, & poſſeſſionis quorum ac-
quiſitio formatur ab animo acquirentis, non
autem actionis perſonalis cõtra promiſſorem
ad rem promiſſam conſequendam, quæ ab-
ſenti etiam abſque ceſſione, & ante ratifica-
tionem fuit acquiſita; ita tamen vt abſens
poſſit nolle ſibi fuiſſe quæſitam vt inter iura
realia, & actionem perſonalem diſtinguit
Oſaſcb. dec. 37. ſub num. 12. Tiraqu. de Conſt. lim. 30.
num. 57. Ciriac. latiſſ. controu. 322. numer. 8. & ſeqq.
controu. 425. num. 22. & ſeqq. Ladercb. conſ. 76. nu. 1.
Ruin. conſ. 119. ſub n. 8. verſ. antequã ergo conſ. 126.
ſub n. 10. verſ. rat. ergo habitio conſ. 172. n. 16. lib. 1.
cuius diſtinctionis tutrina neceſſaria in hoc
caſu non eſt, quia ad effectum de quo agitur
ſufficit fuiſſe ex ſtipulatione Notarij quæſitum
abſentibus ius irreuocabile ad acceptandum
contractum in ſtatu quo erat tempore ce-
14 lebrati inſtrumenti, nam ius quæſitum † non
tollitur per legem ſuperuenientem *Felin. in*
ex aduerſo alleg. c. fin. n. 11. verſ. prima eſt Gratian.
diſc. 465. num. 17. Ang. conſ. 53. num. 5. Gabr. conſ. 42.
num. 49. & 50. lib. 2. Hond. conſ. 16. numer. 19. & 28.
lib. 1. Ladercb. conſ. 42. num. 7. vbi quod hoc pro-
cedit ſiue ius ſit quæſitum re ſiue ſpe proba-
bili ſub futuro euentu purificandum *Innoc. in*
cap. ſtatuimus num. 2. de maior. & obed.

Nihil item releuat exceptio præſcriptionis,
15 quia ſtatutaria præſcriptio non habet locum †

in fruct. cenſus vt clara ſunt verba *Stat.& not. Gratian.diſ.883.n.15.* tricenaria vero preſcriptio non adeſt quia petuntur fructus decurſi à 29. annis citra,neq; ſuffragatur præſcriptio annorũ præcedentium quia licet in annuis præſtatio-
16 nibus debitis ex cõtractu puro† vnica preſcriptio ſufficiat tàm pro præteritis quo pro futuris *iuxt. opinionem Citramontanorum quam ſequitur Gomeſ. var.reſol.tom.2.cap.11.num.45. Surd. conſ. 302.num.8. Duard.de cenſ.§.1.quæſt.34.concl.4. nu. 51. Add.ad Buratt. dec.643.num.* 26. ſecus eſt in
17 cõtractu conditionali,& ratio diuerſitatis eſt † quia cum illę ex vnica promiſſione pura deriuent, & ſint perpetuę, potuit agi vnico contextu pro præteritis, & futuris: In iſtis verò quia pendent à futuro conditionis euentu ante quem agi non poterat, tot videntur ſtipulationes quot anni, & per conſequens totidem
18 requiruntur preſcriptiones† quarum vnaquęque incipit à ſingulis annis quibus fuit ceſſatum in ſolutione *Gomeſ.dicto cap. 11. numer.46. Gaſp.Rodr. d. ann.reddit lib.1.quæſt.17.numer.101. Bald.de preſcr.4.par.4.par.princip.quæſt.4.n.1.& 2. Gigas de penſion. quæſt.83.numer.1. Fioller. in praxi cenſual.§. cenſus num.105. Mohed. dec. 4. de præſcr. Put.dec.235.num.2.lib.1, Rot.apud Pacif. deciſ.300. num.3.& not.doct.per illum text.in cap.de quarta de præſcr.cap.olim cauſam de cenſ.& in l.cum acutiſſimi §.illud Cod.præſcr.30.vel 40. annorum.*

In fructibus autem cenſus redimibilis militant rationes ſecundi membri diſtinctionis, quia non ſunt perpetui, & cum cenſus redimi poſſit ad libitum debitoris habeat in ventre tacitam conditionem, quatenus debitor non redemerit, nec ad effectum de quo agitur
19 requiritur conditio expreſſa † ſed etiam tacita attenditur *Corn.conſ.44.num.8.lib.2.per text.in l. vbi autem §.qui fortem ff. verb. oblig.*& ſtipulationes annuæ præſtationis dicuntur aliquo
20 modo plures, quando ſunt reſolubiles † ſub incerto euentu non pendente à facto creditoris *l. ſancimus §. ſi quis autem il 2. C.donat. Gomeſ. dicto cap.11.num.46.verſ.6.facit Gaſp.Rodr.d.quæſt. 17. num.101.in fin.*

Accedit quod ſicuti donec debitor declaret velle cenſum redimere non præſcribitur actio ad ſortem quia nondum poterat exerceri, &
21 non valenti agere † non currit præſcriptio *l.1. in fin.Cod. annal. except.* ità neque præſcribi po-
22 tuerunt fructus futuri † nam antequam per aduentum diei deducantur in eſſe ſunt quid vnum intrinſece, & quidditatiue cum ipſa
23 ſorte, pro vt fructus maturandi † ſunt pars fundi *l.Iulianus 14.§.ſi fructibus ff.act.empt l.fundi pars ff.rei vind. Affl.dec.188.num.3.Ciriac. controu. 296.num.10.Surd.dec.97 num.1.&* 10. ideoque
24 in eo ſtatu non poſſunt diuerſo iure cenſeri † à ſorte, ſed eatenus tolluntur præſcriptione quatenus ipſa ſors,vt bene in terminis præſcriptionis fructuum *Anchar. in reg. acceſſorium ſub n.7.verſ.ſed videtur de reg.Iur.in 6.facit gl.in l.1.§. eum prædium il 1.verb.nunquam verſ.& ideo ff.pign. Bald.ibid.in lect.ant.num.1.& 2.Salic.ſub num.2.& 3.verſ.quæro 2. & num.4.Ciriac.contr.196.num.36. & contr. 490. num.56.& 57.*

Et alioquin implicaret in ſubiecto quod cenſus in futurum vſque ad dildictam vige-
25 ret, † & fructus in futurum non pareret, vbi
26 enim datur principiũ† formaliter productiuũ, pro vt eſt contractus cenſualis reſpectu fructuum cenſus, neceſſe eſt dari actum productionis, & rem productam tamquam neceſſario conſecutiuam à ſua cauſa, *l. ſi cui §. tamdiu ff.ex quib.cauſ.maior.in integr.reſt.l.ex diuerſo ff. rei vend. Odd. de fideic.quæſt.43.numer.158.& fuit dictum in Leodien. beneſ. 25. May prox.præt. coram R.P.D. in Cerro, & in puncto* quod in fructibus
27 cenſus † requirantur tot præſcriptiones quot anni *Gratian.diſc.399. num.29. diſc.490.nu.1. diſc. 883.num.14.Boccacc.de cenſ. par.3.num.67. Cinc.d. cenſ.par.3.cap.1.quæſt.3.art.2.nu.17. & ſeqq. Pacif. de Salu.inſpect.20.cap.2.n.292.Rot.in impreſſ. apud Cinc.230. num.12. dec.302.num.3 dec.304.nu.2.& apud Pacif.dec.300.num.1. dec.302.num.9. Add. ad Buratt.dec.644. num. 28.*

Secundò, non obſtat exceptio præſcriptio-
28 nis, quia mala fides † impoſitoris cenſus,qui nempe ſciebat ſe debitorem afficit aduerſarios eius hæredes, qui propterea eo quod perſo-
29 nam defuncti repræſentant † non potuerunt etiam ex propria perſona incohare nouam
30 preſcriptionem,quicquid ſit in ſingulari† ſucceſſore vt in ſpecie *Valaſc. conſult.49.numer.11. Balb. de praſcr.4.par.4. par.princ. quæſt.5.numer.21 Caſtill.de vſufr. cap.67. num.34.*

Tertiò, in omnem euentum actricibus vti locis pijs authoritate Apoſtolica erectis com-
31 peteret reſtitutio in integrum † aduerſus præſcriptionem completam ob negligentiam adminiſtratorum, in terminis *Odd. de reſt. in integr.quæſt.3.art.6.ſub num.45. verſ. in contrarium videtur, & num.46.Cabed.dec.51. numer.8. par.1. Maſtrill.dec.110.num.15.*

Tandem non obſtat nota exhibita extinctionis cenſus, quia eſt ſcriptura penitus in-
32 formis, † & loquutur de cenſu diuerſę ſummę ac temporis, imò præcedit impoſitionem cenſus de quo agitur nec aplicantur huic caſui
33 coniecturæ ponderatæ in dec. Seraph. 1333 † pro vt nec verificatur in facto quod penſiones domus fuerint aſſignatæ pro extinctione cenſus cum imò aſſignatio loquatur ſolum pro fructibus decurſis, & decurrendis.

Et ità deciſum vtraque, &c.

CAMERINEN. PENSIONIS.

Lunæ 25. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Confeſſio de recepto non probat ſolutionem penſionis ſtãte decreto quod penſio nulla ſit ſi non fuerit ſoluta vere,& realiter,præſertim in præiudicium ſucceſſoris nec teſtes ad probandam veritatem confeſſionis adducti ſuffragantur, ſi plures patiuntur exceptiones, ex quibus eorum fides minuitur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio de recepto non probat ſolutionem penſionis in præiudicium ſucceſſoris, & num. 2.*

3 *Teſtes examinati, & poſiti ad partes nondum effe-
cti de actis mediante citatione addicendum con-
tra, & Iudicis decreto nihil probant.*

4 *Teſtis beneuolus partis aduerſæ redditur valde ſuſpe-
ctus.*

5 *Teſtis ſibi met ipſi contrarius fidem non meretur,
præſertim ſi contrarietas verſatur circa ſubſtan-
tialia.*

6 *Teſtis mendax in vno, mendax cenſetur in reliquis,
cui fides adhibenda non eſt propter indiuiduitatem
iuramenti.*

7 *Teſtis pauper non eſt integræ fidei.*

8 *Teſtis deponens ſe fuiſſe inſtructum ab alijs teſtibus
prius examinatis ac inſuper ſollicitaſſe dictos teſtes
vt examini ſe ſubijcerent nihil probat.*

9 *Teſtes deponentes contra confeſſionem partis fidem
non merentur.*

10 *Teſtes indefinite deponentes declarantur ab alijs ma-
gis ſpecifice deponentibus.*

11 *Solutio penſionis integraliter probanda eſt vſque ad
obulum ſtante decreto annullatiuo in litteris reſer-
uationis adiecto in caſum non ſolutæ penſionis, &
ſupra num. 2.*

12 *Penſio non poteſt dici integraliter ſoluta ſi penſiona-
rius aliquam frumenti quantitatem recepit niſi ſo-
lidatis computis appareat an quantitas recepta
æquiualeat credito penſionis.*

DECISIO XXXIV.

SENTENTIAM Rotalem latam ad fauo-
rem Fidarelli Titularis confirmandam
eſſe Domini dixerunt quia concurrunt om-
nia ad validitatem requiſita in *deciſ. 262. Capu-
taqu. par. 2. & deciſ. 325. num. 1. & 12. par. 5. recent.*
Iuſtitia pariter euidens eſt quia pro iuſtifi-
catione decreti annullatiui poſiti in reſerua-
tione penſionis de qua agitur dantur confeſ-
1 ſiones de recepto† quæ non ſufficiunt vt fuit
firmatũ *in deciſionibus emanatis 15. Iunij 1638. &
11. Aprilis 1639. coram R.P.D. meo Pirouano* co
2 minus contra Fidarellum ſucceſſorem † in
beneficio grauato vt in *ſpecie modern. Peruſ. de
manut. obſeru. 35. num. 9. & 20. Rot. coram bon. mem.
Buratt. dec. 156. num. 3. & ibi add. litt. A. & in Piſa-
na penſionis 20. Nouẽbris 1628. coram bo. mem. Card.
Virili,* neque ſuffragantur adminicula ac teſtes
in ſecunda inſtantia examinati vt late *in dictis
deciſionibus D. mei Pirouani.*
Teſtes vero examinati coram me non rele-
3 uant nedum quia fuerunt poſiti ad partes †
nec adhuc per citationem ad diceñ contra, &
Iudicis decretum fuerunt effecti de actis vt
requiritur *Veſtr. in praxi lib. 6. cap. 2. ſub numer. 24.
verſ. quæ verba Surd. conſ. 311. num. 74.* ſed etiam
quia primus fatetur ſe beneuolum, & patruum
4 Caroli penſionarij, † & propterea eſt valde
ſuſpectus *Alex. conſ. 90. num. 7. lib. 2. Soc. conſ. 10.
num. 10. lib. 2. Burſatt. conſ. 350. num. 167. Rot. deciſ.
290. numer. 1. par. 6. recent.* augeturque ſuſpicio
quia iuxt. 7. interrogatus de vltima ſolutione
deponit diuerſimode ab inſtrumento in quo
teſtis adhibitus fuit, & allegat in conteſtem
alium qui in iſtrumento non legitur.
Secundus eſt ſibi contrarius quia iuxt. 5.
reſpondit nunquam vidiſſe traſmitti frumen-
tum ad Ioannem penſionarium, & deiñ iuxt.
16. deponit de traſmiſſione à ſe ipſo facta, &
5 cum iſta contrarietas † verſetur circa ſubſtan-
tialia nempe circa traſmiſſionem frumenti in
qua fundatur veritas ſolutionis teſtis fidem
penitus elidit *cap. licet cauſam vbi gl. verbo contra
dicunt de probat. Alex. conſ. 5. num. 10. lib. 1. Rot. co-
ram San. mem. Greg. XV. dec. 298. nu. 3. & dec. 139.
num. 5. poſt conſ. Farin. lib. 2.*
Tertius conuincitur de mendacio à 2. nam
examinatus die 26. Ianuarij dixit iuxt. 9. ſe
non vidiſſe 2. teſtem à 7. diebus citra, & tamen
ſecundus iuxt. 10. teſtatur quod die 24. d. men-
ſis ſimul comederant in domo D. Abbatis
Santarelli, vnde ratione mendacij in vno fi-
6 dem amittit † in omnibus propter indiuidui-
tatem iuramenti *l. 3. ff. de teſtib. Bald. in cap. ſi quis
teſtium num. 5. Eod. tit. Ruin. conſ. 158. num. 27. lib. 5.
Aym. conſ. 249. num. 12. Rot. dec. 151. nu. 12. dec. 297.
num. 15. par. 6. recent.*
Quartus affirmat ſe vilem, & pauperem, &
permanſiſſe per duos menſes ante examen in
7 domo Caroli quod minuit illius fidem† *Franc.
in cap. Romana num. 4. de teſtib. in 6. Farin. de teſtib.
quæſt. 60. num. 29. Rot. dec. 138. num. 4. dec. 194. nu. 2.
poſt conſ. Farin. dec. 290. num. 2. par. 6. recent.* tanto
magis quia iuxt. 4. addit ſe fuiſſe inſtructum
8 ab alijs teſtibus prius examinatis † eoſque
ſollicitaſſe, & pecuniam ſubminiſtraſſe vt ex-
amini ſe ſubijcerent *ad tradita per Farin. conſ.
130. nu. 30. Rot. dec. 194. num. 4. poſt eiuſd. conſ. lib. 2.*
Et omnes dicti teſtes deteguntur mendaces,
quia aſſerunt fructus beneficij fuiſſe quolibet
anno venditos, ac diſtractos à Iulio titulari
vel eius famulis ſumm. num. 20. cum tamen
omnes fructus ad Ioannem penſionariũ *traſ-*
miſſos fuiſſe faſſus fuerit Ioannes in iſtrumen-
to exaduerſo producto ſumm. numer. 19. &
ipſe Carolus medio iuramento articulauerit
frumentum fuiſſe delatum ad Arcangelum, &
ab eo conſeruatum conſignatumque Ioanni
ſumm. num. 12. ex quibus confeſſione, & ar-
9 ticulis contrarijs depoſitioni teſtium † eorum
fides penitus abrogatur *Seraph. deciſ. 433. num. 7.
& deciſ. 1318. num. 1. Greg. XV. dec. 358. numer. 3.
Rot. deciſ. 24. num. 3. deciſ. 216. num. 4. par. 1. recent.*
Sed præterea teſtium dicta non releuant
10 quia ſecũdus ſuper 5. à quo alij† indefinite de-
ponẽtes declarantur *Greg. XV. dec. 344. num. 13.*
loquitur quidem de annua traſmiſſione rubr.
15. aut 16. frumenti, ſed non conſtat de illius
valore vt debet quia appareat neceſſe de reali,
11 & integra ſolutione † penſionis vſque ad
obulum *Rot. dec. 585. numer. 1. par. 4. recent.* imò
quia Carolus articulauit Ioannem ex fructi-
bus ad ſe traſmiſſis debuiſſe ſoluere annuam
penſionem Arreſtio alteri penſionario, & ſa-
larium dari ſolitum Cappellano beneficij gra-
uati ſumm. numer. 17. ſatis colligitur quod
rubr. 15. frumenti non fuerunt ſatis ſolutioni
etiam propriæ penſionis, & quod traſmiſſio
fiebat ad eludendum decretum reſeruationis,

12 aut ſaltem non niſi ſolidatis computis † recepti ac expenſi apparere poteſt an remanſerit in manibus Ioannis frumenti quantitas ac valor æquiualens credito penſionis *Caſtr.cõſ.126. circ.med.verſ.ſi tamen ad manus lib.2.Ang.cõſ.286. col.2.verſ.& ſi inter dictos Soc.ſen.conſ.24. num.36. verſ.hic enim ſi unus lib.1.Eſcob.de ratiocin.cap.21. numer.12.& ſeqq.Rot.dec.612.numer.2.par.1.recens. Buratt.dec.58.num.3.*

Et ita deciſum Fidarello tantum informante altera tamen parte pluries citata.

BONONIEN. IVRISPATRONATVS.

Merc. 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Hæres ſcriptus adhoc vt fiduciarius dicatur, requiruntur cauſa, & verba copulatiue,& quænam cauſæ adhunc effectum reputentur inſufficientes? Tribellianica detrahitur tantum ab hærede grauato, non autem ab hærede fiduciario.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſcriptus vt fiduciarius indicetur, cauſa, & verba copulatiue inter cætera requiruntur, & quænam cauſa non ſufficiant ad inducendam fiduciam num.2.3.& 5.*

4 *Vxor præſumitur à marito hæres inſtituta ex cauſa amoris, & dilectionis, ſi ipſam dilectiſſimam in actu inſtitutionis enunciauit.*

6 *Onus inueſtiendi fructus hæreditatis ad commodum alicuius non facit quem hæredem fiduciarium, cum poſſit etiam iniungi vero hæredi.*

7 *Hæres reſpectu tituli hæreditarij verus reputatur, quamuis reſpectu commodi fiduciarius ſit.*

8 *Commoditas ex fructibus medio tempore percepta æſtimabilis eſt.*

9 *Miniſter nudus dicitur, qui nihil emolumenti conſequitur, aut conſequi poteſt.*

10 *Fiducia,& nudi miniſterij præſumptio ceſſat,quando quis percepit commoditatem fructuum medij temporis.*

11 *Hæres verus dicitur ille in quem verba inſtitutionis non executiue ſolum,ſed diſpoſitiue fuerant collata.*

12 *Translatio iurium,& actionum hæreditariarum non fit niſi in hæredem verum, non autem in nudum miniſtrum, niſi in relictis ad pias cauſas num. 13. & 14.*

15 *Prohibitio detractionis Tribellianicæ conuenit tantum hæredi grauato, & num.17.*

16 *Hæres fiduciarius ex diſpoſitione iuris tribellianicam detrahere prohibetur.*

18 *Hæres inſtitutus directo, & pure,ſublato vitio temporis inſtitutioni adiecto, cenſetur rogatus per fideicommiſſum de reſtituendo hæreditatem ſubſtitutis tranſacto illo tempore.*

19 *Iuriſpatronatus qualitas, an & quando poſſit immutari?*

20 *Fideicommiſſarij etiam continentur appellatione hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque.*

DECISIO XXXV.

RESOLVTIONEM captam ad fauorem Antonii Mariæ Bellioſſii de Raimundinis ſub die 23. Ianuarij proxime præteriti, & confirmatam die 11. Maij iterum Domini concordibus octo ſuffragiis approbarunt nemine ex iis qui votum protulerunt diſcrepante, non obſtantibus nouiter deductis per ex aduerſo informantes,qui ſuadere conabantur Ludouicam vxorem Ioannis Baptiſtæ fideicommittentis fuiſſe hæredem fiduciariam, & iuriſpatronatus ab initio hæreditarij qualitatem non potuiſſe in præiudicium hæredum immutari per fideicommiſſum.

Nam in teſtamento non legitur fidei Ludouicæ quidpiam ſecreto commiſſum ſeu verbum aliquod confidentiale pro vt in *caſu deciſ.381.bon. mem. Card. Caua©ler.* neque aderat releuans cauſa ob quam teſtator filios Melchiorris quos Ludouicæ poſt 15. annos ſubſtituit non potius pure inſtituiſſet ſi Ludouicam directo hæredem eſſe noluiſſet at verò cauſa,
1 & verba † copulatiue inter cętera requiruntur vt hæres ſcriptus fiduciarius iudicetur *Bald. in l.in fideicom.§.cum Pollidius ff.vſur.Hodiern.in l.hac edictali, quæſt.28.num.34.Cod.2.nupt. Beltaz.conſ. ciuil.8.num.8.Hond.conſ.91.num.88.lib.2. Pereg.de fideic.art.3.num.19.verſ.& fiduciarium, & de iure fiſci lib.3.tit.19.num.3.Rot.dicta dec.381. numer.2. coram Caualer.& coram bon.mem.Buratto dec.616. num.15.& 23.*

Neque pro cauſa poteſt allegari quod filij
2 Melchiorris eſſent impuberes † ad tradita per *Peregr.dicto art.3.n.19.verſ.quia impubes Hodiern. loc.alleg.ſub.num.35.* vel quod teſtator voluerit
3 fructus hæreditatis per 15. annos inueſtiri † quia aſſumptum pupillaris ętatis hæredum ſubſtitutorum,quatenus releuaret non probatur de tempore mortis teſtatoris, & cum hæreditatis cuſtodia, & adminiſtratio ſiue fructuum reinueſtimentum non obeſſet quo minus teſtator dictos filios inſtitueret à principio ſi id facere voluiſſet demandando ſcilicet vtrunque Ludouicæ vxori, ſeu executoribus teſtamentarijs pro vt in caſum prædeceſſus vxoris demandauit, neutrum ſufficit pro cau-
4 ſa fiduciæ † vt bene in propoſito ratiocinatur *Bertran.conſ.47.ſub num.7.verſ.ſi enim vol.3.par.2. Cuman. conſ.103. col.2. ant.med.verſ. iuſtius tamen num.2.Gratian. diſcept. 443. num. 5.* quin potius cauſa finalis tribuenda eſt maximo amori teſtatoris erga vxorem quam dilectiſſimam in
5 ipſo actu inſtitutionis enunciauit † vt per *Dec. conſ.601.num.4.verſ.unde tertius Grat.conſ.34.nu.5. lib.2.Mant.de coniect.vlt.vol.lib.8. tit.6.numer.18. Surd.dec.322.numer.17. Rot. in Ferrarien. legati 4. Februarij 1626. coram bon.mem. Patriarca Hieroſolimitano in punct.Menoch.conſ.146. numer.10. & præſumpt.123.num.8.lib.4.*

Vnde parum refert quod Ludouica nullum commodũ percipiat ex hæreditate ſed fructus teneatur deponere ſingulis annis,& reinueſtire quolibet quinquennio ad commodum hæreditatis; Quia non hoc ſolum conſtituit hæredem fiduciarium,niſi cauſa, & alia requiſita

6 in

6 in idem concurrant, † & onus huiuſmodi po-
tuit iniungi etiam vero hęredi *l. in fideicom.* 18.
*verſ. aut cum quis ſpecialiter ff. ad Treb. l. ſi ita reli-
ctum §. Pegaſus ff. leg. 2. Bellon. iun. conſ.* 31. *num.* 50.
Surd. conſ. 291. *num.* 9. *& dec.* 15. *numer.* 24. *Mant. de
coniect. lib.* 7. *tit.* 10. *nu.* 9. *Ciriac. controu. Foren.* 550.
num. 50. *& ſeqq.* qui talis dicitur reſpectu tituli
7 hæreditarij † quamuis reſpectu commodi fi-
duciarius eſſet *iuxt. diſt. Bald. in l. ſi quis Titio* 17.
num. 2. *& in l. ſi quis* 31. *ff. leg.* 2. *Rot. coram San. mem.
Greg. XV. dec.* 544. *num.* 28.

Imo e conuerſo percepit Ludouica lucrum
ex hæreditate ne dum ob multa prælegata ti-
tulo inſtitutionis ſibi relicta; ſed etiam quia
tum deponere poſſet in fine anni, & reinue-
ſtimentum non niſi poteſt quinquenniũ fieri
8 deberet habuit cõmoditatem medij tẽporis, †
quæ extimabilis eſt *Bart. in l. cum fil. fam. num.* 9.
verſ. remanebit igitur ff. leg. 1. *quem ſequitur ibid.
Iaſ. num.* 158. *verſ. ſicut etiam Rip. ſub num.* 70. *ibi
ſalua commoditate Surd. dec.* 224. *num.* 5. *Ciriac. dict.
controu.* 550. *num.* 55. *in fin.* & repugnat qualitati
fiduciariæ, ſeu nudi miniſterij, quia nudus mi-
9 niſter dicitur † qui nihil emolumenti ex hæ-
reditate conſequitur aut conſequi poteſt *gl. in
l. pecunia ff. alim. & cib. leg. Roman. conſ.* 228. *col.
pen. verſ. ſic itaquè Capr. de execut. vlt. vol. mem.* 4.
num. 6. *Ciriac. controu.* 51. *numer.* 46. *& controu.* 94.
num. 11. *& in punct.* ratione dictę commoditatis
10 medij temporis † ceſſare in dubio præſum-
ptionem fiduciæ, & nudi miniſterij dixit *Rot.
cauſa pluries propoſita in Rom. cenſus* 3. *Iunij* 1619.
*coram bon. mem. Martino Andrea relat. per Add. ad
Greg. XV. dec.* 544. *ſub num.* 42. *verſ. fuit autem*,

Et pręterea Ludouicam fuiſſe vere hęredẽ,
grauatam tamen onere reſtituendi per fidei-
commiſſum oſtendunt tum verba inſtitutio-
11 nis diſpoſitiuè † non executiue ſolum in ip-
ſam collata *Bart. in dicta l. pecuniæ num.* 1. *Caſtr.
in l. quidam teſtamento §. ſi ſcriptus num.* 2. *ff. leg.* 1.
Cuman. conſ. 108. *num.* 13. *Mant. de coniect. lib.* 8. *tit.*
4. *num.* 33. *Simon. de Prat. de interp. vlt. volunt. lib.* 5.
dubit. 2. *num.* 43. *Gratian. diſc.* 446. *numer.* 4. *Add. ad
Greg. XV. dicta deciſ.* 544. *in fin.* quia important
tranſlationem in hæredem ſcriptum hæredita-
12 riorum iurium, & actionum † quæ vtique
competunt vero hæredi *l. cum hæredes ff. acquir.
hæreditate Bald. in l. quoties in princ. Cod. hæred. inſt.
Scip. Rouit. conſ.* 54. *nu.* 3. *lib.* 2. ſecus autem nudo
13 miniſtro † pręterquam in relictis ad pias cau-
ſas *l. nullũ verſ. & ſi quedam C. Epiſc. & cler. Alex.
cõſ.* 170. *n.* 2. *lib.* 2. & in terminis hanc differentiã
14 inter vtrunquè † aſſignat *Specul. de inſtrument.
edit. §. nunc vero aliqua num.* 6. *verſ. & ſcias Simon.
de Prat. dict. dub.* 2. *num.* 50. *poſt Bart. in l. ſi quis Ti-
tio num.* 2. *ff. leg.* 2. *Caſtr. in l. Lucius §.* 1. *numer.* 1. *ff.
ad Trebell.*

Tum etiam prohibitio detractionis Tribel-
lianicæ quę ſane conuenit hæredi directo, &
15 grauato † ſuperuacanea vero eſſet hæredi fi-
16 duciario qui ex diſpoſitione iuris † Trebellia-
nicam detrhaere prohibetur *Hodiern. in dicta l.
hac edictali quæſt.* 28. *num.* 28. *Alex. in l. ſecus col.* 4.
ſub nu. 2. *verſic. vnde videmus ff. ad Trebell. Rimin.
iun. conſ.* 379. *num.* 90. *Gabr. conſ.* 128. *num.* 1. *lib.* 1.
Gratian. diſc. 650. *nu.* 3. *Rot. deciſ.* 557. *num.* 3. *in fin.*
par. 1. *recent.* & magis in ſpecie ex prohibitio-
17 ne Trebellianicæ † ſignificari hæredem eſſe
vniuerſalem, grauatum tamen reſtituere per
fideicommiſſum *tradit Menoch. præſumpt.* 141.
ſub numer. 49. *verſ. & demum lib.* 4. accedentibus
præſertim verbis teſtamenti, in quo Ludouica
hæres vniuerſalis nominatur, & filij Melchio-
ris ſubſtituti nuncupantur non ſemel.

Si itaquè Ludouica fuit vere hæres directo
& quidem purè, ſublato vitio temporis 15. an-
18 norum inſtitutioni adiecto; ita vt † rogata
cenſeretur de reſtituendo hæreditatem filijs
Melchiorris poſt quindecim annos vt *Præter
alleg. in* 1. *dec. tradit Ang. conſ.* 150. *num.* 4. *verſ. quan-
tum tamen Menoch. de adipiſc. rem.* 4. *nu.* 155. *Bellon.
iun. de Iur. accreſc. c.* 7. *quæſt.* 17. *ſub n.* 42. *verſ. primus
caſus*, *& num.* 43. *Cariac. qui loquitur de ſim. inſtitu-
tione ad* 15. *annos controu.* 550. *n.* 57. *& ſeqq.* ſequi-
tur quod Franciſcus Aloiſius dicti Melchior-
ris filius, & aduerſariorum author ſucceſſerit
in hæreditate ac in Iure patronatu tit. fidei-
commiſſi, & per conſequens aplicantur co-
niecturæ, & obſeruantia deducta in prima
deciſione,

Non obſtat alterum obiectum exaduerſo
vt ſupra excitatum de mutatione qualitatis
19 hæreditariæ † in acquiſitione Iurispatronatus
impreſſę; Quia forte procedit quando ab initio
fuit acquiſitum Iuſpatronatus pro ſe, & ex-
traneis, & de eo diſponitur in præiudicium
extraneorum pro vt *in Ferrarien. Iuriſpatr.* 30.
Aprilis 1635. *coram R. P. D. meo Dunozet.*, vel
quando Iuſpatronatus ab initio hęreditarium
fieret gentilitium aut econuerſo *vt in Piſtorien.
Iuriſpatr.* 31. *Martij* 1628. *coram R. P. D. meo Mer-
lino*, ſed in caſu noſtro qualitas, & forma
primeuæ acquiſitionis fauet fideicommiſſa-
rijs, quia Iuſpatronatus fuit donatum Teſta-
tori pro ſe, & hæredibus quibuſcunquè, quo-
20 rum appellatione † etiam fideicommiſſarij
continentur *vt in punct. Phanucc. & Rot. loc. alleg.
in* 1. *deciſ. §. in caſu*,

Et ità deciſum vtraque parte informante

ROSSANEN. DECIMARVM.

Merc. 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Baronia vendita mediante regio aſſenſu, ac præ-
ſtatione iuramenti ligij homagij in manibus
Regij Miniſtri præuia, poſſeſſione ſub ſecuta
dicitur in emptorẽ tranſlatum dominium, il-
liuſque poſſeſſio, præſertim, quando vti talis
apparet in libris Adhoæ Baronum Regni de-
ſcriptus, & ſoluit onera ſolui ſolita ab alijs
Baronibus.

SVMMARIVM.

1 *Baronia Dominium, illiuſquè poſſeſſio ex quibus
tranſlata cenſeantur in emptorem?*
2 *Libri Adhoa, ac taxæ Baronum pro ſolutione dona-
tiui Regij concurrentibus adminiculis plenè pro-
bant etiam contra tertium.*

3 *Baro-*

3 *Baroniæ poſſeſſio cenſetur continuata in emptorem ſi apparet in libris deſcriptus debitor onerum Baronalium.*

4 *Onera ſoluuntur à poſſeſſore.*

5 *Poſſeſſio ſemel capta præſumitur continuata, niſi conſtet de contrario.*

6 *Poſſeſſio tertij allegari poteſt ad excludendam poſſeſſionem alterius.*

7 *Et talis oppoſitio non eſt de Iure tertij, ſed non Iuris agentis.*

8 *Exceptio Iuris tertij, quando eſt excluſiua Iuris agentis allegari poteſt à tertio.*

9 *Duo inſolidum eandem rem poſſidere non poſſunt.*

10 *Poſſeſſio nunquam dicitur amiſſa per actus poſſeſſionis ab alio geſtos, niſi concurrat ſcientia, & patientia poſſeſſoris.*

11 *Onera Baronalia ſi quis paſſus eſt vt ab alio ſoluantur, fatetur ſe non eſſe Baronem.*

12 *Baronia ſine regio aſſenſu cedi non poteſt.*

13 *Iuriſdictionis exercitium eſt diuerſum Caſtri, & Baroniæ.*

14 *Baroniæ poſſeſſio abſque regio titulo non ſuffragatur.*

15 *Poſſeſſio ſola non facit quem Baronem.*

16 *Baronia ſine titulo, & conceſſione Principis haberi non poteſt.*

17 *Poſſeſſio ſola Baroniæ non ſufficit, quamuis dominium incidenter deducatur.*

18 *Poſſeſſio ſola adeffectum attentatorum ſiuè bona ſiuè mala attenditur abſque probatione tituli.*

19 *Limita concluſionem non procedere quando agitur de rebus, quæ Iure communi poſſideri non poſſunt abſque Principis voluntate.*

20 *Epiſtola dicitur ſuſpecta ſi apparet ſcripta non ſeruato more aliarum conſimilium epiſtolarum.*

21 *Baroniæ conceſſio non reſultat ex ſola enunciatiua Principis.*

22 *Proceſſus originalis, non folium à Notario ſubſcriptum attenditur.*

23 *Confeſſio, docto de errore, non nocet confitenti.*

24 *Attentata non dicuntur commiſſa, ſi cauſæ, & perſonæ ſunt diuerſæ.*

DECISIO XXXVI.

LEO Pariſius de anno 1633. emit à Duce Rhodi Baroniam Caſtri Coriolani, regium aſſenſum deſuper obtinuit, iuramentum ligij homagij præſtitit in manibus Regij Miniſtri, de mandato Excellentiſs. D. Proregis miſſus fuit in poſſeſſionem Baroniæ, recepitque à Vaſſallis iuramentum fidelitatis, vt conſtat publicis inſtrumentis pro parte Reuerendiſſimi D. Archiepiſcopi productis, & datis in eius *ſumm. numer. 1. & ſeqq. vſquè ad 6.*
1 ex quibus omnibus ſimul iunctis † abundè probatur, quod penès ipſum Leonem Baronia, eiuſquè poſſeſſio translata fuit: *Iſern. in cap. 1. num. 22. de capit. qui iur. vendit. Socc. ſen. conſ. 187. nu. 12. lib. 2. Alba conſ. 64. nu. 13. 14. Menoch. de retin. rem. 3. n. 579. Scrader. de feud. part. 5. cap. 1. num. 2. Rot. deciſ. 135. num. 2. par. 1. recent.*

Et quidem nomine proprio pro ſe, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus, eodemque nomine in cedulario, ſeu libris Adhoæ Baronum Regni, ac taxæ Baronum pro ſolutione donatiui facti Sereniſs. Regi Cattolico de an-
2 no 1637. qui libri † iunctis adminiculis præfatorum inſtrumentorum plenè probāt etiam contra Tertium. *Bart. in l. admonendi num. 27. ff. iur. iur. Gratian. diſcept. 293. num. 17. & diſc. 310. nu. 6. Menoch. de retin. rem. 3. nu. 570. Rot. Farinacc. dec. 122. num. 2. deciſ. 13. num. 16. par. 6. recent.* Ipſe Leo deſcriptus apparet debitor onerum Baronalium decurſorum de dicto anno 1637. & *ſeqq. ſumm. num. 6. & 7.* quod eſt ſignum con-
3 tinuatæ † poſſeſſionis Baroniæ, quia onera † ſol-
4 uuntur à poſſeſſore *Bald. in l. 3. num. 9. C. nat. lib. Socc. ſen. d. conſ. 187. ſub num. 12. verſ. 2. & maxime lib. 2. Menoch. de retin. d. rem. 3. num. 581. Pacif. de Saluian. inſpect. 1. cap. 6. num. 31.*

5 Cuius poſſeſſionis continuatio, † ceſſante (vt infra dicam) contraria confeſſione D. Archiepiſcopi, ex qua ſtatus præſentis diuerſitas deducebatur in prima deciſione etiam de iure præſumitur *Socc. ſen. conſ. 89. num. 18. in fin. lib. 1. Natt. conſ. 235. num. 19. Menoch. præſump. 64. num. 1. lib. 6. Nouar. in term. Baroniæ de grauam. Vaſſall. tom. 2. prel. 1. num. 44. & ſeqq. Mareſc. var. reſolut. lib. 2. cap. 1. num. 182. Rot. deciſ. 237. num. 2. par. 1. recent.* nec dubitari poteſt, quin D. Archiepiſcopus dare poſſit de poſſeſſione Leonis, de qua conſtat per actus poſitiuos, ac continuatos ad ex-
6 cludendam poſſeſſionem Iacobi Salutij, † qui eandem Baroniam poſſidere prætendit *Lancell. de atten. par. 3. cap. 26. num. 36. Rot. dec. 15. de probat. in nou. dec. 63. num. 3. dec. 200. numer. 8. par. 2. recent.*
7 Quia oppoſitio iſta tamen eſt de iure tertij, † ſed tantum iuris agentis. *Gratian. diſcept. 700. num. 65. Theſaur. dec. 4. col. 3. in fin. verſ. in contrar. & col. 5. verſ. præterea.*

Et quatenus eſſet de iure tertij, quia tamen eſt ipſo iure excluſiua iuris Iacobi actoris† vtique allegari poteſt à tertio: *Caſtr. conſ. 77. nu. 6. in fin. lib. 2. Aym. conſ. 144. numer. 25. Surd. conſ. 213. num. 16. Rot. deciſ. 277. num. 7. deciſ. 438. num. 3. par. 1. recent. deciſ. 415. coram. S. mem. Greg. XV. & ibi Add. num. 16.*

Excluditur inquam poſſeſſio Iacobi ex poſ-
9 ſeſſione Leonis, quia duo in ſolidum † eandem rem poſſidere non poſſunt *l. ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum ff. commodat. leg. poſſideri §. ex contrario ff. acquir. poſſeſſ. l. duo in ſolidum ff. precar. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 2. gl. 10. numer. 80. Rot. deciſ. 520. num. 3. par. 2. deciſ. 17. num. 7. par. 5. recent.* Ità vt non releuent actus iuriſdictionales à Iaco-
10 bo geſti, † niſi vltro probetur ſcientia, & patientia Leonis, per quā idem Leo à poſſeſſione cecidiſſe videatur *Socc. in term. poſſeſſ. iurid. conſ. 187. nu. 22. verſ. 2. via lib. 2. Pacif. de Saluian. inſpect. 1. cap. 6. num. 33. Menoch. de retin. rem. 3. nu. 566. verſ. declaratur 2. Rot. deciſ. 17. n. 7. par. 2. diuerſ. deciſ. 53. num. 44. par. 5. recent.* Quæ ſcientia, & patientia tantùm abeſt, quod imò è conuerſo apparet, Iacobum ſciuiſſe, & paſſum fuiſſe, quod poſſideret ſolus Leo ex quo rata ſupradicti donatiui anni 1637. ſoluenda vt ſupra per Leonem vti Baronem Coriolani fuit per Cameram Regiam delegata, & aſſignata ipſi Iacobo tanquam eiuſdem Cameræ creditori exinde nimirum Iacobus videtur agno-
11 uiſſe nullum ius habere in Baronia, † nam alioquin non alium quam ſe dictæ ratæ dona-

tiui

tiui debitorem Baronali nomine creari permi-
ſiſſet eamdemque ratam cum credito proprio
contra Cameram compenſaſſet, & Leonem
ſibi tamquam Baronem debitorem delega-
tum vere eſſe Baronem *ad tex. in l. filius fam. l.*
2. ff. ad Maced. & ibi Bart. cap. ex ore de his quæ fi-
unt à maior. part. cap. Clem. 1. de procurat. Dec. conſ.
205. ſub num. 7. verſ. & facit Iaſ. conſ. 47. numer. 1.
lib. 1.

Et gratis dicitur, Leonem emiſſe pro Iaco-
bo, vel illi poſtmodum ceſſiſſe, quia teſtes de
hoc deponentes examinati fuerunt ad perpe-
tuam rei memoriam, & iſtrumentum emptio-
nis loquitur pro Leone, ſuiſque hæredibus, &
ſucceſſoribus, nec apparet de aliqua ceſſione
12 cum Regis aſſenſu † ſine quo Baronia cedi
non potuit *cap. 1. de probibit. feud. alien. Ponte de*
poteſt. Proreg. tit. de elect. off. §. 4. n. 2. & 3. Afflict. dec.
60. ſub num. 2. Giurb. deciſ. 50. num. 3. Vinc. de Franc.
deciſ. 102. num. 32. Præter quod Iura producta
ad probandos actus iuriſdiciales dicuntur in-
formia, & extracta lite pendente, & ijdem
actus denotant potius iuriſdictionis exerciti-
13 um, quod eſt à dominio Caſtri, & Baroniæ
diuerſum. *Ciriac. controu. Forenſ. cap. 401. numer.*
50. tom. 3. poſt Solon. de Pace ad ll. Taur. in proem.
num. 59. & ſeqq.

Sed præterea eſto, quod probaretur poſſeſ-
ſio Iacobi, ea tamen non ſuffragaretur ad ef-
14 fectum, vt Baro dicatur † non exhibito titu-
lo Regio *Iſern. in cap. 1. nu. 28. in fin.* ibi poſſeſ-
15 ſio ſola † non facit eum Baronem *de capit.*
qui Cur. vendid. Scip. Rouit. ad pragm. Regni Rubr.
de Baronib. num. 2. Marta de iuriſdict. par. 2. cap. 5.
num. 58. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gl. 4. ſub num. 10.
& 18. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 37. nu. 17. & 18.
Nouar. de grauam. Vaſſal. tom. 1. prælud. 13. ſub nu. 5.
& tom. 2. grauam. 401. num. 5. Quia Baronia ſine
16 titulo, ideſt priuilegio, † & conceſſione Prin-
cipis haberi non poteſt: *Affl. in cap. 1. §. illud nu.*
32. de probibit. alien. per Frider. Alba conſ. 172. num.
26. & 28. Rim. iun. conſ. 31. nu. 54. Roſſental. de feud.
cap. 8 concl. 33. num. 9. Ob quam rationem ſpe-
ciale eſse in hac materia, vt ſola poſseſſio non
17 ſufficiat, † quàmuis dominium incidenter
deducatur bene aduertit *Pacian. dicto cap. 37. nu.*
18. & 19. Giurb. loc. alleg. verſ. cum Baronia, & nu.
19. verſ. hoc tamen.

Vnde non obſtat, quod ad effectum at-
tentatorum attendatur ſola poſſeſſio ſiuè bo-
18 na, ſiuè mala † abſquè alia probatione tituli,
tùm quia de poſſeſſione Iacobi non conſtat,
tùm etiam quia obiectũ non procedit quando
19 agitur de rebus † quæ iure communi poſſide-
ri non poſſunt abſquè Principis voluntate; &
doctum fuit de anteriore ac titulata poſſeſſio-
ne alterius *Lancell. de attent. par. 3. cap. 30. nu. 76.*
Egid. deciſ. 294. quæ voluntas deſumi non po-
teſt ex epiſtola à D. Prorege ſcripta ad Iaco-
bum enunciando illum Baronem Coriolani,
quia expreſſio nominis Iacobi in dicta epiſto-
la præter morem aliarum ſimilium epiſtola-
20 rum † ſuſpicione non caret: *ad not. per Abb. in*
cap. ad noſtram num. 11. de empt. & vend. Rot. deciſ.
283. num. 8. & ſeqq. par. 5. recent. deciſ. 17. numer. 16.
21 *par. 6.* & ſola enunciatiua Principis † non im-
portat conceſſionem Baroniæ, vt in ſpecie
Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 13. num. 102.

Non obſtat confeſſio D. Archiepiſcopi in
qua fundatur prima deciſio, nam quod in lit-
teris cõpulſorialibus expeditis ad inſtantiam
D. Archiepiſcopi, vel in citatione ad reluen-
dum Iacobus nominatus fuerit Baro Coriola-
ni, legitur quidem in quodam folio volanti
22 à Notario ſubſcripto, † ſed non in proceſſu
originali hodie exhibito, cui ſtandum eſt, *vt*
per Alex. conſ. 105. nu. 1. & infr. lib. 2. Boer. dec. 252.
num. 5. & ſeqq. Rot. coram bon. mem. Buratt. dec. 294.
num. 12. & in omnem euentum docto exlu-
23 prædictis de errore, † confeſſio non nocet.
Abb. Tiraquell. & alij alleg. in prima deciſione §.
nec obſtat.

Ex quibus Domini recedendo à deciſis di-
xerunt, non conſtare de attentatis D. Archie-
piſcopi, quia lis cæpta cum Ioanne Filippo
aſſerto Barone Coriolani non afficit Iaco-
bum, qui ſe ſucceſſorem in Baronia non pro-
24 bat, nec extenditur † ad cauſas, & perſonas
diuerſas: *Bellam. conſ. 18. num. 3. verſ. tene contrar.*
Dec. conſ. 33. ſub num. 4. Ruin. conſ. 75. num. 8. & ſeqq.
lib. 5. Caputaq. deciſ. 59. par. 1. Rot. coram San. mem.
Greg. XV. deciſ. 345. numer. 1. & 2. & 10. & coram
Buratt. deciſ. 644. num. 5.

Et ità deciſum vtraq; parte informante &c.

ROMANA MANVTENTIONIS.

Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio exigendi acquiſita contra defun-
ctum ſuffragatur contra eius heredem, quia
Ius metimur à perſona actoris, quod ex mu-
tatione perſonæ rei non immutatur, nulla
habita diſtinctione inter heredem ſimpliciter,
& beneficiatum. Manutentio in quaſi poſ-
ſeſſione exigendi non poteſt denegari credi-
tori poſteriori ab hærede beneficiato ſub præ-
textu crediti anterioris, niſi conſtet bona he-
reditaria non eſſe ſufficientia pro ſatisfactione
vtriuſque crediti.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio exigendi vnica ſolutione acquiritur.*
2 *Et acquiſita contra defunctum ſuffragatur contra il-*
lius hæredem, quia Ius metimur à perſona actoris,
quod ex mutatione perſonæ rei non immutatur nul-
la habita diſtinctione inter hæredem ſimpliciter, &
Beneficiatum.
3 *Beneficium Inuentarij non releuat quouſque vires*
hereditariæ ſuppetunt.
4 *Hæres Beneficiatus poteſt denegare ſolutiones exi-*
ſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi contra defun-
ctum, ſi eſt creditor anterior eiuſdem defuncti. De-
clara vt num. 7. & ſeqq.
5 *Res iudicata in petitorio poſſeſſorium abſorbet.*
6 *Hæres Beneficiatus tunc manutentionem impedit*
creditori exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi,
quando vel habuit ſe pro ſpoliato, vel iuſta cau-
ſa denegandi eſt clara, & liquida.

7 Hæres

7 *Hæres Beneficiatus ſub prætextu crediti anterioris non impedit manutentionem exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi, niſi ſimul conſtet bona hæreditaria non eſſe ſufficientia pro vtriuſque crediti ſatisfactione.*

8 *Hæreditas præſumitur opulenta.*

9 *Hæres donec probauerit bona hæreditaria non eſſe ſufficientia interim datur manutentio creditori poſteriori in quaſi poſſeſſione exigendi.*

10 *Creditor poſterior non repellitur à conſecutione ſui crediti ex credito anteriori hæredis, quia ſi bona hæreditaria ſufficiunt, vt ſufficere præſumitur, vtrique ſatisfieri debet de dictis bonis.*

11 *Hæres beneficiatus tenetur etiam adimplere obligationem defuncti, ſi bona hæreditaria ſuppetunt.*

12 *Vxor poſſidens bona viri pro ſecuritate dotis non aufert viro liberam eorumdem bonorum adminiſtrationem, & non ſecus, ac quilibet alius creditor dicitur poſſidere pignus nomine viri debitoris.*

DECISIO XXXVII.

PLACVIT Eminentiſs. D. Card. Pamphilio coram quo vigore ſpecialis commiſſionis pendent plures controuerſiæ inter Dominos Martam Rapacciolam, & Paulum Fenzonium eius virum ex vna, & Dominam Lucretiam Couarruciam hęredem bo: mem: Io: Baptiſtæ Fenzonij ex altera, conſulere me Ponente Rotam, An Dominæ Marthę eſſet danda manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi annua ſcuta 220. & affirmatiuè fuit reſolutum.

Nam ex publicis Inſtrumentis trium ſolutionum Io: Baptiſtæ nomine Marthæ factarum probatur eiuſdem Marthæ, quaſi poſſeſ-
1 ſio exigendi, † quæ nedùm ex tribus, ſed & ex vnica ſolutione acquiritur *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina nu. 53. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Roman. conſ. 311. num. 7. Rot. deciſ. 196. num. 2. part. 1. recent.* Et ſuffragatur contra Lucretiam Ioan-
2 nis Baptiſtæ hæredem, † quia ius metimur à perſona actoris, quod ex mutatione perſonæ rei nō immutatur *iuxt. deciſ. 629. Guidop.* quam ſecuta eſt *Rota coram Put. deciſ. 151. lib. 3. coram Caual. deciſ. 83. num. 7. & deciſ. 379. num. 6. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 275. num. 2. vbi add. n. 13. alleg. concord. & coram Reuerendiſs. D. meo Decano, deciſ. 490. num. 6.* nulla habita diſtinctione inter hæredem ſimpliciter, & beneficiatum, dum manutentionis effectus dirigitur contra bona hæreditaria, quia beneficium Inuentarij non
3 releuat quouſque vires hęreditarię ſuppetunt *Modern. Peruſ. de mand. de manut. obſeru. 56. num. 9. Cenc. de cenſib. par. 2. cap. 2. q. 5. art. 3. nu. 16. Rot. deciſ. 99. n. 11. par. 1. diuerſ.*

Non obſtat, quod Lucretia ſit non ſolum hæres beneficiata, ſed etiam creditrix hæreditatis anterior Marthę in notabili ſumma, pro qua retentionem illi competere pronunciauit Eminentiſs. D. Card. Sacchettus, cuius Laudum fuit à partibus emologatum, & in iudicatum tranſijt; Vndè informantes pro Lucretia deducebant, Primò quod creditum anteriùs præbet Lucretiæ iuſtam cauſam, ex qua hæres beneficiatus poteſt denegare ſolu-
4 tionem † exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi contra defunctum, *Cenc. de cenſib. par. 2. cap. 2. quæſt. 5. art. 3. nu. 21.* & in his terminis *Iacob. Venent. de ann. preſtat. par. 1. qu. 20. n. 3. verſ. tamen contrarium, & num. 4.*

Secundò quod exceptio rei iudicatæ ſuper anterioritate crediti, & retentione bonorum petitam exaduerſo manutentionem excludit,
5 quia res iudicata in † petitorio † poſſeſſorium abſorbet *Menoch. de retin. rem. 3. num. 685. Gratian. diſcept. 898. num. 18. & 19. Seraph. deciſ. 876. nu. 2. deciſ. 1484. num. 8. Rot. diuerſ. deciſ. 72. num. 5. par. 4. & fuit dictum in Auerſana Penſionis 24. Apr. 1626. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Ad primum enim fuit reſponſum denegationem hæredis beneficiati, tunc obſtare ma-
6 nutentioni creditoris, quando vel hic habuit ſe pro ſpoliato, vel iuſta cauſa denegandi eſt clara, & liquida, vt declarat *Modern. Peruſ. de manut. obſeru. 64. num. 10.* talis autem non eſt anterioritas crediti hæredis, niſi ſimul conſtet bona hæreditaria non eſſe idonea † vtriuſque
7 crediti ſatisfactioni, & quoniam pręſumptio ſtat in contrarium, cum imò hæreditas opu-
8 lenta † præſumatur *Couarr. in cap. ſi hæredes n. 9. verſ. ſed & ſi de teſtam. Seraph. deciſ. 1394. num. 4. & 5. Reuerer diſs. Vrgellen. deciſ. 1. num. 33. & 34. Rot. recent. deciſ. 696. num. 2. par. 1. cum alijs relatis ab Add. ad Buratt. deciſ. 589. num. 23. & 24.* ideò donec ab hærede negatiua probetur † datur
9 manutentio creditori poſteriori in quaſi poſſeſſione exigendi, quam habet; vt articulo maturè diſcuſſo, & reprobata cōtraria opinione Iacob. Venent. exaduerſo allegati *fuit magiſtraliter deciſum in Romana Cenſus coram bon. mem. Robuſterio impreſſ. deciſ. 99. part. 1. diuerſor. & apud Cenc. de cenſib. deciſ. 232. quam ſucceſſiuè ſecuta eſt, Rot. coram bon. me. Penia, & Orano in deciſ. 55. n. 10. & deciſ. 251. num. 6. & 7. inter impreſſ. apud Cenc. & tradit idem Cinc. par. 2. cap. 2. quæſt. 9. art. 3. num. 19. & 20. Modern. Peruſ. de manut. obſeru. 56. nu. 12. & obſeru. 64. num. 8.*

Ad ſecundum reſpondetur hodie non agi, cum Lucretia ad effectum prælationis crediti in concurſu, vel de illa amouenda, tanquam creditrice à poſſeſſione bonorum viri, ſuper quibus adeſt res iudicata; ſed peti manutentionem à Martha in quaſi poſſeſſione exigendi annuam pręſtationem, cuius exactionem † ex hæreditarijs retardare non poteſt Lucretia, quæ ſimul eſt creditrix, & hæres communis debitoris, niſi poſtquam docuerit bona hæreditaria non ſufficere pro ſatisfactione crediti proprij, & aduerſariæ, quia ſi ſufficiunt, prout interim pręſumitur, ex credito anteriori
10 hæredis beneficiati † non repellitur creditor poſterior, ſed vtrique ſatisfieri debet de bonis debitoris, *l. cum qui à debitore 18. ff. qui potior. in pign. hab. Alex. conſ. 142. num. 15. verſ. nec prædictis lib. 5. Gayll obſeru. 92. num. 13. lib. 2. Giurb. deciſ. 161. num. 17. & ſeqq. Caualer. deciſ. 652. num. 5. Rot. deciſ. 194. num. 14. deciſ. 550. num. 5. par. 1. recent. & fuit dictum in Romana ſeu Sabinen. Cenſus 20. Nouembris 1624. coram bon. mem. Vbaldo Seniori,* &
Lucretia quamuis hæres beneficiata † tenetur
11 adimplere obligationem defuncti, *Aym. conſil. 225.*

ſil.225.num.12. Gabr.conſ.125.num.11.lib.1.Rota deciſ.67.n.13.coram ſa.me.Greg.XV.deciſ.88.n.13. & 14.par.5.recent.

Tandem non obſtat, quod Lucretia reperiretur in poſſeſſione bonorum Io:Baptiſtæ viri pro ſecuritate ſuæ dotis antequam Martha acquireret, quaſi poſſeſſionem exigendi. Quia nulla inter vtramque poſſeſſionem adeſt incompatibilitas, & potuit Io: Baptiſta poſtquã vxori poſſeſſionem bonorum tradiderat pro ſecuritate dotis Martham pariter conſtituere in quaſi poſſeſſione exigendi, quæ eſt diſtincta à poſſeſſione bonorum, præſertim quia huiuſmodi poſſeſſio vxoris, † non abſtulit vi-
12 ro eorumdem bonorum adminiſtrationem, ſed imò vxor non ſecus, ac quilibet alius creditor dicitur poſſediſſe pignus nomine viri debitoris *l.ſerui nomine ff.vſucap.l.ſciendum §.creditor ff.qui potior.in pign. hab. Bart.in l.ab emptione num.8.ff.pact.Iaſ.in l.1.§.per ſeruum nu.9.ff.acquir.poſseſs.Surd.conſ.431.num.14.Rot.in Romana hæreditatis de Cincijs 29.Decembris 1622.coram R.P.D. meo Pirouano*, vbi ob hanc rationem fuit decreta manutentio hæredi debitoris aduerſus viduam retinentem bona hæreditaria iure pignoris pro credito dotis.

Et ità deciſum vtraque Parte Informante, &c.

ROMANA ATTENTATORVM.

Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Attentata, vt commiſſa dicantur in cauſa connexa, requiritur quod connexio ſit talis, vt ſententia lata in cauſa principali pareat exceptionem rei iudicatæ etiam in connexa. Hæres licet ſit creditor anterior defuncti impedire nequit creditores poſteriores, quin contra bona hæreditaria agant pro conſecutione eorum crediti, donec doceat bona non ſufficere pro ſatiſfactione vtriuſque crediti.

SVMMARIVM.

1 *Litis pendentia in vna cauſa non cauſat attentata in cauſa diuerſa.*
2 *Inhibitio non arctat niſi ad limites commiſſionis, ad cuius formam fuit decreta.*
3 *Actus quilibet à ſua cauſa regulari debet.*
4 *Clauſulæ generales in commiſſione* cum eorum emergen. & inciden. &c. *ſunt intelligendæ circa cauſas, & actiones intentatas.*
5 *Donatarius viuente donante agere nequit pro conſecutione rei donatæ, quando effectus donationis fuit collatus poſt mortem donantis.*
6 *In commiſſione regulariter non venit Ius futurum.*
7 *Attentata commiſſa dicuntur etiam in cauſa connexa.*
8 *Declara quod ad effectum attentatorum non ſufficit, quod Ius ſuper quo fuit innouatum veniat ſecundario, & in conſequentiam à Iure ſuper quo cauſa pendet, ſed connexio debet eſſe talis, vt ſententia lata in cauſa principali pareat exceptionem rei iudicatæ etiam in cauſa connexa, & nu.9.*
10 *Sententia nec actione, nec exceptionem parit contra Iudicis voluntatem, ſed ab ipſa regulatur.*
11 *Hæres non poteſt ſub prætextu crediti anterioris impedire creditores poſteriores ne agant pro conſecutione eorum crediti, niſi docuerit bona non ſufficere pro ſatiſfactione vtriuſque crediti.*

DECISIO XXXVIII.

SVPER tribus pendebat lis inter Partes. Primò enim Paulus, & Martha coniuges conuenerant coram A. C. Ioannem Baptiſtam Patruum, vt iuxtà formam ſuæ obligationis contractę in capitulis matrimonialibus Martham hic in Vrbe, vt mulierem nobilem decet manuteneret. Secundò, Ioannes Baptiſta reconuenerat Paulum pro liberatione ab huiuſmodi moleſtijs in eiſdem capitulis promiſſa. Tertiò Lucretia Ioannis Baptiſtæ vxor mouerat contra virum iudicium aſſecurationis dotis ob eius vergentiam ad inopiam.

Et ſuper his tribus inter eaſdem partes fuit deinde ſtipulatum compromiſſum in Eminentiſſimum D. Cardinalem Sacchettum etiã nomine Pauli, tunc abſentis, qui poſtmodum illud ratificauit cum expreſſa tamen reſeruatione, & exceptuatione donationis annuorum ſcut. 300. ſibi à Ioanne Baptiſta donatorum, & poſt ipſius Ioannis Baptiſtæ obitum ſoluendorum. Ad cuius compromiſſi formam, & corroborationem emanauit commiſſio dictarum trium cauſarum eidem D. Cardinali Sacchetto, qui ſucceſſiuè ſuper eiſdem tribus petitionibus pronunciauit, eoquè ad Bononiæ Legationem profecto ſubrogatus fuit pro executione dictæ ſententiæ, & Laudi à partibus acceptati bon. mem. Cardinalis Biſcia, & ob illius obitum Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Ioannes Baptiſta Pamphilius.

In hoc rerum ſtatu defuncto Ioanne Baptiſta, & ſic purificata donatione præfata annuorum ſcu.300. Paulus donatarius vigore clauſulæ Conſtituti in Inſtrumento donationis appoſitæ petiit ab A.C.& obtinuit mandatum de aſſociandi contra bona hereditaria donatoris citata Lucretia illius hærede ante tamen huiuſmodi mandati executionem idem Paulus inſtante dicta Lucretia hęrede citatus fuit coram D. Card. Pamphilio ad dicendum contra commiſſionem (ſubrogatoriam nempè in locum Card. Biſciæ ſubrogati D. Card. Sacchetti, vt ſupra) & videndum ſibi inhiberi ad ſtatim ne audeat quidquam innouare, & D.Card.Pamphilius inhibuit.

Sed non obſtante hac inhibitione quatriduo poſt Procuratores Pauli in vim d.mandati de aſſociando iam priùs ad partes tranſmiſſi cœperunt poſſeſſionem bonorum hæreditariorum Ioannis Baptiſtæ, Quam cum Lucretia diceret attentatam in ſpretum inhibitionis, & litis pendentiæ coram D.Card. Pamphilio placuit eidem deſuper conſulere Rotã, & pro-

& propoſito hòdie per me dubio, an conſtet
de attentatis Rota negatiuè reſpondit; Quia
cauſa aſſociationis non eſt compræhenſa in
inhibitione, & commiſſionibus, prout nec
in compromiſſo, & pendentia litis in vna
1 cauſa † non cauſat attentata in alia diuerſa
Aegid.conſ.18.num.3.verſ.tene contrarium, & n.4.
Dec.conſ.33. num.4. verſ.ſecus ſi articulus Lancell.
de attent.par.2. cap.12.limit.2. num.1.& ſeqq. Gra-
tian.diſcept.914.nu.30. Rot.deciſ.293.nu.15.par.1.
recent.

2 Inhibitio ſiquidem non arctat, † niſi ad li-
mites commiſſionis, iuxtà cuius formam de-
creta fuit *Rota deciſ.546. num.2.par.2.recent.Lan-*
cell.de attent.par.2.cap.4. lim.2.nu.1. & commiſ-
ſio regulatur à compromiſſo, ad cuius fir-
miorem ſubſtantiam de conſenſu compro-
mittentium legitur conceſſa, prout quilibet
3 actus † à ſua cauſa, *Angel.in l.obligatione generali*
num.5.ff.pignor.Natt.conſ.263.nu.3.Surd.conſ.418.
ſub numer.11.Rota deciſ.114.numer.4.part.1.recen-
tiorum.

Compromiſſum autem reſtrictum eſt ad
tria ſupradicta, & habet in ventre ſpecificam
exceptuationem donationis, cuius vigore
nouiſſimè actum fuit coram A.C. Vndè non
obſtant clauſulæ generales commiſſionis, ibi,
cum eorum emergentibus, & incidentibus, &c. quia
intelligendæ ſunt † de & circa cauſas, & actio-
4 nes intentatas *Rota deciſ.20.num.4. part.4.diuerſ.*
deciſ.145.num.4.coram ſan.mem. Greg.XV. & fuit
dictum in Florentina Damnorum, & intereſſe 9.De-
cembris 1585.coram bon.mem.Gypſio, & in Romana
Pecuniaria 27.Iunij 1636.coram R.P.D. meo Mer-
lino.

Sub quibus actionibus nullo modo com-
præhendebatur, quæ poterat competere ex
donatione, tum quia donatio fuit nominatim
exceptuata, tum etiam quia cum effectus do-
nationis fuiſſet collatus poſt mortem dona-
5 toris, † qui tempore compromiſſi, & com-
miſſionis viuebat, tunc ex donatione agi non
poterat, *l.eum qui Kalendis §.fin.ff.verb.oblig.l.cer-*
ti conditio, vbi Salyc. num.9.& 10. ff.ſi cert.pet.Pe-
regr.de fideicom.art.41.num.4.Boer.deciſ.354.n.13.
verſ.primo ſcilicet, Caualer.deciſ.486.num.4. & ius
6 futurum regulariter in commiſſione † non
venit, *l.non quemadmodum l.non poteſt ff.iudic.Pap-*
pon.conſ.22.num.13.Gabr.de Iudic.concl.3.num.16.
Giurb.deciſ.17.num.18.in fin.& num.19.& in pro-
ximis terminis Alex.conſ.105.n.28.lib.3.

Non obſtat, quod in Laudo D. Card. Sac-
chetti declaratum fuerat Lucretiam eſſe cre-
ditricem anteriorem Io: Baptiſtæ viri in ſcu-
tis 11500. eique licere pro dicta ſumma, &
aſſecuratione ſuæ dotis detinere bona viri: id
quod videtur conſecutiuè excludere aſſocia-
tionem Pauli ad eadem bona, quia alioquin
Lucretia ab eorum detentione amoueretur,
itaut Iudicium aſſociationis dicatur cōnexum
7 Iudicio moto coram arbitro, & ratione con-
nexionis † attentatum *Lancell.de attent.lit.pend.*
limit.2.num.87.& appell.pend.cap.12.limit.2.nu.3.
& ſeqq.

Quia ad effectum attentatorum, † neque
8 ſufficit, quod ius, ſuper quo fuit innouatum
veniat ſecundario, & in conſequentiam à iu-
re ſuper quo cauſa pendet *add.ad Greg.XV. de-*
ciſ.345. num.6. in fin. vbi refert deciſum in Romana
Domus 26.Martij 1618.coram bo.me. Martino An-
drea, neque connexio cauſarum, niſi talis ſit
9 vt ſententia lata in cauſa principali pareat ex-
ceptionem rei iudicatæ in connexa, quia ex-
ceptio litis pendentię non obſtat iuriſdictioni,
niſi exceptio rei iudicatæ obſtet actioni, vt
bene declarat *Lancell.de attent.lit.pend.lim.2.n.7.*
& 88.Alex.conſ.105. nu.26.& 29. lib.3.Capic.de-
ciſ.122.num.9.Rot.coram Reuerendiſs. D. meo De-
cano, deciſ.304. num.2. & in Calaguritana Iuriſdi-
ctionis de Nagera 23.Maij 1639.coram R.P.D. meo
Pinzirolo.

Quam exceptionem in iudicio aſſociatio-
nis non parit Laudum præfatum. Primò quia
nedum Paulus in ratificatione compromiſſi,
ſed etiam ipſe arbitrer noluit afficere excepit-
que nominatim in Laudo iura competentia
Paulo ex donatione Io: Baptiſtæ, & certum
10 eſt, † quod ſententia neque actionem, neque
exceptionem parit contra Iudicis, qui ſen-
tentiam protulit voluntatem, ſed ab ipſa om-
ninò regulatur, *Bart.in l. Iulianus verum debito-*
rem num.15.ff.condit.indeb.Dec.conſ.43.num.4.Rot.
deciſ.392.num.4.par.5. recent.& coram bon.memor.
Buratto deciſ.52.num.5.deciſ.321.num.8.deciſ.788.
num.5. Secundò quia cum Lucretia fuerit de-
inde hæres Io: Baptiſtæ anterioritas crediti do-
talis; & detentio bonorum per arbitrum de-
creta viuente viro, eo mortuo non impedit,
quin alij creditores viri, ac donatarij particu-
lares agere poſſint contra bona hæreditaria,
illaque poſſidere donec Lucretia hæres bene-
11 ficiata docuerit dicta bona † non ſufficere
ſuæ, & poſteriorum creditorum, ſeu dona-
tariorum ſatisfactioni *Cinc.de cenſib. par.2. c.2.*
queſt.5.art.3. nu.19.& 20.Modern. Peruſ.de manut.
obſeru.56.num.12. obſeru.64. num.8. Rot.deciſ.99.
par.1.diuerſ.deciſ.55.num.10. deciſ.251. nu.6.& 7.
inter impreſ.apud Cinc.& fuit hac ipſa die deciſum
in Romana Manutentionis coram me.

Et ità deciſum vtraque Parte Informan-
te, &c.

MEDIOLANEN. BENEFICII.

Lunæ 17. Decembris 1640.

ARGVMENTVM

Appellatio ſuſpenſiua non admittitur, quando
ad inſtitutionem fuit extraiudicialiter proceſ-
ſum, ſecus verò ſi iudicialiter, ratio diuerſita-
tis eſt, nam primo caſu inſtitutio eſt mæra in-
terlocutoria, ſecundò verò vim habet diffi-
nitiuæ, & grauat competitorem. Inſtitutio
quamuis ſit conſecutiua ad manutentionem,
quando appellationem ad vtrumque effectum
admittat?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio attentata eſt ſequeſtranda.*

2 *Poſſeſſio capta ab inſtituto infra decem dies à die iudicalis inſtitutionis eſt attentata.*

3 *Inſtitutio extraiudicialis non admittit appellationem ſuſpenſiuam, & poteſt abſque vitiò attentatorum executioni demandari.*

4 *Ratio eſt, quia inſtitutio de ſui natura non comparente contradictore eſt merè interlocutoria nec ſortitur naturam diffinitiuæ, niſi inter inſtitutum, & ſtituentem, qui inſtitutionem reuocare non valet.*

5 *Inſtitutio ſi fuit iudicialiter obtenta in contradictorio iudicio, & cum cauſæ cognitione tunc habet vim diffinitiua, & grauat competitorem.*

6 *Et hæc opinio eſt tenenda, & practicanda.*

7 *Manutentio quemadmodum non admittit appellationem ſuſpenſiuam, ita nec actus ab ea conſecutiuus.*

8 *Acceſſorium in materia appellationis regulatur ſecundum ſuum principale.*

9 *Manutentio ratione iniuſtitiæ admittit etiam appellationem ad vtrumque effectum.*

10 *Quaſi poſſeſſio in incorporalibus morte poſſeſſoris extinguitur, nec tranſit in ſucceſſores abſque noua apprehenſione.*

11 *Qualitates merè perſonales titulo hæreditario non transferuntur.*

12 *Iuſpatronatus reſidens penès aliquem cum qualitatibus perſonalibus non transfertur in ſucceſſorem titulo hereditario minuſque quaſi poſſeſſio præſentandi.*

13 *Præſentandi quaſi poſſeſſio vnius patroni cenſetur præſeruata per præſentationem ab altero patrono factam.*

14 *Declara Concluſionem procedere inter plures compatronos exiſtentes in poſſeſſione præſentandi in quibus cadit ſubiectum præſeruabile poſſeſſionis ſecus verò, ſi deficit poſſeſſio, quæ præſeruari non poteſt.*

15 *Lis inter præſentatos non trahitur à lite inter præſentantes.*

16 *Actus ſecundus dicitur independens reſpectu perſonarum in primo actu non nominatarum, quamuis alioquin habeat dependentiam ab illo.*

17 *Actus conſecutiui tunc idem eſt Iudicium, ac principalis, quando diuerſa ratio in vtroque non militat.*

18 *Inſtitutio ſemel conceſſa non reuocatur, quamuis inſtitutus, vel eius auctores ſuccumbant in petitorio.*

19 *Condemnatio ad fructus in Iudicijs poſſeſſorijs eſt conſecutiua ad immiſſionem in poſſeſſionem.*

20 *Sententia reijciens appellationem ſuſpenſiuam in Iudicio immiſſionis à parte immiſſiua illam tamen admittit in parte condemnatoria ad fructus ſiue ſit concepta per Capitula ſeparata ſiuè connexa.*

21 *Ratio eſt, quia huiuſmodi damnum reparari nequit in Iudicio proprietatis.*

Clauſula, cum facultate manutenendi, quem de Iure, *ſuſpendit executionem faciendam, ſed factam non afficit.*

23 *Declara hoc procedere, quatenus executio facta ſit legitima ſecus ſi ſit attentata, quæ reuocari poteſt.*

DECISIO XXXIX.

DECRETVM Rotale ſequeſtri pro reuocatione attentatorum appoſiti confirmandum cenſuerint Domini in gradu appel-
1 lationis, quia poſſeſſio attentata † eſt ſequeſtrãda, vt in terminis poſſeſſionis captæ ab inſti-
2 tuto infra decem dies † à die iudicialis inſtitutionis *Garz. de benef. par. 9. cap. 4. num. 22. & 23. ſeqq. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 13. num. 83. Caſſad. deciſ. 3. num. 6. de reſt. ſpoliat. Caputaqu. 157. par. 3. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 1. de appell. Rot. deciſ. 503. num. 1. & 2. par. 1. recent. deciſ. 586. nu. 1. par. 2.*

Receptiſſima ſiquidem eſt diſtinctio inter inſtitutionem extraiudicialem, & Iudicialem vt illa non admittat appellationem ſuſpenſi-
3 uam, † & per conſequens executioni mandari ſtatim poſſit abſque labe attentatorum, altera ſecus, & ratio diuerſitatis eſt, quia inſtitutio de ſui natura non comparente contradi-
4 ctore eſt mera interlocutoria † nec ſortitur naturam diffinitiuæ niſi inter inſtitutum, & inſtituentem qui videlicet iuſtitutionem reuocare non valet *Lap. Abb. in cap. fin. num. 6. de Elect. in 6. Franc. ibid. num. 7. Anchar. ſub num. 4. in 5. queſt. Lambert. de Iurpatr. lib. 2. par. 2. quæſt. 11. art. 4. num. 6. & per tot Lotther. de re benef. dicta quæſt. 13. num. 81.* ſed vbi emanauit iudicialiter in contradictorio Iudicio, & cum cauſæ co-
5 gnitione † habet abſolute vim diffinitiuæ, & grauat competitorem *Franc. in cap. auaritiæ n. 5. de Elect. in 6. Gemin. ibid. ſub num. 7. Lancellott. de attent. cap. 4. in præfat. num. 621. & cap. 12. lim. 40. per tot. Garz. de benef. dicto cap. 4. num. 16. & ſeqq.*
6 *& præſertim num. 26.* vbi, quod hæc opinio † eſt tenenda, & practicanda, quamuis contrarium teneat *Ceuall. quæſt. 693, n. 31. Viuian. de Iurepatr. lib. 11. c. 9. n. 15. & 16. Lotther. d. q. 13. n. 80. & q. 42. num. 14. Rot. diuerſ. deciſ. 6. num. 2. par. 2. deciſ. 227. ex num. 4. lib. 2. par. 3. deciſ. 197. n. 1. & 2. par. 5. rec.* vbi allegantur plures concordantes. Nos autẽ verſamur in ſecundo caſu inſtitutionis cõceſſæ iudicialiter in contradictorio Iudicio, & poſſeſſionis captæ infra decendium ad appellandum.

Nec obſtat, quod ſententia inſtitutionis primò decernat manutentionem in quaſi poſſeſſione præſentandi Prothophiſico Ioanni Baptiſtæ Filippo Ioanni, & Franciſco patruis, & nepotibus de Gluſſianis authoribus Cribellij, deinde pro manutentione prædicta, & ad illius effectum concedat inſtitutionem Cribellio, adeò quod actus inſtitutionis tamquam
7 conſecutiuus à manutentione † videatur immunis ab appellatione ſuſpenſiua non ſecus, ac manutentio *Scacc. de appell. quæſt. 17. limit. 6. mem. 9. num. 28. & 29.* vbi quod acceſſorium
8 etiã in † materia appellationis regulatur ſecũdum ſuum principale *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 40. num. 1. & ſeqq. & par. 3. cap. 30. num. 182. Rot. in Ianuen. pecuniaria, ſeù attentatorum 20. Aprilis proxime præteriti coram R. P. D. m. Dunozetto.*

Primò, quia ex hoc ipſo erat magis appel-
9 labilis inſtitutio cum etiam manutentio † ra-

tione iniuſtitiæ admitteret appellationem ad vtrumque effectum *Scacc. de appell. quæſt. 17. lim.6.mem.7.nu.79. Poſt de manut.obſeru.106.n.83. Barz.deciſ.Bonon.71.num.38. & 39.* & iniuſtitia eſt euidens, quia præter Prothophiſicum neminem ex alijs quibus fuit decreta manutentio aliquando præſentaſſe conſtat, nec iuuari potuerunt, quaſi poſſeſſione anteceſſorum, quia ea etiam in incorporalibus morte poſſeſ-
10 ſiuris extinguitur † neque tranſit ad ſucceſſores abſque noua apprehenſione, hoc eſt exercitio, & vſu illius iuris, *in punct. Calder. conſ.12. Dec. Iurepatr. Rocch. de Curt.eod.tract. verb. Ius numer.10. verſ. limita hanc concluſionem Nicc. Noall. de tranſmiſsione caſ.38. num.6. Lotther. de re benef. lib.2.quæſt.11.num.115. Viuian. de Iurepatr. lib.5. cap.4.num.67. Ciarlin.controu.forenſ.cap.107.n.27. & ſeqq. Gabr. conſ.185.nu.17.lib.2. Acchill.dec.5. nu.3.vbi reſpondit ad omnia fundamenta Lambertini de cauſ. poſſeſsionis, & prop.& Caputaqu.deciſ.154. & deciſ.423.par.2.Rot. coram ſa.me. Greg.dec.417. num.7. & plenè in Florentina Subdiaconatus coram Reuerendiſsimo Vrgellen.inter eius impreſſas dec.62. num.2. & ſeqq.*

Eoque minùs tranſire potuit in caſu noſtro quo penes anteceſſores Iurepatronatus reperiebatur ſub qualitatibus perſonalibus, quia nempè ad illud vocati ſunt meliores ſufficiẽtiores, & antiquiores loci de Gluſſiano, ſicu-
11 ti enim hæ qualitates vti mere perſonales † titulo hæreditario non transferuntur, ita nec Iuſpatronatus, & quaſi poſſeſſio præſentandi,
12 † vt in ſpecie *Natt.conſ.195.num.2. Lambert. de Iurepatr.par.2.lib.1.quæſt.2.art.33.num.2. Gratian. diſcept.218. num.82.* Vnde gratis dicitur poſſeſ-
13 ſionem ſucceſſorum præſeruatam fuiſſe † per poſſeſſionem Prothophiſici ad tradita per *Rimin iun.conſ.214. num.40. & ſeqq. Garz. de benef. par.5.cap.5.num.115. & ſeqq.* Quia hoc vtique procederet inter plures compatronos exiſten-
14 tes in quia poſſeſſione præſentandi † inter quos adeſt ſubiectum præſeruabile poſſeſſionis, quod tamen deeſt in ſucceſſoribus, qui nuſquàm præſentarunt, in quibus propterea non poteſt præſeruari poſſeſſio, quæ non eſt nec eſt tranſmiſſibilis, vt benè declarauit *Rot. in Placentina Cappellaniæ 30. Octobris 1615. coram Reuerendiſsimo D. meo Decano, & in deciſ. 417. num.9. & 10. coram ſa. me. Greg. XV. vbi Addit. in fin.*

Secundò, quia licet inſtitutio ſit conſecutiua ad manutentionem reſpectu præſentantiũ quibus manutentio conceſſa fuit, principalis tamen eſt reſpectu præſentatorum, quorum
15 lis quia principaliter inter eos pendet † non autem acceſſoriè ad præſentantes non trahitur à lite inter præſentantes, vt per *Lotther. de re benef.lib.2.quæſt.20.num.5.7.& 8.* & regulare eſt quod reſpectu perſonarum in primo actu non nominatarum, ſecundus dicatur independens
16 † quamuis alioquin habeat dependentiam ab illo *Menoch.conſ.900.num.18.verſ.2. caſus Fuſar. de ſubſt.q.683.nu.23. facit Roman.conſ.516. num.6. Alba conſ.178.num.10. Ciriac. controu.43.num.86.*
17 Tertiò actus conſecutiui † tunc idem eſt Iudicium, ac principalis, quando diuerſa ratio in vtroque non militat *gloſ. in cap. præterea in fin. de offic.deleg. Iaſ. in l. ſed ſi plures §.filio n.5 ff.vulg. & pupill. Pacian. de probat.cap.26.num.86. lib.1.Rot deciſ.15.num.5.par.6.recent.* prout militat inter manutentionem, & inſtitutionem, quia illius præiudicium, quo ad præſentantes reparari poteſt per diffinitiuam, non autem quo ad præſentatos reparari poteſt præiudiciũ
18 inſtitutionis, quæ ſemel conceſſa † non reuocatur quamuis inſtitutus, vel eius authores ſuccumbant in petitorio *Anchar. in cap. conſultationibus num.1. & ſeqq.de Iurepatr.Lambert. de Iurepatr.par.1.lib.2.quæſt.3.art.1.num.6.Gratian.diſc. 577.num.9.Mareſcot.var.reſol.lib.1.cap.55.num.49 & ſeqq.Rot.deciſ.435.num.2.par.2. recent.* ob quã rationem habemus in ſimili, quod & ſi in Iu-
19 dicijs poſſeſſorijs condemnatio ad fructus † ſit conſecutiua ad immiſſionem in poſſeſſionem *l.3.ff.interd.l. reſtituere ff.verb.ſign. Fuſar.quæſt.626 num.12.& ſeqq.* nihilominus eadem ſententia quæ reiicit appellationem ſuſpenſiuam à par-
20 te immiſſiua † admittit à condemnatoria ad fructus ſiuè concepta ſit per capitula ſeparata ſiue connexa, quia nempè grauamen fructuũ non eſt reparabile in Iudicio proprietatis *Bart. in l.1.num.18.ff appell.recip. Gomeſ. ad leg. Thaur. leg.45.num. 194. verſ.2. limita Menoch. de adipiſc. rem.4.num.870.* vbi declarat, quod huiuſmodi
21 damnum non poſſit reparari † in cauſa proprietatis *Miſsing.obſeru.13.num.5.cent.6. Scacc. de appell.quæſt.17.lim.6.mem.9.num.31. & ſeqq. Maſtrill.deciſ.198.nu.7. & in punct. inſtitutionis conſecutiuæ ad manutentionem Rot.deciſ.197.par.5.recen.*

Tandem non obſtat, quod Signatura commiſerit cauſam appellationis in Rota cũ clau-
22 ſula, *cum facultate manutenendi quem de iure,* † quæ ſuſpendit executionem faciendam, ſed iã
23 factam non afficit, quia hoc verum † quatenus executio facta ſit legitima, vt dixit *Rot. in exaduerſo allegata deciſ.105.num.15.par.6.recen.* qualis non eſt executio attentata, & propterea reuocari potuit etiam per viam attentatorum à Iudice ad quem cui Signatura commiſiſſe videtur illius cognitionem.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

CAMERINEN. PENSIONIS.

Mercurij 23. Ianuarij 1641.

ARGVMENTVM.

Confeſſio de recepto facta à penſionario non probat ſolutionẽ penſionis ſtante decreto in litteris appoſito quod penſio ſit nulla, non docto de integra illius ſolutione, præſertim ſi ex pluribus illius veritas ſuſpecta conuincitur; Nec adminiculari poteſt ex teſtibus ſi eorum dicta cõfeſſioni aduerſantur, & inter eos adeſt contrarietas.

SVMMARIVM.

1 *Penſionarius tenetur docere de integra omnium terminorũ ſolutione penſionis ſtante decreto annullatiuo*

in

in litteris reſeruationis appoſito .
2 *Nec ad hunc effectum ſolutiones probãtur per confeſſionem de recepto .*
3 *Præſertim ſi confeſſio emanauit abſente , & ignaro titulari , & in loco inſolito , ac ex pluribus illius veritas redditur ſuſpecta, & n.4.*
5 *Nec adminiculari poteſt ex teſtibus , quorum dicta confeſſioni aduerſantur, & n.10.*
6 *Dictio vniuerſalis,* omnes, *prolata ab homine reſtrictionem aliquam non patitur .*
7 *Dictio,* omnes fructus, *omnem fructuum ſpeciem complectitur .*
8 *Verba,* redditus , & prouentus , *latius patent , quam vox fructus .*
9 *Articuli dati à principali met medio iuramento vim habent veræ confeſſionis .*
11 *Appellatione fructuum redditũum , ac prouentuum alicuius beneficij veniunt fructus omnium membrorum eiuſdem beneficij .*
12 *Falſitas teſtium reſultare videtur ſi ſunt inter ſe contrarij , & ex quibus contrarietas conuincatur ? & num. 13.*
14 *Scutus aureus de Camera valutatur ad rationem iuliorum 13. cum dimidio iuncto etiam alio iulio .*
15 *Solutio penſionis vt ſuffragetur debet eſſe integra ſtante decreto annullatiuo in litteris reſeruationis adiecto .*
16 *Mandatum procuræ ſpeciale requiritur ad exigendam penſionem .*
17 *Amplia præſertim quãdo adeſt forma in decreto annullatiuo penſionis præſcriptã .*

DECISIO XL.

ITERVM Rota reſpondit infirmandam
eſſe ſententiam Rotalem perſiſtendo in
reſolutione capta ſub die 25. Iunij 1640. Nam
ſolutiones integræ omnium terminorũ pen-
1 ſionis decurſorum † quamdiu vixit Iulius ti-
tularis quæ plena egent probatione, vt dicatur
ſatisfactum decreto annullatiuo appoſito in
litteris Apoſtolicis reſeruationis penſionis, nõ
probantur per inſtrumentum publicum anni
1625. vbi penſionarius faſſus fuit ſe integrè ſa-
tisfactum de omnibus terminis ab anno 1611.
vſque & per totum menſem Iunij 1622. quia
2 confeſſio † de recepto ad hunc effectum non
releuat, vt *præter alias allegatos Rot. coram bo. me.
Cardinali Caualerio dec. 569. per tot. dec. 304. nu. 2.
apud Modern. Peruſ. d. manut. & in Ceſenaten. pen-
ſionis 17. Decembris 1635. coram R.P.D. meo Ca-
3 rillo ,* eo minus , quia emanauit abſente † &
ignaro titulari , non in Patria , vel Vrbe ,
ſed in loco inſolito , & penè incongruo
nempè in hoſpitio Montis Roſei , & per
tres annos poſtquam confitens transtule-
rat eamdem penſionem ad fauorem filij ,
cum tamen antea nuſquam ſimilem confeſ-
ſionem emiſiſſet, ex quibus illius veritas ad-
4 modũ † ſuſpecta redditur ad tradita per *Clar.
in §. fin. quaſt. 78. num. 16. verſ. fraus autem Fariu.
de ſimulat. quaſt. 162. num. 205. & ſeqq. Modern. d.
manut. obſeru. 35. nu. 19. Rot. apud eundem dec. 142.
num. 6. & par. 4. diuerſ. dec. 175. n. 3.*

5 Neq; adminiculari poteſt † ex teſtibus co-
ram me examinatis, quia imò eorum dicta
confeſſioni aduerſantur . In ea ſiquidem ha-
betur perueniſſe ad manus Ioannis confiten-
tis omnes fructus redditus , & prouentus
quampluriũ annorum beneficij grauati, ideſt
Prioratus, ſeù Abbatiæ Monticelli , & ſic ni-
hil remãſiſſe ex dictis fructibus, quod ad ma-
nus penſionarij non peruenerit , ponderando
6 dictionem illam vniuerſalem *omnes* † quæ
prolata ab homine reſtrictionem aliquam nõ
patitur, *l. Iulianus, ff. leg. 3. l. in hoc articulo ff. hæred.
inſt. Dec. conſ. 30. num. 4. Ruin. conſ. 61. num. 25. lib. 5.
Rol. conſ. 27. num. 22. & ſeqq. lib. 4. Ceph. conſ. 150.
num. 8. & ſeqq. Becc. conſ. 94. num. 35. Surd. conſ. 10.
num. 28. Ciriac. contr. 153. n. 85. & ſeqq. contr. 212.
7 nu. 2*. omnemque fructuum † ſpeciem com-
plectitur, *Menoch. de recuper. rem. 15. numer. 194.
Barboſ. dict. 241. num. 11. Seraph. dec. 584. num. 3.*
iunctis præſertim alijs verbis , *redditus ac pro-
uentus,* denotantibus enixam voluntatem con-
fitentis exprimendi per verba vniuerſalia , &
prægnantia totalitatem fructuum cuiuſcum-
que generis abſque vlla prorſus diſtinctione ,
8 quia latius patent, † quam vox *fructus* , vt de
verbo *redditus , gloſ. in cap. grandi verb. redditi-
bus de ſuppl. negl. Prælat. in 6. & in c. generali 13.
verb. redditus de elect. in 6. Card. in Clem 1. ſub n. 1.
not. 9. de exceſſ. prælat. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 39.
num. 29.* & de verbo *prouentus Guttier. conſ. 8. n. 3.
ante fin. Mandoſ. ſuper facult. Aud. Cam. §. Et ta-
xam verb prouentus Gonz. ſuper reg. 8. §. 7. prohem
n. 197. & ſeqq.*

Atque hinc impoſſibilis eſt reſtrictio con-
feſſionis ad ratam fructuum pro concurrenti
quantitate penſionis debitæ confitenti, vel ad
fructus vnius, aut alterius membri Prioratus;
quia repugnat voluntas expreſſa in verbis ne-
dum indefinitis, ſed vniuerſalibus , nec non
vlterius in articulis exaduerſo datis, in quibus
ipſemet , aduerſarius profitetur tranſmiſſos
fuiſſe ad penſionarium fructus longè excede-
tes creditum propriæ penſionis , qui articuli
9 cum † fuerint dati à principali met medio iu-
ramento vim habent veræ confeſſionis , *Rota
coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 215. num. 2. dec. 275.
num. 10. coram bon. mem. Buratto dec. 105. numer. 1.
in impreſſ. poſt Merlin. de legit. & in Romana legati
librariæ 10. May 1624. coram bon. mem. Vbaldo ſe-
niori .*

Teſtes verò coram me, vt ſupra examinati
deponunt præcisè perueniſſe ad manus Ioan-
nis prædicti rubra 15. vel 16. frumenti ſingu-
lis annis, & excludunt poſſibilitatem maioris
quantitatis frumenti , vel tranſmiſſionis alio-
rum fructuũ coarctando negatiuam per opti-
mam rationem , quia videlicet reliquos om-
nes fructus ipſe Iulius titularis diſtraxit . Vn-
10 de euidens eſt contrarietas † inter teſtes , &
confeſſionem partis tam reſpectu quantitatis
frumenti , quam aliorum fructuum in con-
feſſione comprehenſorum , nec euitari po-
teſt intelligendo teſtes de diſtractione fru-
ctuum loci Genghæ in territorio Fabriani ,
confeſſionem autem de fructibus territorij Sa-
xiferrati , quia confeſſio loquitur de omni-

bus fructibus,redditibus,& prouentibus Prioratus Montecelli, cuius appellatione veniunt
11 fructus † omnium membrorum eiuſdem Prioratus ad tradita per *Anchar.in reg. benefic. col.vlt.aut.nu.32.verſ. Et ego dico de reg. iur. in 6. Couarr.var.reſol.lib.3.cap.16.num.13.Coccin.deciſ. 39.n.2.Rot.rec.dec.322.n.3. p.1.* iuncto maximè verbo vniuerſali *omnes*, iuxta prædicta.
12 Et ex hac contrarietate † ſequitur etiam eorumdem teſtium falſitas, *Rot.dec.180. nu.5. dec.266.num.9. par.2.recent.dec.322. num. 11. p.6.*
13 quæ augetur, † quia deponunt frumentum fuiſſe tranſmiſſum ad Ioannem, vt ſibi de penſione ſatisfaceret, Carolus verò aduerſarius articulauit medio iuramẽto tranſmiſſum, vt Ioannes ſolueret quoq; penſionem annuam ſcutorum 60. auri de Camera Arreſtio alteri penſionario, & alias expenſas beneficij grauati; nec non quia aſſerunt frumentum per totum annum 1619. & vltra delatum fuiſſe à quodam Paride, qui tamen mortuus probatur de anno 1618. ac tandem quia teſtes in hac cauſa diuerſis temporibus examinati modo vnum modo aliud depoſuerunt,& eorum depoſitio ſemper eguit declaratione nouiter facienda per aliud examen, vt latius per Dominum Paſcutium informantem pro Fidarello, ſed quatenus omnis contrarietas,& falſitas teſtium ceſſaret, adhuc eorum dicta non releuarent. Primo quia rubra 15.vel 16. frumenti, quæ deponunt tranſmiſſa annuatim ad Ioannem penſionarium, calculata etiam pretio rigoroſo ad ſcuta ſex pro quolibet rubro conficiunt ſummam ſcutorum 95. monetæ, ex quibus (prout aduerſarius faſſus fuit in articulis)Ioannes debuit ſoluere,& effectualiter, (vt dicitur in 8. *art. ſum. Fidarelli num.4.*) ſoluit Arreſtio penſionem annuam ſcutorum 60. auri de Camera, quæ valutata ad rationem iul.13.cum dimidio pro
14 quolibet ſcuto, & alterius iulij, † vt fit in valutatione ſcutorum auri de Camera aſcendunt ad ſcuta 87. monetæ,ſimulque fecit alias expenſas præter ſalarium Cappellani quæ in eiſdem articulis liquidantur in ſcutis 15. ſingulis annis. Adeoquod teſtes non conuincunt ſolutionem huius penſionis, vel ſaltem non integram, vt fuit ponderatum in vltima
15 deciſione coram me §. *fin.* cum tamen † requiratur integra vſque ad obulum, *Rot. deciſ. 585.num.1. par.4.rec.*

Secundò quia in cõputum ſolutionis penſionis refertur frumentum abſente Ioanne penſionario conſignatum Archangelo, quem fuiſſe Procuratorem generalem ad negocia Ioannis deducitur ex ſecundò, tertiò,& ſeptimò teſte ſuper tertio, ibi: *Faceua tutti li fatti di eſſo Signor Giouanni in ſua aſſenza, ſumm. Caroli num.1.* at neceſſarium verò erat mandatum ſpeciale, *Bart.in l.verò procuratori num.2. ff. ſolut. Guidop.dec.526. ſub num.2.Franc.Marc.deciſ.204. numer.4. par.2.& in punct.* ex forma ipſius Decreti, ibi: *quo ad vixerit, vel procuratori ſuo ad*
16 *hoc ſpecialiter mandatum habente*† benè aduertit *Rot. in Lucana penſionis coram Reuerendiſſimo D. meo Decano impreſſ. par.4.recent. dec.585. num.4. in fin.& in deciſ. huius cauſæ 15. Martij 1638. coram eod.*

Ad Epiſtolas nouiſſimè productas ſatis eſt reſpondere, quod non loquuntur de ſolutionibus totius temporis controuerſi.

Et ità deciſum vtraque Parte Informante &c.

ROMANA DOTIS, ſeù FIDEICOMMISSI de Anguillaria.

Lunæ 28. Ianuarij 1641.

ARGVMENTVM.

Patruus dotans neptem, ſi ſtipulatus non fuit dotem ad ſe reuerti ſoluto matrimonio, cenſetur eam liberè donaſſe. Bona pro dote ſemel extracta ex fideicommiſſo ad illud amplius non redeunt, præſertim quando dotans ſtipulatus fuit in caſum reſtitutionis non ſibi, ſed mulieri reſtitui eiuſque hæredibus; nec aduerſantur verba ſtipulationis alternatiuè concepta de reſtituendo dotem mulieri, vel cui, vel quibus de iure, quia non important ſpeciale pactum fauore dotantis, ſed referuntur ad eos, quibus circumſcripto pacto dos eſſet reſtituẽda ex diſpoſitione iuris communis, vel municipalis. Dos ſi fuit aſſignata ex bonis fideicommiſſi,in quo ſpecialiter diſponitur, quod fœminæ dotentur cum onere reuerſionis ad dotantẽ in caſũ prædeceſſus mulieris ante virum, tunc extra caſum prædeceſſus mulieris ante virum non reuertitur ad dotantem, ſed in omnibus alijs caſibus mulier poteſt ad libitum de ea diſponere.

SVMMARIVM.

1 *Patruus dotans neptem, præſumitur in dubio etiam de proprio dotaſſe.*
2 *Dotans reputatur extraneus, ſi dotatam non habet in eius poteſtate.*
3 *Dotans ſi eſt extraneus, tunc dotem donaſſe liberè cenſetur; ſi eam ad ſe reuerti ſtipulatus non fuit.*
4 *Patruus qui poterat dotare neptem de bonis proprijs & de bonis aſcendentis præſumitur dotaſſe de proprijs,& donaſſe, niſi expreſſerit ſe dotaſſe de bonis aſcendentis, & dotem ad ſe reuerti ſtipulatus fuerit.*
5 *Onus liberè dotandi inhærens bonis, tranſit in poſſeſſorem eorumdem bonorum.*
6 *Itaut dos ex dictis bonis conſtituta liberè tranſit ad mulierem.*
7 *Pro dote ſi bona ſemel fuerunt ex fideicommiſſo extracta, ad illud amplius non redeunt,quamuis nullæ ſuperſint reliquiæ matrimonij.*
8 *Dotans ex bonis fideicommiſſi poteſt ſtipulari in caſu reſtitutionis ſibi, & non mulieri dotem reſtitui.*
9 *Dotans ex bonis fideicommiſſi ſi ſtipulatus fuit dotem in caſu reſtitutionis non ſibi, ſed mulieri eiuſque hæredibus reſtitui,ex hoc deſumitur animus donandi, ac dotem liberè aſſignandi, & n.11.*
10 *Hæredes in ſtipulationibus ſemper ſubintelliguntur*

niſi

niſi ex verbis; vel ratione ſubiectæ materiæ reperiantur excluſi.

12 *Stipulatio de reſtituenda dote alternatiuè concepta, vel mulieri, vel cui de iure non operatur ſpeciale pactum fauore dotantis, ſed referenda eſt ad eos, quibus circumſcripto pacto dos reſtituenda venit ex diſpoſitione iuris communis, vel municipalis.*

13 *Stipulatio de reſtituenda dote pro eo cui de iure dos reſtituenda venit nihil operatur fauore extranei dotantis, quia abſque iſta ſtipulatione nihil ei deberetur.*

14 *Dos ſoluto matrimonio per mortem viri ſtante ſtipulatione de reſtituenda dote mulieri, vel cui de iure, reſtitui debet mulieri eiuſque hæredibus, non autem dotanti.*

15 *Dos conſtituta ex bonis fideicommiſſi cenſetur cum onere reuerſionis ad fideicommiſſum in caſu obitus mulieris ſine filijs ſi id à fideicommittente fuit ſpecialiter diſpoſitum.*

16 *Declara, quod ſi onus reuerſionis ſit adiectum in caſum prædeceſſus mulieris viro, non ſe extendit ad alios caſus, & ſic mulier de tota dote liberè diſponere poteſt.*

17 *Item nec tale onus reuerſionis operatur, quando dos non fuit aſſignata ſub nomine fideicommiſſi, & dotans in reliquis formam, & qualitates eiuſdem fideicommiſſi non ſeruauit.*

18 *Item ſi dotans nullam fecit mentionem de vinculo reuerſionis ſaltim per explicitam relationem ad teſtamentum, ſeu fideicommiſſum.*

19 Ancharan. conſil. 7. num. 4. & ſeqq. *quo caſu loquatur?*

20 *Dotans ex bonis fideicommiſſi ſi animum habet dotandi cum onere reuerſionis in caſu reſtitutionis ad fideicommiſſum debet hoc explicitè, & non ſub inuolucro verborũ exprimere, ac coniuges certiorare.*

21 *Venditor non ſub inuolucro verborum, & in genere, ſed nominatim, & in ſpecie certiorare debet emptorem ignarum de qualitatibus, & oneribus rei venditæ.*

22 *Alioquin vendita cenſetur res tanquam libera.*

23 *Onus dotandi neptem non ſpectat ad patruum.*

24 *Aſſertio ſimpliciter emiſſa non ſtat limitatiuè, ſed enunciatiuè, & demonſtratiuè.*

25 *Patruus præſumitur ſcire, ſe non teneri dotare neptem.*

26 *Error non præſumitur in facto proprio, ſed plenè, & concludenter ab allegante probandus.*

DECISIO XLI.

BIS coram bon. me. Coccino Sacræ Rotę Decano reſolutum fuit ad inſtantiam hęredum Camillæ relaxandum eſſe mandatum executiuum contra hęredes Flaminij ſenioris qui dotem eidem Camillæ ex fratre germano nepti promiſit, & nondum ſoluit, cauſaque à me in locum Coccini ſubrogato iterum ſuper eiſdem propoſita, Rota ſtetit in deciſis.

Et quoniam tota vis exaduerſo informantium erat in reuerſione dotis ad dotantem ſiue ad fideicommiſſarios Auerſi, & Flaminij ob mortem Camillæ ſine filijs, nec non in errore promiſſionis dotis, ſtrictè ad vtrũq; fundamentum Domini animaduerterunt. Primũ

penitùs corruere ſiue Flaminius dotem pro-
1 miſerit vti patruus nomine proprio, † vt in dubio præſumitur *in punct. Soc. iun. conſ. 79. n. 47. & nu. 50. lib. 3.* quia tunc tamquam extraneus
2 dotans qualis dicitur quiſquis† non habet dotandam in poteſtate, *Soc. conſ. 291. num. 11. & 12. lib. 2. Hond. conſ. 91. num. 79. & ſeqq. lib. 1. Fontan. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 10. par. 1. numer. 7.*
3 dotem donaſſe † liberè cenſetur dum eam ad ſe reuerti ſtipulatus non fuit, *l. vnica §. accedit C. rei vxor act. l. ſi dotem Cod. iur. dot. Gomeſ. ad leg. Taur. 51. 52. & 53. ſub nu. 28. verſ. ex quibus Rot. dec. 299. num. 6. par. 6. rec.* & in fortioribus terminis dotationis factæ à patruo, qui poterat dotare de bonis proprijs, & de bonis aſcen-
4 dentis, † quod præſumatur dotaſſe de proprijs, & donaſſe niſi expreſſerit ſe dotare de bonis aſcendentis, & dotem ad ſe reuerti ſtipulatus fuerit, *Men. conſ. 771. num. 2. & ſeqq. poſt Soc. iun. d. conſ. 79. num. 74. lib. 3. Alb. conſ. 12. n. 8.*

Siue dotauerit vti poſſeſſor bonorum Iuliani filij, & hæredis Io: Baptiſtæ patris Camillæ, vel Auerſi eius aui, prout dici poteſt cum ad eumdẽ Flaminium peruenerit multiplicum ex pretio Caſtri Baſſani; quo caſu ſicuti tran-
5 ſijt in Flaminium onus liberè dotandi, quod ipſis bonis paternis, & auitis inhærebat, *Caſtr. conſ. 80. num. 1. lib. 1. Rol. conſ. 85. num. 36. lib. 1. Rot. dec. 28. num. 3. dec. 58. num. 1. par. 5. recent.* ita dos
6 ab eo conſtituta liberè† tranſijt ad Camillam *Fontan. d. pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 10. par. 1. num. 9. num. 28. & 29. Mareſc. var. reſol. lib. 1. c. 28. num. 1. & 2. Theſaur. iun. quaſt. 63. nu. 6. lib. 1. Franc. Marc. dec. 333. num. 3. lib. 1. Guidop. deciſ. 613. Vinc. de Franc. dec. 196. n. 6.*

Siue tandem dotauerit ex bonis fideicommiſſi conuentionalis Auerſi, nam bona pro
7 dote ſemel extracta † ex fideicõmiſſo ad illud amplius non redeunt quãuis nullæ ſuperſint reliquiæ matrimonij, *l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Treb. cum alijs alleg. per Modern. Foroliuien. tract. de legit. lib. 3. tit. 1. quaſt. 9. nu. 45. & ſeqq. Rot. dec. 209. num. 3. par. 1. recent. dec. 312. num. 46. par. 6. & in Rom. Caſalis Aguzani 27. Iun. 1640. coram R. P. D. Rojas.*

Quæ confirmantur, quia in inſtrumento dotali dotans ſtipulatus fuit dotem in caſum reſtitutionis reſtitui Camillæ, ita enim facile
8 illi erat ſtipulari reſtitui † ſibi, vel fideicommiſſo defuncta Camilla ſine filijs ſi id voluiſſet, quo genere argumenti vtitur in propoſito, *Soc. iun. d. conſ. 79. numer. 63. & 82. lib. 3.* &
9 ſtipulando † dotem reſtitui Camillæ; nec non eius hæredibus qui ſemper in ſtipulationibus
10 ſubintelliguntur † niſi ex verbis, vel ratione ſubiectæ materiæ reperiantur excluſi, *l. ſi pactum in fin. ff. prob. l. neceſſarius §. pen. ff. pign. act. l. veteris Cod. committ. & contrh. ſtip. Rot. dec. 12. n. 32.*
11 *par. 6. rec.* donandi, ac liberè † dotem promittẽdi animum ſatis aperuit, *Gomeſ. ad leg. Thaur. loc. alleg. ſub nu. 28. infr. med. verſ. iuxta quod Card. Mant. de tac. lib. 12. tit. 8. num. 22. Aym. conſ. 84. n. 3. Soc. conſ. 100. num. 3. verſ. quibus tamen non obſtan. lib. 3.*

Nec obſtat, quod ſtipulatio reſtitutionis ſit al-

alternatiuè concepta ibi, *reſtituere promiſit, vel Camillæ, vel cui, ſeu quibus de iure veniret reſtituenda*, quia hæc verba non important ſpeciale
12 pactum reſtitutionis fauore dotantis,† ſed referuntur ad eos, quibus circumſcripto pacto dos reſtituẽda eſſet ex diſpoſitione iuris communis, vel municipalis, vt per *Alex. in l. poſt dotem 41. num. 36. ff. ſol. matr. Bald. Nouell. de dot. par. 6. priuil. 29. ad fin. Mant. de tac. lib. 3 tit. 7. n. 36. Gratian. diſc. 308. num. 9. & ſeqq. bene Salyc. in l. auia*
13 *num. 12.* vbi quod ex ſtipulatione† pro eo cui de iure dos veniret reſtituenda non plus, vel alio caſu dos debeatur, quam ſi ſtipulatio non interueniſſet, & extraneo ſic ſtipulanti nihil debetur, quia abſque iſta ſtipulatione nihil ei deberetur *Cod. iur. dot. Maceraten. in fortior. term. var. reſol. lib. 2. reſol. 23. num. 1.* Et cum Camilla ſit poſita in prima parte alternatiuæ ſolutum-
14 que fuerit matrimonium per mortem † viri ipſi mulieri eiuſque hæredibus, nõ autem dotantis quæſita fuit integra actio in caſum reſtitutionis dotis, in ſpecie *Comeſ. loc. alleg. n. 28. circ. fin. Maceraten. lib. 2. reſol. 59. caſ. 26. Gratian. d. diſc. 308 numer. 4. & ſeqq. Bald. Nouell. de dot. p. 6. priuil. 28. num. 2. Stracc. de adiect. par. 3. numer. 155. Surd. conſ. 206. num. 26. Gabr. conſ. 58. num. 16. lib. 1. Bald. in l. fin. col. vlt. verſ. conclude ergo Cod. comm. vtr. Iudic. Roman. in l. Caius nu. 10. & ibid. Barboſ. n. 25. ant. fin. ff. ſol. matr.*

Non obſtat, quod in præcitato fideicommiſſo conuentionali diſpoſitum fuit, quod
15 fœminæ † dotentur cum onere tamen reuerſionis dotis ad fideicõmiſſum in caſum obitus mulieris ſine filijs, & Flaminius hoc nomine dotẽ Camillæ promiſiſſe videatur dum in actu promiſſionis aſſeruit ad ſe ſpectare onus dotandi *ad tradita per Anchar. conſ. 7. nu. 4. & ſeqq.*

Nam vltra quod in dicto fideicommiſſo reſeruatur mulieri facultas diſponendi de medietate dotis, quæ proinde in controuerſiam non cadit. Præterea reſpondetur primo, quod onus reuerſionis ex verbis dicti fideicõmiſſi iniunctum eſt in caſum prædeceſſus mulieris ante virum, vt patet ibi, *quæ dos, & ſit pars quæ ſecundum ſtatuta almæ Vrbis non lucrata eſſet à maritis reuertatur &c.* & infrà *reſeruata nihilominus facultate diſponendi &c. dictis eius filiabus vſque ad dimidiam dotis computato lucro prædicto, ita quod effectus ſit, quod inter lucrum ex forma ſtatutorum ſi diſponere vellent, ſaltim dimidia pars dotis reuertatur ad d. deſcendentes maſculos &c.* ex quo enim fideicommittentes ſupponunt factum fuiſſe locum lucro dotis ad fauorem mariti, cui ſanè locus non eſt niſi muliere prædefuncta, ſatis apparet in eumdẽ caſum prædeceſſus mulieris illos de dotis reuerſione conueniſſe. Nos verò verſamur in caſu contrario ad quẽ non
16 debet onus reuerſionis extendi,† imò pactum reuerſiuum conceptum in caſum prædeceſſus mulieris viro demonſtrat voluiſſe fideicommittentes, quod in omnibus alijs caſibus mulier de tota dote ad libitum diſponeret textus eſt apertus *in l. ſi eum dotem ff. ſol. matr. l. inter ſocerum §. cum inter ff. pact. dot. & not. Rip. in l. in quartum num. 193. ff. ad l. falc. Caſtr. conſ. 145. num. 1. verſ. ſed quando non poſ. lib. 1. Fontan. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. 5. gloſ. 10. par. 1. num. 66. Seraph. deciſ. 568. num. 6. Canaler. dec. 353. num. 4. & 5. Rot. in Aſſiſien. dotis 22. Iun. 1640. coram R. P. D. Rojas.*

Secundò quod Flaminius licèt aſſeruerit ad ſe ſpectare onus dotandi non promiſit dotem ſub lege ac nomine fideicommiſſi, tum quia in reliquis non ſeruauit formam, & qualita-
17 tes † eiuſdem fideicommiſſi, *Alb. conſ. 12. ſub num. 8. verſ. quinto quia, & ſub numer. 11. Menoch. conſ. 771. ſub nu. 3. verſ. Et idem, Soc. iun. conſ. 79. num. 63. in fin. lib. 3.* Tum etiam quia nuſquam
18 mentionem fecit de vinculo reuerſionis† ſaltem per explicitam relaxationẽ ad teſtamentum, ſeù fideicommiſſum, vel reſeruando ſibi poteſtatem apponendi alias conditiones,
19 in quibus terminis loquitur † *Anchar. in exaduerſo allegatus conſ. 7.* imò ex ſupradictis voluit dotem liberè acquiri mulieri, & eius hæredibus. Et quatenus habuiſſet animum dotandi cum onere fideicommiſſi, illudque com-
20 prehenderet † omnem caſum obitus mulieris ſine filijs debuiſſet de hoc explicitè non autem ſub inuolucro, & ſub æquiuoca aſſertione, quod ad ipſum ſpectabat onus dotandi certiorare coniuges, qui forſan dotem ſub hoc onere non acceptaſſent, & maluiſſent excutere bona paterna, vel auita Camillæ, & alioquin remanerẽt decepti ſicut in ſimili dicimus
21 quod venditor † non ſub inuolucro verborum, & in genere, vel oſcuræ, ſed nominatim, & in ſpecie certiorare debet emptorem ignarum de qualitatibus, & oneribus rei venditæ, *l. tenetur §. fin. l. quæro ff. act. empt. l. vnica ff. peric. & comm. rei vendit. l. hoc autem ff. hæreditate, vel act. vendit. l. qui libertatis 69. §. ſed & ſi quis, ff. euict. Alex. conſ. 14. num. 8. & 9. lib. 5. Mant. de tac. lib. 4. tit. 9. numer. 19.* vbi quod alioquin
22 vendita † cenſetur res tamquam libera, *Surd. dec. 265. n. 7. & 19. Ciriac. in prox. term. contron. 62. num. 35. verſ. quia fortè.*

Quo verò ad errorẽ promiſſionis eo quod dotans aſſeruit ad ſe ſpectare onus dotandi,
23 quod tamen ſubire † non tenebatur cum eſſet patruus, reſponſum fuit, quod poteſt hu-
24 iuſmodi aſſertio ſimpliciter emiſſa † ſtare enunciatiuè, ac demonſtratiuè, vt in ſim. *Rot. dec. 442. num. 3. par. 1. diuerſ.* Maximè quia Flaminius in adulta ætate conſtitutus bene ſciebat ſe eſſe patruum Camillæ, & propterea
25 ſciuiſſe † præſumitur, ac debuit ſe ad dotem non teneri, *Soc. iun. dicto conſ. 79. num. 73. lib. 3.* & eadẽ aſſertio fundari poteſt in præexiſtent voluntate patrui dotem donandi nepti, vel in obligatione inhærente, vt ſupra bonis Io: Baptiſtæ patris Camillæ, vel Auerſi aui à Flaminio poſſeſſis, quibus non excuſſis gratis
26 allegatur error, qui † in facto proprio non præſumitur ac plenè, & concludenter ab allegante probandus eſt *Butait. dec. 419. num. 1. Rot. dec. 128. num. 13 par. 6. recent.* Et quatenus replicetur inſufficientiam bonorum Auerſi probari ex ſententia Rotali coram Platto, adhuc manent bona Io: Baptiſtæ, & bene fuit reſpon

ſum

ſum in alijs deciſionibus quod dicta ſententia loquitur reſpectu creditorum, quibus obſtabat, dictum fideicommiſſum confirmaturque reſponſio quia eadem bona quæ communiter poſſidebantur ab Auerſo, & Flaminio poſſeſſa fuerunt poſt obitum Auerſi à ſolo Flaminio.

Et ità deciſum vtraquè, &c.

COLONIEN. SVSPENSIONIS.

Lunæ 18. Februarij 1641.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in prophanis indiſtinctè conceditur in quacumq; inſtantia etiam ſine fumo, quando materia articulara eſt releuans, & exquibus reſultet articulorum releuantia?

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in quacumque inſtantia conceditur in prophanis data releuantia articulorum etiam ſine fumo, & num. 3.*

2 *Cauſa reputatur prophana adeffectum remiſſoriæ, quoties non agitur de titulo beneficij, quamuis in foro Eccleſiaſtico pendeat.*

4 *Conſuendo Eccleſiæ tendens ad conſeruandam clericalem diſciplinam, & virtutem obedientiæ eſt pia laudabilis, & ſeruanda.*

5 *Abſens à ſeruitio Eccleſiæ abſque licentia ſuperioris, & legitima cauſa, imò propria concurrente culpa, ſeu negligentia fructus ſiue diſtribuſiones percipere nequit.*

6 *Articuli etiam obiectiui admittuntur, quando agitur ciuiliter, & ſunt de iure dantis.*

7 *Iuſte ſuſpenſus non poteſt fructus beneficij durante tempore ſuſpenſionis percipere; quicquid ſit, quando ſuſpenſio eſt iniuſta, & num. 8.*

9 *Admiſſus ad cauſam facere poteſt ſuas probationes, alias admiſſio eſſet inutilis.*

10 *Remiſſoria datur etiam in gradu reſtitutionis in integrum.*

DECISIO XLII.

PROCVRATOR redditiuarij Eccleſię Collegiatę Sanctorum Apoſtolorum, qui ſub die 30. Aprilis 1640. fuerat admiſſus ad cauſam pendentem inter Capitulum, & Iacobum Sconghen eiuſdem Eccleſiæ Canonicum ſuper reſtitutione fructuum durante ſuſpenſione Iacobi maturatorum; articulauit quod ex immemorabili conſuetudine huius Eccleſiæ ſi aliquis Canonicus abſentat ſe à Ciuitate, & Eccleſia ſine licentia Decani remanet ſtatim, & ipſo facto ſuſpenſus à perceptione fructuum Canonicatus, & Prebendę illoſque amittit, nec admittitur ad perceptionem fructuum in futurum, niſi prius ſubierit capitularem diſciplinam quę conſiſtit in actu humilitatis ſeu petitione venię, ad quam etiam innocens tenetur, nec ſuffragatur allegare cauſam.

Item quod ex immemorabili conſuetudine quiuis Canonicus inculpatus ſeu diffamatus, ſeu etiam ſuſpectus de aliquo crimine, ſiuè publico, ſiuè priuato, ſiuè notorio, ſiuè ſecreto, ſuſtinere debet diſciplinam capitularem, & quantumuis innocens petere veniam ad mandatum Iudicum diſciplinarium, & non petens ſtatim eſt ipſo iure ſuſpenſus à ſeruitio Eccleſiæ, & perceptione fructuum, qui conuertuntur in vſum Eccleſiæ, neque taliter ſuſpenſus admittitur ad ſeruitium Eccleſiæ, & perceptionem fructuum in futurum donec veniam petierit. Quodque taliter ſuſpenſi non recuperant fructus præteritos licet poſtea veniam petant, ſed ea petita in futurum tantum ad perceptionem reſtituuntur.

Super quibus, & alijs articulis ſimul productis petijt remiſſoriam, quam præuia diſputatione dubij Rota cenſuit concedendam eſ-
1 ſe, quia in cauſis prophanis † quales dicuntur
omnes, in quibus non agitur de titulo bene-
2 ficij † quamuis in foro Eccleſiaſtico pendeant
Egid. deciſ. 617. Caputaqu. deciſ. 99. par. 1. Greg. XV. Sanct. mem. deciſ. 402. num. 2. indiſtinctè in quacumque inſtantia, & ſine aliquo fumo datur
3 remiſſoria † quando materiæ articalatæ ſunt
releuantes *Caputaqu. dec. 68. num. 1. par. 3. Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 10. de dilat. Rot. deciſ. 347. nu. 1. par. 1. recent. dec. 124. num. 1. dec. 403. num. 3. coram Sanct. mem. Greg. XV. dec. 149. nu. 1. coram bon. mem. Cocc. Dec.*

Releuantia autem prædictorum articulorum controuerti non poteſt. Quia eſt in confeſſo apud partes abſentia Iacobi à ſeruitio Eccleſiæ, & Ciuitate Coloniæ, accuſatio de morbo contagioſo, & mandatum Iudicis diſciplinaris quod veniam peteret, vnde Iacobus pro tempore quo eam petere recuſauit amiſit fructus nec eos hodie poteſt recuperare obſtante articulata conſuetudine legitimè præſcripta quatenus probetur, quæ tamquam
4 pia ac laudabilis, † eo quod tendit ad conſer-
uandam clericalem diſciplinam, & virtutem obedientiæ, ac humilitatis *ex trad. per Sot. de inſt. & Iur. lib. 5. cap. 6. art. 3. col. 3. verſ. reſpondetur* nihilominus ſeruanda eſt *Felin. in cap. ad Apoſtolicam n. 3. de Simon. Abb. in cap. ſuam n. 8. eodem tit. Rot. dec. 365. n. 3. p. 2. recent.* & in ſpecie diſtributionum *monet. de diſtr. quotidian. par. 2. q. 4. n. 17. & par. 3. q. 10. n. 34.* vbi in puncto loquitur dę conſuetudine inducente pęnam amiſſionis diſtributionum.

Et ſic corruent fundamenta deciſionum, & ſententiarum pro Iacobo latarum, quæ illum excuſant à petitione venię ex quo non fuit probatum obiectum crimen, & morbus contagioſus, nec quod innocens veniam petere deberet, adſcribendaque erit culpę Iacobi obſtinatio ſeu negligentia in venia petenda, quamuis innocens eſſet, itàut pro tempore
5 abſentiæ † abſquè licentia ſuperioris, & legi-
tima cauſa imò propria cum culpa ſeu negligentia fructus neque ex diſpoſitione iuris ſcripti petere poſſit *iuxt. text. in cap. relatum vbi gl. verb. prælatorum de cler. non reſid. Abb. ibid. in 4. not. Felin. in cap. fin. ad fin. verſ. 6. lim. de magiſtr. Rot. dec. 608. n. 1. par. 1. recent. Add. ad Greg. XV. dec. 154. n. 8.*

Quare concedenda eſt remiſſoria ne dum

ſuper

ſuper præmiſſis, ſed etiam ſuper alio articulo
continente quod orta fuit ſiniſtra ſeu mala fa-
ma de Iacobo ratione prauæ conuerſationis,
& morbi contagioſi, quia hoc eſt de iure arti-
culātis ad effectum vt intret allegata conſuetu-
6 do, & articuli † quamuis obiectiui admittun-
tur quando agitur ciuiliter, & ſunt de iure
dantis *Veſtr. in praxi lib.5.cap.vlt.num.12. & 14.
Creſc.dec.8. & 9. de probat. Caputaqu. dec. 67. ſub
num.1.& ſeqq.par.3.& not. inter practicab. Rote im-
preſſa par.2. diuerſ. ſub tit.de art.obiect.numer.146.
Reuerendiſſimus Vrgellen. dec.236. num.5.*

Non obſtat quod reddituarius pendente
appellatione Iacobi à ſententia ſuſpenſionis la-
ta per Iudices diſciplinares non debuerit fru-
ctus conuertere in vſus Eccleſię Quia hoc reſ-
picit bonam vel malam fidem reddituarij cir-
ca fructuum conuerſionem, quæ bona fides
non nititur ſoli ſententiæ ſuſpenſionis, ſed lau-
dabili conſuetudini, vt ſupra articulatæ quæ
parit bonam fidem ac iuſtum titulum efficit-
que vt Iacobus fuerit iuſte ſuſpenſus, & per
7 conſequens † fructus temporis ſuſpenſionis
recuperare de iure non valeat *Sanchez. de matr.
lib.3.diſp.51.ſub num.10.Monet.de diſtr.par.2.quæſt.
15.numer.37. Modern.Luſitan.de Iure Eccleſ.lib.3.*
8 *cap.18.nu.* 74. quicquid ſit vbi ſuſpenſio † fuit
iniuſta *vt per Nauarr. conſ.11. per tot.de cler. non
reſid.* adeo quod Iacobi non intereſt excipere
de illegitima mala conuerſione fructuum in
vſus Eccleſiæ.

Tandem non obſtat quod lis iam fuerit
terminata per tres ſententias pro Iacobo quas
conformes eſſe circa prætenſam reſtitutionem
fructuum fuit deciſum 25. Maij 1640. coram
me Quia verum eſt inter Capitulum, & Iaco-
bum, ſed poſt dictas ſentētias reddituarius fuit
9 admiſſus ad cauſam, & inutilis eſſet admiſſio †
niſi facere poſſet neceſſarias probationes pro
defenſione Eccleſię, in cuius vtilitatem fructus
10 conuerſi fuerunt, & remiſſoria datur † etiam
in gradu reſtitutionis in integrum *Seuer. de
remiſſ.cap.3.ſub num.43. Caputaqu. dec. 61. par.3.
Greg.XV.dec.276.num.2.& ibi Add.nu.7.Canaler.
dec.170.nu.1.Reuerendiſſimo Vrgellen.dec.121.n.27.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

ESINA BONORVM.

Merc. 20. Februarij 1641.

ARGVMENTVM.

Ius offerendi non competit creditori poſteriori contra emptorem Iure creditoris anterioris, & redditur ratio. Ius offerendi cōpetens ſecundo creditori ſpatio 30. annorum præſcribitur, & talis præſcriptio non dicitur interrupta per judicium motum, ſi illud fuit nullum, quod malam fidem non parit. Præſcriptio non interrumpitur ex petitione ſiue citatione generali reſpectu actus particularis, ſed illa debet deduci ad ſpeciem, per quam citatus reddatur certus de intentione actoris. Præſcriptio Iuris offerendi non dicitur interrupta per iudicium motum in Saluiano, nam diuerſa eſt natura Saluiani, ac Iuris offerendi, & diuerſitas in quo conſiſtat? Ius offerendi Competens creditori poſteriori tamquam ex ęquitate legis proueniens poteſt principaliter in iudicium deduci per viam libelli. Præſcriptio currit etiam ſuper exceptione, quando Ius illud poterat agendo deduci.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior vendens bona debitoris ſi illorum dominium non habet dicitur vendere Iure creditoris.*

2 *Ius offerendi non competit creditori poſteriori contra emptorem Iure creditoris.*

3 *Ratio eſt nam creditor anterior à die acquiſita Hypoteca habet à lege licentiam vendendi pignus, illiuſque dominium transferendi.*

4 *Creditor anterior vtendo licentia vendendi pignus transfert dominium in emptorem quale erat penès debitorem tempore conſtituti pignoris, & ſic non affectum credito poſteriori.*

5 *Pignus à debitore contrahi non poteſt fauore ſecundi creditoris in præiudicium licentiæ conceſſæ primò creditori vendendi, ac Iuris transferendi.*

6 *Creditor anterior vendens Iure creditoris ex licentia vendendi ſibi tributa efficit vt pignus ſiue hypoteca ſecundi creditoris reſoluatur, & habeatur ac ſi nuſquam fuiſſet contracta.*

7 *Ius offerendi non competit ſine hypoteca, niſi offerens poſſideat.*

8 *Ius offerendi nunquam competit creditori poſteriori, ſiue venditio fiat à ſolo creditore anteriore, ſiue à debitore interueniente creditore, & redditur ratio.*

9 *Venditio ſubhaſta non fit à ſolo creditore, ſed à debitore repræſentato in perſona Iudicis, cuius factum dicitur factum debitoris.*

10 *Ius offerendi ſemper ceſſat quoties in venditione interuenit factum creditoris anterioris agentis titulo ſuæ hypotecæ anterioris.*

11 *Nec refert in materia iuris offerendi, an contractus iudicialiter, vel extraiudicialiter celebretur.*

12 *Creditor anterior ſolum iure pignoris vendidiſſe cenſetur, ſi prætium rei venditæ peruenit ad manus debitoris.*

13 *Pro excluſione autem iuris offerendi nihil intereſt, quod prætium rei venditæ fuerit anteriori creditori ſolutum.*

14 *Ius offerendi competens ſecundo creditori ſpatio 30. annorum præſcribitur.*

15 *Præſcriptio Iuris offerendi dicitur interrupta mediante iudicio vtilis Saluiani medio tempore moto.*

16 *Mala fides præſcriptionem etiam longiſſimi temporis impedit de Iure Canonico.*

17 *Et afficit etiam ſucceſſores vniuerſales.*

18 *Præſcriptio dicitur interrupta ex ſola generali petitione contenta in libello, quæ operatur quoad omnia in illa generalitate comprehenſa. Contrarium infra num.29., & 43.*

19 *Ius offerendi eſt fructus, & ſequela actionis hypotecariæ nominatim expreſſæ in libello.*

20 *Cauſa commiſſa ſuper hypotecaria, cenſetur etiam commiſſa ſuper Iure offerendi.*

21 *Amplia præſertim quando Ius offerendi in vtili Saluiano deducitur per viam replicationis ad elidendam*

dam exceptionem crediti anterioris quia replicatio videtur deducta ad coadiunandam actionem motam.

22 *Ius offerendi competens poſſeſſori per viam exceptionis nunquam præſcribitur.*

23 *Præſcriptio 30. annorũ fundatur in ſola negligentia.*

24 *Replicatio eſt perpetua, & competit quandocunque opponitur exceptio.*

25 *Ad interrumpendam præſcriptionem non ſufficit quod iudicium motum ſit nullum in proſecutione, quando prima citatio eſt valida, ſed requiritur etiam quod ſit nullum initio ipſius primæ citationis, & nu. 26.*

27 *Præſcriptio non interrumpitur per Iudicium nullum, quia malam fidem non parit.*

28 *Præſcriptio non interrumpitur per commiſſionem, qua quis vſus non fuit, eamque habuit pro derelicta.*

29 *Præſcriptio non interrumpitur per quamlibet generalem petitionem in omnibus ſub ea comprehenſis, ſed per illam, per quam citatus certus redditur de intentione actoris.*

30 *Saluianum differt à Iure offerendi, & in quo vnum ab alio differat?*

31 *Præſcriptio ex lite mota ſuper vna actione non interrumpitur, quoad Ius competens ad quid diuerſum.*

32 *Secundus creditor offerendo licet tollat obſtaculum prioris hypotecæ, & videatur præparare viam immiſſioni ex poſteriori hypoteca, non tamen interrupta præſcriptione in præparatio idem iudicatur de præſcriptione præparatorij, & econtra.*

33 *Præſcriptio Iuris offerendi vt interrumpatur, requiritur citatio ad recipiendum.*

34 *Ius offerendi eſt acceſſorium, ac ſequela hypotecæ.*

35 *Intellige tamen quia non competit ſine hypoteca, non autem quod ſequatur ex ipſa hypoteca, imò oritur ex æquitate legis indulgentis creditori hypotecario.*

36 *Ius offerendi poteſt in iudicium deduci principaliter per viam libelli vnde tribuendum eſt negligentiæ actoris, ſi illius mentionem in libello non fecit, & num. 37.*

38 *Actor poteſt in libello preueniendo exceptionem rei, eam exprimere, ſimulque ſuam replicationem.*

39 *Præſcriptio currit ſuper exceptione, quando illud inde poterat agendo deduci.*

40 *Replicatio præſcribitur non ſecus ac actio.*

41 *Quicquid ſit, quando nihil imputari poteſt actori, ſi non egit.*

42 *Cauſa commiſſa in Saluiano, cenſetur etiam commiſſa ſuper Iure offerendi abſque noua libello.*

43 *Declara concluſionem eſſe verum, ſed ad inducendam malam fidem requiritur, quod Ius offerendi deducatur ad ſpeciem, vt poſſeſſori innoteſceret actorem oblaturum.*

44 *Clauſula* quam, & quas *in commiſſione non operatur, niſi deducatur ad ſpeciem.*

DECISIO XLIII.

ACCQVIESCENTES DD. de Aquila deciſioni, emiſſæ die prima Iulij 1639. coram me in qua ex iuribus creditorum anteriorum exiſtentibus penès reos conuentos denegata fuit immiſſio ex vtili Saluiano ad bona poſſeſſa à DD. de Foſſijs conuolarunt ad remedium oblationis, propoſitoque per me dubbio an illis competat ius offerendi negatiuè reſponſum fuit.

Primò, quia Foſſij bona emerunt, nedum
à Gauccio debitore, ſed ſimul ab Oibano cre-
ditore anteriori, qui cum Dominium bono-
rum, non haberet, & hoc ſcirent emptores
1 non cenſetur vendidiſſe tamquã Dominus †
ſed iure creditoris *Gaſpar. Rodriquez. de ann.
reddit. quæſt. 17. ſub num. 24. verſ. quia creditor Reuerendiſſimus Vrgellen. deciſ. 445. num. 10. facit Text.
in l. qui Tabernas ff. de contrah. empt. Alex. in l. ſi
Domus §. fin. numer. 2. ff. de legat. 1. Gozad. conſ. 24.*
2 *num. 7.*, quo iure † vbi eſt facta venditio non
competit con emptorem poſteriori creditori
ius offerendi *l. cum prior in princ. ff. de diſtraction.
pign. l. 1. C. ſi antiquior creditor l. finali C. ſi vendit.
pignor. agatur gloſ. in l. ſi potiores verb. ſucceſſiſti Cod. ſi antiquior creditor. Cephal. conſ. 397.
num. 37. Vinc. de Franch. deciſ. 69. num. 1. Theſaur.
deciſ. 157. num. 8.*

Et ratio eſt quia cum primus creditor ex
3 die acquiſitæ hypothecæ † haberet à legge licentiam vendend. pignus illiuſque dominium transferendi *l. ſi conuenerit ff. de pign. act. l. de
acceſſionibus ff. de diuerſ. & temporal. præſcript. l. 2.
l. 3. C. diſtract. pignor. §. 2. inſtit. quibus alienare li-*
4 *cet vel non*, dum ea licentia vendendo vtitur †
tale dominium transfert in emptorem, quale
erat penès debitorem tempore conſtituti pignoris, & ſic non affectum credito poſteriori,
5 quod ſicuti à debitore contrahi non potuit †
in præiudicium dictæ anterioris licentiæ, &
iuris transferendi rem liberam acquiſiti primo creditori *l. diſtractis C. de pignor. l. debitorem
C. eodem l. ſi vnus §. anteomnia ff. pactis Surd. dec.
286. num. 1.* Ità ſecuta in vim eiuſdem licentię
6 venditione reſoluitur, † & habetur ac ſi nuſquam cõtracta fuiſſet hypotheca ſecundi creditoris *Cin. in d. l. 1. C. ſi antiquior creditor num. 1.
verſ. reſpondeo Salicet. nu. 1. Mantic. de tacit. lib. 11.
tit. 28. num. 24. Neguzant. de pignor. 3. membr. 5. par.
num. 4. Morot. de Iur. offeren. num. 16. Rodriq. de ann.
reddit. lib. 2. quæſt. 17. ſub num. 21. Coſt. de portion.
rat. quæſt. 65. num. 7. & 8. Gratian. deciſ. Marchiæ 66.
num. 4. & 5.* ſine hypotheca autem non com-
7 petit ius offerendi † niſi offerens poſſideat *l.
cum tibi C. qui potior. in pignor. habeantur numer. 3.
Menoch. præſumpt. 121. num. 5. lib. 3. Seraph. dec. 937.
num. 1.*

Quæ ratio militat ſiuè vendat ſolus credi-
8 tor † ſiuè vna cum debitore, quià vtroque
caſu vtitur non alio Iure, quam hypothecæ,
& ſic licentię alienandi ipſi vt ſupra inherentis
quam interueniendo vẽditioni videtur communicaſſe etiam debitori vendenti vt in puncto *poſt Cuiacc. in l. cũ prior. verſ. vnde notand. lib. 3.
reſponſor. Papinian. Rot. coram Reuerendiſs. Vrgellen.
dec. 445. ſub n. 54. & ſeqq. & n. 58.* vbi quod procedit ad alios effectus differẽtia inter vẽditionem, & conſenſum venditioni, *de qua Text. in l.
aliud eſt vendere ff. de regul. Iur.* ſimili argumento
à paritate rationis vtitur in propoſito Iuris
offerẽdi *Vinc. de Franch. dec. 69. ſub n. 7. verſ. & non
eſſe.* Quod confirmatur, quia etiam venditio
9 ſub haſta † non fit à ſolo creditore, ſed à debitore repræſentato in perſona Iudicis cuius factum dicitur factum debitoris *Cin. in d. l. 1.
num. 2. Salicet. ibidem num. 2. Bald. in l. ordo num. 5.*

vbi

vbi ait quod ipſe debitor videtur vendere
*C. execut. rei Iudic. Tiraquell. rectrat. lignag. §.1.
gloſ.14.num.13.Riminal.Iun.conſ.3. num.30. Surd.
conſ.39. num.5.* & nihilominus quia interuenit
factum creditoris agentis titulo dumtaxat ſuę
10 hypothecæ anterioris † ceſſat Ius offerendi
*Vinc.de Franch.dec.69.nu.2.Flau.Amend. in Addit.
ad eamdem dec. ſub num.7.in fin.Vinc. Ann. al egat.
56.num.1.Rot.d.dec.445.nu.85.coram Reuerendiſs.
Vrgellen.* neque in hac materia refert an con-
11 tractus † iudicialiter vel extra iudicialiter ce-
lebretur *Riminald. Iun. dicto conſ.3. num.* 10. vbi
in terminis Iuris offerendi æquiparat contra-
ctum debitoris, & Iudicis *Caroc. de oblat. par.
2.quæſt.11.num.62. & 63.Fælician.de Cenſib.Tom.
2.lib.3. cap.2. ſub num. 13.verſ. quæ regula.*

Atq; hinc non obſtat quod cum prætium
rei venditæ peruenerit ad manus debitoris
12 creditor ſolum iure pignoris† vendidiſſe cen-
ſeatur *ex alleg.per Tomat.deciſ.*109. *num.*8. Quia
ex hoc ipſo ſequitur axcluſio Iuris offerendi
13 circa quod nihil intereſt † quod prætium rei
venditæ fuerit anteriori creditori ſolutum *L.
cum prior ibi eiuſque pratium ff.ldiſtract. pignor.Bu-
trigar.in d.l.1.in princ.verſ.& tunc C. ſi antiq.cred.
Neguzan. loc.alleg. num.3. Menoch. præſumpt.121.
num.4.lib.3.Mantic.de tacit.lib.11.tit.28. numer.4.
Morot.de Iure offerend. num.36. Dominus Vrgellen.
dicta deciſ.445.num.2.*

Secundò, quia venditio emanauit de anno
1574. eiuſque ſcientiam negare non poſſunt
ſaltem de anno 1600. à quo tempore vſquè
ad litem' motam coram me effluxerunt ferè
39. anni, cum tamen 30. ſufficerent ad præ-
14 ſcribendum Ius offerendi † ſecundi creditoris
quia non conſiſtit in ſola facultate ſed eſt ius
formatum, & competens rationæ actionis
hypothecariæ, iàm natæ quicquid ſit in Iure
offerendi nondum formato, & conſiſtente in
ſola facultate *l.cum notiſſimi, & ibi Bald. num.3.
& 4.Butrigar col.3.verſ.in contrarium C.præſcript.
30.vel 40. ann.Bart.in l.pignore verſ.quandoquè ius
offerendi il 2. ff. vſucapion. Aym.conſ.298.numer.1.
Alba conſ.469.num.1.Menoch.conſ.201. numer.80.
Gabr.de præſcript.concluſ.7.num.2. Pract.Papien. in
forma libelli ſuper actione reali verb.præſcript.n.35.
ſol.mihi 54.Morott.de Iur.offerend. num. 59. Gayll.
obſeruat.18. num.12. lib.2. Guttier. de Iuram.con-
firmat.part.3.cap.1.num.13. Gratian.diſcept.2.n.28.
& 29.Theſaur.deciſ.157.num.1.Maſtrill.deciſ.201.
num.28. & 29. Milanen.deciſ. Sicilia 12.num.123.
lib.2.*

Hoc fundamentum vt euitarent informan-
tes pro actoribus deducebant quod per Iudici-
um vtilis Saluiani motum ab eiſdem de anno
1600. contra authores Foſſiorum, & produ-
ctum vſque ad ſententiam fauorabilem inclu-
ſiue de anno 1603. fuit interrupta præſcri-
15 ptio, † & conſtituti rei conuenti in mala fi-
16 de † obſtatiua de Iure Canonico præſcriptio-
ni etiam longiſſimi temporis *Couar. in regul.
poſſeſſor.2.par.§.11.nu.3.Bald.de præſcript.2.par.3.
partis quæſt.14.num.5.Becc.conſ.48. num.3. Seraph.
deciſ.614.num.4. Gregor.XV. deciſ.489.numer.20.*
17 tam reſpectu citatorum,† quam ſucceſſorum
vniuerſalium *Felin.in cap. ſi diligenti ſub num.* 4.
*de præſcript. Pariſ.conſ.27.nu.139.lib.1. Natt.conſ.
162.num.35.Honded.conſ.17.num.85.& ſeqq.conſ.
82.num.46.& ſeqq.lib.1.Gabr.conſ.163.num.14.&
ſeqq.lib.1.*

Licet in eo iudicio non fuerit in ſpecie de-
ductum Ius offerendi Quia non fuerat opus
non oppoſita tunc exaduerſo exceptione cre-
diti anterioris, & ſatis dicitur deductum ſub
18 generalitate libelli † quæ ſuffragatur ad in-
terumpendam præſcriptionem quo ad omnia
in illa generalitate comprehenſa *Text. eſt in l.
final. C.de annal. except. & ibi notat Bart. numer.4.
Bald.num.1.Tiraq.retract.lignag.gloſ.2.§.8.num.5.
& 6.Balb.de præſcr.3.par.6.quæſt.4. princ. num.23.
Gratian.diſcept.2.num.42.*

Eo magis, quia ius offerendi eſt veluti fru-
19 ctus, † & ſequela actionis hypothecariæ no-
minatim expreſſę in libello *Neguzant.d.3.memb.
5.partis nu.52.verſ.& ſic eſt ſequela Gaſpar.Rodriq.
de ann.reddit.lib.2. quæſt.17.n.7.* & eidem actioni
acceſſorium *Alba conſ.469.n.2. Gaill.obſeruat.18.
num.12.lib.2.* adeò quod commiſſa cauſa ſuper
20 hypothecaria † cenſetur etiam commiſſa ſu-
per iure offerendi *ad Text.in cap.prudentiam §.6.
nobis in fin. & ibi gloſ.verb.explorati de offic.delegat.
gloſ.in cap.pratera verbo ex eo eodem titulo Innocent.
in cap. tanta verſ. item nec acceſſoria de exceſſibus
Prælat.Scacc.de Iudic.lib.2.cap.9.num.765.* pręſer-
tim quando prout hic in vtili Saluiano Ius of-
21 ferendi deducitur † per viam replicationis ad
elidendam exceptionem crediti anterioris,
quia replicatio videtur deducta in libello ſeù
actione mota, eamque coadiuuat *Aſin.in prax.
§.16.cap.7.num.5.poſt Bald.in l.final.quæſt.17.Cod.
hæred.inſtituen.Ciriac.controu.380.nu.54.Greg.XV.
deciſ.535.n.17.* & ſicuti vbi Actor non propo-
ſuit actionem hypothecariam nulla poteſt im-
putari negligentia reo ſi excipiendo non fuit
vſus iurè offerendi, ob quam rationem Ius of-
22 ferrendi poſſeſſori competens † per viam ex-
ceptionis nunquam præſcribitur *Neguz. dicto
memb.3.par.5.ſub num.52.verſ.& iſtam numer. 53.
per text.in l. purè §.vltim.ff.dol.except.l.prima Cod.
ſi aduerſ.credit.l.ſicut C. præſcript.30.annorum facit
Menoch. conſ.1147.num.5.* ità reo non excipien-
te de hypothecis creditorum anteriorum non
eſt cur imputetur actori, quod replicando
non obtulerit, ideoque nulla cadit eius negli-
23 gentia, † in qua ſolum fundatur præſcriptio
30. annorum *Felin. in cap. vigilanti numer.5.de
præſcript.Sim.de Prat.conſ.91.nu.57.Rot. deciſ.17.
num.30.par.4.recent.deciſ.407.num.16.par.5.* & in
24 terminis replicationis quod ſit perpetua, † &
competat quandocumque excipietur *Ioann.
Andr. in cap. à nobis ſub num.* 12. *de except. Felin.
in cap.ſi autem numer.6. limitt.3. verſ. hoc modo de
præſcript.*

Cæterum Rota cenſuit obiectum corruere
primo quia Iudicium motum de anno 1600.
fuit nullum, nedum in proſequutione quod
non ſufficeret ad euadendam interruptionem
25 præſcriptionis † ſi prima citatio valida fuiſſet
*Aret.conſ.30.num.10.Menoch.conſ.307. numer.58.
Balb.de præſcript.3.part.6.partis quæſt.4. numer.27.*
26 ſed etiam initio ipſius primæ citationis, † &
ex hoc capite interpoſita appellatione à ſen-

ten-

tentia pro Actoribus lata de anno 1603. Si-
gnatura Sanctiſſimi cauſam commiſit vt in
prima refectis per actores expenſis prioris Iu-
dicij, quæ tamen hactenus refectę non fuerunt,
nec vltro vigore dicti reſcripti aliquid actum;
Vndè intrat concluſio ab omnibus recepta,
27 quod per Iudicium nullum, † quia malam
fidem non parit nõ interrumpitur præſcriptio
Felin. in cap. illud num. 5. de præſcript. Dec. in cap. vt
debitus nu. 25. & ſeqq. de appellat. Roman. conſ. 412.
num. 6. & 7. Sim. de Prat. conſ. 132. num. 81. & 87.
Caball. conſ. 89. num. 5. lib. 2. Miſſinger. obſeruat. 31.
num. 3. Centur. 1. Ciriac. controu. 532. num. 10. Surd.
deciſ. 5. nu. 5. Rot. dec. 689. num. 5. par. 1. recent. Quæ
28 nec interrupta dici poteſt † per dictam Com-
miſſionem Signaturæ Sanctiſſimi, quia nuſ-
quam adimpleta conditione, ſub qua emana-
uit, fuit habita pro derelicta ex mera volun-
tate Actoris, & nuper iudicium motum fuit
vigore nouæ commiſſionis ad tradit. per gloſ. in
cap. placuit il 2. §. poteſt verbo interrupta 16. q. 3.
Felin. in cap. cauſam quæ n. 28. limit. 3. verſ. Item
non procedit de teſtib. Sim. de Prat. conſ. 132. nu. 89.
Gratian. diſcept. 2. num. 43. & ſeqq. cum alijs allegat.
per adden. ad Buratt. deciſ. 8. n. 10. verſ. tertius caſus.
Secundò, quia non quelibet generalitas
petitionis interrumpit prę́ſcriptionem in om-
29 nibus ſub ea cõprehenſis, † ſed illa per quam
citatus certus redditur de intentione Actoris
puta, quod eſſet oblaturus, vt bene aduertit
Tiraq. re tract. li. g. gloſ. 2. §. 8. nu. 5. Gratian. diſcept.
2. num. 41. & diſcept. 786. num. 23. & 24. Surd. deciſ.
5. num. 4. & ex ſententia Bart. notat gloſ. 1. additio-
nalis in l. finali C. annal. exceptione, & propoſito
libello in vtili Saluiano poſſeſſori nullatenus
innotuit quod actor vellet offerre, quin po-
tius diuerſa eſt Saluiani ac Iuris offerendi na-
30 tura, † & finis immediatus, nam in Saluiano
Actor dicit ſe anteriorem, poſſidentem verò
poſteriorem, & dirigitur ad conſequendam
detentionem rei, commoditatemque perci-
piendi fructus abſquè eò, quod Actor, vel
obulum ſoluat poſſeſſori. In iure offerendi au-
tem Actor fatetur ſe poſteriorem, & poſſiden-
tem anteriorem tenditque ad acquirendam
hypothecam anteriorem mediante reſtitutio-
ne pecuniæ primo creditori à poſſeſſore ſo-
31 lutæ, nec lite mota † ſuper vna actione inter-
rumpitur præſcriptio, quoad ius competens
ad quid diuerſum gloſ. in cap. auditis verbo inter-
ruptionem de præſcript. Cotu. conſ. 181. num. 69. lib. 2.
Sim. de Prat. conſ. 132. n. 78. & 80. Caſtrenſ. conſ. 101.
ſub num. 8. lib. 1. Giouagn. conſ. 68. num. 9. lib. 1. Balb.
de præſcript. 3. par. 6. partis quæſt. 4. princ. numer. 5.
Et quamuis oblatio ſecundi creditoris tollen-
do obſtaculum prioris hypothecæ videatur
32 præparare † viam immiſſioni ex hypotheca
poſteriori, non tamen interrupta præſcriptio-
ne in præparato idem iudicatur de præſcri-
ptione præparatorij, & è contra Bart. in dict. l.
finali numer. 7. C. annal. except. gloſ. in l. Iulianus §.
quantum verb. intenſiorieſſ. ad exiben. Giouagn. dicto
conſ. 68. ſub num. 12. lib. 1. & in puncto iuris of-
ferendi quod requiratur citatio ad recipien-
do Prat. conſ. 94. num. 25.

33 dum † vt eius præſcriptio interrumpatur Si-
mon de Prat. conſ. 94. num. 2.
34 Quod autem dicitur ius offerendi eſſe † ac-
ceſſorium, & ſequelam hypothecæ intellien
35 eſt, quia non competit ſine hypotheca, † non
autem quia ſequatur ex ipſa hypotheca, imò
enim oritur ex æquitate legis indulgentis cre-
ditori hypothecario, vt notant DD. in d. l. 1.
C. ſi antiquior creditor Aym. conſ. 298. ante numerum
primum Menoch. conſ. 201. num. 80. in fin. Morot. de
Iur. offerendi num. 12. & cum poſſet in Iudicium
36 deduci † principaliter per viam libelli Alba.
conſ. 325. num. 9. conſ. 469. num. 15. tribuendum eſt
37 negligentiæ actoris † ſi illius mentionem in
libello non fecit prout facilè poterat, vt in
propoſito ratiocinatur Giouagn. conſ. 68. ſub n. 11.
verſ. præterea lib. 1. ſiue illud deducere voluiſſet
per viam actionis principaliter, ſiuè per viam
replicationis, quia poteſt Actor in eodem li-
38 bello † preueniendo exceptionem Rei eam
exprimerè ſimulque ſuam replicationẽ Bart.
in l. 2. num. 1. C. ſi ad verſ. rem Iudic. Bald. ibidem
num. 2. & 3. & in addit. ad ſpeculat. ſuper rubric.
de incident. quæſt. verſ. dicitur etiam incidens quæſtio
il ſecondo Ciriac. controu. 380. num. 21. & 22.
Qua propter non releuat, quod in lite an-
ni 1600. Reus non exceperit de hypotheca an-
teriori, Quia Actores poterant exceptionem
pręuenire, & principaliter iudicium inſtituere
ſuper Iure offerendi, & alioquin ratione ne-
gligentiæ currit perſcriptio prout in fortiori-
39 bus terminis currit ſuper exceptione, † quan-
do illud idem ius poterat agendo deduci Anan.
in cap. ſi autem num. 3. de reſcript. & ibi Cardinalis
num. 3. Anchar. oppoſitione prima verſ. nam ex eodem
Felin. ſub num. 6. limit. 6. vbi affert plura exempla
Bart. in l. 2. num. 3. ff. de exception. Couar. practicar.
quæſt. cap. 25. num. 4. verſ. quod poterit, & de commu-
ni Gomeſ. var. reſolut. tom. 1. cap. 11. num. 20. Guttier.
Iuram. confirmatario par. 3. cap. 1. num. 21. & duo-
bus ſeqq. Gratian. deciſ. March. 151. nu. 16. & in ſpe-
40 cie, quod præſcribatur replicationi † non ſe-
cus, quam Actioni Anan. in d. cap. ſi autem n. 3.
in princip. Cardinal. num. 3. verſ. vbi etiam Cin. in
l. licet C. de exception. Bart. in d. l. 2. num. 3. in fin.
41 quicquid ſit quando nihil imputari † poteſt
actori ſi non egit, vt ſe ipſos declarant Ioannes
Andreas, & Fælin. exaduerſo allegati.
Non obſtat, quod Commiſſa cauſa in Sal-
42 uiano † cenſeatur etiam commiſſa ſuper Iure
offerendi abſque nouo libello, quia non ne-
43 gatur, ſed ad inducendam malam fidem † cir-
ca Ius offerendi, neceſſe vltro erat, quod de-
duceretur ad ſpeciem, vt poſſeſſori innoteſce-
ſceret actorem oblaturum, ſicuti in ſimili di-
44 cimus in terminis commiſſionis † cum clau-
ſula, quam, & quas; Seraph. deciſ. 1013. num. 3.
Rot. deciſ. 85. num. 5. & 7. par. 6. recent.
Et ità deciſum vtraq; parte informante &c

ARI-

ARIMINEN. MOLENDINI.

Lunæ 4. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

Sententia exceſſiua eſt notorie iniuſta, etſi fuit exequutioni demandata non eſt locus illius reformationi, ſed in totum eſt reuocanda, vt ſpolium, quod cauſauit purgetur, & ex quibus exceſſus probetur?

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla, parte opponente venit reuocanda.*
2 *Nullitas ſententiæ reſultat ex defectu legitimæ citationis.*
3 *Citationis defectus eſt inſanabilis.*
4 *Sub fideicommiſſo non cadit tota res, quam fideicommittens cum alio habet communem, ſed ſola portio ad ipſum ſpectans.*
5 *Res aſſignata duobus abſque aliqua diſtributione partium cenſetur pro æquali portione.*
6 *Præſertim ſi in ſubſecuta diuiſione bonorum communium res aſſignata relinquitur diuidenda.*
7 *Venditio non probat dominium vendentis in præiudicium tertij cum poſſit vendi res aliena.*
8 *Dominium non probatur ex retrouenditione niſi docto de dominio retrouendentis.*
9 *Præſertim, quando emanauit in vim pacti de retrouendendo appoſiti in prima venditione, & ſic non magis probat, quam ipſa venditio.*
10 *Dominium eſt plenè, & concludenter probandum, tanquam fundamentum intentionis agentis.*
11 *Res communiter poſſeſſa à fratribus præſumitur, quod prouenerit à communi ſtipite, non docto de dominio particulari.*
12 *Declara præſumptionem non ſufficere vbi probatio requiritur Iuncta tamen, aſſertione communionis emiſſæ in diuiſione alyſque actibus multum attenditur, num. 14.*
13 *Aſſertio indeffinita æquipollet vniuerſali.*
15 *Probationes actoris ex præſumptionibus contrarijs alyſque adminiculis offuſcantur.*
16 *Arbitri non poſſunt ſuper alys in compromiſſo non comprehenſis, arbitrari.*
17 *Laudum regulatur à compromiſſo.*
18 *Laudum ſi fuit à partibus ſimpliciter emologatum, tunc omnia in eo contenta approbata cenſentur.*
19 *Res empta efficitur communis mediante communicatione, quamuis nomine proprio eſſet ab emptore acquiſita.*
20 *Renouatio inueſtituræ facta pluribus acquiſita cenſetur pro virili inter perſonas nominatas ſi ſimpliciter emanauit.*
21 *Sententia exceſſiua ſi fuit executioni demandata, non es locus illius reformationi, ſed parte inſtante in totum renocari debet, vt ſpolium, quod cauſauit, purgetur.*

DECISIO XLIV.

DVÆ ſententiæ Rotales emanarunt coram Reuerendiſſimo D. Vrgelleñ contra Ricciardellos; per primam latam de anno 1631. immittebantur Georgini in poſſeſſionem trium ex ſeptem partibus Molendini, de quo agitur vigore inueſtituræ anni 1526. Per alteram de anno 1634. concedebatur eiſdem Georginis immiſſio in alias tres ex dictis ſeptem partibus ex rem edio *l. fin. Cod. Edict. Diu. Andr. toll.* in vim fideicomm. Caroli.

Secunda ſentẽtia fuit reuocata in gradu appellationis primò coram R.P.D. meo Ghiſilerio, ſecundò coram R.P.D. meo Veroſpio, & coram me in quarta inſtantia fuit die prima Iunij ſuperioris anni deciſum manutenendos eſſe Ricciardellos in poſſeſſione medietatis Molendini. Et cum hodie dubitaretur, quæ nam ex dictis ſententijs Rotalibus eſſent confirmandæ, vel infirmandæ, Rota cenſuit eſſe cõfirmandas poſteriores DD. Ghiſilerij, & Veroſpij, & infirmandam ſecundam Domini Vrgelleñ in prædictis reuocatã.

Poſteriorum enim ſententiarum validitas
non controuertitur, & iuſtitia patet ex dedu-
cendis infra ſuper iniuſtitia ſecundæ ſententiæ
1 D. Vrgelleñ, quæ etiam ex capite nullitatis †
infirmari debuit parte opponente *Caputaqu. de-
ciſ. 264. lib. 1. in manuſcr. Caſ. de Graſſ. deciſ. 9. n. 8.
& 12. de cauſ. poſſ. & propr. Coccin. deciſ. 206. nu. 2.
& 3. Add. ad ſa. me. Greg. XV. deciſ. 176. num. 16.*
2 Nullitas autem euidens eſt † ex defectu legi-
timę citationis, *vt latius in dicta deciſione coram
me ſub die prima Iunij §. eſt in quam,* qui defectus
3 eſt de tribus, † & inſanabilis *Ruin. conſ. 17. nu. 4.
lib. 5. Menoch. de recuper. rem. 8. num. 55. Carpan. ad
Stat. Mediol. cap. 1. num. 6. lib. 1. Vant. de null. ex de-
fect. citat. num. 9.*
Iniuſtitia reſultat ab exceſſu, nam ſub fidei-
commiſſo Caroli non cadebat niſi portio quæ
4 ad † fideicommittentem ſpectabat *l. ſerui ele-
ctione §. vlt. l. ſi domus §. fin. ff. leg. 1. cum alijs alleg.
in deciſ. coram R. P. D. meo Veroſpio 29. Nouem-
bris 1638. §. de iniuſtitia, & coram me §. eſt item.*
Portio verò Caroli erat medietas quatuor ex
ſeptem partibus, & alia medietas erat Augu-
ſtini, vt patet tam ex laudo anni 1559. à par-
tibus emologato in quo dictę 4. partes aſſignã-
5 tur † Carolo, & Auguſtino abſque aliqua
diſtributione partium, & ſic æqualiter *l. no-
men filiarum §. portionis ff. verb. ſign. l. etiam ff. vſufr.
l. plane §. fin. ff. leg. 1. Ronchegall. in l. eamdem nu-
mer. 128. ff. duob. reis Ciriac. controu. 425. num. 15.
Caſt. de portion. rat. præmiſſ. 6. num. 2.* quam ex ſub-
6 ſequenti diuiſione bonorum communium †
inter Carolum & Auguſtinum, ibi, *laſſando
per adeſſo in cõmune da diuiderſi vn poco di terreno,
che circonda il molino, & il molino ancora.* ac ex in-
ſtrumento renouationis anni 1560. locationi-
bus, & aliis benè deductis *in deciſ. coram R.P.D.
meo Ghiſilerio 27. Maij 1637. & 7. Maij 1638.
per tot.*

Contra, quę informantes pro Georginis deducebant, quod communio Molendini verificatur in tribus ex 7. partibus ad formam inueſtituræ anni 1526. quodque aliæ 4. partes in laudo aſſignatæ accreuerunt ſoli Carolo, quia prius erant Ginebriæ, & permutatæ fuerunt ab arbitris cum tertia parte alterius Molendi-

ni nuncupati *meza Barila*, quę ad ſolum Caro-
lum ſpectabat, prout conſtat quia ipſe ſolus
hanc tertiam partem vendiderat Ginebriæ de
anno 1550. cum pacto redimendi, & redeme-
rat de anno 1553.

Sed fuit reſponſum pertinentiam tertię par-
tis Molendini *di meza Barila* ad ſolum Carolũ
non ſatis probari in præiudicium Auguſtini,
qui venditioni à Carolo, vt ſupra factæ de
anno 1550. non interuenit ex eiuſdem vendi-
7 tionis inſtrumento, quia venditio † non pro-
bat dominium vendentis in præiudicium ter-
tij *gloſ. in l. cùm res §. in vacuum, Paul. ant. med.
Cod. probat*, & ibi Doctor Communiter *Caſtr.
in l. proprietatis num. 3. Cod. Eod. Alex. conſ. 98. nu. 7.
lib. 2. Ciriac. contr. 258. num. 15. contr. 537. num. 16.
Buratt. deciſ. 424. num. 4. cum poſſit vendi res aliena
l. rem alienam ff. contr. empt. Pacian. de probat. lib. 1.
cap. 29. ſub num. 66.* prout nec probat dicta re-
8 trouenditio † facta Carolo à Ginebria de an-
no 1553. niſi doceatur aliunde de dominio re-
trouendentis *Alex. in l. ſi ſic §. ſi mihi num. 2. ff.
leg. 1. & dicto conſ. 98. num. 7. Aym. conſ. 24. num. 12.
Surd. deciſ. 260. num. 11. Mant. deciſ. 198. num. 2.* prę-
ſertim, quia ſecuta eſt in vim pacti de retro-
uendendo appoſiti in prima venditione, & ſic
9 non magis probat † quam ipſa prima vendi-
tio iuxt. theor. *Bart. in l. & ideo num. 2. ff. condit.
furt. relatam à modern. de ſociet. cap. 39. ſub nu. 109.*
vbi allegantur concordantes, cum tamen alle-
gata pertinentia, & dominium ſolius Caroli
10 tamquam fundamentum intentionis † plene
& concludenter exaduerſo probandum eſſet *l.
nimis graue Cod. teſtibus l. 2. vbi not. omn. Cod. Iur.
emph. Corn. conſ. 40. num. 8. lib. 4. Rol. conſ. 57. num. 9.
lib. 1. Aym. 157. num. 13. Rot. deciſ. 150. num. 2. par. 1.
recent.*

Eo magis, quia in contrarium militat prę-
11 ſumptio † quod dicta tertia pars prouenerit à
communi ſtipite Caroli & Auguſtini dum
non docetur, quod aliunde ad Carolum po-
tuerit deuenire *Surd. conſ. 505. num. 3. Burſatt. con-
ſil. 268. num. 6. Menoch. conſ. 207. num. 12. & ſeq.* &
12 quamuis ea ſola non ſufficeret ſi Auguſtino
incumberet onus probandi, *vt per Fuſar. de
ſubſt. quæſt. 616. num. 13. & quæſt. 618. num. 13.* Iun-
cta tamen indefinite aſſertione communionis
emiſſæ in laudo in diuiſione, ac alijs actibus,
13 quæ † æquipollet vniuerſali *l. ſi pluribus ff. leg. 2.
gloſ. in l. ſi in rem verb. totum ff. rei vendic. Alex. con-
ſil. 26. num. 4. lib. 4. Ceph. conſ. 71. num. 34.* multum
14 attenditur † *Peregr. de fideic. art. 44. num. 21.* &
15 offuſcat † probationes actoris *Bald. conſ. 79.
num. 5. lib. 2. Aym. conſ. 6. num. 147. Surd. conſ. 505.
ſub num. 6. Bart. in l. admonendi num. 50. & 51. ff.
Iur. iur.*

Imò laudum per neceſſe ſupponit præce-
dentem communionẽ inter Carolum & Au-
guſtinum tertiæ partis *di meza Barila*, nec po-
teſt prædicari niſi de ſucceſſiua communione
quatuor partium Molendini *del Ponte Macone*
cum illa permutatarum. Nam ſuper alijs 3.
ex 7. partibus *del Ponte Macone* nulla aderat cõ-
trouerſia inter Ginebriam ex vna, & Carolũ
ac Auguſtinum ex altera, ſed quęſtio erat ſu-
per alijs partibus, in quibus niſi Auguſtinus
habuiſſet ſuam virilem portionem, nullate-
nus tamquam æque principalis in compro-
miſſo laudo eiuſque emologatione admiſſus à
Carolo, & nominatus ab arbitris fuiſſet. Qua-
re arbitri aſſignando Carolo & Auguſtino
Molendinum *del Ponte Macone* intellexerint ne-
ceſſe eſt de dictis 4. partibus, quia ſuper alijs
16 in compromiſſo non comprænhenſis † arbi-
trari non poterant *l. non diſtinguemus §. de officio
ff. recept. arbitr. gloſ. in cap. examinata verb. Iuris in
fin. de confirm. vtil. vel inut. Iaſ. in l. ſi ſuper poſſeſſione
nu. 3. Cod. tranſact. Menoch. conſ. 381. nu. 11.* & lau-
17 dum † regulatur à compromiſſo *Menoch. conſ.
123. num. 43. Ciriac. controu. 350. num. 6. & ſeqq.
Surd. deciſ. 176. num. 2. Rot. deciſ. 49. num. 13. par. 6.
recent.* Et Carolus ac Auguſtinus emologan-
18 do ſimul, & ſimpliciter laudum † agnoue-
runt ſe inuicem in condominos prius tertiæ
partis *di meza Barila* ac deinde earumdem 4.
partium *del Ponte Macone* in laudo aſsignatarũ,
*vt per Bart. in l. Titium, & Meuium §. altero ſub
nu. 6. verſ. ſed ſi emptiones ff. admin. tut. Card. Mant.
de tac. lib. 6. tit. 12. num. 8.* ſiue quia originaliter
19 eſſent communes, ſiuè quia tales euenerint †
per communicationem quamuis tertia pars *di
meza Barila* nomine proprio Caroli empta
fuiſſet *ad not. per Bald. in l. ſi fratres ſub n. 2. ff. pro
ſoc. & alios alleg. in deciſione coram me §. nam fuit
in fin.*

Sed præterea ſententia Rotalis corã D. Vr-
gellen eſt etiam exceſſiua habito reſpectu re-
nouationis inueſtituræ de his 4. ex 7. partibus
factæ de anno 1560. Franciſco, Auguſtino &
Horatio, ex qua proinde vnicuique acquiſita
fuit tertia integra pars cum alia tertia quartæ
20 partis repartiendo renouationem † pro virili
inter perſonas nominatas, vt debet, quando
ſimpliciter emanauit *l. ſi mihi & Titio vbi Bart.
num. 6. & not. cæteri Doct. ff. Verb. oblig. cap. 1. de
fratr. de nou. benef. inueſt. Ancar. conſ. 245. num. 2.
Mant. de tacit. lib. 22. tit. 34. num. 23.* & per conſe-
quens non potuit fideicommiſſarijs Caroli cõ-
cedi immiſſio in integras 3. partes ex 4. relicta
ſolum pro Auguſtino tertia parte ex dictis 4.
& cum ſententia fuerit exacutioni demandata
21 non † eſt locus illius reformationi, ſed parte
inſtante in totum reuocari debuit, vt ſpolium
quod cauſauit purgetur *Rot. deciſ. 205. par. 2. di-
uerſ. Put. deciſ. 315. lib. 1. in corr.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

THEATINA, ſeu NVLLIVS ABBATIAE.

Veneris 15. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria denegatur quoties materia articula-
ta eſt irreleuans, & inueriſimilis, vel probari
poteſt per ſcripturas, & ſuſpicatur, quod illa
petitur ad differendam cauſæ expeditionem,
ſolet tamen per Rotam concedi cum retarda-
tione, vel ſine arbitrio Rotæ, quando agitur
de præiudicio irreparabili, & cauſa reperitur
commiſſa appellatione remota.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non conceditur, quando materia articulata probari poteſt per ſcripturas.*

2 *Spolium, quando non eſt violentum aut attentatum, ſed iudiciale tunc ſpoliator non tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, ſed tantum ad perceptos.*

3 *Remiſſoria denegatur data irrelevantia materiæ articulatæ.*

4 *Remiſſoria denegatur ſi tendit ad probandum inuerisimilia.*

5 *Pro remiſſoria obtinenda ſufficit releuantia vnius articuli.*

6 *Remiſſoria venit deneganda quoties ſuſpicari poteſt, quod tendit ad differendam cauſæ expeditionem.*

7 *Remiſſoria ob vehementem præſumptionem calumniæ eſt deneganda.*

8 *Remiſſoria conceditur cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ, quando agitur de præiudicio irreparabili, & cauſa reperitur commiſſa cum clauſula,* appellatione remota.

DECISO XLV.

POSTQVAM coram bo. me. Coccino bis canonizatum fuerat creditum D. Abb. Federici Capponij aduerſus D. Abbatem Ioſephum Strappolam pro penſionibus decurſis ab anno 1632. vſque, & per totum annum 1639. ſcutis 719.37. auri de Camera, prout in duabus deciſionibus ſub die 26. Martij & 22. Iunij 1640. & ſucceſſiuè reſolutum ſub die 19. Decembris eiuſdem anni eſſe locum regreſſui ad fauorem D. Abb. Federici in vim Decreti in litteris Apoſtolicis reſſignationis Abbatiæ, & reſpectiuè reſeruationis penſionis appoſiti, in quo habetur, quod ceſſante Ioſepho reſſignatario, vel eius ſucceſſoribus in ſolutione penſionis in toto, vel in parte, ſeu ſi illam per tres menſes à fine cuiuslibet termini computandos ſoluere retardauerit, liceat eidem Abbati Federico ad dictam Abbatiam liberum habere regreſſum.

Abb. Ioſephus Strappola produxit articulos & petijt deſuper ſibi concedi remiſſoriam, in quibus articulis ſeptem continebantur; Primò locationes reddituum Abbatiæ tàm à bo. me. Caroli Lenio anteceſſore Abb. Federici quam ab ipſo Abb. Federico factæ ab an. 1629. vſque ad 1642. proxime venturum.

Secundò quantitas terrarum, Decimarum, & aliorum reddituum Abbatiæ.

Tertiò, quod affictus fuerunt ſemper exacti à Chriſtoforo Buzzolino Procuratore Abb. Fiderici.

Quartò, quod Strappola depoſuit in manibus D. Marcelli de Roſis ſcuta 76. auri, quæ poſtmodum erogata fuerunt in expeditione litterarum penſionis pro ſolutione componendæ.

Quintò diuerſæ ſolutiones factæ Abb. Federico, & exactiones à Buzzolino eius Procuratore ex fructibus Prioratus Sancti Antonij de Offeno poſſeſſi à Strappola.

Sextò lucrum, quod fecerunt affictuarij, & feciſſet Strappola niſi bona fuiſſent locata.

Septimò fructus annui, qui percipi potuiſſent ex locatione domus Abbatialis contiguæ Eccleſiæ; nec non redditus incerti prouenientes ex Iuriſdictione temporali, & ex titulo, vt dicitur *dell'Inteſtato*.

Primum caput poteſt probari per ſcripturas

1 & † inſtrumenta locationū, & propterea deſuper concedi remiſſoria non poteſt *Felin. in cap. 1 num. 4. de appell. Rot. deciſ. 10. num. 6. de offic. deleg. in nou. deciſ. 314. num. 1. par. 1. recent. dec. 271. num. 2. par. 5.*

Secundum non releuat, quia ſi bona Abbatiæ fuerunt ſemper locata non debet attendi fructus naturalis, ſeù induſtrialis terrarum, ſed ciuilis, qui ex locatione percipiebatur pro quantitate, quæ ad manus Abbatis creditoris peruenit, ad effectum compenſandi cum credito eiuſdem Abbatis, qui & ſi Strappolam Abbatia iudicialiter ſpoliaſſet; quia tamen ſpolium non eſt violentum aut attentatum, &

2 emanauit † vigore mandati Iudicis quo mala fides ſpoliatoris aliquo colore bonæ fidei velari poteſt, non eſt condemnandus, nec tenetur accepto ferre fructus, qui percipi potuerunt, ſed tantum perceptos è manibus conductorum *cap. grauis, vbi gloſſ. verb. ſi verò de reſt. ſpoliat. Caſſad. deciſ. 6. num. 3. de prob. Put. deciſ. 373. num. 2. lib. 1. in corr. Rot. deciſ. 10. de reſt. ſpoliat. in ant. deciſ. 552. num. 1. vbi quod ita ſeruat palatium par. 1. diuerſ. & in Romana Fructuum 13. Nouembris 1602. coram bo. me. Litta Carpenſoratem quinm 7. Iunij 1636. coram Reuerendiſſimo D. m. Decano.*

3 Data autem irreleuantia † materiæ articulatæ denegatur remiſſoria *Caputaqu. deciſ. 32. num. 6. par. 2. Caſſad. deciſ. 5. num. 6. de ſequeſtr. poſſeſſion. & fruct. Rot. diuerſ. deciſ. 647. num. 3. par. 3. & coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 356. num. 1.*

Tertium non controuertitur, & in vtraque deciſione bo. me. Coccini calculantur ad creditum Strappolæ, ac reſpectiuè debitum Abbati Fiderici omnes affictus decurſi ab anno 1632. vſque ad 1639. incluſiuè, & nihilominus Strappola remanet debitor in ſcutis 719.37. auri de Camera, vltra terminos decurſos de anno 1650.

Quartum pariter non cadit in controuerſiam, ſed expenſæ expeditionis ſpectabant ad Strappolam vigore decreti appoſiti in litteris Apoſtolicis reſeruationis penſionis ſummar. Abb. Federici num. 1. in fin. & eadem ſc. 75. comprahenditur in ſcutis 362. de quibus infra.

Quo ad quintū fatetur Abb. Federicus exegiſſe de menſe Aprilis 1634. ſcuta 162.50. per manus D. Bernardini Briochij pro reſiduo ſcutorum 362. pro quibus obtinuerat mandata executiua, vt in eius quietantia relata Summ. Strappolæ num. 8. in qua habita fuit ratio dd. ſcutorum 76. auri in manibus Domini Marcelli de Roſis depoſitatorum, vt patet, quia paulo ante de mandato D. carcerum Præſidis dicta partita fuerat extracta ex libris dd. Roſis Summ. Cappon. num. 8. Et in dictis mandatis executiuis comprahenſa erant, non ſolùm ſcuta 300. pro penſione anni 1640. ſed etiam alia ſcuta 40. cum occaſione expenſarum

rum mandatorum, & aliarum à Strappola reficiendarum Summ. Cappon. num. 2. adeo quod ſolum ſcuta 300. cedunt in cauſam penſionum de anno 1630. decurſarum. Fatetur idem Abb. Federicus recepiſſe alios ducatos 300. monetæ regni de redditibus Prioratus Sancti Antonij de Oſſeno, nempè 30. exact. à Bozzolino, 70. à Petro Antonio Conuenenuolo, & 200. ſoluta à Fabio Stella, & Hieronymo Anibalis Procuratoribus Abb. Federici ſed hæc ſcuta 300. ſunt in computum penſionis anni 1631. qui ideò fuit omiſſus in calculo cæpto ab anno 1632. Et ſic neutra ex articulatis ſolutionibus releuat ad minuendum creditum ab anno 1632. maturatum.

Nec pariter releuat ſextum, quia non eſt habenda ratio lucri, quod percipi potuiſſet, ſed percepti ab Abbatæ Federico, vt dictum eſt ſupra: maximè verò quia teſtes deponunt non pluris potuiſſe bona locari ob temporum iniuriam, & vniuerſale redituum decrementum, & inuerisſimile eſt, quod Abb. Federicus, qui vigore regreſſus mediante mandato Iudicis redierat ad poſſeſſionem Abbatiæ negligenter in eius adminiſtratione ſe gesſerit,
4 vnde etiam ratione inuerisſimilitudinis † remiſſoria deneganda eſt *iuxtà deciſ. 146. num. 10. deciſ. 325. num. 23. par. 5. recent. deciſ. 266. num. 15. par. 6. deciſ. 414. num. 3. coram ſa. me. Greg. XV.*

Septimi, & vltimi irreleuantia circa fructus qui ex locatione domus Abbatialis percipi potuiſſent patet ex ſupradictis, quia videlicet non eſt agendum de fructibus, qui percipi potuiſſent, & vltro per teſtes Abb. Federici probatur fuiſſe domum inhabitatam à Vicario Abbatiæ.

Negari tamen non poteſt releuantia circa fructus incertos Iuriſdictionis, & inteſtati quia ſi probentur percepti ab Abbate Federico, niſi de illis reddatur ratio minuunt proportionabiliter eius creditum; ita vt ceſſante mora debitoris in ſoluendo non ſit purificatum Decretum regreſſus, neque conſtat illorum certitudinem aliunde haberi poſſe, quam per teſtes,
5 & pro obtinenda remiſſoria ſufficit† vnum ex articulis eſſe releuantem *deciſ. 661. num. 4. par. 2. recent. dec. 18. num. 1. deciſ. 196. nu. 9. par. 6. Greg. XV. deciſ. 403. in fin. Coccin. deciſ. 149. num. 3.*

Verum, quia admodum ſuſpicari poteſt ne
6 remiſſoria petatur ad differendam † cauſæ expeditionem tam ex eo, quod petitur poſt firmatum creditum in duabus deciſionibus, & in alia deinde canonizatum regreſſum, quam etiam, quia hi fructus incerti nuſquam hactenus fuerunt allegati, vel articulati coram A. C. imo Abb. Strappola in Iudicio cap. Odoardus, in quo eius intererat amplificare pro viribus fructus Abbatiæ, vt pinguiora conſequeretur alimenta, nullam huiuſmodi fructuum rationem habuit, & medio iuramento aſſeruit omnes fructus Abbatæ aſcendere ad ſcuta 250. & datur magnus fumus, quod fructus Iuriſdictionis aſſignati fuerunt Vicario illam adminiſtranti, Inteſtati verò ſint à 20. annis citra prohibiti ex decreto Sacræ Congregationis Concilij, & vigore Monitorij A. C. Abb. Federicus de anno 1626. illos exigere fuit inhibitus quapropter ob vehementem præſumptio-
7 nem calumniæ † potuiſſet denegari remiſſoria *deciſ. 406. ſub num. 2. deciſ. 571. num. 2. par. 2. recent. deciſ. 325. num. 12. par. 5. deciſ. 111. num. 6. & 7. deciſ. 142. num. 3. par. 6.* Domini animaduertentes, quod hæc cauſa commiſſa eſt in Rota cum clauſula, *appellatione remota*, ideoque agitur de
8 præiudicio Abb. Strappolæ irreparabili † per aliam ſententiam diffinitiuam in gradu appellationis, maluerunt mitius agere cum Strappola, & conſulendo ſimul Abbati creditori dixerunt remiſſoriam eſſe concedendam *cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

BONONIEN. BONORVM DE SANCTIS

Veneris 15. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

Teſtator ſi prohibuit diuiſionem inter hæredes, & deinde ſubdidit *volendo, che detta mia heredità debba ſtar ſempre in caſa di detti heredi* cenſetur diſpoſitionem reſtrinxiſſe ad hæredes ſupra nominatos, quibus fuit prohibita diuiſio nec vltra eos voluiſſe fideicommiſſum extendere. Identitas Bonorum fideicommiſſi probatur ex inſtrumentis acquiſitionum, iuncto Inuentario, quod contra conficientem plenè probat.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum Bonorum competit ſuccedenti ab inteſtato contra poſſidentem pro herede, vel pro poſſeſſore.*
2 *Frater ſuccedit æqualiter patri vna cum ſororibus*
3 *Hæreditas paterna inter filios diuiditur in capita.*
4 *Filij ſuccedunt in bonis, in quibus pater viuens ſucceſſerat.*
5 *Subſtitutio facta alicui ſi ſine filijs deceſſerit, eo mortuo cum filijs euaneſcit.*
6 *Teſtator ſi mandauit hæredibus, vt viuerent in communi, prohibuitque diuiſiones adiectis verbis* volendo, che detta heredità debba ſtar ſempre in caſa di detti heredi *cenſetur diſpoſitionem ad hæredes nominatos tantum reſtrinxiſſe.*
7 *Maximè ponderando verbum,* Detti, *quod diſpoſitionem ad ſupra nominatos, reſtringit, etiamſi aliæ perſonæ ſub eadem ratione poſſent comprehẽdi.*
8 *Nec fit extenſio fideicommiſſi vltra perſonas, & caſus à teſtatores expreſſos.*
9 *Identitas bonorum probatur ex Inſtrumentis acquiſitionum iuncto etiam Inuentario, quod contra conficientem plenè probat.*
10 *Inuentarium, ſi culpa hæredis exhiberi non poteſt. in illius præiudicium habetur pro exhibito.*
11 *Laudi executionem petens, omnia in eo contenta acceptaſſe cenſetur.*
12 *Bona eſſe hæreditaria probatur, ſi tanquam talia fuerunt ab hærede in Inuentario deſcripta, quod contra deſcribentem plenè probat.*

DECISIO XLVI.

PROPOSITO dubio an, & ſuper quibus
bonis liberis danda eſſet immiſſio Iacobæ,
Domini dixerunt eſſe dandã in bonis Dioniſij
patris, Anibalis aui paterni, & Ioannis ac
Matthæi patruorum magnorum ex interdicto
1 quorum bonorum, † quod competit ſucce-
dentibus ab inteſtato contra poſſidentem pro
hærede, vel pro poſſeſſore *l. 1. ff. quorum bono-
rum l. 2. Cod. Eod. tit. Menoch. de adipiſc. rem. 1. n. 49.
Rot. deciſ. 254. num. 1. par. 4. recent.*

Dioniſij patris pro quarta parte, omiſſis
tribus pro totidem ſororibus ac filiabus reſpe-
2 ctiue communis patris, † cum quibus habet
primã cauſam ſucceſſionis in eius bonis *Auth.
defuncto Cod. ad Tertull. §. 1. verſ. ſic tamen Auth.
hæred. ab inteſt. venien.*

Anibalis aui pariter pro quarta parte me-
dietatis, in qua Dionitius ſucceſſit, alia enim
medietas ſpectat ad Galeatium Dioniſij fratrẽ,
3 cum hæreditas paterna † inter filios diuida-
tur in capita *dicto §. 1. verſ. ſic tamen Auth. hæred.
ab inteſt. venien.*

Ioannis & Matthæi patruorum pro quarta
item parte, quia cum eorum bona eſſent con
ſolidata ſimul in Galeatio, & Dioniſio dum
uiueret, dictæ ſorores numero quatuor con-
ſequi debent medietatem in qua earum pa-
4 ter † tunc viuens ſucceſſerat.

Nec obſtat, quod Matthæus Dioniſio de-
cedenti ſine filijs ſubſtituerit Galeatium, quia
talis ſubſtitutio per obitum Dioniſij cum fi-
5 liabus euanuit † *Oldr. conſ. 21. Hond. conſ. 57. n. 26.
& ſeqq. lib. 1. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 402. num. 18. &
ſeqq. Rot. in Bonon. fideicom. de Gurri 8. Iun. 1635.
coram R. P. D. meo Veroſpio.* Et quamũis paulo
6 ante teſtator poſt quam mandauerat † hæredes
inſtitutos viuere in cõmunione, & contraue-
nientem hæreditate priuauerat ſubiunxerit *vo-
lendo, che detta heredità debba ſtar ſempre in caſa di
detti heredi*, quia tamen hæc verba ſubſequun-
tur immediatè poſt prohibitam diuiſionem
inter hæredes nominatos, & ad eorum tan-
7 tum perſonas diriguntur ponderando † verbũ
detti, quod reſtringit diſpoſitionem ad Dioni-
ſium, & Galeatium ſupra nominatim inſtitu-
tos hæredes, etiam ſi aliæ perſonæ ſub eadem
ratione poſſent comprehendi *Bart. in l. qui li-
beris §. hæc verba in fin. ff. vulg. & pup. & conſ. 7.
num. 3. lib. 1. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 13. num. 32.
& 33. Alex. conſ. 173. nu. 6. & 7. lib. 5. Dec. conſ. 213
num. 9. & fuit dictum in Corduben Redecimarum 20
Iunij coram bo. me. Coccino* propterea non exten-
dunt fideicommiſſum vltra perſonas nomina-
8 tas † nempè hæredes primi gradus, & caſum
diuiſionis à teſtatore expreſſum *Fuſar. de ſubſt.
quæſt. 458. num. 15. Rot. deciſ. 300. num. 20. par. 1. rec.
deciſ. 44. num. 12. par. 5. & in Romana fideicommiſſi
de Alexijs 19. Nouembris 1624. coram Reuerendiſſi-
mum D. m. Decano.*

Mors autem omnium prædictorum eſt in
confeſſo apud partes, Et ad probandam iden-
9 titatem bonorum † dantur Inſtrumenta acqui-
ſitionum factarum à Dioniſio nomine pro-
prio, & Galeatij fratris, vel liberè vt ſumm.
num. 2. vel ſub pacto francandi Summ. num. 4
Item ab Anibale auo, & Ioanne patruo Sum.
num. 10. à Matthæo patruo Summ. num. 12.
quæ inſtrumenta iunctis inuentarijs confectis
per ipſum Galeatium, in quibus ſingulariter
recenſentur, probant contra eumdem Galea-
tium *Peregr. de fideic. art. 44. num. 4. Petr. cod. tract.
quæſt. 12. num. 31. vſque ad 45. Fuſar. de ſubſt. q. 618
num. 3. verſ. 2. ex inſtrumentis Peregr. conſ. 48. num. 6
& ſeqq. lib. 1. cum alijs relat. per Maſcard. de probat
concl. 778. num. 9. & ſeqq.* quamuis per extenſum
non exhibeantur cum enim Galeatius illa
manu Notarij receperit, vt conſtat ex eius
confeſſione emiſſa in calce ſummarij eorum-
dem inſtrumentorum, & ſic exhibitio per ip-
10 ſum fiet, † habentur pro exhibitis in illius
præiudicium *Alex. conſ. 102. num. 1. & 6. lib. 1.
Menoch. Præſumpt. 97. num. 4. lib. 2 Rot. deciſ. 493. ſub
num. 3. par. 1. recent. deciſ. 136. num. 10. par. 5.*

Dictaque inuentaria confecta, & ſubſcripta
fuiſſe à Galeatio dubitari non poteſt, cum pre-
uia citatione aduerſarij ad recognoſcendum
manum ſua fuerint à Iudice pronunciata pro
recognitis Summ. num. 8. & approbata in lau-
do inter has partes emanato Summ. num. 6. cu-
ius executionem aduerſarius iudicialiter petijt
11 Summ. num. 7. atque ita omnia † ibidem cõ-
tenta, & enunciata acceptauit *Surd. conſ. 151.
num. 16. Hond. conſ. 78. num. 80. lib. 2. Add. ad ſa. me.
Greg. XV. deciſ. 338. num. 15. vbi allegat concordan-
tes, & fuit dictum in Nouarien. bonorum 17. De-
cembris 1640. coram bo. me. Coccino.*

Tandem dixerunt Domini dandam eſſe im-
miſſionem in mobilibus, tàm vrbanis, quàm
ruralibus deſcriptis à Galeatio, tamquam hæ-
reditarijs in inuentario Summ. num. 5. quod
12 plenè probat † contra deſcribentem *Bald. con-
ſil. 89. num. 3. lib. 1. Decian. conſ. 76. num. 8. lib. 3. Pe-
regr. conſ. 48. num. 5. lib. 1. Rot. deciſ. 426. num. 2. par. 1
recent. deciſ. 762. num. 1. par. 2.*

Et ita deciſum vna tantum parte informan-
te, & altera pluries citata, reſeruato vt par-
ticulariter videatur de prælegato Ghinatij.

ROSSANEN. DECIMARVM.

Veneris 19. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo Regni Neapolitani diſponẽs, quod exterus emens Baroniam mediante perſona Regnicolæ, reportata declaratione, quod emit de pecunijs exteri, habeatur pro vero Barone, eſt rationabilis, & iuri conformis. Remiſſoria non eſt deneganda ſi tendit ad probandam exemptionem à ſolutione decimarum, præſertim ſi cauſa reperitur commiſſa cum clauſula, *appellatione remota*, & ex defectu probationum ſequi poteſt præiudicium irreparabile.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo Regni diſponens, quod exterus mediante perſona Regnicolæ Baroniam emens, reportata de-*

clara-

claratione, quod emit de pecunijs exteri efficiatur verus Baro, eſt conformis diſpoſitioni iuris ſcripti.

2 *Exemptio à ſolutione decimarum, licet contineat negatiuam ſolutionis, quando eſt concepta, & ſonat in factum affirmatiuum exemptionis probari poteſt per teſtes; non ſecus ac ipſa affirmatiua.*

3 *Negatiua dicitur probata à teſtibus, ſi illam coarctant remouendo ſenſum ab actu.*

4 *Duobus teſtibus affirmantibus magis credendum eſt, quam mille negantibus.*

5 *Solutiones decimarum factæ à Colono inſcio Domino non ſuffragantur.*

6 *Colonus non poteſt præiudicare Domino.*

7 *Teſtium dicta de ſtylo Curiæ non cenſentur publicata ex ſola traditione ſummarij, ſed adhuc locus eſt probationi contrariæ.*

8 *Cauſa decimarum ad effectum remiſſoriæ reputatur prophana.*

9 *Articuli in prophanis ſunt admittendi abſque fumo.*

10 *Remiſſoria non eſt deneganda in prophanis, præſertim quando cauſa eſt commiſſa* appellatione remota, *& defectu probationum ſequi poteſt damnũ irreparabile.*

11 *Articuli in Curia admitti ſolent cum clauſula,* ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum ſaluis exceptionibus.

12 *Item ſolent admitti, quando eſt dubium, an debeant admitti, quod procedit in omni iudicio ſiue ordinario, ſiue ſummario, & n. 13.*

DECISIO XLVII.

IN deciſione coram me 4. Iulij prox. præt. firmatum fuit Baroniam Coriolani fuiſſe à Leone Pariſio emptam, & poſſeſſam, inferendo exinde ad excluſionem Iacobi Salutij à poſſeſſione eiuſdem Baroniæ, quam nec mediante ceſſione Leonis obtinere potuiſſet abſque Regio aſſenſu.

Poſtmodum ad inſtantiam Reuerendiſſimi D. Archiepiſcopi fuerunt examinati teſtes ſuper quaſi poſſeſſione exigendi decimas, & vigeſimam reſpectiuè ab omnibus Diœceſanis etiam Baronibus, non tamen originarijs loci, & petita deſuper manutentio: Econuerſò autem Iacobus dedit articulos inſtetitque, vt vt admitterentur, ac ſuper illis teſtes examinarentur in Curia, cũmque admiſſioni ſe opponeret D. Archiepiſcopus, propoſito particulari dubio, an artculi ſint admittendi, affirmatiuè fuit reſolutum.

Articuli enim continent antiquam Regni conſuetudinem, quod exteri emunt feuda in perſonam alicuius Regnicolę, reportata ab eo declaratione, quod emit de pecunijs exteri, ac facultate libera eadem feuda adminiſtrandi, alienandi, & emolumenta percipiendi, impetrando deinde ſuper præmiſſis aſſenſum D. Proregis. Item quod exteri qui ſic emerunt habiti fuerũt ſemper pro veris Baronibus Baroniæ emptæ illamque proprijs nominibus gubernarunt, quodque & ſi non habitauerint in locis Baronalibus obtinuerunt omnia priuilegia, & exemptiones Baronum tamquam primi ciues non ſecus, ac qui nomine proprio feuda originaliter emerunt. Tandem quod Barones Diœc. Roſſaneñ, & in ſpecie Coriolani quamuis exteri nec nati in loco Baroniæ exempti ſunt à ſolutione decimæ lanæ, & caſei, ac vigeſimæ animalium.

Quæ viſa fuerunt releuantia. Primo quia tollunt obiectum inſtrumenti emptionis in perſonam Leonis cum iuxta conſuetudinem
1 articulatam potuerit Iacobus exterus † in illius perſonam emere, & reportando prædictam declarationem, & Proregis aſſenſum effici verus Baro Coriolani, quæ conſuetudo conformis eſt diſpoſitioni iuris ſcripti, *l. qui mihi donatum ff. donat. Ancbar. conſ. 127. ſub num. 1. Rot. dec. 481. num. 1. coram bon. mem. Coccino, & dec. 425. ſub num. 2. par. 1. rec.*

Secundò quia probatis materijs articulatis non poterit obijci Iacobo, quod non ſit natus in Caſtro Coriolani, dum ex conſuetudine legitimè præſcripta etiam Barones ibi non nati potiuntur priuilegijs omnibus, & ſignanter exemptione à decimis, taliſque exemptio licet contineat negatiuam ſolutionis decima-
2 rum, † quia tamen concepta eſt, & ſonat in factum affirmatiuum exemptionis vtiq; probari poteſt per teſtes non, ſecus ac ipſa affirmatiua *iuxta theor. Aret. in cap. in noſtra numer. 19. verſ. aliquando teſtes, quam ſequitur ibid: Felin. n. 6. de teſtib. Gabr. eod. tit. concl. 4. num. 8. Rot. deciſ. 129. num. 4. par. 2. diuerſ. in term. Caputaqu. dec. 44. par. 1.* præſertim quia articulatur coarctando, & remouendo ſenſum ab actu, qui eſt modus pro-
3 bandi † per teſtes etiam negatiuam *Pariſ. conſ. 162. num. 11. & ſeqq. lib. 4. Rot. dec. 419. nu. 8. par. 1. rec. Buratt. dec. 665. n. 15.*

Non obſtat, quod Archiepiſcopus probauerit affirmatiuam exactionis decimæ, & vigeſimæ à Baronibus extra Baroniam natis, &
4 magis credatur † duobus teſtibus affirmantibus, quam mille negantibus *gloſ. in l. diem proferre §. ſi plures verb. conſenſerũt ff. de recept. arbitr. Farin. de teſtib. quæſt. 65. par. 3. num. 200. Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 449. num. 3. & par. 6. recent. dec. 307. num. 11.*

Quia ſufficit reſpondere, quod nondum diſcuſſum fuit an teſtes Archiepiſcopi probent affirmatiuam quo ad ipſos met Barones, & in loco Coriolani, nec ſuffragarentur ſolutiones
5 factæ † à colonis inſcio Barone *Rot. deciſ. 382. ſub nu. 3. verſ. non obſtat quod Domini par. 4. diuerſ. Gig. de penſion. quæſt. 48. numer. 4. Gratian. diſc. 519. num. 74. cum alijs alleg. per Modern. Peruſ. de manut.*
6 *obſeru. 35. numer. 39.* quia colonus † non poteſt præiudicare Domino *l. fin. Cod. acq. poſſ. l. quamuis §. ſi conduct. ff. eod. Dec. conſ. 400. num. 9. Rot. deciſ. 20. num. 7. dec. 79. num. 11. in impreſſ. poſt d. tract. de manut.*

Minus obſtat, quod teſtium Archiepiſcopi fuerit traditum ſummarium aduerſario, quia
7 de ſtylo Curiæ † non ideo cenſentur publicata dicta teſtium, itaut adhuc ſit locus probationi contrariæ, *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8. n. 227. add. ad ſan. mem. Greg. XV. dec. 497. numer. 8. Buratt. dec. 228. num. 20.*

Cum igitur materiæ articulatæ ſint releuan-
8 tes, & agatur de cauſa decimarum † quæ prophana reputatur ad effectum remiſſoriæ, *Put. dec.*

dec.324.in fin.lib.2.Roe.dec.677.num.1, par.1. rec.
dec.174.num.1. coram Greg.XV. & ibi add.num.7.
9 admittendi veniunt † articuli etiam abſque
fumo, *Greg.XV.dec.124.num.1.dec.403.numer.3.*
dec.562.num.1. & fuit dictum in Toletana decima-
rum de Capilla 1.Apr.1636. coram R.P.D.meo Ve-
roſpio.

Eo facilius, quia cauſa eſt commiſſa *appel-*
10 *latione remota,* † ne alioquin ex defectu proba-
tionum ſequatur præiudicium irreparabile,
Caual.dec.59.in princ.Greg.XV.dicta dec.562. n.5.
Buratt.dec.824.num.10. Rota in Aſculana aquædu-
ctus 1.Iulij 1626.coram bon.mem. Patriarcha Man-
zaneda. Et amplius, quia teſtes ſunt exami-
nandi in Curia, quo caſu paſſim admitti ſo-
11 lent † articuli cum clauſula, *ſaluo iure imperti-*
nentium, & non admittendorum, & ſaluis exceptio-
nibus, Caputaq.dec.47.par.1.Rot.dec.24.& 25. vbi
12 quod admittuntur † etiam quando eſt dubiũ,
an debeant admitti nec ne *de teſtib.in aut.Veſtr.*
in prax.lib.5.cap.14.num.6.& cap.15.num.1.& fuit
deciſum in Romana dotis,& ſaluiani coram Reueren-
diſſimo Pampilonen.impreſſ. par.5.recent. deciſ.416.
nu.7.& ſeqq. vbi quod hoc procedit † in om-
13 ni † iudicio ſiue ordinario, ſiue ſummario,
quia talis probatio dicitur fieri incontinenti.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

TOLETANA DECIMARVM DE SOLANA.

Luna 22. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Decimæ quod ſpectant ad Eccleſiam Sacramentalem à iure non eſt diſpoſitum. Prædiales verò illi Eccleſiæ Parochiali debentur, intra cuius limites bona exiſtunt, niſi cõtraria conſuetudo concurrat. Examen Teſtium abſque citatione ad vidẽdum illos iurare eſt nullum, præſertim quando non præceſſit decretum Iudicis admittentis partes ad probandum in termino communi, vel ſpeciali, in quo ſubintelligitur de ſtylo Hiſpaniarum citatio ad videndum iurare Teſtes, ſed præceſſit ſimplex decretum admiſſionis articulorũ mandando ſuper illis examinari Teſtes, ſub quo decreto non continetur talis citatio. Conſuetudo excluditur ex vnico actu contrario, & difformi, quemuis mille darentur in contrarium. Conceſſio decimarum pro reparationibus, & ornamentis Eccleſiarum parochialiũ, de quibus decimis intelligenda eſt?

SVMMARIVM.

1 *Decimæ quod ſpectent ad Eccleſiam Sacramentalem à iure non eſt diſpoſitum.*

2 *Decimæ prædiales illi Eccleſiæ parochiali debentur intra cuius limites prædia exiſtunt, licet prædia à parochianis alterius parochiæ poſſideantur, ſeù colantur.*

3 *Limita non procedere quando contraria viget conſuetudo.*

4 *Teſtes examinati abſque citatione ad videndum eos iurare nulliter examinati dicuntur.*

5 *Citatio ad videndum iurare teſtes ſubintelligitur de ſtylo Hiſpaniarum, quando præceſſit Iudicis decretum admiſſionis partium ad probandum in termino communi, vel ſpeciali.*

6 *Secus verò ſi Iudex ſimpliciter admiſit articulos, & mandauit teſtes examinari &c. ſub cuius decreti forma citatio ad videndum iurare Teſtes non continetur, & num.8. vbi quod in vtroque decreto non militat eadem ratio.*

7 *Stylus non debet extendi de caſu ad caſum.*

9 *Iuramentum præſtari debet intra terminum probatorium.*

10 *Citatio vaga, & incerta non tenet.*

11 *Citatio ad videndum iurare Teſtes certa requiritur, quando in decreto præcedenti non fuit præfixus terminus ad probandum.*

12 *Teſtes numero plures præferuntur Teſtibus numero paucioribus.*

13 *Teſtes in concurſu præferuntur, quorum depoſitio eſt conformis communi DD. ſententiæ.*

14 *Conſuetudo non dicitur probata, ſi conſtat ſemel contrarium fuiſſe ſeruatum, quamuis darentur mille actus pro conſuetudine.*

15 *ad Conſuetudinem inducendam neceſſaria eſt vltra legitimi temporis lapſum vniformitas actuum, quia vnicus actus contrarius, & difformis eam deſeruit.*

16 *Solutio decimæ diuiditur inter Dominum, & colonum partiarium.*

17 *Quicquid ſit in colono, qui conduxit agrum pro certa annua pecunia.*

18 *Conceſſio decimarum pro reparatione, & ornamentis Eccleſiarum parochialium de quibus decimis intelligenda eſt? & num. ſeqq.*

19 *Decimæ Sacramentales debentur ratione perſonæ ob adminiſtrationem Sacramentorum.*

20 *Eccleſiæ parochiali de nouo erectæ intra limites antiquæ cum aſſignatione certi territorij, ac decimarum debẽtur decimæ Sacramentales etiam in præiudicium antiquæ parochialis.*

21 *Non tamen debentur decimæ prædiales alterius territorij niſi expreſsè fuerint aſſignatæ.*

22 *Eccleſia qualibet reparanda eſt ex proprijs redditibus.*

23 *Decimæ pro reparatione Eccleſiarum aſſignatæ cenſentur cuilibet Eccleſiæ aſſignatæ decimæ ſui territorij, prout de iure.*

24 *In materia decimarum multum attẽditur obſeruantia locorum vicinorum.*

25 *Decimæ duæ de iure non debentur.*

26 *Decima duplex, quod de eadem re ſoluatur eſt contra mentem iuris diuini, & humani.*

27 *Ius decimandi debet eſſe diſtinctum, quemadmodum ſunt diſtincti limites parochiales, & vnaquæque parochia colligit decimas ex eius prædijs, nec tranſit ad prædia alterius.*

DECISIO XLVIII.

DECIMAS ex fructibus prædiorum exiſtentium extra limites parochialis Eccleſiæ de la Solana non deberi dictæ Eccleſiæ, licèt huiuſmodi prædia poſſideantur ab incola, ſeu decimatore eiuſdẽ Eccleſiæ Parochia-

no

no fuit deciſum coram Reuerẽdiſſimo Pam-
piloneñ ſub die 15. Decembris 1631. & hodie
repropoſita cauſa ſuper eiſdem Rota ſtetit in
deciſis, cum Eccleſia de la Solana nec habeat
fundatam intentionem in diſpoſitione iuris
communis, nec in conceſſione olim facta à
Rege Catholico, vti Magno Magiſtro milita-
ris Ordinis Sancti Iacobi de Spata.

Nam à iure communi non eſt diſpoſitum,
1 quod decimæ† huiuſmodi ſpectent ad Eccle-
ſiam Sacramentalem, *Acchill.dec.6.per totum de
decim.* Et decimæ prædiales illi Eccleſiæ paro-
chiali debentur, intra cuius limites prædia exi-
2 ſtunt, † licet prædia à Parochiano alterius pa-
rochiæ poſſideantur, ſeù colantur iuxta magis
communẽ ſententiam, quam præter allegatos
in prima deciſione probat *text. in cap. quoniam
13. vbi hoc not. Abb. num. 2. & 3. de decim. & in cap.
ad decimas de reſt. ſpol. in 6. gloſ. in cap. cum ſint ver-
bo diuerſa eod. tit. & ibid. Abb. num. 6. poſt med. verſ.
probo Valenz. conſ. 26. num. 5. lib. 1. Monet. de decimis
cap. 7. num. 16. & 17. par. 8. concl. Acchil. dec. 3. n. 1.
de decimis Canaler. dec. 73. num. 1. Rot. dec. 16. nu. 4.
par. 5. recen.*

3 Niſi tamen adſit † contraria conſuetudo,
*gloſ. in d. c. ad decimas verb. aliud oſtenditur de reſt.
ſpol. in 6. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 26. num. 36.
Gratian. diſc. 595. num. 17. & ſeqq. Seraph. dec. 908.
num. 5.*

Quę ab Eccleſia de la Solana non probatur
per teſtes deſuper examinatos. Primo quia
4 fuerunt examinati † abſq; citatione ad viden-
dum eos iurare, ſine qua examen eſt nullum;
*c. 2. de teſtib. l. ſi quando Cod. eod. tit. Ceph. conſ. 203.
num. 3. Mand. conſ. 101. num. 6. lib. 1. Rot. deciſ. 15. de
teſt. in nou. dec. 701. num. 1. coram bon. mem. Buratto.*
Præſertim quia non præceſſit Iudicis decretũ
5 admiſſionis † partium ad probandum in ter-
mino communi, vel ſpeciali, in quo de ſtylo
Hiſpaniarum ſolet exprimi, & ſubintelligitur
citatio ad videndum iurare teſtes iuxta for-
mulam relatam à *Suar. de Paz. in praxi p. 1. to. 1.
temp. 8. ſub num. 2.* quem ſtylum refert *Gonz. ſu-
per reg. 8. gloſ. 9. in annot. contr. nullit. & attentat. in
cauſ. benef. num. 55. & pluries approbauit Rot. deciſ.
411. num. 2. dec. 611. num. 6. par. 1. recent. deciſ. 304.
num. 3. coram bon. mem. Buratt. & in Calaguritana
parochialis de Alzola 22. Iunij 1620. coram bo. me.
Coccino.*

6 Sed Iudex ſimpliciter† admiſit articulos Ec-
cleſiæ de la Solana, mandauit ſuper illis exa-
minari teſtes, & commiſit examen Notario,
cum facultate citandi teſtes rebelles, quæ for-
ma decreti non cõtinet citationem ad viden-
dum iurare teſtes, *Rot. dec. 259. num. 4. par. 1. rec.*
& penitus diuerſa eſt ab ea relata per *Suar. de
Paz. loc. ſupra alleg.* in qua fundatur ſtylus per
dictas deciſiones approbatus, qui non debet
7 extendi † de caſu ad caſum, *l. 3. §. itaquè qui hoc
interdicto ff. itin. act. priu. Bald. in cap. 1. nu. 9. de feud.
cogn. Aret conſ. 122. num. 5. Rot. dec. 172. nu. 2. par. 1.
diuerſ.* Eo minus, quia in vtroque non mili-
8 tat eadem ratio, † nam vbi adeſt præfixio ter-
mini pars aduerſa ſcit aliquo modo diem iu-
ramenti præſtandi, nec inducitur perpetua
ſeruitus, ſeù neceſſitas qualibet die compa-
9 rendi cum iuramentum† præſtari debeat intra
terminum probatorium, *Rot. dec. 17. in impreſſ.
poſt conſ. Fariu. & dec. 275. num. 2. coram bon. mem.
Caualerio*, & deficiente præfixione termini ſi
quæ in decreto contineretur citatio ea tam-
10 quam omninò vaga, † & incerta non teneret,
*l. aut qui aliter in princ. ff. quod vi, aut clam. in ſpe-
cie, Rot. dec. 17. num. 1. de re iud. in nou. Cæſ. de Graſſ.
dec. 15. num. 3. de teſtib. Mohed. dec. 4. num. 3. eod tit.
Put. dec. 148. num. 1. lib. 1. Rot. 259. num. 3. par. 1. rec.*
& in puncto quod requiratur certa citatio ad
11 videndum iurare, † quando in decreto præce-
denti non fuit præfixus terminus ad proban-
dum *Gonz. vbi ſupra num. 62.* vbi ſic limitat ſty-
lum Hiſpaniarum, de quo teſtatus fuerat
num. 55.

Secundò quia contrarium deponunt teſtes
pro menſa magiſtrali ritè examinati, qui te-
ſtantur de viſu à 40. annis, & vltra, & de au-
ditu à maioribus, quod decimatores electi ab
Eccleſia de la Solana ſoluerunt menſæ magi-
ſtrali decimas de fructibus prædiorum quæ
habebant in territorio oppidi de Alambra; &
hi teſtes vel probant cõſuetudinem pro men-
ſa magiſtrali, & præferendi ſunt teſtibus par-
12 tis aduerſæ, † quia numero plures *cap. in noſtra
ibique Doct. de teſtib. cap. licet cauſam de probat. gl.
magn. in cap. ſi teſtes 4. quæſt. 3. Cæſ. de Graſſ. deciſ.
13. num. 7. de re iud.* & quia eorum depoſitio eſt
13 conformis† communi Doctorum ſententiæ,
de qua ſupra *Felin. in cap. in noſtra num. 3. de ſent.
Bald. in auth. omnes Peregrini in fin. Cod. com. de ſuc-
ceſſ. Dec. conſ. 448. num. 11. Becc. conſ. 101. num. 47.
Greg. XV. dec. 51. num. 2.*

Vel ſaltem euertunt conſuetudinem pro
14 Eccleſia † de la Solana allegatam ad quem
effectum ſufficit, quod ſemel cõtrarium fue-
rit obſeruatum, quamuis darentur mille actus
pro eadem Eccleſia, quia ad inducẽdam con-
15 ſuetudinem neceſſaria eſt† vltra legitimi tem-
poris lapſum vniformitas actuum, quam vni-
cus actus contrarius aut difformis excludit,
*Cagn. in l. ſemper in ſtipulationibus num. 12. ff. reg.
iur. Berou. conſ. 5. n. 23. lib. 1. Surd. conſ. 393. n. 23. &
24. Scrader. de feud. p. 10. ſect. 20. n. 157. Greg. XV.
dec. 162. n. 9. & ibid. add. n. 15.* Et gratis ex aduer-
ſo dicitur teſtes menſę magiſtralis intelligen-
dos eſſe de prædijs conductis à colonis habi-
tantibus in territorio oppidi de Alambra,
quia imo teſtes loquuntur de terris quas ſe-
minarunt decimatores Eccleſiæ de la Solana,
& ſemper eſt verum dicere, quod pro por-
tione dominicali decima ſoluta fuit ratione
16 prædij, non perſonæ coloni partiarij † inter
quem, & Dominum diuiditur ſolutio deci-
mæ *cap. à nobis cap. tua nobis, & ibi gloſ. verb. ſic,
& Dominus de decimis Azor. inſtit. moral. lib. 7. c. 24.
quæſt. 4. Coccin. dec. 372. in princ. Buratt. deciſ. 575.
num. 3. & 5. Rota dec. 203. num. 14. deciſ. 380. n. 23.
17 par. 5. recen.* quicquid ſit in colono, † qui con-
duxit agrum pro certa annua pecunia iuxta
diſtinctionem *gloſ. in cap. quæſti ſunt 16. quæſt. 1.
cum alys alleg. per Modern. diſquiſ. cler. par. 1. tit. de
bon. cler. §. 3. n. 28.*

Quo verò ad conceſſionem Regis Catholi-
ci, qui ſcilicet pro reparatione, & ornamentis

Ec-

Eccleſiarum parrochialium mandauit vt menſa Magiſtralis, & Commendatarij dent præfatis Eccleſijs decimatorem vnum in quolibet loco vbi adfuerit Eccleſia Parrochialis, ea non
18 poteſt intelligi † niſi de decimis Sacramentalibus, & prædiorum intra limites eiuſdem Eccleſiæ Parrochialis ſiue attendantur verba quæ ſunt reſtricta ad locum vbi adeſt Parochia, & diriguntur non in bona ſed in perſonam Parochiani ibi *decimatorem vnum*, & ſic verificantur ſolum in decimis localibus cuiuslibet Parochiæ, & quæ debentur ratione perſonæ ob Sacramentorum adminiſtra-
19 tionem, quales ſunt decimę Sacramentales † *cap. Eccleſias 13. quæſt. 1. cap. queſti 16. quæſt. 1. cap. fin. de Parroch. Guttier. pract. quæſt. lib. 1. qu. 17. nu. 8.* & ſufficit non fuiſſe factam explicitam mentionem decimarum prædialium alterius Parrochiæ vt hæ in generali diſpoſitione non comprehendantur in præiudicium alterius vnde in fortioribus terminis licet Parrochiæ
20 de nouo erectæ † intra limites antiquæ cum aſſignatione certi territorij ac decimarum debeantur decimæ Sacramentales, etiam in prę-iudicium antiquæ Parochiæ *Abb. in cap. cum contingat nu. 8. de decimis Rebuff. de decimis quæſt. 6. num. 23. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 28. num. 48. Rot. dec. 438. num. 4. par. 3. recent.* non tamen debentur prędiales alterius territorij niſi expreſ-
21 ſe fuerint aſſignatæ† *Io. Andreas ad Spec. tit. de decimis §. ſcire debemus verb. vnica circa fin. verſ. alias niſi expreſſe aſſignaſſet Calder. conſ. 2. in princ. verſ. alias ſi non aſſignaſſet de decimis facit Gratian. diſc. 595. ſub numer. 14. verſ. non obſtat* ibi cum non fuerint concordatæ omnes decimæ *Lotther. dicta quæſt. 28. num. 50.*

Siue attendatur ratio, & cauſa finalis conceſſionis expreſſa in prohemio nempe repara-
22 tio Eccleſiarum, vnaqueque enim Eccleſia † reparanda eſt ex proprijs redditibus *cap. ſi Monacus 16. quæſt. 1. Berou. conſ. 3. num. 12. & 14. lib. 1. Surd. conſ. 62. num. 1. & ſeqq. cum alijs alleg. per Modern. diſquiſit. cler. par. 1. tit. de cler. deb. §. 14. num. 1.* & cum Rex non reſpexerit magis ad reparationem vnius vel alterius Eccleſiæ ſed Eccleſiarum in genere, nullatenus veriſimile eſt, quod Eccleſiæ Sacramentali voluerit aſſignare decimas prędiales, quę inſeruire debent pro reparatione Eccleſiæ prædialis, ſed aſſignaſſe
23 præſumitur cuilibet Eccleſiæ † decimas intra limites ſui territorij pro vt de iure *Rot. deciſ. 270. num. 2. in fin. par. 3. recent.*

Siue tandem attendatur obſeruantia probata in indiuiduo per teſtes vt ſupra, nec non ex pluribus ſententijs in contraditorio iudicio latis, & in iudicatum tranſactis, quæ ſuffragantur licet loquantur de locis vicinis, quia fundantur in eadem conceſſione Regis, & in
24 materia decimarum † releuat obſeruantia locorum vicinorum *cap. ad Apoſtolicæ de decimis. Gratian. diſc. 595. nu. 15. Acchill. in terminis dec. 3. num. 7. & ſeqq. de decimis Mant. dec. 341. num. 8.*

Et addebat vnus ex Dominis, quod alioquin ſequeretur maximum abſurdum quia incola parochiæ de la Solana habens prædia in oppido de Alambra ſi eligeretur decimator ab vtraque Parrochiali teneretur de dictis prædijs ſoluere integram decimam, & Parrocho della Solana, & Parrocho de Alambra,
25 & ſic eſſent duę decimæ quæ de iure † non debentur *cap. 2. vbi Abb. num. 1. & not. ceter. doct. de decimis gl. in cap. paſtoralis verb. deducendus in fin. & ibi Butr. num. 19. eod. tit. Io. Andr. in cap. cum ſint col. fin. verſ. ergo ex quo Eod. Abb. in cap. cum ſint num. 6. in fin.* vbi quod eſt contra mentem
26 iuris diuini, & humani † quod de eadem re ſoluatur duplex decima *Eod. Vital. in clem. 1. numer. 25. Buratt. dec. 575. numer. 1.* ſed quemad-
27 modum diſtincti ſunt limites parrochiales † ita diſtinctum eſt ius decimandi, & vnaqueque parrochia colligit decimas ex eius prædijs, & non tranſit in prædia alterius parrochiæ.

Et ità deciſum vtraquè &c.

LAVRETANA PRAEDII.

Lunæ 22. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Simulatio, nec non cauſa ſimulandi probatur per Teſtes conteſtes de loco, & tempore, & ſubſtantia licet in verbis formalibus non conuenirent. Nec oportet probare veritatem cauſæ ſimulandi, quia ſufficit quod fuerit à cōtrahentibus opinata; licet verò à parte rei nō ſit, quinimo non requiritur cauſa, quando ſimulatio non deſumitur ex ſolis præſumptionibus, ſed probatur per confeſſionem partis, eoque magis ſimulatio iuſtificata remanet ſi vltra Teſtes concurrunt adminicula eam ſuadentia. Et plura notantur de confeſſione extraiudiciali.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ſimulationis incontinenti probata impedit exequutionem obligationis Cameralis.*

2 *Simulatio nec non cauſa ſimulandi probatur per Teſtes Conteſtes.*

3 *Teſtes vt dicantur Conteſtes ſufficit quod ſint Conteſtes in loco, tempore, & ſubſtantia, licet in verbis formalibus non conuenirent.*

4 *Simulatio probatur ex confeſſione extraiudiciali parte præſente emiſſa.*

5 *Confeſſio extraiudicialis de æquitate Canonica probat contra confitentem.*

6 *Confeſſio extraiudicialis probatur per duos Teſtes Conteſtes.*

7 *Cauſæ ſimulandi veritas non eſt probanda, ſed ſufficit quod à contrahentibus fuerit opinata, licet verà à parte rei non ſit.*

8 *Cauſa ſimulandi non requiritur, quando ſimulatio non deſumitur ex ſolis præſumptionibus, ſed probatur per confeſſionem partis.*

9 *Teſtes Clientes finito patrocinio ſunt idonei Teſtes pro aduocato eo quod ceſſauit affectio.*

10 *Famulus finito famulatu eſt idoneus Teſtis pro Domino.*

11 *Ad confeſſionem extraiudicialem probandam, requiritur*

ritur quod Teſtes fuerint rogati intereſſe, & audire confeſſionem.

12 *Præſertim, quando debitum fuit in ſcriptis cõtrctum.*

13 Speculator in tit. de teſt. in principio ſub n. 9. poſt Azor. in ſumma C. eod. nu. 21. explicat opinionem gl. in cap. teſtes *verbo, & audiuerunt procedere in confeſſione debiti facta in ſcriptis.*

14 Gloſſ. in d. cap. Teſtes *intelligenda eſt ſecundum Iura, quæ allegat nempè de Iure Ciuili quo ſimplex confeſſio extraiudicialis non facit plenam proba-*

15 *Confeſſio extraiudicialis de æquitate Canonica ſolum attenditur, an fuerit emiſſa ſine animi deliberatione cauſa Ioci vel iactantiæ, vel citra animum confitendi veritatem.*

16 *Confeſſio quando emanauit parte præſente, tùnc dubitari non poteſt de animo confitendi, quia lex præſumit confitentem deliberate loquutum ad probandam rei veritatem.*

17 *Confeſſio parte præſente plenè probat, & præſumitur acceptata per partem præſentem, & tàcentem, quatenus eius fauorem concernit.*

18 *Eo magis concurrentibus adminiculis.*

19 *Creditor penès ſe retinere debet ſcripturam obligationis ad ſui fauorem, & ſi conſignata apparet penès tertiam inſurgit præſumptio ſimulationis.*

20 *Apoca debiti ſi non fuit conſignata creditori ſimulata præſumitur.*

21 *Simulatio arguitur ſi debitor continuauit percipere fructus etiam poſt factam aſſignationem rei eius creditori.*

22 *Fructuum perceptio ex quibus probetur?*

23 *Epiſtolæ probant contra ſcribentem pro eo, ad quem fuerunt ſcripta.*

24 *Poſſeſſio probatur continuata mediante locatione rei, & perceptione fructum.*

25 *Fructus bonorum ſtabilium calculantur ad rationem quinque pro centenario.*

26 *Simulatio arguitur ex modicitate pretij.*

27 *Et vbi aliæ coniectura ſimulationis concurrunt ſufficit pretium eſſe iniuſtum, licet non ita modicum.*

28 *Simulationis coniecturæ vehementius vrgent inter fratres germanos propter fiduciam quæ inter perſonas coniunctas intercedit.*

Fiduciæ inter perſonas coniunctas intercedere ſolet ibidem.

29 *De ſimulatione excipere nequit, qui ſimulatè contraxit, nè alleget propriam turpitudinem.*

30 *Contrarium, quod poſſit dare de ſimulatione etiam ipſe contrahens, quia tunc non proponit turpitudinem ſuam ſed conſenſum non interueniſſe contractui eo modo quo apparet, & aliud ſenſiſſe.*

DECISIO XLIX.

LONGE poſt factam diuiſionem inter Felicem, ac Thomam fratres, felix de anno 1621. per Apocam priuatam conſtituit ſe debitorem Thomæ in ſcutis 947.20. & aſſerens velle ſe breui Romam petere, ne Thomas ex dilatione ſolutionis damnum patiatur conſignauit illi ex tunc prædium nuncupatum della Moglie, ſibi indiuiſione obuentum præſeruato ſolum dominio per 15. annos.

Cuius Apocæ vigore Thomas nuper petijt manuteneri in poſſeſſionem Prædij, ſed ſuccubuit, & à mandato de manutenendo conceſſo fratri appellauit, cauſaque appellationis commiſſa mihi fuit cum clauſula *ſinè præiudicio*. Deinde petijt relaxari mandatum con Felicem pro ſumma ibi promiſſa, & propoſito per me dubio Anſit relaxandum mandatum. Rota negatiuè reſpondit.

Nam obſtat exceptio ſimulationis, quæ in
1 continenti probata † impedit Apocæ ac ob-
ligationis Cameralis ibi contentæ exequutionem *Galleſ. de oblig. Camer. quæſt.* 18. *num.* 5. *Cæſar. de Craſſ. deciſ.* 16. *num.* 10. *de probat. Rot. deciſ.* 61. *num.* 9. *par.* 5. *recent. deciſ.* 259. *num.* 8. *par.* 6.

Simulatio verò, nec non cauſa ſimulan-
2 di † vt ſcilicet felix Prædium præſeruaret à
moleſtijs deſuper vt timebat inferendis à fiſco vel creditoribus, probatur plenè per duos Teſtes conteſtes in loco, tempore, & ſubſtantia,
3 quod ſufficit † vt conteſtes dicantur, licet in
verbis formalibus non conuenirent *Surd. conſ.* 12. *num.* 43. *num.* 45. *& num.* 47. *cum alijs allegat. per Add. ad Buratt. deciſ.* 458. *ſub num.* 8. deponentes de confeſſione extraiudiciali ipſius Thomæ,
4 Felice præſentem emiſſa, † qua certum eſt
ſimulationem probari *Bald. conſ.* 299. *ſub num.* 1. *lib.* 4. *Caphol. de ſimulat. contract. numer.* 14. 17. *&* 86. *Menoch. præſumpt.* 122. *ſub numer.* 47. *lib.* 3. *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 35. *numer.* 21. *Farinac. de ſimulat. quæſt.* 162. *num.* 116. *Rot. deciſ.* 806. *numer.* 3. *& ſeqq. par.* 1. *diuerſ. deciſ.* 188. *num.* 9. *par.* 6. *recent.* quia confeſſio extraiudicialis de æquitate Ca-
5 nonica † probat contra confitentem *Felin. in*
cap. olim num. 3. *& ſeqq. de reſcript. Gabr. de confeſſ. concl.* 1. *num.* 46. *Rot. dec.* 4. *num.* 1. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.*
6 218. *num.* 5. *par.* 6. *recent.* & probatur † per duos
teſtes conteſtes *Put. deciſ.* 466. *lib.* 2. *Rot. deciſ.* 406. *num.* 3. *deciſ.* 711. *nu.* 3. *par.* 2. *recent. deciſ.* 244. *nu.* 15. *par.* 6. *& alias ſæpe.*

Nequè oportet probare veritatem cauſæ ſi-
7 mulãdi, quia ſufficit † quod fuerit tantum opi-
nata à contrhaentibus licet vera à parte rei non ſit *Honded. conſ.* 46. *nu.* 28. *lib.* 1. *Farinac. dicta quæſt.* 162. *num.* 138. *Rot. deciſ.* 140. *num.* 4. *poſt prim. volum. conſ. Farinac. deciſ* 901. *nu.* 7. *coram bon. mem. Buratto, & in Romana Cenſus* 17. *Decembris* 1627. *coram R.P.D. meo Merlino*. Vltra quod cauſa
8 non requiritur, † quando ſimulatio non de-
ſumitur ex ſolis præſumptionibus ſed probatur per confeſſionem Partis *Rot coram Buratto in Rom. Cenſus* 6. *Nouembris* 1623. *quæ eſt deciſio* 733. *num.* 4. *confirmata coram D. meo Merlino dicta die* 17. *Decembris* 1627. *& coram bon. mem. Cardinali Sacrato in deciſionibus relatis per Adden. ad Greg. XV. deciſ.* 157. *in fine, & ad. Buratt. deciſ.* 99. *num.* 5.

Nonobſtat quod Teſtes ſint Clientes Fælicis, quia gratis dicitur nec ſatis eſt tales fuiſſe
9 finito enim patrocinio † ſunt idonei eo quod
ceſſauit affectio erga Patronum *Speculat. de Teſt. in print. num.* 13. *Farinac. de Teſtibus quæſt.* 60. *illat.* 4. *num.* 167. *cum alijs quos allegat Maſcard. de probat. concluſ.* 307. *num.* 4. & in ſimili de famu-
10 lo † finito famulatu *Falin. cap. in litteris num.* 8.
de teſtib. Crot. conſ. 131. *numer.* 56. *Farinac. d. tract. quæſt.* 55. *num* 145. *Buratt. deciſ.* 349. *num.* 6.

Minus obſtat quod Teſtes non fuerint ro-
11 gati intereſſe ſeu audire confeſſionem † vt ad
effectum probandi confeſſionem extra Iudicialem

cialem

cialem requirit *gloſ. in cap. Teſtes* 15. *verb. audierunt infra med. verſ. & generaliter* 3. *quaſt.* 9. *quam ſequitur Nellius tract. de Teſtib. ſub nu.*247. *allegat. à Maſcard. de probat. concluſ.*379. *num.*22. *& eſt textus in authentic. rogat. C. de Teſt. §. & licet authentic. eodem tit. gloſ. in l. ad fidem verbo non rogatus ff.* eo-
12 dem præſertim, quando debitum † fuit in ſcriptis contractum *Port. in §. nihil n.*11. *verſ. tertius eſt inſtitut. de teſtam. Barboſ. in dicta authentic. rogati num.*9. *Farinac. de teſtib. quaſt.* 62. *num.*147.
13 Quia ſpeculator † *in tit. de Teſtib. in princip. ſub num.*9. *poſt Azon. in ſumma C. eod. num.*21. *explicat opinionem gloſ.* procedere in confeſſione ſolutionis debiti facta in ſcriptis *& gloſ. quam*
14 *cæteri* ſequuntur intelligenda eſt † ſecundum Iura, quæ allegat nempe de Iure Ciuili, quo ſimplex confeſſio extraiudicialis non facit plenam probationem *dicta Auth. rogati & §. & licet gloſ. in l. vnica verbo ſoluere C. de confeſſ. Alciat. in Rubr. ff. de verb. oblig. num.* 13. *Oldrad. conſ.* 291. *num.*3. *Curt. Iunior. conſ.*168. *num.*1. *Seraph. deciſ.*487. *num.*1.

Secus de æquitate Canonica ſecundum
15 quam ſolum attendi debet † an confeſſio fuerit emiſſa ſinè animi deliberatione cauſa ioci vel iactantiæ, ſtudio bene dicendi aut male, vel calore ſolius loquacitatis, inter commeſſationes, aut cum mulierculis, & vno verbo citrà animum confitendi veritatem *Rot. deciſ.*466. *num.*4. *par.*3. *recent.* de quo animo dubitari non poteſt quando, vt in caſu noſtro
16 confeſſio † æmanauit parte præſente, quia tunc lex præſumit confitentem deliberatè locutum ad probandam rei veritatem *Mandel. Alba conſ.*727. *ſub num.*6. *verſ.* quia lex ideoque
17 confeſſio plenè probat, † & præſumitur acceptata per partem præſentem, & tacentem quatenus concernit eius fauorem *Riminal. Iun. conſ.*00. *num.*19. *& conſ.*152. *numer.*17. *&* 18. *Alba conſ.*95. *num.*6. *Ruin. conſ.*128. *numer.*6. *lib.*2. *Felin. in cap. ſi cautio ſub num.*24. *verſ. quarta declaratio de fid. inſtrum. Surd. deciſ.*12. *num.*1 *deciſ.*250. *ſub num.*7. *Seraph. deciſ.*1488. *num.*3.
18 Eo magis † concurrentibus adminiculis *Alba conſ.*223. *n.*7. *& d. conſ.*727. *nu.*7. quæ plurima hic ad ſunt ſimulationem ſuadentia: Primo quia Apoca promiſſionis non fuit conſi-
19 gnata creditori † vt ſolet *Crauett. de antiquit. tempor. §. quæritur num.*67. *Giouagn. reſponſ.*37. *nu.*3. *lib.*1. *Greg. XV. deciſ.*439. *num.*7. ſed tertio hoc eſt patruo Communi penès quem remanere deberet ſaltem donec poſt 15. annos conficeretur publicum Inſtrumentum, quam conie-
20 cturam in terminis ſimulationis † Apocæ admiſit *Rot. in Maceraten. Cenſus* 15. *Februarij proxime præteriti coram R. P. D. Royas,* & primus Teſtis addit ſuper primò Apocam fuiſſe traditam Patruo cum hoc quod eam non exhiberet, niſi in caſum moleſtiarum fiſci vel creditorum Fælicis.

Secundò, quia fructus poſt Apocam ſem-
21 per fuerunt † percepti nomine Felicis *ad text. in l. ſicut §. ſuper vacuum ff. quib. mod. pign. & hypotec. ſoluatur Bart. in l. poſt contractum num.* 4. *ff. de donat. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem num.* 41. *verſ. idem præſumitur, & num.*42. *inſtitut. de action. Menoch. præſumpt.*124. *numer.*30. *lib.*3. *Mantic. de*
22 *tacit. lib.*13. *tit.*35. *num.* 38. vt conſtat † tum ex teſtibus deponentibus quod Thomas Romam venit vt redderet Fælici rationem fructuum ex hoc Prædio perceptorum pluribus annis, nec non, quod rogauit Fælicem vt ei donaret, aut mutuaret parum olei collecti in Prædio *ſum. Fel. num.* 1. Tum ex præcedentibus epiſtolis Thomæ ad Fælicem, in quibus fatetur debere ſe fratri fructus præceptos, quæ epi-
23 ſtolæ probant contra ſcribentem pro eo † ad quem ſcriptæ fuerunt *l. Publia §. fin. ff. depoſit. Bart. in l. Titius Seio num.*1. *ff. conſtitut. pecun. Bald. in rubric. C. eodem tit. nu.*15. *Iaſ. in l. ſciendum nu.* 4. *in fin. ff. verb. obligat. Aym. de antiquit. temporis pa.*1. *cap. vidimus abunde num.*41. *Menoch. de arbitr. caſu* 94. *num.*9. *& ſeqq.*

Tertiò, quia ſi quando Prædium locatum fuit præceſſit mandatum Fælicis de locando, & ipsè Thomas vti Procurator locauit perſonæ, & ſub conditionibus in mandato expræſſis vt ex iuribus datis *in ſum num.*4. ex qua
24 locatione † iuncto, quod conductor in computum aſſictus ſoluit ſcuta 50. Monialibus Sanctę Rocchi, tanquam creditricibus Fælicis eodem fælice mandante *ſum. num.* 5. probatur continuatio poſſeſſionis Prædij penès Fælicem de tempore locationis *l. qui vniuerſas §. quod per Colonum vbi gloſ. & DD. ff. acquir. poſſeſſ. Gabr. de locat. concluſ.*4. *num.*2. *Seraph. deciſ.* 896. *num.*1. *deciſ.*1200. *num.*1. *cum alijs allegat. per Modern. de manut obſeru.*24. *num.*17. *& ſeqq.*

Quartò, quia admodum Inueriſimile eſt voluiſſe Fęlicem Prędium annui redditus ſcutorum 120. *ſum. num.*11. & ſic in ſorte valoris Scutorum 2400. calculando valorem ad ra-
25 tionem quinque pro centenario † vt ſolet in ſtabilibus *Cagnol. in l. ſecunda nu.*233. *verſ. verum quia C. de reſcind. vendit. Canaler. deciſ.*358. *num.*2. *deciſ.*387. *nu.*4. conſignare fratri pro aſſerto debbito ſcutorum 947. modicitas enim prætij ar-
26 guit † ſimulationem *gloſ. in cap. ad noſtram verb. dimid. de empt. & vendit. Bart. in l. poſt contractum ſub numer.*17. *verſ. & quia ff. de donat. Pariſ. conſ.*55. *num.*47. *lib.*1. *Decian. conſ.*2. *num.*79. *lib.*1. *conſ.*62. *num.*84. *lib.*3. *Farinac. de ſimulat. quaſt.*162.
27 *num.*195. & vbi concurrunt aliæ coniecturæ † ſimulationis ſufficit prætium eſſe iniuſtum licet non ità modicum *Pariſ. conſ.*54. *n.*69. *lib.*1. *Rot. deciſ.* 20. *num.* 1. *in fin. inter impreſſ. poſt conſ. Farinac.*
28 Et hæ coniecturę vehementius vrgent † inter fratres Germanos propter fiduciam quæ inuicem inter perſonas coniunctas intercedit *Bart. in d. l. poſt contractum num.*8. *& in l. non ſolum num.*1. *ff. de rit. nupt. Becc. conſ.*52. *num.*55. *Gratian. diſcept.*255. *num.*7. *vbi allegat. concordantes.*

Tandem non obſtat quod fælix, qui ſimu-
29 latè contraxit non poſſit † excipere de ſimulatione ne alleget propriā turpitudinem. Imò enim verius eſt poſſe dari de ſimulatione ab
30 ipſomet contrahente, † quia tunc non proponit turpitudinem ſuam, ſed conſenſum non interueniſſe contractui eo modo quo apparet, & aliud ſenſiſſe quod ſecreto ipſi contrahentes intelligebant *Caſtren. in l. contra legem num.* 6.
vbi

vbi diſtinguit inter contractum fraudulentum, & ſimulatum *ff. de legibus, & conſ. 58. nu. 2. lib. 2. Riminald. Iun. conſ. 62. num. 23. Franciſ. Marc. deciſ. 474. par. 1. Farinac. de ſimulatione quaſt. 162. num. 61. Conſt. de Iur. & fact. ignorantia inſpect. 9. nu. 10. & hanc opinionem amplexa eſt Rota in Romana pecuniaria 24. Aprilis 1627. coram R. P. D. meo Merlino.*

Et ità decisum vtraquè.

RAVENNATEN. CENSVS.

Ven. 26. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Præſcriptio trigenaria non ſuffragatur, quando concurrit mala fides, quæ nocet etiam hæredibus, itaut nec ex propria perſona inchoare poſſint nouam præſcriptionem. Præſcriptio ſtatutaria Vrbis, ex quibus excludatur?

SVMMARIVM.

1 *Mala fides obſtat præſcriptioni tricenariæ.*
2 *Mala fides reſultat, ſi quis ſciens pecuniam alienam exegit.*
3 *Mala fides authoris nocet etiam hæredi, itaut neque ex propria perſona poſſit nouam inchoare perſcriptionem, eo quia illius perſonam repræſentat.*
4 *Præſcriptio triginta annorum fundatur in ſola negligentia non agentis.*
5 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem completam competit hæredi ex capite probabilis ignorantiæ.*
6 *Solutio refertur ad debitum maturatum potius, quam maturandum.*
7 *Solutio non præſumitur anticipata.*
8 *Mercator non ſolet pecunias otioſas retinere.*
9 *Mandatum ſpeciale requiritur pro exactione ſortis, & retrouenditione cenſus.*
10 *Præſcriptione iuuari non poteſt, qui ſolutionem allegauit, eamque non probauit, ea ratione quia tunc ceſſat præſcriptio reſultans ex tempore.*
11 *Præſumptio melioris tituli ceſſat ex exhibitione alterius tituli inſufficientis, quia melior exhibitus præſumitur.*
12 *Præſcriptio ſtatutaria Vrbis, vt excludatur, ſufficit contraria aliqua præſumptio præponderans, & ex quibus talis præſumptio reſultet?*
13 *Pecuniam non fuiſſe numeratam ſi quis alleget, non poteſt allegare ſolutionem nam valde differt numeratio à ſolutione.*
14 *Reus Conuentus poteſt exceptiones contrarias opponere nempe pecuniam non fuiſſe numeratam, ac fuiſſe ſolutam.*
15 *Declara quod donec reus ſecundam exceptionem probet, vrget contra ipſum præſumptio oriens ex allegatione primæ exceptionis.*
16 *Excipiens de ſolutione eam probare tenetur.*
17 *Statutum loci vbi eſt deſtinata ſolutio, non autem loci contractus attendi debet præſertim in ijs, quæ oriuntur poſt contractum propter moram vel negligentiam.*
18 *Contractus ſtipulatus pro perſona nominanda nominatio ſequuta habet in ventre qualitates omnes eiuſdem contractus, nec conſtituit nouum contractum diuerſum à primò, & vterque pro vno habetur.*
19 *Contractus primus, à quo ſecundus cauſam habet venit attendendus non ſecundus.*
20 *Locus deſtinatæ ſolutionis potius, quam vbi negotium geſtum eſſet att endi debet.*

DECISIO L.

LATA ſententia in Rota contra D. Franciſcum filium, & hæredem Filippi Rauennæ ad reſtituendum duas ex nouem partibus ſcutorum 5. m. per Filippum exactorum à Comunitate Rauennæ pro ſorte principali cenſus, quem ipſemet Filippus emerat pro perſona nominanda, & deinde ante tamen exactionem nominauerat Fliſcum Authorem DD. de Raggis; cauſaque mihi commiſſa in gradu appellationis dubitaui an ſententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda, & infirmandam eſſe reſponſum fuit.

Nam quod cenſus pertineret ad Fliſcum, & fuerit exactus à Filippo ſatis liquet ex deductis in ſecundis deciſionibus emanatis in prima inſtantia coram R. P. D. meo Dunozet, neque hodie exaduerſo negabatur, ſed informantes pro Franciſco nitebantur præſcriptioni tam tricennariæ, quam ſtatutariæ, & neutra ſuffragatur.

1 Non tricennaria, † quia ex parte Filippi
2 debitoris obſtat mala fides † eo quod ſciens
pecuniam alienam exegerat *l. ſi quis fundum, &
ibi Doct. ff. acquir. poſſ. Aym. conſ. 146. numer. 1.
Pariſ. conſ. 26. num. 24. lib. 1. Ceph. conſ. 161. num. 31.*
eaque nocet etiam hæredi, ità vt neque ex
3 propria perſona † nouã preſcriptionem incohare potuerit quia repreſentat perſonam defuncti vt de *com. Alex. conſ. 4. num. 21. lib. 2. Dec. conſ. 272. num. 5. & 6. Aym. dicto conſ. 146. n. 7. Decian. conſ. 2. num. 97. & ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 231. num. 42. & ſeqq. Gabr. conſ. 163. num. 14. lib. 1. Hond. conſ. 80. ſub nu. 73. lib. 2. Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 249. num. 1. vbi Add. num. 6.*

Et ex parte creditoris qui dicto anno 1598. litem mouit contra Communitatem, quam adhuc debitricem cenſus putabat proſecutuſque fuit vſque ad annum 1605. nulla pro dicto tempore conſiderari poteſt negligentia
4 in qua ſolum † fundatur præſcriptio 30. annorum *Felin. in cap. vigilanti n. 5. de præſcript. Rot. int. recent. dec. 17. num. 3. par. 4. deciſ. 407. numer. 16. par. 5. dec. 270. num. 5. par. 6.* Subducto à dicto tempore decurſi fuerunt 22. anni tantum viuente Iacobo creditore cuius hæredibus aduerſus preſcriptionem poſtea cõpletam cõpe-
5 teret quatenus opus ſit reſtitutio in integrũ †
ex capite probabilis ignorantiæ *Bart. in l. 1. §. ſi quis propter ſub nu. 1. ff. itin. actuque priuat. Card. in clem. 1. num. 30. in fin. de in integr. reſt. Rot. deciſ. 39. num. 1. lib. 2. par. 3. diuerſ. dec. 3. numer. 2. par. 5. recent. cum alijs alleg. in 1. deciſ. coram D. meo Dunozet §. ad dicta autem.*

Non etiam ſuffragatur præſcriptio Statutaria Vrbis, Primò quia Rauenna allegauit pecunias per Filippum eius authorem vt ſupra

exactas

vbi diſtinguit inter contractum fraudulentum, & ſimulatum *ff. de legibus, & conſ. 58. nu. 2. lib. 2. Riminald. Iun. conſ. 62. num. 23. Franciſ. Marc. deciſ. 474. par. 1. Farinac. de ſimulatione quaſt. 162. num. 61. Conſt. de Iur. & fact. ignorantia inſpect. 9. nu. 10. & hanc opinionem amplexa eſt Rota in Romana pecuniaria 24. Aprilis 1627. coram R. P. D. meo Merlino.*

Et ità deciſum vtraquè.

RAVENNATEN. CENSVS.

Ven. 26. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Præſcriptio trigenaria non ſuffragatur, quando concurrit mala fides, quæ nocet etiam hæredibus, itaut nec ex propria perſona inchoare poſſint nouam præſcriptionem. Præſcriptio ſtatutaria Vrbis, ex quibus excludatur?

SVMMARIVM.

1 *Mala fides obſtat præſcriptioni tricenariæ.*

2 *Mala fides reſultat, ſi quis ſciens pecuniam alienam exegit.*

3 *Mala fides authoris nocet etiam hæredi, itaut neque ex propria perſona poſſit nouam inchoare perſcriptionem, eo quia illius perſonam repræſentat.*

4 *Præſcriptio triginta annorum fundatur in ſola negligentia non agentis.*

5 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem completam competit hæredi ex capite probabilis ignorantiæ.*

6 *Solutio refertur ad debitum maturatum potius, quam maturandum.*

7 *Solutio non præſumitur anticipata.*

8 *Mercator non ſolet pecunias otioſas retinere.*

9 *Mandatum ſpeciale requiritur pro exactione ſortis, & retrouenditione cenſus.*

10 *Præſcriptione iuuari non poteſt, qui ſolutionem allegauit, eamque non probauit, ea ratione quia tunc ceſſat præſcriptio reſultans ex tempore.*

11 *Præſumptio melioris tituli ceſſat ex exhibitione alterius tituli inſufficientis, quia melior exhibitus præſumitur.*

12 *Præſcriptio ſtatutaria Vrbis, ut excludatur, ſufficit contraria aliqua præſumptio præponderans, & ex quibus talis præſumptio reſultat?*

13 *Pecuniam non fuiſſe numeratam ſi quis allegat non poteſt allegare ſolutionem nam valde differt numeratio à ſolutione.*

14 *Reus Conuentus poteſt exceptiones contrarias opponere nempe pecuniam non fuiſſe numeratam, ac fuiſſe ſolutam.*

15 *Declara quod donec reus ſecundam exceptionem probet, vrget contra ipſum præſumptio oriens ex allegatione primæ exceptionis.*

16 *Excipiens de ſolutione eam probare tenetur.*

17 *Statutum loci vbi eſt deſtinata ſolutio, non autem loci contractus attendi debet præſertim in iis, quæ oriuntur poſt contractum propter moram vel negligentiam.*

18 *Contractus ſtipulatus pro perſona nominanda nominatio ſequuta habet in ventre qualitates omnes eiuſdem contractus, nec conſtituit nouum contractum diuerſum à primò, & vterque pro vno habetur.*

19 *Contractus primus, à quo ſecundus cauſam habet venit attendendus non ſecundus.*

20 *Locus deſtinatæ ſolutionis potius, quam vbi negotium geſtum eſſet attendi debet.*

DECISIO L.

LATA ſententia in Rota contra D. Franciſcum filium, & hæredem Filippi Rauennæ ad reſtituendum duas ex nouem partibus ſcutorum 5. m. per Filippum exactorum à Comunitate Rauennæ pro ſorte principali cenſus, quem ipſemet Filippus emerat pro perſona nominanda, & deinde ante tamen exactionem nominauerat Fliſcum Authorem DD. de Raggis; cauſaque mihi commiſſa in gradu appellationis dubitaui an ſententia Rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda, & infirmandam eſſe reſponſum fuit.

Nam quod cenſus pertineret ad Fliſcum, & fuerit exactus à Filippo ſatis liquet ex deductis in ſecundis deciſionibus emanatis in prima inſtantia coram R. P. D. meo Dunozet, neque hodie exaduerſo negabatur, ſed informantes pro Franciſco nitebantur præſcriptioni tam tricennariæ, quam ſtatutariæ, & neutra ſuffragatur.

1 Non tricennaria, † quia ex parte Filippi
2 debitoris obſtat mala fides † eo quod ſciens pecuniam alienam exegerat *l. ſi quis fundum, & ibi Doct. ff. acquir. poſſ. Aym. conſ. 146. numer. 1. Pariſ. conſ. 26. num. 24. lib. 1. Ceph. conſ. 161. num. 31.* eaque nocet etiam hæredi, ità vt neque ex
3 propria perſona † nouã præſcriptionem incohare potuerit quia repræſentat perſonam defuncti vt de *com. Alex. conſ. 4. num. 21. lib. 2. Dec. conſ. 272. num. 5. & 6. Aym. dicto conſ. 146. n. 7. Decian. conſ. 2. num. 97. & ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 281. num. 42. & ſeqq. Gabr. conſ. 163. num. 14. lib. 1. Hond. conſ. 80. ſub nu. 73. lib. 2. Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 249. num. 1. vbi Add. num. 6.*

Et ex parte creditoris, qui dicto anno 1598. litem mouit contra Communitatem, quam adhuc debitricem cenſus putabat proſecutuſque fuit vſque ad annum 1605. nulla pro dicto tempore conſiderari poteſt negligentia,
4 in qua ſolum † fundatur præſcriptio 30. annorum *Felin. in cap. vigilanti n. 5. de præſcript. Rot. int. recent. dec. 17. num. 3. par. 4. deciſ. 407. numer. 16. par. 5. dec. 270. num. 5. par. 6.* Subducto à dicto temppre decurſi fuerunt 22. anni tantum viuente Iacobo creditore cuius hæredibus aduerſus præſcriptionem poſtea cõpletam cõpe-
5 teret quatenus opus ſit reſtitutio in integrũ † ex capite probabilis ignorantiæ *Bart. in l. 1. §. ſi quis propter ſub nu. 1. ff. itin. actuque priuat. Card. in clem. 1. num. 30. in fin. de in integr. reſt. Rot. deciſ. 39. num. 1. lib. 2. par. 3. diuerſ. dec. 3. numer. 2. par. 5. recent. cum aliis alleg. in 1. deciſ. coram D. meo Dunozet §. à dicto autem.*

Non etiam ſuffragatur præſcriptio Statutaria Vrbis, Primò quia Rauenna allegauit pecunias per Filippum eius authorem vt ſupra

exactas

exactas reſtitutas fuiſſe mediante emptione
locorum 59. montium Prouinciarum ad fa-
uorem Fliſci, quam tamen emptionem cele-
bratam fuiſſe cum pecunijs à Communitate
Rauennæ exactis excluditur quia præceſſit
fere per tres menſes exactionem, non con-
cordat ſumma exacta cum inueſtita in locis
montium, & Philippus in iſtrumento em-
ptionis montium aſſeruit emiſſe cum pecu-
nijs proprijs Fliſci, quod intelligendum eſt
de alijs pecunijs Fliſci exiſtentibus penès Phi-
lippum quem alias conſtitutum à Fliſco fuiſ-
ſe generalem procuratorem ad exigendum
pars aduerſa fatetur non autem de pecunijs à
Communitate Rauennæ exigendis quarum
Fliſcus nondum erat Dominus nec Philippus
6 debitor, & ſolutio † refertur ad debitum ma-
turatum potius quam maturandum *l. 3. ff. ſo-
lut. Pariſ. conſ.* 122. *num.* 8. *&* 11. *lib.* 4. *Menoch. conſ.*
121. *num.* 48. *Gratian. diſc.* 224. *num.* 26. *Surd. dec.*
7 186. *num.* 7. nec anticipata † præſumitur *Grat.
conſ.* 131. *numer.* 8. 11. *&* 12. *lib.* 1. *Buratt. deciſ.*
8 364. *ſub num.* 4. eo minus in mercatore qui †
non ſolet tenere pecunias otioſas *Scacc. de
camb.* §. 1. *quæſt.* 7. *par.* 1. *ſub num.* 80. *infr. med.* &
amplius quia Philippus quando emit loca
montium non præſumitur cogitaſſe de pecu-
nijs exigendis à Communitate, quas ipſe exi-
gere licite non poterat nec vigore iſtrumenti
cenſus, quia iam nominauerat Fliſcum in
emptorem illius; nec vigore mandati gene-
ralis ad exigendum quia pro exactione ſor-
9 tis, † & retrouenditione cenſus requirebatur
ſpeciale *Seraph. dec.* 831. *nu.* 2. *& ſeqq. Rot. dec.* 373.
ſub num. 6. *par.* 1. *recent.* Atque hinc poſtmodum
de anno 1607. nulla habita ratione emptionis
montium hæredes Filippi condemnati fue-
runt ad reſtituendam Iacobo ſortem cenſus
exactam à Communitate vt in ſententia A.C.
quæ cum tranſierit in Iudicatum reddit indu-
bitatum, quod pecuniæ montium diuerſæ
ſunt à pecunijs Cōmunitatis nec ad inuicem
confunduntur.

Quare cum Rauenna allegauerit certum
modum reſtitutionis pecuniarum à Com-
munitate exactarum, eumque in hanc cau-
ſam cedere non probauerit iuxta prædicta,
10 iuuari non poteſt † præſumptione alterius
modi reſtitutionis vel præſcriptione vt in
terminis præſcriptionis *Pariſ. conſ.* 27. *num.* 119.
& conſ. 114. *num.* 11. *lib.* 1. *Caſtr. conſ.* 423. *numer.* 2.
verſ. quia loquuntur lib. 2. *Aym. conſ.* 290. *ſub num.* 6.
verſ. quia talis titulus vbi dicit rationem quia
ſic ceſſat præſumptio reſultans ex tempore
Hond. conſ. 82. *numer.* 43. *lib.* 1. *Gratian. diſc.* 441.
nu. 17. ſicut in ſimili dicimus quod exhibito
11 titulo inſufficienti ceſſat præſumptio † alte-
rius tituli ſufficientis, quia melior exhibitus
præſumitur *Egid. dec.* 287. *Rot. diuerſ. dec.* 731. *nu.*
19. *par.* 1. *Greg. XV. dec.* 353. *vbi Add. numer.* 19. *&
dec.* 467. *nu.* 7. & ad excludendam præſcriptio-
12 nem Stat. Vrb. ſufficit † contraria aliqua præ-
ſumptio præponderans *Seraph. dec.* 692. *numer.* 4.
dec. 926. *num.* 3. *& fuit dictum in Romana pratij vi-
uidarij.* 13. *Martij* 1624. *coram bon. mem. Vbaldo
Seniori, & in Romana pecuniaria* 10. *Iunij* 1624.
coram R. P. D. meo Merlino §. *ſed quoniam* qualis re-
ſultat ex particularis ſolutionis allegatę non
probatione vt ſupra iuncto maximè quod de-
bitor à principio non allegauit ſolutionem ſed
negauit pecunias Communitatis numeratas
13 fuiſſe Philippo quod omninò † differt à ſolu-
tione *vt eſt text. expreſſus in l. aſſeueratio* 10. *Cod.
non numer. pecunia & not. Io. Faber. Inſt. de litt. obl.
quæſt.* 8. *Rimin. iun. conſ.* 172. *n.* 16. *verſ.* 2. *monetur.*

Nec obſtat quod reus poſſit vtramque ex-
14 ceptionem opponere † quam vis inter ſe
contrarias vt in ſpecie *Bart. in l. nemo num.* 2. *ff.
except. Dec. in cap. Paſtoralis num.* 58. *Eod. tit.* quia
15 donec ſecundam exceptionem probet † vrget
contra ipſum præſumptio oriens ex allegatio-
ne primæ exceptionis quam non proba-
uit *Salic. in l. etiam verſ.* 2. *quæro Cod. execut. rei
Iudicat Felin. in cap. cum venerabilis num.* 13. *de
except.* & eliſa præſumptione deſumpta ex la-
pſu 16. annorum iuxta prędicta aliunde eſt pe-
16 tenda probatio † ſolutionis cuius probandæ
onus incumbit excipienti *Dec. in d. cap. Paſtora-
lis nu.* 55. *Aym. conſ.* 112. *num.* 6. *Natt. conſ.* 569. *n.* 1.
& ſeqq. Surd. deciſ. 105. *num.* 9. non intrat præ-
ſcriptio Statutaria Vrbis quia ſolutio fuit de-
17 ſtinata Rauennæ, & in ijs quę † oriuntur poſt
contractum extra eius naturam propter mo-
ram vel negligentiam attenditur Statutum
loci ſolutionis *Rimin. ſen. conſ.* 533. *numer.* 10. *in
terminis præſcriptionis Statutariæ Ruin. conſ.* 117.
num. 12. *lib.* 5. *Mant. de tac. lib.* 3. *tit.* 13. *num.* 51. *vl-
tra alios allegatos in puncto Stat. Vrb. in deciſ.* 97.
*coram D. meo Dunozet quibus additur deciſio in
Iannen. ſeu Romana pecunia* 20. *Iunij* 1580. *coram
bon. mem. Lancellot. ſeniori impreſſ. apud Marcheſ.
de commiſſ. tom.* 2. *fol.* 150.

Nec obſtat quod deſtinatio ſolutionis in
Ciuitate Rauennæ legitur quidem in inſtru-
mento cenſus hodie autem non agitur imme-
diate eius vigore, ſed nominationis ad fauo-
rem Fliſci, & ex eo quod Philippus ſortem
cenſus exegit, & ſic ob negocium geſtum in
Vrbe Quia cum contractus cenſus fuerit ſti-
18 pulatus pro perſona nominanda † nominatio
deinde ſecuta habet in ventre qualitates om-
nes eiuſdem contractus, neque conſtituit no-
uum contractum diuerſum à primo, ſed vter-
que pro vno habetur ac ſi ab initio Fliſcus
emiſiſſet *Ancar. conſ.* 127. *num.* 1. *verſ. & nominatio
Rimin. iun. conſ.* 163. *n.* 11. *Surd. dec.* 228. *nu.* 18. *facit
Bald. in l. obſeruare n.* 15. *C. offic. Proconſ. Caball. conſ.*
124. *nu.* 24. *Ciriac. conſ.* 370. *n.* 27. & bene ad pro-
poſitum *Mant. de tac. lib.* 24. *tit.* 39. *ſub numer.* 28.

Adeo quod attendi debeat iſtrumentum
19 cenſuale à quo nominatio ac etiam exactio †
cauſam habent *iuxt. theor. quam ex text. in l.* 1. §.
*Pomponius ff. de poſ. deſumunt ibi doct. & ſequitur
Alex. conſ.* 215. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 6. *Oſaſch. deciſ.* 167.
num. 25. *Rot. Iannen. deciſ.* 91. *num.* 8. *Mart. vot.* 46.
num. 25. *Rota coram ſan. mem. Greg. XV deciſ.* 502.
num. 2. & per conſequens locus deſtinatæ ſo-
20 ſolutionis potius, † quam vbi negotium ge-
ſtum eſt *l.* 3. *ff. bon. auth. Iud. poſſid. Mantic. de tac.
lib.* 3. *tit.* 13. *numer.* 18. *&* 22. *lib.* 14. *tit.* 39. *num.* 24.
Sacc. de camb. §. 2. *gl.* 5. *num.* 210.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA

ROMANA HAEREDITATIS DE FABIS.

Lunæ 29. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM

Poſſeſſio rei particularis apprehenſa per hæredem non ſuffragatur quoad alias res hæreditarias, nam licet ex apprehenſione rei particularis acquiſitum dicatur vniuerſum Ius hæreditarium, quia tamen poſſeſſio in eius adeptione factum deſiderat propterea neceſſaria eſt apprehenſio in ſingulis corporibus, quamuis titulus ſit vniuerſalis. In acquirenda poſſeſſione magis attenditur cauſa vniuerſalis actus, quam ipſius actus exercitium; hæc tamen concluſio declaratur vt procedat in mat ri,s habentibus quandam connexionem interſe, non autem in materijs diuiduis, & ſeparatis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex Inſtrumento actualis apprehenſionis, quod alio non exiſtente in poſſeſſione ſuffragatur etiam ad effectum manutentionis.*

2 *Poſſeſſio apprehenſa per hæredem rei particularis hæreditariæ cum titulo pro hærede ſuffragatur quo ad alia corpora hæreditaria.*

Intellige concluſionem procedere reſpectu acquiſitionis ipſius Iuris vniuerſalis; itaut apprehenſa ſeu reſtituta vna re particulari vniuerſum Ius hæreditarium acquiſitum dicatur num. 6.

Secus verò reſpectu ipſius poſſeſſionis, quæ dum in adeptione factum deſiderat ideò neceſſaria eſt particularis apprehenſio in omnibus corporibus quamuis titulus ſit vniuerſalis, & num. 7.

3 *Titulus pro hærede eſt vniuerſalis.*

4 *Fideicommiſſario ſi eſt facta reſtitutio per grauatum alicuius rei particularis, cenſetur facta reſtitutio quo ad omnes alias res, eo quod titulus fideicommiſſi eſt vniuerſalis.*

5 *In acquirenda poſſeſſione magis attenditur cauſa vniuerſalis actus, quam ipſius actus exercitium.*

Declara concluſionem procedere in materijs Iuriſdictionalibus decimalibus, & ſimilibus, in quibus vniuerſalitas cauſæ iuncto actualiquo particulari trahit poſſeſſionem totius ob contiguitatem quandam Iuris num. 8.

Quæ ratio non militat in rebus de ſui natura diuiduis, & actu ſeparatis num. 9.

6 Text. in l. reſtituta ff. ad Tribellianum iuncta gloſſ. *in verbo earum declaratur.*

7 *Poſſeſſio in eius ademptione factum deſiderat, & ideo in ſingulis corporibus hæreditarijs neceſſaria eſt aprehenſio quamuis titulus ſit vninerſalis.*

10 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 147. *Continuatiuum poſſeſſionis defuncti in hæredem loquitur de hærede ſuo cum taxatiua tantum.*

11 *Nec locum habet in hæredibus matris, quibus deeſt ſuitas.*

12 *Matri deeſt patria poteſtas, quæ eſt fundamentum ſuitatis.*

13 *Sequeſtrum etiam in prophanis apponitur, quando neutra pars poſſidet, vel ſaltim turbida eſt illarum poſſeſſio, donec de bono Iure cognoſcatur.*

Prima Pars.

DECISIO LI.

PROPOSVI dubium, An & cui dandum eſſet mandatum de manutenendo in poſſeſſione bonorum hæreditariorum Vittoriæ Tagliamocce, & dandum eſſe Catherinæ, & Petro reſponſum fuit quo ad domum, & mobilia; quo vero ad alia mandarunt Domini, quod appoſito ſequeſtro videatur de bono iure.

Nam domum, & mobilia poſſideri à Catherina, & Petro conſtat ex publico iſtru-
1 mento actualis apprehenſionis † quod alio
non exiſtente in poſſeſſione releuat etiam ad
effectum manutentionis *l. prædia vbi not. omnes
ff. acquir. poſſ. Abb. in cap. cum nobis num. 5. de præſcr.
Rot. dec. 629. num. 1. par. 4. diuerſ. & alias ſæpiſſime.*
Aliorum vero bonorum poſſeſſio non fuit
2 probata, nec ad eam acquirendam † ſatis fuit
ingreſſus Catherinæ, & Petri in alterum ex
corporibus hæreditarijs cum titu o pro hære-
3 de, qui † vniuerſalis eſt *text. in l. reſtituta 37.
ff. ad Treb. vbi gl. verb. earum not.* quod facta
fideicommiſſario per hæredem grauatum re-
4 ſtitutione in vna re, † cenſetur reſtitutio facta
in omnibus, eo quod titulus fideicommiſſi
5 eſt vniuerſalis, & regulare eſt quod † in acquirenda
poſſeſſione magis attenditur cauſa
vniuerſalis actus, quam ipſius actus exercitium
*Bald. in repet. l. 1. numer. 24. verſ. tu dic C.
emancip. lib. Felin. in cap. auditis num. 19. vbi infert
ad plura de præſcr. Gouagn. conſ. 9. num. 4. lib. 1. Rot.
dec. 139. nu. 12. par. 2. diuerſ. & in Romana locorum
montium 4. Iuly 1640. coram bon. mem. Coccino Decano.*
Quia *text. & gl. in dicta l. reſtituta* intelligen-
6 da eſt † reſpectu acquiſitionis ipſius iuris vni-
uerſalis ita vt apprehenſa ſeu reſtituta vna re
particulari vniuerſum ius hæreditatium ac-
quiſitum dicatur; ceterum quia poſſeſſio in
7 eius adeptione † factum deſiderat *l. quemadmo-
dum ff. acquir. poſſ.* propterea in ſingulis corpo-
ribus hæreditarijs neceſſaria eſt particularis ap-
prehenſio quamuis titulus ſit vniuerſalis vt
diſtinguendo bene explicat dictum *text. in l. re-
ſtituta Bart. ibid. ſub num. 1. verſ. quadam Iaſ. in l. 3.
num. 30. ff. acquir. poſſ. Alex. ibid. nu. 22. ff. eod. Innoc.
in cap. in præſentia nu. 2. de probat. Gomeſ. in leg. 45.
Taur. ſub nu. 39. infr. med.* vbi quod pro hac opi-
nione facit *text. in l. 1. §. veteris, & in l. qui abſen-
ti §. fin. ff. acquir. poſſ. Surd. conſ. 135. nu. 65. & conſ.
160. num. 12. Peregr. de fideic. art. 48. nu. 77. & ſeqq.
vbi reſpondit omn. contrar. Guttier. pract. quæſt. lib. 5.
cap. 64. numer. 3. & 5. Molin. de primog. lib. 4. cap. 2.
num. 22. & 23. Gaill. obſeru. 129. num. 6. & 8. lib. 2.
Menoch. de retin. rem. 3. num. 281.* qui loquitur in
ſpecie ad effectum manutentionis *Gratian. diſc.
210. numero 43.* & hanc opinionem continuo
amplexa fuit *Rot. dec. 162. nu. 11. dec. 403. num. 3.
par. 4. diuerſ. dec. 321. nu. 30. in impreſſ. poſt. Modern.
Peruſ. de mand. de manut.*
Et quod dicitur magis attendi cauſam vni-
8 uerſalem quam exercitium actus procedit †
in materijs iuriſdictionalibus, decimalibus vel
ſimilibus, in quibus vniuerſalitas cauſæ iun-
cto actu aliquo particulari trhait poſſeſſionem

totius quia in illis eſt dare contiguitatem, quamdam iuris, & acceſſionem partium inter ſe eo quod ſunt æque, & ſubiectiuè eiuſdem generis vt egregiè declarat *Felin. in dicto cap. auditis ſub numer. 19. col. 12. de præſcr. & latius Ant. de Butr. in cap. fin. num. 47. de cauſ. poſſ. & propr. poſt Innoc. in cap. dilectus ſub num. 3. verſ. nam cum de cappell. monach.* quem refert, & ſequitur *Bald. in l. 2. num. 57. verſ. ſed contra* vbi quod ea quæ ſunt eiuſdem rationis, & conditionis intelliguntur eſſe continua ideoque apprehenſo vno fit extenſio ad reliqua *Cod. ſeruit. & aqu. Oſtien. in dicto cap. dilectus ſub num. 1. verſ. nam cum hæc iura Io: Andr. ibid. nu. 4. verſ. ſic enim Henric. Boyc. nu. 9.*
9 *& ſeqq.* Quæ ratio ceſſat † in prædijs ac rebus de ſui natura diuiduis, & actu ipſo ſeparatis *Giouagn. conſ. 8. num. 129. lib. 1. Bald. Surd. & alij ſupra allegati Rot. dec. 35. num. 29. par. 5. recent.*

Minus quo ad alia bona ſuffragatur Catherinæ, & Petro *Stat. Vrb. cap. 147. lib. 1.* continua-
10 tiuum † poſſeſſionis defuncti in hæredem, quia cum loquatur de hærede ſuo cum taxatiua tantum ibi *in hæredes ſuos tantum* non
11 habet locum † in hæredibus matris, quibus
12 deeſt ſuitas ſicut matri † deeſt patria poteſtas quæ eſt fundamentum ſuitatis *§. ſui autem, & §. ſeq. inſt. hæred. qualit. & diff. §. fœminæ inſt. adopt. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 2. num. 51. cum alijs alleg. per Moderu. Braſſichellen. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 147. num. 5. & ſeqq.*

Atque hinc vtique preter domum, & mobilia debuit apponi ſequeſtrum, cui etiam in
13 profanis locus eſt † quando neutra partium poſſidet, vel ſaltem turbida eſt illarum poſſeſſio donec interim de bono iure cognoſcitur *Barboſ. in l. vnica num. 7. Cod. prohib. ſequeſtr. poſſ. & fruct. Abb. in cap. dilectus nu. 14. eod. tit. Menoch. de adipiſc. rem. 6. ſub numer. 32. & de retin. rem. vlt. num. 45. Scacc. de appell. quæſt. 17. lim. 6. mem. 2. n. 18. Ciriac. contr. 10. num. 61. Rot. dec. 435. par. 4. diuerſ.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

BONONIEN. SVCCESSIONIS DE ZANIS.

Veneris 17. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ excluſiuum fœminarum loquens de filijs maſculis legitimis fauet etiam legitimatis, quia per eos quoque conſeruatur agnatio à ſtatuentibus comtemplata. Religioſus Societatis Ieſu ſi emiſit tantum vota ſimplicia, per illa efficitur quidem verus religioſus, ſed non incapax dominij citra vſum, donec ſuperiori aliter videatur, vel ſolemnem profeſſionem emittat vt diſponunt Conſtitutiones Apoſtolicæ Societati conceſſæ, quæ procedunt nedum ad effectum retinendi ſed etiam acquirendi ac ſuccedendi ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato. Et in hoc Religioſi Societatis Ieſu diuerſam ſortiuntur naturam ab alijs regularibus, quia adhuc poſt vota ſimplicia dicuntur eſſe in probatione, & paupertatis votum emiſſum prædicatur de vſu, & adminiſtratione dependente à voluntate ſuperioris. Renunciatio facta cum declaratione quod renuncians intendit eam eſſe irreuocabilem, ſed quatenus religionem ingrediatur, & in ea maneat, alias enim vult eſſe infectam, purificata conditione ægreſſus, è Religione euaneſcit, & habetur ac ſi facta non eſſet, & renuncians omnia bona renunciata recuperat. Et plura notantur circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononiæ* ſub rubric. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcendend. & Collateral. §. dicti vero fratres, *eſt excluſiuum fœminarum propter maſculos.*

2 *Et loquens de filijs maſculis legitimis, locum habet etiam in legitimatis, quia per ipſos quoque conſeruatur agnatio à ſtatuentibus contemplata.*

3 *Hæres incapax ſucceſſionis, habetur ac ſi in rerum natura non exiſteret, & tunc hæreditas debetur in gradu proximiori.*

4 *Religioſus Societatis Ieſu eſt incapax ſucceſſionis ſi emiſit vota ſolemnia profeſſorum, vel coadiutorum formatorum.*

5 *Secus vero ſi emiſit tantum vota ſimplicia, quæ in Societate Ieſu ſolent poſt biennium emitti, per quæ efficitur quidem verus religioſus, ſed non incapax dominij citra vſum, donec ſuperiorialiter videatur, aut ſolemnem profeſſionem emittat.*

6 *Religioſus Societatis Ieſu ſi emiſit tantum vota ſimplicia eſt capax ſucceſſionis nedum ad effectum retinendi, ſed etiam acquirendi, ac ſuccedendi, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato.*

7 *Saltim quouſque per ſuperiorem talis acquiſitio irritetur.*

8 *Et in hoc Religioſi Societatis Ieſu diuerſam ſortiuntur naturam ab alijs Regularibus, quia adhuc poſt vota ſimplicia dicuntur eſſe in probatione, & votum paupertatis emiſſum prædicatur de vſu dependenti à voluntate ſuperioris.*

9 *Renuncians ex cauſa ingreſſus in Religionem ſi declarationem fecit velle renunciationem eſſe temporaliter irreuocabilem quatenus maneat in Religionem, habet talis declaratio implicitam reuocationem renunciationis, quotieſcumque deſinat in religione manere, & ab ea egrediatur.*

10 *Dictio* quatenus, *habet eundem ſenſum, ac dictio* quouſque.

11 *Religioſus Societatis Ieſu liberatur à vinculo Religionis ſtante licentia egrediendi, obtenta à P. Generali, cui ex conſtitutionibus Apoſtolicis, hæc facultas competit.*

12 *Quamuis idem Religioſus licentiæ cauſam præbuiſſet, ſi tamen non fecit cum malitia, vt è Societate dimitteretur, & ſufficit adhuc effectum cauſam præbitam non fuiſſe malitioſe ordinatam ad obtinendam dimiſſionem, & num. 13.*

14 *Et ceſſante malitioſa ſubordinatione, licentia obtenta non poteſt dici extorta, quæ eſt ratio cur dimiſſus non liberetur à voto, eo quod excludit liberam voluntatem dimittentis ad id neceſſariam.*

15 *Aſſertioni P. Generalis Societatis Ieſu ſtandum eſt quoad inſtas cauſas expreſſas in licentia dimittendi abſque alia extrinſeca probatione, & quenam*

reputetur

reputetur iuſta cauſa dimiſſionis? & numer. 16.

17 Deciſio 109. par.5. recent. *quo caſu loquatur?*

18 *Renunciatio facta ex cauſa ingreſſus in Religione ſub conditione quatenus in ea maneat, purificata conditione egreſſus, euaneſcit ac ſi facta non eſſet.*

19 *Et tunc renuncians omnia bona renunciata recuperat.*

20 *Verba adiecta in pacto reſolutiuo renunciationis* omnia, & ſingula ſint infecta *ſunt directa, & num.41. & 42.*

21 *Et operantur retrotranslationem bonorum ipſo iure abſque alia traditione in renunciantem.*

22 *In ſucceſſionibus ab inteſtato requiritur capacitas de tempore delatæ ſucceſſionis.*

23 *Et capacitas ſuperueniens poſt delatam ſucceſſionem non poteſt retrotrahi in præiudicium Iuris medio tempore alteri quæſiti declarat vt num.25. vbi declaruntur DD. allegati ſupra nu.23. & late nu.27.*

24 *Emancipatio filij adoptiui ſecuta poſt mortem patris naturalis, non retrotrahitur ad effectum, vt idem filius recuperet patris naturalis hæreditatem alteri medio tempore delatam.*

26 *Renunciatio facta à Religioſo Societatis Ieſu iuxta conſtitutiones eiuſdem Societatis valde differt à renunciatione facta ante ingreſſum, & cum pacto reſolutiuo.*

27 *Renuncians ex cauſa ingreſſus in religione cum expreſſa proteſtatione, & pacto reſolutiuo quatenus maneat in Religione, ſtatim ſecuto conditionis reſolutiuæ implemento per egreſſum renuncians debet admitti ad hæreditates ſibi competentes alteri medio tempore delatas.*

28 *Et hanc ſententiam firmant DD. allegati procedere ſaltim quo ad bona allodialia in ſcholaribus Ieſuitarum, exeuntibus à Societate poſt emiſſa tria vota ſimplicia.*

29 *Renuncians cum pacto reſolutiuo, tunc tale pactum operatur, quod Bona renunciata deferantur reuocabiliter, & maneant penès renunciatarium quodammodo in ſuſpenſo, donec purificetur.*

30 *Dictiones* ſi, & quatenus *ſunt ſuſpenſiuæ.*

31 *Renunciatio ſi continet pactum reſolutiuum, & renũciatarius bona renunciata acquirit ſub illa modificatione, & reuocabilitate, purificato pacto quod inhærebat à primordio acquiſitionis præiudicium conſiderari non poteſt in renunciatario.*

32 *Hæres deſinens eſſe hæres, fingi poteſt, quod nunquam fuerit.*

33 *Retrotractio quando fit ex voluntate renunciantis ad diem renunciationis, tunc ius medio tempore quæſitum tertio retrotractionem non impedit.*

34 *Hæres purificata conditione ſub qua erat inſtitutus ex fictione retrotractiua fingitur hæres vſque ab initio.*

35 *Legitimatio filij ſecuta ex præordinatione patris longè poſt eius mortem retrotrahitur, ac reintegrat legitimatum ad hæreditatem paternam delatam proximioribus agnatis ante legitimationem, & redditur ratio num. 36.*

37 *Captiuus poſtliminio reuerſus recuperat etiam hæreditates durante captiuitate delatas ob rationem ſuſpenſionis, & reuocabilitatis acquiſitionis interim factæ per agnatos.*

38 *Fictio legalis poſtliminij quod operatur, multo magis operari debet pactum reſolutiuum in renunciatione expreſſum.*

39 *Promiſſio hominis potentior eſt quam beneficium legis.*

40 *Egreſſus è religione poſt emiſſa vota æquiparatur captiuo ad patriam reuerſo.*

41 *Clauſula* omnia, & ſingula *eſt præciſa, & nihil vel minimum intactum relinquit.*

42 *Et æquipollet clauſulæ in* omnibus, & per omnia.

43 *Hæreditas acquiri non poteſt tranſuerſalibus, donec ſpes pendeat quod poſthumus naſcatur.*

44 *Iuramentum appoſitum in renunciatione expirat reſoluta renunciatione.*

45 *Periurium non incurritur ſine perfidia ac dolo.*

46 *Sententia declaratoria ſuper reſolutione renunciationis requiritur antequam renuncians agere poſſit iudicio poſſeſſorio ad bona renuciata.*

Limita non procedere quando factũ eſt clarũ n.48.

47 *Renuncianti denegatur remedium reintegrandæ, quia facto proprio cecidit à poſſeſſione.*

49 *Sententia declaratoria in notorijs non requiritur, & abſque ea poteſt ad exequutionem deueniri.*

50 *Renunciatio ex cauſa ingreſſus in Religionem reſoluta per purificationem conditionis in caſu egreſſus, operatur, vt renuncianti adeuitandos inutiles circuitus ſit danda immiſſio ad bona poſt renunciationem delata.*

51 *Quamuis ab alio poſſideantur titulo pro hærede.*

52 *Bona hæreditaria, mediante aditione deſinunt eſſe Teſtatoris, & efficiuntur propria adeuntis.*

DECISIO LII.

CAROLO filio naturali Comitis Ioannis de Zanis, & viuente patre per DD. de Campeggijs ampliſſimè legitimato dandam eſſe immiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditarium Com. Angeli patrui, Rota cenſuit, Monaſterio Monialium Sanctiſſimæ Trinitatis venientis ex perſona Monialis Febroniæ ſororis defuncti excluſo vigore
1 Statuti Bonon. † excluſiui fœminarum propter maſculos ſub *rub. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & collat. §. dicti verò fratres*, quod licet loqua-
2 tur † de filijs maſculis legitimis, fauet legitimatis, quia per ipſos quoque conſeruatur agnatio à ſtatuentibus contemplata, *Bald. in l. eam quam nu.26. C. de fideicom. Iaſ. in l. cum acutiſſimi num.6. C. eod. Caſtr. conſ.34. nu.2. verſ. ſimiliter, & conſ.102. in fin. lib.2. Decian. conſ.3. nu.86. lib.1. & de magis communi, Curt. iun. conſ.153. num. 9. & 10. Berou. conſ.14. nu.2. lib.2. Eugen. conſ.57. nu. 76. lib.1. Peregr. de fideic. art.23. num.30. Lup. de illegit. reſtit. comm.3. §.1. num.75.* in puncto huius ſtatuti *Gozad. conſ.6. num.70. & ſeqq. Rota Bonon. diuerſ. deciſ.6. num.99. & ſeqq.*

Nec obſtat, quod Carolus tempore mortis Com. Angeli iam emiſerat tria vota ſimplicia in Societate IESV, & ante ingreſſum in eam Religionem renunciauerat, & abdicauerat à ſe omne ius, & capacitatem ſuccedendi quibuſcunque attinentibus, tám ex teſtamento, quàm ab inteſtato, vnde ſtante incapacitate, † ac renunciatione Caroli, hæreditas patrui videtur delata Sorori Febroniæ in gradu proximiori, non ſecus ac ſi Carolus in rerum natura non exiſteret *l. 1. §. ſciendum, vbi*

Bart. ff. ſuis, & legit.hæred.Molin.de primog.lib.1.
cap.9.nu.29. & 30.Giurb.de ſucceſſ.feud.§.2. gl.4.
ſub num.4. & gloſ.6.num.65.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.
317.num.21.

Nam incapacitas reſpectu habitus, & vo-
4 torum obeſſet, ſi Carolus fuiſſet admiſſus ad
vota ſolemniter profeſſorum, vel coadiuto-
rum formatorum, cum autem ſolum emiſe-
5 rit vota ſimplicia; † quæ in Societate IESV
ſolent poſt biennium emitti, per illa euenit
quidem verus Religioſus, ſed non incapax
dominij citrà vſum, vtpote ſuo donec ſupe-
riori aliter videatur, aut vota coadiutorum
formatorum, ſeu ſolemnem profeſſionem
emittat, vt expreſsè diſponitur in *extrauag.*
Greg.XIII. incipien. Aſcendente Domino, & in con-
ſtit. Societatis par. 4. cap.4. quas procedere ne-
6 dum ad effectum retinendi, † ſed etiam ac-
quirendi, ac ſuccedendi, ſiue ex teſtamento,
ſiue ab inteſtato, notat *Molin. de iuſt. & iur.*
tract.2.diſput.139.col.3.verſ.illi, qui finito Sanchez.
ſuper decal.lib.7.c.1.ſub nu.38. & cap.18. num.23.
& 29.Pappon.arreſt.lib.21.tit.de ſucceſſ.Eccl. in ap-
7 *pend.par.2.* ſaltem † quouſque per ſuperiorem
talis acquiſitio irritetur, *Suarez.de Relig.tom.4.*
lib.4.cap.4 ſub num.6. verſ.imò licet. Layman.lib.4.
tract.5.cap.7.num.3.verſ.cæterum. Et in hoc Re-
8 ligioſi Societatis IESV † ſortiuntur naturam
diuerſam ab alijs Regularibus, quia adhuc poſt
vota ſimplicia dicuntur ad hunc effectum eſ-
ſe in probatione, & votum paupertatis emiſ-
ſum prædicatur de vſu, & adminiſtratione de-
pendenti à voluntate Superioris, *Vaſq.in par.2.*
tom.2.diſp.165.nu.104.in fin.Leſſ.de iuſ.& iur.lib.2.
cap.4.dubit.5.num.27.Garz.de beneſ.par.7.cap.10.
num.62.Barboſ.de iur.Eccleſ.lib.1.cap.41. nu.192.
Rot.in nullius, ſeu Caputaqu.penſionis coram bo. me.
Martino Andrea, quæ eſt deciſio 146. par.4. rec. &
deciſ.78.inter eius impreſſ. num.17. & 19.

Renunciatio verò, habet in ventre condi-
tionem expreſſam, ibi, *quam tamen ceſſionem, &*
renunciationem dixit velle facere irreuocabiliter qui-
dem, ſed tamen quatenus ingrediatur Religionem, &
in ea maneat, ſiue profeſſus, ſiue non, quia quatenus è
dicta Religione egrederetur, & habitum dimitteret,
vult omnia, & ſingula eſſe infecta. Quæ conditio
comprehendit omnem licitum egreſſum, ſiue
in anno Nouitiatus, ſiue poſt emiſſa vota ſim-
plicia. Tum quia renuncians duo tempora
enunciauit, quibus voluit donationem eſſe ir-
reuocabilem, videlicet ante, & poſt profeſſio-
nem, ibi *maneat ſiue profeſſus, ſiue non*, & ſicuti
manentia ante profeſſionem refertur ad om-
ne tempus, tàm Nouitiatus, quàm ſtatus
Scholaſtici, ità & huius manentiæ deſinentia,
in quam dirigitur reuocatio donationis; nam
9 declaratio, quod facit donationem irreuoca-
bilem temporaliter, quatenus maneat, habet
implicitam reuocationem donationis, & re-
integrationem donatoris ad bona donata
quotieſcumq; deſinat manere iuxt. *theor.Bart.*
in l.fin.§.quando num.1. & 2. ff. ad Tertull. quam
ſequitur *Bald.conſ.426.num.1.lib.3.Socc.conſ.10.*
num.6.& ſeqq.lib.3.Honded.conſ.14.num.14. lib.2.
Albert.Brun.de ſtatut.excluſ.fæmin.art.10. num.67.
Ambroſin.deciſ.Peruſin.46.nu.7. & ſeqq. par.2.Put.
dec.139.lib.2.in corr. qui doctores licèt loquan-
10 tur quando adeſt dictio *quouſque* † eundem ſen-
ſum habet dictio *quatenus, vt in l.rogatus ff.mand.*
l.Rutilia ff.contrah.empt.l. locus ff.verb. ſignif.Ruin.
conſ.61.num.43.lib.5.

Tum etiam quia in vtroque egreſſu militat
eadem ratio, & renuncians contemplatus fuit
egreſſum ſecundum ſubiectam materiam, ac
naturam Religionis, quam ingreſſurus erat,
in quantum ex eo efficeretur iterum capax
abſoluti dominij, & liberaretur à vinculo Re-
ligionis, prout liberatus fuit mediante licen-
11 tia † poſtmodum obtenta à Patre Generali,
cui ex Conſtitutionibus Apoſtolicis hęc facul-
tas competit, *vt not.Sanchez. ſuper decal. lib. 6.*
cap.9.num.62. & ſeqq.

12 Quamuis licentiæ cauſam præbuiſſet † Ca-
rolus per illius petitionem *Sanchez. ibid. lib. 7.*
cap.9.ſub num.70. vel præcedentem declaratio-
nem de ſuccedendo in hæreditate patrui, quia
illam non fecit cum malitia, vt è Societate di-
mitteretur, quinimò dixit velle ſe modis lici-
tis habitum dimittere, & vt dimiſſus plenam
liberationem à voto conſequatur, ſufficit
13 cauſam † ab illo prębitam non fuiſſe malitio-
sè ordinatam ad obtinendam dimiſſionem, &
ita eſt praxis Ieſuitarum, *vt in conſtit. Societatis*
par.2.cap.2.& in exam.cap.7. §. 1. & colligitur ex
decret.22.Congr.7.num. 4. ex trad.à Sanchez. ſuper
decalog.lib.4. cap.23.num.40.& 45.& lib.7.cap.9.
num.65.& duob.ſeqq.iuncto num.70.in fin. ceſſante
14 enim dicta malitioſa ſubordinatione † abeſt
licentiæ extorſio, quæ eſt ratio, cur dimiſſus
non liberetur à voto, eo quòd excludit libe-
ram voluntatem dimittentis ad id neceſſa-
riam, vt plenè *Leſſ. de iuſt. & iur. lib.2. cap.40.*
dub.20.nu.147.& per tot. Gratis autem dicitur,
Patrem Generalem motum fuiſſe ob periu-
rium Caroli, quod vt infra dicetur, vacat cul-
pa, nec probatur perueniſſe tunc ad notitiam
Generalis, quin potius ille in licentia expreſ-
ſit ſe dimittere iuſtis de cauſis petente Caro-
15 lo, de quibus ſtandum eſt dicto Generalis †
abſque alia extrinſeca probatione, & ipſa hę-
reditatis patrui delatio potuit à Patre Genera-
li conſiderari in ordine ad vtilitatem ſpiritua-
16 lem Caroli, quæ † eſt iuſta cauſa dimiſſionis
Leſſ.dicto tract.lib.2.cap.40.dub.17.numer.120. ibi
etiam vtilitas vouentis, & ſic nullatenus appli-
cantur, quæ dicuntur de expulſo à Religione
17 ob culpam, † de quo loquuntur allegati *in*
deciſ.109.par.5.recent.

Quare purificata conditione egreſſus è Re-
18 ligione, euanuit renunciatio, ac ſi facta non
eſſet *cap.verum, vbi gloſ. verb. conditione de condit.*
appoſ.l.1.§.item cum ipſe, & §.fin.ff.donat.l.1.& 2.
Cod. donat. quæ ſub modo, l. quoties §.vlt.ff.in diem
edict. & in propoſito *Dec.conſ.86.numer.5. circa*
med.verſ.& iſta donatio. Socc.conſ.83.num.3.lib.2.
19 & Carolus illicò omnia bona donata, † & iu-
ra ſuccedendi recuperauit vſq; ab initio. *Abb.*
in cap.quod à te nu.3.verſ.aut profeſſionem de cleric.
coniug. Anchar. in cap. ſtatuimus num.7. de regular.
Nattain his term.conſ.180.num.3.Azor.inſtit.moral.
lib.13.cap.9.quæſt.2.Sanchez.ſuper.decal.lib.7.cap.1
num.5.& cap.5.num.62.& 63. Gratian. diſcept.96.
num.22.

num.22.& ſeqq.Rot.in Roman.bonorum ſeu ſpolij 16.
Decembris 1605.*coram bon.mem.Lancellotto iuniori,*
20 maximè attentis verbis pacti reſolutiui † ibi
omnia, & ſingula ſint infecta, quæ quia directa
ſunt *Mant.de tacit.lib.4.tit.28.ſub num.* 13. ibi *res*
ſit inempta operantur retro translationem bo-
21 norum ipſo iure, † & abſque aliqua traditio-
ne in renunciantem *Lup. in l.2.nu.8. C.pact.int.*
empt.& vend.Tiraquell.de retract.conuent.§.1.gl.7.
num.14.& 15.Couar.variar.reſolut.lib.3.cap.8.n.1.
verſ.2.eadem concluſio,Mant.dicto tit.28.num.12.&
13.Seraph.deciſ.548.numer.1. Rot.deciſ.1.numer.4.
par.2.recent.

Non obſtat, quod licentia Generalis, qua
licitus egreſſus, ac renunciationis reſolutio
purificatur, emanauerit multo poſt delatam
hæreditatem Com. Angeli,& in ſucceſſoribus
22 ab inteſtato † requiratur capacitas de tempo-
re delatæ hæreditatis, *l. ſi cognatis ff. rebus dub.*
Alba conſ.106.num.12.Menoch.conſ.828.numer.33.
Surd.deciſ.20.num.8. cum alijs relatis per *Giurb.*
de ſucceſſ.feud.§.2.gloſ.4.n.3.& ſeqq.Ciriac.contr.4.
num.14. & 15. itaut quia ex tunc à die mortis
Comitis Angeli ob incapacitatem Caroli fuit
quæſita hæreditas Sor Febroniæ ſuperueniens
23 capacitas Caroli, † non poſſit retrotrahi in
præiudicium iuris alteri medio tempore quę-
ſiti, *Caſſan.conſil.26. num.13.* benè ad propoſi-
tum *Bart.in tract.minoric.lib.4.diſt.3.cap.2.num.9.*
verſ.contrarium quem ſequitur *Silueſtr. in ſumm.*
verbo Religio 4.nu.10.col.pen.verſ.& confirmatur,
Buratt.deciſ.510.num.3. & in puncto *Cutell. de*
donat.int.patrem,& filium cõtemplat.matrim.tract.1.
diſc.2.par.4.num.42.& 43.& par.6.numer.119. &
ſeqq.Franc.Salern.conſil.45.numer.14.& ſeqq.& eſt
bonus text.in §.at ij inſtit.de hered.qua ab inteſt. de-
fer. vbi habemus, quod emancipatio filij ado-
24 ptiui ſecuta poſt mortem patris naturalis,
non retrotrahitur ad effectum, vt idem filius
recuperet patris naturalis hæreditatem alteri
medio tempore delatam.

Nam quicquid ſit quando renunciationi
non ineſt à principio expreſſa proteſtatio, &
25 pactum reſolutiuum,† in quibus terminis lo-
quuntur Bart. & alij exaduerſo allegati,& ſi-
gnanter Cutell. & Salern. qui prętereà loqui-
tur de renunciatione facta iuxta Conſtitutio-
26 nes Societatis IESV † quæ longè ad effectum,
de quo agitur differt à noſtra emanata ante
ingreſſum vt not. *Sanchez. ſuper decal.lib.7.c.1.*
nu.37.& 38. & pariter in terminis §. at ij nul-
lum aderat pactum reſolutiuum in caſum
emancipationis.

Sanè renunciatione cõcepta ſub huiuſmodi
27 pacto, † & amplius, cum proteſtatione, ac
declaratione, quod non intelligantur bona
donata irreuocabiliter acquiſita, donatarijs,
niſi ſi, & quatenus renuncians maneat in Re-
ligione, ſtatim ſecuto conditionis reſolutiuæ
implemento per egreſſum è Religione renun-
cians admittendus eſt etiam ad hæreditates
medio tempore alteri delatas, vt in puncto
Natt.conſ.180.num.2.& ſeqq.vbi præſertim num.4.
ſic diſtinguendo inter caſum, in quo adur nec
ne proteſtatio reſolutiua reſponuit *ad doctor.*
Bart.tract.minoric. exaduerſo allegati, & eſt di-
ſtinctio originaliter *Ioannis Andreæ in cap.ſtatui-*
mus num.2.de regular. quam ſecuti ſunt ibidem
Hoſt.num.4.verſ.quid de his Abb.numer.4.verſ.reſ-
pondit Anchar.num.7.verſ.dicit Card. Zabar. nu. 6.
28 & eandem ſententiam ſaltem † quoad bona
allodialia firmat in Scholaribus Ieſuitarum
exeuntibus è Societate poſt emiſſa tria vota
ſimplicia, *Cutel.de donat.tract.1.diſc.2.par.4.ſub*
num.6.& 17.& ſub num. 23.verſ.ſecundus eſt caſus
poſt *Carol.de Craſſ.de effect.cleric.eff.4.num.26.*

Illa enim proteſtatio,& pactũ reſolutiuum
29 operatur,† vt omne quod alijs durante poſſi-
bilitate egreſſus renũciantis defertur, deferatur
reuocabiliter,& maneat quodammodo in ſuſ-
penſo, ponderando præſertim dictiones, *ſi &*
30 *quatenus,* poſitas in renunciatione, quæ ſunt
ſuſpenſiuæ *Bat.in l.1.num 7.ff.condit. & demonſtr.*
Oldrad.conſ.242.ſub num.7. Bald. conſ.150. num.7.
verſ. reſtat lib.5. Vnde cum renunciationis ef-
fectus non fuerit conſumatus irreuocabiliter,
& donatarij bona poſtmodum delata acquiſi-
uerint ſub illa modificatione, & reuocabili-
31 tate, † ex eorumdem bonorum reſtitutione
in caſum purificatæ reuocationis, quæ inhæ-
rebat à primordio acquiſitionis præiudicium
non ſentiunt *Natt.d.conſ.180.num.4.* facit *Card.*
32 *Mantic.deciſ.30.nu.7.& 8.* nec tàm dicuntur †
deſinere eſſe hæredes, quàm fingi nunquam
fuiſſe, vt per *Alberic. in l. 2.numer.2.* vbi etiam
Bald.in 2.lect.verſ. nec obſtat.ff. ſi pars hered.petat.
Gomeſ.variar.reſolut.tom.1.cap. 2.ſub num.15.verſ.
ſed iſta opinio Rota coram ſan.mem.Greg.XV. deciſ.
85.num.29.

Et per conſequens non adeſt obſtaculum
iuris medio tempore quæſiti tertio, quod im-
33 pediat retractionem † egreſſus ad diem re-
nunciationis, ſed conditionis reſolutiuæ im-
plementum, etiam quoad bona vt ſupra dela-
ta retrotrahitur ex voluntate renunciantis ad
diem renunciationis vinculis eiuſdem renun-
ciationis, vt inquit *Bald.in rubr. extr. de ſumm.*
Trinit.& fid. Cathol.num.17.Laderch.conſ.42.n.4.
Menoch.conſ.851.nu.37.Rimin.iun. conſ.529.n.50.
Rot.in Taurinen.donationis coram R.P.D.meo Mer-
lino impreſſ.par.6.recent.deciſ.174. num. 26. ac ſi-
cuti defectus egreſſus ex futuro euentu ſolem-
nis profeſſionis, aut vitæ coadiutorum forma-
torum ad impoſſibile reducendi, feciſſet do-
natarios hæredes irreuocabiles in totum, ita
34 eiuſdem egreſſus purificatio † ex fictione re-
trotractiua fecit hæredem Carolum vſque ab
initio *Alex. conſ.162. numer.5.lib.2.Ruin.conſ.97.*
num.6.lib.2.Greg.XV. d.deciſ.85. num.25.

Non ſecus ac ſuperueniens legitimatio filij
35 ſecuta † ex præordinatione patris longe poſt
eius mortem retrotrahitur, ac reintegrat le-
gitimatum ad hereditatem paternam delatam
ante legitimationem proximioribus agnatis,
36 quia ea præordinatio † effecit, vt agnatis de-
ferretur hæreditas reuocabiliter, & irreuoca-
bilis acquiſitio ſtaret in ſuſpenſo, quicquid ſit,
vti talis præordinatio non adeſt *Rip.in l.2.n.26.*
ff.vulg.& pup.Alex.conſ.139.numer.2.lib.1. Berou.
conſ.178.num.2.lib.2.Burſatt. conſ.76.num.42.Rot.
Bonon.conſ.unico poſt deciſ. Barz. num.5. Cotta de
retrotr. cap.8. caſ.32. num.13.Gratian.diſcept.635.

num.20.& ſeqq.Rot.in Romana hæreditatis de Virili
3. Decemb.1640. coram bon.mem. Coccino.

Vel captiuus poſtliminio reuerſus recupe-
37 rat † etiam hæreditates durante captiuitate
delatas ob eamdem rationem ſuſpenſionis, &
reuocabilitatis acquiſitionis interim factæ per
agnatos *l. illa inſtitutio 32.§.1.ff.hæred.inſtit. l. ex*
facto §. fin.ff.vulg.& pupill. l. bona §. 1. ff. capt.&
poſtlim.reuerſ.l.2.§.ſi verò apud hoſtes ff.ad Tertull.
Cyriac.contr.205. num. 80. quod enim operatur
38 legalis fictio poſtliminij † operari multo ma-
gis debet realis declaratio renunciantis,& pa-
ctum reſolutiuum in renunciatione expreſ-
ſum, quia propria prouiſione nihil eſt tutiùs,
39 aut munitiùs, & potentior eſt prouiſio † ho-
minis quàm beneficium legis, vt in terminis
ait *Natt.dicto conſ.180.ſub num.5.verſ.nam propria*
ex gl.magna in l.aſſiduis C.qui potior.in pignor. hab.
40 egreſſumq; è Religione poſt emiſſa vota †
captiuo ad patriam reuerſo æquiparant *in*
fortior.term.Bald. in d. l. ex facto §. fin.num.6.An-
gel.num.3.verſ. nam pone exemplum. Iaſ. ſub num.
10.Carol.de Graſſ.de effect.cleric.eff.4. ſub num.32.

Et alioquin non ſeruaretur voluntas re-
nunciantis, qui explicitè declarauit, velle ſe,
quod ſecuto egreſſu omnia, & ſingula ſint in-
fecta, nam remaneret effectus renunciationis
in hæreditate iam delata contra eius volunta-
tem expreſſam ſub clauſula vniuerſali *omnia,*
41 *& ſingula*, † quæ eſt præciſa, & nihil vel mi-
nimum intactum relinquit *Gabr.conſ.144.n.66.*
& ſeqq.lib.2.Surd.conſil.308.nu.41.Cened. ſing.72.
42 *num.1.Oſaſch. deciſ.90. num.4.* æquipolletque †
clauſulæ in omnibus, & per omnia *Cened.ſing.*
77.nu.3.& fuit dictum in Mutinen.dotis 16.Ianuarij
1641. coram R.P.D. meo Panzirolo.

Addebant aliqui ex Dominis,quod nèc an-
tea egreſſum Caroli è Religione delata fuerat
hæreditas tranſuerſalibus, qualis eſt Soror Fe-
bronia, quia ſtatim mortuo Comite Angelo
fuit deputatus curator ventri prægnanti eius
vxoris,& non niſi poſt dictum egreſſum eua-
43 nuit natiuitatis poſthumi opinio, ac ſpes, †
qua pendente, nec aduerſariæ, nec alijs tran-
ſuerſalibus hæredita acquiri poterat, *l. ven-*
tre, vbi Bart.num.1. l. cum quidam §. quod dicitur
ff. aquir.hæred.l.antiqui ff. ſi pars hæreditatis pet.

Non obſtat iuramentum appoſitum in re-
44 nunciatione, † quia expirauit per egreſſum
Caroli è Religione, prout ipſa renunciatio.
Abb. in cap. quemadmodum in not. in fin. de iur.iur.
Natt. in ſpecie d. conſ.180.nu.8.& 9. & licet Ca-
rolus priuſquàm egrederetur geſſerit ſe pro
hærede patrui, quia tamen eodem contextu
declarauit ſe velle modis tamen licitis habi-
45 tum dimittere caruit perfidia, & dolo, † ſine
quibus non incurritur periurium *l. qui iuraſſe*
in princ.ff.iur.iur.cap.quæritur §. item opponitur 22.
quæſt.2. Mant.deciſ.221.n.5.Seraph. dec.1243.n.6.

Tandem non obſtat, quod ſaltem requira-
tur ſententia declaratoria ſuper facto, hoc eſt
46 reſolutione renunciationis, † antequam Ca-
rolus agere poſſit iudicio poſſeſſorio, & inte-
rim non ſit retardanda immiſſio Monialium,
Gabr. conſil.44. numer.11. & conſil.51. numer.34.
lib. 1. Buratt. deciſ.136. numer.27.

Tùm quia Doctores allegati non loquun-
tur de poſſeſſorio adipiſcendæ, ſed reintegran-
47 dæ, illudque merito denegant renuncianti, †
quia facto proprio cecidit à poſſeſſione. Tùm
etiam quia idem *Gabr. d. conſ.51. ſub numer.36.*
verſ. ſeq. quia lib. 1. limitat prædictam conclu-
48 ſionem, † quando factum eſt clarum, nam
49 in notorijs deueniri † poteſt ad executionem
abſque alia ſententia declaratoria, *Abb.in cap.*
peruenit il primo num.7.de appellat.Præpoſ.ibid.n.6.
Beron.conſ.176.nu.96. lib.1. clariſſimum autem
in caſu noſtro eſt factum renunciationis con-
50 ditionalis, † egreſſuſque Caroli è Religione,
cum legitima licentia Patris Generalis, adeo
quod ad euitandos inutiles circuitus illi ſit
danda immiſſio reiecta petitione Monialium
iuxta diſtinctionem *Giurb. deciſ. 55. numer.22.*
poſt Milanen.deciſ.2.num.159.lib.2.Intrigl.ſing.16.
51 *num.4.lib. 2.* quarum poſſeſſio † titulo vniuer-
ſali pro herede non retardat iudicium immiſ-
ſionis, *Rip. in l. 1. numer.15. ff. quorum bonorum*
Menoch.de adipiſc.remed.1.num.80.Peregr.de fideic.
art.46.num.15.

Ex quibus reſolutum fuit dandam eſſe im-
miſſionem Carolo, tàm in bonis patrui,
quàm auiæ paternæ, quæ adita illius hæredi-
52 tate † per Comites Ioannem, & Angelum
filios deſierant eſſe materna, & effecta fue-
rant propria adeuntium, *l. ſed ſi plures §. filio.*
ff. vulg. l.cum hæredes ff. acquir.poſſ.Eugen.conſ.88.
num.81.lib.1. exceptis tamen bonis emphyteo-
ticis Eccleſiæ,de quibus quatenus opus ſit po-
terit, particulariter videri.

Et ita deciſum vtraque parte iterum, atque
iterum acerrimè informante.

THEATINA SEV NVLLIVS ABBATIAE.

Veneris 17. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Regreſſui vt locus ſit ad fauorem reſignantis, vltra moram reſignatarij in ſoluendo penſionem requiritur etiam magna proteruia; Concluſio tamen non procedit quando in litteris fuit generaliter diſpoſitum, quod retardante reſignatario ſoluere per tres menſes computañ à fine cuiuslibet termini poſſit reſignans vnica præcedente intimatione capere propria authoritate poſſeſſionem beneficij, nam terminus in litteris præfixus eſt attendendus, ac partium conuentio à Papa approbata nec requiritur alia declaratoria ſuper lapſu temporis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio beneficij probatur ex locationibus membrorum eiuſdem beneficij in præiudicium locatoris.*
2 *Poſſeſſio probatur ex teſtibus abſque eo quod reddant cauſam ſcientiæ, quia poſſidere cadit ſub ſenſu viſus.*
3 *Poſſeſſio probatur ex Inſtrumento captæ poſſeſſionis iuncto mandato de manutenendo ſucceſſiue obtento, tanquam in neceſſarium antecedens.*

4 *Creditor*

4 *Creditor habet intentionem fundatam ſuper credito, & mora debitoris, eo ipſo quod debitor ſolutionem debiti non probat.*

5 *Deciſiones Rotales iuxta ſtylum Tribunalis veniunt ſupponendæ.*

6 *In iudicio regreſſus habenda eſt etiam ratio terminorum pendente lite maturatorum.*

7 *Prout idem ſeruatur in Iudicio caducitatis ob non ſolutum canonem.*

8 *Regreſſus, vt locus ſit non ſufficit quælibet mora, ſed requiritur pertinacia, & magna propteruia.*

9 *Limita non procedere quando in litteris fuit ſpecialiter diſpoſitum, quod retardante reſignatario ſoluere per tres menſes à fine cuiuslibet termini conputan. poſſit reſignans vnica præcedente intimatione poſſeſſionem propria authoritate capere, nam terminus in litteris præfixus eſt attendendus.*

10 *Conuentio inter reſignantem, & reſignatarium authoritate Papæ celebrata ſeruanda eſt.*

11 *Conuentione non ſeruata inter reſignantem, & reſignatarium, deficit conſenſus reſignantis, qui alioquin non reſignaſſet.*

12 *Regreſſus intentatus ob conuentionem non ſeruatam inter reſignantem, & reſignatarium, tunc non ſtat per modum pænæ, ſeu priuationis, ſed conditionis, & modi, qui ineſt reitraditæ ex voluntate partium auctoritate Papæ.*

13 *Sententia declaratoria quando non requiratur in Iudicio regreſſus ſuper lapſu temporis, ſeu mora debitoris? & num. 16.*

14 *Sententia declaratoria præcedere debet in pænalibus.*

15 Dictio A. *denotat tempus immediatum poſt finem termini.*

17 *Proteruia in non ſoluendo penſionem in reſignatario ex quibus deducatur?*

18 *Remiſſoria conceſſa cum retardatione vel ſine arbitrio Rotæ non retardat proceſſum adulteriora Rota ſic mandante præſertim quando non lauis concurrit præſumptio, quod illa tendit ad differendam cauſæ expeditionem.*

DECISIO LIII.

IN vim ſpecialis conuentionis initæ inter D. Abb. Fædericum Capponium reſignantem, & Abb. Ioſephum Strappolam reſignatarium auctoritate Apoſtolica confirmatæ, & decreti appoſiti in litteris reſignationis tenoris ſequentis. *Cum decreto, quod in toto, vel in parte ceſſante Ioſepho ſeu ſucceſſoribus, &c. ſeu dictam penſionem per tres menſes à fine cuiuslibet terminis computandos perſoluere retardante, &c. liceat eidem Federico ad Monaſterium ſeu Eccleſiam huiuſmodi liberum habere regreſſum, illiuſque realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem per ſe, vel per alium ſua propria auctoritate, liberè, abſque vllo Ioſephi deſuper habendo conſenſu, Iudicis Miniſterio, & Iudicij forma in nihilo ſeruata, vnica præcedenti intimatione ſeu citatione abſque vitio Spolij, & attentatorum libere apprendere, &c.*

Idem Abb. Fædericus mouit Iudicium regreſſus ad Abbatiam reſſignatam, & præuiis duabus deciſionibus circa liquidationem crediti, & moram Strappulæ in ſoluendo, ſex & amplius terminos penſionum decurſurum per totum annum 1639. diſputatoque de inde dubio coram bon. mem. Coccino An ſit locus regreſſui obtinuit fauorabilem deciſionem, quam hodie Domini confirmarunt.

Cum enim de ingreſſu Strappulæ in poſſeſ-
ſionem Abbatiæ de anno 1630. & locationi-
bus ab eo abbatiali nomine factis membro-
1 rum ad Abbatiam ſpectantium, quæ ſolæ †
ſufficerent ad probandam poſſeſſionem con-
tra Strappulam Locatorem *Gabr. de locat. concluſ. 4. num. 14. Menoch. de retinen. remed. 3. nu. 571. Rot. deciſ. 766. num. 3. par. 2. diuerſ. Caual. deciſ. 48. num. 1. Add. ad Greg. XV. deciſ. 6. num. 5.* deponant
Teſtes examinati ad inſtantiam Aduerſarij,
quorum alter fuit præſens, & benè poſſeſſio-
2 nem probant † abſque eo quod reddant cau-
ſam ſcientiæ, quia poſſidere cadit ſub ſenſum
Corporis, nempè viſus *Salicet. in l. ſolam ſub num. 3. C. de teſtib. Innoc. in cap. cum cauſam num. 3. eodem tit. & ibidem Butr. nu. 18. Henric. Boich. n. 11. Farin. tract. de teſtib. quæſt. 7. cap. 2. num. 122. Cæſar. de Craſſ. deciſ. 14. numer. 3. & 4. eodem tit. Rot. deciſ. 307. num. 6. par. 1. recent.* Iuncto præſertim iſtru-
mento publico poſſeſſionis apprehenſę in vim
literarum reſſignationis ſub die 22. Ianuarij
1630. mandato de manutenendo ſucceſſiuè
3 exaduerſo obtento, quo pariter probatur † poſ-
ſeſſio Strappulæ, tamquam neceſſarium an-
tecedens, & ſubiectum manutentionis *Caual. deciſ. 217. num. 2. deciſ. 501. num. 1.*

Habet Abb. Fædericus fundatam intentio-
nem ſuper credito, & mora debitoris in ſol-
4 uendo eo ipſo, † quod debitor non probat
ſolutiones, vt in ſpecie *Gambar. de auct. legat. lib. 6. num. 511. quæſt. 19. Grat. diſcept. 921. num. 17.*
earum autem probatio deficit, quoad ſcuta
719. auri de Camera per totum annum 1639.
vt latius in duabus deciſionibus emanati 26. Martij,
5 *& 28. Iunij 1640. coram bon. mem. Coccino*, quę †
iuxta ſtilum Tribunalis ſupponendæ ſunt,
& deinde pendente lite maturarunt, alij duo
6 termini anni 1640. † quorum etiam habenda
eſt ratio in Iudicio regreſſus, prout habetur in
7 Iudicio caducitatis † ob non ſolutum Cano-
nem *Capic. deciſ. 16. num. 6. Caputaqu. deciſ. 299. num. 1. par. 1. Acchil. deciſ. 1. de locat. Put. deciſ. 426. lib. 3. Seraph. deciſ. 958. num. 2.*

Nec obſtat quod ad effectum regreſſus non
8 ſufficiat † quęlibet mora, ſed requiratur per-
tinacia, & magna proteruia *Sarnen. ſuper reg. de ſubrogan. quæſt. 7. num. 3. verſ. ſecundus caſus, cum alijs allegat. in Cæſarauguſtana penſionis 13. Nouembris 1591. coram bon. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio impreſſ. apud Marcheſ. tom. 1. fol. 568. nu. 4. In Baren. Archipresbiteratus ſeu regreſſus 3. Iunij 1626. coram Reuerendiſſimo D. meo Pirouano Decano, & in Bracaren. Thaſaurariæ 22. Iunij 1629. coram eodem Gratian. diſcept. 921. ſub num.* 9. vbi
quod debet præcedere declaratoria, quod
tempus ſit lapſum.

9 Quia hoc non procedit † quando vt hic fuit
ſpecialiter diſpoſitum quod retardante Reſi-
gnatario ſoluere per tres menſes à fine cuiuſ-
libet termini computandos poſſit reſignans
vnica præcedente intimatione capere propria
auctoritate poſſeſſionem beneficij reſignati,
nam attendendus eſt terminus in litteris præ-

fixus

ſiſſus *Rebuff. in praxi benef. tit. de regreſſib. in fin. verſ. verum vt ad rem. veniamus Pariſ. de reſignat lib.6. quæſt. 3. num. 14. verſ. ſecundo quæro Lotter. de re. benef. lib. 1. quæſt. 40. numer. 271. Put. deciſ. 81. in princip. verſ. cum litteræ dicant lib. 2. in correctis*, &
10 ſeruanda conuentio † inter reſignantem eo reſignatarium cum auctoritate Papæ celebrata *l. prima l. Iuris gentium §. Prætor ait ff. de pactis l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. Iuris in puncto Barboſ. in prax. exigendi penſiones quæſt. 9. numer. 8.* qua non ſeruata deficit conſenſus reſignan-
11 tis, † qui alioquin non reſignaſſet, vt in terminis regreſſus fuit dictum *in Cremonen. Penſionis 23. Iunij 1623. coram bon. mem. Vbaldo Seniori,*
12 adeo quod regreſſus, † eiuſque canonizatio non ſtat per modum penæ, ſeu priuationis, ſed conditionis, & modi, qui ineſt rei traditę ex voluntate partium auctoritate Papę *Lotther. de re benefic. d. lib. 1. q. 40. n. 293. Barboſ. d. q. 9 n. 14.*

Et per conſequens non requiritur aliqua
13 declaratoria † ſuper lapſu temporis, ſeu mo-
14 ra debitoris prout ſolet † in pœnalibus iuxta trad. *per Felin. in cap. Rodulphus ex num. 36. de reſcript.* non quidem ratione ſubiecti, quia non eſt pæna, nō etiam ratione facti, eo quod ſit illiquidum quia imò liquidiſſima eſt debitoris mora cuius initium ſtatuitur in litteris Apoſtolicis ſtatim à fine cuiuslibet ter-
15 mini ponderando dictionem *A.* quæ † denotat tempus immediatum poſt finem termini *l. Pater §. ſexaginta ff. ad l. Iuliam de Adulterijs Tiraq. in l. ſi vnquam verbo, & poſtea num. 21. C. de reuoc. donat. Caned. Singular. primo num. 23.* & cum litterę concedant regreſſum ob moram trium menſium à fine cuiuslibet termini, vnica præcedente intimatione; & propria auctoritate
16 ſatis excludunt † neceſſitatem declaratorię, in in puncto *Gratian. diſcep. 921. num. 10.* ſeu magnę
17 proteruiæ, † qua præterea non vacat fortaſſis Strappula, dum non ſolum ceſſauit ſoluere per tres menſes, ſed per quadriennium vt in ſpecie animaduertit *Rot. in dicta Bracaren. Theſaurariæ 22. Iuny 1629. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. Non obſtat* ibi, quia de magna proteruia.

Tandem non obſtant articuli exaduerſo dati ad probandum quod Abb. Fædericus continuo locauit bona Abbatiæ, percepitque fructus longè maiores debito penſionum, Quia articulatæ locationes poſt reſignationem fuerunt factæ non vti à poſſeſſore, ſed Creditore, & pro ſecuritate penſionum decurrendarum, & in deciſionibus bon. mem. Coccini calculati fuerunt in diminutionem debiti Strappulæ omnes affictus, & pecuniæ ab Abb. Fæderico perceptæ; præterquod non dum ſuper articulis fuerunt examinati Teſtes, & remiſſoria deſuper conceſſa fuit cum retardatione vel ſine, arbitrio Rotæ, † nec propterea retardat proceſſum ad vlteriora Rota ſic arbitrante ex non læui præſumptione quod debitor ſub, mendicato prætextu remiſſoriæ tendat ad differendam cauſæ expeditionem prout ſeruatum fuit *in Barbaſtren. decimarum 25. Iunij 1640. coram R.P.D. meo Carillo.*

Et ita deciſum.

ROMANA HÆREDITATIS DE VIRILIS.

Veneris 24. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Legitimatio dupplex obtineri poteſt, & ſi vna non ſuffragatur poteſt legitimatus iuuari alia, præſertim quando ſecunda legitimatio fuit obtenta de voluntate, & præordinatione patris, etiamſi obtenta fuerit poſt mortem patris, & litem introductam, quia adhuc ſuſtinetur, & retrotrahitur, & legitimatus reintegratur ad hæreditatem paternam alteri medio tempore delatam. Et voluntas patris nedum diſpoſitiua in teſtamento, ſed etiam inter viuos, & ex coniecturis elicita ſuffragatur legitimato, & ex quibus talis voluntas probata remaneat? Citatio filiorum non eſt neceſſaria in legitimatione quando in priuilegio legitimantis adeſt clauſula *citatis, & non citatis*, & quando legitimatio fit de conſenſu patris.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum bonorum non competit contra hæredem ſcriptum, quia cauſa teſtati ceſſare facit cauſam inteſtati.*
2 *Legitimatio purè, & legitimè facta reddit legitimatum capacem paternæ inſtitutionis ac ſucceſſionis.*
3 *Amplia, etiam in concurſu filij legitimi, & naturalis.*
4 *Legitimatus dupplicem habens legitimationem, ſi vna non ſuffragatur iuuari poteſt ſecunda, vti ſibi magis proficua.*
5 *Legitimatio ſecunda obtenta poſt mortem patris, ac litem introductam adhuc ſuffragatur legitimato, itaut ex vi retrotractionis reintegretur ad hæreditatem paternam alteri medio tempore delatam, quando legitimatio emanauit ex præordinatione, & voluntate patris.*
6 *Voluntas patris quod filius obtineat ſecundã legitimationem probatur ex teſtibus explicite deponentibus de facultate conceſſa obtinendi aliam, quatenus prima non ſuffragetur, & num. 8., & talis voluntas probari etiam poteſt ex ſignis, & coniecturis num. 9.*
7 *Teſtes dicuntur conteſtes ſi concordant in loco, tempore & ſubſtantia, licet in verbis formalibus non conuenirent.*
10 *Voluntas patris ad effectum obtinendi ſecundam legitimationem requiritur, quod ſit diſpoſitiua in teſtamento.*
11 *Voluntas patris etiam elicita ex coniecturis, & emiſſa in actu inter viuos ſuffragatur.*
12 Bartol. in l. Gallus §. & quid ſi tantum declaratur à Soccin. Iunior. conſ. 120. nu. 16. & 40.
13 Ruin. conſ. 109. num. 25. lib. 3. reprobatur a Ladrech. conſ. 23. ſub num. 22.
14 *Facultas conceſſa à Patre filio obtinendi legitimationem comprehendit etiam legitimationem poſt mortem, quamuis id expreſſum non fuerit.*
15 *In legitimatione filius legitimus, & naturalis citari debet; quicquid ſit de agnatis.*
Limita non procedere quando in priuilegio legitimantis

timantis adeſt clauſa citatis,&non citatis,*cuius vigore remittitur neceſſitas citationis nu.17. Item nec minus, quando legitimatio fit de conſenſu patris, & redditur ratio num.19. & 20.*

16 *Priuilegium DD. de Campegijs Sapius fuit à Rota canonizatum.*

18 Dec. conſ.393.num.6.declaratur.

21 *Inſtitutio hæredis propter errorem vitiatur.*

22 *Legitimatus ſi fuit à patre hæres inſtitutus non cenſetur inſtitutus vigore primæ legitimationis inſubſiſtentis, ſed alterius futuræ obtinendæ vigore facultatis à patre conceſſæ.*

23 *Verbum* legitimatus *quamuis præſentis temporis ex præſumpta voluntate Teſtatoris refertur quoque ad legitimationem faciendam.*

24 *Vocatio de filijs natis, refertur etiam ad naſcituros, quando ſubeſt veriſimilis voluntas Teſtatoris.*

25 *Teſtator quid veriſimiliter ſenſerit, ſemper attendi debet impropriando quoque verba, quatenus opus ſit, vt menti inſeruiant.*

26 *Statutum vrbis* cap.144. lib.1. *prohibet patri ne filio legitimato, exiſtente filio legitimo, & naturali, vltra medietatem bonorum relinquat.*

27 *Statutum prædictum, vt locum habeat requiritur vtraque ſubiectio perſonæ, & bonorum.*

28 *Spurius eſt etiam capax poſſeſſionis.*

DECISIO LIV.

ITERVM denegata fuit immiſſio Sigiſmundæ filiæ legitimę, & naturali Cipriani
Virilis agenti ex interdicto quorum bonorum
aduerſus Carolum, eiuſdem Cipriani filium
legitimatum, & in Teſtamento Patris hæredem
inſtitutum, quia interdictum huiuſmo-
1 di † non competit contra hæredem ſcriptum
cum cauſa Teſtati faciat ceſſare cauſam Inteſtati
*l. quandiu 39.ff. acquir. hæred.Rimin.Iun.conſ.
532.num.49.Ciriac controu. 46. num.17.* & legiti-
2 matio pure, † ac ſimpliciter facta, reddidit Carolum
capacem paternę inſtitutionis Teſtamentarię
ac ſucceſſionis *Giouagn.conſ.31.nu.26.
lib.1.Riminal.Iun.conſ.215.num.51.conſ.540.n.17.
& ſeqq.Menoch.conſ 266. num.20. Burſatt.conſ.85.
numer.11. & ſeqq. Gomeſ. ad leg.Taur.9.& 3.ſeqq.
3 num.86.* Etiam in concurſu † filiæ legitimæ, &
naturalis *Caſtren. in l.Gallus §. & quid ſi tantum
ſub numer.16. ff.deliber. & poſthum. Alex.conſil.51.
num.1. . . lib.2.conſ.188.numer.14.& ſeqq.lib.5.
Cabball.conſ.164.num.16.lib.1.cum alijs allegat.per
Peregrin.de fid.comm. art.23. ſub num.58.*

Habet autem Carolus dupplicem legiti-
4 mationem † alteram Archiuij obtentam ab
ipſo patre dum viueret, alteram DD.de Campegijs
de mandato patris poſt eius mortem à
ſemet impetratam, & poteſt vti ſibi magis
proficua *Caſtren.conſ.41.verſ. ſed quia ſubeſt alia
lib.2.Dec.conſ.55.num.7. conſ.338.nu.8. conſ.393.
num.3.conſ.698. num.1.Laderch.conſ.107.num.13.
Riminal.Iun.conſ.79. num.24. conſ.215.numer.49.
Eugen.conſ.57.nu.58.& ſeqq.lib.1.Gratian. diſcept.
635. num.16.* Vnde omiſſa pro nunc legitimatione
Archiuij ſuffragatur Carolo ſequens
5 DD. de Campegijs, quæ licet emanauerit †
poſt obitum Patris, & litem motam, tamquam
obtenta de voluntate Patris ſubſtinetur,
ac retrotrahitur; itaut ex ea filius reintegretur
ad hæreditatem paternam, medio tempore
delatam Sigiſmundæ quia dicta Patris
voluntas efficit, vt deferretur reuocabiliter
donec Carolus legitimaretur, vt *vltra allegatos
in deciſione quæ reuidetur Rip.in l.ſecunda nu.26.
ff. de vulgar.& pupill. Alex. conſ.139. num.2.lib.1.
Berou.conſ.178.num.2,lib.2.Burſatt.conſ.76.nu.42.
Caball. conſ.164.numer.49. lib.1.Beccius conſ.179.
num.19.Gabr.conſ.26.num.3. lib.2. Ciriac.controu.
207.ſub nu.14.& nouiſſimè fuit dictum in Bononien.
ſucceſſionis de Zanis 17. currentis coram me.*

Voluntas vero Patris probatur nedum ex
teſtibus de quibus in prima deciſione ſed etiã
ex alijs duobus examinatis poſtea, qui di-
6 ſertis verbis deponunt † Ciprianum coram
ipſis oſtendiſſe letitiam de legitimatione filiorum
obtenta ab Archiuio, & dixiſſe filijs pręſentibus
quod quatenus illa ex aliquo capite
non ſuffragaretur dabat illis facultatem obtinendi
aliam, vel plures ab habente poteſtatem
legitimandi, qui Teſtes allegant ſe inconteſtes,
& concordant in loco tempore ac
7 ſubſtantia, † quod ſufficit, vt conteſtes dicantur
quamuis in verbis formalibus non conuenirent
*Butr.in cap. nihil num.1. & ibidem Abb.
numer.1, de verb.ſignif.Felin.in cap.licet ex quadam
col.4. verſ. quibus adduco de teſtib.Farinac. eodem
tract.queſt.64. num.148.& quæſt.65.nu.22.Seraph.
deciſ.270.nu.3.Buratt.deciſ.143. num.20.* & pro-
8 inde bene probant † voluntatem Patris ſeu
facultatem vt ſupra conceſſam *Cuman.cõſ.118.
num.1.Surd.conſ.129.num.28.Alba conſ.529.nu.5.
Rot.deciſ.765.num.8.par.2.recent.* Ad quam pro-
9 bandam † ſatis eſſent ſigna, & coniecturæ
*Bald. in l. in teſtamento num.14. ad med.C.Teſtam.
milit.& conſ.363.num.2.lib.5.Iaſon.conſ.202.n.10.
& 17.lib.2.conſ.127. num.18. verſ.& ſufficit ſi ex
aliquibus lib.4.Soccin.Senior.conſ.41.numer.1.lib.3.
Soccin.Iun.conſ.120.nu.16.lib.2. Menoch.conſ.210
num.25.& præſumpt.80.num.1.lib.4.Peregrin.conſ.
68.num.2.verſ.imò ſufficere lib.2.Laderch. conſ.23.
ſub num.22.infra med.verſ.ſed ſufficit Gabr.conſ.26.
num.4.lib.2.Giouagn. conſ.17.nu.18.lib.2. Gratian.
diſcept.635.num.26.*

Non obſtat quod ad effectum de quo agi-
10 tur requiratur † voluntas diſpoſitiua Patris
in teſtamento *Bart. in l. Gallus §. & quid ſi tantum
num.14.verſ.quandoque ipſe filius ff. deliber. &
poſthum, Iaſ.ibidem n.138.verſ.aduerte tamen Soccin.
Iun.conſ.120.num.4.lib.2. Iacob. de Leonardis inter
conſ. Soccin.Iun. conſ.121. ſub numer.21. verſ.nam
Aluarott.lib.2.Dec.conſ.176.ſub nu.4.verſ. & quia
non ſufficit Ruin. conſ.109.num.25.circa finem verſ.
& fic lib.3.Surd.conſ.453.ſub num.50. & 51.*

Quia hi Doctores requirunt quidem quod
voluntas Patris non in conſequentiam ſed directo
ordinetur ad legitimationẽ quodque ſi
ex teſtamento deducitur ea ſit diſpoſitiua ac
deliberata non tamen excludunt quin ſimilis
11 voluntas elici † poſſit ex coniecturis, & emiſſa
vt in Caſu noſtro, in actu inter viuos ſuffragetur
quod imò admittit idem *Soccin.dict.
conſ.120.ſub num.16. & num.140.* vbi declarat,
12 quod licet *Bart.in dicto §. & quid ſi tantum* †
loquatur de voluntate Patris in teſtamento

idem

idem eſt de voluntate inter viuos *Iacob.de Leo-
nardis d.conſ.121.n.12.& 21.in fin.Trentacinq.var.
reſol.lib.1.tit.de legitimat.reſol.2.nu.25.* & tradunt
*Gabr.Peregrin.Grat. & alij ſupra allegat. inter quos
Lader.& Gionagn.* explicitè negāt requiri verba
13 diſpoſitiua,& *Lader.* reprobat† nominatim Ru-
inum cōtrarium ſentientē,ſuper quo articulo
non eſt opus immorari, quia habemus vt ſu-
pra verba diſpoſitiua Patris concedentia filijs
14 facultatem obtinendi † legitimationem, quę
compræhendunt etiam legitimationem poſt
mortem licet id non exprimant, *Soccin. Iun.d.
conſ.120.num.16.lib.2. Ruin.conſ.74.num.20.lib.3.
Peregr.d.conſ.68.nu.2.verſ.vbi ſatis eſſe lib.2.Grat.
diſcept.635.num.25.*

Non obſtat defectus citationis Sigiſmundæ
15 quæ tamquam filia citari debuit † in ipſa le-
gitimatione;quidquid dicendū eſſet de Agna-
tis *iuxt.diſtinct. Decij conſ.393.ſub num.6.* quem
ſequitur *Surd. conſ.453. num.53.* Nam ſufficit
reſpondere,quod in Priuilegio DD.de Cam-
16 pegijs † ſepiùs à Rota canonizato adeſt clau-
17 ſula † *citatis, & non citatis*, cuius vigore re-
mittitur neceſſitas citationis, *Ruin. conſ.104.
num.42.& 43. lib.2. Burſatt. conſ.1.ſub. num.31.
Menoch.conſ.459.num.45. verſ. reſpondetur ſecundo
Gratian.diſcept.635.num.16.Peregr.deciſ.10.nu.11.
lib.1.* & in puncto *Gionagn.conſ.21.nu.37. lib.1.
Eugen.conſ.57.num.46.lib.1.conſ.29.num.51. lib.2.
Rota Bononien.deciſ.30.ſub num.134.* Præterquod
18 in caſu Decij † deerat voluntas legitimantis,
quia non fuerat facta mentio exiſtentiæ filio-
rum, prout in caſu noſtro, in quo concurrit
vltrò legitimantis poteſtas, & generali-
19 tèr non requiritur citatio † in legitimatione
facta de conſenſu Patris,quia ſicuti Pater po-
terat legitimis,& naturalibus non citatis ad li-
bitum diſponere de rebus ſuis relicta filijs le-
gitima, vel Spurium inſtituere hæredem in
tempus futuræ legitimationis *l.in tempus ff.de
hæred.inſtituen.Surd.conſ.125.num.24.* ita, & po-
tuit futuræ legitimationi Spurij conſentire,
20 nec† præiudicium legitimorum ſequitur pri-
mario ex legitimatione; Sed ex teſtamento
Patris qui legitimatum inſtituit, vt remiſſiue
*Sarmien.Select.interpret.lib.1.cap.8. nu.4.& 5.poſt
Aret. in l. ex facto num.12.ff.de vulgar. & pupillar.
Peregr.conſ.68.num.1.lib.2.Menoch.conſ.459. n.44.
Laderch.conſ.23.num.21. & ſeqq. Caball.conſ.164.
num.50.lib.1. Ciriac.controu.207. num.15. & con-
trou.208.num.22.Rot.deciſ.319.nu.8.& ſeqq.par.5.
recent.deciſ.254.num.6.& 7.coram Reuerendiſs.Vr-
gellen.* & in terminis contra filium legitimum
& naturalem, tradit *Ruin.conſ.104.num.8.lib.3.
Trentacinq.var.reſol.lib.2.tit.de legitimat.reſolut.2.
num.25.Mareſc.var.reſol.lib.1.cap.35.num.6.* vbi
quod ſatis eſt fuiſſe factam mentionem filio-
rum *Put.dec.89.lib.3. in corr.*

Rursùs non obſtat; quod Pater inſtituerit
Carolum filium legitimatum, & ſic contem-
platione præcedentis legitimationis Archiuij,
qua non ſubſiſtente in præiudicium filiæ, cu-
ius ibi mentio facta non fuit, nec paritèr ſub-
ſiſtit inſtitutio, quia Teſtator errauit cogitans
21 legitimationem ſuffragari, & propter † erro-
rem vitiatur inſtitutio, *Caſtren. in l.cum quam
Col.4.verſ.& per iſtam legem C.de fideicomm. Dec.
conſ.176.num.3.conſ.320.in princip.Iaſon.conſ.127.
num.22.lib.4.Laderch.conſ.8.num.5.Gregor.XV.de-
ciſ.271.num.24.*

Dato enim, & non conceſſo, quod legiti-
matio Archiuij non releuaret, procederet for-
ſan obiectum, niſi Pater cogitans de prima
legitimatione poſſe dubitari mandaſſet filiis
vt alias, quotquot neceſſariç eſſent ab haben-
te poteſtatē impetrarent vel non impetraſſent,
in quibus terminis loquntur mox allegati.
Sed in caſu contrario ceſſat error, qui cum
Pater iam cogitauerit de poſſibili in ſufficien-
22 tia † legitimationis factæ, videtur inſtituiſſe
etiam contemplatione futuræ, quam fieri cō-
ſenſerat, adeoque verbum, *legitimatum*, quam-
23 uis† præteriti temporis ex præſumpta volun-
tate Teſtatoris referatur quoque ad legitima-
tionem faciendam, *iuxtà Theoricam quam ex
Textu in l. verbum erit 123.ff de verbor. ſignificat.*
deſumit *Alberic.in l. verbum aportebit num.2. &
ſeqq.ff.eod.* & ſecuta eſt *Rota in Bonon. Palatij de
Elefantutijs 16. Ianuarij 1640. coram R. P. D. meo
Ghiſilerio,* facit *Bart.in l.1.qu.7.verſ.concludo ergo
ff.de iure codicillor.Simon.de Pretis de interpret.vl-
tim.volunt.lib.2.interpret.2. dubitat.1. ſolut.vltima
num.43.fol.130.* & in fortioribus terminis *Dec.
conſ.176.ſub num.4.infra med.& nu.5.* Sicuti di-
24 cimus, quod vacatio de filiis natis † refertur
etiam ad naſcituros quando ſubeſt veriſimilis
voluntas Teſtatoris *Surd.conſ.125.ſub numer.20.
verſ. quia vbi Giurb. ad conſuetud. Meſſanæ cap.1.
gloſ.4.pag.1.num.92.poſt Phanut.de lucro dot.gloſ.5.
num.8. & alios ibi allegat.* Semper enim attendi
25 debet † quid Teſtator veriſimilitèr ſenſerit
impropriando quoq;verba ſi opus ſit vt men-
ti inſeruiant *l.ex facto 35.ff.hæred.inſtituen.l.fundus
quid locatus ff.fund.inſtruct.Honded.conſ.65.num.16
& 17.lib.2.Mantic.de coniect.lib.3.tit.3.n.1.& ſeqq
Ciriac.controu.550.num.8.& ſeqq.*

Tandem non obſtat *Statut.Vrb.cap.144.lib.1.*
26 prohibens † ne exiſtente filia legitima, & na-
turali Pater filio legitimato relinquat vltrà
27 medietatem bonorum Quia† non conſtat Si-
giſmundam eſſe Ciuem Romanam, aut bona
de quibus agitur ſubiacere iuriſdictioni ſtatuē-
tium, vt requiritur *Bald.in l.cunctos populos n.73
C.Summ.Trin.& fid.Catholic. Rot.coram ſan.mem.
Greg.XV.dec.255.num.3.dec.157.num.7.par.6.rec.
vbi alleg.concord.* & donec diſcutiatur an intret
Statutum, aut legittimatio ſuffragetur, legit-
timatus non eſt amouendus à poſſeſſione,
28 quia etiam ſpurii † ſunt capaces poſſeſſionis
*Caputaq.deciſ.345.par.2. Laderch.conſ.133. nu.18.
Gozad,conſ.6.num.89. Contard.in l. vnica limit.12.
num.19.C.ſi de mom.poſſeſſ.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

NEAPOLITANA PENSIONIS.

Lunæ 27. May 1641.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio Regni Neapolitani Regis Ladislai fidem adimens Inſtrumentis, rogatis à Notarijs ſubditis, cũ emanauerit ad euitandas fraudes ex impreſſione, & vi, quæ à Baronibus inferri poſſet Notarijs ſubditis non intrat, quoties inſtrumentum fuit palam, & bona fide celebratum, quia tunc abeſt omnis ſuſpicio. Item nec locum habet, quando Inſtrumentũ celebratur contra Baronem. Item nec comprehẽdit rogitum Notarij vigore decreti Epiſcopi. Tranſactio celebrata cum Procuratore impugnari nequit ex defectu mandati procuræ, quandò illud ex pluribus coniecturis reſultat.

SVMMARIVM.

1 *Creditum probatur ex Inſtrumento tranſactionis, non ſecus ac ex reiudicata, cuius vim habet.*
Tranſactio vim habet reiudicatæ, ibid.
2 *Probatio probata ex publico inſtrumento reſultat.*
3 *Conſtitutio Regni Neapolitani Ladislai Regis emanauit ad euitandas fraudes ex impreſſione, & vi, quæ à Baronibus inferri poſſet Notarijs ſubditis.*
Dicta Conſtitutio non intrat quoties inſtrumentum fuit palam, & bona fide celebratum, quia tunc abeſt omnis ſuſpicio fraudis, & impreſſionis n. 5.
Item nec locum habet quando Inſtrumentum celebratur contra Baronem n. 8.
Item nec comprehendit rogitum Notarij, qui emanauit in executionem decreti Epiſcopi, quod eſt immune à Conſtitutione, num. 11. & 13.
Item nec comprehendit obligationem pro exoneratione conſcientiæ, non ſecus ac piam cauſam, numer. 12.
4 *Officiali de iure communi prohibitum eſt cum ſubditis contrahere.*
Fallit, quando in contractu abeſt omnis ſuſpicio fraudis, num. 6.
7 *Conſtitutio ceſſat ceſſante ratione motiua Conſtitutionis.*
9 *Fraudis ſuſpicio ceſſat quoties contractus fuit initus cum cognitione cauſæ, & cum interuentu Iudicis.*
10 *Tranſactio quando dicatur inita bona fide?*
12 *Obligatio pro exoneratione conſcientiæ, non ſecus, ac pia cauſa non comprehenditur ſub generali prohibitione.*
14 *Decretum Iudicis habet præſumptionem pro ſe, quod omnia in eo enunciata ſint vera.*
15 *Referenti creditur etiam non probato aliunde relato, quando totus relati tenor eſt in referente expreſſus.*
16 *Tranſactio inita à Procuratore valida eſt, quando ex pluribus ſimul iunctis conſtat de mandato procuræ.*
17 *Mandatum procuræ probatur etiam coniecturis.*
18 *Debitum hæreditarium in quoſcumque hæredes eſt tranſitorium.*
19 *Et ſoluendum ab hærede vniuerſali.*
20 *Succeſſor in bonis feudalibus non alio titulo, quam hæreditario tenetur ad debita illius, cui ſuccedit.*
21 *Ceſſionarius hæreditatis repræſentat perſonam cedentis.*
22 *Debita hæreditaria ſoluenda ſunt à ſolo ceſſionario hæreditatis ex ſpeciali diſpoſitione cedentis, quamuis cum alio eſſet illorum ſolutio diuidenda.*
23 *Creditum etiam in litem deductum, ſi alioquin eſt clarum poteſt in compenſationem deduci.*
24 *Nec intereſt an creditum actoris ſit executiuum.*

DECISIO LV.

COMPENSATIONI petitę ab Eminentiſſimo D. Cardinali Brancaccio aduerſus D. Aloiſium Sanſeuerinum Principem Biſignani creditorem ex cauſa penſionum decurſarum locum non eſſe reſpondit Rota ſub die 30. Aprilis 1640. quia creditũ D. Cardinalis non probabatur niſi ex partitis libri conſeruatoris Regij Patrimonij, & ex Inſtrumento rogato à Notario Principis ſubdito, cui fidem adimit particularis conſtitutio Ladislai Regis; Quia obligatio in eodem inſtrumento contenta reſpectiua eſt, ceſſioni locorum hodie poſſeſſorum à D. Principe Tarſiæ, contra quem propterea dirigendæ ſunt actiones; ac tandem quia ſuper dicto credito pendet longæua lis in Regio Conſilio Neapolitano, vt latius in deciſione extenſa ſub dicta die.

Sed, bis repropoſita cauſa, fuit reſponſum eſſe recedendum à deciſis, quia creditum D. Cardinalis oritur ex publicis Inſtrumentis tranſactionum initarum inter bo. mem Hyeronimum Principem Biſignani, & Abbatem Sancti Adriani, nomine Eccleſiæ, quam in commendam retinet D. Cardinalis, & Abbatem S. Mariæ della Mattina, à quo pariter Cardinalis ceſſionem reportauit, quæ tranſactiones creditum vndequaq; clarum reddunt
1 non ſecus † ac res iudicata cuius vim habent, *l. non minorem C. de tranſact. Ceph. conſ. 210. nu. 71. & conſ. 228. num. 24. Morott. conſ. 8. num. 20. conſ. 62. num. 9. Surd. conſ. 418. num. 12. Rota dec. 125. num. 9. dec. 402. num. 2. par. 5. rec.*

Et licet quoad Eccleſiam S. Mariæ della Mattina tempore primæ deciſionis non fuiſsẽt productæ niſi partitę extractæ ex libris, nuper tamen fuit exhibitum publicum Inſtrumentum tranſactionis ſimile alteri iam pro-
2 ducto pro Eccleſia S. Adriani, † ex quibus inſtrumentis reſultat plena probatio; *l. cenſus ff. de probat. l. in donationibus C. de donat. Bart. in l. 1. n. 8. ff. nou. oper. nunciat. & in l. intereſt num. 2. C. de ſolut. Abb. in cap. ſollicite num. 7. de reſtitut. ſpoliat. Pariſ. conſ. 104. num. 64. & ſeqq. lib. 1.*

3 Nec obſtat conſtitutio Ladislai, † cum enim emanauerit ad euitandas fraudes ex impreſſione, & vi, quæ à Baronibus inferri poſſit Notarijs ſubditis, vt legitur in verbis Conſtitutionis, & notat *ibidem Regens Tapia de iur. Reg. Neap. lib. 3. tit. de fid. inſtrum. fol. 164. ſub n. 4.* ob quam rationem in proximis terminis pro-
4 hibitum de iure communi eſt † officiali contra-

trahere cum ſubditis, *l.vnica C.contract. Iudic. l. quiſquis C. ſi certum petatur l.principalibus ff.eodem l.qui officij ff.contrahen.empt. Bald.in l.nouiſſimè n.4 ff.quod cum falſ.tutor. Cephal. conſ.164.nu.14. Rouit. conſ.92.num.1.lib.2.* Non intràt quoties inſtru-
5 mentum † fuit palam, & bona fide celebra-
tum, quia tunc abeſt omnis ſuſpicio fraudis, & impreſſionis, ſicuti eodem caſu non intrat
6 prohibitio † iuris communis erga officialem,
gloſ.in l. ſi in emptione §. fin.verb. non poteſt ff.contrah.empt. & in l.cum ipſe C.eod. Petr.de Bellapert. in l. ſi per impreſſionem verſ. quod verum eſt C. his, quæ vi metuſque cauſa, quem ſequitur ibidem Cin. in princ.verſ.aut Iudex emit, & hunc Alberic.in leg.1. ſub num.1.verſ.aut iudex C.contract.iudic. Lucas de Pen.in l.2.numer.1.verſ.niſi C.lucr. Aduocat.lib.12. Bart.in l aufertur §.quod à Præſide num.1. verſ. niſi emerit ff.iur. fiſc. Dec.in l. principalibus ſub num.9. verſ.quinto fallit ff.ſi cert. petat. Iſern.in cap.1.§.ſi verò n.10.de feud. Guard. & de Comm. Ioan. Franc. à Ponte conſ.49.num.42.& plurib. ſeqq. Nam ceſ-
7 ſante ratione motiua † cõſtitutionis ceſſat ipſa
conſtitutio latè *Carpan.ad Statut. Mediol.cap.385 num.82.* & ob id in fortioribus terminis non
8 eſſe locum Conſtitutioni Ladislai, † quando
inſtrumentum celebratur contra Baronem concludit reprobata contraria ſententia *Affl. Molpheſ.ad conſuetud. Neap.par.10. quæſt.12. verſ. attamen, quem ſequitur Nouar.q. foren.lib.1.q.156. ſub num.11.verſ. ego tamen Aquilinus relatus à Viſconte in addit.ad Vinc.de Franch.deciſ.118.verſ.in ead.deciſ.*

Hic autem eſt caſus noſter, quia inſtrumenta continent obligationem Principis, & fuerunt celebrata cũ decreto Epiſcopi Biſignanẽ Iudicis ad id ſpecialiter delegati à S. Sede Apoſtolica, præuia cognitione cauſæ, ac cita-
9 tione intereſſe habentium, quod † remouet
omnem ſuſpicionem fraudis, efficitque vt pa-
10 lam, & bona fide † dicatur tranſactum *Bart.*
in l. frater à fratre num.51. ff.condict.indebit. Dec. in cap.quoniam contra num.42.verſ.vnde valeret de probat. & conſ.536.num.5. Burſatt.conſ.144.nu.19. Honded.conſ.33.num.25.& ſeqq.lib.2. Grat. diſcept. 555.num.15. Caputaq.dec.163.num.8.par.3. Mant. dec.151.num.7.

Eo magis quia in Prohæmio Inſtrumentorum Princeps expreſſit ſe tranſigere pro exoneratione conſcientiæ, & in eodem decreto Epiſcopus, nedum approbauit contractum, ſed mandauit vtrique parti, vt illum inuiolabiliter ſub pœna excommunicationis obſeruent, & incõtinenti in huius decreti exequutione, nempe pro ipſius concordiæ obſeruatione emanauit obligatio partium ſub rogitu
11 Notarij, † qui propterea etiam ex eo, quod
eſt conſequutiuus, ac dependens à decreto, non cadit ſub generalitate Conſtitutionis *l.1. Cod.præd.minor. l.ſed ſi pecunia §.1.& §.item quæri ff.reb.cor. l.à Diuo Pio §. fin. ff.de re iudic. Menoch. de arbitrar.caſ.171.num.72. Buratt.deciſ.49. nu.17.* à qua vltro eximitur, quia obligatio pro exo-
12 neratione† conſcientiæ non ſecus ac pia cau-
ſa in generali prohibitione nõ cenſetur compræhenſa, *Gratian.diſc.831.num.1.diſc.878.n.21. & 22. Tiraq.de priuil.piæ cauſæ in præfat. circa fin. verſ.Item relictum Cabal. reſol. criminal. caſu 232. n.34. Vinc.de Franch.dec.237.n.3. Rot. in Rom. pecun.6.Nouemb.1637.coram bon.me. Coccino.*

13 Et in omnem euentum ſolus † rogitus de-
creti Epiſcopi, qui dubio procul eſt immunis à Conſtitutione Ladislai ex trad. *per Vincen.de Franch.deciſ.118.num.1. & ſeqq. Adden.ad Io.Vin. de Anna ſingul.244. Tap.loc. ſup.alleg.n.5.* ex quo in corpore habet inſertum totum tenorem tranſactionis ſufficeret ad probandam tranſactionem, itaut rogitus ille probet decretum, decretum autem tranſactionem, tum propter
14 auctoritatem Iudicis, † quæ efficit vt decre-
tum inducat probationem omnium ibidem etiam enunciatiuè contentorum, *Bald. in l. ex his numer.3.verſ. item oppono, quod verbis Cod. de teſtam.milit. & in l.1. ſub num.3. ff.reb.eorum Ruin. conſ.63.num.3.lib.1. Pic.ad Stat. Vrb.cap.151. gloſ. 21.num.32. Caual.dec.482.num.4.* Tùm vi neceſ-
ſariç relationis decreti ad tranſactionem de
15 qua creditur decreto † referenti etiam non
probato aliunde relato, quando totus relati tenor eſt in referẽte expreſſus *gloſ.in cap.1.verb. deſunt 29.diſtinct. Felin.in cap. inter dilectos num.7. de fid.inſtrum. Ruin.conſ.31.num.7.& conſ.231.n.5. & 6.lib.1. Pariſ.conſ.33.numer.9.lib.1. Boer. deciſ. 247.numer.3. Rot.deciſ.36. num.1. & ſeqq. parte 2. diuerſ.*

Non obſtat, quod tranſactiones non fuerint initæ à Principemet, ſed ab eius Procura-
16 tore, † quia ex precibus porrectis Papæ pro
obtinenda confirmatione, & delegatione in Epiſcopum Biſignani; ex impenſa in eiuſdem delegationis expeditione; ex enunciatiua mandati emiſſa in inſtrumento, ex ſubſequenti tranſactione anni 1517. ſuper frumento in præcedentibus tranſactionibus promiſſo; Et ex obſeruantia tranſactionum probata, per iudiciales condemnationes ad ſolum frumentũ promiſſum, & plures partitas librorum habe-
17 tur plena probatio mandati, † quod etiam
coniecturis probatur, *Dec.conſ.36.num.8. Caſſad. deciſ.3.num.4.de procurat. Seraph.1326.nu.2. Gregor.XV.dec.44.num.1. Rot.dec.140. num.13.par.5. recent. & deciſ.564.numer.2. coram bon.memor. Buratto.*

Alterum verò obiectum correſpectiuitatis promiſſionis ad loca hodiè poſſeſſa à D.Principe Tarſiæ tollitur ex facto, quia Hieronymus Princeps Biſignani non promiſit contemplatione Territorij nuncupati, *la Scuſa*, vt in prima deciſione ſupponebatur, ſed ſimpliciter pro exoneratione conſcientiæ erga Eccleſias tranſigentes, & quia ædem Eccleſiæ dimiſerunt campeſtria terrarum vbique exiſtentia in tenimentis, & locis eiuſdem Principis, nec non renuncirunt priuilegijs ſibi à Regibus, & Imperatoribus conceſſis, & iuribus competentibus ſuper eiſdem tenimentis; nec promiſſio facta fuit nomine dignitatis, ſed proprio obligando ſe hæredes, ac ſucceſſores, vnde fit, vt debitum in ſui origine fuerit hæ-
18 reditarium † in quoſcumque hæredes tran-
ſitorium ad notat. per *Alex.in l.quædam §. nihil intereſt num.2. ff.de eden. Iaſ.conſ.89.n.14. & ſeqq. lib.3. Rolan.conſ.53.numer.6.lib.3. Larat. conſ.76. num.17.*

num. 17. & ſeqq. Peregr. de fid. com. art. 32. numer. 83. & ſeq. Fuſar. de ſubſtit. q. 341. n. 5.

Et per cōſequens ſoluēn ſit ab hærede vni-
19 uerſali,† qui in bonis etiam feudalibus Prin-
20 cipis promiſſoris, non alio titulo,† quā hæ-
reditario ſucceſſit, *cap. 1. vbi gloſ. verb. repudiare, an agnat. vel fil. & ibidem Andr. de Iſern. numer. 4. Brun. conſ. 18. num. 13. Aym. conſ. 197. num. 1. Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 154. num. 10. Roſenthal. de feud. cap. 7. concl. 21. numer. 14. cum alijs allegat. per Moder. Venet tract. de transmiſſ. caſu 28. numer. 88.*
qualis eſt D. Princeps Aloyſius ex perſona
Catholicæ Maieſtatis, quæ vti hæres teſtamen-
taria Iuliæ Vrſinæ vltimæ Principiſſæ Biſi-
gnani, eumdem Principatum, & hæreditatem
21 dicto† Principi ceſſit, *l. prima, & tot. tit. C. hæred. vel act. vend. Bart. in l. 1. num. 8. ff. de act. & obligat. cum alijs allegat. in 1. deciſ. §. creditum.*

Accedente præſertim, quod eadem Catholica Maieſtas, in qua titulo ſucceſſionis hæreditariæ, vt ſupra conſolidata fuerant omnia bona, & feuda Principis Hieronymi partem eorumdem feudorum ceſſit Principi Tarſiæ Francam, & liberam ab omni onere e conuerſo autem in ceſſione Status Biſignani obligauit Principem Aloyſium ad omnia onera, & debita, quæ propterea dato, & non conceſſo, quod alias vti contracta etiam pro melioratione feudorum ceſſorum Principi Tarſiæ, cū
22 illo diuidenda eſſent ex particulari † tamen
diſpoſitione cedentis, ſolùm ad modernum Principem Biſignani ſpectant iuxta *text. in leg. ſeruo legato §. ſed ſi Teſtator ff. de legat. 1. l. cum ab vno, l. legatorum §. 1. ff. de legat. 2. Vinc. de Franch. deciſ. 1. ſub num. 24. verſ. præterquam Surd. dec. 90. num. 8. & 9. & ferè in punct. Scip. Rouitus conſ. 9. num. 11. verſ. hac indubitanter lib. 2.*

Et ex his vindicato credito D. Cardinalis ab ab exceptionibus oppoſitis, nil facit lis deſuper pendens in Regio Conſilio, quia etiam
23 creditum † in litem deductum ſi alioquin
ſit clarum poteſt in compenſationem deduci, *vt eſt text. expreſſus in l. in compenſatione ff. de compenſat. vbi Bart. & Bald. in princ. Caſtren. numer. 1. & cæteri ſcribentes*. Nec intereſt, an creditum actoris ſit executiuum, vel deriuet ex cauſa penſionis non reſeruato pro alimentis ex allegatis in prima deciſione, cui in hac parte Domini adhæſerunt.

Et ità deciſum vtraque &c.

ROMANA HAEREDITATIS DE FABIIS.

Lunæ 3. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Hæredi ſcripto conceditur immiſſio pro indiuiſo, non obſtante detractione legitimæ, quę cum ſit certa ratione loci, & quotæ eam non impedit. Item nec retardatur immiſſio ſub prætextu crediti quarti dotalis, niſi filij poſſideant. Item nè ſub prætextu legatorum, quia legatarius ſi non poſſidet non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredi. Statutum Vrbis lib. 1. cap. 134. concedens mulieri facultatem teſtādi pro anima de decima parte dotis tantum declaratur. Teſtamentum primum quamuis ſit inter liberos, & habeat clauſulam derogatoriam ſequentium diſpoſitionum dicitur reuocatum per ſecundum continens clauſulas ampliſſimas, *ſotto qualſiuoglia parola &c.* iunctis alijs verbis etiam, *derogatorie, delle derogatorie*, ex quibus ſpecialis derogatio primi reſultat.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio ex remedio* l. finalis *competit hæredi ſcripto, quando teſtamentum non eſt abolitum, cancellatum, aut in aliqua parte vitiatum.*
2 *Immiſſio pro indiuiſo non impeditur hæredi ſcripto ob detractionem legitimæ, quia illa eſt certa ratione loci, & quotæ.*
3 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 134. *concedens mulieri facultatem teſtandi pro anima de decima parte dotis tantum, loquitur vbicumque morte mulieris maritus dotem lucratur exiſtentibus filijs.*
4 *Iſta tamen conceſſio decimæ partis, & tacita denegatio in reliquo cenſetur reſtricta ad terminos lucri fauore mariti, & ad euitandum præiudicium circa lucrum, ſi vxor vltra decimam partem teſtaretur, non autem filiorum, quorum fauore ſtatuentes nihil diſponere voluerunt.*
5 *Statutum prædictū locum non habet, quando maritus prædeceſſit vxori, & ſic ceſſauit præiudicium ratione lucri, nam tunc poteſt vxor ad libitum de bonis ſuis diſponere, relicta filijs legitima.*
6 *Teſtamentum primum conditum fauore filiorum habens tacitam derogatoriam ad ſequentes diſpoſitiones non cenſetur reuocatum per clauſulam generalem,* caſſans &c. *poſitam in poſteriori teſtamento, niſi facta expreſſa mentione primi.*
7 *Teſtamentum primum cenſetur reuocatum per ſecundum, continens clauſulas ampliſſimas derogatoriarum derogatorias, quamuis primum teſtamentum ſit inter liberos.*
8 *Et ad hunc effectum non requiritur indiuidua mentio teſtamenti, ſeu derogatoriæ ibi appoſitæ, ſed ſufficit ſpecialis, qualis continetur in verbis generalibus.*
9 *Derogatio ſpecialis teſtamenti ex quibus reſultet.* *& num. 10.*
11 *Immiſſio retardari nequit hæredi ſcripto ſub prætextu crediti quarti dotalis, quando filij non poſſident.*
12 *Legatum capi debet de manu hæredis.*
13 *Legatarius niſi poſſideat, non eſt legitimus contradictor aduerſus hæredem petentem immitti.*
14 *Immiſſio non retardatur hæredi per exceptionem requirentem altiorem indaginem.*
15 *Bona vxoris acquiſita præſumuntur ex rebus viri.*
16 *Iſta tamen exceptio non admittitur in iudicio* l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. *iuxta magis communem ſententiam.*

DECISIO LVI.

SVB die 29. Aprilis prox. præt. Rota cenſuit dandam eſſe manutentionem Petro, & Catherinæ in domo, & mobilibus, & in re-

liquis appoſito ſequeſtro mandauit videri de
bono iure; ſuper quo hodie ſuſcepta diſputa-
tione reſolutum fuit Patribus Sancti Caroli
ad 4. fontes hæredibus inſtitutis in teſtamento
Victoriæ concedēdam eſſe immiſſionem pro
duabus ex tribus partibus pro indiuiſo bono-
1 rum hæreditariorū eiuſdem Victoriæ † ex re-
medio *l. fin. C. edict. Diu. Adr. toll.* quod cōpetit
hæredi ſcripto ad aſſequendam poſſeſſionem
bonorum teſtatoris, quando vt in caſu noſtro
teſtamentum non eſt abolitum, cancellatum,
aut in aliqua ſui parte vitiatum, vt commu-
niter notant *Doct. ibid. & dixit Menoch. de adipiſc.
rem. 4. num. 56. Rot. dec. 654 num. 1. par. 1. rec. deciſ.
211. numer. 1. coram bon. memor. Buratto, & alias
paſſim.*

Reſtricta autem fuit immiſſio ad duas ex
tribus partibus relicta filijs Teſtatricis tertia
2 parte pro legitima, † cuius detractio cum ſit
certa ratione loci, & quotæ non impedit im-
miſſionem hæredis pro indiuiſo ſecundum
opinionem quam ſequitur. *Rot. vt in deciſ. 63.
num. 10. coram bon. mem. Buratto vbi add. litt. C. al-
legat concordantes deciſ. 51. numer. 20. par. 5. recent.
deciſ. 301. num. 11. par. 6. deciſ. 180. numer. 8. coram
Reuerendiſſ. Vrgellen.*

Non obſtat Statutum Vrbis lib. 1. cap. 134.
3 concedens † mulieri facultatem teſtandi pro
anima de decima parte dotis tantum, quia Sta-
tutum litteraliter loquitur vbicumque mor-
te mulieris maritus dotem lucratur exiſten-
tibus filijs, & propterea iſta conceſſio decimæ
4 partis, † & tacita denegatio in reliquo cenſe-
tur reſtricta ad terminos lucri, & fauore il-
lius, cui lucrum defertur, ita vt Statutum
procedat, quando per mulieris prædeceſ-
ſum fit locus lucro ad euitandum præiudiciū,
quod marito poſſet inferri circa lucrū, ſi vxor
vltra decimam partem de dote teſtaretur, non
autem filiorum, quorum fauore ſtatuentes
nihil diſponere voluerunt, vt in puncto huius
Statuti fuit deciſum in *Rom. ſucceſſionis de Ta-
gliaferris 19. Martij 1607. coram bon. me. Cardinali
Lugdunen. impreſſ. par. 3. rec. dec. 140. num. 5.* quam
ſequuta fuit *Rota coram ſa. me. Greg. XV. dec. 398.
num. 3. 5. & 7. & deciſ. 588. numer. 4. par. 4. recent.
& in term. ſim. conſuet. eſt dec. 879. num. 3. par. 4. di-
uerſ. cum alijs allegat. Modern. Foroliu. de legit. lib. 4.
tit. 2. quæſt. 3. num. 4. & per Modern. Berſicbellien. in
annot. ad Stat. Vrb. cap. 134. numer. 5.* Quapropter
huiuſmodi Statutum nō applicatur caſui no-
5 ſtro quo maritus prædeceſſit † vxori quæ ideò
ceſſante Statuto potuit ad libitū de bonis ſuis
diſponere relicta filijs legitima iuxta textum
*in l. 1. Cod. ſacr. Eccl. §. diſponat Auth. de nupt. Ci-
riac. contr. 2. n. 66.*

Non obſtat prius teſtamentum conditum,
6 vt † dicitur ad fauorēm filiorum, quod quia
habet tacitam derogatoriam ad ſequentes di-
ſpoſitiones non cenſetur reuocatum per clau-
ſulam generalem, *caſſans &c.* poſitam in po-
ſteriori, niſi in eo fiat expreſſa mentio primi,
§. Et ſi quidem Auth. de teſt. imperf. ex qua deſum-
pta eſt *Auth. hoc inter liberos Cod. teſt. & not. Bald.
in dicta Auth. hoc inter num. 2. & 3. Aldobr. conſ. 14.
num. 24. lib. 1. Curt. iun. de com. conſ. 109. numer. 8.
Bellon. iun. conſ. 83. num. 21. Giouagn. conſ. 6. num. 23.
lib. 2. & alij plures allegati per Simon. de Pret. de in-
terp. vlt. volunt. lib. 4. dub. 1. num. 89. Buratt. deciſ.
901. num. 3.*

7 Nam in poſteriori teſtamento † cuius vigo-
re agitur adſunt clauſulæ ampliſſimæ deroga-
toriarum derogatoriæ ibi, *caſſando, irritando, &
annullando ogn' altro teſtamento, che haueſſe fatto fin
al preſente giorno ſotto qualſiuoglia parole etiam de-
rogatorie delle derogatorie, e che ricercaſſero qualſi-
uoglia eſpreſſione, e mentione eſpreſſa,* per quas vti-
que reuocatum remanet primum teſtamentū
quantumuis inter liberos, & habens clauſulam
derogatoriam ſequentium diſpoſitionū, quia
8 ad hunc effectum non requiritur † indiuidua
mentio teſtamenti, ſeu derogatoriæ ibi appo-
ſitæ, ſed ſufficit ſpecialis, vt reprobato Bart.
in contrarium ſentiente *in l. ſi quis in princ. te-
ſtamenti ff. legat. 3. trad. Iaſ. in l. ſi mihi, & tibi §. in
legatis num. 12. ff. leg. 1. Corn. conſ. 86. numer. 3. lib. 3.
Alex. conſ. 134. num. 2. lib. 1. Mant. de coniect. lib. 12.
tit. 8. num. 7. Ceſ. de Graſſ. dec. 1. de teſtam. Rot. deciſ.
721. num. 1. par. 2. recent. dec. 201. num. 11. dec. 247.
num. 6. par. 6. recent.* qualis continetur in verbis
generalibus ibi, *ſotto qualſiuoglia parole,* habenti-
9 bus vim † ſpecialis expreſſionis *Aym. conſ. 294.
num. 2. verſ. ſed magis Mant. dicto lib. 12. tit. 8. ſub
num. 19.* iunctis maximè ſequentibus verbis,
10 *etiam † derogatorie delle derogatorie,* vt in term.
*Craſſ. in §. teſtamentum quæſt. 99. verſ. ſed in hoc ibi
dic, quod ſufficit Mant. dicto tit. 8. nu. 10. & 11. Rota
d. dec. 721. num. 3. par. 2. recent. & in alijs alleg. per
add. ad Buratt. dec. 901. n. 24.*

Rurſus non obſtāt detractiones, nam quoad
legitimam iam fuit conſultum per immiſ-
ſionem pro indiuiſo vt ſupra. Quo ad quar-
tum dotale ſi conſiſtit in ſpecie non compre-
henditur in immiſſione conceſſa Patribus, quę
non egreditur bona Victoriæ, ſi in quantitate
ſufficit reſpondere, quod cum filij non poſſi-
11 deant † non poſſunt ex ſimplici credito quarti
dotalis retardare immiſſionem hæredis, *Zuc-
card. in l. fin. num. 368. & 378. Cod. edict. Diu. Adr.
toll. Peregr. conſ. 23. num. 2. lib. 4. Gabr. conſ. 46. nu. 4.
lib. 1. Rimin. iun. conſ. 1. numer. 71. Giouagn. conſ. 59.
num. 33. lib. 1. Men. de adipiſc. rem. 4. nu. 362. & alios
refert Modern. Bonon. de legitim. contradict. quæſt. 10.
num. 12.*

12 Idemque dicitur quo ad legata † quæ ca-
pienda ſunt de manu hæredis nec reddunt le-
gatarium niſi poſſideat legitimum contradi-
13 ctorem † aduerſus hæredem petentem im-
mitti, *Men. de adipiſc. dicto rem. 4. nu. 642.* & quo
ad aliud creditum ſcutor. 700. vel 800. præ-
ſertimquia eget particulari diſcuſſione, an ſpe-
ctet ad filios, an verò ad Victoriam, pro qua
adeſt *dec. 69. in impreſſ. poſt Zacch. de ſocietat. offic.*
& an confundatur cum quarto dotali, prout
etiam altiorem indaginem requirit exceptio
adminiſtrationis tutelæ, & redditionis ratio-
nis cum imo negetur talis adminiſtratio, & fi-
lij tacuerint per 40. annos, ideoque talis exce-
14 ptio † non retardat immiſſionem hæredis,
*Rot. dec. 194. num. 22. coram ſan. mem. Greg. XV. de-
ciſ. 229. num. 1. par. 2. recent. dec. 140. num. 12. par. 6.
& in Bonon. fideicommiſſi 7. Maij 1640. & 13. Maij*

pro-

proximi præteriti coram R. P. D. meo Dunozetto.

Tandem non obſtat, quod bona Victoriæ
15 præſumantur † acquiſita ex rebus viri, quia nec iſta exceptio admittitur in hoc iudicio iuxta magis communem ſententiam, de qua *Gabr. d. præſumpt. concl. 15. n. 18. Menoch. præſumpt. 51 num. 44. lib. 3. Oſaſch. deciſ. 140. num. 9. Rot. dec. 216. num. 7. par. 2. diuerſ. deciſ. 197. nu. 6. coram Reuerendiſs. Vrgellen.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

AEVGVBINA RENOVATIONIS EMPHYTEVSIS.

Ven. 7. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Renouatio Emphyteuſis debita eſt proximiori vltimi Emphyteutæ de æquitate, quando Dominus directus non vult bona Emphyteotica retinere pro ſe, ſed alteri conceſſit; ſiuè agatur de Emphyteuſi priuati, ſiuè Eccleſiaſtica.

Renouatio Emphyteuſis in Ciuitate, ac Diœceſi Eugubina debita eſt proximiori vigore concordiæ initæ inter Clerum, & Populum Eugubinum à Sede Apoſtolica confirmatę, nec de validitate confirmationis dubitari poteſt, ex quo emanauit à Gregorio XII. qui in concilio conſtanſienſi Papatui renunciauit, nam omnia geſta ante renunciationem fuerunt ab eodem concilio approbata, & ratificata.

SVMMARIVM.

1 *Renouatio Emphyteuſis debetur ex æquitate proximiori vltimi Emphyteutæ.*

2 *Intellige, quando Dominus directus non vult bona ad ſe reuerſa ob lineam finitam retinere pro ſe, ſed alteri concedit, ſiuè agatur de Emphyteuſi priuati, ſiuè Eccleſiæ.*

3 *Renouatio Emphyteuſis debetur proximiori in Ciuitate, & Diœceſi Eugubinæ vigore concordiæ inter Clerum, & populum Eugubinum initæ, & à Sede Apoſtolica confirmatæ, & ex quibus excludatur non vſus d. concordiæ num. 9. & ſeqq.*

4 *Confirmatio dicitur ex certa ſcientia, ſi in eà eſt inſertus totus tenor rei confirmatæ.*

5 *Concordia confirmata à Sede Apoſtolica ex certa ſcientia ligat etiam ſucceſſores.*

6 *Confirmatio concordiæ probatur ex litteris Apoſtolicis.*

7 *Gregorius XII. Pontifex pro bono pacis Pontificatui renunciauit in Concilio conſtanſienſi.*

8 *Omnia tamen illius geſta, & indulta ante renunciationem fuerunt ex certa ſcientia in eodem Concilio ratificata, & approbata.*

9 *Non vſus priuilegij allegari nequit, niſi probetur contrarius vſus, vel non vſus, qui habeat implicitum vſum contrarium.*

10 *Priuilegio ſemper ineſſe ſolet tacita conditio, quatenus ille cui conceditur velit vti, & dicitur adimpleta conditio eo ipſo quod petit, velle vti.*

11 *Priuilegij non vſũ allegant, incumbit onus probãdi.*

12 *Priuilegij non vſus non dicitur probatus, niſi caſus euenerit vtendi priuilegio, & priuilegiatus vſus non fuerit, vel eius inſtantia tacitè, vel expreſsè fuerit reiecta.*

13 *Renouatio non debetur proximiori ſtante pacto in inueſtitura, per quod cenſetur Iuri eam petendi renunciatum.*

14 *Pactum appoſitum in Inueſtitura, quod bona finita generatione liberè reuertantur ad Eccleſiam, nec fiat renouatio proximiori non valet.*

15 *Priuilegium quando emanauit fauore publico, non poteſt ei per priuatam perſonam renunciari.*

16 *Amplia nec etiam cum iuramento.*

17 *Mortuus ciuilitèr dicitur per ingreſſum, & profeſſionem emiſſam in Religione Capuccinorum.*

18 *Inſtantia capta cum defuncto tranſit ad hæredem.*

19 *Hæres poteſt proſequi Iudicium captum à defuncto pro conſecutione expenſarum, & fructuum indebitè perceptorum ante mortem authoris.*

DECISIO LVII.

DEFVNCTA Catherina de Sangradalibus, cui ob defectum maſculorum fuerat in vim pacti renouata inueſtitura domus de qua agitur, olim conceſſa Vbaldo q. Laurentij fratres S. Auguſtini de Eugubio Domini directi eamdem domum conceſſerũt in Emphyteuſim Flaminio Biſcaccianti penitùs extraneo poſtpoſito Iacobo Andreolio dictæ Catherinæ filio.

Qui proinde mediante eius Curatore mouit Iudicium contra eoſdem fratres pro obtinenda d. Inueſtituræ renouatione, ad quam cogendos eſſe fratres pronunciatum fuit, tàm in prima inſtantia in partibus, quàm in ſecunda coram A. C. cuius ſententiam cauſa per appellationem deuoluta ad Rotam confirmandam eſſe hodie Domini dixerunt.

1 Quia renouatio † debetur Iacobo proximiori vltimi Emphyteutæ. Primo ex æquitate, *Bart. in l. 1. §. permittitur ff. de acq. quotid. aſtiu.* quæ
2 procedit † quoties Dominus directus, vt in caſu noſtro noluit bona Emphyteutica, ob lineam finitam reuerſa retinere pro ſe, ſed alteri conceſſit, ſiuè agatur de Emphyteuſi priuati ſiuè Eccleſiæ, *Abb. in cap. bonæ il 2. num. 28. verſic. hoc decretum de poſtulat. prælat. Gabr. de iur. Emphyt. concl. 1. num. 14. Valaſc. eod. tract. qu. 2. n. 7. Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 3. num. 11. Grattan. diſcept. 477. num. 17. & diſcept. 813. nu. 35. Caputaq. deciſ. 303. & deciſ. 304. par. 1. Mantic. deciſ. 10. per tot.*

3 Secundò ex concordia † inter Clerum, & populum Eugubinum inita, in qua expreſsè diſponitur, *quod ſi contingeret reformationem alicuius rei Emphyteoticæ finiri per mortem illius, vel illorum de quibus fieret mentio in reformatione prædicta & ex tali perſona remanerent, vel extarent liberi, & conſanguinei, vel affines, qui ſuccederent ex teſtamento, vel alia vltima voluntate, vel ab inteſtato, in tali caſu per Dominum proprietatis renouetur, & in Emphyteuſim concedatur tali, vel talibus vniuerſalitèr ſuccedentibus.* Quæ concordia cum fue-
4 rit confirmata † à Sede Apoſtolica inſerto per extenſum illius tenore quod efficit, vt confirma-

firmatio ſit ex certa ſcientia *gloſ. in cap.paſtoralis §.præterea verb.ex cert.ſcien.de offic.deleg. Dec.in cap.porrecta num.15.de confirmat.vtil.vel inutil. Roman.conſ.327.num.7.Gabr.conſ.183.num.14. lib.2. Rota decif.166.nu.7.par.5.& deciſ.157.nu.7.par.6.*
5 *recent.* ligat † etiam Succeſſores *cap. de cætero, cap. veniens vbi notant omnes de tranſact. Rota deciſ.159.num.5.par.1.recent. adden ad Greg.XV.deciſ.152.num.4.Reuerendiſs.Vrgellen.dec.216.num.2 cum alijs allegat. per adden.ad Buratt. dec.152.n.6.* & fuit dictum *in Melenuitana Optionis 5. Martij* 1640. *coram R.P.D. meo Merlino.*

6 De confirmatione autem † plenè conſtat ex litteris Apoſtolicis Gregor.XII. ſub datum Gaietæ 6. Kal. Auguſti 1411. Pontificatus Anno V. nec dubitari poteſt de prædicti Pontificis auctoritate ex eo, quod tunc Eccleſia ſciſmate vexaretur, & idem Gregorius de
7 anno 1415. † pro bono pacis Eccleſiæ Pontificatui renunciauerit in Concilio Conſtanſien-
8 ſi, quia omnia illius acta † geſta, & indulta emanata ante renunciationem fuerunt ex certa ſcientia ratificata in eodem Concilio Conſtantienſi *ſeſſ.14.relat.inter Conc. generalia tom.3. par.2.fol.*1594.

9 Non vſus verò d. concordiæ † & priuilegij Apoſtolici non obſtat, niſi exaduerſo probetur contrarius vſus, vel non vſus qui habeat implicitum vſum contrarium, nempè quod venerit caſus renouationis eaque petita fuerit ab Agnatis, nec tamen conceſſa, vt in puncto *Gabr.conſ.78.num.10.& ſeq.lib.2.* cum enim tacita conditio, quæ priuilegio ineſſe
10 ſolet, † quatenus videlicèt, ille cui conceditur velit vti, fuerit adimpleta, quia apparet Clerum, & Populum Eugubinum, vti voluiſſe Priuilegio, ex quo illud petierunt, *Creſcent.deciſ.4. num.1. in fin. de priuil.* impugnanti
11 priuilegium † incumbit onus probandi non vſum illius *Creſcent.ibid.num.2. Rot.deciſ.927. in fin.lib.3. par.3.diuerſ. Caputaq.deciſ.187. lib.2. in*
12 *manuſcript.* nec dicitur probatus † niſi conſtet eueniſſe caſum vtendi priuilegio, petionemq; eorumq; vigore factam fuiſſe tacitè, vel expreſsè reiectam, *Abb.in cap. ex parte num.7. de conceſſ.præben. Menoch.conſ.201.numer.61. & ſeqq. Seraph.deciſ.1043.num.3.& 4. Rota dec.565.nu.1. par.1.recent.deciſ.154.nu.3. in impreſſ.poſt. Modern. de manuten.& in Melcuitana Optionis 7. Maij 1640 coram R.P.D. meo Merlino.*

Non obſtant pacta in prima inueſtitura ap-
13 poſita † per quæ videtur renunciatum iuri petendi renouationem, nam præterquod ad
14 hunc effectum non ſufficit conuentio, † quod bona finita generatione liberè ad Eccleſiam reuertantur, vel ſimilis, vt late fuit deductum *in Mutinen. Emphyteuſis 28. Maij 1638. coram R. P.D. meo Dunozetto,* vbi reſpondetur omnibus contrarijs ſufficit reſpondere, quod quia concordia, & priuilegium prædictum emanauit
15 ad lites tollendas, † & ſic fauore publico, vt per *Roman.conſ.273. num.2. verſ.ſed certo Caſſad. deciſ.vnic.num.7.de pact.* illis non potuit renunciari, nec contrahentium pacto derogari, *cap.ſi diligenti vbi gloſ.verb.pact.priuat.de for. competent. Bald.conſ.382.nu.4.lib.3.* & in terminis *Anchar. conſ.171.num.4.* quem ſequitur *Riminal.Iun.conſil.44.num.24.Mantic.de tacit.lib.22.tit.18.num.26. verſ.3.reſpondetur Caputaq.deciſ.127.lib.2. in ma-*
16 *nuſcript. Buratt.deciſ.831.num.1.* etiam † cum iuramento *gloſ.in l.2.verb.priuatam.Cod.agric. & cenſit lib.11.Bart.in l. ius publicum num.8. ff. pact. Couarr.in cap.quãuis pactum par.2.§.1.n.1.de pact. in 6. Guttier.d.iuram.confirm.par.3.cap.5. numer.8. Buratt.d.deciſ.831.num.2.*

Tandem non obſtat, quod Iacobus poſt latã
17 primam ſententiam obierit ciuilitèr † per ingreſſum, & profeſſionem emiſſam in Religione Capuccinorum, quia inſtantia cæpta cum
18 defuncto † tranſijt ad Margaritam illius hæredem *l.ſi petitor ff.de iudic. l. ſi operarum ff. oper. libert. Roman.in l.ſi conſtante §.ſi bona num.13.ff.ſolut.matrim.Soccin.Sen.conſ.31.num.8.lib.1. Mantic. deciſ.141.num.3.* cuius intereſt iudicium proſequi, vel pro conſecutione expenſarum, & fructuum indebitè exaduerſo perceptorum ante mortem Auctoris *Peregr.de fideic.artic.53. num.18.in fin.Caual.deciſ.620.nu.3.* vel vt canonizato per tres conformes Priuilegio Gregorii aperiatur ſibi via petendi ex integro in propria perſona renouationem quatenùs de iure competat, de quo poterit particularitèr videri.

Et ita deciſum vna tantum parte informante &c.

PERVSINA BONORVM. EMPHYTEVTICORVM.

Veneris 7. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Tutor poteſt cum decreto Iudicis vendere bona immobilia Pupilli pro extinguendo ære alieno, dummodò Creditores vrgeant; vel debitum pareat vſuras, & vlteriùs quod non exiſtant pecuniæ, mobilia, ſeù bona minoris momenti pro extinguendo ære alieno, & de illorum non exiſtentia conſtare dicitur, eo ipſo quod Iudex decretum interpoſuit pro alienatione immobilium, quod præſumitur cauſa cognita interpoſitum, & omnia ad validitatem actus neceſſaria interueniſſe. Alienatio rei Emphyteoticæ ſine conſenſu Domini directi ſubſtinetur, quando talis defectus ab ipſo Domino non allegatur ad quem ſolum, & non ad alium allegare ſpectat. Hæres cum Beneficio legis, & Inuentarij non poteſt vindicare bona alienata per defunctum, in quibus ipſe ex propria perſona ſuccedit, ſi conſtat ad eum perueniſſe plura bona hæreditaria alienantis, donec de illis rationem reddiderit, & plura in deciſione adnotantur circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Tutor cum decreto Iudicis vendere poteſt bona immoblia pupilli pro extinguendo ære alieno.*
2 *Fructus ſtabilium valutantur ad rationem quinque pro centenario.*

3 *Exi-*

3 *Exiſtentia æris alieni pupilli non probatur ex aſſertione contrahentium.*

4 *Alienatio bonorum pupilli vt valeat requiritur vltra exiſtentiam æris alieni quod creditores vrgeant Declara vt num.6. & 8. Item quod ex pecunijs, vel mobilibus, ſeù bonis minoris momenti ſolui æs alienum non poſſit, & num.5. Declara num.10. & ſeqq.*

6 *Alienatio bonorum pupilli pro extinguendo ære alieno, vt ſubſtineatur ſufficit, vel quod creditores vrgeant, vel quod debitum pareat vſuras, & num.8.*

7 *Dictio*, Aut, *eſt alternatiua, & diuerſificat ſecundum caſum à primo.*

9 *In alternatiuis ſatis eſt vnum de duobus verificari.*

10 *Bona immobilia pupilli ſi fuerunt alienata cum decreto Iudicis pro ſolutione æris alieni tunc præſumitur non extitiſſe pecunias mobilia, ſeù bona minoris momenti idonea pro ſolutione.*

11 *Decretum Iudicis in alienatione Bonorum Pupilli præſumitur cauſa cognita interpoſitum, & omnia ad validitatem actus neceſſaria interueniſſe.*

12 *Et ſufficit Emptori producere emptionem factam cũ decreto Iudicis.*

13 *Amplia quamuis Iudex cauſam non exprimat in decreto.*

14 *Itaut contrarium aſſerenti incumbat onus probandi.*

15 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe filijs, & nepotibus nulla facta mentione hæredum dicitur, ex pacto, & prouidentia.*

16 *Bona Emphyteotica diſtrahi nequeunt pro debitis defuncti, quando Emphyteuſis eſt ex pacto, & prouidentia, & num.præcedenti.*

17 *Aditio hæreditatis cum beneficio legis, & inuentarij efficit, quod hæres quoad bona ſibi iure proprio obuenientia habeatur pro non hærede.*

18 *Alienatio rei Emphyteoticæ valet ſine conſenſu Domini directi, ſi ab ipſo Domino talis defectus non allegatur, nam ab alio allegari nequit.*

19 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non poteſt vindicare bona alienata per defunctum, ad quæ ipſe ex propria perſona ſuccedit, niſi prius rationem reddiderit de bonis hæreditarijs alienantis ad ipſum peruentis.*

20 *Inuentarium non facit, quod hæres non habeatur pro hærede quoad bona propria, niſi in quantum aditione hæreditatis damnum pateretur.*

21 *Hæres beneficiatus tenetur adimplere obligationem defuncti ſi bona hæreditaria ſuppetunt, & bona ſuppetere conſtat ex inuentario num.22.*

23 *Bona hæreditaria, quando ſuppetunt non poteſt hæres vindicare bona propria alienata per defunctum, nec eius intereſt magis rem ſuam vindicare, quam retinere aliam hæreditariam.*

24 *Hæres volens vindicare bona alienata per defunctum ſi aſſerit bona hæreditaria in inuentario deſcripta non eſſe eiuſdem valoris cum bonis alienatis hoc probare tenetur.*

25 *Amplia præſertim quando emptor poſſidet tunc enim releuatur ab onere probandi æquiualentiam bonorum hæreditariorum.*

26 *Bona pupilli alienata ſtante decreto Iudicis præſumuntur viliora.*

27 *Alienatio facta per Tutorem cum decreto Iudicis, non ſic de facili debet reſcindi.*

Pars Prima.

DECISIO LVIII.

VT extingueret Cenſum debitum ab hæreditate Florauantis, Zerbinus filiorum & hæredum Florauantis Tutor, vendidit de anno 1600.cum decreto Iudicis bona,quæ idẽ Florauantes acceperat in Emphyteuſim à Monaſterio S. Petri de Peruſia, pro ſe filijs, & Nepotibus vtriuſque ſexus legitimis, & naturalibus. Quam venditionem, cum Benedictus ſuperſtes ex dictis filijs factus maior impugnaſſet, & bis fauorabiles ſententias obtinuiſſet, fuit in tertia inſtantia de communi conſenſu requiſitum votum Rotæ, & propoſito per me dubio, An venditio ſubſtineatur, ſuſtineri Rota reſpondit.

Quia potuit Tutor cum decreto Iudicis
1 vendere † bona immobilia Pupilli pro extinguendo ære alieno *l.ob æs C.de præd.minor.l.1.l.ſi Pupillorum §.ſi Pretor ff.reb.eor.Alb.conſ.205.n.23. & ſeqq.conſ.226. num.18. & 19. conſ.492. num.5. Cyriac.controu.29.num.56. Afflict.deciſ.87. num.5.* præſertim, quia fructus Cenſus mediante hac venditione extincti currebant ad rationẽ ſcutorum ſeptem pro centenario, cum tamen
2 ex bonis venditis, vltrà quinque † non perciperentur *iux gloſ.in authent.præterea verb.iuſta C. de Sacroſ.Eccl. Cagnol.in l.2.num.233. verſ.verum quia C.de reſcind.vendit.Caual.deciſ.358.numer.2. deciſ.387.num.4.Duran deciſ.192.num.1.*
3 Et licet de exiſtentia æris alieni † non adhibeatur fides aſſertioni contrahentium, *Dec. conſ.403.num.12.Pariſ.conſ.85.nu.29.lib.3. Rolan. conſ.33.num.3.lib.1.Rimin.Iun.conſ.247.numer.37.*
4 & vltrò requiratur † quod Creditores actualitèr vrgeant pro ſolutione *l.magis puto.§.non paſſim ff.reb.eor.l.Tutor vrgentibus ff.minor. Dec. dicto conſ.403.num.12. Pariſ.d.conſ.85.num.20. Rolan.d. conſ.33.num.2.Rimin.Iun.d.conſ.247.num.34. Menoch.de arbitrar.caſu 171. num.6. Mantic. de tacit. lib.4.tit.6.num.6.& 8. Maſtrill.deciſ.121.num.2.& ſeqq.Caſtill.deciſ.18.num.35.lib.1. Rota in Romana Saluiani 27. Ian. 1640. coram R.P.D. meo Dunozetto*, nec non quod ex pecunijs, vel mobili-
5 bus, † ſeù bonis minoris momenti ſolui æs alienum non poſſit *d.§.magis puto §.non paſſim, & §.aut ſi diſtrahendum Pariſ.conſ.100.num.2.& 4 lib.1.Rimin.Iun.conſ.247.nu.36.Menoch.caſu 171. num.11.& ſeqq.Mantic.d.tit.6.nu.8.Capic.dec.113 num.6.Buratt.deciſ.410.num.7.*

In caſu noſtro primum probatur ex publico Inſtrumento, in quo Florauantes de anno 1607. promiſit Cenſum extinguere infrà triennium,& donec extinxerit ſoluere fructus. Alterum verò neceſſarium non eſt, quando æs alienum,pro quo extinguendo Tutor ven-
6 dit, currit ſub vſuris, † vt colligitur ex dicto *§.non paſſim, ibi, ſi modo vrgeat creditor, aut vſurarum modus parendum æri aleno ſuadeat*, ponde-
7 rando dictionem, *aut*, † quæ eſt vlternatiua, *Barboſ.diction.46. num.1.* & diuerſificat ſecundum caſum à primo *Rota deciſ.255. nu.4.par.5.*
8 *rec.* itaut ſufficiat alterum de duobus † nempè, quod Creditores vrgeant, vel debitum
9 pareat vſuras, quia in alternatiuis † ſatis eſt vnum de duobus verificari *l.ſi quis ita ſtipulatus*

fuerit ff.de verb. obligat. l. ſi hæredi plures ff.condit. inſtit.cap.in alternatiuis de regul.iur.in 6. Cened.ſingul.6.num.2. & 3. Rota deciſ.248.num.6.par.1. recent.deciſ.329.numer.15.par.6. & in puncto *Imol. conſ.98.num.11.* quem ſequitur *Simoncell. de decret.lib.1.tit.1.num.40.*

Quod autem non extarent pecuniæ, mo-
10 bilia, † ſeu bona minoris momenti idonea ſolutioni conſtitiſſe Iudici præſumi facit illius decretum, vt in ſpecie *Alb.conſ.205.num.24. & ſeqq.Imol.conſ.99.num 6.in fin. quia talis cognitio in d.§.non paſſim, & §.ſeqq. remiſſa eſt arbitrio Iudicis Menoch.de arbitrar.caſ.171.num.11. & ſeqq. vſque ad 22. Rota apud Pich.ad Statut.Vrb.151.deciſ.47. num.10.* præſumiturque decretum cauſa co-
11 gnita † interpoſitum, & omnia ad validitatem actus neceſſaria interueniſſe *Dec.conſ.209. num.1.conſ.402.ſub num.12.verſ.& prædicta, & de com. Alb. conſ.205. num.25.* vbi quod ſatis eſt
12 Emptori † producere emptionem factam cum decreto Iudicis, *& num.93.conſ.226.n.20.*
13 vbi ampliat quamuis Iudex † cauſam non exprimat in decreto *Specul.de empt. & vendit. §. nunc dicendum il 1. num.5. Menoch. præſumpt.75. num.5.lib.2.Rota deciſ.733.ſub num.1.coram bo.me. Buratto, & deciſ.11.nu.2.par.5.recent.* itaut con-
14 trarium aſſerenti † incumbat onus probandi, *Rota apud Pacif.de Saluian. deciſ.227.num.2. & d. deciſ.11.num.3.* & in his terminis *Specul. d.nu.5. verſ.niſi Pupillus Mantic. de tacit. lib.4. tit.6. ſub num.3. verſ.ſed tamen Corn.conſ.109.nu.6.lib.3.*

Non obſtat, quod bona vendita eſſent Emphyteotica, & cum inueſtitura conceſſa fuerit Florauanti pro ſe, filijs, & Nepotibus, nulla facta mentione hæredum, ideoque
15 Emphyteuſis † ſit ex pacto, & prouidentia *iuxt. Theoric. Bart. in l. ius iurandi §. ſi liberi ſub num.6.verſ.propterea poſito ff.oper.libert. Iaſ.in l.2. num.211.C.iur. Emphyteot.cum alijs alleg.per Giurb. de ſucceſſ.feud.prælud.4.num.12.* non poſſent di-
16 ſtrahi † pro debitis defuncti *Coccin. dec.56.n.1. & ſeqq. & deciſ.137.num.23.* quamuis Benedictus ad Emphyteuſim ex propria perſona vocatus adiuerit hæreditatem debitoris, quia
17 adiuit cum beneficio Inuentarij, † quod efficit, vt quoad bona ſibi Iure proprio obuenientia habeatur pro non hærede *Bald. in l.fin. §.in computat ſub num.11. Cod.iur.de liber.Menoch. conſ.203.num.27.& ſeqq.* & in indiuiduo *Rot.deciſ.94.num.4.inter impreſſ.poſt tract.Modern.Foroliuien.de legit.*

Nam qualitas Emphyteotica non infringit alienationem factam ſine conſenſu Domini
18 directi, cuius defectum † ipſe ſolus, & nemo alius allegare poteſt *Ruin.conſ.2.nu.2.in fin.lib.1. Cephal.conſ.3.nu.122. Roland.conſ.57.nu.10.lib.3. Surd.conſ.351.num.42.Gratian.diſcept.511.num.6.* & dum ex ipſo Inuentario apparet ad Bene-
19 dictum perueniſſe † plura bona hæreditaria debitoris, donec Benedictus de iſtis rationem reddat, vindicare ab Emptore non valet bona propria à Tutore alienata pro ære alieno defuncti, *Gabr.de magis comm.conſ.125.n.11.verſ.cōtrariam lib.1.Ceph.conſ.392.nu.36.Natt.conſ.214. n.4.Aym.conſ.225.n.12.Tiraq.retract.lingnag.§.1. gloſ.9.n.43.in fin.Mazar.de fideic.qu.46.n.61.& 62. Molin.de primogenitur.lib.4.cap.1.num.20. & ſeqq. Grat.diſcept.511.nu.26.& ſeqq. diſcept.599.n.19. Boer.deciſ.23.num.20.ad med.verſ.vbi verò.*

20 Inuentarium enim non facit † vt hæres non habeatur pro hærede quoad bona propria niſi in quantum ex aditione hæreditatis damnum pateretur, ſed quatenùs bona hæreditaria ſup-
21 petunt ceſſat damnum, & tenetur † hæres adimplere obligationem defuncti *Bart.in l.cum vir ſub num.14.verſ.ſed ſi fecit ff.de vſucapion. Dec. in l. ex qua perſona ſub num.2. verſ. & quod dictum eſt ff. de regul.iur. Aym.conſ.225. num.12. Rota deciſ.272.num.25.par.5.recent. deciſ.87.nu.26.par.6.*
22 Suppetere autem bona hæreditaria † conſtat
23 ex Inuentario, nec hæredis intereſt † magis rem ſuam vindicare, quam retinere aliam hæreditariam eiuſdem valoris *Gabr.d.conſ.125. ſub num.12. verſ. nec eius Gratian. d. diſcept.511. numer.30. 31. & 32.* vbi quod hæredi aſſe-
24 renti † bona hæreditaria in inuentario deſcripta non eſſe eiuſdem valoris cum bonis alienatis, incumbit onus probandi, *ex ſententia, Aymon. d. conſ.225.num.12. verſ.ſed hoc probatum Natt.conſ.214 num 4 verſ.vtrum autem. & num.5. Guidopap.qu.142.num.2.Ciriac.in prox.termin.controu.308.num.8.& ſeqq.*

Quod eo magis procedit vbi prout in præſenti Emptor poſſidet, quia poſſeſſio releuat
25 Emptorem ab onere probandi † bonorum hæreditariorum equiualentiam, vel è contra *Curt.Iun.conſ.27.num.17. Dec.conſ.100.numer.22. Gratian.diſcept.331.n.22.& ſeqq.Cyriac.controu.5. num.103.Duran.deciſ.241.num.4.* & fuit dictum *in Reatina bonorum 5. Martij 1632. coram R.P.D. meo Pirouano Decano, & in Bononien. bonorum 26. Martij 1640. coram Me.* Præterquod euidens eſt vtilitas pupilli, quia bona Emphyteotica erant ſubiecta caducitati, & onerata annuo Canone tertiæ partis fructuum, bona verò hęreditaria libera ab omni caducitate, & reſpon-
26 ſione, & ſtante decreto Iudicis † bona vendita præſumuntur viliora *Alb. conſ.205. num.25. & 36.* vbi monet non ita facile eſſe reſcinden-
27 das † venditiones factas per Tutores cum Iudicis decreto, *& conſ.492.nu.5. Menoch.de arbitrar. caſu 171. num.21. & 22. cum alijs ſupra allegatis.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

PERVSINA PAROCHIALIS.

Lunæ 10.Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Manutentio danda eſt poſſeſſori anteriori, & ad hunc effectum poſſeſſio habens horam præſumitur anterior poſſeſſione Aduerſarij; Ad mutandum ſtatum beneficij, quæ requirantur? contra bona Religionis Caſſinenſis non præſcribitur minori ſpatio, quàm centum annorum ex priuilegijs Sedis Apoſtolicæ d. Religioni conceſſis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo datur cuicumque poſſeſſori, aut detentori ad ſtatum poſſeſſionis, ſeu detentionis.*

2 *Poſſeſſio Inſtrumentalis alio tunc non poſſidente probat poſſeſſionem manutenibilem.*

3 *Amplia etiamſi poſſeſſio non fuerit capta de mandato Iudicis.*

4 *In Iudicio ſummariſſimo manutentionis non attenditur niſi nudum factum poſſeſſionis, & ſufficit poſſeſſio de facto.*

5 *Manutentio etiam prædoni conceditur.*

6 *Poſſeſſio habens horam præſumitur anterior poſſeſſione Aduerſarij.*

7 *Poſſeſſio anterior in concurſu præfertur poſſeſſioni poſteriori.*

8 *Poſſeſſio inſtrumentalis anterior præfertur in concurſu poſteriori etiam cum perceptione fructuum.*

9 *Continuatio poſſeſſionis præſumitur, niſi exaduersò probetur illius amiſſio.*

10 *Poſſeſſio non dicitur amiſſa, etiamſi alter poſſeſſionem naturalem fuerit ingreſſus, quando non eſt lapſum decennium, & non habuit ſe pro ſpoliato, tunc enim poſſeſſionem ciuilem retinere dicitur, & num. 11.*

Poſſeſſor non præſumitur ſe habuiſſe pro ſpoliato, ibidem.

12 *Manutentio debetur ex poſſeſſione ciuili aduerſus occupatorem naturalis.*

13 *Manutentio in beneficialibus datur ſine productione tituli, non ſecus, ac in prophanis.*

14 *Beneficia eſſe regularia, & ſpectare ad Abbatem probatur ex pluribus, ac continuatis deputationibus.*

15 *Status beneficij regularis non dicitur mutatus ex prouiſionibus Apoſtolicis, niſi conſtet Papam habuiſſe animum illum mutandi, ac ſcientiam anterioris ſtatus regularis, alias in dubio non præſumitur, & num. 16.*

17 *Religio Caſſinenſis habet priuilegia Apoſtolica, ne contra eius bona compleatur præſcriptio minori tempore 100. annorum.*

18 *Ad imprimendum nouum ſtatum in beneficio eſt neceſſarius decurſus temporis legitimi ad præſcribendum.*

19 *Ordinarius non habet poteſtatem mutandi ſtatum beneficij.*

20 *Poſſeſſor beneficij eſt interim manutenendus donec in petitorio diſcutiatur, an ſtatus beneficij ſit mutatus.*

21 *Monacatus Caſſinenſis eſt capax ad obtinenda beneficia curata, vt declarauit S. Congregatio Conc. Trident.*

22 *Deputatio pro adminiſtratione alicuius beneficij impediri nequit ſub prætextu litis pendentis ſuper iure conferendi inter Ordinarium, & Abbatem qui deputauit, ſi in dicta lite beneficium non probatur comprahenſum.*

23 *Lite pendente ſuper iure conferendi poteſt poſſeſſor continuando quaſi poſſeſſionem conferendi, conferre.*

DECISIO LIX.

VACANTE Eccleſia Parochiali S. Andreæ de Agliano, nec non ſimplici beneficio ſub inuocatione S. Angeli eiuſdem loci prædictæ Parochiali perpetuò vnito per obitum Franciſci de Alexandris Abbas Monaſterij S. Petri de Peruſia Ordinis Caſſinenſis prætendens ad ſe ſpectare eorum collationem in ipſorum Aeconomum Procuratorem & Adminiſtratorem deputauit Don Nepotianum de Peruſio Monacum eiuſdem Congregationis, cui hodie Rota cenſuit dandum eſſe mandatum de manutenendo, quod concedi
1 ſolet † cuicumque poſſeſſori, aut detentori ad ſtatum poſſeſſionis, ſeu detentionis *Rota in impreſſ. poſt Modern. de manut. deciſ. 51. nu. 8. dec. 57. num. 7. & 18. deciſ. 215. num. 21.* & in puncto ſimili Monaco Caſſineñ ad adminiſtrationem Parochialis deputato, fuit data manutentio *in Sorana beneficij 4. Februarij 1632. coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Peruſina beneficij 1. Iulij 1637 coram R. P. D. meo Royas.*

Poſſeſſio verò D. Nepotiani apparet ex actuali appræhenſione ſequuta de anno 1639. die 14. Februarij hora 13. prout ex publico Inſtrumento, quod alio tunc non poſſidente
2 probat † poſſeſſionem manutenibilem *l. prædia & ibi gloſ. & DD. ff. acquir. poſſ. Put. deciſ. 650. n. 4. lib. 1. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 5. num. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propt. cum alijs in his terminis allegatis in dictis Sorana, & Peruſina beneficij.*
3 Quamuis poſſeſſio † non fuerit capta de mandato Iudicis *Greg. deciſ. 107. num. 1.* quia
4 in hoc ſummariſſimo iudicio † non attenditur, niſi nudum factum poſſeſſionis, & ſufficit poſſeſſio de facto *Rota deciſ. 451 num. 8. par. 2. diu. deciſ. 284. num. 11. par. 5. recent. deciſ. 569. nu. 3. coram ſa. mc. Greg. XV. vbi add. nu. 6.* vnde etiam
5 Prædoni manutentiò † conceditur *Menoch. de retin. remed. vlt. num. 18. Rota d. deciſ. 641. num. 8. & deciſ. 661. num. 2. par. 1. rec.*
6 Dictaque poſſeſſio D. Nepotiani † quia habet horam præſumitur anterior poſſeſſione Magij Aduerſarij *Menoch. de adip. remed. 4. n. 792. Surd. conſ. 117 num. 13. lib. 1. Moedan. deciſ. 12. nu. 2. de reſtit. ſpoliat. Rota deciſ. 541. num. 1. par. 2. recent.*
7 Ideoque præferenda † eſt poſſeſſioni Magij poſteriori *Bart. in l. ſi duo num. 4. ff. vti poſſid. Alex. conſ. 88. nu. 12. lib. 5. Dec. conſ. 302. ſub nu. 7. Surd. conſ. 28. num. 63. & ſeqq.* & in terminis poſſeſſio-
8 nis inſtrumentalis anterioris, † quod ea præferatur in concurſu poſterioris etiam cum perceptione fructuum, fuit dictum *in Cuſentina Cappellæ 26. Octobris 1601. coram Card. Millino, & in Cremonen. Præbendæ 21. Maij 1607. coram Card. Lancellotto relat. ab adden. ad Gregor. deciſ. 171. num. 3.*

Neque dubitari poteſt quin Don Nepotianus ſuam poſſeſſionem continuauerit vſque ad tempus motæ litis, quia continuatio præ-
9 ſumitur, † niſi exaduerſo probetur poſſeſſionis amiſſio *Menoch. præſumpt. 64. num. 6. lib. 6. Rota deciſ. 4. par. 2. diu. deciſ. 401. num. 4. deciſ. 523. ſub num. 1. par. 2. rec. dec. 218. nu. 3. & 4. in impreſſ. poſt Modern. de manut.* non obſtante quod Maggius

gius poſteà poſſeſſionem naturalem fuerit in-
10 greſſus,† quia cum non fuerit lapſum decen-
nium , & D.Nepotianus non habuerit ſe pro
ſpoliato , vt præſumitur *Giouagn.conſ.40. n.10.
lib.2.Greg.deciſ.307. nu.10.* adhuc poſſeſſionem
11 Ciuilem † animo retinuit , ex qua debetur
manutentio † aduerſus occupatorem natura-
12 lis *Greg.deciſ.9.num.6.deciſ.307. num.6.7.& 12.
Rota deciſ.57.in fin. par.2.recent. deciſ.115.num.2.
par.5.cum alijs alleg.per Modern.de manut.obſer.57.
num.57.& ſeqq.*

Non obſtant , quæ exaduerſo obijciuntur
aduerſus titulum D.Nepotiani . Primò quia
in beneficialibus non ſecus , † ac in prophanis
13 datur manutentio etiam ſine productione
tituli *Rota deciſ.698.num.3.par.2.recen.deciſ.242.
numer.16.in impreſſ.poſt Cenc.de Cenſib. deciſ.323.
num.2.coram Greg.deciſ.112. numer.8.poſt Modern.
de manut. & in his terminis in dicta Sorana Benefi-
cij coram D. meo Veroſpio impreſſ. ibid. deciſ. 328.
num.8.*

Secundò quia D.Nepotianus habet titulum
deputationis ab Abbate S.Petri , quem eſſe
in quaſi poſſeſſione deputandi à ducentis cir-
citer annis , probatur ex pluribus deputatio-
nibus datis in Summ.D.Nepotiani 1.per quas
regularia eſſe beneficia , † & ad Abbatem
14 ſpectare probatur *Buratt.deciſ.606.nu.1.& ſeqq.*
& quæ dicuntur de poſterioribus prouiſioni-
bus Apoſtolicis horum beneficiorum in titu-
lum per 40. annos continuatis diſcutienda
erunt in petitorio , in quo videbitur . † An
15 Papa habuerit animum mutandi ſtatum ho-
rum beneficiorum , vt requiritur , nec in du-
16 bio † præſumitur *Rota deciſ.749. num.8. par.1.
diuerſ.& deciſ.337.ſub numer.2.verſ.hic autem non
adeſt voluntas par.2.recentior.ex doctrina Calderin.
conſ.19.verſ.& hoc patet de præben.Lap.in cap.cum
de beneficio num.2. eod.tit.in 6. & ibi etiam Gemin.
num 9.verſ.dicit tamen, Acchill.deciſ.9 de præbend.
Buratt.deciſ.636. nu.8.vbi allegantur concordan.ad-
den.ad Greg.deciſ.434.nu.20.* eoque minus præ-
ſumitur , niſi probetur quod Papa habuerit
ſcientiam anterioris ſtatus regularis , vt latè
*Lottber.de re benef.lib 1.quæſt.34. nu.53.& plurib.
ſeqq.vſque ad num.71.* Prout etiam videndum
erit , An ſtantibus priuilegijs Apoſtolicis, per
17 quæ conceditur † Religioni Caſſinen. ne
contra eius bona compleatur præſcriptio mi-
nori tempore centum annorum adſit decur-
ſus temporis legitimi ad præſcribendum pro
18 imprimendo † nouo ſtatu in beneficijs ne-
ceſſarius , *cap. cum de beneficijs de præben.in 6. Se-
raph.deciſ.1227.num.3.Rota deciſ.401.n.15.par.5.
recent.* nulla habita ratione prouiſionum ordi-
narij, cui deeſt poteſtas † mutandi ſtatum be-
19 neficij *Rota deciſ.308.num.4.in fin. par.1. recent.
Buratt.deciſ.636. numer.8.vbi adden.litt.E.allegat.
concordantes.*

Interim autem donec de prædictis cogno-
ſcatur manutenendus eſt D. Nepotianus de-
20 putatus † ab Abbate , vt in ſpecie *Seraph. de-
ciſ.287. num 4. cum alijs alleg. per Modern.de ma-
nut.obſeru.46. num.18. & 19. Lottber.de re benef.
lib.1.quæſt.33.num.23.* cuius capacitas † etiam
21 ad beneficia curata in controuerſia deduci nõ
poteſt , cum habeamus caſum deciſum in
terminis Monachorum Caſſinen. *à S.Congre-
gatione Eminentiſſimorum Concilij Tridentini inter-
pretum ſub die 6.Septembris 1638.*

Tandem non obſtat , quod poſſeſſio D.Ne-
potiani videatur attentata,ſtante lite inter or-
dinarium Peruſinum , & Abbatem S. Petri
ſuper Iure conferendi , † quia ea non loqui-
22 tur de omnibus beneficijs exiſtentibus in
Diœceſi Peruſina , & propterea non eſt im-
pedimento deputationi ad adminiſtrationem
huius beneficij , quod in lite compræhenſum
non probatur, *Lottber.de re benef. lib.2. quæſt.20.
ſub num.14.* Præter quod etiam pendente † lite
23 ſuper Iure conferendi , potuit Abbas conti-
nuando ſuam quaſi poſſeſſionem conferendi
conferre *Lap.alleg.136.ſub num.5.& ſeqq.Lottber.
de re benef.d.lib. 2.quæſt.20.num.16. & fuit dictum
in Ferrarien.Canonicatus 7.Nouembris 1625.coram
bon.mem.Remboldo.*

Et ita deciſum vtraquè &c.

IMOLEN. BONORVM.

Veneris 14. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Hæres Beneficiatus ſi percepit fructus hæreditatis mala fide ex quo ſciebat adeſſe creditores hæreditarios eoſque vrgere, tenetur de illis rationem reddere , ſecus verò ſi bona fide illos percepit , & redditur ratio . Nec ad acquiſitionem fructuum obſtat hæredi hypotheca creditorũ hæreditariorum , ſi ei non innotuit, nam pro ſola acquiſitione fructuum ſufficit bona fides , ac titulus habilis percipientis.Hæres certioratus ab aliquibus creditoribus hæreditarijs de eorum creditis , dicitur quoad ipſos conſtitutus in mala fide , non autem quoad alios, à quibus certioratus non fuit.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio legis , & Inuentarij tenetur de fructibus hæreditarijs rationem reddere ſi illos mala fide percepit puta , quia ſciuit adeſſe creditores hæreditarios, illoſque vrgere.*

2 *Secus vero ſi non fuit in mala fide.*

3 *Hæres poſt aditam hæreditatem facit fructus ſuos ex titulo pro hærede , & vti de re propria perceptos.*

4 *Poſſeſſor , vt fructus lucretur , ſufficit quod abſit mala fides .*

5 *Hæres , vt fructus hæreditarios faciat ſuos , ſufficit quod bona fides , ſiue titulus concurrat , nec acquiſitioni obſtat hypotheca creditoris hæreditarij , niſi ei innotuerit.*

6 *Hypotheca creditoris hæreditarij an competat quoad fructus poſt aditam hæreditatem recollectos ? & an per illorum conſumptionem expiret? nu.7.*

8 *Fideiuſſor euictionis agere nequit pro releuatione ante ſecutam euictionem.*

9 *Mala fides hæredis ſuperueniens poſt perceptos , & acquiſitos fructus hæreditatis non releuat.*

10 *Ma-*

10 *Mala fides poteſt variare reſpectu diuerſorum.*
11 *Mala fides hæredis reſultans ex certioratione ſibi facta ab aliquibus creditoribus non nocet, niſi reſpectu illorum à quibus fuit certioratus.*
12 *Hæres etiam detectis creditoribus hæreditarijs facit fructus ſuos, ſi bona hæreditaria ſuppetunt pro illorum ſatisfactione.*
13 *Creditores hæreditarij in dubio ſatisfacti præſumuntur de proprijs pecunijs hæredis, maximè quando non conſtat tempore ſolutionis tot fructus hæreditarios non fuiſſe perceptos, & nu. 14.*
15 *Hæres ſoluens de proprio creditoribus hæreditarijs ſuccedit in eorum creditum, in quod imputare non tenetur fructus titulo hæreditario, & bona fide perceptos.*
16 Deciſ. in Fulginaten. Pecuniaria 7. Februarij 1639. coram bon.mem. Merlino, *declaratur*.

DECISIO LX.

PETEBAT D. Marchio Riarius, qui fi-
deiuſſor acceſſerat euictioni promiſſæ à
Hieronymo à Piro, vt eius hæredes rationem
redderent de fructibus ex hæreditate perceptis
ab anno 1601. quo Hieronymus deceſſit, &
deſuper diſputato particulari dubio coram
bon.mem. Coccino, Rota cenſuit dictos fru-
ctus ceſſiſſe commodo hæredum vſque ad
annum 1629. quo cõmiſſa fuit ſtipulatio eui-
ctionis, reſeruato vt particulariter videretur
de fructibus ab inde citrà perceptis, vt in de-
ciſione emiſſa ſub die 1. Iulij 1640. à qua non
eſſe recedendum hodie Domini reſponde-
runt.

Procedendo cum diſtinctione ſæpiùs re-
cepta in hoc Sacro Tribunali, quod aut hæ-
res beneficiatus † percepit fructus hæreditatis
1 mala fide, quia nempè ſciret adeſſe creditores
hæreditarios illoſque vrgere pro ſatisfactione,
aut abſque mala fide, ſiue cum bona fide, pri-
mo caſu tenetur de fructibus rationem redde-
2 re, † ſecundo ſecus vt plenè *in deciſ. 259.
num. 8. & ſeqq.* vbi reſpondetur omnibus con-
trarijs, *& deciſ. 304. num. 2. par. 5. recent. deciſ. 131.
num. 3. & ſeqq. par. 6. vbi alleg. concord.*
3 Et optima ratione, † quia hæres poſt adi-
tam hæreditatem facit fructus ſuos ex titulo
pro hærede, & vti de re propria perceptos,
*l. ſi quis bonorum, ff. leg. 1. l. quod his verbis in princ.
ff. leg. 3. l. in fideicommiſſaria ff. ad Trebellian. Ruin.
conſ. 131. num. 14. lib. 1. Pariſ. conſ. 55. num. 22. lib. 3.
Socc. conſ. 42. num. 5. lib. 3. Mart. de ſucceſſ. leg. par. 3.
quæſt. 13. art. 5. num. 50. Surd. deciſ. 271. num. 6. & 7.*
4 & ſufficit abeſſe malam fidem, † vt poſſeſſor
fructus lucretur, *l. quæſitum in fin. ff. acquir. rer.
dom. l. ſed etſi lege, §. ſcire in fin. ff. petit. hæred. Bero.
in cap. grauis num. 21 de reſtit. ſpoliat. Felin. in cap. de
quarta num. 31. de præſcript. Surd. conſ. 115. num. 7.
Surd. conſ. 115. num. 7. Buratt. deciſ. 184. num. 6. Rot.
recent. deciſ. 213. n. 6. & 7. par. 7.*

Neque intereſt, an creditores hæreditatis
habeant hypothecam, necne, quia ratio for-
5 malis acquiſitionis fructuum † ſtat in titulo
habili, & bona, ſiue non mala fide percipien-
tis, quam non excludit hypotheca creditoris
hæreditarij, niſi innotuerit hæredi, † eaque
6 prętcrea quoad fructus poſt aditam hęredita-
tem recollectos, quatenus competeret, quod
negat, *Minado deciſ. 20. per tot. relatus à Cyriac.
controu. 490. num. 61.* per illorum conſumptio-
7 nem † expirauit, *l. 1. §. cum prædium il 1. ff. pign.
l. ſicut in princ. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. Cyriac. dicta controu. 490. num. 52. & prius contr. 339.
num. 1. & 2.*

Caſui autem noſtro applicatur ſecundum
membrum ſupradictæ diſtinctionis, quia hę-
redes Hieronymi ſunt beneficiati, & non
probantur certiorati de credito Marchionis,
quinimò ante annum 1629. neque creditor
erat, quia nondum ſecuta fuerat euictio, an-
8 te cuius euentum fideiuſſor euictionis † qua-
lis eſt Marchio agere pro releuatione non po-
tuit, *l. habita licere l. euicta ff. euict. Bald. in l. facere
poſſe num. 2. ff. ſol. matrim. Alex. Rauden. conſ. 38. ſub
nu. 31. & 32. lib. 2. cum alijs allegat. à Modern. Piſaur. tract. de euict. quæſt. 112. num. 8.* nec mala fi-
des † ſeu actio, quæ ſuperuenit anno 1629.
9 ſuffragatur Marchioni quoad fructus antea per
hæredes perceptos, & acquiſitos, *Bart. in l. ſi
fundum num. 5. Cod. rei vind. & in l. pen. nu. 2. ff. pro
empt. Mandell. Alb. conſ. 502. num. 29. & in punct. hæredis beneficiati conſ. 594. n. 10.*

Prout etiam nõ ſuffragatur Marchioni mala
fides hæredum reſpectu aliorum creditorum
hęreditatis de quibus ab initio fuerunt certio-
rati, quia ſi mala fides † poteſt variari reſpe-
10 ctu diuerſorum, *l. ſi quis fundum ff. acquir. poſſeſſ.
l. Fulcinius §. quid ſi aduerſus ff. quib. ex cauſ. in poſſ.
eunm*, propterea non nocet † niſi fauore cre-
11 ditorum erga quos fuit inducta, *gloſſ. in l. intra quatuor verb. denunciatione ff. diuerſ. temp. præſcript. & in l. cum notiſſimi, §. ſed ſi quis verb innouata verſ. & hac ciuilis Cod. præſcript. 30. vel 40. ann.
& in cap. placuit il 2. §. poteſt, verſ. interrupta 16.
quæſt. 3. Bart. in l. naturaliter nu. 11. & 14. ff. vſucap.
Balb. de præſcript. 3. par. 6. part. princip. quæſt. 4. numer. 46.*

Maximè, quia tunc Marchio non erat cre-
ditor, eiuſque creditum pendebat ab incerto
euictionis euentu, quem hæredes potuerunt
credere numquam futurum, † & quia cum
12 creditoribus tempore aditionis hæreditatis
detectis abundè ſuppeterent corpora hæredi-
taria, fructus hæreditatis remanebant liberi
pro hæredibus, qui proindè illas bona fide,
quoad omnes perceperunt, & amplius, quia
dicti creditores tacent, ac fuerunt ſatisfacti ab
13 hæredibus † de proprijs eorum pecunijs, vt in
dubio præſumitur *Dec. conſ. 238. num. 4. in fine,
Alex. conſ. 82. num. 13. lib. 2. & conſ. 134. nu. 7. lib. 5.
Aym. conſ. 131. num. 12. verſ. & in dubio Cagnol. in
l. 2. num. 254. verſ. dicendum tamen, Cod. pact. inter
empt. & vend. Menoch. præſumpt. 46. numer. 7. lib. 3.
Rot. deciſ. 220. n. 4. par. 1. recent.*

Vndè ſi nec ijdem creditores, quorum
fauore fuit inducta in hæredibus mala fides,
poſſunt de illa excipere ad excludendos hære-
des ab acquiſitione fructuum, quominus ex-
cipere poterit Marchio, erga quem ex prædi-
ctis hæredes fuerunt in bona fide. Et gratis
dicitur creditores fuiſſe ſatisfactos ex fructi-
bus

14 bus hæreditatis, † quia tempore primarum ſolutionum non fuerant percepti tot fructus, & in omnem caſum, & ipſi fructus erant proprij hæredum, qui ſoluendo creditoribus de
15 proprio ſucceſſerunt in eorum creditum, † in quod non tenentur imputare fructus titulo hæreditario, & bona ſine perceptos iuxta magis communem opinionem quam ſequitur *Alex. in l. deducta §. qui poſt num. 1. ff. ad Treb. Ruin. conſ. 175. num. 10. lib. 3. Gabr. conſ. 124. nu. 7. lib. 1. Decian. reſp. 49. num. 13. lib. 2. Hond. conſ. 58. nu. 51. lib. 1. Surd. conſ. 291. num. 6. & 11. & dec. 92. num. 6. verſ. ſed alij dec. 224. num. 12. Peregr. de fideicom. art. 35. nu. 10. verſ. communis tamen Muta dec. 84. n. 31. Seraph. dec. 1284. num. 1. Rot. dec. 680. num. 2. par. 1. diuerſ. dec. 509. num. 5. coram bon. mem. Buratto.*
16 Ex quibus nihil vrget † *deciſ. exaduerſo allegat in fulginaten. pecuniaria 7. Februarij 1639. coram R. P. D. meo Merlino* quia ibi agebatur cum creditoribus detectis de tempore quo hæres fructus percepit, & corpora hæreditaria eorum ſatisfactioni non erant ſatis.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA DOMVS.

Ven. 14. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Emphiteuta vltimus de generatione habens facultatem nominandi vnā perſonam ſi decedit ab inteſtato cenſetur nominaſſe venientes ab inteſtato verior eſt tamen opinio contraria quando agitur de Emphiteuſi limitatiue conceſſa ad tertiam generationem, & Ius nominandi ſub conditione expreſſa, vel tacita concipitur, & ex quibus reſultet Ius nominandi eſſe conditionale?

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio rei Emphiteoticæ ob lineam finitam redditur clara, quando Dominium, & defectus generationis eſt in confeſſo apud partes.*

2 *Emphiteuta vltimus de generatione habens facultatem nominandi vnam perſonam, decedendo ſine teſtamento cenſetur nominaſſe venientes ab inteſtato.*

3 *Declara concluſionem non procedere in Emphiteuſi limitatiue conceſſa ad tertiam generationem, & in qua Ius nominandi ſub conditione expreſſa vel tacita concipitur, hoc enim caſu venientes ab inteſtato non cenſentur nominati, & redditur ratio num. ſeqq.*

4 *Voluntas defuncti erga venientes ab inteſtato permiſſiua, & interpetratiua eſt.*

5 *Gerundium appoſitum verbo futuri temporis conditionem importat.*

6 *Ademptum ſub vna conditione, cenſetur ſub contraria conceſſum.*

7 *Facultas nominandi conceſſa vltimo Emphiteutæ ſub ſpeciali conuentione quod de nominatione conficeretur publicum Inſtrumentum, alioquin nominatio ſit nulla, intelligitur de vera, & diſpoſitiua nominatione.*

8 *Clauſula ſi contingerit nominationem fieri tanquam indeffinite concepta referenda eſt ad omnem nominationem in inueſtitura conceſſam, demonſtratque conceſſionem eſſe conditionalem.*

9 *Item contrahentes ſenſiſſe non denominatione certa, ſed contingenti, & ſic cogitaſſe poſſe dari caſum, in quo nominatio non fieret quia hoc eſt de natura contingentis.*

10 *Lex præſumit, quem regulariter decedere cum aliquo hærede ab inteſtato.*

11 *Identitas probatur ex duabus demonſtrationibus licet in alijs adſit diſcrepantia.*

12 *Identitas non probatur ex demonſtrationibus ſiue confinibus quæ alijs conueniunt.*

13 *Identitas in antiquis probatur leuioribus probationibus.*

DECISIO LXI.

CAPITVLVM, & Canonici Collegiatæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Rotundæ locauerunt de anno 1561 quandam domunculam, nec non aliud Caſalenum nuncupatum l'Hoſpitaletto Franciſco de Belliſhominibus ad tertium genus maſculinum, & pro maiori intelligentia huius locationis conuenerunt, quod prima generatio incipiat à filijs maſculis ipſius Franciſci, in ſecũda intelligantur nepotes eiuſdem Franciſci in tertia pronepotes etiam maſculi, & in defectum alterius dictæ generationis, & vltimus in dicta generatione facultatem habeat, nominandi vnam perſonam tantùm maſculinam, ſiuè fœmininam poſt cuius perſonæ nominandæ mortem, locatio intelligatur finita.

Inſuper infra conuenerunt, quod ſi quando contigerit, dictam nominationem fieri teneatur emphiteuta dare inſtrumentum nominationis in publicam formam, aliàs nominatio ſit ipſo iure nulla, & Caſalenum cum melioramentis ſit ipſo facto deuolutum ad Eccleſiam.

Extincta generatione Franciſci per obitum Abbatis Michaelis Angeli illius nepotis cui ſucceſſerunt ab inteſtato Franciſcus, & Petrus de Franchinis; contra hos Canonici prædicti obtinerunt ab A.C. ſententiam ſuper deuolutione, & reſpectiue reintegratione ad poſſeſſionem Caſaleni cauſaque in gradu appellationis mihi commiſſa: Dubitaui, An conſtet de deuolutione, & de qua Domo, quo dubio hodie propoſito Domini dixerunt conſtare de duolutione Caſaleni nuncupati l'Hoſpitaletto.

Cum enim dominium Eccleſiæ, & defectus generationis primi acquirentis ſint in confeſſo
1 apud partes, clara † viſa eſt deuolutio Caſaleni ob lineam finitam iuxta diſpoſitionem *textus in §. emphiteuſis Autb. de non alien. rebus Eccleſ. Clar. in §. emphiteuſis q. 42. Corbul. de cauſ. priuat. ob lineam finitam nu. 1. & ſeqq. Seraphin. dec. 1487. numer. 1.*

Nec ſuffragatur, quod vigore inueſtituræ Abbas Michael Angelus tamquàm vltimus
2 de generatione † haberet facultatem nominandi vnam perſonam, & decedendo ſine teſtamento

ſtamento cenſeatur nominaſſe venientes ab inteſtato *l. conficiuntur ff. de iur. Codicill. Fabius Anna ſing. 191. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 28. num. 53. relatus à Rouito conſ. 105. num. 15. lib. 2. & in terminis emphit. Sanchez. reſp. mor. lib. 4. cap. 1. dub. 33. num. 1. ante med. Burſatt. conſ. 378. num. 12. & duob. ſeqq. lib. 4. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. in materia aſſenſus quaſt 43. Caſtill. quotid. controuerſ. lib. 4. cap. 13. num. 12. Gratian. deciſ. March. 135. num. 12. verſ. in nominationem.*

Nam quicquid ſit in rebus liberè acquiſitis, ac de quibus poteſt abſolutè diſponi, ſanè in
3 emphiteuſi limitatiuè † conceſſa ad certam generationem, & in qua ius nominandi ſub conditione expreſſa, vel tacita nominationis faciendæ concipitur, verior, ac magis recepta eſt opinio contraria, quod ſcilicet venientes ab inteſtato non cenſeantur nominati, vel ad illos ius nominandi tranſierit quia conditio voluntaria adimpleri debet in forma ſpecifica
4 per actum voluntatis diſpoſitiuæ, voluntas † autem defuncti erga venientes ab inteſtato permiſſiua, & interpretatiua eſt, vt in ſpecie *Caldas de iur. emphit. lib. 2. quaſt. 7. n. 28. & ſeqq. vbi ſic reſpondet ad allegationes contrarias poſt Gomez. variar. reſolut. tom. 2. cap. 11. nu. 7. infra med. Molin. de iuſt. & iur. diſput. 446. nu. 3. Laderch. conſ. 73. ſub num. 9. verſ. ſic etiam. Peregr. conſ. 53. ſub num. 7. lib. 2. Decian. conſ. 33. num. 4. lib. 2.* & articulo maturè diſcuſſo fuit deciſum in *Rom. domus 23. Iunij 1636. coram R. P. D. Veroſpio vbi allegantur concordantes.*

Et hic eſt caſus noſter ponderando tum gerundium nominandæ, ibi *poſt cuius perſona nominandæ mortem &c.* quod cum reſoluatur in
5 relatiuum qui, & verbum futuri temporis, † nempè perſonæ quam emphiteutæ nominabit, conditionem importat *l. ſitcum qui meus erit ff. leg. 1. Surd. conſ. 107. numer. 7. & 8. conſ. 308. num. 50. Greg. XV. deciſ. 187. num. 7. & 8. Alex. in proximis terminis conſ. 232. num. 4. lib. 6. & in puncto Rota in dicta Romana Domus §. conſiderate.*

Tum ſubſequentem conuentionem, quod non exhibito inſtrumento nominationis, Caſalenum ſit ipſo deuolutum, ex qua deducitur tacita conditio inhærens ipſi conceſſioni pro perſona nominanda, dummodo videlicet nominatio fiat per publicum inſtrumentũ, quia
6 ademptum † ſub vna conditione, cenſetur ſub contraria conceſſum *l. aliquando ff. de condit. & demonſtrat. Bart. in l. pater familias num. 4. ff. hæred. inſtit. Ruin. conſ. 150. num. 7. lib. 2. Pariſ. conſ. 8. n. 16. verſ. ad 2. lib. 3. Menoch. conſ. 78. numer. 10. Giouagn. conſ. 93. num. 16. lib. 1.* Et ex quo partes conue-
7 nerunt, † quod de nominatione conficeretur inſtrumentum alioquin nominatio ſit nulla, apparet voluiſſe, quod fieret vera, ac diſpoſitiua nominatio, quam vltrò neceſſariam reddit ſpecialis conuentio in caſu non exhibitæ nominationis *Corn. conſ. 165. num. 19. & duobus ſeqq. lib. 2. Gratian. diſcept. 50. ſub nu. 23. & diſcept. 221. num. 8. & 9. Rot. in Romana Scriptoriæ 5. Iunij 1609. coram bon. mem. Card. Lugdunen. impreſſ. apud Gratian. dicta diſcept. 221. num. 11. & ſeqq. dec. 152. num. 1. poſt Pacif. de ſalu.*

Id quod confirmatur ex clauſula ſi conti-
8 gerit, † ibi, *ſi contigerit nominationem fieri &c.* quæ tanquam indefinitè concepta referenda eſt ad omnem nominationem in inueſtitura cõceſſam, demonſtratq; huiuſmodi conceſſionem eſſe conditionalem iuxta theoricam *gloſſa in l. qui promiſit ff. cond. indeb. Oldrad. conſ. 242. ſub n. 7. Bald. conſ. 750. num. 7. lib. 5.* & contrahentes ſen-
9 ſiſſe † de nominatione non certò extitura, ſed contingenti, & ſic cogitaſſe, poſſe dari caſum in quo nominatio non fieret, quia hoc eſt de natura contingentis, *l. ſi finita §. ſi verò vbi gl. verbo contigerit ff. de dam. infect.* qui caſus dari non poſſet ſi ſufficeret interpretatiua nominatio erga venientes ab inteſtato, quia illi dicerent ſe nominatos à defuncto, & lex præſu-
10 mit, † quem regulariter decedere cum aliquo hærede ab inteſtato, vt benè in propoſito ratiocinat. *Peregr. conſ. 53. ſub numer. 7. verſ. ac ideo lib. 2. Gabr. conſ. 91. nu. 13. & ſeqq. lib. 1. Siluan. conſ. 14. ſub num. 4. verſ. ſexto ſi aliter, Mant. de coniect. lib. 7. tit. 7. ſub num. 14. verſ. ſed ſi fideicommiſſum.* Vt igitur verificetur contingentia nominationis à contrahentibus contemplata non eſt habenda ratio inteſtatæ ſucceſſionis.

Domũ verò deuolutam, eſſe caſalenũ nuncupatum, *l' Hoſpitaletto*, hodie locatum Rapacciolis conſtat ex conuenientiâ plurium confinium deſcriptorum in inſtrumento inueſtituræ, eſt enim annexum domunculæ, & ſtallectæ cum diſcoperto incorporatæ domui magnæ illorum de Bellis hominibus confinat cũ via publicâ tendendente à platea Rotundæ ad Eccleſiam Sancti Ludouici, & retro cum domo illorum de Iuuencis cum tamen ad pro-
11 bandam identitatem † duæ demonſtrationes ſufficerent *Bart. in l. demonſtratio nu. 14. ff. condit. & demonſtr. Alex. conſil. 73. nu. 6. lib. 3. Socc. conſ. 89. num. 1. lib. 1. Caualer. deciſ. 311. numer. 14.* etiamſi alterum confine domus de Ruinis non conueniret *Decian. reſponſ. 17. num. 9. lib. 3. Ruin. conſ. 50. nu. 22. lib. 1. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. c. 12. num. 23. Rota deciſ. 98. num. 10. par. 6. recentior. & in Ariminen. fideicommiſſi 14. Martij 1640. coram R. P. D. meo Cerro.*

12 Nec obſtat, quod eadem confinia † conueniant etiam ſtabulo locato D. Marchioni Iuſtiniano, ideoque identitatem non probent, vt limitando concluſionem ſupra firmatam tradit idem *Bart. in d. l. demonſtratio numer. 15. in fin. Bald. in l. hac conſultiſſima nu. 5. in fin. C. qui teſtam. fac. poſſunt, Rot. deciſ. 295. n. 9. par. 1. recen. dec. 455. n. 10. coram ſan. mem. Greg. XV.*

Quia immo diſcordant cum dictum ſtabulum non ſit annexum domunculæ, & ſtallettæ cũ diſcoperto incorporatæ præfatæ domui magnæ, quod eſt confine, ac demonſtratio maximè identificans, pariterque multum diſcrepat menſura, quæ magis conuenit domui locatæ Rapacciolis, vt latiùs per informantes, & cum verſemur in materia antiqua exced-
13 te 78. annos leuiores probationes † identitatis probandæ ſunt ſatis *Rot. deciſ. 749. num. 3. par. 4. diuerſ. deciſ. 42. num. 5. dec. 359. nu. 46. par. 5. recent. dec. 164. n. 37. & 38. par. 6.*

Et ita deciſum vtraque &c.

VERV-

VERVLANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 21. Iunij 1641.

A R G V M E N T V M.

In cauſam detractionum cædunt primæ alienationes, quibus æquare præſumuntur, quando hæres inuentarium non confecit; itaut allegans eas non æquare teneatur hoc probare, eo quod contra hæredem militat præſumptio ſubtractionis. Bona per hæredem grauatum permutata imputantur in detractiones, nam permutatio eſt ſpecies alienationis. Bona fideicommiſſi ſi fuerunt cum alijs bonis permutata, tunc bona ex cauſa permutationis recepta cadunt ſub fideicommiſſo, eique ſubrogata cenſentur, concluſio tamen intelligitur, quando permutatio fit ex cauſa neceſſaria vel vtili, & fideicommiſſarius non læditur, tunc enim ex præſumpta voluntate fideicommittentis cenſetur permiſſa hæredi facultas permutandi.

S V M M A R I V M.

1 *Alienationes primæ cedunt in cauſam detractionum, & præſumuntur detractionibus pares, quando hæres inuentarium non confecit, itaut imparitatem allegans probare teneatur, eo quod nulla pro eo militat præſumptio, ſed imò contraria ſubtractionis bonorum.*

2 *Reus in ſua exceptione dicitur actor.*

3 *In detractionibus imputantur bona per grauatum permutata pro quibus electa cenſentur, & nu. 16.*

4 *Permutatio eſt ſpecies alienationis.*

5 *Alienationes cedunt in cauſam detractionum ad euitandos inutiles circuitos, ne tertius poſſeſſor qui emit a grauato pulſatus à fideicommiſſario agat cõtra hæredem, & iſte contra bona fideicommiſſi pro conſequendis detractionibus.*

6 *Et ratio dictæ concluſionis militat etiam, in permutatione, de quà prædicatur etiam probibitio alienationis.*

Alienatione prohibita cenſetur etiam prohibita permutatio ibidem.

7 *Bona fideicommiſſi ſi fuerunt ab hærede grauato permutata, tunc bona recepta ex cauſa permutationis tamquam ſubrogata cadunt ſub fideicommiſſo.*

8 *Subrogatio requiritur expreſſa, quando hæres vendidit rem fideicommiſſi, & ex eius prætio aliam comparauit,*

9 *Subrogatio bonorum permutatorum cum bonis fideicommiſſi, permiſſa eſt quoties permutatio eſt licita vel ex cauſa neceſſitatis vel maioris vtilitatis, & ex dicta permutatione fideicommiſſarius non læditur, & redditur ratio.*

10 *Et alterius vt ſubrogatio valeat requiritur licentia Principis.*

11 *Item vt permutatio ſubſtineatur conſtare debet de neceſſitate, vel vtilitate fideicommiſſi, quæ certa eſſe debet de tempore contractus, & probanda ex aduerſo num. 12.*

13 *Hæres grauatus non poteſt ſine cauſis permutare bona fideicommiſſi cum alijs bonis.*

14 *Fideicommiſſarius poteſt ex propria perſona impugnare permutationem bonorum fideicommiſſi ſine cauſa factam per grauatum, quamuis ſit eius hæres.*

15 *Et eſt in eius electione vel acceptare pro fideicommiſſo bona in permutationem recepta vel permutationem impugnare.*

17 *In detractionibus imputantur animalia per hæredem grauatum vendita.*

18 *Identitas bonorum eſt vnum ex requiſitis ad obtinendam immiſſionem ex remedio* legis final. C. de edict. Diui Adrian. tollend.

D E C I S I O LXII.

ALIAS deciſum fuit ſub die 22. Iunij 1640. coram me ſententiam latam ad fauorem DD. de Filonardis abſolutoriam à petitis per D. Ioannem amatum agentem ex fideicommiſſo Bartholomei aui eſſe iniuſtam, quia de fideicommiſſo, eiuſque purificatione in perſona Ioannis dubium non eſt, & identitas bonorum ſatis probata eſt quo ad quantitatem infra explicañ. Nec Filonardi tueri sè poſſunt titulo detractionum ex dicto Fideicommiſſo competentium Proſpero, qui ipſis bona de quibus agitur vendidit, quia omnes detractiones conſumptę fuerant per alienationes præcedentes ab eodem Proſpero factas, vt latius in dicta deciſione, ſuper qua hodie reaſumpta diſputatione, DD. ſteterunt in deciſis ex rationibus in ea deductis.

1 Quod enim primæ alienationes † cædant in
cauſam detractionum, & præſumantur detra-
ctionibus pares, quando hæres inuentarium
non confecit, niſi ipſe imparitatem probet,
eo quod omiſſo inuentario nulla pro hærede
militat præſumptio; ſed immò contraria ſub-
tractionis bonorum, & imparitas ab eo alle-
gata tanquam fundamentum ſuę exceptio-
2 nis, † in qua dicitur actor ab eodem probanda
eſt *vltra deciſiones alias allegatas fuit firmatum in
Rauennaten. Saluiani 26. Maij 1634. coram R. P. D.
meo Ghiſillerio, & in Bononien. fideicommiſſi de
Glauarinis 23. Ianuarij 1636. coram eodem vbi plu-
res allegantur.*

Inter alienationes autem bonorum fidei-
commiſſi prius factas à Proſpero præcipua
viſa eſt permutatio bonorum notabilis quan-
titatis cum alijs bonis Iulij Cęſaris de Angelis
3 nam bona permutata † cenſentur à grauato
electa pro detractionibus, non ſecus ac aliena-
ta *Fuſar. de ſubſt. quæſt. 543. numer. 25.* quia per-
4 mutatio † eſt ſpecies alienationis *cap. nulli de
5 reb. eccleſ. non alien. gloſ. in l. cum hi §. ſi cui vero
diſceptatione, & ibi Bald. num. 1. Ang. num. 2. ff. de
tranſact. l. ſciendum la prima §. deinde ff. ædilit.
edict. l. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. l. 2. C. rerum
5 permut.* & ratio euitandi inutiles circuitus † nè
ſcilicet tertius poſſeſſor, qui emit ab hærede
grauato pulſatus à fideicommiſſario agat con-
tra hæredem, is autem contra ipſa bona fidei-
commiſſi pro conſequendis detractionibus,
ob quam rationem alienationes cędere in cau-
ſam detractionum *tradit Peregrinus de fideicom-
miſſis at. 39. ſub num. 5.* æquè militat in permu-
6 tatione, † de qua pariter prædicatur prohibi-

tio

tio alienationis §. *alienationis Auth. de non alien. Crot. conſ.17.numer.41.lib.1.Molin.de primogenit. lib.4. cap.4.num.11.Ciriac. contr.364.numer.9.*

Nec obſtat quod loco bonorum permuta-
7 torum † præſumantur ab hærede grauato ſubrogata bona ex cauſa permutationis recepta, quæ propterea cadunt ſub fideicommiſſo. *Iaſon.conſ.231.num.2.vol.2.Caſtr.conſ.269.num.1. verſ.ſed in contrarium lib.1.Burſatt.conſ.298.nu.18. Menoch.conſ.70.num.8.& ſeq.Peregr.conſ.35.nu.7. lib.3.Giouagn.conſ.23.nu.11.lib.2. Mant.de coniect. lib.7.tit.8.num.28.Fuſar.de ſubſt.quæſt.536.per tot. Peregr. de fideicom.art.44.ſub num.31.verſiculo, & quia, Surd.dec.15.num.21.Seraph.dec.477.n.11. & fuit dictum in Bononien.fideicommiſſis de Formagliarijs coram bon.mem.Card.Hieronymo Pamphilio, & in alia Bononien. de Florauantib.coram bon.mem. Card.Lancellotto Iuniori impreſſis penes Giouangionum d. conſ.23.num.18.& 30.*

Nam, omiſſo an ad hunc effectum requira-
8 tur expreſſa ſubrogatio † prout requiri, quando hæres vendidit rem fideicommiſſi, & ex eius prætio aliam comparauit dixit *Rot.in deciſ. 637. num.5. ibi vel expreſſa ſubrogatio par.3.recen.* procedere poſſet obiectum in caſibus quibus
9 licita eſt permutatio † prout declarat *Fuſar. quæſt.530.numer.20.* puta ſi ex cauſa neceſſitatis vel maioris vtilitatis bona permutentur, quia tunc ex præſumpta voluntate fideicommitentis habet hæres poteſtatem permutandi, & alienandi, & quando fideicommiſſarius, cuius fauore facta fuit prohibitio alienationis, non læditur, non videtur permutatio facta contra prohibitionem *Peregr. de fideicom.art.40.nu.32. poſt Paulum de Caſtro conſ.269.num.3.lib.1.& ſeq. Soc.iunior.conſ.28.col.vlt.num.5.lib.2.& ſeq.Crotus conſ.65.num.14.& ſeqq. Alba conſ.97.nu.15. Natt. conſ.470. num.5. Decian.conſ.55.numer.762.lib.3. Menoch.conſ.1199.num.4.Hond.conſ.58.numer.15. & ſeq.lib.1.Rim.iun.conſ.147.n.21.Fuſar. de ſubſt. quæſt.530.num.4.& ſeq.Ciriac. contr.364. num.18. & 19. contr. 451. num.124.* & iſto caſu neceſſa-
10 riam eſſe vlterius licentiã Principis, † de quo non eſt opus in præſenti inquirere quia non eſt caſus noſter, voluit *Molina de primogenitur lib.4.cap.4. num.12. & cap.6. num.26.& ſeq.* vbi reſpondet omnibus contrarijs eumque ſequitur *Gomeſ.in l.40.Thaur.ſub num.82.Caſtill.deciſ. 18. num.14.*

Sed in caſu noſtro nullibi apparet de neceſ-
11 ſitate, vel vtilitate fideicommiſſi, † quæ certa eſſe debet de tempore contractus *Ciriac.*
12 *contr. 364. numer.22.* & exaduerſo † probanda eſſet *Fuſar.de ſubſt.d.q.530.nu.18.Peregr.d.art.40. nu.32.verſ.quia ſufficit.* Vnde cum deeſſet Proſ-
13 pero hæredi grauato poteſtas permutandi †
14 Ioannes ex propria perſona vocatus † ad fideicommiſſum quamuis Proſperi ſit hæres non tenetur approbare contractum permutationis *Fuſar.de ſubſt.quæſt.557. num.8.Rimin.iun. conſ.23.num.264.Rauden.conſ.38. num.39.& ſeqq. Rot.deciſ.110.num.1.par.2.diuerſorum cum alijs alleg.per Add.ad Buratt.dec.154. num.11.* ſed eſt in eius electione; vel acceptare pro fideicom-
15 miſſo bona in permutationem recepta † à Proſpero, vel permutationem impugnare niſi quatenus ſuſtineatur ex cauſa detractionum
16 in quas propterea imputanda veniant † bona permutata iuxta dixtintionem *Bartoli in l. Imperator. 72.§.cum autem ſub num. 2. ibi, & eſſet in electione Petitoris ff.de leg.2.* quem in his terminis refert, & ſequitur *Surd.dec.208. num.12. & declarat Peregr.de fideicom.art.44.num.31.in fin.& ſenſiſſe videtur Coſta de remed.Subſidiario rem. 61. num.12. ibi etiam electiue Petr.de fideicom. quæſt.8. ſub num.529. ibi innitis poſt eum vocatis.*

Cum igitur conſumptæ præſumantur detractiones in bonis mediante permutatione alienatis, & vltro in animalibus, quæ tempore mortis Bartholomei fideicommitentis
17 ab eo relicta fuiſſe probant teſtes quæque † pariter in detractiones imputantur *Ang.Immol. & alij allegati per Modern. de imputat. & detract. quæſt.136. num.61.*

Sequitur quod Ioanni ſit danda immiſſio in bonis ſucceſſiuè ab eodem Proſpero alienatis in DD. de Filonardis, nempe in poſſeſſiones pętij terræ in Colli Mauſolei vertice poſiti cui ab vno pętium terræ Sancti Angeli, ab alio pętium terræ, quod Vincentia Martialis vendidit Proſpero, & Proſper Siluio Filonardo, ab alio aliud pętium terrę Sancti Angeli, ab alio pętium terrę per Proſperum emptum à Iulio de Angelis, & poſtea venditum eidem Siluio; ab alio pætium terræ, quod Proſper accepit ex cauſa permutationis à Iulio Ceſare de Angelis, & poſtea vendidit Filonardis, ab alio pætium terræ Sancti Franciſci, & ab alio pætium terræ, quod antiquitus fuit Bartholomei fideicommittentis, & hodie poſſidetur à Ioanne vel eius ſororibus pro vt apparet ex planta de conſenſu partium deſſignata coram R. P. D. meo Panzirolo qui ad locum differentię de mandato Rotæ acceſſit, ex qua bene probatur bonorum identitas
18 quæ eſt alterum requiſitum † ad obtineñ immiſſionem ex rem *l. fin.C.de edicto diu.Adr.toll. ad text. l. ſi irruptione §. ad officium ff. fin. regund. cum alijs allegatis in deciſ. huius cauſæ ſub die 31. Maij 1638. coram eodem D. meo Panzirolo.*

Et ita deciſum vtraque, &c.

CORNETANA REINTEGRATIONIS.

Merc. 26. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Reintegratio competit hæredi ex perſona authoris ad poſſeſſionem, quà fuit à Iudice nulliter, & iniuſte procedente ſpoliatus.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio debetur hæredi ex perſona authoris ad poſſeſſionem quà eius author nulliter, & iniuſte fuit à Iudice ſpoliatus.*

Poſſeſſio authoris in Iudicio reintegrationis probatur ex monitorio, nec non ex ſententia reintegratoria contra ipſum lata ibidem.

2 *Primum extremum in interdicto reintegrandæ, eſt poſſeſſio antecedens.*

3 *Interdictum reintegrandæ competit contra immiſſum authoritate Iudicis, nulliter, & iniuſtè procedentis.*

Iudex nulliter, & iniuſtè procedens, non dicitur procedere tanquam Iudex, ſed vti priuatus ibidem.

4 *Sententia lata extra diem cadentis citationis eſt nulla, nec poteſt retrotrahi vigore termini habiti pro ſeruato, quando ſub alia die publicata apparet.*

5 *Sententia in Iudicio reintegrationis non probato primo extremo eſt notoriè iniuſta.*

Primum extremum in Iudicio ſpolij, ſiue reintegrationis eſt plenè, & concludenter probandum ibidem.

6 *Poſſeſſio defuncti non tranſit ad hæredem abſque noua apprehenſione.*

7 *Reintegratio ad poſſeſſionem ex perſona authoris, vt hæredi competat, requiritur plena iuſtificatio nempe ſpolium fuiſſe commiſſum in vita authoris.*

8 *Poſſeſſio non transfertur per clauſulas ampliſſimas contentas in Inſtrumento dationis inſolutum, niſi emiſſæ fuerint in conſpectu rei, prout nec etiam transfertur ex verbali traditione emiſſa extra conſpectum rei.*

9 *Clauſula* ponens &c. *importat ceſſionem iurium, & translationem actionum perſonalium cedenti competentium.*

10 *Clauſulæ* concedens &c. Dans &c. *tribuunt ſolum licentiam capiendi poſſeſſionem propria authoritate.*

11 *Clauſula* conſtituti *poteſt à Notario extendi ſub clauſulis cæteratis vbi adeſt conſuetudo.*

12 *Poſſeſſio non probatur ex confeſſione partis in præiudicium tertij.*

13 *Item nec probatur ex libro Cataſtri in quo bona adnotata leguntur.*

Quid ſit quando verſamur in antiquis ibidem.

14 *Primum extremum in Iudicio reintegrationis requirit plenam probationem.*

15 *Conſenſus venditioni alicuius rei præſtitus, operatur vt poſſeſſio cenſeatur à conſenſiente abdicata, & translata in emptorem.*

16 *Poſſeſſio transfertur etiam mediante contractu conditionali.*

17 *Et tunc alleganti conditionem non fuiſſe ad impletam incumbit onus probandi.*

18 *Conditionis adimplementum præſumitur ex lapſu longiſſimi temporis.*

19 *Præſertim quando concurrit promiſſio adimplendi.*

20 *Monitorium continens clauſulas* Deducens, &c. implorans, &c. *operatur, vt omne ius vndequaque actori competens, cenſeatur in Iudicium deductum.*

DECISIO LXIII.

A SENTENTIA Iudicis Cornetani lata de anno 1602. per quam fuerat conceſſa reintegratio Conſtantiæ Vitelleſchæ aduerſus Marium Fanum, idem Marius tunc appellauit, & vltro de anno 1614. coram Eminentiſſimo Archipresbitero S. Mariæ Maioris iudicium ſpolij contra Marcellum eiuſdem Conſtantiæ hæredem via monitorij ex integro inſtituit, quod, cum proſequerentur illius ſucceſſores, emanauit ſententia abſolutoria Marcelli, ſiue eius hæredum interim defuncti, ſuper qua Rota requiſita à Iudice appellationis, vt votum proferret, eam infirmandam eſſe reſpondit.

Debuerunt enim Succeſſores Marij ex per-
1 ſona Auctoris reintegrari † ad poſſeſſionem, qua fuerat ſpoliatus Marius à Iudice Cornetano nulliter, & iniuſtè procedente, quia ex li-
2 bello tunc porrecto † in quo Conſtantia narrauit Marium poſſidere, nec non ex ipſa ſententia reintegratoria Conſtantiæ amoto Mario à poſſeſſione, probatur ipſius Marij poſſeſſio *Scraph. dec. 1176. nu. 6. Buratt. dec. 160. nu. 6. & dec. 491. n. 2. vbi alleg. concord.* quę eſt primum extremū in interdicto reintegrandæ *gloſ. magn. in l. 1. C. quor. bon. Caputaq. dec. 274. p. 3. Caual. dec. 524.*
3 *nu. 1.* quod competit † etiam aduerſus immiſſum auctoritate iudicis, quia, vbi nulliter, & iniuſtè proceſſit, non dicitur proceſſiſſe vti iudex, ſed vt priuatus, *Greg. XV. dec. 105. nu. 5. dec. 198. num. 2. dec. 209. num. 2. dec. 362. num. 4.*

Nullitas autem Sententiæ Iudicis Cornetani apertiſſima eſt ex defectu citationis, quia vnica adeſt citatio ad Sententiam, quæ cadebat ſub die 3. Iulij, & ſuper ea iudex habuit terminum prò ſeruato, Sententia verò legitur lata die 4. & ſic extra diem cadentis citatio-
4 nis, † ad quam non poteſt retrotrahi vigore termini habiti prò ſeruato, quando, vt hic, ſub alia die publicata apparet *Rot. dec. 706. nu. 3. lib. 3. par. 3. diuerſ. & dec. 252. numer. 2. par. 1. recent. dec. 546. nu. 8. coram ſ. m. Greg. XV. vbi Add. num. 16. alleg. concordantes.*

5 Et etiam dicta ſententia notoriè iniuſta, † quia concedit reintegrationem Conſtantiæ non probato primò extremo, nempè, quod aliquando illa poſſederit, vt debuit plenè, & concludenter *Caualer. dec. 240. nu. 1. & dec. 524. num. 1. Buratt. dec. 136. num. 19. dec. 216. num. 2. dec. 952. nu. 1. & 2.* Neque ei ſuffragari poteſt poſſeſſio Bracchi, cuius eſt hæres, primò quià
6 poſſeſſio defuncti † non tranſit ad hæres abſque noua apprehenſione *l. cum hæredes ff. de acqu. poſſeſ. Menoch. de retin. remed. 3. numer. 57. Achill. dec. 5. num. 3. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Rot. dec. 284. num. 9. par. 1. recent. deciſ. 392. num. 2. par. 2.*

Secundò, quià Conſtantia non probauit,
7 immò nec allegauit ſpolium fuiſſe† commiſſum in vita Bracchij, vt neceſſe erat prò obtinenda reintegratione ex eius perſona *Natt. conſ. 439. nu. 11. & ſeqq. & conſ. 562. nu. 8. Beninten. dec. 12. num. 3. Add. ad Greg. XV. dec. 542. nu. 9. cum alijs alleg. per Add. ad Buratt. dec. 271. num. 9.*

Tertiò, quià nec fuit probata poſſeſſio Brachij, niſi ex inſtrumento dationis in ſolutum ei factæ à Iulio Bufalino, quod continet qui-
8 dem clauſulas ampliſſimas ceſſionis iurium, † ſed nec illæ nec verbalis traditio poſſeſſionis ſatis erant ad eam transferendam quandò, vt in caſu noſtro non fuerunt emiſſæ in conſpectu rei *Bald. in rubr. C. de contrah. empt. num. 37. & ſeqq. Aretin. in §. per traditionem num. 2. inſtit. de rer. diuiſ. Natt. conſ. 398. num. 19. & ſeqq. Menoch. de retin. remed. 3. num. 265. vſque ad 275. Rot. dec. 29. ſub num. 4. par. 4. recent. & coram bon. mem. Cardinali Caual. dec. 307. num. 2.*

Et

Et gratis dicitur in Instrumento ad eſſe clauſulam *conſtituti*, quia nullibi leggitur,
9 ſed tantum clauſula *ponens &c.* quæ † importat ceſſionem iurium, & tranſlationem actionum etiam perſonalium cædenti competentium *Ang. in l. qui quadringenta nu. 2. ff. ad Trebell. Bald. in l. 3. num. 6. C. de nouat. Mart. de clauſ. par. 1. clauſ. 95. num. 1. & ſeqq. Bertazz. eod. tract. clauſ. 28.*
10 *gloſ. 2.* Et clauſula *concedens &c. dans &c.* † quæ ſolum tribuunt licentiam capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, vt tradit *Saluſ. Tiber. poſt ſuum formular. Inſtrum. tractat. de clauſ. par. 1. cap. 3. num. 18.*

Nec intrat quæſtio, an notarius rogatus poſſit ſub clauſulis ceteratis extendere, & ſupplere clauſulam conſtituti, prò vt poſſe,
11 plere clauſulam conſtituti, prò vt poſſe, † vbi adeſt hæc conſuetudo, concludit *Tiraq. de iure conſtit. par. 3. limit. vlt. n. 15.* quià, neque talis conſuetudo probatur neque per notarium clauſula conſtituti fuit extenſa, aut ſupleta.

Non obſtat, quod in eodem Inſtrumento dationis in ſolutum Iulius confeſſus fuerit Brachium longè ante poſſeſſionem bonorum accepiſſe, & tunc poſſidere, quià confeſſio
12 huiuſmodi † non probat in præiudicium tertij *l. ſi vnus vbi Iaſ. ſub num. 7. verſ. idem euenit ff. de pact. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6. nu. 9. Greg. XV. dec. 455. nu. 11. Caputaq. dec. 331. num. 1. part. 2. allegatus in punct. à Tomat. deciſ. Maceraten. 60. numer. 30.* Pariterque poſſeſſionem Brachij
13 non probat liber cataſti, † in quo hæc bona adnotata leguntur, vt bona Brachii *Crauett. de antiq. par. 1. §. quod in libro num. 2. & fuit dictum in Salernitana Contributionis* 10. *Ianuarij* 1680. *coram bon. mem. Cardinal. Hieronymo Pamphilio, & in Sabinen. Terrarum coram bon. mem. Vbaldo Seniori impreſſ. poſt Moder. de manut. dec. 61. num. 6.* quidquid ſit in antiquis iuxtà diſtinctionem *Socc. Sen. conſ. 205. ſub num. 5. & per tot. lib. 2.* in quibus terminis non verſamur, quià à die talis adnotationis vſque ad motam litem coram iudice Cornetano vix effluxernut viginti ſeptem anni.

Et omne, ſi quod adeſſet, adminiculum poſſeſſionis ex dicto Inſtrumento, & libro reſultans, quod verè ex prædictis non adeſt, nec ſufficit ad probandum primum extremum,
14 quia † requirit plenam probationem ex *Caual. & alijs allegatis* eliderectur penitùs, qui cum deinde idem Buſalinus hæc ipſa bona vendidiſſet Odeſcalchis; Brachius venditioni fideiuſſor acceſſit promittendo de omni euictione generali, & particulari in omni iudicio petitorio, & poſſeſſorio, neque enim fideiùs ſiſtet, aut permitiſſet bona vendi per Buſalinum, ſi à ſe fuiſſent poſſeſſa, & conſentien-
15 do † venditioni omnem poſſeſſionem, ſi quam habuiſſet, abiecit, & Odeſcalcos in poſſeſſores agnouit *Bald. in l. exceptione num. 1. C. de euict. Tiraquell. de retr. lign. §. 1. gl. 9. num. 133. & ſeqq. & num. 268. Rot. dec. 669. num. 2. par. 1. recent. Greg. XV. dec. 384. vbi Add. nu. 10. Buratt. dec. 690. numer. 4.* Et licet conſenſerit dummodo prò ſumma ſcut. 12. m. extinguerentur tot annui cenſus hoc non fuit impedimento tranſlationi poſſeſſionis in Odeſcalcos, cum etiam ex
16 contractu conditionali † ea transferatur *l. qui baſenti §. 1. ff. acquir. poſſ. gl. in cap. olim verb. codit. de reſt. ſpol.* ideòque in iudicio ſpolij exaduerſò moto in partibus probandum erat, quod non
17 fuerit ſecuta cenſuum † extinctio vt in his terminis *Seraph. dec. 264. nu. 10. repetit. par. 1. diuerſ. dec. 132. numer. 6. Cardinalis Mantic. de tacit. lib. 14.*
18 *tit. 42. num. 5. & 6.* quæ præterea præſumitur † ex lapſu longiſſimi temporis *d. deciſ. 132. nu. 7.*
19 iuncta maximè promiſſione † eſtinguendi vt per *Socc. conſ. 46. num. 5. verſ. præterea lib. 3. Cozad. conſ. 11. nu. 16. Mantic. dec. 13. num. 9. & alios alleg. in Romana diuiſionis 20. Iunij 1639. coram me.*

Tandem non obſtat, quod Marius in monitorio anni 1614. petierit reintegrationem ſtante quod Brachius bona retrouendiderat, quod tamen probatum non fuit quià in eodem monitorio adeſt clauſula *deducens &c. im-*
20 *plorans &c.* per quam † petitio actoris extenditur vltrà expreſſa, & omne ius vndequaque competens cenſetur in iudicium deductum *Pract. Papien. in for. libell. prò act. real. §. deducendo num. 7. cum alijs, quos allegat Mart. clauſ. 256. per tot. par. 1. Rot. dec. 254. numer. 2. par. 1. diuerſ. dec. 135. num. 5. par. 6. recent.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA VINEAE, ſeù SALVIANI.

Merc. 26. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Saluianum ſemper intrat probatis ſolitis extremis. Declaratio facta à marito, quod res empta ſpectet ad vxorem vti de pecuniis dotalibus empta non ſuffragatur, quando talis declaratio non iuſtificatur, nam in dubio ſolutio præſumitur de pecuniis propriis ſoluentis, nec nocet creditoribus mariti, quibus à die emptionis fuit acquiſita hypotheca in re empta.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio indemnitatis ſub hypotheca bonorũ parit actionem à die contractus.*

2 *Et ſtatim purificata dicitur, ac fideiuſſor ſoluit creditoribus de proprio.*

3 *Clauſula,* conſtituti, *poſſeſſionem probat ad effectum ſaluiani.*

4 *Maritus ſi poſt factam emptionem alicuius rei declaret rem emptam fuiſſe de pecunijs dotalibus vxoris, ac ad eam ſpectare, talis declaratio operatur tranſlationem dominij in vxorem, ac ſi nomen ipſius in inſtrumento emptionis ſpecificatum fuiſſet.*

5 *Quando tamen non conſtat pecunias fuiſſe dotales, tunc cum præſumantur propriæ ſoluentis, res empta ei acquiſita cenſetur.*

6 *Emens nomine proprio, dominium rei emptæ ſibi acquirit.*

7 *Præſertim quando in inſtrumento adeſt clauſula,* ad habendum, *quæ demonſtrat emptorem ſibi, & non alteri irreuocabiliter acquirere voluiſſe.*

8 *Emptoris voluntas deſumitur ex locationibus rei emptæ ſucceſſiuè nomine proprio factis.*

9 *Confeſſio mariti, quod res ab eo empta ſpectet ad vxorem non præiudicat eius creditoribus, quicquid ſit, quando ex coniecturis deſumi poteſt maritum vſque ab initio emere voluiſſe pro vxore, & numer.10.*

Deciſ. Cardinalis Caualerij 221. num.5. & deciſ.243.num.1. *in quibus terminis procedant? ibid.*

11 *Confeſſio mariti fauore vxoris in dubio præſumitur, vel in fraudem creditorum, vel prohibitæ donationis inter virum, & vxorem.*

12 *Vxor in ſubſidium vendicare poteſt bona à marito empta nomine proprio ex pecunijs dotalibus.*

13 *Intellige concluſionem, vt procedat, quando verè conſtat pecunias fuiſſe dotales, ac vxorem aliunde dotem conſequi non poſſe, & vtrumque eſt probandum, quando agitur cum creditoribus viri.*

14 *Iudicio ſaluiani ſufficit actori docere de ſola poſſeſſione debitoris, reiecta exceptione de iure dominij incontinenti non probata.*

DECISIO LXIV.

SEBASTIANVS Sturionus, qui de anno 1611. & 1612. in quibuſdam ſocietatibus officij fideiuſſor acceſſerat ſub promiſſione Roſati Paraſolij de eum conſeruando indemnem, pro conſequenda indemnitate promiſſa egit ex vtili ſaluiano interdicto ad vineam tempore motæ litis poſſeſſam ab Eliſabeth, & nunc à Clarice Cortellaccia, & diſputato dubio coram bon.mem. Patriarcha Hieroſolymitano ſub die 1. Iulij 1620. An intraret ſaluianum, affirmatiuè fuit reſolutum, quo dubio hodie repropoſito ad inſtantiam Franciſcæ hæredis Sebaſtiani, Domini ſteterunt in deciſis.

Nam creditum Sebaſtiani cum hypotheca probatur ex publico inſtrumento promiſſio-
1 nis indemnitatis † ſub hypotheca omnium bonorum Roſati, quæ orta fuit à die contractus, *Bald.in l.1.num.2.C.conuen. fiſc.debit.lib.10. Alex.conſ.32.num.3.lib.4. Dec.conſ.551.n.7. Surd. conſ.150.num.5. Mantic.de tacit.lib.16.tit.12.nu.6.*

2 Et purificata ſtatim † ac Sebaſtianus ſoluit de proprio creditoribus ſocietatum officij, *l.1. C. ſi fideiuſſ.min. cap. peruenit de fideiuſſ. Carpan. ad Statut.Mediol. par.1.cap.413.num.4. Henriq.de fideiuſſor.cap.25.n.10.*

Roſatum de tempore obligationis poſſediſſe vineam, probatur, quia eam emerat de anno 1607. & in inſtrumento emptionis ade-
3 rat ad eius fauorem clauſula, *conſtituti*, † quæ conſtitutarij poſſeſſionem probat ad effectum ſaluiani, *Rot.coram ſan.mem.Greg.XV. deciſ.491. num.10. deciſ.17. num.4. par.5. recent.* & accedit iudicialis proteſtatio ab eo emiſſa ad euitanda mandata ſuſpicionis fugæ *Sum.num.7.* nec non locationes proprio nomine factæ *Summario num.8.*

Quod verò eamdem vineam poſſideat hodie Clarix, negare ipſa non poteſt, *ex deciſione in Romana vineæ 13. Martij 1631. coram bon. mem. Coccino.*

Non obſtat, quod vinea fuerit empta ex pecunijs dotalibus Eliſabeth vxoris Roſati, quodque idem Roſatus die 13. Septembris 1612. confitendo pecunias fuiſſe dotales declarauerit vineam ad vxorem ſpectare, quæ de-
4 claratio † operatur translationem dominij in vxorem, ac ſi nomen ipſius in inſtrumento emptionis ſpecificatum fuiſſet, *Caual.dec.221. num.4.*

Quia cum nec in inſtrumento emptionis, nec in ordine per emptorem directo S.Monti Pietatis, vt pretium ſolueret venditori *Summ.*
5 *num.6.* legatur pecunias fuiſſe dotales † præſumuntur propriæ ſoluentis *l.cum proponas C.pro ſocio Cagnol.in l.2.num.154.C.de pact.inter empt.& vendit. Gratian.diſc.204.num.3. Alex.conſ.82.n.13. & 14.lib.2. Aym.conſ.131.num.12. Rot. deciſ.120. num.4.par.1.rec.* Vndè ſicuti ex tunc mediante
6 emptione facta nomine proprio † fuit acquiſitum dominium vineæ Roſato, *l. nihil prohibet l.multum C. ſi quis alteri, vel ſibi, l.res quæ ff.de iur.dot. Bart.in l. etſi inſtrumentum num.6. Cod. fid. inſtrum.& iure haſt. fiſc.lib.5. Bald.conſ.67. num.1. lib.5. Rot.dec.106.num.1. par.2.recent.* Præſertim quia in inſtrumento ad fauorem Roſati adeſt
7 clauſula, *ad habendum*, † quæ demonſtrat ad illum ſibi irreuocabiliter non autem vxori acquirere voluiſſe, *Beron.conſ.63.num.11. lib.3. Caual.dec.39.numer.1.* Eademque voluntas ex
8 locationibus † à Roſato proprio nomine ſucceſſiuè factis comprobatur *Rota deciſ.262.nu.4. par.1.recent.*

Ità ſuper eadem vinea fuit quæſita hypotheca eius creditoribus, in quorum præiudi-
9 cium non potuit † deinde confiteri pecunias fuiſſe vxoris, vel vineam ad eam ſpectare, *leg. priuilegia vbi Ripa num.18. ff de priuil.creditor. l.ſi vnus §.ante omnia ff.de pact. l.debitorum C.eod. Fontanell.de pact.nupt.tom.2.clauſ.14.gloſ.vnica par.1. num.73 Surd.deciſ.286.num.1. Buratt.deciſ.62.n.5. Caualer.dec.243.numer.4.* Quicquid ſit quando
10 ex alijs coniecturis † conſtaret maritum vſq; ab initio voluiſſe emere pro vxore, in quibus terminis procedit deciſio *Caualerij 221. vt patet num.5.& in dicta deciſione 243.n.1. quæ emanauit in eadem cauſa.*

Eoque minus dicta declaratione in præiudicium creditorum vti poteſt Clarix aduerſaria, quia aliàs declarationem impugnauit negando vineam fuiſſe emptam ex pecunijs dotalibus Eliſabeth, vel illi acquiſitam agnouit nimirum declarationem emanaſſe in fraudem
11 vel creditorum, † vel prohibitę donationis inter virum, & vxorem, vt in dubio præſumitur, *Surd.conſ.489.num.1. Buratt.deciſ.108.num.2. & 3. Greg.XV.deciſ.57.num.1. & 3. Rot.recen.deciſ.55.num.12.par.6. & in punct. Salic. in l. ſi mater ſub num.1. verſ. Et vltra videas Cod.contrah. empt. Men.conſ.154. ſub num.17. & in his terminis fuit dictum in d.Romana vineæ coram Coccino.*

Atq; hinc nõ obſtat, quod mulier in ſubſi-
12 dium vindicare poteſt bona † à marito empta nomine quidem proprio, ſed ex pecunijs dotalibus, *l.Vxor marito, vbi gloſ.verb.accomoda ri ff.donat.inter vir.& vxor. cum alijs allegat. in deciſ. 719.numer.4. coram bon.mem.Buratto.* Quia non

pro-

probatur aſſumptum, quod pecuniæ eſſent
13 dotales,† aut quod mulier dotē aliundè conſequi non poteſt, quod tamen exactiorem probationem requirit vbi agitur cum creditoribus viri, *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. par. 3. n. 39.*

Cum igitur conſtet de poſſeſſione Roſati tēpore obligationis, & defectus dominij non ſit exaduerſo incontinenti probatus reijcienda eſt eius exceptio ab hoc iudicio Saluiani,
14 in quo ſufficit † actori docere de ſola poſſeſſione debitoris, *Roland. conſ. 14. num. 6. lib. 1. Rota deciſ. 36. in fin. par. 1. recent. dec. 619. numer. 4. par. 2. deciſ. 220. num. 5. par. 5. & fuit dictum in Viterbien. Caſtrorum 10. Maij 1624. coram bon. mem. Coccino Decano.*

Et ità deciſum Franciſca tantùm informante, Clarice tamen pluries citata.

ROSSANEN. DECIMARVM.

Veneris 28. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Baronia empta contemplatione alicuius ei acquiritur, quamuis in inſtrumento emptionis eius nomen non fuerit expreſſum, ſed emptoris, quia nomen emptoris cenſetur ſimulatè appoſitum, accedente præſertim obſeruantia ſubſecuta, ex quo ſolus is, cuius contemplatione fuit facta emptio ſemper Baroniam poſſedit, adminiſtrauit, ac fructus percepit. Conſuetudo viget in Regno Neapolitano, quod exteri mediante perſona Regnicolæ poſſunt acquirere Baroniam, reportata ab eo declaratione, quod ex pecunijs exteri fuit facta emptio, qua declaratione ſtante exteri efficiuntur veri Barones. In emptione Baroniæ ſufficit, quod interueniat conſenſus Proregis, quando exteri emunt a Regnicolis, licèt ſecus ſit, quando exteri vendunt, & redditur ratio diuerſitatis, nec aſſenſus Regius eſt neceſſarius ſtante longiſſima conſuetudine, quod exteri mediante perſona Regnicolæ poſſint feuda acquirere.

SVMMARIVM.

1 *Emptor ante emptionem declarans ſe emere contemplatione alicuius, & cum pecunijs illius, tunc dicitur in re empta habere tantum nudum nomen, & tam poſſeſſionem, quam dominium non ſibi, ſed domino pecuniarum acquirere voluiſſe, & numer. 4. Præſertim ſi concurrit obſeruantia dictæ declarationis, ex quo ille ſolus, cuius nomine res empta fuit eam ſemper poſſedit, adminiſtrauit, ac fructus percepit num. 11.*

2 *Dominium illi acquiritur, cuius contemplatione actus geritur.*

3 *Item & illi acquiritur, cui libera perceptio fructū, ac totalis diſpoſitio rei conceditur.*

4 *Dominium mediante clauſula conſtituti præcedente titulo habili transfertur.*

Pars Prima.

5 *Hypothecæ, & dominij reſeruatio incompatibilis non eſt.*

6 *Emptor ſi aliunde conſtat voluiſſe rem emptam non ſibi, ſed alteri acquirere, tunc res empta ei acquiſita cenſetur, & nomen emptoris præſumitur in inſtrumento ſimulatè appoſitum.*

7 *Itaut omnes actus ab emptore geſti tanquam conſecutiui ad emptionem præcedentem, & in qua eius nomen fuerat ſimulatè appoſitum, ſimulati quoque præſumuntur.*

8 *Plus valet, quod in rei veritate agitur, quam quod ſimulatè exprimitur.*

9 *Simulatio quando eſt in perſonis, & veritas in actu, ius quæritur perſonæ veræ non fictæ.*

10 *Nomen emptoris ſimulandi in inſtrumento emptionis, ex quibus deſumatur intentio contrahentium?*

12 *Baronia in Regno Neapolitano ex conſuetudine poteſt acquiri ab extero mediante perſona Regnicola reportata ab eo declaratione, quod fuit empta ex pecunijs exteri, & ſtante dicta declaratione exterus efficitur verus Baro.*

13 *Contractus à conſuetudine loci interpretationem recipiunt.*

14 *Conſuetudo probatur ex teſtibus deponētibus de publica voce, & fama, ac vſu 30. & 40. annorum iunctis etiam alijs adminiculis, num. ſequenti.*

15 *Teſtium defectus ſuppletur ex adminiculis.*

16 *Baronia ſine Regio aſſenſu acquiri nequit. Contrarium num. 20. & ſeqq.*

17 *Defectus Regij aſſenſus in alienatione feudi allegari ſolum poteſt à Rege, & non ab alio.*

18 *Et donec allegetur, dari nequit de nullitate alienationis.*

19 *De iure tertij excipi nequit, antequam tertius, eo iure vti velle declarauerit.*

20 *Conſenſus Proregis in Regno Neapolitano ſufficit, quod interueniat, quando exteri emunt Ciuitates, & Oppida à Regnicolis, licèt ſecus ſit quando exteri vendunt, & num. 22.*

21 *Ratio diuerſitatis eſt, quia quando exteri vendunt deſinunt eſſe vaſſalli Regis, qui non vult ita facile perdere vaſſallos.*

22 *Aſſenſus Regius non eſt neceſſarius in alienatione feudorum in Regno Neapolitano cum ſufficiat ſolus conſenſus Proregis, ſtante antiquiſſima conſuetudine, quod exteri acquirant feuda mediante perſonæ Regnicolæ.*

23 *Et ſtante dicta antiquiſſima conſuetudine neceſſitas Regij aſſenſus poteſt totaliter obrogari, itaut eo non obtento ſubſtineantur alienationes feudorum.*

DECISIO LXV.

BINAE in hac cauſa emanarunt deciſiones ſuper dubio attentatorum, cuius reſolutio pendet ex eo, An D. Iacobus Salutius probetur Baro Coriolani. In prima affirmatiuè fuit reſponſum, quia talem confeſſus fuerat Reuerendiſſimus Archiepiſcopus aduerſarius. In altera negatiuè, quia ex publicis inſtrumentis poſtea productis apparebat Caſtrum Coriolani fuiſſe nomine proprio emptum à Leone Pariſio, ipſumque præſtitiſſe iuramentum ligij homagij, & de mandato D. Proregis miſſum fuiſſe in poſſeſſionem

L 3 feu-

feudi, iuramentum fidelitatis à vaſſallis rece-
piſſe, nec non in libris Adhoe Baronum, ac
taxa donatiui, tamquam Baronem debitorem
deſcriptum, onera Baronalia ſoluiſſe, vt latius
in vtraque deciſione 28. Nouembris 1639. &
4. Iulij 1640. coram me.

Et cum hodie dubitaretur, cui ex dictis de-
ciſionibus inhereñ, Rota cenſuit, ſtatuendum
eſſe in primò loco deciſis. Quia ipſe leo Pa-
riſius proximè antequam fæudum vt ſupra
emeret à Duce Rhodi declarauit ſe empturum
ad inſtantiam, & contemplationem Iacobi
Salutij ex eiuſdem Iacobi pecunijs, & propte-
rea omnia iura, actiones, & hypothecas
quaſcumque ex cauſa emptionis per Leonem
acquirenda, tamquam emenda, & acquiren-
da ex pecunijs Iacobi illi in actu emptionis ve-
niant, & intelligantur perpetuo obligatæ, &
ad eiuſdem Iacobi libitum, & voluntatem,
fæudum cedi, renunciari, alienarique debeat
perſonæ ſibi magis beneuiſæ, ſiuè, vel cum
ſolutione prætij, quod ſolueñ ſit Iacobo, tam-
quam de re ad eum ſpectante; idemque Iaco-
bus, ac eius ſucceſſores, poſſint, & valeant
regere, gubernare fæudum, ac Vaſſallos iuſti-
tiam miniſtrare, Officiales creare, & amouere,
omniaque ex fæudo prouenientia emolu-
menta percipere, & in proprium vſum con-
uertere abſque eo, quod de rebus per eum
gerendis vllo vnquam tempore teneatur red-
dere rationem aliquam Leoni, vel eius hære-
dibus, & ſucceſſoribus, nec alteri cuicumque.
Vlterius hoc ipſum fuit expreſſum in corpore
aſſenſus non multo poſt obtenti à D. Prore-
ge ſuper proxima futura emptionem huius
fæudi *Sum. Iacobi num. 4. & 5.*

Ex qua declaratione colligitur Leonem ha-
1 buiſſe nudum nomen, & noluiſsè acquirerè
ſibi, ſed Iacobo tam poſſeſſionem, quam
2 Dominium, ac titulum Baroniæ, † quia Do-
minium illi acquiritur cuius contemplatione
actus geritur *l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de vul-
gar. l. aditio ff. acquir. hered. Mant. de coniect. vltimar.
volunt. lib. 8. tit. 16. nu. 1. Natt. conſ. 14. num. 1. Surd.
conſ. 177. num. 46. & dec. 322. num. 54.* & cui libera
3 perceptio † fructuum, ac totalis diſpoſitio rei
conceditur vt *ex text. in Auth. reſtit. not. ibi Ang.
ante numerum primum verſ. not. benè Menoch. conſil.
381. num. 6. conſ. 896. num. 5. Dec. conſ. 264. numer. 2.
verſ. & quia dicitur Berou. conſ 157. numer. 16. lib. 1.
Rot. deciſ. 46. num. 2. impreſſ. poſt conſ. Farinacij.*

Iuncto maximè, quod pecuniæ erant Iaco-
bi, & clauſulis ampliſſimis vt ſupra appoſitis
4 ad eius fauorem, & ſignanter conſtituti, † per
quod pariter pręcedente titulo habili transfer-
tur dominium *Bald. in l. 1. in ſecunda quæſt. Cod.
quando liceat ab empt. reced. Iaſ. conſ. 91. nu. 8. lib. 1.
Neuiz. conſ. 86. num. 14. Rot. d. deciſ. 46. num. 7.* Nec
obſtat, quod in eadem declaratione hypote-
centur Iacobo iura feudi, quia hoc non im-
pedit translationẽ dominij ex alijs reſultantem
5 cum vtrumque † aliquando ſit compatibile,
*Aym. conſ. 548. num. 13. & ſeqq. Ciriac. contron. 425.
num. 52. Gratian. dec. March. 13. num. 5. Rot. dec. 44.
num. 2. verſ. non obſtat part. 1. diuerſ. & in proximis
terminis Aret. conſ. 159. num. 16. in fin. & numer. 17.
Socin. conſ. 9. ſub num. 34. lib. 1. Neuiz. conſ. 86. n. 13.
verſ. tamen reſpondetur Rot. d. dec. 46. num. 5.*

Probata autem ex prædictis voluntate Leo-
nis emendi pro Iacobo, huic ex ſubſequenti
venditione facta à Duce Rhodi fuit acquiſita
Baronia, licet non expreſſo eius nomine, ſed
6 Leonis fuerit empta, quia † nomen Leonis
præſumitur ſimulatè appoſitum, dum aliun-
de conſtat de voluntate acquirendi Iacobo
*Bald. in l. 3. in princip. Cod. ſi quis alteri vel ſibi Ca-
ſtren. in l. multum intereſt nu. 3. C. eod. Gabr. conſ. 51.
num. 6. & 10. lib. 2. Rot. deciſ. 706. nu. 3. par. 1. diuerſ.
deciſ. 771. num. 3. & 5. in fin. par. 2. recent. deciſ. 733.
num. 2. coram bon. mem. Buratto, & in ipſiſſimis his
terminis Io: Baptiſta Thoro in compen. deciſ. Neap.
par. 3. verb. hæres ad debeat immitti fol.* 508. Idem-
que dicitur de immiſſione Leonis in poſſeſ-
ſionem iuramento præſtito ac recepto, & de
libris Adhoe, & Donatiui in quibus Leo tam-
quam Baro Coriolani legitur deſcriptus, quià
7 hæc omnia facta fuerunt † conſequutiuè, &
coherenter ad præcedentem emptionem, &
ex eadem cauſa ob quam nomen Leonis fuit
ſimulatè appoſitum in Inſtrumento venditio-
nis vt in ſpecie *reſp. Rot. in Rom. ſeu Farfen. hære-
ditatis 28. Ianuarij 1636. coram bon. mem. Buccabel-
la, & in Anconitana Prædij 16. Iunij 1636. coram
eodem.*

8 Plus enim valet, † quod in rei veritate agi-
tur, quam quod ſimulatę exprimitur *l. 1. &
tot. tit. C. plus valere quod agitur Franc. March. deciſ.
46. num. 2. & 4. par. 1. Bald. in l. cum precibus in fin.*
9 vbi quod quando ſimulatio eſt in perſonis, †
& veritas in actu ius quæritur veræ perſonæ
non fictæ *C. probat Seraph. dec. 1210. num. 6.* & in-
tentio contrahentium ſimulandi nomen Em-
10 ptoris † liquido apparet ex præcedenti tracta-
tu, & inſtrumento declarationis *Iaſ. in l. pacta
nouiſſima num. 14. C. de pact. Menoch. præſumpt. 122.
num. 45. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 35. num. 18.
in princ. Rot. deciſ. 114. num. 10. par. 5. recent. Buratt.
deciſ. 775. numer. 8. in puncto Ioannes Baptiſta
Thoro loco allegat.* Accedente præſertim
ſucceſſiua obſeruantia, & effectuatione decla-
11 rationis, † quià ſolus Iacobus Baroniam poſ-
ſedit adminiſtrauit gubernauit, & emolumen-
ta omnia percepit *Bald. in l. multum intereſt nu. 3.
verſ. ſed quomodo probatur C. ſi quis alteri vel ſibi
Rot. deciſ. 708. num. 3. & 4. par. 1. diuerſ.* nec non
conſuetudinè vniuerſali totiùs Regni Neapo-
12 lis † quod exteri, qualis eſt Iacobus Baroniam
emant concipiendo inſtrumentum in perſo-
nam alicuius Regnicolæ reportata ab eo ad
partes ſimili declaratione, quà mediante veri
Barones fiunt, & habentur fruunturque om-
nibus priuilegijs, honoribus, ciuilitatibus, ac
prærogatiuis non ſecus ac is qui proprio no-
13 mine emunt à quà conſuetudine contractus
interpratrationem accipiunt *cap. cum dilectus de
conſuetudine l. ſi. de interpretatione l. minime ff. de
legibus Bart. in l. de quibus num. 17. verſ. 2. caſu ff.
eodem Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 9. num. 10. & ſeqq.
& lib. 12. tit. 33. num. 26. Caſtill. deciſ. 51. numer. 25.
lib. 1.*

14 Conſuetudo verò probatur, † ex duobus
teſtibus deponentibus de vſu 30. 40. & am-
plius

plius annorum, quorum primus practicus eſt in Curia Neapolitana, & vterque teſtatur de publica voce, & fama quæ conſuetudinem probat *vt. ex Cin. in l. 2. verſ. ſecundo quæritur Cod. quæ ſit longa conſuetudo tradit Alex. conſ. 14. num. 1. lib. 5. & ſequitur Hippolit. Marſil. in l. de minore §. plurimum nu. 76. ff. de quæſtionib. relat. à Maſcard. de probat. concluſ. 753. num. 45.* acceditque ſimilis atteſtatio extraiudicialis plurium cauſidicorum Neapolis de licentia Præſidis facta ac Doctoris Ioannis Baptiſtæ Thoro, verſati in Re-
15 gno Neapolitano, vnde Teſtium defectus † ſi qui adeſſet ſuppletur, & conſuetudinis probatio corroboratur ad tradit per *Bart. in d. l. de quibus num. 21. & ſeqq. ff. de legibus Natt. conſ. 218. num. 4. Cephal. conſ. 361. num. 25. Surd. conſ. 74. num. 14. Coſt. de remed. ſubſidiar. remed. 50. num. 31. cum alijs alleg. à Borell. in Summ. deciſ. Tom. 1. tit. 13. num. 136. Gratian. diſcept. 479. numer. 24.* quibus addi poteſt confeſſio Archiepiſcopi, dum Iacobum, qui iuxta prædictam conſuetudinem emerat Baronem Coriolani nominauit vt latiùs in prima deciſione.

Nonobſtat, quod à Iacobo non fuerit im-
16 petratus aſſenſus Regiſmet † ſine quo Baroniam acquirere non potuit *cap. 1. de prohibita feudorum alienatione Alb. Giurb. & alij allegat. in 2. deciſ. §. gratis dicitur* Primò, quià antequam Rex declaret contractum nullum, ob non im-
17 petratum aſſenſum, illiùs defectum † ipſe ſolus, & nemo aliùs allegare poteſt *Ruin. conſ. 2. numer. 2. in fin. lib. 1. Roland. conſ. 57. num. 10. lib. 3. Cephal. conſ. 3. num. 122. Surd. conſ. 1. nu. 85. & ſeqq. conſ. 351. num. 42. Gratian. diſcept. 511. numer. 6. & fuit dictum in Peruſina Bonorum Emphiteoticorum 7. currentis coram me.* Cum enim neceſſitas aſſenſus introducta ſit fauore Domini, qui forte tacet, quel quià ad partes conſenſum præſtitit acquiſitioni, vel quia nolit eam ex hoc capite impugnare, donec Dominus ſuam
18 voluntatem aperiat,† non eſt actu formatum ius dandi de nullitatione ob defectum con-
19 ſenſus, ideoque de iure tertij † quod expectat illius declarationem excipi non poteſt, antequam tertius eò iurè vti velle declarauerit *Bart. in l. 2. num. 1. Soccin. ibidem num. 8. ff. except. rei iudic. Riminald. Sen. conſ. 599. num. 8. verſ. replicatur lib. 3. Theſaur. dec. 4. num. 3. Rot. deciſ. 22. numer. 4. par. 1. diuerſ. deciſ. 265. num. 3. par. 1. recent.*

Secundò, quia pro Iacobo adeſt conſenſus
20 Proregis † quem ſufficere non obſtantibus pragmaticis Regni, quando exteri Ciuitates, & Oppida dignitatis, emunt à Regnicolis licet ſecus ſit, quando exteri vendunt, tradit *Borell. in Summ. deciſ. tom. 1. tit. 36. num. 36. vbi ſic declarat Pragmatic. 12. tit. de feud.* & de ſecundo caſu loquutur *Ioannes Franciſcus de Ponte exaduerſo allegat. tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſibus regys §. 4. nu. 6. nec non pragmatic. 17. ſub eodem tit. de feud. de qua Tap. deciſ. 11. num. 1. & ſeqq.* Et ratio diuerſitatis eſſe poteſt, quia exteri venden-
21 do † deſinunt eſſe Vaſſalli Regis, qui non vult ità facile perdere Vaſſallum vt explicat *Montan de regalib. §. final. num. 12. fol. 331.*

Sed quidquid ſit de hac diſtinctione dubitandum non eſt, quin ſoliùs Proregis conſen-
22 ſus ſuffragetur † ſtante longiſſima conſuetudine vt ſupra probata, quod exteri mediante perſona Regnicolæ, Baronias emant cum conſenſu Proregis, & veri Barones effician-
23 tur, cum imò tam longa conſuetudine † poſſit neceſſitas Regij aſſenſus etiam totaliter abrogari, itàut eo non obtento ſubſtineantur alienationes feudorum *Aluarott. in cap. 1. num. 5. qualiter olim feud. alien. pot. Afflict. in cap. Imperialem §. illud nu. 15. de prohibit. alienat. per Frideric. Bald. conſ. 9. num. 6. verſ. ſurgit hic lib. 1. Dec. conſil. 203. num. 4. conſ. 445. num. 24. conſ. 614. num. 4. Ruin. conſ. 72. num. 7. lib. 5. Pariſ. conſ. 13. num. 25. & ſeqq. lib. 1. Burſatt. conſ. 49. num. 62. Iacobin. de S. Giorg. de feud. verb. & cum pacto de non alienan. numer. 16. verſ. hic pol era cadit dubitatio Clar. de communi in §. feudum quæſt. 31. num. 12. Roſſental. de feud. cap. 9. concluſ. 58. num. 1. & ſeqq. vbi addens litt. A. allegat concordantes.*

Cum itaque Iacobus ſit ſucceſſor in hac Baronia, clara ſunt attentata D. Archiepiſcopi ex deductis in prima deciſione quam DD. vtraquè parte informante confirmarunt.

ROMANA CENSVS.

Lun. 1. Iulij 1641.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis reſultans ex venditione bonorum paternorum facta à filijs, non eliditur ex antecedenti proteſtatione iudicialis quod nolebant adire hæreditatem paternam, quia talis proteſtatio non ſuffragatur, ſi apparet facta à procuratore de cuius ſpeciali mandato ad repudiendam hæreditatem non conſtat, nec eſt contemporanea venditioni. Coniecturæ pro excluſione aditionis ex venditione bonorum adductæ tanquam inefficaces, & inſubſiſtentes in deciſione reijciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Filij ſi vendunt bona paterna, nec illorum dominium aliter habere poſſunt, quam vti hæredes patris, hæreditati ſe immiſcuiſſe cenſentur.*
2 *Aditio hæreditatis excluditur ex præcedenti proteſtatione facta nomine filiorum quod nolebant adire hæreditatem patris; itàut per ſubſequentem actum venditionis hæreditas adita non dicatur.*
3 *Declara concluſionem non procedere, quando proteſtatio fuit emiſſa à Procuratore de cuius ſpeciali mandato non conſtat ad repudianda hæreditatem.*
4 *Mandatum ſpeciale requiritur ad repudiandam hæreditatem, & omnia alia quæ pendent ab animo.*
5 *Procuratori declaranti ſe habuiſſe mandatum ſpeciale ad repudiandam hæreditatem non creditur, ſed illud aliunde probandum eſt ſaltim per duos teſtes.*
6 *Teſtis ſingularis non probat.*
7 *Filij à præcedenti proteſtatione ſiue declaratione de non adeundo hæreditatem paternam poſſunt recedere.*
8 *Et receſſiſſe videntur per actum venditionis bonorum patris non niſi titulo hæreditario ſubſiſtentis.*

9 *Quic-*

9 *Quicquid dicendum eſſet ſi declaratio eſſet contemporanea venditioni.*

10 *Vel ſi poſt declarationem geſtum fuiſſet aliquid pendens à ſolo facto declarantis puta ſi ſua voluntate admiſſet, non autem communicatum cum alio pro vt eſt contrahere.*

11 Text. in l. pro hærede §. Papinianus ff. de acquirend. hæreditate declaratur à Facchineo.

12 Text. in l. qui aliena §. Celſus ff. de acquirend. hæred. intellectus.

13 *Contrahens cum filio qui antea proteſtationem fecerat de non adeundo hæreditatem patris ſi talem proteſtationem ignorauit, ea filius iuuari nequit.*

14 *Filius poteſt ab hæreditate patris abſtinere, & ab abſtentione etiam recedere.*

15 *Filij cenſentur nomine proprio non autem hæreditario bona paterna vendidiſſe ſi ad ea poſt mortem patris ex propria perſona vocantur, nec exinde ſequitur paternæ hæreditatis aditio.*

16 *Ad inducendam aditionem hæreditatis non ſufficiunt actus æquiuoci, vel qui citra nomen hæredis fieri potuerunt.*

17 *Examen etiam in curia denegatur ſi articuli ſunt irrelevantes, quamuis alias facile ſoleat concedi, & num. 18.*

19 *Filij vendentes bona paterna nulla facta expreſſione quod ſint feudalia, cenſentur, ea vendidiſſe tanquam hæreditaria, & allodialia.*

20 *Venditio facta ab omnibus fratribus de bonis, quæ ad vnum tantum ratione primogenituræ ſpectant, an reſpectu aliorum facta cenſeatur ratione Iuris eis competentis, vel pro ſecuritate emptoris?*

21 *Venditio facta ab omnibus fratribus ſi omnes æqualiter pretiũ receperunt ab omnibus facta cenſetur.*

22 *Ceſſio alicuius crediti facta pluribus importat tranſlationem crediti ceſſi in ſingulos æqualiter, & pro virili.*

23 *Venditio bonorum cenſetur à pluribus æque principaliter facta, ſi omnes æqualiter pretium receperunt.*

24 *Pretium bonorum venditorum in quibus quis habet vſumfructum ſolet ad eius commodum reinueſtiri.*

25 *Vſufructuarius vendens rem ſuper qua habet tantum vſumfructum cauere debet de conſeruando pretium, illudque in fine reſtituendo.*

26 *Bona libera dici non poſſunt, ſi deuolui debent de primo genito in primo genitum.*

27 *Dominus loci non poteſt alterare naturam decreti de ſuccedendo in præiudicium vocatorum.*

28 *Ceſſio retortata à debitore ceſſus nõ operatur tranſlationem Iurium, ſed habet vim extinctionis, & quietationis.*

29 *Venditio facta ab hærede non expreſſo nomine hæreditario, tunc nomine proprio in dubio facta præſumitur.*

30 *Declara nomen hæredis non eſſe neceſſarium quando res hæreditaria alienatur, tunc enim venditio dicitur facta nomine hæreditario, non proprio, & ex facto alienationis reſultat aditio.*

31 *Actus qui citra Ius, & nomen hæredis fieri nequit importat aditionem, etiam nulla facta expreſſione qualitatis hæreditatis, ſecus ſi ſit indifferens.*

32 *Enunciatiua, quod aliqua res eſt ſub proprietate alicuius, non probat qualitatem Emphiteoticam in præiudicium tertij.*

33 *Emphiteuſis Eccleſiaſtica etiam in multis caſibus eſt hæreditaria.*

DECISIO LXVI.

DOMINOS de Iordanis fuiſſe hæredes Martii patris deducebatur à Venerabilibus Archiconfraternitatibus S. Sacramenti in Eccleſia S. Laurentij in Damaſo, & Charitatis Vrbis ex venditione per eos facta bonorum à Martio dum vixit poſſeſſorum nempe terrarum, & domus exiſtentis in territorio Zagaroli, & alterius domus in Vrbe in via Curſus; cum enim dicta bona vendide-
1 rint tanquam Domini, nec dominium habere poſſent quàm vti patris hæredes, hæreditati ſe immiſcuiſſe cenſentur *l. pro hærede §. ſeruos, ff. acquir. hæredit. Bart. in l. gerit. nu. 24. verſ. quædam ſunt in quibus ff. eod. Alex. in l. ſi quis mihi, §. ſed quid ſi mandauerit num. 7. ff. eod. Corn. conſ. 299. num. 6. lib. 3. Vinc. de Franch. deciſ. 80. num. 1. Buratto deciſ. 523. num. 3. & ſeqq.*

Nec obſtat præcedens proteſtatio iudicialis
2 eorum nomine facta † quod nolebant adire hæreditatem patris ſumm. Iordanorum nu. 3, nec non teſtes deponentes de extraiudiciali declaratione ſimilis voluntatis ſumm. num. 4. quæ proteſtatio, ac declaratio, quia excludit animum adeundi à quo pendet aditio efficit vt per ſubſequentem actum venditionis quã uis de ſui natura aditionis inductiuum hæreditas adita non dicatur *gloſ. in l. 1. ſecundum vltimum intellectum C. de iur. delib. Iaſ. in d. l. pro hærede num. 5. Bald. conſ. 272. num. 2. & conſ. 404. in princ. lib. 5. Nonius conſ. 5. num. 8. Menoch. conſ. 44. num. 22. Ciriac. contr. 139. num. 47. Vinc. de Franch. d. dec. 80. numer. 8. & 10. Surd. dec. 154. numer. 20. & 21.*

Tum quia proteſtatio iudicialis emiſſa fuit
3 à Procuratore † de cuius mandato ſpeciali non conſtat vt requiritur ad repudiandam hæ-
4 reditatem, † & ad omnia alia quæ pendent ab animo principalis *Alex. conſ. 78. numer. 14. lib. 5. Natt. conſ. 230. num. 8. Pariſ. conſ. 31. num. 112. lib. 1. Surd. conſ. 281. num. 31. Caputaqu. dec. 168. part. 1. Greg. XV. deciſ. 268. num. 7.* Neque de tali man-
5 dato creditur eidem Procuratori † deinde tanquam teſti examinato, ſed probandum eſt ſaltem per duos teſtes conteſtes *Imol. conſ. 91. num. 1. & 2. Marſil. ſing. 471. num. 2. Dec. conſ. 510. num. 2. Lancell. Galli. conſ. 91. num. 13. lib. 1. Genua de ſcript. priuat. tit. de apocis manu tert. conſcript. nu. 21. Gratian. diſcept. 948. numer. 15. & duob. ſeqq.* Alter verò teſtis non deponit de mandato, & in declaratione extraiudiciali voluntatis re-
6 pudiandi eſt ſingularis † ideoque non probat *cap. licet, cap. veniens de teſtib. Alex. conſ. 149. nu. 4. lib. 6. Rot. deciſ. 108. in fin. part. 1. recent.*

Tum etiam quia filij ab huiuſmodi decla-
7 ratione † recedere potuerunt *l. fin. C. repud. &*
8 *abſtin. hæredit.* & receſſiſſe videntur † per actum venditionis bonorum patris nonniſi titulo hæreditario ſubſiſtentis quicquid dicendum
9 eſſet † ſi declaratio eſſet contemporanea venditioni, vt benè in his terminis diſtinguit *Facbin. controu. lib. 6. cap. 55. verſ. quod verò vbi ſic*

declarat

declarat text. in l. pro hærede §. Papinianus ff. acquir.
10 hæred. vel ſi poſt declarationem† geſtum fuiſ-
ſet aliquid pendens à ſolo facto declarantis,
puta ſi ſua voluntate adiuiſſet, non autem
communicatum cum alio prout eſt contra-
11 here iuxta diſtinctionem quam † ex dicto §.
Papin. deſumit Bald. conſ. 499. num. 2. & conſ. 500.
num. 4. lib. 3. & antea Bart. in l. non ſolum, §. mor-
12 te nu. 17. & 18. ff. nou. oper. nunciat. vbi† quod text.
in l. qui in aliena §. Celsus, ff. acquir. hæred. debet
intelligi primo caſu, & dicit rationem diuer-
ſitatis inter vtrumque caſum, quia in ſecun-
13 do is cum quo contrahitur † ignorat prote-
ſtationem, eandemque diſtinctionem ſequi-
tur Ruin. conſ. 157. num. 2. & 3. & nu. 4. vbi notat,
14 quod tex. in d. §. Papinianus loquitur de filio †
qui poteſt ab abſtenſione recedere lib. 3. Socc.
iun. conſ. 107. num. 3. & 4. lib. 2. Turret. conſ. 94. nu.
10. lib. 2. Ciriac. contr. 244. numer. 38. & ſeqq. & alij
allegati per Maſcard. de probat. concl. 47. numer. 11.
& 12.

Hinc Iordani ad excludendam aditionem
ex venditione, vt ſupra deductam dederunt
in actis articulos in quibus continetur, quod
bona omnia poſſeſſa à particularibus perſo-
nis, ſiue incolis, ſiue exteris in territorio Za-
garoli proueniunt à donationibus, & infeu-
dationibus DD. Columnenſium, & in ſpecie
terræ, & domus ibi poſſeſſa à Iordanis, quod-
que in huiuſmodi bonis ſemper obſeruatum
fuit decretum DD. Columnenſium diſpo-
nens, quod tranſeant de primogenito in
primogenitum, & exempta ſint ab omni ob-
ligatione, ac debito. Vnde inferebant ſe ven-
15 ditionem feciſſe † nomine proprio tan-
quam de bonis fæudalibus, ad quæ vigore di-
cti decreti ex propria perſona vocabantur, &
per conſequens exindè non ſequi paternæ hę-
16 reditatis aditionem ad quam † inducendam
non ſufficiunt actus æquiuoci, vel qui citra
nomen hæredis fieri potuerunt d. l. pro hærede,
§. Papinianus in fin. Peregr. conſ. 93. numer. 5. lib. 3.
Mant. de coniect. lib. 12. tit. 9. num. 18. Ciriac. controu.
244. num. 27. & 28. Surd. deciſ. 267. num. 8.

Cumque inſtarent pro admiſſione articu-
lorum, & examinis teſtium in Curia pars ad-
uerſa verò ſe opponeret, propoſui de more
dubium, an articuli ſint admittendi, & ne-
gatiuè fuit reſponſum ex capite irreleuan-
17 tiæ † obquam examen etiam in Curia dene-
gatur Grammatic. deciſ. 45. num. 5. & ſeqq. Grauat.
ad Veſtr. in prax. lib. 5. cap. 14. nu. 16. Gratian. diſcep.
803. num. 15. Rot. dec. vlt. numer. 6. par. 5. rec. & in
Tudertina ſociet. 15. April. prox. pręt. coram R. P. D.
18 meo Carrillo, quamuis† aliàs facilè ſoleat con-
cedi, Caputaq. deciſ. 47. par. 1. Rot. deciſ. 24. & 25.
de teſtib. in antiq. Veſtr. d. cap. 14. num. 6. & cap. 15.
num. 1. Rot. deciſ. 416. num. 7. & ſeqq. par. 5. recent.

Irreleuantia apparet. Primo quia Iordani
in venditione non expreſſerunt, bona eſſe
19 fęudalia, † ideòque cenſentur vendidiſſe tan-
quam hæreditaria, & allodialia Fabian. de Mon-
te de empt. & vendit. quæſt. 6. princip. nu. 36. Corbul.
de cauſ. priuat. ob alienat. ampliat. 22. nu. 8. Gratian.
diſcept. 850. num. 25. Ciriac. contr. 278. numer. 2. poſt.
Beron. conſ. 102. num. 60. lib. 1. Surd. conſ. 19. num. 2.
Bimius conſ. 22. num. 7. lib. 1. Add. ad Greg. XV. dec.
219. num. 6. in fin. vbi refert deciſum in Cæſena-
ten. bonorum 6. Aprilis 1599. coram bon. mem. Card.
Platto.

Eo magis quia omnes fratres vendide-
20 runt, † cum tamen iuxta ſeriem ſupradicti
decreti bona ibi comprehenſa nonniſi ad
primogenitum ſpectent, nec dici poteſt, quod
alij fratres vendiderint ratione vſufructus ipſis
ex eodem decreto competentis, vel ad ſecu-
ritatem emptoris in omnem caſum quo de-
ficientibus primogenitis bona ad ſecundo ge-
nitos deferrentur, vt in ſimilibus terminis
fuit dictum in Romana diuiſionis 20. Iuny 1639.
coram me, quia nedum omnes fratres vendi-
21 derunt† ſed vltrò precium à D. Pompeo em-
ptore receperunt, ibi detto Sig. Pompeo &c. dà,
cede à detti figliuoli di detto Sig. Martio Giordano vn
22 credito di ſcuti 700. quæ verba important †
tranſlationem crediti ceſſi in ſingulos filios
æqualiter, ac pro virili, Cuman. conſ. 133. in fin.
verſ. in dubio, Menoch. præſumpt. 146. num. 5. lib. 3.
Mant. de tacit. lib. 15. tit. 3. num. 12. æqualis autem
23 receptio pretij † demonſtrat omnes æque
principaliter vendidiſſe, Ronchegall. in l. eam-
dem nu. 55. & 56. ff. duobus reis poſt Bart. conſ. 124.
num. 1. par. 1. Afflict. dec. 209. num. 1. iuncto num. 4.
& alioquin conuentum fuiſſet, quod pretium
reinueſtiretur ad commodum vſufructuario-
24 rum, † vt ſolet quando venduntur bona in
quibus alter habet vſumfructum, Mareſcott.
var. reſol. lib. 1. cap. 20. ſub nu. 35. ſiue quod vſu-
25 fructuarij† cauerent de conſeruando pretium
per eos receptum, illudque in fine reſtituen-
do prout pariter in his caſibus fieri ſolet, Fe-
lician. de cenſib. tom. 2. lib. 4. cap. vnico ſub num. 15.
verſ. præterea, & in fin. Cinc. eod. tract. par. 3. cap. 1.
quæſt. 3. art. 7. numer. 7. Rot. deciſ. 294. num. 3. & 6. in
impreſſ. poſt Cinc. ibid.

Et amplius quia in venditione aſſeruerunt,
bona eſſe libera, id quod excludit feudalita-
26 tem ac ſubiectionem decreto, quia libera
non eſſent ſi deuolui deberent de primoge-
nito in primogenitum iuxta formam decreti,
Oldrad. conſ. 234. num. 2. Surd. conſ. 145. num. 23. dec.
253. num. 8. in fin. Oſaſch. dec. 24. num. 6. quod de-
27 cretum, nec ipſe Dominus directus † in prę-
iudicium comprehenſorum alterare potuiſſet,
Præpoſit. in cap. 1. num. 2. an agnat. vel fily hæredit.
repud. poſſ. Dec. conſ. 390. num. 2. verſ. & non poteſt.
Brun. conſ. 8. num. 26. conſ. 78. nu. 7. Curt. ſen. cõſ. 50.
num. 25. Cephal. conſ. 23. num. 43. Menoch. conſ. 975.
numer. 19. & ſeqq. Nec non quia in fine inſtru-
menti promiſerunt, bona nulli eſſe obligata,
quæ promiſſio ſupponit, bona eſſe hæredita-
ria, hoc nomine vendita, quia aliàs imperti-
nens fuiſſet cum feudalia decretum explicitè,
& ſemper faciat exempta ab omni obligatio-
ne.

Nec obſtat, quod venditoribus in com-
putum prætij ceſſus fuerit cenſus ſcut. 900. de-
bitus à Martio patre, quia cum ipſi venden-
do bona vti hæreditaria effecti fuerint hære-
des patris, & ſic debitores cenſus, ceſſio non
28 operatur † tranſlationem iurium, ſed habet
vim extinctionis, & quietationis, Peregr. de
fideic.

fideicomm. art. 52. num. 34. Ruin. conſ. 88. nu. 6. lib. 5. & conſ. 17. num. 8. lib. 4. Rot. diuerſ. deciſ. 123. num. 8. par. 2. deciſ. 426. n. 3. par. 2. recen. Add. ad Greg. XV. deciſ. 75. nu. 3. in fin. & ſanè ſi venditores ab hæreditate paterna abſtinuiſſent eo quod, vt exaduerſo ſupponitur ære alieno obrueretur; nequaquam cenſum ab eadem hæreditate debitum in pretium rei propriæ acceptaſſent.

29 Minus obſtat, quod in venditione non ſe nuncupauerint hæredes, † & in dubio nomine proprio vendidiſſe præſumantur, *Buratti. deciſ. 740. num. 2.* quia nuncupatio † huiuſmodi
30 neceſſaria non eſt, quando alienatur res hæreditaria; tunc enim ex ipſo facto alienationis reſultat aditio ex allegatis ſuprà quicquid
31 ſit; † quando actus qui ab hærede geritur eſt indifferens *Bald.* qui ità diſtinguit *conſ. 499. numer. 2. verſ. tertio caſu, & conſ. 500. num. 4. verſ. quidam ſunt actus lib. 3.* prout indifferens erat in caſu d. deciſionis Buratti.

Secundò; quia vltra bona exiſtentia in territorio Zagaroli vendita fuit domus in Vrbe. Nec obſtat quod in Inſtrumento venditionis enuncietur ſub proprietate Eccleſiæ S. Marcelli, eiuſdemque conſenſus referuetur, quia non probatur præſtitus conſenſus, & d. enun-
32 ciatiua ſola † in præiudicium tertij non probat qualitatem emphyteoticam, *Bertran. conſil. 85. num. 5. & 6. lib. 2. Aym. conſ. pro genero n. 431. & 432. Surd. conſ. 135. num. 116. Guidopap. qu. 24. num. 1. Gratian. diſcept. 24. num. 14. diſcept. 790. n. 9. & ſeqq. diſcept. 912. num. 30.* præter quod dantur
33 multi caſus † in quibus emphyteuſis eccleſiaſtica eſt hæreditaria, *Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 390. & ſeqq. Gratian. diſcept. 451. nu. 17. Caualer. deciſ. 316. num. 6.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante, &c.

FERRARIEN. ATTENTATORVM.

Lunæ 1. Iulij 1641.

ARGVMENTVM.

Salarium etiam non conuentum debetur, quando concurrit ſolitum conducendi, & locandi operas, & ſolitum locandi, an inducatur ex vnica locatione? Alimenta præſtita à Patruo nepotibus cenſentur ratione conſanguinitatis, ac miſerationis, non autem ratione famulatus, quamuis conſtet nepotes aliqua præſtitiſſe ſeruitia, nam etiam alimentarius tenetur ſecundum qualitatem perſonæ præſtare operas alenti, ne ſtare dicatur in domo, ſicut corpus mortuum.

SVMMARIVM.

1 *Salarium etiam non conuentum debetur, ſtante ſolito conducendi, & locandi operas.*
2 *Solitum locandi operas, vt inducatur requiritur, quod quis bis operas locauerit.*
3 *Sufficit tamen, quod ſemel locauerit, quando antea non erat aptus ad locandum.*
4 *Solitum locandi ad effectum conſequendi ſalarium, non eſt probandum ab eo qui non potuit, aut non conſueuit operas locare.*
5 *Hæres adminiſtratoris tenetur reddere rationem de bonis adminiſtratis ex obligatione legali inhærente ipſi adminiſtrationi.*
6 *Alimenta præſtita à Patruo nepotibus cenſentur potius ratione conſanguinitatis, quam famulatus, quamuis ei aliqua ſeruitia præſtiterint, & redditur ratio nu. ſequenti.*
7 *Alimentarius tenetur ſecundum qualitatem ſuæ perſonæ præſtare operas alenti, nec debet ſtare in domo ſicut corpus mortuum.*
8 *Operæ præſtitæ ſi ſunt modicæ, nec æquant alimentis receptis, tamquam impares non attenduntur.*
9 *Teſtibus in ſpecie, & in veriſimiliora deponentibus in concurſu magis credendum eſt.*
10 *Amplia, quamuis ſint num. pauciores.*
11 *Alimenta ab adminiſtratore præſtita, ex bonis adminiſtratis præſtita cenſentur, & nu. 12.*
13 *Frater fratrem, vel ſororem pauperem in ſubſidium alere tenetur.*

DECISIO LXVII.

DVO petierunt fratres de Temiſanis à Baptiſta hærede Iacobi Scacchij eorum Patrui, nempè ſalarium pro decem annis, quibus Iacobo inſeruierunt, & rationem bonorum ab eodem Iacobo per idem decennium adminiſtratorum, & ſuper vtroque ad fundandam ſuam intentionem teſtes examinari curarunt.

Qui deponunt. Primò quod Antonius, & Marcus de Temiſanis Patre orbati acceptique in Domum Iacobi, ipſi decennio inſeruierunt laborando tàm in terris proprijs illius, quàm conductis, eoſque omnes operas præſtandò, quas famuli præſtare ſolebant. Secundò quod Iacobus ante receptionem nepotum in domũ conſueuerat famulos domi retinere, quos tamen ex tunc dimiſit. Tertiò quod dicti nepotes ante inſeruierant cuidam Fiorinouello Bagnacauallo: Vndè inferebatur, quod ſtan-
1 te ſolito † ex parte Iacobi conducendi famulos, & nepotum locandi operas ſuas ſalarium, etiam non conuentum debetur, *Alex. conſ. 109. num. 2. lib. 6. Ruin. conſ. 138. num. 2. lib. 1. Socc. conſil. 196. numer. 1. verſ. quarto, & vltimo lib. 2. Natt. conſ. 376. num 4. Menoch. conſ. 570. nu. 6. Ciriac controu. 76. num. 6. Mantic. deciſ. 266. num. 1.* Et licet Nepotes ſemel tantum operas ſuas locaſſe probent, cum tamen ad inducendum ſolitũ
2 requiri, † quod bis locauerint teneat *Alexand. conſ. 5. num. 11. lib. 5.* adhuc quia illi ob teneram
3 ætatem non fuerant antea apti ſeruitio, † videbatur vnica locatio ſufficere prout dicimus,
4 non eſſe neceſſarium ſolitum locandi † in eo, qui non potuit, aut non conſueuit locare, *Rot. in Romana Mercedis 14. Februarij 1605. coram bon. memor. Card. Sacrato, impreſſ. apud March. de commiſſ. tom. 1. fol. 1191. & in Melcutana Expenſarum 13. Nouembris 1630. coram R. P. D. meo Ghiſlerio impreſſ. par. 6. recent. deciſ. 342. n. 7.*

Quo verò ad rationem bonorum Teſtes deponunt dictos Nepotes poſſediſſe duas do-

domos, ac aliquas tornaturas terrarum, ex domibus, vnam fuiſſe à Iacobo dirutam, alteram locatam pro annuis libris decem, quas, necnon fructus terrarum percepit Iacobus,
5 cuius propterea hæres † tenetur reddere rationem de bonis adminiſtratis ex obligatione legali inhærente ipſi adminiſtrationi præcedat necne mandatum principalis *Socc. conſ. 34. numer. 15. lib. 1. Aym. conſ. 218. num. 1. Dec. conſ. 110. num. 7. Rot. Ianuen. deciſ. 187. num. 1. Gregor. XV. deciſ. 187. numer. 1. Rot. deciſ. 214. numer. 17. par. 6. recentior.*

Sed nihilominus conſtare de bono Iure Baptiſtæ hæredis Iacobi Rota cenſuit 14. Maij 1640. coram bon. mem. Coccino, & repropoſita hodie cauſa ſtetit in deciſis. Quia per alios Teſtes examinatos ad Inſtantiam Baptiſtæ probatur Themiſanos actores orphanos, & pauperes, vna cum Paſqua ſorore Infante annorum 5. acceſſerunt ad domũ patrui fuiſſe inhabiles ad lucrandum ſalarium, eo quod Marcus nonum, Antonius decimum quartum annum agebat; Inſuper Marcum addiſcendis litteris incubuiſſe, & vtrumque, nec non Paſquam ſororem, non tamquam famulos, ſed filios alimenta in domo Patrui percepiſſe, magna tunc vrgente penuria in ea Prouincia. Ex quibus ſimul iunctis, & accedente vlterius ſilentio dd. Nepotum per decennium, quo dum vixit Iacobus nuſquam ſalarium petierunt, apparet quod illi potius ratione conſanguinitatis, † & miſerationis, quã
6 famulatus fuerunt à Iacobo retenti, non obſtante, quod Iacobus quorum opera vtebatur, quia quandoque etiam ſimplex alimentarius tenetur ſecundum qualitatem † ſuæ perſonæ
7 præſtare operas alenti, nec debet ſtare in domo, ſicut corpus mortuum, vt ait *Alex. conſil. 100. ſub nu. 1. verſ. quinto, & iſto caſu lib. 1. Aym. conſ. 25. num. 23. Berou. conſ. 185. num. 5. lib. 1. Gratian. diſcept. 374. nu. 20. & 21.* Vbi quod ſit compenſatio operarum, & alimentorum, *Surd. de alim. tit. 4. quæſt. 29. num. 54. & ſeqq. Sim. de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dubit. 11. num. 112. fol. 433.* & ratione puerilis ætatis dd. Nepotum vel aſſertæ operæ præſtitæ redduntur omninò
8 inuerisimiles, † vel certè valdè exiguæ, & modicæ fuerunt, & per conſequens impares alimentis, vt in ſpecie aduertit *Buratt. dec. 467. ſub nu. 11. & 12.*

Non obſtant Teſtes Themiſanorum. Primò quia non probant, cum fuerint examinati in cauſa criminali, & circumſcripti ex decreto bon. mem. Cardinalis Serræ Legati Ferrariæ. Secundò quia ſolum quintus Teſtis deponit de habilitate actorum ad lucrum, & quantitate ſalarij, quod merebantur, alij vero nonniſi de laboribus eorum, & quod Iacobus ni eos retinuiſſet, eguiſſet famulis, & laboratoribus pro laboretiis ruſticalibus; At duo ex teſtibus Baptiſtæ nempè primus, & ſeptimus in eius Summ. num. 4. deponunt in ſpecie de inhabilitate ad lucrandum ob imbecillitatem ætatis, quodque Iacobus conduxit alios operarios ad cultum agrorum, Summ. ibid. num. 9. nec mirum ſi famulos retineri ſolitos dimiſerat, ne tot expenſis grauaretur. Quibus teſtibus tamquam ritè examinatis, &
9 in ſpecie, † ac veriſimiliora deponentibus credendum eſt, *l. ob carmen §. fin. & ibi not. Florian. in ſumma ff. de teſtib. Aym. conſ. 73. nu. 41. Ruin. conſ. 35. ſub num. 16. lib. 4. Gabr. de teſtib. concluſ. 4. num. 55.* vbi quod hoc procedit etiam ſi teſtes
10 ſint † numero pauciores; quod etiam voluit *Farin. eodem tract. qu. 65. nu. 130. Buratt. deciſ. 631. num. 16.*

Tertiò quia in omnem euentum tam prædicti Teſtis, quam ſextus, & ſeptimus Summ. num. 4. aiunt tunc temporis ob ingentem penuriam famulos maximè feciſſe præbere ſeruitium receptis dumtaxat alimentis. Quod ſi agebatur cum adultis ſanè in pueris, qualis erat præcipuè Marcus alimenta longè ſuperabant precium laborum, imò cum Marcus ſtudijs incumberet, illa nullatenus referri poſſunt ad eius labores. Igitur ſaltem alimenta præſtita Marco, & Paſquę Infanti annorum quinque non aliam habuerunt cauſam, quam pietatis Patrui erga nepotes, & quatenus ſuppetebant bona ad eoſdem Nepotes ſpectantia,
11 & à Iacobo adminiſtrata † ex illis alimenta præſtita cenſentur, *Bart. in l. Neſennius numer. 5. ff. neg. geſt. Bald. ibique nu. 1. Ang. conſ. 59. nu. 4. Corn. conſ. 265. col. 3. lib. 1. Bald. Nouel. de dot. par. 6. priuil. 3. num. 4. Surd. de alim. tit. 6. quæſt. 15. num. 1. & ſeqq.*

Vndè etiam ſatis ſit alteri petitioni redditionis rationis dd. bonorum, quia videlicet quicquid fuit perceptum † in alimenta ceſſit,
12 ac Teſtes aiunt, nonniſi tres tornaturas terrarum fructum attuliſſe, cum aliæ aquis Padi obruerentur, qui ſanè fructus, iunctis etiã penſionibus domus locari ſolitæ annua ſcuta decem non excedentes, vt deponunt primus, tertius, quintus, & ſeptimus Teſtis Baptiſtæ, Summ. num. 8. inferiores ſunt alimentis præſtitis Marco, & Paſquæ, pro quibus etiam portio fructuum Antonij fratris erogari potuit, quia frater, fratrem, † vel ſororem pau-
13 perem in ſubſidium alere tenetur, *gloſſ. fin. in l. qui filium ff. vbi pupill. educ. deb. Bart. in l. ſi quis à liberis §. vtrum num. 5. ff. de liber. agnoſc. Cin. in l. 2. num. 2. C. de alen. liber. Bald. conſ. 103. num. 3. lib. 5. Surd. de alim. tit. 1. qu. 25. num. 1. Franch. deciſ. 172. num. 1. & 11.*

Et ità deciſum vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 1. Iulij 1641.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Debitum probatur ex ordine ad ſoluen. continente cauſam debiti, & in quo quis fatetur ſe debitorem.*

DECISIO LXVIII.

DVBITAVI in gradu appellationis à ſententia A.C. an D. Abbas Perettus ſit debitor ſummæ, pro qua fuit ab A. C. condemnatus, & affirmatiuè fuit reſponſum. Condemnatio enim A. C. eſt ad ſcuta mille, quæ deberi à D. Abbate hæredibus Lucæ de Vecchis faſſus fuit D. Abbas in ordine directo Ioanni Mariæ Gaffurro, vt ſolueret eandem ſummam dictis hæredibus, ibi, *à buon conto di quello che deuo dargli per robbe hauute dal loro fondaco*, qui ordo cum contineat cauſam debiti,
1 † nempè ob merces habitas, & principaliter fuerit ſcriptus ad confitendum debitum, & vt creditori de eo ſattisfieret debitum plenè probat, vt in his terminis, *Rota Ianuen. deciſ.47. ſub num.1. poſt Boer. conſ.25. nu.17. & 18. Aym. de antiquit. temp. 1. par. verſ. vidimus, & abundè num.41. Scacc. de camb. §.1. gloſſ.9. num.6. & eſt textus in l.2. Cod. tranſact.*

Et ità deciſum Informantibus tantum hæredibus, citato tamen D. Abbate.

FERETRANA PRAEDII.

Lunæ 1. Iulij 1641.

ARGVMENTVM.

Clauſula conſtituti adiecta in Inſtrumento venditionis licet transferat in emptorem veram poſſeſſionem rei emptæ, nihilominus non ſuffragatur, ſi venditio detegitur ſimulata, & ex quibus ceſſent coniecturæ ſimulationis?

SVMMARIVM.

1 *Clauſula Conſtituti transfert veram poſſeſſionem in emptorem.*
2 *Clauſula conſtituti probat poſſeſſionem contra conſtituentem, & habentem cauſam ab eo.*
3 *Deliberatio facta non citato poſſeſſore, ei non nocet.*
4 *Clauſula conſtituti ſtante ſimulatione contractus non ſuffragatur, quia eſt ei acceſſoria.*
5 *Executio fieri poteſt ſuper re vendita, etiamſi emptor non ſit in ſententia condemnatus, quia ſtante ſimulatione contractus res vendita, numquam deſijt eſſe in dominio primi poſſeſſoris.*
6 *Venditio facta ad euitandam executionem præſumitur ſimulata.*
7 *Simulatio probatur coniecturis.*
8 *Simulationis coniecturæ ſunt, continuatio poſſeſſionis, vt prius penes venditorem, etiamſi in Inſtrumento ſit appoſitum conſtitutum, declara, vt numer.15.*
9 *Item taciturnitas emptoris per ſpatium temporis, declara, vt num.16.*
10 *Item notabilis modicitas pretij, declara, vt nu.18. & 19.*
11 *Valor rei non præſumitur mutatus, niſi probetur aliquod accidens extrinſecum eueniſſe.*
12 *Simulatio venditionis arguitur, quando inter emptorem, & venditorem arcta concurrit ſanguinis coniunctio propter fiduciam; quæ inuicem inter perſonas coniunctas eſſe ſolet; declara, vt n.20.*
13 *Simulationis ſuſpicio ceſſat, præſiſtente legitima cauſa venditionis.*
14 *Itaut coniecturæ, quæ alias ad eam probandam ſufficerent, euaneſcant.*
15 *Actus poſſeſſorij quando poſſunt referri ad titulum familiaritatis non inducunt coniecturam ſimulationis.*
36 Deciſ.401. num. 16. Gregor. XV. *quo caſu loquatur?*
17 *Taciturnitas non dicitur adeſſe, vbi quis cauſam commiſit, eamque proſecutus fuit.*
18 *Simulatio vt arguatur ex modicitate pretij, illa eſſe debet de tempore contractus.*
19 *Et arbitrio Iudicis remittitur quanta eſſe debeat modicitas pretij ad effectum præſumendæ ſimulationis.*
20 *Coniunctio ſanguinis de per ſe ſimulationem non arguit, quia etiam inter coniunctos legitimè contrahitur.*
21 *Simulatio contractus quando non probatur, vel ſaltim eſt turbida tanquam reſpiciens petitorium manutentionem non retardat.*
22 Deciſ.188. num.8. penes Poſth. de manut. *quo caſu loquatur?*
23 *Poſſeſſio ſtante lapſu decennij ob præſumptam obliuionem amittitur.*
24 *Declara non procedere quando non probatur alium medio tempore poſſeſſionem naturalem occupaſſe, vt ad hunc effectum requiritur.*
25 *Obliuio ad effectum amittendæ poſſeſſionis excluditur ſi ciuiliter poſſidens egit in iudicio.*
26 *Poſſeſſio ciuilis ſine patientia, & acquieſcentia non amittitur, etiamſi ab alio fuiſſet occupata naturalis.*
27 *Appellatio commiſſa cum clauſula* ſubminiſtratis ſumptibus litis, *tamquam conditionalis ſuſpendit Iuriſdictionem donec ſubminiſtrentur.*

DECISIO LXIX.

D. Comitiſſa Angela Malateſta mandatum exequutiuum pro alimentis decurſis, & decurrendis obtentum de anno 1633. contra D. Comitem Franciſcum Mariam durantem virum exequi fecit ſuper quodam prædio nuncupato del Magnano poſita in Territorio S. Ioannis in Galilea, quod idem Comes emerat de anno 1622. pro ſcutis 1600. quorum ſcuta 211. ſoluta fuerant in actu Inſtrumenti, & de reliquo habita fides.

Appellauit Comes à relaxatione mandati, & cauſa commiſſa fuit cum clauſula *ſubminiſtratis ſumptibus litis, & cum facultate ſubminiſtrari faciendi alimenta*. Appellauit pariter ab exequutione tamquam facta in bonis proprijs Reuerendiſſimus Epiſcopus Feretranus Comitis Patruus, & emanauit commiſſio in Rota cùm ſimili clauſula *ſubminiſtratis ſumptibus litis.*

Iudicium verò appellationis non fuit hactenus ad vlteriora productum, niſi inter Comitem, & Comitiſſam, quæ præuijs deciſionibus, & ſententia Rotali dictum Prædium mediante ſubhaſtatione ſibi, tamquam plus oſte-

offerenti nuper deliberari obtinuit, & in vim
deliberationis poſſeſſionem cæpit.

Illmꝰ D. Epiſcopus proſequendo ſuam ap-
pellationem vſque de anno 1634. vt ſupra in-
terpoſitam petijt manuteneri in poſſeſſione
eiuſdem Prædij, & propoſito hodie dubio
An ei concedendum eſſet mandatum de
manutenendo, Rota affirmatiuè reſpondit.

Quia nititur poſſeſſioni anteriori quæſitæ ex
venditione ſibi facta de anno 1629. à Comi-
1 te Franciſco Maria cum clauſula, *conſtituti*,
quæ tranſtulit veram poſſeſſionem in empto-
rem, *l.quod meo ff.acquir.poſſeſſ.Riminald.Sen.con-
ſil.57.num.13. Afflict.deciſ.139.nu.9. Rot.deciſ.83.
num.1.par.1.recent. deciſ.520. num.2.par.2.* Eam-
2 que probat contra conſtituentem, & Comi-
tiſſam habentem cauſam ab illo *Grat. reſp.42.
ſub num.12.lib.2.Tiraquel.de conſtit.poſſeſſ.limit.1.
num.25.verſ.ſed quod diximus, Rot.deciſ.766.n.11.
par.1.diuerſ.deciſ.156.num.5. in impreſſ.poſt Cinc.
de Cenſib.* Etiam ad effectum manutentionis,
*Rota deciſ.549.num.1.par.1.diuerſ.deciſ.551.nu.4.
par.2.recent.cum alijs allegat.in deciſ.28.nu.1.& 2.
impreſſ.poſt Modern. tract. de manutenendo, & per
adden.ad ſan.mem.Greg.XV.deciſ.437.ſub numer.6.*
3 Nec Epiſcopo nocet deliberatio, vt ſupra fa-
cta Comitiſſæ, quia tunc citatus non fuit,
*cap.licet Epiſcopus, vbi gloſſ. verſ.ſi non vocato de
prebend.in 6.l.final.C.ſi per vim Abb.in cap.conque-
rente num.8.de reſtit.ſpoliat. Rot.deciſ.106. num.2.
par.1.recent.*

Et quoniam informantes pro Comitiſſa
toti erant, in ſimulatione dictæ venditionis
factę Epiſcopo à Comite placuit dominis fu-
ſiùs de ea differere. Excipiebatur itaque ex-
aduerſo de ſimulatione d. contractus, quo
ſtante non ſuffragaretur clauſula conſtituti, ibi
appoſita, quia eſt acceſſoria contractui, *Iaſ.
in l.1. §.ſi vir.numer.18. ff.acquir.poſſeſſ. Alciat.in
l.quod meo num.5.ff.eod.Pariſ.conſ.55.nu.22.& ſeq.
lib.1.Rot.deciſ.694.num.9.par.1.recent. & in ſpecie
deciſ.140.num.11.poſt conſil.Farinac.lib.1.* potuiſ-
5 ſet fieri exequutio etiam ſi Epiſcopus in ſen-
tentia condemnatus non fuiſſet, quia præ-
dium numquam eſſe deſijſſet in dominio pri-
mi poſſeſſoris *Bald.in l.exequutionem n.27.C.exe-
quutione rei iudic.Bart.in l.emptor nu.1. ff.aqua plu.
arcen.& in l.poſt contractum nu.4.ff.de donationibus,
Rota in Romana Fideicommiſſi de Troilis 4. Maij
1640.coram R.P.D.meo Veroſpio.*

Pro cauſa autem ſimulandi deducebatur,
6 quod venditio facta fuit ad euitandam exe-
quutionem, quæ poterat timeri à Comitiſſa
vigore iudicij ab ea moti de anno 1625. con-
tra Comitem virum pro alimentis, id quod
pro ſufficienti cauſa ſimulationis admiſit *Rota
in dicta Romana Fideicommiſſi de Troilis coram
R.P.D.meo Veroſpio, ex Bart.in d.l.poſt contractum
num.7.ff.de donat. Rimin.iun.conſ.62.nu.9.* & vltra
7 afferebantur coniecturę, quibus ſimulatio
probatur, *Aym.conſ.156.num.74.Roland.conſ.47.
num.6.lib.4. Becc.conſ.52.nu.46.Rimin.iun.conſ.62.
num.13.Ciriac.controu.219. num.36.Surd.deciſ.23.
num.17. Caual.deciſ.406.nu.1.* non obſtante pu-
blico Inſtrumento *Rota deciſ.140. n.10.poſt con-
ſil.Farinac.lib.1.*

8 Coniecturæ ſunt continuatio poſſeſſionis,
vt prius penes Comitem venditorem, *Bart.in
l.ſi ſicut §. ſuperuacuum num.15.* vbi quod hoc
procedit, etiamſi in Inſtrumento ſit appoſi-
tum conſtitutum, *ff.quib.mod.pignus.& hypoteca
ſoluatur Bald.conſ.70.num.3.& ſeqq.lib.1.Dec.con-
ſil.659.num.1. Afflict.deciſ.40.num.18.Caputaq.de-
9 ciſ.143. num.6. par.1.* Taciturnitas Epiſcopi ab
anno 1634. quo fuit facta exequutio vſque
ad 1641. *Rimin.iun. conſ.407.num.14.Menoch.præ-
ſumpt.3.num.105.lib.5. Afflict.deciſ.13.nu.22.Bu-
ratt.deciſ.361.nu.12.Rot.in dicta Romana Fideicom-
10 miſſi de Troilis.* Notabilis modicitas pretij *gloſs.
in cap.ad noſtram, verb. dimidium de empt.& vend.
Bart.in d.l.poſt contractum ſub num.17.verſ.& quia
Pariſ.conſ.55.num.47.lib.1.Decian.conſ.2.num.79.
lib.1.conſ.62.n.84.lib.3. Farinacc.de ſimulat.q.162.
num. 195. Grat.* in terminis modicitatis pretij
in dimidia, *diſcept.600.num.2. Rot.deciſ.307.n.12.
par.1.recent.* Nam Comes vendidit pro ſcutis
800. cum tamen ipſe emiſſet pro ſcutis 1600.
ſeptennio ante quo niſi probetur eueniſſe in
11 bonis aliquod accidens extrinſecũ valor non
præſumitur mutatus, *Natt.conſ.353. numer.6.
verſ.quando autem*, vbi quod requiritur decen-
nium, & vltra poſt *Bald.in l.2.num.61.verſ.nam
in breui C. de reſcind.vendit. Caſtr.ibid.nu.4.in fin.
Surd.conſ.151.num.71. verſ.tamen hoc, & fuit di-
ctum in Cæſaraugustana Diſtributionum 9. Decem-
bris 1630. & 26. Aprilis 1632. coram bon.memor.
Coccino.* Ac valdè ſimulationis probationem
12 coadiuuat arcta ſanguinis cõiunctio inter em-
ptorem, & venditorem propter fiduciam, quę
inuicem inter perſonas coniunctas eſſe ſolet,
*Bart.in d.l.poſt contractum num. 8. & in l.non ſolum
num.1.ff.de rit.nupt.Bald.in l.ſi quis num.2.C.bonis
proſcript. Beccius conſ. 52. num. 55. Natt. con-
ſil.443.n.10. Mantic.de tacit.lib.13.tit.35.num.20.
Gratian.diſcept.255.nu.7.*

Verum Domini animaduerterunt primo,
quod ſcut.950. recepta de anno 1624.& 1625.
a Magnano pro pretio huiuſmet prædij, quod
vendiderat Comiti de anno 1622. ſoluta fue-
rant ex pecunijs Epiſcopi cum reſeruatione
ſpecialis hypotecæ ad eius fauorem ſuper hoc
ipſo Prædio Summ.Epiſcopi nu.1.& 2. quod-
que pro alia parte pretij currebant fructus cē-
ſus quos Epiſcopus in emptione accollauit, &
ad quorum fructuum, qui redditus prædij ſu-
perabant, ſolutionem euitandam Comes ven-
didit Epiſcopo, nullo alio reperto emptore;
vndè cum præeſiſteret legitima cauſa vendi-
13 tionis, ceſſat omnis ſuſpicio ſimulationis *Fa-
rinacc.de ſimulat.quæſt.164.numer.97.Rota Ianuen.
deciſ.13.nu.37. verſ.4.non obſtat, Caualer.dec.420.
num.5. Gregor.XV.deciſ.195.numer.12. deciſ.459.
num.7. Rot.deciſ.334.num.12. par.5.recent.* & con-
14 iecturæ, quæ alias ad comprobandam ſuffice-
rent euaneſcunt, *Dec.conſ.648. num.5.Honded.
conſ.33. num.36.& ſeqq.lib.2. Ciriac. controu.255.
num.38.*

Secundò quod coniecturæ exaduerſo ad-
ductæ non applicantur. Non prima quia non
probatur, quod Comes poſt venditionem re-
manſerit in poſſeſſione, imò fructus Prædij
fuiſſe perceptos à Miniſtris Epiſcopi appare

ex iuribus datis in eius Summ.num.5. & cum actus poſſeſſorij ſi quos geſſiſſet Comes poſ-
15 ſent referri ad titulum familiaritatis non inducerent coniecturam ſolutionis *Rota* in pun-
16 cto contractus inter Epiſcopum Patruum, & Nepotem *deciſ.401.n.16.coram ſan.me.Greg.XV.*

Non altera deſumpta ex taciturnitate Epiſco-
17 pi ab anno 1634. quia imò Epiſcopus reclamauit ab executione, & commiſit in Rota cauſam appellationis, quam non fuit proſequutus, quia Rota mandauerat vt prius videretur de Iuſtitia ſententiæ latæ contra Comitem, cum quo completa de anno 1640. diſputatione Epiſcopus ante deliberationem Prædij porrexit memorialia, vt ſuſpenderetur donec ſua Iura diſcuterentur, & poſt deliberationem proſequendo appellationem inſtetit pro manutentione.

18 Modicitas pariter pretij non probatur de tempore venditionis, vt debet, *l. ſi voluntate C.de reſcind.vendit.Cin.in l.ſi minorem Cod.in integrum reſtit.Pinell.in l.2.par.3.cap.vlt.num.15.C.de reſcind.vendit.Iaſ.conſ.53.n.6.lib.1.Surd.conſ.151.num.71.* Nec poteſt haberi ratio valoris præteriti, quia poſtea prædium fuit intricatum pluribus hypotecis contractis à Comite, valoremque verè decreuiſſe apparet, tàm ex diligentijs tunc factis fruſtra pro reperiendo emptore, quam ex deliberatione nuper decreta ipſimet aduerſariæ pro ſcutis 600. tantum, ex quibus pretium ſcut. 800. non valdè incongruum fuiſſe de anno 1629. credere po-
19 teſt Iudex cuius arbitrio remittitur quanta eſſe debeat modicitas pretij ad effectum præſumendæ ſimulationis *Pariſ.conſ.55.num.47.lib.1. Socc.Iun.conſ.104.n.6.lib.3.Menoch.præſumpt.122.num.8.lib.3.& de arbitr.caſ.417. num.4 & 5.Farinacc.de ſimulatione quæſt.162.num.199. Afflict.deciſ.40.num.19.*

Remanet itaque ſola coniunctio ſanguinis,
20 quę de per ſe ſimulationẽ nõ arguit, quia etiã inter coniunctos licitè contrahitur, *l.ſi totas ff.de inoffic.donat.Bartin d.l.poſt contractum ſub n.3. verſ.alias ſola proximitas ff.de donat. Bald.in l.quod autem §.ſi tibi maritus num.2. ff.donat. inter vir.& vxor.Mantic.de tacit.lib.13. tit.35.num.21.Buratt.deciſ.365.nu.6.* Adeò quod ſimulatio, vel nul-
21 latenus probatur, vel ſaltem eſt turbida, & propterea tamquam reſpiciens petitoriũ manutentionẽ Epiſcopi non retardat *Rot.dec.140.num.2.deciſ.677.nu.2.par.2.recent.deciſ.308.n.15.par.5.deciſ.152.n.4.& 6.deciſ.181.num.6.dec.188.*
22 *nu.8.* quæ loquitur in terminis contractus inter Patruum, & Nepotem *impreſſ. poſt Modern. de manut.*

Non obſtat, quod à tempore venditionis
23 lapſum ſit decennium, quo regulariter ob præſumptam obliuionem amittitur poſſeſſio, *gloſſ.in l.licet verb.temp. res iniuria C.eod.* Tum
24 quia non probatur, quod alius d. tempore poſſeſſionem naturalem occupauerit, vt ad hunc effectum requiritur, *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina nu.23. verſ.& ex hoc elicitur de cauſ. poſſeſſ.& propriet. Neuizan.conſ.79. num.24.& 34. & fuit dictum in Nicien.Decimarum 27.Nouembris 1626. coram R.P.D. Merlino.* Tum etiam quia cum Epiſcopus infra decennium, tamquam poſſeſſor huius prædij iudicialiter egerit in
25 Rota, excluditur obliuio, & ceſſat eius patientia, & acquieſcentia ſine qua poſſeſſio ci-
26 uilis non amittitur etiamſi ab alio fuiſſet occupata naturalis, *Rot.deciſ.117.nu.1.par.5.recent. deciſ.298.n.1.deciſ.327. nu.10.poſt Modern.de manut.& in Romana Domus 13. Iunij 1640. coram R.P.D.Panzirolo.*

Tandem non obſtat, quod appellatio Epiſcopi fuerit commiſſa cum clauſula *ſubmini-*
27 *ſtratis ſumptibus litis*, quæ facit conditionem, & ſuſpendit Iuriſdictionem donec ſubminiſtrentur, quia Epiſcopus paruit ſubminiſtrando ſumptus quos Rota mandauit.

Et ità deciſum vtraque &c.

EVGVBINA RENOVATIONIS EMPHYTEVSIS.

Veneris 15. Nouembris 1641.

Argumentum deſumitur ex Summarijs.

1 *Renouatio emphyteuſis Eccleſiæ debetur vigore concordiæ à Sede Apoſtolica confirmatæ.*

2 *Concordia à Sede Apoſtolica confirmata ligat ſucceſſores in beneficijs, & n.5.*

3 *Concordia inita nomine populi, ſeu Communitatis, quæ nunquam moritur eſt realis.*

4 *Et fauet ne dum ijs, qui tunc viuebant, ſed etiam poſteris, & ſucceſſoribus.*

6 *De non vſu concordiæ, ſeu priuilegij Apoſtolici, vt excipi valeat, quænam requirantur?*

DECISIO LXX.

QVINTILIO ad cuius fauorem emanauit deciſio ſub die 7. Iunij prox. præter. inſtante pro expeditione cauſæ, fuit exaduerſo petita noua audientia, & humaniter obtenta, ſed diù expectatis aduerſarijs, & nunquam comparentibus repropoſui hodie cauſam ad inſtantiam eiuſdem Quintilij, pro quo iterum Rota reſpondit ex rationibus in dicta deciſione deductis.

1 Debebatur enim renouatio † Iacobo auctori Quintilij ſaltem vigore concordiæ inter Clerum, & Populum Eugubinum à Sede A-
2 poſtolica confirmatæ, quæ † ligat ſucceſſores in beneficijs, & vltra allegatos in deciſione dixit *Rota rec.dec.87.n.15.par.7.*

Et cũ fuerit inita nomine Populi, & Com-
3 munitatis quæ nunquam moritur, † realis eſt *gloſ.1.in leg. ſordidorum ibi, aut Ciuitati C.excuſat. muner.lib.10.Bald.in l.2.num.16. ff.Conſtitut.prin. Dec.conſ.262. ſub numer.2. verſ. et in dubio Natt. conſ.163.num.16.conſ.164.nu.28.Menoch.conſ.276.*
4 *num.8.* Fauetque † ne dum ijs, qui tunc viuebant, ſed etiam poſteris, & emphyteotis futuris *l. forma §. quamquam, & ibi gloſ.verb.tranſmittatur ff.de cenſib.Alex. conſ.178.nu.13. lib.2.Natt. conſ.160. ſub num.26.Rot.in Cracouien. iuris legendi 18.Decembris 1626. coram bo.mem.Coccino Decano,* eo magis quia indefinitè loquitur, & Apoſtolica,

5 poſtolica auctoritate † munitur *c.quia circa 22. de priuileg. l. ſi ſeruitus ff. ſeruit.vrbanor.prad. Valaſcb.conſultat.58. num.10.cum alijs alleg. per Modern.Luſitan. in Collect. ad dict. cap. quia circa numero 5.*

Neque excipi poteſt de non vſu concordię,
6 & priuilegij Apoſtolici, † dum non probatur eueniſſe caſum renouationis faciendæ iuxta formam illius renouationemq; petitam fuiſſe tacitè, vel expreſsè denegatam *Abb.Menoch. Creſcent.Seraph.& alij alleg.in deciſ. quibus additur Gayll.obſeru.lib.2.obſeru.60. nnmer. 2. & ſeqq.& in pluſib. Gabr.conſ.78.n.10. & ſeqq.lib.2.*
9 Et ita deciſum &c.

ROMANA ALIMEMTORVM

Mercurij 4. Decembris 1641.

ARGVMENTVM.

Procurator ſubſtitutus vigore mandati procuræ cum facultate ſubſtituendi ; & ad omnes cauſas motas, & mouendas coram quibuſcunq; Iudicibus cum clauſula cæterata poteſt comparere in cauſa particulari, ad quam ſubſtituentem reſpexiſſe deducitur ex actibus antecedentibus, & ſubſequentibus. Mandatum procuræ ex pluribus ſimul iunctis remanet ſufficientèr probatum. Per productionem mandati procuræ inſufficientis, ceſſat præſumptio mãdati ſufficientis Concluſio procedit, quando mandatum inſufficiens producitur ab eo, qui allegat præſumptionem alterius mandati, quia producendo videtur ſe reſtrinxiſſe ad mandatum productum, ſecus verò in caſu contrario, & ratio eſt; quia datur multiplicatio mandatorum, & ſunt compatibilia duo mandata præſumptum, & verum, & exiſtentia vnius mandati non facit ceſſare præſumptionem alterius.

SVMMARIVM.

1 *Litis prudentia cum aliquo iuſtificatur ex citationibus eius nomine factis, & in actis reproductis non ſecus, ac ſi ipſe perſonaliter comparuiſſet.*
2 *Lis inchoari, & proſequi poteſt mediante perſona Procuratoris.*
3 *Mandatum procuræ generale ad omnes cauſas motas, & mouendas coram quibuſcunque Iudicibus ſe extendit etiam ad cauſas Eccleſiaſticas.*
4 *Subſtitutio facta vigore dicti mandati generalis ſe extendit etiam ad cauſam particularem.*
5 *Præſertim, quando ſubſtituens ad eam ſignanter reſpexit, idque deſumitur ex actibus antecedentibus, & ſubſequentibus, & num. 6. iunctis præſertim alijs actibus iudicialibus ſucceſſiuè geſtis, ex quibus ſubſtitutio declaratur num.8. & 9.*
7 *Actus contemporanei demonſtrant, qualis fuerit diſponentis intentio.*
10 *Aſſertio Notarij, quod ſibi docuit de eius mandato procuræ, multum facit ad illud præſumendum, & accedentibus alijs præſumptionibus plenè probat, & num. 11.*
12 *Mandatum procuræ præſumitur in filio, in iudicio pro patre comparente ob ſanguinis coniunctionem, ac fiduciam paternam.*
13 *Procurator, qui abſque facultate alium ſubſtituit in cauſa dicitur fraudulenter ſe geſſiſſe, ac tenetur ad omnia damna, & expenſas.*
14 *Fraus in viro nobili præſumenda non eſt.*
15 *Mandatum procuræ probatur præſumptionibus, & coniecturis.*
16 *Socer tenetur alere generam pauperem.*
17 *Per productionem mandati inſufficientis ceſſat præſumptio mandati ſufficientis.*
18 *Et ſubſtitutio facta vigore mandati inſufficientis, inſufficiens pariter reputatur.*
19 *Declara concluſionem procedere, quando mandatum inſufficiens producitur ab eo, qui allegat præſumptionẽ alterius mandati, quia producendo videtur ſe reſtrinxiſſe ad mandatum productum, ſecus in caſu contrario, & nu.20.*
21 *Pluralitas, ſeù multiplicatio mandatorum datur.*
22 *Mandata duo ſunt compatibilia ſcilicet præſumptũ, & verum, & exiſtentia vnius mandati non facit ceſſare præſumptionem alterius.*
23 *Amplia quamuis concordaret dies annus, & Notarius, quia non eſt impoſſibile, quod ſub eadem die per eundem Notarium rogentur plura, & diuerſa mandata.*
24 *Mandatorum pluralitas, ſeù multiplicatio, ex quibus præſumatur.*
25 *Mandatorum pluralitas præſumitur ad euitandam falſitatem.*
26 *Procurator ſubſtituens alium vigore mandati inſufficientis dicitur falſitatem committere.*
27 *Productio præſumitur verbalis, quando non fuit dimiſſa copia, aut originale in actis, vel in productione non adeſt verbum facto produxit, vel tenoris &c.*
28 *Iura verbaliter producta non ſemper dimittuntur in actis.*
29 *Alimenta futura dicuntur, quæ à die petitionis decurſa fuerunt.*

DECISIO LXXI.

EXEQVTO ſub die 21. Aprilis 1635. nomine Franciſci filij Nicolai, & eiuſdem Nicolai, necnon Stephani, & Lazari fratrum monitorio ſuper nullitate matrimonij contracti inter Franciſcum, & Petronillam hæc ſub die 7. & 9. Maij proteſtata fuit, neminem exaduerſo audiri pro parte Nicolai, & Franciſci niſi docto de eorum legitimio mandato.

Et Iudicium ſiluit vſque ad diẽ 24. eiuſdem menſis Maij; qua Stephanus, tanquam Procurator Nicolai Patris vigore facultatis ſubſtituendi ſibi attributæ in mandato procuræ, ſubſtituit Procuratorem Mutium Aſculanum ad omnes, & ſingulas lites, & cauſas ciuiles, & criminales, motas, & mouẽ; contrà quaſcunq; perſonas. Similemque ſubſtitutionem fecit nomine Franciſci.

Poſt quas ſubſtitutiones Aſculanus in continẽti ipſa die 24. Maij cõparuit iudicialitèr in cauſa matrimoniali contrà Petronillam, repetijt articulos productos, mandatum procuræ, & ſubſtitutionem in eius perſona factam,

monitorium ſuper nullitate matrimonii aliàs
vt ſuprà productum, necnon omnia, & ſin-
gula iura,& acta, & ſucceſſiuè ad plures actus
iudiciales eiſdem nominibus proceſſit in
hac ipſa cauſa matrimoniali contrà Petronillã

Quæ ideò petijt, tam contrà Franciſcum
virum, quam Nicolaum Socerum ſibi decer-
ni alimenta lite pendente,& per duas deciſio-
nes obtinuit, coram bon: mem. Pirouano,
quos hodiè DD. confirmarunt non obſtante,
quod Nicolaus negaret inter ſe, & Petronillã
1 litem aliquam pendere,quia litis † pendentia
cum ipſo Nicolao ſatis iuſtificatur ex citatio-
nibus eius nomine, vt ſupra factis, & repro-
ductis *Guidopap. deciſ.488. num.1. Veſtr. in prax.
lib.4. cap.1. num.1. & 2. Rot.deciſ.9. vt lit. pend.
in nou.deciſ.343. nu.7. par.1. recent.* non ſecus,
ac ſi ipſemet perſonaliter comparuiſſet,potuit
2 enim æquè benè litem † inchoare,& proſequi
per legitimum Procuratorem, *Bart.in l. quam-
uis numer. 10. & 11. ff. de damn. infect. Caſſad.
deciſ.1. nu.1. de dilation. Acchill. deciſ.13. in fin.de
citation. Seraph. deciſ.654. numer.4. & ſeqq. Gre-
gor.XV. deciſ.86. num.1. deciſ.127. nu.8.*

Et Aſculanum talem fuiſſe probat publi-
cum Inſtrumentum ſubſtitutionis, vt ſupra
factæ à Stephano tamquam Procuratore Ni-
colai, & vigore facultatis ſubſtituendi ſibi in
3 mandato conceſſæ † quæ ſubſtitutio loquens
de omnibus cauſis motis,& mouendis coram
quibuſcunque Iudicibus cum clauſula cæte-
rata extedeñ etiam ad Eccleſiaſticas, *Buratt.
4 deciſ.927. ſub n.6. & 7.* & comprehendit † ab-
ſque dubio cauſam hanc matrimonialem, ad
quam ſignanter ſubſtituentem reſpexiſſe de-
5 ducitur † tum à priori, quia præceſſerat pro-
teſtatio Petronillæ contrà comparentem prò
Nicolaò, vt doceret de eius legitimo manda-
to, à qua proteſtatione ſubſtitutio delibera-
tionem recipit tamquam à ſua cauſa, *l. ſi Pro-
curatorem in principio ff. mandati, Surd. conſ. 418.
num.11. Gratian. diſcept.824. num.48. Oſaſch. de-
ciſ.167. num.26. & ſeqq.*

Tum à poſteriori, quia eadem die factæ
6 ſubſtitutionis procurator ſubſtitutus † præuia
illius iudiciali repetitione citauit Petronillam
& reproduxit monitorium ſuper nullitate
7 matrimonij, vt ſupra; Actus enim † contem-
poranei demonſtrant, quæ fuerit ſubſtituentis
intentio, *Ruin. conſ.192. numer.5. lib.2. Soccin.
Iun. conſ.32. num.12. lib.4. Surd.deciſ.54. num. 6.
Rot. deciſ.765. ſub num.10. par.2. recent.* iunctis
8 maximè alijs actibus Iudicialibus † ſucceſſiuè
geſtis in hac cauſa à Procuratore ſubſtituto,
ex quibus pariter ſubſtitutio declaratur, *Pariſ.
conſ.53. num.56. lib.4. Cephal. conſ. 96. num. 27.
Buratt. deciſ.379. num.3. & in proximis terminis
fuit dictum in Cremonen. Penſionis 26. Ianuarij 1609
coram bon. mem. Sacrato,* redditurque ſpecia-
9 lis †, ac ſi cauſa hæc nominatim ſpecifica-
ta fuiſſet ad tradit. per *Bald. in l. 2. num.5. C.
erroribus Aduocator. Iaſon. in l. cum centum num.13.
verſ. nec obſtet ff. adimen. legat. Surd. conſ.80. ſub
num.14. verſ. quia Actor.*

Stephanum verò, qui tamquam Procurator
Nicolai, Aſculanum in hac ipſa cauſa iuxta
prædicta Procuratorẽ ſubſtituit fuiſſe Nicolai
Procuratorem, & habuiſſe facultatem ſubſti-
tuendi conſtat, tum quia in Inſtrumento ſub-
ſtitutionis id expreſſit, tam Stephanus, quam
Notarius, aſſerens Stephanum docuiſſe de ius
10 mandato procuræ, quæ aſſertio † multum
facit ad præſumendum mandatum. *Gabr. de
procurator. concluſ.1. num.9. Menoch. præſumpt.33
num.25. lib.2. Gratian. diſcept. 737. num.20. Put.
deciſ.342. lib. 3. Caſſador. deciſ. 3. num.4. de Pro-
curator. Rot. deciſ.440. num.5. par. 2. deciſ. 503.
11 num.3. part. 1. recent.* & accedentibus † alijs
præſumptionibus plenè probat, *Angel. conſ.261
num.4. Aym. conſ. 73. num.19. conſ.258. num.19.
Mantic. deciſ.352. ſub num.4.*

Tum quia cauſa hæc matrimonij egrè au-
diti exaduerſo ob imparitatem conditionis
Petronillæ cum Franciſco nobili Ianuenſi re-
ſpicit ſplendorem totius familiæ, & ſic inte-
reſſe commune ipſi Patri, & quæſtio eſt de
12 mandato in perſona filij, in quo † ob ſangui-
nis coniunctionem, & fiduciam paternam fa-
ciliùs præſumitur mandatum, *Abb. conſ. 7.
num 4. Mant. de tac. lib.7. tit.5. numer. 11. Rot. in
Bononien. fideicomm. de Clauarinis 22. Iunij 1639.
coram R.P.D. meo Royas.*

Tum quia alioquin Stephanus fraudulen-
13 ter ſe geſſiſſet † ſubſtituendo Aſculanum ab-
ſque ſufficienti mandato, & conſentiendo, vt
ille etiã nomine Nicolai Patris litẽ hanc pro-
ſequeretur, ac teneretur de proprio ad omnia
damna, & expenſas *l. ſi procuratori falſo ff. con-
diction. cauſa dat. l. falſus C. de furt. Cephal. conſ.577.
num. 25. Biſignett. dec.12. num. 2. de Procurator.*
14 quæ fraus † præſertim in viro nobili præſu-
menda non eſt *l. dolum C. de dolo l. ſi creditor C.
pignor. actione l. quoties §. qui dolo ff. de probationibus*

Tum quartò quia præceſſerat proteſtatio
etiam contrà Nicolaum, quod nemò audire-
tur, niſi docto de legitimo illius mandato, &
ſequentia acta iudicialia fuerunt geſta nomi-
15 ne quoque Nicolai probatur † namque
mandatum præſumptionibus, & coniecturis,
*Caſſador. deciſ. 3. num. 4. de procuratorib. Seraph.
deciſ.1326. num. 2. Mantic. de tacit. lib. 7. tit.6.
num.1. Caualer. deciſ.590. num.10. Rot. deciſ.350
num.1. part.4. diuerſ. deciſ.440. num.5. par. 2. rec.*
quæ coadiuuantur, quia nunquam anteà fuit
negatum mandatum Nicolai, & nunc nega-
tur, vt Petronilla pauper mulier cogatur con-
uenire Nicolaum Ianuæ pro alimentis, ad
16 quæ certum eſt † Nicolaum teneri ſaltem
vti Socerum *l. ſi quis §. vel parens verſ. non
tantum ubi gloſ. verb. cætera ff. de liber. agnoſcen.
Surd. de aliment. tit.1. quæſt. 38. num. 1. cum alijs
allegat. in prima deciſ. coram bon. mem. Pirouano.*

Neque contrarium ſuadetur, eo quod in
libris rationis bancariæ Nicolai de expenſis
huius litis fuerit creatus debitor ſolus Frãci-
ſcus vir Petronillæ, potuit enim hoc fieri,
quia Franciſcus contrahendo hoc matrimo-
nium forſan abſque conſenſu Parentum,
dedit cauſam litibus, & expenſis, de quibus
ideò, nec fuerunt creati debitores Stephanus,
& Lazarus, qui nihilominus principales ſunt
in cauſa,& perſonaliter in ea multoties com-
paruerunt.

Pariter

Pariterque non obſtat mandatum Nicolai exaduerſo exhibitum in ſufficiens tamen, per
17 cuius exhibitionem regulariter † ceſſare ſolet præſumptio mandati ſufficientis *Pariſ. conſ.43 num.75. lib.2. Coccin. deciſ.96. num.3. Rot. iuter recent. dec.211. num 5. verſ. tum quia deciſ. 754. num.3. part.2. deciſ.312. num.6. par.4.* Itaut in-
18 ſufficiens etiam ſit ſubſtitutio †, quæ ad idem mandatum referenda eſt, præſertim, quia à tergo dicti mandati adeſt productio cōtrà quoſcumque, & ſimilis legitur à tergo ſubſtitutionis.

19 Nam concluſio procedit, † quando mandatum inſufficiens producitur ab eo, qui allegat præſumptionem alterius mandati, quia producendo videtur ſe reſtrinxiſſe ad mandatum productum, *Acchil. deciſ. 7. de procuratorib.*
20 ſed in caſu contrario aliud ſtatuitur, † vt diſtiguendo inter vtrunque caſum duxit, *Rota in Cremonen. penſionis 26. Ianuarij 1609. coram bon. mem. Sacrato.* Cum enim detur multipli-
21 catio mandatorum, vt fuit dictum *in Firmana Iuriſp. 28. Ianuarij 1602. coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilio in Firmana Saluiani 12. Nouembris 1621. coram bon. mem. Coccino in Romana Societatis officij coram bon. mem. Durano inter eius impreſs. deciſ.9. num.25.* vbi, quod compati-
22 bilia ſunt duo mandata † præſumptum ſcilicet, & verum exiſtentia vnius mandati non facit ceſſare præſumptionem alterius, *Ruin. conſ.35. nu.12. lib.1. Rot. in dicta Cremonen. penſionis* vbi hoc ampliatur quamuis concordaret dies, annus, & Notarius, quia non eſt impoſſibile, quod ſub eadem die, & per eumdem Notarium rogentur plura, & diuerſa mandata.

Maximè quia ex prędictis apparet Stephanũ voluiſſe nomine Nicolai ſubſtituire in cauſa matrimonij, & ad id habuiſſe ſufficiens mandatum, ac ſubſtitutio eſt indefinita ad omnes
23 lites, & cauſas contrà quoſcumq; mandatũ verò, quod exaduerſo exibetur eſt limitatum ad cauſas actiuas tantum contrà certas perſo-
24 nas, ex qua diuerſitate † tam reſpectu cauſarũ, quam perſonarum, magis præſumitur pluralitas mandatorum iuxtà Theoricam, *Felin. in cap. cum Ioannes num. 8. de fide inſtrument. Aym. conſ.282. nu.2. Ruin. conſ.31. nu.4. in fin. & nu.6. lib.4. Gratian. diſcep.877. num.21. Viuiuſ. dec.203. num.11. lib.2.*

25 Quæ vlterius præſumenda † eſt ad euitandam falſitatem *cap. cum tu vbi Felin. column. 1. de teſtib. Grammatic. conſ. crim.23. num.1. Menoch. conſ.221. num.28. conſ.422. num.131. Viuiu. dicta deciſ.203. numer.14.* quam alias commiſiſſet
26 Stephanus ſubſtituēdo † in hac cauſa nomine Nicolai vigore mandati inſufficientis *Iaſ. in l. licet numer.4. C. de procuratorib. cum alijs allegat. per Gratian. diſcept.985. nu. 24.*

Et ex his eo minus poſſibilem exiſtentiam alterius mandati ſufficientis excludunt diligentiæ in officio Notarij de ſubſtitutione rogati factę pro mandato reperiendo, præſertim quia non coarctant negatiuam, ſiuè mandatũ nuſquam fuerit productum, ſiuè productio
27 fuerit verbalis, prout præſumitur † quando non fuit dimiſſa copia, aut originale in actis, vel in productione non adeſt verbum facto produxit, vel tenoris &c. vel ſimile, vt latè *add. ſan. mem. Gregor. XV. dec. 59. num.11. Rota deciſ. 147. num.2. & 3. par. 6. recent.* nam Iura
28 verbaliter, † tantum producta non ſemper dimittuntur in actis, circumſcripta productione potuit Notarius omittere regiſtrationem inſtrumenti, vt per *Aym. conſ.112. num.7. Buratt. dec. 10. num.7.*

Quare dixerunt Domini decernendum eſſe mandatum executiuum contrà Nicolaum pro alimentis, & quidem à die, qua fuerunt petita, quia venter non patitur dilationem,
29 & dicuntur alimenta futura, quę à die † petitionis decurſa fuerunt, *Surd. de alim. tit.8. priuil. 60. num.16. Lancell. de attent. par.2. capit.2. limit.24. num.8. Rot. deciſ.764. num. 5. part. 1. diuerſ.*

Et ità deciſum vtraque &c.

CORNETANA REINTEGRATIONIS.

Lunæ 16. Decembris 1641.

ARGVMENTVM.

Sententia in Iudicio reintegrationis lata non probato primo extremo eſt notoriè iniuſta.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata extra diem cadentis citationis ſuſtinetur, nam poteſt Iudex ex æquitate differre ſententiam ad diem ſequentem, quando in die, & hora citationis cadentis actor accuſauit contumaciam rei conuenti.*

2 *Iniuſtitia notoria æquiparatur nullitati.*
Reintegratio competit ſtante nullitate ſententiæ Iudicis, ibid.

3 *Primum extremum in iudicio ſpolij, ſiue reintegrationis, requirit exactiſſimas probationes.*

4 *Præſertim de ſtylo Rotæ.*

5 *Confeſſio non probat in præiudicium tertij, non habentis cauſam à confitente.*

6 *Concluſio limitatur quando eſt adminiculata.*

7 *Adminiculum reſultat etiam ex inſtrumento informi.*

8 *Venditor non poteſt rem venditam alteri in ſolutum dare, vel illius poſſeſſionem confiteri in præiudicium emptoris.*

9 *Conſenſus venditioni præſtitus operatur, vt conſentiens cenſeatur omnem à ſe poſſeſſionem abdicaſſe & in emptorem tranſtuliſſe.*

10 *Venditio facta ſub ſigno vniuerſali omnium bonorũ exiſtentium in tali loco cenſetur ſub tali venditione comprehenſum quicquid in dicto loco venditor habebat.*

11 *Poſſeſſio transfertur etiam ex contractu conditionali.*

12 *Et alleganti conditionem non fuiſſe adimpletam incumbit onus probandi.*

13 *Cenſus extinctio præſumitur ex lapſu temporis cum obſeruantia contractus.*

14 *Præſertim concurrente promiſſione de extinguendo.*

15 *Praſcriptio 30. annorum dicitur interrupta per monitorium legitimè executum, & reproductum.*
16 Rota in Eſina bonorum 20. Februarij 1641. coram me declaratur.
17 *Iudex propter probabilem ignorantiam facti non dicitur vim inferre.*
18 *Remedium reintegratorium datur contra ſententiam Iudicis errantis tam in facto, quam in iure.*

DECISIO LXXII.

EX capite nullitatis, tum iniuſtitiæ ſententiæ Iudicis Cornetani deciſum fuit die 26. Iunii proximè præteriti concedendam eſſe reintegrationem hæredibus Marij Fani, & repropoſita hodie cauſa informãtes exaduerſo conabantur euitare nullitatem dictæ ſententiæ latæ altera die poſt diem cadentis citationis eo quod poteſt Iudex ex æquitate dif-
1 ferre † ſententiam ad diem ſequentem, quando in die, & hora citationis cadentis actor accuſauit contumaciam rei conuenti *cap. conſuluit de offic. delegat. & ibi Felin. num. 4. Dec. nu. 22. Viu. in ration. iur. Pontific. lib. 1. tit. 29. fol. 374. Bald. in l. 1. num. 14. C. quomod. & quand. Iudex &c. Imol. in l. de vnoquoque numer. 2. verſ. quid autem ff. de re iud. vbi etiam Alex. num. 7. Menoch. conſ. 100. n. 273. Rot. dec. 365. n. 4. dec. 409. n. 2. par. 1. rec.*

Sed adhuc Domini ſteterunt in deciſis ex
2 capite notoriæ iniuſtitiæ, † quæ æquiparatur nullitati, & ſola ſufficit ad obtinendam reintegrationem *Felin. in cap. dilectus il primo verſ. fallit 2. de reſcript. Crauet. conſ. 302. ſub nu. 2. verſ. hoc tamen Rot. deciſ. 363. num. 3. coram bon. me. Buratt. & dec. 55. n. 8. par. 5. rec.*

Tulit enim Iudex Cornetanus ſententiam reintegratoriam contra Marium ad fauorem
3 Conſtantiæ non probato † primo extremo poſſeſſionis Actricis, vel Bracchii eius Auctoris, quod tamen exactiſſimas probationes requirit *iuxta gloſ. magnam in l. prima C. quor. honor.* communiter receptam, vt teſtatur *Alex. conſ. 139. num. 15. lib. 6. Buratt. deciſ. 216. num. 2.* maxi-
4 mè in Rota, † de cuius ſtylo teſtatur *dec. 768. num. 7. par. 2. recent. & dec. 952. Buratti n. 1.* Siquidem inſtrumentum dationis in ſolutum ad probandam poſſeſſionem Bracchii productũ caret clauſula, *conſtituti*, & confeſſio Iulii in eodem Inſtrumento emiſſa, quod Bracchius harum terrarum poſſeſſionem acceperat, & de tempore inſtrumenti tenebat, & poſſide-
5 bat non probat † in præiudicium Marii non habentis cauſam à confitente *l. ſi vnus ff. de pact. cum alijs in deciſ. alleg.*

Et quamuis concluſio hæc limitetur quan-
6 do † confeſſio eſt adminiculata ex allegatis per *Surd. dec. 55. num. 3. per tot. Rot. dec. 496. nu. 1. par. 1. diuer.* Vnicum in caſu noſtro adducitur adminiculum ex libro Cataſtri, quod ex abundanti euacuatur tum contraria confeſſione ipſius Bracchii, & Iulij in alio inſtrumento,
7 quod licèt informe, † inſeruit ſaltem pro adminiculo *l. Inſtrumenta domeſtica C. probat. Bald. conſ. 204. num. 7. lib. 3. Rota dec. 198. num. 6. dec. 310 num. 13. par. 1. recent.* aſſerentium, præfatam dationem in ſolutum non habuiſſe effectum, & meritò quia præceſſerat venditio earumdem terrarum facta Odeſchalchis prætenſis Authoribus Marij in quorum præiudicium non po-
8 tuit deinde Iulius venditor † dictas terras dare in ſolutum Bracchio, vel illius poſſeſſionem confiteri *Caſtr. in l. facta §. ſi heres in fin. ff. ad Trebell. Rolan. conſ. 35. numer. 9. lib. 2. Cros. conſ. 83. ſub num. 15. & num. 16. Surd. conſ. 173. num. 91. Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 157. n. 9.*

Tum ex conſenſu huic venditioni poſtea præſtito per Bracchium, fideiubendo ad fauorem DD. de Odeſcalchis de euictione in omni iudicio petitorio, & poſſeſſorio, quod ſanè Bracchius non egiſſet ſi ipſe tũc has ter-
9 ras poſſediſſet. Ex quo conſenſu, † & fideiuſſione ſequitur vlterius, quod Bracchius omnem poſſeſſionem ſi quam habuiſſet dimiſerit, & Odeſcalchos in poſſeſſores agnouerit, vt vltra allegata in deciſione probat *text. in l. ſicut §. ſi voluntate ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluatur Bart. in l. quæ dotis numer. 17. ff. ſolut. matrim. Decian. conſ. 15. num. 26. lib. 1. Surd. conſ. 15. ſub numer. 20. Rot. dec. 669. n. 20. par. 2. rec. dec. 227. nu. 15. coram ſan. mem. Greg. XV.*

Et gratis exaduerſo dicitur in venditione facta Odeſcalchis non agi de his terris, nam contrarium apparet ex inſtrumento venditionis in quo Iulius legitur vendidiſſe ſub ſigno
10 vniuerſali † omnia bona exiſtentia in agro Cornetano, vbi hæ terræ ſitæ ſunt, ac nondum datæ fuerant in ſolutum Bracchio, & nedum adeſt ſignum vniuerſale aptum comprehendere quicquid in agro Cornetano venditor habebat *l. ædе ſacra §. fin. de contrah. empt. l. ſi fines C. euict. Socin. ſen. conſ. 86. dub. 6. lib. 1. Soccin. iun. conſ. 139. num. 1. lib. 7. Pariſ. conſ. 2. n. 54. lib. 3. Gratian. diſcept. 657. num. 26. & ſeqq.* Sed infra in eodem inſtrumento ſpecificatio dictarum terrarum venditarum remittitur relationi æſtimatorum communiter eligendorum qui ſucceſſiuè æſtimarunt nominatim terras al Pontone & Bolignano ſuper quibus hodie lis pendet, quam æſtimationem approbauit Cardinalis Vrſinus Arbiter communis inter vẽditorem, & emptores electus, & ipſe Bracchius mediante ſubſequenti conſenſu vt ſupra præſtito.

Neque vim conſenſus eneruat conditio ibi appoſita, nempè dummodò ex pretio extinguerentur tot cenſus, & non aliàs. Quia conditio non fecit quin fuerit in Odeſcalcos
11 tranſlata poſſeſſio, † quæ etiam ſub conditione tradi poteſt *Tiraquell. de conſtit. par. 2. ampliat. 17. num. 1.* Ideoque Conſtantia, quæ egit ſpolio debuit coram Iudice Cornetano probare
12 negatiuam † implementi conditionis ideſt cenſus non fuiſſe extinctos, vt in puncto *Seraph. dec. 264. num. 10.* quem refert, & ſequitur *Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 42. nu. 5. & 6.* maximè
13 quia præſumitur extinctio † ex lapſu longiſſimi temporis cum obſeruantia contractus, *Seraph. d. dec. 454. nu. 12.* Et ex eo quod emptor
14 promiſerat † extinguere, vt per *Soccin. & alios allegatos in prima deciſione.*

Non obſtat præſcriptio tricennaria à die
15 ſententiæ Iudicis Cornetani, † quia fuit in-

terrumpta per monitorium anno 1614. Legitimè executum, & reproductum, *l. cum notiſſimi in princ. & §. Imò, C. præſcript. 30. volum. 40. annorum Bart. in l. ex hoc edicto, nu. 4. ff. eo per quem factum erit Bald. ibidem num. 5. Iaſ. num. 7. Put. deciſ. 385. lib. 3. Buratt. deciſ. 8. numer. 1.* quo negari non poteſt, quin reus conuentus certus factus fuerit de intentione agentis, quia emanauit ſpecialiter in iudicio reintegrationis, & pro-
16 pterea retorquetur † *deciſio in Eſina bonorum 20. Februarij 1641. coram me.*

Tandem non obſtat, quod coram Iudice Sanctæ Mariæ Maioris, qui vltimam ſententiam tulit non fuerint producta acta Curiæ Cornetanæ, vnde fit vt dictus Iudex non errauerit in iure, ſed in facto ex aduerſo non iuſtificato, quo caſu non eſſe agendum in iudicio poſſeſſorio, ſed alio remedio, quia Iudex
17 propter † probabilem ignorantiam facti non dicitur vim intuliſſe *not. Abb. in cap. ex inſinuatione nu. 4. de procur. quem ſequitur, Dec. conſ. 125. n. 8. Aym. conſ. 230. num. 1. in fin.*

Hic enim non deducitur ſpolium à ſententia Iudicis S. Mariæ Maioris, ſed Cornetani, lata de anno 1602. qui errauit tam in iure, quā in facto, dum ex iuribus tunc productis credidit iuſtificatam poſſeſſionem Bracchij, ſeu Conſtantiæ, cum tamen nullatenus iuxta prædicta probaretur, probarique debuiſſet plenè, & concludenter, & contra ſententiā † Iudicis
18 ſic errantis dari remedium reintegratorium admittunt *Abb.* & alij mox in obiecto allegati, nec non *Felin. & Rot. alleg. in initio.*

Et ità deciſum vtraque.

MACERATEN. HAEREDITATIS.

Veneris 24. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Expenſæ iudiciales, quæ viuæ appellantur, reficiendæ ſunt à victo victori. Aliæ verò pro mercede Sollicitatoris, Procuratoris, & Aduocatorum non taxantur integræ, ſed de ſtylo Rotæ taxantur in ſcutis decem pro qualibet inſtantia. Pro alijs verò expenſis conſiſteñ. in copijs ſcripturarum, & in propinis ſolutis Iudicibus, nulla in Rota habetur ratio non obſtante Reformatione ſan. men. Pauli V. *tit. de ſportulis ſeu propinis,* quia non loquitur de Auditorio Rotæ, & declarātur deciſiones in contrarium adductæ in materia expenſarum.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ iudiciales, regiſtri, citationum, examinis teſtium, & ſimilium, quæ viuæ appellantur refici debent à victo victori.*
2 *Expenſæ iudiciales probantur ex teſtimonio, ac quietantijs Notariorum, tam de actitatis in iudicio, quàm de ſolutionibus ſibi factis, quibus adhibetur fides.*
3 *Rota pro expenſis mercedis Sollicitatoris, Procuratoris, & Aduocatorum ſolet taxare arbitrio ſuo ſcuta decem pro qualibet inſtantia.*
4 *Rota ſemper condemnat victum in expenſis, non attento an temerè, vel iuſta cauſa litigauerit.*
5 *Licèt in alijs tribunalibus iuſta cauſa litigandi excuſet ab expenſis.*
6 *Expenſæ factæ in copijs ſcripturarum, & in propinis ſolutis Iudicibus in Rota non ſolent refici iuxta inueteratum ſtylum Tribunalis.*
7 *Stylus Tribunalis, in quo litigatur attendi debet in taxatione expenſarum.*
8 *Reformatio ſan. mem. Pauli V.* tit. de ſportulis, ſeu propinis §. final. *non loquitur de Auditorio Rotæ, vt demonſtrauit ſucceſſiua obſeruantia, quæ deſeruit pro illius interpretatione.*
9 *Obſeruantia eſt optima interpres cuiuslibet legis, ſeu diſpoſitionis.*
10 *Expenſæ litis, quæ debentur ratione victoriæ à victo victori diſtinguntur ab expenſis quæ debentur ratione conſortij, adminiſtrationis, vel promiſſionis.*
11 *Expenſæ ſi repetuntur à litis conſorte, à conſorte, vel ab adminiſtratore à principali, vel à promiſſore refectionis expenſarum refici debent etiam hæ, quæ alias reficiendæ non eſſent.*
Deciſio in Parmen. expenſarum 23. Martij 1640. coram Patriarcha Conſtantinopolitano, *quo caſu loquatur? ibid.*
Deciſio 512. coram ſan. mem. Gregor. XV. *in quibus terminis loquatur? ibid.*
12 *Recurrens ad Iudices laicos tenetur reficere omnes expenſas.*
13 *Expenſæ litis debitæ ratione victoriæ non ſolent taxari, niſi conſuetæ, & in hoc neque iudicium ſpolij eſt priuilegiatum.*
14 *Spolij priuilegium conſiſtit circa illius purgationem.*
15 *Spolium non dicitur purgatum, niſi actualiter fuerint refectæ expenſæ vſque ad minimum quadrantem, ad quas regulariter ſolet Rota victum condemnare, itaut, neque ſufficiat depoſitum vnius iulij cum obligatione ſoluendi reſiduum.*
16 Deciſio Cæſaris de Graff. 5. n. 10. de reſtitut. ſpoliat. declaratur.
17 Deciſiones in Salamantina cēſurarum 5. Decembris 1607. coram bon. mem. Pamphilio, & 273. par. 1. recent. *declarantur.*
18 *Damna non veniunt ſub ſimplici condemnatione expenſarum.*

DECISIO LXXIII.

INSTANTIBVS DD. de Archangelis, qui ſentētiam reintegratoriam cum condemnatione partis aduerſę in expēſis reportarunt; dubitauit ad quam ſummam ſint taxandæ ex-
1 penſæ, & DD. expenſas iudiciales, † nempe regeſtri, citationum, examinis teſtium, extractionis ſcripturarū, & ſimilium, quæ expenſæ viuæ vocari ſolent, & refici à victo debent, *l. properandū §. ſin autem C. de iudicijs Veſtr. in praxi lib. 8. cap. 2. num. 10. Rot. dec. 170. num. 9. par. 3. rec. dec. 161. num. 2. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* Taxarunt in ſcutis 112. ba. 25. monetæ Romanæ,
2 quia totidem fuiſſe expenſa † apparet ex teſtimonio, ac quietantijs actuariorum, quibus adhibetur fides tam de actitatis in iudicio *Rurati.*

*ratt.dec.*174. *num.*2. quam de ſolutionibus ſibi factis, vt fuit dictum *in Valentina expenſarum* 4.*Iulij* 1618.*coram eminentiſſimo D.Card.Pamphilio iun.& in Parmen. expenſarum* 25. *Martij* 1640. *coram Illuſtriſſimo Domino meo Patriarcha Conſtantinopolitano*.

3 Pro mercede † Sollicitatoris, Procuratoris, & Aduocatorum, mandarunt ſolui ſcuta decem in qualibet inſtantia, & ſic in totum ſcuta quinquaginta, nam Rota in hoc ſequi non ſolet rigorem iuris ſcripti, ſed aliquid arbitrio ſuo taxare, vt teſtatur *Veſtr.in prax.lib.*8. *cap.*2.*num.*10.*Rot.in Lunen. Sarzanen. expenſarum* 28.*Maij* 1627.*coram bon.mem. Coccino, in Romana expenſarum* 3.*Iulij* 1628. *coram Reuerendiſſimo Vgellen. quæ eſt deciſio* 161. *inter eius impreſſ. in Vliſbonen. profeſſionis* 27.*Martii* 1637. *coram R.P.D. meo Carillo*, atque ita rependitur litigatoribus

4 rigor, quo Rota videtur procedere, † condẽnando ſemper victum in expenſis non attento, an temerè, vel cum iuſta cauſa litigauerit, vt notat *Veſtr.loc.cit.Sarnen. ſuper regul. de annal. q.*41.*in princ.Put.dec.*246.*lib.*2.licèt in aliis Tri-

5 bunalibus † iuſta cauſa litigandi excuſet ab expenſis *l. qui ſolidum §.etiam ff.de legat.* 2. *gloſ. in §.oportet verb. ſolo authentic. de Iudicib. Alex. conſ.*119.*num.*12.*lib.*2. *& conſ.*115.*num.*15.*lib.*4. *Ciriac.controu.*61.*n.*17.

6 De expenſis autem factis† in copiis, aut impreſſione informationum, nec non de propinis ſolutis Iudicibus nullam DD. habuerunt rationem iuxta inueteratum Rotæ ſtylum,

7 qui attendi † debet in taxatione expenſarum *Theſaur.deciſ.*67. *ſub numer.*5. *circa fin.vbi allegat concordantes*. Nec obſtat reformatio ſan.mem.

8 Pauli V. *tit.de ſportulis, ſeu propinis §. finali*, quia in hac parte non loquitur de Auditorio Rotę vt demonſtrauit ſucceſſiua obſeruãtia 30.ferè annorum, tam in conſpectu eiuſdem Summi Pontificis, quam ſucceſſorum quæ vtique adduci poteſt pro interpretatione reforma-

9 tionis, non ſecus, † ac cuiuslibet legis, vel diſpoſitionis *l. ſi de interpretatione ff. de legibus Roman.conſ.*271.*num.*4. *Surd.conſ.*362. *num.*10. *Rota dec.*249.*n.*16.*dec.*362.*n.*12.*par.*5.*rec.*

Non obſtant deciſiones exaduerſo alle-

10 gatæ, quia diſtinguendum eſt inter † expenſas, quæ ratione victoriæ debentur victori à victo, & quæ ratione conſortij, adminiſtrationis, vel promiſſionis nempè ſi repetat expen-

11 ſas † conſors litis à conſorte, prout *in Parmen. Expenſarum* 23. *Martij* 1640. *coram Domino meo Patriarcha Conſtantinopolitano*, vel adminiſtrator à principali, in quibus terminis loquitur *deciſ.*512.*coram ſan.memor. Gregor.XV.* vel à promiſſore is, cui fuit promiſſa refectio expenſarum; nam talis promiſſio efficit, vt debeantur etiam expenſæ, quæ alias reficiendæ non fuiſſent *Bart. in l.venditores ſub num.*1. *ff.de verb.oblig.Alex.conſ.*34.*num.*6.*lib.*4.*Pancirol. conſ.*147.*num.*8.*Ciriac. contron.* 229. *numer.*32. *& controu.*274.*num.*6.*Surd. deciſ.*261. *numer.*8. *&* 9.

12 Idemque procedit aduerſus eum, † qui recurſum habuit ad Iudices laicos in pœnã recurſus, vt diſtinguendo hoc iudicium ab omnibus aliis dixit *Rot. in Vlixbonen. profeſſionis* 27. *Martii* 1637.*coram R.P.D.meo Carillo.*

Nos verò verſamur in expenſis debitis à

13 victo ratione victoriæ, in quibus † neque iudicium ſpolii eſt priuilegiatum ad effectum comprehenſionis expẽſarum aliàs taxari non

14 conſuetarum, ſed priuilegium † conſiſtit circa purgationem ſpolij, quia videlicet non di-

15 citur purgatum, † niſi actualiter fuerint refectæ vſque ad minimum quadrantem expenſę ad quas regulariter Rota ſolet victum condemnare, itaut neque ſufficiat depoſitũ vnius iulij cum obligatione ſoluendi reſiduum, & in his terminis loquitur *Mohed.deciſ.*1.*numer.*1. *de ſolut.Caputaq.deciſ.*150.*num.*6.*&* 7.*par.*1.*deciſ.* 272.*num.*5.*par.*2.*deciſ.*176.*par.*3. *Rot.*269. *num.*1. *par.*1.*recent.& in Panormitana Archidiaconatus coram bon.mem.Penia impreſſ.apud Martheſ. de Commiſſionibus par.*2. *fol.*233.*num.*5. *deciſio autem Cæ-*

16 *ſaris* † *de Graſſis* 5.*num.*10. *de reſtitutione ſpoliator.* in qua habetur quod de ſtylo Rotæ ſpoliator paſſim condemnatur in omnibus expẽſis vtitur verbo omnibus ad incluſionem expenſarum factarum in alia inſtantia coram Iudice de partibus, quamuis in eius ſententia non legeretur condemnatio ad exdenſas, vt patet, quia de his tantum expenſis ibi dubitabatur.

17 Tandem non obſtant deciſiones † in *Salamantina cenſurarum* 5.*Decemb.* 1607. *coram Eminentiſſimo D.Cardinali Pamphilio, &* 24. *Ianuarij* 1611.*coram bon. mem. Cardinali Lugdunen. quæ eſt deciſ.*283.*par.*1.*recent.* vbi agebatur de expenſis debitis victori à victo, & fuit habita ratio eius quod expenſum fuit etiam pro Iudicibus Aduocatis, Procuratoribus, & pro tranſmiſſione Tabellariorum litterarum, & pecuniarum ad Vrbem. Quia ibi vt legitur in principio primæ deciſionis victus nedum fuerat condemnatus ad expenſas, ſed etiam ad omnia, & ſingula damna, & intereſſe paſſum à Victore,

18 quæ damna † ſub ſimplici condemnatione in expenſis non veniunt *Alex.in l.*1.*§.final.n.*7. *ff. ſi quis ius dicen. non obtemperauerit, & ibidem Soccin.num.*10.*Iaſ.num.*17.*Rip.in l.*3.*n.*9. *ff.damn. infect.Ciriac.controu.*61.*num.*2.*Surd.latè deciſ.*261. *num.*1.*& per tot.*

Et ità deciſum vna tãtùm parte informante præuiis tamen pluribus citationibus aduerſariorum.

ROMANA CAMBII.

Lunæ 17.*Febr.*1642.

ARGVMENTVM.

1 Cambia quãdo de iure non debentur, tunc fructus etiam ſoluti in cauſam cambiorum, ipſo iure cedunt in ſortem. Cambia ſine litteris, illarumq; tranſmiſſione ad nundinas, ac reditu reprobãtur tam de iure communi, quam ex Conſtitutione ſan. me. Pij V. & onus probandi tranſmiſſionem ſpectat ad creditorem, non autem ad debitorem. Validitas cambiorum non probatur ex aſſertione partium, ex ſoli-

ſolidatione computorum, nec ex liſtis, & libris mercatorum, etiam ſtante pacto, quia pactum huiuſmodi tacitam continet conditionem, quatenus cambia ſint realia, & quando etiam negatiua tranſmiſſionis probanda eſſet à debitore, ex quibus probata remaneat?

SVMMARIVM.

1 *Fructus ſoluti in cauſam cambiorum ipſo iure cedũt in ſortem, ſi cambia non debentur.*
2 *Solutum pro vſuris computatur directò in ſortem, ac ſi pro ſorte ſolutum fuiſſet, quoniam ſortis occaſione ſolutum fuit.*
3 *Cambia quando non conſtat de litteris illarumque tranſmiſſione ad nundinas, ac reditu tam attento iure communi, quam Conſtitutione ſan. me. Pij V. ſunt ſicca, & illicita.*
4 *Tranſmiſſio litterarum probanda eſt à creditore, ſaltem per exhibitionem litterarum reditus.*
5 *Cambia quando fuerunt ſoluta, & à creditore petitur ſors principalis, tunc onus probandi negatiuam tranſmiſſionis litterarum, & realitatis cambiorum transfuſum dicitur in debitorem.*
6 *Cambia non præſumuntur à debitore ſoluta, niſi omnia pro iuſtitia contractus neceſſaria præceſſiſſe ſibi conſtiterit.*
7 *Debitor dotis ſi ſoluit viduæ fructus dotales, tunc onus probandi quod non præceſſerit interpellatio à ſtatuto requiſita ad ipſum transfunditur, quia illa ex ſolutione præſumitur.*
8 *Cambiorum iuſtificatio ex ſola ſolidatione cambiorum facta à debitore præſumitur, itaut ſi deinde debitor prætendat non eſſe iuſtificata teneatur probare negatiuam.*
9 *Crediti probatio licet ſpectet ad actorem petentem ſibi ſolui, ſi tamen ſolutum fuit, & ſolutio allegatur indebita repetens indebitum probare debet, quamuis probatio conſiſtat in negatiua, & numer. 11.*
10 *Iactare ſuum nemo præſumitur.*
12 *Pro litterarũ cambij executione quando agitur aliud eſt, & aliud quando agitur pro repetitione pecuniæ ſoluta pro cambijs.*
13 *Pactum ſi fuit appoſitum in inſtrumẽto cambij, quod ſcilicet de cambijs ſtetur ſimplicibus computis, & partitis librorum mercatoris deputati, tunc ei ſtandum eſt, quia tale pactum eſt licitum.*
14 *Et talis conuentio de iure ac conſuetudine mercatoria ſubſiſtit.*
15 *Debiti præſumptio ex ſolutione reſultans procedit quidem contra ſoluentem ſponte, ſecus ſi coactè.*
16 Text. in l. cum de indebito ff. de probat. *loquitur de ſolutione ſpontanea non coacta.*
17 *Lex in ſoluente vſuras præſumit coactam voluntatem, ne ſcilicet debitor vexaretur circa reſtitutionem ſortis principalis.*
18 *Solutio vſurarum non parit eoſdem effectus, quos cætera ſolutiones.*
19 *Vſurarum ſolutio non transfert dominium pecuniarum in recipientem.*
20 *Fructus dotales vt viduæ debeantur, ſufficit quod debitor dotis, ſe habuerit pro interpellato, vel quod interpellationem remiſerit, & remiſiſſe dicitur ſi ſoluit.*
21 *Cambia vt debeantur non ſufficit, quod debitor remiſerit tranſmiſſionem litterarum ad nundinas, vel eas pro tranſmiſſis habuerit.*
22 *Ratio eſt, quia iuſtitia cambij nundinarij conſiſtit in periculo labore expenſis, veraque tranſmiſſione litterarum per litteras de loco ad locum.*
23 *Et nè hoc modo aperiatur via fraudibus, & vſurariæ prauitati.*
24 *Vſuraria prauitas omni iure eſt prohibita.*
25 *In prohibitis non eſt in poteſtate partium facere licitum, quod eſt illicitum.*
26 *Iuſtitia cambiorum non probatur ex quo fuerunt inter creditorem, & debitorem ſolidata computa, & numer. 28.*
27 Deciſio in Romana pecuniaria, ſeu iuſtificationis creditorum coram Cardinali Veroſpio, declaratur.
29 *Mercatorum libris ſeù liſtis non creditur circa iuſtificationem cambiorum, niſi aliunde probentur realia etiam ſtante pacto, quia illud tacitã habet conditionem quatenus cambia ſint realia.*
30 *Et hoc vt euitentur fraudes, & præcludatur via vſuris illicitis.*
31 *Pactum, quod cambia debeantur intelligitur arbitrio boni viri.*
32 *Arbitrium boni viri circa iuſtificationem cambiorũ non eſt mercatoris, ſed Iudicis, qui rimari debet per oculorum inſpectionem, an litteræ emanauerint iuxta præſcriptum in Conſtitutione ſanct. memor. Pij V.*
33 *Cambia quando non ſunt realia, quamuis fructus ſoluti appareant in cauſam cambiorum niſi creditor probet cambia deberi, tunc illa ſolutio cedit in cauſam ſortis, quia tunc lex ita interpetratur, & numer. 34.*
35 *Debitor quod ſoluerit nominatim in cauſam ſortis, vel interpretatiuè per interpretationem legis idem eſt.*
36 *De cambiorum iniuſtitia excipiens nihil tenetur probare, ſed ſolum qui allegat illorum iuſtitiam.*
37 *Solutiones cambiorum ad quam cauſam referantur?*
38 *Expreſſio eius quod tacitè ineſt nihil operatur.*
39 *In materia vſurarum aſſertioni partium nihil defertur.*
40 *Negatiua tranſmiſſionis litterarum ad nundinas ex quibus probetur?*
41 *Cambium nundinarium ex Conſtitutione Piana requirit ſcripturam.*
42 *Scriptura vbi requiritur tunc illius negatiua probatur per ſolam allegationem, & ad illum qui allegat affirmatiuam ſpectat probare ſcripturam, & numer. 43.*
44 *Scriptura non eſt de eſſentia cambij.*
45 *Cambia etiam ſine litteris fieri poſſunt, nec pertinet ad iuſtitiam cambij, quod fiat per litteras, vel ſine.*
46 *Iſta opinio repugnat expreſsè verbis Conſtitutionis Pianæ, & quatenus ſit admittenda in foro interiori, ea non procedit in foro exteriori.*

DECI-

DECISIO LXXIV.

PRO ſorte ſcut. 100. quæ Benedictus Coſta ſub fideiuſſione Flaminij Arrighij acceperat ad cambium à Camilla Agazzaria de anno 1633. nuper A.C. contra Arighium ad eiuſdem Camillæ inſtantiam relaxauit mandatum, à quo commiſſa cauſa appellationis bon.mem. Merlino dubitatum fuit, An mandatum eſſet confirmandum, vel infirmandũ, & infirmandum eſſe DD. cenſuerunt.

Quia ex partitis datis in Summario Arighij *num.3.* conſtat de ſolutione ſcut. 500. quæ licèt ſoluta fuerint expreſsè in cauſam cambio-
1 rum, † quia tamen cambia non debebantur ceſſerunt ipſo iure in ſortem *l. ſi nam ſortem in princ. ff. cond. indebit. vbi Bart. num.4.* ait quod ſo-
2 lutum pro vſuris † computatur directo in ſortem, ac ſi pro ſorte ſolutum fuiſſet, quoniam ſortis occaſione ſolutum fuit, *leg. & poſt rem iudicatam §. primo verſ. ſi tamen ff. tranſact. Io. Franc. à Pont. conſ. 70. num. 4. & 5. Franc. Ant. Coſt. conſ. 9. num. 4. Ciriac. controu. 540. n. 55. & 56. Surd. dec. 328. n. 14. & 17.*

Quod autem cambia non deberentur patet,
3 quia non docetur de litteris cambij † earumque tranſmiſſione ad nundinas, ac reditu, ſine qua, tam de iure communi, quam *ex Conſtitutione 118. ſanct. mem. Pij V.* cambia ſunt ficta, & illicita, *Nauar. in manual. cap. 17. tit. de vſur. circa cambia verſ. quare, Molſ. conſ. 9. num. 34. lib. 1. Bollon. deciſ. Ianuen. 37. num. 11. Anton. de Amat. reſolut. 27. num. 18. Rot. dec. 52. num. 4. par. 1. recentior. & in alijs pluribus relatis per adden. ad Buratt. deciſ. 532. num. 8.* Dictaque tranſmiſſio probanda eſt
4 à creditore † per exhibitionem ſaltem litterarum reditus, vt fuit reſolutum *in deciſ. 951. in fin. lib. 3. part. 3. diuerſ. dec. 274. num. 6. part. 5. recent. deciſ. 32. num. 21. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. & in Anconitana cambiorum 8. Februarij 1629. coram Eminentiſſ. D. Card. Vbaldo.*

Quod admittebant etiam informantes pro Agazzaria creditrice ſi ipſa hodie ageret ad ſolutionem cambiorum, quia verò cambia
5 iam † fuerunt ſoluta, & petitur ſors principalis prætendebant onus probandi negatiuam tranſmiſſionis litterarum, & realitatis cambiorum tranſfuſum fuiſſe in debitorem, quia
6 non præſumitur, † quod ſoluiſſet, niſi omnia pro iuſtitia contractus neceſſaria præceſſiſſe conſtitiſſet ſibi, *Alb. conſ. 523. num. 6. & in terminis ſolutionis cambiorum Rot. Ianuen. deciſ. 26. ſub nu. 24. verſ. quibus omnibus*; Sicut in ſimili trans-
7 funditur † in debitorem dotis, qui ſoluit viduæ fructus dotales onus probandi, quod non præceſſerit interpellatio à ſtatuto requiſita, quia illa ex ſolutione præſumitur, vt fuit deciſum *in Bononien. dotis 9. Decembr. 1619. & 22. Martij 1621. coram bo. mem. Remboldo relat. per adden. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 269. ſub numer. 8. & per addent. ad Buratt. deciſ. 10. ſub num. 30. Grat. diſceptat. 920. num. 14.* Imò ex ſola ſolidatione
8 cambiorum † facta à debitore præſumi illorum iuſtificationem; itaut debitor teneatur probare negatiuam dixit *Rot. in Romana pecuniaria, ſeu iuſtificationis creditorum 31. Martij 1634. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Hieronymo Veroſpio,* & regulare eſt, quod licet probatio credi-
9 ti ſpectet † ad actorem petentem ſibi ſolui, ſi tamen ſolutum fuit, & ſolutio allegetur indebita, repetens indebitum probare debet, quia
10 non præſumitur, † quod voluerit iactare ſuũ, *l. cum de indebito ff. de probat. Feder. de Sen. conſ. 54. n. 2. Alex. conſ. 83. num. 1. lib. 1. Ciriac. controu. 263. nu. 8. Buratt. deciſ. 592. nu. 3.* quamuis probatio con-
11 ſiſtat † in negatiua *Cocc. dec. 331. num. 1. dec. 502. num. 6. & 7. par. 1. rec. & in puncto repetionis cambiorum Grat. diſcep. 569. num. 27. & 28.* vbi diſtin-
12 guit quando agitur † pro executione litterarum cambii, ſeu de repetitione pecuniæ ſolutæ pro cambijs, *Rot. deciſ. 27. ſub nu. 23. & ſeqq. par. 5. recent.*

Eo magis in caſu noſtro, quo ex partitis extractis è libro Nicolai Benedicti mercatoris ad cambiandum præpoſiti de partium conſenſu, & ſubſcriptis à iuuene tranſmiſſioni litterarũ deputato apparet cambia verè fuiſſe decurſa,
13 quibus partitis vigore pacti † appoſiti in inſtrumento cambij, quod de cābijs ſtetur ſimplicibus computis, & partitis librorum dicti Nicolai, ſtandum eſt, quia pactum eſt licitum *Ronit. late conſ. 103. num. 2. & ſeqq.* vbi quod ta-
14 lis conuentio † de iure, & conſuetudine mercatoria ſubſiſtit, & teſtatur de communi opinione *lib. 2. Bott. conſ. 56. num. 1. Anton. de Amat. reſolut. 27. numer. 27. & ſeqq. vbi allegat concordantes.*

Sed ad primum reſponſum fuit, quod allegati in obiecto loquuntur in caſu quo debitor cambia tanquam indebitè ſoluta repeteret directo conditione indebiti, qui etiam caſus non vacat maxima dubitatione, quia præſumptio debiti ex ſolutione reſultans in qua
16 fundatur obiectum, † procedit quidem contra ſoluentem ſpontè, ſecus autem ſi coactè, vt benè declarat *Bellon. dec. Ianuen. 3. ſub nu. 10. verſ. nec mouet, vbi quod textus in l. cum de indebito*
17 loquitur † vt videri poteſt de ſpontè ſoluentibus, ſecus de coactis, *& deciſ. 103. ſub num. 96. verſ. nec obſtare, Rot. in Romana repetitionis indebiti 29. Aprilis 1622. coram bon. me. Merlino,* at in ſol-
18 uente vſuras lex præſumit † coactam voluntatem ne ſcilicet vexaretur pro reſtitutione ſortis principalis, *Bartol. in l. ſi non ſortem §. ſi quis ex falſo ff. cond. indebit. Menoch. conſ. 300. n. 13. & præſumpt. 31. ſub num. 11. lib. 3. Rimin. iun. conſ. 399. num. 71. Surd. conſ. 327. num. 51. Alex. conſ. 80. num. 10. & ſeqq. lib. 3. Rot. deciſ. 301. num. 29. par. 5. recen. & in Auenionen. pecuniaria 10. Febr. 1640.*
19 *coram me.* Nec ſolutio vſurarum † parit eoſdem effectus, quos cæteræ ſolutiones, vnde neque transfert dominium pecuniarum in recipientem ſecundum communem, quam ex Theologorum, & Canoniſtarum opinione amplexa eſt *Rota deciſ. 189. ſub num. 2. poſt conſil. Farinac. lib. 2. & ſequitur Scaccia de commer. & cambijs §. 1. q. 1. num. 109. ad fin.*

Non vrget ſimile de fructibus dotalibus
20 ſolutis viduæ, quia vt fructus † huiuſmodi debeantur, ſufficit, quod debitor dotis ſe habuerit pro interpellato, vel interpellationem re-

remiſerit & remiſiſſe dicitur ſi ſoluit. *Grat.diſcept.324.num.54.& 55.diſcept.920.num.16.in fin. adden.ad Greg.XV.deciſ.269.ſub num.7.* At non
21 ſufficit quod debitor remiſerit † tranſmiſſionem litterarum ad Nundinas vel eas pro trãſmiſſis habuerit, vt cambia debeantur tùm
22 quia iuſtitia cambij nundinarij † conſiſtit in periculo labore expenſis veraque tranſmiſſione pecuniarum per litteras de loco ad locum *Franc. Ant. Conſt. conſtit. 48. numer. 1. Scacc. de cambijs* §.1. *quæſt.5.num.*100. tùm ne hoc modo
23 † aperiatur via fraudibus, & vſurariæ praui-
24 tati, † quæ omni iure eſt prohibita *auth. vel hæc vbi gloſſ.& DD.Cod.vſur.cap.1.& 2.eodem ti-*
25 *tulo*, in prohibitis autem † non eſt in poteſtate partium facere licitum quod eſt illicitum *Bart.in l.ſi fortè num.4.& 5.ff.Caſtren.pecul. Iaſ.in l.ſi donatio num.4. Cod.collat. Grat.diſcept.851.numer.11.12.& 23.Rot.deciſ.775.num 2.par.4. diuer. deciſ.51.num.5. deciſ.559.num.2.par.1.recent.* in quibus deciſionibus ob dictas rationes habe-
26 tur non ſufficere, quod computa † cambiorum fuerint ſolidata inter partes, neque contrarium firmatur in exaduerſo *allegata Romana*
27 *pecuniaria † ſeu iuſtificationis creditorum coram D. Card.Veroſpio iuniori*, quia ibi non aderat ſimplex ſolidatio computorum, ſed vltrò ex inſtrumento ſolidationis apparebat, quod tunc data fuerat juſtificatio cambiorum vt legitur *in* §.*neque ad hunc effectum verſ. rerum etiam*, & cauſa iterum propoſita dictũm fuit quod in-
28 ſtrumentum ſolidationis † ſeù cõfeſſionis partium non ſufficit pro iuſtificatione cambiorum vt habetur *in dec,292.num.3.& 4. par.7.recent.*

Ad ſecundum reſponderi poſſet contrariã ſententiam eſſe magis tutam, & à Rota approbatam, quod nempè etiam ſtante pacto
29 † non credatur libris, ſeù liſtæ mercatoris niſi aliunde cambia probentur realia, ſiue quia pactum huiuſmodi habet tacitam conditionem, quatenus cambia ſint realia, *Becc. conſil.213.num.96.verſ.2.reſpondetur Rot.deciſ.559.in fin.par.1. recent.* quam refert & ſequitur *Capic.*
30 *latr.deciſ.*106.*num.*46. ſiuè vt euitentur † fraudes, & vſuris illicitis præcludatur via, *Becc. d.conſ.213.num.100.& 101. Franc. Ant.Coſt. conſit.35. num.14. Campanil. diuerſ.iur.canon.rub.11. cap.20.num.42.in fin.& num.43.& ſeqq.*qui reprobat *conſil.103. Rouit. exaduerſo allegat. Canal. deciſ.2. numer.23. & numer.31. & ſeqq. Anton. de Amat.reſol.27.num. 18.Capyc.latr.dicta deciſ.106. num.43. & num.57.& ſeqq.Rot.deciſ.711.ſub n.6.*
31 *par.3. recent.* Siuè quia pactum † intelligitur arbitrio boni viri *vt fuit dictum in Romana cambiorum de Gradis coram bon.memor. Card.Mellino impreſſ.apud March.de cõmiſſ.tom.1.fol.875.*quod
32 arbitrium non eſt mercatoris † ſed Iudicis qui rimari debet per ocularem inſpectionem, an litteræ emanauerint iuxta præſcriptum *in Conſtitutione Pij V. vt benè aduertit Rota deciſ. 52. num.32.& 33.par.7. recent.*

Nos verò verſamur in caſu longe faciliori, quia debitor non agit de repetendo ſolutum, ſed pulſatus à creditrice vt ſortem reſtituat,
33 excipit de ſolutione, † quam in continenti probat, & dùm creditrix replicat ſolutionem fuiſſe factam in cauſam cambiorum, probet neceſſe eſt tanquàm fundamentum ſuæ replicationis, quod cambia debebantur, nàm alioquin eam ſolutionem & ſi cantet in cauſam
34 cambiorum lex interpretatur in cauſam † ſortis. *Roman. conſ.238. num.1. quem ſequitur Caſtill. deciſ.99.num.1.Viui.deciſ.375.num.1. Io. Franc.d Pont.conſ.70.num.25.& ſeqq. Franc.Ant.Coſt.conſil.73.num.58.* idemque eſt, quod in cauſam
35 ſortis † ſolueret debitor nominatim vel interpetratiue per interpretationem legis, vt ad propoſitum *Marcell. de Maur. allegat.91. num.3. & 4.* adeò quod non eſt de intentione exci-
36 pientis cambiorum iniuſtitia † ſed iuſtitia de intentione replicantis, qui propterea tenetur probare *Angl.inſt.de replicat.in princip. num.10.ad fin.Decius per illum textum, in cap.dilecti num.10. de except. Axin.in prax.*§.16.*cap.8. num.3.*

Ac ſi ſolutio cauſam non exprimeret, nam ſicuti tunc creditori agenti pro ſorte, & repli-
37 canti ſolutiones à debitore factas, † cedere in cauſam cambiorum incumberet proculdubio onus probandi eorum realitatem, quãuis ſolutionibus tacitè ineſſet cauſa cambiorum ad quam indubio referuntur *l.1. Cod. ſolut.Bart.in l.1.num.9.ff.eod. Caſtren.ibidem ſub n.6. Scacc.de cambijs* §.2.*gloſ.5. num.99. Mut.deciſ.42. num.18.* ita incumbere debet quando eadem cauſa fuit in actu ſolutionis expreſſa, quia ex-
38 preſſio † eius quod tacitè inhærat nihil operatur, *l.qui liberis* §.*hæc verba ff.vulg.& pupill.l.3. ff.leg.1.Ancbar.conſ.147.num.4.Alb.conſ.774.n.17. Menoch.conſ.95.num.120.* præſertim in materia
39 vſurarum † in qua expreſſioni, ſeu aſſertioni partium nihil defertur *Rot. deciſ.217. num.10. par.7.recent.*

Et eſto quod negatiua litterarum probanda
40 eſſet ab Arighio debitore, ea ſatis probatur ex quo in proceſſu fabricato coram A. C. qui relaxauit mandatum pro ſorte poſtea ſuſpenſum per appellationem in Rota tales litteræ non reperiuntur, nam vbi aliquid requirit ſcripturam, prout ex conſtitutione Piana
41 † requirit cambium nundinarium, negatiua
42 probatur † per ſolam allegationem & ad illum qui allegat affirmatiuam ſpectat probare ſcripturam cũ ex quo non exhibetur ſcriptura
43 † præſumatur non factum id quod in ſcriptis faciendũ erat *Bellam.in cap.bonæ memoriæ, il primo,num.57.de elect. & ibid. Abb.ſub n.14. Florian de Sancto Pet.in l.2.n.8.ff.probat. Gabr.eod.tit.cõcl.6 num.56.Pacian.tract.de probat.lib.1.cap.51. nu.75. & ſeq. Gramat.deciſ.59.n.18.Caſſador. deciſ.5.n.3. & ſeqq. ſuper Regul. Cancell. & in puncto Rota deciſ.775. ſub num. 1. verſ. cum ex reuolutione par4. diuerſ.*
44 Non obſtat quod ſcriptura † non ſit de eſſentia cambij *Scacc.de camb.*§.1.*quæſt.5. n.10.* vbi
45 quod cambia fieri poſſunt † ſine litteris, nec pertinet ad iuſtitiam cambij, quod fiant per litteras vel ſine. Quia quicquid ſit de hac opinione cui videntur repugnare verba con-
46 ſtitutionis Pianæ, † ea quatenus admitteretur in foro interiori, non procedit in exteriori vt reſpondendo *ad Scacc. declarat Amat. reſolut 27. ſub num.18.*

Et

Et ita vtraque parte informante deciſum coram bon. mem. Merlino, ob cuius mortem ego in cauſa ſubrogatus deciſionem iuxta vota DD. exaraui.

MARSICEN. IVRISDICTIONIS

Lunæ 17. Februarij 1642.

ARGVMENTVM

Remiſſoria in prophanis ſine fumo conceditur & maximè concurrente fumo materiæ articulatæ, & quando vni ex litigantibus fuit conceſſa concedi debet & alteri, vt in Iudicijs ſeruetur æqualitas. Articuli contrarij etiam poſt didicita & teſtificata debent admitti, nam probatio probationem non excludit.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus nunquam excuſatur ab exhibitione proceſſus, ſi eius matrix in Archiuio exiſtit quia tunc poteſt compellere Archiuiſtam ad exibendum.*
2 *Remiſſoria conceditur, quando articuli quoquomodo conferunt ad deciſionem cauſæ.*
3 *Remiſſoria in prophanis datur ſine fumo, & eo magis concurrente fumo, & num. 4.*
5 *Matrix proceſſus ſemper remanet in Archiuio.*
6 *Remiſſoria vni conceſſa concedi debet & alteri, vt ſeruetur in Iudicijs æqualitas inter partes.*
7 *Remiſſoria eo magis venit concedenda, quando cauſa pendet in gradu reſtitutionis in integrum nec remanet alia inſtantia, ne probationes coanguſtentur.*
8 *Proceſſus authenticus, extractus à matrice vim habet originalis.*
9 *Teſtium contrarietas ex quibus ceſſet?*
10 Clementina 2. de teſtibus, *loquitur de articulis contrarijs datis poſt didicita dicta teſtium.*
11 *Articuli contrarij etiam poſt didicita dicta teſtium ſunt admittendi nam probatio probationem excludit.*
12 *Confeſſio dubia, & æquiuoca non præiudicat confitenti.*

DECISIO LXXV.

PLVRIES coram bo. mem. Buratto & deinde coram Eminentiſſimo D. Cardinali Veroſpio iuniori Rota denegauerat audientiam D. Epiſcopo Marſicenſi, aduerſus D. Archipresbyterum Terræ Saponariæ eo quod recuſabat exhibere proceſſum inter eaſdem partes fabricatum & in Archiuio Epiſcopali vt præſumi debet exiſtentem.

Hinc modernus Reuerendiſſ. Epiſcopus petijt de anno præterito & obtinuit remiſſoriam ſuper articulis continẽtibus quod dictus proceſſus fuit alias de ordine Sac. Congregationis Epiſcoporum mediante Archiepiſcopo Salernitano tranſmiſſus ad Curiam, quodque peruenit poſtea ad manus Cæſaris Pariſij nepotis Epiſcopi prædeceſſoris, & ab eodem Cæſare fuit traditus Bernardino Cioffo tunc Archipresbytero Saponariæ, vt latius *in deciſione coram Eminentiſſimo Veroſpio ſub die 1. Iulij proximè præteriti.*

Completo autem proceſſu remiſſoriali, eoque ad Vrbem delato, ſed nondum publicatis dictis teſtium, Archipresbyter produxit articulos, in quibus inter cætera expoſuit quod proceſſus, vt ſupra ad Curiam tranſmiſſus ab Archiepiſcopo Salernitano, extractus quidem fuerat à matrice, & authenticus, ſed matrix remanſerat in Archiuio Marſicenſi, quodque de anno 1607. Aſcanius Pariſius tunc Epiſcopus Marſicenſis rehabuit eundem proceſſum à Michaele Bellino eius Procuratore mediante perſona Felicis de Alexandro, ad hunc effectum Romam miſſi, & petijt deſuper ſibi concedi remiſſoriam, quam DD. præuia diſputatione dubij concedendam dixerunt.

Siquidem excuſatio Epiſcopi ab exhibitione proceſſus deducta vt ſupra ex illius trãſmiſſione ad Curiam, & proceſſus tranſmiſſi conſignatione per Cæſarem Pariſium facta Cioffo Archipresbytero, deficit ſi proceſſus
1 tranſmiſſi matrix † in Archiuio Epiſcopi remanſit, tenetúrque Epiſcopus compellere Archiuiſtã ad illam exhibendam vt fuit dictũ *in deciſione Buratti 266. in fin. & coram D. Card. Veroſpio 16. Februarij 1629. §. imò,* & ſic materiæ articulatæ negari non poteſt, quin maximè releuent, dum victoriꝫ cardinem tangunt, cum tamen ſufficerent pro obtinenda remiſ-
2 ſoria, quod articuli quoquo modo † conferre poſſent ad deciſionem cauſæ, *Rot. dec. 720. num. 3. par. 2. recent. & coram Caualer. deciſ. 282. num. 2.*

Eoque magis viſum fuit remiſſoriam concedere, tum quia & ſi verſemur in materia
3 prophana, † in qua remiſſoria decernitur abſque fumo articulatorum, *Caputaquen. deciſ. 68. num. 1. par. 3. Cæſar. de Craſſ. deciſ. 1. num. 10. de dilation. Rot. deciſ. 348. num. 1. par. 1. recent.* datur
4 exabundanti fumus † nam matrix proceſſus
5 † ſemper remanet in Archiuio, *iuxta diſpoſitionem S. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. de reform. & animaduertit dicta deciſ. coram D. Cardin. Veroſpio §. 1.* & copiam ſolum fuiſſe tranſmiſſam teſtatur clar. mem. Card. S. Seuerinus ſucceſſor in Archiepiſcopatu Salernitano in ſua reuelatione metu excommunicationis Summ. Archipresbyteri num. 3. & de copia pariter loquuntur literæ Epiſcopi Marſicen. ſumm. ibidem *num. 4.*

Tum quia menſibus præteritis fuit conceſſa remiſſoria Epiſcopo & ſeruanda eſt æqua-
6 litas † inter partes *l. vltima Cod. fruct. lib. & lit. expenſ. l. in ſacris la 3. §. fin. C. prox. Sacr. ſcrin. lib. 12. cap. in Iudicijs, & ibi gloſ. de regul. iur. in 6.* Tum tertio quia cauſa pendet in gradu reſtitutio-
7 nis in integrum neque † remanet alia inſtantia, in qua teſtes examinari poſſint quo caſu eo facilius Rota concedere ſolet remiſſoriam ne probationes coanguſtentur *Buratt. deciſ. 24. num. 10. deciſ. 816. num. 4. Caual. deciſ. 289. num. 4.*

Non obſtat quod articuli ſint contrarij teſtibus Epiſcopi deponentibus de tranſmiſſio-

de

ne proceſſus originalis, quia vel eorũ dictum
verificari poterit in proceſſu authentico à ma-
8 tric eextracto, quod habet vim originalis, *Bar. in auth. ſi quis in aliquo n. 3. C. de eden. Couar. pract. quæſt. cap. 19. n. 3. Rot. deciſ. 581. n. 2. par. 2. recent. deciſ. 454. num. 1. coram S. mem. Greg. XV.* & cum
non excludant quin in Archiuio reſeruata
fuerit matrix, ideoque concordari poſſint,
cum teſtibus Archipresbyteri de tali reſerua-
9 tione depoſituris ceſſat † contrarietas *ad textum in cap. cum expediat de electiõ. in 6. Aym. conſ. 70. num. 5. & ſeqq. Alex. conſ. 117. num. 14. lib. 6. Buratt. deciſ. 739. num. 5.*

Vel in omnem caſum ; [illegible] non verſamur
10 in terminis *Clem. 2. de teſtib.* quæ † loquitur de
articulis contrarijs datis poſt didicita dicta te-
ſtiũ vt latius *in deciſ. 41. n. 1. & ſeqq. & n. 25. par. 7.*
11 *recent.* adhuc admittendi ſunt articuli † non
obſtante contrarietate & poſtea teſtium hinc
inde examinatorum fides, ac releuantia ſub
trutinam cadet, interim vero probatio proba-
tionem non excludit, *Egid. deciſ. 565. num. 1. & in terminis Rot. in Calagur. Proceſſionum 30. Aprilis 1629. coram bo. mem. Card. Virili in Rom. Cambiorum 4. Iulij 1631. coram bo. mem. Motman. impreſſ. par. 6. recent. deciſ. 70. num. 8. & in Leodien. fructuum 15. Decembris 1632. coram eodem.*

Nõ obſtat quod articuli ſint contrarij con-
feſſioni Archipresbyteri anteceſſoris, qui in
commiſsione cauſæ faſſus fuit habuiſſe par-
tem proceſſus, quia non explicat de matrice,
an de copia, & confeſſio intelligi poteſt de
quibuſdam folijs ex proceſſu extractis & lace-
ratis à Bellino maximè quia in eadem com-
miſſione petitur reſtitutio in integrum ſub
prætextu, quod Epiſcopus proceſſum occul-
tauerit, & ſufficit confeſſionem eſſe dubiam
12 † vt non præiudicet, *l. certum ff. de confeſſ. Mohed. deciſ. 2. de reſtitut. ſpoliat. Rot. deciſ. 685. unm. 3. par. 1. diuerſ. Buratt. deciſ. 183. num. 19.*

Tandem non obſtat quod ex Iuribus com-
pulſatis ad inſtantiam Epiſcopi tollatur exad-
uerſo prętẽſa immemorabilis in allegato pro-
ceſſu probata. Quia hoc eſt extra dubiũ, quod
reſpicit ſolum exiſtentiam; & exhibitionem
proceſſus, non autem immemorabilis pro-
bationem ſeu irreleuantiam, quę potius diſcu-
tienda eſſet ſi reuiderentur deciſiones dene-
gantes Epiſcopo audientiam eo quod proceſ-
ſum in quo immemorabilis dicitur probata
non exhibet.

Er ita deciſum vtraque, &c.

THEATINA SEV NVLLIVS ABBATIAE.

Lunæ 10. Martij 1642.

ARGVMENTVM

Reſignatione beneficij effectuata non poteſt reſignatarius amplius à reſignatione recedere ſub prætextu quod reſignans iterum ſe intruſerit in beneficio reſignato, ſed agere poteſt ad obſeruantiam reſignationis. Spoliator non tenetur ad fructus qui percipi potuerunt, ſed tantum ad perceptos, quando ſpolium non fuit violẽtum. Regreſſus competit Reſignanti ad beneficium reſignatum attenta longa mora reſignatarij in ſolutione penſionis.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio ſi fuit ſemel effectuata, tunc incumbit reſignatario onus probandi ſuperueniens impedimentum intruſionis reſignantis.*

2 *Reſignans poſt effectuatam reſignationem, etiamſi in beneficio reſignato ſe intruſerit, non tamen poteſt reſignatarius à reſignatione recedere, ſed agere poteſt ad obſeruantiam reſignationis.*

3 *Animus reſignatarij non recedendi à reſignatione deſumitur, ſi in illius poſſeſſione continuauit.*

4 *A reſignatione effectuata non poſſunt partes recedere abſque auctoritate Papæ.*

5 *Spolium quando non eſt violentum, tunc ſpoliator non tenetur ad fructus, quos percipere potuiſſet, ſed tantum ad perceptos medio tempore.*

6 *Mandatum procuræ Beneficiati ad locandum & exigendum fructus beneficij, expirat per illius reſignationem.*

7 Clemen. final. de procurat. *licet loquatur de morte naturali, procedit etiam in morte ciuili.*

8 *Fructus percepti præſumuntur ab eo, ad quem ſpectant.*

9 *Regreſſus ad beneficium reſignatum competit reſignanti, quando plures termini penſionis ſunt decurſi.*

DECISIO LXXVI.

TRANSMISSO ad Curiam apertoque proceſſu remiſſoriali D. Abb. Strappolæ compilato, dubitaui an ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis x. Maij proximi præteriti coram me & placuit Dominis deciſio eiuſque fundamenta.

Quod enim reſignatio facta à D. Abb. Federico Capponio de anno 1629. ad fauorem Strappolę habuerit effectum vltra deducta in præfata deciſione probant diſertiſſimè ipſi teſtes vigore remiſſoriæ exaduerſo examinati.

Nec obſtat quod Abbas Capponius paulò
poſt ſe intruſerit in Abbatia, eiuſque fru-
ctus perceperit. Quia teſtes circa intruſionem
contrarium affirmant, ac deponunt, quod
Strappola poſſedit, Officiales remouit, & iu-
riſdictionem exercuit anno 1630. & 1631. do-
nec inquiſitus apud Ordinarium de verberi-
bus illatis cuidam de Orſena acceſſit ad Vr-
bem, vbi fuit carceratus, & deinde arreſta-
tus pro debito ad inſtantiam Abbatis Cappo-
nij & cum ſemel reſignatio fuerit effectuata
1 † incumbit Strappolæ onus probandi ſuper-
ueniens impedimentum & intruſionem *Card. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 1. ſub n. 17. Rot. deciſ. 399. num. 2. par. 1. recent. & coram bon. mem. Card. Caual. deciſ. 217. num. 4.*

Neque in omnem caſum ex allegata ſuper-
ueniente intruſione Capponij poſſet Strappo-
2 la à reſignatione recedere, † ſed haberet actio-
nem contra Capponium pro obſeruantia re-
ſignationis & fructuum ab eo perceptorum
recuperatione iuxta Theoric. *Alex. in l. cũ pro-*

ponas la ſeconda n.4.C.de pact.quam ſequitur Decius ibid.num.7.Ruin.conſ.128.in fin.lib.5.Panciról.conſil.73.num.8.Seraph.deciſ.1275.ſub num.1. Rot.deciſ.91.num.4.in fine par.2.recent.& in Theatina affictus 20. Nouembris 1615.coram bon.mem. Cardin. Veroſpio ſeniori Romana affictus lacus 5. May 1623. coram bon.mem.Pirouano. Eo magis, quia ſucceſſiuè Strappola continuauit in poſſeſſione
3 Abbatiæ † ac deſuper obtinuit mandatum de manutenendo, quod probat animum non recedendi a reſignatione *Caſtren. in l. ſi merces §.ſi vicina in fin.ff.locat. Menoch.conſ.120.num.28. Rot. in dicta Romana affictus lacus coram bon. mem.*
4 *Pirouano* à qua nec potuit † recedi ex ſola voluntate partium abſque auctoritate Papæ.

Atque hinc non obſtat quod Abbas Capponius de anno 1632. prætendens factū fuiſſe locum regreſſui,ingreſſus fuerit poſſeſſionem Abbatiæ vigore mandati de aſſociando relaxati ab A.C. quia deinde inſtante eodē Strappola fuit dicta aſſociatio declarata ſpoliatiua, & conceſſa manutentio ipſi Strappolæ cui propterea tenetur Capponius reſtituere fru-
5 ctus omnes medio tempore perceptos † non tamen quos percipere potuiſſet,quia ſpolium non eſt violentum *cap. conquerente de reſtitut.ſpoliat. Menoch.de recuperan.remed.15.num.11. Rot.deciſ.552.num.1.& 2.par.1.diuerſ. deciſ.150. num.9.par.4.recent.cum alijs allegatis in deciſ. huius cauſæ 15. Martij 1641. coram me.*

Perceptos autem Capponius accepto tulit, excomputauitque cum penſionibus decurſis, vt latius in dicta deciſ. 15. Martij aduertendo prætera,quod inter perceptos calculandi non ſunt, quos poſt reſignationem dicitur præcepiſſe Buzzolenum Abbatis Capponij olim Procuratorem, quia teſtes de hoc deponentes dicunt Buzzolenum percepiſſe nomine proprio ex eo,quod eodem nomine Terras Abbatiæ coluerat nec aliter poterat percipere, quia mandatum quod àCapponio antequam reſignaret habuerat ad locandum bona Abbatiæ & affictus exigendum expirauerat per
6 reſignationem † *Roman. conſ.374. per tot. & ibi Mandoſ.in addit.verbo,mortuus Sarnen.ſuper regul. de Annal.quæſt.62. num.2 ex text.in Clem.final. de*
7 *Procurator.* † quæ licet loquatur de morte naturali,procedit etiam moriente mandante ciuiliter, *Rot.deciſ.28.de procurat.in nou. Caſſad.deciſ.2.num.2.de appellat.*

Proat neque calculandi ſunt fructus domus Abbatialis, aut vectigalis vulgo nuncupat *l'inteſtato*, ſeu fructus iuriſdictionis, quia domum locatam fuiſſe non probatur, & teſtes deponunt non conſueuiſſe locari. Inteſtatum vero, iamdiù receſſit ab Aula, & A. C. inhibuit ne exigeretur. Fructus tandem iuriſdictionis ſunt exigui & præſumuntur percepti
8 † à Vicario ad quem ſpectant vt fuit dictum in hac cauſa 22.*Iunij* 1640. *coram bon.mem. Coccino.*

Cum itaque conſtet de effectuatione reſignationis, & excomputatis fructibus perceptis in calculum referendis Strappola adhuc remaneat debitor plurium ac plurium terminorum penſionis vt apparet ex duabus deciſionibus *coram bon. memor. Coccino* 26. *Martij &* 22.*Iun.*1640.*& ex alia coram me* 15.*Martij* 1641.
9 meritò fuit deciſum locum eſſe regreſſui † ex rationibus deductis in deciſione *ſub die* 10.*Decembris* 1640. *coram bon.mem. Coccino, & ſub die* 10.*May proximi præteriti coram me.*

Et ità deciſum D. Abbate Capponio tantum informante citato tamen ſæpius, ac dudum fruſtra expectato D. Abbate Strappola.

FIRMANA PECVNIARIA.

Veneris 14. *Martij* 1642.

ARGVMENTVM.

Actor in Iudicio repetitionis indebiti tenetur plene, & concludēter probare indebitum fuiſſe ſolutum, nec ab huiuſmodi onere probandi releuatur ex inſtantia rei probandi ſolutum fuiſſe verè debitum;Reliqua circa ſolutionem in quā cauſam ſcilicet cedat? colligere poteris ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius Iuribus ceſſis contra cedentem uti non poteſt, quando ceſſia continet clauſulam dummodo Iura contra cedentem non retorqueantur.*
2 *Solutio præſumitur facta potius in cauſam pro qua quis fideiuſſit, quam illius, pro qua non tenebatur.*
3 *In Iudicio repetitionis indebiti, non tenetur qui recepit probare pecuniam fuiſſe debitam, ſed actori incumbit onus probandi indebitum plene & concludenter itaut non admittatur probatio præſumptiua, & num.4.*
5 *Nec Actor releuatur ab onere probandi ex quo reus inſtetit pro facienda probatione videlicet ſolutum fuiſſe vere debitum.*
6 *Soluere ſibi met an quis poſſit?*
7 *Solutio facta præſumitur ab obligato ex pluribus cauſis in cauſam debiti prius maturati, licet tempore ſolutionis, maturaſſet dies vtriuſque obligationis.*
8 *Solutio præſumitur facta de ea re, de qua actum fuit in Inſtrumento.*
9 *Præſumptio præſumptionis quandoque admittitur.*
10 *Expreſſo æquipollet quod ex verbis colligitur.*
11 *Decretum conditionale, non purificata conditione nihil ponit in eſſe.*
12 *In Iudicio repetitionis indebiti ad excludendum actorem à repetitione ſola poſſibilitas ſufficit.*
13 *Adminicula & coniectura, vel ab alijs adminiculis, & coniecturis eliduntur, vel ſaltem æquiuoca, & inſufficientia redduntur.*
14 *Calculus ſi apparet erroneus & non legitime confectus non debet attendi*
15 *Probatio actoris æquiuoca, & non concludens non releuat.*

DECISIO LXXVII.

PLACVERVNT Dominis fundamenta deciſionis emiſſę ſub die 29. Nouembris 1639. coram

coram bo. me. Merlino; in qua firmatum
fuit, quod Sauinus non poteſt repetere à Ci-
uitate Firmi ſcuta 1814. quæ illi ſoluit tam-
quam fideiuſſor Bentiuoli Depoſitarij Anno-
næ pro prætio rubrorum frumenti 214. in
quibus Bentiuolus debitor remanſit.
Ciuitas enim habet intentionem fundatam
in inſtrumento fideiuſſionis factæ à Sauino,
necnon in liquidatione crediti contra Bentiuo-
lum, & cum pecunias in eam cauſam ſimpli-
citer receperit & bona fide conſumpſerit nec
reſtituere aliquo caſu permiſerit, non alia
conueniri poteſt actione quàm condictione
indebiti non obſtante decreto publici Conſi-
lij ante receptionem pecuniarum emanato,
quod iura cederentur Sauino, eorumdemque
iurium ceſſione facta in actu ſolutionis, quia
tàm ceſſio quàm decretum reſtrictum eſt con-
tra alios obligatos, & continet clauſulam
dummodo Iura non retorqueantur contra Communi-
1 *tatem*; vnde fit vt ceſſionarius † iuribus ceſſis
nullatenus vti poſſit contra cedentem iuxta
*gl. fin. in l. emptor. vbi etiam, Bald. ſub num. 2.
Cod. hæred. & act. vend. id Bald. in l. ex legato n.
11. C. de leg. Salyc. in l. 2. num. 2. Cod. an ſeruus
ex ſuo facto Aretin. in §. præterea il 2. nu. 34. verſ.
7. repellitur Inſtitut. de except. Alex. conſ. 149. nu.
6. lib. 2.*
Et parùm refert, an Sauinus ſoluerit pro re-
liquatu primæ, vel ſecundæ Depoſitariæ, quia
ſemper verum eſt dicere, quod ſoluit tam-
quam fideiuſſor, & debitor, & ſic vtroque
caſu iuuari non poteſt niſi allegatione indebi-
tę ſolutionis, vltra quod ſoluiſſe præſumi-
2 tur † in cauſam ſecundæ Depoſitariæ pro qua
fideiuſſerat potius, quam primæ in qua non te-
nebatur *l. 1. & 4. ff. de ſolution. Alba conſ. 211.
num. 19. conſ. 576. num. 8. Menoch. conſ. 121. num.
45. conſ. 265. nu. 33. & fuit dictum in ſignina Sal-
uiani 14. Martij 1639. & 27. Apr. 1640. coram
R. P. D. meo Carillo.*
In iudicio autem repetitionis indebiti non
3 tenetur qui recipit probare †, pecuniam fuiſ-
ſe debitam, ſed actori incumbit onus pro-
bandi indebitum plenè, & concludenter *l. cum
de indebito, ff. de probat. cap. is qui conqueritur de
ſolut. Rota Ianuen., deciſ. 3. nu. 2. Gratian. diſcept.
569. num. 28.* vbi dicit rationem quia lex non
præſumit, ſolutionem fuiſſe indebitam, *Rota
apud Cenc. de cenſ. deciſ. 112. num. 1. & in alijs re-
latis ab Add. ad Buratt. deciſ. 592. num. 6. vltra
4 allegatos in 1. deci.* ita vt † nõ admittatur pro-
batio præſumptiua *Ciriac. contr. 264. num. 7.*
Et qàuis pro parte Communitatis aliàs ad
maiorem cautelam exhibiti fuerint articuli,
& petita remiſſoria ad probandum quod ſolu-
tio fuit debita, non ideò dicitur, aſſumpſiſſe
in ſe onus probationis dum eſt rea, & proba-
5 re non tenebatur † & actor obſtitit nè illa ad
probandum admitteretur, aut releuaſſe acto-
rem ab onere probandi indebitum: *Aym. conſ.
192. num. 20. Dec. conſ. 517. num. 7. Herculan. de
negatiua num. 46. Magon. deciſ. lucenſ. 11. num. 13.*
Quod non probauit Sauinus, cui non ſuf-
ficit docuiſſe, quod in vltimo anno Depoſi-
tariæ, pro quo fideiuſſit, Bentiuolus Depo-
ſitarius maiorem, quam receperit frumenti
quantitatem tradiderit, niſi etiam probet quod
tradiderit de frumento vltimæ depoſitariæ,
hoc eſt de frumento nouo, idem enim Ben-
tiuolus exercuerat etiam depoſitariam anni
1629. antecedentis, & in ſecundo anno reti-
nuit penes ſe etiam frumentum vetus vt con-
ſtat ex traditionibus frumenti fornarijs dicto
anno factis cum expreſſione quod frumentũ
erat vetus, quæ traditiones, & quæcumque
aliæ quæ de frumento veteri poſſent præſumi
non ſunt calculandæ ad exitum ſecundæ de-
poſitariæ, ſed primæ cuius reliquarum potuit
6 depoſitarius vtriuſque ſibimet † ſoluere in
ſecunda ad tradita per *Cancer. variar. reſolut.
tom. 2. cap. 6. n. 210. Rot. Ianuen. deciſ. 1. n. 8. & 22.*
Ideoque non releuant partitę frumenti tra-
diti Ioanni Andreæ de Alexandro, Petro Graſ-
ſo, & Riccino piſtoribus abſque expræſſione
an frumentum eſſet vetus, vel nouum, quia
vt bene aduertit *prima deciſio* dicti piſtores te-
nebantur recipere de frumento veteri primæ
depoſitariæ, qua durante contraxerant, & ad
7 quam propterea referendum eſt † frumentum
quod receperunt, licet tempore receptionis
maturaſſet etiam frumentum ſecundæ depo-
ſitariæ *l. ſi ex pluribus §. fin. ff. de ſolution. Ciriac.
contr. 328. num. 11.*
Eò magis quia præceſſerat præceptum iu-
diciale contra dictos piſtores, quod reciperent
frumentum vetus iuxta formam eorum obli-
gationis, de qua propterea nominatim loqui-
tur receputa Petri Graſſi rubrorum 40. facta
die 2. Octobris 1630. & Ordo Ciuitatis alio-
rum rubrorum 55. ſub die 24. Martij 1631.
ſumm. Sauini num. 2. & ad quam paritèr re-
feruntur quietantiæ hæredum Riccini; quia
habent in ventre clauſulam perſeruatiuam li-
tis quæ occaſione eiuſdem obligationis iam
fuerat conteſtata coram A. C. Vnde cum ne
dum ex præſumptione legis, ſed etiam ex di-
ſpoſitione hominis frumentum appareat cõ-
ſignatum in cauſam præcedentis obligatio-
nis loquentis de frumento primæ depoſitariæ
non applicatur obiectum, quod conſignatio
cenſeatur facta de frumento nouo ne detur
præſumptio præſumptionis, altera nempè
quod emanauit ex cauſa prioris obligationis
altera quod facta fuerit de frumento veteri,
quia de primo conſtat non ſolum præſumpti-
uè, ſed verè, & in omnem caſum quia ſe-
cunda præſumptio veniret in conſequentiam
8 primæ cum ſolutio perſumatur facta † de eo
frumento de quo actum fuerat in inſtrumen-
to *Bertazzol. conſ. 71. num. 43. Ciriac. contr. 261.
num. 5. Seraph. deciſ. 1093. num. 7. facit Gratian.
9 diſcept. 570. nu. 27. vtique † admitteretur* præſum-
ptio præſumptionis *Bart. in l. ſi is qui pro empto-
re num. 71. ff. de vſucap. & in l. ſub conditione nu. 31
ff. ſolut. Bald. in l. 1. in fine Cod. quando liceat ab
empt. diſced. Alex. conſ. 117. num. 4. lib. 5. Mant.
dec. 21. num. 2. dec. 201. num. 3. Rot. dec. 319. nu. 5.
par. 1. recent.*
Non obſtat quod vbi conſignatum fuit fru-
mentum vetus id fuit expreſſum, quia retor-
quetur argumentum cum pariter fuerit ex-

preſſum frumentum nouum, quando de eo factæ fuerunt conſignationes, & ordines Ciuitatis directi fuerunt Bentiuolo ſub nomine Depoſitarij in omni conſignatione, ſiuè frumenti veteris, ſiuè noui, ideoque nulla ab expreſſione dicti nominis deſumi poteſt coniectura, quod actum fuerit de frumento nouo, & alioquin exitus frumenti noui longè maior eſſet introitu quod impoſſibile eſt, præſertim quia Bentiuolus erat decoctus; & ſatis eſt, quod ordines, ſeu conſignationes indefinite conceptæ appareant ex aliis circumſtantijs aut verbis factæ de frumento veteri, nam
10 quod ex illis ſequitur equipollet † expreſſo, *Ruin. conſ. 127. num. 11. lib. 2. Surdi conſ. 143. ſub num. 20. & deciſ. 254. numer. 38. Gratian. diſcept. 444. nu. 49. & ſeqq.*

Non obſtat decretum Ciuitatis ſub die 14. Apr. 1631. mandans videri per Aduocatos inſtrumentum factum cum piſtoribus anno antecedenti, & quatenus ex eorum parte reperiatur defectus in implemento promiſſorũ cogantur ad ſoluenda damna frumenti eorum culpa putrefacti vndè infertur quod conſignationes præcedentes dictam diem 14. Apr. non poſſunt intelligi de frumento veteri, quia illud iam erat putrefactum, & piſtores nondum adimpleuerant obligationem recipiendi frumentum primæ depoſitariæ.

Neutrũ enim inferri poteſt ex dicto decre-
11 to cum ſit conditionale, † quatenus videlicèt reperiatur defectus, & hæc conditio purificata non probetur imò quod frumentum vetus eſſet tunc temporis bonæ qualitatis cõſtat quia ſucceſſiuè fuit in pluribus partitis conſignatum piſtoribus nec Ciuitas prætendit quod frumentum diſtributum de tempore decreti eſſet totum vetus itaùt piſtores omnem obligationem impleuiſſent, ſed quia diſtributiones non exprimentes qualitatem frumenti debeant pro concurrenti quantitate obligationis Piſtor. intelligi de frumento primæ Depoſitariæ, vel ſaltem quod poſſibile
12 ſit † ità ſe rem habuiſſe quod ſufficit ad excludendum actorem in Iudicio repetitionis indebiti, *Rota coram bo. me. Cocc. deciſ. 94. ſub nu. 2. & in Romana repetitionis indebitis 29. Apr. 1622. coram bo. me. Merlino & in Narnien. ſeu Romana fructuum dotis 8. Febr. 1627. coram bo. me. Cardinali Virili.*

Ad præceptum D. V. Gubernatoris Firmi & ad pretenſum memoriale porrectum à Bentiuolo benè reſpondet *prima deciſio in §. ſeq.* prout etiam ad obiectum frumenti mutuati à Bentiuolo *in §. nec concludit*, neque confeſſio Bentiuoli de frumento putrefacto probat in præiudicium Ciuitatis eo quod ſit adminiculata quia imò quod frumentum vetus eſſet bonũ, illudq; piſtoribus conſignatura fuerit vigore præcedentis obligationis conſtat ex aliis ſupra deductis, necnon ex libro Cancellarij Communitatis ex quibus elidun-
13 tur contraria adminicula, vel ſaltem æquiuoca ac inſufficientia redduntur ad *not. per Doct. in cap. is qui de ſponſal. & in l. ſi chirographum l. cum de indebito in princ. ff. de probat. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 31. nu. 2. & ſeqq.* Calculus verò qui ex aduerſo exhibetur non apparet le-
14 gitimè confectus † & in pluribus partitis deregitur erroneus, & ſemper verum eſt dice-
15 re quod ſaltem remanet æquiuoca † & non omninò concludens probatio Actoris.

Et ità Deciſum vtraque parte Informante coram bo. me. Merlino quo vita functo ante extenſam deciſionem, ego ſubrogatus hoc munus expleui.

CAESARAGVSTANA DISTRIBVTIONVM.

Lunæ 17. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Interdictum datur contra Capitulum ob non paritionem mandato Rotali, præcedente intimatione capitulariter facta, ac ſeruatis ſolitis quattuor terminis ad docendum de paritione. Interdictum generale pro debito pecuniario non datur contra Collegium, & vniuerſitatem, ſecus quando eſt particulare contra determinatas perſonas.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum datur contra Capitulum ſi non paruit mandato Rotali.*
2 *Intimatio mandati Rotalis debet eſſe perſonalis, & præcedere declaratoriam.*
3 *Intimatio mandati Rotalis fieri debet Capitulo, capitulariter in loco ſolito congregato.*
4 *Intimatio dicitur capitulariter facta ſiue capitulum ſit congregatum ad recipiendam intimationem, ſiue ab alia negotia.*
5 *Intimatio mandati Rotalis fieri poteſt à quolibet Clerico, eo quod in mandato talis intimatio committitur omnibus, & ſingulis, etiam Clericis.*
6 *Notario atteſtanti de intimatione coram ſe, & teſtibus exequuta plena fides adhibetur.*
7 *Declaratoria antequam feratur ſolent de ſtylo Rotæ ſeruari quattuor termini ad docendũ de paritione.*
8 *Contumacia, & inobedientia non parendi ſatis dicitur probata ſi intra terminos ad docendum de paritione, de ea doctum non fuit.*
9 *Oblatio verbalis non ſufficit, vbi factum aliquod poſitiuum ſolutionis requiritur.*
10 *Interdictum contra Collegium, & vniuerſitatem non datur.*
11 *Declara concluſionẽ procedere in interdicto generali, ſecus verò in particulari.*
12 *Interdictum dicitur particulare, quod contra determinatas perſonas fertur; nec refert ſiue ſit vna ſiue plures, dummodo ad ſingulos per ſe, & ad omnes per modum plurium dirigatur.*

DECISIO LXXVIII.

1 RELAXANDVM eſſe interdictum † contra Decanum, Dignitates, & Canonicos Eccleſiæ Cathedralis Cæſaraguſtanæ DD. dixerunt ob non paritionẽ mandato Rotali

tali de manutenendo ob quam *Rot. ſolet inobedientes coercere cenſuris Eccleſiaſticis vt in deciſ. 193.num.1. dec.256.num.6. dec.262.nu.1.dec.263. num.6.apud Moder.Peruſ.de manut. dec.20. num.1. & ſeq. part. 7. recent. cum alijs relat. per Add. ad Burat.dec.17.num.5.*

Præceſſit enim intimatio perſonalis dicti
2 mandati † vt ad hunc effectum requiritur *Fel. in cap. cum ſit Romana nu.13. de appel.Couarruias in cap. alma Mater par.1.§.9.num.4.de ſent.excom. Caſſad.dec.2.num.4.de penſion.* facta prædictis Decano Dignitatibus, & Canonicis Capitulari-
3 ter † in loco ſolito congregatis vt debet *iuxt. gloſ.in cap.ſi capitulo verb. factam de conceſſ. priuil. in 6. quam ſequuta eſt Rot.dec.857.numer.7.& 24. coram Seraph.dec.584.num.2.coram ſ.m.Greg.XV. dec.435.num.1.coram Caualerio,* & dicitur capi-
4 tulariter facta † ſiue Capitulum eſſet congregatum ſpecialiter ad hanc intimationem recipiendam ſiue ob alia negotia. *Calder.conſ.11. de Iure Patr.Iacob.Ant.de Mauro allegat.1. num.7. Rot. in Legionen. Canonicat. 16. Decembris 1622. coram bon.mem.Manzanedo Patriarcha Ieroſolymitano in Theatina Iuriſdictionis S. Io: in Venere ſub eadem die. & Anno coram bon.mem.Coccino, & in Sorana benef. 11.Ianuar. 1630. coram Reuerendiſs. D. meo Merlino Decano.*

De qua intimatione perſonali mediante miniſterio Dominici Laſali Virgarii Curiæ quinimo, & quilibet Clericus intimare po-
5 tuit, † quia in ipſo mandato talis intimatio committitur omnibus, & ſingulis etiam Clericis *vt in his terminis aduertit Burat. dec.176.n.2.* teſtatur Notarius, cui quia intimationi præ-
6 ſens fuit vna cum teſtibus † de eàque coram eiſdem teſtibus rogatus publicum confecit inſtrumentum plena fides adhibetur *Innoc. in cap. quoniam contra num.6.de probat. Felin. ibidem num.45.& in cap.ſi cautio num.69. de fid. Inſtrum. Caſtr.conſ.241.nu.2.verſ. cum non poſſit lib.1.Put. dec.5.lib.3.in corr.Caualer.dec.644.num.4.cum alijs alleg.per Add.ad Burat.dec.95.lit. A. & num 8.*

Fuerunt pariter ſeruati alij quatuor termi-
7 ni † ad docendum de paritione de ſtylo huius Sac. Trib. ſeruari ſoliti, *vt per Veſtr. in praxi lib.8.cap.vlt.nu.19.Lott.de re benef.lib.1. quæſt.40. num.310.& ſeqq. Caſſad.dec.6.num.10.de cauſ.poſſ. & propr.* intra quos cum non fuerit exaduer-
8 ſo doctum de paritione † ſatis probata remanet contumacia, & inobedientia volontaria aduerſariorum *Rot. deciſ.234 numer.6.poſt tract. Moder. de manut.* qui excuſari non poſſunt ex eo quod acquieuerint mandato de manutenendo, quia cumparitio conſiſtat in facto poſitiuo ſolutionis diſtributionum decurſarum iuxta eiuſdem mandati formam, debuerunt
9 actualiter ſoluere, ita vt † non ſufficiat acquieſcentia, imò nec ſufficeret verbalis oblatio *Seraph.dec.1113.nu.3.& fuit dict.in Pampilonen. Cappellaniæ 3. Iulij 1623. coram bon. mem. Vbald. Seniori, in Treueren. Bonor. 9. Iunij 1625. coram eod.in Colonien. Monaſterij 4. Aprilis 1629. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Vbaldo, & in Placentina Decimarum 21. Februarij proximi præteriti coram R.P.D.meo Roias.*

Non obſtat quod pro credito pecuniario
10 non detur interdictum † contra Collegium, & vniuerſitatem iuxta textum *in extrauag. pro vide de ſententia excommunicationis,* quia hoc pro-
11 cedit † ſolum in interdicto generali ſecus verò in particulari *Io: Monacus in cap. præſenti num.9.de ſenten. excommunicationis in 6. vbi etiam Io: Andreas num.2.Gemin.num.2.Franc.num.5. in fin. verſ. alia deferentia Abbas in cap.cum in partibus num.1.de verb.ſignif.Fel.in cap.ſane num.3.de off.deleg.Rot.dec.20. num.3. par.7. recent. & in alia Cæſarauguſtana Diſtrib. 18.February 1641. coram Illuſtriſs. D. meo Patriarcha Conſtantinopolitano.*

Quale dicitur quod vt in caſu noſtro fer-
12 tur contra determinatas perſonas, † nec refert ſiue ſit vna, ſiue plures dummodo ad ſingulos per ſe, & ad omnes per modum plurium dirigatur vt *plene in dicta deciſ.20.num.16. & ſeqq.& in dicta Cæſarauguſtana diſtrib.coram D. meo Patriarcha Pancirolo* in qua vlterius ſoluuntur alia obiecta, quæ exaduerſo poſſent excitari.

Et ita deciſum vna tantum parte informante, pluries tamen citato Procuratore partis aduerſæ.

BRITTORIEN. FIDEICOMMISSI.

Luna 24. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Acta in cauſa ſtatus facta cum legitimo contradictore indiſtinctè probant in omni iudicio non ſecus ac ſententia lata, quia ad hunc effectum à pari procedunt ſententia, & acta ſeu probationes. *Text.in l.Ingenuum ff.de ſtat homin.* declaratur. Filiatio, ſiuè fraternitas ad effectũ ſucceſſionis ex quibus probetur? Nullitates adductę contra examen teſtium. & contra ſententiam reijciuntur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum ex quibus purificatum dicatur fauore alicuius.*
2 *Teſtes examinati cum legitimo contradictore indiſtinctè probant in omni iudicio contra omnes, non ſecus ac ſententia lata in cauſa ſtatus.*
3 *Sententia, & acta ſeu probationes à pari procedunt, & vt præiudicent quæ requirantur? num.21.*
4 Tet. in l. ingenuum ff. de ſtat.homin. *non habet locum quando agitur de præiudicio eius qui coequale intereſſe habet cum eo, contra quem fuerunt factæ probationes, & examinati Teſtes.*
5 *Item locum non habet quando actor in eo iudicio, quo Teſtes induxit ſuccubuit, cum non ſit æquum, vt tertio noceant probationes, quæ nec nocuerunt illi qui tunc erat in lite.*
6 *Ius coequale cum aliquo, quando quis non habet ſed tantum conſecutiuum, tunc afficitur probationibus factis.*
7 *Filiatio ſufficienter probata remanet ex communi reputatione etiam ab ipſo patre, ex cohabitatione, ac præſtatione alimentorum.*
8 *Fraternitas ad effectum ſucceſſionis probatur ex te-*

ſtibus deponentibus aliquos ſe ad inuicem vti fratres patrueles nominaſſe, & tractaſſe iuncta etiam publica voce, & fama.

9 *Item probatur iunctis alijs de auditu à maioribus, qui etiam in materia de recenti faciunt vehemens adminiculum.*

10 *Teſtator ſi vocauit ad fideicommiſſum filios alicuius, & quidem Seniores tunc vtraque qualitas eſt iuſtificanda.*

11 *Pluralitas perſonarum eiuſdem nominis, & cognominis non præſumitur.*

12 *Comparitiuum* Senioris *exponitur in poſitiuum nempe ſenis, prout comparatiuum benignius exponitur pro benigne.*

13 *Comparitiuum reſoluitur in poſitiuum, quando non adeſt terminus ad quem ſe referat comparatio.*

14 *Teſtator ſi in vocatione vſus eſt comparatiuo proximiores ſat eſt quod probetur poſitiuum proximitatis, quando nemo comparet, qui pretendat ſe proximiorem Teſtatoris.*

15 *Teſtes iuraſſe non probatur ex enunciatiua Notarij.*

16 *Fallit quando Teſtes fuerunt recepti in præſentia Iudicis.*

17 *Item fallit quando ſtylus loci ita ſe habet.*

18 *Stylus huiuſmodi ſatis contra Aduerſarium probatur ex eo, quod eodem prorſus modo enunciatur Iuramentum teſtium exaduerſo examinatorum.*

19 *Citationis defectus ad viden. iurare Teſtes opponi nequit ſtante commiſſione ſanatoria quod examen fuit factum cum interrogatorijs partis aduerſæ.*

20 *Papa quod ſciuerit examen fuiſſe factum cum interrogatorijs partis, ex quibus deſumatur?*

21 *Acta in cauſa ſtatus vt alteri non citato præiudicent, requiritur quod cauſa fuerit defenſa.*

22 *Commiſſio ſi tribuit Iuriſdictionem Iudici, quam vti Iudex ordinarius non habet, reddit eum Iudicem delegatum, licet alias in cauſa eſſet ordinarius.*

DECISIO LXXIX.

AD fideicommiſſum Hieronymi Blanci de Baldaſſaris vocati fuerunt primo filij maſculi teſtatoris, deinde fæminæ, ac deſcendentes ab eis, illiſque deficientibus proximiores de agnatione de Baldaſſaris, videlicet hæredes Ioannis veteris, & hæredes Baldaſſaris Senioris, prædictis vero omnibus deficientibus ſine filijs Hoſpitale Sanctiſſimi Crucifixi Terræ Meldulæ.

Extincta linea ex maſculis Ludouicus, & alij filij Baldaſſaris Senioris de anno 1634. moto Iudicio ex *rem l. fin. Cod. edict. Diui Adr. Tollen.* contra Baldinottum natum ex Catherina deſcendente à teſtatore, examinatiſque teſtibus ſuper eorum conſanguinitate, & agnatione petierunt immitti in poſſeſſionem bonorum fideicommittentis ſed ſuccubuerunt.

Nuper defuncto dicto Baldinotto, & ſic defecta etiam linea fæminarum deſcendentium, dictum Hoſpitale Sanctiſſimi Crucifixi pretendens fuiſſe ad ſui fauorem purificatum fideicommiſſum cæpit bonorum poſſeſſionem, mouitque poſtmodum contra dictos Ludouicum, & fratres Iudicium *in rem l. diffamari Cod. ingen. & manum.* coram Iudice de partibus à quo ſententiam fauorabilem reportauit, quæ tamen in gradu appellationis coram A.C. fuit reuocata, & conceſſa immiſſio Ludouico, & litis conſortibus.

Delataque cauſa in tertia inſtantia ad Rotam, & mihi commiſſa dubitaui, an ſententia A.C. eſſet confirmanda vel infirmanda, confirmandamque Domini cenſuerunt; quia valida, & iuſta, cum de fideicommiſſo, deficientia deſcendentiæ teſtatoris tam maſculinæ quam fæmininæ, & bonorum identi-
1 tate inter partes non dubitetur; Purificatio † verò fideicommiſſi ad fauorem Ludouici, & litis conſortum pendet ab eorum conſanguinitate, ac deſcendentia à Baldaſſare Seniore, de qua depoſuerunt teſtes in præfato Iudicio anni 1634. examinati, quorum depoſitio quia reſpicit ſtatum ac legittimationem perſona-
2 rũ, & emanauit † cum legitimo contraditore probat in omni Iudicio, & contra omnes perſonas, non ſecus ac ſententia lata in cauſa ſtatus *iuxt. text. in l. ingenuum ff. ſtat. hom. l. 1. §. pen. in fin. ff. lib. exhib. gl. in cap. quamuis in fin. de ſent. & re iudicata, & in terminis conſanguinitatis Alba conſ. 355. n. 5. Alex. in l. ſæpe n. 60. ff. re iudicata Felin. in d. cap. quamuis num. 9. Rot. dec. 494. num. 5. par. 5. recent. dec. 359. num. 2. par. 6.* quia ad effe-
3 ctum de quo agitur † à pari procedunt ſententia; & acta ſeu probationes *Butr. in cap. cauſam il 1. num. 4. de teſtib. Alex. in dicta l. ſæpe n. 125. Gratian. diſc. 869. num. 16. Guttier. in his terminis conſ. 1. n. 3. & 4. Acchill. dec. 5. in fin. de re iudicata Rot. dec. 271. ſub num. 2. par. 1. recent. & coram ſ. m. Greg. XV. dec. 535. num. 9.*

Et quamuis concluſio deſumpta ex *dicta l.*
4 *ingenuum* limitetur quando agitur † de præiudicio eius qui par, & coequale intereſſe habet cum eo contra quem teſtes fuerunt examinati vel lata ſantentia *Bald. in l. 2. num. 2. in fin. Cod. quib. res iudicata non noc. Salyc. ibid. num. 4. Surd conſ. 189. nu. 44. Peregr. de fideic. art. vlt. n. 44. Scacc. de camb. §. 7. gl. 5. numer. 140.* & quando
5 actor in eo Iudicio † quo teſtes induxit ſuccubuit, cum non ſit æquum, vt tertio noceant probationes quæ nec nocuerunt illi, qui tunc erat in lite *Alex. in dicta l. ſæpe nu. 60. in fin. de re iudicata Felin. in dicto cap. quamuis num. 9. in fin. eod. tit.*

Neutra tamen limitatio aplicatur caſui noſtro. Non prima quia cum Hoſpitale aduerſarius veniat tamquam ſubſtitutus in caſum deficientię eorum, contra quos de anno 1634. proceſſum fuit ad examen teſtium non dici-
6 tur habere ius coequale † ſed conſecutiuum, & propterea afficitur probationibus tunc factis vt bene declarat *Pinell. in l. 1. par. 3. num. 49. & ſub num. 50. col. 3. in princ. verſ. & 1. vt procedat Cod. bon. matern. per text. in l. ex contractu ff. re iudicata Gomeſ. in l. 40. Taur. ſub num. 73. verſ. ſed his non obſtan. Surd. conſ. 359. num. 19. Roſſent. de feud. cap. 9. mem. 1. concl. 27. numer. 10. & 15. Peregr. de fideic. art. vlt. nu. 56. verſ. ſed cum Gratian. diſc. 456. n. 91. Larrea dec. Granat. 35. n. 43.* Non altera quia Ludouicus, & litis conſortes non ſuccubuerunt

runt

runt ob non probationem conſanguinitatis, ſed quia tunc viuebant nati ex fœminis prius vocati, vt patet, quia Iudex reſeruauit dictis actoribus iura agendi ſuis loco ac tempore contra quos de iure.

Deponunt inquam dicti teſtes Ludouicum, & fratres fuiſſe filios Baldaſſaris de Baldaſſaris, atque vti tales communiter habitos etiam ab ipſo patre retinendo illos hoc nomine in propria domo, & alimenta preſtin-
7 do, vnde reſultat ſufficiens † probatio filiationis *Gozad.conſ.13.num.31.& 52.Surd.conſ.1.n.46. Rot.dec.347.num.2.dec.472.num.8.par.1.recent.*

Baldaſſarem pariter eorum patrem, ac Hieronymum teſtatorem ſe ad inuicem vti fratres patrueles nominaſſe, ac tractaſſe teſtantur de viſu, & auditu ab ipſis met tertius, & ſextus teſtis qui addit publicè ſic habitum fuiſſe, pro vt etiam deponit ſecundus teſtis, quod
8 ſufficit ad probandam dictam fraternitatem † ad effectum ſucceſſionis donec contrarium exaduerſò probetur *Ang.in l.1.num.3.C.quorum bon.& in l.non Epiſcopalis num.2.C.probat Bart. in l.non nudis 14. in 2.lect.in fin.C.eod.tit. Aym. conſ. 249.ſub num.2.Corn.conſ.1.num.22. verſ. nam reſpondetur negando lib.3.Barbat.conſ.14.nu.33.lib.3. Rub. Alex.conſ.16.num.16. Alba conſ.355.num.30. & ſeqq. vbi reſpondit ad conſ. Decij 321. exaduerſo alleg. Tiraquell de retr.lign.§.1.gl.16.nu.9.Gratian. diſc.491.num.21. & ſeqq.* eo magis iunctis alijs
9 teſtibus † deponentibus de auditu à maioribus, qui etiam in materia de recenti faciunt væhemens adminiculum *Rub. Alex.dicto conſ. 16.num.16.Alba conſ.508. num.5. & 6. ex text. in cap.licet ex quadam de teſtib. Farin. eod.tract.quæſt. 69. num.* 104. nec intereſt quod alter ex dictis teſtibus ſit conſanguineus Ludouici, quia ideo magis eſt idoneus ad probañ conſanguinitatem ex relat per *Maſcard. de probat. concluſ. 401.num.33.Rot.dec.176.num.6.par.1. recent.*

Non obſtat, quod cum teſtator non vocauerit ſimpliciter filios Baldaſſaris, ſed Baldaſ-
10 ſaris Senioris † probare vltro neceſſe ſit hanc qualitatem, & abſque ea non ſufficiat probaſſe ſe filium Baldaſſaris vt per *Dec. conſ.13.ſub num.8. verſ. preterea, & num.9. Ciriac.contr.281. num.25. & 26.*

Quia, dum aliunde non conſtet de exiſtentia alterius Baldaſſaris in agnatione teſtatoris, quæ tamen exaduerſo probanda eſſet, quia
11 pluralitas perſonarum † eiuſdem nominis, & cognominis non præſumitur vt bene *Natt. conſ.235. num.3. & 4. poſt Bart.in l.ſi quis ſeruum §.ſi inter duos ſub num.1. verſ.ſed quæro ibi verum tamen ff.leg.2.Butr.in cap.2. ſub num.3. verſ. 1. hoc*
12 *procedit de libell. oblat.* comparatiuum † illud Senioris exponitur in poſitiuum, nempe ſenis pro vt comparatiuum benignius exponitur pro benignè in *l. benignius ff. legitt.* latius pro latè *gl. in cap. auaritiæ verb. latius de elect. in 6.* regularius pro regulare *gl.fin.in cap. conſilium de celebr.miſſ.& facit theor. Gemin. in d. cap. auaritiæ num.6.* vbi quod comparatiuum reſol-
13 uitur in poſitiuum † quando non adeſt terminus ad quem ſe referat comparatio. Maximè quia probatum vt ſupra fuit, dictum Baldaſſarem fuiſſe patruelem teſtatoris, quod non erat probatum *in caſu Decij, & Ciriac. exaduerſo alleg.* & nemo alius comparet, qui sè deſcendere ab alio Baldaſſare Seniori pretendat, quo caſu dicimus in ſimili quod ſi teſtator in vocatione vſus eſt comparatiuo proxi-
14 miores † ſatis adhuc eſt probare poſitiuum proximitatis *Surd.conſ.241. numer.26. Peregr.de fideic.art.43.num.60.Grat.diſc.869.num.12.& 13. Seraph.dec.1219.num.1.Rot.recent.dec.693.num.2. par.2.dec.134.num.2.par.4.dec.88.numer.4.par.7.*

Non obſtant nullitates examinis. Prima
15 enim quod † non conſtet de iuramento teſtium, niſi ex enunciatiua notarij ibi *iuratus*, quę non probat, tollitur quia ſatis eſt huiuſmodi enunciatiua, quando vt in caſu noſtro te-
16 ſtes † fuerunt recepti in præſentia Iudicis *Rot.dec.34.num.3. par.1.recent. cum alijs alleg. per Add. ad ſ. m. Greg.XV.dec.39.num.9.* & quando
17 ita ſe habet † ſtylus illarum partium *ex alleg. per Add.ad dictam dec.39.Greg.XV. numer.6. Rot.*
18 *dec.704.numer.5. par.1. recent.* qui ſtylus † ſatis contra aduerſarium probatur ex eò quod eodem prorſus modo enunciatur iuramentum teſtium exaduerſo examinatorum *Rot.dec.411. ſub num.2.verſ.ac etiam ex eo par.1.recent.Caualer. dec.322.num.5.Add. ad dictam dec.39.numer.6. & fuit dictum in Barchinonen. decimarum 26. Martij 1640. coram R.P.D.meo Ghiſilerio.*

Secunda defectus citationis *ad viden. iurare*
19 teſtes euitatur † vigore commiſſionis ſanatoriæ à Sanctiſſimo impetratæ ſtante quod examen fuit factum cum interrogatorijs partis, neque dubitañ videtur quia Papa ſciuerit
20 fuiſſe examen † factum in alio Iudicio, & interrogatoria data ab alio contradictore non autem ab Hoſpitali, quia in ventre commiſſionis vtrumque narratur Primum ibi *in alio Iudicio examinatorum*, Secundo ibi, *& cum interrogatorijs datis ab alia parte*, & Papa id vnum reſpexit quod ſcilicet cauſa tempore examinis fuit defenſa, pro vt requiritur ad hoc vt
21 acta in cauſa ſtatus † alteri non citato præiudicent *Bald.in l.ingenuum num.4.ff.ſtat.hom.Alex. in l. ſepe num.76.ff.re iudicata Abb. in cap.quamuis ſub num.19.de re iudicata Rot.dec.264.nu.4.par.1. recent.*

Tandem non obſtat nullitas ſententię A.C. eo quod lata die. 26. Nouembris cum tamen citatio ad primam executa fuiſſet die 19. quia dies 26. fuit prima iuridica facto computo dierum huiuſmodi in cauſis commiſſarijs,
22 qualis erat iſta, nam commiſſio ſanatoria † examinis teſtium, quia tribuit A.C. iuriſdictionem, quam tanquam Iudex Ordinarius non habebat reddidit illum Iudicem delegatum, licet alias in cauſa eſſet Ordinarius *cap. cum aliquibus vbi gl. in figuratione caſus de reſcript.in 6. Abb. in cap.licet nu.3.de offic.Ordin.& ibid. Butr.num.17.Felin.nu.1.& 2. Surd. conſ.354. ſub num.30.Scacc.de ſent. & re indicata gl.4.quæſt. 6.num.3. in fin.* & ſic vidi practicari dum eram Locumtenens A. C.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA HAEREDITATIS DE FABIIS.

Veneris 4. Aprilis 1642.

ARGVMENTVM.

Filia quando non eſt à Statuto excluſiuo fœminarum propter maſculos excluſa, ei debita eſt in bonis matris legitima, in quam imputandum eſt legatum à matre relictum, & licet concluſio limitetur non procedere, quando legatum, & legitima diſcretiuè relinquuntur in eodem teſtamento ſiuè alterum in teſtamento, alterum in Codicillis. Limitatio non applicatur, quando prout in caſu deciſionis conſtat de contraria voluntate matris cumulatiuè relinquendi legatum, & legitimam ſed ſolum quod ſibi de iure debetur verba enim illa, *che de iure le peruiene*, important imputationem legati in legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur filiæ in bonis matris quando non eſt à Statuto excluſa alias ſecus, & redditur ratio num ſequenti.*

2 *Legitima cum ſit portio ſucceſſionis debitæ ab inteſtato, ſublato per Statutum iure ſuccedendi ab inteſtato, ius quoque petendi legitimam ſublatum cenſetur.*

3 Statutum Vrbis lib.1.cap.145. *excludit ab hæreditate matris filiam à patre dotatam.*

4 *Filia dicitur à patre dotata eo ipſo quod vna cũ fratre fuit inſtituta hæres, quæ inſtitutio habet in ventre ipſam dotem.*

5 *Inſtitutio filiæ hæredis facta à patre eſt loco dotationis, & cenſetur facta animo compenſandi cum dote.*

6 *Et ſic pater inſtituendo cenſetur voluiſſe ſatisfacere menti ſtatuentium, vt bona materna conſeruentur in agnatione.*

Statutum Vrbis lib.1.cap.145. *excluſiuum fœminarum reſpicit fauorem agnationis ibidem, & num.9.*

7 *Filia excluſa propter exiſtentiam fratris maſculi à ſucceſſione materna habere debet ex ſubſtantia patris tot bona ex quibus valeat congruè dotari, quomodocumque bona huiuſmodi peruenerint ad filiam etiam non expreſſo titulo dotis.*

8 *Pater præſumitur animo compenſandi cum dote bona filiæ reliquiſſe ſiuè illa reliquerit titulo particulari, ſiuè filiam hæredem inſtituerit.*

10 *Mens ſtatuentium ſpectari debet.*

11 Statutum Vrbis lib.1. cap.145. *procedit tàm in caſu inteſtati, quàm conditi teſtamenti.*

12 *Filia inſtituta à patre in quota in reliquis cenſetur excluſa dum maſculus exiſtit, quia manet integra ratio excluſiua, nempe fauor agnationis.*

13 *Et quota illa à patre relicta ſuccedit loco dotationis ex præſumpta voluntate patris, ac proinde operari debet excluſionem ab hæreditate matris non ſecus ac ſi pater dotem legaſſet, quia vis non eſt in verbis, aut titulo quo pater bona filiæ reliquit.*

14 Statutum Vrbis lib.1. cap.145. *excludit filiam quamuis à patre non dotatam quoties frater paratus eſt eam dotare.*

15 *Et præfatum Statutum loquens de muliere non maritata, nec dotata comprehendit viduam, quæ maritata non eſt eamque excludit, & nu.16.*

17 *Statutum excludens filiam non dotatam à patre dũmodò frater ſit paratus dotare, ſi dos aliundè, quam à patre proueniat, non releuat.*

18 *Declara poſſe fratrem adhuc offerendo dotem ſororem excludere, quia actus dotationis eſt reiterabilis.*

19 Deciſiones in Romana hæreditatis de Ximenes coram bo: mem: Motmanno par.7. recent.deciſ.60.deciſ.110.& 175.confirmat. 12. Decembris coram R. P. D. Dunozetto *declarantur.*

20 *In legitimam imputatur quicquid filia habuit ex ſubſtantia materna tàm inter viuos, quàm per vltimam voluntatem.*

21 *Limita concluſionem non procedere, quando legitima, & legatum diſcretiuè relinquuntur in eodem teſtamento ſiuè alterum in teſtamento, ſiuè alterum in codicillis.*

22 *Amplia præſertim quando reliqua in teſtomento contenta fuerunt confirmata in omnibus, & per omnia in Codicillis, quæ verba deſignant nihil fuiſſe mutatum de reliquis in teſtamento contentis, ſed cumulatiuè diſpoſitum.*

23 *Declara limitationem, & ampliationem non procedere quando conſtat de contraria volũtate Teſtatricis relinquendi cumulatiuè legatum, & legitimam tunc enim ſemper fit imputatio legati in legitimam, & num.24.*

25 *Legatum ſi fuit à matre filiæ relictum,* per quel tanto che de iure le prouiene, *non cenſetur relicta legitima, ſed ſolum ſupplementum quatenùs legato ſit maior.*

26 *Verba enim illa,* che de iure le prouiene, *important, quod legatum imputari debeat in legitimam, quamuis expreſsè filia in legitima inſtituta fuiſſet.*

27 *Imputatio legati in legitimam regulatur à voluntate matris relinquentis filiæ legatum.*

28 *Et quando non conſtat de voluntate contraria ſemper inhærendum eſt imputationi legati in debitum neceſſarium legitimæ.*

29 *In codicillis ſi omnia in teſtamento contenta fuerunt confirmata, habetur ac ſi verba teſtamenti eſſent explicitè repetita in Codicillis.*

30 *Codicilli ſunt vna, & eadem diſpoſitio cum teſtamento, & eodem momento mortis Teſtatoris ſortiuntur effectum.*

DECISIO LXXX.

AN, & de cuius bono iure conſtet, cum dubitaretur, duo in controuerſiam venerunt nempè, an Catherinæ debeatur legitima in bonis matris, & quatenùs debeatur, an in legitimam imputandum ſit legatum ſcutorum 2000. à matre relictum.

Primum pendet ab interpretatione *Statuti Vrbis lib.1.cap.145.* excluſiui fœminarum per maſculos, quod niſi procedat in caſu de quo
1 agitur † certum eſt legitimam deberi iuxta textum *in §.fin.inſtit.de hæredit.quæ ab inteſt.def. §.1.inſtit.ad S.C. Orfic.§.ſi quis igitur Auth. de hæred.ab inteſt.venient.* Secus aliàs, nàm cum le-

giti-

2 gitima ſit portio ſucceſſionis † debitæ ab inte-
ſtato ſublato per Statutum iure ſuccedendi ab
inteſtato, ius quoque petendi legitimam ſub-
latum cenſetur *Alex. in l. Gallus. §. & quod ſi tan-
tum ſub num. 17. ff. de lib. & poſth. Iaſ. ibid. num. 57.
& in l. ſi quando §. generalitèr num. 11. Cod. in off. te-
ſtam. Aym. conſ. 11. num. 13. & in terminis dicti Sta-
tuti Berou. con. 51. num. 21. lib. 1. Rota deciſ. 36. nu. 4.
inter impreſſ. apud Modern. foroluien. de legitim, &
deciſ. 316. num. 2. par. 6. recent.*
Dicebant autem aliqui ex Dominis locum
3 eſſe Statuto † quia excludit ab hæreditate ma-
tris filiam à Patre dotatam, qualis dici pote-
rat Catherina quia fuit à Patre inſtituta hæres
4 vna † cum fratre, quæ inſtitutio habet in ven-
tre ipſam dotem *Barboſ. in l. ſi cum dotem §. ſi pa-
ter ante num. 23. verſic. 6. principalitèr ff. ſol. matr.*
5 Eſtque loco dotationis † cum cenſeatur facta
animo compenſandi cum dote *Caſtr. in dicta l. ſi
cum dotem §. ſi pater num. 2. circa med. verſ. ſed mihi
videtur & in l. pater filiam nu. 3. ff. ad l. falc. Menoch.
præſumpt. 119. num. 16. lib. 4.* & ſatisfaciat menti
6 ſtatuentium quorum intentio fuit † proſpice-
re, quod bona materna conſeruentur in agna-
tione *Caſtr. in l. non dubium num. 4. verſ. nam inten-
tio ſtatuti C. de legib. Soccin. ſen. conſ. 1. verſ intentio
autem lib. 1. Gabr. de ſtatut. concl. 6. nu. 1. & ſeqq. Rot.
deciſ. 770. num. 4 par. 2. recent. deciſ. 68. num. 6. & 15
par. 6. deciſ. 115. verſ. accedit apud Modern. Breſſi-
ghellen. ad Statut. Vrbis.* Quodque filia excluſa
7 propter † exiſtentiam fratris maſculi à ſucceſ-
ſione materna habeat ex ſubſtantia patris tot
bona ex quibus valeat congruè dotari *Menoch.
conſ. 3. num. 11. verſ. at huius ex Baldo in l. neque ma-
ter pro filia num. 6. verſ. quia Statutum Cod. iure do-
tium.* Quandocumque bona huiuſmodi per-
uenerint ad filiam etiam non expreſſo titulo
dotis *Bart. in l. quod autem verſ. item facit ff. de iur.
dot. Caſtr. in l. Titio centum §. Titio genero num. 9. ff.
condit. & demonſtr. Berou. conſ. 45. num. 2. lib. 2. Me-
noch. d. præſumpt. 119. num. 24. Mantic. de coniectur.
lib. 11. tit. 21. num. 3.*
Cum itaque animus Patris compenſandi
8 cum dote † æquè præſumatur ſiuè bona reli-
querit titulo particulari, ſiuè filiam hæredem
inſtituerit *d. l. ſi cum dotem §. ſi pater, & ibid. Bart.
Alber. num. 1. in princip. & verſ. ſecundo caſu Bald. in
princ. & num. 1. Alex. num. 1. gloſ. in §. illud verbo re-
licta Auth. de trient. & ſemiſſ.* Et per inſtitutio-
nem filiæ ſatisfactum fuerit menti ſtatuentiũ,
9 ſemperque † militet ratio conſeruandi bona
materna in agnatione, conſequens eſt vt ſit
locus Statuto, quia lex non eſt impoſita ver-
10 bis, & ſola mens † ſtatuentium ſpectari de-
bet, vt in terminis notat *Menoch. conſ. 3. num. 11.*
Nec dubitari poteſt quin Statutum procedat
11 tàm in † cauſa inteſtati, quam ſi pater deceſ-
ſerit cum teſtamento, vt fuit deciſum *coram
bo. mem. Arrigonio deciſ. 36. num. 1. apud Modern. de
legit. deciſ. 316. ſub num. 11. & ſeqq. coram Eminen-
tiſs. Card. Veroſpio inn. par. 6. recent. & in Romana
Cenſus de Mutis 24. Maij 1619. coram bon. mem.
Coccino.*
Sicuti nec ex eo, quod Statutum non ex-
cludit filiam à quota in qua pater eam inſti-
tuit inferri poteſt quod non ſit excludenda ab
hæreditate matris filia, quia nec pater exclu-
dere voluit à propria. Quia contraria volun-
12 tas patris reſtringitur ad limites quotæ † in
qua filiam inſtituit, ideoque in reliquis ma-
net integra ratio excluſiua filiæ dum maſcu-
lus exiſtit, nempè fauor agnationis; cumque
13 quota illa relicta à patre † ſuccedat ex præ-
ſumpta voluntate patris loco dotis, ope-
rari debet excluſionem filiæ ab hæreditate
matris non ſecus ac ſi pater dotem legaſſet,
quia vt dicebatur vis non eſt in verbis, aut
titulo quo pater bona filiæ reliquit *Bart. in d. l.
quod autem Bald. & Alber. in d. l. ſi cum dotem §. ſi
pater ff ſol. matr. cum alijs ſupra allegatis.*
Et quatenùs inſtitutio non haberet vim do-
tationis, ita vt verum eſſet dicere, quod pa-
ter deceſſerit non conſtituta filiæ dote adhuc
filia remaneret excluſa ex ſecunda parte Sta-
14 tuti † cum Petrus frater ſit paratus eam dota-
re quod ſufficit *Gabr. conſ. 4. nu. 4. & ſeqq. & con-
ſil. 139. num. 2. lib. 1. Gratian. diſcept. 504. num. 14.
Rota deciſ. 116 per totam apud Modern. Brixichellen.
ad Statut. deciſ. 405. nu. 27. par. 5. recent.* Et parum
refert, quod Statutum loquatur de muliere
15 non maritata, † nec dotata Catherina verò
ſemel maritata fuerit, dotemque ſibi conſti-
tuerit, quia enim hodie eſt Vidua, compræ-
henditur ſub diſpoſitione loquente de non
maritatis *Io. de Garronibus in rubr. Cod. de ſecund.
nupt. num. 5. Laderch. conſ. 29. num. 2. Cancer. variar.
reſolut. par. 3. cap. 20. num. 142.* Et à Statuto ex-
16 cluditur † *Theſaur. inn. quæſt. forenſ. lib. 3. qu. 95.
num. 3. & 4.* cumque Statutum excludat filiam
17 non dotatam à patre † dummodò frater ſit
paratus dotare dos aliundè quam à patre pro-
ueniens non releuat *Caſtr. conſ. 7. nu. 1. lib. 2. Socc.
conſ. 30. num. 8. lib. 1. Surd. conſ. 45. num. 36.* ſed
18 ex quo dotationis actus † eſt reiterabilis fra-
ter adhuc poteſt offerendo dotem ſororem
excludere *Ruin. conſ. 54. nu. 18 lib. 2. Gabr. conſ. 15.
num. 41. lib. 1. Honded. conſ. 11. numer. 26. lib. 2. poſt
Alex. in l. 2. §. quod ſi patris numer. 4. verſic. nec huic
rationi ff. ſolut. matrim.*
Atque ita videbatur, nos eſſe extrà deciſio-
nes emanatas *in Romana hæreditatis de Ximenes
19 coram bo. mem. Motmanno † impreſſ. par. 7. recentior.
deciſ. 60. deciſ. 110. deciſ. 175. & confirmat 12. De-
cembris 1639. coram R. P. D. meo Dunozetto.* Quia
ibi frater non erat paratus dotare, imò re-
cuſabat dotem dare, eo quod ſoror habebat
aliunde.
Cœterum alij ex Dominis inhærendo *dictis
deciſionibus in Romana hæreditatis de Ximenes* ne-
gabant, Catherinam excludi ab hæreditate
Matris, vnde reſolutio dubij propoſiti ad fa-
uorem Petri nixa fuit ſecundo articulo, im-
putationi videlicèt in legitimam legati Ca-
therinæ à Matre relicti. Quia regulare eſt,
20 quod in legitimam imputatur † quicquid fi-
lia habuit ex ſubſtantia materna tàm inter vi-
uos, quàm per vltimam voluntatem *l. quam
nouella C. de inoff. taſtam. Bart. in l. in quartam nu. 10.
in princ. verſ. aut capit. & ibid. Ripa num. 140. ff. ad l.
falc. Caſtr. conſ. 108. num. 1. lib. 2. Seraph. deciſ. 568.
num. 12. & in terminis legati eſt text. in l. etiam §. pen.
in fin. ff. de bon. libert. Gabr. conſ. 108. num. 6. & 7.
lib. 2.*

libr.2. Surdus conſil.388. numer.19.
Nec videtur applicabilis limitatio, quod
21 ſcilicèt hoc minimè procedat, † quando le-
gitima, & legatum diſcretiuè relinquuntur
in eodem teſtamento ſiuè altero in teſtamen-
to, altero in Codicillis *iuxtà deciſ. Mantic.342.*
per tot. & alios alleg. à Modern. forohuien. de legitt.
22 *lib.2.tit.2.qu.20.nu.20.* multò fortius † quando
vt in caſu noſtro teſtatrix in Codicillis reliqua
in teſtamento contenta confirmauit in om-
nibus, & per omnia, quæ verba deſignant ni-
hil fuiſſe mutatum de reliquis in teſtamento
contentis, ſed cumulatiuè diſpoſitum. *Natt.*
conſ.476.num.4.& 5. Bellon.Iun.conſ.15.ſub nu.37.
Peregr.conſ.68.num.7.lib.3. Menoch.conſ.452.nu.11.

Quia tantum abeſt, quod in caſu noſtro
Mater cumulatiuè relinquere voluerit legiti-
23 mam, & legatum, † quod imò declarauit
contrarium, ibi, *non intendendo per queſto confe-*
rirgli, nè accreſcergli di nuouo alcuna raggione, vn-
de quemadmodum ſi legitima peteretur ex
ſola diſpoſitione iuris facienda eſſet imputa-
24 tio legati, † ita quoque idem dicendum eſt
in hoc caſu in quo Teſtatrix voluit filiam ha-
bere, *ſolamente, e meramente quel tanto, che de*
iure gli peruiene, e non ſi può di meno, quod enim
de iure debetur relicto legato, non eſt tota
25 legitima, † ſed ſolum eius ſupplementum
quatenùs legato ſit maior *Salyc. in l. quam No-*
uella ſub num.7. C. inoff. teſtam. Iaſ. ibid. num.4. Fa-
ber in C. lib.3. tit.19. definit.9. num.3. & alij quos
refert *Modern. Piſaurenſis de imputat. qu.14. nu.31.*
Rota apud Modern. de legitt. deciſ.85. num.1. & in
puncto quod verba illa, *che de iure gli peruiene,*
26 hoc eſt ſecundum formam iuris † importent
quod legatum imputari debeat in legitimam
quamuis expreſsè filia in legitima inſtituta
fuiſſet *Corn. conſ.200. ſub num.5. verſ. & illam ha-*
bet & 3. & ſeqq. lib.3. quem ſequitur *Rip. in l.*
quartam num.154. in fin. ff. ad l. falc.

Et ſic vel habemus claram voluntatem ma-
27 tris pro imputatione quæ † ab ea regulatur,
Bald. in d. l. quam Nouella num.9. Ayn. conſ.131.
num.17. Menoch. conſ.56. numer.19. Surd. conſ.192.
num.21. Afflict. deciſ.44. num.10. Vel ſaltem non
28 conſtat de voluntate contraria † quod ſufficit
vt inhærendum ſit regulæ imputationis lega-
ti in debitum neceſſarium legitimæ, vt benè
ratiocinatur *Cyriac. contr.262. num.78. verſ. tum*
etiam, & num.79. poſt Alex. conſ.142. num.22. lib.2.
Ceph. conſ.183. num.42. Peregr. de fideic. art.36. ſub
num.125. verſ. intellige.

Nec obſtat, quod præcitata verba appoſi-
ta fuerint in teſtamento, legatum verò reli-
ctum ſit in Codicillis, quia cum ibi Teſtatrix
29 confirmauit † pleniſſimè omnia in teſtamen-
to contenta eſt, ac ſi verba teſtamenti fuiſſent
explicitè repetita in Codicillis qui ſunt vna,
30 & eadem diſpoſitio † cum teſtamento, &
eodem momento mortis Teſtatoris ſortiun-
tur effectum *l.2.§.1. ff. de iur. Codicill. gloſ. in l. ſi*
quis cum procuratorio 31. verbo videri ff. de procur.
Bart. in l.2. in princ. & ibid. Bald. num.1. C. teſtam.
tutela Peregr. conſ.68. num.8. lib.3.

Et ita deciſum cauſa bis propoſita, & vtra-
que parte informante.

PERVSINA PAROCHIALIS.

Luna 7. Aprilis 1642.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio capta per Monachum dicitur acquiſita Monaſterio; itaut non poteſt amplius morte, vel quouis alio facto Monachi ammitti, ſed ſemper apud Monaſterium manet. Mandatum de manutenendo conceſſum Monacho, dicitur Monaſterio conceſſum; itaut Monacho ad Clauſtrum reuocato ſuffragatur eius ſucceſſori ad effectum, vt nomine Monaſterij obtinere poſſit ſimilem manutentionem.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta per Monachum acquiſita dicitur ex illius perſona Monaſterio.*
2 *Monachus quicquid acquirit, Monaſterio acquirit.*
3 *Monachus deputatus ad regimen alicuius Eccleſiæ quicquid intuitu dictæ deputationis acquirit, Monaſterio acquirit.*
4 *Monachus in particulari eſt incapax dominij, & poſſeſſionis.*
5 *Imò ipſemet quaſi poſſidetur à Monaſterio.*
6 *Seruus non poſſidet ſibi, ſed domino.*
7 *Monachus, qui ſeruo æquiparatur non ſibi, ſed Monaſterio poſſidet.*
8 *Monachus in acquirendo vtilis eſt Monaſterio, non tamen in amittendo.*
9 *Poſſeſſio ſemel quæſita Monaſterio mediante perſona Monaci ſemper apud ipſum manet, nec reuocatione, morte, vel quouis alio facto Monachi amittitur.*
10 *Poſſeſſio per officialem acquiſita ipſi officio per ipſum officium ſemper retinetur etiam mutato officiali, & num.11.*
42 *Mandatum de manutenendo conceſſum Monacho, qui fuit ad aliquod officium à Monaſterio deputatus, eoque ad Clauſtrum reuocato ſuffragatur ſucceſſori in dicto officio, itaut nomine Monaſterij petere poſſit manutentionem.*

DECISIO LXXXI.

SVB die 10. Iunij anni proximi præteriti fuit conceſſum mandatum de manutenendo in adminiſtratione curæ animarum Parochialis Eccleſiæ S. Andreæ de Agliano beneficijque ſimplicis illi vniti Don Nepotiano de Peruſia Monaco Caſſinenſi in adminiſtratorem, & Oeconomum dictæ Parochialis deputato ab Abbate S. Petri, quo Don Nepotiano reuocato nuper ad Clauſtrum, eique in dicta adminiſtratione per Abbatem ſuffecto Don Hieronymo de Aretio Monaco paritèr Caſſinenſi contigit dubitari, an huic ſuffragetur mandatum de manutenendo Don Nepotiano conceſſum, fuitque affirmatiuè reſolutum.

Illa enim poſſeſſio Parochialis capta per
1 Don Nepotianū † fuit ex eius perſona acquiſi-
2 ta Monaſterio, cui acquiritur † quicquid Mo-
nacus acquirit *cap. de monacis 16. quæſt.1. cap. de*

lapis 16.quæſt.6.cap.in præſentia de probat. cap.cum ad monaſterium de ſtat.monach. Abb.in cap.cum olim il ſecondo num.6. de priuil.Archid.in cap. vnico nu-
3 *mer.3.18. quæſt.1.& in punct.* Monaci † deputa-
ti ad regimen alicuius Eccleſiæ, *Ang. Aret. in §.quod ſeruus communis num.1. Inſt.ſtipul. ſeruum, aliyque alleg. à modern. Pedem.diſquiſ.clerical.par.1. tit.de bon.cleric. §.3. nu.6.* nam monacus in par-
4 ticulari eſt incapax dominij,† vel poſſeſſionis
vt *ex diſpoſit.ſacr. Conc.Trid.ſeſſ. 25.cap.2.de regular.not. Menoch. conſ.722. numer.37. & 59. Io. Vvigger.de iuſtit.& iur. tract.1.cap.3. dub.8. nu.1.*
5 immò ipſe met † quaſi poſſidetur à monaſte-
rio, *Giouag.conſ.40. ſub num.1. lib.2.*
6 Et ſicuti ſeruus non poſſidet † ſibi, ſed Do-
mino *§.in poteſtate Inſt.his,qui ſunt ſui, vel alien. iur. §.item vobis Inſt. per quas perſon. nob. acquir. l.1.ff.his quæ ſunt ſui vel alien.iur. Petr. Greg. Toletan. ſintagm.iur. par.2.lib.14. cap. 4. numer. 7.*
7 ità monaſterio poſſidet monacus, † qui ſeruo
in hoc æquiparatur *gl.in l.cum heredes §.fin.verb. non puto ff.acquir. poſſ. Innoc. in cap. olim il primo num.3. de priuil. Lud. Moliu. d.Iuſt. &, iur. tom.1. tract.2.diſp.140.fol.525. col.1.verſ.vt enim Vaſqu. d.ſucceſſ.creat. lib.3. §.21. num.249. Bonon diuerſ. deciſ.86. num.40.*
Nequè monaſteriū reuocato ad clauſtrum
Don Nepotiano, cuius miniſterio poſſeſſionē
quæſiuit eamdem amiſit,quia perſona mona-
8 ci eſt† quidem vtilis monaſterio in acquiren-
do,ſed nullius momenti ad effectum amiſſio-
nis, poſtquam enim poſſeſſio fuit ſemel quæ-
9 ſita, † per ipſum met monaſterium,quod nun-
quam moritur, aut mutatur retinetur, ità vt
reuocatione morte,vel quouis alio facto mo-
naci non amittatur, ſicuti de poſſeſſione Ec-
cleſiæ not. *Abb.in cap. cum veniſſet num. 5. & 6. de reſt. ſpoliat.Garz.de beneſ.par.5. cap.5. num 38. Ciriac.controu.303. num.38. Seraph.dec.1127.n.2. Rot.diuerſ.390. ſub num.2. par.1.dec.19. num. 11. par.2. Caualer.dec.209. num.1. Rot.recent.deciſ.78 nu.5.& 6. part.6. & in Barchinon. portionum 20. Nouembris 1641. coram R.P.D. meo Dunozett.*
Idemque procedit,quatenus dicta poſſeſſio
10 dici poſſet quæſita ipſi officio† adminiſtrato-
ris, & Vicarij deputati ab Abb.S.Petri, prout
potuit acquiri, *Rot.deciſ.623. num.2. part.2. rec. dec.166. num.1. deciſ.335. nu. 7. & 18. poſt tract. Moderni Peruſ.mandat.* quia pariter per ipſum
11 officium retinetur † etiam mutato officiali *ex alleg. per modern. de manut.obſeru.55. numer.92. & 94.*
Et per conſequens mandatum de manute-
nendo conceſſum Don Nepotiano eo ipſo,
quod probat illius poſſeſſionem probat poſ-
12 ſeſſionem monaſterii, † vel officij,reuocato-
que ad clauſtrum Don Nepotiano ſuffraga-
tur Don Hyeronimo eius ſucceſſori ad effe-
ctum, vt nomine Monaſterij, vel officij obti-
nere poſſit ſimilē manutentionē, *Innoc.in cap. cum ſuper num.4. de cauſ.poſſ. & propter ibid.Hoſt. ſub num.9.Io. Andr.num.6. Natt. conſ.562. nu.10. & ſeqq. Pariſ.conſ.24. num. 7. libr.1. Caputaq. deciſ.182. num.9. par.3. Seraph.deciſ.1417. num. 3. Coccin.dec.490. num.2. Rot.dec.1. num.1. reſt. ſpoliat.in nou.d.dec.335. num.18. poſt tract. de manut.* & in terminis de cappellanis manualibus,*fuit. deciſum in Salamantina ſtipendiorum 16. Iuanuarij 1606. coram bon.mem.Card.Horatio Lancellotto relata in Ceſaraugustana diſtributionum 13.Iunij 1636 coram bon.mem.Coccino, quæ eſt dec.308. numer.6. part.7.recent.*

Et ita deciſum informante tantum Don Hyeronimo; altera tamen parte pluries citata.

ROMANA ALIMENTORVM.

Lunæ 5.Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Alimenta futura debentur à die,qua fuerunt petita, & à qua die petita intelligantur? plenè in deciſione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Ad alimenta futura conſequenda officio Iudicis, non requiritur libellus, ſed ſufficit qualis qualis petitio ex quâ pars. Et Iudex dignoſcere poſſit, quid proponatur, & qualis qualis petitio ad hunc effectum, ex quibus deſumatur num.3.*

2 *Alimenta adeò ſunt priuilegiata,vt Iudex ſuum officium interponere valeat etiam non requiſitus.*

4 *Reus quando negat ſimpliciter narrata, prout narrantur, ſed vltrò Ius ſibi debitum deducit, dicitur excipiendo petiiſſe, & exceptio eſt loco libelli.*

5 *Quicquid ſit vbi formalis petitio requiritur. Caſtrens* in l.amplius num. 1. verſ. per ſolam ff.rem ratam haber. *quo caſu loquatur, ibid.*

6 *Exceptio ad vnum finem oppoſita,ad alium non prodeſt.*

7 *Proteſtatio ſemper interpretrari debet, vt ſit magis proficua proteſtanti.*

8 *Proteſtatio fauore alimentorum latè intelligi debet in vtilitatem proteſtantis.*

9 *Intimatio etiam in caſibus, in quibus acquiritur, ſufficit quod ſola ſcientia concurrat.*

10 *Scientia proteſtationis factæ contrà aliquem, ex quibus deſumatur, & num.11.*

12 *Scientia in actis iudicialibus facilius præſumitur.*

13 *Proteſtatio generalis* ſaluis quibuſcumque exceptionibus &c. *ad omnes exceptiones refertur.*

14 *Relatio fit ſemper ad proxima.*

15 *Iudex dicitur peruertere ordinem Iudicii, ſi decernit examen Teſtium reſeruatis exceptionibus, ac proteſtationibus, quæ ante examen præcedere debent.*

16 *Alimenta, vt debeantur à die petitionis ſatis eſt fuiſſe aliquando petita, nec aliquid vſquam fuiſſe actum contrarium petitioni.*

17 *Et talis petitio ſemel reſeruata Iudice, & parte conſentiente vlterius repeti non debet.*

18 *Alimenta præterita, quando remiſſa non cenſeantur.*

DECISIO LXXXII.

QVIA in deciſione emiſſa ſub die 4. Decēbris proximè præteriti dictum fuit alimenta

mentadeberi à die,qua fuerunt petita, contingit dubitari,à qua die intelligantur petita, & reſponſum fuit petita fuiſſe à die prima Iunij 1635.

Tunc enim pro parte Petronillæ reæ conuentæ, ac die 24.menſis præcedentis citatæ ad dicen. contra articulos, & videndum committi Notario examen Teſtium, receptionemque iuramentorum fuit inter alia excipiendo oppoſitum non poſſe ad prędicta procedi, niſi ſibi præſtitis alimentis, idemque repetitum ſub die 9.eiuſdem menſis Iunij, & ad
1 effectum conſequendi alimenta futura † officio Iudicis, vt in caſu noſtro non requiritur libellus, ſed ſufficit qualis qualis petitio, ex qua pars, & Iudex dignoſcere poſſit,quid proponatur, *Surd. de alim. tit.3. quæſt.9. num.12. & ſeqq. tit.8. priuil.2. ſub nu.4. Pont.eod.tract. cap.19 num.1. inter tract. diuerſ. to.1.fol.455. Aſin.in praxi*
2 *cap.3.caſ.48.* adeò alimēta † ſunt priuilegiata,vt deſuper Iudex ſuum officium interponat, etiā non requiſitus *l. diui vbi Alex.nu.7.ff.ad l.Falc. Rip.in l.4.num. 26. ff.damn. in fect. Cordub. in l. ſi ſi quis à liberis §.vtrum. num.11.ff. liber. agnoſc. Surd.de alim. d.tit.3. priuil.4.nu.1. in fin.& nu. 2.*
3 Quæ ſanè qualis qualis petitio † ineſt procul dubio dictis proteſtationibus, quia conſtituebant aduerſarios in mala fide, & ſuggerebant Iudici Petronillam indigere alimentis,eique deberi, & quando reus † non negat ſim-
4 pliciter narrata, prout narrantur, ſed vltrò ius ſibi debitum deducit dicitur excipiendo petiſſe, & exceptio eſt loco libelli, *Ant. de Butr. in cap. ex conqueſtione num. 15. circ.fin.de reſt. ſpoliat. Bar. in l.exceptiones, quæ perſona §. interceſſionis in fin. ff except. & praſer. Alex. in l. etiam filios §.1. nu.9. verſ. quia exceptio ff.ſol.matr. Pacian. de probat. lib.1. cap.22.nu.42. & cap.59.ſub n.23.*
5 *& 24.* quicquid ſit vbi formalis petitio † requiritur, in quibus terminis loquitur, *Caſtr. in l.amplius num.1.verſ. per ſolum autem ff.rem rat. hab.*

Nec dictæ proteſtationes cenſeri debent factę ad effectum tamen retardandi examen teſtium, itaut ad alium effectum non ſuffra-
6 gentur ex regula, quod exceptio † ad vnum finem oppoſita ad alium non prodeſt, *Rot. deciſ.256.ſub num.3.part.2.recent.* Quia verius, vt magis teneretur ſocer,& maritus præſtare alimenta, voluit mulier, vt nihil fieret in cauſa, niſi illis ſubminiſtratis, & licet occaſionem proteſtandi ſumpſerit à productione articulorum, præſumitur nihilo minus abſolutè dę
7 alimentis proteſtata, prout ſibi † magis proficuum erat, *Bald.in l. eleganter §. ſi quæ poteſt col. antepen. infra med.verſ. & in dubio ff. condit.Indeb. & in l.peremptorias numer.14. Cod.ſent.reſcind.non poteſt Pacian. de probat. lib.1.cap.58, num.69.* &
8 proteſtatio præcipuè fauore alimentorum † latè intelligi debet in vtilitatem proteſtantis, *Alba conſ.347. num.6.*

Eaſdemque proteſtationes innotuiſſe Iudi-
9 ci, & parti, quod ſatis eſt etiam, in † caſibus, quibus intimatio requiritur, *Alba conſ.281.n.5 & conſ.560. ſub n.32. verſ. reſpondetur Alex.conſ. 27.nu.2.lib.6. Rota in Romana Societ.officiorum ſi. 1000. 5.Iulij 1627.coram Reuerendiſs. D. meo De-*
10 *cano* apparet, † quia ſucceſſiuè die 26. Iunij Pallauicini aduerſarii citarunt Petronillam ad viden. mandari procedi ad vlteriora, ſaluis quibuſcumque alijs prætenſis ipſius exceptionibus, mentio enim, & præſeruatiua exce-
11 ptionum demonſtrat ſcientiam indiuiduam exceptionis alimentorum non multo antè per Petronillam oppoſitæ ex traditis ab *Alex. conſ.39. num.6. verſ. vnde probato lib. 2. conſ.113. num.17. lib.6. Aym. conſ.193. num.7. verſ. idque ſi probaretur Surd.dec.265. num.44. & 45. Rimin. Iun.conſ.262.num.41. Rot. Bonon. dec.145.nu.18* præſertim quia in actis iudicialibus ſcientia fa-
12 cilius præſumitur, *Scacc. reſponſ. vnic. poſt tract. de re iudicata num.43. in fin. Put. deciſ.109. num.4. lib.2. in corr. Rot.dec.409. numer.3. part.3. recent.*

Neque huſmodi præſeruatiua referri debet ad exceptiones oppoſitas die 24.Maij, in quibus non agitur de alimentis potius, quam ad alias adductas dictis diebus prima, & 9. Iunij alimentorum petitionem, vt ſuprà continen-
13 tes,tum quia concepta eſt † per verba vniuerſalia, & prægnantiſſima ibi, *ſaluis quibuſcunque alijs prætenſis exceptionibus*, & propterea ad omnes refertur *Berou.conſ.64. ſub nu. 42. ibi & verbis generalibus lib.2. Giouagn. conſ.66.nu.11.lib.1. conſ.43. num.10.lib.2. Rot. dec.225. num.3. par.2. recent.& in Tiburtina fideicommi. 27. Iunii 1640. coram Illuſtriſs. D. meo Patriarcha Panzirolo.*

Tum etiam,quia exceptiones diei 24.Maij remotiores ſunt aliæ verò diei 1.& 9. Iunij
14 proximiores, & regulariter reſeruatio, † ſeu relatio fit ad proxima *gl. in l.1.verb. verb. dotis nomine ff.legat. præſtan. Corn. conſ.97. num.2.lib.1. Ruin.conſ.64. num.6. lib.3. Rot. dec.666. num. 1. par.1.diuerſ.dec.384. nu.4.coram ſan.me.Greg.XV. deciſ.175. nu.9. part.7.recent.*

Quin imò præſeruatiua cadere non potuit, niſi ſuper his exceptionibus menſis Iunij cū enim illę diei 24.Maij contineant, *quod articuli non admittantur niſi cum clauſula ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, & ad examen non deueniatur, niſi præuijs intimationibus, quia intendit dare interrogatoria,& conducere interpretem, & præuia ſpecificatione materiarum,& cognominum teſtium, nec non iurato de calumnia,* quæ omnia iuxta ordinem iudicii præcedere debent examen, Iu-
15 dex peruertiſſet ordinem iudicij † deueniendo ad examē dd.exceptionibus reſeruatis, *Hoſt. in cap.cum contingat num.15.de offic.de leg.quem ſequitur ibid. Felin. ſub num.18. verſ. credo, qui iſta ex text. in cap. ſuſpicionis eod. tit. cap.iuris ordinem de for. comp. Abb. conſ.14.ſub n.2. & 4.lib.1. Gramat. dec.65. num.84. Pacian.de prob. lib.1. cap.58. num.53.*

Non obſtat quod deindè per 4. annos Petronilla nuſquam alimenta petierit, quodque d.anno 1639. receperit abſque aliqua reſeruatione ſcut.20. pro menſe Iunij dicti anni,quia
16 vt debeantur à die petitionis † ſatis eſt fuiſſe aliquando petita, nec aliquid vſquam fuiſſe actum contrarium petitioni, quæ cum fuerit reſeruata in ipſo actu examinis Teſtium vtra-
17 que parte, & Iudice conſentiente † vlterius repe-

repetitioni debuit, *Put.dec.34. num. 3. lib. 2. in corr.cum alys alleg. à Gratian.diſc.981. num.42.& & 43.* receputa enim dictorum ſc. 20.facta fuit à Patruo Petronillæ,in cuius præiudicium nō potuit alimenta præterita remittere, nec talis
18 remiſſio † deduci poteſt ex ſimplici quietantia prò ſumma ſoluta *Aret. in §. ſi minus num.2. inſt.act. Bart.in l. ſi cum dos num.2. ff.rerum amot. Caſtr. in l. Lucius §.fin. numer. 2.ff. ad Treb. Surd. conſ.224. num.4.*

Et ità deciſum vtraque parte informante.

ROMANA CONCORDIAE.

Veneris 9. Maij 1642.

Argumentum deſume ex Summarijs.

1 *Tranſactio omnes prætenſiones præcedentes extinguit.*
2 *Omnia in tranſactione contenta ſemper firma manere debent.*
3 *Obligatio quando eſt pura, liberatio quoque pura eſſe debet.*
4 *Conditio impoſſibilis vitiat liberationem.*

DECISIO LXXXIII.

PROPOSVI, dubium An & quid ſit implendum, quod dubium reſtringitur ad promiſſa in tranſactione, quia, quæ præ-
1 ceſſerant abolita,ac terminata fuerunt† per trāſactionem, *cap.1. extrà de tranſact. Bald. ſuper rubr. extrà eod. tit.numer.8. Iaſ.in l.fratris numer.1. Cod.eod. Rot. dec.125. numer. 12. par.5. recent.* &
2 quæ ibi continentur, † ſemper firma manere debent, vt inquit, *Iuris conſult. in l.1. in fin. ff. ad Tertull. Iaſ. in l.ſub prætextu la 1. num.2. Cod. tranſact. Card.Mant.de tacit.lib.26. tit. 7.ſub.n.4. Surd.deciſ.266. num.12. Rot. deciſ.113. numer. 3. par.5. recent. & coram bon. mem. Buratt. dec.464. num.7.* Alia verò, quæ diſponuntur in chirografo Sanctiſſimi Domini Noſtri nuper edito ſuper venditione Caſtri Rocchæ Gurghæ ſunt alterius inſpectionis.

Stricte igitur ad tranſactionem Domini dixerunt non fuiſſe prò parte Dominorum de Caetanis adimpletum, quoad cenſum illorum de Peruſchis, promiſerant enim liberare dictum cenſum, quoad ſortem principalē ſcut.3700. *dalle moleſtie, e da ogni raggione, ò pretenſione,che vi hà,ò poſſa hauere,e pretendere il Sig. Pietro Rapaccioli per occaſione della vendita fattali dal già Signor Proſperò Gaettano*, prò cuius promiſſionis implemento exhibuerunt conſenſum, & liberationem reportatam à Petro per hæc verba. *Quindi è, che volendo io ſudetto Pietro caminare &c. libero detto cenſo per detta rata di detti ſcut.3700. da qualſiuoglia attione, e pretenſione, che io vi haueſſe, ò poteſſe hauere. E queſto lo faccio &c. con queſto però, che queſto mio conſenſo, e promeſſa habbia luogo, & effetto ſolamente, quando li Sig. Aleſſandro, e Chriſtofaro habbino l'attual poſſeſſo del caſtello di Rocca Gorga datoli,ò promeſſoli in detta concordia.*

Nec verò liberatio huiuſmodi collata in tempus, quo Caietani cæpiſſent poſſeſſionem caſtri promiſſi in concordia celebrata cum Domino Fabio à Cornea, ſatisfacit obligationi puræ eorumdem de Caietanis de liberando cenſum, vt ſuprà, ſed ſicuti pura erat
3 obligatio, † itidem pura eſſe debuit liberatio *Bart.in l.ſi ſoluturus num.5. & ibid. Caſtr. num. 4. ff. de ſolut. Bald. in l. acceptam num.24. in fin.Cod. de vſur. Alex. conſ.78. num.29. verſ. quinto, quia & num.ſeq. lib.5. Ruin. conſ.119. numer.11. lib.5. Rot. coram ſan. mem. Greg.XV. dec.505. nu.9. & coram Buratt. dec.429. num.1.*

Præſertim,quia Caietani vigore dictæ concordiæ non poterant capere poſſeſſionem Caſtri Rocchæ Gurghæ, niſi poſtquam liberaſſent cenſum, de quo agitur à prætenſionibus Petri Rapaccioli,& ſic liberatio Petri,vt ſuprà concepta confertur in euentum impoſſibilem cum repugnet principijs naturalibus, quod appræhenſio poſſeſſionis caſtri, quę iuxtà concordiam eſt effectus liberationis cenſus à prętenſionibus Petri,præcedat prioritate temporis ſuam cauſam, nempè d. liberationem vt benè animaduertit deciſio emanata in hac cauſa de anno 1635.*coram Illuſtriſs. Domino meo Patriarcha Conſtantinopolitano,*& benè applicatur
4 concluſio, quod conditio impoſſibilis† vitiat liberationem *gloſſ. fin.in l. cum donationis Cod. tranſact. Rom. in l. impoſſibilis num. 1. ff. de verb. obligat. Ang.in §.ſi impoſſibilis num.1. inſtit. de inutil.ſtipulat. Card. Mant. d.tac. lib. 14 tit.38. num.6. alijs alleg. per Reuerendiſs. Vrgellen. in tract. condit. & mod impoſſibilibus par.2. cap.1. num.105.*

Et ita deciſum vtraque &c.

ROMANA DOMVS.

Veneris 9.Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Identitas rei probanda eſt à Domino directo agente ad deuolutionem per euidentes probationes, nec ſufficiunt demonſtrationes æquiuocæ, & quæ alijs bonis conuenire poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus agens ad deuolutionē tenetur probare identitatem rei per euidentes probationes, & num.9.*
2 *Verbum* propè *non verificatur in loco remoto, ſed denotat immediatam contiguitatem.*
3 *Ad identitatem probandam non releuant confinia, quæ alijs bonis conueniunt.*
4 *Domus ſi alteri domui coheret, ei pro confine deſeruit.*
5 *Domus habens portas, & ſchalas, per quas habetur aditus ad aliam domum magnam dicitur annexa, domui magna.*
6 *Identitas non probatur ex vnica demonſtratione.*
7 *Identitas quomodo probanda?*
8 *Teſtes ad probandam identitatem rei emphiteoticæ*

non eſt neceſſe, quod percutiant tempus inueſtituræ quando vis non ſtat in tempore.

DECISIO LXXXIV.

REPROSITA hodiè cauſa ſuper deciſis coram mè ſub die 14. Iunij proximè præteriti, informantes per Franchinis non impugnarunt primam partem deciſionis, ſed alteram circa identitatem Hoſpitaletti, quod verificari in Caſaleno, ſeù ſtabulo locato Rapaciolis firmat deciſio, à qua in hac parte DD. receſſerunt.

Siquidem confinia Hoſpitaletti magis conueniunt ſtabulo locato Domino Marchioni Iuſtiniano, & ſatis eſſet Franchinis illa eſſe æquiuoca, vel incerta cum Capitulo agen-
1 ti † ad deuolutionem incumbat onus probandi identitatem per certas, & ſpecificas demonſtrationes, *Ltitius hæres ff. de action. empt. Alex. conſ. 57. num. 7. Aym. conſ. 293. num. 7. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 12. num. 33. Seraph. deciſ. 869. num. 1. Rot. deciſ. 295. num. 4. par. 1. recent. & in Peruſina Emphiteuſis 17. Februarij 1640. coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Primum inquam principale confine nempè propè domum Franciſci Ruinæ conuenit ſolum d. Stabulo, & nullatenus alteri locato Rapacciolis, inter quod, & domum Franciſci Ruinæ medium eſt ſtabulum Marchio-
2 nis Iuſtiniani, nec verbum † *propè* verificari poteſt in loco remoto, ſed denotat immediatam contiguitatem Hoſpitaletti cum dicta Domo, vt per *Aretin. in §. quod ſi naturali in principio. inſt. de rerũ diu. Bart. in tract. Tiberiadis par. 2. de inſul. verſ. propè ripam Boer. deciſ. 51. numer. 15. Cened. ſing. 81. num. 8. Barboſ deciſ. 291. num. 2.*

Domus Pauli Iuenci, quæ eſt alterum confine Hoſpitaletti confinis eſt Stabulo locato Rapacciolis, & Stabulo Marchionis Iuſtiniani, nec proindè inſeruire poteſt proba-
3 tioni identitatis, ad quam probandam † non releuant confinia, quæ etiam alijs bonis conueniunt, *Bart. in l. demonſtratio num. 15. in fin. ff. cond. & demot. Bald. in l. hac conſultiſſima nu. 5. in fin. C. qui teſtamenta facere poſſunt Ruin. conſ. 149. num. 3. lib. 1. Alex. conſ. 73. num. 7. verſ. plus dicit lib. 3. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 12. num. 24. & ſeqq. Seraph. deciſ. 1137. num. 2. Cauall. deciſ. 578. num. 1.* Immò cum domus de Iuuencis in maiori latitudine cohæreat Stabulo Marchionis
4 illi potius pro confine † deſeruit *ad tradita in deciſ. 295. ſub num. 8. par. 1. rec.*

Stalletta cum diſcoperto incorporata domui magnæ illorum de bellis hominibus aſſignata pariter pro confine Hoſpitaletti non probatur, quod ſit membrum diſtinctum, ac ſeparatum a ſtabulo locato Rapacciolis, &
5 cum hoc ſtabulum habeat † portas, & ſchalas, per quas habetur aditus ad domum magnam illud quoque dicitur annexum, & incorporatum domui magnæ *iuxta tex. in l. prædijs 89. §. balneas verſ. qui domum ff. de leg. 3. Io. de amicis conſ. 4. num. 7. Soc. iun. conſ. 61. num. 4. lib. 1. Giouag. reſponſ. 33. num. 25. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 95. num. 9. Rot. in Romana Stantiarum ad ſcalas Sanctas 9. Maij 1622. coram Reuerendiſs. D. meo Merlino Decano*, adeò quod eo ipſo, qua ſtabulum Marchionis cohæret ſtabulo locato Rapacciolis dicitur cohærere Stallettæ, & diſcoperto incorporato domui magnæ. Et in om-
6 nem caſum hæc vnica demonſtratio † non ſufficeret ad probandam identitatem, *Bart. in d. l. demonſtratio num. 14. Aret. in cap. cum cauſam num. 22. & 23. de probat. Crotus conſ. 34. ſub n. 17. lib. 1. Rot. dec. 160. num. 6. par. 1. recent.* eo minus ſtante diſcrepatione principalis confinij Domus de Ruinis.

Tandem via publica vtrique ſtabulo conuenit. Menſura verò cannarum 16. & palmorum 38. enunciata in inſtrumento inueſtituræ benè adaptatur ſtabulo Marchionis detractis muris ædificatis poſt locationem, prout patet ex relatione Periti, vel ſaltem, neque adamuſſim conuenit alteri ſtabulo.

Accedunt Teſtes annoſæ ætatis deponentes, quod caſalenum nuncupatum, lo Hoſpitaletto eſt hodiè ſtabulum locatum Marchioni
7 Iuſtiniano, qui eſt modus † probandi identitatem, *Bart. tract. teſtimon. nu. 28. verſ. hanc eamdem rem Ruin. conſ. 115. nu. 10. verſ. 2. de identitate lib. 5. Rot. dec. 131. num. 5. par. 1. recent.* nec refert quod Teſtes non percutiant tempus inueſtitu-
8 ræ, quia hoc neceſſarium non eſt; † quando, vt in caſu noſtro vis non eſt in tempore, *Farinacc. de teſtib. quæſt. 47. num. 174.*

Quarè ſiuè attendantur teſtes, ſiuè confinia deſcripta in Inſtrumento inueſtituræ cum ſaltem ſint æquiuoca, & alterum eorum, nempè domus Franciſci Ruinæ omnino diſcre-
9 pat nullatenus Capitulum probauit † identitatem Hoſpitaletti cum ſtabulo locato Rapacciolis, vt debuit ex ſupra allegatis.

Et ità deciſum vtraque parte informante.

LAVRETANA PRAEDII.

Lunæ 12. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Simulationis ſuſpicio ſemper ceſſat, quoties cõſtat de præexiſtenti cauſa obligationis quo caſu coniecturæ, quæ alias ad probandam ſimulationem ſufficerent, tanquam irreleuantes non attenduntur, & ſigillatim in deciſione reſpondetur coniecturis ad ſimulationem arguendam deductis.

SVMMARIVM.

1 *Solutiones in parte vera, in reliquis vera præſumuntur.*

2 *Simulationis ſuſpicio ceſſat, conſtito de præexiſtenti cauſa obligationis, & itaut etiam coniecturæ, quæ alias ad probandam ſimulationem ſufficerent, euaneſcant, & n. 3.*

4 *Excarceratus data cautione de ſe repræſentando toties quoties ad omne mandatum Domini non cenſetur de delicto abſolutus, cum illud poſſit probari ex indicijs præteritis, vel ſaltim ex nouis.*

5 Te-

5 *Teſtes ad ſimulationem probandam debent eſſe fide digni.*

6 *Inſtrumentis publicis magis creditur, quam teſtibus.*

7 *Teſtes non probant ſimulationem apocæ, ſi eorum depoſitioni repugnant depoſitiones teſtium in apoca ſubſcriptorum, contrarium deponentium.*

8 *Confeſſionis fides ex quibus minuatur?*

9 *Teſtes deponentes præciſa verba confeſſionis alicuius poſt plures annos cum inueriſimile ſit dd. verborum memoriam habuiſſe, fidem non mærentur.*

10 *Simulatio ex poſſeſſione non arguitur, quando conſtat de vera cauſa obligationis.*

11 *Itèm nec etiam arguitur ex ſubſequenti poſſeſſione, quando apoca ex qua ſimulatio deducitur iam habuit ſuum effectum.*

12 *Conſenſus præſtitus locationi rei, ſuper qua quis habet ius redimendi non probat illius poſſeſſionẽ, ſed talis conſenſus cenſetur præſtitus pro ſecuritate conductoris, nè ſequuta redemptione moleſtaretur.*

13 *Accolans debitum in ſe per accollationem debitor euadit.*

14 *Fructus ex pignore percepti imputantur in ſortem.*

15 *Modicitas pretij ex qua deducitur coniectura ſimulationis probanda eſt ab allegante ſimulationem.*

16 Deciſio in Maceraten. Cenſus 15. Februarij 1641. coram Reu. P. D. Rojas, *declaratur.*

17 *Inſtrumenta publica confici, & celebrari nequeunt in diebus Hebdomadæ Sanctæ, ac Paſchatis, ſic diſponentibus Conſtitutionibus Marchiæ.*

18 *Simulatio non arguitur ex coniunctione ſanguinis, quia etiam inter coniunctos licitè contrahitur.*

19 *Exceptio ſimulationis turbida non eſt apta retardare Executionem obligationis Cameralis.*

DECISIO LXXXV.

APOCAE inter Thomam, & Felicem fratres celebrata deciſum fuit ſub die 22. Aprilis 1641. coram me non eſſe dandam executionem, quia obſtabat exceptio ſimulationis ex pluribus in dicta deciſione deductis, à qua repropoſita hodie cauſa Domini receſſerunt.

Vt enim in apocha legitur obligatio Felicis ibi contenta ad fauorem Thomæ emanauit in recompenſam ſcut. 7721. à Thoma ſolutorum de proprio creditoribus Felicis, nec non 178. ratione damni emergẽtis, quod Thomas ob dictas ſolutiones patiebatur; nec paſſus fuiſſet, ſi dictas pecunias in extinctionem proprij æris alieni ſub vſuris currentis erogaſſet: Apparet autem ex publicis inſtrumentis tùm de ære alieno Thomæ ſub vſuris, tùm de ſolutionibus ab eo factis creditoribus Felicis
1 ſaltem in parte, † ex cuius verificatione intrat
præſumptio veritatis reliquarum ſolutionum in apoca enunciatarum, *Socc. conſ. 82. ſub nu. 2. lib. 3. Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 7. num. 6. verſ. ſic ex confeſſione Menoch. præſumpt. 12. numer. 25. & præſumpt. 13. num. 21. lib. 3. Grat. diſcept. 362. nu. 18. Surd. dec. 199. num. 3. & 12. Rot. coram ſa. mem. Gregor. XV. dec. 62. n. 8.*

Et per conſequens conſtito de præexiſtenti
2 legitima cauſa obligationis † ceſſat omnis ſuſpicio ſimulationis, *Bald. in l. et qui num. 2. verſ. nota quod ſi conſtaret Cod. de diſtract. pignor. Dec. conſil. 463. num. 22. Farinac. de ſimulat. q. 164. num. 97. Rota Ianuen. dec. 13. num. 37. verſ. quarto non obſtat, Caputaq. in puncto deciſ. 162. num. 1. par. 3. Caualer. deciſ. 420. num. 5. Greg. XV. deciſ. 195. num. 12. deciſ. 459. num. 7. Rot. in recent. deciſ. 334. num. 12. par. 5.*
3 itaut etiam coniecturæ † quæ alias ad probandam ſimulationem ſufficerẽt euanneſcãt, *Dec. conſ. 648. num. 5. Honded. conſ. 33. numer. 36. & ſeqq. lib. 2. Ciriac. contr. 255. num. 38.* & fuit dictum in *Feretrana prædij 1. Iulij 1641. coram me.*

Nec obſtant duo teſtes de confeſſione extraiudiciali vtriuſque fratris, quod apoca eſſet ſimulata deponentes, quia eorum alter fuit ob crimen falſitatis relegatus extra Statum Eccleſiæ ſub pœna triremium, alter carceratus pro truffa, licèt deindè fuerit excarceratus da-
4 ta cautione † de ſe repræſentando toties quoties ad omne mãdatum Domini quæ demonſtrat ex inditijs præteritis, vel ſaltem ex nouis poſſe delictum probari, *Farinac. de inquiſit. q. 4. ſub num. 25. verſ. limita, & conſ. 59. numer. 29. lib. 1.*
5 Cum tamen ad probandam † ſimulationem requirantur ſaltem duo teſtes fide digni, & ab omni exceptione immunes, *Anchar. conſ. 227. ſub num. 5. col. vlt. verſ. ex iſtis, Ceph. conſ. 325. n. 19. Rot. in Romana dotis coram bon. mem. Card. Sacrato quæ eſt deciſio 170. poſt conſ. Farin. lib. 2. n. 6.*

Eòque minus dicti teſtes probant, quia eorum dicto repugnat veritas cauſæ obligationis probata, vt ſupra ex publicis inſtrumentis,
6 quibus magis creditur, † quàm teſtibus *l. cenſus ff. de probat. gloſ. in cap. 3. loco verbo teſtium eod. tit. Rom. conſ. 319. nu. 1. Caſſan. conſ. 16. num. 1. Rota deciſ. 64. nu. 17. par. 5. rec.* pariterque repugnant
7 atteſtationes † teſtium ipſi apocæ ſubſcriptorum de illius veritate deponentium non obſtante quod exaduerſo requiſiti fuiſſent, quod contrariũ deponerent, vt in Summario Thomæ *num.* 6. quod in terminis aduertit *Anchar. conſ. 227. ſub num. 5. verſ. et Rainaldus*; nec non
8 omnis veriſimilitudo quæ minuit † fidem confeſſionis in puncto *Aret. conſ. 65. num. 2. verſ. et ex præmiſſis Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 35. ſub nu. 21. in fin.* ſiuè attendatur tempus, quo apoca fuit confecta, nempè ipſa die Veneris Sancti, qua Chriſtianorum Religioſa ſinceritas magis elucere ſolet, ſiue tẽpus aſſertæ confeſſionis, quo graues intercedebant inimicitiæ inter vtrumque fratrem, adeòque difficile captu eſt, quod ſimul conuenerint corã teſtibus ad confitendam ſimulationem fauore tantùm alterius ex ipſis, ſiue cauſa quam allegant ſimulationis, nẽpè ad fraudandũ Fiſcum cum neque tunc, neq; poſtea delictũ aliquod fuiſſe à promiſſore patratum conſtet, nec in caſum delicti aduerſus Fiſcum ſuffragari potuiſſet ſola confeſſio Felicis aſſerentis ſe debitorem fratris niſi aliunde debitum iuſtificaretur, ſiue tandem nimia diligentia teſtium in
9 deponendo verba præciſa confeſſionis, † quorum poſt plures annos inueriſimile eſt memoriam habuiſſe, vt ponderauit *Rota dec. 341.*

numer.5. verſ. deponit etiam coram bon. memor. Buratto.

Deſcendendo autem ad coniecturas in alia
deciſione deductas nõ releuat, quod Felix poſt
apocam poſſederit prædiũ ſibi conſignatum
fratri, tum quia ex huiuſmodi poſſeſſione de-
ſumi non poteſt argumentum ſimulationis,
10 quando † vt in caſu noſtro conſtat, veram
fuiſſe cauſam obligationis, vt declarando tex-
tum *in l. ſicut §. ſuperuacuum ff. quib. mod. pignus
vel hypoth. ſoluat. trad. Bart. conſ.65. num.5. & 6.
lib.1. quem ſequitur Alex. conſ.28. nu.13. lib.5.* tùm
quia non probatur poſſeſſio Felicis immedia-
tè, vel ſaltem proximè poſt apocam, vt re-
quiritur alioquin enim, quia apoca ſemel ha-
11 buit effectum † ex ſubſequenti poſſeſſione
tradentis non inducitur aliqua præſumptio ſi-
mulationis *Rom. conſ.394. ſub nu.3. Ciriac. contr.
131. num.37. facit Rim. iun. conſ.33. nu.18. Farinac.
de ſimulat. quæſt.154. num.228. Rot. dec.282. num.5.
verſ. quia vltra quod apud Farinac. poſt conſil. lib.2.*

Tum tertiò quia poſſeſſio Felicis circum-
ſcriptis teſtibus ſupra enumeratas exceptiones
nes patientibus deducitur ex locatione ſemel,
& poſt multos annos à die apocæ factæ à Tho-
ma de mandato Felicis, quod non concludit
12 perneceſſe illius poſſeſſionem, † quia potuit
adhiberi pro iure dominij quod ſibi Felix in
apoca ſuper prædio reſeruauerat, vel ad ſecu-
ritatem conductoris, nè videlicet redimente
Felice prædium iuxta facultatem ſibi in dicta
apoca etiam infra quindecim annos reſerua-
tam conductor pateretur moleſtias, quia alio-
quin pati potuiſſet *Alex. in l. Marcellus §. res quæ
num.5. ff. ad Trebell. Rip. in l. filiusfam. §. Diui n.11.
ff. de leg.1. Caſtr. conſ.247. nu.5. lib.1. Becc. conſ.97.
num.7. Gomez ad leg.40. Taur. ſub numer.84.* & in
propoſito ad idem obiectum ita reſpondit *Rota in Romana diuiſionis 20. Febr. 1639. coram me
§. minus, & in eadem cauſa 10. Iunij 1641. coram R.
P. D. meo Cerro §. nec minus.*

Nec ſubſiſtit in facto, quod affictus fuerint
ſoluti Monialibus Sancti Rocchi tanquam
creditricibus Felicis, quia imò Thomas per
accollationem dicti debiti in inſtrumento di-
13 uiſionis debitor † euaſerat *Rot. apud Cinc. de
cenſ. dec.73. num.15. & dec.547. nu.1. ſecundum vltimam impreſſionem.* Et eſto quod Thomas ve-
niſſet Romam de anno 1636. redditurus Feli-
ci rationem de fructibus perceptis ex prædio
non indè probatur Felicis poſſeſſio, quia po-
tuit fieri ex alia cauſa citra poſſeſſionem Feli-
cis, & ſignanter, quia cum prædium non fuiſ-
ſet aſſignatum in ſolutum, ſed pro ſecuritate
Thomæ tam quoad ſortem ſui crediti, quam
quoad interuſurias potuit à Thoma reddi ra-
tio fructuum perceptorum, vt quatenùs dicta
interuſuria excederent reſtituerentur, vel im-
14 putarentur in ſortem, † prout ſolent fructus
pignoris, *leg.1. C. de pignorat. act. cap. conqueſtus de
vſur. Natt. conſ.535. num.3. Surd. conſ.194. num.10.
& ſeqq. Rot. dec.43. num.2. par.1. diuerſ.* omniſque
interpretatio ſumenda eſt ad excludendam ſi-
mulationem, *Iaſ. conſ.153. num.14. lib.2. Rimin.
iun. conſ.345. num.44. Menoch. conſ.422. nu.4. & 5.
Ciriac. contr911.131. n.45. & ſeqq.*

Modicitas pretij ex qua deſſũmebatur altera
coniectura ſimulationis non probatur, prout
15 probanda eſſet ab allegante † ſimulationem
*l. cum propria, & ibi gloſ. verb. docenti Cod. ſi quis
alteri, vel ſibi Bella. practic. in l. multum intereſt in
princ. verſ. ſed pone Cod. eod. Menoch. præſumpt.125.
num.2. lib.3. Buratt. deciſ.141. n.4.* & contrarium
teſtantur coloni eiuſdem predij Summario
Thomæ *num.9.* Confirmaturque ex alijs ſcri-
pturis traditis in dicto Summario *numer.10.
& ſeqq.*

Quod apoca non remanſerit apud Tho-
mam, ſed conſignata fuerit tertio conduceret
ad probationem ſimulationis, ſi cauſa ſi-
mulandi, & aliæ coniecturæ concurrerent,
prout concurrebant in *Maceraten. cenſus 15.
Februarij 1641. coram Reu. P. Domino meo Rojas,*
16 in quá † præterea agebatur de apoca confe-
cta fauore ſolius creditoris; at in caſu noſtro
apoca reſpicit commodum nedùm Thomæ,
ſed etiam Felicis, tam quia ipſi reſeruabatur
dominium prædij, quam propter facultatem
reluendi prædium infra quindecim annos vn-
de mirum non eſt ſi ad ſecuritatem vtriuſque
fratris apoca conſignata fuerit tertio, qui erat
vtrique fratri coniunctus donec deſuper pu-
blicum inſtrumentũ conficeretur, quod con-
17 fici tunc non poterat † cum eſſent dies feſtiui
Hebdomadæ Sanctæ, & Paſchatis Reſurrectio-
nis ſic diſponentibus Conſtitutionibus Mar-
chiæ *lib.6. cap.23. vt not. Scac. de Iudic. lib.2. cap.5.
num.111.* Illis autem nondum elapſis Felix à
Patria diſceſſit.

Remanet itaque ſola coniunctio ſanguinis,
quæ de per ſe ſimulationem non arguit, quia
18 etiam inter coniunctos licitè contrahitur,
*l. ſi totas ff. de inoff. donat. Bart. in l. poſt contractum
ſub nu.3. verſ. aliàs ſola proximitas ff. de donat. Bald.
in l. quod autem §. ſi tibi maritus num.2. ff. de donat.
int. vir. & vxor. Mant. de tacit. lib.13. tit.35. num.21.
Buratt. dec.365. n.6.*

Ex quibus deciſum fuit coniecturas pro ſi-
mulatione deductas non releuare, magiſque
attẽdendã veritatẽ cauſæ quæ illas aut euertit,
aut ſaltim debilitat vnde fit, vt exceptio ſimu-
19 lationis tamquam turbida † non ſit apta retar-
dare executionem apocæ obligatione Came-
rali munitæ, *Zacch. de oblig. Camer. quæſt.18. nu.1.
& ſeqq. Rot. diuerſ. dec.123. num.11. par.2. dec.150.
n.14. inter impreſſ. apud Zacch. d. tract. & dec.308.
n.5. par.5. recent.*

Et ita &c. vtraque &c.

FIRMANA PENSIONIS

Lunæ 12. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria etiam in prophanis denegatur, quã-
do vehemens calumniæ præſumptio concur-
rit, quamuis articuli ſint releuantes, & ex qui-
bus calumniæ ſuſpicio reſultet? quænam one-
ra, ſiue expenſæ non ſunt deducendæ ex va-
lore beneficij?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria denegatur etiam in materia prophana, quando adeſt vehemens præſumptio calumniæ.*

2 *Amplia quamuis articuli ſint releuantes.*

3 *Remiſſoria in gradu restitutionis in integrum denegatur ex qualibet leui ſuſpicione calumniæ, quæ ad hunc effectum ſufficit.*

4 *Remiſſoria dicitur calumnioſe prima ſi lis per plures annos fuit agitata; & teſtes commodè examinari potuerunt, vnde intrat præſumptio quod ſolum petitur ad defatigandam partem longiori litigio.*

5 *Remiſſoria denegatur, ſi illam petens iam examinauit teſtes, nam præſumitur elegiſſe meliores, & magis informatos.*

6 *Remiſſoria concedenda non eſt ſub prætextu repetitionis teſtium nulliter examinatorum, quando vis non ſtat in validitate examinis, ſed in irreleuantia depoſitionis, nam alioquin eſſet melioris conditionis, qui teſtes nulliter examinari curauit, quam qui validè.*

7 *Remiſſoria denegatur ſi in alijs inſtantijs Teſtes fuerunt examinati eorumque dicta didicita mediante transportatione actorum coram alio Iudice quæ vim habet publicationis, cum præbeat vtrique parti anſam perſcrutandi dicta teſtium.*

8 *Remiſſoria denegari ſolet, quando adeſt timor ſubornationis Teſtium tam ſuper ijſdem, quam ſuper articulis directo contrarijs, ſiue pars didicerit teſtificata ſua, ſiue teſtificata aduerſarij.*

9 *Negatiua valoris beneficij probari nequit, ſi non omnia bona beneficij articulata fuerunt.*

10 *Teſtes ſuper valore ſpecificè deponentes præferuntur alijs confusè, & in genere deponentibus.*

11 *Poſſeſſio bonorum Eccleſiæ probatur in antiquis ex libro Cataſtri Eccleſiæ, præſertim quando non probatur alium neminem bona inibi deſcripta poſſidere.*

12 *Teſtes non admittuntur ad probandum id, cuius contrarium conſtat per ſcripturas.*

13 *Valor fructuum regulariter non attenditur de tempore meſſis, quia fructus tunc vilius venduntur, ſed quanti communiter vendi ſolent, habita ratione temporis ſaltim medij.*

14 *Ex valore beneficij non eſt deducenda expenſa factoris tanquam voluntaria.*

15 *Viſitatio poſterior ſemper attendi debet.*

16 *Ex valore beneficij deducendum non eſt onus retinendi duos Capellanos quando adimpleri poteſt per vnum tantum.*

17 *Salarium Capellani taxari debet iuxta ſolitum Eccleſiæ, nec attendi debet ſolitum aliarum Eccleſiarum.*

18 *Expenſæ ordinariæ, & neceſſariæ tantum deducendæ ſunt ex valore beneficij.*

19 *Incongruam Rectoris quænam ſunt computanda?*

20 *Valor beneficij quoad incerta, & extraordinaria emolumenta attendi debet de tempore reſeruationis penſionis.*

21 *Voluntas magis ex facto, quam ex verbis declaratur.*

22 *Remiſſoria concedi non debet ad probandum actus iudiciales, cum probari poſſint per illorum exhibitionem.*

23 *Remiſſoria non conceditur ad probandum id, quod contrarium apparet ex publicis inſtrumentis.*

DECISIO LXXXVI.

POSTQVAM per tres ſententias conformes in iudicatum tranſactas reuocatorias primæ ad fauorem Lamponij titularis non expectatis Pauonij penſionarij probationibus latæ pronunciatum fuit, reſeruationem penſionis eſſe validam, idemque deciſum in Rota in gradu reſtitutionis in integrum à titulari obtentæ; titularis produxit plures articulos, petijtque deſuper ſibi concedi remiſſoriam, quam Domini denegandam cenſuerunt præuia diſputatione dubij coram Reuerendiſſimo D. Merlino Decano, quo vita functo ante extenſam deciſionem, mihi in hac cauſa ſubrogato eiuſdem extendendæ munus demandatum fuit.

Denegatur enim remiſſoria etiam in ma-
1 teria prophana † quando adeſt vehemens præ-
ſumptio calumniæ, *Caſſad. deciſ. 3. de dilat. Seraph. dec. 1460. num. 1. Greg. XV. dec. 48. num. 7. Rota recent. dec. 134. num. 2. par. 2.* quamuis articuli eſ-
2 ſent † releuantes, *Seraph. dec. 1460. num. 1. Rota dec. 235. num. 6. par. 5. recent. & in Anconitana cenſuum 26. Ianuarij 1635. coram bo. me. Merlino.* Imò cum verſemur in gradu reſtitutionis in inte-
3 grum quælibet † leuis ſuſpicio calumniæ ſufficit *Seraph. deciſ. 1308. ſub num. 1. verſ. non obſtat Add. ad Greg. XV. dec. 276. ſub n. 7. in fin.*

In caſu autem noſtro, quia integro nouen-
4 nio quo lis acerrimè diſcuſſa fuit, † & Lamponus neceſſarias ſibi eſſe nouas probationes agnoſcere potuit, ex quo per tres ſententias ſuccubuit, nuſquam tamen remiſſoriam petijt, prout facile petere potuiſſet calumnioſè viſa fuit hodie peti ad defaticandum penſionarium longiori litigio, ac diſpendio, & ad euitanda fundamenta deciſionis de anno 1641 coram bon. mem. Merlino emiſſę, prout in eiſdem terminis calumnioſam remiſſoriæ petitionem *dixit Caputaqu. deciſ. 63. nu. 1. par. 3. Put. deciſ. 195. lib. 1. in corr. Mant. dec. 61. num. 5. Rot. dec. 712. num. 5. par. 1. recent. dec. 235. nu. 9. par. 5. & in Cremonen. penſionis 4. Maij 1635. coram bon. memor. Coccino.*

Eò magis, quia Lamponus non contentus iudicio ciuili vexauit Pauonium etiam criminaliter, & in iudicio criminali 20. ferè teſtes
5 induxit, † & præſumitur elegiſſe meliores, & magis informatos *Rot. deciſ. 211. numer. 6. coram Greg. XV. dec. 23. n. 2. & 3. coram bo. me. Buratt. dec. 454. ſub n. 1. dec. 462. n. 2. & 3. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* Nec tamen per eos ſuam intentionem probauit, ollo quod illud examen haberetur pro valido, itaut neque poſſit peti eo-
6 rumdem teſtium repetitio † ſub prætextu, quod in iudicio criminali fuerint nulliter examinati, quia vis non ſtat in validitate examinis, ſed in irreleuantia depoſitionis, & alioquin melioris eſſet conditionis qui teſtes examinari curauit nulliter quam qui validè, vt in ſpecie aduertit *Rot. in Pacen. Collegij 1. Iulij 1639 coram R.P.D. meo Rojas.*

Et ampliùs quia in alijs inſtantijs fuerunt examinati teſtes, eorumque dicta didicita
7 mediante † tranſportatione actorum coram

alio Iudice quæ habet vim publicationis cum
præbeat vtriq; parti commoditatem perſcru-
tandi depoſitiones teſtium, *Rot.coram ſan.mem.
Greg.XV.dec.583.num.2.verſ.non enim, & in Al-
banen.confinium 22.Apr.1622.coram bon. mem. Pi-
rouano, Cremonen. penſionis 4.Maij 1635.coram bo.
memor. Coccino, Camerinen.penſionis 4.Maij 1640.
coram me,* adeòque daretur anſa ſubornationis
teſtium, ad quam euitandam remiſſoria tàm
ſuper ijſdem articulis, quàm directo contra-
8 rijs denegari ſolet † ſiuè pars didicerit teſtifi-
cata ſua, ſiue teſtificata aduerſarij, *Auth. at qui
ſemel in princ. vbi gloſ. in verbo didicerit, & Bart.
numer.22. Cod. probat. Butr. in cap. fraternitatis ſub
num.14. verſ. in quantum dixi de teſtibus Farin. de
teſtib. quæſt.75.num.68.& ſeq. Rot.dec.41.num.1. &
ſeqq. par.7.rec.*

Sed præterea articuli ſunt irreleuantes, quia
Lamponus non articulauit, omnes terras Ec-
cleſiæ ex quibus percipiuntur fructus, ac de-
cimæ, nec annuum redditum ſcutorum 40.
prouenientem ex prato recens recuperato,
nec cenſus, ac decimas conſiſtentes in pecu-
9 nia, quibus omiſſis † impoſſibile eſt † probari
negatiuam valoris exaduerſo aſſumptam ad
textum in *l. ſi is qui ducenta §. vtrum ff. de rebus
dub. Alex. conſ.72.num.2.lib.2. Aym. conſ.809. ſub
numer.4.*

Et ex abundanti deſcendendo ad ſingulos
articulos non releuat primus, & ſecundus de
ſolito Curij anteceſſoris in hac Plebania mu-
tuandi frumentum, illudque poſtea in actu
exactionis miſcendi cum frumento, quod ex
bonis Eccleſiæ recolligebat, quia teſtes Pen-
ſionarij deponunt, quod deinde cum in hor-
reo reconderetur diſtinguebatur quātitas exa-
cta à recollecta, cumque hi teſtes ſpecificè, ac
10 diſtinctè † deponant præferendi eſſent teſti-
bus aduerſarij ſuper prædictis articulis confu-
sè, & in genere conceptis deponētibus *Innoc.
in cap. auditis ſub num.4. de præſcript. Bald. conſ.69.
ſub num.1. lib.5. Alex. conſ.150.num.17.lib.5. Aym.
conſ.94.num.3.& conſ.262.num.2.& 3.*

Tertius, & quartus continentes negatiuam
aliarum terrarum, ac decimarum repugnant
ſcripturis, hoc eſt libro Cataſtri Eccleſiæ, quia
11 cum † nemo alius bona ibi deſcripta poſſide-
re probetur, probat Eccleſiæ poſſeſſionem
ſaltem in antiquis, *Socc. conſ.25. ſub num.5. &
per tot. lib.2. Stracc. conſ.11. num.10. Menoch. de re-
tin. remed.3.num.570. cum alijs allegatis à Moderno
Patauino de ſcriptura priuat. lib.5. quæſt.3. numer.8.
& ſeqq.* taliſque probatio prævalet teſtibus qui
12 proindè non admittuntur † ad probandum
id cuius contrarium conſtat per ſcripturam,
*Aegid. deciſ.9. numer.1. Seraph. deciſ.1460. numer.3.
Rota deciſ.859. ſub num.1. par.2. recen. dec.135.n.3.
par.4.* Nec ſubſiſtit, quod dicitur, olim fuiſſe
articulatas à Penſionario eaſdem terras, quæ
hodie exaduerſo articulantur, quia articuli pē-
ſionarij non ſunt coarctati, & habent dictio-
nes vniuerſales comprehenſiuas aliarum ter-
rarum, vt patet ex lectura.

In quintò articulatur pretium frumenti de
tempore meſſis, quod regulariter non atten-
13 ditur † ad probationem valoris fructuum,
quia tunc viliùs venire ſolent, ſed æſtimantur
quanti communiter vendi ſolent habita ra-
tione temporis ſaltem medij, vt notant *Doct.
in l. pretia rer. ff. ad leg. Falc. Boer. deciſ.68. num.6.
Affl. deciſ.38. numer.5. & ſeqq. Eſcobar. de ratiocin.
cap.17.num.21.& 22. Rota in Nepeſina Tutelæ 18.
Febr.1630. coram bon mem. Merlino.*

14 Expenſa factoris narrata † in ſexto non re-
leuat, quia eſt voluntaria, & vnica ferè heb-
domada decimæ exiguntur, *Caualer. deciſ.462.
num.2. Add. ad Greg. XV. deciſ.245. ſub numer.12.
verſ. eadem ratione.* Prout nec in 13. articula-
tum onus retinendi duos Capellanos, quia ex
actu viſitationis de anno 1592. exaduerſo pro-
ducto apparet vnicum tantum conduci de-
buiſſe, licèt in viſitatione anni 1561. duos
conduci demandatum fuiſſet, eo quod tunc
aberat Plebanus, & in omnem euentum po-
15 ſterior viſitatio † deberet attendi, *Caſtr. conſil.
278.num.1.lib.2. Menoch. præſumpt.38. numer.31.
lib.6.* Maximè quia non probatur neceſſitas
16 ſeruitij duorum Capellanorum, † & quamuis
extent duæ Eccleſiæ annexæ huic Plebaniæ,
nempè Sancti Angeli, & Sanctæ Crucis in il-
lis adimpletur totum ſeruitium per celebra-
tionem duarum Miſſarum quolibet menſe
prout ex teſtibus Summario Pauonij *num.*15.
Salarium verò Capellani gratis dicitur aſcen-
dere ad ſcuta 30. cum imò illimet qui Capel-
laniam exercuerūt formiter examinati depo-
ſuerint, ſolùm pro ſcutis decem annuis inſer-
uijſſe, ex quibus quinque ſoluebantur à Pa-
rochianis, itaut nulla poſſit haberi ratio fidei
extraiudicialis Rectorum conuicinorum
17 cum magis attendi debeat ſolitum huius Ec-
cleſiæ, *Rota deciſ.414.num.9.par.1.recen.* Expen-
ſæ tandem olei, ceræ, & aliæ in eodem 13. ar-
ticulo contentæ non releuant, quia etiam illis
deductis remanent pro Rhectore ſcuta 172.
cum fructus Plebaniæ aſcendant ad ſcut. 374.
vt fuit firmatum in deciſione coram bon. me.
Merlino, nec in calculum referendæ ſunt niſi
18 expenſæ ordinariæ, *Rot. deciſ.298.num.2. par.1.
diuerſ. Buratt. dec.418.num.1.& ſeqq. dec.468.nu.1.
& 2. Add. ad Greg. XV. dec.245.n.12.*

Septimus, & octauus articulus continentes,
quod paſcua herbarum in Monte Sancti An-
geli, & ligna ſiluarum vendi non conſueue-
runt nullius eſt momenti, quia ligna inſer-
uiunt ſaltem pro vſu titularis, idemque tene-
19 tur bona Eccleſiæ vel locare, † vel fructus in
ſuam congruam imputare, *Rebuff. de congr. n.85.
Rota in Maurianen. penſionis 13. Iunij 1635. coram
bon. mem. Pirouano, & in Romana penſionis 17. Mar-
tij 1638. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Veroſp.
iuniori.*

Nonus circa quātitatem caſtanearum, non
ſpecificat omnes ſiluas Eccleſiæ prout ſpeci-
ficarunt teſtes Penſionarij qui etiam deponūt
de facto proprio, Summario illius *numer.*11.
Decimus loquens de incertis, & extraordina-
rijs emolumentis nō percutiūt tempus gratię
20 reſeruationis † penſionis, vt debet *c. ſi eo tem-
pore de reſcript. in 6. Felin. in cap. ad aures num.17.
eod. tit. Caputaq. deciſ.330.num.1.par.3. Mant. deciſ.
290.n.2. Buratt. dec.383.n.3.& dec.409.n.8.*

Quæ-

Quærimoniæ Curij anteceſſoris in hoc beneficio de inſufficientia redditũum, quas refert decimus primus articulus, ſeu lis ab eodem Curio mota contra Penſionarium, quam decimus ſecundus nil faciunt, quia quærimo-
21 nijs præualet † factum poſitiuum ſolutionis Penſionis per totum tempus quo Curius vixit *Buratt. deciſ.* 113. *numer.* 20. *Caualer. deciſ.* 100. *num.* 7. *Rot. recent. deciſ.* 194. *numer.* 11. *par.* 6. & lis terminata fuit per concordiam, cumque pro-
22 bari poſſit † per exhibitionem actorum iudicialium, deſuper remiſſoria concedenda non eſt, *Rot. deciſ.* 196. *n.* 8. *par.* 1. *recent.*

Tandem ſuper decimo quarto articulo negante Penſionem fuiſſe integrè ſolutam à Curio, quia contrarium apparet ex publicis Inſtrumentis, remiſſoria non poteſt concedi, *Seraph. Aegid. & alij ſupra allegati.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante, &c.

BARCHINONEN. IVRISDICTIONIS.

Ven. 23. *Maij* 1642.

ARGVMENTVM.

Declaratoriæ locus non eſt, quando mandatum Rotale non continet factum aliquod poſitiuũ implendum, ſed ſimplicem deſiſtentiam, quo caſu ſufficit pro paritione, quod ſola patientia concurrat, & ad dignoſcendum an ſit ſufficienter paritum, necnè forma mandati, & quid Iudex ſeruandum præceperit attendi debet.

SVMMARIVM.

1 *Attentata, vt dicantur ſufficienter purgata, requiritur quod attentans illis renunciet.*

2 *Item quod fructus perceptos reſtituat, & omnia damna reficiat, & num.* 3.

4 *Declaratoria ſine contumacia non datur.*

5 *Declaratoria non datur, quando mandatum Rotale non continet aliquod factum poſitiuum, quod attentans aliquod det, vel faciat, ſed ſolum quod ab attentatis deſiſtat hoc enim caſu ſatis videtur paritum per ſolam patientiam.*

6 *Declaratoria an ſit decernenda, necnè forma mandati, & quid Iudex præcepit attendi debet, itaut ſi præcepit aliquid, quod impleri non poſſit, niſi per actum poſitiuum, actus huiuſmodi requiritur, ſecus verò ſi aliquod prohibitiuum, vel negatiuum.*

7 *Patientia ſola de parendo iuxta mandatum Iudicis continet virtualiter in ſe tacitam renunciationem omnium geſtorum.*

8 *Attentans tenetur præſtare cautionem de parendo in futurum.*

9 *Declara non procedere, quoties iuſſus Iudicis non præceſſit.*

10 *Contumacia conſiſtens in non parendo, ſeu in contemptu parendi mandatis Iudicis conſiderari nequit, vbi iuſſus Iudicis non adeſt.*

DECISIO LXXXVII.

PRAEVIA Deciſione, vt ſolet emanauit coram Reuerendiſs. D. meo Patriarcha Conſtantinopolitano decretum reuocationis attentatorum in quo reuocatur, tamquam attentatum monitorium pænale ab Abbatiſſa Monaſterij Sancti Petri puellarum relaxatum contra beneficiatos eiuſdem Eccleſiæ, & executioni demandatum, ac vlterius committitur executori, vt moneat Abbatiſſam, quatenus ab huiuſmodi attentatis abſtineat, & deſiſtat.

Quod decretum cum fuiſſet ab Executore intimatum Abbatiſsæ illa reſpondit, ſe preſtò, & paratam eſſe ab huiuſmodi attentatis abſtinere, & deſiſtere prout de præſenti ab eis ſe abſtinet, & deſiſtit.

Opponentibus autem beneficiatis de inſufficientia dictæ reſponſionis, quia pro purgatione attentatorum videtur neceſſaria legiti-
1 ma renunciatio † Abbatiſſæ dicto præcepto; & executioni, *Acchill. deciſ.* 23. *de appell. Lancell. de attent. par.* 3. *cap.* 29. *nu.* 24. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 264. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* necnon factum poſitiuum
2 reſtitutionis diſtributionum, † quas beneficiati occaſione dicti præcepti amiſerunt, *Seraph. deciſ.* 1176. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 263. *numer.* 5. *apud Modern. de manut. qui ibid. obſeruat.* 103. *num.* 15. *& ſeqq. allegat. concord.* omniumque damnorum
3 refectio, *Greg. XV. deciſ.* 503. *num.* 1. *& ibi Adden. num.* 26. *& fuit dictum in Cuſentina beneficij ſeu attentatorum* 4. *Decembris* 1637. *coram R. P. D. meo Dunozetto.*

Dubitaui, an ob non paritionem decreto Rotali eſſet relaxanda declaratoria contra Abbatiſſam, & negatiuè fuit reſponſum, † quia
4 non conſtat de contumacia, ſine qua declaratoria non datur *Abb. in cap.* 1. *ſub nu.* 10. *de iudic. Soccin. in cap. nulli num.* 7. *de ſent. excommun. Aegid. deciſ.* 244. *Seraph. deciſ.* 551. *Rota deciſ.* 585. *num.* 6. *par.* 1. *recent.*

Cum enim in præfato decreto Rotali non demandetur Abbatiſſę, quod aliquod det, vel
5 faciat, ſed ſolum quod ab attentatis, † ſe abſtineat, & deſiſtat, ſatis ab ea videtur paritum per patientiam, & reſponſionem, quod eſt parata ab attentatis deſiſtere, & abſtinere, & ab eiſdem ſe abſtinet, & deſiſtit, *Mohedan. deciſ.* 9. *circa fin. de ſent. & re iudic. Garz. de benefic. par.* 6. *cap.* 3. *num.* 143. *& ſeqq. Seraph. deciſ.* 756. *n.* 1. *Rot. deciſ.* 319. *nu.* 1. *verſ. vndè præſtatio par.* 2. *recent; deciſ.* 649. *ſub numer.* 2. *verſ. & propterea par.* 4. *deciſ.* 52. *num.* 6. *deciſ.* 933 *num.* 2. *coram bon. mem. Buratto.*

Vndè non applicantur, quæ ex aduerſo obijciebantur de renunciatione, ac reſtitutione, quia vtique procederent, niſi executoriales fuiſſent reſtrictæ ad ſimplicem abſtinentiã, & deſiſtentiam, quæ important ſolum factum negatiuum Abbatiſſæ in futurum, & ad di-
6 gnoſcendum, † an ſit paritum, necnè debet attendi forma mandati, & quid præceperit Iudex, itaut ſi præcepit aliquid, quod impleri non poſſit, niſi per actum poſitiuum, actus huiuſmodi requiratur, ſecus verò ſi vt

in

in caſu noſtro aliquid prohibitiuum, vel negatiuum iuxtà diſtinctionem, *Mohed. dicta deciſ.9. quam ſequuta fuit Rota in pluribus alijs Deciſionibus relatis ab Add.ad Buratt. deciſ. 17.num.7. & 8.*

Nec obſtat, quod in decreto Iudex declarauerit eſſe attentatum præceptum Abbatiſſæ, eiuſque executionem, quia nihilominus non præcepit, niſi quod Abbatiſſa abſtineat,& deſiſtat, & ipſemet dictum præceptum, & executionem reuocauit adeò quod concurrente obedientia Abbatiſſę decreto Rotali habeatur ac ſi ipſa præcepta renunciaſſet, cum concurrat auctoritas Iudicis reuocantis, & voluntas Abbatiſſæ, cuius acquieſcentia, † & accepta-
7 tio decreti reuocatorij continet virtualiter renunciationem dicti præcepti ad tradita per *Tiraquell.de retract.conſanguin. §.1.gloſſ.9.nu.137. & in l.ſi vnquam verbo donatione largitus nu.348. Cod.reuoc.donat.Menoch.conſ.58.num.23.Becc.conſil.58.num.16.Surd.conſ.114.nu.25.Rot.deciſ.669. nu.2.par.2.recent.*

Non obſtat, quod Abbatiſſa in præfata reſponſione proteſtata fuerit, quod per eam nullum præiudicium ſibi generari intendit in cauſa, quæ inter D. Epiſcopum, & ipſam vertitur in Rota, † quodque non præſtiterit
8 cautionem de abſtinendo in futurum iuxta notata *per Bart.in l.1.§.interdictum ff.vti poſſid.*

Quia vtrique obiecto ſatisfacit vnica reſpõſio *deciſ.649. num.2.& 4.par.4.recent.* nempè ſatis eſſe, quod dictam † cautionem præſtare,
9 vel iura ſua cedere Abbatiſſa iuſſa non fuerit, vbi enim Iudicis iuſſus non adeſt, impoſſibile
10 eſt dari partis contumaciam, † quæ conſiſtit in non parendo, ſeu in contemptu parendi mandatis Iudicis, *l.contumacia verſ. contumaces non videntur ff.de re iudic. Socc.in cap. nulli num. 7. & 8.de ſent.excomm cum alijs allegatis in deciſ.591. num.5.par.2. recent.& deciſ.825. num. 2.coram bon. mem. Buratto.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante &c.

TIBVRTINA HAEREDITATIS.

Lunæ 26. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Dos vigore Statuti Tiburtini excluſiui fœminarum propter maſculos ſuccedit loco legitimæ, ac proindè non poteſt à Patre onere fideicommiſſi grauari, & ad demonſtrandum dotem ſuccedere loco legitimæ ponderantur in deciſione verba eiuſdem ſtatuti.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſuccedit loco legitimæ, quando ſtatutum non incipit ab excluſione, ſed à dotatione, tunc enim non videtur excludere propter maſculos, ſed propter dotem.*

2 *Statutum mandans fœminas dotari, & deinde eas excludit hoc caſu dos ſuccedit loco legitimæ, quia ſtatuentes videntur habuiſſe reſpectum ad legitimam, quæ filiæ debetur.*

3 *Statutum Vrbis lib.1. cap. 145. excluſiuum fœminarum iniungit maſculo onus dotandi ſororem indotatam.*

4 *Statutum mandans, quod detractis dotibus, filij maſculi ſuccedant reddit conditionalem ſucceſſionem maſculorum, eamque ſuſpendit, donec fœminæ dotentur.*

5 *Dos dicitur præſeruata loco legitimæ, quando ſtatutum excludit fœminam dotatam.*

6 *Statutum mandans fœminam non dotatam dotari nõ tamen cenſetur eam velle excludere, niſi poſtquam erit dotata, & ſub conditione præcedentis dotationis.*

7 *Statutum mandans, quod fœminis dotes aſſignentur huiuſmodi verba non ſunt referenda ad maſculos, qui ante aſſignationem dotium non poſſunt ſuccedere, ſed ad Iudicem, vel bonum virum, hoc eſt, quod dotes aſſignentur arbitrio boni viri.*

8 *Dos arbitrio boni viri aſſignanda non debet eſſe minor legitima.*

9 *Statutum mandans aſſignari dotes condecentes, tunc dos condecens dicitur, quæ commenſuratur legitimæ, & num.11.*

10 Gratian. diſcept.foreñſ. cap.579. num.31. *in quibus terminis loquatur?*

12 *Statutum prohibens ne filia dotata plus petat, videtur habere reſpectum ad legitimam, quam filia petere poſſet prohibendo ne dupplicem legitimam conſequatur.*

13 *Verba prohibitiua ſtatuti ne fœmina dotata aliud petat quocumque titulo, ſeu cauſa, cenſentur appoſita ad augendam prohibitionem extenſiuè, vt videlicet dotata vltra dotem nil aliud petat titulo legitimæ, vel quacunque alia cauſa.*

14 *Voluntas ſtatuentium etiam ex coniecturis deprehenditur.*

15 *Dos vt ſuccedat loco legitimæ, ſufficit ſtatutum aliquo modo hoc indicare.*

16 *Statutum mandans, quod filia contenta ſit dote, intelligi debet de dote tradita ſecundum formam ſtatuti, & ſic de dote libera ad inſtar legitimæ, cui non cenſetur per dictam prohibitionem à ſtatuentibus derogatum, & num.17.*

18 *Filia ſi petijt dotem iuxta formam teſtamenti paterni, in quo dos grauatur onere fideicommiſſi, non cenſetur onus acceptaſſe, ſed ſolum quantitatem aſſignatam citra approbationem oneris, cuius ſcientia ſpecifica in filia requiritur, nec ſufficit generalis relatio ad teſtamentum.*

19 *Legitima vt cenſeatur per filiam renunciatam, quæ dotem petijt iuxta teſtamentum paternum in quo onere fideicommiſſi grauatum, quæ requirantur?*

DECISIO LXXXVIII.

ITERVM Rota cenſuit vigore Statuti Tiburtini excluſiui fœminarum propter maſculos dotem ſuccedere loco legitimæ, ideoque non potuiſſe in caſu de quo agitur onere fideicommiſſi à Patre grauari, ex rationibus deductis in deciſione ſub die 16. Martij 1640. coram Eminentiſs. D. Cardinali Hieronymo Veroſpio.

Siquidem receptiſſimum eſt apud doctores,

res, quod vbi ſtatutum non incipit ab exclu-
1 ſione, † ſed à dotatione, quia non videtur
excludere propter maſculos, ſed propter do-
tem, dos ſuccedit loco legitimæ, vt præter
allegatos in dicta Deciſione, *Rota deciſ.* 400.
num. 32. *& ſeqq. par.* 5. *recent. add. ad ſan. mem. Gre-
gor. XV. deciſ.* 565. *nu.* 11. *& alij quos refert Add. ad
Buratt. deciſ.* 215. *Litt. B.*

Et hic eſt caſus noſter, quia Statutum in
ſecunda parte qua loquitur de indotata non
excludit, & mandat dotari in quibus termi-
nis loquuntur ex aduerſo allegati, ſed primo
diſponit, † quod fœminis aſſignentur dotes,
2 & deinde excludit, quos caſus tanquam om-
ninò diuerſos, itaut in hoc ſecundo caſu dos
ſuccedat loco legitimę, quia ſtatuentes viden-
tur habuiſſe reſpectum ad legitimam, quæ fi-
liæ debebatur, aduertit *Seſſe deciſ. Aragon.* 26.
num. 59. *Cephal. conſ.* 245. *num.* 30. *in fin. & nu.* 31.
Honded. conſ. 63. *num.* 129. *&* 130. *lib.* 1. *Giouagnon.
conſ.* 42. *num.* 77. *lib.* 1. *Ruin. conſ.* 26. *num.* 17. *lib.* 3.
& alij relati à Modern. Forolinien. de legitima lib. 3.
tit. 1. *quæſt.* 8. *nu.* 9.

Maximè verò quia actus dotationis non
demandatur maſculo, propter quem fœmi-
3 na excluditur, † prout in *Statut. Vrbis cap.* 145.
lib. 1. ſuper quo conſuluit, *Gabr. conſ.* 139. *lib.* 2.
& reſpondit Rota deciſ. 538. *& deciſ.* 540. vbi pon-
deratur, quod ſi maſculus debet dotare, ergo
ſupponitur, quod prius ei deferatur hæredi-
tas *par.* 1. *diuerſorum*, ſed imò expreſsè diſpo-
nitur, quod dotatio fœminæ præcedat ſuc-
4 ceſſionem maſculi, iſque ſuccedere non
poſſit, niſi poſtquam fuerint dotatæ, ibi, *&
detractis dotibus mulierum filij maſculi ſuccedant*
ponderando ablatiuum illum abſolutum,
detractis dotibus, qui reddit conditionalem ſuc-
ceſſionem maſculorum eamque ſuſpendit,
donec fœminæ dotentur, *l. ab emptione ff. pact.
l. à Teſtatore ff. condit. & demonſtrat. Dec. conſ.* 383.
num. 3. *Rolan. conſ.* 30. *num.* 12. *lib.* 4. *Surd. deciſ.* 268.
nu. 11. *Greg. XV. deciſ.* 492. *nu.* 7.

5 Adeò quod ſicuti dos dicitur pręſeruata
loco legitimæ, † quando Statutum excludit
fœminam dotatam iuxta diſtinctionem *Caſtr.*
magis communiter receptam *in l. Titio centum
§. Titio genero num.* 6. *ff. condit. & demonſtrat.* Ita
in caſu noſtro, † quo licet ſtatutum mandet
6 fœminam non dotatam dotari, non tamen
eam voluit excludere, niſi poſtquam erit do-
tata, & ſub conditione præcedentis dotatio-
nis, vt bene animaduertit *Seſſe deciſ. Aragon.* 26.
num. 62. *verſ. at hic Honded. conſ.* 63. *ſub num.* 130.
verſ. ſed ſtatutum lib. 1.

7 Et alia verba ſtatuti, ibi, *dotes aſſignentur* non
poſſint † referri ad maſculos, prout in Statu-
to Vrbis, quia ſicuti ante aſſignationem do-
tium non poſſunt ſuccedere, ità nec ex bonis
hæreditarijs dotes aſſignare, ſed referantur ad
Iudicem, vel bonum virum, hoc eſt quod
dotes aſſignentur arbitrio boni viri *Eugen. con-
ſil.* 3. *ſub num.* 43. ibi, *quaſi ad arbitrium boni viri
relictum ſit lib.* 2. quod eſt alterum argumentũ
voluntatis ſtatuentium præſeruandi dotem
8 loco legitimè, quia bonus vir † non debet ar-
bitrari dotem minorem legitima *Corn. cõſ.* 88.
num. 9. *conſ.* 89. *num.* 19. *lib.* 1. *Alex. conſ.* 69. *num.* 2.
lib. 1. *conſ.* 7. *num.* 5. *& ſeqq. lib.* 2. *Dec. conſ.* 89. *nu.* 4.
conſ. 276. *num.* 1. *verſ. ſed tamen, Aym. conſ.* 236. *n.* 3.
Eugen. d. conſ. 3. *ſub num.* 43. *Carpan. ad Stat. Medio-
lan. cap.* 278. *num.* 234.

Eo magis quia ſtatutum vult aſſignari do-
tes condecentes, & competentes † ſecundũ
9 qualitatem perſonarum, vnde eſto quod de-
duci poſſet contraria coniectura, quando ex
alijs non conſtaret dotem eſſe ab initio detra-
10 hendam, in quibus terminis † loquitur *Gra-
tian. diſcept.* 579. *num.* 31. ſecus alias, quia dicitur
11 condecens dos † quæ commenſuratur legiti-
mæ, vt arguit *Surd. de alim. tit.* 3. *quæſt.* 1. *ſub nu-
mer.* 59. *&* 60. Et ampliùs, quia à ſtatuto filia
iubetur contenta eſſe dote, & prohibetur ali-
quid vlterius petere quocumque titulo, ſiue
cauſa, dum enim ſtatutum † prohibet filiam
12 plus petere, videtur habere reſpectum ad le-
gitimam, quam filia petere potuiſſet prohi-
bendo videlicet, nè duplicem legitimam cõ-
ſequatur *Caſtr. conſ.* 222. *nu.* 5. *lib.* 2. *Dec. conſ.* 106.
ſub num. 2. *verſ. ſeptimo quia Laderch. conſ.* 25. *n.* 10.
& 15. *Galuan. conſ.* 31. *num.* 82. *Rimin. iun. conſ.* 157.
num. 11. *Giouagn. conſ.* 41. *nu.* 28. *lib.* 1. *Surd. de alim.
dicta quæſt.* 1. *num.* 63. *& ſeqq. Simon de Præt. de in-
terpr. vlt. volunt. lib.* 3. *fol.* 212. *n.* 18. *Seſſe deciſ. Ara-
gon.* 26. *num.* 55.

Nec obſtat, quod verba prohibitionis ſint
vniuerſalia, ibi, *quocumque titulo, ſiue cauſa*, quia
13 placuit † reſponſio primę deciſionis, quod
intelligi debeant appoſita ad vim prohibitio-
nis augendam extenſiuè, ne videlicet fœmi-
na vltra dotem à ſtatuto præſeruatam aliud
peteret titulo legitimæ, vel quacumque alia
ex cauſa, non tamen ad qualificandam natu-
ram ipſius dotis; itaut fœmina etiam vincu-
latam recipere teneatur, quin potius dum in
noſtro ſtatuto dotem præſeruari loco legiti-
mè aſſequimur, tàm ex quo incipit à dota-
tione, quam ex tot coniecturis ſaltem ſimul
iunctis, & ſufficiant coniecturæ ad volunta-
14 tem ſtatuentium depræhendendam, *Surd.
conſ.* 392. *num.* 34. *& de alim. dicta quæſt.* 1. *num.* 57.
Galuan. conſ. 31. *ſub num.* 103. *verſ. Caſtr. autem, &
numer.* 108. vbi quod ſufficit ſtatutum aliquo
15 modo † indicet dotem ſuccedere loco legi-
timę *conſ.* 32. *num.* 112. *Peregr. conſ.* 79. *ſub num.* 26.
verſ. & ſi diceretur lib. 1. prohibitio, & præceptũ
16 iniunctum filiæ, † quod contenta ſit dote
intelligatur neceſſe eſt de dote tradita ſecundũ
formam ſtatuti, & ſic liberam ad inſtar legi-
timæ *iuxt. text. in l. quoniam in prioribus Cod. inoff.
teſtam.* cui per dictam prohibitionem, & præ-
17 ceptum non cenſetur à ſtatuentibus deroga-
tum, *Pariſ. conſ.* 36. *num.* 6. *&* 7. *& num.* 9. *& ſeqq.
lib.* 3. *Alexan. conſ.* 55. *num.* 6. *& ſeqq. lib.* 2. *Honded.
conſ.* 53. *num.* 23. *lib.* 2. *Rimin. iun. conſ.* 157. *num.* 12.
Galuan. conſ. 31. *num.* 105. *conſ.* 32. *ſub numer.* 188.
Giouagnon. conſ. 42. *numer.* 15. *& numer.* 79. *&* 80.
lib. 1.

Rurſus non obſtat, quod filia acceptauerit
teſtamentum paternum, in quo dos fuit gra-
uata fideicommiſſo. Quia huiuſmodi acce-
18 ptatio deſumitur † ex quo filia petijt dotem
iuxtà formam teſtamenti Patris, vel in eius
execu-

executionem, quod referri poteſt ad quantitatẽ citra approbationẽ oneris ei impoſiti cuius ſcientia ſpecifica nõ probatur in filia vt oportet, nec ſufficit generalis relatio ad teſtamentũ, vel petitio vigore teſtamẽti, vt onus legitimę approbatum cenſeatur, ſed requiritur ſpecifica, & indiuidua oneris acceptatio, ſiue legi-
19 timę renunciatio *Dec.conſ.688.n.7.Eug.conſ.38.num.9.& 5. lib.1.cum alijs quos Modern. Forolmien. de legit.lib.4. tit.1. quæſt.8. num.43.* & hanc opinionem ſæpiſſimè amplexa eſt, *Rota deciſ.200.num.5.deciſ.206.num.4.& ſeqq.deciſ.449.n.3.& 4.deciſ.653.num.9. par.1.recent.* & in alijs deciſionibus relatis *ab Add.ad Buratt.deciſ.922.n.11.*

Et ità deciſum vtraque &c.

ANCONITANA LEGATI.

Veneris 30. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Legatum dotis relictum à patre filiabus ſub cõditione nubendi in certo loco, illudque adimendi in caſu cõtrauentionis, ac certam ſummam ſoluendi tertio valet, quia non coarctatur libertas matrimonij quando in loco adſunt occaſiones nubendi, nec talis diſpoſitio dici poteſt pænalis, & hæc opinio eſt magis vera, ac tuta reprobata contraria.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio de ſoluendo aliquam ſummam, quatenus de Iure debeatur conditionalis eſt.*

2 *Promittens aliquid ſoluere promiſiſſe intelligitur quatenus de Iure ſoluere teneatur.*

3 *Verba* à chi s'aſpetta *exponuntur cui de Iure.*

4 *Verba* pigliando ſopra di ſe queſto peſo *intelligi debent, quatenus onus legitimè ſit impoſitum.*

5 *Obligatio fauore abſentis nemine pro eo ſtipulante nulla eſt.*

6 *Obligatio prima quamuis non ſit nouata per ſecundam, ſi ſecunda eſt conditionali agi nequit exprima ante euentum conditionis, alias competit exceptio ex conditione appoſita in ſecunda.*

7 *Legatum dotis relictum à patre filia ſub conditione nubendi in certo loco, vti nullum non debetur, quia conditio nubendi tamquam reſtrictiua libertati matrimonij reijcienda eſt.*

8 *Item nec minus debetur ſi ſit adiecta pæna aliquid ſoluendi in caſu contrauentionis, quia non debet quis inuitari ad matrimonium metu pænæ. Contrarium num.11. 12. & 13.*

9 *Filia cui à patre fuit relicta dos ſub conditione nubendi in certo loco, & aliquid ſoluendi in caſu contrauentionis non dicitur contraueniſſe præcepto paterno, ſi non ſua ſponte, ſed iuſſu matris nupſit. Contrarium infrà num.19.*

10 *Et in omnem caſum ſemper competit Filiæ, quæ ſine culpa nupſit reſtitutio in integrum.*

11 *Pater poteſt relinquere filiabus ſub conditione nubendi in certo loco, & ſub contraria relictum adimere, & mandare, vt aliquid ſoluatur tertiò quia exinde non coarctatur libertas matrimonij, quando eo loci plurima adſunt occaſiones nubendi.*

12 *Nec talis diſpoſitio dicitur pænalis, cum non inducat priuationem alicuius rei quæſit propria filiæ, ſed tantum lucri conditionalis prouenientis, cuius ſpe licet allicere filiam nubendi in certo loco.*

13 *Et contraria opinio improbatur maiori DD. pondere.*

14 *Legatum dotis ſi fuit filiæ relictum ſub conditione nubendi in certo loco, & ſoluendi aliquid in caſu contrauentionis tale præceptum dicitur ineſſe legato dotis.*

15 *Relictum ſub vna conditione cenſetur ſub contraria ademptum.*

16 *Legatum dotis relictũ ſub conditione expirat ob defectum conditionis.*

17 *Præceptum Teſtatoris imperſonaliter conceptum ſemper ad hæredem refertur.*

18 *Præceptum Teſtatoris quando emanauit fauore piæ cauſæ tunc lucrum legatario ademptum debetur, quamuis legato adiecta ſit conditio impeditiua libertatis matrimonij, quia huic libertati pia cauſa præfertur.*

20 *Filia dicitur contraueniſſe præcepto paterno de nubendo in certo loco ſi paſſa eſt per maritum onus ſoluendi aliquid in caſu contrauentionis accollari.*

21 *Et quando teſtator in prohibitione vſus fuit verbis imperſonalibus, tunc talis prohibitio comprehendit quamcumque contrauentionem ſiue facto filiæ ſiue alterius.*

22 *Legatum conditionale etiam ſub conditione & facto tertij dependente concipi poteſt.*

23 *Reſtitutio in integrum non datur vbi ſcientia concurrit, & conſtat de ratificatione actus, aduerſus quem reſtitutio petitur, & num.24.*

25 *Conditio reſpiciens plures perſonas debet in omnibus verificari, nec ſufficit quod adimpleatur in aliquibus.*

26 *Declara concluſionem procedere, quando conſtat de voluntate Teſtatoris, vel agitur de re indiuidua. Secus vero quando Teſtator indiffinitè legauit, & agitur de re diuidua tunc enim vno contraueniẽte conditio dicitur purificata pro virili.*

27 *Pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates, niſi appareat de contraria voluntate Teſtatoris.*

28 *Factum contrauentionis quando eſt diuiduum, pæna adiecta in caſu contrauentionis debetur pro virili, quicquid dicendum eſſet quãdo agitur de facto indiuiduo à pluribus præſtando, tunc enim pæna diuidi non poteſt, & num.29.*

DECISIO LXXXIX.

QVIA Ioannes Petrus Francus in teſtamento cum quo deceſſit mandauerat, filias nubere Anconæ cum habitatoribus cõtinuis dictæ Ciuitatis relinquendo in eum caſum cuilibet earum ſcuta 1500. pro dote, & in caſum contrauentionis, & nuptiarum extra Ciuitatem reliquerat amore Dei & pro eleemoſyna ſcuta mille Monialibus Conuertitis eiuſdem Ciuitatis.

Franciſcus Mangagninus de Eſio aſſerens habere plenam notitiam huiuſmodi legati, volenſque ducere in vxorem Magdalenam alterã ex filiabus Teſtatoris promiſit per apocam priuatam ſub obligatione Camerali, di

cam

pagar detta laſcita à chi s'aſpetta de ſuoi proprij denari ſubintrando in luogo di detta Signora Madalena, e pigliando ſopra di sè queſto peſo; eandemque obligationem ferè poſt menſem duplicauit per publicum inſtrumentum addita conditione dummodo dictum legatum de iure veniat perſoluendum.

Quarum obligationum vigore A. C. relaxauit mandatum ad inſtantiam Conuertitarū contra Mangagninum pro ſcutis mille, ſed interpoſita ab eo appellatione mihique commiſſa cauſa cum clauſula *ſi quid exequendum* propoſui hodie dubium, an mandatum ſit exequendum, & pro negatiua dicebatur; obligationes præfatas conditionales eſſe quate-
1 nus † ſcilicet legatum de Iure debeatur, quæ conditio legitur expreſsè in ſecunda obligatione, & ineſt etiam primæ tum interpretati-
2 uè, quia promittēs aliquid ſoluere promiſiſſe intelligatur, quatenus de Iure ſoluere teneatur, *Burſatt.conſ.329.num.3.Surd.conſ.53.num.20. Seraph.de priuil.iuramenti priuil. 13.num.26. Grammat.deciſ.101.num.168. Afflict.deciſ.399.num.14. Gratian.deciſ.Marth.114.num.16.* tum explicitè
3 ibi, *à chi s'aſpetta*, † quæ verba exponuntur cui de iure, & ibi, *pigliando ſopra di ſe queſto pe-*
4 *ſo*, † quod intelligi debet, quatenus legitimè ſit impoſitum, *Rot.deciſ.965.nu.10.par.5.recent.* & in omnem euentum, vel non deberet attendi prima obligatio, quia eſt nulla cum ſit
5 facta † abſenti nemine pro eo ſtipulante, *l.ſi dari ff.de verb.oblig.Surd.conſ.345.num.20.* vel eſto, quod per ſecundam nouata non eſſet, † adhuc
6 tamen ex ſecunda competeret exceptio ex conditione ibi appoſita reſultans, vt per *Imol.in l. penult.col.4.in fin.verſ.& aduerte ff.de prætor.ſtipul. Socin.in l.qui vſumfructum nu.8.ff.de verb.obligat. Alex.conſ.72.n.9.lib.6.Surd.d.conſ.345.ſub nu.36. verſ.ſecundo reſpondeo.*

7 De iure autem non videbatur deberi legatum. † Primò quia conditio nubendi in Ciuitate Anconæ tamquam reſtrictiua libertatis matrimonij reijcienda erat *Curt.ſen.conſ.27. num.1.& ſeqq.cum alijs allegatis per Eugen.conſ.18. num.14.& ſeqq.lib.1. Gabr.conſ.12 num.1.& ſeqq. lib.2.Menoch.conſ.1083.num.18.Fontanell.de pact. nuptial.tom.1.clauſ.4.gloſſ.2. num.26.& 27.Ciriac. controu.451.num.75.*& cum Teſtator reliquiſſet ſingulis filiabus Anconæ nubentibus in ſeparata ratione ſcuta 1500. ſubſequens legatum in caſum contrauentionis † ſoluendum Con-
8 uertitis, quia pœnale eſt nullo modo debetur, quia non debet quis inuitari ad matrimonium metu pœnæ *cap.gemma de ſponſ.lib.6. l.Titio ff.de verb.oblig.l.Titio centum §.1.ff.de condit.& demonſtrat.l.vxorem § hæres ff.de leg.3. Aret. Corn. & alij congeſti per Ciriac. dicta controu. 451. num.73.& ſeqq.*

Secundò quia ſicut Magdalena vacat omni
9 culpa eoquod non ſe ipſam nupſit, † ſed fuit nupta à matre cuius voluntati obſequi virginalis pudoris fuit, ità immunis eſt ab onere impoſito in caſu nuptiarum cum extero *Bertrand.conſ.143.lib.1. Calcan.conſ.3. num.20 & 21. Couar.Epitome de ſponſal. cap.3. ſecund. part. §.8. num.2. Menoch.conſ.425. num.12. Sanchez de matrim.lib.1.diſp.33.nu.13.Ciriac.d.contr.451.n.125. Add.ad Molin.de primog.lib.2.cap.13.n.20.& ſeqq. Seraph.deciſ.806.n.4.deciſ.811.n.6.*

Tertiò quia in omnem euentum Magdalenę tamquam minori, & vacanti omni do-
10 lo † competeret reſtitutio in integrum, vt in ſpecie tradunt *Aret.conſ.67.num.5. verſ.venio ad quartum, & nu.9.Menoch.d.conſ.425.nu.18.Ciriac. d.controu.451.num.98.& num.127.& ſeqq.Rota in Venuſina Legati 28. Iunij 1623. coram bon. memor. Coccino.*

His tamen non obſtantibus Rota cenſuit mandatum eſſe exequendum pro ſcutis 500. quia clara eſt obligatio Magagnini in forma Cameræ, & de Iure potuit Teſtator aliquid relinquere ſub conditione nubendi in
11 certo loco, † & ſub contraria relictum adimere vel mandare vt aliquid ſoluatur tertio, quia exindè non coarctatur libertas matrimonij, quando eo loci plurimæ adſunt occaſiones nubendi, neque ea diſpoſitio dicitur pœ-
12 nalis † cum nō inducat priuationem alicuius rei, quæ ſit propria filiæ, ſed tantum lucri ab eodem Teſtatore conditionaliter prouenientis, cuius ſpe licuit allicere filiam ad contrahēdum matrimonium in certo loco, *l.Titio centum §.1. l.cum ità legatum ff. de condit. & demonſtrat. l.2. C.de inſtit.& ſubſtit. Lopez in cap.per veſtras in notabilibus §.21.num.3.de donat.inter vir. & vxor fol.291.Gomez var.reſol.lib.1.cap.12.n.78. Oldrad.conſ.16.num.1.*vbi quod tale præceptum non continet pœnam, ſed conditionem rei, quæ datur latè *Mantic. de coniect. lib.11. tit.18. num.1.Sanchez de matrim.lib.1. diſp.33. nu.6.& 8. Giurb.ad conſuetud. Meſſan.cap.3. gloſſ.4 par.1.ſub num.42.Grat.diſcept.5.nu.10. Molin.de iuſt.& iur. diſp.207. col.2.in fin. Duran de condit.& modis impoſſibilib.cap.3.par.2. num.50. Cancer.variar.reſol. lib.3.cap.7.nu.294. Franc.Molin.de ritu nupt.lib.2. differ.16.num.11.& ſeqq. Surd.deciſ.30.num.28.& de communi Caſtill.de coniect.vltim.volunt. cap.25. n.19.& ſeqq.Add.ad Molin.de primog.lib.2.cap.13. num.1.& ſeqq.* vbi quod contraria opinio improbatur † maiori interpretum pondere, ean-
13 demque opinionem amplexa eſt *Rot.dec.433. num.2.& 3.par.7.diuerſ.deciſ.44.nu.16.part.5.rec. & in dicta Venuſina Legati coram bo.mem. Coccino,* licet infra contrariū ſtatuerit eoquod ibi agebatur de amiſſione magni lucri, nempè ducatorum 20000. quæ ideò pœnæ æquiparatur, vt ibi expreſsè dicitur, & notant allegati per *Menoch.conſ.425.nu.7.*

Neque in caſu noſtro agitur de duabus diſpoſitionibus ſeparatis, altera nempè pura ad fauorem filiæ, altera condemnatoria ad aliquid ſoluendum de proprio, quia imò & ipſum legatum dotis ſcut.1500. conceptum eſt
14 eſt in caſum, † quo filia nuberet Anconæ, eique immediatè connectitur præceptum ſoluendi ſcuta mille in caſum contrauentionis, quod ideò dicitur ineſſe ipſi legato dotis, vt in his terminis *Cancer.variar.reſol.lib.3.cap.7. num.300.& 302.facit Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap.3.gloſſ.4.par.1.num.43.in fin. Duran. de condit. impoſſibil.cap.3.par.2.num.49.* & quatenus illud referatur ad mulierem eius potius fauet cum alio-

alioquin cecidiſſet à toto legato ſcutor.1500.
relicto in caſum nuptiarũ,cum habitatore Ci-
uitatis, quia datum ſub vna † conditione
15 cenſetur ſub contraria ademptum, & ob de-
fectum conditionis † legatum dotis expiraſ-
16 ſet, *l.cum pater §.libertis ff.de leg.2.l.in teſtamento verſ.ſiquidem l.penul.§.1.ff.condit.& demonſtr.l.fin. ff.condit.inſtit. Menoch.conſ.146. num.30. & in terminis Marta voto* 50.*num.*10.

Sed verius dictum præceptum quia eſt im-
17 perſonaliter conceptum † non refertur ad le-
gatariam ſed ad hæredem, *Abb.in cap.3.num.4. de teſtam.Gabr.conſ.117.n.34.lib.1.Sim.de Prat.de interpret.vltim. volunt.lib.5.interpret.1.dub.2.n.7. fol.485. Gratian.diſc.941.num.18.* vnde etiam
excluditur ratio pene erga filias,& ceſſat om-
nis difficultas quia præceptum emanauit fa-
18 uore piæ cauſæ † quo caſu lucrum ademptũ
legatario vtique debetur,quãuis legato adie-
cta fuiſſet conditio impeditiua libertatis ma-
trimonij quia huic libertati pia cauſa præfer-
tur vt in terminis *dicit Bart.in l.Titio vſusfruct. §. ſerui ff.cond.& demonſtr. Aret.conſ.67. num.2.in fin.verſ.& ſtat.Gabr.conſ.131.num.12.lib.1.Croff. conſil.30. numer. 8. & ſeqq. lib. 2. Tiraquell. de priuil.pia cauſa priuil.18.Mantic.de coniect.lib.11. tit.18.num.9.Duran.de condit.impoſſibil.par.2.c.3. num.30.Cancer.variar.reſol.lib.3.cap.11.num.186 Molin.de ritu nuptiar.lib.3.quaſt.29.num.25.& 26 Rot.in d. Venuſina legati coram bon.mem. Coccino.*

Ad ſecundum obiectum, ſcilicèt ad excu-
ſationem filiæ eo quod nupta fuit à matre
19 † reſponſum fuit, quod quicquid ſit *de ſententia Bertrandi* quam potius piam, quam tu-
tam quia hinc facile foret eludere vltimas te-
ſtantium voluntates dicit *Mierſ. de maioratu par.1.quaſt.50.num.8.in prima editione & in ſecunda ex num.57.Fontanell.de pact.nuptial.tom.2.clauſula 6.gl.3.par.4. num.31.* non applicatur caſui
noſtro quo filiam ſe ipſam nupſiſſe cum con-
ſenſu tamen matris apparet ex eo quod vo-
20 luit † à viro accollari onus ſoluendi ſcuta
mille in caſum contrauentionis à teſtatore
impoſitum, per quam accollationem viden-
dentur coniuges agnouiſſe purificationem
legati *ad textum in l. cum quis §. ſi quis pro reo ff. de ſolution.Surd.conſ.457.num.20.*& verba teſta-
toris ibi *ſi debbano maritare in Ancona*, tamquã
21 imperſonalia † compræhendere poterant cõ-
trauentionem ſiue facto filiæ, ſiuè alterius
perſonæ commiſſam, *vt per Bald.conſ.279.n.1. in fin.lib.1. Ruin.conſ.137.num.6.lib.3. Gabr.conſil.117.num.34.& 35.lib.1. Menoch. conſil.1006. num.46.& præſumpt.118.num.2.& 6.lib.4. Mart. voto 28.num.12.* nec incongruum eſt quod le-
22 gata conditionalia † etiam ſub conditione à
facto tertij dependente concipiantur, *l. ſi ita fuerit ff.de manumiſſ.teſtam. Ruin.conſ.150.num.9. lib.3.Socc.conſ.21.num.5.lib.3. Rot.deciſ.86. n.37. & ſeqq.par.6.recent.*

De reſtitutione autem in integrum non
cadit quæſtio, quia non agitur contra mulie-
rem, ſed contra virum ætate maiorem qui
habuit plenam notitiam legati & ad illud ſol-
23 uendum ſe obligauit ideoque † à reſtitutio-
ne excluditur tum ratione ſcientiæ *vt ex Bald. Ceph. Peregr. & alijs fuit in puncto deciſum in Romana hæreditatis 19. Iunij 1637. coram bon. mem.*
24 *Coccino*, tùm rationem ratificationis & pro-
priæ obligationis, *l.2.Cod.ſi maior fact. l.ſi filius ff.de minor.Bald.conſ.184.num.3.& ſeqq.lib.2.Odd. de reſtitut.in integr. quaſt.25. num.45.& 47.*

Tandem non obſtat quod legatum colla-
tum in euentum contrauentionis filiarum,
non dicatur purificatum ex contrauentio-
25 ne vnius ex illis, quia conditio reſpiciens †
ſimpliciter plures perſonas debet in om-
nibus verificari nec ſufficit quod adimplea-
tur in aliquibus, *l.pen. ff. de iniuſto rupt.teſtam. Surd.conſ.156. num.14.& in prox. terminis Calderin.conſ.4.de teſtam. quem ſequitur Ripa in l. hæredes §.cum ita num.137.& ibid.Socc.iun.num.95.ff. ad Trebell. Menoch. præſumpt.186. num.25.lib.4. Mant.de coniect.lib.11.tit.6.num.28.* vbi dicit ra-
tionem quia teſtator non aliter cenſetur vo-
luiſſe legare quam ſi conditio in omnibus
impleatur.

26 Nam hoc procedit † quando conſtat de vo-
luntate teſtatoris vel agitur de re indiuidua,
prout eſt conſtructio Eccleſiæ, *de qua loquitur Calderin.& alij mox allegati*, ſecus verò quando
teſtator indefinitè legauit, & res eſt diuidua,
tunc enim vno contraueniente ex pluribus,
cui adiecta eſt conditio purificatur legatum
pro eius virili cum præſumatur diſtributiuè
27 ab vnoquoque relictum & pluralitas † in ſuas
ſingularitates reſoluatur niſi appareat de cõ-
traria voluntate teſtatoris, *l.hæredes mei §. cum ita & ibi Bart.num.5.verſ.in fideicommiſſaria ff. ad Trebell.l.Lucius §.Caio ff.eodem l.teſtamento §. filium ff.leg.2.Coraſ.in l.pen.num.18. Cod.impub. & alijs ſubſtit. Alciat.conſ.487.num.4.& 14.ſecundum antiquam impreſſ.Lugdunen.Menoch.dicta præſump. 186.num.12.lib.4.Ciriac.controu.303. num.19.& ſeqq.Mant.de coniect. lib.11. tit.5. num.17. Larrea deciſ.Granat.61.num.14.& ſeqq.*

Et ob eandem rationem diuiduitatis Do-
mini noluerunt mandatum exequi per totam
ſumma ſcutorum mille, quia diuiduum eſt
28 † tam ipſum factum contrauentionis cum
vna filia nupſerit ciui, altera forenſi, quam
quantitas legata ſcutorum mille ex allegatis
per Modern. Carpen.controu.forenſ.cap.34.num.43.
29 Quicquid dicendum eſſet † ſi ageretur de fa-
cto indiuiduo à pluribus præſtando, vt benè
diſtinguit.Surd.conſ.156.n.15.in fin.Bart.in l.fideicommiſſa 11. §. ſi in opere ff. de leg.3. Ang. in l. in executione §.1. num.1. ff.de verb. oblig. Caſtr.ibid. num.3.in fin. Imol.num.2. verſ.quod autem ſi teſtator, Gomez variar.reſol.tom.2.cap.10.ſub num.24. per tot.

Et ita deciſum vtraque, &c.

TVLLEN

TVLLEN. PRIORATVS.

Veneris 6. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio Beneficij probatur capta ex fide Notarij, & executoris litterarum Apoſtolicarum, præſertim quando eſt adminiculata. Poſſeſſio Eccleſiæ per contactum hoſtij, ac illius aſpectum capta dicitur, quando nullus alius in poſſeſſione reperitur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio beneficij capta probatur ex fide Notarij & executoris litterarum Apoſtolicarum quando eſt adminiculata.*

2 *Adminicula ad hunc effectum deſumuntur ex præcedenti prouiſione ex litteris deſuper expeditis iuncta conſtitutione procuratoris ad capiendam poſſeſſionem.*

3 *Item ex locationibus effectuatis beneficij, aliiſque actibus poſſeſſoriis per procuratorem exercitis.*

4 *Poſſeſſio Eccleſiæ eiuſque membrorum capta cenſetur per ſolum contactum hoſtii, illiuſque aſpectum, quando nullus reperitur in poſſeſſione.*

DECISIO XC.

DOMINO Scipioni d' Adiacet de Aquauiua prouiſo Apoſtolico de Prioratu ſancti Gorgonij de Varangeuille Rota cẽſuit dandam eſſe manutentionem in d. Prioratus eiuſque membrorum poſſeſſione.

Illam enim aſſecutus fuit in executionem litterarum Apoſtolicarum per Procuratorem ad id à ſe ſpecialiter conſtitutum vt patet ex fide Notarij & ſubexecutoris Apoſtolici, quæ
1 & ſi tanquam ſimplex fides ſola non ſufficeret; quia tamen munita eſt pluribus adminiculis plenè poſſeſſionem probat, *Caputaq. deciſ. 234. par. 1. Rot. deciſ. vltima num. 6. par. 1. diuerſ. deciſ. 198. num. 2. par. 1. recent. deciſ. 306. num. 6. coram bon. mem. Baratto, & inter impreſſ. apud Moder. de manut. deciſ. 97. num. 3.*

2 Adminicula autem deſumuntur † tum à priori ex præcedenti ſcilicet prouiſione Apoſtolica, ad fauorem Domini Scipionis, & ex litteris deſuper expeditis quod in propoſito ponderauit *Rot. in Cæſarauguſtan. penſionis 13. Ianuarij 1589. coram bon. mem. Gypſio & coram ſanct. mem. Gregorio XV. deciſ. 275. ſub num. 6.* Necnon ex ſpeciali mandato procuræ ad capiendam Prioratus poſſeſſionem ab eodem D. Scipione facto in perſonam eius qui ipſius nomine poſſeſſionem cepiſſe aſſeritur.

Tùm à poſteriori; quia ex pluribus publicis inſtrumentis in forma probanti productis apparet illum ipſum Procuratorem ſucceſſiuè nomine procuratoris Domini Scipionis
3 pluribus, ac diuerſis temporibus locaſſe † molendina & ius piſcandi in flumine ſpectan. ad dictum Prioratum, & aliquando affictus à conductoribus exegiſſe inſuper ſubhaſtari feciſſe decimas frumenti & creaſſe officiales Iuſtitiæ, alioſque actus pro recta adminiſtratione Prioratus neceſſarios feciſſe: qui actus poſſeſſorij maximè coadiuuant prædictam fidem ſubexecutoris de poſſeſſione vt ſupra capta quia ad poſſeſſorem pertinent, & alioquin non potuiſſent à procuratore expediri vt ad rem aduertit *Aretin. in l. qui vniuerſas §. quod per Colonum num. 7. & ſeqq. ff. de acquir. poſſeſſ. Ruin. conſ. 44. col. 4. lib. 4. Corn. conſ. 6. col. fin. verſ. Ex quibus apparet lib. 3. Gabriel. de locat. concluſ. 4. num. 7. verſ. Quia non eſt veriſimile; & in puncto Rota in Toranen. Bonorum 22. Maij 1587. coram bon. mem. Orano impreſſ. poſt Pacific. de Salu. deciſ. 36. num. 2.*

Nec obſtat quod in ſupra citata fide dicatur poſſeſſio capta per attactum portarum Eccleſiæ, illiuſque & Campanilis aſpectum recuſante Vicario loci portam aperire, & claues
4 tradere; Quia cum nullus alius † Eccleſiam poſſideret, & Vicarius haberet tantum illius cuſtodiam, ſolus ianuæ tactus, & præfatus aſpectus ſatis fuit ad acquirendam Eccleſiæ, eiuſque membrorum poſſeſſionem, *Biſignen. deciſ. 8. de reſtit. ſpol. vbi Addent. dicunt eſſe ſingulariter notandum quia vix alibi, ita benè deciſum reperitur, Guidop. conſ. 71. num. 7. Rebuff. in prax. benef. tit. de miſſ. in poſſ. num. 34. Theſaur. for. Eccleſ. par. 2. cap. 12. num. 26. poſt med. Cancer. variar. reſolut. p. 3. cap. 14. num. 53. ad med. Achill. deciſ. 1. & deciſ. 3. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Et in terminis manutentionis fuit deciſum in *Vicen. Prioratus 18. Februarij 1607. coram Eminentiſſimo Dom. Cardinale Pamphilio iuniore, & in Cæſarauguſtana onerum 3. Iulij 1622. coram bon. mem. Pirouano quæ eſt inter impreſſ. poſt Modern. de manut. deciſ. 175. num. 3.*

Et ita deciſum domino Scipione tantum informante altera parte citata.

NEAPOLITANA PENSIONIS.

Veneris 13. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio Regni Neapolitani Regis Ladiſlai fidem adimens inſtrumentis rogatis à Notarijs vaſſallis ad fauorem vel contra Baronem locum habet etiamſi contractus celebretur cũ Eccleſia & inſtrumentum ſit munitum iuramento, & redditur ratio in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum rogatum à Notario vaſſallo non meretur fidem ſic diſponente Conſtitutione Ladiſlai Regis, etiamſi conceptum ſit contra Baronem.*

2 *Tranſactio operatur, vt Iura vtriuſque tranſigentis minuantur, & augeantur.*

3 *Conſtitutio Regis Ladiſlai locum habet enim in Inſtrumentis à Barone celebratis cum Eccleſia, quia in hoc non verſatur aliquis fauor vel præiudicium cum poſſit contrahere per alios Notarios Baroni non ſubditos.*

4 *Et dicta Conſtitutio perſonam Notarij laici, laicalique auctoritate creati inhabilitando ad conficienda Inſtrumenta pro vel contra Baronem diſponit de*

perſona ſubdita Regi, quæ ſubijcitur iuriſdictioni legiſlatoris.

5 *Princeps laicus ſuper iuramento directè, vel indirectè ſtatuere nequit.*

6 *Conſtitutio Regis Ladiſlai comprehendit inſtrumenta rogata à Notarijs vaſſallis etiamſi iuramentum contineant, quia dicta Conſtitutio non tangit iuramentum, ſed tantum inhabilitat perſonam Notarij ſibi ſubditæ ac fidem inſtrumento ademit, per quod non probatur Iuramentum fuiſſe præſtitum.*

7 *Inſtrumenta rogata à Notarijs vaſſallis quod fuerint celebrata pro exoneratione conſcientiæ, bona fide, & cum decreto Iudicis, ſi non apparet, niſi ex ipſiſmet in inſtrumentis, quæ fidem non merentur, tunc ex eis dictæ qualitates non probantur.*

8 *Qualitates neceſſariæ pro validitate actus quod interuenerint probandum eſt ab allegante.*

9 *Confirmatio non mutat ſubſtantiam confirmati circa factum ſed ſolum ſupplet Iuris defectum.*

10 *Conſtitutio Regis Ladiſlai non comprahendit rogitum decreti Iudicis.*

11 *Tranſactio probatur ex decreto Iudicis ſi in eo integer illius tenor continetur.*

12 *Decretum Iudicis ſupplet nullitatem contractus ex ſui carentia reſultantem non tamen nullitates aliunde prouenientes.*

13 *Inſtrumenta non dicuntur ſtipulata penes acta Iudicialia, etiamſi confecta ſint coram Iudice, eoque mandante.*

14 *Inſtrumenta ut ſtipulata dicantur penes acta Iudicialia, requiritur quod ſint confecta à Notario cauſæ ad ſcribendum acta deputato.*

15 *Notarius actuarius ſolet à Iudice deputari ad ſcribendum acta.*

16 *Inſtrumentum quod caret calore Iudicij valde differt ab actis.*

17 *Confeſſio voluntaria procuratoris poteſt quandocunque reuocari, etiam non docto de errore.*

18 *Conſtitutioni ob publicam vtilitatem æditæ non poteſt per partes directè, vel indirectè contrauenirì.*

19 *Actus geſti à Curatore, ſeu Adminiſtratore quo caſu non præiudicent minori.*

20 *Onera realia ſequuntur poſſeſſores bonorum, & inter eos diuiduntur.*

21 *In ceſſionarium bonorum tranſit proportionabiliter rata debitorum realium.*

22 *Obligatio alicui iniuncta de ſoluendis debitis intelligi debet de ijs de quibus conſtat per veras & legitimas probationes.*

DECISIO XCI.

OB non probationem crediti, eiuſq; correſpectiuitatem ad loca ceſſa Principi Tarſiæ, vel ſaltem turbiditatem Rota ſub die 30. Aprilis 1640. cenſuit reijciendam eſſe exceptionem compenſationis oppoſitam ab Eminentiſſimo Domino Cardinali Brancaccio aduerſus Dominum Aloyſium de S. Seuerino Principem Biſignani creditorem ex cauſa penſionum decurſarum.

Quam tamen repropoſita cauſa ſub die 27. Maij 1641. reſponſum fuit eſſe admittendum, quia creditum Domini Cardinalis probabatur ex publicis inſtrumentis, quorum fidem non abrogabat Conſtitutio Ladiſlai, ex pluribus rationibus in deciſ. deductis. Præfata verò correſpectiuitas videbatur tolli ex lectura inſtrumenti celebrati contemplatione non alicuius corporis particularis, ſed etiam bonorum à moderno Principe Biſignani poſſeſſorũ; vnde etiam crediti turbiditas euacuabatur.

Verum hodie propoſito dubio an ſtandum eſſet in primo, vel ſecundo loco deciſis, Domini recedendo à ſecunda deciſione primam confirmarunt, cuius fundamenta ſubſiſtunt non obſtantibus exaduerſo deductis.

Inſtrumentis enim ad probandum creditũ Cardinalis productis, quia fuerunt rogata à
1 Notarijs vaſallis † Principis Biſignani cum quo celebrabantur nulla poteſt adhiberi fides ſic diſponente Conſtitutione Regis Ladiſlai, quæ euitari non poteſt ex eo, quod inſtrumẽta concepta ſint contra ipſum Baronem iuxta *Molfeſij, & aliorum in ſecunda deciſ. allegat. opinionem*, cuius contrariam præter *Afflict. Vincen. de Anna, & Ricc. allegat. in prima deciſ. tenet Rouit. conſil. 91. num. 2. lib. 1. Camill. de Batta in tract. feud. par. 10. dilucid. 51. n. 6. & 7. Muta in capitula Regni Siciliæ tom. 5. cap. 264. ſub num. 2. Io. Anton. de Marinis reſolut. quotid. cap. 280. lib. 2. Nouar. ſibimet contrarius in tract. de elect. & variat. fori ſect. 2. in præf. ſub num. 10. Anell. de Botta in addit. ad Conſtit. Ladiſlai Io. Anton. de Nigris de Ciuitate Campaniæ ad cap. Regni in gloſ. numer. 7. ante fin. & numer. ſeq. Galter in prax. inſtrumentorũ verb. in publica forma num. 19. Carleual. de iudicib. & foro competent. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 6. ſect. 7. ſub num. 557. Gait. de credit. par. 3. tit. 1. num. 322. num. 326. & ſeqq. Flauius Amendola in addit. ad Franc. deciſ. 118.*

Quia inſtrumenta, de quibus agitur, nedum cantant contra Principem Biſignani, ſed etiam continent remiſſiones, & renunciationes ad eius fauorem factas ab Eccleſijs S. Adriani, & S. Mariæ de Mattina per viam tranſactionis inter illas, & dictum Principem celebratæ,
2 cuius ſubſtantiale eſt non † alterius tantum, ſed vtriuſque tranſigentis iura minuere, & augere *l. tranſactio nullo dato C. tranſact. Iaſ. in l. fin. num. 2. C. eod. Rolan. conſ. 28. num. 3. lib. 4. Alba conſil. 89. num. 3. verſ. præterea Menoch. conſ. 872. n. 14. Rot dec. 447. num. 3. par. 2. recent.*

Prout nec dubitari poteſt, quin dicta Con-
3 ſtitutio Ladiſlai † locum habeat etiam in inſtrumentis à Baronis celebratis cum Eccleſia, quia in hoc non verſatur aliquis Eccleſiæ fauor, vel præiudicium, cum poſſit contrahere per alios Notarios Baroni non ſubditos, &
4 Conſtitutio perſonam Notarij laici, laicaliq; auctoritate creati inhabilitando ad conficienda inſtrumenta pro, vel contra Baronem, cui ſubeſt, talibuſque inſtrumentis fidem adimendo, diſponit de perſona ſubdita Regi, & de probatione ex eiuſdem perſonæ facto reſultante, quæ cum ſit iuris poſitiui, ſubijcitur iuriſdictioni legiſlatoris, vt *in punct. ſimilis Statuti Beve Corn. conſ. 64. num. 9. lib. 3. quem ſequitur Carpan. ad Statuta Mediol. in prælud. n. 390. Ruin. conſ. 55 ſub num. 9. li. 5. & in prax. term. ſed. de Sen. conſ. 85. ſub num. 4. Rimin. ſen. conſ. 499. num. 4. Natt. conſ. 280. num. 4. verſ. Statut. Ciuitatis Surd. conſ. 2. num. 40. Laderch. conſ. 103. num. 1. verſ. eſt lex municipalis*

cipalis cum alijs allegat. per Carolum de Graſſ. de ef-
fect. Clericat. effectu 2. ſub num. 331.
Ob eamdemque rationem parum refert,
quod inſtrumenta ſint munita duplici iura-
5 mento, ſuper quo † Princeps laicus directè,
vel indirectè ſtatuere non poteſt; quia conſti-
6 tutio † non tangit iuramentum, ſed perſonam
Notarij ſibi ſubditum, et probationem inſtru-
menti ab eo confecti, per quod propterea
non probatur, quod iuramentum fuerit præ-
ſtitum, *Caſtr. conſ. 51. num. 2. lib. 2. Rolan. conſ. 43.*
num. 2. in fin. & num. 3. lib. 3. Giouagn. conſ. 33. n. 32.
& 33. lib. 1. Barboſ. in l. 1. num. 75. verſ. quod ſi lex
ciuilis ff. ſolut. matrim. Sanchez ſup Decal. lib. 3. c. 22.
num. 10. Rot. deciſ. 227. num. 25. par. 7. recent. vltra
alios allegat. in prima deciſ. §. 2. quia in fine.
Quod verò inſtrumenta celebrata fuerint
7 † pro exoneratione conſcientiæ, bona fide, &
cum decreto Iudicis, non apparet, niſi ex ip-
ſiſmet inſtrumentis, quæ, vt dicebatur, non
merentur fidem, & ſic, quomodocumque
prædicta deducantur ad euitandam, ſiue com-
præhenſionem caſus noſtri in Conſtitutione
Ladislai ſiue ipſius conſtitutionis diſpoſitionē
ex ceſſatione cauſæ finalis à Ladislao con-
templatæ, ſemper verum eſt dicere, quod non
probantur allegatæ qualitates, quarum tamen
8 † probādi onus incumbit allegāti iuxta theor.
Franc. in cap. 1. in 1. notabil. de præſer. in 6. quem ſe-
quitur Aym. conſ. 226. num. 8. Egid. deciſ. 76. num. 3.
verſ. tenetur enim Garz. de benef. par. 5. cap. 2. n. 591.
Rot. coram ſanct. mem. Greg. XV. deciſ. 278. numer. 12.
Præter quod in inſtrumentis nō legitur, quod
Princeps promiſerit pro exoneratione con-
ſcientiæ, imò ibi dicitur Principem tranſigere
ad euitandum iurgia, & controuerſias, ſed ſo-
lum hoc legitur in Breui Apoſtolico confir-
mationis tranſactionis, quod in hac parte, cum
diſcordet ab inſtrumentis, cenſetur erroneum
9 nec venit attendendum, quia confirmatio † nō
mutat ſubſtantiam confirmati circa factum,
ſed ſolum ſupplet iuris defectum, *Sarn. in com-*
pend. vtriuſq. Signat. num. 71. Rot. dec. 458. §. fin. lib. 3
par. 3. diuerſ. dec. 219. num. 1. par. 7. recent. & in Ro-
mana ſcutorum 4000. 26. Nouembris 1618. coram
bon. mem. Coccino.
Non obſtat, quod rogitus decreti iudicis
10 non cadit ſub Conſtitutione *ex tradit. per Vin-*
cent. de Franch. deciſ. 118. Adden. ad Vincent. de Anna
ſingul. 224. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. numer. 342.
11 & ex decreto, eo, quod † continet integrum
tenorem tranſactionis probetur ipſa trāſactio.
Quia conſtitutio inhabilitat Notarium ſim-
12 pliciter, & decretum iudicis † ſupplet qui-
dem nullitatem contractus ex ſui carentia re-
ſultantem, non tamen inhabilitatem Notarij,
& nullitates aliundè prouenientes, vt benè
diſtinguit *Ang. Aret. conſ. 51. num. 33. ac tribus ſe-*
quen. poſt Bart. in l. cum propter in fin. ff. legat. præſt.
Ideoq; Vincentius de Franch. & alij mox ex-
aduerſo allegat. non dicunt, Conſtitut. Ladislai
non procedere in inſtrumentis vallatis decre-
to Iudicis, ſed in ſtipulatis penes acta iudicialia
quia fomentum recipiunt à calore iudicij.
13 Qualia non ſunt † inſtrumenta, de quibus
agitur, eſto, quod confecta fuiſſent coram Iu-
dice eoque mandante, *Surd. conſ. 271. num. 46.*
Ruin conſ. 98. num. 4. lib. 5. quia ad hunc effectum
14 vltro requirebatur, quod ea † confeciſſet No-
tarius cauſæ ad ſcribendum acta deputatus,
Dec. in l. is, apud quem num. 7. & ibi add. lit. D. C. de
eden. Alber. ibid. num. 3. Bald. in l. præcipimus num. 1.
C. de appell. Aſin. in prax. §. 14. cap. 6. num. 1. Alex.
conſ. 120. num. 4. verſ. quia acta lib. 7. Carol. de Graſſ.
de except. in prælud. num. 3. ex doctr. Afflict. dec. 135.
num. 5. verſ. Notarius actorum.
In caſu autem noſtro inſtrumenta confecit
non Cancellarius Epiſcopi, à quo decretum
emanauit, ſed Notarius particularis citra no-
men actuarij, vt conſtat, tum quia illud non
expreſſit, tum etiam quia nullibi repetitur de-
putatus ad ſcribendum acta, imo in inſtrumē-
to dictum Notarium fuiſſe à Iudice rogatum,
vt de decreto conficeret publicum inſtrumē-
tum cum tamen actuarius non ſoleat rogari,
15 ſed eligi, † ac deputari à Iudice, *cap. Statutum*
§. Notarium, vbi Gemin. in 2. not. de reſcript. in 6.
Bero in cap. quoniam contra num. 46. de probat. Aſin.
in prax. §. 14. cap. 8. num. 2. & cap. 20. numer. 2. Bald.
conſ. 137. num. 1. lib. 3. & accedit, quod Iudex ſi-
mul rogauit iudicem ad contractus, vnde
magis dignoſcitur, quod non verſamur in a-
ctis iudiciarijs, ſed in contractus, ſeù actorum
16 inſtrumento, quod † caret calore iudicij, &
valdè differt ab actis *Alberic. in l. in fraudem §. ne-*
que inſtrumenta num. 1. ff. de iur. fiſci, quem ſequitur
Aſin. de execut. §. 1. cap. 1. num. 1. & 2. & facit deci-
ſion. 113. num. 1. par. 6. recent.
Rurſus non obſtat, quod tranſactio videa-
tur probata ex confeſſione antiqui Principis
Biſignani emiſſa in precibus pro obtinendo
Breui Apoſtolico confirmationis porrectis,
quia ibi nulla fit mentio alicuius particularis
obligationis Principis, & cum ea confeſſio
17 fuerit voluntaria, † & emanauerit à procura-
tore poteſt quandocumq; reuocari etiam non
docto de errore, *Caputaq. deciſ. 198. par. 1. Rota*
dec. 2. de confeſſ. dec. 19. de procurat. in nou. dec. 613.
num. 9. par. 1. diuerſ. dec. 193. num. 3. par. 1. recent.
Tandem non releuat allegata obſeruantia
tranſactionis, quia non fuit in poteſtate Prin-
cipis Biſignani Conſtitutioni Ladislai ob pu-
18 blicam vtilitatem editæ † directè, vel indire-
ctè conuenire, vt in punct. *Afflict. in Conſtit. Re-*
gni lib. 1. rubr. 77. ſub n. 15. infra med. verſ. ne poſſit,
et obſeruantia non eſt proxima tranſactioni,
ſed dantur ſolum actus ferè poſt centum an-
nos ab eo tempore emanati, quique originem
19 duxerunt † à curatore, & adminiſtratoribus
Principis, cui nequaquam præiudicare potue-
runt, *l. fin. C. de acq. poſſeſſ. Caſſad. dec. 8. de cauſ.*
poſſeſſ. & propriet. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 38.
num. 34. & ſeqq. & fuit dictum S. Theanen. benefi-
cij 11. Ianuarij 1621. coram bon. mem. Vbaldo ſeniori
& in Caſenaten. bonorum 16. Decembris 1622. co-
ram eodem impreſſ. apud Modern. de monit. dec. 170
num. 10.
Vel in omnem euentum nemo negauerit
ex prædictis remanere ſatis turbidam obliga-
tionem Principis Biſignani ergà Eccleſias ho-
die poſſeſſas à Domino Cardinali, ſeù ipſius
Auctore, eo magis, quia huiuſmodi obliga-

tio, quatenus correſpectiua eſſet ad omnia
bona Principis, vt dicitur in ſecunda deciſio-
ne, egeret liquidatione, & minuenda eſſet pro
rata eorumdem bonorum Principi Tarſiæ
poſtmodum ceſſorum à Sereniſſimo Rege
Catholico antiqui Principis Biſignani ex te-
ſtamento Iuliæ Vrſinæ mediati ſucceſſoris,
20 quia onera realia † ſequuntur poſſeſſores bo-
norum, & inter eos diuiduntur, *Alba.conſ.730.*
num.23.Bertaz.conſ.crim.328.num.5.Rouit.conſ.9.
num8.lib.2. Coſta de portion. rat.quaſt.5.nu.5. Ca-
pyc.deciſ.198.n.1.ſub num.4.& 5.Vinc.de Franch.
deciſ.1.num.24.

Quamuis in ceſſione ſucceſſiue facta mo-
derno Principi Biſignani Rex Catholicus illi
iniunxerit onus ſoluendi debita antiqui Prin-
cipis, quia cum idem Rex prius aliqua ex bo-
nis cenſualibus ceſſiſſet Principi Tarſiæ, in
21 quem propterea proportionabiliter † rata
debitorum realium paſſiue tranſiuerat iuxta
tex.in l.ſi certarum §.Iulianus ff.de milit.teſtam. ob-
ligatio deinde iniuncta moderno Principi Bi-
ſignani intelligenda eſt de reſiduo debitorum
in hæreditate de tempore huius ſecundæ ceſ-
22 ſionis exiſtentium, & de quibus † conſtet per
veras, & legitimas probationes, *Alex. in l. qui*
Romæ §.Augerius num.3.ff de verb.obligat.& ibid.
Socc.num.6.Iaſ.num.2.& 3. Pariſ.conſil.121 n.10.
lib.4.Ciriac.contr.85.num.19.Surd.deciſ.118.n.8.

Merito igitur ex his, & alijs in prima deci-ſione deductis creditum Domini Cardinalis non eſſe compenſabile, aut retardare execu-tionem petitam à Domino Principe credito-re certo, & liquido ex cauſa penſionum re-ſponſum fuit vtraque parte informante.

ROMANA LAVDI, ſeù DOMVS.

Veneris 13. Iunij 1642.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas reſultat ſi concurrunt requiſi-ta enumerata in deciſ.Caputaquen.262.par.2.*
2 *Iuſtitia ſententiæ probatur ex deciſionibus in cauſa emanatis.*

DECISIO XCII.

CONFIRMANDAM eſſe ſententiam
Rotalem Domini dixerunt, quia con-
1 currunt omnia ad validitatem requiſita † quæ
enumerantur *in deciſione Caputaqu.262.par.2.ap-*
probata in deciſ.204.par.1.recent. deciſ.178. par.2.
deciſ.81.num.1.coram bo.me.Buratto.
2 Iuſtitia verò † liquido apparet ex deciſioni-
bus emanatis *coram RR. PP. DD. meis Dunozet*
& Carillo priorum inſtantiarũ iudicibus, qua-
rum fundamenta etiam hodie Dominis pla-
cuerunt.

Et ita deciſum vna tantum parte informã-te, citata tamen pluries aduerſaria.

BONONIEN TERRARVM.

Lunæ 16. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Prædio aliquo mediante tranſactione tradito ex preſſa certa quantitate menſuræ, ſi deinde ex relatione periti conſtat de defectu menſuræ agi poteſt contra tradentem pro ſupplemento menſuræ deficientis.

SVMMARIVM.

1 *Menſuræ defectus probatur ex relatione periti iu-dicialiter electi.*
2 *Amplia quãuis menſura facta fuerit ex interuallo à die contractus, quando non conſtat de diminutio-ne bonorum medio tempore ex aliquo accidenti.*
3 *Menſuræ defectus suppleri debet ſtante explicita promiſſione, quod prædium traditum ſit tantæ quã-titatis.*
4 *Conuentio partium ſemper attenditur; ſiuè traditio alicuius prædij ſit facta ad corpus ſiuè ad menſu-ram.*
5 *Et per huiuſmodi conuentionem recipiens cenſetur ſibi proſpicere voluiſſe ne menſura minor eſſet.*
6 *Verba*, promiſit, & conuenit, *expreſſam ſti-lationem, & conuentionem important.*
7 *Quinimo ſufficit etiam tacita voluntas ex coniectu-ris elicita.*
8 *Menſuræ defectus, quando eſt notabilis quantitatis ſemper intrat obligatio ad ſupplementum menſuræ deficientis.*
9 *Dictio*, in circa *à modico tantum defectu excuſat.*
10 *Defectus modicus in menſura non dicitur, qui deci-mam partem excedit.*

DECISIO XCIII.

IN tranſactione inita de anno 1621. Ioannes Franciſcus de Berois relaxauit Ludouico inter alia bona poſſeſſionem vulgariter nun-cupatam *la poſſeſſione del Podere* ſeminis corbiũ 50. frumenti, tornaturarum 270. vel circa. Nec non aliam poſſeſſionem nuncupatam *la Marabina* ſeminis corbium 46. frumenti, tor-naturarum 255. vel circa. Et poſtquam vtramque poſſeſſionẽ certis finibus deſſigna-uit, ſubdit hæc verba, *in quas poſſeſſiones ſupra deſcriptas, & dicto D.Ludouico relaxatas, ipſe D. Ioannes Franciſcus dixit, promiſit, & conuenit eſſe ſeminum ſupra expreſſorum.*

Vnde cum poſtea compertum fuiſſet, poſ-ſionem *del Podere* aſcendere tantum ad quan-titatem corbium 41. cum quarta parte alte-rius corbis, & tornaturarum 224. Aliudque pariter prædium Marabinæ eſſe corbium 44. & tornaturarum 230. egit Ludouicus con-tra hæredes Ioannis Franciſci pro ſupplemen-to menſuræ deficientis, & obtinuit, quo ad poſſeſſionem *del Podere*, ſuccubit verò quo ad poſſeſſionem *la Marabina*, prout in ſententia Auditoris Generalis Bononiæ.

Aqua interpoſita hinc inde appellatione, cauſaque mihi commiſſa Propoſui Dubium

An

An hæredes Ioannis Franciſci teneantur ma-
nutenere Prædia in quantitate ſeminis in in-
ſtrumento expreſſa, & affirmatiuè fuit reſo-
lutum.

1 Quia defectus menſuræ † ſatis probatur ex
relatione tertij periti ad menſurandũ iudicia-
liter electi *gloſ. in l. item ſi vnus §. principaliter
verbo authoritati in fine*, & ibi *Bald. in fin. ff. de
arbitr. Socc.conſ.54.num.2.lib.1. ſpecul. in titulo de
arbitr.§. ſequitur num. 19. verſ. ſed numquid ſtabi-
tur Rimin.iun.conſ.273.num.9 Rot.deciſ.294.nu.2.
par.1.recent. & in terminis Surd.deciſ.64. num.28.
2 in fin.* Quamuis menſura † facta fuerit poſt ali-
quot annos à die tranſactionis, quia per teſtes
ad inſtantiam Ludouici examinatos proba-
tum fuit, prædia à dicto tempore non fuiſſe
diminuta, quod etiam præſumitur; niſi me-
dio tempore aliquod accidens extrinſecum
in bonis eueniſſe probetur *Bald. in l.2.num.61.
C. de reſcind. venditione Caſtr. ibidem num. 4. in
fin. Natt. conſ.353. ſub num.6. Surd. conſ.151. ſub
num.71. & fuit dictum in Cæſaraugustana Diſtribu-
tionum 9. Decembris 1630. & 26. Aprilis 1632.
coram bon.mem.Coccino.*

Quo defectu poſito ſupplenda eſt Ludoui-
3 co menſura † quæ deficit ſtante explicita pro-
miſſione Ioannis Franciſci, quod poſſeſſio-
nes traditæ erant quantitatis, ſupra expreſſę,
4 ſemper enim attenditur † partium conuentio
ſiuè traditio ſit facta ad corpus ſiue ad men-
ſuram *Caſtr. in l. ſi ſeruum §. ſi modus ſub num. 2.
ibi niſi contrarium ſit actum ff. de action. empt. ex
text. in l. qui fundum §. qui agrum ff.contr.empt.Ca
giol. in l.2.num.186.C. de reſcind.vend. Gabr.conſ.
64.num.6.* vbi quod per huiuſmodi conuen-
5 tionem recipiens † voluit ſibi proſpicere ne
menſura minor eſſet, *& 20.lib.2. Ladereh. con-
ſil.130. ſub nu.2.verſ.3,Mant. de tacit.lib.4.tit.18
num.35.Ciriac.contr.53.num.9.Surd.deciſ.64.n.28.*

Et in caſu noſtro clara eſt conuentio par-
6 tium, ibi, *promiſit, & conuenit*, † quæ verba
in inſtrumento poſita expreſſam ſtipulationẽ,
& conuentionem important *§. ſi ita ſcriptum
Inſtit. de inutil.ſtipulat.Imol.conſ.86.num.3.Bellar.
conſ.1.num.17.verſ.quia verbum promiſiſſe Seraph.
deciſ.427.num.6. & deciſ.1167. num.4. Greg.XV.
deciſ.328.num.6.* cum tamen ſufficeret etiam
7 tacita voluntas † ex coniecturis elicita. *Anan.
conſ.98. per tot.Ferrett.conſ.91.nu.5. & ſeqq. De-
cian.conſ.44.num.5.lib.1.Mant. de tacit. dicto titu-
lo 28. ſub num.34. Surd. dicta deciſ.64. ſub n.28.*

Præſertim quia defectus menſuræ, quo ad
Prædium del Podere eſt in tornaturis ferè 45.
& quo ad Prædiũ marabinæ in tornaturis 25.
8 & ſic eſt notabilis quantitatis, † quo caſu ſem-
per intrat obligatio ad ſupplementum men-
ſuræ deficientis *Pinell. in l.2.par.3.cap.2.ſub n.9
verſ. mihi verò, & infra verſ. cui Pauli Caſtrenſis
opinioni C. de reſcind. venditione Couar.pract.quæſt.
cap.3. ſub num.7.verſ.vndecimo Coſta de portin.ra-
ta quæſt.35. ſub nu.6. verſ. vel niſi exceſſus Ciriac.
dicta controu.53.num.27. & num.29. & in fin.verſ.
reſpondetur vbi allegat. concordantes.*

9 Neque releuat dictio † *in circa*, illa enim mo-
dico tantum defectu excuſat *gloſ. in cap. 1. §.
pen.verb. circa illam de offic.Ordin. in 6. Pariſ.con-
ſil.104.num.13.lib.1.Laderch.conſ.130. ſub num.9.
verſ. ad medicum Menoch. de arbitr.conſ.46.num.3.
& ſeqq. Rot.deciſ.353.num.2. in fin.par.2.recent. &
in fortioribus terminis Alex.conſ.18. circa fin.lib.4.
Ciriac. dicta contr.53. num. 26.* qualis non dici-
10 tur † qui decimam partem excedit: *Rot.coram
ſa.me.Greg.XV.deciſ.128.num.6.*

Et ita deciſum vna tantum parte informã-
te &c.

MONTIS FALISCI SVPPLEMENTI LEGITIMAE.

Mercurij 18. Iunij 1642.

AGVMENTVM.

Pro ſupplemento legitimæ non competit iuxta opinionem Rotæ hypoteca, ſed tantum condictio ex lege; ideoque pro eo conſequendo via ordinaria agendum eſt, Legitimæ ſupplementum, vt quis aſſequi valeat, quænam probare teneatur? In calculando legitimæ ſupplemento, quod tempus venit attendendum? Tempus 30. annorum requiritur ad præſcribendum ſupplementum legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Litibus diuturnis finis imponi debet.*

2 *Pro ſupplemento legitimæ iuxta opinionem, quam Rota ſeruat, non competit hypoteca, ſed ſolum condictio ex lege.*

3 *Condictio ex lege cum non oriatur ex aliqua conuentione executiua partis nec circa modum procedendi eſt priuilegiala, non habet viam executiuam ſed Iudicium ordinarium expoſcit.*

4 *ad Legitimæ ſupplementum conſequendum filius probare tenetur valorem bonorum patris, ac etiam quod habita in vita, patris, non adequent portionem ſibi de Iure debitam.*

5 *Valor bonorum patris ad effectum conſequendi ſupplementum legitimæ attendi debet de tempore mortis patris, etiamſi ille poſtea creuerit.*

6 *In calculanda legitima attenditur tempus mortis patris, quoad quantitatem bonorum, & petitionis quoad eorum valorem.*

7 *Augumentum intrinſecum bonis hæreditarijs contingens à die obitus patris vſque ad diem petitionis legitimæ cedit commodo filij.*

8 *Legitima cum debeatur in corporibus par eſt vt illa augeatur ad beneficium filij, non ſecus ac hæredis.*

9 *In legitima calculanda quantitas bonorum attendi debet tempore mortis, qualitas vero tempore petitionis.*

10 *In calculando ſupplemento legitimæ tempus mortis attenditur quoad quantitatem bonorum tempus vero petitionis quoad qualitatem ratio eſt, quia ſupplementum debetur filijs in corporibus & num. 9.*

11 *ſupplementum legitimæ tanquam pars, & acceſſorium eiuſdem legitimæ eodem Iure cenſetur, quo ipſa legitima.*

12 *Filius cui in vita patris non fuit aſſignata integra legitima debet conſequi ſupplementum iuxta valorem bonorum non de tempore aſſignationis, ſed ſubſequenti.*

13 *Declara id procedere quando filius non diſtulit doloſe ſupplementum petere.*

14 *Item declara procedere ſiue pater viuens aſſignauerit filijs bona titulo legitimæ, ſiuè titulo dotis.*

15 *Augmentum legitimæ iuxta opinionem Rotæ cedit commodo filij.*

16 Modern. Forolinien. de legitim. lib. 5. tit. 3. quæſt. 7. nu. 42. quo caſu loquatur? & n. ſeq.

17 *Acceſſiones contingentes poſt aditam hæreditatem eam non augent, ſed cedunt lucro hæredis.*

18 *Augumentum intrinſecum bonorum cedit commodo legitimæ, non quia filius eſt hæres, ſed quia legitima debetur in corporibus, ſiuè filius ſit heres ſiuè non.*

19 *Pro legitima filio debita lex intellectualiter reſecat portionem à bonis patris.*

20 Ripa in l. prima §. ſi is qui quadraginta n. 9 ff. ad Tribellian. in quibus terminis loquatur?

21 *Hæres beneficiatus an teneatur ſoluere legata etiam ex augumento ſecuto poſt aditam hæreditatem, reſpondetur negatiue.*

22 *Augumentum contingens poſt aditam hæreditatem non auget hæreditatem, & ſupra num. 17.*

23 *Hæres Beneficiatus tenetur legatarijs iuxta menſuram hæreditatis.*

24 *Valor hæreditatis paternæ quando fuit de conſenſu partium ſuppoſitus in certa quantitate non eget vlteriori probatione ad effectum extrahendi legitimam.*

25 *Amplia etiamſi adſit clauſula ſine veri præiudicio, quia donec probetur contrarium ea non efficit quin adhuc ſtandum ſit valori certo in ſumma ſuppoſita*

26 *Teſtis vnicus deponens de auditu incerto nihil probat.*

27 *Tempus 30. annorum requiritur ad præſcribendum ſupplementum legitimæ.*

28 *Tempus ad præſcribendam legitimam non currit contra poſſidentem bona ſuper quibus legitima debetur, & non valentem agere, & redditur ratio num. 29.*

30 *Exceptio eſt perpetua.*

31 Alb. conſ. 200. num. 4. reprobatur à Menoch. conſ. 1019. num. 5.

32 *Ius adeundi non præſcribitur, niſi lapſus 30. annorum concurrat ac etiam ſcientia delatæ ſucceſſionis.*

33 *Præſcriptionem allegans, quid probare teneatur?*

34 *Ad reſtitutionem in integrum obtinen. aduerſus præſcriptionem etiam tricenariam ſola probabilis ignorantia ſufficit.*

35 *Condictio ex lege eſt remedium ſubſidiarium, & ad hoc, vt intret, quid præcedere debeat? & numer. 36.*

DECISIO XCIV.

POST ſex deciſiones in cauſa emanatas coram ſa. me. Greg. XV. ſuper exiſtentia fideicommiſſi, identitate bonorum; & detractionibus, ac totidem alias coram bon: mem: Coccino ſuper ſituatione tenutæ Ferentini in Territorio Viterbienſi ad effectum euitandi excluſionem fœminarum ex ſtatuto Montis Faliſci, ſuper quantitate ad quã aſcendunt detractiones, & magis in ſpecie ſuper quantitate legitimæ, & ſuper actione competente ad conſequendam legitimam, ſiue eius ſupplementum.

Bizentij inſteterunt coram Reuerendiſſimo D. Merlino ſubrogato in locum bon: me: Coccini pro cauſæ expeditione, ad quam retardandam, quia plura adducebantur à Boncompagnis fuit propoſitum dubium, An & quomodo cauſa ſit expedienda? expediendamque eſſe, & via ordinaria reſolutum coram eodem D. Merlino, quo interim vita functo, ego in cauſa ſuffectus extendi de more deciſionem.

Cuius ratio quoad primã partem eſt, quia
ex precitatis deciſſionibus conſtat, fuiſſe ad ſa-
turitatem omnia diſcuſſa, & debet aliquan-
1 do diuturnæ liti † cæptæ à 30. ferè annis, &
in qua tot deciſiones emanarunt finis imponi ad *text. in l. quidam extimarunt in fine ff. ſi cert. pet. l. terminato C. de fruct. & lit. expenſ. Neuiz. conſ. 5. num. 35. Surd. conſ. 271. num. 15.*

Quo verò ad ſecundam partem ratio deci-
2 ſionis eſt, quia pro ſupplemento legitimæ †
iuxta opinionem quam ſeruat Rota non cõpetit hypotheca, ſed ſolum condictio ex lege, *vt ex pluribus fuit firmatum in deciſione emiſſa ſub die 4. Decembris 1634. & 20. Apr. 1635. coram bon. mem. Coccino*, quæ condictio, quia non ori-
3 tur † ex aliqua conuentione executiua partis,
nec circa modum procedendi eſt à Iure priuilegiata non habet viam executiuam, ſed iudicium ordinarium expoſcit, *vt per Coller. de proceſſ. execut. par. 2. cap. 2. num. 81. verſ. vt quia nullum, & num. 82. & in fortioribus eſt text. in l. minor. ff. de minor. l. tale pactum ff. de pact. Gratian. diſcept. 146. num. 44. Rot. deciſ. 33. num. 6. apud Zach. de oblig. Camer.*

Nec obſtare viſa ſunt, quæ contra primam
partem adducebantur, & Primo quod non
4 fuerit probatus valor bonorũ patris, † & quod
habita per filias in vita patris non adequent portionem de Iure debitam vt probari debuit ad conſequendum ſupplementum legitimæ *iuxta theor. Bart. conſ. 17. lib. 1. Natt. conſ. 352. n. 10. Caball. conſ. 28. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Rot. deciſ. 334. n. 3. par. 4. rec.* attento valore de tempore mortis
5 patris † etiam ſi ille poſtea creuiſſet *Curt. ſen.*
conſ. vlt. per tot. Fachin. conſ. 66. num. 7. lib. 3. Caball. conſ. 28. num. 2. & ſeq. lib. 1. Gabr. conſ. 132. num. 4. & 9. lib. 2. Marta de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 12. art. 5. num. 20. Barz. deciſ. 104. num. 21.

Nam fuit reſponſum, quod ſicuti incalcu-
6 landa legitima † attenditur tempus mortis
patris quoad quantitatem bonorum, & pe-
titionis, quo ad eorum valorem itaut augu-
7 mentum intrinſecum † à die mortis patris
vſque ad diem petitionis, ſeù detractationis
in bonis hæreditarijs contingens cedat com-
8 modo filij, quia cum legitima debeatur †
in corporibus par eſt illa augeri ad benefi-
cium filij non ſecus ac hæredis *Bald. conſ. 23.*
9 *num. 2. vbi ait attendi* quantitatem † bonorum
tempore mortis, qualitatem tempore petitionis *lib. 4. Bertrand. conſ. 141. nu. 15. & 16. lib. 2. par. 2. Surd. conſ. 128. num. 2. & ſeqq. Rauden. de Analog. cap. 11. num. 60. & ſeqq. Fachin. contr. iur. lib. 4.*

lib.4.cap.26. Peregr. de fideic. art.36. ſub num.26. verſ.contr.Cancer.variar.reſolut.lib.1.par.3.nu.27. Ciriac.contr.391.num.6. Barz. deciſ.102. num.34. Caſ. de Graſſ. deciſ. 6. & 10. de teſtam. Rot. deciſ. 475.num.1.par.4.recent. vbi alia allegantur.

Ita in calculando legitimæ ſupplemento,
10 quia illud quoque filijs debetur in corporibus l. ſcimus §. repletionem, & ibi Iaſ. num. 9. Cod. de inoff.teſtam. Port.Imol.conſ.82.num.5. Fachin.conſ.27.num.13.lib.1. ac tanquam pars, &
11 acceſſorium legitimæ† eodem Iure cenſetur quo ipſa legitima Guidop. quæſt. 487. Faber. in Cod.lib.3.tit.19. de inoff.teſtam.deffinit.9. & 16. & 32.Menoch. dicto caſu 163.num.30. Petra de fideic. quæſt.15.num.148. & ſeqq.Cancer. dict.lib.1.cap.3
12 num.4. & magis in ſpecie, quod filius † cui in vita patris non fuit aſſignata integra legitima debeat conſequi ſupplementum iuxta valorem bonorum non de tempore aſſignationis, ſed ſubſequenti Cancer. dicto cap. 3. ſub num.25.verſ.ſecus ſi tempore Trentacinq.variar.reſol.lib.1.tit. de legit.reſolut.2. ſub num.9. Graſſ. in §. legitima quæſt.12.nu.2.& 3. Gomez. in l.Taur. 23. circa fin.Cod. Fabr. d. titulo 19. diffinit. Ciriac.contr.391.num.26. & in puncto augumen-
13 menti poſt mortem patris † ſaltem, quando filius non diſtulit doloſè ſupplementum petere Molin. de ritu nupt.lib.3.quæſt.72.nu.14. quæ
14 procedunt† ſiuè pater viuens aſſignauerit bona filiæ titulo legitimæ ſiuè dotis, vt in his terminis Ciriac.contr.391.num.7.Cancer.d.cap.3. num.29.

Neque curandum eſt de allegatis in obiecto, quorum aliqui non loquuntur de ſup-
15 plemento, ſed de ipſa legitima † in qua tamen Rota amplectitur opinionē, quod augumentum cedat commodo filij ex ſupra allegatis. Alij non agunt de augumento ſequuto
16 poſt mortē; & limitatio adducta † à moderno Foroliuien. de legit.lib.5.tit.3.quæſt.7.n.42. quando filius non eſt hæres patris nec agitur de detrahenda legitima à filio hęrede cōtra ſubſtitutum vniuerſalem ob eam rationem, quia
17 acceſſiones † contingentes poſt aditam hæreditatem eam non augent, ſed cedunt lucro hæredis; non eſt applicabilis legitimæ cuius
18 commodo cedit † augmentum intrinſecum bonorum non quia filius eſt hæres, quia legitima debentur in corporibus, ſiue filius ſit
19 hæres ſiuè non, & quia lex intellectualiter † ipſo iure reſecat portionē pro legitima filio debita l. lineam margaritarum ff. ad l. falcid. l. ſcimus vbi Iaſ. in primo not. Cod. in off. teſtam. Bald. in l. omnimodo in fine principij Cod. eodē Ruin. conſil.57. num.7. & 8. lib.2. Peregr. de fideic. art.36. num. 27. neque in his terminis loquitur Ripa
20 ab eodem modern. foroliuienſi allegatus in lib. 1. §. is qui quadringenta num. 9. ff. ad Trebell. qui tangit quæſtionem omnino diuerſam, An ſcilicet hęres beneficiatus teneatur ſoluere le-
21 gata† etiam ex augumento ſecuto poſt aditā hæreditatem, & reſpondet negatiuè ob dictam rationem, quia nimirum illud non au-
22 get † hæreditatem iuxta cuius menſuram
23 dumtaxat † hæres beneficiatus legatarijs tenetur l. fin. §. & ſic præfatam Cod. de iur. delib.

Valor autem hæreditatis paternæ non eget vlteriori probatione, quia de conſenſu par-
24 tium † fuit ſuppoſitus in ſcutis 8219. ad tradita per Peregr. de fideic.art.36.nu.29. & quamuis in ſuppoſito adſit clauſula, ſine veri præiudicio, quia tamen hactenus non fuit exaduer-
25 ſo probatum contrariū † ea non efficit quin adhuc ſtandum ſit valori certo in ſumma ſuppoſita, vt per Soc. in l. pecuniam num. 10. ff. ſi cert.pet. & conſ. vlt. ſub num. 2. verſ. aliquando lib.3.Ciriac.contr.180.num.45. & ſeqq. Burat. deciſ.546. num.6. & benè ad propoſitum Garz. de beneſ.par.5.cap.3.num.205.

Et quod Dos tradita filiabus non adequēt portionem legitimæ ſatis patet, quia non excedit ſc.150. computato etiā acconcio, quod moniales eiuſdem Monaſterij teſtantur aſcēdere ad ſcuta 50. quicquid dicat teſtis exad-
26 uerſo examinatus † qui cum ſit vnicus, & deponat de auditu incerto nihil probat. Caputaqu.deciſ.279.num.1.par.1. Acchill.deciſ.3.de teſtibus Rot.deciſ.244.num.3.par.1.recent.

Secundò non obſtat præſcriptio, quia vel illa opponitur ad excludendum ſupplementū legitimæ debitum filialibus ex propria perſona, & reſpondetur à die mortis patris ad diē petitionis non interceſſiſſe tempus 30. anno-
27 rum, quod requiritur † ad huiuſmodi præſcriptionem, vt de communi Fachin.contr.Iur. lib.12.cap.9.verſ. iſtis non obſtantibus Fontanell. de pact.nupt.tom.2.clauſ.5.gloſ.8. par.3. num.54. vbi allegantur concordantes, & fuit dictum in deciſione huius cauſæ ſub dio 18. Martij 1636. coram bo:me. Coccino.

Aut aduerſus legitimam, & Trebellianicā eiſdem filiabus debitam ex perſona Troili, & Cæſarini fratrum, nec pariter adeſt lapſus 30. annorum ſubducto tempore eorum vitę quo durante non fuerunt negligentes in petendo
28 quia † cum tamquam hæredes grauati poſſiderent bona hæreditaria non poterant agere contra ſe ipſos, & bona à ſe poſſeſſa, vnde,
29 quod erat in actione tranſiuit † pro dicto tē-
30 pore in exceptionē † quæ eſt perpetua Bald. conſ.50.num.2. verſ. reſpondeo ad euidentiam lib.5. Menoch.conſ.1019.nu.4. & 5.Gratian.diſcept.602. num. 3. & ſeqq. per tot. Rota in Romana hæreditatis de Valle 26.Febr.1601. coram bon.mem.Cardinali Mellino, & coram fa.me.Greg.XV. deciſ.489. num.11. & 12. vbi Add. num.25. quicquid in contrarium dixerit Alba conſ. 200. num. 24. quem
31 nominatim† reprobat Menoch. dicto conſ.1019 ſub num.5.

Aut tertiò prætenditur præſcriptum ius
32 adeundi, † & ſuccedendi dictis Troilo, & Ceſarino, & probandum eſſet, quod ſorores eorum hęredes habuerint notitiam ſucceſſionis ſibi delatæ ac 30. anni effluxerint, quod negant informantes pro Biſentijs, & pro-
33 bandi onus† incumbit alleganti præſcriptionem Rimin.iun.conſ.205. num.22. Vrſill. ad Affl. deciſ. 239. num.3. vel in omnem caſum ſola
34 probabilis ignorantia † ſufficeret ad obtinendam reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem etiā tricennariam Bart. in l.1 §. ſi quis propter ſub num.1. ff. de itin. actuque priuat.

uat. Cardinalis in Clem. 1. num. 30. in fin. de in integr. reſtit. Alex. conſ. 71. num. 3. lib. 1. Rot. dec. 39. num. 1. lib. 2. par. 3. diuerſ. dec. 3. num. 2. par. 3. recent.

Rurſus non obſtat quod condictio ex lege
35 ſit remedium ſubſidiarium ideoque præce-
36 dere debeat excuſſio † ſuper bonis Camilli, & ſic ſuper cenſibus ab eo emptis ex prætio tenutæ Ferentini de quibus non conſtabat tempore deciſionum *coram bon. mom. Cocc. ſed hodie conſtat ſumm. Boncompagni numero* 9. quia imò neque hodie probatur dictos cenſus fuiſſe impoſitos ad fauorem Camilli, aut emptos ex prætio tenutæ ab eo venditæ ſed ſolùm ex prætio ſecundæ venditionis factæ à primo emptore quòd reſpectu Camilli nihil commune habet cum ipſa tenuta vel cum prætio primæ venditionis ſoluto eidem Camillo primò venditori vt fuit dictum in *Romana Pecuniaria 23 Martij 1640. coram Reuerendiſſimo D. meo Patriarcha Conſtantinopolitano §. nec dicatur.*

Cætera quæ exaduerſo obijciebantur abundè ſublata ſunt in præcedentibus deciſionibus cum quibus Domini tranſierunt.

Et ità Deciſum vtraquè &c.

ANCONITANA PRAEDII.

Merc. 18. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Ius offerendi non competit ſecundò creditori, quando bona debitoris fuerunt adiudicata primò creditori in vim pacti ab initio in contractu appoſiti, vel quando ſecundus creditor fuit in adiudicatione vel deliberatione pignoris citatus, aut preſens fuit. Item ius offerendi nõ competit ſecundò creditori, quando pignus fuit diſtractum Iure creditoris, & acquiſitum à tertiò licitatore, tamen ſi conſtat nomen tertij fuiſſe ſimulatè appoſitum, & reuera pignus fuiſſe emptum à primò creditore, tunc competit Ius offerendi ſecundò creditori. Subhaſtatio, & deliberatio ex quibus reddantur nullæ, & inualidæ?

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi competit ſecundò creditori aduerſus primum, ſiue primus emerit à debitore, ſiue à Iudice.*

2 *Et in dubio præſumitur emiſſe confirmandi potius ſuæ hypotecæ gratia, quam acquirendi dominium.*

3 *Et hæc eſt ratio cur ſecundò creditori competat Ius offerendi.*

4 Text. in l. à Diuo Pio §. ſi poſt adiectum ff. de re iudic. & in l. ſi finita §. illud ff. de damn. infect. & l. obligata C. ſi antiquior *creditor in quibus terminis loquantur?*

5 *Creditori ſecundo non competit Ius offerendi quando bona fuerunt data inſolutum, aut adiudicata anteriori creditori in vim pacti, tunc enim huiuſmodi pactum præceſſit obligationem ſecundi creditoris.*

6 *Item non competit vbi creditor poſterior fuit in deliberatione, vel adiudicatione citatus, vel deliberationi præſens fuit.*

7 *Creditor certus in diſtractione bonorum debitoris debet perſonaliter citari, non autem per proclama.*

8 *Ius offerendi non competit ſecundò creditori, quando bona debitoris fuerunt vendita Iure creditoris extraneo licitatori, in quem tranſeunt immunia ab eius hypoteca prout erant penès debitorem tempore contracti pignoris fauore primi creditoris.*

9 *Declara concluſionem non procedere quando nomen tertij licitatoris fuit ſimulatè appoſitum, & reuera bona fuerunt empta pro anteriori creditore, tunc enim habetur, ac ſi ipſe creditor immediate emiſſet.*

10 *Emere per ſe ipſum, vel per interpoſitam perſonam idem eſt.*

11 *Ius offerendi competit ſecundò creditori aduerſus primum creditorem, quando bona ſimulatè emit per ſubiectam perſonam.*

12 Text. in l. & qui ſub imagine C. de diſtract. pignor. indiſtinctè *procedit tam in venditione extraiudiciali, quam iudiciali, & num.* 14.

13 *In materia Iuris offerendi non intereſt, an contractus celebretur à Iudice vel à parte.*

15 *Fraus ſiue dolus præſumitur, quando pignus fuit viliori prætio diſtractum.*

16 *Ius offerendi excluditur ſtante poteſtate vendendi pignus primo creditori conceſſa.*

17 *Huiuſmodi tamen poteſtas non cenſetur creditori conceſſa, vt ipſimet vendatur.*

18 *Creditor anterior præſumitur pignus emiſſe potius tuendi ſui Iuris gratia, quam acquirendi dominium; & præſumptio reſultat eo ipſo quod emit pro ſumma non excedente creditum, & emit Iure creditoris, & num. 19. & 20.*

21 *Qualitates omnes contractus geſti cum perſona ſimulata militant in vera.*

22 *Creditor non dicitur emere à tertio licitatore, quando nomen licitatoris fuit ab initio ſimulatè appoſitum, ſed ſtante dicta ſimulatione perſona habetur ac ſi venditio immediate facta ſit ipſi creditori.*

23 *Ius offerendi ſemper competit ſecundò creditori quoties venditio pignoris quomodocumque facta ſit, nulla eſt.*

24 *Et dicitur nulla, ſi eſt facta creditori met ſimulate per interpoſitam perſonam.*

25 *Ad ſubhaſtationis validitatem tres oblatores ad minus requiruntur.*

26 *Subhaſtatio redditur nulla ex defectu citationis debitoris ad viden. ſubhaſtari ac deliberari, ac etiam decreti Iudicis.*

27 *Ius offerendi non datur ſine hypoteca.*

28 *Creditor ſi nulliter fuit immiſſus tenetur ad reſtitutionem fructum in eo, in quo eſt factus locupletior.*

29 *Fructus quando poſſint liquidari poſt ſententiam ante illius exequutionem?*

DECISIO XCV.

SCIPIO Rinaldinus tamquam creditor hæreditatis Bartholomei Fanelli in ſcutis biſmille vendidit iure creditoris mediante iudiciali ſubhaſtatione, ac deliberatione prædium hæreditarium Raphaeli qui die ſequenti de-

ti declarauit per publicum inſtrumentum ſe in rei veritate emiſſe de ordine ipſius Rinaldini, & de pecunijs ab illo ad hunc effectum ſibi traditis, emptionemque feciſſe pro dato, facto, & computo dicti Rinaldini, ſeque in ea de nudo, & ſimplici nomine inſeruiſſe.

Quadriennio ferè, poſt hęc geſta Collegium Societatis Ieſu tamquam creditor licet poſterior eiuſdem Fanelli præuia oblatione ſcutorum biſmille quod erat creditum Rinaldini petit, & obtinuit in poſſeſſionem dicti prædij immitti per tres ſententias, quarum vltima Rotalis eſt coram bon. mem. Pirouano, eamque hodie Domini coram me in quarta inſtantia confirmandam eſſe cenſuerunt.

Nàm ex diſpoſitione *text. in l. cum ſecundus ff.*
1 *de diſtr. pignor.* cumpetit † ſecundò creditori Ius offerendi aduerſus primum ſiuè primus emerit à debitore ſiuè à Iudice *Salyc. in l. 1. quaſt. vlt. Cod. ſi antiquior credit. Neguz. de pignor. par. 5. membr. 3. numer. 7. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 3. reſolut. 30. nu. 6. Gregor. Lopez. in l. 46. partit. 5. tit. 13. verbo en pagamiento Molin. de contract. tract. 2. diſput. 538. ſub num. 19. Morot. de iur. offerend. nu. 18. & 19. Vinc. de Franch. deciſ. 69. numer. 3. & 9. Viu. deciſ. 526. num. 9. Milanen. deciſ. 12. num. 122. lib. 2. Maſtrill. deciſ. 120. num. 2. & deciſ. 201. nu. 6.*
2 Quia in dubio præſumitur emiſſe † potius confirmandæ ſuæ hypotecæ gratia quam acquirendi dominium *l. cum poſterior. ff. de diſtract. pignor. Fab. de Anna conſ. 37. n. 4. & 10. Trentacinq. dicta reſolut. 30. ſub numer. 6. Mont. de iur. offerend. num. 37. & ſeqq. Viu. dicta dec. 526. ſub. numer. 9. Franch. dicta dec. 69. num. 6. & alij alleg. per modern. Piſaurien. de ſubhaſtat. quaſt. 82. num. 9. & 11.* quæ
3 eſt ratio † cur ſecundo creditori competat ius offerendi vt docent præcitata iura, & Doctores.

Quicquid ſit in iure offerendi competente
4 ipſi debitori, de quo intelligendus † eſt *text. in l. à Diuo Pio §. ſi poſt addictum ff. de re iudic. & in l. ſi finita §. illud verſ. poſtea autem quam ff. de damn. infect. l. obligata C. ſi antiq. creditor & Caphal. conſ. 298. num. 8. & diſtinguendo benè declarat Riminaldus iun. conſ. 3. n. 8. & ſeqq. relatus à Moderno de ſubhaſtat. dicta quaſt. 82. numero 13. & 14. Morot. de Iur. offer. num. 40. verſ. etenim Neguz. d. pign. par. 5. membr. 3. num. 7. & 8.* vel quando bona data fuerunt in
5 ſolutum † aut adiudicata anteriori creditori in vim pacti ab initio in contractu appoſiti quod creditor poſſet illa accipere in ſolutum ſeu per viam adiudicationis, quia nimirum tunc huiuſmodi pactum præceſſit obligationem ſecundi creditoris prout aduertit *Rot. dec. 445. num. 84. coram Reuerendiſs. Vrgell.* aut tan-
6 dem vbi creditor poſterior † fuit in deliberatione vel adiudicatione citatus, in quibus terminis *loquitur text. in l. ſi eo tempore C. de remiſſ. pignor. & Mant. dec. 126. num. 1. & 3.* cum ibi allegatis ſeu deliberationi præſens fuit vt *in caſu Theſaur. deciſ. 157. num. 11. cum tamen obſtant tradita per Morot. de iur. offer. numer. 40. in fin. verſ. pratera Neguzan. de pignor. par. 3. memb. 6. num. 23. & per Surd. dec. 302. num. 3. & ſeqq.*

Quorum neutrum concurrit in caſu noſtro, quia nec adeſt pactum præfatum, nec præſentia, aut citatio Collegij, quod cum
7 eſſet creditor certus † debuit citari perſonaliter, non autem per proclama ad hoc vt afficeretur diſpoſitione *dicta l. ſi eo tempore vt ibi not. Angel. Bald. Salyc. & alij Bart. in l. fin. numer. 2. Cod. eodem Alex. conſ. 106. numer. 13. & 14. lib. 5. Neguz. de pignor. 3. membr. 6. par. ſub num. 25. verſ. declarando Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol. tom. 2. par. 8. quaſt. 3. num. 11. Seraph. deciſ. 994. num. 3.*

Nec obſtat quod prædium venditum fuerit
8 iure creditoris † Raphaeli, & ſic extraneo licitatori, quo caſu ſecundus creditor offerre non poteſt cum in emptorem tranſierit prędium immune ab eius hypoteca prout erat penès debitorem tempore contracti pignoris fauore primi creditoris *l. cum prior in principio ff. de diſtr. pignor. l. 1. C. ſi antiq. cred. gl. in l. qui potiore, verbo ſucceſſiſſe C. eod. Ceph. Vinc. de Franch. Theſaur. & alijs quos refert, & ſequitur Rot. deciſ. 445. coram Reuerendiſs. Vrgellen. & in Eſina bonor. 20. Febr. 1641. coram me.*

Si quidem cum per declarationem ſucceſſiuè vt ſupra factam à Raphaele tertio licitatore ipſius nomen fuiſſe ſimulatè appoſi-
9 tum, † & re vera prædium emptum fuiſſe pro Rinaldino creditore probetur *iuxt. theor. Bald. in l. multum intereſt num. 2. verſ. ſed quomodo Cod. ſi quis alteri vel ſibi Rot. dec. 606. num. 5. par. 1. diuerſ. dec. 164. numer. 3. poſt Cinc. de cenſ.* habetur ac ſi non Raphael, ſed idem Rinaldinus immediatè emiſſet iuxta *reg. text. in l. 1. & tot. tit. C. plus valere quod agitur Bald. in l. cum precibus in fin. C. de probat. Canal. dec. 221. num. 3. & 4. Buratt. deciſ. 733. num. 2.* & in puncto quod idem ſit emere
10 per ſe ipſum † vel per interpoſitam perſonam *Fab. de Anna conſ. 37. num. 13.*

Adeò quod verſamur in terminis vendi-
11 tionis factæ ipſi creditori † contra quem eò magis competit ius offerendi, quia emit ſimulatè per ſubiectam perſonam, vt ad litteram eſt *text. in l. & quis ſub immagine C. de diſtract. pign. & ex eo not. Menoch. præſump. 121. num. 12. in fin. lib. 3. Giurb. dec. 105. num. 13. cuius text.* diſpo-
12 ſitio † non debet reſtringi ad venditionem factam extraiudicialiter, quia in materia iuris
13 offerendi † non intereſt an contractus celebretur à Iudice vel à parte *Rimin. iun. conſ. 3. n. 10. Felician. de cenſ. tom. 2. lib. 3. cap. 2. ſub nu. 13. verſ. quæ regula Caroc. de oblation. par. 2. quaſt. 11. n. 62. & 63. Rot. in dicta Eſina bonor. coram me,* & etiam
14 in iudiciali venditione † militare poteſt tùm ratio euitandæ fraudis *l. ſi quos Cod. reſcind. vendit. Fontanell. dec. 65. num. 3.* maximè in caſu noſtro quo vt infra dicam præter Raphaelem vnus tantum adfuit oblator, & prædium vi-
15 liori prætio † diſtractum fuit ad *text. in l. ſi ſuperſtite Cod. de dol. malo Corn. conſ. 166. num. 4. lib. 1. Dec. conſ. 180. num. 6. Aym. conſ. 142. nu. 32. Buratt. dec. 75. num. 7.* tùm defectus poteſtatis vendentis
16 di inherentis † pignori primi creditoris à qua procedit excluſio iuris offerendi *Cyn. in l. 1. in 1. verſ. reſpondeo C. ſi antiq. cred. Salyc. ibidem num. 1. Morot. de iur. offer. num. 16. Rodriquez. de ann. reddit. lib. 2.*

lib. 2. quæſt. 17. ſub nu. 21. Gratian. deciſ. March. 66.
17 *num. 4. & 5.* Nam poteſtas huiuſmodi † non
cenſetur conceſſa creditori vt ipſimet vendatur
vt in terminis *Bald. in l. ordo numer. 7. Cod. de
execut. rei iudic. Neguz. de pignor. par. 6. membr. 1.
num. 26. Menoch. conſ. 296. num. 20. Cancer. variar.
reſol. par. 1. cap. 1. num. 136. D. Vrgellen. deciſ. 445.
num. 35. & ſeqq.* Et ſemper intrat præſumptio
18 quod creditor anterior † emerit potius tuendi
ſui iuris gratia quam acquirendi dominium
vt in puncto *Rot. coram Reuerendiſs. Vrgellen. d.
dec. 445. num. 92.* vbi in hac parte dicitur iuſta
deciſio emanata in hac cauſa ad fauorem Collegij
coram bon. mem. Pirouano.

Quæ præſumptio coadiuuatur in caſu noſtro,
quia Rinaldinus creditor emit pro ſum-
19 ma † non excedente creditum, *Felician. de
cenſib. tom. 2. lib. 3. cap. 2. ſub num. 13. circa fin. Menoch.
præſumpt. 121. ſub nu. 11. verſ. & quia ille creditor.
lib. 3. Franch. dec. 69. num. 5. verſ. & quia,* redditurque
luce meridiana clarior quia credi-
20 tor † emit iure creditoris *Franc. dicta deciſ. 69.
num. 3. Felician. de cenſ. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 13.
circ. fin.* prout patet ex facie inſtrumenti venditionis,
in quo legitur hoc iure facta venditio
Raphaeli tertio licitatori, nam cum Raphaelis
nomen fuerit vt dicebam ſimulatè appoſi-
21 tum, qualitates omnes † contractus geſti
cum perſona ſimulata militant in vera nempe
in Rinaldino cui ius ex illo contractu quæſitum
fuit *l. 4. §. ſi ab ignoto ff. de manumiſſ. l. vxor
marito ff. de donat. int. vir. & vxor. l. ſi non verum l.
ſi filij tui Cod. eod tit. Seraph. dec. 660. n. 5. dec. 1210.
num. 6.* vndè nec opus eſt querere an competat
ius offerendi contra creditorem qui emit
tamquam extraneus licitator dum de hoc
nullibi apparet, imò de contrario, & retorquetur
coniectura *in deciſione huius cauſæ coram
bon. mem. Remboldo* deducta ex eo quod credi-
22 tor † emerit à tertio licitatore, quia ſtante ſimulatione
perſonæ habetur ac ſi deliberatio
iure creditoris facta fuiſſet immediatè ipſi
creditori repræſentato ſecundũ veritatem in
perſona illius tertij licitatoris.

Sed præterea quomodocumque facta fuerit
deliberatio competit Collegio ius offeren-
23 di † quia eſt nulla; & iura illud prohibentia
procedunt quando venditiones ſunt rectè factæ
vt dicit expreſsè *text. in l. 2. Cod. ſi antiq. cred.
& ibi not. gl. verb. rectè Neguz. de pignor. part. 5.
membr. 3. ſub nu. 5. verſ. 3. reſtringuntur Trentacinq.
variar. reſolut. lib. 3. reſolut. 30. num. 5. Franch. deciſ.
224. num. 2. & 3. & alij allegati à Moder. Neapolit.
quotidian. reſolut. lib. 1. cap. 219. num. 9.*
24 Nullitas autem eſt clara † nè dum quia fuit
facta creditori met ſimulatè per interpoſitam
perſonam, vt notat *Fulgoſ. in l. & qui ſub imagine
Cod. de diſtract. pignor.* ſed etiam quia ex facie
ipſius deliberationis apparet, quod præter Raphaelem
qui ſimulatè obtulit, vnus tantum
ad fuit oblator cum tamen tres ſaltem requi-
25 rerentur † ad validitatem ſubhaſtationis *Gratian.
diſcept. 739. num. 22. Rot. in Peruſina Spolij coram
R. P. D. meo Royas impreſſa par. 7. dec. 113. nu.
14. recent. & in Romana ſpolij Domus coram Eminentiſſimo
D. Cardinali Pamph. iun. allegata per
Modern. Piſaurien. de ſubhaſtat. quæſt. 147. numer. 15.*
26 nec non ex defectu citationis † debitoris ad-
uidendum ſubhaſtari, & deliberari, ac decreti
Iudicis, & vtrumque erat neceſſarium
*Affl. deciſ. 358. num. 3. & 4. Rot. dec. 476. ſub num. 4.
par. 2. recent. deciſ. 485. num. 8. coram ſ. m. Greg. XV.
deciſ. 3. numer. 8. apud Modernum dict. tract. de ſubhaſtat.*

Non obſtat quod Collegium careat hypo-
27 theca ſuper hoc prædio ſine qua † non datur
ius offerendi *l. cũ tibi Cod. od. qui potior. in pign. habeant.
l. nulla C. de ſolut.* Quia placuerũt reſponſiones
datę in vtraq; deciſione corã b. m. Pirouano,
& ſignanter, quod fœminæ ſuperſtites
non concurrunt ad ſucceſſionem fratris defuncti
cui Fanellus pater ſucceſſit, quodque
Rinaldinus qui prædium ſubhaſtari fecit tãquam
creditor Fanelli non poteſt hodie allegare
Fanellum eiuſdem prędij dominum non
fuiſſe.

Rurſus non obſtat quod in *deciſione cauſæ ſub
die 27. Maij 1630. coram bon. mem. Pirouano* dictum
fuerit Rinaldinum teneri ad reſtitutionem
fructum prædij in eo, in quo factus eſt locupletior,
& nihilominus nulla præuia diſputatione
dubij ſuper huiuſmodi locupletatione
emanauerit ſententia Rotalis condemnatoria
ſimpliciter in fructibus perceptis, Quia ca-
28 dem deciſio in fine annuit locupletiorem †
factum fuiſſe Rinaldinum, in eo quod debitor
remaneret facta compenſatione fructuum
ex prędio perceptorum cũ interuſurijs ei debitis
ab offerente, ideoque non fuit neceſſaria
alia diſputatio ſed caute ſententia mandat
fieri calculum fructuum prædij ex vna, & interuſuriorum
crediti Rinaldini ex altera, omneque
id quod fructus prædij ſuperabunt,
ſeu excedent interuſuria credit declarat cedere
debere in diminutionem ſortis principalis
eiuſdem crediti qui calculus cum iam fuerint
in alijs deciſionibus liquidati fructus prædii,
29 vtique fieri poteſt † etiam poſt ſententiam
ante illius executionem *Rot. dec. 100. nu. 2. par.
1. diuerſ. dec. 161. num. 3. in fin. par. 1. recent. & fuit
dictum in Reatina ſucceſſionis 15. Aprilis, & 28.
Iunij 1641. coram R. P. D. meo Peutingero.*

Alijs obiectis reſpondent deciſiones coram
bon. mem. Pirouano cum quibus Domini
tranſierunt.

Et ita deciſum cauſa ter propoſita, & vtraque
parte informante.

ROSSANEN DECIMARVM.

Mercurij 18. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Baronia empta, & acquiſita nomine proprio,
ex pecunia tamen aliena acquiſita cenſetur
emptori, non Domino pecuniarum, & ex
quibus dominium Baroniæ acquiſitum dicatur
emptori pro ſe, & ſucceſſoribus?

SVMMARIVM.

1 *Emens ex pecunia aliena ſibi acquirit, ſi conſtat de voluntate acquirendi nomine proprio, pro ſe, & ſucceſſoribus, & num.2.*

3 *Dominium feudi cenſetur translatum in eo penes quem reſidet facultas cedendi, renunciandi, illudque quouis titulo transferendi.*

4 *Item translatum cenſetur ſtante facultate diſponendi de titulo feudi.*

5 *Dominium eiuſdem rei apud duos inſolidum eodem tempore reſidere non poteſt.*

6 *Multiplicatio titulorum reſpectu dominij incompoſſibilis eſt in eadem perſona.*

7 *Dominium non transfertur ex ſola promiſſione cedendi.*

8 *Hypoteca in re propria non cadit.*

9 *Hypoteca reſeruatio ſuper aliqua re denotat dominium illius non eſſe penes reſeruantem.*

10 *Aduena, ſeù exter in Regno Neapolitano non poteſt de feudo diſponere abſque conſenſu Regis obſtante* pragmatic.de feud.

11 *Conſenſus Regis non ſit de facili impetratur, quando aduena vult de feudo diſponere.*

12 *Conſenſus Proregis ſufficit, quando regnicola feudum alienat.*

13 *Conſuetudo, ſeù praxis inoleuit in Regno Neapolitano, quod exteri emanant feuda mediante perſona Regnicolæ ex propria eorum pecunia, reſeruata ipſis ad partes poteſtate, & mandato ad Iuriſdictionem adminiſtrandam, feuda regen.&c.*

14 *Et talis conſuetudo probatur ex Teſtibus, & atteſtationibus D.D. Regni. Contrà num.23.& 24.*

15 *Dominij acquiſitio pendet à voluntate contrahentium.*

16 *Hypoteca ſpecialis ſuper feudo cum facultate liberè gubernandi valdè differt à dominio feudi.*

17 *Et talis facultas in Regno appellatur Tenuta, & eſt ius mere allodiale, cuius eſt capax, qui feudi incapax eſt, & num.18.*

19 *Conſenſus Proregis non extendit recognitionem feudi vltra in ea diſpoſita, ſed ab ea regulatur.*

20 *Et præfatus conſenſus ſolum operatur, vt Tenuta ſit valida, ac etiam hypoteca feudi in præiudicium ſucceſſorum, ac Regij fiſci.*

21 *Regula plus valere, quod agitur, quam quod ſimulatè concepitur procedit in allodialibus; non autem in feudalibus.*

22 *Et redditur ratio differentiæ.*

23 *Conſuetudo Regni ſuper acquiſitione feudi per exteros mediante perſona Regnicolæ non probatur per Teſtes ignaros veritatis.*

24 *Teſtes adminiculati in cõcurſu præferendi ſunt alijs contrariũ deponentibus ſuper dicta conſuetudine.*

DECISIO XCVI.

IN hac quarta propoſitione dubij ſuper attentatis, cuius reſolutio pendet à pertinentia tituli Baroniæ Coriolani, informantes pro Reuerendiſſimo Domino Archiepiſcopo noua fundamenta in iure, & in facto excitarunt, ex quibus Rota reiectis prima, & tertia deciſione ſecundam confirmauit emiſſam 4. Iulij 1640. in qua dictum fuit non conſtare de attentatis, quia titulus Baroniæ non eſt penes Iacobum Salutium, ſuper cuius animalibus fuit facta executio, quæ ideò attentata prætendebatur, ſed penes Leonem Pariſium.

Quod apparet tam ex in Inſtrumẽto venditionis d.feudi factæ à Duce Rhodi ipſi Leo-
1 ni Pariſio proprio nomine ſtipulanti, † cui propterea Baronia, quæſita fuit quamuis ex aliena pecunia emiſſet *l.ſi ex ea Cod.de rei vendit.l.quialiena pecunia l.nihil prohibetur Cod.ſi quis alt.vel ſibi Menoch.conſ.122. num.15. Neguſant.de pign. 2. memb. par.2. num.13. Oſaſch.dec.140. numer.4.*

Quam ex alio Inſtrumento recognitionis, ante dictam venditionem ſtipulato inter Salutium, & Pariſium, tum quia illud continet expreſſam declarationem, quod dominium
2 feudi acquiratur † Pariſio, eiuſdemque hæredibus, & ſucceſſoribus ibi. *Adeo quod &c. transferatur, & transferi intelligatur in ipſum Leonem, eiuſque hæredes, & ſucceſſores, & per eos acquiratur dominium, & poſſeſſio d. terræ, & Feudorum &c.* & infrà ibi *& donec dominium d.terræ &c. fuerit penes ipſum Leonem,* & non ſemel Leo enunciatur dominus vtilis eiusdem terrę, ibi *Item, & procuratorio nomine ipſius Leonis, & pro eo tranſigendum &c. de quibuſuis differentijs &c. inter ipſum Dominum Leonem vtilem dominum d. terræ caſalium, & feudorum &c. & quaſuis perſonas vertentibus &c.* & infrà ibi, *item pro ipſo Leone, tamquam vtili domino d. terræ &c.* ac tandem ibi, *item ad nominandum &c. in quibuſuis Abbatijs ad collationem ipſius Leonis, tamquam vtilis domini ſpectantibus.*

Tum etiam, quia Salutius conuenit, *quod Leo ad omnem illius requiſitionem teneatur feudum inſolutum dare, cedere, renunciare, aut quouis alio titulo transferre,* id quod ſupponit dominij acquiſitionem in perſona Leonis, citrà quam Leo feudũ per ceſſionem, aut aliã alienationis ſpe-
3 ciem in alium transferre † non potuiſſet, *ad tex.in l.nemo plus iuris ff.de reg.iur.in term.Menoch. conſ.122. num.67. Rot.dec.130. num.13. part.5.recent.* & demonſtrat apud Leonem reſidere fa-
4 cultatem diſponendi † de titulo feudi, per quam in eumdem dicitur translatum dominium, *Angel.in auth. de reſtitut.ante num. 1. verſ. nota Menoch.conſ.381. num.6. quia de ea dominium formaliter prædicatur l. in re mandata; Cod. mandati Corn.in l.1. num.32.Cod. de hæred.inſtit. Menoch.conſ.492. num.12.Rot.deciſ.262.num.1.par.1. diuerſ.*

Ex incluſione autem Leonis venit in neceſſariam conſequentiam excluſio Salutij,
5 quia impoſſibile eſt, dominium iuſdem † rei, & generis apud duos in ſolidum eodem tempore reperiri *l. ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum ff.de commod. l.3.§. ex contrario ff.de acqu. poſſeſſ. late Gomez. in l.45. Tauri. num.9.8. & in term. dominij vtilis Iſern. in cap.1. §. ſi quis per triginta ſub num.8.ſi de feudo defuncti militit.& in cap.1. nu.10. & 11. de capitul.Corradi Menoch.conſ.226. num.154. Anna alleg.41. num.3. Surd.dec.2. n.22. Gamm.deciſ. luſitana 244. nu.1.* & gratis dicitur dominium Leonis conſiderabile eſſe reſpectu dumtaxat deuolutionis feudi ad cameram Regiam, & ſolutionis releuij, quia in præfatis Inſtru-

Inſtrnmentis hæc reſtitutio nullatenus legi-
tur.

Quinimò, quod apud Salutium nullo re-
ſpectu dominium,ac titulum Baroniæ partes
reſidere voluerint, comprobat vlterius, tum
ſupradicta promiſſio Leonis,dandi in ſolutũ,
cedendi; & renunciandi feudum Salutio ad
omnem eius requiſitionem,ſignum euidens,
quod ante huiuſmodi ceſſionem, ſeù renun-
ciationem Salutius dominio caruit, & caret,
quia alioquin inutilis illa foret, cum quod
noſtrum eſt amplius noſtrum fieri non poſſit
& incompoſſibilis ſit in eadem perſona titu-
6 lorum ſucceſſiua multiplicatio † reſpectu do-
minij l. 1. §. & pluribus ff. de acqu. poſſeſſ. cap. in-
ter dilectos de fid. inſtrum. circa fin. Cancer. var. re-
ſolut. par. 3. cap. 7. num. 313. Rot. deciſ. 418. nu. 10
7 par. 6. recent. nec ſola promiſſio cedendi † do-
minium ſtranſtulit, Faber. de laudem. decad. 1. er-
ror. 4. num. 16.

Tum explicata conſtitutio hypothecæ ſpe-
cialis, quam Salutius ſibi reſeruari voluit ſu-
per bonis feudalibus cum prælatione quibuſ-
cumque creditoribus Leonis, donec ſequa-
tur dicta ceſſio, aut renunciatio, ſeù pretij ſo-
8 lutio, nam, quia hypoteca † in re propria nō
cadit l. neque pignus ff. de reg. iur. Ruin. conſ. 174.
num. 15. lib. 1. Surd. conſ. 195. num. 6. eius reſer-
9 uatio† denotat dominium non reperiri penes
reſeruantem, vt bene ad propoſitum ratioci-
natur, Socc. conſ. 93. num. 6. lib. 1. Aretin. conſ. 159
num. 14. verſ. idque promittit Surd. conſ. 134. num. 3
Vincen. de Franch. deciſ. 506. numer. 12. & ſeqq.

Idemque ſuadet cauſa finalis, ob quam Sa-
lutius non emit feudum proprio nomine, vt
facilè poterat, ſed nomine Leonis, quia ſcili-
cet, cum ſit aduena non potuiſſet poſt mo-
10 dum † de feudo diſponere abſque conſenſu
Regis met obſtante pragmatica de feudis, qui
11 difficilius,† aut ſaltem tardius impetratur, quã
12 cōſenſus Proregis, qui ſolus ſufficit,† quando
vendit regnicola, qualis eſt leo, & ob id ino-
leuit praxis in Regno, quod exteri procurent
13 per regnicolam feuda emi † de propria eo-
rum pecunia reſeruata ipſis ad partes poteſta-
te,& mandato ad iuriſdictionem adminiſtrañ
feuda regen., & fructus percipien. vt depo-
14 nunt plures teſtes pro D. Archiepiſcopo† exa-
minati, ac teſtātur inſignes doctores Neapoli-
tani Regens Capicius Galeotta controu. 28. ſub n. 6.
libr. 1. & donat. Anton. de Marinis reſolut. quotid.
cap. 38. num. 27. & lib. 2. At verò, ſi dominiũ
feudi fuiſſet quæſitum Salutio, quando de-
mum ad feudi empti venditionem deueniri
deſideraretur, eadē ſe offeret difficultas,& ne-
ceſſitas aſſenſus Regis met, quam Salutius
euitare, vt ſuprà, voluit, & ſic etiam ex hoc
colligitur voluntas contrahentium acquiren-
15 di dominium ſoli Leoni, à qua † voluntate
dominij acquiſitio pendet l. in omnibus ff. de act.
& obligat. Sen. Dolan. apud Criuell. deciſ. 14. nu-
mer. 6.

Ex quibus non obſtat, quod in eodem in-
ſtrumento recognitionis Leo declarauit, ſe
empturum contemplatione Salutij, eidemq;
reſeruata fuerit ampliſſima facultas, regendi,
& gubernandi bona feudalia, iuſtitiam mini-
ſtrandi, Officiales deputandi, & redditus, ac
emolumenta omnia in proprios vſus erogan-
di, Quia perſona Salutij contemplata fuit non
reſpectu acquiſitionis dominij Leoni ſolo
iuxtà prædicta acquirendi, ſed reſpectu acqui-
ſitionis hypotliecæ ſpecialis, ac emolumen-
torum, præfatæque ampliſſimæ facultatis gu-
16 bernandi, † quæ differt à dominio feudi, vt
pluribus probat, Solon. de Pace ad l. Tauri in
proœm. n. 59. & quatuor ſeqq. Cabot. lib. 1. q. cap. 18.
quos refert, & ſequit. Ciriac. controu. 401. num. 50.
17 & vuulgo in Regno appellatur Tenuta † te-
ſte Donat. Anton. de Marinis d. cap. 38. numer. 24.
18 qui addit eſſe ius mere allodiale, † cuius eſt
capax etiam, qui feudi incapax eſt ex doctr
Iſern. in cap. imperialem §. illud ex numer. 68. &
ſeqq. de prohibit. alien. per Federic. quem ſequitur
Anna ſingul. 535. alijq; alleg. per Galeott. controu. 36.
num. 3. & ſeqq. lib. 1. ac ita fuit deciſum in ma-
gno Conſilio Neapolitano iunctis aulis refert idem
D. Anton. ibid. num. 26.

Nec opus eſt querere, an in caſu noſtro ſi-
mul concurrere potuerint in perſona Salutij
dominium,& hypotheca, ſiuè an intret regu-
la plus valere, quod agitur, quã quod ſimu-
late concipitur, ac tertio, an aſſenſus Prore-
gis Salutium Baroniæ Dominum effecerit.
cum enim ex inſtrumentis emptionis, ac re-
cognitionis partes voluerint acquiri dominiũ
leoni, Salutio vero hypothecam, ac tenutam
ceſſant præfatæ quæſtiones, & aſſenſus Prore-
19 gis; † qui non extendit recognitionem vl-
trà ibi diſpoſita, ſed ab ea regulatur, Frecc. de
ſub feud. lib. 2. quæſt. 2. nu. 14. fol. 177. & quæſt. 12.
num. 16. fol. 195. operatur ſolum, vt valida ſit
20 tenuta, ac hypotheca feudi † ad fauorem Sa-
lutij etiam in præiudicium ſucceſſorum, ac
Regii fiſci, Iſern. in cap. 1. §. quid ergo numer. 5.
de inueſt. de re alien. fact. præpoſ. in cap. imperialem
num. 4. in fin. de prohib. alien. per Frider. Frecc. de
ſubfeud. lib. 2. quæſt. 29. num. 7. verſ. 2. Fallit. &
num. 8. fol. 360. Roſſent. de feũd. cap. 9. numer. 1.
concl. 14. num. 3. & concl. 18. num. 1. & 2. Et ma-
gis in ſpecie ad regulam plus valere, quod a-
21 gitur reſpondetur eam procedere† in allodia-
libus non autem in feudalibus, eſtque ratio
22 differentiæ, † quia in his vltrà perſonas ven-
ditoris, & emptoris interuenit etiam Domi-
nus directus, qui conſentiendo contractui
tollit obſtaculũ reſpectu alienantis,& videtur
dare, & conferre reſpectu acquirentis, vndè
fit, vt ſemper attendi debeat perſona, in quam
ille conſenſit, neque referat, de cuius pecunijs
feudum fuerit emptum, Camill. de Curt. in diu.
Iur. feud. par prima cap. 14. num. 103. fol. 53. à ter-
go, ſeù quid in occultò verè partes ſenſerint,
quia Domino directo eſt notum id quod ve-
rè agitur, ſed non id quod ſimulate eſt
conceptum, & in hoc eſt eius aſſenſus non
autem in quod eſt verè actum, vt benè ad-
uertit, Io. Franc. à Pont. conſ. 45. num. 14. & plur.
ſeqq. lib. 2.

Prout neque curandum eſt de exaduerſo
allegata conſuetudine, ac teſtibus deponen-
tibus, huiuſmodi inſtrumenta recognitionũ
Domi-

Dominus pecuniæ in emptionem erogatæ efficitur Baro omnibuſq; Baronalibus priuilegijs potitur. Quia tàm ex prædictis, quàm ex pluribus alijs per informantes pro D. Archiepiſcopo adductis dd. Teſtes probantur in multis
23 ignari † veritatis, & preualent Teſtes Archiepiſcopi contrarium deponentes, quibus inhe-
24 rent fides extraiudiciales † aduocatorum Curiæ Neapolitanæ, inter quos ipſe Io: Baptiſta de Thoro reccuendo ab ijs quæ aliàs dixerat, *& Galeott. d. contr. 28. nu. 1. & ſeqq.* vbi quod contrarium aſſerere eſt merè ſomnium vigilantium, ipſumque ſequitur *Donat. Anton. d. Marin. d. cap. 38. var. reſol. num. 22. num. 26. & 26.* vbi in idem refert deciſiones magni conſilij emanatas iunctis aulis, *& concordat alia deciſio Collateralis Conſilij Neapolitani data in Summ. impreſſ. D. Archiepiſcopi num. 7.* Et in caſu noſtro hoc ipſum comprobauit obſeruantia, vt latiùs in in ſecunda deciſione, *& in Summ. D. Archiepiſcopi num. 10. & ſeqq.* non obſtantibus aliquibus actibus pro ſalutio adductis, quia referri poſſunt ad ius tenutę illi competens, & ad mandatum procuræ in d. Inſtrumento recognitionis contentum ne aliàs erronei videantur.

Et ita deciſum vtraque &c.

PLACENTINA, SEV ABVLEN DECIMARVM.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Examen teſtium factum coram Iudice recuſato, quando reputetur validum? Capitulum in perceptione decimarum nullam habet iuris aſſiſtentiam. Locum eſſe extrà limites alicuius Diœceſis ex quibus iuſtificetur.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio* [illegible] *memorabilis percipiendi decimas, ex quibus p*[illegible]*?*
Manutentio in qu[illegible] *poſſeſſione percipiendi decimas, & primitias deb*[illegible]*et vnica tantum exactio cōcurrat ibid.*
2 *Immemorabilis t*[illegible] *meliorem titulum de mundo.*
3 *Examen teſtium* [illegible]*um coram Iudice recuſato nullum eſt, & inualidum.*
4 *Cenſetur tamen à dicta recuſatione receſſum, ſi pars coram eodem Iudice comparuit, & ſuos teſtes induxit.*
5 *Extractio iurium facta à Notario actuario abſque partis citatione ſubſtinetur.*
6 *Capitulum de per ſe non poteſt allegare iuris aſſiſtentiam ſuper perceptione decimarum.*
7 *Decimæ vt debeantur, requiritur quod locus ſit intra limites Parochiæ.*
8 *Locum eſſe intrà fines alicuius Diœceſis, probatur ex teſtibus.*
9 *Ex ſolutione ſubſidij, & excuſati.*
10 *Ex actibus iuriſdictionalibus in dicto loco exercitis.*
11 *Ex obſeruatione feſtorum eiuſdem Diœceſis.*
12 *Epiſcopus non poteſt niſi in propria Diœceſi particularia feſta præcipere.*
13 *Loca ſubiecta viuunt, ac reguntur ſecundum mores & ritus Diœceſis in qua exiſtunt.*
14 *Dominij, ac iuriſdictionis diſtinctio reſultat ex diſtinctione paſcuorum.*
15 *Terminus terminans in bonis aſſignatis non includitur.*
16 *Aſſiſtentia iuris pro exactione decimarum non ſuffragatur, quoties dubium eſt an locus decimatorius ſit intra limites.*
17 *Præſertim ſi conſtat alium exiſtere in quaſi poſſeſſione exigendi decimas, & primitias per tempus conſiderabile.*
18 *Teſtes examinati in loco, in citatione ad videndum iurare teſtes non deſignato dicuntur nulliter examinati.*
19 *Teſtibus numero pluribus, & adminiculatis maior fides adhibenda eſt.*
20 *Planta extraiudicialis non releuat.*
21 *Parocho celebranti in loco ſito extrà limites ſuæ Parochiæ nulla ex dicta celebratione acquiritur poſſeſſio iurium parochialium in præiudicium proprij Parochi.*
22 *Parochialitas non probatur ex adminiſtratione Sacramentorum, niſi probetur reciproca, & viciſſitudinaria neceſſitas adminiſtrandi.*
23 *Ex perceptione decimarum Sacramentalium illatio fieri nequit ad decimas prædiales.*
24 *Decimæ prædiales non debentur Parocho in cuius Parochiæ fines prædia non exiſtunt.*

DECISIO XCVII.

CONTENDENTIBVS Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Placentiæ, & Parocho loci Peraledæ, ſeù la Mata ex vna, & Monaſterio B. Mariæ de Valdeyglesias Ordinis Ciſtercieñ ex altera ſuper manutētione in quaſi poſſeſſione exigendi decimas, & primitias in territorio loci de Alarza, ac propoſito dubio cui eſſet danda manutentio, Rota mandauit quod videretur de bono iure, ſuper quo hodie reaſſumpta diſputatione reſponſum fuit, conſtare de bono iure Monaſterij, etiam ad effectum manutentionis.

Quia teſtes ad eius inſtantiam examinati deponunt Monaſterium ab immemorabili
1 tempore † percipiſſe decimas, & primitias fructuum, qui in Villa de Alarza colliguntur ſcientibus, & patientibus Canonicis Eccleſiæ Placentinæ, & Curato de la Mata, redduntq; optimam rationem ſcientiæ, quia videlicèt continuò commorati ſunt in loco, & ità viderunt per 50. vel 60. annos, & audiuerunt à ſuis maioribus, nec potuit alitèr eſſe quin hoc ipſi ſciuiſſent, vnde reſultat probatio nèdum poſſeſſionis Monaſterij ad effectum manutentionis, pro qua obtinenda ſatis eſſet vnica exactio decimarum, & primitiarum *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 54. de cauſ. poſſ. & propr. Gratian. diſc. 310. num. 36. Rota deciſ. 422. n. 3. par. 1. diuerſ.* Sed etiam boni iuris in petitorio
2 quia immemorabilis tribuit † meliorem titulum de mundo *cap. ſuper quibuſdam §. præterea, & ibi gloſ. de verb. ſignif. Pariſ. conſ. 111. num. 43. lib. 1.*

*lib. 1. Gabr. conſ. 164. num. 13. & ſeqq. lib. 1. Gonz. ſu-
per reg. 8. Cancell. gloſ. 18. num. 45. Rota deciſ. 677.
num. 4. par. 1. recent. deciſ. 673. num. 5. coram bo: me:
Buratto.*

Nec obſtat nullitas examinis teſtium eo
quod fuerunt examinati coram Iudice recu-
3 ſato † quia cum deindè Aduerſarij coram eo-
dem Iudice comparuerint, & ſuos quoque
4 teſtes induxerint cenſentur † à recuſatione re-
ceſſiſſe *cap. gratum, & ibi gloſ. verbo receſſum de
off. deleg. cap. ſolicitudinem de appellat. Abb. in cap.
cum ſpeciali n. 12. in fin. eod. tit. Ceph. conſ. 661. n. 38.
Put. deciſ. 380. lib. 1. Rota deciſ. 431. numer. 7. par. 1.
recent.*

Minùs obſtat, quod Teſtes non viderint
priuilegium, ſeù inſtrumentum erectionis
Eccleſiæ Placentinæ, quia ſupradicta imme-
morabilis nihil habet commune cum dicto
Inſtrumento, illudque quatenùs opus ſit de-
clarat; Et gratis impugnatur extractus pro-
5 ceſſus † ex defectu citationis ad videndum
extrahi, vel integritatis, quia citatio neceſſa-
ria non fuit cum ipſe actuarius extraxerit *Ca-
putaq. deciſ. 170. par. 1. Rota coram ſa: mem: Gregor.
XV. deciſ. 3. num. 1. deciſ. 217. num. 1. & 2. par. 1. rec.*
Et actuarius dixit, ſe extraxiſſe aliquod de lite
non quia non omnia acta extraxerit, ſed quia
coram eo proceſſus non fuit abſolutus, eo
quod Aduerſarij ad impediendum vlteriorem
proceſſum curauerunt committi cauſam in
Curia.

E conuersò autem Capitulum Placentiæ.
& Parochus de la Mata allegare nō poteſt pro
ſe iuris aſſiſtentiam, nam vltrà quod Capitulū
de per ſe non poteſt prætendere iuris aſſiſten-
6 tiam † ſuper perceptione decimarum *Rota de-
7 ciſ. 124. num. 8. par. 5. rec.* non probatur † quod
Villa de Alarza ſit intra fines Diœceſis Pla-
centinæ, & Parochiæ de la Mata, vt ad hunc
effectum requiritur *cap. ad decimas de reſtit. ſpo-
liat. in 6. Hoſt. in ſumma tit. de Parochis num. 1. & 2.
Rota coram bo: mem: Coccino deciſ. 16. num. 1. par. 5.
recent. deciſ. 118. num. 1. deciſ. 124. num. 2.*

Immò verò Villam præfatam eſſe extrà fi-
nes dictæ Diœceſis, & Parochiæ, & intrà fi-
8 nes Diœceſis Abulenſis, † cuius Epiſcopus
eſt in cauſa, aſſiſtitque Monaſterio deponunt
quamplurimi Teſtes, quæ ſituatio loci in vna,
vel altera Diœceſi probatur, vt fuit dictum
*in deciſ. 578. num. 6. coram bo. mem. Buratto, & in
Aprutina, ſeu nullius Iuriſdictionis* 15. *Iunij* 1626.
coram bo. mem. Remboldo, & 14. *Maij* 1632. & 5.
Maij 1636. *coram R. P. D. Dunozetto.*

Et confirmatur primò ex libris antiquiſſi-
mis Eccleſiæ Abulenſis continentibus ſolu-
9 tiones ſubſidij, † & excuſati, in quibus legitur
deſcriptum Monaſterium de Valdeyglesias,
tamquam ſubiectum dictæ Eccleſiæ ratione
Territorij de Alarza, & ob huiuſmodi ſubie-
ctionem in eadem Eccleſia Abulenſi ſit pro
dicto Territorio ſubſidij, & excuſati reparti-
tio, quæ ſubiectionis Territorii Eccleſiæ Abu-
lenſi argumentum præbet *Bald. in l. data opera
num. 28. verſ. item bona ratio C. de his qui accuſ. non
poſſ. Abb. in cap. fin. nu. 4. de cauſ. poſſ. & propr. Felin.
in cap. quam Bertoldus num. 28. de ſent. & re iud.* & in
proximis terminis *Rota deciſ. 797. num. 3. par. 4.
diuerſ.*

Secundò quia pro Curia Epiſcopali Placen-
tina nullus tantò tempore exhibetur actus Iu-
riſdictionalis quē geſſerit in loco de Alarza,
imò ab executione mandatorum dictæ Curiæ
tutos fuiſſe qui ad dictum locum confugie-
bant deponunt teſtes Monaſterij, quod vltrò
produxit actus iuriſdictionis ibi exercitos à
10 Prouiſoribus † Abulenſibus, quibus exindè
locus ſubiectus probatur *Bald. in cap. cum cauſam
num. 6. verſ. item per exercitia de probat. Abb. in cap.
primò num. 3. de relig. domib. & conſ. 52. in fin. lib. 2.
Calcaneus conſ. 34. num. 11. Rota coram Buratto de-
ciſ. 578. num. 11. & 12. & in impreſſis apud Modern.
de manu. deciſ. 310. num. 2. & 3.*

Tertiò quia in Territorio de Alarza non
ſeruantur ritus; & mores Placentini, ſed
Abulenſes, colitur enim feſtum S. Secundi
Epiſcopi S. Ioannis ante Portam Latinam, S.
Lucæ, S. Barnabæ, S. Mariæ Magdalenæ, quæ
tamen in Diœceſi Placentina non coluntur,
11 ſed in Abulenſi † vt probant teſtes *Summ. Mo-
naſt. num. 7.* Habitatores Alarzæ veſcuntur
Suilla in Sabbato, ac in vigilijs, & Qudrage-
ſima non comedunt lacticinia niſi cum Bul-
la Cruciatæ iuxtà Diœceſis Abulenſis mo-
rem, cuius contrarium viget in Placentina
Summ. ibidem *num. 8.* Soluunt decimas ad ra-
tionem vnius pro decem quemadmodum fit
in reliqua Diœceſi Abulenſi, non autem ad
rationem vnius pro ſeptem, vti ſolet in Pla-
centina *d. Summ. num. 19.* ex qua vniformi fe-
ſtorum ſeruatione, & viuendi ratione cum
Abulenſibus vtique deducitur, ſub eorum iu-
riſdictione hoc Territorium exiſtere, quia
12 nonniſi in ſua Diœceſi † potuit Epiſcopus
Abulenſis particularia feſta pręcipere *Sanch. ſu-
per Decal. lib. 2. cap. 43. ſub num. 9. ex text. in cap. fin.
de ferijs, & cap. 1. de conſecrat. diſt. 3. Couar. variar.
reſol. lib. 4. cap. 19. num. 9. verſ. præter hoc feſtorius
Barboſ. de poteſtat. Epiſcopi allegat. 105. num. 36.* &
13 loca ſubiecta † viuunt, ac reguntur ſecundum
ritus, moreſque Diœceſis in qua exiſtunt *l.
omnes populi ff. de iuſt. & iur. l. ſemper in ſtipulationi-
bus ff. de reg. iur. Bart. in l. 1. num. 41. C. quæ ſit longa
conſuet. Rom. conſ. 218. num. 1.*

Ac tandem quia hoc territorium fuit Mo-
naſterio donatum à conſilio Abulenſi, & li-
cèt habitantes intrà limites Placentinos ha-
beant ius paſcendi intrà eoſdem limites, vt
conſtat *Summ. Monaſt. num.* 12. eo tamen non
gaudent habitatores Alarzæ, quorum ani-
malia ſibi reperiantur multari ſolent *d. Summ.
14 num. 11.* quæ paſcuorum diſtinctio † coadiu-
uat diſtinctionem, & ſeparationem dominij,
ac iuriſdictionis ad tradita *per Frecc. in tract. de
ſubfeud. auth. 46. num. 4. 1. & ſeqq. lib. 2. Regens de
Ponte conſ. 97. num. 4. lib. 1. relat. 5. à Modern. Lucano
de Grau. Vaſſall. grau. 32. num. 1. & duob. ſeqq.
cum alijs quos allegat. Modern. Neapol. quotid. reſolut.
cap. 220. num. 3. & 4.*

Neque Capitulo, & Parocho Aduerſarijs
ſuffragatur inſtrumentum erectionis Eccleſię
Placentinæ, & priuilegium Regis Alphonſi
confirmatum à ſucceſſoribus *Summ. Capituli
num. 1.*

num.1. & 2. quia ibi non dicitur, quod Ter-
ritorium Alarzæ ſit incluſum intrà fines Pla-
centiæ, ſed ſolum enunciatur Vadum de
Alarza tamquam terminus bonorum d. Ec-
cleſiæ aſſignatorum, quod ex prædictis intel-
15 ligendum eſt de termino terminante † qui in
bonis aſſignatis non includitur *Lotther.de re be-
nef.lib.1.qu.24.num.148. Rimin.iun.conſ.421.n.67.
& conſ.619.nu.118.Hier.de Monte de finib.cap.23.
num.1.Rota deciſ.215.num.9.par.7. rec. & in Tri-
carien. Territorij* 10. *Febr.* 1640. *coram Eminen-
tiſs.Card.Hieron. Veroſpio.*

Præter quod ad effectum, vt Aduerſarijs
non ſuffragetur aſſiſtentia Iuris ſufficit, vt in
16 caſu † noſtro, dubium eſſe, an locus de Alar-
za ſit intrà fines Diœceſis Placentinæ, & Pa-
rochiæ de la Mata *Seraph.deciſ.1278.num.5.Rot.
apud Modern. de manut.deciſ.184. ſub num.6. & in
Brixien. Iuriſdictionis* 11. *Aprilis* 1639. *coram R.
P. D. meo Carillo*, quodque Monaſterium ſit
in quaſi poſſeſſione exigendi decimas, & pri-
17 mitias† per tempus conſiderabile *Rot.dec.685.
ſub nu.2.verſ.& præterea par.1.rec.Buratt.dec.827.
num.7.Adden.ad Greg.XV dec.312.ſub num.4.verſ.
item aſſiſtentia cum alijs allegat. per Add. ad Buratt.
deciſ.140.ſub num.4.*

Rurſus nõ ſufragatur Capitulo,& Parocho
actualis poſſeſſio. Quia omiſſis actibus poſt
motam litem, vel qui liti cauſam dederunt
imò ſe numquam percepiſſe decimas articu-
larunt; prout nec depoſitiones teſtium ad eo-
rum inſtantiam examinatorum, quia ex defe-
18 ctu citationis † nullum eſt primum, & ſecun-
dum examen, ac etiam tertium in quo præ-
ceſſit quidem in Ciuitate Placentiæ citatio ad
videndum iurare teſtes, ſed illi fuerunt exa-
minati in alio loco,ad quem dicta citatio non
porrigebatur *Felin.in cap.1.num. 22.de Iudic.Put.
deciſ.256.lib.1.in corr.Rota diuerſ.deciſ.415.num.1.
par.1. & alij quos alleg. Modern.de citationib.tom.2
cap.9.numer.432. & ſeqq.* Teſtes autem exami-
nati in quarto examine qui ſunt nouem fa-
uent Monaſterio ſaltem quoad ſituationem
loci, vt conſtat *Summ. Monaſt. num.*26. Et in
omnem euentum longè pauciores ſunt teſti-
19 bus Monaſterii † quibus magis adhibenda fi-
des eſt ratione, tùm bis maioris numeri, tùm
adminiculorum ſupra deductorum *l. ob car-
men §.fin.ff.de teſtib.cap.in noſtra eod. tit. Ruin. con-
ſil.35.ſub.num.16.lib.4.Rota deciſ.245.num.3. de-
ciſ.315.num.8.par.1.recent.*
20 Item non releuat planta † quia eſt extraiu-
dicialitèr exaduerſo compoſita, ſeù quod Pa-
rochus de la Mata aliquando celebrauerit in
21 territorio Alarzæ†quia cum hoc potuerit fie-
ri ratione vicinitatis, & ſpecialis requiſitio-
nis,vt ſolet inter Parochos ruſticales poſſeſſio-
nem aliquam eidem Parocho non tribuit in
præiudicium Monaſterii *l.1. in princ.& in fine
ff.vti poſſid.Menoch.de retin.remed.3. num.19. Rota
apud Modern.de manut.deciſ.214.num.6.* & magis
in ſpecie *deciſ.52.num.31.& ſeqq.par.2.diuerſ.*

Tandem nec releuat, quod habitatores
Alarzæ receperint in Paſchate Sacramenta à
d. Parocho, quia exindè non ſequitur, quod
Alarza ſit ſub ea Parochia, niſi vltrà inter Pa-
rochum de la Mata, & habitatores Alarzæ
probetur reciproca, & viciſſitudinaria neceſ-
22 ſitas † miniſtrandi, & recipiendi Sacramen-
ta *Gonzal.ſuper reg.8.gloſ.6.num.36.Sarnen.in reg.
de Idiomate qu.11.nu.5. Rota diu. deciſ.52.n.31. &
ſeqq.par.2.deciſ.233.ſub num.3.par.1.rec.deciſ.247
ſub num.3.par.2.deciſ.387.num.7. coram ſan. mem.
Greg.XV.* & quatenus etiam ex adminiſtra-
tione Sacramẽtorum in Paſchate inferri poſ-
ſet ad decimas perſonales, de quibus ho-
23 die non agitur non tamen valeret illatio † ad
24 prædiales,quæ non debentur Parocho† in cu-
ius Parochiæ prædia non exiſtunt *cap. quam-
uis vbi not. Abb.num.2.& 3. de decimis cap.ad deci-
mas de reſtit.ſpol.in 6. gloſ.in cap. cum ſint verbo di-
uerſæ eod.tit.& ibid. Abb.num.6. poſt med. verſ.pro-
bat Acchill.deciſ.3.num.1.de decim.Caualer.deciſ.3.
num.1.Rota deciſ.16.num.4.par.5.recent. & in To-
letana decimarum de la Solana* 22. *Aprilis* 1641.
coram Me.

Et ita deciſum vtraque &c.

ROMANA VINEAE.

Lunæ 23. *Iunij* 1642.

ARGVMENTVM.

Ius renunciantis, quando eſt connexum cum
iure alterius tunc ei renunciari nequit, nec
quidem in præiudicium ipſius renunciantis.
Procurator quamuis cum libera iuri claro, &
indubitato principalis renunciare nequit.
Clauſula, *prout videbitur, & placebit*, conten-
ta in mandato procuræ, quomodo intelligi
debeat?

SVMMARIVM.

1 *Decretum irritans in Breui Apoſtolico contentum,
adeò præciſam formam inducit, vt non poſſit con-
tentis in Breui renunciari, etiam ſi priuatam re-
nunciantis vtilitatem reſpiciant.*

2 *Fauori ſuo vnuſquiſque renunciare valet.*

3 *Decretum irritans cum ſit acceſſorium diſpoſitioni,
cui adijcitur habet in ventre eandem conditionem
in diſpoſitione facta fauore priuato tacitè ſubintel-
lectum, nempe ſi impetrans vti velit.*

4 *Forma inducta à decreto irritanti famulatur diſpo-
ſitioni principali.*

5 *Et poteſt acceptari quoad vnum caput dumtaxat,
alijs omiſſis non ſecus ac ipſa diſpoſitio principalis
fauorem priuatum reſpiciens.*

6 *Formæ etiam inducta fauore priuato renunciari po-
teſt.*

7 *Declara concluſionem principalem non procedere
quoties principalis diſpoſitio tendit nedum ad fa-
uorem renunciantis, ſed etiam aliorum.*

8 *Iuri alieno quis renunciari nequit.*

9 *Ius renunciantis quoties eſt inſeparabilitèr connexũ
cum iure alterius, renunciatio nec operatur quoad
præiudicium ipſius renunciantis.*

10 *Breuis formam qui non ſeruauit, eo poſteà vti non
poteſt.*

11 *Alienatio rei fideicommiſſariæ facta authoritate
Papæ*

Papæ ſubſtinetur, & emptor efficitur ſecurus.

12 *Itaut fideicommiſſario non competat amplius regreſſus ad rem alienatam, ſed ſolum ad inueſtimenta eius loco ſubrogata.*

13 *In derogatione fideicommiſſi vtilitas vocatorum quoties non concurrit tunc vtilitas publica ſola cauſa eſſe ſolet derogationis vinculorum, & inueſtimentorum ſubrogationis.*

14 *Renunciare Iuri ſi non poteſt principalis multò minus renunciare valet procurator.*

15 *Gratia Papæ quando eſt collata in facultate executoris tunc ex ea nulli dici poteſt ius quæſitum.*

16 *Procurator renunciare nequit iuri claro, & liquido ſui principalis.*

17 *Mandatum procuræ continens clauſulā,* prout Procuratori videbitur, & placuerit *amplam tribuit facultatem faciendi quicquid procuratori placuerit.*

Cephal.conſ.580.n.12. *quo caſu loquatur ibid.* Rota in Ariminen. Domus 25. Maij 1633. coram Dunozetto, & 31. Maij 1636. coram Cardinali Machiauello, *in quibus terminis loquantur ibid.*

18 *Mandatum procuræ præſcribens procuratori certam formam contrahendi puta iuxtà formam, & tenorem Breuis Apoſtolici licet contineat clauſulam* & prout procuratori videbitur, & placebit, *talis clauſula referenda eſt ad alia non diſpoſita in Breui, ne mandans videatur incontinenti ſe corrigere.*

19 *Clauſula,* & prout procuratori videbitur, & placuerit, *ſtante forma præſcripta contrahendi, non tribuit facultatem Procuratori contrahendi ad libitum, & renunciandi iuri eius principali quæſito.*

20 *Clauſula,* & prout Procuratori videbitur, & placuerit, *arbitrio boni viri referenda eſt.*

DECISIO XCVIII.

CAPITVLA hinc inde ſubſcripta die 30. Nouembris 1638. in quibus Boncompagnus promiſit vendere vineam Trullio continent inter cætera, quod quia vinea erat ſubiecta fideicommiſſis maiorum obtineatur à Sanctiſſimo Breue derogationis, omniumq; vinculorum translationis ſuper pretio, & inueſtimentis ex eo faciendis, quæ fieri ſemper debeant cum ſcientia emptoris, & quatenùs dicta derogatio non obtineretur inueſtimenta huiuſmodi ſint expreſsè, ac ſpecialitèr hypothecata pro euictione vineæ, fierique debeant nedùm cum ſcientia, ſed etiam cum conſenſu emptoris.

In Breui autem derogationis obtento die 2. Octobris 1639. Sanctiſſimus certioratus de dictis capitulis quæ de verbo ad verbum inſerta fuerunt liberauit vineam ab omnibus vinculis, eaque tranſtulit in pretium, & illius inueſtimenta, *ſaluis tamen ſemper, & perpetuò obligatione, & hypotheca primarijs ad ipſius Trulli, & ſuorum hæredum fauorem*, declarando vlterius, *quod Trullius, & ab eo cauſam habituri nullo vnquam tempore teneantur ad procurandum ſucceſſiua inueſtimenta dicti pretij, quæ poſt factum primum inueſtimentum fieri contigerit, illaque niſi cum ſcientia & conſenſu eiuſdem Trullij, vel ab eo cauſam habiturorum fieri minimè poſſint.*

Poſt hæc die 29. eiuſdem menſis Octobris Honoratus qui die 27. Septembris, & ſic antequam Breue emanaret fuerat à Trullio conſtitutus Procurator ad emendam vineam *cum pactis contentis in quibuſdam folijs inter Boncompagnum, & Trullium ſubſcriptis, ac iuxta formam, ſeriem, & tenorem litterarum Apoſtolicarum in forma Breuis à Sanctiſs. D.N. Papa ſuper predictis expediendarum, & prout d. D. Procuratori videbitur, & placebit &c.*

Deuenit ad celebrationem inſtrumenti emptionis, in quo procuratorio nomine Trullij enunciatis prius tàm capitulis, quàm Breui Apoſtolico declarauit ſe contrahere iuxtà formam capitulorum, & renunciauit iuribus ex Breui Apoſtolico competentibus Trullio vltra iure, & hypothecas in dd. Capitulis contentas.

De qua renunciatione monitus Trullius pulſauit Boncompagnum corā A. C. vt aliud Inſtrumentum venditionis abſq; d. renunciatione conficeret, ſed ſuccubuit, deuolutaque cauſa ad Rotam in gradu appellationis. Dubitaui, An ſententia A. C. ſit confirmanda, vel infirmanda, & infirmandam eſſe reſponſum fuit.

Quia promiſſio venditionis de vendendo vineam non fuit adimpleta per Inſtrumentū cum Procuratore Trullij celebratum continens d. renunciationem, quam Procuratorem facere non potuiſſe deducebant informantes pro Trullio ex vi decreti irritantis in Breui ap-
1 poſiti quod cum inducat † formam eaque ſit indiuidua efficit vt contentis in breui renunciari non poſſit etiam ſi priuatam renunciantis vtilitatem reſpiciant *Io. de Anan. in c. quia fruſtrà n.6. de vſuris ex text. & gloſ. in c. dilecto de præben. Felin. in c. cum acceſſiſſent ſub nu.7. verſ. & procedit de conſtit. Socc. ſen. conſ. 24. num. 23. lib. 1. Gabr. de clauſ. concl. 3. num. 18. & ſeqq. Boccacc. ad conſtit. Marchiæ gloſ. 6. nu. 139. verſ. vnde decretum Capicc. deciſ. 9. num. 16.*

Quæ concluſio abſolutè ſumpta habet cō-
2 tradictores, eo quod vnuſquiſq; poteſt † fauori ſuo renunciare, & cum decretum irritans
3 ſit † acceſſorium diſpoſitioni cui adijcitur habet in ventre eamdem conditionem in diſpoſitione facta fauore priuato tacitè ſubintellectam, nempè ſi impetrans vti velit *Couar. in c. quis pactum par. 2. §. 2. num. 6. de pact. in 6. & pract. quæſt cap. 9. num. 7. Gomez. in reg. de triennali qu. 49. num. 11. & 12. Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 67. num. 52. & 53. Gratian. diſcept. 516. num. 8. Roman. conſ. 330. nu. 13. Rebuff. conſ. 16. num. 3. & 4. Caputaq. dec. 249. par. 1. Put. dec. 8. num. 2. lib. 2. Creſc. dec. 4. ſub nu. 3. de priuil. Caual. dec. 404. num. 4.* formaque quam
4 inducit † famulatur diſpoſitioni principali *gloſ. in cap. ſignificantibus de off. de leg.* itaut poſ-
5 ſit acceptari quoad vnum caput † dumtaxat alijs omiſſis non ſecus ac ipſa diſpoſitio principalis fauorem priuatum reſpiciens *Abb. in c. fin. §. is autem num. 2. de off. deleg. Gabr. conſ. 78. nu. 9. lib. 2. Rot. coram Reuerendiſs. Vrgoller. dec. 141. n. 4. & 151. num. 2.* nec enim de ratione formæ

fauore

fauore priuato † inductæ eſt quod renuncia-
6 ri non poſſit *Iaſ. in l. nemo poteſt in 1. lect. verſ. circa ſecundum ff. leg. 1. Brun. de forma tit. de potentia & effect. formæ effect. vlt. limit. 34. verſ. circa exemplum fol. 64. cum alijs allegatis per Monetam de commutat. vltim. volunt. cap. 6. ſub num. 241.* vbi refert plures diſtinctiones pro vtriuſque opinionis conciliatione.

Communi tamen calculo recepta eſt, vbi
7 ipſa principalis diſpoſitio tendit † nedum ad fauorem renunciantis, ſed etiam aliorum *Felin. in cap. ſi diligenti num. 16. verſ. 5. fallit de foro compet. Gabr. conſ. 151. num. 16. & 17. lib. 2. Galerat. de renunciat. centur. 1. in proem. num. 15. verſ. infertur quarto Monet. d. tract. cap. 8. num. 745. & ſeqq. Caput. deciſ. 86. par. 3. Put. deciſ. 309. lib. 3.* quia non po-
8 teſt † iuri alieno renunciari *l. cum non ſolum C. de bon. quæ lib. l. nec filius C. ſi cert. pet. l. renitente C. iur. delib. l. de re filior. ff. de tranſact.* vnde fit vt quoties ius renunciantis † eſt inſeparabilitèr connexum cum iure alterius, renunciatio nec operetur quoad præiudicium ipſius renunciantis *Felin. in d. cap. ſi diligenti num. 32. Dec. in cap. ſi de terra num. 19. de priuil. Pariſ. conſ. 73. n. 42. lib. 1. Decian. conſ. 39. num. 147. lib. 2. Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 11. num. 16. Surd. deciſ. 194. nu. 35. Seraph. deciſ. 341. num. 7.*

Qui eſt caſus noſter quia conſenſus Trullij quem Breue requirit in inueſtimentis in futurum à venditore faciendis reſpicit fauorem Trullij, ſimulque vocatorum ad fideicommiſſa quibus Breue derogauit, illum ſiquidem adhiberi intereſt vocatorum vt inueſtimenta fideicommiſſo ſubrogenda tutiora ſint, & ſolidiora, Trullij verò nè à vocatis ad fideicommiſſa moleſtias pati poſſit ſuper vinea ſub prętextu quod ipſe quia remiſit neceſſitatem ſui conſenſus, & ſic non ſeruauit formam Bre-
10 uis Apoſtolici † eodem vti non valeat iuxtà textum *in cap. cum olim de off. de leg. cap. cum dilecta de reſcript. Dec. in cap. conſtitutus ſub num. 10. de reſcript. Grat. diſcept. 508. num. 2. Caputaq. deciſ. 271. num. 2. & 3. par. 1. Rota deciſ. 175. num. 6. par. 5. rec.* & in terminis commutationis voluntatis *Ciriac. contr. 160. num. 7. in fine*

Immò verò conſenſus huiuſmodi videtur principaliter requiſitus fauore vocatorum, quia ſatis erat conſultum emptori per liberationem vineæ à vinculis & ſubrogatione m pretij ſeu inueſtimentorum cuius vigore ac-
11 cedente authoritate Papæ ſuſtinebatur † alienatio & emptor erat ſecurus, *Vinc. de Franch. dec. 355. num. 6. poſt Molin. de primogen. lib. 4. cap. 4. num. 1. & 9. Cyriac. contr. 303. num. 36.* Maximè verò quia in eodem Breui necnon in capitulis venditionis emptor eximitur ab onere procurandi quod inueſtimenta fiant.

Quod itaque fiant & in eis mediante conſenſu præſtando ab emptore euitetur omnis colluſio vel fraus, quam alioquin committere aliquando potuiſſent venditores in præiudicium fideicommiſſi intereſt vocatis quibus
12 non amplius † competere poterat regreſſus ad vineam ſed ſolum ad inueſtimẽta eius loco ſubrogata, *Peregr. de fideic. art. 44. num. 30. & ſub num. 31. verſ. contra verò determinarunt Cyriac. dicta contr. 333. num. 7.* atque hinc Papa etiam ſi certioratus fuiſſet de capitulis inter emptorem, & venditorem in quibus conſenſus non exigebatur nihilominus ea egrediendo, & futurorum fideicommiſſariorum indemnitati quam venditorum diſcretioni contrahẽtes remiſerāt conſulendo, quia fideicommiſſum extendebatur etiam ad naſcituros hique ad conſentiendum inueſtimentis tempore prædeceſſorum faciendis faciliores quam par eſſet reddi poterant fortè ratione patrię poteſtatis, vel conſanguinitatis cum inueſtientibus requiſiuit conſenſum emptoris omnino extranei, in quo prædicta cadere non poterāt eique vt proprio etiam intereſſe allectus diligentiùs inuigilaret inueſtimentorum veritati & ſecuritati prouidè ſpecialem hypothecam ſuper eiſdem inueſtimẽtis in caſum euictionis vineæ reſeruauit contemplando ſemper & præcipuè honeſtatem gratiæ, hoc eſt ſecuritatem ac vtilitatem vocatorum, quæ
13 † vbi non concurrit vtilitas publica eſſe potuit ſola cauſa derogationis vinculorum & inueſtimentorum ſubrogationis, *Bald. in l. ſi teſtamentum. 10. ſub num. 1. & 2. & ibi Caſtr. num. 2. Cod. teſtam. Alex. conſ. 2. ante num. 20. verſ. præterea, quocumque iure lib. 1. Curt. iun. conſ. 196. ſub n. 20. verſ. & ideo Ceph. conſ. 634. n. 58. Cyriac. contr. 23. n. 38. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 6. n. 101. & 105. Franch. dicta deciſ. 355. ſub num. 6.*

Ex quibus ſi non potuiſſet dicto conſenſui
14 renunciare † ipſemet Trullius multò minus renunciare potuit eius procurator cui præterea deerat talis poteſtas etiam attento ſolo intereſſe emptoris, quia cum ex ipſo Breui vti præciſo non autem collato in voluntatem, ac facultatem executoris fuiſſet Trullio quæſitum ius præſtandi conſenſum futuris inueſti-
15 mentis quicquid dicendum eſſet ſi Breue † in facultatem executoris collatum fuiſſet vt benè diſtinguit *Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. par. 28. num. 87. ex tex. in cap. ſi cui nulla de præben. in 6. Molin. de iuſt. & iur. tom. 6. tract. 5. diſput. 20. num. 4. Monet. in punct. de commut. vltim. voluntat. cap. 8. num. 107.* iuri huiuſmodi claro, & liqui-
16 do † procurator quantumuis cum libera & ampliſſimis clauſulis conſtitutus renunciare non valuit, *Bald. in l. 1. in fin. Cod. de bon. matern. Natt. conſ. 25. num. 4. Alex. conſ. 115. num. 1. & 3. lib. 5. Alba conſ. 731. num. 9. Honded. conſ. 66. n. 80. & ſeqq. lib. 1. Grat. diſcept. 699. num. 8. Magon. deciſ. Lucen. 13. num. 25.*

Eo minus quia alioquin Trullius amitteret omnino beneficium Breuis ob non ſeruatam illius formam & in mandato procuræ non adſunt ſolùm clauſulæ *prout procurato-*
17 *ri* † *videbitur & placebit* in quibus terminis loquitur *Ceph. conſ. 580. num. 12.* & deciſiones Rotæ *in Ariminen. domus 25. Maij 1633. coram R. P. D. meo Dunozet. & 3. Maij 1636. coram Eminentiſſimo D. Card. Machiauello,* ſed ſimul diſponitur quod procurator debeat contrahere iuxta formam, ſeriem ac tenorem Breuis Apo-
18 ſtolici † ad eo quod immediatè ſubſequens clauſula & *prout procuratori videbitur, & placebit* referenda ſit ad alia in Breui non diſpoſita

ſpoſita nè alioquin mandans videatur ſe incontinenti voluiſſe corrigere, & recedere à Breui cuius formam, ſeriem ac tenorem ſtatim præceperat ſeruari vt ad propoſitum bene *Pariſ.conſ.47.num.74.& ſeq.lib.1. Alex.conſ.21 ſub num.5.lib.7.Lancellot.Gallia.conſ.53. num.22.*
& per conſequens nõ dicitur procuratori cõ-
19 ceſſa libera facultas† contrahendi ad libitum
& renunciandi iuri ex Breui, vt ſupra acquiſito, quod repugnat tàm voluntati mandan-
20 tis quam arbitrio boni viri † quod dumtaxat
confert clauſula *prout videbitur, & placebit* vt in terminis mandati. *Caſtr. conſ.335. num.3. lib.1. Alex.conſ.129.num.53.lib.1. Dec.conſil.493. num.16.in fin.& pluribus ſeqq.Soccin.iun.conſ.129. num.54.lib.1.Mazzol.conſ.120.numer.83. & ſeqq. Beretta conſ.112.n.4.Fab.de Anna conſ.75.n.28.& ſeqq.lib.1.Monet.de commutat.vltim.volunt. cap.7. num.143.Ioſeph.Ludon.deciſ.Peruſ.117.n.27.par.2 Rot.deciſ.79.num.10.par.6.recent.*

Et ita deciſum vtraque, &c.

ROMANA FRVCTVVM DOTIS.

Lun. 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lit.1.cap.137.taxans fructus dotis ad rationem ſeptem pro centenario locũ non habet quando adeſt contraria conuentio partiũ illos taxandi in minori ſumma. Mandatum exceſſiuum executioni demandatum, parte inſtante debet in totum reuocari, nec locus eſt illius reformationi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis debentur marito, qui onera matrimonij ſubſtinuit, vel illius hæredi.*

2 *Fructus dotis iuxta diſpoſitionem Statuti Vrbis regulariter taxantur ad rationem ſeptem cum dimidio.*

3 *Fallit quando adeſt contraria contrahentium conuentio illos taxandi ad minorẽ ſummam nam licitum eſt partibus intereſſe debitum ratione onerum matrimonij ad certam ſummam ab initio taxare.*

4 *Et hæc eſt communis opinio Canoniſtarum, & Legiſtarum, quam reiecta opinione contraria Io. Andrea amplexa eſt Rota Romana.*

5 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 137. *taxans fructus dotales ad rationem ſeptem cum dimidio non loquitur quando adeſt contraria conuentio partium, quæ paciſcendo ſuper certo intereſſe videtur recedere à diſpoſitione Statuti.*

6 *Quicquid ſit quando conuentio partium poteſt concurrere cum diſpoſitione Statuti, nec illi contrariatur, quo caſu vtraque diſpoſitio ſeruatur.*

7 *Mandatum exceſſiuum exequutioni demandatum corruit in totum.*

8 *Et parte inſtante debet in totum reuocari, itaut nec etiam ſit locus illius reformationi, vt ſpoliũ quod cauſauit purgetur.*

9 *Declaratio facta à coniugibus ſuper Conſtitutione dotis aſſignata quoad veram illius quantitatem nõ importat receſſum à præcedenti promiſſione, ſed talis declaratio ſolum tendit ad patefaciendam veritatem, ac intentionem contrahentium vſque ab initio.*

10 *Et operatur, ac ſi in limine contractus matrimonialis adiecta fuiſſet.*

11 *Declaratio retrotrahitur ad diem contractus, & ineſſe videtur actui declarato.*

12 *Dotis quantitas, quando eſt ſimulata pro honorificentia matrimonij ſimulatio influit in actus ſubſequentes conſecutiue geſtos ac cohærentes ad capitula matrimonialia.*

DECISIO XCIX.

MANDATVM A. C. relaxatum pro fructibus dotis ad inſtantiam Domini Caroli de Aſte infirmandum eſſe dixerunt Domini ſub die 29. Aprilis 1641. coram Reuerendiſſ. Domino meo Patriarcha Conſtantinopolitano, & cauſa ſuper eiſdem repropoſita coram me ſteterunt indeciſis.

Non enim potuit Dom. Carolus obtinere
mandatum pro fructibus viuente Io. Baptiſta
1 patre decurſis, quia illi eidem patri † qui o-
nera matrimonij ſubſtinuit, vt patet ex articu-
lis medio iuramento à D. Carolo productis,
& ex alijs deductis *in Romana legitimæ 22. Iunij*
1640. *coram R.P.D. meo Dunozet,* ſiue patris hæ-
redi debentur, non autem Carolo, qui nec
ſubſtinuit onera matrimonij nec patris eſt
hæres *vt præter alleg. in deciſ. tradit Menoch. præ-*
ſum.14.num.12.lib.3.Gratian.diſcept.552.num.48
Giurb.ad conſuet.meſſ.cap.3. gloſ.5. num.11.& 19.
Fontanell.de pact.nupt.clauſ.6.gloſ.1.par.1. nu.42.
& gloſ.2..par.2.num.37.
Mortuo vero patre non debuerunt taxari
2 † fructus ad rationem ſeptem cum dimidio,
iuxta diſpoſitionem *Stat. Vrbis cap.* 137. *lib.*1.
quia, cum contrahentes in capitulis matri-
3 monialibus interuſuria dotis taxauerint † ad
rationem quinque & licitum ſit partibus in-
tereſſe debitum ratione onerum matrimonij
ad certam ſummam ab initio taxare, *Abb. in*
cap.ſalubriter num.3.de vſur.& de comm.Alex.con-
ſil.31.num.5.& ſeqq.lib.6. Corn.conſ.vlt.ſub nu.7.
*nec obſtat lib.2. Iaſ.conſ.92.num.129.lib.1.*qui ait
4 eſſe communem opinionem† Canoniſtarum
& Legiſtarum, quam tenet Calder. Anchar.
Bald.nouell. Ant.Rub.Gabr.& alij alleg. per
Couar.var.reſol.lib.3.cap.1. num.3. verſ.4.ibi con-
trarium tamen verius Surd.de alim. tit.1. quæſt.42.
num.23.& ſeqq. eamdemque opinionem reie-
cta contraria Io. Andreæ amplexa *eſt Rot. in*
Romana dotis 5.Iulij 1599.coram bo.mem. Iuſto in-
ter impreſſ.poſt Farinac.conſil.lib.1.dec.129.num.4.
Hæc taxatio, non autem ſtatutaria debuit
5 attendi, nam Statutum non loquitur,† quan-
do adeſt contraria conuentio partium, quæ
paciſcendo ſuper certo intereſſe videntur re-
ceſſiſſe à diſpoſitione Statuti, ſiue legis, *vt ex*
l.fin. C.de pact.cont.notat. Barboſ.in l.æſtimatis 51.
ſub num.41,verſ.quare in terminis l.fin. ff.ſol.matr.
Surd.conſ 34. ſub num. 31. verſ. quia per pactum
Menoch.præſum.109.num.44.lib.4-Fachin.controu.
lib.4.cap.62.ſub lit.D.Ciriac,controu.220.num.15.

quid-

quidquid ſit quando conuentio partium
6 † poteſt conuenire cum diſpoſitione Statuti,
ſeu legis, nec illi contrariatur, quo caſu vtra-
que diſpoſitio ſeruatur *l.4. §. ſi ex conuentione,*
ff. re iud. & bene declarat Cyn. in l.2. n. 6. Cod. de
iur. emph. Bald. conſ. 329. nu. 6. lib. 1. Gozad. conſ. 74.
num. 11. verſ. quarto adduco Surd. conſ. 34. num. 34.
& deciſ. 73. num. 13.

Quare, cum mandatum A. C. ſit exceſ-
ſiuum, tam quoad fructus decurſos viuente
patre, quam quoad ſummam defuncto eo, &
7 fuerit executioni † demandatum ſicuti cor-
ruit in totum, *Bart. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum*
& ibi Iaſ. num. 2. ff. de cond. indeb. Bald. in l. certi
conditio §. quoniam ſub num. 2. verſ. ſecundus ff. ſi
cert. pet. Afflict. dec. 218. num. 3. & 4. Rot. deciſ. 359.
num. 8. per. 1. recent. & coram ſanct. mem. Greg. XV.
8 *deciſ. 485. num. 4.* ità parte inſtante † in totum
reuocari debet, ità vt nec ſit locus illius re-
formationi, vt ſpolium, quod cauſauit, pur-
getur *Rot. dec. 205. par. 2. diuerſ. Put. dec. 315. lib. 1.*
in corr. & fuit dictum in Arimin. molendini 4. Mar-
tij 1641. coram me.

Addebant etiam duo ex Dominis, quod
nullo modo poterant peti fructus, quia iam
fuerat ſoluta tota dos ſcutorum 14. milliũ au-
ri, & licet inſtrumentum dotale contineat
promiſſionem ſcut. 16. m. tamen ſcuta 2. mil.
fuerunt appoſita ad pompam, & honorificen-
tiam matrimonii, prò vt paulò poſt declara-
runt, tam Octauius promiſſor, quam Io. Ba-
9 ptiſta ſtipulator, quorum declaratio † non
importat receſſum à præcedenti promiſſione
ſed declarationem veritatis, & intentionis
contrahentium vſque ab initio adeo quod
coniuges de huiuſmodi declaratione conque-
10 ri non poſſint, non ſecus, † ac ſi in limine cõ-
tractus matrimonialis adiecta fuiſſet, *iuxta de-*
ciſ. 48. Senat. Dolani, & alias in deciſione alle-
11 gatas, quia declaratio retrotrahitur † ad diem
contractus, & ineſſe videtur actui declarato,
l. hæredes palam §. 1. ff. de teſtam. Roman. conſ. 65. n. 3
verſ. ſed auctoritatem hanc, & conſ. 482. num. 9. Rot.
deciſ. 414. num. 18. par. 5. recent. dec. 140. num. 14.
par. 7.

Maximè verò, quia facta fuit ab vtriuſque
coniugis parentibus, qui nomine filiorum de
dote conuenerant, nec præſumuntur voluiſ-
ſe illis cum fraude præiudicium inferre, eo-
que minus Io. Babtiſta ſtipulator, de cuius
intereſſe agebatur, quia eius intererat, dotem
filij eſſe pinguiorem, vt ſic minus de proprio
ſupplere teneretur pro filio, eiuſque familia
ſubſtentanda, & gratis dicitur Io. Baptiſtam
fuiſſe filio parum beneuolum, quia, quæ ad
id probandum adducuntur, longè ſunt po-
ſteriora prædictæ declarationi, de cuius tem-
pore immò & poſt apparet, Carolum fuiſſe
à patre in domo propria retentum, & huma-
niſſime habitum. Prout nec obſtat, quod
aliquandò, & ſignanter in derogatione Con-
ſtitutionis Sixtinæ moderatoriæ dotium fue-
rit narrata dos in ſcutis 16. m. quia eadem ra-
12 tio honorificentiæ † matrimonij, quæ mo-
uit partes ad ſimulandam dotẽ in ſcut. 16. m.
influit in actus ſubſequentes geſtos conſecu-
tiuè, & cohærenter ad capitula matrimonia-
lia, *Rot. dec. 39. num. 15. dec. 153. n. 12. par. 7. recent.*
& in Roſſanen. decimar. 28. Iunij 1641. coram me.

Cæterum ſuper hoc Domini nihil firma-
runt, quia non erat opus, cum mandatum, de
quo agitur non loquatur de ſorte, ſed de fru-
ctibus, & pro eo infirmando ſufficiant exceſ-
ſus ſupra deducti.

Et ità deciſum vtraque parte informante.

CATHACEN. ECCLESIAE.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Dominium probatur ad quemcumque effe-
ctum ex enunciatiuis antiquis maxime iun-
ctis adminiculis inditijs & coniecturis de qui-
bus in ſummarijs.

SVMMARIVM.

1 *Dominium ad quemcunque effectum probatur ex enunciatiuis antiquis donationum & recognitionũ.*
2 *Eoque magis iunctis adminiculis.*
3 *Pro dominij adminiculo deſeruit pluralitas inſtrumentorum.*
4 *Ad dominium probandum valde conducunt præſtationes annuæ in recognitionem dominij.*
6 *Dominium probatur ex inſignis poſitis ſuper portam.*
6 *Maxime in antiquis, in quibus dominium etiam per indicia & coniecturas probatur.*
7 *Epiſcopus viſitando non poteſt iuribus Capituli præiudicare non conſtito de illius ſcientia.*
8 *Confraternitas eſt quid ſeparatum ab Eccleſia, & ab vna ad aliam non infertur.*
9 *Epiſcopus poteſt viſitare etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus ex diſpoſitione S. Concil. Tridentini* ſeſſ. 7. cap. 8. & ſeſſ. 21. cap. 8. de reform.

DECISIO C.

CENSVIT Rota, Eccleſiam ſub inuoca-
tione S. Io. Baptiſtæ Diſciplinatorũ Ciuita-
tis Cathacenſis ſpectare ad Capitulum Late-
ranenſem.

Illud enim vigore Priuilegiorum à Sum-
mis Pontificibus obtentorum, dedit poteſta-
tem Ioanni Soldato dictam Eccleſiam con-
ſtruendi de anno 1532. cuius poteſtatis vigore
Soldatus de eodem anno Eccleſiam conſtru-
xit in ſolo ſibi ad id conceſſo à Communita-
te Cathacenſi, eamdemque Eccleſiam dona-
uit Capitulo, quod donationem acceptauit,
ac omnia priuilegia communicauit Eccleſiæ
donatæ, & Confraternitati in ea erectæ à qua
tamen voluit ſibi ſingulis annis pro recogni-
tione dominii præſtari libram vnam ceræ la-
boratæ; prout hæc omnia habentur in publi-
cis documentis monitorij A. C. & dictæ con-
ceſſionis factæ à Capitulo de anno 1632. quo-
rum cum ſint plura & excedant centum an-
1 nos etiam enunciatiuæ ſufficiant † ad proba-
tionem

tionem dominij ad quemcumque effectum tam ex parte donantis quam Capituli donatarij, *Bald.in l.cum aliquis num. 4. & ibid. Iaſon. num. 4. Cod. de iure deliberan, Felin. in cap. cum cauſam num.4.verſ.tamen inſtrumenta de probation. Dec.conſ.146.num.14. Socc.conſ.187.num.5.lib.2. Menoch.conſ.409.num.9.& 10.Caſſad dec.3.nu.3. de proc.Aflict.dec.204.lib.2in corr.Rot.inter.recen. dec.91.num.2.par.1.dec.223.num.4.par.2.deciſ.81. nu.12.par.5.& in Papien. Bonor.28.Aprilis 1595. coram bon.mem.Card.Millinoin Romana deuolutionis 28.Maij 1625. coram bon.mem. Pirouano.*

2 Eo magis † iunctis adminiculis, *Rip.in l.51. aliquam rem num.39.ff.de acq.poſſ.Dec.d.conſ.146. ſub num.14. Pariſ.conſ.104. num.82. & ſeq. lib.1. Cæſar de Graff.dec.10.nu.7.de cauſ.poſſeſſ. & prop. Cauall.dec.269.num.3.*

Quæ hic non deſunt, nam Capitulum primam conceſſionem á ſe vt ſupra factam confirmauit, & renouauit de ann.1576.1610. anno 1620. vt patet ex publicis inſtrumentis *Sum.num.4.* & pluralitatem inſtrumentorum,
3 † pro adminiculo dominij adducit, *Soc. dict. conſ.187.num.16.lib.2.Marcobrunus conſ.52.n.10. Rot. dec.193.num.2.par.2.recen.deciſ.81. num.15. par.5.*
4 Item dantur præſtationes annuæ † ceræ Capitulo in recognititionem dominij vt ſupra promiſſæ per annos 50.*Sum. num. 5.* quæ valde conducunt ad probādum dominium, *Roman.conſ.127.num.1.Alex.conſ.8.num.2.lib.7.Menoch.conſ.409.num.12.Vrſaſc.de iure emphit. q.9. num.17.in fin.Seraph.dec.869.num.3.Rot.dec.290. num.4.par.1.recent.dec.79.num.4.par.5.*

Apparet etiam quod non ſemel Officiales Confraternitatis fuerunt electi de mandato Capituli Lateranenſis, & inſuper quod ſupra portam magnam Eccleſiæ; nec non in lapide fontis baptiſmalis, ac alijs in locis adſunt
5 inſignia Capituli † quæ dominij argumentum præbent *Afflict.dec.23.num.4.Rot.dec.374. num.7.par.2.rec.deciſ.279.num.2. par.4.deciſ.234.*
6 *num.8.& ſeq.par.6.*maxime in antiquis in quibus dominium etiam per inditia & coniecturas probatur, *Socc.conſ.205.num.3. lib.2.Decius conſ.146.num.12. Pariſ.conſil.104.num.102.lib.1. Caput.deciſ.238. & 275. lib.2.in manuſcript. Rota dec.193.num.2.par.2.dec.81.num.13. par.5.recent.*

Non obſtat quod Epiſcopus aliquando Eccleſiam viſitauerit,nam non conſtat de ſcien-
7 tia Capituli † cuius iuribus non potuit alioquin præiudicium inferri, *Mant.dec.40.num.9. Rot.dec.560.num.1.& 655.ſub num.3.par.3.recen. dec.197.num.8.poſt Moder.de manuten.*nec viſitationes loquuntur de Eccleſia ſed de Confra-
8 ternitate, † quæ eſt quid ſeparatum ab Eccleſia, ita vt ab vna ad aliam non poſſit inferri, *Petr. de Vbald. de canon. Epiſcopor. num.9 & 22. Rot.coram bon.mem. Coccin.dec.472.num2.* & hodie non agitur de iure viſitandi, quod vltro
9 potuit competere Epiſcopo † auctoritate ſibi delegata à Sede Apoſtolica ex diſpoſitione Sac. Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 8. & ſeſſ. 21. cap.8.de refor.*

Et ita deciſum Capitulo tantum informante alia tamen parte multoties citata.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ARRONIIS.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Teſtator ſi ad fideicommiſſum vocauit nepotem eiuſque filios legitimos,& naturales vere, & non ficté ex legitimo matrimonio procreandos, & non per ſubſequens matrimonium; Tunc qui prętendit ſe eſſe vocatum vtramque qualitatem probare tenetur nempe filiationem, & legitimitatem tempore conceptionis, & ex quibus vtraque qualitas in caſu deciſionis excluſa remaneat?

SVMMARIVM.

1 *Filijs alicuius ad fideicommiſſum vocatis cum qualitate legitimitatis verè, & non ficté ex legitimo matrimonio procreandis, & à principio generandis, tunc qui pretendit ſe vocatum duo probare tenetur nempe filiationem, & legitimitatem.*
2 *Filiationis cauſa differt à cauſa legitimitatis, & probata filiatione non ſequitur quod ſit probata legitimitas.*
3 *Amplia præſertim, quando in legitimitate conſiſtit fundamentum.*
4 *Filius natus ex legitima Vxore in domo mariti, cum qua ipſe cohabitauit præſumitur ipſius mariti.*
5 *Declara concluſionem procedere, quando conſtat matrimonium inter eos tempore conceptionis fuiſſe contractum, alias ſecus.*
6 *Partus quatrimeſtris iuxta ſententiam Hypocratis non eſt vitalis.*
7 *Filiatio excluſa remanet ſi conſtat filium eſſe natum poſt quattuor menſes à die contracti matrimonij.*
8 *Filius natus ex concubina domi retenta præſumitur filius concubinarij.*
9 *Concurrentibus præſertim tractatu, ac nominatione parentum, & communi exiſtimatione.*
10 *Concluſio limitatur,vt non procedat, quando concubinatus non eſt concludenter probatus, quinimo conſtat de facili acceſſu aliorum ad mulierem, tunc enim ex tractatu, & nominatione filiatio non probatur inpræiudicium eius, qui cauſam non habet à nominantibus.*
11 *Præſertim quando non agitur ad effectum conſequendi alimenta, ſed ſuccedendi in vniuerſo fideicommiſſo, & excludendi ſubſtitutos, quo caſu requiruntur fortiores probationes.*
12 *Filiatio probanda eſt tamquam neceſſarium antecedens ab eo, qui ſe legitimum aut legitimatum affirmat.*
13 *Nec ſufficit ſola patris nominatio, vel tractatus.*
14 *Legitimus vt quis dicatur ſufficit quod ſit natus conſtante matrimonio, quamuis ante matrimonium conceptus fuiſſet, ſi tunc temporis poterat conſiſtere legitimum matrimonium.*
15 *Concluſio tamen non procedit quoties conſtat de voluntate fideicommittentis vocandi ad fideicommiſſum legitimos de tempore conceptionis, quo caſu oportet matrimonium de eo tempore conſiſtere nec prodeſt ſi ſubſequatur.* Et contraria opinio Me-

Menoch. & Intrigliol. declaratur num. 19. & 20.

16 *Tempus illud attendi debet, ad quod verba referuntur.*

17 *Qualitas à Teſtatore requiſita de certo tempore, debet in eo verificari.*

18 *Subſtitutus non dicitur excluſus à non habente qualitatem à Teſtatore requiſitam.*

19 *Teſtator vocans filios conceptos ex legitimo matrimonio ſufficit ad hunc effectum quod matrimonium ſubſequatur ad hoc vt filij dicantur legitimi iuxta opinionem* Menoch. & Intrigliol.

20 *Declara non procedere in matrimonio contracto poſt tempus à Teſtatore deſignatum, & quando idem Teſtator nominatim ſubſequens matrimonium abhorruit.*

21 *Et ex quibus verbis deſumatur Teſtatorem voluiſſe filios eſſe legitimos nedum de tempore natiuitatis ſed etiam conceptionis?*

22 *Generationis principium eſt in conceptione.*

23 *Verbum* generandos *directum ad patrem referri non poteſt ad tempus poſt conceptionem.*

24 *Et denotat conceptionem futuram, & infieri non autem in eſſe.*

25 Larrea deciſ. Granaten. 43. nu. 25. *in quibus terminis loquatur.*

26 *Legitimitatis qualitas expreſſa in vno gradu ſubſtitutionis concepta in caſu exiſtentiæ filiorum non cenſetur repetita in alio nec extenſa ad caſum non exiſtentiæ.*

27 Socin. ſen. conſ. 63. numer. 19. declaratur à Ceſar. Manent. conſ. 135. num. 27.

28 *Limita non procedere ſupradictã concluſionem quãdo ſunt poſiti in conditione illi net filij, qui ſupra cum qualitate legitimitatis fuerant diſpoſitiue vocati, quia circa eaſdem perſonas ſicuti præſumitur eadem affectio Teſtatoris, ita & repetitio qualitatis ſupra expreſſa.*

29 *Item limita non procedere quando teſtator in alijs etiam ſubſtitutionibus eandem qualitatem appoſuit inde enim colligitur voluntas Teſtatoris reſtricta ad filios qualificatos dumtaxat.*

30 *Teſtamenti vna pars aliam declarat.*

31 *Dictio* vt ſupra *refert omnes præcedentes qualitates.*

DECISIO CI.

FABIVS Senior in vltimis tabulis inſtituit ſibi hæredem Fabium Iuniorem pronepotem ſuum, eique ſubſtituit per hæc verba. *Cui Fabio heredi quandocumquè decedenti ſubſtituit, &c. filios, & liberos eiuſdem Fabij maſculos legittimos, & naturales ex verò, & legittimo matrimonio, verè & non fictè procreandos, & non per ſubſequens matrimonium vel ex indulto aut alio modo legitimos effectos, ſed vere à principio ex corpore dicti Fabij generandos, &c. Dicto autem Fabio herede quandocumquè decedente ſine liberis maſculis vel eis relictis ſed ijs quoquè, & eorum linea naturali extincta ſubſtituit, & ſuccedere voluit vulgariter, & per fideicommiſſum, & omni meliori modo in dicta vniuerſa hereditate Lucillum, &c. Quo lucillo quandocumque decedente ſubſtituit eiuſdem lucilli filios maſculos legittimos, & naturales ex legittimo matrimonio ut ſupra dictum eſt procreandos, &c.*

Obijt Fabius Iunior relicto Marco quem Lelia Rampinella pepererat quarto menſe poſt quam cum eodem Fabio matrimonium contraxerat, & cum ipſe Marcus tamquam filius legittimus, & naturalis Fabij iunioris pretenderet ſe vocatum ad fideicommiſſum Fabij ſenioris, illudquè propterea non fuiſſe purificatum ad fauorem Lucilli contra eumdem Lucillum bonorum fideicommiſſi poſſeſſorem introduxit iudicium coram A.C. de voto Rotæ terminandum, & propoſito dubio in Rota ſub die 16. Ianuarij 1637. coram bon. mem. Coccino An Marco ſit danda immiſſio Domini dixerunt quod coadiuuarentur probationes circa pretenſam filiationem, in cuius reſcripti executionem tribus teſtibus ad inſtantiam Marci examinatis ego in locum bon. mem. Coccini ſubrogatus repropoſui idem dubium, quod hodie fuit negatiue reſolutum, nempe Marco non eſſe dandam immiſſionem.

Cum enim ex verbis teſtamenti ſupra cita-
tis vocentur ad fideicommiſſum filij Fabij
iunioris verè ex legittimo matrimonio pro-
creandi, & à principio generandi ex corpore
1 Fabij duo †. Marcus vt obtineret probare de-
buiſſet, videlicet ſe eſſe filium Fabij iunioris,
& vltro legittimitatem à Teſtatore requiſi-
2 tam, quia cauſa filiationis † differt à cauſa
legittimitatis, & probata filiatione non ſe-
quitur quod ſit probata legittimitas maximè
3 quando † in legittimitate conſiſtit fundamen-
tum *Butr. in cap. peruenit col. 2. in fin. verſ. aut fi-*
lius agit qui fil. ſint legitt. Præpoſ. ibid. ſub numer. 3.
eod. verſ. Abb. ſub numer. 4. verſ. & vt habes gloſſam
Ceſ. Man. conſ. 138. num. 4. & ſeqq. Ronit. conſ. 3. nu.
21. lib. 1. Ramon. conſ. 22. num. 24. & 2. ſeqq. Pacian.
de probat. lib. 2. cap. 16. num. 57. & ſeqq. Seſſ. deciſ.
Aragon. 390. num. 3.

Neutrum tamen probauit: nam matri-
monium ex quo regulariter reſultat præſum-
4 ptio iuris quod filius natus † ex legittima vxo-
re in domo mariti cum qua ipſe cohabitabat
ſit filius ipſius *l. filium cum definimus ff. his qui*
ſunt ſui vel alien. iur. l. ſi vicinis Cod. nupt. Marſil.
ſingul. 530. numer. 2. Gomeſ. in leg. 9. Thaur. numer. 2.
Valaſc. conſult. 134. numer. 3. Gamma deciſ. 152. ſub
numer. 1. & 19. alijquè relati ab Arias de Meſa var.
5 *reſol. lib. 3. cap. 39. num. 1.* non erat contractum †
tempore conceptionis Marci vt ad hunc effe-
ctum requiritur *Salyc. in l. vltim. §. mulierum 2.*
ff. probat. Caſtr. conſ. 115. nu. 3. lib. 1. Ioſeph. Ramon.
conſ. 22. num. 27. Petra de Fideicom. quæſt. 11. n. 400.
Menoch. de præſump. lib. 6. præſum. 53. num. 19. in 6.
declarat. Rot. in Romana filiationis 1. Iulij 1639.
coram R.P.D. meo Carillo; Contractum ſiqui-
dem fuit per quatuor menſes ante quam
Marcus naſceretur, nec Marcus hodie viueret
ſi conſtante matrimonio conceptus fuiſſet,
6 quia partus quatrimeſtris † non eſt vitalis
iuxta receptam ſententiam Hypocratis quam
ſequitur Iuriſconſul. *in l. ſeptimo menſe ff. ſtat.*
hom. l. inteſtato in fin. ff. ſuis, & legitt. hered. Pariſ. cõſ.
56. num. 5. lib. 2. Mart. vot. 153. num. 2. Seraph. deciſ.
7 1282. *num.* 11. & in puncto ad excludendam †
probationem filiationis amplexa eſt *Rota in*
Anxi-

Auximana alimentorum 1. Iulij 1620. coram b. m.
Pironano.
8 Et licet eamdem præſumptionem † in fi-
lio nato ex concubina domi concubinarij de-
tenta admittat gloſſ. in cap. Michael verb. conſtite-
rit de fil. presbit. Abb. in cap. tranſmiſſa ſub num. 9.
in fin. qui filij ſint legit. Paleot de noth. & Spur. cap.
26. num. 3. Couarr. de ſponſal. 2. part. cap. 8. §. 3. n. 8.
Menoch. de arbitr. caſ. 89. num. 26. & d. præſump. 53.
num. 4. Petra de fideicom. quæſt. 11. nu. 373. Gamm.
d. deciſ. 152. num. 2. Rot. in Romana hereditatis de
Gratianis 7. Februarij 1642. coram R. P. D. meo
Rojas Eaquè fortius procedat quando vlterius
9 concurrit tractatus fieri ſolitus † filiis, nomi-
natio parentum, & communis exiſtimatio
vt probat tex. in cap. per tuas de probat. & latè ex-
pendit Arias de Meſa var. reſol. lib. 3. cap. 39. num. 4.
& ſeqq.

Caſui noſtro non aplicatur, quia teſtes pro
Marco examinati non videntur concludenter
deponere de concubinatu Leliæ cum fabio;
imò aliqui ex teſtibus non excludunt quod
alij homines potuerunt rem habere cum Le-
lia, cum fateantur in domo Fabij conuenire
conſueuiſſe milites ipſumquè Fabium pro
munere officij militaris quod gerebat ſepius
extra domum permanſiſſe, Secluſo autem
10 concubinatu † ſeu admiſſa facilitate acceſſus
aliorum hominum ad mulierem ſolus tra-
ctatus, & nominatio non probat filiationem
in præiudicium Lucilli, qui cauſam non ha-
bet à nominantibus, & ſuccedit ex fideicom-
miſſo maiorum Iaſ. conſ. 81. numer. 2. & ſeqq. &
conſ. 106. num. 2. & ſeqq. lib. 1. Caſ. Mancu. conſ. 136.
num. 6. Surd. conſ. 552. num. 21. & ſeqq. Capic. Latro
dec. 16. num. 15. Rot. dec. 645. ſub nu. 4. verſ. 1. quod
part. 4. recent. dec. 409. ſub num. 30. verſ. quicquid ſit,
& num. 33. par. 5. præſertim quia non agitur
11 ad effectum conſequendi alimenta † ſed ſuc-
cedendi in vniuerſo fideicommiſſo, & exclu-
dendi ſubſtitutos, quo caſu requiruntur for-
tiores probationes vt diſtinguendo dixit Rota
in Romana de Bonellis 29. Nouembris 1613. & 28.
Nouembris 1614. coram bon. mem. Vbaldo Seniori,
& in Romana Dotis ſeu filiationis 11. Decembris
1639. coram bon. mem. Merlino, quæ eſt deciſ. 314.
num. 19. & 20. part. 6. recent.

Et ex his ſuperflua videtur indagatio legit-
timitatis, quia ſupponit filiationem quam
12 ideò probare debet † tanquam neceſſarium
antecedens qui ſe legittimum aut legittima-
tum affirmat vt poſt alios reſpondit Rolan. cõſ.
89. num. 39. lib. 1. Alciat. reſpon. 5. numer. 54. & 57.
13 tom. 1. lib. 4. qui in ſpecie ait non ſufficere † ſo-
lam patris nominationem vel tractatum
Menoch. conſ. 722. num. 25. & conſ. 1109. num. 15.

Sed eſto, quod probata eſſet filiatio adhuc
deficeret legittimitas à teſtatore requiſita,
non quia marcus non ſit legittimus cum ad
14 hunc effectum ſufficiat † natum fuiſſe con-
ſtante matrimonio, quamuis ante matrimo-
nium conceptus fuiſſet ſi tunc temporis po-
terat conſiſtere legitimum matrimonium
l. nuper C. natural. liber. §. ſi quis igitur dotalia Auth.
Quib. Mod. nat. effic. ſui Bald. in l. Paulus num. 1. in
prima lect. ff. ſtat. hom. Socc. Iun. conſ. 12. nu. 17. verſ.
& opinio iſta lib. 4. Alex. conſ. 5. numer. 3. in fin. lib. 7.
Ruin. conſ. 92. num. 13. verſ. & quamuis lib. 3. Peregr.
de fideicom. art. 24. nu. 39. Mantic. de coniect. lib. 11.
tit. 12. num. 26. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 408. num. 49.

Sed quia fideicommittens voluit ſucceſſo-
res in fideicõmiſſo fuiſſe legittimos de tem-
15 pore conceptionis † quo caſu oportet ma-
trimonium de eo tempore conſtitiſſe nec
prodeſt ſi ſubſequatur ante natiuitatem Mar-
zar. in Epith. de fideicommiſſ. quæſt. 30. Menoch. conſ.
225. num. 2. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 408. numer. 50. vbi
alleg. concordantes Seraph. dec. 130. circ. fin. nam
16 illud tempus † attenditur ad quod verba re-
feruntur Gabr. conſ. 53. num. 14. lib. 2. & qualitas
17 requiſita à Teſtatore de certo tempore † de-
bet in eo verificari Gionagn. conſ. 77. nu. 29. lib. 1.
Mart. conſ. 55. num. 35. ex text. in l. inter ſoccrum ff.
pact. dotal. Paſeth. conſ. 151. num. 5. & 6. Bellon. Iun.
conſ. 34. num. 14. nec excludere poſſunt ſubſti-
18 tutum † niſi filij habentes qualitatem eo mo-
do quo fideicommittens requiſiuit l. ex facto
§. ſi quis rogatus ff. ad Trebell. Mant. de coniect. lib. 11.
tit. 12. ſub num. 24.

Non obſtat contraria opinio Menoch. d. conſ.
225. num. 24. & præſumpt. 81. num. 21. circa fin. lib. 4
Intrigl. de ſubſt. Cent. 3. quæſt. 66. num. 62. aſſeren-
tium ſufficere quod ſubſequatur matrimo-
19 nium † quamuis teſtator vocauerit conce-
ptos ex legittimo matrimonio ea ratione
moti quia cum lex præſumat affectum mari-
talem ſicquè matrimonium tempore primi
concubitus ſitis filij dicuntur concepti ex le-
gittimo matrimonio. Nam quicquid ſit de
hac opinione receptum eſt apud omnes quod
matrimonium contractum poſt tempus à te-
20 ſtatore deſignatum non ſuffragatur † quando
vt in caſu noſtro teſtator abhorruit nomina-
tim ſubſequens matrimonium Iſern. in cap. 1.
§. naturales nu. 9. & ibid. Bald. verſ. quæro ſi de feud.
fuerit contr. Ceph. conſ. 82. nu. 74. Menoch. conſ. 227.
ſub nu. 18. Odd. de ſubſt. part. 6. art. 6. verb. an legit-
timati num. 7. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 1. gloſſ. 4.
par. 1. ſub num. 121. Mareſc. var. reſol. lib. 3. cap. 18.
num. 51. Roſentall. de feud. cap. 7. concluſ. 19. num. 32.
alijquè quos refert Diaz. de Ribadeneira allegat. iur.
tom. 1. allegat. 23. num. 52.
21 Voluiſſe autem teſtatorem † quod filij eſ-
ſent legittimi nedum de tempore natiuitatis
ſed etiam conceptionis patet ex verbis teſta-
menti, ibi ex verò, & legittimo matrimonio verè,
& non fictè procreandos, & infra ibi ſed verè à prin-
cipio ex corpore dicti Fabij generandos principi-
22 um † enim generationis eſt in conceptione
Hypocr. lib. de genitur num. 7. Andr. Laur. Anathom.
lib. 8. qu. 12. in fin. & cap. 4. in med. Sennert. in prax.
Medic. lib. 4. part. 2. ſect. 4. cap. 4. Accaranz. de partu
cap. 1. ſub num. 4. & ſect. 2. cap. 1. num. 43. in fin. &
23 verbum generandos † directum ad patrem
referri non poteſt ad tempus poſt conceptio-
nem animaduertendo præſertim quod teſta-
tor vſus fuit verbo generandos quod deno-
24 tat † conceptionem futuram, & in fieri, quic-
quid dicendum eſſet ſi vocaſſet per verba de-
25 notantia conceptionem in eſſe productam †
in quibus terminis loquitur Larrea dec. Granat.
43. num. 25. vbi ponderat quod in eo caſu ver-

ba non

ba non denotabant conceptionem in fieri ſed in eſſe productam, quæ prædicari poteſt de toto tempore intermedio vſque ad natiuitatem.

Non obſtat quod dicta verba requirentia legittimitaem de tempore conceptionis appoſita ſint in primo gradu ſubſtitutionis ad fauorem filiorum Fabij, ſed in ſecundo gradu de quo hodie agitur nulla fiat mentio legittimę conceptionis, ibi *ſine liberis maſculis legittimis,& naturalibus &c.* nec regulariter qua-
26 litas legittimitatis expræſſa in vno gradu † ſubſtitutionis conceptę in caſum exiſtentię filiorum cenſeatur repetita in alio ſeu trahenda ſit ad caſum non exiſtentiæ vt in *terminis Socc.Sen.conſ.63.ſub num.19.& 20.lib.3. quem ſequitur Socc.Iun.conſ.77.ſub numer.22. verſ. ſed non eundo lib.3. Becc conſ.189. num.39. & 41. Peregr. de fideicom. art.16.ſub num.90.*

Quia in puncto reſpondet *Caſ. Manent.conſ.*
27 *135.num.27.* quod doctrina Soccini † recipit duas limitationes. Alteram quando ſunt po-
28 ſiti in conditione † illi met filij qui ſupra cum qualitate legittimitatis fuerant diſpoſitiue vocati, & ratio eſt quia circa eaſdem perſonas ſicuti præſumitur eadem affectio teſtatoris ita & repetitio qualitatis ſupra expreſsę quicquid ſit inter diuerſas perſonas *Ruin.conſ.134.num.19.conſ.140.num.6.lib.2. Begg. conſ.65.num.93. Rub.conſ.71.num.6.* vbi hoc modo concordat contrarias opiniones *Ioannis de Anan. & Abb. Rot.deciſ.206.numer.7.par.3. recent.*
29 Alteram quando teſtator† in alijs etiam ſubſtitutionibus eamdem qualitatem appoſuiſſet: inde enim colligitur voluntas teſtatoris reſtricta ad filios ita qualificatos duntaxat, & vna
30 pars teſtamenti † aliam declarat vt in terminis *Menoch.conſ.117.ſub num.71. verſ. decimo, & vltimo Ruin.conſ.92.num 14.lib.3. Raudenſ.de Analog.cap.36.ſub numer.55. Molin. de primogen.lib.3. cap.3.ſub num.34. Fuſar.de ſubſt.quæſt.408.num.43. & 71.*

Vtraquè applicatur caſui noſtro. Primum quia filij poſiti in conditione ſequentis ſubſtitutionis ad fauorem Lucilli ſunt illimet ſupra diſpoſitiuè vocati, dictaquè ſubſtitutio facta eſt ſub duplici conditione ſiuè dicti filij non extent ſiuè extent, & deinde deficiant atquè ideò concurrit ne dum identitas perſonarum, ſed etiam identitas caſus exiſtentiæ filiorum, quæ ſanè intelligenda eſt de filij ſupra vocatis, quos teſtator voluit præferri Lucillo. Secunda quia in poſteriori ſubſtitutione facta ipſi Lucillo decedenti vocati fuerunt eius filij legittimi, & naturales ex legittimo matrimonio vt ſupra dictum eſt à principio generandi, & ſic legittimi de tempore conceptionis, quod denotat dictio illa *vt ſupra dictum eſt*, in puncto *Caſ.Manen.dicto conſ.135.ſub num. 27.verſ.ſed quando Ruin.conſ.133. ſub num.1.lib.2. Ceph.conſ.752.num.6. Borgn.deciſ.33.nu.12.par.4. Surd.deciſ.319.num.8.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

CAESARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM.

Ven. 27.Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Canonicus ſi facto Capituli eſt impeditus reſidere habetur pro præſente ad effectum lucrandi fructus,& diſtributiones quæ cum debeantur ex induſtria, & labore perſonali ipſarum verum dominium nanciſcitur, itaut liberè poſſit de illis diſponere, ac ad quoſcunq; hæredes tranſmittere, etiam ſi illas ante mortem non exigiſſet, nam paria ſunt quod fuerint ſolutæ, & quod ſolui debuerint. Diſtributiones quotidianæ Canonicorum abſentium, vt accreſcant alijs præſentibus requiritur præſentia vera, & realis, non autem ficta.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus legitimè impeditus facto Capituli nè intereſſet in choro,reputari debet tanquam præſens ad effectum lucrandi fructus Canonicatus,ac diſtributiones non ſecus, ac ſi reſidiſſet.*
2 *Diſtributiones quotidiana ex labore, & ſeruitio perſonali propter reſidentiam, & intereſſentiam, & ſic ex induſtria perſonæ acquiruntur, itaut Canonicus ipſarum verum dominium nanciſcitur.*
3 *Itaut de illis poſſit arbitrio ſuo diſponere, ac tranſmittere ad quoſcunque hæredes.*
4 *Amplia etiamſi diſtributiones ante mortem non exigiſſet,nam paria ſunt,quod fuerint ſoluta,vel quod debuerint ſolui.*
5 *Diſtributiones ſoluendi obligatio non auſertur ex negligentia, ſeu difficultate exactionis quando non concurrit præſcriptio.*
6 *Canonici omnes ſi non interueniunt diuinis, tunc diſtributiones pertinent ad Eccleſiam, quæ debito ſeruitio fraudata fuit.*
7 *Superſeſſoria reuocata non afficit, ac ſi nunquam fuiſſet conceſſa.*
8 *Exequutor mandati rotalis non poteſt concedere ſuperſeſſoriam.*
9 *Canonici omnes nō poſſunt dici abeſſe à diuinis dum vnus adeſt qui haberi debet pro præſente, & inſeruiente.*
10 *Diſtributiones Canonicorum abſentium ſi fuerunt inter alios repartitæ, tunc Capitulum non tenetur illas reſtituere ſi bona fide repartitio facta eſt.*
11 *Bona fides excluditur ſtante proteſtatione præcedenti de non facienda repartitione.*
12 *Proteſtatio non eſt neceſſaria quando Canonicus facto Capituli eſt impeditus inſeruire.*
13 *Portiones diſtributarium non inſeruientium accreſcunt inſeruientibus.*
14 *Item accreſcunt portiones excommunicatorum.*
15 *Declara concluſionem procedere fauore Canonicorum, qui verè inſeruiunt Eccleſiæ non autem eorum qui iuris fictione habentur pro præſentibus, quales ſunt impediti inſeruire ex aliqua legitimâ cauſa.*
16 *Ratio eſt,quia quamuis iuſtè impeditus fingatur præſens ad effectum vt ad portionem ſibi debitam admit-*

Auximana alimentorum 1. *Iuly* 1620. *coram b. m.*
Pironano.
8 Et licet eamdem præſumptionem † in fi-
lio nato ex concubina domi concubinarij de-
tenta admittat *gloſſ. in cap. Michael verb. conſtite-*
rit de fil. præsbit. Abb. in cap. transmiſſa ſub num. 9.
in fin. qui fily ſint legit. Paleot de noth. & Spur. cap.
26. *num.* 3. *Couarr. de ſponſal.* 2. *part. cap.* 8. §. 3. *n.* 8.
Menoch. de arbitr. caſ. 89. *num.* 26. *& d. præſump.* 53.
num. 4. *Petra de fideicom. quæſt.* 11. *nu.* 373. *Gamm.*
d. deciſ. 152. *num.* 2. *Rot. in Romana hereditatis de*
Gratianis 7. *Februarij* 1642. *coram R.P.D. meo*
Rojas Eaquè fortius procedat quando vlterius
9 concurrit tractatus fieri ſolitus † filijs, nomi-
natio parentum, & communis exiſtimatio
vt probat *tex. in cap. per tuas de probat. & latè ex-*
pendit Arias de Meſa var. reſol. lib. 3. *cap.* 39. *num.* 4.
& ſeqq.

Caſui noſtro non aplicatur, quia teſtes pro
Marco examinati non videntur concludenter
deponere de concubinatu Leliæ cum fabio;
imò aliqui ex teſtibus non excludunt quod
alij homines potuerunt rem habere cum Le-
lia, cum fateantur in domo Fabij conuenire
conſueuiſſe milites ipſumquè Fabium pro
munere officij militaris quod gerebat ſepius
extra domum permanſiſſe. Secluſo autem
10 concubinatu † ſeu admiſſa facilitate acceſſus
aliorum hominum ad mulierem ſolus tra-
ctatus, & nominatio non probat filiationem
in præiudicium Lucilli, qui cauſam non ha-
bet à nominantibus, & ſuccedit ex fideicom-
miſſo maiorum *Iaſ. conſ.* 81. *numer.* 2. *& ſeqq. &*
conſ. 106. *num.* 2. *& ſeqq. lib.* 1. *Caſ. Mancn. conſ.* 136.
num. 6. *Surd. conſ.* 552. *num.* 21. *& ſeqq. Capic. Latro*
dec. 16. *num.* 15. *Rot. dec.* 645. *ſub nu.* 4. *verſ.* 1. *quod*
part. 4. *recent. dec.* 409. *ſub num.* 30. *verſ quicquid ſit,*
& num. 33. *par.* 5. præſertim quia non agitur
11 ad effectum conſequendi alimenta † ſed ſuc-
cedendi in vniuerſo fideicommiſſo, & exclu-
dendi ſubſtitutos, quo caſu requiruntur for-
tiores probationes vt diſtinguendo dixit *Rota*
in Romana de Bonellis 29. *Nouembris* 1613. *&* 28.
Nouembris 1614. *coram bon. mem. Vbaldo Seniori,*
& in Romana Dotis ſeu filiationis 11. *Decembris*
1639. *coram bon. mem. Merlino, quæ eſt deciſ.* 314.
num. 19. *&* 20. *part.* 6. *recent.*

Et ex his ſuperflua videtur indagatio legit-
timitatis, quia ſupponit filiationem quam
12 ideò probare debet † tanquam neceſſarium
antecedens qui ſe legittimum aut legittima-
tum affirmat vt poſt alios reſpondit *Rolan. cōſ.*
89. *num.* 39. *lib.* 1. *Alciat. reſpon.* 5. *numer.* 54. *&* 57.
13 *tom.* 1. *lib.* 4. qui in ſpecie ait non ſufficere † ſo-
lam patris nominationem vel tractatum
Menoch. conſ. 722. *num.* 25. *& conſ.* 1109. *num.* 15.

Sed eſto, quod probata eſſet filiatio adhuc
deficeret legittimitas à teſtatore requiſita,
non quia marcus non ſit legittimus cum ad
14 hunc effectum ſufficiat † natum fuiſſe con-
ſtante matrimonio, quamuis ante matrimo-
nium conceptus fuiſſet ſi tunc temporis po-
terat conſiſtere legittimum matrimonium
l. nuper C. natural. liber. §. ſi quis igitur dotalia Auth.
Quib. Mod. nat. effic. ſui Bald. in l. Paulus num. 1. *in*
prima lect. ff. ſtat. hom. Socc. Iun. conſ. 12. *nu.* 17. *verſ.*
& opinio iſta lib. 4. *Alex. conſ.* 5. *numer.* 3. *in fin. lib.* 7.
Ruin. conſ. 92. *num.* 13. *verſ. & quamuis lib.* 3. *Peregr.*
de fideicom. art. 24. *nu.* 59. *Mantic. de coniect. lib.* 11.
tit. 12. *num.* 26. *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 408. *num.* 49.

Sed quia fideicommittens voluit ſucceſſo-
res in fideicōmiſſo fuiſſe legittimos de tem-
15 pore conceptionis † quo caſu oportet ma-
trimonium de eo tempore conſtitiſſe nec
prodeſt ſi ſubſequatur ante natiuitatem *Mar-*
zar. in Epith. de fideicommiſſ. quæſt. 30. *Menoch. conſ.*
225. *num.* 2. *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 408. *numer.* 50. *vbi*
alleg. concordantes Seraph. dec. 130. *circ. fin.* nam
16 illud tempus † attenditur ad quod verba re-
feruntur *Gabr. conſ.* 53. *num.* 14. *lib.* 2. & qualitas
17 requiſita à Teſtatore de certo tempore † de-
bet in eo verificari *Giouagn. conſ.* 77. *nu.* 29. *lib.* 1.
Mar. conſ. 55. *num.* 35. *ex text. in l. inter ſocerum ff.*
pact. dotal. Paſeth. conſ. 151. *num.* 5. *&* 6. *Bellon. Iun.*
conſ. 34. *num.* 14. nec excludere poſſunt ſubſti-
18 tutum † niſi filij habentes qualitatem eo mo-
do quo fideicommittens requiſiuit *l. ex facto*
§. ſi quis rogatus ff. ad Trebell. Mant. de coniect. lib. 11.
tit. 12. *ſub num.* 24.

Non obſtat contraria opinio *Menoch. d. conſ.*
225. *num.* 24. *& præſumpt.* 81. *num.* 21. *circa fin. lib.* 4
Intrigl. de ſubſt. Cent. 3. *queſt.* 66. *num.* 62. aſſeren-
tium ſufficere quod ſubſequatur matrimo-
19 nium † quamuis teſtator vocauerit conce-
ptos ex legittimo matrimonio ea ratione
moti quia cum lex præſumat affectum mari-
talem ſicquè matrimonium tempore primi
concubitus ſatis filij dicuntur concepti ex le-
gittimo matrimonio. Nam quicquid ſit de
hac opinione receptum eſt apud omnes quod
matrimonium contractum poſt tempus à te-
20 ſtatore deſignatum non ſuffragatur † quando
vt in caſu noſtro teſtator abhorruit nomina-
tim ſubſequens matrimonium *Iſern. in cap.* 1.
§. naturales nu. 9. *& ibid. Bald. verſ. quæro ſi de feud.*
fuerit contr. Ceph. conſ. 82. *nu.* 74. *Menoch. conſ.* 227.
ſub nu. 18. *Odd. de ſubſt. part.* 6. *art.* 6. *verb. an legit-*
timati num. 7. *Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap.* 1. *gloſſ.* 4.
par. 1. *ſub num.* 121. *Mareſc. var. reſol. lib.* 3. *cap.* 18.
num. 51. *Roſentall. de feud. cap.* 7. *concluſ.* 19. *num.* 32.
alijquè quos refert Diaz. de Ribadeneira allegat. iur.
tom. 1. *allegat.* 23. *num.* 52.
21 Voluiſſe autem teſtatorem † quod filij eſ-
ſent legittimi nedum de tempore natiuitatis
ſed etiam conceptionis patet ex verbis teſta-
menti, *ibi ex verò, & legittimo matrimonio verè,*
& non fictè procreandos, & infra ibi *ſed verè à prin-*
cipio ex corpore dicti Fabij generandos principi-
22 um † enim generationis eſt in conceptione
Hypocr. lib. de genitur num. 7. *Andr. Laur. Anathom.*
lib. 8. *qu.* 12. *in fin. & cap.* 4. *in med. Sennert. in prax.*
Medic. lib. 4. *part.* 2. *ſect.* 4. *cap.* 4. *Accaranz. de partu*
cap. 1. *ſub num.* 4. *& ſect.* 2. *cap.* 1. *num.* 43. *in fin.* &
23 verbum *generandos* † directum ad patrem
referri non poteſt ad tempus poſt conceptio-
nem animaduertendo præſertim quod teſta-
tor vſus fuit verbo generandos quod deno-
24 tat † conceptionem futuram, & in fieri, quic-
quid dicendum eſſet ſi vocaſſet per verba de-
25 notantia conceptionem in eſſe productam †
in quibus terminis loquitur *Larrea dec. Granat.*
43. *num.* 25. vbi ponderat quod in eo caſu ver-
ba non

ba non denotabant conceptionem in fieri ſed in eſſe productam, quæ prædicari poteſt de toto tempore intermedio vſque ad natiuitatem.

Non obſtat quod dicta verba requirentia legittimitatem de tempore conceptionis appoſita ſint in primo gradu ſubſtitutionis ad fauorem filiorum Fabij, ſed in ſecundo gradu de quo hodie agitur nulla fiat mentio legittimę conceptionis, ibi *ſine liberis maſculis legittimis, & naturalibus &c.* nec regulariter qua-
26 litas legittimitatis expræſſa in vno gradu † ſubſtitutionis conceptę in caſum exiſtentię filiorum cenſeatur repetita in alio ſeu trahenda ſit ad caſum non exiſtentiæ vt in *terminis Socc. Sen. conſ. 63. ſub num. 19. & 20. lib. 3. quem ſequitur Socc. Iun. conſ. 77. ſub numer. 22. verſ. ſed non eundo lib. 3. Becc conſ. 189. num. 39. & 41. Peregr. de fideicom. art. 16. ſub num. 90.*

Quia in puncto reſpondet *Caſ. Manent. conſ.*
27 *135. num. 27.* quod doctrina Soccini † recipit duas limitationes. Alteram quando ſunt po-
28 ſiti in conditione † illi met filij qui ſupra cum qualitate legittimitatis fuerant diſpoſitiue vocati, & ratio eſt quia circa eaſdem perſonas ſicuti præſumitur eadem affectio teſtatoris ita & repetitio qualitatis ſupra expreſsę quicquid ſit inter diuerſas perſonas *Ruin. conſ. 134. num. 19. conſ. 140. num. 6. lib. 2. Begg. conſ. 65. num. 93. Rub. conſ. 71. num. 6.* vbi hoc modo concordat contrarias opiniones *Ioannis de Anan. & Abb. Rot. deciſ. 206. numer. 7. par. 3. recent.*
29 Alteram quando teſtator † in alijs etiam ſubſtitutionibus eamdem qualitatem appoſuiſſet inde enim colligitur voluntas teſtatoris reſtricta ad filios ita qualificatos duntaxat, & vna
30 pars teſtamenti † aliam declarat vt in terminis *Menoch. conſ. 117. ſub num. 71. verſ. decimo, & vltimo Ruin. conſ. 92. num 14. lib. 3. Raudenſ. de Analog. cap. 36. ſub numer. 55. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 3. ſub num. 34. Fuſar. de ſubſt. quaſt. 408. num. 43. & 71.*

Vtraquè applicatur caſui noſtro. Primum quia filij poſiti in conditione ſequentis ſubſtitutionis ad fauorem Lucilli ſunt illimet ſupra diſpoſitiuè vocati, dictaquè ſubſtitutio facta eſt ſub duplici conditione ſiuè dicti filij non extent ſiuè extent, & deinde deficiant atquè ideò concurrit ne dum identitas perſonarum, ſed etiam identitas caſus exiſtentiæ filiorum, quæ ſanè intelligenda eſt de filij ſupra vocatis, quos teſtator voluit præferri Lucillo. Secunda quia in poſteriori ſubſtitutione facta ipſi Lucillo decedenti vocati fuerunt eius filij legittimi, & naturales ex legittimo matrimonio vt ſupra dictum eſt à principio generandi, & ſic legittimi de tempore conceptionis, quod denotat dictio illa *vt ſupra dictum eſt*, in puncto *Caſ. Manen. dicto conſ. 135. ſub num. 27. verſ. ſed quando Ruin. conſ. 133. ſub num. 1. lib. 2. Ceph. conſ. 752. num. 6. Borgn. deciſ. 33. nu. 12. par. 4. Surd. deciſ. 319. num. 8.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

CAESARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM.

Ven. 27. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Canonicus ſi facto Capituli eſt impeditus reſidere habetur pro præſente ad effectum lucrandi fructus, & diſtributiones quæ cum debeantur ex induſtria, & labore perſonali ipſarum verum dominium nanciſcitur, itaut liberè poſſit de illis diſponere, ac ad quoſcunq; hæredes tranſmittere, etiam ſi illas ante mortem non exigiſſet, nam paria ſunt quod fuerint ſolutæ, & quod ſolui debuerint. Diſtributiones quotidianæ Canonicorum abſentium, vt accreſcant alijs præſentibus requiritur præſentia vera, & realis, non autem ficta.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus legitimè impeditus facto Capituli nè intereſſet in choro, reputari debet tanquam præſens ad effectum lucrandi fructus Canonicatus, ac diſtributiones non ſecus, ac ſi reſidiſſet.*
2 *Diſtributiones quotidianæ ex labore, & ſeruitio perſonali propter reſidentiam, & intereſſentiam, & ſic ex induſtria perſonæ acquiruntur, itaut Canonicus ipſarum verum dominium nanciſcitur.*
3 *Itaut de illis poſſit arbitrio ſuo diſponere, ac tranſmittere ad quoſcunque hæredes.*
4 *Amplia etiamſi diſtributiones ante mortem non exigiſſet, nam paria ſunt, quod fuerint ſolutæ, vel quod debuerint ſolui.*
5 *Diſtributiones ſoluendi obligatio non aufertur ex negligentia, ſeu difficultate exactionis quando non concurrit præſcriptio.*
6 *Canonici omnes ſi non interueniunt diuinis, tunc diſtributiones pertinent ad Eccleſiam, quæ debito ſeruitio fraudata fuit.*
7 *Superſeſſoria renocata non afficit, ac ſi nunquam fuiſſet conceſſa.*
8 *Exequutor mandati rotalis non poteſt concedere ſuperſeſſoriam.*
9 *Canonici omnes nõ poſſunt dici abeſſe à diuinis dum vnus adeſt qui haberi debet pro præſente, & inſeruiente.*
10 *Diſtributiones Canonicorum abſentium ſi fuerunt inter alios repartitæ, tunc Capitulum non tenetur illas reſtituere ſi bona fide repartitio facta eſt.*
11 *Bona fides excluditur ſtante proteſtatione præcedenti de non facienda repartitione.*
12 *Proteſtatio non eſt neceſſaria quando Canonicus facto Capituli eſt impeditus inſeruire.*
13 *Portiones diſtributarium non inſeruientium accreſcunt inſeruientibus.*
14 *Item accreſcunt portiones excommunicatorum.*
15 *Declara concluſionem procedere fauore Canonicorum, qui verè inſeruiunt Eccleſiæ non autem eorum qui iuris fictione habentur pro præſentibus, quales ſunt impediti inſeruire ex aliqua legitimâ cauſa.*
16 *Ratio eſt, quia quamuis iuſtè impeditus fingatur præſens ad effectum vt ad portionem ſibi debitam ad-* mit-

mittatur, non tamen poteſt lucrari portiones abſentium ſine incapacium.

17 *Fictio legis locum non habet niſi in caſibus à iure expreſſis, quia eſt ius quoddam ſingulare.*

18 *Eoque minus, quando fictio, ſeu priuilegium tendit in diminutionem cultus diuini, & præiudicium Eccleſiæ.*

19 *Et quando non eadem militat ratio in caſu ficto.*

20 *Canonicus præſens diuinis per fictionem non ſubit maiorem laborem propter abſentiam aliorum Canonicorum, quam ſi verè eſſet præſens in Choro, ob quem laborem diſtributiones vere inſeruientibus accreſcunt.*

21 *Canonico iuſtè impedito ſat eſt, quod ei ſua pars diſtributionum donetur.*

22 *Statutum Eccleſiæ diſponens quod portiones diſtributionum non intereſſentium præſentibus, & intereſſentibus proportionabiliter accreſcant intelligendum eſt de intereſſentibus verè, & non per fictionem.*

23 *Et verè intereſſe dicuntur, qui præſentes ſunt officiis diuinis celebrandis, eorumque celebrationi miniſterium exhibent.*

DECISIO CII.

ECCLESIAE Beatæ Mariæ de Pilar hæ-
redi Sebaſtiani hæredis Petri Moles olim
Canonici in Eccleſia Cathedrali Cæſaraugu-
ſtana deberi ex eiuſdem Petri perſona fructus
Canonicatus, & diſtributiones quotidianas
pro tempore interdicti contra Dignitates, &
Canonicos dictæ Eccleſiæ relaxati decitum
fuit. Cum enim Petrus non fuerit in inter-
dicto comprehenſus ex quo ſe paratum obe-
dire obtulerat, & ſolitus eſſet diuinis officijs
intereſſe, ſed facto Capituli, ſiue aliorum Ca-
nonicorum obedire recuſantium fuerit im-
1 peditus nè intereſſet, † reputari debet tanquã
præſens ad effectum lucrandi fructus ſui Ca-
nonicatus, & diſtributiones non ſecus ac ſi
reſediſſet *Prob. ad Monach. in cap. vnico numer. 22.
de Cleric. non reſid. in 6. Pariſ. conſ. 32. nu. 19. & 24.
lib. 4. Cened. practicar. quæſt. lib. 1. quæſt. 1. numer. 59.
Monet. de diſtrib. quotid. par. 2. q. 16. num. 29. Barboſ.
de Canon. & Dignit. cap. 24. nu. 47. Rot. in hac ipſa
cauſa 4. Iuly 1641. coram bo. me. Coccino.*
Eaſdemq; diſtributiones ad hæredes tranſ-
2 miſit, quia enim diſtributiones † ex labore, &
ſeruitio perſonali propter reſidentiam, & in-
tereſſentiam, & ſic ex induſtria, & intuitu per-
ſonæ tamquam merces operæ, & ſtipendium
laboris acquiruntur, ipſarum verum domi-
nium Canonicus nanciſcitur *cap. vnico de cleric.
reſid. in 6. & ibi Gem. in 3. not. verſ. qui verò Franch.
ibid. in §. quo verò num. 4. Barbat. dicens illum text.
ſingularem in cap. fin. col. 3. & 6. de pecul. clericor.
idem Gemin. conſ. 85. col. 4. verſ. in caſu in princip.
Couar. in cap. cum in officijs num. 4. de teſtam.* Itaut
3 de illis † poſſit arbitrio ſuo diſponere, ac tranſ-
mittere ad quoſcumque hæredes, *Gemin. dicto
conſ. 85. col. 3. & in dicto cap. vnico §. qui verò in 2.
not. Franch. in cap. præſenti num. 10. verſ. ſed benè
poterit teſtari de offic. Ordin. in 6. Cardinalis in Clem.
fin. quæſt. 13. numer. 12. de præbend. Pariſ. de communi
conſ. 33. num. 8. & ſeqq. lib. 4. Burſatt. conſ. 226. n. 49.
Monet. de diſtribut. par. 3. quæſt. 2. num. 7. & ſeqq. &
quæſt. 3. num. 4. & ſeqq. Gratian. diſcept. 381. nu. 11.
Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 2. num. 11. Seraph. de-
ciſ. 594. num. 6.*
4 Etiam ſi diſtributiones ante mortem † non
exegiſſet, quia paria ſunt, quod fuerint ſolutæ,
vel quod debeant ſolui, nec citra præſcriptio-
5 nem † negligentia, ſeù difficultas exactio-
nis ſuſtulit obligationem, quicquid in contra-
rium dixerit *Dec. conſ. 280. nu. 1. & per tot. quem
reprobat Pariſ. dicto conſ. 33. num. 22. & ſeqq. lib. 4.
Gyeas conſ. 144. num. 21. & latiſſimè Monet. de di-
ſtribut. par. 3. q. 3. num. 20. & ſeqq. cum alijs relatis à
Belletto Epiſcopo Hieracenſi diſquiſit. clerical. par. 1.
tit. de bonis Clericor. §. 6. num. 18.*
Non obſtat, quod Petrus potuerit diuinis
officijs inſeruire durante ſuperſeſſoria, ſiue
ſuſpenſione interdicti conceſſa à Domino
Nuncio Hiſpaniarum, quodque pro tempo-
re, quo omnes Canonici abfuerunt à diuinis
6 diſtributiones † pertineant ad Eccleſiam, quæ
debito ſeruitio fraudata fuit *Gemin. in d. cap.
vnico §. ſtatuimus num. 5. Azor. inſtit. moral. par. 2.
lib. 7. cap. 7. quæſt. 8. Monet. dicta par. 3. q. 6. num. 47.
Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 13. num. 7. Barboſ. de Ca-
nonic. dignit. cap. 22. num. 15. in fin. Sanchez conſil.
moral. lib. 2. cap. 2. dub. 38. num. 6. Caſſad. deciſ. vnica
num. 2. de cleric. non reſid.*
7 Quia ſuperſeſſoria † fuit ab eodem Nuncio
reuocata, nec potuit concedi cum Nuncius
8 eſſet ſimplex executor † mandati Rotalis ad
text. *l. ſi vt proponis l. executorem C. de execut. rei
iudic. l. ſi præter 75. ff. de iudic. Surd. conſ. 405. nu-
mer. 15. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 38. num. 12. Couar.
pract. quæſt. cap. 16. numer. 5. & in proximis terminis
Barboſ. de canon. & dignit. d. cap. 22. nu. 6.* Omnes
verò Canonicos abfuiſſe dici non poteſt dum
9 Petrus † iuxta prędicta haberi debuit pro præ-
ſente, & inſeruiente.
Non obſtat, quod diſtributiones iam fue-
10 rint inter alios repartitæ, quia exinde Capi-
tulum excuſaretur quidem ſi bona fide repar-
titio facta fuiſſet iux. *conſ. Oldr. 156. quem ſequu-
ta eſt Rota apud Put. deciſ. 169. ſub num. 2. lib. 1. &
in Cæſarauguſtana diſtributionum 27. Iunij 1634. co-
ram bon. mem. Coccino.* Sed in caſu noſtro nec
probatur diſtributiones fuiſſe repartitas, nec
11 bona fides Capituli † cum præceſſerit expli-
cita proteſtatio Petri, quæ neque neceſſaria
12 erat † dum facto ipſius Capituli inſeruire
impediebatur, *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. in proem.
§. 7. num. 161. in fin. Put. deciſ. 373. numer. 5. lib. 1. in
correct. Gratian. diſcept. 591. num. 41. & 42. vbi al-
legat concord.*
Verùm quia hæres Petri petebat vltrò
diſtributiones cum iure accreſcendi, ſeù non
decreſcendi reſpectu portionum aliorum
Canonicorum abſentium, vel ſub interdicto
comprehenſorum reſponſum fuit deberi qui-
dem, vt ſupra diſtributiones, non tamen cum
iure accreſcendi, ſeu non decreſcendi; Nam
13 licèt regulariter portiones non † inſeruientium
inſeruientibus accreſcant, *gloſ. in Clement. vt ij,
qui §. illi verò verb. pars dimidia de ætat. & qualit.
& in Clemen. 2. verb. ſuſpenſus de vita, & honeſtat.
Cleric. Felin. in cap. Apoſtolicæ numer. 12. de except.*

latè

latè Garz.de beneſ. par.3. cap.2. num.443. & ſeqq.
Bellon.iun.de iur.accreſcen. cap.6. quæſt.47. per tot.
Mant.deciſ.226. & magis in ſpecie quod accre-
14 ſcant † portiones excommunicatorum *Abb.*
in cap.Paſtoralis §.verum n.22.de appell. Dec. ibid.
num.7.Guttier.canon.quæſt.lib.1. cap.3. numer.105.
Sanchez conſil.moral.lib.2.cap.2. dub.88. ſub nu.3.
& in puncto interdict.Bonacin.de horis canon. diſp.2.
quæſt.7.puncto 1. ſub nu.5.Monet.de diſtribut.par.3.
quæſt.6.num.41.poſt Vgolin.de cenſur.tabul.2. c.12.
in princ num.3.

15 Hoc tamen procedit fauore Canonicorum,
qui verè, & realiter inſeruiunt Eccleſiæ, non
autem eorum qui iuris fictione habentur pro
inſeruientibus quales ſunt impediti inſeruire
ex aliqua legitima cauſa, vt benè diſtinguit in
puncto *Bonacin.dicta diſput.2.quæſt.7. punct.1. ſub*
numer.6.verſ. his minimè obſtantibus, quem ſequitur
Ferdin.de Caſtr.Palao oper.moral.tom.2. tit.de orat.
publ.in Choro horarum canonicarum diſp.3. punct.8.
nu.8.Barthol.à S.Fauſto de horis Canon.lib.3.q.88.
Barboſ.de canon.dignit.cap.22.numer.18. & de iure
Eccleſ.vniuerſ.lib.3.cap.18.n.90.

16 Ratio eſt, quia quamuis † ex diſpoſitione
cap.vnic.de cleric.non reſid. in 6. iuſtè impeditus
fingatur præſens, vt admittatur ad portionem
ſibi debitam; nullibi tamen reperitur in iure
diſpoſitum, quod lucretur etiam portiones
abſentium ſiue incapacium, nec verò fictio
17 legis † locum habet niſi in caſibus expreſſis
Feder.de Sen.conſ.44.in fin.& conſ.256.in fin. Mant.
de tacit.lib.8.tit.2.num.7.lib.13.tit.44.nu.5. lib.14.
tit.9.num.2.lib.15.tit.16.num.16. Rot.deciſ.1.in fin.
de ſponſal.in nou. quia eſt ius quoddam ſingu-
lare *l.2.§.codicillorum, & ibi not.Bald. ff.de iur.co-*
dicill. l.ſingularia ff.ſi cert. pet. Giouagn. conſ. 73.
num.64.& 70. & ſeq.lib.1.Mant.dicto tract.lib.23.
tit.30.num.41.

Eoque minus quando fictio, ſeu priuile-
18 gium † tendit in diminutionem cultus diui-
ni, & præiudicium Eccleſiæ, *Rom. in l.cum hæ-*
redes verſ.in his ff.de acquir. poſſeſſ.Alciat.conſil.5.
num.48.lib.4.conſ.3.num.12.lib.8.Tiraq.de iur.pri-
mogen. quæſt.34. num.18. & quando non eadem
19 militat ratio † in caſu ficto *Alex.conſ.178. nu-*
mer.20.lib.2.Socc.conſ.293.nu.3.lib.2. Giouagn. di-
cto conſ 73.num.71.Rot.dec.92.num.5. par.2.diuerſ.
prout in caſu noſtro quo præſens per fictio-
20 nem † non ſubit maiorem laborem propter
abſentiam ſeu incapacitatem aliorum, ob quē
laborem quaſi loco maioris mercedis verè in-
ſeruientibus diſtributiones accreſcunt, vt in
terminis not. *Barboſ.dicto cap.22. num.18. in fin.*
poſt Bartholomeum à Sancto Fauſto dicto lib.3.q.88.
& minuitur cultus diuinus, verſaturque præ-
iudicium Eccleſiæ, quippe quæ debito frauda-
tur ſeruitio, & nō inſeruientium partes, quas
alioquin acquiſiuiſſet non acquirit, adeoque
21 ſatis eſſe debet impedito † ſi ei ſua pars diſtri-
butionum donetur, vt ait *Caſtr.Palao d.punct.7.*
numer.8.

Neq; obſtat, imò fauet ſtatutum huius Ec-
22 cleſiæ diſponens, † quod non intereſſentium
portiones præſentibus, & intereſſentibus pro-
portionabiliter accreſcant, quia intelligēdum
eſt de intereſſentibus verè, & non per fictionē;
23 verè autem intereſſe dicuntur † qui præſen-
tes ſunt officijs diuinis celebrandis, eorumq;
celebrationi miniſterium exhibent *gloſ.in cap.*
vnico in 2.not.ante verbum conſuetudinem de cleric.
non reſid.in 6. & ibid.Gemin.in princ.Couar.variar.
reſolut.lib.3.cap.13.nu.2.Staphil. de litt. gratiæ An-
char.Franch. & alij quos refert, & ſequitur Lotther
de re beneſ. lib.1.quæſt.19.n.38. & ſeq.vſque ad 42.
Sanchez conſil.moral.lib.2.cap.2.dub.96.n.3.

Et ita deciſum vtraque &c.

FLORENTINA PAROCHIALIS.

Veneris 27.Iunij 1642.

Argumentum patet ex Summarijs.

1 *Poſſeſſio manutenibilis probatur ex inſtrumento cap-*
tæ poſſeſſionis alio non poſſidente.
2 *Poſſeſſio præſumitur vacua, & allegant alium poſ-*
ſediſſe incumbit onus probandi.
3 *Poſſeſſio Eccleſiæ ex quibus actibus acquiſita dica-*
tur?
4 *Poſſeſſio Eccleſiæ capta, conſecutiuè capta cenſetur*
omnium bonorum ad Eccleſiam ſpectantium.

DECISIO CIII.

ABBAS Sanctæ Mariæ de Florentia
Ordinis Caſſinenſis deputauit in Eco-
nomum, & adminiſtratorem parochialis Ec-
cleſiæ tunc vacantis ſub inuocatione Sancto-
rum Simonis, & Iudæ Don Maurum de Flo-
rentia eiuſdem Ordinis, qui ſucceſſiuè poſ-
ſeſſionem apprehēdit, & commiſſa mihi cau-
ſa aduerſus iactationes Promotoris Fiſcalis
menſæ Archiepiſcopalis Florētiæ, inſtetit pro
mandato de manutenendo, quod præuia ſoli-
ta diſputatione dubij illi concedendum eſſe
Domini cenſuerunt.

Nam ex publico inſtrumento, quod alio
1 non poſſidente † probat poſſeſſionem manu-
tenibilem, *l. prædia ff.acquir.poſſ. cum alijs in pun-*
cto allegatis in Peruſina parochialis 10. *Iuny* 1641.
2 *coram me,* itaut allegant alium † tunc poſſediſ-
ſe incumbat onus probandi, quia poſſeſſio
præſumitur vacua, *Seraph.dec.322.n.3.dec.1065.*
num.2.add.ad Greg.XV.dec.268. ſub num.10. Rot.
dec.109.num.4.in impreſſ.apud Modern.Piſan.de iu-
re patr.dec.151.num.2.dec.277.num.3.apud Moder.
Peruſ. de manut.

Apparet Don Maurum vigore deputatio-
nis de ſe factæ ab Abbate Sanctæ Mariæ fuiſſe
in ſignum poſſeſſionis inductum ad altare
maius huius Eccleſiæ, & Crucis ibi exiſtentis
oſculum nec non candelabri aliorumque ge-
ſtationem, item ingreſſo poſtmodum in Sa-
criſtiam fuiſſe conſignatam ſacram ſuppelle-
ctilem, aliaque inſtrumenta cultui ipſius Ec-
cleſiæ deſtinata, ac tandem introductum in
domum parochialem per eam deambulaſſe,
oſtiaque aperuiſſe, ac reſeraſſe, per quos actus
3 acquiſita fuit † poſſeſſio Eccleſiæ, *Franc.Leo in*
Theſaur. for.Eccleſ.cap.12. ſub nu.26. Cancer. va-
riar.reſol.par.3.cap.14. ſub numer.53. Rot.deciſ.1.

num.1.deciſ.5.de cauſ.poſſ. & propr.in ant.Biſignett. dec.8.num.1.de reſt.ſpoliat. & conſecutiuè omnium bonorum ad Eccleſiam ſpectantium, *Anchar.in reg.beneficium num.12.de reg.iur.in 6.Couarr.var.reſol.lib.3.cap.16.n.13. Io.Franc. Leo, & Cancer.loc.alleg.Rot.dec.30.num.2. coram bon.mem. Coccino, & dec.322. ſub num.3. par.1. recent.*

Nec dubitari poteſt quin etiam in beneficijs manualibus detur manutentio ex deductis per *Cancer.var.reſol. dicto cap. 14.n.28. & in punct. Rot. in dicta Peruſina parochialis coram me* vbi allegãtur concordantes,& diluuntur omnia obiecta quæ exaduerſo poſſent excitari.

Et ita deciſum informante ſolum D.Mauro, citato tamen pluries Promotore aduerſario.

HISPALEN. DECIMARVM.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Decimæ nè ex certis fructibus ſoluantur, conſuetudine induci poteſt. Et ex quibus conſtat huiuſmodi conſuetudinem non eſſe probatam. Ius vniuerſale decimandi quando dicatur deductum in litem, quamuis petitio de particularibus decimis loquatur? laicus, vt ſit capax decimarum ſpiritualium requiritur immemorabilis cum fama priuilegij ante Concilium Lateranenſe, vel recognitio ab Eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Decima ne ex certis fructibus ſoluantur conſuetudine induci poteſt.*

2 *Conſuetudo percipiendi decimas à laico non dicitur probata ex ſola probatione perceptionis in genere, ſed praeciſè certum tempus eſt probandum.*

3 *Conſuetudo percipiendi decimas non dicitur inducta ex illarum exactionibus, quæ dederunt cauſam liti.*

4 *Libelli narratiua intelligenda eſt impugnatiuè ad prætenſionem aduerſarij,& magis attendenda eſt libelli concluſio.*

5 *Articuli ad probandam conſuetudinem admitti non debent ſi impoſſibile eſt inuenire teſtes ad eam probandam, deducto tempore litis motæ.*

Teſtes vt poſſint deponere de conſuetudine legitimè præſcripta tempus motæ litis eſt ſubducendum ibidem.

6 *Remiſſoria denegatur ſi redditur impoſſibilis probatio per teſtes.*

7 *Decimandi ius vniuerſale quando dicatur in iudicium deductum, quamuis petitio de particularibus decimis loqueretur?*

8 *Obſeruantia ſubſecuta bene declarat ius vniuerſale decimandi fuiſſe in iudicium deductum, ſi deinde decimæ aliorum fructuum fuerunt deducta ad ſpeciem.*

9 *Libellus, ac libellantis intentio benè ex proſecutis declaratur.*

10 *Conſuetudo decimandi locorum vicinorum non ſuffragantur quoad certum locum.*

11 *Conſuetudo decimandi particularis potius attenditur, quam vniuerſalis.*

12 *Decima temporalis non repugnat ſpirituali, & in exactione ſpiritualis præfertur temporali.*

13 *Laicus eſt incapax decimæ ſpiritualis, & non efficitur capax niſi concurrat immemorabilis cum fama priuilegij ante Concilium Lateranenſe, vel recognitio ab Eccleſia.*

DECISIO CIV.

SENTENTIAS Rotales latas tàm in actione negatoria contra D. Ducem Medinæ Sidoniæ, quam in confeſſoria cõtra Vniuerſitates reſponſum fuit eſſe confirmandas, quia pro earum validitate concurrunt omnia requiſita *in deciſ.Caputaq.260.par.2.* & iuſtitia apparet ex *deciſ.emiſſis in præcedentib.inſtantijs coram Eminentiſſ.D.Cardinali Hieronymo Veroſpio,coram bon.mem.Pirouano, & R.P.D.meo Carillo.*

Nec obſtare viſa eſt exaduerſo allegata cõſuetudo; Nam licèt verum ſit, quod conſue-
1 tudine poteſt induci † nè decimæ ex certis fructibus ſoluantur, *gloſ.in cap. in aliquibus de decimis Rebuff.de decimis quæſt.13.numer.51.Couar.variar. reſolut.lib.1.cap.17.numer.8. Monet.de decim. cim.cap.5.num.93.94. Seraph. deciſ.1204.* Huiuſmodi tamẽ conſuetudo nullatenus probatur, vt exaduerſo ſupponitur ex confeſſione Capituli in libello vſque ab initio huius litis exhibito quatenùs ibi narratur, quod ab aliquibus annis Dux, eiuſq; anteceſſores perceperunt decimas fructuum ibidem enunciatorum. Tùm quia libellus non explicat præ-
2 ciſè certum temporis curſum † quo Dux decimas præceperunt prout requiritur ad probandam conſuetudinem, *lib.1. Rot. deciſ.124. numer.13. & 14. par.5.recent.deciſ.233. numer.2. par.4.diuerſ.*

Tùm etiam quia exactiones factæ à Duci-
3 bus cum dederint cauſam liti † per Capitulum poſteà motæ non releuant ad effectum conſuetudinis, vt præter allegatos in vltima *deciſ. coram R.P.D. meo Carillo aduertit in his terminis Rota d.deciſ.124.num.8.par.5.rec.* & ridiculum verò, quod Capitulum in ipſo libello quo petebat pronunciari decimas deberi ab Vniuerſitatibus; non Duci, ſed ſibi, fateri voluerit conſuetudinem ex qua vel neutri, vel non ſibi, ſed Duci deberentur; ideoque nar-
4 ratiua libelli † intelligenda eſt impugnatiuè ad prætenſiones aduerſariorum, & magis eſt attendenda libelli concluſio, *Ang.conſ.36.nu.3. Natt.conſ.120.num.22.Ciouagn.conſ.22.nu.9.lib.1. Menoch.de recuper.remed.15.num.248.Bald.in l.dominum ſub num.1.Cod.rei vind.*

Articuli verò ad probandam eandem conſuetudinem exaduerſo producti non poſſunt
5 admitti, † cum impoſſibile ferè ſit inuenire teſtes tàm annoſos qui deponere poſſint de conſuetudine legitimè præſcripta ante motam litem de anno 1565. vt debet *Rota deciſ. 185. ante num.1.par.1.diuerſ.deciſ.233. in fin. p.4. deciſ.160. ſub num.9.par.1.recent.deciſ.178.num.8. coram bon.mem. Buratto.* Ob quam rationem

fuit

6 fuit aliàs denegata remiſſoria † Vniuerſitatibus *ſub die 27. Iunij 1639. coram bon. mem. Pirouano 28. Iunij 1641. coram D. meo Carillo*, & prius Duci 5. *Maij 1636. coram bon. me. Pirouano*.

Nec releuat reſponſio, quod de anno 1565. non fuerint petitæ decimæ fructuum ſuper quibus hodie articulatur conſuetudo non ſoluendi, quia nihilominus omnes decimæ in libello comprehendebantur cum ibi Capitulum tamquam vniuerſale adminiſtrator Eccleſiæ pro fundamento intentionis ſuæ deduxerit rationem curæ animarum, quæ æquè militat in omnibus decimis, & ſic eædem eſt ratio petitionis tàm particularium, quàm vniuerſalium decimarum, his enim concur-
7 rentibus ipſum ius vniuerſale decimandi† dicitur deductum in litem, quamuis petitio de particularibus decimis loqueretur, vt in *punct. decimarum Seraph. deciſ. 1440. num. 2.* quam confirmauit *Rota coram bon. me. Buratt. dec. 436. & ſecuta eſt in Barchinonen. iuriſdictionis 18. Iunij 1640. coram Reuerendiſſ. D. meo Patriarcha Conſtantinopolitano.*

Quod etiam declarauit obſeruantia, quia
8 deindè † aliorum fructuum decimæ fuerunt deductæ ad ſpeciem, vt patet ex proſecutis ex
9 quibus libellus, † & libellantis intentio declaratur, *l. de rebus vbi Doct. ff. de arbitr. Pariſ. conſil. 113. in princ. lib. 1. Roland. conſ. 41. nu. 24. 25. lib. 3. Giouagn. conſ. 11. n. 40. lib. 1.*

Præterquod primus articulus circa conſue-
10 tudinem locorum vicinorum † eſt irreleuans cum ex deductis in *deciſ. ſub die 2. Martij 1635. coram D. Cardinali Veroſpio* appareat probata à Capitulo conſuetudo contraria in locis de
11 quibus agitur † quæ attendi potiùs debet, quã generalis vicinorum, *gloſſ. in cap. ſuper eo. verbo vicinis in fin. de cenſ. & in terminis decimarum Pariſ. conſ. 25. num. 42. lib. 4. Aym. conſ. 206. numer. 14. verſ. idem, & magis Rot. deciſ. 169. num. 8. dec. 333. num. 6. par. 5. rec.*

Paritérq; irreleuans eſt tertius circa decimã ſolui ſolitam Duci, quia vel illa eſt tempora-
12 lis, & non repugnat † ſpirituali debitæ Capitulo, quæ imò in exactione præferenda eſt temporali, vt fuit deciſum in *Sabinen. decimarum 12. Maij 1597. coram bon. me. Gypſio, & in hac cauſa 5. Decembris 1636. coram bon. mem. Pirouano.* Vel eſt ſpiritualis, & cum illius laicus ſit in-
13 capax † non fuit ſatis articulaſſe conſuetudinem, ſed debuit articulari immemorabilis cum fama priuilegij ante Concilium Lateranenſe, vel recognitio ab Eccleſia, vel aliud æquipollens, *Abb. in cap. cum Apoſtolica numer. 12. de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſu Capituli Felin. in cap. cauſam quæ num. 3. de præſcript. & ibi Alex. de Neuo num. 8. Rebuff. de decim. qu. 13. num. 69. cum alijs allegatis in deciſ. 451. Martini Andreæ num. 1. & in Corduben. decimarum de Lucena 15. Iunij 1635. coram bon. mem. Cocciuo.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

FLORENTINA HORTI.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Hortus emptus ab hærede grauato, & vnitus bonis fideicommiſſarijs non cadit ſub fideicommiſſo, ſed tanquam liber tranſit ad hæredes acquiſitoris, & nihil intereſt an vnio fuerit principaliter, vel acceſſoriè, quia ſemper diſcretio, ſeù ſeparabilitas corporum excludit communicationem earumdem qualitatum à parte rei, & in dubio, quis non præſumitur voluiſſe rem propriam ſubiacere, ac donare alieno fideicommiſſo, ſed ad hunc effectum requiritur, quod expreſsè, ac ſcienter à poſſeſſore fideicommiſſi vnita fuerit cum eadem qualitate fideicommiſſi, & animus hæredi grauati augendi fideicommiſſum ex quibus excludatur?

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei ſubhaſtatæ, & deliberatæ tranſit in licitatorem.*

2 *Hortus vnitus, & deſtinatus pro ſeruitio domus fideicommiſſi cadit ſub fideicommiſſo.*

3 *Acceſſorium non ſemper aſſumit qualitates rei principalis, ſed tunc demum quando illud non poteſt per ſe ſubſiſtere, ſecus vero ſi eſt ſeparabile à principali, & acceſſio eſt diſcreta non concreta.*

4 *Separabilium rerum ſeparabile eſt dominium.*

5 *Res quæ conſolidantur, & vniuntur non cenſentur acquiſitæ eo Iure, ſeu titulo, quo res, cui conſolidatæ, & vnitæ fuerunt, imò cenſentur aliæ, & tanquam aliæ de per ſe iudicandæ.*

6 Lopez in cap. per veſtras de donat. in rubric. §. 62. num. 16. & DD. num. præcedenti allegati, *quo caſu loquantur?*

7 *Separabilitas à ſubiecto vinculato æquè militat in vnione, ſeu acceſſione facta rei fideicommiſſariæ.*

8 *Hortus vnitus bonis fideicommiſſarijs ſtante ſeparabilitate à ſubiecto vinculato non cadit ſub fideicommiſſo, ſed tamquam liber tranſit ad hæredes acquiſitoris.*

9 *Res addita rebus fideicommiſſi non efficitur fideicommiſſaria ſiue addita fuerit principaliter, ſiue acceſſoriè, & redditur ratio, num. ſequenti, & vt efficiatur fideicommiſſaria, quæ requirantur, numer. 12.*

10 *Separabilitas corporum excludit communicationem earumdem qualitatum à parte rei.*

11 *Fideicommiſſarius non cenſetur voluiſſe rem propriam ſubiacere, & donare alieno fideicommiſſo.*

12 *Res vnita bonis fideicommiſſi, vt efficiatur fideicommiſſaria requiritur, quod expreſsè, ac ſcienter à poſſeſſore fideicommiſſi vnita fuerit cum eadem qualitate fideicommiſſi, & vt perpetuo ipſius efficiatur.*

13 *Res aliqua ſi fuit deſtinata ad vſum rei fideicommiſſariæ ex huiuſmodi deſtinatione colligitur voluntas eam ſubijciendi fideicommiſſo.*

14 *Immò ad hunc effectum ſufficere, quod ab vno ſit*

uditus ad alium, talique aditu fuerit vſus poſſeſſor vtriuſque rei.

15 *Declara concluſionem procedere in additamento rei vinculatæ acceſſoriè facto à fideicommittente, eo enim ipſo videtur fideicommiſſo additamentum ſupponere.*

16 *Secus vero in additamento facto ab hærede grauato, tunc enim agitur de præſumenda donatione, quæ ex ſola communicatione non inducitur, ſed tantum deſtinatio pro tempore vitæ hæredis grauati.*

17 *Fideicommiſſarij mens ſiue animus ex quibus coniecturis colligatur rem bonis fideicommiſſi vnitam, non fuiſſe vnitam animo augendi fideicommiſſum?*

18 *Hortus coniunctus domui, & cum ea emptus ſub vnico pretio, reputari debet de pertinentijs eiuſdem domus.*

19 *Obſeruantia in dubio bene declarat ſeparationem rei vnitæ ſiue additæ bonis fideicommiſſi ab ipſo fideicommiſſo.*

20 *Bona fideicommiſſaria diſtrahi poſſunt pro extinguendo ære alieno fideicommittentis, vrgentibus creditoribus.*

21 *Vendere rem propriam nemo cogi debet, niſi in caſibus à Iure expreſſis.*

DECISIO CV.

PETRVS de Cambis poſſeſſor, & habitator Domus magnæ cum horto fideicommiſſo maiorum grauatæ, aliam paruam domum, & hortum illi contiguum emit, & murum diuiſorium inter vtrunque hortum exiſtentem deſtrui fecit.

Quæ domus parua, & hortus à Petro emptus fuit eo mortuo, ad inſtantiam creditorum per ſubhaſtationem deliberatus Petro Ioanni de Cambis tamquam maiori oblatori præuia iudiciali æſtimatione facta, inſtante etiam Bernardo de Cambis, cuius intererat deliberationem fieri, vt extingueretur æs alienum Petri, pro quo ipſe fideiuſſerat.

Succeſſiuè autem idem Bernardus iudiciũ mouit contra Petrum Ioannem deliberatariũ ſuper dicto horto domus paruæ aſſerens, non potuiſſe per deliberationem acquiri, ſed tamquam vnitum horto domus magnæ antiquo fideicommiſſo, vt ſupra ſubiectæ deberi, ſibi ad idem fideicommiſſum vocato, & deſuper ſententiam fauorabilem obtinuit in partibus à D. Nuntio Florentiæ declarantem hortum, vti deſtinatum perpetuo ad vſum domus magnæ ſpectare, & pertinere ad Bernardum, vti eiuſdem domus magnæ Dominum, qui tamen teneatur refundere Petro Ioanni deliberatario pretium ipſius horti.

A qua ſententia interpoſita per Petrum Ioannem appellatione, cauſaque mihi commiſſa dubitaui, ad quem ſpectet hortus emptus à Petro de Cambis cum domo parua, & DD. dixerunt ſpectare ad Petrum Ioannem, quia non dubitatur, quin fuerit compræhenſus in ſubhaſtatione, & deliberatione, per quam

1 propterea illius dominium † fuit Petro Ioanni licitatori quæſitum, *Rota deciſ. 105. num. 17. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 354. nu. 2. par. 2. rec. & text. in l. quod vendidi ff. contrah. empt. §. vendita Inſt. rer. diuiſ. l. cum res l. proprietatis C. probat.*

Nec dicendum quod hortus non potuerit alienari ex quo vti acceſſorius, ac vnitus, &

2 deſtinatus pro ſeruitio † domus fideicommiſſi, cadat ſub fideicommiſſo, *l. quod in rerum §. ſi quis poſt l. planè §. fin. ff. de leg. 1. l. cum fundum ff. de leg. 2. l. prædijs §. balnea, & §. fin. ff. de leg. 3. l. Olimpico, & ibi Paulus de Caſtro ff. de ſeruit. vrb. pred. Eugen. conſ. 66. num. 49. Giouagn. reſp. 33. n. 20. lib. 1.*

3 Quia non omne acceſſorium † aſſumit qualitates rei principalis, ſed tunc demum, quando illud non poteſt per ſe ſubſiſtere. Secus vero ſi eſt ſeparabile à principali, & acceſſio eſt diſcreta, non concreta, vt bene in puncto horti vniti rei vinculatæ diſtinguit *Bald. in l. 1. ſub num. 6. verſ. 6. quæro ff. de rer. diuiſ.* vbi dicit rationem, quia ſeparabilium rerum, † ſeparabile eſt dominium, *Baldum ſequitur in eiſdem*

4 *terminis Guglielm. Benedict. in cap. Rainutius in verbo, & hortum numer. 16. de teſtament.* vbi addit,

5 quod illa quæ † conſolidantur, & vniuntur, non cenſentur acquiſita eo iure, ſeu titulo, quo res cui conſolidata, aut vnita fuerunt, immò cenſentur alia, & tanquam alia ſunt de per ſe iudicanda, *Lopez in cap. per veſtras de donat. in rubr. §. 62. num. 16. Tiraq. de retract. lignag. §. 32. gloſſ. vnic. ſub nu. 77. Scrader de feud. 2. part. 9. par. principalis ſect. 2. nu. 8. & ſeq. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. 4. §. 2. gloſſ. 7. nu. 12. Fachin. contr. Iur. lib. 7. cap. 89. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 13. num. 143. Antonin. de Amat. var. reſolut. 14. numer. 24. & ſeqq. & eſt text. in cap. 1. §. ex contrario de inueſtit. de re alien. facta, & in cap. 1. verſ. ſi Vaſſallus, hic firmatur lex Corrad.*

6 Quæ iura & DD. licet loquantur † in terminis horti allodialis vniti rei feudali, mouentur tamen ratione ſeparabilitatis à ſubie-

7 cto vinculato, † quæ æquè militat in vnione ſeu acceſſione facta rei fideicommiſſariæ, & ideo in puncto fideicommiſſi, quod hortus

8 vnitus † non cadat ſub fideicommiſſo, ſed tanquam liber tranſeat ad hæredes acquiſitoris firmat *Molina de primogenitur. lib. 1. cap. 26. ſub nu. 2. & ſeq. Gutierez. practicar. quæſt. lib. 5. q. 70. num. 24. Gamm. deciſ. 218. num. 1. Mier. de maior. 1. par. quæſt. 10. num. 39. Garz. de expenſ. cap. 13. n. 47. Velaſquez in l. 45. Tauri gloſſ. 7. num. 9. Beroи. qu. famil. 96. num. 4. Scrader. de feud. d. ſect. 2. ſub nu. 9.*

Neque intereſt, an rebus fideicommiſſi res aliqua addita fuerit † principaliter, vel ac-

9 ceſſoriè; itaut res addita, & res fideicommiſſi fiat vna, & eadem res *Molina d. cap. 26. num. 3. verſ. quod ne dum procedit Gutierez d. qu. 70. nu. 25.* nam ſemper diſcretio, ſeu ſeparabilitas cor-

10 porum † excludit communicationem earundem qualitatum à parte rei, & ideò communicatio huiuſmodi petenda eſt aliundè à voluntate vnientis, qui in dubio † non præſumi-

11 tur voluiſſe rem propriam ſubijcere, ac donare alieno fideicommiſſo eiuſque nomine poſſediſſe rem ſibi met acquiſitam *ad Text. in l. cum de indebito ff. de probat. l. ſi filius familias §. Diuus ff. de donat.* ad propoſitum adducit *Surd. d. ſect. 2. num. 14.* quem ſequitur *Roſſental. de feud.*

cap. 10.

*cap.*10.*concl.*43. *num.*31. Atque hinc ad effectũ
12 vt res vnita efficiatur fideicommiſſi † neceſſe
eſt, quod expreſsè, ac ſcientèr à poſſeſſore
fideicommiſſi vnita fuerit cum eadem qualitate fideicommiſſi, & vt perpetuo ipſius efficiatur *Molin.d.cap.*26.*ſub num.*3. *verſ.niſi expreſsè Gutierez d.quæſt.*70.*ſub numer.*26. *verſ.niſi expreſsè Auendan.in l.*46.*Tauri gloſſ.*7.*nu.*9.*Queſad.diuerſ. quæſt.cap.*32 *num.*36.*Anton.de Amat.variar.reſolut. cap.*14. *nu.*27.*cum alijs allegatis per Didac.de Lima in add.ad Molin.de Primogenit. lib.*1.*cap.*26.*num.*2. *in fin.& ſub num.*6.

Non obſtat quod ex quo Petrus, huius horti acquiſitor deſtrui fecit murum diuiſorium inter illum, & alterum hortum fideicommiſſi
13 exiſtentem colligatur † deſtinatio ad vſum
rei fideicommiſſariæ, & ex deſtinatione voluntas ſubijciendi fideicommiſſo *l.dammos ff. de vſufruct.leg.l.prædijs* §.*qui domum*, *& ibi Bart.n.*3. *ff.de leg.*3. *Eugen.conſ.*66. *numer.*56.*lib.*1. Imò ad
14 hunc effectum † ſufficere, quod ab vno ſit
aditus ad alium talique aditu fuerit vſus poſſeſſor vtriuſque tradit *Ioann. de Amicis conſil.* 1. *numer.*7.*Soccin.Iun.conſ.*61. *numer.*4.*lib.*1.*Purpur. conſ.*341.*numer.*2. *Giouagnon.reſponſ.*33.*numer.*25. *lib.*1.*Mantic.de coniect. lib.*9.*tit.*2. *num.*36.*Rota in Bononien.Palatij de Elefantuccis* 16. *Ianuarij* 1640. *coram R.P.D.mco Ghislerio.*

Quia hoc procedit, quando idem met, qui legauit, ſeu fideicommiſſum fecit aliquid rei
15 vinculatæ † addidit acceſſorie, eo enim ipſo
videtur fideicommiſſo additamentum ſupponere, in quibus terminis loquuntur allegati in obiecto, ſecus vero in additamento † facto
16 ab hærede grauato, tunc enim agitur de præ-
ſumenda donatione, quæ ex ſola communicatione, & muri diuiſorij demolitione non inducitur, ſed tantum deſtinatio pro tempore vitæ hęredis grauati ad ſui voluptatem, vt egregie ad rem diſtinguit *Guttierez pract. quæſt. lib.*5.*quæſt.*70.*ſub num.*29. *verſ.nec etiam obſtat*, *& annotat Molin. de primog.d.lib.*1. *cap.*26.*ſub num.*4. *& faciunt Scrader. Garz. Velaſqu. Auendan.& alij allegati ſupra verſ.quæ iura*, *& verſ.neque intereſt*, qui loquuntur in ſpecie de re libera vnita ſubiectæ fideicommiſſo.

Et in caſu noſtro ceſſat vlterius omnis difficultas, quia ex alijs coniecturis conſtat, non
17 fuiſſe hortum vnitum animo augendi fidei-
commiſſum, ſiquidem ille fuit emptus cum
18 domo parua ſub vnico pretio, † nec tamen
domus parua prætenditur fideicommiſſo adiecta, & in libro decimæ hortus controuerſus deſcribitur, tanquam pars domus paruę. Nam huic aſſignatur pro confine hortus S. Pauli, cui d. domus cohęret mediante hoc horto, qui propterea fuit habitus tamquam de pertinentijs domus paruæ *Dec.conſ.*109.*ſub num.*2.*col.*3. *verſ.*6.*etiam facit, Giouagnon. reſp.*33.*ſub num.*26. *verſ.tanto magis lib.*1. Inſuper mortuo Petro acquiſitore hortus fuit ab officialibus montis appræhenſus, tanquam liber & hæreditarius, eodemque nomine extimatus, & ſubhaſtatus ad inſtantiam creditorum Petri, & ſignanter Bernardi Aduerſarij, qui proindè gratis hodie negat libertatem horti, & hæc obſeruantia, quatenus etiam eſſemus in dubio † ſatis
19 declarat ſeparationem horti à fideicommiſ-
ſo ad notat per *Aym.conſ.*101. *nu.*3. *Menoch.conſil.*349.*num.*15.*Decian.conſ.*124.*num.*15.*lib.*3.*Rot. deciſ.*169.*nu.*1.*deciſ.*203. *nu.*8.*deciſ.*255.*nu.*4.*&* 5. *par.*1.*recent.*

Adeo quod vndique clarũ redditur, quod horti dominium mediante dicta ſubhaſtatione translatum fuit in Petrum Ioannnem, eo magis quia ſubhaſtatio emanauit pro extinguendo ære alieno Petri pro quo † ipſius bo-
20 na, quantumuis fideicommiſſo à ſe ſubiecta
potuerunt vrgentibus creditoribus ſubhaſtari *l.filius familias* §.*Diui il* 2.*ad fin.ff.de leg.*1. *l.peto*, §.*prædium ff.de leg.*2.*Bart.in l.Marcellus*, §.*res quæ in prima oppoſitione ff.ad Trebell. Riminald. Senior conſ.*131.*num.*2.*lib.*1. *Socin.Iun.conſ.*28.*nu.*3.*lib.*2. *Natt.conſ.*110.*num.*13.*Becc.conſ.*100.*num.*6.*Gamba deciſ.*218.*num.*4.*Buratt.deciſ.*920.*num.*3.*& fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Zuccaris* 14.*Nouembris* 1439.*coram R.P.D.mco Dunozetto.*

Nec Petrum Ioannem excludere poſſunt fideicommiſſarij offerendo pretium horti, quia cum ſit ſeparabilis à fideicommiſſo, Petrus Ioannes horti dominium, vt ſupra acquiſiuerit, cogi non debet rem propriam vende-
21 re, niſi in caſibus à iure expreſſis, *l.dudum C.de
contrah.empt.l falſo Cod.com.rer.alien.Rot.deciſ.*65. *num.*1.*apud Moder.de ſubhaſt. & in ſpecie Molin.de primog.lib.*1.*cap.*26.*ſub num.*8. *infra medium verſ. quod adeo verum eſt.*

Et ità deciſum Petro Ioanne tantum Informante, præuijs tamen pluribus citationibus contra Aduerſarium.

GERVNDEN. BENEFICII.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus eſt indiuiduum, & reſidet penès quemcumque patronum inſolidum, itaut valeat præſentatio facta ab vno ex patronis non præſentantibus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio ad Beneficium Iuriſpatronatus denegari nequit concurrentibus vacatione beneficij, exiſtentia Iuriſpatronatus, & habilitate præſentati.*
2 *Vacatio per obitum probatur ex fide Archiuiſtæ, ſub cuius cuſtodia ſeruantur libri defunctorum.*
3 *Itèm probatur ex confeſſione Aduerſarij venientis ex eadem vacatione.*
4 *Exiſtentia Iuriſpatronatus probatur ex publico Inſtrumento fundationis, & dotationis beneficij, qui modus probandi ſuperat omnes alias probationes.*
5 *Reſeruatio Iuriſpatronatus neceſſaria non eſt in fundatione.*
6 *Præſentatio per turnum diuidi poteſt per fundatorem.*
7 *Iuſpatronatus indiuiduum eſt, quoad proprietatem,*

tem,

tem, quia eſt incorporale.

8 *Eſt tamen diuiduum quoad actum præſentationis.*

9 *Iuſpatronatus cum reſideat penès quemcumque patronum inſolidum operatur, vt præſentatio facta ab vno tantum, alijs non præſentantibus, valeat.*

10 *Diuiſio turni inter patronos non efficit, quod tam Iuſpatronatus, quam ius præſentandi penès quemlibet patronum inſolidum reſideat; ſed tantum diuidit vſum, & exercitium.*

11 *Ettunc ei, qui præſentauit, competit ex quodam Iure accreſcendi.*

12 *Su bſtitutio facta alicui in caſu quo patronus præſentare non poſſit, vel nolit, continet vulgarem, & num. 14.*

13 *Et talis ſubſtitutio fieri poteſt in contractibus, ſicuti in vltima voluntate.*

14 *Et locum habet, ſiue primo vocatus non extiterit, ſiue præſentare noluerit, vel non potuerit.*

15 *Parentela probanda eſt ad effectum præſentationis per gradus diſtinctos.*

16 *Habilitas præſentati probatur ex litteris patentibus ordinarij.*

17 *Clericatus probatur ex litteris patentibus ordinarij.*

DECISIO CVI.

IN concurſu duorum prę̨ſentatorum ad beneficium ſub inuocatione S. Michaelis, ſitũ in Eccleſia S. Fructuoſi de Beneuola dubitaui, quis eſſet inſtituendus, & reſponſum fuit inſtituendum eſſe Andream Sanou præſentatum ab hebdomadario dictæ Eccleſiæ de Beneuola, & à Clauigero Eccleſiæ de Villaubino.

1 Probat enim vacationem, † exiſtentiam
iuriſpatronatus à vero patrono ſe præſentatũ,
& ſuam habilitatem, quibus concurrentibus
denegari non poteſt inſtitutio, *cap. decernimus,*
cap. monaſterium 16. quæſt. 7. cap. cum Bartoldus in
fin. & ibi Abbas num. 9. 12. de re iudic. Lotther. de re
benef. lib. 2. quæſt. 13. num. 19. Rot. deciſ. 337. num. 1.
par. 2. recent. deciſ. 232. numer. 1. deciſ. 152. numer. 1.
par. 5.

2 De vacatione ſiquidem d. beneficij per obi-
tum † Franciſci Fort conſtat nedùm ex fide
Archiuiſtæ, ſub cuius cuſtodia ſeruantur libri
funerum, ſeù mortuorum, eorumque nomi-
na, & cognomina, ſed ex confeſſione Fran-
3 ciſci Blanquet Aduerſarij † reſultante, ex eo
quod ex eadem vacatione per obitum d. Frã-
ciſci Font beneficium obtinuit, *Rota deciſ. 15.*
num. 5. par. 5. recent. deciſ. 145. num. 1. coram bon. me.
Coccino, & fuit dictum in Auerſana Beneficij 29.
Aprilis 1640. coram R. P. D. meo Dunozetto.

4 Exiſtentia Iuriſpatronatus † probatur ex
publico Inſtrumento fundationis, & dotatio-
nis huius beneficij factæ à Petro Bana, & Gu-
glielmo Sartoris de anno 1384. qui modus
probandi ſuperat omnes alias probationes,
tamquam directè, & in ſua ſubſtantia funda-
tus *Abb. in rub. de iur. patron. num. 6. Lambertin. de*
iure patronat. lib. 1. par. 2. qu. 2. art. 1. Rot. deciſ. 151.
num. 2. deciſ. 232. nu. 4. par. 5. recent. deciſ. 218. n. 22.
par. 6. eo magis, quia in eodem Inſtrumento
adeſt expreſſa Iuriſpatronatus † reſeruatario,
5 quæ tamen neceſſaria non eſt in fundatione.
cap. nobis de iur. patron. Rota eod. tit. deciſ. 5. in anti-
quis, & in Lacen. Portionis 11. Decembris 1591. co-
ram bon. me. Card. Hieronymo Pamphilio in Ianuen.
Iuris honorific. 26. Ianuarij 1632. coram bon. memor.
Pirouano, quæ eſt deciſ. 89. n. 2. par. 6. recent.

Quod verò hebdomadarius, & Clauiger
prædicti, qui Andream præſentarunt ſint ve-
ri patroni patet ex eodem Inſtrumento fun-
dationis, ac dotationis, in quo fundatores re-
ſeruarunt Iuſpatronatus hebdomadario d. Ec-
cleſiæ, & pro hę̨rede Manſi Graſſi, ſi de pa-
rentela, vel genere ex recta linea deſcendens,
fuerit Dominorum, qui tempore fundatio-
nis erant de dicto Manſo diuidendo tamen
ius præſentandi per turnum nempè pro vna
vice hebdomadario, & pro alia vice d. hære-
de, eoque non exiſtente præſentatio fieri de-
bebat per Clauigerum prę̨fatę̨ Eccleſię̨ de
Villaubino, quam diuiſionem † fieri potuiſ-
6 ſe † per fundatorem, dubitandum non eſt,
iuxta text. in Clem. plures de Iurepatr. & latè Lam-
bert. de Iurepatron. 2. par. lib. 1. tit. 36. quæſt. 2. num. 2.
& ſeqq. qui reſpondit contrarijs *Barboſ. in Col-*
lectaneis ad clement. n. 6. & de poteſt. Epiſc. alleg. 71.
num. 30. cum alijs allegatis *per Modern. Piſan. in*
prax. iur. patron. lib. 8. cap. 6. nu. 15. nam licet iuſ-
7 patronatus, ſit indiuiduum † quoad proprie-
tatem, cum ſit incorporale, *gloſſ. in cap. 1. vbi*
Abb. nu. 6. 7. de iur. patron. Rot. deciſ. 332. nu. 4. par. 5.
recent. deciſ. 217. nu. 17. part. 6. eſt tamen diuiduũ
8 quoad † actum præſentationis, *gloſſ. in d. cap. 1.*
verſ. diuidi prob. ad monac. in cap. cum in illis n. 69.
de preben. in 6. Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. nu. 242.
& fuit dictum *in Lucana beneficij 27. Martij 1615.*
coram bo. me. Remboldo.

Igitur præſentatio ſpectare potuit ad Heb-
domadarium, vel quia ille eſſet in turno, vel
quia cum hæredes Manſi Graſſi, ſuppoſito
quod extarent, quod tamen, vt infra dicam
non probatur, non præſentauerint, & appa-
reat de enixa voluntate fundatorum. quod
beneficium ſemper prouideretur ad præſenta-
tionem patronorum præſenſque lis agatur,
cum præſentato à non vero patrono attendi,
9 debet præſentatio facta † à ſolo hebdomada-
rio penès quem proprietas iuris patronatus,
vt ſupradictum fuit reſidet in ſolidum *Feder.*
de Senis conſ. 102. in fin. Abb. conſ. 54. numer. 3. circa
med. lib. 1. Put. deciſ. 298. in fin. lib. 1. Garz. de benef.
par. 5. cap. 1. ſub num. 591. infra med. verſ. & fuit re-
ſolutum in Veliterna Capellaniæ 27. Aprilis 1622.
coram bo. me. Patriarcha Manzanedo, & alias allegat.
add. ad Buratt. deciſ. 547. nu. 9. & 10. diuiſio enim
10 turni † non efficit, quin tam iuſpatronatus,
quàm ius præſentandi penès quemlibet pa-
tronum inſolidum, reſederit, ſed tantum
diuidit vſum, & exercitium *Innoc. in cap. 1. n. 1.*
de iur. patronat. Vital. in Clement. plures §. & vt fa-
cilius num. 3. eod. tit. Lotther. de re benefic. lib. 2. q. 10.
numer. 99. quod concurrentibus prędictis cir-
cumſtantijs competit ei, † qui præſentauit ex
11 quodam iure accreſcendi *Bellon. iun. de iure ac-*
creſc. cap. 6. qu. 48. ſub num. 28. verſ. etſi ex duobus ex
doctrina Rip. in l. re coniuncti num. 234. in fin. ff. de le-
gat. 3. & facit Rocch. de iurepatronatus verſ. ius nu-
mer. 10.

mer. 10 ante fin. Rota deciſ. 217. num. 18. part. 5. recentior.

Vel in omnem euentum ſuffragatur præſentatio facta à Clauigero, à quo fundatores præſentationes fieri voluerunt in turno hæredis ex illorum Manzo per rectam lineam deſcendentis, quatenus huiuſmodi hæres non exiſtat, prout in caſu noſtro non exiſtit, nec præterea ſufficeret exiſtentia, ſi alias præſentare, vel non potuit, vel noluit, † quia illa
12 ſubſtitutio Clauigeri in caſum non exiſtentiæ hæredis deſcendentis, à Manzo Graſſi continet vulgarem *Fuſar. conſ. 25. numer. 1. & conſ. 29. num. 5. poſt Peregrin. conſ. 52. num. 5. lib. 1. idem Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 480. in fin. Simon. de Pret. de interpret. vltimar. voluntat. lib. 3. interpr. 3. dub. 3. ſo-*
13 *lut. 3. nu. 12.* quæ fieri poteſt in contractibus, † ſicut in vltima voluntate, *l. vt de hæredibus ff. de legat. 2. Bald. Caſtren. & alij allegati à Surd. conſ. 247 num. 3. & deciſ. 144 num. 6.* & locum habet ſiue
14 primò † vocatus non extiterit, ſiue præſentare noluerit, aut non potuerit *l. 1. ff. de vulgar. & pupillar. l. cum propones 16. C. de hæredibus inſtitu. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtitut. Decian. conſ. 1. num. 85. & ſeq. lib. 1. Peregr. conſ. 33. num. 3. & 4. lib. 5. Menoch. conſ. 1137. nu. 68. Fuſar. conſ. 25. n. 18 & 20. & conſ. 43. num. 36. & 37. Surd. deciſ. 228. num. 1.*

Nec obſtat præſentatio Franciſci aduerſarij facta à quadam muliere aſſerente ſe de paren-
15 tela Manzi Graſſi, quia hæc parentela † ex aduerſo non probatur per gradus diſtinctos, vt debet *Innocen. in Rubr. de iur. patron. num. 4. Abb. in c. cum ſecundum eodem tit. Lambert. de iur. patronat. lib. 1. par. 2. art. 1. quæſt. 2. nu. 16. Rot. deciſ. 381. num. 3. verſ. debuiſſet etiam par. 5. recent. deciſ. 756. num. 1. 2. par. 2. & in Gerunden. beneficij 30. Aprilis 1640. coram R. P. D. meo Roias.*
16 Tandem habilitas Andreæ præſentati, † ab Hebdomadario, & Clauigero, vt ſupra probatur, ex litteris patentibus Ordinarij, quæ
17 plenè † clericatum probant *Felin. in c. poſt ceſſionem num. 3. & 15. de probat. Rot. deciſ. 16. eod. tit. in antiq. deciſ. 152. num. 24. par. 5. recent.*

Et ita deciſum Andrea tantum informante citato tamen aduerſario etiam per contradictas.

LEODIEN. BENEFICII.

Veneris 4. Iulij 1642.

Argumentum patet ex Summarijs.

1 *Sententia lata ſuper titulo beneficij comprehendit etiam eius fructus tanquam acceſſorios ad titulum*
2 *Itaut Pendente appellatione à ſententia lata ſuper titulo beneficij non poteſt citra vitium attentatorum inchoari nouum Iudicium ſuper dd. fructibus coram alio Iudice.*
3 *Appellationis cauſa ſi fuit ſimpliciter à Signatura commiſſa, tunc illius reſcriptum retrotrahitur ad diem ſententiæ etiam ad effectum, vt quicquid medio tempore geſtum fuit, attentatum dicatur.*
4 *Fructus Beneficij litigioſi vigore Indulti ſa. me. Leonis Decimi ſpectant ad Archidiaconum Leodien.*
5 *Indultum huiuſmodi fuit reuocatum à ſa. me. Pio V. in Conſtitutione, quæ eſt in ordine 57.*

DECISIO CVII.

LATA Sententia in partibus inter Lambertum, & Albertum de beneficio ſimplici Sanctiſſimæ Trinitatis in Parochiali Eccleſia vndecim millium Virginum ſito contendentes, eaque ſuſpenſa per appellationem interpoſitam coram Suffraganeo Leodienſi, qui deinde cauſam ad Sanctiſſimum D. Noſtrum remiſit.

Albertus ſub prætextu, quod beneficiorum litigioſorum fructus ſpectent ad Archidiaconum Leodienſem reportata ab eo ceſſione nouum Iudicium ex integro ſuper eiſdem fructibus inſtituit coram Officiali Leodienſi, à quo & ſententiam fauorabilem obtinuit.

Hinc Lambertus ad cuius iſtantiam fuerat ab vtraque ſententia mihi commiſſa cauſa appellationis prætendens eſſe attentatam ſecundam ſententiam latam ſuper fructibus cum omnibus inde ſecutis inſterit pro reuocatione attentatorum, & propoſito hodie dubbio, an conſtet de attentatis fuit affirmatiue reſponſum.

Siquidem pendente appellatione in Curia
1 à Sententia lata ſuper titulo beneficij † in qua comprænhendebantur etiam fructus tanquam acceſſorij ad titulum, vt per *Caſſador. deciſ. 9. num. 3. de cauſ. poſſ. & prop. Lancell. de attentat. q. 2. cap. 4. lim. 2. num. 17. Rot. in Calagurritana beneficiorum 19. Apr. 1613. coram bo. me. Cardinali Sacrato.* non potuit citra vitium attentatorum nouũ
2 iudicium † inſtitui ſuper dictis fructibus coram Iudice de partibus *Butr. in c. cum M. n. 61. de conſtitut. Lancell. de attent. d. lim. 2. nu. 52. & ſeq. Milis in verb. Index ordinarius fol. 186. Gabr. de iud. concl. 1 num. 6. Mandoſ. de inib. queſt. 121. nu. 2. Rot. deciſ. 148. num. 7. par. 5. recen. deciſ. 91. num. 20. par. 6.*

Nec dubbitari poteſt quin prima ſententia reciperet appellationem ſuſpenſiuam dum cauſam appellationis ſimpliciter commiſit
3 Signatura Iuſtitiæ † cuius reſcriptum retrotrahitur ad diem ſententiæ, etiam ad effectum, vt quicquid medio tempore geſtum fuit attentatum dicatur *Lancellott. d. tract. cap. 12. ampl. 19. num. 1. Reuerendiſſimus Vrgellen. deciſ. 96. num. 4 & fuit deciſum in plurib. cauſis relatis ab Adden. ad Buratt. dec. 902. n. 6. & in Maguntina hæreditatis 1. Aprilis 1639. coram R. P. D. meo Carillo Collen. decanatus 7. Maij 1640. coram R. P. D. meo Roias & alias ſæpiſſime.*

Non obſtat, quod vigore indulti ſan. me.
4 Leonis decimi † fructus beneficij litigioſi ſpectent ad Archidiaconum, ſiuè ad Albertum eius ceſſionarium, quia poterat Albertus hoc deducere coram iudice appellationis, & in-
5 dultum huiuſmodi † fuit reuocatum à ſa. me. Pio V. *in conſt. quæ eſt in ordine 57. vt in puncto per optimas rationes reſpondit Rot. in Leodien. Parochialis 4. Martij 1613. coram Eminentiſſimo Domino Card. Io. Baptiſta Pamphilio.*

Et

Et ita deciſum vna tantum parte informãte altera tamen pluries citata.

ROMANA ALIMENTORVM.

Veneris 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Socer, & maritus ſi ambo fuerunt condemnati ad præſtandum alimenta nurui, & vxori reſpectiue poteſt fieri executio pro tota ſumma contra ſocerum, quando exactio contra maritum redditur difficilis, & inexigibilis.

SVMMARIVM.

1 *Socer tenetur tantum in ſubſidium præſtare alimenta Nurui.*

2 *Socer, & vir ſi tenentur ad præſtationem alimentorum, quilibet pro virili videtur condemnandus.*

3 *Fallit concluſio, quando lis ſuper nullitate Matrimonij agitur etiam nomine ſoceri tunc enim non ſolum in ſubſidium, ſed etiam tanquam principalis debitor condemnari poteſt.*

4 *Socer debet de alimentis prouidere nurui, non ſecus ac filius.*

5 *Amplia quamuis filius vxorem duxiſſet ſine patris conſenſu.*

6 *Contra ſocerum fieri poteſt executio pro integra ſumma alimentorum, ſi exactio contra filium eſt difficilis, ex quo moratur in longinquis, & eſt filius familias peculio carens, & num. 7.*

8 *Inexigibilitas contra filium probatur ex relationibus Executorum, & citationibus contra ſocerum ad indicandum bona.*

9 *Ad alimenta præſtanda ſi plures tenentur, & difficilis eſt ab altero ex illis rata exactio licet vnum ad totam ſummam condemnare, & redditur ratio.*

10 *Actio ſubſidiaria contra ſocerum pro integra ſumma alimentorum datur, conſtito de inexigibilitate contra filium.*

DECISIO CVIII.

PETRONILLA, cui præſtanda eſſe alimenta à Franciſco viro, & Nicolao ſocero validitatem matrimonij iudicialiter impugnantibus deciſum pluries fuit, inſtetit in relationibus cauſarum, vt mandatum executioni mitteretur contra ſocerum pro integra ſumma.

Ad quam ſocerum non teneri informantes exaduerſo deducebant, ſiuè quia ſocer
1 videatur † obligatus tantum in ſubſidium, ſiuè quia, cum teneantur ad præſtationem
2 alimentorum † ſocer, & vir, quilibet prò virili videtur condemnandus *l. 1. C. ſi plur. vn. ſenten. l. ſi quis ſeparatim §. quoties ff. de appell. Bertran. conſ. 269. num. 7. lib. 3. Surd. conſ. 150. ſub ſub num. 35. Coſt. de portion. rat. quæſt. 33. nu. 3. Milanen. deciſ. 14. num. 86. lib. 1.*

Sed nihilominus Domini dixerunt, quod ſaltem præuijs diligentijs contra virum pro rata ad illum ſpectante ſocer nedum ad ſuã ratam, ſed etiam filij, & ſic ad integra alimenta tenetur. Fuit enim per alias deciſiones in cauſa emanatas declaratus alimentorum
3 debitor non ſolum in ſubſidium, † ſed etiam tamquam principalis, quia eodem nomine litem agit ſuper matrimonij inualiditate, &
4 debet de alimentis † prouidere nurui non ſecus, ac filio, vt præter *alleg. in dd. deciſ. tradit Petr. Barboſ. in l. maritum num. 59. verſ. & facit ff. ſolut. matr. Rimin. iun. conſ. 133. ſub num. 46. ex tex. in l. ſi quis à liberis §. non tantum ff. de liber. agnoſc. Menoch. de arbitr. caſ. 348. n. 14. verſ. & quemadmodũ Cent. 4. Coſt. de remed. ſubſid. rem. 105. ſub num. 3. Vin. deciſ. 523. num. 1. & 5. vbi ampliat*
5 quamuis † filius vxorem duxiſſet ſine conſenſu patris *lib. 4.*

Vnde cum difficile ſit ratam à filio exigere,
6 vt patet, tum quia ille iam diù moratur † in longinquis partibus Hiſpaniarum *ad tex. in Auth. præſente, & ibi Cyn. num. 3. C. fideiuſſ. Alex. conſ. 100. ſub num. 10. verſ. nam quando lib. 5. Grat. conſ. 28. num. 17. lib. 1. Hiering. de fideiuſſ. cap. 27. par. 1. num. 262. Guidop. deciſ. 570. num. 1. & ſeq.*
7 tum quia eſt filius familias peculio carens, † & patebit clarius ex relationibus executorũ,
8 & citationibus † ſoceri ad indicandum bona filij, per quas illius inexigibilitas probatur *iuxta theoricam gloſ. in l. à Diuo Pio §. in venditione verb. capiantur ff. de re iud.* quam ſequitur *Ang. Patian. & alij alleg. à Ciriac. contr. 5. num. 142. & ſeqq. Rot. in Bononien. Pecuniaria 17. Iunij 1641. coram R. P. D. meo Carillo.*

Poteſt executio fieri contra ſocerum prò tota ſumma ità mandante iudice, cui vbi plures ad alimenta alicui præſtanda tenentur & difficilis eſt ab altero ex illis eius ratæ exa-
9 ctio, † licet vnum ad totam ſummam condemnare ne alimẽtarius ob minutas exactiones incommodum patiatur, ſiuè ob non facilem exactionem totius ſummæ neceſſariæ ſui ſuſtentationi fame pereat, vt eſt *tex. expreſſus in l. ſolent in princ. ff. de alim. & cibar. leg. & ex hoc tex. notat. Bart. in l. cum ij §. vult. igitur num. 6. ff. de tranſact. Fulgoſ. ibid. num. 4. in fin. Iaſ. num. 12. Ruin. conſ. 81. ſub num. 4. verſ. quia pluribus lib. 2. Anch. 254. circ. fin. verſ. niſi ad ipſorum, Surd. de alim. tit. 3. quæſt. 9. num. 22. Gratian. in addit. ad deciſ. March. 107. num. 5.*

Præterquod conſtito de inexigibilitate filij intrat, quatenus opus ſit, etiam actio ſubſidiaria contra ſocerum, *Ruin. conſ. 144. ſub n. 6. verſ. vel ſi non poteſt lib. 5.*

Et ita &c.

ROMANA ALIMENTORVM.

Lunæ 17. Nouembris 1642.

ARGVMENTVM.

Mandatum procuræ præſumptum ex quibus deducatur? Conſtitutio ſa. me. Vrbani VIII. mandans in Archiuio reponi omnia mandata procuræ non habet locũ in mandatis præſumptis, quæ ſcriptura non egent.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Procurator præſumitur certioraſſe ſuum principalem.*

2 *Maxime, quando cauſa eſt grauis, & ardua.*

3 *Mandatum præſumptum reſultat ex ſcientia, & patientia eius cuius nomine lis agitur, præſertim iunctis adminiculis, quicquid dicendum ſit, ſi adminicula non concurrunt.*

4 *Concluſio concurrentibus coniecturis procedit, ſiuè ſciens & patiens ſit in loco Iudicij, ſiue abſens.*

5 *Conſtitutio ſa. me. Vrbani VIII. mandans in Archiuio reponi omnia mandata procuræ non habet locum in mandatis præſumptis.*

6 *Lex loquens decerta ſolemnitate adhibenda in donatione non procedit in donatione præſumpta.*

7 *Negatiua exiſtentiæ mandati procuræ expreſſi non probatur ex reuolutione Archiuij cum fieri poſſit per Nuncium, per Chirographum, aut litteras miſſiuas.*

8 *Lex, ſiuè conſtitutio non comprahendit præterita.*

DECISIO CIX.

POSTQVAM Nicolaum Socerum, & Franciſcum virum pendente lite ab ipſis mota ſuper nullitate matrimonij teneri alimenta, præſtare Petronillæ reæ conuentæ deciſum fuit coram bon: me: Pirouano die prima Apr. 1639. & 4. Martij 1641. idemque confirmatum coram me, repropoſita cauſa ſuper eiſdem die 4. Decembris ſubſequentis addendo relaxandum eſſe contra Nicolaum, & Franciſcum mandatum executiuum pro alimentis à die, quâ fuerunt petita: Nicolaus omiſſa quæſtione mandati procuræ à ſe dati ad litem præfatam, quod antea negauerat, & per dictas deciſiones adeſſe firmatum fuerat, inſtetit ac obtinuit diſputari Dubium à qua die dicerentur alimenta petita, eoque reſoluto ſub die 5. Maij 1642. contigit dubitari An poſſet relaxari mandatum contra Nicolaum pro tota ſumma, an verò pro medietate, ſuper quo articulo alia deciſio emanauit in relationibus Cauſarum die 30. Iulij 1642.

Nuper Nicolaus non contentus tot. deciſionibus ac litem ſuper alimentis futuris pauperi mulieri debitis protraxiſſe vltra trienniũ redit ad ommiſſam, vt ſupra quæſtionem mandati, obtinuitque iterum reuideri deciſiones deſuper emanatas, à quibus hodie reaſſumpta diſputatione non eſſe recedendum Domini dixerunt.

Moti, quia conſtat de mãdato Nicolai tàm expreſſo, quam præſumpto ex pluribus deductis in deciſione coram me ſub die 4. Decẽbris 1641. & gratis videtur negari, dum ad ſatisfaciendum proteſtationi Petronillæ reæ conuentæ, quod nemo pro Nicolao audiretur; non docto de eius mandato, Stephanus procuratorio nomine Nicolai patris, & aſſerens, ſe habere ab eo facultatem ſubſtituit procuratorem Aſculanum, & hic ad plures actus iudiciales dicto nomine deuenit in cauſa matrimonij contra Petronillam, ſciente ipſo Nicolao, quem multo tempore quò lis durauit procurator eoque magis Stepha-

1 nus filius † certioraſſe, præſumitur iuxta *conſ. Roman. 481. numer. 7. approbatum à Rota in deciſione 396. num. 3. par. 1. diuerſ. deciſ. 1311. nu. 7. par. 2. deciſ. 95. num. 2. par. 1. rec. deciſ. 93. nu. 4. par. 2 deciſ. 134. num. 6. deciſ. 190. num. 5. deciſ. 307. num. 3 bon: mem: Buratto*; maximè quia cauſa † eſt gra-

2 uis, ac totius familiæ ſplendorem reſpicit, *Honded. conſ. 55 num. 54. lib. 1.*

Et probatur, quia ipſe Nicolaus ſubminiſtrauit expenſas litis, & licet deindè earum debitorem in libris rationum ſibi creauerit Franciſcum, id fecit quia Franciſcus Forſan abſque eius conſenſu hoc matrimonium cõtraxerat, ideoque non creauit debitores Stephanum, & Lazarum pariter filios, qui tamen æquè erant in lite principales, vt ponderat *deciſio coram me 4. Decembris* 1641. *verſ. neque contrarium.*

Adeo, quod etiam ex ſcientia, & patientia Nicolai, quod lis eius quoque nomine ageretur iunctis alijs adminiculis in dicta de-

3 ciſione deductis † reſultet mandatum præſumptum, quicquid dicendum eſſet niſi adminicula concurrerent iuxta theoricam *Innoc. in capitulo ex parte Decani num. 2. de reſcr.* quam ſequitur *Abb. in cap. cum olim num. 8. circa med. de off. deleg. & conſ. 7. num. 7. par. 2. Aldobrand. conſ. 43. num. 10. lib. 1. Gabr. de communi conſil. 149. num. 65. lib. 2. Mant. de tacit. lib. 7. tit. 7. n. 4 in fin. Caſſad. deciſ. 3. num. 5. de procurat. Rot. deciſ.*

4 *165. num. 7. par. 4. recent.* eamque † concurrentibus coniecturis procedere ſiuè ſciens, & patiens ſit in loco iudicij ſiuè abſens, *fuit dictum* in *Bonon. de Glauarinis* 18. *Maij* 1640. *coram R.P.D. meo Rojas.*

Nec obſtaret, eſto quod in Archiuio Vrbano mandati inſtrumentum, ſeù documentũ non reperiretur. Quia Conſtitutio S.D.N. iu-

5 bens † in Archiuio reponi omnia mandata procuræ non habet locum in mandatis præſumptis, quæ ſcriptura non egent *l. 1. §. vltimo & l. ſeq. ff. de procurat. Becc. conſ. 65. ſub num. 4 & 5. Mant. de tacit. lib. 7. tit. 3. num. 5.* vt in ſimi-

6 li, quod lex † loquens de certa ſolemnitate adhibenda in donatione non procedat in donatione præſumpta dixit *Rota in Romana de Maſſa 13. Iunij & 4. Iulij 1601. coram Corduba in Romana Pecuniaria 2. Apr. 1607. coram bo. me. Manzanedo, in Romana ſcutorum 4. mil. 4. Iulij 1635. coram bon. mem. Merlino, quæ eſt deciſio 69. num. 84. par. 7. rec. & in Romana Legati ſcutorum 50. mil. 11. Maij 1640. coram Reuerendiſſimo D. m. Dunozetto Decano.*

Et cum Conſtitutio loquatur de inſtrumẽtis, ex reuolutione Archiuij nec probaretur

7 negatiua † mandati expreſſi cum potuerit fieri per Nuncium per Chirographum, aut litteras miſſiuas *l. 1. §. procurator ff. de procur. Clem. 1. eodẽ titulo l. 1. in princ. ff. mand. l. reum §. Iulianus quoque ff. de conſtit. pecun. Pariſ. conſ. 47. num. 14. lib. 1. Caputaquen. deciſ. 397. num. 1. par. 3. Rot. deciſ. 135. num. 1. par. 1. recent.* Nec obſtat ſubſequens edictum loquens etiam de chirografis, quia emanauit de anno, 1637. caſum verò noſtrum

non

8 non compræhēdit † quia præceſſerat *l. leges C. de legib. cap. fin. vbi not. omnes de conſtit. Ceph. conſil. 461. num. 28. & ſeqq. Rimin. iun. conſ. 56. num. 78*

Et ita Deciſum informante tantum Petronilla diu tamen expectatis informātibus pro Nicolao quos diuturnitatem huius litis meditari, ſuadere poterat etiam modus procedendi.

PARMEN BENEFICII.

Veneris 5. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

Ius inſtituendi poteſt competere cuilibet inferiori, ſi in limine fundationis reſeruatum fuit cum conſenſu ordinarij, concurrente capacitate ex parte inferioris, & voluntate ex parte fundatoris, & ex quibus talis voluntas deſumatur?

SVMMARIVM.

1 *Verbum* prouidere *relatum ad perſonas Eccleſiaſticas ſignificat plenam collationem.*

2 *Nec non actum, non egentem confirmatione Superioris.*

3 *Capitulum eſt capax iuris inſtituendi, ac conferendi.*

4 *Ius inſtituendi poteſt reſeruari in limine fundationis cum conſenſu ordinarij Capitulo, ſiue alteri perſonæ Eccleſiaſticæ præſertim, quando concurrit voluntas fundatoris, & ex quibus talis voluntas deſumatur, vid. num. ſeqq.*

5 *Fundator poteſt præſcribere tempus, tam ad præſentandum, quam ad inſtituendum.*

6 *Ad Epiſcopum ſpectat ius inſtituendi, de iure communi.*

7 *Fundator non præſumitur, quod circa inſtitutionem ſe conferre voluerit cum diſpoſitione iuris communis, ſi in alia parte inſtrumenti fundationis ſpecialiter de ea re diſpoſuit,*

Maximè quando fundator in toto contextu fundationis nihil remiſit diſpoſitioni iuris communis, & à d. præſumptione facile receditur nu. 9.

8 *Voluntatis coniectura ex non facto non ſecus, ac ex facto colligitur.*

10 *Ius in beneficio quæritur prouiſo abſque alio facto Superioris quando agitur de collatione, ſiue prouiſione plena.*

11 *Prouidendi poteſtas in perſona Epiſcopi importat plenam collationem abſque facto alterius inſtituentis.*

12 *Verbum* eadem *ſignificat totalem identitatem.*

13 *Verbum* prouidere *prolatum à decretorum Doctore cenſetur in propria ſignificatione prolatum.*

14 *Verbum* reuerti *quid ſignificet?*

15 *Ius inſtituendi, ſi Fundator mandauit, quod totaliter transferatur de Capitulo ad Epiſcopum conſequens eſt, vt facultas inſtituendi prius totaliter reſederit penes Capitulum, & ponderatur verbum* totaliter.

16 *Dictio* omninò *denotat in omnibus, & per omnia abſque aliqua diſparitate, aut diſtinctione.*

17 *Ius inſtituendi potius conuenit Epiſcopo, quam Capitulo, inter quos adeſt diſparitas circa inſtitutionem.*

18 *Declara concluſionem procedere quando agitur de beneficio ſimpliciter erecto, ſecus vero quando in limine fundationis fuit de conſenſu Epiſcopi reſeruatū Capitulo ius inſtituendi, tunc enim non debet attendi diſparitas inducta à iure communi.*

19 *Fundator poteſt cum conſenſu Epiſcopi apponere conditiones etiam iure communi contrarias.*

20 *Ius inſtituendi de iure non competit Epiſcopo quando in limine fundationis fuit alteri reſeruatum.*

21 *Priuatio ſupponit præexiſtentiam iuris in priuato.*

22 *Verbum* prouidere *directum ad inferiorem importat ſolam præſentationem.*

23 *Fallit, quando ex coniecturis ſimul vinctis conſtat de contraria voluntate fundatoris, quo caſu ſub verbo* prouidere *quamuis directo ad inferiorem plena collatio continetur.*

DECISIO CX.

QVAESTIO eſt inter Saccardum prouiſum à D. Epiſcopo, & Chinellum prouiſum à Capitulo Cathedralis Parmen ſuper pertinentia Iuris inſtituendi ad beneficium in Eccleſia Cathedrali Parmæ, quod eſt de Iurepatronatus ex fundatione, & dotatione, an ſcilicet pertineat ad Epiſcopum, an verò ad Capitulum, & duæ deſuper emanarunt ſententiæ Rotales, prima ad fauorem Capituli, altera Epiſcopi, à qua commiſſa mihi cauſa appellationis dubitaui quænam, ex dd. ſententijs eſſet confirmanda, & reſolutum fuit confirmandam eſſe primam.

Vt enim apparet ex inſtrumento fundationis voluit fundator, quod deficientibus, prout deferunt, fratribus, eorumque deſcendentibus, pro quibus Iuſpatronatus reſeruauerat, poteſtas prouidēdi de beneficio trasferatur ad Ca-
1 pitulum, verbum autem *prouidendi* † relatum ad perſonas Eccleſiaſticas ſignificat plenam collationem *gl. in cap. 1. verſ. 60. prouiſionem de elect. in 6. Garz. de benef. par. 1. cap. 6. n. 34*
2 & actum non egentem † confirmatione Superioris, *Bald. conſ. 324. numer. 3. verſ. 7. libr. 4. Tiraquell. in l. boues §. hoc ſermone limit. 6. nu. 13. 14. 17. Garz. d. cap. 6. numer. 23. Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 19. num. 41.*

3 Eo magis, † quia concurrit ex parte Capituli capacitas iuris inſtituendi, & conferendi; *Seraph. deciſ. 1091. num. 3. Rot. dec. 94. numer. 5. deciſ. 232. numer. 2. par. 1. recent. deciſ. 66. numer. 8. coram ſan. mem. Gregor. XV.* Et ex Parte patroni tum poteſtas reſeruandi in limine funda-
4 tionis cum conſenſu Ordinarij ius inſtituendi Capitulo, ſiue alteri perſonæ Eccleſiaſticæ, *Lambertin. de iur. patron. lib. 1. par. 1. quæſt. 9. art. 1. num. 169. Rot. deciſ. 530. ſub num. 3. par. 1. recent.* tum voluntas reſeruandi Capitulo ius inſtituendi in caſum deficientiæ laicorum, quæ voluntas colligitur, ne dum ex proprietate verbi *prouidere*, ſed vlterius, quia Fundator diſcretiuè diſpoſuit ad fauorem laicorum, & ad fauorem Capituli primo enim ſibi met, donec viueret reſeruauit ius inſti-

inſtituendi, deindè Iuſpatronatus pluribus per-
ſonis, ac lineis ſucceſſiuè diſtribuit, nec ta-
men aliquando fuit vſus verbo *prouidere*, ſed
pluries, ac pluries verbo *præſentare* addita
etiam taxatiua, *dumtaxat*, & prouidit nomi-
natim de perſona, à qua præſentatus à perſo-
nis laicis eſſet inſtituendus mandando videli-
cet, quod inſtitueretur, vel ab Epiſcopo, vel à
Capitulo, vel ab Abbate S. Mariæ Vallis Se-
5 renæ, & præſcribendo terminum † decem
dierum, tam prædictis gradatim ad inſtituen-
dum, quod laicis ad præſentandum, vt potuit
*Lambertin. de Iurepatronatus lib. 2. par. 2. quæſt. 1.
art. 7. num. 2. & art. 6. num. 2. Sanch. reſponſ. mo-
ral. lib. 2. cap. 3. dub. 59. num. 3.*

Quando autem reſeruauit Capitulo ius
prouidendi, nec verbum quidem fecit de
preſentatione, aut de perſona quæ inſtituere
deberet, ſeù de tempore, quo inſtitutio fieret,
ſignum euidens, quod voluit, tam præſeta-
tionem, quam inſtitutionem fieri à Capitu-
lo, nam aliàs vtique, & in hoc caſu nominaſ-
ſet certum Inſtitutorem, prout nominauit lo-
quens de laicis, vndè nec præſumi poteſt,
quod fundator circa inſtitutionem voluerit
6 ſe remittere ad ius commune, † quo ſpectat
ad Epiſcopum *cap. 2. & 3. de inſtit.* quia remiſ-
ſionis huiuſmodi præſumptio ceſſat quoties,
prout in caſu noſtro, fuit ſpecialiter in alia
7 parte inſtrumenti † de ea re diſpoſitum, *Soc-
cin. Iun. conſ. 71. n. 42. verſ. demum & 4. lib. 1. Mant.
de coniect. lib. 6. tit. 7. num. 14. Coccin. deciſ. 137.
num. 8.* & alia in caſu omiſſo militare poteſt
8 coniectura voluntatis, † quæ ex non facto nõ
ſecus ac ex facto colligitur. *Rota deciſ. 647. n. 3.
part. 4. diuerſ.* ſtante maximè; quod fundator
9 in toto contextu fundationis † nihil om-
ninò remiſit diſpoſitioni iuris communis, &
à d. præſumptione facilè receditur, *Corn. con-
ſil. 61. num. 3. verſ. tamen de facili lib. 1. conſ. 202.
num. 9. prope fin. lib. 3. Rot. deciſ. 775. num. 7. par. 1.
diuerſ. & coram bon. mem. Coccin. dicta deciſ. 137.
num. 9.*

Inſuper mandauit, quod præſentati à laicis
ſubijciant ſe examini, & expediri petant, quę
tamen non requiſiuit à prouiſo à Capitulo,
ſed ſolum voluit, quod ille conſenſiat, & ſer-
uire beneficio promittat, quod oſtendit, ex
hac prouiſione acceptata, fundatorẽ voluiſſe
10 ius in beneficio quæri prouiſo, † abſque alio
facto Superioris iuxtà naturam plenæ proui-
ſionis, de qua *Rota deciſ. 1. in fin. de elect. in anti-
qui Tiraquell. in l. boues §. hoc ſermone limit. 6. nu-
mer. 16. Caſtr. Palao tract. 13. diſput. 2. punct. 13.
num. 1.*

Nec modo fundator diſcretiuè, vt ſuprà
diſpoſuit ad fauorem laicorum, & Capituli,
ſed etiam vniformitèr diſpoſuit ad fauorem
Capituli, & Epiſcopi, vtrique enim gradatim,
& per circulum durante linea laicorum ius
inſtituendi, eaque extincta ius prouidendi per
eadem verba reſeruauit, & negligente Epiſco-
po prouidere infrà decem dies voluit, eandem
poteſtatem prouidendi tranſire ad Abba-
tem S. Mariæ, & ſucceſſiuè per circulum
redire ad Capitulum, ibi, *prædicta eadem po-
teſtas &c. Summ. num. 16.* & ſicuti negari non
poteſt, quin poteſtas prouidendi in perſona
11 Epiſcopi † importet plenam collationem;
abſque facto alterius inſtituentis, ità in Capi-
12 tulo pronderando præſertim verbum † illud
eadem, quod ſignificat totalem identitatem
poteſtatis in vtroque, *Bart. in l. ſi quis §. ſi initium
il ſecondo num. 2. ff. de eden. Burſatt. conſ. 208. n. 17.
Barboſ. dict. 99. Seraph. deciſ. 1438. num. 11.*

Et hæc validiora attenta qualitate funda-
toris, qui tamquam Decretorum Doctor cen-
13 ſetur vſus verbo *prouidere* in ſui propria † ſi-
gnificatione, quod benè ſciebat *l. 2. §. quintum
Mutium ff. de orig. Iur. Ioſeph. de ſeſſe decis* 290. *n.* 25
præſertim quia in tota ſerie fundationis, plu-
riumque caſuum, & circumſtantiarum di-
ſtinctione ſemper propriè locutus fuit, quique
erat Canonicus eiuſdem Eccleſiæ, & Capitu-
lum ſummè diligebat, nec mirum eſſe debet
ſi voluit deuoluta ad illud prouiſione non
eſſe opus vlterius inſtitutione, quando, & an-
te deuolutionem illi demandauit ius inſtituẽ-
di præſentatos ab alijs, & alioquin ſi prouiſus
à Capitulo egeret Epiſcopi inſtitutione,
negligente Epiſcopo inſtituere infrà decem
dies inſtitutio ex lege fundationis tranſiret in
Abbatem penes, quem fundator d. caſu tran-
ſtulit eamdem poteſtatem, quã habebat Epi-
ſcopus, & ſic Abbas in prouidendo melioris
eſſet conditionis, quam Capitulum magis di-
lectum, & quod fundator omni caſu prætu-
lit Abbati: Aduertendo præterea, quod eamdẽ
plenam poteſtatem prouidendi, quam funda-
tor in caſum negligentiæ prædictæ ab Epiſco-
po tranſtulit in Abbatem, hoc pariter negli-
gente voluit reuerti ad Capitulum, quod ver-
14 bum *reuerti* † ſignificat illam originaliter cõ-
petiiſſe Capitulo, *l. ſi qua mulier ff. ad ſen. conſ.
Tertull. l. ſi vnquam Cod. de reuocand. donat. gl. in l. ſi
poſtulauerit 27. §. iubet. lex verbo reuerſuros ff. ad
Iul. de adult. Oldr. conſ. 275. num. 6.*

Quibus omnibus ſimul iunctis non ſubſi-
ſtit, quod Capitulum fuerit ſolum ſubrogatũ
in ius laicorum, quia imò longè maior illi
conceſſa poteſtas apparet tam ex verbis,
quam ex mente fundatoris. Prout nec ſubſi-
ſtit, quod Capitulum, & Epiſcopus non ſint
in omnibus æquiparati, eo quod poſt lapſum
decem dierum præfixorum Capitulo ad pro-
uidendum fundator diſpoſuit, quod poteſtas
prouidẽdi *totaliter* transferatur ad Epiſcopum
ponderando verbũ *totaliter*, per quod ſignifi-
cari videtur, quod etiã durante tẽpore pręfixo
Capitulo ius aliquod in Epiſcopo reſidebat.
15 Quia verbum *totaliter* † non eſt adiectum
prouiſioni, ſed tranſlationi iuris, quod funda-
tor à Capitulo transferri voluit ad Epiſco-
pum ibi, *totaliter transferatur*, & in eodem ſen-
ſu fundator adiecerat ſimile verbum in alia
parte Inſtrumenti, in qua poſt lineam Ludo-
uici, mandauit præſentationem totaliter tranſ-
ferri in lineam Franciſci, vnde potius retor-
quetur argumentum, quia ſi Epiſcopus eam
habuit poteſtatem prouidendi, quam median-
te totali translatione recepit à Capitulo con-
ſequens eſt, vt facultas inſtituendi competens

Epiſco-

Epiſcopo fuerit prius in Capitulo. Quod clarius ſit, quia ius illud totaliter translatum in Epiſcopum fuit gradatim translatum in Abbatem S.Mariæ,& ab hoc per circulum reuerti
16 debuit ad Capitulum *omnino* † ideſt in omnibus, & per omnia abſque aliqua diſparitate, aut diſtinctione, *Bart.in extrauag.qui ſint rebelles verbo nulli Hoſt. in cap. dudum ſub numer.2. de conuerſ.coniug. ibidem Io. Andr.num.9.Felin.in cap. de regular. numer.2. de ſimon. Ciriac. controu. 436. num.81. Rota deciſ.193. numer.5. part.1.recent.*

Nec pariter æquiparationi Capituli,& Epi-
17 ſcopi repugnat, ratio eoquod inſtitutio † potius conueniat Epiſcopo,quam Capitulo,quia hæc ratio poſſet conſiderari ad fauorem Epiſcopi, quando erectum ſimpliciter fuiſſet be-
18 neficium, † non autem in caſu noſtro, quo de conſenſu ipſius Epiſcopi fuit in limine fundationis primum Capitulo, deindè Epiſcopo reſeruatum ius inſtituendi, & ſub eadē formula verborum ius prouidendi; tunc enim non debet attendi diſparitas inducta à Iure communi, ſed parificatio facta à funda-
19 tore, qui potuit † conſentiente Epiſcopo apponere conditiones etiam iuri communi cōtrarias. *Immolen. in cap.conſtitutus num.2.verſ.& per hoc patet de conſuetud. Lambert.de iure patronatus lib.1. par.1. quæſt.9. art.1.nu.39. Rot.dec.530. ſub num.9. par.1.recent.*

Non obſtat, quod ex hac paritate inſurgeret iniqua interpretatio, quod Epiſcopus abſque ſuà culpa priuaretur Iure inſtituendi, quod ſibi de iure competit, quia nec de iure
20 illud competit Epiſcopo,† quando in limine fundationis alteri fuit reſeruatum, *Rota coram ſ. m. Gregor. XV. deciſ.66. cum alijs ſupra allegatis*, ideoque cum Epiſcopus defecta linea patronorum nuſquā hoc ius habuerit, eò quod fundator præueniendo reſeruauit in erectione beneficii inſtitutionem Capitulo, quæ aliàs poſt beneficium ſimpliciter erectum competere potuiſſet Epiſcopo non applicatur
21 terminis priuationis,quæ † ſupponit præexiſtentiam iuris in priuato *ad text. in l. ſi ſponſus §.ſi maritus hæres ff.de donat.int.vir. & vxor. Bald. in l. illud num.11.Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Rip.in l. ſi vmquam numer.20. verſ. vndè putarem Cod. reuocand. donat. & in proximis term. Rota in Vicen. Camerariæ 14. Martij 1640. coram R. P. D. meo Royas.*

22 Tandem non obſtat, quod verbum † *prouidere* directum ad inferiorem importet ſolam præſentationem, quia ſatis eſt reſpondere, quod hic tam proprietas verbi,quem aliæ co-
23 niecturæ† ſupra deductæ, & præſertim ſimul iunctę cōtrarium demonſtrant, quo caſu ſub eo verbo, quamuis directo ad inferiorem venire plenam collationem admittit *ſecunda deciſio coram bon. me. Merlino ſub die 13.Iunij 1640. verſ.nec ſuffragatur.*

Et ità deciſum vtraque &c.

BONONIEN TERRARVM.

Ven. 12. *Decembris* 1642.

ARGVMENTVM.

Menſura ſemper ſupplenda eſt, quoties in venditione alicuius prædii fuit expreſſa in certa quantitate, & deinde minor reperiatur. Menſura facienda eſt intra 60. dies, quando venditio fuit facta cum pacto explicito vel implicito quod menſura fiat. Si verò in venditione fuit expreſſa certa menſura, quæ vera non eſt tunc enim poteſt agi ad illius ſupplementum etiam poſt 60. dies. Expreſſio menſuræ ſi fuit facta cum dictione *in circa* intelligi tantum debet de modico defectu, non autem de magno.

SVMMARIVM.

1 *Menſura expreſſa in ſtipulatione, ſi minor deinde reperiatur ſupplenda eſt.*
Pacta inter contrahentes ſeruanda ſunt ibid.
2 *Contrahentium mens etiam veriſimilis attendenda eſt.*
3 *Prædium fideicommiſſarium, ſuper quo lis pendet ſi venit reſtituendum, reſtitui debet in ea menſura, qua erat tempore mortis fideicommittentis.*
4 *In tranſactione poſſunt à contrahentibus aſſignari bona, ſuper quibus nulla cadit controuerſia in recompenſam bonorum receptorum ad effectum augendi illorum confinia.*
5 *In tranſactione datum, vel receptum ſunt ad inuicem correſpectiuà, & vnum geſtum cenſetur propter aliud.*
6 *Menſuræ reintegratio poſt 60. dies peti non poteſt.*
7 *Declara concluſionem forſam procedere in venditione facta cum pacto explicito vel implicito quod menſura fiat, ſecus verò quando fuit promiſſum menſuram expreſſam eſſe veram nulla facta mentione de menſura facienda tunc enim ad menſurandum nullum eſt præfinitum tempus.*
8 *Tempus 60. dierum ad menſurandum non eſt à lege præfinitum, prout eſt præfinitum ad redhibendum.*
9 *Actiones perſonales vſque ad triginta annos durant.*
10 *Obſeruantia ſubſecuta bene omnia à contrahentibus geſta declarat.*
11 *Hæres beneficiatus cenſetur ſe obligaſſe hæreditario nomine, ac citra animum nouandi legalem prouiſionem, itàut non teneatur de proprio.*
12 *Amplia procedere etiam ſi nomine proprio ſe obligauerit.*
13 *Declara concluſionem procedere quando obligatio hæredis verſatur circa diſpoſitionem aut factum defuncti, tunc præſumitur quod non voluerit in plus ſe obligari per contractum promittendo, quam per quaſi contractum adeundo.*
14 *Secus verò quando obligatio hæredis eſt correſpectiua ad acquiſitionem bonorum, quæ hæres non vti hæres, ſed nomine proprio recepit tunc eodem nomine promiſiſſe cenſetur.*
15 *Hæres beneficiatus quando teneatur de proprio?*
16 *Menſuræ quantitas ſi fuit promiſſa cum dictione* in circa *hæc dictio excuſat tantum à modico defectu*

pra-

præſertim quando non fuit dictum in circa, ſed vel circa.
17 *Alternatiua* vel *non poteſt inducere niſi æqualitatem, vel adeò modicam vt nihil reputetur.*
18 *Menſuræ modicus defectus non dicitur, qui decimam partem excedit.*
19 *Modicum quando dicatur quoad aliquam menſuram?*
20 *Venditio quando fuit facta ad corpus, non autem ad menſuram, tunc menſuræ mentio cenſetur adiecta demonſtratiuè, non taxatiuè.*
21 *Venditio ad corpus dicitur facta ſi contrahentes conceptum menſis explicare cœperunt à corpore certis finibus deſignato.*

DECISIO CXI.

REPROPOSITO hodie dubio alias deciſo ſub die 16. Iunij proxime præteriti, Domini ſteterunt in deciſis quo ad prædium nuncupatum del Podere, & receſſerunt quo ad prædium della Marabottina.

Clara enim eſt promiſſio Ioannis Franciſci, quod dicta prædia erant ſeminum ſupra expreſſorum ibi *Quas poſſeſſiones ſupra deſcriptas, & dicto Domino Ludouico relaxatas, ipſe Dominus Ioannes Franciſcus promiſit, & conuenit eſſe ſeminum ſupra expræſſorum &c.* quę promiſſio effi-
1 cit, vt ſtipulatori ſit ſuplenda menſura † ſi minor expreſſa reperiatur, quia ſeruandæ
2 ſunt † pacta *l. Celsus verſ. in emptis l. cum ab eo l. Imperatores ff. contrh. empt.* & mens contrhaen-
3 tium † etiam veriſimilis attendenda, vt in terminis *Alex. conſ. 8. col. 8. verſ. 6. in omni diſpoſitione lib. 4. Pariſ. conſ. 64. num. 37. lib. 1. Alba conſil. 189. num. 7. vltra alios allegatos in prima deciſione.*

Et gratis dicitur ideò Io: Franciſcum promiſiſſe, vt ſupra, quia totidem menſurarum prædia eſſe narrauerat Ludouicus aduerſarius initio tranſactionis, & in omnem euentum, cum prædia deberentur ex fideicommiſſo
4 Auguſtini, † ſuper quo lis pendebat, non eſſe reſtituenda maioris menſuræ quam eſſent tempore mortis fideicommittentis *l. 1. §. ſi is qui l. in fideicommiſſariam §. quoties l. mulier §. ſed enim l. deducta §. ante diem ff. ad Treb.*

Quia imò narratiua menſurarum eſt vtriuſque tranſigentis, & cum penès Io: Franciſcum Ludouicus dimitteret per viam tranſactionis 14. alia corpora ſpectantia ad fideicommiſſum, non fuit incongruum, quod in recompenſam reportaret à Io: Franciſco dicta duo prædia etiam in maiori latitudine quam eſſent tempore mortis fideicommittentis, & in tranſactione potuerunt † augeri confinia prędiorum ſiue cum alijs bonis fideicommiſſi, ſiue proprijs Io: Franciſci quamuis deſuper lis non penderet *Bart. in l. ſi de certa in prima lect. ſub num. 2. verſ. modo quid repugnat Cod. tranſact. Abb. in cap. 1. ſub num. 6. verſ. mouetur eod. tit. Alex. conſ. 11. ſub num. 8. verſ. præterea lib. 2. Ciriac. controu. 128. num. 89.* nec præſumitur quod alioquin Ludouicus alia corpora dimiſiſſet
5 quia in tranſactione datum, & receptum † ſunt ad inuicem correſpectiua, & vnum cenſetur geſtum propter aliud *Alba conſ. 198. num. 49. Menoch. præſ. 12. num. 4. lib. 6. Ciriac. contr. 535. num. 1. & 2. contr. 546. num. 42. Surd. dec. 155. nu. 9.*

Defectus enim menſuræ palam fit ex relatione tertij periti iudicialiter electi; Nec refert quod relatio emanauerit poſt plures annos à
6 die contractus, cum tamen poſt 60. dies † menſuræ reintegratio peti non poſſit vt ex *text. in l. quod ſi nolit §. ſi quod ita ff. edilitio edict. not. Immol. in cap. per tuas ſub num. 9. de donat. Soc. conſ. vlt. in fin. lib. 3. Pariſ. conſ. 64. numer. 30. lib. 1. Dec. conſ. 347. ſub num. 3. in fin. Ceph. conſ. 36. nu. 7. Surd. conſ. 366. num. 18. & dec. 64. ſub num. 31. verſ. præſcriptioni in fin. Bertaz. clauſ. 20. gl. 20. num. 5.*

Nam quicquid ſit in venditione facta cum
7 pacto explicito vel implicito † quod menſura fiat, in quibus terminis loquuntur mox allegati, ſecus eſt vbi fuit promiſſum menſuram expreſſam eſſe veram, nulla facta mentione de menſura facienda, quia non reperitur à le-
8 ge præfinitum tempus 60. dierum † ad menſurandum pro vt præfinitum fuit ad redhibendum in *dicta l. quod ſi nolit §. ſi quid ita ff. edicto edict.* & nihil imputari poteſt recipienti ſi prius bona menſurari non curauit cum perfectio contractus non penderet à menſura, & ipſe fiderit promiſſioni tradentis, contra quem
9 propterea vſquè ad 30. annos † peti poteſt ſuplementum menſuræ deficientis, quia tanto tempore durant actiones perſonales *vt declarat Immol. in dicto cap. per tuas numer. 9. quem ſequitur Abb. ibid. num. 7. verſ. 5. caſus Dec. conſ. 347. in fin. Natt. conſ. 569. numer. 10. Anchar. quæſt. fam. lib. 1. quæſt. 18. num. 10. Sola in conſuet. Pedem. tit. de cenſ. ſolut. decret. omnibus 1. part. gloſſ. vnica ſub num. 28. verſ. 2. ſi nihil Berou. quæſt. famil. 18. num. 10. Theſaur. dec. 185. col. 1. verſ. aut non eſt dictum*, Et vltro in caſu noſtro id ipſum declarauit obſer-
10 uantia, quia poſt plures annos à die contractus vtraquè pars elegit peritos ad menſurandum.

Non obſtat quod Io: Franciſcus quia eſt hæ-
11 res beneficiatus † non cenſeatur sè obligaſſe niſi hæreditario nomine, ac citra animum nouandi legalem prouiſionem ità vt non teneatur de proprio *l. 1. §. ſi is qui ff. ad Treb. Gratian. diſc. 553. numer. 39. Rot. dec. 392. per tot. par. 1.*
12 *recent.* quod procedere † etiam ſi nomine proprio ſe obligauerit dixit *Franc. dec. 323. n. 3. & dec. 643. per totam quam refert & ſequitur Capic. Latro dec. 115. num. 31. & 32.*

Nam prædicta fortè procedunt, quando
13 obligatio † hæredis verſatur circa diſpoſitionem aut factum defuncti, nec hæres ex ea obligatione ſibimet aliquid acquiſiuit, tunc enim intrat præſumptio, quod non in plus voluerit obligari per contractum promittendo quam per quaſi contractum adeundo. At vbi vt in caſu noſtro talis obligatio correſpe-
14 ctiua eſt ad acquiſitionem † aliorum bonorum, quæ hæres non vti hæres ſed nomine proprio recepit, eodem nomine promiſiſſe cenſetur *ad text. in l. cū propter dotem. ff. pact. dot. Bart. in l. ſi ità ſtipulatus 126. § Criſogonus num. 4. verſ. & tunc aut illa qualitas ff. de verb. oblig. Natt. conſ. 181. n. 6. & in term. tranſactionis Ang. conſ. 31 num. 6. à verſ. inuentarium vſque ad fin. Phanucc*

inter tt.aet. diuerſ.de inuent.quaſt.243. num.110. & ſeqq. Boer.dec.53. num. 8. & facit Rota in Romana cambiorum 7. Iunij 1634. coram Reuerendiſſimo D. meo Patriarcha Conſtantinopolitano, & in Immolen. bonorum 10. Decembris 1638. coram b. mem.Cocc.

Et quatenus etiam hæreditario nomine recepiſſet; & quæſiuiſſet hæreditati ſanè quia exinde apparet quod ſuppetunt vires hæredi-
15 tariæ, adhuc † teneretur de proprio *Aym.conſ. 225.numer.12.Gabr.conſ.125.num.11.lib.1.Franc. dec.648.in fin.Rot.dec.67.num.13.coram ſanct.mem. Greg.XV.dec.138.num.10.apud Pacif.dec.88.n.13. & 14. par.5. recent. & in Immolen. euictionis 17. Maij 1634. coram bon.mem Coccino.*

Tandem non obſtat, quod quantitas men-
16 ſuræ fuerit promiſſa cum dictione *in circa*, † quia hęc dictio excuſat tantum à modico defectu, præſertim quia non fuit dictum *in circa*,
17 ſed *vel circa* nam alternatiua † *vel* non poteſt inducere niſi equalitatem, vel adeo modicum vt nihil reputetur vt ex *Signor. conſ. 332. Rota deciſ.41.numer.13. & 14. par.7. recent.* modicus
18 enim defectus non dicitur † qui decimam partem excedit *Corn.conſ.59.num.6.lib 4.Barboſ. dict.154.num.2.& ſeqq.Rota coram ſ. m. Greg.XV. 128. num.* 6. pro vt excedit quo ad prædium del Podere quia fuit promiſſa menſura 50. corbium ſeminis, & apparet eſſe ſolum corbium 41.

Vtriquè tamen ſuffragatur dictio *in circa* quo ad prædium della Marabottina, de quo promiſſio eſt corbium 46. & apparet corbium 44. & ſic defectus eſt duarum corbium
19 quem modicum dicit † in his terminis *Boer. dec.50.num.9.* Nec obſtat quod reſpectu tornaturarum defectus longè ſit maior, quia promiſſio non loquitur de tornaturis, ſed de ſemine, & ceſſante promiſſione, ſola expreſſio numeri tornaturarum non obligat ad ſuple-
20 mentum, quando contractus eſt ad corpus † non autem ad menſuram quia menſura cenſetur adiecta demoſtratiuè non taxatiuè *Oldr. conſ.197.num.3.Alex.conſ.133.num.5.in fin. & 6. lib.1.Ruin.conſ.85.numer.2. & ſeqq. lib.1.Menoch. conſ.337.num.7.Becc.conſ.133.nu.40.Fachin.contr. Iur.lib.2.cap.27.verſ.mihi videtur Affl.dec.68.n.3. & 4.Surd.dec.64.num.5.& ſeqq.Seraph. deciſ.264. num.6.*

Et in caſu noſtro contractum eſſe ad cor-
21 pus conſtat † quia contrhaentes conceptum mentis explicare inceperunt à corpore certis finibus deſſignato *iuxt. theor. Bart. in l.Iulianus §.Titius num.1.ff.act.empt.quam ſequitur Cagnol.in l.2.num.178.Cod.reſcind.vend.Corn.conſ. 59. nu.2. lib.4.& alij alleg.per Add.ad ſan.mem. Gregor.XV. deciſ.104.*

Et ità deciſum vtraquè &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE SPIRITIBVS.

Lunæ 12. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Fœminæ cenſentur excluſæ à fideicommiſſo inſtituto adhoc, vt bona remaneant in cippo, & familia Teſtatoris, quamuis veniant appellatione cippi, ſi ex coniecturis elicitur Teſtatorem reſpexiſſe ad agnationem, in eaque excluſis fœminis bona conſeruari voluiſſe, & ex quibus coniecturis talis voluntas deſumatur? *Remedium legis final.C. de edicto Diui Adrian. tollend.* non competit hæredi hæredis, quando primus hæres poſſeſſionem adeptus fuit; cum tunc bona non dicantur amplius fideicommiſſaria, ſed per aditionem effecta libera.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex clauſula conſtituti appoſita in Inſtrumento venditionis fauore emptoris.*
2 *Item probatur ex actuali appræhenſione, & recognitione in Dominum reportata ab Inquilinis.*
3 *Fœminæ veniunt appellatione Cippus, vel familiæ*
4 *Exceptio fideicommiſſi anterioris obſtat petenti immiſſionem ex fideicommiſſo poſteriori.*
5 *Sententia ob non interpoſitam appellationem tranſit iniudicatum.*
6 *Sententia lata contra primo vocatum ad fideicommiſſum afficit ſucceſſorem in eodem fideicommiſſo.*
7 *Fœminæ ſemper cenſentur excluſæ, quando ex coniecturis conſtat Teſtatorem ad agnationem reſpexiſſe in eaque bona conſeruari voluiſſe.*
8 *Et ex quibus coniecturis talis voluntas eliciatur?*
9 *Teſtator ſi filios maſculos hæredes inſtituit eoſque ad inuicem ſubſtituit, ac filias fœminas excluſit multo magis cenſetur voluiſſe excludere nepotes remotiores.*
10 *Teſtator ſi fœminas à fideicommiſſo excluſit eaſque dotauit cenſetur excluſiſſe non propter dotem, ſed vt bona conſeruentur in agnatione.*
11 *Fœminæ cenſentur à fideicommiſſo excluſæ ſi Teſtator filios in conditione poſuit non ſimpliciter, ſed legitimos, & naturales & repetita dicta qualitate eos diſpoſitiue vocauit.*
12 *Ad agnationem Teſtator reſpexiſſe cenſetur ſi alienationem bonorum prohibuit addita ratione, quod illa ſemper remaneant non ſimpliciter in cippo, ſed in cippo eius familiæ.*
13 *Item ſi ad plures ſubſtitutionum gradus eſt digreſſus & nedum fœminas excluſit, ſed illis ſubſtituit maſculos in dote quatenus legitimam excederet.*
14 *Teſtator dum maſculos alterius lineæ neptibus prætulit in dote filiabus relicta, eo magis prætuliſſe cenſetur maſculos in ſucceſſione vniuerſali à qua fœminas ſemel excluſit.*
15 *Coniecturæ quamuis ſingulæ non ſufficiant ſimul iungi debent pro elicienda voluntate Teſtatoris conſeruandi bona ſolum in maſculis.*
16 *Fideicommittens, quando aliquid non dicatur poſſediſſe de tempore obitus?*
17 *Identitas non probatur ex vnica demonſtratione, ſed duæ ſaltim requiruntur.*

11 Con-

18 *Confinia, quando nullo modo conueniunt; identitas non dicitur probata.*

19 *Confine valde differt à confinato.*

20 *Inſtrumenta contra ſtipulantes, & habentes cauſam ab eis probant.*

21 *Poſſeſſio penes duos inſolidum eſſe non poteſt.*

22 *Fideicommiſſum ſub conditione ſi grauatus ſine filijs deceſſerit expirat eo cum filijs decedente.*

23 *Conſilium Oldrad. 21. procedit ſine difficultate, quando non concurrunt coniecturæ in contrarium, quæ tamen debent eſſe urgentes, & neceſſariæ.*

24 *Filij in conditione poſiti ex ſtatuto Vrbis cenſentur vocati, non tamen grauati.*

25 Remedium l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. *non competit hæredi hæredis, quando primus hæres poſſeſſionem adeptus fuit, & ratio redditur num. ſeq.*

26 *Bona Teſtatoris mediante aditione efficiuntur propria hæredis.*

27 *Sententia iniuſta nunquam tranſit in iudicatum.*

28 *Poſt purificatum fideicommiſſum ad fauorem alicuius, tunc is non poteſt affici ſententia lata contra anteceſſorem ipſo non citato.*

29 *Quicquid dicendum eſſet ſi nondum eius vocatio purificata ſit, ac præceſſerit citatio ſaltim per proclama, & ſententia non appareat iniuſta, & lata per negligentiam, & forſan per colluſionem anteceſſoris.*

30 *Melioramenta non probantur per ſolam relationem Periti ad aliud electi, vel inſtrumenta inter alios acta.*

31 *Melioramenta non cenſentur facta ab eo, qui ea poſſidet, cum fieri potuerint ab alio.*

32 *Detractio legitimæ, quando à fideicommiſſario prætendi nequeat?*

DECISIO CXII.

DEFVNCTIS Egidio, & Paſquali germanis fratribus, inter quos Ioannes de Spiritibus communis pater viuens per viam contractus bona propria diuiſerat reciproca ſubſtitutione per hæc verba, *quod decedente vno ex ſupradictis eius filijs ſine filijs legitimis, & naturalibus ſuccedat alter & eius filij legitimi, & naturales uſque in infinitum,* & cum expreſſa prohibitione alienationis, attento quod intelligit, & vult, quod ſupradicta ſua bona ſemper & in perpetuum ſtent, & permaneant in cippo eius familiæ.

1 Michael Egidij filius petijt ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.* immitti in poſſeſſionē bonorum Ioannis fideicommittentis tamquoad portionem Egidij Patris, quam Paſqualis patrui poſſeſſam à Clementia, & ſororibus dicti Paſqualis filiabus.

Et cum hodie in gradu appellationis à ſententia A.C. propoſuerim dubium: An & in quibus bonis Michaeli ſit danda immiſſio reſolutum fuit affirmatiuè, quoad tres domunculas exiſtentes in Vrbe in Regione Ripæ iuxta à duobus lateribus bona Terentiæ Marcellinæ, & ſucceſſiuè Pauli Carrarij eius hæredis, retro bona Eccleſiæ S. Nicolai in Carcere Tuliano, & ab alio viam publicam reſeruato, quod de reliquis bonis videatur;

Eſt enim in confeſſo apud partes tam exiſtentia fideicommiſſi Ioannis, quam eius purificatio per obitum hæredum primi gradus ac etiam deſcendentia Michaelis ab Egidio filio fideicommittentis cuius poſſeſſio dictarū trium domuncularum de tempore, quo obiit
1 ſatis probatur: † ex inſtrumento venditionis de anno 1593. ei factæ cum clauſula conſtituti à P. Paulo Amadeo, qui eaſdem domunculas inſolutum receperat de anno 1590. à Sigiſmunda Pignanella iuncto alio inſtrumen-
2 to actualis appræhenſionis † vigore dictæ clauſulæ conſtituti, & recognitionis in Dominum reportatæ ab earum inquilinis ad *text. in l. prædia ff. de acquir. poſſeſſ. l. non idcirco Cod. de fide Inſtrum. Rota deciſ. 273. num. 2. poſt Pacif. de Salu.* & alias ſæpiſſime.

Duo autem exaduerſo obijciebantur alterum, quod in portione Paſqualis fideicommiſſum purificatum ſit ad fauorem eius filiarum ſaltem donec vixerint cum etiam fæmi-
3 næ † veniant appellatione cippus *Pariſ. conſ. 35 num. 5. & 29. conſ. 47. num. 50. lib. 3. Non. conſ. 41. num. 28. Rota deciſ. 518. num. 1. par. 4. recent.* vel familiæ ex allegatis *per Ciriac. contr. 28 num. 89. Intrigliol. de ſubſtit. centur. 3. quæſt. 83. num. 2. Rot. deciſ. 151. num. 2. & 3. par. 5. recent.*

Alterum, quod ædem domunculæ fuerant euictæ è manibus Paſqualis à Petro Lucio per ſententiam R.P.D. Vitellij latam de anno 1639. vigore anterioris fideicommiſſi
4 Terentiæ Marcellinæ, cuius exceptio † obſtat immiſſioni petitæ ex poſteriori fideicommiſſo Ioannis *Rot. deciſ. 54. num. 1. deciſ. 151. num. 2. par. 7. recent.* præſertim, quia dicta ſententia
5 tranſiit in iudicatum † ob non interpoſitam
6 appellationem, & tamquam lata † contra Paſqualem primò vocatum ad fideicommiſſum Ioannis afficit Michaelem ſucceſſorem in eodem fideicommiſſo *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 622. num. 1. vbi allegat concordantes.*

Sed ad primum reſponſum fuit non procedere, quando ex coniecturis elicitur Te-
7 ſtatorem reſpexiſſe ad Agnationem † in eaque excluſis fæminis bona conſeruari voluiſſe *Corn. conſ. 26. num. 5. conſ. 41. n. 8. lib. 4. Socc. iun. conſ. 1. num. 62. lib. 1. Hond. conſ. 75. num. 7. & 8 lib. 1. Surd. conſ. 443. num. 23. Rota dicta deciſ. 217. num. 1. par. 2. & dicta deciſ. 518. nu. 8. & ſeqq. par. 4 recent. deciſ. 272. num. 17. deciſ. 454. num. 73. deciſ. 742. num. 9. coram bo. me. Buratto deciſ. 146. n. 50. coram Reuerendiſſimo Vrgellen. Add. ad ſa. me. Greg. XV dec. 293. n. 25. & fuit dictū in Bonon. fideicommiſſi de Pancaldis 10. Iun. 1642. coram R.P.D. m. Cerro.*
8 Et hæc voluntas † viſa eſt patens in caſu noſtro ex pluribus coniecturis quarū prima eſt,
9 quia Teſtator † ſolos filios maſculos inſtituit eoſque ad inuicem, & eorum filios ſubſtituit filias autem excluſit ab vniuerſali ſucceſſione vnde multò magis cenſentur excluſæ neptes quæ ſunt remotiores *Peregr. de fideic. art. 25. numer. 22. & 44. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 348. num. 12. & 13. Mant. deciſ. 305. num. 1 deciſ. 319. num. 6. deciſ. 351. num. 4. & ſeqq.* vbi quod hoc procedit
10 etiamſi Teſtator filiabus dotem reliquerit, †

quia non ideo cenſetur eas excluſiſſe propter dotem, ſed ſolum, vt bona conſeruarentur in maſculis *Reuerendiſſimus Vrgellen. deciſ. 126. num. 12. & ſeqq. Rota diuerſ. deciſ. 726. in princ. par. 1. & par. 5. rec. deciſ. 135. num. 11.*

11 Secundo, quia poſuit in conditione filios † non ſimpliciter, ſed legitimos, & naturales & repetita eadem qualitate illos diſpoſitiuè vocauit *Dec. conſ. 31. num. 9. lib. 1. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 499. num. 27. Mant. deciſ. 319. num. 7.* Tertiò quia prohibuit expreſſe bonorum alienationẽ
12 addita † ratione, quia vult, quod bona ſemper, & in perpetuum ſtent in cippo, nec ſimpliciter dixit in cippo eius familiæ *Mant. dicta deciſ. 305. num. 2. & deciſ. 319. ſub nu. 6. quam ſequitur Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 402. ſub num. 27. quæſt. 713. num. 8. Menoch. conſ. 900. ſub nu. 34. Rot. deciſ. 507. num. 2. par. 4. diuerſ. deciſ. 284. num. 36. & 37. par. 6. & in Bonon. fideicommiſſi Boatterijs 12. Decembris 1642. coram R.P.D. meo Cerro.*

Quartò, quia digreſſus fuit ad plures gra-
13 dus ſubſtitutionum † & nedum filias, vt ſupra excluſit, ſed vlterius illis ſubſtituit maſculos in dote quatenus legitimam excederet
14 ſi enim maſculos † alterius lineæ neptibus prætulit in ipſa dote filiabus relicta, quo magis prætuliſſe cenſetur in ſucceſſione vniuerſali relicta filijs, & à qua fœminas ſemel ex-
15 cluſit, & hæ coniecturæ quatenus ſingulæ † non ſufficerent, ſimul iungi debent pro elicienda voluntate Teſtatoris conſeruandi bona ſolum in maſculis ad *text. in l. ſi ſtipulatus in princ. ff. de vſuris Alex. conſ. 115. num. 12. lib. 4.* & in terminis *Rota deciſ. 453. num. 7. par. 1. recen. deciſ. 135. num. 12. par. 5. deciſ. 355. num. 10.*

Altera verò exceptio fideicommiſſi anterioris Terentiæ Marcellinæ viſa fuit non applicari quoad domunculas de quibus agitur primò, quia non probantur poſſeſſæ de tem-
16 pore obitus † à Terentia fideicommittente ſiuè attendatur inuentarium ſiuè teſtes ad probandam identitatem examinati de anno 1629. coram R.P.D. Vitellio; Inuentarium enim continet vnam domum ſitam in platea Montanaria, vbi ſitæ non ſunt domus controuerſæ, item aliam domum prope portam retro Eccleſiam S. Nicolai in Carcere, & aliã domum contiguam portæ ante dictam Eccleſiam, & ſic vnica tantum pro qualibet do-
17 mo adeſt demonſtratio, quæ non ſufficit † ad probandam identitatem cum duæ ſaltem requirantur *Bart. in l. demonſtratio num. 54. ff. de cond. & demonſtr. Alex. conſ. 73. num. 6. lib. 3. Crot. conſ. 34. ſub num. 17. lib. 1. Rot. deciſ. 160. num. 6. par. 1. recen.*

Teſtes autem referunt ſe ad quandam notulam cuius confinia nullo modo conue-
18 niunt † domibus controuerſis, quas exabundanti diuerſas omninò eſſe à poſſeſſis à Terentia probatur tum, quia pro confinibus aſſignantur ab vno latere bona ipſius Terentiæ quæ propterea differunt ab his domibus tam
19 quam confine à confinato † *l. cum ſeruus in fin. ff. de contrah. empt. Bald. in l. ſi fines agri in fine C. de euict. & conſ. 422. poſt principium verſ. & ideò lib. 4. & in terminis Rota deciſ. 236. num. 8. & deciſ. 286. num. 3. & 4. par. 6. recent.*

Tum etiam, quia teſtes dicunt, bona quæ poſſidebantur à Terentia tẽpore mortis fuiſſe poſt obitum poſſeſſa ab eius hæredibus hæ verò domus nec ab illis nec à Terentia poſſideri potuerunt cum per ſex menſes ante eius obitum appareant datæ in ſolutum à Sigiſmunda Pignancella P. Paulo Amadeo, qui continuo illas poſſedit, ac triennio poſt mortem Terentiæ vendidit Ioanni fideicommittenti, vt conſtat ex publicis inſtrumentis,
20 quæ ſicuti † probant poſſeſſionem P. Pauli & ſucceſſiuè Ioannis fideicommittentis præſertim contra aduerſarias ab eo cauſam habentes *Decian. conſ. 10. num. 77. & ſeqq. lib. 3. Fuſar. conſ. 106. num. 3. & 5. Barz. deciſ. 2. num. 16. & ſeqq. Rot. deciſ. 279. num. 2. par. 5. recent.* ita excludunt poſſeſſionem Terentiæ, quia non po-
21 tuit † eſſe penes duos in ſolidum eodem tẽpore *l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum ff. commodati l. duo in ſolidum ff. precar. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 2. gloſ. 10. num. 80. Rota deciſ. 520. num. 3. par. 2. recent.*

Secundò, quia fideicommiſſum Terentiæ
22 conceptum ſub conditione † ſi Paulus ſine filijs deceſſerit expirauit per obitum Pauli cũ filio nomine Paulino cuius exiſtentia probatur per teſtes *iuxta celebre conſ. Old. 21* quod pro-
23 cedit † abſque aliqua difficultate in caſu noſtro quo non adſunt coniecturæ in contrariũ quæ tamen deberent eſſe vrgentes, & neceſſariæ *Surd. conſ. 448. num. 35. Rot. deciſ. 486. num. 2. par. 1. rec. & deciſ. 538. num. 2. par. 2.* Et quamuis Paulinus filius Pauli in conditione poſitus ex
24 ſtatuto † Vrbis cenſeatur vocatus, non tamen cenſetur grauatus *Rota deciſ. 538. num. 7. par. 2. deciſ. 158. num. 4. par. 5. recent. deciſ. 513. nu. 5. coram bo. me. Card. Caualerio.*

Atque hinc iniuſta detegitur ſententia D. Vitellij concedens immiſſionem ex fideicommiſſo Terentiæ Ioanni Petro Lucio, præſertim, quia hic nullibi apparet, ad hæreditatem Terentiæ vocatus, & eſto, quod ſit hæres Iſabellæ hæredis Magdalenæ, quæ fuit hæres Paulini filij Pauli hæredis grauati, quia tamen tàm Iſabella, quàm Magdalena auctrices poſſeſſionem bonorum Terentiæ ad Paulinum deuolutorum iam acceperant Io: Petrus nec ex perſona Paulini poterat immitti in poſſeſſione bonorum fideicommiſſi Te-
25 rentiæ ex remedio *l. fin.* quod non competit † hæredi hæredis, quando primus hæres poſſeſſionem adeptus fuit cum tunc bona non dicantur amplius fideicommiſſaria, ſed per adi-
26 tionẽ † effecta fuerint libera ac propria adeuntis *Menoch. de adipiſcen. remed. 6. nu. 246. cum alijs allegatis per Modern. Venetum de tranſmiſſ. caſu 39. ſub num. 7. & caſ. 40. & per modernum Bononien. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 10. art. 6. num. 113. & ſeqq.*

Vnde ſequitur, quod nulla ſit habenda ratio dictæ ſententiæ, nec ſtante illius iniuſtitia
27 allegari poſſit res iudicata † eo minus in præiudicium Michaelis ad Ioannis fideicommiſſum vocati, qui cum de tempore Iudicij moti coram D. Vitellio idem fideicommiſſum ad

ad eius fauorem purificatum fuiſſet affici nō
28 poteſt † ſententia ſe non citato lata contra anteceſſorem, quicquid dicendum eſſet ſi
29 non † dum eius vocatio purificata fuiſſet prę ceſſiſſet citatio fideicommiſſariorum ſaltem per proclama, & ſententia non appareret iniuſta, & lata per negligentiam, & forſan colluſionem anteceſſoris ad *text. in l.ſi ſeruus plurium §.1. vbi Iaſ.nu.1.ff.de leg.1.Menoch.conſ.311 num.25.Peregr. de fideic.art.53.nu.58. & 59. Fuſar. de ſubſtit.quæſt.622.num.13.& 14. & 33.Rot. deciſ.284.num.58. & 59.par.6.recent.*

Non obſtat, quod domunculæ fuerint melioratæ quia per ſolam relationem periti ad
30 aliud electi,† vel inſtrumenta inter alias acta non probantur melioramenta facta ab aduerſarijs, ſeù Paſquali earum authore, vt debet cum non ſit bona conſequentia eſt in poſſeſ-
31 ſeſſione melioramentorum † ergo poſſeſſor meliorauit nam potuerunt melioramēta fieri ab alio, & forte ab ipſo Ioanne fideicommittente *Caſtr.conſ.270.nu.4.lib.2.Burſatt. conſ.330. num.96.Hond.conſ.85.num.41.lib.1. Gratian.diſc. 193.num.1.& 2.*

Tandem non obſtat exceptio detractionis
32 legitimæ † ex perſona Paſqualis, quia cum nulla reddatur ratio de alijs bonis hæreditarijs, & Paſqualis inuentarium non confecerit præſumitur in eiſdem bonis conſumpta *Rot.deciſ.226.num.15.& 16.par.5.recent. dec.360 num.1. coram Reuerendiſſimo Vrgellen.cum alijs alleg. per Add. ad Buratt.deciſ.115.ſub num.18.*
Et ita deciſum vtraque &c.

FERETRANA PRAEDII.

Lunæ 12. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur anteriori poſſeſſori, etiam ſi illius poſſeſſio capta appareat à Procuratore, de cuius mandato non conſtat, dummodo concurrat mandatum præſumptum, vel ratificatio dictæ poſſeſſionis à principali. Venditio nunquam dici poteſt ſimulata quoties legittima cauſa vendendi concurrit. Poſſeſſio Ciuilis per lapſum decennij non amittitur, quando non conſtat alium, medio tempore occupaſſe naturalem. Deliberatio priuat tertium poſſeſſorem poſſeſſione ſi fuit citatus,& non appellauit à decreto de deliberando,nec ſufficit quod appellauerit ab executione, & ex quibus excludatur negligentia ſiuè acquieſcientia deliberationi?

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio manutenibilis transfertur mediante clauſula conſtituti prout erat penès conſtituentem.*
2 *Poſſeſſio translata mediante clauſula conſtituti probat contra habentem cauſam à conſtituente.*
3 *Poſſeſſio acquiri nequit à Procuratore ſine mandato.*
4 *Declara ſufficere mandatum præſumptum, vel ratificatio principalis num.6.*
5 *Mandatum præſumptum in Procuratore emente elicitur ex ſolutione non medicæ quantitatis pretij, cum veriſimile non ſit, quod procurator voluerit ſoluere de proprio.*
7 *Item ex ſucceſſiua fructuum rei emptæ perceptione, ac locatione.*
8 *Venditio nunquam dicitur ſimulata quoties præexiſtens legittima cauſa vendendi concurrit.*
9 *Inſtrumenta publica faciunt probationem probatam.*
10 *Præſertim ſi apparent confecta de tempore non ſuſpecto.*
11 *Coniecturæ ſimulationis vēditionis euaneſcunt præexiſtente legittima cauſa vendendi, ſinè quā ſufficerent ad ſimulationem probandam.*
12 *Poſſeſſio Ciuilis per lapſum decennij amittitur. Declara concluſionem non procedere, quando non probatur ab alio medio tempore fuiſſe occupatam poſſeſſionem naturalem, vt requiritur ad eliciendū ex curſu decennij antiquū poſſeſſorem ſuæ poſſeſſionis fuiſſe oblitum,& poſſidendi animum depoſuiſſe num.16.*
13 *Deliberatio priuat tertium poſſeſſorem eius poſſeſſione ſi fuit citatus, & deliberationi non ſe oppoſuit, nec ab ea appellauit.*
14 *Itàut non ſufficiat quod appellauerit ab executione, ſi deinde citatus non contradixit, & à decreto de deliberando non appellauit, & ex quibus negligentia ſiuè acquieſcentia deliberationi excluſa remaneat? num.17.*
15 *Appellatio commiſſa cum clauſula* ſubminiſtratis ſumptibus litis, *conditione non purificata per actualem ſumptuum litis ſubminiſtrationem, non ſuffragatur.*
18 *Deliberatio facta in bonis non debitoris tertium poſſeſſorem poſſeſſione non priuat.*
19 *Clauſula* ſubminiſtratis ſumptibus litis *adiecta in commiſſione appellationis non parit appellatō actionem ad petend. litis ſumptus, niſi quatenus appellans commiſſione vtatur.*
20 *Clauſula* ſubminiſtratis ſumptibus litis *impedit exercitium Iuriſdictionis interpartes ante adimplementum conditionis.*
21 *Et eſt dilatoria non peremptoria.*

DECISIO CXIII.

MANVTENENDVM eſſe Reuerendiſs. D. Conſalum Durantem Epiſcopum Feretranum in poſſeſſione prædij,de quo agitur cenſuit Rota ſub die prima Iulij 1641. & iterum hodiè cauſa ſuper eiſdem propoſita: nam anterior poſſeſſio D. Epiſcopi probatur ex publico inſtrumento venditionis ei factę à Nepote de anno 1629.cum clauſula conſtitu-
1 ti, quæ † ex tunc traſtulit in Epiſcopum emptorem poſſeſſionem manutenibilem,pro vt erat penès conſtituentem, quem fuiſſe verum
2 poſſeſſorem, & Dominum prædij probatur † quia de anno 1622. illud emerat à Magniano, & negari non poteſt à Domina Comitiſſa aduerſaria cum habeat cauſam à conſtituente *Aret.conſ.36.ſub numer.3. verſ. 2. dico Grat. conſ.42.ſub num. 12. & 13.lib.2.Tiraquell.de iur. conſt.limit.1. num.23.Rot.dec.766.numer.11. par.1. diuerſ.*

Nec vrget quod Epiſcopus emerit mediante pro-

te procuratore de cuius mandato non conſtat
3 ſine quo † per procuratorem poſſeſſio non ac-
quiritur §. *ex his itaquè inſt. per quas perſ. nob. acq. Aym. conſ. 5. num. 16. Rot. dec. 302. ſub num. 8. part. 1.*
4 *diuerſ.* quia ſufficit † mandatum præſum-
tum vt dixit *Rot. dec. 156. nu. 6. inter impreſſ. apud Modern. de manuten.* quod in caſu noſtro elici-
5 tur † ex ſolutione non modicæ quantitatis
prætii cum veriſimile non ſit quod procura-
tor voluerit ſoluere de proprio *Caſſad. deciſ. 3. num. 4. de procur. Rot. dec. 2. de cauſ. poſſ. & propr. in antiq. & inter recent. dec. 89. num. 3. dec. 241. num. 5. par. 1. ſ. m. Greg. XV. dec. 324. num. 6.* & in omnem
6 euentum ſufficeret † Epiſcopi ratificatio *Bel-
lon. Iun. conſ. 45. num. 26. Rot. dec. 21. num. 1. de procur. in nou. dec. 50. num. 4. coram ſ. m. Greg. XV.* ex
7 ſucceſſiua † fructuum prædij perceptione ac
locatione reſultans *L. paulus ff. rem rat. hab. l. ſed Iulianus §. fin. ff. ad ſen. conſ. Maced. Aym. conſ. 106. num. 2. Surd. dec. 208. num. 8. Rot. dec. 136. numer. 5. par. 4. recent.*

Quæ verò dicuntur de ſimulatione dictæ
venditionis tolluntur ex prima deciſione §.
8 verum Domini, quia nempe præexiſtebat †
legittima cauſa vendendi vt ſatisfieret cenſua-
rijs de fructibus cenſuum quos Comes Fran-
ciſcus Maria Nepos Epiſcopi accollauerat de
anno 1622. quando prędium emit à Magnia-
no, nec non ipſi Epiſcopo de ſcutis 900. mu-
tuatis Nepoti pro ſoluenda parte prætij dicto
Magniano primo venditori, de quo mutuo
cum reſeruatione ſpecialis hypothecæ ſuper
prædio conſtat non ex ſimplici confeſſione
Nepotis de recepto vt exaduerſo ſupponitur,
ſed ex duobus publicis inſtrumentis quæ fa-
9 ciunt probationem † probatam *Decius conſ. 36. num. 2. Ruin. conſ. 128. num. 1. lib. 4. Rot. dec. 277. n. 2. par. 1. recent.* Eo magis contra Comitiſſam
10 cum ſint confecta de tempore † quo non-
dum erat creatum eius creditum *Aym. conſ. 507. num. 4. & 5. & num. 33. Buratt. dec. 183. num. 7.*
11 & præexiſtente legittima cauſa vendendi †
euaneſcunt coniecturæ, quæ alias ad proban-
dam ſimulationem ſufficerent *Dec. conſ. 648. num. 5. Honded. conſ. 33. num. 36. & ſeqq. lib. 2. Ciriac. contr. 255. num. 38.*

Quibus præterea ſingulis dantur in prima
deciſione reſponſiones, quæ hodie DD. pla-
cuerunt.

Non obſtat quod Epiſcopus poſſeſſionem
12 amiſerit ſiuè per lapſum decemnij † incepti
de anno 1634. quo ab executione ſuper hoc
prædio facta appellauerat, ſiue quia ante
conſumatam deliberationem Comitiſſa ip-
ſum citauit pro omni ſuo iure, & intereſſe
ad dicendum contra proteſtationem, in qua
ad illius notitiam deduxit decretum Iudicis
de procedendo ad vlteriora in ſubhaſtatione,
ad hoc vt ſi quid ante effectualem delibera-
tionem dictorum bonorum deducere velit,
& poſſit, deducat ſubminiſtrando tamen in
primis inſtanti ſumptus litis, pro vt Papa per
ablatiuum abſolutum *ſubminiſtratis ſumptibus litis* mandauerat in commiſſione reformato-
ria appellationis per Epiſcopum vt ſupra in-
terpoſitæ, cuius citationis, ac proteſtationis
13 effectus eſt † vt tertium poſſeſſorem ſic cita-
tum ſubſequens deliberatio omni poſſeſſione
priuet, niſi illi ſe oppoſuerit, & ab ea appel-
lauerit *Caſtr. in l. cum filius familias ſub num. 3. verſ. ſed ſi fuit citatus ff. verb. oblig. Dec. in l. 2. num. 44. verſ. ex quo infertur C. eden. & conſ. 187. nu. 2. Ceph. conſ. 21. num. 11. Menoch. conſ. 63. num. 25. Surd. conſ. 334. numer. 12. Rot. in Ciuitatis Caſtelli Spolij 10. Maij 1641. coram R. P. D. meo Ghiſilerio*; Ità vt
14 nec ſufficiat † quod appellaſſet ab executio-
ne, dum deinde citatus vt ſupra coram Iudice
appellationis non contradixit, & à decreto de
deliberando non appellauit *vt in ſimili ponderauit Rot. dec. 64. in princ. verſ. quia licet appellauerit, & num. 1. par. 4. diuerſ.* præſertim quia præce-
dens appellatio cum fuiſſet commiſſa ſub
conditione *ſubminiſtratis ſumptibus litis*, ea con-
15 ditione non purificata † per actualem ſum-
ptuum litis ſubminiſtrationem quos Epiſco-
pus licet vt ſupra interpellatus de tempore
deliberationis non præſtitit, non ſuffragaba-
tur vt per *Gonz. ſuper reg. 8. Camell. in adnot. contra null. ſub num. 249. & 251. Put. dec. 419. lib. 1. in corr. Rot. dec. 636. num. 1. part. 2. recent. & magis in term. dec. 189. num. 5. coram ſ. m. Greg. XV.*

Nam ad lapſum decennij reſpondet prima
deciſio §. *penul.* non probari quod ab alio in-
16 terim fuerit occupata poſſeſſio naturalis, † vt
requiritur ad eliciendam ex curſu decemnij
præſumptionem, quod antiquus poſſeſſor ſuæ
poſſeſſionis fuerit oblitus, & poſſidendi ani-
mum depoſuerit *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina nu. 23. verſ. & ex hoc de cauſ. poſſ. & propr. Neuizz. conſ. 79. num. 24. & 34. cum alijs allegatis in dicta deciſione in qua vltro* ponderatur quod de eſt pa-
tientia, & acquieſcentia Epiſcopi ad dictum
effectum neceſſaria.

Contradictio autem Epiſcopi ne procede-
retur ad deliberationem non deſideratur,
quia nedum ab executione comiſit cau-
ſam appellationis de anno 1634. quæ ſiluit
vſquè ad annum 1640. quia tunc, & non
antea terminata fuit cognitio iuſtitiæ ſenten-
tiæ latæ contra Comitem Franciſcum Mari-
am, de qua Rota præceperat prius videri,
ſed etiam poſtea inſtante Comitiſſa pro deli-
beratione, Epiſcopus porrexit Rotæ Memo-
rialia vt ſuſpenderetur deliberatio donec ſua
iura diſcuterentur, & ab ipſa deliberatione in-
17 terpoſuit appellationem, † quæ licet à Signa-
tura Iuſtitiæ fuerit reiecta, eo quod ſupponeba-
tur non agi de intereſſe Epiſcopi, excludit
Epiſcopi negligentiam aut conſenſum, & ac-
quieſcentiam deliberationi, quæ per conſe-
18 quens tanquam facta † in bonis non debito-
ris tertium poſſeſſorem ſua poſſeſſione non
priuauit *Aſin. de execut. §. 4. cap. 80. ſub nu. 3. cum alijs relatus à Modern. Peruſ. de ſubhaſt. inſpect. 53. num. 44. Buratt. dec. 908. num. 5.*

Adeò quod poteſt hodie Epiſcopus petere
manutentionem proſequendo appellationem
anni 1634. cum adimpleuerit conditionem
cõmiſſionis ſubminiſtrando Comitiſſæ ſum-
ptus litis, quos ſubminiſtrare non cogebatur
antequam appellationem proſequeretur, quã
19 clauſula † *ſubminiſtratis ſumptibus litis*, poſita

in commiſſione appellationis non parit appellato actionem ad petendos litis ſumptus, niſi quatenus appellans commiſſione vtatur
20 cum ſolum impediat † exercitium Iuriſdictionis inter ipſas partes vt fuit dictum in *Romana attentatorum* 12. *Iunij* 1609. *coram bon.mem.Cardinali Sacrato impreſſ. apud Marcb.de Commiſſ.par.3.fol.*179. *nu.*2. & dilatoria ſit non peremptoria *Rot.deciſ.*91.*num.*25.*par.*6.*recent.*

Et ità deciſum vtraquè &c.

FLORENTINA PAROCHIALIS.

Lunæ 19. *Ianuarij* 1643.

ARGVMENTVM.

Economo non datur manutentio in poſſeſſione Eccleſiæ, ſed vero Beneficiato, quamuis habeat poſſeſſionem poſteriorem, ratio eſt nam Economus habet tantum cuſtodiam bonorum Eccleſiæ, non autem poſſeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus Eccleſia vacante deputare poteſt Economum tam ex diſpoſitione S. Concil. Tridertini, quam Iuris Communis.*

2 *Econome habenti cuſtodiam bonorum Eccleſia, manutentio denegari nequit.*

3 *Manutentio datur ſequeſtratario, ſi de tempore deputationis poſſeſſio Eccleſiæ erat vacans.*

4 *Gratia non acquiritur ignoranti, declara vt num.6. & 7.*

5 Text. in cap. ſi ſibi abſenti de præbend. in 6. declaratur.

6 *Gratia licet non acquiratur abſenti ante illius conſenſum, efficitur tamen irreuocabilis ex parte concedentis, donec is, in quem confertur acceptet, vel recuſet.*

7 *Gratia ante acceptationem abſentis, quoad ſui eſſentiam dicitur in eſſe deducta, non tamen quoad executionem, ſeu exercitium, nam Ius aliquod ignoranti non acquiritur.*

8 *Gratia quando eſt conceſſa ad aliquid faciendum, tunc neceſſaria eſt præſentatio litterarum deputationis, vt eius exercitium, ſeu poſſeſſio acquiratur.*

9 *Delegatus Iuriſdictionem accipit à tempore datæ, litterarum delegationis, exercitium verò à tempore præſentationis dd. litterarum.*

10 *Subcollector quis dicitur ex ſola deputatione, etiam antequam ſubcollectoriam acceptet.*

11 *Declara hoc procedere ad effectum vt eius beneficia cadant ſub reſeruatione quam Papa voluit induci ex ſola deputatione abſque actuali exercitio.*

12 *Collectorie officium confertur etiam in inuitum.*

13 *Economo deputato ad cuſtodiam bonorum Eccleſiæ, non dicitur ex dicta deputatione acquiſita plena poſſeſſio Eccleſiæ.*

14 *Spes non confertur niſi in obiectum de futuro.*

15 *Poſſeſſio non acquiritur ſine animo poſſidendi de præſenti.*

16 *Economus non habet poſſeſſionem Eccleſiæ, ſed ſolum cuſtodiam bonorum.*

17 *Poſſeſſio Eccleſiæ capta per Economum non dicitur plena ad effectum excludendi manutentionem habenti veram poſſeſſionem, quamuis ſit poſterior ac inſtrumentalis.*

18 *Poſſeſſio, vt dicatur plena non ſufficit ſola cuſtodia ſed oportet appareat aliquem intus eſſe animo poſſidendi.*

19 *In ſummariſſimo poſſeſſorio non admittuntur exceptiones petitorium reſpicientes.*

DECISIO CXIV.

INFORMANTES pro Reuerendiſs. Archiepiſcopo Florentino in hac repropoſitione cauſæ aliàs deciſæ coram me ſub die 27. Iunij proximè prǽterti non negabant captam fuiſſe poſſeſſionem Eccleſiæ Parrochialis de qua agitur à D. Mauro Monaco Caſſinenſi ad eiuſdem Parrochialis curam deputato per Abbatem S. Mariæ Aſſumptionis, ſed dicebant, eam poſſeſſionem, quæ eſt merè inſtrumentalis non ſuffragari ad effectum manutentionis, quia tunc poſſeſſio non erat vacans vt ad hunc effectum requiritur *l. peregrè* §. *quibus ff. de acquir. poſſeſſ. Goz. ad conſ.*86. *numer.*10. *Rot. coram ſ.m. Greg. XV. deciſ.*69. *num.*1. *deciſ.*582. *num.*4. *&* *apud Modern. de manutenend. dec.*30. *nu.*2. *dec.*299. *num.*11.

Fuerat nimirum pridie antè deputatus Economus Lucas de Nicolais à D. Archiepiſco-
1 po qui deputare † potuit Eccleſia vacante tàm *ex diſpoſitione S. Conc. Tridentini ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformat. quam Iuris communis de qua in cap. peruenit* 2. *de appell. & in cap. cum vos de Offic. Ordin. & not. Abb. ibid. num.*1. *Rebuff. de ſent. prouiſionali in præfat. num.*37. *Garz. de benef. par.*9. *cap.*2. *num.*18. *Barboſ. de Offic. Epiſcopi allegat.*6. *ſub num.* 4. taliquè propterea Economo potius videbatur
2 danda manutentio † quia ipſe habet cuſtodiam bonorum Eccleſiæ ſicut in ſimili datur manu-
3 tentio ſequeſtratario † ſi deputatus fuit de tempore quo poſſeſſio erat vacans. *Menoch. de retin. remed.*3. *numer.*93. *cum alijs alleg. per Modern. de manuten. obſeruat.*52. *num.*8. *&* 10.

Verùm hoc obiectum tollitur quia licèt deputatio Economi vt ſupra præceſſiſſet, non tamen conſtat eam deueniſſe ad notitiam deputati, quę neceſſaria erat vt exinde illi ius ali-
4 quod acquireretur, quia regulariter gratia † ſeu priuilegium ignoranti non acquiritur *l. fin. vbi gl. verbo præſtitis Cod. de Conſulib. lib.* 12. *Bart. in l. fin. num.*4. *ff. de Conſtit. Princip. Iaſ. ibidem num.*46. *vbi de communi opinione Legiſtar. & Canoniſtar. Alex. in l. qui abſenti num.*4. *ff. de acquir. poſſeſſ. Put. deciſ.*329. *num.*1. *&* 2. *lib.*2. *in corr.*

5 Non obſtat † *text. in cap. ſi tibi abſenti de præben. in* 6. quia ibi non dicitur, gratiam acqui-
6 ri abſenti ante illius conſenſum † ſed irreuocabilem eſſe ex parte concedentis donec is in quem confertur acceptet vel recuſet, & ſic ante huiuſmodi conſenſum eſt quidem in eſ-
7 ſe deducta gratia † quo ad ſui eſſentiam, non tamen quo ad executionem ſeu exercitium, quo ad hoc namquè ius aliquod ignoranti non acquiritur vt tradit *Bald. in d. l. fin. in prima Lectura num.*15. *ff. de Conſtit. Princip. vbi ità expli-*

cat text. *in dicto cap. ſi tibi abſenti, & in l. falſus num. 21. C. de furtis Rom. conſ. 353. num. 8. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 68.*

Immò neceſſariam vltrò eſſe præſentatio-
8 nem litterarum deputationis † vt eius exercitium ſeu poſſeſſio acquiratur quando gratia ad aliquid faciendum conceſſa fuit *tradit Io: Andreas in cap. cam te num. 36. de reſcript.* vbi in-
9 quit, delegatum † accipere Iuriſdictionem à tempore datæ ſed exercitium à tempore præſentationis *Felin. ibid. num. 21. Bald. in dicta l. falſus n. 21. Oldr. conſ. 324. col. 5. verſic. in commiſſione Sarnen. ſuper reg. Cancell. de non iudican. iuxta formam ſupplicationis quæſt. 1. num. 9. Molin. de primog. d. cap. 7. num. 57. & ſeqq. Garz. de benef. par. 5 num. 349.*

Nec obſtat ſimile de ſubcollectore, qui talis
10 dicitur † ſtatim, ac fuit deputatus etiam antequam ſubcollectoriam acceptauerit, aut viderit deputationem, vt ex pluribus firmat *deciſio 263. num. 3. coram Reuerendiſs. D. Vrgellen.*
11 nam hoc procedit † ad effectum, vt eius beneficia cadant ſub reſeruatione, quã Papa voluit induci ex ſola deputatione abſque actuali exercitio, *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 351.*
12 & Collectoriæ officium † conferri etiam inuitum dixit, *Rota deciſ. 12. de præbend. in nou. Caſſad. deciſ. vnica num. 4. de verb. ſignif.* At in caſu noſtro deputatio Enconomi deducitur ad effectum, vt poſſeſſio Eccleſiæ non dicatur vacans, ſed plena ab ipſo Economo, cui ta-
13 men † acquiſita non fuit ex ſola deputatione, vt in puncto, *Lap. alleg. 81. ſub num. 5. verſ. non fuerunt delatæ. & in prox. terminis Rouit. deciſ. 82. num. 16.*

Eo minus quia tempore, quo Don Maurus cæpit poſſeſſionem Lucas de Nicolais deputatus in Economum declarauit nullum ius ſibi competere in Eccleſia, ſed tamen ſperabat, ſe prouideri in eius Economum ex promiſſione oretenus ſibi facta à Domino Archiepiſcopo, ex qua declaratione excluditur, tum ſcientia deputationis iam factæ cum ſpes
14 non conferatur † niſi in obiectum de futuro, vt docet *D. Auguſtinus in Enchiridio capit. 8. facund. in præcept. Decal. lib. 1. cap. 31. num. 2. Caſtr. Palao. oper. moral. tom. 1. tract. 5. punct. 3. & 5.* tũ animus poſſidendi de præſenti, ſine quo poſ-
15 ſeſſio † non acquiritur, *l. 3. in princ. in §. in amittenda ff. de acquir. poſſeſſ. Bald. conſ. 267. in princ. lib. 3. Rota deciſ. 188. num. 5. poſt Modern. de manuten. deciſ. 591. num. 2. coram bon. memor. Buratto.*

Sed eſto, quod Lucæ, & ius, & poſſeſſio Economatus quæſita fuiſſet, quia tamen Eco-
16 nomus † non habet poſſeſſionem Eccleſiæ, ſed ſolum cuſtodiã bonorum, *Lap. allegat. 81. num. 8. Innoc. in cap. ex parte num. 3. de arbitr. Io. Andr. ibid. num. 9. verſ. quis talis & fuit dictum in Tullen. Prioratus 6. Iunij 1642. coram me,* non
17 proterea diceretur plena poſſeſſio † ad excludendam manutentionem D. Mauri ex vera poſſeſſione poſteriori licet inſtrumentali, *Biſignett. deciſ. 8. verſ. nec obſtat. de reſtit. ſpoliat. Rota deciſ. 5. de cauſ. poſſeſſ. & propr. in antiqui Socc. conſ. 131. ſub num. 8. verſ. nec obſt. quod claues lib. 1. & fuit deciſum in Celſonen. Parochialis 27. Iunij & 17. Nouembris 1642. coram R. P. D. meo Peutingerio,* vt enim dicatur plena poſſeſſio non ſuffi-
18 cit ſola cuſtodia, † ſed oportet appareat aliquem intus eſſe animo poſſidendi, *Accoll. deciſ. 1. num. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propr.*

Quæ verò dicebantur de ſtatu collatiuo huius Parochialis, & pertinentia collationis ad Dominum Archiepiſcopum tamquam reſpi-
19 cientia † petitorium non admittuntur in hoc ſummariſſimo poſſeſſorio, *l. 2. ff. vti poſſid. Ladercb. conſ. 95. num. 4. Lother. de re benef. libr. 1. quæſt. 33. num. 23. & lib. 2. quæſt. 45. num. 38. Seraph. deciſ. 287. num. 4.*

Ex quibus vtraque parte informante Domini dixerunt ſtandum eſſe in deciſis &c.

ROMANA VINAE, SEV SALVIANI.

Lunæ 26. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM

Exceptio Iuris tertij excluſiua Iuris agentis, quãdo apponi poſſit à tertio poſſeſſore ad impediendam immiſſionem actori? Res empta à marito ex pecunijs dotalibus proprio nomine, ſibi, & non vxori acquiſita dicitur, cui dumtaxat competit actio pro repetitione pecuniarum in caſu reſtitutionis dotis, maximè quando in Inſtrumento dotali conuentum non fuit, quod inueſtimentum pecuniarum dotalium eſſet fundus dotalis, ſed ſolum, quod fieret inueſtimentum prò ſecuritate mulieris, quod ſolum importat ſpecialem hypothecam ſuper inueſtimento, & ex quibus appareat maritum noluiſſe rem emptam nomine proprio vxori acquiri?

SVMMARIVM.

1 *Res empta ex pecunijs dotalibus efficitur dotalis.*
2 *Res quod fuerit empta ex pecunijs dotalibus. ex quibus probetur.*
3 *Confeſſio, ſeu declaratio mariti, quod res fuerit per ipſum empta ex pecunijs dotalibus vxoris probat etiam in præiudicium creditorum, quando eſt adminiculata.*
4 *Poſſeſſori ad tuendam ſuam poſſeſſionem licet excipere de dominio tertij.*
5 *Res aliena hypothecari nequit.*
6 *Exceptio iuris tertij, quando eſt excluſiua iuris agentis opponi poteſt à tertio poſſeſſore.*
7 *Hæreditas non delata non tranſmittitur.*
8 *Mors nedum eſt probanda, ſed etiam tempus certum, quo ſequuta fuit probandum eſt, vbi eſt fundamentum intentionis alicuius.*
9 *Hypotheca, ſiue anterior ſit, ſiue poſterior ipſo iure creditorem poſteriorem non excludit, nam eadem res hypothecari potuit pluribus diuerſis temporibus.*
10 *Creditoribus poſterioribus, niſi concurrant anteriores ſemper competit actio contra bona communis debitoris.*

11 *Exce-*

11 *Exceptio anterioris hypothecæ non eſt ipſo iure exclusiua poſterioris creditoris tacente creditore anteriore.*

12 *Et talis exceptio allegari nequit à tertio, niſi probet anteriori creditori ſoluiſſe.*

13 *Item nec minus allegari poteſt in iudicio poſſeſſorio ad retardandam immiſſionem actoris.*

14 *Dominium rei emptæ à viro proprio nomine licet de pecunijs dotalibus ſibi acquiſitum dicitur, & mulieri competit damtaxat actio pro repetitione pecuniarum in caſum reſtitutionis dotis.*

15 *Amplia, quamuis pecuniæ eſſent ſolutæ viro cum pacto expreſſo, quod reinueſtirentur ad fauorem vxoris.*

16 *Item amplia ſi in inſtrumento dotali conuentum non fuit, quod inueſtimentum eſſet fundus dotalis, ſed ſolum quod fieret pro ſecuritate mulieris, quod importat ſpecialem hypothecam ſuper inueſtimento.*

17 *Maritus ſi emit nomine proprio de pecunijs dotalibus vxoris, videtur receſſiſſe à contraria conuentione emendi pro vxore.*

18 *Et ex quibus reſultet maritum noluiſſe rem emptam cum pecuniis dotalibus vxoris eidem vxori acquiri.*

19 *Factum præualet verbis.*

20 *Maritus ſi declarauit rem per ipſum emptam nomine proprio cum pecunijs dotalibus ſpectare ad vxorem, talis declaratio intelligi poteſt reſpectu hypotecæ ſuper re empta vxori competen.*

21 *Neque ad effectum, vt dominium rei à viro emptæ ex pecunia dotali acquireretur vxori ſufficit ſola viri declaratio, ſed vlterius requiritur, quod vxor rem emptam vti ſuam recognoſcat.*

22 *Adminicula, vel contrarijs adminiculis conquaſſantur, vel æquiuoca redduntur.*

23 *Exceptio dominij vxoris ſufficit, quod reddatur dubia ad hoc ne retardetur immiſſio creditoribus viri.*

24 *Vxor poteſt in ſubſidium vendicare rem à viro emptam de pecunijs dotalibus proprio nomine. Declara num.25.*

26 *Melioramenta liquidata reſici debent à petente immiſſionem.*

27 *Retento licet detur poſſeſſori pro ſumma ſoluta creditori anteriori tamen ſi res, quæ retinetur eſt longè maioris valoris, quam ſumma ſoluta tunc ſuper eo, quod ſupereſt datur poſteriori creditori immiſſio pro indiuiſo ex æquitate* l. qui à debitore ff. qui potior in pignore hab.

28 Deciſ. 135. par. 6. recent. *declaratur.*

DECISIO CXV.

ADVERSVS deciſionem emiſſam ſub die 26. Iunij 1641. coram me, obtenta noua audientia informantes pro Clarice Cortellaccia deduxerunt, tum iura Eliſabeth primæ vxoris Roſati Paraſolij, ex cuius obligatione Franciſca Sturiona agit Saluiano ad vineam à dicta Clarice poſſeſſam, tum iura propria ipſius Claricis.

Illa propter ſolutiones factas ab Eliſabeth creditoribus anterioribus Roſati, nec non quia vinea, de qua agitur non erat Roſati, ſed Eliſabeth cum de eius pecunijs dotalibus † emptam fuiſſe deponant plures teſtes, † inter quos alter de facto proprio, & ipſemet Roſatus vineam ad Eliſabeth ſpectare declarauit,
3 quæ declaratio † iuncta dictis teſtium diceba-
tur releuans etiam in præiudicium creditorum ex traditis *per Salyc. in l. ſi mater nu. 1. verſ. & vltrà Cod. de contrah. empt. Alex. conſ. 18. nu. 3. lib. 3. Menoch. conſ. 154. ſub nu. 17. Ceual. dec. 221. num. 4.*

Et Clarix ſiue habeat cauſam ab Eliſabeth,
4 ſiue non, vtique poteſt ad tuendam † ſuam
poſſeſſionem excipere de dominio Eliſabeth, quia exindè cum excludatur pypotheca cre-
5 ditorum Roſati, qui non potuit † rem alie-
nam hypothecare *l. 1. §. 1. ff. de pign. l. rem alienam ff. de pign. act. Surd. deciſ. 157. numer. 1.* iſta exce-
6 ptio † eſt excluſiua iuris agentis, quam etiam
tertius poteſt opponere, *Bar. in l. commodare n. 2. ff. commod. Soccin. in l. 2. num. 6. ff. de except. rei iudic. Barboſ. in l. viro atque vxore ſub num. 24. ff. ſol. matr. Menoch. de adipiſcen. remed. 4. ſub numer. 595. & in puncto Buratt. deciſ. 257. numer. 13. & ſeqq.*

Sed fuit reſponſum, Claricem nullatenus tueri ſe poſſe iuribus Eliſabeth, non quidem titulo ſucceſſionis, quem deſumit ex perſona Pauli Rodulfi, cuius ipſa eſt hæres, aſſerendo, quod Paulus Rodulfus tamquam frater vterinus ſucceſſit alteri Paulo, qui erat filius, & hæres Eliſabeth. Cum enim niſi hic Paulus prædeceſſerit eius hæreditas non fuerit delata Paulo Rodulfo, vel ex eius perſona tranſmiſſa
7 ad Claricem matrem, quia hæreditas † non
delata non tranſmittitur *l. ventre ff. de acquir. hæred. Rimin. iun. conſil. 605. numer. 18. & conſil. 638. numer. 32. Burſatt. conſil. 261. numer. 23. Surd. conſ. 463. ſub numer. 8.* propterea nedum
8 mors Pauli, † ſed etiam tempus certum,
quo ſecuta fuit ſcilicet viuente Paulo Rodulfo probandum eſſet a Clarice vti fundamentum ſuæ intentionis iuxta theoricã, *gl. fin. in l. eum actum ff. de neg. geſt. & in l. qui iuraſſe §. ſi pater il 2. verbo acquiſiti ff. de iur. iurand. Corn. conſ. 135. num. 9. lib. 2. Ruin. iun. conſ. 23. num. 306. Surd. deciſ. 75. num. 10.*

Non etiam Clarix vti poteſt iuribus Eliſabeth tamquam tertia, quia quidquid dicendum eſſet ſi Eliſabeth fuiſſet Domina vineæ in quibus terminis fortè præcederent allegati in obiecto, quia tamen eſto, quod Eliſabeth ſuper vinea ius aliquod habuiſſet reſtringeretur, vt infra dicam ad ſolam hypothecam, ſiuè an-
9 teriorem, ſiuè poſteriorem, quæ ipſo iure † cre-
ditorem poſteriorem non excludit, quia eadem res potuit hypothecari pluribus diuerſis temporibus, vt *per Neguz. de pignor. 2. membr. 5. par. . num. 39. Paciſ. de iure ſiſtendi cap. 33. nu. 3. alioſque allegatos per Modern. Neapolit. de credito cap. 4. quæſt. 11. num. 1264. & ſeqq.* & poſterioribus niſi concurrrant æquè, vel magis priuilegiati anteriores competit actio contra bona communis debitoris, *Ciriac. controu. 328. num. 3. Badrellon. conſ. 100. nu. 1.* indè fit, vt exceptio hypothecæ anterioris, vel potioris
11 Eliſabeth, ſeù eius hæredum illis † tacentibus
non ſit excluſiua ipſo iure poſterioris creditoris, & per conſequens non poſſit allegari à
12 tertio, † niſi anteriori ſoluiſſet *Theſaur. deciſ. 4. num. 8.*

num.8. Rot.diuerſ.deciſ.22. num.4. deciſ.265. nu.3. par.1.recent.& in proximis terminis Surd. conſ. 98. num.11. in fin. & deciſ.44. num.10. Coſta de remed. ſubſid.remed.11. num.7. eoque minus in iudicio
13 poſſeſſorio † ad retardandam immiſſionem actoris, *Surd.conſ.359. num.15. & ſeqq. Rota deciſ.87. num.14. coram Mart. Andrea deciſ.88. n.6. deciſ.93. num.17. par.7.recent.*

Reſtringitur, inquam ius eliſabeth ſi quod quod habet ſuper vinea ad ſolam hypothecã, etiam admiſſo, ſine veri præiudicio, quod vinea empta fuerit ex pecunijs dotalibus, quas quidam confeſſarius receperat occaſione ſacramentalis confeſſionis à tertio pro exoneratione conſcientiæ, & tulerat ad domum Roſati viri Eliſabeth, vt ad vxoris fauorem inueſtirentur, nam nihilominus dominium
14 vineæ fuit acquiſitum † ſoli viro, qui proprio nomine emit licet ex pecunijs dotalibus & mulieri competit dumtaxat actio pro repetitione pecuniarũ in caſum reſtitutionis dotis *l.ſi ex ea pecunia l ſi vt proponis Cod. de rei vin.dicat.Molin.de primogen. lib.4. cap.4. num.35. Rota deciſ.219, num.1. par.2. diuerſ. deciſ.262. num. 7. par.1.recent. Oſaſch.deciſ.140. numer.9.* etiam ſi
15 pecuniæ eſſent ſolutæ † viro cum pacto expreſſo, quod reinueſtirentur ad fauorem vxoris, *Neguz.de pignor. ſecundo membr. ſecunda par. ſub num.13.*

Maximè, quia pecuniæ vti dotales ſpectabant ad virum, nec in inſtrumento dotali, aut cum dicto confeſſario conuentum fuit, quod
16 inueſtimentum eſſet fundus dotalis, † ſed ſolum, quod fieret fauore, & pro ſecuritate mulieris, id quod importat ſpecialem hypothecam ſuper inueſtimento, vt in fortioribus terminis, *Hond. conſ.41. num.21. lib.1. Facchin. controuer. Iur.lib.12. cap.74. verſ.quia reſponſum Rota coram bon.mem.Coccin. deciſ.257. ſub num.6. cum alijs alleg.per Add.ad ſa.me.Greg.XV.dec.573.*
17 *ſub num.16.* & vir emendo † nomine proprio videtur receſſiſſe, quatenus opus ſit, ab omni conuentione contraria emendi pro vxore in puncto *Barboſ.in Rubric.ff.ſol.matr.par.3.ſub n.79 verſ.nam cum maritus,* eo magis quia nedum emit nomine proprio, ſed eodem nomine pecunias à confeſſario, vt ſupra receptas depoſuerat in monte pietatis, & vti proprias deinde mandauit ſolui emptori, & cum eæ vix ſufficerent ad medietatem pretij vineæ, in
18 veriſimile omnino eſt, quod vir † voluerit, dominium vineæ acquiri vxori, quod etiam demonſtrant clauſulæ poſitæ in inſtrumento venditionis ad fauorem viri, & locationis ſucceſſiuè factæ à viro tamquam de re propria, nec non confeſſio ipſius Claricis aduerſariæ, quę in alio iudicio aſſeruit, vineã non fuiſſe Eliſabeth, ſed Roſati, vt *ponderat prima deciſio coram me §.quia in fine & §. eoque minus & Facchin.d.cap.74. verſ.repugnantia enim.*

Non obſtant teſtes deponentes, quod vir plu
19 ries dixit, vineam eſſe vxoris, quia † factum
20 præualet verbis, quæ præterea intelligi † poſſunt reſpectu hypothecæ, nec vt dominium rei emptæ à viro ex pecunia dotali acquire-
21 rentur vxori † ſatis fuiſſet declaratio viri, niſi vltrò vineam vti ſuam vxor recognouiſſet, *Corn. conſ.170. num.2. libr.4. Socc. iun.conſ.150. num.13. lib.3. Gomez.ad leg. Thaur. 50. num. 30. verſ.niſi de voluntate Barboſ.ff.ſol.matr.d.tertia par. rubr.num.78. Bald. Nouell.de dote par. 2. num. 5. & par.11. §.hactenus num.9.*

Nec tamẽ releuat recognitio facta ab vxore de anno 1612. poſtquam vineam continuò poſſederat vir, eiuſque creditoribus deſuper quæſita fuerat hypotheca ex deductis in alia decisione vbi reſpondetur etiam ad declarationem viri de eodem anno 1612. quæ non poteſt in præiudicium creditorum anteriorũ recipere fomentum ab adminiculis, quia illa ex prædictis concludunt ad ſummum ſolam
22 hypothecam, & contrarijs, † vel conquaſſantur, vel æquiuoca redduntur, & ſufficit exce-
23 ptionem dominij † Eliſabeth eſſe dubiam, vt exindè immiſſio creditorum viri non retardetur, *Bellon.in §. item ſeruiana ſub num.46 verſ. licet enim Inſtit.de action.Sarmient.de reddit. Eccleſiæ par.3. cap.2.num.23. Pecif.de ſalu.inſpect.prima cap.1. num.13.inſpect.3. cap.2. num.113. Rota deciſ. 55. numer.2. inter impreſſ. poſt Pacif. dicto tractatu.*

Non obſtat, quod Eliſabeth vindicare poſ-
24 ſit in ſubſidium † vineam à viro proprio nomine emptam de pecunijs dotalibus *l. vxor marito ff. donat.int.vir & vxor,* quia hoc non tollit quin ab initio ſuper vinea orta fuerit hy-
25 potheca ad fauorem viri † & licet illa non præiudicet vxori quatenus vti vellet facultate ſubſidaria vindicandi vineam, hoc tamen vxore, ſiuè eius hæredibus tacentibus allegari non poteſt à tertio poſſeſſore, qualis eſt Clarix iuxta ſuperius deducta.

Quo verò ad iura propria Claricis, quæ conſiſtebãt in melioramentis factis in vinea, & in ſcutis 439. per ipſam ſolutis eiuſdem vineæ venditori pro reſiduo pretij, iuſtum viſum fuit, quod à Franciſca actrice in primis, & ante omnia ſoluantur ſcuta 225. in quibus
26 liquidata † fuerunt melioramenta, & pro alijs ſcutis 439. Clarix retineat vineam, ſed quia
27 hæc eſt valoris longè maioris, † & ex eo quod vltrà dictum creditum ſupereſt ſatisfieri poteſt creditori poſteriori, Domini dixerunt, ſolutis melioramentis dandam eſſe immiſſionem Franciſcæ pro indiuiſo ex æquitate *l.quia debitore ff.qui potior.in pign.hab.quam continuò amplexa eſt Rota deciſ.294. num.14.dec.559. num.5. par.1.recent. deciſ.652. num. 5. coram bon. mem. Caual.* nec obſtat, immò fauet, *diſt. Rota*
28 *in deciſ.135. part.6. recent.* † quia aduerſaria non poſſidet vti creditrix, ſed vti Domina, & ſoluit de pretio rei venditæ.

Et ità reformandam eſſe primam deciſionem fuit reſolutum vtraque parte informante &c.

LEO-

LEODIEN ATTENTATORVM

Veneris 30. Ianuarij 1643.

ARGVMENTVM.

Signatura committens cauſam appellationis ſimpliciter vi retrotractiua operatur, vt omnia medio tempore geſta ſint nulla, & attentata. Sententia lata ſuper titulo Beneficij compræhendit etiam fructus tamquam acceſſorios. Indultum Archidiaconi Leodien. de percipiendis fructibus beneficij litigioſi fuit reuocatum à ſan. mem. Pio V.

SVMMARIVM.

1 *Attentare non dicitur pendente lite, qui coactus coram alio Iudice comparuit culpa aduerſarij.*

2 *Appellatione pendente omnia geſta ſunt attentata.*

3 *Signatura committens cauſam appellationis ſimpliciter reddit attentatum quicquid medio tempore geſtum fuit.*

4 *Fructus fuiſſe ab aduerſario perceptos probatur ex quietantia eius manu ſubſcripta, quæ contra ſcribentem probat.*

5 *Continuatio poſſeſſionis allegari nequit non docto de anteriori poſſeſſione.*

6 *Sententia lata ſuper titulo beneficij nulla facta mẽtione fructuum, eos comprahendit tanquam acceſſorios.*

7 *Clauſula* quam, & quas, & cum omnibus inciden. & annexis *aperatur, vt omnia acceſſoria, & annexa ſint in commiſſione compræhenſa.*

8 *Indultum conceſſum Archidiacono Leodien. de percipiendis fructibus beneficij litigioſi fuit reuocatum à ſan. mem. Pio V.*

9 *Clauſula* vt aſſeritur *excludit quamcumque confeſſionem ex parte ſupplicantis.*

DECISIO CXVI.

REPROPOSITA hodiè cauſa ſuper reſolutis die 4. ſub proximè preteriti D. ſteterunt in deciſis. Eſto enim quod ab attentaro excuſari poſſet aſſignatio fructuum per Albertum reportata à Prepoſito Leodien. pro anno 1638. cui cauſam dedit præcedens ſuplicatio Lamberti eidem Præpoſito, vt fructus huiuſmodi ſibi cederet; quæ ſi extraiudicialis cenſenda eſt, idem erit iudicium reſponſionis Alberti contra eam emanatæ, & aſſignationis prædictæ ab vtraque conſecutiuè; Si verò iudicialis fuit ſupplicatio excu-
1 ſandus venit Albertus ſi ab aduerſario† tractus corā Iudice comparuit, & decretum fauorabile reportauit *Gionag. reſp. 10. num. 46. lib. 1. Rot. deciſ. 240. num. 15. part. 7. recent.*

2 Sanè attentata † omninò ſunt omnia poſt annum 1638. geſta pendente appellatione tā à ſententia lata ſuper beneficio, quam à ſententia ſuper aſſignatione fructuum, à quibus ſententijs Signatura cum commiſerit cauſam
3 appellationis ſimpliciter vi retrotractiua † huius reſcripti, quicquid medio tempore geſtū fuit attentatum cenſetur, *Lancell. d. attent. par. 2. cap. 12. limit. 19. num. 1. cum alijs allegatis in prima deciſ. §. nec dubitari.*

Ideòque attentauit Albertus locando bona huius beneficij d. anno 1640. & fructus deindè percipiendo in futurum, & ſignanter de perceptione fructuum anno 1641. conſtat ex
4 quietantia † eius manu ſubſcripta, quæ probat contra ſcribentem *capit. cum venerabilis de except. Caſtr. conſ. 216. n. 1. lib. 1. Alex. conſ. 191 num. 1. lib. 2.* Pariterque attentata eſt ſententia lata die 11. Februarij 1640;

Nec Albertus excuſari poteſt, ex eo quod locauerit, ſeù fructus perceperit nomine Archidiaconi, vel quia antiquam poſſeſſionem continuauerit. Quia imò locatio, & quietantiæ fructuum conceptę ſunt nomine proprio, nec alio concipi potuerunt, cum ceſſio Archidiaconi eſſet reſtricta ad annum 1638. Cō-
5 tinuatio † verò poſſeſſionis gratis allegatur non docto de anteriori poſſeſſione.

Prout nec releuat, quod prima ſententia lata eſſet ſuper titulo beneficij, non facta mē-
6 tione fructuum, † quia nihilominus, & illi comprehendebantur tamquam acceſſorij ad titulum, vt ponderat *prima deciſ. §. ſiquidem*, eo magis, quia in commiſſione appellationis adſunt clauſulæ, *quam, & quas, & cum omnibus*
7 *incidentibus, & annexis &c.* quæ † operantur, vt omnia acceſſoria, & annexa ſint comprehenſa, *Caſſador. dec. 9. num. 13; de cauſ. poſſ. & propriet. Rot. diuerſ. dec. 187. nu. 6. & 7. part. 2. deciſ. 57. nu. 33. part. 7. recent.*

Tandem non ſuffragatur indultum Archidiaconi de percipiendis fructibus beneficii
8 litigioſi, † Quia debuit deduci coram Iudice appellationis, illudque fuit reuocatum à ſan. mem. Pio V. vt dicitur in *prima dec. §. fin.* Atque hinc cautè Lambertus in ſupplicatione porrecta Archidiacono de indulto locutus
9 fuit cum clauſula, † *vt aſſeritur*, quæ excludit confeſſionem, aut probationem aſſerti, *Gabr. de confeſſ. concl. 4. num. 27. Gonz. ſuper reg. 8. gl. 32. num. 12. & 13. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 13. num. 144. Caſſad. deciſ. 7. num. 8. verſ. ſecundo vero caſu de iurepatr. fuit dictum in Vicen. Iuriſp. 9. Decembris 1637. coram bon. mem. Pirouano.*

Et ità deciſum vtraque &c.

LEODIEN. BENEFICII.

Mercurij 4. Februarij 1643.

Argumentum patet ex Summarijs.

1 *Poſſeſſio probatur ex Inſtrumento adeptæ poſſeſſionis non docto de alterius poſſeſſione.*

2 *Poſſeſſionis adminiculum reſultat ex locatione bonorum etiam contra tertium.*

3 *Locatio iunctis adminiculis poſſeſſionem probat.*

4 *Adminicula poſſeſſionis beneficij ſunt, præcedens collatio, mandatum de immittendo relaxatum ab executore, Inſtrumentum captæ poſſeſſionis, ac ſolutiones onerum beneficij.*

5 *Poſſeſſionis argumentum reſultat ex ſolutione onerum quia à poſſeſſore ſoluuntur.*

6 *Poſſeſſio attentata nullius eſt momenti.*

DE-

DECISIO CXVII.

DOMINI dixerunt dandam eſſe manutentionem Lamberto in poſſeſſione beneficij de quo agitur, eiuſque bonorum, quia exhibuit publicum Inſtrumentum captæ
1 à ſe poſſeſſionis, † quod plenè probat non docto de alterius poſſeſſione *l.prædia ff.acquir.poſſ. Put.deciſ.350.n.4.lib.1.in corr.Caput.dec.337.n.5. par.2.* inſtrumentum locationis dictor. bonorum per ſexennium, ex qua ſola reſultat ad-
2 miniculum poſſeſſionis, † etiam contra tertium *Rota deciſ.275.num.3.par.1.rec.* & iunctis
3 adminiculis † plena probatio *Soccin. conſ.187. num.16.lib.2. Aym.conſ.54. num.10. Alba. conſ.9. num.12.Gabr.de locat.concl.4.nu.16. Menoch. de retin.rem.3.num.573.Caualer.deciſ.5.nu.1. deciſ.391. num.3.*

4 Adminicula autem plura concurrunt † in caſu noſtro nempe præcedens collatio huius beneficij facta ab Eminentiſs.D.Cardinali Legato, mandatum de immittendo eius vigore relaxatum ab executore in litteris Legati deputato, inſtrumentum captæ poſſeſſionis, ſucceſſiuæ ſolutiones onerum eiuſdem bene-
5 ficij, quæ † præbent argumentum poſſeſſionis quia onera ſoluuntur a poſſeſſore *Bald. in l.3. num.9.Cod.nat.lib.Socc.conſ.187.ſub num.12.verſ. ſecundo, & maximè lib.2. Menoch. de retin. rem 3. num.5.Diu.Pacif.de Salu.inſpect.1.cap.6.nu.31.* Ac tandem receptatæ, ac exactiones fructuum adnotatæ in regiſtro reddituum Eccleſiæ *Summ. num.6.*

Nec obſtat moderna poſſeſſio Alberti, ſeù fructuum perceptio, nedum quia eſt poſterior poſſeſſione Lamberti, ſed etiam quia
6 cum ſit attentata † vt fuit deciſum coram me nullius eſt momenti *Lancellott. de attent. par.2. cap.4.num.49.& 50. Caualer.deciſ.359.ſub num.7. Coccin.deciſ.492.num.3.cum alijs alleg.per Modern. Fernſ.de manut.obſeru.48.num.1.& ſeq.*

Et ita deciſum informante tantum Lamberto, ac pluries citato, & expectato Alberto.

BONONIEN. IVRISPATRONATVS DE BVTRIGARIIS.

Lunæ 16. Martij 1643.

ARGVMENTVM

Iuſpatronatus priuatorum, in quo non cadit præſumptio vſurpationis abundè iuſtificatū remanet ex centenaria quaſi poſſeſſione præſentandi, quinimò ad hunc effectum ſufficit quadragenaria cum fama, & adminiculis. Eccleſiæ libertas prætendi non poteſt quando conſtat de immemorabili quaſipoſſeſſione præſentandi, Minuſque ſi patroni non præſentarunt, cum ad hunc effectum non ſufficit patronos non præſentaſſe, niſi ſimul concurrant actus poſitiui contrarij ſeruituti. Status Beneficij mediante præſcriptione vt mutatus dicantur, quænam requirantur?

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus priuatorum in quo non cadit ſuſpicio vſurpationis ſufficientèr probatur ex fundatione, & dotatione ſtante centenaria quaſi poſſeſſione præſentandi.*
Imò ſufficit quadragenaria cum fama, & adminiculis, vt num.8.
2 *Præſentatio, & inſtitutio effectuatæ probantur ob vacationem per obitum præſentati.*
3 *Edicta affigi debent ſequuta vacatione beneficij Iuriſpatronatus.*
4 *Præſentatus ſi per 40. annos beneficium poſſedit, ex lapſu tanti temporis cum obſeruantia præſumuntur ſeruata omnia requiſita ad validitatem præſentationis, & inſtitutionis.*
Solemnitates omnes ex lapſu temporis interueniſſe præſumuntur ibid.
5 *Prouiſio Apoſtolica cum narratiua quod beneficium eſt de Iurepatronatus, & cum conditione quod patronorum accedat conſenſus, ſi ille acceſſit æquipollet præſentationi.*
Conſenſus patronorum præſtitus prouiſioni Apoſtolicæ de beneficio Iuriſpatronatus vim habet præſentationis ibid.
6 *Sententiæ ordinarij canonizatoriæ Iuriſpatronatus plurimum eſt deferendum quia ordinarius non ſolet de facili pronunciare pro patronatu, cum præiudicet eius collationi.*
7 *Sententia lata ſuper ſpolio non inficit probationem Iuriſpatronatus, aut effectuationem præſentationis.*
8 *Iuſpatronatus vbi non intrat præſumptio vſurpationis probatur ex quadragenaria cum fama, vel cum adminiculis.*
9 *Præſentationes licet non effectuatæ faciunt magnum adminiculum, & quando ſunt antiquiſſimæ habent vim famæ.*
10 *Eccleſia non poteſt ſe ſubijcere ſeruituti Iuriſpatronatus.*
11 *Præſentationes ſubſequentes non ſuffragantur, quando conſtat de initio infecto.*
12 *Alternatiua, ſeù quo caſu efficit primam aſſertionem ambiguam, & quomodo ſit intelligenda? numer.14.*
13 *Confeſſio ambigua non nocet confitenti.*
15 *Quaſi poſſeſſio immemorabilis præſentandi excludit libertatem Eccleſiæ, & includit titulum fundationis, aut dotationis.*
16 *Eccleſia patronata non vindicat libertatem ſi conſtat patronos non præſentaſſe, cum ad hunc effectum inſimul concurrere debent actus poſitiui contrarij ſeruituti.*
17 *Beneficij ſtatus ſi mutatus prætendatur mediante præſcriptione tunc ſunt probandæ prouiſiones tanquam de libero factæ à legitimo Collatore cum ſcientia Iuriſpatronatus, & voluntate ei præiudicandi.*
18 *Patroni lite pendente præſentare nequeunt.*
19 Text.in cap.1. *vt lite pendente procedit etiam in præſentatione.*
20 *Tempus litis eſt ſubducendum ad effectum dinumerandi temporis antiquitatem.*
21 *Præſcriptio 40. annorum requiritur ad præſcribendum libertatem beneficii, vel nouum ſtatum imprimendum.*

22 *Bene-*

22 *Beneficium Iuriſpatronatus, quando vacat in Curia tunc Papa ei ſolet in totum derogare.*

23 *Derogatio Iuriſpatronatus illud præſeruat pro futuris vacationibus, ac excludit intentionem acquirendi libertatem beneficio.*

24 *Prouiſio ex cauſa reſignationis non praiudicat Iuripatronatui.*

25 *Beneficio tacitè renunciare videtur, qui vxorem ducit.*

26 *Sententia tranſit in iudicatum ob non proſecutionem appellationis.*

27 *Executio ſententiæ in iudicatum tranſactæ non poteſt renouari vti attentata.*

28 *Iuriſpatronatus pertinentia probatur ex probatione deſcendentiæ ab eo, qui fuit in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

29 *Præſentatus à veris patronis ſi probat omnes qualitates requiſitas in eo concurrere venit inſtituendus.*

DECISIO CXVIII.

ET conſtare de Iurepatronatus beneficij Sanctiſs. Trinitatis, ac Sancti Theodori de Minerbo, & præſentatum à Dominis Carolo, & Mario de Butrigarijs eſſe inſtituendū Domini dixerunt.

Nam vltrà quatuor præſentationes factas ad hoc beneficiū cum vacauit ab anno 1396. vſque ad annum 1464. exhibitæ fuerunt aliæ continuatæ à dicto anno 1464. vſque ad 1564. ex qua centenaria quaſi poſſeſſione præſen-
1 tandi cum verſemur in familia priuata † in qua non cadit ſuſpicio vſurpationis reſultat plena probatio Iuriſpatronatus ex fundatione, & dotatione *Feder. d. Sen. vulg. conſ. 234. num. 3. verſ. ſic ad propoſitum Caſſad. deciſ. 2. num. 5. de probat. Seraph. deciſ. 1141. num. 1. & 3. Coccin. dec. 174. num. 5. Buratt. deciſ. 875. num. 6. Rota recent. dec. 312 num. 4. par. 1.*

De anno inquam 1464. Gaſpar de Vebertis tamquam patronus huius beneficij præſentauit Rodulfum, qui reiecto Pellegrino prouiſo ab Ordinario tamquam de libero fuit per diffinitiuam ſententiam Ordinarij Bononiæ inſtitutus, ac tàm præſentatio, quàm inſtitu-
2 tio probatur effectuata † eo quod d. anno 1505 beneficium vacauit per obitum eiuſdem Rodulphi *iuxt. celebre conſ. Oldrad. 229. quod ſecuta eſt Rota deciſ. 541. num. 2. par. 2. recentior. & aliàs ſæpiſſimè.*

De anno 1505. vacante vt ſupra beneficio, Princiuallis filius dicti Gaſparis de Vebertis nomine proprio, & Ioachini fratris præſentauit Alexandrum de Anſijs, qui in concurſu cum alio compreſentato fuit per ſententiam Vicarij arbitri electi inſtitutus, & beneficium ſucceſſiuè vacauit per illius obitum de anno 1517. Nec obſtat quod ſuper dicta præſentatione orta fuerit controuerſia, quia ea vertebatur non cum aliquo contendente beneficiū eſſe liberæ collationis, ſed inter duos compreſentatos de inſtitutione certantes, quod magis exiſtentiam Iuriſpatronatus confirmat.

Secuta anno 1517. vacatione beneficij per obitum dicti Alexandri, idem Princiuallis, nec non Ioannes de Vebertis præſentarunt Marcum de fortis, quem Vicarius Generalis Bononiæ inſtituit, & paritèr beneficium vacauit per eius obitum d. anno 1564. Nec obſtat quod non probentur in hac vacatione
3 affixa edicta † vt requiritur *ex cap. fin. de elect. in 6. & alijs relat. à Garz. de benef. par. 9. cap. 4. n. 8.* Quia cum præſentatus poſſederit beneficium
4 per annos 40. & vltrà, † ex lapſu tanti temporis cum obſeruantia præſumuntur ſeruata omnia requiſita ad validitatem præſentationis, & inſtitutioni *Rocch. de Iurepatr. verb. pro eo num. 19. verſ. vel alitèr Rota coram bo. mem. Buratto deciſ. 702. num. 6.* & in his terminis *in Lauden. Iuriſpatronatus 12. Nouembris 1640. coram bo. mem. Merlino.*

Mortuo d. anno 1564. Marco de fortis in præcedenti vacatione vt ſupra præſentato, fuit à Sede Apoſtolica de eodem beneficio prouiſus Ioannes Baptiſta Gualcherius cum
5 explicita aſſertione, † quod beneficium eſt de Iurepatronatus laicorum ex fundatione, vel dotatione, & cum conditione quod patronorum accedat conſenſus, prout paulo poſt acceſſit, & æquipollet veræ præſentationi *Abb. conſ. 54. num. 1. in fin. & nu. 2. par. 1. Creſc. deciſ. 2. de Iurepatr. Rot. deciſ. 792. nu. 8. par. 1. diuerſ. deciſ. 349. nu. 2. coram ſa. me. Greg. XV.* Habuitq; Gualcherius poſſeſſionem beneficij, nec non reportauit ab Ordinario ſententiam canonizatoriam Iuriſpatronatus, & præſentationis de ſe factæ reiecto Io: Pacino prouiſo tamquā
6 de libero, cui ſententiæ † plurimum deferendum eſt, quia Ordinarius non ſolet de facili pronunciare pro patronatu cum præiudicet eius collationi *Mantic. deciſ. 350. numer. 3. & 4. Buratt. deciſ. 142. nu. 12. Rota deciſ. 413. nu. 1. par. 1. recent. deciſ. 96. num. 12. par. 6.*

Non obſtant ſententiæ Rotales, quas dicto anno 1567. Pacinus reportauit à bo: me: Sarmiento, ac deinde Aloijſius ſucceſſor in beneficio à bo: mem: Rubeo, quia neutra adiudicat beneficium Pacino, tamquam liberum, & ambæ emanarunt ſuper ſpolio, quod cum potuerit committi à præſentato etiamſi beneficium ſit de Iurepatronatus, ſententiæ deſu-
7 per latæ † probationē Iuriſpatronatus, aut effectuationem præſentationis factæ in perſonā Gualcherij non elidunt, vt bene in propoſito aduertit *Rota in Lucana Iuriſpatronatus de Podiis 20. Nouembris 1620. coram bo. me. Coccino impreſſ. poſt tractat. Modern. Piſani de Iurepatronatus deciſ. 30 ſub num. 4.*

Et in omnem euentum quatenùs ſuper cētenaria cadere poſſet aliqua difficultas ob litē vt ſupra motam à Pacino, & prædictas ſententias Rotales, adhuc ſuperſunt antecedentes præſentationes effectuatæ ſaltèm ab anno 1464. vſque ad obitum Marci de fortis ſecutum anno 1564. & ſic fere per 100. annos, cum tamen ſufficiat quadragenaria cum fama, vel
8 cum adminiculis † vbi non intrat præſumptio vſurpationis *Caſſad. deciſ. 2. num. 4. de probat. Achill. deciſ. 7. de Iurepatr. Put. deciſ. 56. num. 4. lib. 1. Rota deciſ. 312. num. 2. & 3. par. 1. recent. deciſ. 413. num. 2. coram Reuerendiſs. Vrgellen. & in Regien.*

Iuriſpatronatus 27. *Aprilis* 1640. *coram R. P. D.*
meo Ghiſilerio. Et adminicula in caſu noſtro
plurima præbent tot ſententiæ ordinariorum,
enunciatiuæ, ac derogationes Iuriſpatronatus
in prouiſionibus Apoſtolicis de quibus infrà
dicetur, & antecedentes præſentationes vſque
ab anno 1396. quæ etſi effectum non habuiſ-
9 ſent † facerent magnum adminiculum, & cum
ſint antiquiſſimæ habent vim famæ *Rota de-*
ciſ.77.per tot.par.1.recent.deciſ.18.num.3.par.2.de-
ciſ.636. num.4. coram Buratto, & fuit dictum *in*
Florentina Cappellæ 30. *Maii* 1616. *coram bo. me.*
Pirouano, & in dicta Lauden. Iuriſpatronatus coram
bo.mem. Merlino.

Non obſtat, quod in prædicta præſentatio-
ne anni 1396. patroni aſſeruerint ſe Iuſpa-
tronatus obtinuiſſe ab hac Eccleſia, quæ ta-
10 men non potuit † ſe ſubijcere ſeruituti *Garz.*
de benef.par.5.cap.9.nu.128.& ſeqq.Rota deciſ.318.
num.7.par.5.recent. & ſic conſtat per confeſſio-
11 nem patronorum de initio infecto † quod in-
fluit in omnes præſentationes ſubſequentes
Garz.d.cap.9.num.128.

Quia ibi patroni nedum aſſeruerunt Iuſpa-
tronatus obtinuiſſe ab hac Eccleſia, ſed ſtatim
ſubdiderunt aliunde conſtare de eorum Iure-
patronatus, ibi, *ſeu ad eos præſentationes rectoris*
dictæ Eccleſiæ tempore vacationis eiuſdem noſcitur
pertinere, ponderando alternatiuam, *ſeu*, quæ
12 efficit vt prima aſſertio ſit ambigua *l. Prætor*
edixit §.quod autem ff.iniur.Mant.de tac.lib.1.tit.15
13 *num.6.* & proinde † non noceat conſitenti *l.*
certum ff.confeſſ.Buratt.deciſ.183.nu.19.deciſ.701.
num.4 par.4.diuerſ. ſed intelligenda ſit de patro-
14 natu obtento † ab hac Eccleſia, hoc eſt ab
Epiſcopo ipſam repreſentante ex cauſa fun-
dationis, vel dotationis, vt in fortioribus ter-
minis *Rota deciſ.29.num.7.par.7.recent.* maximè
quia patroni infrà affirmarunt per ſe, eorum-
que anteceſſores ſe eſſe in quaſi poſſeſſione
15 præſentandi ab immemorabili † quæ exclu-
dit quod hęc Eccleſia aliquando fuerit libera,
& includit titulum fundationis, aut dotatio-
nis *Put.deciſ.56.num.1.lib.1.deciſ.426.num.1.lib.2*
in corr.cum aliis allegat. per Modern. Piſan.de Iure-
patr.lib.2.cap.9.num.11.

Firmata ex prædictis exiſtentia Iuriſpatro-
natus, adhuc informantes pro Domino Po-
derico prouiſo ab Eminentiſs. Ordinario Bo-
noniæ, tamquam de libero allegabant Eccle-
ſiam vindicaſſe libertatem, ex quo pro parte
patronorum, ac præſentati non dantur aliquę
præſentationes effectuatæ poſt annum 1564.
Sed fuit reſponſum non ſufficere ad hunc ef-
fectum quod patroni non præſentauerint niſi
16 ſimul † concurrant actus poſitiui contrarij
ſeruituti *Gemin. in cap.cum de beneficio num.9. de*
preb.in 6.Lambert.de Iurepatr. lib.2.par.1. quæſt.3.
art.15.num.3. Rota diuerſ.deciſ.109.num.8. par.2.
deciſ.53.num.57.par.5.recent. deciſ.74.num.59. co-
ram Reuerendiſs.Vrgellen. Et quatenùs beneficij
17 ſtatus mutatus prætenderetur † præſcriptione
probandæ exaduerſo eſſent prouiſiones tam-
quam de libero factæ à legitimo collatore
cum ſcientia Iuriſpatronatus, & voluntate
ei præiudicandi *Rota deciſ.30.num.8.poſt Viuian.*
de Iurepatr.Lambert.de Iurepatr. d. q. 10 art.15. nu.3.
Lotther.de re benef.lib.2.qu.14.num.38.

Sed in caſu noſtro neutrum adeſt, quia li-
cet dicto anno 1564. fuerit prouiſus Pacinus
tamquam de libero, tamen neque conſtat
Papam habuiſſe ſcientiam Iuriſpatronatus,
neque ea prouiſio fuit pacifica, ſed imò reie-
cta per ſententiam Ordinarij ad fauorem præ-
ſentati, & lis durauit tàm cum ipſo Pacino,
qui deceſſit d. anno 1567. de quo tempore
18 propter eamdē litem patroni † præſentare pro-
hibebantur ex diſpoſitione *text.in cap.1. vt lite*
19 *penden.* quam procedere † etiam in præſenta-
tione, notat *Lap. alleg.22. Caſſad.deciſ.3. num.2.*
eod.tit.Seraph.dec.990.num.7. & 8. deciſ.197.n.7.
& 8. par.5.recent.

Quam eo mortuo cum Aloiſio à flumine,
qui pariter obtinuit prouiſionem Apoſtolicā
abſque eo quod Papæ innotuerit Iuſpatrona-
tus, & ſtatim vigore ſubrogationis gratioſæ in
ius defuncti admitti ſe fecit ad cauſam cum
eo ceptam, illamque proſequendo obtinuit
ſententiam Rotalem ſuper ſpolio coram bo:
me: Rubeo d. anno 1569. deceſſit autem anno
20 1570. quo tempore litis ſubducto † vt debet
Coccin.deciſ.337.num.4.deciſ.362.num.6. adden. ad
ſa.me. Greg.XV. deciſ.389.num.7. Rota diuerſ. de-
ciſ.188. numer.1.par.1.Seraphin. deciſ.76. num.1.
non ſupereſt vſque ad annum 1608. curſus 40
21 annorum neceſſarius vt præſcribatur † libertas
vel nouus ſtatus imprimatur *cap.cum de bene-*
ficio vbi not.omnes de præb.in 6. Felin. in c.in noſtra
num.43.de reſcript.Lotther.de re benef.lib.2. qu.14.
num.39. Adden.ad ſa.me.Greg.XV.deciſ.434.nu.20.
Rota d.deciſ.30.num.9.poſt Viuian de Iurepatr.

De anno 1608. patronorum præſentatio
non habuit effectum quia beneficium vacauit
in Curia, & cum Papa illud contuliſſet Iulio
Monterentio, deindè in litteris reualidatorijs
præcedentis prouiſionis, quæ patiebatur diffi-
cultatem eo quod non faciebat mentionem
Iuriſpatronatus laicalis, eidem Iuripatronatus
pro ea vice dumtaxat derogauit in totum,
22 vt † ſolet quando beneficia vacant apud Se-
dem *Mandoſ.de Sign.grat.verb.derogationes Iuriſ-*
patr.Pariſ.de reſign.lib.2.qu.4.num.45.Lotther.lib.2
23 *quæſt.8. num.98.* & hæc derogatio † præſeruat
Iuſpatronatus pro futuris vacationibus, ac ex-
cludit intentionem acquirendi libertatem be-
neficio *Berou.in cap.1.nu.88.& ſeqq. de Iurepatr.*
Lambert.lib.3.qu.7.art.7.ſub num.5.Caſſad.deciſ.10
nu.2.de conceſſ.præb.Rota apud Viuian.de Iurepatr.
deciſ.29.num.7.deciſ.30.num.10.

Ideoque nedum obſtat, imò fauent ſucceſ-
ſiuæ reſignationes huius beneficij, quas fecit
idem Iulius Monterentius de anno 1616. &
Annibal de anno 1624. cum ſimili deroga-
tione pro illis vicibus dumtaxat, præter quod
24 prouiſus ex cauſa reſignationis † non præiu-
dicat Iuripatronatus *Pariſ. de reſign. lib.2. qu.4.*
num.3.

Non obſtat vltimus Status collatiuus de
anno 1632. quo Ordinarius beneficium vti li-
berum contulit Scappio, quia tunc etiam pa-
troni præſentarunt Vizanum, qui fuit inſtitu-
tus ab Ordinario, & obtinuit ſententiam fa-
uora-

uorabilem canonizatoriam Iurepatronatus,
& hæc præſentatio habuit effectum non autẽ
collatio Ordinarij, quia beneficium de anno
1640. vacauit per obitum Vizani præſentati,
& dicta ſententia pro eo lata licet per appella-
tionem Scappij fuiſſet ſuſpenſa, tamen ob eius
non proſecutionẽ quin potiùs tacitam renun-
25 ciationem ductam ex eo † quod appellans
vxorem duxit *ad not. per Nauarr. conſ. 8. num. 1. de*
26 *reuunc. Pariſ. de reſign. lib. 1. qu. 1. n. 11.* tranſijt† in
iudicatũ *Rocch. de Iurepatr. verb. competens in 22.*
queſt. col. 1. verſ. hanc tamen Lambert. par. 2. lib. 1.
art. 6. qu. 11. num. 1. ita vt eius executio reuoca-
27 ri † non poſſit tamquam attentata *Rot. dec. 1.*
de appell. in nou. deciſ. 76. eod. tit. in ant. Seraphin. de-
ciſ. 777. num. 11.

Quod verò Iuſpatronat. pertineat ad Mar-
28 cum, & Carolum de Butrigarijs caret † omni dubitatione, quia teſtes probant eos filios & hæredes Io. Baptiſtæ ſumm. *num.* 27. quos hæredes conſtituerat Marius ſenior ſummar. *num.* 26. qui vna cum Io. Baptiſta fratre fuit hæres Herculis vt probant teſtes ſumm. *n.* 27. & Hercules fuit hæres Lucretiæ vxoris ſummar. *num.* 25. quæ ſucceſſerat Carolo de Vrbertis ſumm. *num.* 24. & hic fuerat hæres Principuallis ſumm. *num.* 23. hæredis Gaſparis ſummar. *num.* 22. & cum tam Gaſpar de ann. 1464. quã Principuallis de anno 1505. & 1517. cõſtituti fuerint vt ſupra in quaſi poſſeſſione præſentandi ſufficit probaſſe deſcendentiam ſeu ſucceſſionem ab illis, *Rot. dec. 140. n. 2. dec. 274. num. 8. par. 2. recent. & in Mediolanen. Iuſpatronat. 10. Maij 1623. coram bon. mem. Pirouano*, Vltra quod etiam Marius & Carolus ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi ob præſentationem Viſani de anno 1632. effectuatam vt ſupra.

Ex quibus corollarie ſequitur, quod inſtituendus ſit Franciſcus Butrigarius præſentatus à dictis Mario & Carolo veris patronis
29 ac probans† de cætero omnes qualitates pro obtinenda inſtitutione neceſſarias, *cap. monaſterium 16. quaeſt. 7. cap. cum Bertoldus vbi Abb. n. 12. de re iud. Rot. dec. 337. num. 1. par. 2. recent. dec. 100. num. 1. coram Reuerendiſs. D. Vrgellen.*

Et ità deciſum vtraque parte informante.

ROMANA DONATIONIS.

Lunæ 16. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Simplex renunciatio bonorum paternorum facta à filia ad fauorem ſororum, non includit bona fideicommiſſi per mortem fratris ad fauorem renunciantis purificati, niſi de eodem fideicommiſſo fuerit certiorata, nec ſufficit ſola enunciatiua teſtamenti in inſtrumento renunciationis. Renunciatio bonorum maternorum facta à filia cum conſenſu matris, vt ſuffragetur requiritur, quod in eodem conſenſu vſque ad obitum mater perſeuerauerit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi bona non cenſentur in renunciatione comprehenſa, niſi interceſſerit certioratio fideicommiſſi.*
2 Tex. in l. de his ff. de tranſact. *locum habet inter quaſcunque perſonas, & in omni actu per quem inducitur renunciatio contentis in teſtamento.*
3 *Et procedit tam in fideicommiſſo purificando, quam purificato.*
4 *Renunciantis conſenſus non porrigitur ad ignorata.*
5 *Amplia, etiam ſi iuramentum interceſſerit, quia non operatur vltra voluntatem, & conſenſum renunciantis.*
6 *Scientia fideicommiſſi non probatur ex ſola enunciatiua teſtamenti, niſi aliæ coniecturæ concurrant.*
7 *Et hæc opinio eſt verior, reiecta contraria.*
8 *Opinio contraria declaratur.*
9 Rot. in Romana diuiſionis 10. Iunij 1639. coram me, *declaratur.*
10 *Scientia fideicommiſſi minus præſumitur in fœmina, præſertim ſi eſt minor, quam in maſculo.*
11 *Ignorantia contentorum in teſtamento ex quibus deſumatur?*
12 *Renunciatio bonorum maternorum facta à filia cum conſenſu matris, licèt ab initio valeat, requiritur tamen quod in eodem conſenſu mater vſque ad obitum perſeueret.*
13 *Et dicitur à conſenſu receſſiſſe, eo ipſo quod filiam renunciantem hæredem inſtituit.*
14 *Et talis renunciatio filiæ non aufert matri liberam facultatem eam hæredem inſtituendi.*
15 *Tenetur tamen filia quidquid ex teſtamento matris accepit cedere ſororibus, ad quarum fauorẽ renunciauit, cum libertas teſtandi reſpectu matris iam habuerit effectum per inſtitutionem filiæ, ac ſi non renunciaſſet.*
16 *Diſtinctio* Theſ. iunior. quæſt. forenſ. 98. numer. 3. & 9. *inter renunciationem factam matri de cuius hæreditate agitur, vel ſimul fratribus refertur.*
17 *Renunciatio facta vt in ſecundo caſu continet pactum negatiuum de non ſuccedendo reſpectu fratrum, quibus ex eo fuit ius quæſitum.*
18 *Duo quando ſimul concurrunt, quorum alterum prodeſt, & alterum nocet, praualet quod nocet.*
19 *Renunciatio filiæ ad fauorem fratrum, & matris viuentis cenſetur facta ſub conditione, ſi mater vſque ad obitum in eadem voluntate perſeuerauerit.*
20 *Et reuocato per matrem conſenſu deſinit obligatio pacti per deficientiam conditionis, à qua pendebat.*
21 *Et renuncians liberatur ab obligatione renunciationis, & iuramenti nec ex renunciatione ius aliquod fratribus quæſitum fuit, quorum fauore fuit renunciatum, quia pendebat à conditione perſeuerantiæ conſenſus, & num. 22.*
23 Surd. deciſ. 14. *admittens opinionem* Afflict. *quando renunciatio continet donationem, ſeu iuriũ ceſſionem, reprobatur à* Franciſco Antonio Coſt. conſ. 7. num. 26.
24 *Renunciatio, & donatio in effectu non differunt.*
25 *Renunciationis natura non immutatur ex verbo,* donauit, *ſi fuit appoſitum ad maiorem cautelam, &*

cum clauſula, quatenus opus ſit, *nam tale verbum habetur pro non appoſito n.26.*

DECISIO CXIX.

QVONIAM Ceciliæ matri acceptanti pro Siluestra, & Eliſabet filiabus, nec non ipſis Siluestro, & Eliſabet ſororibus Virginia in instrumento dotis ab eadem Cecilia vti tutrice receptæ renunciauit hæreditati q. Io: Baptiſtæ patris cum teſtamento defuncti in illa parte, in qua ſucceſſit, vel ſuccedere potuit, & potuiſſet, item hæreditati dictæ Ceciliæ matris quandocunq; ab inteſtato, vel cum teſtamento deceſſerit.

Eliſabeth defuncta Cecilia petijt aſſociari ad eius cenſum hæreditarium poſſeſſum per Virginiam, qua excipiente quod ipſa quoque fuit in teſtamẽto matris instituta hæres, ideoque ſibi renunciatio non obeſt, A.C. ad illius fauorem tulit ſententiam abſolutoriam, & vlterius ei conceſſit immiſſionẽ in bonis communis matris, reſeruato iure agendi pro conſecutione ſuæ portionis in hæreditate paterna.

Ab hac ſententia commiſſa mihi cauſa appellationis dubitaui, An Virginiæ obſtet renunciatio, & donatio, & non obſtare reſolutum fuit tàm in bonis paternis, quam maternis. Quo enim ad paterna, quia ſubiecta erant fideicommiſſo purificato per obitum fratris ad fauorem omnium ſororum, Virgi-
1 nia non fuit † de eodem fideicommiſſo certiorata, vt debuit ex diſpoſitione *legis de his ff.*
2 *tranſact.* quæ locum habet † inter quaſcumq; perſonas, & in omni actu per quem inducatur renunciatio contentis in teſtamento, *Socc. iun. conſ.18 num.3 lib.4. Peregr. de fideicomm. ar.52. num.23. & conſ.52. ſub nu.20. lib.5. Fuſar. de ſubſt. quæſt.594. nu.1.* & tam in fideicommiſſis pu-
3 rificato, † quàm purificando, *Ruin. conſ.139. numer.7. in fin. vbi de communi lib.2. Odd. in repetit. l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. q.2. art.5. num.55. impreſſ. poſt tract. de probib. alien. fideicom. Capic. latro in puncto renunciationis puellæ tempore contracti matrimonij dec.2. n.42.*

Nam ſemper alioquin deficit renunciantis
4 conſenſus, † qui non porrigitur ad ignorata *Bart. in d. l. qui Romæ §. duo fratres num.11. ff. verb. oblig. ibid. Alex. num.27. Iaſ. nu.21. Capra conſ.103. num.5. Tob. Non. conſ.42. num.21. Ceph. conſ.455. num.81. Peregr. de fideicomm. art.52. num.20.* Non
5 obſtante iuramento † renunciationi appoſito, quia non operatur vltra voluntatem, & conſenſum renunciantis, *l. fin. Cod. de non num. pec. c. quintauallis de iureiur. Rip. in d. l. qui Romæ §. ſi duo fratres, n.73. in fin. Soc. iun. conſ.24. n.23. li.4. Siluan. conſ.49. n.38. Rimin. iun. conſ.54. n.18. Menoch. conſ.335. num.11. Fuſar. conſ.39. numer.60. Capic. Latr. d. deciſ.2. num.44.*

Nec ſufficit quod in renunciatione facta fuerit mentio teſtamenti, quia ſolùm enunciatiuè ibi dicitur, quod pater deceſſit cum teſtamento, & neceſſaria fuiſſet nedum generalis, ſed ſpecialis notitia fideicommiſſi in teſtamento contenti, quæ ad hunc effectum ex
6 ſola † enunciatiua teſtamenti non probatur, niſi aliæ coniecturæ concurrant, *Aret. in d. l. qui Romæ §. duo fratres ſub num.18. & ibid. Rip. num.68 Corn. conſ.153. ſub num.4. lib.4. Aſm. conſ.193. n.8. verſ. illud tamen, Soc. iun. conſ.98. num.5. lib.2. Pariſ. conſ.12. num.83. lib.2. Bero. conſ.177. numer.8. lib.1. Port. conſ.19. num.58. Sim. de Pret. conſ.162. num.2. Becc. conſ.111. num.20. Fuſar. conſ.39. ſub num.52. Peregr. de fideic. art.52. num.21.* vbi quod hæc eſt
7 verior † reiecta contraria ſententia *Nonij, & Hondedei, & conſ.52. ſub numer.22. circa fin. lib.5. Odd. de fideicomm. quæſt.2. num.60.65. & 67.* vbi
8 quod contraria † opinio *Honded. conſ.33. nu.35. lib.1.* obtinere poſſet quando aliæ coniecturæ concurrerent, *& quæſt.3. num.124. quæſt.4. n.179. Capic. Latro de magis communi d. deciſ.2. numer.49. & num.43.* Ampliat etiam ſi adeſſent verba reſpicientia iura de futuro.

Atque hinc non applicatur deciſio exaduerſo allegata *in Romana diuiſionis 10. Iunij*
9 *1639.* † *coram me*, quia ibi concurrebant aliæ coniecturæ, & præterea agebatur de ſcientia maſculi, hic verò fœminæ, ac puellæ
10 tunc minoris, † in qua eo minus ſcientia præſumitur, *Bald. in l. cum in iure numer.17. verſ. Et vnum de offic. deleg. Signorol. conſ.250. num.9. Alex. conſ.89. num.11. verſ. et licet lib.2. Becc. conſ.111. num.15. verſ. eo quod in minore Odd. de fideicomm. quæſt.3. num.90. & 224. verſ. contrarium, & n.226.* Attento præſertim quod non fixit pedem in certa portione hæreditatis paternæ, ſed alternatiuè renunciauit illi portioni, in qua ſucceſſit, vel ſuccedere potuit, ac potuiſſet, & ſic ex ipſa renunciationis ſerie ignorantia con-
11 tentorum † in teſtamento adſtruitur, vt poteſt, *Socc. conſ.214. ſub num.4. lib.2. Odd. de fideic. d. quæſt.4. n.238.*

Quo verò ad bona matris tunc viuentis renunciatio non obeſt, quia licèt renunciationi
12 acceſſerit † matris tunc viuentis conſenſus, cuius vigore valida fuit à principio, ille tamen non perſeuerauit vſque ad obitum, vt requiritur *l. fin.* vbi notant omnes *Cod. pact. Bart. in l. ſtipulatio hoc modo concepta num.4. ff. verb. oblig. Bald. in cap. ad noſtram il ſecondo num.7. de iureiur. Molpheſ. conſ.38. numer.18. Gomeſ. ad leg. Taur.22. ſub num.31. Molin. de primogen. lib.2. cap.3. numer.4.*
13 cum enim mater filiam renunciantem † inſtituerit hæredem, dicitur eo ipſo à d. conſenſu receſſiſſe, *Anchar. conſ.404. num.3. Gozzad. conſil.98. num.3. verſ. ſed clarum Bero. conſ.3. num.18. & 21. lib.3. Menoch.* in terminis inſtitutionis factæ à matre *conſ.806. num.1. & ſeqq. vſque ad 13. Surd. conſ.100. num.18. conſ.113. num.34. Ciriac.* in terminis renunciationis filiæ dotatæ à matre de bonis paternis, & maternis *controu.351. numer.1. Rot. deciſ.33. numer. primo, & 3. part.6. recentior.*

Non obſtat, quod Virginia renunciauerit in ſpecie futuræ ſucceſſioni matris ex teſtamento, quia vis non eſt in voluntate renunciantis, ſed in reſiſtentia legis, quę huiuſmodi renunciationibus reſiſtit, quamuis factæ fuerint ad fauorem ſororum, & in manibus ipſius matris, cuius hæreditati renunciatur, niſi mater in eo conſenſu perſeueret

vſque

vſque ad obitum, idq; quia cum contineant
virtualiter pactum affirmatiuum de ſuccedẽ-
do inter eos, ad quorum fauorem fiunt, non
14 auferunt ei, de cuius hæreditate agitur† libe-
ram facultatem teſtandi cum alias non poſſet
renunciantem hæredem facere, *Suar. in repetit.
leg. quoniam in prioribus limit. 5. ad l. Regni numer. 7.
Cod. de inoff. teſt. Menoch. d. conſ. 806. num. 13. Franc.
Ant. Coſt. conſ. 7. num. 23. & ſeqq. Afflict. deciſ. 350.
num. 8. & ſeqq. Surd. dec. 14. nu. 8. ac per tot. Seraph.
deciſ. 850. n. 2. Rot. in Romana laudi 16. Iunij 1589.
coram bon. mem. Gyptio relat. per add. ad ſan. memor.
Gregor. XV. dec. 85. ſub numer. 32. & per adden. ad
Buratt. dec. 894. n. 12. & 13.*

Non obſtat, quod licèt renunciatio non
potuerit auferre matri facultatem inſtituendi
filiam renunciantem, non ideò filia prohibita
ſit quicquid ex teſtamento matris accepit cę-
dere ſororibus, ad quarum fauorem renun-
ciauit, quibus propterea cędere tenetur, cum
15 libertas† teſtandi reſpectu matris iam habue-
rit effectum per liberam inſtitutionem filiæ,
ac ſi non renunciaſſet *Affl. dec. 350. ſub nu. 12.
verſ. ſed ego dicebam, quem ſequitur Theſ. iun. quæſt.
forenſ. 95. ſub num. 3. & 9. & per tot. lib. 1.* vbi di-
16 ſtinguit † inter renunciationem factam ſoli
matri de cuius hæreditate agitur, vel ſimul
fratribus, nam ſecundo caſu continet pactum
17 de non ſuccedendo † ad fauorem fratrum,
quod iuramento firmatur, & proindè licèt
reuocato conſenſu matris per teſtamentum
euaneſcat pactum affirmatiuum reſpectu Te-
ſtatricis; manet tamen pactum negatiuum
reſpectu fratrum, quibus ex eo fuit ius quæ-
ſitum *Ciriac. contr. 351. n. 11. & 12.*

Imò enim ſicuti facto teſtamento corruit
pactum reſpectu matris, ita reſpectu fratrum;
tùm quia vtrunque reſultat ex vno, & eodem
verbo, *renunciauit*, quando ſimul concurrunt
18 duo, † quorum alterum prodeſt, alterum
nocet præualet quod nocet, *leg. 3. §. fin. &
ibi gloſſ. & Bart. ff. ad Sillan. Iaſ. in l. ſi is ad quem
num. 28. ff. acquir. hæred. Alb. conſ. 20. num. 9.* Tùm
etiam, quia renunciando ſimul, & in eadem
19 oratione fratribus, ac matri viuenti, † videtur
renunciaſſe ſub hac virtuali, & ſubintellecta
conditione ſi mater in eadem voluntate per-
ſeuerauerit, *iuxt. terminos l. fin. Cod. pact.* id venit
ex natura rei argumento *l. fin. Cod. non n. pecun.*
20 vndè reuocato conſenſu† deſinit prorſus ob-
ligatio pacti, & iuramenti tanquam deficien-
te conditione à qua pendebat, vt in puncto
per has rationes *Franc. Anton. Coſt. conſ. 7. nu. 15.
& ſeqq.* vbi reprobat contrariam opinionem
*Affl. Molpheſ. conſ. 38. nu. 18 Surd. dec. 14. num. 4. &
ſeqq.* vbi circa finem aduertit quod *Affl. in di-
cta opinione* fuit ſingularis, & contra ipſum fuit
iudicatum *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. requiſ.
29. limit. 1. num. 199. & ſeqq. Bart. Kellembemb. de
renunciatione ſucceſſ. quæſt. 31. ſub num. 9. Sanch. in
præcep. Decalog. lib. 7. cap. 2. num. 18.* qui omnes
firmant quod reuocato conſenſu per matrem
21 renuncians † liberatur prorſus ab obligatio-
ne renunciationis, & iuramenti, & negant ex
22 renunciatione ius aliquod † quæſitum fuiſſe
fratribus, quorum fauore fuit renunciatum,
quia pendebat à conditione perſeuerantiæ
conſenſus ſic etiam *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 350.
numer. 4.* & in fortioribus terminis *Suarez in
repet. l. quoniam in priorib. limit. 5. ad leg. Regni Cod.
inoff. teſtam.* ait adeò vitiari renunciationem
reuocato conſenſu eius de cuius hæreditate
agitur, vt nec etiam ad fauorem fratris com-
mittatur ſtipulatio pœnæ à renunciante pro-
miſſæ in caſum, in quem contra renunciatio-
nem veniret.

Et quamuis *Surd. d. dec. 14. circa fin.* videatur
23 admittere opinionem *Afflict.* quando renun-
ciatio continet donationem, ſeu iurium ceſ-
ſionem; tamen præterquod Surdum repro-
bat *Franc. Ant. Coſt. d. conſ. 7. num. 26.* eo quia re-
24 nunciatio, † & donatio in effectu non diffe-
runt *Dec. in l. poſtquam liti nu. 11. Cod. pact. Couar.
var. reſol. lib. 2. cap. 4. nu. 8. Menoch. in addit. ad tract.
de arbitr. caſ. 436. num. 10.* Verſamur extra quę-
ſtionem, quia Virginia renunciauit purè, &
ſimpliciter, & licèt poſtea vſa fuerit verbo, *do-
nauit*; quia hoc fecit ad maiorem cautelam, &
cum clauſula, *quatenus opus ſit*, exinde non im-
25 mutatur† natura præcedentis renunciationis;
Berou. conſ. 176. nu. 51. lib. 1. cumque contractus
renunciationis propter conſenſum matris va-
luerit à principio abſque adminiculo donatio-
nis, verbum, *donauit*, habetur pro non appoſi-
26 to, † vt in puncto *Rota dec. 12. num. 36. & ſeqq.
dec. 320. num. 46. & 47. par. 6. rec.*

Et ita &c. vtraque &c.

ROSSANEN. DECIMARVM.

Mercurij 18. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio exigendi decimas acquiſita Ec-
cleſiæ ex facto prædeceſſoris ſuffragatur ſuc-
ceſſori nomine ipſius Eccleſiæ manutentio-
nem petenti. In materia decimarum non
attenditur exercitium actus, ſed cauſa, ac titu-
lus vniuerſalis, influens in omnes ſub eadem
ſpecie comprehenſos.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ in Diœceſi Roſſanen. indiſtinctè ſoluuntur ab omnibus Baronibus, & feudatarijs exceptis locis vbi nati ſint.*

2 *Quaſi poſſeſſio exigendi decimas probatur ex teſtibus formiter examinatis de viſu ac certa ſcientia de exactionibus deponentibus, præſertim quando dicta teſtium ſunt adminiculata, & n. 4.*

3 *Quaſi poſſeſſio exigendi decimas à prædeceſſore cum fuerit quæſita Eccleſiæ, ſuffragatur ſucceſſori nomine eiuſdem Eccleſiæ manutentionem petenti.*

5 *In ſummariſſimo poſſeſſorio leniores probationes ſufficiunt.*

6 *Quaſi poſſeſſio vniuerſalis influit etiam quoad rem particularem, & redditur ratio num. ſeq.*

7 *In materia decimarum non attenditur exercitium actus, ſed cauſa, & titulus vniuerſalis influens in omnes ſub eadem ſpecie comprehenſos.*

DECISIO CXX.

DIXERVNT Domini contra Leonem Pariſium Baronem Coriolani dandum eſſe mandatum de manutenendo Reuerendiſſimo Domino Archiepiſcopo Roſſanen. in quaſi poſſeſſione exigendi decimam caſei, & ricottæ, & vigeſimam agnorum, & edorum, omnium ouium, & caprarum eiuſdem Leonis quæ in Diæceſi Roſſanen. paſcuntur.

Nam de quaſi poſſeſſione Domini Archie-
piſcopi exigendi prædicta in locis ſuæ diœce-
ſis etiam contra Barones, & feudatarios pro
1 animalibus † depaſcentibus etiam in eorum
feudis, exceptis locis vbi ipſi nati fuerint de-
2 ponunt plures teſtes † formiter examinati de
viſu, & certa ſcientia tàm de exactionibus fa-
ctis nomine moderni Domini Archiepiſcopi
3 quam eius anteceſſorum quorū quaſi † poſſeſ-
ſio, quia quæſita fuit Eccleſiæ vtique ſuffra-
gatur ſucceſſori nomine ipſius Eccleſiæ ma-
nutentionem petenti, *Abb. in cap. cum ſuper nu-
mer. 18. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Felin. in cap. conſti-
tutus num. 19. de reſcript. Gratian. diſcept. 871. nu. 2.
Menoch. de retin. remed. 3. num. 58. in fin. Rot. coram
Seraph. dec. 1417. num. 2. & 3. & 490. num. 2. coram
Coccino deciſ. 166. num. primo apud Modern. de ma-
nuten.*

4 Et dicta teſtium coadiuuantur † pluribus at-
teſtationibus, & fidibus, nec non proceſſibus
fabricatis contra affictuarios Baronum, ac etiā
ex partitis actualis ſolutionis, quę ſimul iuncta
videtur exuberare in hoc iudicio ſummariſ-
5 ſimo, † quod leuiores probationes admittit
*Rot. coram ſan. mem. Gregor. XV. dec. 324. num. 5. de-
ciſ. 458. num. 7. dec. 323. num. 2. poſt 2. vol. conſil. Fa-
rin. dec. 80. numer. 7. poſt tract. de manut. & aliàs ſæ-
piſſimè.*

Non obſtat, quod non probentur ſolutio-
nes factæ à Leone aduerſario, quia nihilomi-
nus prædictæ probationes etiam cōtra ipſum
ſuffragantur quoad animalia expaſcentia in
diœceſi Roſſanen. cum ſatis ſit docere de
quaſi poſſeſſione vniuerſali D. Archiepiſcopi
6 exigendi † in ſua Diœceſi decimas, ab omni-
bus etiam Baronibus, & feudatarijs; quia in
hac materia non attenditur exercitium actus,
7 ſed cauſa, & † titulus vniuerſalis, influens in
omnes ſub eadem ſpecie comprehenſos iux-
ta doctrinam *Bald. in l. 1. num. 24. verſ. tu dic. Cod.
de mancipat. liber. Felin. in cap. auditis nu. 18. de præ-
ſcript. & in puncto Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 11.
num. 27. Moneta de decimis cap. 8. quæſt. 3. numer. 31.
Seraph. dec. 1047. numer. 1. & 2. Rot. coram ſan. me.
Greg. XV. dec. 449. nu. 2. Add. ad eumdem deciſ. 557.
num. 10. in fin.*

Vndè niſi Leo probet, ſe natum in loco vbi animalia depaſcuntur meritò deciſum fuit, contra ipſum dandam eſſe manutentionem Domino Archiepiſcopo eo tantum informante, ſed aduerſario citato per contradictas.

ROMANA VINEAE.

Ven. 24. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Cautio ſeu aſſecuratio iudicij non cadit ſuper ſtabilibus eo quod perire non poſſunt, ſed tantum ſuper fructibus ſeu alijs mobilibus, & quando à reo ſi præſtanda et quando etiam peti poſſit poſt cęptum iudicium? In deciſione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Cautio ſeu aſſecuratio iudicij locum non habet in ſtabilibus, quæ perire non poſſunt, ſed bene in fructibus, qui tanquam res mobiles, ſubtrahi poſſunt & n. 2.*

3 *Reus cogi poteſt ad præſtandam cautionem, vt fructus ponantur ſub ſequeſtro, quando adeſt timor dilapidationis, vel difficilis recuperationis ſtante illius inopia, ne iudicium reddatur eluſorium.*

4 *Et hæc opinio maxima nititur æquitate, vt fructus poſſint reſtitui ob victoriam obtinendam.*

5 *Inopia rei conuenti probatur ex ſententia in iudicatum tranſacta, in qua fuit admiſſus ad beneficium* cap. Odoardus de ſolut.

6 *Beneficium* cap. Odoardus *non conceditur niſi ſummè inopi.*

7 *Inopia rei conuenti non excluditur ex quo in ſententia certa quantitas annui redditus pro alimentis fuit à Iudice reſeruata.*

8 *Ratio eſt, nam ſuper ea nullam habet actor facultatem agendi pro recuperatione fructuum conſumptorum.*

9 *Poſſeſſio alicuius rei non probatur ex inſtrumento locationis abſque perceptione fructuum in præiudicium tertij.*

10 *Cautio ſeu aſſecuratio iudicij petenda eſt initio iudicij, & ante litem conteſtam.*

11 *Et ſi petita non fuit tunc cēſetur actorem agnouiſſe poſſeſſorem idoneum eſſe ſatisfactioni vnde ſibi imputare debet, ſi non petita cautione cæpit iudicium.*

12 *Limita non procedere ſi initio cœpti iudicij nullam actor habuit ſcientiam ſententiæ obtentæ in vim* cap. Odoardus *& ſic inopiæ rei, nam ex ſuperuenienti ſcientia poteſt quandocumque peti cautio.*

13 *Itē limita non procedere quoad fructus concurrente timore dilapidationis, quo caſu aſſecuratio peti poteſt etiam poſt ſententiam, quicquid ſit in aliis cautionibus reſpicientibus rem ipſam principaliter petitam, vel perſonam rei conuenti?*

Text. in auth. generaliter C. de Epiſcop. & Cleric.

Textus in l. 1. ff. qui ſatis dare cogant. in quibus terminis loquantur? *ibid.*

14 *Cautio ſeu aſſecuratio iudicii receſſit ab aula, & de conſuetudine reus non poteſt adſtringi ad aſſecurandum iudicium.*

15 *Declara conſuetudinem procedere in cautionibus, quas de iure actor præſtare tenebatur, ſecus verò quando agitur de aſſecuratione quoad fructus tunc enim tam de iure, quam ex conſuetudine locus eſt aſſecurationi.*

16 Item

16 *Item aſsecurationi ſemper locus eſt, quando ſubeſt*
iuſta cauſa nempe ſi poſseſsor non ſit ſoluendo, ac
adſit timor dilapidationis.
17 *In poſseſsore exiſtente non ſoluendo paria ſunt di-*
lapidare, et in proprios vſus fructus conuertere.

DECISIO CXXI.

IN gradu appellationis à ſententia lata ſu-
per immiſſione Perontii in poſſeſſionem
vineæ detentæ à Iuſto fuit hinc indè petita
cautio & aſſecuratio iudicij, & propoſito ho-
die dubio, An & quis teneatur cauere, dixe-
runt Domini, teneri Iuſtum.

Non quidem quo ad vineã, quia in ſtabili-
1 bus eo quod perire † nõ poſſunt nõ militat ra-
tio aſſecurationis iudicij, *Peregr. de fideic. ar. 40.*
num. 14. Rota deciſ. 168. num. 5. par. 5. recent. Vti-
2 que tamen quo ad fructus vineæ † quia tam-
quam res mobiles ſubtrahi poſſunt, vt benè
diſtinguit *Valaſch. conſult. 65. num. 9.*

Vnde ad conſulendum indemnitati actoris
& ne propter inopiam rei conuenti iudiciũ
reddatur eluſorium ſuadet equitas vt quando
3 adeſt timor dilapidationis, † vel difficilis recu-
perationis reus cogatur præſtare cautionem
vt fructus ponantur ſub ſequeſtro, *Io. Faber.*
in §. ſed hodie num. 9. Inſt. de ſatiſdation. Abb. in c. 2.
num. 16. verſ. ſed quandoque de ſequeſtration. poſseſ.
et fruct. Gayll. obſeruat. lib. 1. obſeru. 147. nu. 3. et 4.
& obſeru. 148. n. 7. Marant de praxi par. 6. n. 188.
tit. de appell. Affl. deciſ. 170. num. 3. verſ. quia illa
cautio, Rota deciſ. 136. ſub num. 3. deciſ. 326. nu. 2.
& 3. par. 2. recent. deciſ. 155. ſub num. 1. & 2. inter
impreſsas poſt Modern. de manut. & in Siracuſana
quartæ. 5. Iunij 1593. coram bon. mem. Gipſio, vbi
4 quod hæc opinio nititur maxima equitate, vt
fructus poſſint reſtitui ob victoriam obti-
nendam.

Et in caſu noſtro inopia Iuſti euidens viſa
fuit, quia alias per ſententiam in iudicatum
5 tranſactam † obtinuit admitti ad beneficium
capituli Odoardus de ſolutionibus quod non
6 niſi † ſummè inopi conceditur vt habetur,
in dicto cap. Odoardus & notat. ibi gloſ. verbo non
valentem Barboſ. num. 3. Marc. Ant. Genuenſ. in pra-
xi Archiep. Cur. Neapol. cap. 3. num. 18. Couar. var.
reſol. lib. 2. cap. 8. num. 9.

Nec inopiam excludit certa quantitas
7 annui redditus † quam Iudex in eadem ſen-
tentia Iuſto reſeruauit vt ſolet, quia cum illa
deſtinata fuerit pro neceſſarijs alimentis non
8 præſtat facultatem actori † recuperandi fru-
ctus vineæ controuerſæ quatenus à poſſeſſo-
re contrahantur, vt in fortioribus terminis
eſt *text. in l. ſciendum ff. qui ſatiſd. cog. vbi Iaſ. nu. 3.*
Suarez l. 1. tit. de los emplazamentos in princ. n. 27.
pag. 741. Valaſch. conſult. 66. num. 18. & ſeqq. & in
ſpecie *Couarr. reſol. lib. 2. cap. 1. num. 9. Carol. de*
Graſs. de effect. cleric. effect. 7. nu. 67. & 68. prout
nec releuat poſſeſſio alterius domus quia ad
eam probandam exhibetur ſolum locatio
9 † abſque perceptione penſionis, quæ locato-
ris poſſeſſionem contra tertium non probat,
cap. inter dilectos circa fin. de fid. inſtrum. Menoch. de
retinen. remed. 3. num. 571. & conſ. 1242. numer. 5.
Giouagn. conſ. 8. num. 131. et ſeqq. lib. 1. Seraph. de-
ciſ. 2. num. 2. deciſ. 896. num. 2. Coccin. deciſ. 266. n. 2.
10 Non oſtat, quod huiuſmodi cautio † non
fuerit petita initio iudicij & ante litem con-
teſtatam vt requiri *tradit Saluſt. Tiber. in prax.*
A. C. lib. 2. cap. 23. num. 12. in fin. ea ratione quia
11 actor tacendo † videtur agnouiſſe poſſeſſorem
idoneum eſſe ſatisfactioni, & aliàs imputare
ſibi debet ſi non petita cautione cœpit iudi-
cium cum eo qui non erat ſoluendo, *Arg. in*
l. ſi ab arbitro per illum text. ff. quia ſatiſd. cog. Hen-
rig. de fideiuſſ. cap. 5. num. 44. Marta voto 100. nu. 9.

Nam ceſſat obiectum tum quia non pro-
12 batur quod tempore cœpti iudicij † actor
habuerit certam & ſpecificam ſcientiam ſen-
tentiæ exaduerſo obtentæ in vim cap. Odoar-
dus, quo caſu ex ſuperuenienti ſcientia poteſt
quandocumque peti cautio, *Iaſ. in dicta l. ſi ab*
arbitro num. 5. ff. qui ſatiſd. cog. Soccin. ibid. n. 6. & 17
Paris conſ. 99. num. 26. lib. 3. Menoch. de arbitrar. ca-
ſu 87 num. 17. Valtaſch. conſult. 66. num. 33.

Tùm etiam quia condemnatio pro fructi-
bus fuit modo, & non prius obtenta, ideoque
cautio petita videtur cũ primum timeri po-
tuit de conſumptione & per ſententiam con-
ſtitit de bono iure actoris, vnde quicquid ſit
13 † in alijs cautionibus reſpicientibus rem ip-
ſam principaliter petitam, vel expenſas, vel
perſonam rei conuenti, in quibus militare
poteſt negligentia aliqua actoris in petendo,
& de quibus loquitur *text. in Auth. generaliter,*
Cod. Epiſc. & Cler. l. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. quo ad
fructus concurrente timore dilapidationis aſ-
ſecuratio peti poteſt etiam poſt ſententiam
vt ad litteram eſt *textus in l. Imperatores §. ijdem*
reſcripſerunt de appellat. & in cap. fin. de ſequeſtr.
poſſeſſ. & fruct. quem deſumptum eſſe ex dicta l. Im-
peratores, notat ibi gloſ. verbo ſi diſſidetur l. ſi cum
dotem §. ſin autem ff. ſolut. matr. l. Senatus Conſultò
ff. de offic. Præſid. l. Lancell. de attent. lite pendente c. 4.
lim. 9. num. 1. & de aſſecuratione poſt ſententiã
loquitur *Rota dicta deciſ. 326. num. 2. par. 2. recent.*
& in dicta Siracuſana quartæ coram Gipſio.

Non obſtat quod aſſecurationes iudicij re-
14 ceſſerint ab aula & de conſuetudine reus nõ
poſſit adſtringi ad aſſecurandum *ex allegatis in*
dicta deciſ. 326. num. 4. præter quod iſtam con-
15 ſuetudinem procedere † in cautionibus quas
de iure præſtare tenebatur actor *not. gloſ. in §.*
ſed hodie verbo nullam in fine Inſtitut. de ſatiſdat. ex
ſupra allegatis deciſionibus conſtat tã de Iure
quam de conſuetudine eſſe locum aſſecura-
tioni fructuum, quando ſubeſt iuſta cauſa
quia nempe poſſeſſor non ſit ſoluendo non
ſecus ac ſi adeſſet timor dilapidationis, quia
in poſſeſſore exiſtente non ſoluendo paria ſũt
dilapidare & in proprios vſus conuertere, *Ro-*
ta in dicta Siracuſana quartæ, coram bon. memor.
Gypſio.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMA-

ROMANA CONCORDIAE.

Lunæ 27. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac deciſione de adimplemento liberationis promiſſæ. Oblatio verbalis, creditore recipere recuſante, operatur effectum veræ ſatisfactionis.

SVMMARIVM.

1 *Liberatio alicuius rei promiſſa, ſequuta dicitur eo ipſo quod interceſſit renunciatio Iurium illius, qui ſuper dicta re prætenſionem habebat.*

2 *Amplia quamuis renunciatio contineat clauſulam præſeruatiuam, quia intelligenda eſt de alÿs Iuribus competentibus renuncianti, præter expreſsè renunciata.*

3 *Euictio rei ſequuta non dicitur, niſi concurrat amiſſio dominÿ, vel poſſeſſionis.*

4 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem datur hæredi ex capite probabilis ignorantiæ.*

5 *Aſſignatio rei ſi detegitur defectuoſa ſupplenda eſt.*

6 *Præſertim quando concurrit voluntas contrahentium tunc enim ſemper intrat ſuppletio ratæ deficientis.*

7 *Et ſupplenda eſt nedum ſors, ſed etiam illius fructus loco damnorum, & intereſſe.*

8 *Accollans in ſe onus ſoluendi debita alicuius, quatenus ad ea adſtringatur, vel ſubſtinendi litem, ſequutis ſententÿs fauore creditorum ſtatim commiſſa dicitur ſtipulatio.*

9 *Cenſus ſi fuit aſſignatus liber, non dicitur talis ſi detegitur oneri multiplici obnoxius, nam multiplicum repugnat libertati, & exemptioni cenſus.*

10 *Liberatio alicuius rei promiſſa à creditorum moleſtÿs ex quibus adimpleta dicatur à promiſſore? & num. 11.*

12 *Oblatio etiam verbalis, creditore recuſante recipere operatur effectum veræ ſatisfactionis.*

13 *Venditor durum eſt, quod retineat rem, & pretium.*

DECISIO CXXII.

DOMINI de Caietanis, vt ſatisfacerent eorum obligationi erga D. Fabium à Cornea, & Dominam Magdalenam coniuges de liberando cenſum Dominorum de Peruſchis dictis coniugibus aſſignatum ab omni iure, quod deſuper haberet Petrus Rapacciolus, obtinuerunt à D. Carolo alijſque Petri filijs puram ſimplicemque liberationem, ac renunciationem ampliſſimis verbis conceptam omnibus juribus quomodocumque cõpetentibus, & quæ competere poſſent, idque ad effectum de quo agebatur in deciſione huius cauſæ edita 9. Maij 1642. coram me, hoc eſt vt Caietani dictæ obligationi ſatisfeciſſe dicerentur, prout verè ſatisfactum fuit, cum
1 liberatio cenſus † vberrimè ſequatur ex renũciatione eorum, qui iura ſuper illo prætendere potuiſſent, *l. ſicut §. ſed ſi permiſerit ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolut. l. creditricem Cod. remiſſ. pign. Berou. conſ. 57. nu. 36. lib. 3. Neguzant. d. pign. 3. mem. 6. part. num. 20. & 22. Mantic. de tacitis lib. 11. tit. 31. nu. 36. & 64.*

Nec facit, quod in dicta renunciatione adſit clauſula præſeruatiua, ibi, *ſenz' alteratione, & innouatione di quanto è ſeguito fin hora nel reſto, mà rimanendo il tutto fermo, & inuiolabile*, quia cum in corpore habeamus explicatam renunciationem, & liberationem à iuribus, quæ potuiſſent obſtare Domino Fabio, vel efficere, quod Domini de Caietanis non adimpleuiſſent obligationem deliberando, prout iuxtà formam dictæ deciſionis coram me teneri
2 declaratum fuerat, † ea præſeruatiua intelligenda eſt de alijs iuribus competentibus renuncianti contra Caietanos, non ſuper cenſu, ſed ſuper alijs præter expreſsè renunciata, *Oldrad. conſ. 330. in fin. Pariſ. conſ. 70. num. 12. lib. 1. Gabr. conſ. 151. num. 30. lib. 1. conſ. 183. nu. 21. lib. 2. Honded. conſ. 86. num. 47. lib. 2. Gratian. diſcept. 867. num. 19.*

Ideò Rota recedendo à dicta deciſione cenſuit non remanere aliquid implendum per Caietanos circa huiuſmodi liberationem cenſus de Peruſchis. Nec obſtat, quod hodie liberatio facta à Rapacciolis ſit inutilis, eo quod iam ab eorum manibus cenſum euicerunt creditores Proſperi. Licet enim hoc fuerit ſuppoſitum *in deciſ. 601. par. 5. recent.* non tamen iuſtificatur, quod Rapaccioli alioquin
3 amiſerint cenſus dominium, † aut poſſeſſionem, quorum aut alterius eorum amiſſio probanda eſſet, vt conſtaret de euictione, *l. Emptorem § idem Eratius l. datio in princip. ff. act. empt. Bart. in l. 3. num. 1. ff. eod. Berou. conſ. 158. numer. 34. lib. 1. Cephal. conſ. 168. n. 5. Buratt. dec. 240. num. 10 & ſeqq.*

Minùs obſtat, quod ob moram Caietanorum in obtinenda à Rapacciolis dicta liberatione, deteriora reddita fuerint iura cenſus, eo quod per lapſum 30. annorum fuit præſcriptus regreſſus ad fructus Caſalis Capicottæ, quem Proſper quando pro fructibus huius cenſus immiſſionem obtinuit in poſſeſſionem quarumdam domorum, ſibi reſeruauerat in caſum, quod eædem domus euincerentur, prout fuerunt euictæ. Nam iura Rapaccioli non impediebant, quo minus Fabius, qui ſemper cenſum poſſedit vti poſſet præfato regreſſu ad fructus Caſalis, & proinde ſibi imputet, ſi vſus non fuit. Vel in omnem euentum cum Proſper deceſſerit ante completam præſcriptionem, ea adhuc euitari poteſt mediante reſtitutione in integrum, † quæ datur
4 hæredibus ex capite probabilis ignorantiæ, *Rot. deciſ. 257. n. 2. & 3. deciſ. 259. n. 6. poſt tract. Pacif. de Salu. Interd.*

Quia tamen informantes pro Dominis coniugibus à Cornea alia plura deducebant, in quibus implementum Dominorum de Caietanis deſiderabatur, ſingulis reſpondendo fuit deciſum Caietanos teneri. Primò ſupplere in dicto cenſu de Peruſchis ſcu. 430. ſiquidem aſſignarunt cenſum pro ſcutis 3700. & hodie detectum fuit non excedere ſcut. 3270. & ſic deſunt dicta ſcuta 430. † quę dubium non eſt,

quin

5 quin veniant ſupplenda, *iuxt.text.in l.ſi quis fundum l.ſi venditor, l.ſi duorum ff.act.empt. l.qui fundum §.qui agrum ff.contrah.empt. Corn.conſ.59.n.1. lib.4.Ciriac.controu.59.num.7.& ſeqq.* Neque hic applicatur diſtinctio inter aſſignationem factã ad corpus, vel ad menſuram, quia cenſus fuit aſſignatus in ſolutum pro certa quãtitate ſcutorum 3700. in computum ſcutorum 29700. & niſi integer præſtetur defectiua eſſet ſolutio ſcutor. 29700. quæ partes integrè ſolui voluerunt, ſtante enim voluntate partium ſemper
6 intrat † ſuppletio ratæ deficientis, *Caſtr. in l.ſi ſeruum §.ſi modus ſub num. 2. ff.act.empt. Cagnol.in l.2.num.186. Cod.reſcind.vend. Laderch.conſil.130. ſub num.2. Gabr.conſ.64. num.6.& 20. lib.2.Surd. deciſ.64.num.28.*

Sicuti enim ſupplenda eſt ſors cenſus, † ità
7 & fructus, cum enim ob defectum ſortis Fabius ſit in damno, etiam quoad fructus, quos pro rata deficienti percepiſſet, ſi cenſus fuiſſet quantitatis conuentæ, illos propterea Caietani ſoluere debent loco damnorum, & intereſſe *Rota coram bon.mem.Canal.deciſ.210.num.1. deciſ.449. num.14. coram Reuerendiſſimo Vrgellen. & in Bononien.Cenſus 1.Februarij 1627. coram bo. mem.Pirouano.*

Secundò tenentur Caietani liberare tàm dictum cenſum de Peruſchis, quam alium debitum à Dominis de Vrſinis, quem pariter aſſignarunt Fabio pro ſcu.12000. à moleſtijs illatis per creditores Proſperi, qui obtinuerunt plura mandata executiua, cum hoc diſertis verbis Caietani promiſerint in tranſactione inita cum Fabio, in qua licet declarauerint ſe nolle teneri ad debita Proſperi, niſi quatenus ad illa obligati ſint, nihilomi-
8 nus accollarunt in ſe onus, † vel illa ſoluendi ſi ad id adſtricti fuerint, vel ſuſtinendi litem contra eoſdem creditores, itaut partitæ aſſignatę Fabio, & coniugi in ſumma ſcutorum 29700. *reſtino eſenti da ogni, e qualumque peſo, e grauezza di debiti laſciati da detto Proſpero,* & commiſſa fuit huiuſmodi ſtipulatio propter ſententias, & mandata relaxata ad fauorem creditorum Proſperi, *l.qui rem l.qui non iniuria, l.ſi ſtatus l.empti actio Cod.euict. l.vtique ff.rei vind. gloſſ.in l.& qui natura, §.qui me abſente verb. committat ff.neg.geſt.Peregr.conſ.93.n.5.lib.5.Rot.coram ſa.me.Greg.XV.deciſ.25.nu.1.*

Tertiò liberare debent eumdem cenſum ſcutorum 12000. debitum ab Vrſinis ab one-
9 re multiplici, † quia multiplicum repugnat libertati, & exceptioni cenſus, vt ſupra promiſſæ, *Oldrad.conſ.234.num.2.Surd.conſ.143.num.24. & deciſ.253.num.8.in fin. Oſaſch.deciſ.24.numer.6.* Gratis verò petitur quod idem cenſus de Vrſinis liberetur à vinculo euictionis, quia Caietanos ad id non teneri fuit deciſum ſub die 27.Februarij 1640.coram Reuerendiſs.D.meo Patriarcha Conſtantinopolitano.

Cæterum his omnibus adimplendis Caietani ſe paratos obtulerũt ex pretio ipſius Caſtri Gurgæ eis reſtituendi, & adhuc à Fabio retenti, vt nempè quoad ſummam deficientem in cenſu de Peruſchis vna cum fructibus decurſis, Fabio ſoluantur totidem pecuniæ inueſtitæ in locis montium.

Quoad ſummam pro qua relaxata fuerunt mandata ad inſtantiam creditorum Proſperi, coſentiunt Caietani, quod Rota eiſdem creditoribus ſatisfieri mandet ex locis montium emendis cum dicto pretio Rocchę Gurgę, quæ creditores recipere tenentur vigore chirographi Sanctiſſimi, itaut eadem loca montium ſtent hypothecata ad fauorem Fabij, cui ſic redditur ſecuritas promiſſa † à creditorum
10 moleſtijs, quatenus illi loca montium recipere recuſent, *gloſſ.in l.ſi pater 2.verb.liberentur, C.collat, Bald.ibid.num.3. in fin.& num.4.& in l.ex his pradijs num.4.in fin.verſ.vnde ſi bona Cod.euict. Salic.in l.2.ſub num.3. verſ.ſed pone quod Cod.ſent. quæ ſin.cert.quantit. Alex.conſ.65. ſub num.5.lib.5. Peregr.conſ.93.num.8.in fin.lib.5.Ciriac.contr.372. num.63. Gratian.deciſ.Marchiæ 54. nu.30.* vel cre-
11 dita † non eſſent liquida, ac pura *Peregr. dicto conſ.93.nu.6.Ciriac.contr.373. num.25.facit text.in l.ſi poſt Cod euict. Rot.coram ſan.mem. Greg.XV.deciſ.295.num.1.*

Cenſus ſcutorum 12000.DD.de Vrſinis retrocedatur Caietanis, qui è conuersò eandem ſummam ſoluent Fabio ex dicto precio in locis montium inueſtito, & quę nullum aliud habent vinculum, quam euictionis, quod Fabius effugere non poteſt *iuxtà dictam deciſionem coram Domino meo Conſtantinopolitano*. Et vlterius quia exaduerſo exhibetur quędam deliberatio fructuum cenſus de Peruſchis pro ratà ſcutorum 200. ſoluantur Fabio alia ſcu. 200. in montibus inueſtita, ſe aduertendo, quod gratis dicitur dictum pretium ex vltimo chirographo Sanctiſſimi, dum Caſtrum venditum fuit D.Marchioni Ginetto, ſubiectum fuiſſe nouis vinculis, cum imò ſolum ſubiaceat oneri euictionis ad fauorem emptoris, & idem cenſus de Vrſinis erat ſubiectus ſimili vinculo, cui Fabiũ acquieſcere debere fuit, *vt ſupra deciſum coram D.meo Conſtantinopolitano*, nec obſtat quod cenſus, ſtet pro euictione Caſtri Normę, dictum vero precium pro euictione Caſtri Rocchæ Gurgę, quia enim vtrumque Caſtrum prouenit à Proſpero idem eſt vtriuſque periculum.

Ex quibus dixerũt Domini Caietanos adimpleuiſſe omnia promiſſa, ſiue Domini coniuges à Cornea oblata acceptent, † ſiue non
12 quia etiam oblatio verbalis creditore recuſante recipere operatur effectum veræ ſatisfactionis, *l.ſi fundus ff.reſcind.vend. l.reſiduum Cod. pign. Alex.in l.ſi mora in 5. fall. ff.ſolut.matr. Ruin. conſ.113.num.1.lib.1. Berou.conſ.196.num.3.lib.1. Cephal.conſ.207.num.6. Surd.conſ.331. nu.39.Capic.deciſ.19.num.2.* & durum videtur, quod di-
13 cti coniuges retinere velint rem, & pretium contra æquitatem *l.curabit ff.act.empt.*

Non obſtant, quæ allegantur de ære alieno Proſperi ſoluto à Fabio, quia ſunt alterius indaginis, & in tranſactione fuit ſpecialiter conuentum, quod poſtea fiat bilancium, & arbitrorum ad id electorum iudicio definiantur.

Et ità deciſum vtraque parte iterum atque iterum acerrimè informante.

ROMANA EXPENSARVM.

Mercurij 29. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Expenſæ litis debitæ ratione victoriæ peti non poſſunt, niſi in ea quantitate, quas verè victor fecit, nec ſub ſimplici condemnatione ad expenſas ratione victoriæ habenda eſt ratio damnorum, quæ victor paſſus fuiſſet. Et quæ nam requirantur, vt victori etiam damna debeantur?

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur ab exceſſiua taxatione expenſarum.*

2 *Expenſæ litis vbi debentur ratione victoriæ peti nequeunt à victore, niſi in ea quantitate, quas verè erogauit.*

3 *Itaut neque habenda ſit ratio damnorum, quæ victor paſſus fuiſſet, quando agitur de ſimplici condemnatione ad expenſas ratione victoriæ.*

4 *Quicquid dicendum ſit de damnis circa perſonam.*

5 *Damna etiam in caſibus, quibus reficienda ſunt probari debent.*

6 *Damna vt victori debeantur probari debet, quod ipſe ob pecunias in actis iudiciarijs erogatas acceperit ſub vſuris, & aliunde parare non potuit.*

7 *Item probari debet, quod ob moram victi in reficiendo pecunias expenſas victor non potuit extinguere proprium æs alienum ſub vſuris debitum, aut quod amiſerit certam occaſionem lucrandi.*

8 *Damnum emergens ſiue lucrum ceſſans, vt debeatur concurrere debent requiſita,* Pauli de Caſtr. in l.3.§.vltim.ff.de eo quod cert. loc. *nec ſufficit mora debitoris in ſoluendo.*

9 *Vſura eſt, quicquid vltra verè impenſum à victore in actis iudiciarijs exigitur.*

10 *Condemnatio in expenſis intelligitur de iuſtis, & moderatis.*

11 *Expenſæ victoriæ debentur officio Iudicis.*

12 *Sententia iniuſta numquam tranſit in iudicatum.*

13 *Acceptatio exceſſiua taxationis expenſarum, vt inducta dicatur requiritur, quod acceptans habuerit ſpecificam ſcientiam exceſſus, alias enim ſemper credere potuit tantum fuiſſe ab actore expenſum.*

14 *Clauſula ſine præiudicio excludit conſenſum, ac præſeruat Iura impugnandi, ac alia quæcumque competentia deducendi.*

DECISIO CXXIII.

DOMINI de Taurinis condemnati ad refectionem expenſarum litis in qua ſuccubuerant, ac earum liſta de more compoſita quamuis apparerent à victore expēſa tantum ſcut. 132.& bai. 33. monetæ, nihilominùs emanauit decretum pro ducatis 133. auri de Camera; A quo propterea interpoſita appella-
1 tione † vt poteſt ab exceſſiua taxatione expēſarum, *l. ab executione, vbi notant omnes Cod. quor. appellat. non recip. Iaſ. in l. properandum §. ſin autem alterutra ſub num. 25. Cod. Iudic. Bald. conſ. 119. n. 6. verſ. niſi lib. 2. Roman. conſ. 357. in fin. verſ. illud autem.*

Dubitaui ad quam ſummam ſint taxandæ expenſæ, & reſolutum fuit eſſe reducendas ad ſcuta 132. bai. 33. monetæ, nam totidem victor expendit, nec vbi expenſæ debentur ratione
2 victoriæ † peti poſſunt, niſi quas verè victor fecit, vt per *Aſin. in prax. §. 32. cap. 6. ſub num. 1.* ibi, *quas expenſas fecerit ex text. in auth. poſt ius iurandum Cod. Iudic.* itaut neque habenda ſit ratio
3 damnorum † quæ victor paſſus fuiſſet, quando agitur de ſimplici condemnatione ad expenſas ratione victoriæ, quicquid dicendum
4 ſit de damnis circa perſonam, *Iaſ. in l. properandum §. ſin autem alterutra num. 13. verſ. ſed nota diligenter Cod. iudic. Aſin. in prax. §. 32. cap. 3. num. 13. Gratian. diſcept. 833. num. 26. Surd. deciſ. 261. num. 1. & ſeqq.*

Eo minus in caſu noſtro, quo de damnis non conſtat, prout conſtare debet † etiam in
5 caſibus, quibus reficienda ſunt, *Bart. conſ. 168. numer. 1. lib. 1. Grat. conſ. 10. numer. 7. & 12 lib. 2. Riminald. Iun. conſ. 815. nu. 18. Gratian. diſcept. 67. num. 21. diſcept. 772. num. 21. Maſtrill. deciſ. 60. nu. 4. & ſeqq.* Non enim probatum fuit, quod ob pecunias in actis iudiciarijs erogatas † victor
6 acceperit ſub vſuris, & aliundè parare non potuerit, vt requiritur *Bald. in l. etiam ſub nu. 5. in fin. verſ. & modo dubitatur Cod. execut. rei iudic. Lup. in cap. per veſtras not. 6. §. 6. infertur col. penult. verſ. prædicta tamen intellige de donat. inter vir. & vxor. cum alijs allegat. per Grat. diſcept. 67. nu. 17. & ſeqq. diſcept. 829. num. 7. & 10.*

Siue quod ob moram victi in reficiendo pecunias expenſas victor † non potuerit ex-
7 tinguere proprium æs alienum debitum ſub vſuris, aut quod amiſerit certam occaſionem lucrandi, & vno verbo requiſita *Paul. de Caſtr. in l. 3. §. vltim. ff. de eo quod cert. loc.* ſine quibus nō
8 ſufficit mora debitoris † in ſoluendo, vt damnum emergens ſiue lucrum ceſſans debeatur, *Lup. Meno. & alij relati per Gratian. diſcept. 829. num. 12.*

Adeò quod tam ex eo, quod ſententia condemnat ſolum ad expenſas ratione victoriæ, quàm ob defectum probationum requiſitarum non rectè taxatæ fuerint in ducatis auri 132. dum fuerunt expenſa ſcuta monetæ,
9 vltra quæ † quicquid additur vſura eſt, *iuxta text. in cap. ſalubriter de vſur. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 1. num. 3. verſ. 6. hinc etiam, Honded. conſil. 36. num. 3. & 32. lib. 2. Rot. deciſ. 130. nu. 1. par. 5. recent.*
10 Et condemnatio in expenſis † intelligitur de iuſtis, & moderatis, *Iaſ. in l. ſed etſi quis §. quæſitum num. 37. ff. ſi quis cantion. Alex. conſ. 76. nu. 17. lib. 4. Aſin. in prax. §. 32. cap. 3. num. 3. & ſeqq.* præ-
11 ſertim quia † expenſæ ratione victoriæ debētur officio Iudicis *Aſin. d. §. 32. cap. 3. n. 3.*

Stante autem notoria iniuſtitia, & exceſſu decreti taxationis expenſarum non obſtat lapſus longi temporis, † quia ſententia iniuſta
13 numquam in iudicatum tranſit *Guid. Pap. deciſ. 215. ſub num. 9. verſ. an ſententia, & deciſ. 368. numer. 1. Put. deciſ. 407. lib. 1. Ceſ. de Graſſ. deciſ. 10. numer. 12. & ſeqq. de re Iud. Rot. coram ſau. memor.*

Gre-

Gregor. XV. deciſ. 1. & ibi adden. nu. 7. deciſ. 264. numer. 4.

Minus obſtat, quod Taurini videantur de-
cretum acceptaſſe, eo quod ſummam ibi con-
tentam conſenſerunt poni ad creditum Zec-
chadori in calculo Martelli, tum quia ad hunc
effectum probandum vltrò eſſet, quod habué-
13 rit certam, & ſpecificam ſcientiam † exceſ-
ſus dicti decreti, cum alias credere potuerint
tantum fuiſſe re vera ab actore expenſum,
Natt. conſ. 162. num. 33. Decian. conſ. 5. nu. 26. libr. 5. Alex. conſ. 114. nu. 4. lib. 1. Rot. deciſ. 280. n. 9. part. 1. recent.

Tum etiam quia dicta partita fuit appoſita
in calculo cum clauſula *ſine præiudicio*, † quæ
14 excludit conſenſum, quatenus præiudicium
afferat, & præſeruat iura impugnandi, ac alia
quæcumque competentia *Sarnen. in reg. de Iure quæſit. quæſt. 1. nu. 41. Caputaqu. deciſ. 119. par. 1. Put. deciſ. 115. num. 1. lib. 2. Rot. deciſ. 409. num. 3. part. 1. recent.*

Et ita deciſum vtraque &c.

SIGNINA SALVIANI.

Lunæ 4. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio alicuius prædij, quod fuerit acquiſita in totum, & non in parte ex quibus probetur? Cenſus non dicitur extinctus per liberationem fundi cenſiti limitate quoad vnum debitorem cum expreſſa reſeruatio ne Iuriũ, quoad alios obligatos, & late in hac deciſione diſcutitur materia remiſſionis hypotecæ.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur per teſtes deponentes nedum in genere, ſed in ſpecie ſuper cultura, & fructuum perceptione.*

2 *Poſſeſſio totius prædij probatur à teſtibus ſpecificantibus locum, in quo prædium ſitum eſt, menſuram, & confinia.*

3 *Indeffinita in teſtibus, reſtricta ad certum locum æquipollent vniuerſali.*

4 Surd. deciſ. 263. num. 11. declaratur.

5 *Teſtes indeffinite deponentes ſuper poſſeſſione alicuius prædij intelligi debent de poſſeſſione totius prædij.*

6 *Poſſeſſio Iure familiaritatis præſumitur inter conſanguineos inſimul cohabitantes, non autem extraneos.*

7 *Poſſeſſio debitoris in Iudicio Saluiani ſat eſt, quod probata remaneat tempore contracta hypoteca, vel poſtea.*

8 *à Poſſeſſione de præterito non infertur in futurum, quando concurrit probatio, vel aliqua conſiderabilis coniectura in contrarium.*

9 *Confeſſio heredis debitoris non probat in præiudicium creditorum eiuſdem debitoris.*

10 *Confeſſio adminiculata debitoris nocet creditori.*

11 *Fallit, quando concurrit nedum præſumptio, ſed probatio in contrarium, quæ confeſſionem deſtruit.*

12 *Præſumptio vna aliam tollit, & offuſcat.*

13 *Poſſeſſio totius prædij ſi fuit probata per teſtes, talis probatio non infringitur ex enunciatiua Inſtrumenti de poſſeſſione partis, nam alia pars potuit curſu temporis à poſſeſſore acquiri.*

14 *Dominium de preſenti, ſeù de futuro non dicitur probatum ex dominio de præterito ad effectum retardandi immiſſionem in Saluiano.*

15 *Identitas probanda eſt ex aliqua ſpeciali demonſtratione.*

16 *Dominia, & confinia ex interuallo mutantur.*

17 *Exceſſus ſentetiæ non præſumitur, ſed plene & concludenter probandus eſt.*

18 *Præſertim ſi de tali exceſſu numquam fuit oppoſitum durante lite ſpatio plurium annorum.*

19 *Cenſus remanet extinctus per liberationem fundi cenſiti ſimplicem, & abſolutam, ſecus vero ſi fuit concepta limitate, quoad vnum debitorem cum expreſſa reſeruatione Iurium quoad alios obligatos.*

20 *Hypoteca cenſetur remiſſa quoad omnes obligatos ſi fuit à creditore ſimpliciter, & abſolute conſenſus præſtitus, ſecus vero ſi emanauit contemplatione certæ perſonæ.*

21 *Nulla habita differentia inter conſenſum maſculi, & fæminæ.*

22 *Et hanc diſtinctionem ſequitur Neguſan. recedens ſolum ab opinione ſaliceti circa diſtinctionem inter maſculum, & fæminam in caſu, quo fæmina Iuri hypotecæ generaliter renunciauit.*

23 *Et hæc opinio eſt verior, & magis tuta.*

24 *Hypoteca dotalis per conſenſum fauore vnius, quod non cenſeatur remiſſa quoad alios, ſpeciale eſt in fæmina.*

25 *Et idem Iudicium eſt maſculi, & fæminæ, quando maſculus limitatè conſenſit cum reſeruatione hypotecæ quoad alios.*

26 *Actus voluntarij non extenduntur vltra voluntatem agentis.*

27 *Cenſus per liberationem fundi cenſiti quoad vnum cum reſeruatione Iurium quoad alios non dicitur, quoad illos extinctus.*

28 *Verba,* in niun conto, *liberationem non inducunt.*

29 *Exceptio debet intelligi in eiſdem terminis, in quibus loquitur regula.*

30 *Fundus cenſitus per liberationem limitatam reſpectu vnius adhuc remanet obnoxius quoad alios coobligatos; quicquid ſecus dicendum eſſet ſi ſimpliciter fuiſſent præſeruata Iura crediti cenſus.*

31 *Vel ſi Princeps transferendo hypotecas de fundo ad fundum mandaſſet, quod recuſantibus creditoribus recipere ſortem, fructus amplius non concurrerent.*

32 *Cenſus ab initio impoſitus ſuper fundo alieno de cõſenſu Domini, ſubſiſtit etiam infuturum non obſtante illius liberatione quoad certum effectum.*

33 *Diſdicta cenſus non effectuata per actum retroſimilem non eſt attendenda.*

34 *Nec ſufficit effectuatio diſdictæ quoad partem ad effectum, vt pareat extinctionem totius cenſus, vbi partes totum extinguere voluerunt.*

DECISIO CXXIV.

OBTINVIT Caſandra de Vindictis tanquam creditrix q. Sulpitij Papij immiſſio-

ſionem ex vtili Saluiano interdicto in poſſeſſionem quorumdam bonorum olim à Sulpitio, nunc à Lauris poſſeſſorum, & nominatim petij Terræ in Vocabolo il Pantanello per ſententiam latam à R.P.D. meo Carillo Iudice deputato ab A.C. quam hodie in gradu appellationis Rota confirmandam cenſuit ex rationibus benè deductis in pluribus deciſionibus coram D. meo Carillo.

Et quoniam in hodierna propoſitione informantes pro Lauris negabant mordicus poſſeſſionem Sulpitij in toto petio Terræ del Pantanello, ad quod conceſſa fuit immiſſio, & cenſum pro cuius fructibus agitur pretendebant extinctum, ideò ſtrictè ad vtrumque reſpondendo dictum fuit primum probari
1 per duos teſtes conteſtes deponentes, † nedùm genericè quod Sulpitius poſſedit ab anno 1596. vſque ad mortem, ſecutam de anno 1603. ſed in ſpecie, quod terras coliſecit, & fructus percepit, quæ ſunt argumenta veræ poſſeſſionis *l. titia ff. ſolut. mat. l. 2. Cod. acq. poſſeſſ. Bald. in l. indicia num.6. Cod. rei vendic. Pariſ. conſ.5. num.21. lib.4. Hond. conſ. 20. num. 10. & 11. lib.1. Rimin. Iun. conſ. 226. num.9.*
2 Cumque teſtes ſpecificent locum, † in quo terrenum poſitum eſt, illiuſque menſuram, & confinia probãt poſſeſſionem totius terre-
3 ni, quia in teſtibus indefinita † reſtricta ad certum locum æquipollet vniuerſali *Socc. in l. ſi quis totum nu.4. ff. excep. rei iud. Aret. conſ. 103 nu.3. verſ. circa ſecundum Dec. conſ. 146. ſub n. 13. verſ. 2. hoc deducitur Caſ. de Graſſ. deciſ. 8. num.4. de cauſ. poſſeſſ. & prop. Rot. deciſ. 430. nu. 28. & 29 par. 5. recent. & in Nucerina Prædij 29. Maij 1622*
4 *coram Nauarro* quicquid ſit regulariter † in quibus terminis loquuntur *Surd. deciſ. 263. nu. 11. & alij exaduerſo allegati*; eo magis quia teſtes interrogati an ſcirent, quod Sulpitius poſſedit cõmuniter cum Ambroſio eius affini, reſpõderunt neſcire talem communionem; ab hac enim interrogatione ordinata ad limitandam poſſeſſionem Sulpitij declaratur, quod teſtes
5 dùm poſitiuè, & certitudinalitèr † depoſuerunt de poſſeſſione Sulpitij intellexerunt de toto terreno *iuxta theoricam Fælin. in cap. audiditis ſub num. 24. circa fin. verſ. quod autem dictum de præſcript. Alex. conſ. 88. num. 26. lib. 5. Dec. conſ. 100. ſub num. 10. verſ. ſed ad hoc Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 194. num. 2. & 3.*

Nec huiuſmodi poſſeſſio pro rata terreni, quæ exaduerſo dicitur pertinere ad Portiam Ambroſij vxorem præſumi poteſt iure familiaritatis, quia vltra quod negatur
6 aſſerta pertinentia, ea præſumptio cadit † quidem inter conſanguineos cohabitantes non tamen inter extraneos, qui ſemper ſeparatim habitarunt prout Sulpitius, & Portia *Alex. conſ. 6. nn. 15. ad med. verſ. ſed nos non ſumus lib. 3. Ruin. conſ. 44. num. 10. verſ. nec obſtare lib. 4. Grat. diſcep. 450. num. 35. & ſeqq. Rot. in Ariminen. bonorum 4. Iunij 1635. coram Eminentiſsimum Domino Cardinali Hieronymo Veroſpio.*

Non obſtat, quod in loco del Pantanello de anno 1558. tutrix Portiæ, & Hieronymæ emerit rubra duodecim terreni, & de anno 1566. dicti terreni rubra ſeptem dederit in dotem eiſdem filiabus, nempè rubra tria cum dimidio Ambroſio viro Portiæ, ac totidem Sulpitio viro Hieronymo, quia portio Hieronymæ, ad quam reſtituendam ſoluto matrimonio per obitum Sulpitij eius hæredes tenebantur detracta fuit in ſententia. Quo verò ad aliam portionem Ambroſij reſponſum fuit immiſſionem fuiſſe conceſſam ad terras poſſeſſas à Sulpitio, cuius poſſeſſionem
7 in hoc Iudicio ſatis eſt † probaſſe de tempore contractæ hipotecæ, vel poſtea *Bart. in l. 1. n. 3. ff. de ſal. interd. Alex. conſ. 185. num. 4. lib. 6. Roland. conſ. 14. num. 6. lib. 1. Rot. deciſ. 294. num. 3. part. 1. recent.* prout in toto terreno del Pantanello probauit Caſandra per teſtes per quos excluditur quatenus opus ſit præſumptio continuationis poſſeſſionis penes illos, qui de anno 1566. poſſidebant, quia à poſſeſſione de præ-
8 terito non infertur in futurum, quando datur probatio, imo & conſiderabilis aliqua coniectura in contrarium. *Ripi. in l. rem quæ à nobis num. 59. ff. acq. poſſeſſ. Menoc. præſump. 63. num. 196. & præſump. 64. num. 45. lib. 6. Rot. deciſ. 100. nn. 11. part. 7. recent. & in Roſſanen. Decimarum 28. Nouembris 1639. coram me.*

Et quatenus replicarunt quod defuncta Hieronyma, cui Portia ſoror ſucceſſit hæredes Sulpitij in inſtrumento reſtitutionis dotis Hieronymæ faſſi fuerunt, quod tempore mortis Sulpitij terræ, vt ſupra in dotem datæ poſſidebantur pro indiuiſo à Portia, & Hieronyma ſiuè Ambroſio, & Sulpitio maritis, reſpondetur hanc confeſſionem non probare
9 in † præiudicium creditorum Sulpitij *Cyn. in l. vbi adhuc nu. 19. Cod. Iur. dot. Caſtr. in l. Seia mancipia num. 5. ff. Ad Vell. Soccin. conſ. 78. num. 2. lib. 4. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 1. num. 9. & ſeq. Surd. deciſ. 256. num. 4. & ſeqq. Buratt. deciſ. 9. num. 1.*

Non obſtantibus adminiculis deductis ex enunciatiuis inſtrumentorum inter alios celebratorum, in quibus pro vno, & eodem confine enunciantur terræ Portiæ, & Hieronymæ, nec non ex ipſo inſtrumento dotis anni 1566. in quo vtrique ſorori dantur coniunctim rubra ſeptem terreni al Pantanello. Quia confeſſio adminiculata debitoris poteſt
10 nocere Caſandræ creditrici *ad tradit. per Surd. deciſ. 135. num. 4. & 5.* niſi concurreret con-
11 traria † nedum præſumptio, ſed probatio per teſtes, qui deponunt, vt ſupra de poſſeſſione ſolius Sulpitij donec vixit *Adrian. Neguz reſponſ. 46. num. 6. relatus à modern. Neapol. de credit. cap. 4. quæſt. 11. num. 1815. facit Gregor. XV. de-*
12 *ciſ. 407. num. 5.* nam vna præſumptio † aliam tollit, vel offuſcat *l. diuus ff. in integ. reſtit. Neniz. conſ. 68. num. 34. Surd. conſ. 132. ſub num. 66.* &
13 enunciatiuis præualent teſtes contra † quos vrget inſtrumentum dotale anni 1566. quia ſpatio triginta annorum decurſo vſque ad annum 1596. potuit etiam pars Portiæ acquiri Sulpitio *Corn. conſ. 24. numer. 6. & ſeqq. lib. 4. Rot. coram Reuerendiſsimo Vrgellen. deciſ. 337. ſub num. 42. verſ. 2. quia, & in ferrarien. ſpolij 25. Iunii 1635. coram bon. mem. Merlino*, & hæc poſſibilitas iuncta præſertim poſſeſ-

poſſeſſione Sulpitij efficit, vt ex dominio de
14 præterito † non dicatur probatum dominiũ
Portiæ de futuro ad effectum retardandi im-
miſſionem Caſandræ creditricis Sulpitij, vt
in terminis *Rot.deciſ.55. num.5. apud Pacif. de*
Salu.interd. confirmata coram bon.mem. Card. Ca-
nal.deciſ.399.num.4.verſ. placebat etiam.

Eoque minùs vrget inſtrumentum dotale,
ſeù confeſſio hæredum Sulpitij emiſſa in in-
ſtrumento reſtitutionis dotis, quia non con-
ſtat terras ibi cõtentas eſſe eaſdem de quibus
deponunt teſtes, quaſque petit Caſandra, lo-
quuntur enim dicta inſtrumenta genericè de
terris in contrata Pantanello, quæ latè ſe ha-
bet ad terras diuerſarum perſonarum, & pro
confine aſſignant foueum, cum quò ob eius
longitudinem plurimæ terræ dictæ contratæ
confinant; adeoque deſideratur aliqua ſpe-
15 cialis demonſtratio, † quæ ad probandam
identitatem requiritur *Bart. in l. demonſtratio*
num. 15. in fin. ff. cond. & demonſt. Bald. in l. hac
conſultiſſima num.5. in fin. Cod. qui teſt. facer. poſſ.
Corn.conſ.11.num.14.verſ. ſecus videtur lib.1.Rot.
deciſ.295.num.9.part.1.deciſ.96.num.3.& 4.par.7
recent.

Nec ſuffragatur, quod terræ Portiæ eſſent
contiguæ terris Hieronymæ exceptuatis in
ſententia, quodque confines ſint terris autho
rum Cleti, quem pro confine aſſignat peti-
tio Caſandræ, quia hoc ſecundum gratis di-
citur, cum nullibi probetur authores Cleti
confinaſſe cum terris dictarum ſororum, quo
rum confinia in precitatis inſtrumentis gene-
rica ſolum ſunt, vt ſupra dicebam. Aliud ve-
rò contiguitatis cum terris Hieronymæ non
concludit, quia contiguæ eſſe potuerunt ab
alio latere, & ſic extra fines deſcriptos in ſen-
tentia, quæ præterea non dicit terras Portiæ
eſſe contiguas, ſed ſimpliciter excipit terras
Hieronymæ neque contiguitas deſumi poteſt
ab antiquis inſtrumentis, quia vt ſupra dictũ
potuerunt tanto temporis interuallo mutari
16 dominia, † & confinia *Rot. deciſ. 88. num.16.*
par.7.recent. & ipſa pars aduerſa in proteſtatio-
nibus agnouit ſulpitium Hieronymæ virum
vltra rubra tria cum dimidio dotalia vxoris,
alia etiam in eodem loco del Pantanello poſ-
ſediſſe, quæ extradotalia aſſeruit, ſed non
probauit, vnde remanet ſaltem æquiuoca
probatio identitatis, & exceſſus ſententiæ,
17 qui tamen † plene, & concludenter proban-
dus eſt, quia non preſumitur *Seraph.dec.1189*
num.1. & 2.Rot. in recent.deciſ.405.num.1. par.3.
deciſ.306. num.26. & 27. par.7. præſertim quia
ſpatio 20. annorum quibus lis durauit, ad-
18 uerſarij nuſquam allegarunt † intra eoſdem
confines adeſſe portionem ad Portiam ſpet-
tantem, quod in terminis aduertit *Buratt. de-*
ciſ.96.num.3.

Quo verò ad extinctionem cenſus, dedu-
ctam ex eo, quod erat impoſitus ſuper fun-
do communitatis, & creditor liberauit peni-
tus Communitatem eiuſque bona ab omni
hypoteca, animaduerterunt Domini, quod
huiuſmodi liberatio parere potuiſſet extin-
19 ctionem cenſus † ſi fuiſſet ſimplex, & abſo-
luta, ſecus verò, quando vt in caſu noſtro
concepta fuit limitatè quo ad vnum debito-
rem cum expreſſa reſeruatione iurium contra
alios obligatos *iuxta diſtinctionem Salyc. in l. fin.*
nu.3.Cod.remiſſ.pign. vbi concordando *gloſſ. in l.*
Paulus verbo remiſiſſe ff.quib. mod.pig. & hyp. ſol.
uat. cum Bart. in d.l.fin. ait quod aut conſenſus
creditoris eſt abſolutus, & importat remiſſio-
20 nem hipotecæ † quoad omnes, vt ſenſit *Bart.*
& probatur in d. l. Paulus, aut emanauit con-
templatione certæ perſonæ dumtaxat, & re-
manet hypoteca quoad alios, vt ſenſit *gloſſ.*
21 *nulla* habita differentia † inter conſenſum ma-
ſculi, & fæminæ, eamdemque diſtinctionem
22 ſequitur *Neguz.de pignor.3.memb.6.part. nu.14.*
vbi recedit ſolum ab opinione *Salyc.* circa di-
ſtinctionem inter maſculum, & fæminam in
caſu, quo fæmina iuri hypotecæ generaliter
ſuo marito renunciauit *& Neguſantium appro-*
bat Vinc. de Franc.deciſ.487.num.6. Pappon. conſ.
41.num.36. & ſequent. vbi quod hæc opinio eſt
23 verior, & magis tuta, *& num.43. Ciriac.con-*
trou.344.num.5. & 6.Surd.deciſ.163.nu.10. & 11
Nec obſtat, quod ſpeciale eſt in fæmina, vt
24 conſentiendo fauore vnius † non remittat hy-
potecam quoad alios *l. iubemus Cod. ad Vellei.*
& not.Faber. in Cod. eod.tit. diffinit.15. quia ſpe-
cialitas in eo tantùm eſt, quod in dubio indi-
finitus conſenſus fæminæ non egreditur per-
ſonam, cùm qua couthraitur, maſculi verò
porrigitur ad omnes, vt vbi maſculus con-
25 ſenſit limitatè † cum reſeruatione hypotecæ
quo ad alios idem eſt Iudicium maſculi, &
fæminæ, vt in puncto benè declarat *Petr. Bar-*
boſ.in.l.1. part.5.num.70. verſ. vnde, & num.71.
verſ. ſed ex prædictis ff. ſol. mat. quia nẽpè actus
26 voluntarij † non extenduntur contra volunta-
tem agentis, *vt in terminis remiſſionis hypotecæ*
eſt text. in l. creditor 12.§.fin.ff. qui pot. in pig. ha-
beantur.

Cum itaque creditor cenſus conſenſit libe-
27 rationi fundi cenſualis † particulari contem-
platione Cõmunitatis, & reſeruauerit quoad
Sulpitium coobligatũ omnia iura, manet cẽ-
ſus reſpectu Sulpitij ſuper eodem fundo Cõ-
munitatis, ac ſi illa liberata non fuiſſet *Rot.*
coram ſan.mem.Greg.XV.deciſ.445.num.5.dec.104
num.3. & trib.ſeqq. apud Cinc. de Cenſib. cum alijs
allegat. in deciſ. huius cauſæ 14. Martij 1639. corã
R.P.D. meo Carillo.

Maximè attentis verbis ampliſſimis reſer-
uationis ibi *libera affatto per la ſorte principale, e*
frutti decorſi, e da decorrere la detta Communità, e
tutti gl'altri obligati da detto Sulpitio, e Torquato
impoſti loro heredi, e beni à i quali il preſente con-
tratto non ſuffraghi in niun conto, anzi contra eſſi re-
ſtino illeſe, e ſalue tutte le ragioni di eſſo Giulio Ce-
ſare &c. Non enim verificaretur, quod libe-
28 ratio Sulpitio non ſuffragetur *in niun conto* † ſi
importaret extinctionem cenſus, quia ſuffra-
garetur quoad fructus decurrendos, qui ex-
tincto cenſu non deberentur, quos tamen
creditor voluiſſe reſeruare colligitur tum ex
dd. verbis *in niun conto* tum etiam, quia à libe-
ratione Communitatis à fructibus decurren-
29 dis excepit Sulpitium, nam exceptio † eſt de

regula, ideſt debet intelligi in eiſdem termi-
nis in quibus loquitur regula *Alb.conſ.563.n.7. Dec. in l.1.num.25. & 26.ff.regul.iur. Rot.dec.391 num.14. part.1. recent.* ſtante igitur expreſſa vo-
luntate creditoris à qua metienda eſt libera-
tio iuxta prædicta, & incompatibilitate, quod
fundus cenſualis fuerit liberatus etiam quo ad
Sulpitium, & fructus in futurum decurrent,
dicendum omnino eſt adhuc reſpectu Sulpi-
tij cenſum ſubſiſtere ſuper eodem fundo Cō-
30 munitatis, † quæ conſentiendo dictæ reſer-
uationi videtur in neceſſarium antecedens ac-
comodaſſe cōſenſum fauore creditoris, quod
fundus proprius adhuc maneat ſubiugatus in
præiudicium Sulpitij debitoris, quicquid di-
cendum eſſet ſi præſeruata ſimpliciter fuiſſent
iura crediti cenſus, *vt in caſu deciſ. 449. coram Reuerendiſſimo Vrgell.* vel ſi Princeps transferē-
31 do hypotecas † de fundo ad fundum mandaſ-
ſet, quod recuſantibus creditoribus recipere
ſortem fructus amplius non currerent, *vt in deciſ.125. impreſſ. poſt ad d. Cinc. ad tract. de Cenſib.* in qua nihilominus admittitur, quod cen-
32 ſus † ab initio impoſitus ſuper fundo alieno
de conſenſu Domini, poſſit etiam in futurum
ſubſiſtere non obſtante liberatione eiuſdem
fundi ad certum effectum ex *text. in l. ſi quis aliena ff. act. empt.*

Non obſtat, quod preceſſiſſet diſdicta cen-
ſus, quia cum non fuerit ſubſequta reſtitutio
ſortis, ſed ſola liberatio Communitatis pri-
uatiuè quo ad Sulpitium, diſdicta tanquam
33 non effectuata † per actum retro ſimilem non
debet attendi, *vt in punct. Rot. deciſ.587. num.1. part.1. diuerſ. deciſ.278. num.11. & 12. part.5. recen. & in Romana cenſus 2. Decembris 1639. coram bo. mem. Merlino confirmata 4. Februarij 1641. coram R.P.D. meo Peutingerio, & 10. Iunij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Cerro*, vbi in fortioribus
34 habetur, quod effectuatio diſdictæ † quoad
partem cenſus non infert extinctionem totius
vbi partes totum extinguere noluerunt.

Et ità deciſum vtraque parte informante.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE VIZZANIS.

Lunæ 4. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Damna reficienda ſunt ab attentante attentatū paſſo, etiamſi damna preter ipſius intentionē eueniſſent ratio eſt quia attentando dedit operam rei illicitæ. Damna vt debeantur, quænam requirantur?

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſatis ſpurgata dicuntur, ſi omnia fuerunt redacta in priſtinum ſtatum.*

2 *Attentans tenetur reficere omnia damna.*

3 *Amplia, quamuis damna præter ipſius intentionem eueniſſent, ratio eſt quia attentando dedit operam rei illicitæ.*

4 *Dans operam rei licitæ non tenetur reficere damnum contingens præter intentionem, ſecus qui dat operam rei illicitæ, & fuit in culpa obquam obligatur ad refectionem damni etiam per accidens ſaltim in foro exteriori, & num.5.*

6 *Damna paſſa ex quibus probata dicantur?*

7 *Damna, vt debeantur, requiritur quod illa prouenerint culpa attentātis Item quod de dictis damnis fuerit contra attentantem proteſtatum, & num.9.*

8 *Non omne damnum ſequens ex iniuria obligat ad reſtitutionem, ſed ſolum illud, quod ita ſequitur vt per ipſam actionem iniurioſam, inferatur.*

10 *Damna non ſunt reficienda niſi à die attentationis.*

11 *Damna paſſa probanda ſunt ab allegante, alias non debent refici.*

12 *Nec ſtatur illius Iuramento, niſi poſtquam aliunde de damnis conſtiterit, & agatur ſolum de liquidatione.*

13 Lancellott. de attentat. cap.31. nu.170. *quomodo intelligendus?*

14 *Expenſæ ſuperfluæ reficiendæ non ſunt.*

DECISIO CXXV.

DOMINI de Vizzanis quibus obijcieba-
tur attentatum fuiſſe ſequeſtrum fru-
ctuum ab illis pendente appellatione obten-
tum, & executioni de mandatum renuncia-
runt ſequeſtro eoſdemque fructus ſiuè illo-
rum iuſtum prætium pro ea parte, quæ iam
vendita fuerat reſtitui curarunt. Verum quia
adhuc D. Bradamans, & litiſconſortes aduer-
ſarij negabant attentata fuiſſe integrè purgata
Propoſui hodie dubiū, An conſtet de ſufficiē-
ti purgatione attentatorū, & affirmatiuè fuit
reſolutum, quia nec dicta renunciatio, nec
reſtitutio fructuum negabatur per quasiuncta
1 infraſcripta refectione expenſarum omnia †
fuerunt redacta ad priſtinum ſtatum, vt ad
hunc effectum requiritur *Dec. conſ.103. num.1. Caputaqu. deciſ.33. lib.2. in manuſcr. Rota deciſ.5. de reſtit. ſpoliat. in nou. deciſ.259. num.1. par.1. rec. deciſ.356. num.4. coram bo. me. Baratto.*

Tota autem difficultas reſtringebatur ad
damna per aduerſarios paſſa occaſione atten-
tatorum, quæ dubitari non poteſt quin
2 ſint reficienda † ab attentante *Lancell. de attent. par.3. cap.31. num. 164. & ſeqq.* etiam ſi præter
3 ipſius intentionem † eueniſſent, *vt fuit deciſum in Cuſentina beneficij, ſeù attentatorum 4. Decembris 1637. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, & ratio eſt, quia attentando dedit operam
4 rei illicitæ, & licet is qui operam dedit † rei li-
citæ non teneatur reficere damnum contin-
gens præter intentionem *cap. fin. de iniur. & damn. datis Rota deciſ.289. num.11. par.5. recent.*
ſecus eſt in caſu contrario, nam agens dando
5 operam rei illicitæ fuit in culpa † iuridica ob
quam obligatur ad refectionem damni etiam
per accidens ſecuti, ſaltem in foro exteriori
quicquid ſit in foro conſcientiæ ante latam
ſententiam iuxta diſtinctionem quam refert,
& ſequitur *Rebell. de obligat. Iuſtitiæ par.1. lib.1. quæſt.19. num.19. & 20. Molin. de Iuſt. & iur. tom.3. diſp.698. num.5. & 6. & diſp.728. ſub num.1. Bonacc. tom.2. tit. de reſtitutione diſput.1. quæſt.1. punct.3. num.11.*

Et

Et in caſu noſtro damna deducebantur ex eo, quod attentatum paſſi ob carentiam fructuum, vt ſupra ſequeſtratorum non potuerunt ſoluere æs alienum, quod ſub vſuris cõtraxerant, vt patet ex publicis inſtrumentis
6 per quorum exhibitionem damna † ſatis probata dicuntur *Ruin. conſ.* 104. *ſub num.* 6. *lib.* 4. *Barboſ. in l.* 2. *par.* 1. *in princ. num.* 48. *ff. ſol. matrimonio Caſtill. controu. quotid. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 78.

Sed fuit reſponſum per ſolam exhibitionẽ dictorum inſtrumentorum probari quidem
7 vſuras, quas aduerſarij patiebantur, † ſed non quod patiebantur ob attentatum, & culpam attentantium, vt requiritur *Leſſ. de Iuſt. & Iur. lib.* 2. *cap.* 8. *dubit.* 3. *ſub num.* 19. vbi non omne
8 damnum ſequens † ex iniuria obligat ad reſtitutionem, ſed ſolum illud, quod ita ſequitur vt per ipſam actionem iniurioſam inferatur *Lancell. de attent. par.* 3. *cap.* 31. *num.* 177. Ideoque probandum vltro eſſet, quod aduerſarij aliter ſe liberare ab vſuris non poterant, quam mediantibus fructibus ſequeſtratis quodque
9 de dictis vſuris † proteſtati fuerunt, contra attentantes, vt reprobata ſententia *Ruin. dicto conſ.* 104. *lib.* 4. eiuſque ſequacium dixit, *Rota coram bon. mem. Coccino deciſ.* 498. *num.* 3. *deciſ.* 325. *num.* 5. *inter impreſſ. penes Farinacc. deciſ.* 52. *num.* 3. *par.* 1. *recent. latè Mohed. deciſ.* 2. *de vſuris Gratian. diſcept.* 829. *num.* 7. *& ſeqq. diſcept.* 987. *num.* 10. *& ſeqq. Molin. de contract. diſp.* 315. *ſub num.* 4. *Rebell. de oblig. Iuſtitiæ* 2. *parte lib.* 8. *q.* 7. *n.* 3. *Ludou. à Peguer. deciſ.* 33. *n.* 10. *Larrea deciſ. Granat.* 84. *n.* 16.

Nec releuat intimatio aliàs facta, quod ſolueretur dos debita Bradamanti, quia emanauit ad alium effectum, vt ſcilicet illi ab hæredibus viri interuſuria dotis deberentur, & cum præceſſerit longè ante commiſſa attentata, nil habet commune cum refectione debita occaſione attentatorum, † in qua non
10 veniunt damna, niſi à die attentationis, *Lancell. de attent. cap.* 31. *num.* 173. *Rot. coram bon. mem. Coccino deciſ.* 371. *nu.* 4.

Igitur prætenſa refectio damnorum euane-
11 ſcit † ob non legitimam illorum probationẽ faciendam ab allegante, cuius iuramento non
12 ſtatur, † niſi poſtquam aliundè de damno conſtiterit, & ſolum de liquidatione agatur, *Grat. conſ.* 10. *num.* 7. *&* 12. *lib.* 2. *Gratian. diſc.* 772. *num.* 21. *de communi Maſtrill. deciſ.* 60. *nu.* 4. *& ſeqq.*
13 & cum hac † diſtinctione intelligendus eſt *Lancell. de attent. cap.* 31. *nu.* 170.

Quo verò ad expenſas Domini mandarunt refici ſcu. 8. monetæ, quæ excipientes de attentatis ſoluerunt in Curia Notario Cauſæ pro rubricatura proceſſus, & ad bonum computum regeſtri, alias enim factas fuiſſe hic, vel in partibus non apparet, & ſi quas fecerunt in recipiendis à Notarijs Bononiæ inſtrumentis cenſuum, & vſurarum quibus vt ſupra ſubiacebant ſicuti ex prædictis ſuperflua fuit talis receptio Inſtrumentorum, ità & expenſæ,
14 quę propterea reficiendæ nõ ſunt, *Imol. in c. fin. ſub* 3. *n.* 13. *de dolo, & contum. Carauita ſuper ritibus magnæ Cur. Vicariæ ritu* 118. *n.* 3. *Aſin. in prax.* §. 32. *cap.* 3. *nu.* 6. *& cap.* 4. *nu.* 4.

Et ità deciſum vtraque &c.

CAESARAVGVSTANA DE CASPE.

Lunæ 11. *Maij* 1643.

ARGVMENTVM.

Signatura cõmittens cauſam appellationis cum clauſula, *parito iudicato, præterquamquod contenta in laudo, & cum facultate abſoluendi,* dicta clauſula vti conditionem importans non ſuffragatur, non conſtito de paritione, & quænam dicantur contenta in re iudicata, & quænam in laudo? plenè in deciſione diſcutitur?

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, parito iudicato, *conditionem importat.*
2 *Clauſula*, parito iudicato, *non ſuffragatur non docto de paritione.*
3 *Abſolutio non datur à cenſuris latis in Curia, niſi parito iudicato.*
4 *Proceſſiones indicere, & dirigere an pertineat ad iuriſdictionem?*
5 *Per modum arbitrij extraiudicialis ea quæ competunt, citra aliquam iuriſdictionem dicuntur fieri.*
6 *Iuriſdictio conceſſa quoad certos caſus vltra illos non extenditur.*
7 *Ius conuocandi Capitulum non competit Beneficiatis, quia non habent regimen Eccleſiæ, nec Capituli appellatione veniunt.*
Beneficiati non habent regimen Eccleſiæ, ibid.
Beneficiati non veniunt appellatione Capituli, ibid.
8 *Beneficiati non poſſunt dici de Capitulo ex eo quod admittuntur in Capitulo, & ibi vocem habeant.*
9 *Capitulum conuocare eſt actus iuriſdictionis.*
10 *Iuriſdictio non videtur conceſſa, conceſſo interuentu & voce in Capitulo, ſed requiritur quod ſpecialiter exprimatur.*
11 *Collegia duo, ſiue Capitula in eadem Eccleſia ſi darentur monſtruoſum eſſet, & intolerandum.*
12 *Res iudicata non cenſetur alterata, ſeu remiſſa niſi in eo, quod laudum poſt dictam rem iudicatã emanatum, ſpecialiter diſponit.*
13 *Adminiſtratio alicuius rei ſi ſit commiſſa alicui, non ex hoc arguitur, quod fuerit quoque commiſſa iuriſdictio, quæ diuerſa eſt ab adminiſtratione.*
14 *Laudum eſt ſtricti iuris, nec extenditur de caſu ad caſum.*
15 *Ad iuriſdictionem non pertinet ius eligendi officiales pro adminiſtratione operum piorum.*
16 *Iuramentum recipere eſt actus iuriſdictionis.*
17 *Compromiſſum conceptum ſub ſigno vniuerſali,* omnem controuerſiam *non comprehendit eo quod rem iudicatam non includit.*
18 *Compromiſſi narratiua attendi non debet, ſed laudi tenor, & quid fuerit coram arbitrio proſecutum.*
19 *Rei iudicatæ non dicitur renunciatum per compromiſſum, dum ſuper ea non fuit laudatum.*
20 *Confirmatio laudi, illud vltra ibi diſpoſita non extendit, ſed ad illius limites reſtringitur.*
21 *Laudo iuuari non poteſt, qui illud acerrimè impugnat.*

DECISIO CXXVI.

A Declaratoria Rotali decreta contra ſe-
ptem beneficiatos Collegiatæ Eccleſiæ
Oppidi de Caſpe Ordinis Sancti Ioannis Hie-
roſolymitani Signatura Iuſtitię commiſit mi-
hi cauſam appellationis cum clauſula, *parito*
iudicato præter quam quoad contenta in laudo,
& cum facultate abſoluendi Beneficiatos, quibus
inſtantibus pro abſolutione, dubitaui, An ſint
abſoluendi, & negatiuè reſolutum fuit. Facul-
tas enim abſoluendi concepta ſub ablatiuo
1 abſoluto, *parito*, qui † conditionem importat,
l. à teſtatore ff. cond. & demonſtr. Pariſ. conſ. 41. n. 14.
lib. 4. Caputaq. dec. 150. num. 2. par. 1. Non ſuffra-
2 gatur † donec Beneficiati doceant de paritione,
Seraph. dec. 655. nu. 1. & ſeqq. Mant. dec. 343. num. 1.
Rot. in his terminis dec. 173. num. 1. & 2. par. 6. rec.
3 & regulare eſt, † quod à cenſuris latis in Cu-
ria non detur abſolutio, niſi parito iudicato,
Seraph. dec. 432. n. 1. Buratt. dec. 88. n. 5. Rot. dec. 629.
n. 3. in fin. par. 3. rec.
Quoniam verò reſcriptum Signaturæ pari-
tionem reſtringit ad iudicatum, excipitque
contenta in laudo, & declaratoria lata fuit ob
contēptum iuriſdictionis Priori maiori com-
petentis, ac ob contrauentionem in celebran-
do Capitulum Priore contradicente viden-
dum eſt, an hæc duo ſint contenta in laudo,
idque vt innoteſcat exponam tenorem rei iu-
dicatæ, & laudi ſubſequentis. Quatuor defi-
niuntur in tribus ſententijs Rotalibus in
iudicatum tranſactis. Primo iuriſdictionem
etiam contra Clericos ſæculares Beneficia-
tos, & non Beneficiatos eiuſdem Eccleſiæ in
concernentibus omnes actus Eccleſiaſticos,
& officia diuina competere Priori maiori.
Secundò præeminentia. Tertiò adiudican-
tur Priori maiori, & Priori Curato, ac
Regularibus omnia emolumenta Eccleſiæ, &
eius Cœmeterijs, exceptis tamen iis, quæ ex
fundationibus Cappellaniarum inter dictos
Regulares, & Beneficiatos ſæculares commu-
nicanda veniunt, vel ſolis ſæcularibus reſer-
uata reperiuntur. Quartò tribuitur Priori
maiori, & Fratribus ius, & facultas faciendi
Capitulum priuatiuè quoad Beneficiatos.
Laudum autem plurima continet, quæ ta-
men, neque tangunt primum caput iuriſdi-
ctionis, neque vltimum iuris faciendi Capi-
tulum, ſed vel ſunt præter rem iudicatam, vel
illius ſecundum, & tertium caput reſpiciunt.
Exorditur enim à ſecundo capite præeminen-
tiæ, & graditur ad mulctas, quas puntaturas
vocant aduerſus non intereſſentes ſeruitio Ec-
cleſiæ tàm in Choro, quàm in Proceſſioni-
bus, circa quæ tria diſponit. Primò quanti-
tatē mulctæ pro quolibet puncto, ſiue in Cho-
ro, ſiue in Proceſſionibus ordinarijs, ac extra-
ordinarijs, & hoc nil commune habet cum
iuriſdictione. Secundò quod Proceſſiones ex-
traordinariæ extra Oppidum ſi faciendæ ſint,
prout id Priori ſignificari ſolet, ſignificet pa-
riter Prior antiquiori ex Beneficiatis, vt de
eorum communi conſenſu peragatur, cum
ſint extraordinariæ, & præter conſuetudinem
fiant vt expreſsè dicitur in laudo, quod ſimi-
liter non pertinet ad iuriſdictionem, quæ non
conſiſtit in ſcientia, vel conſenſu proceſſioni-
4 bus, ſed in iure † eas indicendi, & dirigendi
ad tradita per *Franc. Leo in Theſ. fori Eccl. par. 4.*
cap. 2. num. 142. Barb. in Collect. ad Concil. Trident.
ſeſſ. 25. cap. 13. de Regul. num. 44. vbi refert ſic re-
ſolutum à Sacra Congregatione Rituum, &
in tract. de poteſt. Epiſc. allegat. 78. num. 3. & de iur.
Eccleſ. lib. 1. cap. 43. num. 161. cum alijs allegat. per
Bellet. diſquiſ. cler. par. 1. tit. de fauore Clerici reali
§. 2. ſub num. 5.
Tertiò mandat, quod per totum capitu-
lum Prioris, Fratrum, & Beneficiatorum eli-
gatur ſingulis annis cenſor, ſeu punctator, qui
alternis vicibus ſit, vel Frater, vel Beneficia-
tus iſque in fine cuiuslibet menſis omnium
punctorum rationem reddere debeat duobus
antiquioribus Fratrum, & Beneficiatorum,
quodquè mulctæ accreſcant intereſſentibus, &
ſi quid controuerſiæ ex eiſdē punctis ortum
fuerit, iis qui in controuerſia cum cenſore
erunt recurrendum ſit ad quatuor antiquio-
res Fratres, ac totidem Beneficiatos, qui con-
trouerſiam recognoſcere, ac dirimere debeāt,
5 id quod intelligitur † per modum arbitrij ex-
traiudicialis, & ſic citra aliquam iuriſdictio-
nem, *Soccin. de Citation. art. 4. ſub nu. 5. verſ. idem*
etiam de arbitris Bald. in l. 2. ſub nu. 9. Cod. quomod.
& quan. Iud. Blanc. de compr. quæſt. 8. numer. 4. vſque
ad 8. & alij allegati per Modern. de citat. c. 11. n. 97.
6 quæ in omnem † euentum extendi non poſ-
ſet vltra caſum dictæ controuerſiæ de qua
laudum loquitur *Abb. in cap. P. & G. numer. 15.*
verſ. venio ad ſextam de offic. deleg. Felin. ibid. n. 12.
& in cap. cæterum num. 2. de Iudic. Socc. in cap. ſi-
gnificaſti num. 30. verſ. 3. quæritur de foro competen.
Bald. in cap. de cauſis n. 8. de offic. deleg.
Sequitur deindè alia pars laudi, in qua de
capitulo celebrando agitur, & continet pri-
mo, quod ſi deliberandum ſit de eo, quod eſt
peculiare Prioris, & Fratrum, aut concernit
adminiſtrationem, & gubernium ipſius Eccle-
ſiæ, ſolus Prior, & Fratres abſque Beneficia-
tis deliberare poſſint; ſi verò deliberanda ſit
res, quæ ad omnes pertineat, vt ſunt collatio-
nes pecuniarum, cenſuum, reluitiones reddi-
tuum communium, & alia huiuſmodi, con-
uenire, ac votare omnes debeant, ſcilicet Fra-
tres, & Beneficiati iuxta modum ibi præſcri-
ptum, vnde inferri non poteſt, quod Benefi-
ciatis communicatū fuerit ius conuocandi Ca-
7 pitulum, † aut quod effecti ſint capitulares,
quia hæc qualitas non conuenit Beneficiatis,
qui non habent regimen Eccleſiæ, & Capituli
appellatione non veniunt, *Compoſtell. in cap. 1.*
num. 4. de elect. Abb. in cap. ſcriptum num. 4. eod. tit.
& in cap. dilecti num. 1. de maior. & obed. Caputaq.
dec. 84. num. 2. par. 1. Caſ. de Graff. deciſ. 4. num. 6. de
his, quæ fit à maior. part. Capit. Rot. dec. 145. num. 2.
& 3. par. 5. recent. Nec ex eo, quod admittan-
8 tur in Capitulo, † & ibi vocem habeant poſ-
ſunt dici de Capitulo, *Gemin. in cap. fin. num. 5.*
ad fin. verſ. aut quærimus de praben. in 6. Lotth. de re
benef. lib. 1. cap. 15. num. 23. Rot. dec. 459. num. 8. p. 5.
9 *recent.* & conuocare Capitulum † eſt actus iu-
riſdi-

riſdictionis, *Garz. de beneſ.par.3.cap.4.numer.26. Grat.diſcept.482.num.26.* quæ data non videtur
10 conceſſo † interuentu, & voce in Capitulo, ſed requiritur, quod ſpecialiter exprimatur ad tradita per *Bald.in cap.1.§.contrario nu.4.verſ. verſ. contrarium de inueſt. de re alien. fact. Couarr. pract.quaſt.cap.1. ſub num.10.concl.10.Rot.dec.763. ſub num.3. verſ. et regulariter par.2. recent. & coram Reuerendiſſ.Vrgellen.dec.298.num.3.& 4.* Eo minus ad effectum faciendi Capitulum ſeiunctim à Priori maiori, & Fratribus, quia ſic in
11 eadem Eccleſia † duo darentur Collegia, & Capitula, quod monſtruoſum eſſet, & intolerandum *Hoſt.in cap. cum contingat nu.1. de for. compet. quem ſequitur ibi Abb.num.18. Bellam. ſub num.15.verſ.alij dicunt Lotth.d.quaſt.15.numer.11. & ſeqq.*

Secundò præfinitur tempus quo celebrandum eſt Capitulum ſiue Ordinarium, ſiue extraordinarium, & monendi Fratres, ac Beneficiati à Procuratore, vt Capitulo interueniāt, non autem dicitur de cuius mandato debeat conuocari, quod proptereà tāquam intactum à laudo remanet iuxtà diſpoſitionem reiu-
12 dicatæ, † quæ non cenſetur alterata, ſeu remiſſa, niſi in eo, quod laudum ſpecialiter diſponit *Caſtr.in l. ſi cauſa cognita num.3.ad fin.Cod. tranſact.Alex.in l. ſi pars diuerſa num.5. Iaſ. ibidem num.6.Cod.eod. Dec. conſ. 39. ſub numer.3. & fuit dictum in Calaguritana Proceſſionum 30. Ian.1626. coram bon.mem.Remboldo.*

Poſt hæc laudum latè ſe habet circa plura reſpicientia celebrationem Miſſarum, ac funerum, & adminiſtrationē anniuerſariorum, & emolumentorum ex eleemoſynis pro ſuffragijs animarum Purgatorij prouenientium,
13 ex qua adminiſtratione † dici nō poteſt communicata iuriſdictio, quia eſt diuerſa ab adminiſtratione *ex allegatis per Capoblanc. de Baronib. pragmat.10. num.99.* & cum laudum ſit ſtricti
14 iuris † non debet extendi de caſu ad caſum, vt in puncto *Rota dec.145.num.4.& 5.par.5. rec. dec.76.num.13.par.7.* prout nec pertinet ad iu-
15 riſdictionem, † quod Beneficiati ſimul cum Fratribus eligāt officiales pro adminiſtratione dictorum emolumentorum communium, & anniuerſariorum, *Bertrand.conſ.170.nu.4. lib.3. Canc.var.reſol.lib.3. cap.13. num.299.* Imò quia diſpoſitum fuit, quod talis electi iurent in manibus Prioris de benè exercendo officium apparet, quod iuriſdictio fuit reſeruata Priori,
16 cum recipere iuramentum † ſit actus iuriſdictionis, *Cald.in Clem.unica ſub num.5.de off.deleg. Egid. deciſ. 43. & deciſ.624. numer.1. Rot. deciſ. 655.num.2.in fin. par.2.recent.adden.ad fact. mem. Greg.XV. dec.368. ſub n.9.*

Non obſtat, quod in confirmatione Apoſtolica laudi obtenta à ſan. mem. Greg.XIII. Anno Incarnationis 1576. 4.Kalen. Februarij narratum fuerit ortas fuiſſe inter Priorem, Fratres, ac Beneficiatos controuerſias ſuper præeminentia, iuriſdictione, diſtributionibus anniuerſariorum, & funerum alijſque rebus, quodque omnem controuerſiam in arbitros compromiſerunt; tùm quia animaduertendum eſt, quod narratiua controuerſiæ ſuper Iuriſdictione refertur ad tempus antè rem iudicatam, quæ ibi ſucceſſiue narratur, eamquè controuerſam extinſit; & licet à re iudicata fuiſſet commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum bon. mem. Verallo, nuſquam fuit deciſum conſtare de cauſis reſtitutionis; diuerſę autèm reſolutiones ſubſequutæ coram bon. mem. Robuſterio ſubrogato Veralli, ex quibus in eadem narratiua dicitur, quod ambarum partium prętenſiones in ambiguo verſabantur, emanarunt non ſuper iuriſdictione, ſed ſuper aniuerſarijs vt patet ex deciſionibus datis in ſummario beneficiatorum *nu. 4. & 6.* adeò quod ſicuti ambiguitas, quæ dedit cauſam compromiſſo, etiam attenta narratiua confirmationis non verſabatur circa iuriſdictionem, ità nec compromiſſum quamuis
17 conceptum † ſub ſigno vniuerſali omnem controuerſiam, quia non includit rém iudicatam *Fulg. in l. ſi diuerſa num.5.C.tranſact. Abb. in cap.expoſita ſub num.4.de arbit.Butr.conſ.77.n.3. Angel. conſ.343. num.12.Dec.conſ.39.ſub numer.3. verſ. nec ſufficit Rot.in d.Calaguritana Proceſſionum coram bon.mem. Rambo ldo.*

Tùm etiam quia non debet attendi narrati-
18 ua compromiſſi † ſed laudi tenor, & quid fuerit coram arbitro proſequutum *Roman. conſ. 108.num.1.verſ.quamquam ex tex.in l. ſi cum diem §. plenum vbi gloſſ. in verb. plenum ff. recept.arbit.* & ſatis eſt quod ſuper iuriſdictione laudatum
19 non fuerit † ad effectum vt in hac parte dici non debeat renunciatum reiudicatę per cōpromiſſum *Felin.in cap.cum olim n.6.de præſcript. Bald. in l. ſi diuerſa verſus finem C. tranſact. Alex. conſ.22.num.2.verſ.tamèn illa lib.1.Cancer.variar. reſol.lib.1.c.18.ſub n.44.verſ.ſic ſi, & lib.3.cap.17.*
20 *ſub num.314.* neque confirmatio † laudum extendit vltra ibi diſpoſita ſed ad illius limites reſtringitur *cap. 1. & 2. de confirm. vtil. vel Berou.conſ.7.num.37.lib.3.Rot.deciſ.58.num.29. & 30.deciſ. 126. num.23.part.6.recent.*

Accedit quod Beneficiati iuuari non poſſunt laudo, quia illud acerrimè impugna-
21 runt † vt latius *in deciſione coram bon.mem.Motmanno 28. Aprilis 1636.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

BONONIEN. PECVNIARIA.

Veneris 15. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Inexigibilitas debitoris ceſſi ex quibus probetur? Et probata inexigibilitate, tunc contra promittentem nomen debitoris verum, & exigibile competit actio.

SVMMARIVM.

1 *Inexigibilitas debitoris non dicitur probata ex inhibitione obtenta vigore decreti Sacræ Viſitæ, moderatæ, & redacta ad viam Iuris, ſi deinde ex alio decreto apparet reintegrata.*

2 *Decretum poſterius primi reuocatorium ſolum afficit, ac attendi debet.*

3 *Extractio Iurium facta à Notario lite pendente, & ſine Citatione partis valida eſt, ac fidem meretur.*

4 *Error temporis in decreto appoſiti ex quibus probetur.*

5 *Error Notarij, etiam per coniecturas probari poteſt.*

6 *Debitor non probatur idoneus, & exigibilis eò quod apud aliquos exiſtimatur talis, ſi aliunde conſtat de contrario.*

7 *Nomen debitoris, promiſſum exigibile, ſi tale non eſt, ſtatim dicitur commiſſa ſtipulatio contra promittentem.*

DECISIO CXXVII.

AD fauorem Semideæ filiæ, & hæredis Emilij de Sartis, cui Marchio Fontana ceſſerat nomina debitorum eaque manutenere exigibilia promiſerat lata fuit ſententia Rotalis contra eumdem Marchionem coram R.P.D. meo Carillo, quæ hodie in gradu appellationis confirmanda viſa eſt Dominis coram me, ex rationibus benè deductis in duabus deciſionibus coram D. meo Carillo ſub die 27. Iunij 1642. & 31. Ianuarij 1643.

Quibus non obſtat quod inhibitio vigore decreti Viſitæ obtenta † à Cecchello altero ex debitoribus ceſſis, & in qua deciſiones vim faciunt ad probandam eius inexigibilitatem fuerit moderata, ac reducta ad viam iuris die 26. Ianuarij 1634. Quia poſt modum fuit reintegrata per aliud decretum, mandans eam ſeruari emiſſum die 31. eiuſdem menſis,
2 quod † tamquam poſterius afficit *L. pacta nouiſſima, & ibi Dec. num. 5. & ſeqq. Cod. pact. Caſtr. conſ. 278. num. 1. lib. 1. Alex. conſ. 193. num. 3. lib. 6. Menoch. præſumpt. 38. num. 31. lib. 6.*

Et probatur ex publico inſtrumento in regiſtro folio 253. quod cum leuatum fuerit ab vno ex actuarijs cauſæ meretur fidem quamuis † emanauerit lite pendente, ac ſine citatione partis *Dec. in Auth. ſi quis in aliquo num. 26. Cod. eodem. Egid. dec. 58. Caputaqu. deciſ. 170. part. 1. Rot. dec. 1. de fid. inſtrum. in nou. dec. 59. num. 4. deciſ. 454. num. 1. coram ſa. mem. Greg. XV.* Nec obſtat quod in primò proceſſu de partibus dictum decretum legatur appoſitum ſub die 26. Ianuarij quia hoc fuit per errorem Notarij vt patet tam ex dicto publico iſtrumento, quam ex ſerie facti, nam ipſa die 26. Iudex reduxerat inhibitionem ad viam iuris, & remoto obſtaculo inhibitionis die 27. ad inſtantiam Semideæ fuit facta executio, cuius deinde expreſſam mentionem fecit Iudex in decreto, quo mandauit ſeruari inhibitionem, ibi *habita notitia de execurione facta, &c.* proc. fo. 296. à tergo, & in regiſtr. fo. 253. & ſic concurrit maxima inueriſimilitudo, quod eadem die 26. Ianuarij ſuper eodem articulo inhibitionis contraria decreta emanauerint tam concomitantia veritatis reſpectu executionis vt ſupra factæ quam ſicuti dubio caret ſucceſſiſſe poſt diem 26. idem dici neceſſe eſt de decreto ſeruationis inhibitionis quod illius occaſione, & ad impediendum ne conſumaretur fecit Iudex adeo quod etiam à tempore executionis ad quam ſe refert decretum, pro-
4 batur † error temporis in decreto appoſiti in primo proc. *Alex. conſ. 83. num. 1. verſ. modus autem lib. 1. Curt. iun. conſ. 192. nu. 21. Menoch. conſ. 1. num. 95. Gratian. diſcept. 988. num. 5. Surd. dec. 114.*
5 *num. 18.* qui error notarij etiam † per coniecturas probari poteſt *Soc. conſ. 94. nu. 8. poſt med. verſ. error enim tabellionis lib. 1. Burſatt. conſ. 317. num. 3. lib. 3. Menoch. præſ. 12. nu. 8. lib. 6. Grat. diſc. 825. num. 5. Buratt. dec. 282. num. 2.*

Non obſtat quod hodie Cecchellus peruenerit ad pinguiorem fortunam, quia ad hoc probandum exhibetur ſolum contractus in quo Cecchellus promiſit Miniſtro Cameræ Apoſtolicæ tradere pro ſeruitio Arcis Vrbanæ libr. 9000. carnis ſuinæ pro præcio conuento; Hic enim contractus non concludit exigibilitatem ſeu idoneitatem Cecchellij quia
6 non ſufficit quod talem † eum crediderit Miniſter Cameræ, vt in terminis *Gratian. diſcept. 527. num. 30. & ſeqq.* eò minus poſtquam ex diligentijs formiter factis probatum fuit contrarium, & commiſſa † ſtipulatio ad fauorem Semideæ contra Marchionem vt in ſimili *Rot. Ianuen. dec. 101. num. 1. & 2. ex text. in l. 1. §. ſi rem depoſitam ff. depoſ. l. quidam ff. fideicom. liberat. l. filius fam. §. quis ff. leg. 1. l. ex facto §. pen. ff. ad Trebel. l. fin. Cod. inſt. & ſubſt.*

Alijs obiectis ſatisfaciunt reſponſiones deciſionum coram D. meo Carillo, cum quibus Domini tranſierunt.

Et ità deciſum vtraque &c.

LEODIEN BENEFICII.

Veneris 22. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Decretum irritans licet non tollat inſiſtentiam facti, illam tamen priuat omni Iuris effectu; ità vt habeatur pro vacua ad effectu denegandi manutentionem, quod indiſtinctè procedit quando eſt appoſitum ſuper certo corpore beneficij; ſecus verò ſuper incerto, & per viam legis generalis, tunc enim non operatur niſi poſt quam clarum fuerit, quod ſit locus decreto. Regula de 20. locum habet ſecuto obitu reſignantis intra 20. dies, & ex quibus probetur obitus reſignantis intra 20. dies. confeſſio reſultans ex productione Iurium, quando eſt adminiculata nocet confitenti, quod etiam procedit in confeſſione procuratoris.

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellariæ de 20. munita eſt decreto irritanti.*

2 *Decretum irritans licet non tollat inſiſtentiam facti illam tamen priuat omni Iuris effectu.*

3 De-

3 *Decretum irritans operatur, vt poſſeſſio habeatur pro vacua tam ad effectum denegandi manutentionem poſſeſſori anteriori, quam eam concedendi poſteriori.*

4 *Declara concluſionem indiſtinctè procedere, quando Decretum irritans eſt appoſitum ſuper certo corpore Beneficij, ſecus ſuper incerto, & per viam legis generalis tunc enim non operatur niſi poſtquam clarum fuerit, quod illi locus ſit.*

5 *Regula de 20. locum habet ſequuto obitu reſignantis intra 20. dies.*

6 *Obitus reſignantis intra viginti dies, ex quibus probetur?*

7 *Ex productione Iurium reſultat confeſſio omnium ibidem contentorum.*

8 *Ex productione vnius tituli excluditur poſſibilitas alterius tituli conſimilis.*

9 *Productio facta à Procuratore probat contra principalem, ſi fuit ab eo ratificata.*

10 *Confeſſio reſultans ex productione Iurium facta à Procuratore redditur irreuocabilis non docto de errore, ac ſi idem principalis produxiſſet.*

11 *Patroni aſſertio emiſſa poſt præſentationẽ non releuat in præiudicium præſentati.*

12 *Obitus alicuius præciſè de aliquo tempore probetur ex fide Parochi, necnon ex confeſſione aduerſarij, ac etiam ex Teſtibus.*

13 *Productio emanata ad certum effectum non præiudicat in alio.*

14 *Confeſſio reſultans ex productione Iurium ſi eſt adminiculata nocet confitenti etiam in caſibus, quibus alias non noceret.*

15 *Quod etiam procedit in confeſſione Procuratoris.*

16 *In Summariſſimo poſſeſſorio non attenditur nullitas tituli, ſed nudum factum poſſeſſionis.*

17 *Poſſeſſio infecta à decreto irritanti redditur inefficax ad obtinendam manutentionem.*

18 *Exceptio non Iuris, quæ alias reijcitur ad petitorium, ſi eſt incontinenti probata manutentionem retardat.*

19 *Cauſa poſſeſſionis ſuperueniente nouo titulo mutari non poteſt in præiudicium eius, cui medio tempore fuit Ius quæſitum.*

20 *Clauſula*, Dummodo de tempore datæ præſentium non ſit alteri Ius quæſitum *præſeruat etiam Iura prouiſi ab ordinario, vel alio inferiori Collatore.*

21 *Manutentionem petens actoris vicem in ea petitione ſubſtinet.*

DECISIO CXXVIII.

DECISVM alias fuit vna tamen parte informante, Lamberto prouiſo ab Eminentiſſimo D. Cardinali Legato de beneficio in eius manibus reſignato dandum eſſe mandatum de manutenendo, ſed hodiè informante etiam Alberto aduerſario ex nouiter deductis Rota à deciſis receſſit.

Cum enim reſſignans deceſſerit infrà 20. dies obſtat Lamberto regula de 20. numero
1 decima nona † munita decreto irritanti, quod licet non tollat inſiſtentiam facti, *Put. deciſ. 1. lib. 1. deciſ. 486. n. 2. lib. 2. Seraph. deciſ. 1471. n. 5. Buratt. deciſ. 131. n. 6.* illam tamen priuat omni
2 iuris † effectu, *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 46. num. 70. & lib. 3. quæſt. 24. nu. 15.* ita vt habea-
3 tur pro vacua † tam ad effectum denegandi manutentionem poſſeſſori anteriori, quam eam concedendi poſteriori, *Creſc. dec. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Mant. deciſ. 40. numer. 8. Coccin. deciſ. 51. num. 4. add. ad ſan. me. Greg. XV. dec. 268. numer. 9. cum alijs allegatis per Modern. Peuerusin. de manutenendo obſeruat. 71. numer. 49. & 70. & in punct. huius regulæ dixit, Rot. in Leodien. Beneficij 25. Maij 1640. coram R. P. D. meo Cerro.*

Et licet hæc procedant indiſtinctè, quando
4 decretum irritans eſt appoſitum † ſuper certo corpore beneficij, quando verò ſuper incerto, & in lege generali, qui eſt caſus noſter, non niſi poſt quam clarum omninò fuerit, quod ſit locus Decreto irritanti, vt declarauit, *Gonz. in term. reg. Canc. gloſſ. 67. numer. 32. & 39. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 8. nu. 77. Caputaq. deciſ. 325. num. 8. & ſeqq. par. 1. Rot. deciſ. 241. n. 2. deciſ. 562. num. 2. & 3. par. 1. recent. deciſ. 8. nu. 4. coram Cardinali Cauall. & in Legionen. Beneficij 4. Iulij 1640. coram R. P. D. meo Ghiſilerio.*

Hic ſatis eſt clarum, quod intrat regula de
5 20, † & ſimul decretum irritans ibid. contentum, quia Lambertus fuit prouiſus ex cauſa reſignationis, & reſignantem deceſſiſſe intrà
6 20. dies † conſtat ex confeſſione ipſiuſmet Lamberti emiſſa in præcibus pro noua prouiſione obtinenda, eo quod prima ob reſiſtentiam dictæ regulæ erat nulla eidem D. Cardinali Legato porrectis, & iudicialiter vna cum litteris nouę prouiſionis pro Lamberto
7 productis, ex qua productione † reſultat confeſſio omnium ibi narratorum, *l. cum precum Cod. lib. cauſ. Dec. in cap. cum venerabilis num. 90. de except. Surd. conſ. 151. num. 16. add. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 238. num. 15. Buratt. deciſ. 934. n. 4.*
8 excluditurque poſſibilitas † alterius tituli abſque ſimili confeſſione obtenti, *Innoc. in cap. dudum num. 2. verſ. ſed quia de decimis. Caputaqu. deciſ. 304. par. 3. Rot. deciſ. 372. num. 19. par. 1. diuerſ. deciſ. 218. num. 1. par. 6. recent. deciſ. 46. ſub num. 7. deciſ. 792. numer. 1. & 2. coram bon. mem. Buratto.*

Quamuis productio facta fuerit à Procura-
9 tore, † quia Lambertus omnia ab eo geſta ratificauit *Summ. Albert. num. 7.* vndè confeſſio
10 reddita fuit irreuocabilis † non docto de errore non ſecus, ac ſi idem Lambertus produxiſſet, *Oldr. conſ. 126. num. 5. Egid. deciſ. 694. col. 4. verſ. dixi vel eius ratihabitione. Put. deciſ. 386. in princ. lib. 2. in nou. add. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 270. num. 12. Rot. deciſ. 271. num. 7. & 8. poſt tractatum Moderni de manutenendo.* Neque error probatur ex eo, quod patronus, qui præſentauit Albertum aſſeruit Taſſanum reſſignantem obiiſſe die 18. Februarii, & ſic poſt 20. dies
11 quia aſſertio huiuſmodi emiſſa † poſt præſentationem nil releuat in præiudicium præſentati, *Natt. conſ. 152. num. 11. Rol. conſ. 85. num. 9. lib. 2. Surd. deciſ. 218. numer. 5. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 29. num. 74. Rot. deciſ. 363. nu. 6. par. 4. recent.* & contrarium conuincitur tam ex confeſſione Lamberti, quam ex Teſtibus; & fide, paro-

12 parochi, quæ mortem † eiuſque tempus probat, *Rebuff. de decimis quæſt. 2. ſub num. 10. Im. mol. conſ. 10. in fin. Rot. deciſ. 700. nu. 4. par. 1. recent. Buratt. dec. 11. num. 2. vbi add. num. 4. alleg. concord.*

Non obſtat, quod Procurator Lamberti produxerit cum limitatione, nempè *ad omnes meliores fines, & effectus, & ius iuri cumulando in partibus ſibi proficuis* productio enim emanara
13 ad certum effectum † non præiudicet in alio, aut excludat poſſibilitatem tituli melioris, *Rot. deciſ. 191. num. 9. verſ. ſed fuit productus ex abundanti dec. 225. num. 9. & 10. par. 5. recent.*

Quia non verſamur in terminis harum deciſionum, ſed in productione facta ad effectũ excludendi Albertum docẽdo de valida prouiſione Lamberti, & ſuplendo nullitatem primæ ob mortem reſſignantis infrà 20. dies infectæ, & ex qua actor obtinere non potuiſſet, adeoque productio fuit neceſſaria, & ordinata ad finem ipſum Iudicij moti, & cum con-
14 feſſio indè reſultans ſit † adminiculata dictis Teſtium, fide Parochi, ac pluribus ſententijs pro Alberto latis nocet confitenti etiam in caſibus, quibus alias non noceret, *Salic. in l. ſi mater ſub num. 1. Cod. contrh. empt. Tiraquell. in l. ſi vnquam verb. donatione largitus num. 100. Cod. reuoc. donat. Surd. deciſ. 325. nu. 5. Rot. deciſ. 334. num. 3.* vbi loquitur in ſpecie de confeſſione
15 Procuratoris, † *par. 1. recent. deciſ. 209. numer. 7. part. 7.*

Non obſtat, quod in ſummariſſimo poſ-
16 ſeſſorio non attenditur nullitas tituli, † ſed nudum factum poſſeſſionis, tum quia vigore
17 decreti irritantis poſſeſſio redditur † ineſſicax ad obtinen. manutentionem, ex ſupra allegatis, tum etiam quia cum de nullitate tituli, ac non vire Lamberti appareat ex præfata illius
18 confeſſione, exceptio non iuris, † quę alias reijceretur ad petitorium ſic probata retardat manutentionem, *Seraph. deciſ. 876. num. 2. Rota deciſ. 3. de reſt. ſpoliat. in nou. deciſ. 698. nu. 3. par. 2. recent. deciſ. 876. num. 7. coram Buratto & in alijs allegatis per Modern. de manutenendo obſeru. 92. num. 137. & 154.*

Tandem non obſtat, quod ſaltem Lamber-
19 tus ex ſecunda prouiſione potuerit † mutare ſibi cauſam poſſeſſionis apprehenſæ ex prima quia hoc non licuit in præiudicium Alberti prouiſi ab Ordinario cum D. Cardinalis Legatus ibi appoſuerit clauſulam, *Dummodo tem-*
20 *pore data præſentium non ſit alicui ius quæſitũ* † quæ præſeruat etiam iura prouiſi ab Ordinario, vel alio inferiori collatore, vt in terminis prouiſionis Legati eſt, *text. in cap. ſi à ſede 31. de præb. in 6. & not. ibi gloſſ. verb. nec appareat Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 23. num. 1.*

Quæ dicebantur de non iure Alberti viſa ſunt alterius inſpectionis, quia hodiè non agitur de manutenendo Alberto, ſed de reuocanda manutentione conceſſa Lamberto, qui docere debuit de valida poſſeſſione tamquam fundamento ſuæ intentionis cum petens ma-
21 nutentionem † actoris vicem in ea petitione ſuſtineat, *Rot. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 64. nu. 5. & ibi add. ſub n. 13. allegat concord.*

Et ità deciſum vtraque parte informante.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE SPIRITIBVS.

Ven. 22. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum reale fauore omnium de familia inductum cenſetur, quando ratio agnationis à teſtatore expreſſa ſtat de per ſe in ſeparata oratione, nec regulatur à prohibitione alienationis, & declaratur deciſio *in Florentina de Guidaccis* in obiecto allegata. Expenſę, & melioramenta etiam vtilia facta ab hærede grauato non ſunt à fideicommiſſario reficienda, ſi illa facta probantur poſt denunciationem iudicialem ad inſtantiam fideicommiſſarij, & hoc propter temeritatem, & malam fidem ex dicta denunciatione reſultañ, ſed tantum conceditur grauato illorum abraſio, quatenus ſeparabilia ſint abſque læſione prioris ſtatus, quod intelligẽ de melioramentis factis in reficiendo, non infaciendo denouo, quæ grauatus amittit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum nouum non inducitur ex prohibitione alienationis quando eſt conſecutiua præcedentis ſubſtitutionis, & ab ea dependet.*

2 *Et tunc dependere dicitur, quoties prohibitio iungitur immediate ſubſtitutioni per participium* prohibens, *quod importat continuationem ſermonis, & diſpoſitionis præcedentis.*

3 *Ratio conſeruandi agnationem ſi eſt acceſſoria prohibitioni alienationis recipit eandem reſtrictionem ac conditionem, prout ipſamet prohibitio.*

4 *Nec fideicommiſſum extendit, nam fideicommittens cenſetur habuiſſe animum conſeruandi agnationem in caſu diſpoſito dumtaxat.*

Intelligẽ tamen prædicta procedere in terminis ſimplicis prohibitionis concepta per participium prohibens, *& rationis agnationis illi acceſſoriæ, ſecus verò quando ratio agnationis comprehendit totum Cippum familiæ fideicommittentis, & ſic etiam tranſuerſales num. 6.*

Appellatione Cippi Domus ſeu familia Teſtatoris veniunt etiam tranſuerſales ibid.

5 *Fæmina facit deficere conditionem ſi ſinè filijs, quamuis habita fuerit agnationis ratio, ſi hæc reſtricta ſit ad terminos primæ ſubſtitutionis.*

7 *Ratio agnationis independens dicitur à ſubſtitutione ſtante comprehenſione nouarum perſonarum in ſubſtitutione non vocatarum.*

8 *Maximè quando ratio agnationis non legitur adiecta per modum enunciationis, ſed diſpoſitiuè, & regitur à diuerſo verbo, tunc enim dicitur ſtare de per ſe in ſeparata oratione, nec regulatur à prohibitione præcedenti, ſed inducit fideicommiſſum reale inter omnes de familia, & num. 10.*

9 *Verbum* Vult *eſt diſpoſitiuum, & fideicommiſſi inductiuum.*

11 *Probi-*

11 *Prohibitio alienationis facta præſumitur contemplatione præcedentium ſubſtitutionum.*

12 Deciſio in Florentina de Guidaccis impreſſ. par. 5. recent. dec. 195. per tot. allegata nu. 5. declaratur.

13 *Fideicommiſſum abſolutum non deducitur ex prohibitione alienationis, ſed ex ratione conſeruandæ agnationis in dependenti tàm à ſubſtitutione, quam à prohibitione.*

14 *Ratio agnationis quando eſt amplior, & generalior ſubſtitutione, & prohibitione alienationis, tunc declarat verba communia conditionis præcedentis ad excluſionem fœminarum.*

15 *Et vim prohibitionis quamuis limitatæ ad perſonas inſtitutorum extendit ad omnes alias in ratione comprehenſas, & redditur ratio num. 16.*

17 *Teſtator ſi in codicillis moriente grauato ſine filijs reliquit vxorem grauati vſufructuariam, ex hac diſpoſitione elicitur affectio Teſtatoris erga fœminas, earumque incluſio in verbis communibus fideicommiſſi.*

18 *Declara concluſionem hoc caſu non procedere nam non bene infertur ab vſufructu ad proprietatem, nec eſt inconueniens quod Teſtator prædilexerit vxorem grauati, at poſt eius obitum agnationem conſeruari voluerit.*

19 *Item declara non procedere in diſpoſitione codicillari, quæ non nocet vocatis ex fideicommiſſo antea facto in contractu cum ſtipulatione Notarij pro abſentibus, & naſcituris; quicquid dicendum eſſet ſi in vltima voluntate.*

20 *Filius quicquid acquirit patri acquirit.*

21 *Melioramenta non dicuntur probata non conſtito de anteriori ſtatu.*

22 *In melioramentorum refectione, fideicommiſſarius non quid impenſum, ſed facta æſtimatione melioramentorum de tempore reſtitutionis fideicommiſſi, quod minus eſt ſoluere debet melioranti.*

23 *Melioramenta vt veniant reficienda, probari debet quod illa ſunt neceſſaria.*

24 *Melioramenta facta poſt iudicialem denunciationem quamuis probentur vtilia reficienda non ſunt propter temeritatem, & malam fidem ex dicta denunciatione inductam in meliorante ſed ſolum illorum abraſio conceditur, quatenus ſeparabilia ſint abſque læſione prioris ſtatus.*

25 *Concluſio tamen procedit in melioramentis ſiuè impenſis factis in reficiendo, ſecus in faciendo de nouo quæ poſſeſſor amittit.*

26 *Melioramenta ſiuè impenſæ vtiles factæ poſt denunciationem non deducuntur, & num. 27.*

28 *Immiſſio denegari nequit fideicommiſſario probata identitate bonorum, quodque ea fuerint à fideicommittente poſſeſſa.*

29 *Poſſeſſio bonorum fideicommiſſi probatur, ex Inſtrumentis acquiſitionum per fideicommittentem cum clauſula conſtituti, præſertim concurrentibus adminiculis, & num. 30.*

31 *Item ex libro æſtimi.*

32 *Item ex ſucceſſiua poſſeſſione eorundem bonorum penès ſucceſſores fideicommittentis.*

DECISIO CXXIX.

INFORMANTES pro clementia, & Herminia, filiabus Paſqualis, filij, & hæredis Ioannis fideicommittentis obtenta noua audientia ſuper deciſis die 12. Ianuarij proximè præteriti adhuc inſiſtebant comprehenſioni fœminarum in conditione ſi ſine filijs, non obſtante quod ex deductis in prima deciſione conſtet habitam fuiſſe rationem conſeruandæ agnationis, quià ſicuti prohibitio alienatio-
1 nis,† cui ea ratio adijcitur non inducit nouum fideicommiſſum, ſed reſtringitur ad caſum præcedentis ſubſtitutionis, eo quod ab ea pendet *iuxta conſ. Dec. 636. paſſim à DD. receptum*
2 *Fuſar. conſ. 143. num. 5.* & dependentia apparet,† quià prohibitio iungitur immediate ſubſtitutioni per participium *prohibens*, quod importat continuationem ſermonis, & diſpoſitionis præcedentis *vt in term. Gabr. conſ. 124. numer. 12. conſ. 138. num. 25. verſ. ſtante igitur lib. 2. Ciouagn. reſp. 39. numer. 16. lib. 1. Rot. coram bon. mem. Cocc. deciſ. 294. num. 7. & in Bononien. fideicommiſſi de Boatterijs 17. Februarij 1642. coram bon. mem Merlino.*

3 Ità pariter ratio conſeruandi agnationem † acceſſoria prohibitioni recipit eamdem reſtrictionem, & conditionem ſi nempè hæredes ſine filijs decedant *Gabr. d. conſ. 138. numer. 27. Giouagn. d. reſp. 39. num. 15. & num. 45. & 46. vbi*
4 *refert deciſ. Rota lib. 1.* nec extra eum † caſum fideicommiſſum extendit, quia fideicommittens cenſetur habuiſſe animum conſeruandi agnationem in caſu diſpoſito dumtaxat *Alex. conſ. 139. num. 3. lib. 6. Ceph. conſ. 478. nu. 12. & 13. Surd. conſ. 448. num. 13. Bell. Iun. conſ. 12. num. 31. Gerſ. Spin. conſ. 12. num. 36.* & in puncto quod
5 fœmina faciat deficere † conditionem ſi ſine filijs quamuis habita fuerit agnationis ratio, ſi hæc reſtricta ſit ad terminos primæ ſubſtitutionis. *Rot. in Florentina de Guidaccis coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano impreſſ. part. 5. recent. deciſ. 195. per tot.*

Sed his non obſtantibus Domini ſteterunt in deciſis, & vltro conceſſerunt fideicommiſſario immiſſionem etiam in bonis extra Vrbem exiſtentibus in territorio Caſſiæ approbando fundamenta primæ deciſionis; contra quæ non vrget obiectum, quià negatur dependentia conſeruationis agnationis à prima ſubſtitutione, cum non verſemur in terminis
6 ſimplicis prohibitionis† cõceptę per participiũ *prohibens*, & rationis agnationis illi acceſſorię, prout loquuntur exaduerſo allegati, ſed hæc ratio comprehendat totum cippum familiæ fideicommittentis, & ſic etiam tranſuerſales *Bart. in l. 1. in princ. ff. ad Syllan. Gabr. conſ. 132. quæſt. 6. lib. 1. Pereg. conſ. 47. numer. 7. & ſeqq. lib. 2. Decian. conſ. 86. numer. 27. lib. 3. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 12. num. 12. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 351. num. 1.* cum tamen ſubſtitutio non loquatur niſi de filijs hæredum ſubſtitutorum vſque in infinitum.

Quæ comprehenſio nonarum perſona-
7 rum in ſubſtitutione non vocatarum demonſtrat diuerſitatem, & imdependentiam rationis agnationis à caſu ſubſtitutionis *vt per Menoch. conſ. 348. num. 43. Grat. diſcep. 828. num. 15. Rot. dec. 133. nu. 5. & 6. part. 4. diuerſ. & in Bononien. fideicommiſſi de Pancaldis 16. Februarij 1642. coram*

Reueren-

Reuerendiſs. D. meo Patriarcha Conſtantinopolitano.
Confirmata 10. *Iunij eiuſdem anni coram R. P. D.*
8 *meo Cerro*. Maximè quia ratio agnationis †
non fuit adiecta per modum enunciationis
ſed diſpoſitiue, & regitur à diuerſo verbo, ibi
attento quod intendit, & vult quod ſupradicta ſua
bona ſemper, & imperpetuum ſtent, & permaneant
in cippo eius familiæ, &c. vſquè in infinitum; cum
9 enim verbum *vult* ſit diſpoſitiuum, † & fidei-
commiſſi inductiuum *l. verbum volo C. fideicom.*
l. cum pater §. volo ff. de leg. 2. Alex. conſ. 168. nu. 3.
verſ. nam certum eſt lib. 5. Socc. conſ. 227. nu. 1. lib. 2.
conſ. 57. num. 1. lib. 3. Curt. Iun conſ. 161. numer. 9.
inde ſequitur, quod ratio agnationis vt ſupra
10 expreſſa dicatur ſtare de per ſe, † in ſeparata
oratione, nec reguletur à prohibitione prece-
denti, ſed inducat fideicommiſſum reale in-
ter omnes de familia *Rimin. Iun. conſ. 482. n. 73.*
Facchin. conſ. 47. ſub num. 25. lib. 1. & conſ. 57. nu. 1.
lib. 2. Rot. deciſ. 193. ſub num. 6. verſ. quę magiſ. par. 1.
recent. & in dicta Bononien. de Pancaldis coram D.
Patriarcha Pancirolo verſ. imò in caſu. Et alio-
quin ratio agnationis nihil operaretur, quià
præcedens prohibitio erat de ſe valida tan-
quam veſtita à ſubſtitutionibus præcedenti-
11 bus, quarum contemplatione † facta præſu-
mitur, quod in puncto ponderat *Facchin. dict.*
conſ. 57. num. 1. lib. 2. Surd. conſ. 67. num. 40. & 41.
Ceph. conſ. 153. numer. 54. & duobus ſeqq. Decian.
conſ. 50. num. 22. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 531. num. 4.
& 5. Menoch. conſ. 327. num. 95. & de comm. Pereg.
conſ. 45. num. 16. lib. 1.

Atquè hinc non applicatur *deciſio in Flo-*
12 *rentina de Guidaccis* † allegata in obiecto,
quia ibi eędem perſonæ comprehendebantur
in ſubſtitutione, ac in ratione agnationis, &
hæc erat expreſsè limitata in euentum in
quem ſubſtitutio purificaretur. Prout nec
obſtat quod prohibitio alienationis ſit facta
nominatim filijs inſtitutis, quià fideicom-
13 miſſum abſolutum † non deducitur ex pro-
hibitione, ſed ex ratione conſeruandæ agna-
tionis independenti tàm à ſubſtitutione, quã
à prohibitione, quæ ratio cum ſit vtraquè
14 generalior, † & amplior declarat verba com-
munia conditionis præcedentis ad excluſionẽ
fæminarum *Gabr. conſ. 124. num. 14. lib. 2. Rot.*
deciſ. 44. nu. 5. par. 1. recent. & vim prohibitionis
15 quamuis limitatæ† ad perſonas inſtitutorum
extendit ad omnes alias in ratione compre-
henſas. *Soccin. conſ. 43. numer. 2. lib. 3. Curt. Iun.*
conſ. 43. num. 11. Ruin. conſ. 89. num. 21. lib. 2. Surd.
conſ. 07. num. 43. vbi dicit rationem, quià tunc
non fideicommiſſum eſt cauſa prohibitio-
16 nis, † ſed è contra conſeruatio agnationis eſt
ratio, & cauſa tàm fideicommiſſi quàm pro-
hibitionis, ideoquè non debet attendi cauſa-
tum ſed cauſa ipſa, idest ratio quæ eſt princi-
palis *Laderch. conſ. 5. numer. 6. Pereg. dicto conſ. 45.*
ſub num. 9. verſ. 2. lib. 1. Menoch. conſ. 753. num. 3.
Bello. Iun. conſ. 12. nu. 65. & fuit dictum in Peruſina
fideicommiſſi. de Bigazzinis 14. Nouembris 1605.
coram bon. mem. Litta impreſſ. apud Giouag. reſp. 75.
num. 83. lib. 1. [illegible]

Non obſtat quod fideicommittens in co-
17 dicillis † moriente Paſquali ſine filijs Her-
miniam eius vxorem reliquerit vſufructua-
riam, vnde elicitur affectio fideicommitten-
tis erga fœminas earumquè incluſio in verbis
communibus fideicommiſſi, quià non bene
18 infertur † ab vſufructu ad proprietatem, ne-
què eſt inconueniens quod fideicommittens
voluerit vxorem filij preferri, & poſt eius
obitum agnationem conſeruari *Socc. Iun. conſ.*
116. *num.* 10 *lib.* 3. *Rot. deciſ.* 427. *numer.* 43. *part.* 5.
recent. Præter quod huiuſmodi diſpoſitio co-
19 dicillaris non nocet vocatis† ex fideicommiſ-
ſo antea facto in contractu cum ſtipulatione
Notarii pro abſentibus, & naſcituris, quic-
quid dicendum eſſet ſi in vltima voluntate
vt fuit deciſum in Romana hæreditatis de Anguilla-
ria 2. Decembris 1596. *coram bon. mem. Penia*.

Rurſus non obſtat quod hodie non extent
tres domunculæ quas Ioannes fideicommit-
tens poſſedit, ſed poſt eius mortem dirutę
fuerint, ac vna conſtructa longe melior. Quià
imò Ioanne viuente domunculas fuiſſe reda-
ctas in vnam eamquè melioratam apparet ex
ipſo inſtrumento diuiſionis, & fideicommiſ-
ſi, in quo domus in numero ſingulari enun-
ciatur ibi *della caſa poſta in Piazza &c.* & infrà
ibi *in eorum Domo &c.* iuncto alio inſtrumento
anni 1614. inter Egidium, & Paſqualem filios
Ioannis, in quo dicitur Ioannem dùm vixit,
& ipſos Egidium, & Paſqualem feciſſe deſu-
per diuerſa melioramenta, quę in totùm ceſ-
ſerunt commodo Ioannis, cui tunc ratione
20 patriæ poteſtatis † quærebatur quicquid filii
augebant, & acquirebant, *l. ſi venditor § ſi pu-*
pillus ff. in diem addict. l. cum oportet. Cod. de bon.
quę lib. Parian. conſ. 31. num. 49. *Grat. diſcept.* 433.
numero 10.

Et quamuis multa exhibeantur ad docen-
dum de expenſis factis in hac domo à Paſ-
quale poſt mortem patris; tamèn ſunt ſcri-
pturæ priuatæ, & inter alios actæ poſt motam
litem, nec docetur de ſtatu anteriori domus,
21 quo non probato† apparere non poteſt quid
fuerit melioratum *Bart. in l. ſi negocia num.*
ff. negoc. geſt. Curt. Iun. conſ. 165. num. 20. Seraph. dec.
952. num. 2. dec. 1453. num. 5. Buratt. dec. 834. n. 11.
vt requiritur, quià expenſæ potuerunt eſſe
voluptuariæ vel inutiles, & actor non quid
22 impenſum, † ſed facta extimatione melio-
ramentorum de tempore reſtitutionis fidei-
commiſſi quod minùs eſt ſoluere debet me-
lioranti *l. in fundo ff. de rei vend. Valaſc. de Iur.*
Emphit. quæſt. 25. nu. 28. Pereg. de fideicomm. art. 50.
num. 70. & ſeqq. Seraph. deciſ. 898. num. 1. Rot. deciſ.
399. num. 47. part. 5. recent.

23 Imò vltrò probandum eſſet † quod melio-
ramenta eſſent neceſſaria cum enim facta fue-
rint poſtquam die 28. Maij 1630. ad inſtan-
tiam fideicommiſſariorum iudicialiter de-
nunciatum fuerat Paſquali ne ſuper domo
aliquid faceret, minuſquè illam in totum vel
in partem reſarciret Summario Michaelis n. 1.
24 eſto quod melioramenta probarentur vtilia †
non eſſent reficienda propter temeritatem, &
malam fidem ex dicta denunciatione inductã
in meliorante, cùi propterea conceditur ſo-
lum eorum abraſio, quatenus ſeparabilia ſint

abſquè

abſquè leſione prioris ſtatus *l. domum in fin. C. de rei vendic. Bart. in d. l. in fundo ſub num.* 11. vbi
25 quod hoc procedit in impenſa vtili † facta in reficiendo, at factam in faciendo de nouo poſſeſſor ammittit, *& Bart. ſequitur Caſt. in dicta l. domum num. 3. Ang. in §. certè illud colu. 1. in fin. inſt. de rer. diuiſ. Valaſc. conſult. 83. numer. 19. Gabr. conſ. 157. ſub num. 3. ibi neque in vtilibus in reficiendo*
26 *lib. 1.* Et generaliter quod expenſæ vtiles † factæ poſt denunciationem non deducantur *Alber. in l. intra vtile num. 40. in fin. ff. de minor.* vbi
27 data hanc cautelam denunciandi † poſſeſſori, ne faciat expenſas *Cagn. in l. vnica num. 73. Cod. ſent. que pro eò Bald. conſ. 257. num. 3. lib. 1. Menoch. de recup. remed. 15. num. 540. Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 112. num. 33. Grat. diſcept. 193. nu. 11. qui n. 12. hoc ampliat, quando vt in caſu noſtro denunciatio fuit iudicialis.*

Quo verò ad bona exiſtentia in territorio Caſciæ dixerunt Domini eſſe dandam im-
28 miſſionem, † quia illorum identitas, & quod poſſeſſa fuerint à fideicommittente conſtat ex inſtrumentis acquiſitionum cum clauſula
29 conſtituti, † quæ probat poſſeſſionem conſtitutarij contra aduerſarios habentes ab eo cauſam *Surd. conſ. 505. num. 4. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 618. num. 3. verſ. 2. Rot. in Auximana fideicommiſſi 13. Ianuarij 1640. coram Reuerendiſs. D. meo De-*
30 *cano §. reſpectu denique*; præſertim † concurrentibus adminiculis *Pereg. de fideicomm. art. 44. n. 4. Petra eodem tract. quæſt. 12. num. 31 vſquè ad 45.* &
31 adminicula ſunt † liber æſtimi *Alex. conſ. 92. num. 5. lib. 2. Alba conſ. 6. num. 8. Fuſar. d. quæſt. 618. num. 18. Rot. in dict. Auximana fideicommiſſi §. de*
32 *catasto*, & ſucceſſiua poſſeſſio † eorumdem bonorum penès ſucceſſores fideicommittentis *Pereg. conſ. 48. nu. 7. lib. 1. Rot. deciſ. 80. num. 17. par. 2. diuerſ. dec. 706. n. 2. par. 2. rec. cum alijs allegat. in d. Auximana fideicommiſſi.*

Ex quibus, & alijs in prima deciſione deductis reſolutum fuit dandam eſſe immiſſionem Michaeli in poſſeſſionem domus in Vrbe exaductſo poſſeſſæ, & bonorum Caſciæ vtraquè parte informante.

LICIEN. PECVNIARIA.

Veneris 29. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Cambia abſque litteris dell'andata, e del ritorno tanquam ſicca; & vſuraria non debentur Onus probandi litteras fuiſſe tranſmiſſas ſpectat ad creditorem; cum ſufficiat debitori negare illorum tranſmiſſionem, & hæc negatiua dicitur probata eo ipſo quod creditor illas non exhibet.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum Cambij probat obligationem debitoris de reſtituendo pecuniam receptam.*
2 *Hæres non poteſt in præiudicium legatarij rem legatam in dotem aſſignare, nec de ea diſponere.*
3 *Debitor non liberatur ſoluendo alij, quam vero creditori.*
4 *Hæredi aſſerenti ſe aliquid feciſſe de mandato teſtatoris non creditur, quia mandatum probandum eſt per duos teſtes.*
5 *Scriptura inſerta in aliquo Inſtrumento vt fidem mereatur requiritur quod inſertio fuerit facta cum decreto Iudicis alias ſemper viget ſuſpicio antidatæ ſcripturæ inſertæ.*
6 *Cambia non debentur non docto de litteris, quas vocant dell'andata, e del ritorno, ſine quibus ſicca ſunt, & vſuraria.*
7 *Cambia quando ſunt ſicca, fructus ſoluti ipſo Iure cedunt in ſortem.*
8 *Solutum pro vſuris computatur directo in ſortem, ac ſi pro ſorte ſolutum fuiſſet.*
9 *Litteræ cambij præſumuntur tranſmiſſæ eò ipſo quod debitor ſoluit, alias enim ſine illis cambia non ſolkiſſet.*
10 *Et onus probandi litteras non fuiſſe tranſmiſſas incumbet debitori.*
11 *Et interim donec debitor probet tranſmiſſionem retardari nequit executio pro tota ſorte.*
12 *Solutio cambiorum non poteſt plus operari; quam explicita partium confeſsio, quod litteræ cambij fuerunt tranſmiſſæ, quæ tamen confeſsio non releuat creditorem ab onere probandi tranſmiſsionem.*
13 *Aſſertioni partium non ſtatur in materia ſuſpecta vſurarum, cum partes poteſtatem non habeant faciendi licitum, quod eſt illicitum.*
14 *Creditor probare tenetur realitatem cambiorum.*
15 *Ampla etiam non obſtante ſolutione, cum ſemper ſit fundamentum eius intentionis ſiuè agat pro executione cambij ſiuè pro ſorte, & redditur ratio.*
16 *Solutum pro cambijs lex interpetratur in cauſam ſortis, quando non ſunt realia.*
17 Deciſ. 536. num. 4. part. 1. recent. declaratur.
18 *Cambia non debentur non probata tranſmiſſione litterarum ſaltim per litteras del ritorno.*
19 *Negatiua tranſmiſsionis litterarum Cambij dell'andata, & del ritorno probata dicitur ex parte debitoris ſi negat illarum tranſmiſsionem, & creditor eas non exhibet, & num. 20.*
21 *Vſuræ fumus reſultat ex vniformi ſolutione Cambiorum videlicet ad rationem decem pro centenario.*
22 *Cambia regulariter eſſe non ſolent vniformia.*
23 *Vſuras fuiſſe palliatas ex quibus deducitur?*

DECISIO CXXX.

MOTO Iudicio in partibus coràm Vicario licienſi contra Io: Dominicum Condo ſuper ſolutione ſortis principalis cambij ducatorum 800. ad inſtantiam Octauij cauſam habentis à Philippo, quem Paulus creditor originarius dicti cambij in ſumma ducatorum 2300. hæredem particularem in eadem ſumma inſtituerat, emanauit ſententia declarans inſtrumentum cambii inexequibile, cambia eſſe ſicca, & illicita, & propterea ſolutiones factas eſſe computandas in ſortem.

A. C. verò Iudex appellationis à dicta ſententia per Octauium interpoſitæ condemnauit Io:

Io: Dominicum ad ſolutionem ducatorum
720. reſeruatis creditori iuribus pro reſiduo
ſortis, & cambijs. A quâ ſententia delatum
fuit Iudicium in tertia inſtantia ad Rotam co-
ràm me, & hodiæ propoſito dubio; An Io:
Dominicus teneatur ad ſolutionem ducato-
rum 800. reſolutum fuit teneri ad ſolutionem
ducatorum 720. tantùm, nàm pro ea ſumma
1 clarum eſt inſtrumentum cambij † quod ob-
ligationem debitoris de reſtituendo pecuniam
receptam probat *Bald. in l. intereſt in vltimo no-
tabili Cod. ſolut. Bart. in l. 1. num. 8. & ibi Iaſ. nu. 10.
ff. noui oper. nunciat. Rota deciſ. 60. num. 1. deciſ. 431.
num. 1. part. 1. recent.*

Nec minuitur ex ſolutione ſcu. 1078. ſolu-
torum Paulo dùm viueret, & ſcutorum 231.
ſolutorum Hieronymo illius hæredi, quia
vtraquè ſumma detracta ex ſumma originali
ſcutorum 2300. creditum adhuc excedit ſcu.
800. ceſſa Octauio actori. Alia autem parti-
ta ſcu. 1500. aſſignata per Hieronymum Pau-
li filium Io: Philippo Prato pro dote AEmi-
lianæ ſororis non eſt in calculum referenda,
quià inſtrumentum aſſignationis celebratum
fuit longè poſt quàm per mortem Pauli puri-
ficata fuerat inſtitutio ad fauorem Philippi
authoris Octauij, in cuius propterèa præiu-
2 dicium † aſſignatio facta ſorori per Hierony-
mum Pauli hæredem non tenet *gloſſ. in l. ſi con-
uenerit verb. aliud nauis verſ. ſed ibi ff. pignorat. act.
Iaſ. in l. ſeruum filij 46. §. ſi pocula ſub num. 3. in gl.
verbo conſiſteret ff. legat. 1. per text. in l. cætera §. vlt.
in fin. ff. eodem, l. ſi bis qui ff. vſufruct. legat. Grat.
diſcept. 251. num. 21.* & per conſequens ſolutio
3 poſt modùm facta AEmilianæ, † ſeu eius vi-
ro qui verè creditor non erat non liberauit
debitorem *l. 2. vbi gl. ff. vt legatorum nomin. cau. l.
eius qui vbi gloſſ. & DD. ff. ſi cert. petat. l. qui alienam
§. quanquam ff. negot. geſt. l. filiæ ff. ſolut. Alex. conſ. 37
num. 1. lib. 3. Grat. diſcept. 636. num. 1. Surd. dec. 60.
num. 1.*

Non obſtat quod in inſtrumento aſſigna-
tionis celebrato vt ſupra poſt mortem Pauli
inſerta fuerint capitula matrimonialia, Paulo
viuente, ac de eius mandato ſubſcripta à Hie-
ronymo filio, quià de huiuſmodi mandato
non conſtat, niſi ex aſſertione ipſius Hierony-
4 mi ſubſcribentis, cui non creditur, † quià
mandatum probandum eſt per duos teſtes
*Imol. conſ. 91. num. 1. Marſil. ſing. 471. num. 2. vbi di-
cit* benè notandum tanquàm quotidianum,
*& in Rub. C. de probat. num. 309. Deci. conſ. 510. n. 2.
Lancellot. Galli conſ. 91. num. 13. lib. 1. Grat. diſcep.
248. num. 15. Rot. deciſ. 60. num. 12. part. ſept. recent.*
Eoque minus creditur, quia dicta capitula in-
ſerta fuerùnt abſquè decreto Iudicis quod re-
5 quirebatur † vt fidem facerent, & euitaretur
ſuſpicio quod cùm Antidata defuncto Paulo
prodierint in lucem *Gratian. diſcept. 693. num. 1.
Afflict. deciſ. 273. numer. 4. in fin. Creſcen. deciſ. 1. de
probat. Buratt. dec. 108. num. 1. & fuit dictum in Te-
rulem. Parochialis 4. Decembris 1623. coram bon.
mem. Merlino.*

Reliquum autèm vltrà ſcuta 720. non de-
beri Rota cenſuit attenta ſolutione aliorum
ſcu. 80. quæ, & ſi ſoluta fuerint pro cambijs,
6 quià tamen cambia non debebantur † non
docto de litteris quas vocant dell'andata, &
del ritorno, ſine quibus ſicca ſunt, & vſuraria
*Nauarr. in manual. cap. 16. tit. de vſur. circa camb.
verſ. quare Molfeſ. conſ. 9. numer. 34. lib. 1. Anton. de
Amat. reſol. 27. nu. 18. Bellon. deciſ. Ianuen. 37. n. 11.
Rot. deciſ. 52. num. 4. part. 1. recent.* ipſo iure † ceſ-
7 ſerunt in ſortem *l. ſi non ſortem in princip. ff. cond.
indebit. vbi Bart. num. 4. ait* ſolutum pro vſuris †
8 computatur directo in ſortem niſi pro ſorte
ſolutum fuiſſet *l. poſt rem iudicatam §. 1. verſ. ſi
tamen ff. tranſ. Fran. Ant. Coſt. conſ. 9. num. 4. Ciriac.
controuerſ. 540. num. 55. & 56. Surd. deciſ. 328. n. 14.
& 17.*

Nec releuat præſumptio quod de litteris
9 cambij † fuerit doctum tempore ſolutionis
nàm alias debitor cambia non ſoluiſſet *l. cum
de indebito ff. probat. Alb. conſ. 523. numer. 6. Rot.
Ianuen. deciſ. 26. ſub num. 24.* ideoquè debitori
10 incumbat onus probandi; † quod litteræ non
fuerint tranſmiſſæ *Grat. diſcep. 569. numer. 27. &
28. Rot. deciſ. 27. numr 23. & ſequent. part. 5. recent.*
11 & interim non poſſet retardari executio † pro
tota ſorte *Rot. deciſ. 536. ſub num. 4. verſ. dum verò
part. 1. recent.*

Quià ſolutio cambiorum non poteſt plus
12 operare † quàm explicita partium confeſſio
quod litteræ fuerunt tranſmiſſæ, quæ tamen
non releuat creditorem ab onere probandi
tranſmiſſionem *Rot. deciſ. 287. num. 21. & 22. dec.
292. num. 3. & 4. part. 7. recent. Bald. in l. rogaſti §. ſi
tibi num. 7. ff. ſi cert. pet.* nàm in materia ſuſpecta
13 vſurarum † non ſtatur aſſertioni partium cum
poteſtatem non habeant faciendi licitũ quod
eſt illicitum *ex notatis per Bart. in l. ſi forte nu. 4.
& 5. ff. Caſtren. pecul. Iaſ. in l. ſi donatione num. 4. ff.
collat.*

14 Itaquè ſicuti creditor † probare teneretur
realitatem cambiorum circumſcripta eorum
ſolutione *Rot. deciſ. 951. in fin. lib. 3. part. 3. diuerſ.
deciſ. 274. num. 6. par. 5. recent. deciſ. 32. num. 21. co-
ram Reuerendiſs. Vrgellen.* ità tenetur ſolutione
15 non obſtante † cum ſemper ſit fundamentum
eius intentionis, ſiuè agat pro executione cam-
bij, ſiuè pro ſorte, & replicet aduerſus debi-
torem excipientem de ſolutione, habet enim
debitor fundatam intentionem in quietantia,
& dum creditor replicat illam loqui de cam-
bijs non de ſorte probet oportet quod cam-
bia erant realia, cum alioquin ſolutum pro
16 cambijs † lex interpetretur in cauſam ſortis
*Roman. conſ. 238. num. 1. quem ſequitur Caſtill. deciſ.
99. nu. 1. & late diſcuſſo articulo fuit in his terminis
deciſum in Romana Cambij 17. Februarij 1642. co-
ram me in qua deciſ. reſpondetur omnibus exaduerſo
deductis, & allegatis excepta deciſ. 536. ſub num. 4.
17 part. 1. recent.* † quæ non applicatur, quia ibi
non agebatur de cambijs ſed de alio intereſſe,
quod clarum non erat, an eſſet indebitum;
18 at cambia † clarum eſt non deberi, niſi pro-
betur tranſmiſſio litterarum ſaltim per litte-
ras del ritorno.

Vel in omnem euentum quatenus debitori
incumberet onus probandi negatiuam rea-
litatis cambiorum concludenter dicitur † pro-
baſſe eo ipſo quod negat adeſſe litteras dell'-
andata,

andata, e del ritorno; cum enim affirmatiua ex conſtitutione Pij V. requirat licteras dum illæ à creditore non exhibentur, † negatiua eſt in probatis, vt in puncto *Rot. deciſ. 775. ſub num. 1. verſ. cum ex reuolutione par. 4. diuerſ. & in d. Romana cambij coram me vbi allegantur concordantes.*

Et in hanc ſententiam eo facilius Domini venerunt quià non tenuis vſuræ fumus reſul-
21 tat † ex vniformi ſolutione cambiorum ad rationem decem pro centenario, cum tamen
22 cambia eſſe non ſoleant † vniformia. *Molin. de contract. diſput. 410. num. 6. Seraph. deciſ. 599. n. 1. deciſ. 946. num. 4.* iuncta pręſertim taxatione facta in inſtrumento ad eamdem rationem ducatorum decem pro centenario, quamuis concepta ſit per non exceſſum, videlicet quod intereſſe cambiorum non excedat decem
23 nàm hoc colore palliatas fuiſſe vſuras † conſtat ex obſeruantia ſubſecuta ſolutionum factarum ad rationem ſcutorum 10. vt in puncto animaduertit *Franciſcus Salern. conſ. 47. ſub num. 53. verſ. in noſtro lib. 1.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

ANCONITANA BONORVM.

Lunæ 1. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Confeſſio dotis receptæ probat veram numerationem, concurrentibus adminiculis, & plura in deciſione enumerantur adminicula, ex quibus talis confeſſio vera conuincitur. Mulier non præſumitur de eius credito dotali ſatisfacta ex quo tanquam Tutrix adminiſtrauit bona filiorum, niſi conſtet ad eius manus tot bona perueniſſe, ex quibus potuerit ſatisfieri, alias enim ſemper mulieri competit actio, pro conſecutione crediti dotalis, nulla habita ratione, an Inuentarium confecerit necne? quia ſpeciale eſt in dote, ne eius reſtitutio retardetur exceptione adminiſtrationis bonorum viri.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata excluditur ſtante iniuſtitia ſententiæ.*

2 *Iudex commiſſarius ſiue delegatus procedere debet iuxta formam commiſſionis.*

3 *Confeſſio viri de dote recepta probat veram illius numerationem, concurrentibus adminiculis de quibus infra nu. 5. & ſeqq.*

4 *Matrimonia ſine dote regulariter non contrahuntur.*

5 *Confeſſio dotis receptæ probat veram numerationem quando conſtat de promiſſione præcedenti, quæ tollit præſumptionem ſimulationis, aut animi donandi in fraudem legis.*

6 *Et ſtante dicta promiſſione præcedenti non poteſt viduæ opponi exceptio non numeratæ dotis, nec ab hæredibus, nec à creditoribus viri medio tempore creatis.*

7 *Promiſſio dotis licet non aliundè probetur, quam per apocam priuatam inſertam in Inſtrumento dotali abſque decreto iudicis omnino requiſito vt apoca fidem faceret, nihilominus inſeruit pro adminiculo, & num. 8.*

Scriptura inſerta in aliquo Inſtrumento, vt fidem faciat requiritur, quod fuerit inſerta præuio Iudicis decreto, ibid. num. 7.

9 *Item confeſſio dotis receptæ veram numerationem probat ſtante promiſſione iurata viri de dote reſtituenda in caſum reſtitutionis tàm conſtante, quàm ſoluto matrimonio.*

10 *Item ſi conſtat maritum penes ſe vxorem retinuiſſe, & ſpatio longi temporis aluiſſe, nam alias veriſimile non eſt, quod maritus alimenta præſtitiſſet.*

11 *Hæc tamen coniectura de per ſe ſola non ſufficit, iuncta verò cum alijs plurimum confert.*

12 *Item ſi concurrit ſolutio partis dotis, nam confeſſio in parte vera talis præſumitur in totum.*

13 *Maritus ſi emit à debitore dotis rem aliquam, tunc illius pretium cenſetur ceſſiſſe in cauſam dotis, ſi non apparet à marito ſolutum in contanti, ſed ſolum confeſſatum.*

14 *Item probatur numeratio dotis, ſi concurrit lapſus temporis ad excipiendum de non numerata dote.*

15 *Item ſi ſoluto matrimonio fuit contra bona hæreditaria viri relaxatum mandatum pro reſtitutione dotis, & facta illius reſtitutio ab hæredibus viri.*

16 *Præſcriptio cenſetur interrupta per Iudicium motum.*

17 *Præſcriptio non perimit actionem ipſo Iure, ſed ope exceptionis.*

18 *Mulier præſumitur de eius credito dotali ſatisfacta, ſi tutelam filiorum adminiſtrauit, nullo confecto Inuentario Declara vt nu. 22.*

19 *Iocalia cum inſeruire ſoleant ad ornatum vxoris præſumuntur penes eam fuiſſe conſtante matrimonio, eoque ſoluto retenta, niſi contrarium probetur, num. 20.*

21 *Mulier ſi alienauit ſoluto matrimonio bona viri, & pretium apparet fuiſſe verſum in extinctionem æris alieni eiuſdem viri, imputari nequit in eius creditum dotale.*

22 *Rota circa præſumptam ſatisfactionem mulieris reſultan. ex adminiſtratione tutelæ ſequendo doctrinam* Neguzant. de pignor. 5. menib. 5. parte nu. 36. *eam præſumptionem non admittit, niſi probetur ad manus mulieris tot bona perueniſſe ex quibus potuerit ſatisfieri.*

23 *Nulla habita ratione an mulier confecerit Inuentarium necne, quia ſpeciale eſt in dote, vt eius reſtitutio non retardetur exceptione adminiſtrationis bonorum viri.*

24 Eſcobar. de ratiocin. cap. 9. num. 09. *quo caſu loquatur?*

25 *Melioramenta quando non ſunt liquida, tunc præſtatur cautio de reficiendo poſtquam fuerint liquidata.*

26 *Ceſſio crediti non ſuffragatur ceſſionario non docto de credito ceſſo apud cedentem.*

DECISIO CXXXI.

SPECIALI commiſſione Sanctiſſimi ad
inſtantiam Societatis Sanctæ Annæ Gre-
corum, & Marinoti Chriſtophari creditorum
q. Camilli de Gabrielibus, præuia narratiua
quod Maria, & alij hæredes Nicoloſæ olim
vxoris d. Camilli retinerent pro dote bona
eius valorem excedentia, demandata fuit Iu-
dici de partibus ſubhaſtatio eorumdem bono-
rum ad effectum ſatisfaciendi primo loco dd.
hæredibus de credito dotali, & deinde alijs
creditoribus.

Cuius commiſſionis vigore Iudex man-
dauit bona ſubhaſtari, & ex precio ſatisfieri
diuerſis creditoribus Camilli, non tamen dd.
hæredibus Nicoloſæ, qui propterea cauſam
appellationis introduxerunt in Rota, vbi cum
exaduerſo allegaretur, quod ſententia primi
Iudicis tranſierat in iudicatum, propoſui du-
bium, an conſtet de re iudicata, quæ veniat
exequenda, fuitque negatiuè reſponſum ob
1 notoriam ſententiæ iniuſtitiam, † quæ exclu-
dit rem iudicatam, *Rota deciſ. 151. n. 3. deciſ. 260.
nu. 7. par. 1. recent. deciſ. 594. n. 4. par. 2. add. ad ſa. me.
Greg. XV. deciſ. 1. nu 6.*

2 Debuit enim Iudex pronunciare iuxta for-
mam commiſſionis, quod præ cæteris ſatiſ-
fieret ex precio bonorum hæredibus Nicolo-
ſæ de credito dotali, quod ſatis probatur
3 per † confeſſionem Camilli viri de dote re-
cepta, concurrentibus adminiculis, *Bald. in l. 1.
ſub nu. 4. verſ. vndè quæritur Cod. de priuil. dot. Curt.
Sen. conſ. 70. ſub num. 4. Aym. conſ. 40. numer. 4. Bero.
conſ. 60. num. 43. lib. 2. Mohedan. deciſ. 2. nu. 2. de con-
feſſ. Rot. deciſ. 102. num. 17. par. 2. diuerſ. dec. 62. n. 2.
coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 108. num. 21. coram bo.
mem. Buratto.*

Et in caſu noſtro vltra generalem præſum-
4 ptionem, † quod matrimonia ſine dote regu-
lariter non contrahuntur, *Socc. conſ. 8. num. 12.
lib. 2. Aym. d. conſ. 40. num. 1. in fin. & num. ſeq. Surd.
conſ. 489. num. 12. Rota deciſ. 24. num. 4. par. 7. recent.*
Concurrit primo præcedens promiſſio dotis,
5 quæ tollit † præſumptionem ſimulationis,
aut animi donandi in fraudem legis, itaut
viduæ non poſſit opponi † exceptio non nu-
6 meratæ dotis, † nec ab hæredibus, nec à cre-
ditoribus viri medio tempore creatis, *Couar.
var. reſol. lib. 1. cap. 7. num. 6. Mareſcott. var. reſolut.
lib. 1. cap. 8. nu. 13. Sanchez de matrim. lib. 6. diſp. 9.
num. 10. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ. fin. gloſſ.
vnica nu. 35. & ſeqq. Seraph. deciſ. 795. n. 1.*

Et licet de promiſſione dotis non conſtet,
7 niſi per apocam priuatam † in Inſtrumento
confeſſionis de recepto inſertam abſque de-
creto Iudicis, quod requirebatur, vt apoca
fidem faceret *Grat. diſcept. 693. num. 1. Afflict. de-
ciſ. 273. num. 4. in fin. Creſc. deciſ. 1. de probat. Burat.
deciſ. 108. numer. 1. & fuit dictum in Terulen. Paro-
chialis 4. Decembris 1623. coram bo. mem. Merlino,*
8 negari tamen non poteſt, † quin ea apoca in-
ſeruiat pro adminiculo, prout quælibet alia
ſcriptura informis, *l. inſtrumenta domeſtica Cod. de
probat. Bald. conſ. 204. n. 7. lib. 3. Caputaq. deciſ. 234.
par. 1. Rot. deciſ. 198. num. 60. deciſ. 310. nu. 3. part. 1
recent.*

9 Secundò adeſt promiſſio iurata † viri de
dote reſtituenda in caſum reſtitutionis tàm
conſtante, quàm ſoluto matrimonio, quàm
pro coniectura veritatis confeſſionis adducit
in his terminis, *Bald. Nouell in repet. l. 1. nu. 198.
& 203. ff ſolut. matrim. & in tract. de dote in princip.
colum. 5. verſ. nec obſtat Surd. conſ. 489. nu. 16. verſ. 5.
concurrit, Ioſeph Ludouicus deciſ. Peruſin. 66. nu-
mer. 11. Rot. deciſ. 24. n. 8. par. 7. recent.*

Tertiò maritus poſt dictam confeſſionem
penès ſe vxorem retinuit aluitque † per vi-
10 ginti annos, vndè deduci ſolet coniectura
veræ ſolutionis dotis, quia alias vereſimile
non eſt, quod maritus alimenta præſtitiſſet,
& quamuis hæc ſola coniectura † non ſuffi-
11 ciat, iuuat iuncta cum alijs, *Aretin. in §. fuerat
ſub num 45. inſtit. de act. Socc. conſ. 82. num. 3. lib. 3.
Dec. conſ. 536. ſub num. 10. Gregor. XV. deciſ. 62. n. 5.
deciſ. 24. numer. 11. deciſ. 160. numer. 3. & 4. par. 7.
recent.*

12 Quarto validiſſimam coniecturam facit ſo-
lutio partis dotis aliundè probata, nam con-
feſſio in parte vera talis præſumitur in totum,
*Dec. d. conſ. 563. ſub num. 10. Aym. conſ. 158. num. 6.
in fin. Gregor. d. deciſ. 62. num. 7. & d. deciſ. 24. nu. 9.
deciſ. 160. num. 2. par. 7. recent.* Nimirum iocalia,
quæ in Inſtrumento dotis in eius computum
debentur fuiſſe tradita viro conſtat ex ipſa
confeſſione aduerſariorum, dum allegant il-
la ſoluto matrimonio remanſiſſe penès viduã
ideoque accepto ferenda hæreditati viri in
calculo reſtitutionis dotis. Pariterque appa-
ret fuiſſe viro ſolutum pretium vineæ nuncu-
pat. S. Mariæ Poſatore, quam in Inſtrumen-
to dotali fuerat conuentum tradi poſſe in ſo-
lutum partis dotis. Nec obſtat quod vinea
fuerit conſignata viro ex cauſa venditionis,
quia quod eius pretium verè ceſſerit in cau-
13 ſam dotis † conuincitur ex eo quod illud nõ
legitur à viro ſolutum, in contanti, ſed ſo-
lum confeſſatum, & eadem die vir ad fauo-
rem venditoris ſimulq; debitoris dotis emiſit
confeſſionem de dote recepta ad tradita per
*Ripam in l. ſi ventri §. fin. num. 10. ff. priuil. cred. Me-
noch. de arbitr. caſ. 432. numer. 38. & præſumpt. 55.
num. 8. lib. 3. Surd. deciſ. 55. n. 9. Rot. deciſ. 481. nu. 6.
par. 5. recent.*

14 Quintò accedit lapſus temporis † ad exci-
piendum de non numerata dote, mandatum
vſque de anno 1625. ab A. C. relaxatum con-
15 tra bona hæreditaria viri † pro reſtitutione
dotis, eiuſque actualis reſtitutio facta ab hæ-
redibus viri in corporibus, quæ poſtmodum
in vim ſupracitatæ commiſſionis Sanctiſſimi
Iudex primæ inſtantiæ mandauit ſubhaſtari;
ac tandem narratiua aduerſarium in eadem
commiſſione, quod dicta corpora excede-
bant creditum dotis allegando enim huiuſ-
modi exceſſum videntur agnouiſſe veritatem
crediti dotalis.

Non obſtat præſcriptio 30. annorum ab
anno 1590. quo per mortem viri ſolutum fuit
matrimonium. Quia fuit interrupta per iu-
dicium

16 dicium motum † coram A. C. attento tem-
pore non relaxationis mandati,ſed petitionis,
vt debet *Abb.in cap.2.num.21.verſ.poſſit tamen de*
ordine cognit.Balb.de præſcript. par.6. princip.qu.4.
num.38.Rot.deciſ.164. num.3. par.2.recent. & ſuf-
ficit quod in eo iudicio non fuerit oppoſitũ
de præſcriptione, vt opus erat, quia non pe-
17 rimit † actionem ipſo iure, ſed ope excep-
tionis *Balb.de præſcript. par.1. princip. quæſt.8.per*
tot.Cancer.var.reſol.lib.1.cap.18. numer.27.& 28.
Ciriac.controu.388. num.22. & 23.Boer.deciſ.344.
num.6.Guid.Pap.deciſ.221.

Maior difficultas verſatur circa ſatisfactio-
nem, tum præſumptam ex quo Nicoloſa tu-
telam filiorum adminiſtrauit † nullo confecto
18 Inuentario, vt per *Eſcobar.de ratiocin.cap.9.nu-*
mer. 69. eoque magis quo ad ſummam ſcuto-
rum 1356. pro quibus fuerunt in partem do-
tis tradita viro iocalia, quia cum illa inſeruire
19 ſoleant † ad ornatum vxoris, *l.quamuis ff.arg.*
& aur.legat. præſumuntur penès † eam fuiſſe
20 conſtante matrimonio, ipſoque ſoluto re-
tenta,niſi contrarium probet *Fontanell.de pact.*
nupt.tom.2.clauſ.6.gloſſ.2.par.7.numer.16.Rota de-
ciſ.225. num.15.& 16. par.6. recent.& in Romana
Separationis Dotis 28.Ianuarij 1641.coram R.P.D.
meo Cerro. Tum veram, quia ex Inſtrumen-
tis publicis patet Nicoloſam alienaſſe diuerſa
corpora hæreditaria viri, & pretium rece-
piſſe.

Cæterum quoad alienationes huiuſmodi,
præter vnam factam de anno 1626. ad fauo-
rem illorum de inuictis pro precio ſcut.2150.
aliarum pretium, nedum recepit Nicoloſa,
ſed & filij qui ſimul cum matre alienauerant,
21 & cum appareat † verſum in extinctionem
æris alieni Patris *Summ.Gabriell. num.12.& tri-*
bus ſeqq. non poteſt imputari in creditum do-
tale mulieris, *vt fuit dictum in Ciuitatis Vetulæ*
Dotis 27.Februarij 1643. coram R. P. Domino meo
Cerro.

Quo verò ad præſumptionem reſultantem
ex adminiſtratione tutelæ Rota † ſequendo
22 doctrinam *Neguſ.de pign.5.memb.5.par.num.36.*
eam præſumptionem admittere non ſolet,niſi
probetur quod ad manus mulieris peruene-
rint tot bona, ex quibus potuerit ſatisfieri,
Seraph.deciſ.1455. num.1.& ſeq. & fuit deciſum in
deciſ.275.num.4.par.4.recent. deciſ.14.num.8.& 9.
par.5.& in Romana Dotis 6. Aprilis 1612. coram
bon.mem.Sacrato in Viterbien.Reſtitutionis dotis 23.
Iunij 1623.coram bon.mem.Patriarcha Manzanedo,
& alias paſſim, nulla habita ratione † an mu-
23 lier confecerit inuentarium, necne, quia
ſpeciale eſt in dote, vt eius reſtitutio non re-
tardetur exceptione adminiſtrationis bonorũ
viri cum ſit illiquida non docto de quantitate
bonorum ad mulieris manus peruẽtorum, &
Eſcobar.ex aduerſo allegatus, † non loquitur de
24 dote, ſed generaliter de tutore, qui dolosè
omiſit ſcribere aliquid in Inuentario.

Igitur admiſſa reſtitutione dotis pro rata
ſcutorum 2150. redactorum ex venditione
facta vt ſupra illis de inuictis, necnon ſcuto-
rum 1356. in iocalibus ità extimatis in In-
ſtrumento confeſſionis de recepto *Summ. Ga-*
briellis nu.2. adhuc ſupereſt creditum dotale
in ſcutis 846. de quibus ſaltem debuiſſet ha-
bere ratio in ſententia de partibus.

Non tamen DD. cenſuerunt ſuffragari hæ-
redibus Nicoloſæ ceſſiones iurium, quas re-
portarunt à creditoribus viri, aut exceptio-
nem melioramentorum. Quia pro his Iu-
dex † mandauit præſtari cautionem de reficien-
25 do † poſtquam fuerint liquidata, & quoad
ceſſiones non probatur creditum cedentium,
26 vt requirit, *l.ſi nomen Cod. hæred. vel act. vendit.*
Rot.deciſ.163.num.6.& 7.poſt Paciſ.de Saluian.de-
ciſ.114.nu.14.par.7.recent.

Et ita deciſum vtraque &c.

BONONIEN. LEGATI.

Lun. 8. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Legatum conditionale valdè differt à pœnali. Conditionale dicitur, quando præcedit inſtitutio pura, & nullo intermedio præcepto de aliquid faciendo, ſequitur ſimplex ademptio ſub conditione negatiua ſi hæres aliquid non fecerit aut dederit. Pœnale dicitur legatum, quando inſtitutio eſt pura, & poſtea iniungitur aliquod onus hæredi, & ſi illud non impleat priuatur relicto tunc enim ademptio dicitur in pœnam contrauentionis. Legatum pœnale non purificatur, niſi concurrat mora hæredis in adimplendo,& ad hunc effectum non ſufficit mora irregularis ſed requiritur mora regularis contracta per interpellationem.

SVMMARIVM.

1 *Legatum conditionale differt à pænali.*

2 *Legatum dicitur conditionale quoties præcedit inſtitutio pura nullo iniuncto præcepto de aliquid dando vel faciendo, ſed ſequitur ſimplex ademptio ſub conditione negatiua, ſi hæres aliquid non fecerit aut dederit.*

3 *Conditio reſolutiua diſpoſitionis in vltimis voluntatibus facit relictum videri factum ſub contraria conditione.*

4 *Legatum pænale dicitur quando inſtitutio eſt pura, & poſtea iniungitur hæredi aliquod onus,& ſi illud non impleat priuatur relicto tunc ademptio dicitur in pænam contrauentionis.*

5 *Ad legatum pænale faciendum, oportet quod præcedat præceptum teſtatoris de aliquid faciendo.*

6 *Pæna eſt quando præcedit præceptum de aliquid faciendo.*

7 *Diſpoſitio teſtatoris vt valeat in vim pænæ requiritur quod præceptum aliquod præcedat.*

8 *Teſtator adimendo legatum poſt præceptum iniunctum cenſetur voluiſſe illud adimere principaliter in odium hæredis, qui præceptum ſpreuit non in fauore legatarij.*

9 *Legati ademptio quod ſit in pænam,& odium hæredis non adimplentis colligitur ex modo relinquendi, quo teſtator vſus fuit in teſtamento.*

10 *Pænæ in teſtamentis quomodo adſcribantur ſi conſiſtunt in aduerſatiua tacita aut expreſſa?*

11 *Teſtator ſi reliquit legatum annuum ſoluendum per hæredem, & in caſu non ſolutionis ſubrogauit fundum maioris redditus, cenſetur id reliquiſſe in pænam & vindictam contrauentionis.*

12 *Teſtatoris coniecturata voluntas ſufficit ad agnoſcendum an legatum ſit pænale vel conditionale.*

13 *Legatum quod ſit pænale ex quibus verbis deſumatur?*

14 *Caducitas eſt pæna.*

15 *Pæna legati in caſu non adimplementi poſita, cenſetur in pænam non adimplentis poſita.*

16 *Legatum ſimplex ſtare poteſt quod ſit pænale, & pæna applicetur legatario & num. 17.*

18 *Ex modo legandi colligitur intentio & cauſa propter quam ſit legatum.*

19 *Clauſula* omni meliori modo *poſita in legato, quid operetur?*

20 *Clauſula* omni meliori modo *appoſita in legato tunc operatur quando ſcilicet legatum non ſubſtinetur nomine pænæ, nec aliunde apparet quod teſtator voluerit hoc nomine tantum relinquere, ſecus vero in caſu contrario.*

21 *Voluntas teſtatoris clara non alteratur per clauſulam* omni meliori modo, *quæ operatur quidẽ quod actus valeat omni meliori modo, ſed non inducit modum contrarium contra mentem expreſſam.*

22 *Voluntas teſtatoris ſeparat conditionem à pæna.*

23 *Pæna ſine mora non committitur.*

24 *Conditio appoſita à teſtatore quatenus hæres deficiat in ſoluendo intelligitur ſi fuerit in mora ſoluendi.*

25 *In mora vt hæres conſtituatur ſatis eſt dies tacita, quæ ineſt legato annuo.*

26 *Item nec dies legatis, nempe lapſus temporis infra quod hæres poterat ſoluere.*

27 *Mora irreguralis contrahitur abſque aliqua interpellatione fauore piæ cauſæ.*

28 *Debitor vt propter moram teneatur ad vſuras, ad intereſſe, ſeu de interitu rei, ſufficit mora irregularis.*

29 *Ad pænam committendam non ſufficit dies tacita, nec mora irregularis, ſed requiritur mora regularis contracta per interpellationem debitoris.*

30 *Et cum hac diſtinctione concordantur DD.*

31 *Interpellatio non requiritur in legato conditionali, ſecus verò in modali, & quare?*

32 *Præiudicium maius verſatur in amittendo Iure iam quæſito, quam in amiſſione quærendi.*

33 *Dies non interpellat pro homine in pænalibus.*

34 *Interpellatio requiritur quando agitur de legato annuo, in quo dies cenſetur appoſita cauſa multiplicandæ obligationis.*

35 *Et operatur vt multiplicetur obligatio legatorum, itaut tot ſint legata, quot anni, ſed non conſtituit in mora hæredes, niſi vltro ſit appoſita alia dies cauſa differendæ ſolutionis.*

36 *Dies an ſit appoſita cauſa differendæ ſolutionis vt in legato ſemel præſtando, an vero cauſa multiplicandæ obligationis vt in annuis legatis, hoc ſecundo caſu æquum non eſt quod eadem dies pariat obligationem & moram.*

37 *Hanc diſtinctionem à Bartolo relatam, ſequitur* Caſtrenſ. conſ. 47. num. 2.

38 *Dies quando eſt appoſita cauſa multiplicandæ obligationis tunc lapſus temporis ſufficit quod operetur vnum effectum ſcilicet multiplicandi legatum, non autem debet producere alium effectum moræ videlicet hæredis.*

39 *Ad moram producendam requiritur interpellatio ac ſi tempus non eſſet appoſitum.*

40 *Cauſa qualibet excuſat à mora.*

41 *Dominium rei legatæ ſtatim ac hæres non ſoluit, tranſit ipſo iure in legatarium.*

42 *Mora purgatio non admittitur, quando præiudiciũ eſt irreparabile.*

DECISIO CXXXII.

RAYMVNDVS de Santis in teſtamento cũ quo deceſſit iniunxit Stephano, Auguſtino, & Ioſepho de Nigris hæredibus inſtitutis onus ſoluẽdi ſingulis annis libras 240. Hoſpitali Beatæ Mariæ de Vita pro elemoſina vnius Miſſæ quotidiè celebrandæ in perpetuum ad Altare Sanctiſſimi Crucifixi priuilegiatum in Eccleſia eiuſdem Hoſpitalis, & quatenus dicti hæredes differrent, ſeu deficerent in executione pręmiſſorum voluit quod cadant ex nunc prout ex tunc à commodo vnius predij poſiti in Cappella ſancti Nicolai de Villula, quod predium ex nunc pro tali caſu caducitatis liberè & pleno iure reliquit titulo inſtitutionis & alias omni meliori modo, quo potuit ipſi Hoſpitali cum dicto onere Miſſarum.

Cuius relicti vigore pretendens Hoſpitale ob non factam ab hæredibus teſtatoris toto anno 1639. ſolutionem dictarum librarũ 240. prædium præfatum ad ſe ſpectare, egit Bononiæ coram Vicario Eminentiſſ. Archiepiſcopi, & obtinuit aſſociationem, quam in gradu appellationis reuocauit A. C. & deuoluta cauſa ad Rotam in tertia inſtantia, mihique commiſſa propoſui hodiè dubium, An legatum prædij debeatur Hoſpitali, & non deberi fuit reſolutum.

Cenſuerunt enim Domini nos verſari in
1 terminis legati pænalis † ſequendo theoricam *Aretini in l. Tuia 134. ſub num. 3. col. 3. circa medium verſ. ſed iſta ſua ratio ff. verb. oblig.* qui diſtinguendo legatum conditionale à pænali
2 † ait quod ſi præcedit inſtitutio pura, & nullo intermedio præcepto de aliquid faciendo vel dando ſequitur ſimplex ademptio ſub conditione negatiua ſi hæres aliquid non fecerit aut dederit legatum dicitur conditionale, quia in vltimis voluntatibus conditio reſolu-
3 tiua diſpoſitionis † facit relictum videri factũ ſub contraria conditione, *l. ſi legatum purè ff. adim. legat. l. quibus diebus § quidam Titio, & ibi Bart. l. aliquando in fin. ff. condit. & demonſtr.* ſi verò inſtitutio eſt pura & poſtea iniũgitur aliquod
4 onus hæredi † & ſi illud non impleat priuatur relicto tunc ademptio dicitur in pænam contrauentionis & legatum eſt pænale, vt eſt caſus in *l. vxorem. §. hæres ff. legat. 3.* & hanc diſtinctionem ſequitur, *Ruin. conſ. 48. num. 4. lib. 2. Ceph. conſ. 52. nu. 13. & duobus ſeqq. Paſett. conſ. 89. num. primo & 8.* vbi ponderat quod ad facien-
5 dam pænam oportet † præcedat præceptum

teſtatoris de aliquod faciendo vel non facien-
do & conſ.90.num.primo,vbi quod iſtam diſtin-
ctionem ſentit tex.in l. prima in fin. Cod. his quæ
pen. nom. & eſt de mente communi Doctorũ
conſ.91.num.primo,vbi generaliter firmat quod
6 pæna eſt † quando præcedit præceptum, Me-
noch.conſ.78. num.8. & 10. vbi quod vt in vim
7 pęnæ valeat diſpoſitio † præceptum aliquod
præceſſiſſe debuit, Surd. conſ.268. num. 64. vbi
quod dicitur pæna quãdo ponitur poſt præ-
ceptum ſeu onus à teſtatore iniunctum Gabr.
conſ.105. ſub num.6.verſ.apparet igitur, vbi dicit
rationem, quia teſtator adimendo legatum
8 † poſt præceptum iniunctum apparet quod
ademit principaliter in odium hæredis, qui
præceptum ſpreuit, non in fauorem legatarij
lib.1. Giouag.conſ.93. num.23. lib.primo.

In caſu autem noſtro præcedit onus, ſeu
præceptum ſoluendi annuum legatum Ho-
9 ſpitali, & ſequitur ademptio † in caſum one-
ris non adimpleti,& vlterius quod ademptio
ſit in pęnam ac odium hæredis non adimplẽ-
tis, nõn autem fauore Hoſpitalis colligitur,
tum ex modo relinquendi, nam teſtator poſt
onus ſoluendi priuationem prædij ſubdidit
mediante aduerſatiua, ibi & quatenus dicti hæ-
redes, &c. quo modo in teſtamentis adſcri-
10 buntur pęnæ, † quæ conſiſtunt in aduerſati-
ua aut tacita aut expreſſa, Bald.in l.prima n.33.
Cod.his que pæn.nomine Gabr.conſ.105.nu.7.lib.1.
Grat.diſcept.915.num.14.& 15. Surd. deciſ.7.n.7.

Tum ex coniecturis, quia ſupra teſtator,
vbi voluit loco ſolutionis annuæ librar. 240.
ab hæredibus faciendæ rem aliam ſubrogare
11 in caſu † quo hæres non eſſet in culpa ſol-
uendi, ſubrogauit rem eiuſdem redditus, ibi
& ſi quando dicti hæredes,&c.in caſum verò cul-
pæ hæredis reliquit Hoſpitali prædium reddi-
tus longè maioris, quod eſt argumentum
odij & pęnæ in vindictam contrauentionis,
Socc.in l.2. in princ. ff.his quæ pæn.nom. Surd. dicta
deciſ.7. num.8. & ſufficit ad hunc effectum co-
12 niecturata † voluntas, Imol. in l.prima num. 6.
vbi de veriori & in l.3. verſ.aduerte tamen ff. con-
dit.& demonſt. Cuman. conſ.51. num.3. verſ.præci-
puè cum teſtator Molin.de primogenit.lib.2. cap.12.
num.33.Surd.deciſ.232.num.16.

13 Tùm tertio ex verbis, † ibi cadant,&c.& in-
fra quod predium, &c. ex nunc pro tali caſu caduci-
tatis, &c. reliquit &c. dicto Hoſpitali, &c. quod
in terminis ponderat, Giouagn.conſ.93. num.23.
in fin. & in fortioribus Rota in Bononien. legati de
Pannolinis 4.Februarÿ 1602.coram bon. mem. Sa-
crato impreſſ.apud Giouag.ibid.ſub num.32.& idem
eſt legaſſe Hoſpitali in caſum caducitatis vel
in caſum pęnæ incurſæ ab hærede,quia cadu-
14 citas † eſt pęna, l.Senatus ff. contrhen.empt. Alb.
conſ.118.num.primo conſ.152.num.3.conſ.548.n.5.

Vndè nec dici poteſt quod legatum predij
fuerit principaliter relictum fauore Hoſpita-
lis, ideoque pęnale non ſit,vt in caſu deciſ.693.
num.4.par.prima recent. quia ex prædictis appa-
ret fuiſſe principaliter relictum in pęnam hæ-
15 redis, & vocatio piæ cauſæ non excludit ra-
tionem pęnæ, quia ſtant ſimul quod legatũ
16 ſit pęnale† & pęna applicetur piæ cauſæ quaſi
teſtator primario reſpexiſſet in prędio de
quo agitur non illi prætuliſſet in eodem pre-
17 dio hæredem ſcriptum † aut ſaltèm illam
ſimpliciter ſubſtituiſſet hæredi vt in puncto
ratiocinatur, Dec. conſ.173. num.2. verſ.ſecundo
conſiderandum & ſub num.3.colum.3. circa fin. ex
18 modo enim legandi † colligitur intentio &
cauſa propter quam fit legatum, l. ſed ſi ſuſce-
perit,§.1.& ibi Bart.num.1.ff.iudic.Caſtr.conſ.309.
ſub num.2.lib.primo,Caſar.manent.conſ.147.nu.1.

Minus refert quod in legato predij appo-
19 ſita ſit clauſula omni meliori modo † ex traditis
à Ruin.conſ.150.num.9.lib.3. Ceph.conſ.243.n.28.
Riminal.iun. conſ.116.ſub nu.53. quia hi Docto-
res & quotquot in idem allegari poſſent lo-
quuntur in caſu longè diuerſo,nempè quan-
do legatum non ſubſtineretur nomine pænæ
20 † neque aliundè apparet quod teſtator vo-
luerit hoc nomine tantum relinquere, ſecus
verò in caſu contrario vt in ſpecie Paſetth.cõ-
ſil.89.num.4. Surd.dicta deciſ.7.num.25. ea ratio-
21 ne, quia voluntas teſtatoris clara † non al-
teratur per clauſulam omni meliori modo, quæ
operatur quidem quod actus valeat omni
meliori modo quo pænæ nomine ſubſtineri
poteſt, ſed non inducit modum contrarium
contra mentem expreſſam diſponentis,Rip.in
l.prima §.ſi quis ita num.30.ff.verb.oblig.Ceph.cõ-
ſil.23.num.123. Simon de Pret. conſ.203. num.39.
22 & conditionem à pæna ſeparat † voluntas
teſtatoris l.2. ff.his que pæn.nom. Paſetth. conſ.91.
n.2.Gabr.conſ.105.n.8.lib.1.Surd.dicta dec.7. n.12

Poſito autem quod legatum predij ſit pę-
nale, ſequitur quod non fuit purificatum ad
fauorem Hoſpitalis, quia hæredes non fue-
runt conſtituti in mora ſoluendi annuas li-
23 bras 240. ſinè qua † pœna non committitur
Aret.in l.ita ſtipulatus num. 9. ff. verb. oblig. Bart.
conſ.136.num.1.lib.1. Afflict.deciſ.295. num.primo
24 & ſeqq. & conditio illa quatenus † hæredes
deficerent in ſoluẽdo intelligitur, ideſt ſi fue-
rint in mora ſoluendi, Dec.conſ.173.ſub nu.3.
verſ.& illa conditio Ruin. conſ.184.ſub nu.8. verſ.
25 quia illa verba lib.2.Neque enim ad conſtituẽ-
dos hæredes in mora ſatis erat dies tacita,quæ
ineſt legato annuo, l. nec ſemel. ff.quand.dies leg.
ced.Aldobrandin.conſ.4. num.30.lib.1. Peregr. con-
26 ſil.34.ſub.num.5.lib.2.ſiuè dies legalis †nempè
lapſus temporis,infra quod hæres poterat ſol-
uere vt per Pariſ.conſ.19.num.197.& 198.lib.2.
Bolognet.conſ.12.num.15.& 16. Simon de Pret.cõ-
ſil.151.num.106. ſiuè fauor piæ cauſæ qui effi-
27 cit vt re ipſa contrahatur mora † irregularis
abſque aliqua interpellatione, l. Titia ſeia §.
vſuras ff.leg.2. Bald.in Auth. hoc amplius num.16.
verſ.niſi in his Cod.fideicomm. Mantic.de coniectur.
lib.7.tit.10.num.34.in fin. Riminal.iun. in puncto
legati pro celebratione Miſſarum conſ.729.ſub
num.23. Giurb.dec.97.num.19.

Quia hæc benè procedunt ad effectum vt
debitor propter moram teneatur ad vſuras,
28 † ad intereſſe, ſeu de interitu rei iuxta notata
in l.quod te ff.ſi cert.pet. ad committendam ve-
29 rò pænam † nec ſufficit dies tacita, nec mora
irregularis contracta per interpellationẽ cre-
ditoris, vt probatur ex l.ſi penum.ibi cum interpel-

latus fundum non dederis ff.quando dies legat. ad l.ſi
ex legati cauſa 23.ibi ſi aut interpellatus non dediſti
ff.verb.oblig. Auth.hoc amplius ibi monitus à Iudi-
ce Cod.fideic. & bene declarat Bald.in d. Auth. hoc
amplius ſub nu.16.infra med.verſ.præd.vero Aym.
conſ.64.ſub num.1.verſ.tamen conſ.192. ſub n.17.
verſ. ego ſoleo vbi quod cum hac diſtinctione
30 † concordantut contraria, *Ruin. conſ.184. ſub*
num.5.verſ.ita demum lib.2. Aret.conſ.149.ſub.n.1.
verſ. his tamen non obſtantibus & pluribus ſeqq. &
præſertim ſub num.3.verſ. ſecundo dicimus, vbi aſ-
ſignando rationem diuerſitatis, cur non re-
31 quiratur interpellatio † in legato conditio-
nali requiratur autem in modali vt priuatio-
ni ſit locus, ait quod in conditionali cum id
quod eſt in obligatione non ſit in diſpoſitio-
ne non cadit interpellatio in eo quod non
debetur, ſed in modali pręcedit obligatio poſt
legatum acceptum ideoque cadit etiam inter
32 pellatio, & maius verſatur præiudicium † in
amittendo iure iam quæſito quam in amiſ-
ſione quærendi, *Alb. conſ. 48. num. 18. & 20.*
Ceph.conſ. 493.num.8. Menoch.conſ.131.numer.6.
Grat.diſcept.523.num. 26. & 27. Simon de pret. de
interpræt.vltim.volunt.lib.4. fol.452.numer.31. &
32.Mart.de ſucceſſ. legal.par.4.quæſt.18.art.3.n.47
& 48. Molfeſ.ad conſuetud. Neap. part.4. quæſt.1.
num.11.Theſ.deciſ.270.num.25.Oſaſc.deciſ.48.n.1
33 *Capyc.latro deciſ.59.num.23.*vbi quod dies † nõ
interpellat pro homine in pœnalibus & in
puncto legati pœnalis ad fauorem piæ cauſæ,
Gozzad. conſ.34. num.3. & ſeqq. ex tex. in cap.nos
quidem de teſtam. quem ſequitur Alb. dicto conſ. 48.
num.21.Felin.conſ.34.num.10. verſ.ratio num.11.
& ſub num.25.verſ.et decidit Menoch.conſ.533.ſub
nu.3.verſ.& accedit & in tract.de Adipiſc.remed.2
num.75.& 76. Honded.conſ.63.ſub num.25. lib.2.
Genuenſ.practic.Eccleſiæ quæſt.129.num.3.

Eoque magis requirebatur interpellatio
in caſu noſtro, tum quia agitur de legato an-
34 nuo, † in quo cum dies cenſeatur appoſita
cauſa multiplicandæ obligationis, *l.cum in an-*
nos l.nec ſemel ff.quan.dies legat.ced.Pereg.conſ.34.
ſub num.5.lib.2. operatur quidem vt multipli-
35 cetur † obligatio legatorum, ita vt tot ſint
legata quot anni, ſed non conſtituit in mora
hæredes, niſi vltro ſit appoſita alia dies cauſa
differendæ ſolutionis, *Bart.in l.1. §. quod ſi in*
annos num. 2. ff. de penu. legat. vbi diſtinguit an
dies ſit appoſita cauſa differendæ ſolutionis,
36 † vt in legato ſemel præſtando, an verò cau-
ſa multiplicandæ obligationis vt in annuis
legatis, quia hoc ſecundo caſu non eſt ęquum
quod eadem dies pariat obligationem & mo
ram, *l.quod dicimus ff.ſolut.* eamdemque diſtin-
37 ctionem † ſequitur *Caſtr. conſ. 47. num. 2.* vbi
quod ſufficit quod lapſus temporis operetur
vnum effectum, quia ſcilicèt multiplicat le-
38 gatum † nec debet producere alium effectũ,
moræ videlicèt hæredis, ideoque ad eam
39 producendam † requiritur interpellatio ſi-
cuti ſi tempus nullum fuiſſet appoſitum, *li.2.*
Felin. conſ.34. num. 2. & 3. & num.ſeqq. Alex.in
l.quoties 59.num.3. ff.verb.obl. Iaſ.in l.ſi ex legati
cauſa 23.num.14. verſ.4.not.limita ff.eod. Trenta-
cinqu.var.reſol.vol.primo lib.3.tit.de ſolution.reſol.
32.num.13.& 14.

Tum etiam, quia cum hæredes ab initio
ſoluerint pagam tunc maturatam, deindè ve-
rò de anno 1637. emanauerit laudum inter
ipſos & Moniales Sanctiſſ. Corporis Chriſti,
Ciuitatis Bononiæ, in quo hæredes iuſſi fue-
runt dimittere prout dimiſerunt aliqua bo-
na hæreditaria Monialibus, & his impoſitum
fuit onus annui legati ſoluendi Hoſpitali ad-
uerſario, apparet quod hæredes procul ſunt
ab omni negligentia, quodque habuerunt iu-
ſtam cauſam credendi fuiſſe de cætero ſolu-
40 tum à Monialibus; quæ cauſa † excuſat à
mora, *l.quod te in fin. ff.ſi cert.pet. Ger. Spin. con-*
ſil.5.num.29.Mart.in term.legati pij de ſucceſſ.legal.
par.4.quæſt.18.art.4.num.34.& ſeqq. Cyriac.contr.
374.nu.22.& 23.Surd.deciſ.240.ſub n.9.verſ. & ſi
cauſa, Felin. in term. hæredis qui aliquando
ſoluit annuum legatum pium & deinde ex
probabili cauſa ceſſauit, *dicto conſ.34.num.12.*
Buratt.deciſ.624. num.7. Maximè verò, quia
certiorati per iudicium exaduerſo motum de
anno 1639. quod Moniales non ſoluerant
ſtatim obtulerunt realiter omnes terminos
decurſos, quod ſufficit vt pęnam euitent in
puncto, *Caſtr.d.conſ.47.ſub num.2.verſ.& ſufficit*
lib.2.Felin.dicto conſ.34.nu.25. verſ.vnde conclu-
dit.

Ex quibus non applicantur quæ exaduer-
ſo adducuntur de legato conditionali, vel al-
ternatiuo & ſuccedaneo, ſeu de purgatione
moræ, cui in huiuſmodi legatis locus non eſt,
quia executio iam eſt facta à lege cum domi-
41 nium rei legatæ † ſtatim ac hæres non ſoluit
tranſierit ipſo iure in legatarium, vt tradit
Bart.in l.ſi inſulam 84.num.19.ff.verb.oblig. quia
legatum de quo agitur non eſt conditionale,
aut ſuccedaneum, ſed pœnale, nec adducitur
purgatio moræ, ſed negatur quod mora ali-
quando fuerit contracta, idemque reſponde-
tur ad motiuum præiudicij illati animæ te-
ſtatoris ob Miſſas non celebratas, cuius præ-
iudicij contemplatione, quia eſt irreparabile
42 † denegari purgationem moræ, tradit *Ge-*
nuenſis praticab. Eccleſ.quæſt.344.ſub num.7.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

CATHACEN ECCLESIAE.

Mercurij 10. *Iunij* 1643.

ARGVMENTVM.

In fundo donato ſi Eccleſia à Donatario con-
ſtruatur ad ipſum ſpectat, & poteſt Eccleſia
conſtructa in alium transferri, non attento
quod idem fundus fuerit alteri donatus, quia
ſemper præferendus eſt primus donatarius, cui
traditus fundus antea fuit, & traditio, ex qui-
bus probetur?

SVMMARIVM.

1 *Renouationes ſucceſſiuis temporibus factæ primam conceſſionem pernecеſſe ſupponunt.*

2 *Inſtrumenta ad inuicem adminiculantur, & fomentum recipiunt.*

3 *Iuncta maximè antiquitate temporis vltrà centum annos.*

4 *Obſer-*

4 *Obſeruantia dat robur Scripturis etiam informibus.*
5 *Donatio transfert rei donatæ dominium in donatarium.*
6 *Dominus fundi, in quo fuit conſtructa Eccleſia eſt etiam ipſius Eccleſiæ Dominus.*
7 *Eccleſiam conſtruens fit illius Dominus.*
8 *Diſpenſatio, ſiue beneplacitum apoſtolicum ex curſu longiſſimi temporis cum obſeruantia præſumitur.*
9 *Coniecturæ ad probandum dominium inſimul iungi debent.*
10 *Recognitiones, ſeu ſolutiones factæ intelliguntur in vim præcedentis tituli.*
11 *Res aliena concedi, aut donari ſcienti à ſciente non poteſt.*
12 *Acceptatio eſt actus reiterabilis, & in fauorabilibus ex ſola ſcientia donationis præſumitur.*
13 *De Iure tertii allegari nec excipi poteſt.*
14 *Præſertim quando ipſa pars non dat de diſſenſu.*
15 *Conſenſus reſultat ex longa taciturnitate.*
16 *Donatio ſecunda in præiudicium primi donatarij nihil operari poteſt, cui ex priori donatione dominiũ fuerat quæſitum.*
17 *Donatarius primus ſemper præfertur ſecundo, ſi res donata cum effectu fuit tradita.*
18 *Traditio rei donatæ probatur eo ipſo, quod donatarius de re donata diſpoſuit.*
19 *Res inter alios acta tertio præiudicare non poteſt.*
20 *Effectuatio in parte præſumitur etiam in reliquis.*
21 *Eccleſia præſumitur conſtructa à Domino fundi, maximè ſi illam conſtruere tenebatur.*
22 *Extraneus præferri non poteſt in conſtructione Eccleſiæ inuito Domino fundi.*
23 *Actus ſeparati, & nihil habentes commune cum re, de qua agitur non probant.*
24 *Actus æquiuoci, & clandeſtini nihil operantur, ſine ſcientia, & patientia eius, de cuius præiudicio agitur.*
25 *Breue obtentum non facta mentione Iuris tertij tanquam ſubreptitium non ſuffragatur.*
26 *Priuilegium ſimpliciter loquens de Eccleſiis comprehendit Eccleſias poſtea ædificatas.*
27 *Lex ſemper loquitur ibid.*

DECISIO CXXXIII.

COMMVNITAS Cathacenſis dedit ſitũ ad conſtruendam Eccleſiam Io. Soldano, cui deinde Capitulum Lateranenſe conceſſit facultatem conſtruendi, & erigendi Eccleſiam ſub inuocatione S. Io. Baptiſtę, prout vigore talis facultatis Soldanus conſtruxit, & conſtructam donauit vna cum fundo eidem Capitulo, vt conſtat ex publicis Inſtrumentis relatis in in monitorio A.C. ſub die 31 Octobris 1532. tranſumptato ex proprio originali, cuius fides nec non dd. Inſtrumentorum, & aliorum ad eorum obſeruantiam probandam productorum corroboratur, quia fuerunt extracta ex publico Archiuio, & pleraque recognita, & concordat tum Inſtrumentum exaduerſo productum anni 1538. & 39. in quo Communitas, ac Ordinarius fatentur d. conceſſionem ſitus alias factam Soldano à Communitate, tum aliud monitorium de anno 1577. & renouationes ſucceſſiuis
1 temporibus † factæ à Capitulo, quæ primam conceſſionem perneceſſe ſupponunt, *Mant. de ta-*
2 *cit. lib.21. tit.6. numer.9.* nam Inſtrumenta † ad inuicem adminiculantur, ac fomentum recipiunt, *Aym. conſ.231. num.12. Marc. Brun. conſ.52. num.10. cum aliis allegat. per Modern. Carpen. controuerſ. Foren. cap.6. num.41. Rot. deciſ.191. num.5.*
3 *part.1. recent.* Iuncta maximè † antiquitate temporis vltrà centum annos, *Menoch. conſ.21. num.33. Rot. deciſ.42. num.5. part.5. recent.* & ob-
4 ſeruantia, † quę dat robur ſcripturis etiam informibus, *Rot. deciſ.482. nu.1. & 2. par.1. dec.18. num.1. part.2. recent. deciſ.757. numer.5. coram bon. mem. Buratto.*

Hinc ſub die 23. Iunij 1642. deciſum fuit Eccleſiam prædictam ſpectare ad Capitulum Lateranenſe titulo donationis ei, vt ſuprà facta à Soldano, quem Dominum fuiſſe conſtat ex præcedenti donatione ſitus reportata à
5 Communitate, donatio enim † transfert rei donatæ dominium in donatarium, *l. ſi quis argentum in princ. Cod. donat. l. prima Cod. de reuoc. donat. Pont. conſ.32. num.3. lib.2. Ciriac. controu.645*
6 *num.40.* qui etiam † Eccleſiæ Dominus erat tum propter dominium fundi, in quo fuit conſtructa, *l. adeò §. cum in ſuo ſolo ff. acq. rer. dom. §. ex diuerſo Inſt. de rer. diuiſ. Mantic. de tacit. lib.21 tit.1. ſub numer.14.* tum, quia ipſe conſtruxit *§. cum in ſuo ſolo Inſt. de rer. diuiſ.* & potuit con-
7 ſtruendo † Dominus fieri, ac donando Dominum facere Capitulum, quamuis ipſe profeſſus eſſet in Religione Prędicatorum ſtante beneplacito, ac diſpenſatione Apoſtolica,
8 quæ † ex longiſſimi temporis curſu cum obſeruantia præſumitur, *Gabr. conſ.82. numer.30. lib.2. Seraph. deciſ.1042. n.2. adden. ad ſa. m. Gregor. XV. deciſ.343. num.4. & 5. Rot. deciſ.381. n.15. part.5. recent.*

Conſtruxiſſe autem, ac donaſſe Capitulo probatur ex prædictis Inſtrumentis, ac monitorio accedentibus coniecturis ponderatis in alia deciſione, quam hodiè propoſito dubio ſuper eiſdem Domini confirmarunt, iungen-
9 do præſertim † omnes coniecturas ſimul, vt debet, *Surd. conſ.1. nu.53. & 54. Menoch. conſ.687. num.18. Rot. deciſ.409. num.20. part.5. recent.* &
10 ponderando, quod recognitiones † Confraternitatis ergà Capitulum non poſſunt referri ad titulum ſimplicis protectionis, quia fuerunt promiſſæ explicitè ratione dominij in inſtrumento conceſſionis, à quo tamquam à ſua cauſa declarantur, *l.3. §. verum ff. manum Surd. conſ.202. num.17. & deciſ.70. num.9. Oſaſc. deciſ.167. num.25. & ſeqq. Rot. deciſ.91. n.5. part.1 recent.*

Nec obſtant, quæ exaduerſo oppoſita fuerunt. Quod enim monitorium anni 1632. ſit erroneum eo quia ſupponit præceſſiſſe acceptationem Capituli, quod tamen poſt viginti dies acceptaſſe apparet ex publico Inſtrumento tollitur facili negotio cum tale Inſtrumentum non contineat formaliter acceptationem, ſed conceſſionem, quam poſteà Capitulum fecit Soldano, & Confraternitati, dictaque conceſſio magis probat, quod anteà Capi-

Capitulum donationem Soldani acceptaue-
rat cum acquiſitio præcedat prioritate tem-
11 poris alienationem, & res aliena † concedi
aut donari ſcienti à ſciente non poſſit. *Caſtr.
per illum tex. in l. ædibus §. vlt. ff. donat. Mant. de ta-*
12 *cit. lib. 13. tit. 23. nu. 19.* & acceptatio † ſit actus
reiterabilis, atque in fauorabilibus ex ſola
ſcientia donationis præſumatur, *Rolan. conſ. 19.
num. 34. lib. 1. Burſatt. conſ. 304. num. 55. Riminal.
conſ. 103. num. 13. Menoch. conſ. 371. num. 19. Surd.
deciſ. 111. num. 13.*

Quod verò Soldanus donauerit Capitulo
ſub conditione quatenus Communitas Ca-
thacenſis conſentiret, nec tamen de eius con-
ſenſu conſtet allegari non poteſt ab Epiſco-
13 po, cui non licet † excipere de iure tertij, *Ruin.
conſ. 2. num. 2. in fin. lib. 1. Ceph. conſ. 3. numer. 122.
Rol. conſ. 57. num. 10. lib. 3. Surd. conſ. 351. num. 42.
Grat. diſcept. 511. num. 6.* Eò minus, quia com-
14 munitas ipſa † non dat de diſſenſu, *Bart. in
l. 2. num. 1. Socc. ibid. num. 8. ff. de except. rei iudic.
Rimin. Sen. conſ. 599. num. 8. verſ. replicatur Theſ.
deciſ. 4. num. 3. Rot. deciſ. 22. num. 4. part. 1. diuerſ.*
15 *deciſ. 265. num. 3. part. 1. recent.* ac tacendo † per
longum tempus dicitur conſenſiſſe, *Alex. conſ.
79. num. 4. & 5. lib. 1. Socc. conſ. 15. num. 54. lib. 1.
Ciriacc. controuerſ. 111. num. 9.*

Non obſtat, quod poſtmodum de anno
1538. Communitas eumdem ſitum anteà
donatum Soldano conceſſerit Confraternita-
ti, & Confraternitas de anno 1539. obtinue-
rit ab Ordinario canonicam inſtitutionem
Eccleſię, & Confraternitatis, ſubiciendo ſe
iuriſdictioni Ordinarij, quia neutrum fieri po-
16 tuit † in præiudicium Soldani, & Capituli ab
eo cauſam habentis, cui ex priori conceſſio-
ne dominium quæſitum fuerat, *Caſſan. conſ. 53
numer. 55. ex tex. in l. id quod noſtrum ff. de reg. iur.
Bald. in l. conſtante in vlt. notab. C. de donat. Cancer.
var. reſol. lib. 1. cap. 8. ſub num. 180. Surd. deciſ. 29.*
17 *num. 7.* Et ſemper † præferendus eſt primus
donatarius, cui ſitus traditus fuit, *l. quoties Cod.
rei vendic. Alex. conſ. 14. num. 8. lib. 1. Gabr. de empt.*
18 *& vend. concl. 2. num. 8.* traditusque † probatur,
quia de eo diſpoſuit fauore Capituli; ibique
Eccleſiam conſtruxit, vt *per Coccin. deciſ. 31.
num. 5. Buratt. deciſ. 217. num. 2.*

Et quatenus ex dd. Inſtrumentis anni 1538.
& 39. infertur ad ineffectuatione priorum
conceſſionum reſpondetur pariter, quod illa-
tio huiuſmodi nititur inſtrumentis quæ tan-
19 quam † res inter alios acta non nocent Ca-
pitulo, *l. ſæpe ff. re iud. l. ſi vnus §. ante omnia ff. de
pact. & vtrobique notant DD. Surd. deciſ. 209. nu. 9.
Rot. in terminis Eccleſia deciſ. 208. num. 7. part. 1. re-
cent.* Quo minus quia ex deductis in prima
deciſione probatur effectuatio, nec ipſe ordi-
natius negat, qiun Eccleſia ſit ſub protectio-
ne Capituli, protectio autem huiuſmodi fun-
detur neceſſe eſt originaliter in inſtrumentis
celebratis cum Soldano de anno 1532. quæ
dum apparent effectuata in parte præſumun-
20 tur † habuiſſe effectum in reliquis ibi con-
tentis, *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 294. adden.
ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 557. num. 9. Rot. de-
ciſ. 569. in fin. part. 4. diuerſ.* Et Eccleſia, quam
fuiſſe conſtructam non negantur, præſumitur
21 conſtructa † à Soldano, qui erat Dominus
Fundi, & vigore primi contractus conſtruere
tenebatur, *Abb. conſ. 54. ſub num. 2. verſ. nunc etiam
part. 1. ex text. in l. 2. Cod. alim. pupill. præſtan. Rot. in
Lunen. Sarzanen. Cappellaniæ 9. Iunij 1600. coram
bon. mem. Card. Sacrato,* Nec alius in conſtruen-
22 do † ei inuito præferri potuit, *Lambert. de iure
patr. lib. 3. art. 5. quæſt. 7. ſub num. 6. & 7. in fin.*

Non obſtant actus obedientales Confrater-
23 nitatis ergà Epiſcopum, quia nil † habent
commune cum Eccleſia, de cuius dominio
hodiè ſtrictè agitur, & eſt quid ſeparatum à
Confraternitate, *Pet. de Vbal. de canon. Epiſcopor.
num. 9. & 22. Cocc. deciſ. 472. num. 2.* & alij actus,
24 qui † exaduerſo allegantur pro Epiſcopo æ-
quiuoci ſaltim ſunt, vel clandeſtini inſcio ca-
pitulo, cuius conſenſus, aut ſcientia, & pa-
tientia requirebatur. vt ei preiudicarent, *l. quo-
ties §. ſeruitutum ff. ſeruit. Bald. in l. 2. num. 22. &
ſeqq. C. ſeruit. & aqu. Ruin. conſ. 163. n. 6. lib. 5. vltrà
allegat. in prima deciſ. §. fin.* prout clandeſtinum,
25 & ſubreptitium eſt breue † obtentum à ſan.
mem. Paulo V. de anno 1614. quia non fuit
Papæ narratum ius Capituli Lateranenſis, vt
debuit, & alioquin non poteſt allegari in eius
præiudicium, *l. 2. §. ſi quis à Principe ff. ne quid in
loc. pub. Gemin. in cap. quamuis num. 3. de praſcip. in
in 6. Buratt. deciſ. 576. num. 5.*

Ad viſitationes fuit ſpecialiter reſponſum
in prima deciſione, & vlterius animaduerſum
quod vnica tantum datur viſitatio ante Con-
cilium Tridentinum, nec hodiè eſt quæſtio
de iure viſitandi, ſed de dominio Eccleſiæ, ità
vt intret priuilegium Capitulo Lateranenſi
conceſſum à ſan. mem. Bonifacio VIII. quod
26 quia † generaliter diſponit de Eccleſiis cō-
præhendit etiam Eccleſias poſteà ædificatas,
27 nam lex ſemper † loquitur, *l. arriani Cod. de
Hæret. Franc. in cap. vnico num. 1. & ibi Gemin. n. 8.
de exceſſib. Prælat. in 6. Caſtr. conſ. 235. ſub numer. 1.
poſt med. verſ. reſtat reſpondere libr. 1. & in terminis
priuilegij eſt tex. in cap. quia circa de priuil. & notat
gloſſ. penult. in cap. ex parte 27. de decim. Rot. in Cra-
couien. iuris legendi 19. Iunij 1626. coram bon. mem.
Coccino & 30. Maij 1629. coram D. Cardin ali V-
baldo impreſſ. par. 5. recent. deciſ. 265. nu. 40. & duo-
bus ſeqq.* Quicquid dixerit *Calder. conſ. 12. de pri-
uilegijs,* qui non loquitur de priuilegio Bonifa-
cij VIII. & circà finem contrarium admittit
quando priuilegium loquitur indifinitè.

Et ità deciſum vtraque &c.

BONONIEN FIDEICOMMIISSI DE VIZZANIS.

Lunæ 15. Iunij 1643.

ARGVMENTV.

Fideicommiſſum cenſentur per diuiſionem re-
miſſum, ex facultate liberè diſponendi, & fa-
ciendi quicquid placuerit in perpetuum, in-
iuncta, tam ipſiſmet diuidentibus, quam eo-
rum hæredibus. Scientia fideicommſſi in di
uiden-

uidentibus, ex quibus potiſſime probata remaneat?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum cenſetur per deciſionem remiſſum ex facultate liberè diſponendi, quæ incompatibilis eſt cum fideicommiſſo.*

2 *Fideicommiſſum eo magis cenſetur remiſſum ſi diuidentes in proœmio dixerunt deuenire ad diuiſionẽ, vt quilibet eorum diſponere valeat de bonis aſſignandis, & indiſpoſitiua adſunt vltrà clauſulam* ad habendum *aliæ prægnantiſſimæ.*

3 *Voluntas diuidentium renunciandi fideicommiſſo reciproco reſultat ex facultate liberè diſponendi, & quicquid placuerit.*

4 *Præſertim quando facultas diſponendi, & quicquid placuerit faciendi eſt perpetua nam impoſſibile eſt dari aliquod tempus, in quo fideicommiſſum ſuffragetur.*

5 *Fideicommiſſum dicitur remiſſum nedum in vita, ſed in futurum, & poſt mortem diuidentium quando facultas liberè diſponendi fuit ſtipulata etiam pro hæredibus, & ſucceſſoribus.*

6 *Amplia etiamſi diuidentes non alienaſſent, nam non ideò dici poteſt fideicommiſſum firmum remanere cum alienare poſſint illorum hæredes.*

7 *Pro Fideicommiſſi effectiua remiſſione licet requiratur actus alienationis ſatis alienatio ſecuta dicitur per inſtitutionem hæredis contenta in Teſtamento à diuidentibus condito.*

8 *Scientia Fideicommiſſi in diuidentibus reſultat, ſi ipſi ſoluerunt legata in eodem Teſtamento relicta, in quo hæredes fuerunt inſtituti, nam quamadmodum viderunt in Teſtamento ſe hæredes inſtitutos, neceſſe eſt quod etiam viderint fideicommiſſum ipſi inſtitututioni annexum.*

9 *Scientia fideicommiſſi arguitur ex mentione Teſtamenti, iuncta etiam executione legatorum in eo contentorum.*

10 *Animus euertendi fideicommiſſum etiam in præteritum de tempore diuiſionis, ex quibus arguatur?*

11 *Scientia præſumpta ex pluribus ſimul iunctis reſultat.*

12 *Scientia teſtamenti paterni licet non arguatur in filijs ſi tempore mortis patris erant infantes, argui tamen poteſt ſi tempore diuiſionis, quod attendi debet erant adulti.*

13 *Scientia ſpecifica fideicommiſſi, & viſio ſaltem intellectualis verborum teſtamenti licet requiratur ex diſpoſitione,* Text. in l. de his ff. de tranſact. *nibilominimus etiam ſcientia ex coniecturis, ac viſio probatur.*

14 Text. in l. de his ff. de tranſact. *emanauit ad euitandam læſionem, & fraudes, & ideò non tam rigide ſeruatur in diuiſione fideicommiſſi reciproci, & coequalis, in qua læſio, & fraus non cadit.*
Læſio aut fraus, non cadit in diuiſione fideicommiſſi reciproci, & coequalis ibid.

15 *Hæredes diuidentium, qui fideicommiſſum reciprocum inter ſe remiſerunt tenetur eum factum ſeruare, etiamſi ſint ex propria perſona ad fideicommiſſum vocati.*

16 *Diuidentes aſſignando ſibi, & hæredibus portiones ad liberam, & perpetuam diſpoſitionem cenſenturs in diuiſionem deduxiſſe nedum ius proprium, ſed etiam ius futurum hæredum, de quo diſponere potuerunt.*

17 *Hæredes diuidentium ſtare tenentur diuiſioni, quamuis ex propria perſona ad bona diuiſa ſint vocati.*

18 *Pater non eſt veriſimile, quod renunciare voluerit fideicommiſſo, filii vero ſecus:*

19 *Teſtamenti vna pars aliam declarat.*

20 *Renunciatio dicitur etiam ad fauorem ea, quæ non transfert, ſed extinguit iura apta alteri nocere, ſeu obuiat acquiſitioni Iuris quærendi, & num. 21.*

22 *Renunciatio quandoque accipitur pro repudiatione.*

DECISIO CXXXIV.

DEFVNCTO Camillo ſeniore de Vizanis, qui in vltimis tabulis compoſitis de anno 1541. omnia bona ſua reliquerat Iaſoni, & Pompeo filijs ſub reciproco fideicõmiſſo inter ipſos, eorumque deſcendentes maſculos.

Iaſon, & Pompeus de anno 1594. deuenerunt ad generalem diuiſionem bonorum, nec non ad aliam particularem aliquorum pro indiuiſo in prima relictorum de anno 1606. Et ſucceſſiuè idem Iaſon ſolemni teſtamento condito de anno 1618. in bonis ſuis ſtrictiſſimum fideicommiſſum conſtituit ad fauorem Camilli iunioris, & Conſtantij eius filiorum, ac ipſorum deſcendentium legittimorum, ac naturalium, illorumque linea maſculina finita ad fauorem illegittimorum, mandauitque dictis hæredibus inſtitutis, ac ſubſtitutis quod teſtamentum, & in eo contenta infrà menſẽ à die purificati fideicommiſſi acceptare debeant, & in codicillis poſteà conditis de eodẽ anno 1618. inhærendo nominatim diuiſionibus, vt ſupra factis cum Pompeo fratre, eaſdẽ expreſsè approbauit.

Quorum fideicommiſſorum vigore cum nuper peterent immiſſionẽ Domini Carolus Emanuel, Filibertus, & Mauritius filij Camilli iunioris aduerſus hæredes Pompei iunioris filij Conſtantij, nempè Domina Bradamantẽ d. Pompei matrem, & monaſteria Sanctiſſimæ Trinitatis, Sanctæ Agnetis, & Sanctæ Criſtinæ ex perſona ſororum eiuſdem Pompei ibi profeſſarum, propoſui hodiè dubium an actoribus eſſet danda immiſsio, & Rota reſpondit non conſtare de fideicommiſſo Camilli, quod ſuffragetur, reſeruando quod de reliquis videatur.

Fideicommiſſum enim Camilli fuit ſublatum per diuiſiones præfatas factas inter Iaſonem, & Pompeum ſeniorem fratres, quia in
1 parte diſpoſitiua dant vtrique facultatem libere diſponendi de bonis patris, quę cum ſit incompatibilis cum fideicommiſſo illius remiſſionẽ in neceſſariũ antecedens inducit, vt limitando regulã contrariam deſumptã, *ex l. cũ pater §. hæreditatẽ il 2. ff leg. 2. tradit. Bart. com- receptus in l. qui Romæ §. duo fratres num vel fuit dictum ff. verb. oblig. Ri- num. 20. & ſeqq. Hond. c- nagn. reſp. 100.*

Peregr.de fideic.art.52.ſub num.41.& 44.Fuſar. de ſubſt.quæſt.593.n.21.& ſeqq. Capic.Latro dec.103. num.12.Rot.dec.493.par.4.diuerſ.

Eo magis quia in prohœmio diuidentes di-
2 xerunt deuenire ad diuiſionem † ad euitandã communionem,& vt quilibet eorum diſponere liberè valeat quandocumque de bonis aſſignandis, Cancer.var.reſol.lib.3.cap.15.num.276, & infra in diſpoſitiua vltrà clauſulam ad habendum &c. adſunt aliæ prægnantiſſimæ ibi & quicquid d.Pompeo &c. videbitur, & placuerit perpetuo faciendum &c. & ibi quorum omnium &c. commodum vtilitas, & proprietas &c.ad d.D.Pompeum &c.à modo,ac de cætero ſpectet,& pertineat,ac ſpectare,& pertinere debeat liberè,& pleno iure,cum plena iurium ceſſione &c.ex quibus clauſulis maximè ſimul iunctis, quia fideicommiſſum re-
3 pugnat liberę acquiſitioni bonorum, † plenitudini iuris,& arbitrio faciendi quicquid placuerit palam fit voluntas diuidentium renunciandi fideicommiſſo reciproco;& coequali, Alex.conſ.62.num.4.lib.7.Becc.conſ.38.num.3.Burſatt.conſ.54.num.28.& ſeqq. Menoch conſ.87. per tot.Rimin.iun.conſ.80.num.38.& ſeqq.Giouagn.reſp.100.num.68.& ſeqq.lib.1.Fuſar.quæſt.593.num.11 & ſeqq.& num.21.Barz.dec.Bonon.96.n.38.

Aduertendo præſertim, quod facultas di-
4 ſponendi, † & quicquid placuerit faciendi eſt perpetua ibi, perpetuo faciendi &c.& ſic impoſſibile eſt dari aliquod tempus, in quo fideicõmiſſum ſuffragetur Crott.in l.qui Romæ §. duo fratres quæſt.8.ff.verb.oblig.Ceph.conſ.430.num.50. & 51.Hond.conſ.33.numer.5.libr.1.Fuſar.d.quæſt.
5 593.n.43. eademque facultas † ſtipulata fuit etiam pro diuidentium hæredibus, & ſucceſſoribus, in quibus cum verificari non poſſet ſi fideicommiſſum per mortem diuidentium purificabile eſſet ad fauorem vocatorum, indè ſequitur abſoluta remiſſio fideicommiſſo, ne dum in vita,ſed in futurum poſt mortem diuidentium,Peregr.de fideic.art.52.numer.42. & ſub numer.44.verſ.Alex. tamen;etiam ſi diuiden-
6 tes † non alienaſſent,nam non ideo dici poteſt fideicommiſſum firmum remanere cum alienare poſſint illorum hæredes, vt ex Crott.Curt. iun.& alijs ibi alleg not.Fuſar.d.quæſt.593.num.31. Giouagn.reſp.100.ſub num.17.lib.1. Et quatenus pro effectiua remiſſione fideicommiſſi neceſ-
7 ſerius † vltrò fuiſſet actus alienationis ea ſtante prægnantia dictarum clauſularum ſatis dicatur ſecuta per inſtitutionem hæredis contentam in teſtamento condito à diuidentibus, Pariſ.conſ.71.num.34.& ſeqq.lib.3.Ruin conſ.112. num.10.lib.2..Alex.conſ.189.numer.8.lib.2. Ceph. conſ.430.num.52.Gabr.conſ.125. numer.16. libr.1. Giouagn.reſp.100. num.54.& 90.Menoch.conſ.87. num.60.& ſeqq.& præſumpt 116.numer.64.libr.3. Fuſar.d.quæſt.593.num.40.Canal. deciſ.36.num.15 & 16.par.1.

Quos habuiſſe ſcientiam fideicommiſſi Ca-
8 milli patris conſtat, † quia ſoluerunt legata in eius teſtamẽto relicta nõ enim veriſimile eſt, quod ſoluiſſent niſi ſciuiſſent ſe ad id in teſtamento grauatos,& dũ viderunt ſe hęredes inſtitutos,viderint neceſſe eſt etiã fideicommiſſum ipſi inſtitutioni in eadẽ oratione annexum in punct. Bart.in d.l.qui Romæ §.duo fratres ſub n.13. & num.14. verſ.poteſt ex alio ff.verb. oblig. Pariſ. conſ.46.num.15.& ſeqq.lib.2.Alex.conſ.4. num.20. verſ.idem ſi apparet lib.2.Soc.iun.conſ.116. nu.42. & ſeqq.lib.1.Capr.conſ.40.num.11.Crott.conſ.335. num.20.Tobb.Non.conſ.41.num.15.& 19. in fin. Burſatt.conſ.178.ſub num.12.& 13.Hond.conſ.33. num.32.lib.1.Giouagn.de reſp.100.num.63.Craſſ.in §.fideicommiſſum quæſt.64.num.4.Fuſar.quæſt.595. num.25.Barz.deciſ.96.num.12.Rot.dec.342.num.7 par.2.recent.& in Monopolitana Bonorum 19. Decembris 1614.coram bo.me.Manzanedo.

Maximè, quia moniti à Commiſſario Reu. Fabricæ Sancti Petri ad exibendum teſtamentum patris,ac docendum de ſolutione legatorũ piorũ,ipſi ſub expreſſa cõmemoratione teſtamenti paterni exibuerunt librũ, in quo ſolutiones continebantur, & ſententiam abſolutoriam deſuper reportarunt, ex qua men-
9 tione teſtamenti † præcipuè iuncta illius executione,quoad legata probatur ſcientia fideicommiſsi ibidem contenti, Alex.conſ.118.n.4. lib.7.Sur d.conſ.82.num.38.& 39.Hond.d.conſ.33. num.35.Giouagn.de reſp.100.num.61.Rot.dec.281. num.2.dec,342.ſub num.4.verſ.ex mentione part.2. recent.& in d.Monopolitana bonorum.

Et amplius,quia in teſtamento Iaſonis alterius ex diuidentibus fuit expreſsè demandatum eius filijs,& deſcendentibus qui erant vocati ad fideicommiſsũ Camilli ſenioris,quod renuncient iuribus competentibus, aut cõpetituris ex teſtamento, & fideicommiſſo dicti Camilli, & ſic negari non poteſt quin tempore huius præcepti Iaſon habuerit fideicom-
10 miſsi ſcientiam, à qua arguitur ſcientia, † & animus euertendi fideicommiſſum etiam in præteritum de tẽpore diuiſionis, Alba conſ.74. num.7.& 8.Menoch.conſ.87.ſub num.56.verſ. oritur ergo Ruin.conſ.147.numer.15.in fin. libr.2. Rot. deciſ.281.num.3. in fin.deciſ.624. num. 11. in fin. deciſ.624.num.15.in fin. par 2.recent.& ſufficit ad
11 hunc effectum etiam ſciẽtia præſcripta † quę ex prædictis ſimul iunctis reſultat, Berett. conſ. 69.num.10.Hond.d.conſ.33.num.34.Non.d.conſ.41 num.15.Menoch.d.conſ.87. numer.5. 6, Giouagn. d. reſp.100.num.65.& 97.Barz.d.dec.96.num.16. & ſeqq.Rot.deciſ.342. numer.3.& 5. part. 5. recent.

Nec refert, quod de tempore mortis Ca-
12 milli filij eſſent infantes, † quia attenditur tempus diuiſionis, quo erant adulti, & quadragenarii, Bart.in d.l qui Romæ §.duo fratres ſub num.15.ff.verb.oblig.prout etiam nil facit,quod ex diſpoſitione text.in l.de his ff. tranſact. requira-
13 tur ſcientia ſpecifica † fideicommiſsi, & viſio ſaltem intellectualis verborum teſtamenti nam etiam ex coniecturis ſcientia, & viſio huiuſmodi probatur, Pariſ.conſ.46.nu.18.lib.2. & cum diſpoſitio dictæ legis emanauerit ad
14 euitandam leſionem, & fraudes non tam rigidè ſeruatur in diuiſione fideicommiſsi reciproci, & coequalis, in qua leſio aut fraus non cadit, Pariſ.d.conſ.46.num.21.Soc.iun.d.conſ. conſ.116. numer.65.verſ.non obſtat quod non fuerit & n.ſeqq.lib.1.Tobb.Non.conſ.41.n.17:Hond.conſ. 33.num.36.& ſeqq.lib.1.Canalc.dec,36.ſub nu. 24. par1.Barz.dec.96.num.16.& ſeqq.

Sed

Sed ex abundanti ex dicto præcepto Iaſonis de renunciando fideicommiſſo Camilli inducta fuit quatenùs opus eſſet noua eiuſdem fideicommiſſi renunciatio quàm eius filij, ac deſcendentes, & ſignantèr Vizani actores in executionem dicti præcepti ſolemnitèr fecerunt, & propterea excluduntur ab eodem fideicommiſſo tùm vigore propriæ renuncia-
15 tionis, tùm primæ factæ à diuidentibus,† quæ illos afficit, etſi ex propria perſona ad dictum fideicommiſſum vocatos, quia ſunt diuidentium hæredes, cum enim diuidentes aſſigna-
16 uerint † ſibi, & hæredibus portiones ad liberam, & perpetuam diſpoſitionem, & in parte diſpoſitiua promiſerint per ſe, & hæredes cenſentur in diuiſionem, & renunciationem deduxiſſe, nedum ius proprium, ſed etiam ius futurum dæredum, de quo diſponere potuerunt *l. vnum ex familia §. ſi rem l. cum filius §. Dominus ff. leg. 2. l. hæredum C. ſideic. Rimin. Iun. conſil. 295. num. 62. Gabr. conſ. 85. nu. 6. lib. 1. Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 11. num. 28.* vnde fit vt hære-
17 des teneantur ſtare diuiſioni† ac renunciationi quamuis ex propria perſona ſuccedere potuiſſent, vt declarando doctrinam *Bald. in l. qui ſe patris ſub num. 32. verſ. aut promiſit C. vnum lib. diſtinguit Alb. conſ. 74. ſub num. 5. verſ. & hoc procedit Ruin. conſ. 25. num. 11. conſ. 138. num. 10. verſ. aut promiſit lib. 2. Menoch. conſ. 87. nu. 99. & ſeqq. Fuſar. conſ. 95. num. 21. Giouagn. reſp. 100. numer. 11. lib. 1. Socc. Iun. conſ. 107. num. 56. lib. 3. Fulgoſ. conſ. 67. n. 3 Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 11. nu. 28. & 29. verſ. quapropter Peregr. de fideic. art. 52. num. 97. Menoch. præſ. 115. num. 59. lib. 3.* eo fortiùs in caſu noſtro quo Iaſon in teſtamento mandauit renunciari per filios fideicommiſſo Camilli, & in Codicillis diuiſiones ratificauit, & ſic conſtat quod voluit diſponere etiam de iuribus fideicommiſſi fauore filiorum purificandi.

Non obſtat quod præceptum Iaſonis loquatur de renunciatione ad commodum, & beneficium propriæ hæreditatis. Nam præter quod hodie non agitur de hæreditate Iaſonis, & ſufficit ſublatum fuiſſe fideicommiſſum Camilli quod non ſuffragari fuit deciſũ, qualitas illa præcepti non efficit, vt ex renunciatione facienda ab hæredibus traſferãtur in hæreditatem iura fideicommiſſi Camilli, ſed ſolum vt extinguantur, per quam extinctionem remoto obſtaculo fideicommiſſi antiquioris hæreditas Iaſonis commodum reportat quia onere reſtituendi non aſtringitur, ac liberatur ab omnibus prætenſionibus vocatorum ad fideicommiſſum patris. Et hoc fuiſſe intentum Iaſonis apparet, quia ipſe paulo infrà ratificauit diuiſiones factas cum fratre extinctiuas ex ſupradictis iurium fideicommiſſi paterni, quæ ſi voluit facto proprio
18 extinguere veriſimile non eſt † quod eodem contextu voluerit ſecus facto filiorum *Giouagn. in ſim. reſp. 100. num. 58. verſ. nam dicta reſeruatio lib. 1.* ſed illorum renunciatio famulando diuiſionibus importat ſimilem extinctionem, ita vt ſicuti per diuiſiones portio vniuſcuiuſq; eximebatur ab omni fideicommiſſo ita per renunciationem deſcendentium, cum vna pars
19 teſtamenti† aliam declaret earumque contrarietas euitari debeat dum poſſunt conuenire, *Hond. conſ. 33. num. 58. & 59. lib. 1. Serap. deciſ. 374. in fin.* nec eſt nouum quod dicatur ad fauorem
20 etiam † ea renunciatio quæ non traſfert, ſed extinguit iura apta alteri nocere *Alciat. in l. conditionis nu. 29. & 40. C. pact. fol. 314.* ſeu ob-
21 uiat † acquiſitioni iuris querendi, vt per *Rot. deciſ. 2. ſub num. 31. verſ. ſed Dominus Dux par. 6.*
22 *recent.* & renunciatio quandoque † accipitur pro repudiatione *l. ſicut. C. repud. hæred. Bald. conſil. 403. num. 3. lib. 1. Socc. conſ. 91. num. 5. lib. 1. cum alijs alleg. per Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 2. nu. 11.*

Et ita deciſum vtraq; parte informante &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 15. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor pro Exactore, ſiuè Adminiſtratore tenetur, nedum ſi Exactor rationem non reddit de exactis ab ipſo, ſed etiam ab alio de eius ordine, ſiuè mandato cum exegiſſe videatur qui per alium exegit. Fideiuſſor ſimplicitèr obligatus ſubit omnem obligationem principalis, & tenetur in omnem caſum, qui venit ex natura contractus *Text. in l. cum apud ff. Iudic. ſolu.* declaratur. Filius ſi exegit pecunias quas pater exigere tenebatur, tunc in eo præſumitur mandatum, & ex quibus tale mandatum eliciatur?

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad reddendam rationem de exactis, tenetur etiam de exactis ab alio de eius ordine, cum exegiſſe videatur, qui per alium exegit.*

2 *Siue alium ad exigendum præpoſuerit expreſsè, ſiuè tacitè; quicquid dicendum eſſet circumſcripto ordine ſiue mandato, & num. 3.*

4 *Fideiuſſor ſi ſimpliciter interceſſit ſubit omnẽ obligationem principalis.*

5 *Fideiuſſor cenſetur obligatus in omnem caſum, qui venit ex natura contractus, cui acceſſit, & nu. 12.*

6 *Fideiuſſor nominatim obligatus ad reddendam rationem de exactis ab aliquo, non dicitur fideiuſſiſſe pro exactis ab eius ſubſtituto, & num. 7.*

Declara concluſionẽ procedere in ſubſtituto à Principe, ſecus in ſubſtituto ab ipſamet perſona, pro qua fideiuſſor acceſſit ratio diuerſitatis eſt, nam in hoc ſecundo caſu ſubſtitutus nõ diſtinguitur à perſona ſubſtituentis num. 10.

8 *Promittens pro alio intelligitur ſolum ſe obligaſſe cum id, quod ille debet ex propria perſona, non autem ex perſona alterius.*

9 *Fideiuſſio ſtrictè eſt intelligenda, vt etiam in caſu expreſſo minus obliget, quam fieri poteſt.*

Reſtringi tamen non debet ad excluſionem eorum, quæ veniunt ex eodem inſtrumnnto, ſuper quo fuit interpoſita fideiuſſio num. 13.

10 Text. in l. cum apud ff. Iudic. ſolu. *declaratur.* Menoch. conſil. 119. num. 10. & 11. *quo caſu loquatur?*

11 *Fin*

13 *Filius exigens pecunias pro patre, cenſetur tanquam eius Procurator, ac miniſter exigiſſe, & ſic exactio cadit periculo patris.*

14 *Mandatum Patris in filio præſumptionibus probari poteſt.*

15 *Mandatum procuræ præſumitur in filio ſi exegit pecunias quarum exactio ad patrem ſpectabat, ipſo ſciente, & patiente, nam ſciendo, & patiendo cenſetur filium præpoſuiſſe ad exigendum.*

16 *Scientia patris de exactione pecuniarum facta à filio redditur clara ex cohabitatione cum ipſo filio.*

17 *Maximè, quando agitur de negocio vtrumque tangente, & de plurimis exactionibus palam factis tempore ſucceſſiuo.*

18 *Item ſcientia patris educitur ex inueriſimilitudine non inueſtigandi à quo redditus exigerentur, quodque ignorauerit id, de quo debuit eſſe ſollicitus ratione proprij officij.*

19 *Mandatum procuræ præſumitur in filio, ſi pecunias pro patre exegit eaſq; deſcripſit ſub nomine patris in libro, in quo pater ſimiles exactiones deſcribere ſolebat.*

20 *Præſertim ſi in eodem libro filius adnotauit alias partitas per patrem exactas, exinde enim colligitur; quod pater eius fide, & opera vtebatur.*

21 *Pater ſi ingentem pecuniarum ſummam depoſuit in aliquo Banco, nec conſtat pecunias depoſitatas potuiſſe à patre aliunde comparari, tunc oritur præſumptio quod dictæ pecuniæ ſint eædemet exactæ à filio pro patre.*

22 *Partitæ veræ in parte, veræ præſumuntur in reliquis.*

23 *In exigente pecunias præſumitur mandatum, aliàs veriſimile non eſt, quod debitor ſoluerit non conſtito prius de illius ſufficienti mandato procuræ ad exigendum.*

24 *Filius ſi pecunias, quarum exactio ad patrem ſpectabat exegit nec expreſſit ſe procuratorem patris ſi talis reuera erat, perinde habetur ac ſi expreſſiſſet.*

25 *Præſumptiones, & coniecturæ vim recipiunt à qualitate perſonarum.*

26 *Mandatum patris in filio facilè præſumitur.*

27 *Præſumptiones ſimul iunctæ vim recipiunt.*

28 *Sub obligatione generali de exigendo, & rationem reddendo de omnibus exigendis quænam veniant?*

29 *Exactor ſi vigore mandati ad exigendum obligatus ſit exigere in futurum omnia nomina debitorum debet pariter de omnibus reddere rationem ſiue exegerit, ſiue culpa propria non exegerit.*

30 *Exactor vt condemnari poſſit pro non exactis probandum eſt quod nomina debitorum erant ſoluenda, alioquin conuinci non poteſt culpa non exigentis, ſine qua ille de non exactis non tenetur.*

31 *Amplia etiamſi exactor ſiue procurator nullam fecerit diligentiam pro exigendo.*

32 Cephal.conſ.532.num.4. & 5. *quo caſu conſuluit?*

33 *Relatio repetit in referente qualitates omnes, & caſus contentos in relato.*

DECISIO CXXXV.

DECISIO ædita die 19. Maij 1635. coram Eminentiſs. D. Cardinali Panzirolo reduxit ad ſcuta 443. & b. 12. mandatum à Iudice Orfanorum Vrbis alias relaxatum pro ſcu. 1300. contra Muſcam fideiuſſorem Dominici Varrini olim Exactoris Orfanorum, quia in debitum Dominici fuerant adſcriptæ plures partitæ exactæ non ab ipſo, ſed ab Horatio eius filio, pro quibus fideiuſſor imò nec ipſe Pater tenetur, & quia ad eiuſdem Dominici creditum adſcribenda erant ſcu. 210. pro ſalario illi debito à menſe Septembris 1626. vſque ad menſem Ianuarij 1629. & alia ſc. 30. ſoluta in diuerſis vicibus ad vtilitatem Orfanorum.

Quæ fundamenta repropoſito hodie dubio ſuper eiſdem corruere ex nouitèr deductis viſa ſunt. Nam obligatio Dominici reddendi
1 rationem de exactis † comprehendit etiam exacta ab Horatio filio de eius ordine, cum exegiſſe videatur qui per alium exegit *l. tres tutores §. non ſolum l. ita autem §. geſſiſſe ff. adminiſt. tutor. l. ſolutam l. verò procuratori ff. ſolut. Eſcobar. de ratiocin. cap. 3. nu. 20. Larrea deciſ. Granaten. 45. ſub num. 19. Rota deciſ. 355. ſub nu. 4. par. 1. recent.* ſiuè
2 alium ad exigendum † præpoſuerit expreſsè, ſiuè tacitè *gloſ. magn. in l. 1. ff. de exercit. act. & in l. quicunq; §. non tamen verb. dumtaxat ff. inſt. act. Bart. ibid. in princ. Grat. diſcept. 677. nu. 23. & ſeqq. Rota Ianuen. deciſ. 14. nu. 2. & 3.* quicquid dicendum
3 eſſet † circumſcripto dicto ordine *ex tex. in l. 1. & ibi notatis ab Odoff. & Salyc. num. 1. C. ne fil. pro patr. alleg. in deciſ. quæ reuidetur.*

Vndè ſequitur vt eadem comprehendat etiam obligatio fideiuſſoris, quia vbi fideiuſ-
4 ſor † ſimplicitèr interceſſit, ſubit omnem obligationem principalis *Aym. conſ. 272. num. 2. & 5. Surd. conſ. 359. ſub num. 26. & 27. Franc. Ant. Coſt. conſ. 73. num. 37. Rota deciſ. 299. num. 7. part. 1.*
5 *rec.* & cenſetur obligatus † in omnem caſum qui venit ex natura contractus cui acceſſit *l. ſi quis pro eo §. ſi numos l. ſi à colono §. fin. ff. fideiuſſ. l. centum Capuæ ff. de eo quod cert. loc. Alex. conſil. 34. num. 5. & per tot. lib. 2. Aym. conſ. 45. num. 6. Surd. d. conſ. 359. num. 33. Manent. deciſ. 38. num. 20. Mart. vot. 2. num. 5. & 6.*

Nec releuat quod Muſca fideiuſſerit nomi-
6 natim † pro pecunijs exigendis à Dominico *ad trad. per Menoch. conſ. 119. num. 10. & 11. vbi ex text. in l. cum apud ff. iudic. ſolu.* ait quod qui fi-
7 deiuſſit pro Meuio † non dicitur fideiſſiſſe pro ſubſtituto Meuij, & in ſimili eſt *text. in l. 3. §. illud ff. rem pupill. ſalu. for. ex quo Alciatus in l. Gallus §. & quid ſi tantum in 2. let. num. 29. ff. lib. & poſth.* notat, quod promittens pro alio intelligitur
8 ſolum † ſe obligaſſe ad id quod ille debet ex propria perſona non autem ex perſona alterius, *& Alciat. ſequitur Surdus conſil. 281. num. 64.*
9 Nam fideiuſſio † ſtrictè eſt intelligenda vt etiã in caſu expreſſo minus obliget quam fieri poſſit *Menoch. conſ. 212. numer. 13. & ſeqq. Burſatt. conſ. 193. num. 6. Franc. Ant. Coſt. conſ. 73. num. 30.*

Quia pro exactis ab Horatio Dominicus tenetur ex propria perſona cum ipſe videatur exegiſſe vt ſupra probatum fuit, *text. autem in*
10 *d. l. cum apud*, † ac ipſo *Menoch.* loquitur de ſubſtituto à Principe, nec procedit in ſubſtituto ab ipſamet perſona pro qua fideiuſſor acceſſit, & ratio diuerſitatis eſt quia hoc ſecundo

do caſu ſubſtitutus non diſtinguitur à perſona ſubſtituentis, vt ex ſententia Iacobi de Rauenna cenſuit *Albert.in l.non à Iudice §.ſi quis aliā num.3. ff.iud. quem ſequitur Iacob. de Sanct. Georg. ibid.num.2. verſ.contrariam Angel.in d. l. cum apud ſub num.1.verſ.& idem ff.iudic.ſolui Mart.de iuriſdict.cent.4.caſ.178 ſub.num.12.& num.13.* & præ ceteris vtrumque caſum bene diſtinguit *Ludou.Morat.conſ.49.num.2.Diez.de Ribadeneyra alleg.iuris tom.1.alleg.15.ſub num.34.* quicquid autem ſit de hac diſtinctione in terminis fideiuſſionis præſtitæ ſuper ſententia ferenda à certo Iudice nominatim cum eâ vbi Iudex nominatus proprio nomine non fuit, adducat *Bart. in d. l. cum apud num.6.* nos verſamur extrà caſum quæſtionis, quia Horatius non fuit ſubſtitutus ad exigendum, ſed exegit pro patre
11 tamquam eius procurator † ac miniſter, & proptereà periculo patris *§. quod ſi tutor inſt. de curator Trentacinq.var.reſol.tom.1.lib.2. tit.de procur.reſol.1.num.34.* cuius obligatio non fuit ali-
12 quatenus alterata, † cum etiam pro gerendis ab illius procuratore, ſeù miniſtro actio ineſſet tempore contractus *iuxtà theoricam Bald. relat. à Franc. Ant. Coſt.conſ.73.nu.43.* adeo quod verſamur præcisè in caſu fideiuſſionis præſti-
13 tæ quæ reſtringenda quidem eſt † ſed non ad excluſionem eorum, quæ veniunt ex eodem inſtrumento ſuper quo fuit interpoſita *Burſat. conſ.313.ſub num.14. Rauden.deciſ. Piſan.4.nu.45.*

Ordo verò, ſeù tacitum patris mandatum,
14 quod † etiam præſumptionibus probari poteſt *Ciriac.controu.505.ex nu.51.Grat.diſcept.505. num.13.Seraph.deciſ.1326.num.2.* elicitur primò quia filius exegit patre ſciente, & patiente,
15 ſciendo † enim, & patiendo filium exigere eà, quorum exactio ad ſe ſpectabat cenſetur illud præpoſuiſſe ad exigendum *l.1.§.magiſtrum & ibi Bart.num.2.ff.de exercit act.l.quicunque §.non tamen, ibi, ſi permiſerit ei dari ſummas ff.inſtit.act. l.ſi remunerandi §.ſi paſſus l. ſi fideiuſſor ff. mandat. Menoch.conſ.145.num.41.Grat.diſcep..677. nu.24. & 26. Afflict.deciſ.308.num.7.& 8. Rota Ianuen. deciſ.14.ſub num.3. Larrea deciſ. Granaten.55.ſub num.20.*

16 Et ſcientia patris † indubitabilis redditur tum ex cohabitatione cum filio *l.octaui ff.vnd. cognat.Ruin.conſ.123.numer.18.lib.5. Becc.conſ.47. num.22.& 23.Rota deciſ.663. num. 5.par.1. diuerſ.*
17 Maximè quia agitur de negocio, † quod vtriuſque intererat, nempè patris vt exactoris, filij vt fideiuſſoris pro patre, & de plurimis exactionibus palàm factis tempore ſucceſſiuo, vt per *Zuccard.conſ.66.num.26.Honded. conſ.80.num.44.& ſeqq.lib.2.Surd.conſ.251.nu.16. & alios relat. à Io: Baptiſta Coſta de fact. ſcient. & ignor.inſpect.74.num.1.*
18 Tùm etiam ex inuериſimilitudine † quod pater cui incumbebat onus exigendi non inueſtigauerit à quo redditus exigerentur, & ignorauerit id de quo debuit eſſe ſollicitus ratione proprij officij, & intereſſe *Abb.in cap.innotuit num.9.de elect.Dec.conſ.160.num.5. Burſatt. conſ.292.num.7.Menoch.præſump.23.num.66.lib.6. Surd.deciſ.182.nu.9.Rota deciſ.166.in princ.par.1. diuerſ.*

19 Secundò deducitur mandatum † quia filius partitas à ſe exactas deſcripſit ſub nomine patris in libro, in quo pater ſimiles exactiones deſcribere ſolebat vt in propoſito ponderat *Alex.Rauden.deciſ.Piſan.4.nu.39.in fin. Buratt. deciſ.113.nu.25. verſ.præſertim* eoque magis quia in eodem libro filius adnotauit etiam alias
20 partitas† exactas per ipſummet Dominicum patrem, vt patet ex quietantijs productis vnde colligitur quod pater eius fide; & opera vtebatur, & quod plus vrget tempore proximo exactionibus factis à filio pater ingentem pecuniarum ſummam depoſuit in Monte Pietatis ad creditum Orfanorum, quæ cum non cōſtet potuiſſe aliūde, à patre comparari præ-
21 ſumuntur † eædm exactæ à filio pro patre *Rip.in l.ſi ventri §.fin.numer.10.ff.priuil.cred. Aym. conſ.298.num.13. Anch.conſ.434.numer.3. Menoch. præſum.55.num.8.lib.3. Surd.deciſ.55.num.9. Rota deciſ.481.num.6.& ſeqq. par.5.recent.* Sicuti autem partitæ quas filius ſcripſit in libro paterno verificantur in ſummis exactis à patremet & alijs ab eo depoſitatis in Monte Pietatis, ità
22 veræ † præſumuntur in reliquo *Bart. in l. admonendi num.27.vbi Iaſ.nu.111.ff.de iur.iur.Aym. conſ.158.num.6.Surd.deciſ.199.nu.11.Rot.dec.813. num.3.& 6.par.1.diuerſ.*

Octauo quia non apparet patrem aliquandò petiſſe à debitoribus ſummas, quas filius exegerat, nec credibile eſt quod tot debitores
23 ſoluiſſent † plures pecuniarum ſummas Horatio, niſi conſtito prius de illius ſufficienti mandato *Roman.conſ.63.num.3.Grat.diſcept.505. num.17.* & licet Horatius in quietantijs, quas debitoribus fecit non expreſſerit ſe procura-
24 torem patris, † quia tamen talis reuerà erat, & exactio ſpectabat ad patrem eſt ac ſi expreſſiſſet *l fin.ff.de inſt.act. Angel.in l.eamdem in fin.ff.de duob.reiſ. & ibid. Ronchegall. in princ. numer.163. Dec.conſ.510.num.5.Rauden.d.deciſ.4.num.116.*
25 Quæ præſumptiones† vim recipiunt à qua-
26 litate perſonarum cum in filio † facilè præſumatur mandatum patris *Abb. conſ.7. num.4. lib.2.Grazzad.conſ 11.num.15. Mant.de tacit. lib.7. tit.5.num.10. in fin.Pacian. de probat.lib.1. cap.13. num.11.Larrea deciſ.Granat.55.ſub num.20.* & ſi-
27 mul iunctæ† vt debet *gloſ.in l.3.§.eiuſdem verb. ſpeciem ff.de teſtib.Corn.conſ.1.nu.22.lib.3. Roland. conſ.22.num.27.lib.3.Surd.conſ.1.num.52. Buratt. deciſ.709.num.9.deciſ.932.num.4.*

Sed quatenùs filius exegiſſet ſine mandato patris, & pecunias in proprios vſus conuertiſſet, ita vt pater non teneretur reddere rationem de exactis à filio ſub titulo exactorum adhuc teneretur ſub titulo exigendorum, & quæ culpa patris non fuerunt exacta, nec impoſterum exigibilia ſunt; promiſit enim in ſpecie ſe redditurum rationem de nominibus non exactis, & culpa propria inexigibilibus;
28 quod etiam venit † ſub obligatione generali de exigendo, & rationem reddendo de omnibus exigendis, quia hoc gerundium habet eandem latitudinem, quam habet mandatum exactori datum ad exigendum, cuius vigore
29 cum exactor obligatus ſit † exigere in futurum omnia nomina debitorum debet pariter

de omnibus reddere rationem, ſiuè exegerit, ſiuè culpa propria non exegerit *l. tutori Cod. negot. geſt. l. procuratorem, & ibi gloſ. verb. non exactus C. mandati l. ſi remunerandi §. 2. ff. eod. Rota deciſ. 288. num. 3. poſt Cinc. de cenſib. & in Romana redditionis Computorum 12. Iunij currentis coram R.P.D. meo Royas*.

Et quamuis vt condemnetur pro non exa-
30 ctis † probandum ſit quod nomina debitorum erant ſoluenda, & facilis exactionis, cum alioquin conuinci non poſſit culpa non exigentis ſine qua ille de non exactis haud tenetur *Ruin. conſ. 193. num. 8.* vbi id ampliat etiam
31 ſi procurator nullam diligentiam feciſſet pro exigendo *lib. 5.* quem ſequitur *Becc. conſ. 37. ſub num. 20. Decian. conſ. 85. nu. 27. lib. 2. Surd. conſ. 228. ſub num. 16. & alij allegati in d. Romana redditionis Computorum coram D. meo Royas*, hoc ſatis apparet dum fuerunt exacta à filio, eadem enim facilitate potuiſſent exigi à patre cuius negligentia hodie effecta ſunt inexigibilia, quia Rota alias declarauit debitores qui ſoluerunt Horatio cogi non poſſint, vt iterum ſoluant.

Non obſtat quod Muſca nõ fideiuſſerit pro non exactis, quia nec ſe reſtrinxit ad exacta,
32 vt in caſu quo † conſuluit *Ceph. conſ. 532. n. 4. & 5.* & fideiubendo pro exigendis relatiuè ad obligationem aliorum fideiuſſorum, qui pro exactis, & non exactis ad formam obligationis principalis prius acceſſerant, ibi, *ſic vt ſupra obligatos*, & paulò infrà, ibi, *vt ſupra obligatos*, ipſius quoque obligatio ad non exacta porrigitur vigore dictæ relationis, quæ repe-
33 tit in referente † qualitates omnes, & caſus contentos in relato *l. fin. C. qui potior. in pign. hab. Menoch. conſ. 124. num. 59. Surd. conſ. 105. num. 30.* & in terminis fideiuſſionis *idem Surd. deciſ. 212. num. 14. Rauden. deciſ. Piſan. 4. num. 81. Maſtrill. deciſ. 126. num. 18.* Non obſtat quod pro non exactis nondum fuerit relaxatum mandatum contra principalem, quod tamen præcedere voluit Muſca prius quam conueniretur, quia mandatum hactenus relaxatum pro ſc. 1300. recipit declarationem à Sindycatu in quo apparet habitam fuiſſe rationem etiam partitarum, de quibus agitur.

Quo verò ad prætenſum ſalarium, & alias partitas quas informantes pro Muſca prætendebant addendas credito exactoris, reſponſum fuit de illis quoque actum fuiſſe in dicto Sindicatu, & in relaxatione mandati executiui, quod ideò relaxatum fuit ſolum pro ſcutis 1300. cum tamen debitum exactoris aſcẽderet ad ſcuta 3950.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ARIMINEN. SALVIANI.

Veneris 19. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Aegidiana locum non habet quoties ſententia cõcedit immiſſionem ſuper re de directo dominio Eccleſiæ, etiam reſpectu vtilis dominij competeñ laico, quamuis non tota res ſit Eccleſiaſtica, ſed vna tantum pars; nam cum illa non ſit à reliquo ſeparata trahit ad ſe tanquã magis digna reliquas partes merè laicales. Saluianum competit donatario pro conſecutione rei donatæ. Donatio inofficioſa re non corruit in totum, ſed filius agere poteſt ad legitimæ ſupplementum, cui locus non eſt non docto de valore bonorũ donantis, qui probandus eſt à dante de inofficioſitate donationis. Donatio etiam conditionalis iuxtà magis, ac veriorem DD. ſententiam non efficitur caduca per prædeceſſum donatarij ante donantem, quando etiam hæredibus fuit donatum, & redditur ratio in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana locum non habet in bonis Eccleſiæ ex defectu poteſtatis.*

2 *Amplia etiam reſpectu vtilis dominij ſpectantis ad laicum nam cum habeat intrinſecam connexionem cum directo illius cognitio, quamuis quæſtio verſetur inter laicos ſpectat ad forum Eccleſiaſticum.*

3 *Item amplia principalem cõcluſionem quamuis vna tantum pars ſit Eccleſiaſtica, reliquæ verò laicales nam illa vti magis digna trahit alias partes; itaut omnes ſubſint Iuriſdictioni Iudicis Eccleſiaſtici donec fiat ſeparatio.*

Ratio eſt nam ante ſeparationem Eccleſia ad partem ſibi tangentem habet dominium in qualibet gleba totius rei, num. 7.

4 *Clericus ſi poſſidet bona communia cum laico, tunc omnes conueniri debent coram Iudice Eccleſiaſtico, ratione perſonæ Clerici.*

5 *Aegidiana locum non habet quoties Clericus poſſidet rem communem cum laico.*

6 *In connexis pars appellabilis trahit ad ſe partem non appellabilem.*

8 *Aegidiana locum habet etiamſi ſententia concedat immiſſionem ſuper corporibus Eccleſiaſticis, & laicalibus, ſi ſunt inter ſe ſeparata, quo caſu licet non intret quoad vnum, locum habet quoad reliqua.*

9 *Deputatio Iudicis probatur ex fide publica Actuarij cauſæ, cui creditur.*

10 *In Iuriſdictionem Iudicis conſenſiſſe dicitur, qui coram eo pluries comparuit, itaut amplius non poſſit dictam Iuriſdictionem impugnare.*

11 *Dominium, ac poſſeſſio rerum donatarum vigore clauſulæ,* Conſtituti, *& clauſulæ,* ad habendum, *adiectis in donatione tranſlata dicuntur in donatarium, ac proinde ſuper bonis donatis non poteſt ei competere hypotheca, nec Saluianum declara vt num. 14.*

12 *Hypotheca competere nequit ſuper re propria.*

13 *Saluianum interdictum non datur, quia eſt remedium adipiſcendæ.*

14 *Tranſlatio poſſeſſionis, ac dominij vigore clauſulæ,* Conſtituti, *fit per modum fictum, ac proindè adhuc poteſt conſtitutarius agere ad conſecutionem poſſeſſionis per modum verum, & actum facti.*

15 *Saluianum datur donatario pro conſecutione rei donatæ.*

16 *Venditio facta cum reſeruatione hypothecæ, donec pretium, ſoluatur pretio nondum ſoluto, adhuc penes*

nes venditorem remanere dicitur; itaut poſſit illius vigore agere.

17 *Hæres poſſidens bona Teſtatoris, qui alia bona ad ipſum hæredem ſpectãtia vigore fideicommiſſi alienauit, cenſetur in recompenſam bonorum alienatorum poſſidere, & tanquam effecta propria ipſius hæredis per imaginariam ſolutionem.*

18 *Bona alienata ad fideicommittentem ſpectare non dicuntur, ſi in duabus ſpecialibus demonſtrationibus non concordant.*

19 *Exceptio fideicommiſſi non retardat executionem ſententiæ in Saluiano, niſi ſit incontinenti probata.*

20 *Donatio omnium bonorum, nulla facta reſeruatione pro legitima filiorum corruit in totum, vti inofficioſa re, & conſilio.*

21 *Donatio per prædeceſſum donatarij ante donantem remanet caducata ex præſumpta mente donantis, quem lex præſumit noluiſſe hoc caſu ſibimet præferre hæredes donatarij.*

22 *Amplia quamuis hæredum mentio facta fuiſſet, quia cenſetur donatum hæredibus contemplatione primi donatarij, præſertim quando donatio eſt conditionalis. Contrarium num. 29. & ſeqq.*

23 *Donatio quod fuerit perſonalis, nec in ea compræhenſi hæredes donatarij reſultat, ſi mortuo donatario, donans alium hæredem inſtituit, ex hoc enim clarè deſumitur declaratio donantis, quæ etiam ex interuallo fieri poteſt. Et quo caſu talis declaratio procedat? num. 34.*

24 *Donatio quamuis ſit inofficioſa re; nihilominus non corruit in totum, ſed filius agere poteſt ad ſupplementum legitimæ, ſi ei locus ſit.*

25 *Et ſufficit ad hunc effectum, quod aliquid filio fuerit donatum.*

26 *Legitimæ ſupplemento locus non eſt, non docto de valore bonorum donantis, qui probandus eſt à dante de inofficioſitate donationis.*

27 *Filia quod fuerit dotata de bonis maternis ex quibus probetur?*

28 *Præſumptio* l. quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & vxor. *quo caſu excludatur?*

29 *Donatio etiam conditionalis per prædeceſſum donatarij ante donatorem non efficitur caduca, quando etiam hæredibus fuit donatum iuxtà veriorem, & magis communem opinionem.*

30 *Ratio eſt quia tunc donator præſumitur quod voluerit quoque hæredibus acquiri, vel ex propria perſona, vel ex tranſmiſſione, & ex quibus talis voluntas deſumatur? num. 33.*

31 *Tranſmiſſio etiam in contractibus locum habet pendente conditione.*

32 *Donationes cum perſonis prohibitis vt valeant, oportet quod morte confirmentur.*

35 *Hæres donatarij agere nequit ex donatione conditionali, niſi poſt purificatam conditionem.*

36 *Excipere nequit de non adimplemento qui nullum habet intereſſe.*

37 *Clauſula,* conſtituti, *probat poſſeſſionem conſtitutarij contra conſtituentem, & habentem cauſam ab eo.*

38 *Retentio non datur pro credito illiquido.*

39 *Iura noua produci poſſunt etiam poſt ſententiam, ſi de eis antea nihil fuit oppoſitum.*

DECISIO CXXXVI.

AD duo corpora alterum nuncupatum de Cappuccini, alterum Monte del Toro obtinuit per ſententiam R.P.D. Sperelli Iudicis ab A. C. deputati immiſſionem ex Saluiano interdicto contra Ginebriam, Pompeus hæres Margheritæ vigore donationis eius auctrici, & hæredibus factæ à Lauinia Matre, & cum hodie in gradu appellationis mihi cõmiſſæ cum clauſula, *Conſtito, quod ſit locus Aegidianæ*, dubitaretur, an Aegidianæ ſit locus fuit negatiuè reſolutum, quoad prędium de Capuccini, affirmatiuè quoad aliud.

1 Nam ex defectu poteſtatis Aegidiana † non
procedit in bonis Eccleſiæ quale eſt prædium
de Capuccini reſpectu directi dominij, à quo
intrinſeca connexione cum dependeat vtile
2 illud etiam tale reputatur † ad effectum vt
eius cognitio, quamuis quæſtio deſuper verratur inter laicos ſpectet ad forum Eccleſiaſticum, & per conſequens Aegidiana non intrat *iuxtà magiſtralem deciſionem in Romana Domus de Scapuccis coram bo: mem: Coccino impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol.* 1020. ſecuta eſt *Rot. in Romana domus ad Sanctum Honuphrium coram Reuerendiſs. Vrgellen. impreſs. par. 5. rec. dec. 49. num. 1. & alias ſepiſſimè, vt in deciſionibus relatis in Romana bonorum 19. Ianuarij 1643. coram R.P.D. meo Ghiſilerio.*

Et licet non totum prædium ſit Emphyteoticum Eccleſiæ, ſed vna media tornatura,
3 illa tamen † quia non eſt à reliquo ſeparata
trahit ad ſe tanquam magis digna alias prędij partes merè laicales, ita vt omnes ſubſint Iuriſdictioni Iudicis Eccleſiaſtici, donec fiat ſeparatio, vt in terminis bonorum commu-
4 nium † inter laicum, & clericum *Seraphin. deciſ. 957. num. 2. Grat. diſcept. 641. num. 3. & 4. Carol. de Graſſ. de effect. clericat. effect. 1. num. 520. cum alijs alleg. per Modern. Aſſiſien. deciſ. fori Eccleſiaſtici 19.*
5 *nu. 23.* & in puncto ad effectum ne ſit † locus
Aegidianæ *Rota in Ariminen. Spolij 10. Dec. 1629 coram b: me: Motmanno*, vbi dicitur ratio quia
6 inconnexis † pars appellabilis trahit ad ſe par-
tem non appellabilem *Franc. in cap. ſi duobus n. 7 de appellat.* & addi poteſt, quod ante ſeparatio-
7 nem Eccleſia proportionabilitèr † ad partem
ſibi tangentem habet dominium in qualibet gleba totius prædij *gloſ. in l. ſi familia verb. pro parte C. famil. erciſcun. Io. de Amic. conſ. 20. num. 15. Grat. diſcept. 948. num. 43.*

Quo verò ad prædium Montis Tauri, hæc ratio non militat, quia totum eſt laicale, &
8 omninò deſtinctum † à prædio de Cappucci-
ni, nec ex eo quod in eadem ſententia ad vtrumque conceditur immiſſio, in vtroque ſit locus Aegidianæ, vt fuit deciſum *in Bononien. fideicommiſſi 16. February 1629. coram bon. mem. Coccino impreſſ. apud Modern. de manutend. dec. 257.* cui nec locus eſſe poteſt ratione nullitatis vel iniuſtitiæ ſententiæ vt apparebit ex reſponſionibus ad obiecta. Quorum primum verſatur circa defectum iuriſdictionis Domini Sperelli Iudicis ab A. C. deputati, ſed tollitur facili negotio, quia deputatio huiuſmodi quæ ex-

9 aduerſò negabatur, probatur † ex fide publi-
ca actuarij cauſæ cui creditur *Caputaq.dec.247.*
num.1.par.2.Rota deciſ.699.num.3.par.1. recentior.
& cum aduerſaria coram eodem D. Sperello
pluries comparuerit conſenſit in illius iuriſdi-
10 ctionem, † quam propterea hodie impugna-
re non poteſt *Felin.in cap.cum M.Ferrarien.n.25*
de conſt.in cap.ex tenore num.19.de reſcript.Lancel-
lot.de attent.par.2.cap.6.num.28.Scacc.de Iud.lib.1.
cap.101.ſub num.19.Barz.deciſ.154.num.8.

Alterum obiectum reſpicit iuſtitiam ſen-
tentiæ multipliciter, & primò quia donata-
11 rio † in quem vigore clauſulæ, *conſtituti*, &
clauſulæ, *ad habendum*, poſiti in donatione
translatum fuerat rerum donatarum domi-
nium, & poſſeſſio *l.quod meo ff.acq.poſſeſſ.l.lega-*
12 *tum ita ff.legat.2.l.à titio ff.furt.* non poterat † ſu-
per eiſdem rebus competere hypotheca *l. ſi*
rem alienam la 2. ff.pignor.act. l.neque pignus ff.reg.
iur. & per conſequens Saluianum interdictū
13 quo † nec eget qui poſſidet, quia eſt reme-
dium adipiſcendæ *Becc. conſ.89.nu.15. Surd.con-*
ſil.191.num.12. Cui obiecto ſatisfacit doctrina
Bald.in l.ab emptione 59.num.6. & 7. C.pact. vbi
quod translatio dominij, & poſſeſſionis vigo-
14 re clauſulæ, *conſtituti,* † fit per modum fictum
iuris videlicèt fictione, & proinde adhuc agi
poteſt ad conſecutionem poſſeſſionis per mo-
dum verum, & actum facti, & latè proſequi-
tur in terminis Saluiani *Pacif.de Salu. inſpect.5.*
cap.2.num.1009. & ſeqq. Rota deciſ.185.num.7. &
15 *ſeqq.coram Reuerendiſs.Vrgellen.*& in puncto † ad
fauorem donatarij *deciſ.539.n.1.par.4. dec.308.*
num.3.par.5. rec.

Secundò quia Pompeus ante iudicium
motum abdicauit à ſe omne ius ſuper his bo-
nis mediante venditione facta Comiti Eneę
Bando. Verum venditio habet in ventre re-
16 ſeruationem hypothecæ †, donec pręrium
ſolueretur, cuius vigore pręrio nondum ſo-
luto venditor agere poteſt *Tiraquell.retract. li-*
gnag.§.1.gloſ.2.num.39. Neguſan. de pignor. par.5.
memb.2.ſub num.18.Grat.diſcept.730.nu.17.& 23.
Mart.voto 43. num.1. & per totum Rota deciſ.199.
num.5.par.7.rec.

Tertiò quia hæc bona effecta fuerunt pro-
pria Ginebriæ per immaginariam ſolutio-
17 nem, † quam ſibi videtur feciſſe tanquam
hæres Lauiniæ donatricis in recompenſam
bonorum, quæ Lauinia viuens alienauit ſu-
biectorum fideicommiſſo Lauræ quod ad Gi-
nebriæ fauorem purificatum fuiſſe, dixit *Rot.*
in Ariminen. bonorum 29. May 1623. coram bon.
mem. Coccino.

Pro reſponſione animaduerterunt Domini
quod deciſio coram bo: me: Coccino loqui-
tur de alijs quatuor corporibus poſtmodum
reſtitutis aduerſariæ præuio mandato Rotali.
Alia autem bona per Lauiniam alienata, non
probantur eadem illa ad Lauram fideicom-
18 mittentem ſpectantia, † cum non concordent
in duabus ſpecialibus demonſtrationibus, vt
requitur *Bart.in l.demonſtratio num.14.ff.condit.&*
demonſtr.Alex.conſ.73.num.6.lib.3.Soccin.conſ.89.
num.1. lib.1. Caualer.deciſ.311.num.4. Præterea
acquiſitiones, quæ dantur ad probandam per-
tinentiam bonorum ad Lauram non fuerunt
factæ à Laura, ſed à Sigiſmundo, cuius hæ-
reditatem quod Laura ſuperſtes adiuerit nul-
libi conſtat. Nec pariter conſtitit in prima
inſtantia de teſtamento Lauræ, cum tamen
19 doceri debuiſſet incontinenti † de claro fi-
deicommiſſo, & bonorum identitate, vt eius
exceptio executionem ſententiæ in Saluiano
latæ remoraretur *Seraph.deciſ.757. num.1. & 2.*
Rot.deciſ.539. ſub num.10.par.4.rec.cum alijs alleg.
in deciſ.83.num.11.apud Pacif.de Saluian.

Quartò obijcitur donationem eſſe inexe-
20 quibilem, † tùm quia cum malo animo facta
fuerit de omnibus bonis donatricis nihil re-
ſeruato pro legitima Ginebriæ eius filiæ cor-
ruit in totum veluti inofficioſa re, & conſilio,
Honded.conſ.43.num.22.lib.1. Becc.conſ.68.num.5.
Surd.conſ.473.num.1.& ſeqq. Tùm etiam quia
caducata fuit per prędeceſſum Margheritæ do-
21 natariæ † ante donatricem, idq; ex præſum-
pta mente donantis, quem lex præſumit no-
luiſſe hoc caſu ſibimet præferre hæredes do-
natarii *Alciat.conſ.3.numer.20.& 23. lib.8.Bald.*
conſ.391.num.1.lib.3.Ceph.conſ.312.nu.85. & 86.
Menoch.conſ.84.num.15.conſ.442.num.32. Peregr.
de fideicomm. art.51.num.20. qui omnes loquun-
tur, quamuis hæredum mentio facta fuiſſet,
22 quia † cenſetur donatum hæredibus contem-
platione primi donatarij, & in caſu noſtro
concurrit vlterius, quod donatio eſt condi-
tionalis, vt fuit dictum *in deciſ.134. coram D.*
*Vrgellen.*quodque mortuo donatario donatrix
inſtituit hæredem vniuerſalem Ginebriam,
23 ideoque † donationem fuiſſe perſonalem, &
reuocatam declaraſſe videtur, & declarare po-
tuit etiam exinteruallo *Decian. conſ.7. num.99.*
lib.1.Boer.deciſ.172.num.22.in fin.

Primum tollitur ex quo donatrix deinde
hæredem inſtituit Ginebriam, eamdemque
prius de bonis proprijs dotauerat in ſcu.1700.
exinde enim excluditur conſilium fraudandi
filiam, & quatenùs donatio eſſet inofficioſa
24 re † non corruit in totum, ſed agi ſolum po-
teſt ad legitimæ ſupplementum ſi ei ſit locus,
Bart.in l.Titia ſeia 89. §.Imperator nu.4.ff.legat.2.
Abb.in cap.fin.num.5.de donat.Iaſ.conſ.125.nu.17.
lib.1.Natt.conſ.125.num.5. & 6. vbi quod ſuffi-
25 cit † aliquid etiam minimum fuiſſe filiæ da-
tum *Honded.conſ.43.n.21.lib.1.Grat.diſcept.729.*
num.11.& 12. Rota deciſ.305.num.6.par.3.recent.
26 Neque ſupplemento locus eſt †, non docto de
valore bonorum donatricis, qui probandus
eſt à filia dante de inofficioſitate donationis,
iuxtà theoricam Bartoli conſ.17.lib.1. & in termi-
nis *Gabr.conſ.137.num.20.lib.2.Honded.d.conſ.43*
num.25.Grat.d.diſcept.729.num.10.

Quod verò Ginebria dotata fuerit de bonis
proprijs Lauiniæ conſtat ex inſtrumento do-
27 tali, † quo Lauinia in ſolutum dotis à ſe
promiſſæ ob decoctionem viri aſſignauit Io:
Baptiſtæ genero tot bona propria, & cenſus
ipſo viro præſente, & conſentiente cuius præ-
ſentia, & conſenſus inducit tacitam confeſſio-
nem, quod bona ſpectabant ad vxorem, *& le-*

gis

*gis Quintus Mutius ff.donat.inter vir.& vxor.*con-
28 trariam præſumptionem † excludit *Salyc.in l.*
cum propria in fin.C.ſi quis alteri, vel ſibi Natt.con-
*ſil.*30.*num.*2.*Oſaſch.deciſ.*140.*num.*8.*&* 10. *verſic.*
*aduertendum Rota deciſ.*219.*nu.*7.*&* 8.*par.*2.*diuerſ.*
*deciſ.*59.*num.*2. *deciſ.*69.*num.*5. *inter impreſſ. apud*
Zacch.de Societ.offic.

Alterum caducitatis donationis non ſubſi-
ſtit ſuppoſito, prout eſt in confeſſo apud par-
tes, & firmat *deciſ.*84.*coram D. Vrgellen.* quod
verſamur in donatione inter viuos, licet eius
effectus fuerit collatus poſt mortem donatri-
cis; nam quicquid ſit, An donatio ſit pura
vel conditionalis, etiam in terminis donatio-
nis conditionalis verior eſt, & magis commu-
29 nis opinio † quod ob prędeceſſum donatarij
ante donatorem non fiat caduca ſaltem quan-
do etiam hæredibus fuit donatum, quia tunc
30 præſumitur † quod donator voluerit quoque
hæredibus acquiri, vel ex propria perſona,
vel ex tranſmiſſione, quæ in contractibus lo-
31 cum habet † etiam pendente conditione, nec
haberet ſi caducarentur *§.ex conditionali Inſt.de*
verb.oblig.l.neceſſario §.1.*ff.pericul. & commod. rei*
*vend.Gomeſ. latiſſimè variar.reſol.lib.*2.*cap.*11.*n.*36
etiam in puncto *Ruin.conſ.*98.*num.*16. *verſ.cum*
*donatio lib.*1.*poſt Bald.in l.*2.*nu.*10.*C.iur.dot.Alex.*
*conſ.*14.*num.*3. *lib.*1.*conſ.*78. *num.*4.*lib.*4. *Roland.*
*conſ.*77.*nu.*12.*lib.*1. *Franc.Ant.Coſt.conſ.*12.*n.*78.
32 *&* 79. vbi diſtinguit inter donationes † cum
perſonis prohibitis, quæ oportet confirmen-
tur morte de quibus loquuntur plerique
ex allegatis in obiecto, & alias ab initio validas
*Menoch. ſibi contrarius conſ.*388. *ſub num.*55. *verſ.*
*qua de re Ant. Fab. in C.lib.*8.*tit.*38. *diffin.*21.*n.*2.
quem refert, & ſequitur *Fontanell. deciſ.*54.
*num.*16.*Capic.latro deciſ.*2.*ſub nu.*28. *Rota dec.*142.
*ſub num.*2.*par.*4.*deciſ.*9.*num.*7.*par.*7.*recent.*

Et hæc opinio eo faciliùs recipienda eſt in
præſenti, quia donatrix ne dum donauit Mar-
33 gheritæ, & hæredibus, † ſed etiam promiſit
moleſtiam non inferre Margheritæ nec eius
hæredibus, quibus cum applicabilis non ſit
huiuſmodi promiſſio reſpectu donatricis, niſi
quatenùs prædefuncto donatario ipſa viuente,
donatio tranſiret ad hæredes; inde deducitur
quod donatrix voluit etiam prædefuncto do-
natario bona donata ad hæredes ſpectare ad
tradita in propoſito *per Ciriac.controu.*314.*n.*11.
verſ.ſecundo quia. Neque vrget contraria de-
claratio deſumpta, vt ſupra ex teſtamento do-
34 natricis, quia procedere poſſet † niſi tempo-
re declarationis ſupereſſet donatarij hæres, qui
ex donatione bona conſequi debet iuxtà præ-
dicta, vt reſpondendo ad allegationes con-
trarias, benè aduertit *Cancer. var.reſolut. lib.*1.
*cap.*8.*nu.*180.*verſ.quod eſt intelligendum ex Caſſan.*
*conſ.*53.*num.*47.*&* 48. *& num.*55.

Non negatur quod hæres agere non poſſit
35 ex † donatione conditionali, niſi poſt purifi-
catam conditionem, ſic enim intelligendum
eſſe *Text. in* §. *ex condictionali inſt. de verb. oblig.*
notat *Alciat.reſp.*3. *num.*22.*lib.*8. *Surd. conſ.*403.
*ſub nu.*47. Sed in caſu noſtro vnica adeſt con-
ditio, ſeù onus ſoluendi ſcuta 100. in manibus
depoſitarij Venerabilis Societatis S. Hierony-
mi Ciuitatis Arimini quod ex præcepto do-
natricis implendum eſt poſt acquiſitam dona-
tario bonorum poſſeſſionem, & cum reſpi-
ciat fauorem Sororis Pompei donatarij, ad-
36 uerſaria cuius non intereſt † excipere non po-
teſt de non implemento *l. ſi pupilli* §.*videamus*
*ff.negoc.geſt.Rota coram ſa.me. Greg.XV. deciſ.*118.
*num.*5.*deciſ.*410.*num.*6.

Rurſus obijcitur quod non fuit probata
poſſeſſio donatricis, ſed gratis, quia adeſt in-
ſtrumentum acquiſitionis cum clauſula, *con-*
37 *ſtituti*, quæ probat conſtitutariæ † poſſeſſio-
nem contra aduerſariam illius hæredem *Ang.*
*in l.quædam mulier nu.*2. *ff.rei vendic. & alij in ter-*
*minis donationis allegati in deciſ.*85.*numer.*11. *apud*
Modern.de manutenend.

Non obſtat retentio pro credito ſcut.460.
auri canonizata per mandatum rotale, quia
ſententia mandat illud compenſari cum fru-
ctibus ab his bonis exaduersò perceptis, quos
aduerſaria tenetur in ſui crediti extinctionem
imputare, & ideò donec illorum quantitas
probetur, creditum remanet illiquidum, &
38 inefficax † ad retentionem, vt fuit dictum
in Signina Saluiani 16. *Aprilis, &* 13. *Iunij* 1638.
coram R.P.D. meo Carillo, in Romana Retentionis
bonorum 23. *Maij* 1642. *coram R.P.D. meo Ghiſi-*
lerio, & alias ſepiſſimè.

Tandem non obſtat, quod donatariæ ſuc-
ceſſerint duo filij, quorum alter eſt profeſſus
in Religione S. Benedicti, quia hic ante in-
greſſum in Religionem renunciauit omnia
iura Pompeo fratri, & renunciationis inſtru-
39 mentum etiam poſt latam † ſententiam po-
tuit produci cum de hoc antea non fuerit op-
poſitum *Rota deciſ.*168.*num.*10.*&* 11.*poſt Pacif.*
*de Saluian.Add.ad Greg.XV. deciſ.*272.*in fin. vbi*
allegat concord.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA HAEREDITATIS DE FABIIS.

Veneris 19. *Iunij* 1643.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis *lib.*1.*cap.*145.excluſiuum fœmi-
narum propter maſculos eatenus excludit fę-
minas ab hæreditate matris, quatenus exclu-
ſæ ſint ab hæreditate patris alias ſecus, & tres
in deciſione recenſentur caſus, quibus fœmi-
næ excluduntur à d. Statuto. Legatum filio
relictum, an imputetur in legitimam pendet
à voluntate, & diſpoſitione Teſtatoris, & ex
quibus voluntas Teſtatoris deſumatur lega-
tum in legitimam non imputandi?

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur filiæ in hæreditate matris de Iure communi.*
2 *Statutum Vrbis* lib.1.cap.145. *excludit ab hæredi-tate matris fœminas excluſas ab hæreditate Pa-tris.*

3 *Et dictum Statutum, poſtquam diſtinxit caſus excluſionis ab hæreditate Patris, tranſit continuatiuè ad hæreditatem matris.*

4 *Relatiuum* quę, ac ſupradictis *contentū in verbis dicti Statuti excluſiui ab hæreditate matris, reſtringit diſpoſitionem ad caſus præcedentes excluſionis ab hæreditate paterna.*

5 *Relatio quando eſt cōcepta indefinitè in numero plurali non patitur reſtrictionem ad vnum.*

6 *Statutum excluſiuum fœminarum loquens in caſu inteſtati non porrigitur ad caſum teſtati.*

7 *Filia cenſetur à Statuto Vrbis excluſa, ſi pater in vltima voluntate ei dotem conſtituit, ſcilicet certum quid in quantitate, ſiuè in corpore relinquendo expreſſo necne titulo dotis.*

8 *Secus vero ſi filiam inſtituit hæredem vniuerſalem cum maſculis, ratio diuerſitatis eſt, nam primo caſu relictum ſuccedit loco dotis cum qua Teſtator præſumitur voluiſſe compenſari, etiamſi titulo Inſtitutionis reliquiſſet. Secundo vero caſu inſtitutio vniuerſalis habet in ventre dotationem, formaliter vero importat repræſentationem Teſtatoris in perſona filiæ inſtitutæ, & nu.9.*

10 *Inſtitutio vniuerſalis extinguit, & confundit ius dotationis filiæ, & ab ea penitus differt obiectiuè, cum obiectum dotationis ſit excluſio à ſucceſſione, Inſtitutionis vero vniuerſalis, reintegratio filiæ ad ſucceſſionem de Iure communi.*

11 *Pater non obſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum poteſt filiam inhærendo Iuri communi à ſucceſſione non excludere, quia illud patrem non cogit, ſed eius voluntati famulatur.*

12 *Patris voluntas inhærendi Iuri communi, ac recedendi à ſtatuto excluſiuo fœminarum clarè reſultat ex eo, quod filiam hæredem vniuerſalem inſtituit.*

13 *Inſtitutio filiæ inſeruire non poteſt loco dotationis à ſtatuto contemplata, quod requirit dotationem cum qualitate excluſionis.*

14 *Et incompatibile eſt, quod actus inſtitutionis poſſit ſimul, vt inſtitutionis eſt, filiam ad ſucceſſionem vniuerſalem admittere, & vt dotationis eamdem excludere.*

15 *Statutum excluſiuum fœminarum non habet locum, vbi filia fuit inſtituta hæres vniuerſalis.*

16 *Statutum excluſiuum fœminarum procedit, tàm ab inteſtato, quam ex teſtamento, quodque etiam vbi filia fuit inſtituta hæres vniuerſalis, ſicuti militat ratio conſeruandi bona paterna in agnatione, ita & militare debet diſpoſitio ſtatuti.*

17 *Declara primam partem concluſionis non debere accipi indefinitè, ſed ſolum in caſu, quo filia venit impugnando teſtamentum, ſecus quando venit ex teſtamento, & ratio agnationis in ſecunda parte concluſionis conſiderata non extendit vim ſtatuti vltra caſus ibi diſpoſitos, in quibus tantum ſtatuentes agnationem conſeruare voluerunt & num.18.*

19 *Statutum Vrbis excludit filias non maritatas, nec dotatas, quibus non fuit conſtituta dos per patrem in ſua vltima voluntate, quatenus frater ſit paratus dotare.*

20 *Intellige quod ſtatutum in hac parte loquitur, quando filiæ nihil fuit à patre relictum, non tamen diſponit, quod frater offerendo dotem ſororem excludat contra voluntatem patris, vbi filia fuit inſtituta hæres vniuerſalis.*

21 *Pater inſtituendo filiam hæredem vniuerſalem cenſetur receſſiſſe à ſtatuto excluſiuo fœminarum, & voluiſſe filiam ſuccedere de Iure communi.*

22 *Maſculi, & fœminæ æqualiter ſuccedunt matri de Iure communi.*

23 *Statutum excluſiuum fœminarum, vt locum habeat ſufficit, quod quid minimum fuerit filiæ datum pro dote à matre.*

24 *Declara dotationem factam à matre de bonis paternis poſt obitum patris non poſſe operari effectum excluſionis filiæ iam admiſſæ ad ſucceſſionem Patris ex ipſius patris voluntate, elicita ab actu inſtitutionis vniuerſalis, ſecus vero circumſcripta inſtitutione paterna.*

25 Rota deciſ.116. num.8. verſ. Nec obſtat poſt Modern. Foroliuien. de legitim. *in quibus terminis loquatur?*

26 *Statutum Vrbis excluſiuum fœminarum non loquitur de dotata à matre, ſed a patre vel auo, nec filiā excludit ab hæreditate matris, niſi excluſam ab hæreditate patris.*

27 *Statutum præfatum ad caſum dotationis de bonis maternis erga filiam inſtitutam hæredem à Patre porrigi non poteſt citra extenſionem de perſona ad perſonam dotantis, quæ non admittitur.*

28 *Extenſio de perſona ad perſonam nec de caſu ad caſum non admittitur.*

29 *Diſpoſitio Statuti Vrbis excluſiui fœminarum, dum eſt reſtricta ad caſum dotationis à Patre, vel auo, & ad terminos excluſionis ab hæreditate patris non eſt inueſtiganda ratio d. ſtatuti.*

30 *Filia vt excludatur à ſtatuto ſi fuit aliquid à matre datum in dotem, requiritur quod illud fuerit purè, ac liberè datum.*

31 *Secus vero ſi mater ſibi facultatem reuocandi reſeruauit, & cum effectu reuocauit, & tenet reuocatio non iuſtificata cauſa reuocationis, ac proinde nulla eſt habenda ratio huius dotationis, quæ non habuit effectum, & quæ nec aderat de tempore delatæ ſucceſſionis maternæ, nu.32. & 33.*

34 *Imputatio legati in legitimam regulariter pendet à voluntate Teſtatoris.*

35 *Et voluntas Teſtatoris non imputandi elicitur, ſi vtrumque diſpoſitiuè reliquit.*

36 *Amplia concluſionem procedere etiamſi in teſtamento fuerit relicta legitima, & in Codicillis legatum.*

37 *Filius ſi fuit à Patre inſtitutus in eo, quod ſibi de iure debetur, iſta verba ſignificant quantitatem legitimæ de Iure communi debitam.*

38 *Legatum quod fuerit relictum animo non imputandi in legitimam ex quibus deſumatur?*

39 *Imputatio legati in legitimam non reſultat ex verbis teſtamenti* di laſciargli quel tanto che de iure le peruiene, *quæ referuntur ad inſtitutionem, ita vt filia non poſſit conſequi, niſi legitimam, non tamen referri poſſunt ad legatum in codicillis relictum longè poſt conditum teſtamentum.*

40 *Amplia procedere etiamſi Teſtator omnia in teſtamento contenta in omnibus, & per omnia confirmauit in codicillis, ſi confirmatio emanauit poſt relictum legatum ſimpliciter, & ſic confirmatio non limitat diſpoſitionem codicillarem quoad legatum, ſed ſtat ampliatiuè ad inſtitutionem in legitimam factam in teſtamento.*

41 Con-

41 *Confirmatio contentorum in teſtamento facta in Codicillis continet duas diſpoſitiones principaliter diſtinctas, nempè legatum, & inſtitutionem in legitima.*

42 *Verbum* autem, *vti aduerſatiuum diuerſificat tam in Iure, quam in facto.*

43 *Præſumptio repetitionis ceſſat inter diſpoſitiones diſtinctas, & diuerſis orationibus conceptas.*

44 *Præſertim quando altera ex diſpoſitionibus remaneret inutilis, quo caſu vtraque diſpoſitio habet ſeparatam naturam, & effectum.*

45 *Imputatio non intrat in diſpoſitionibus habentibus ſeparatam naturam, & effectum.*

46 *In legato præcedenti regulariter non admittitur præſumpta repetitio qualitatis adiectæ in ſubſequenti.*

47 *Imputatio legati in legitimam, quo caſu fieri non debeat ex præſumpta voluntate Teſtatoris?*

48 *Ad imputationem excludendam ſufficit aliquo modo poſſe coniecturari voluntate Teſtatoris.*

49 *Teſtamentum, & Codicilli ſunt vna, & eadem diſpoſitio.*

50 *Declara concluſionem procedere quoad ea, quæ ſunt Iuris, ſecus vero quoad ea, quæ ſunt facti.*

51 *Contenta in eadem diſpoſitione non imputantur, nec confunduntur ad inuicem.*

DECISIO CXXXVII.

DVO excitata fuerunt in vltima deciſione ſub die 4. Aprilis 1642. alterum eſt, an Catherinæ debeatur legitima in bonis maternis, & propter diſcordiam DD. non fuit capta reſolutio, alterum an legatum ſc. 2000. Catherinæ à matre relictum imputetur in legitimam? & affirmatiuè reſponſum fuit. Hodie repropoſita cauſa ſuper eiſdem, Rota quo ad primum cenſuit legitimam deberi, quoad ſecundum receſſit à deciſis.

1 Legitima enim † debetur filiæ in hęreditate matris de iure communi, §. 1. *Inſtit. ad Senat. Conſul. offic.* §. *ſi quis igitur auth. de hæred. ab inſtit. venien.* cui non derogat Statutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 145. quia † ſolum excludit ab hæreditate

2 matris fœminas excluſas ab hæreditate Patris ſed in caſu noſtro Catherina non eſt excluſa ab hęreditate Patris, ergo nec erit excluſa ab hęreditate matris.

3 Maior probatur, quia ſtatutum poſtquam diſtinxit caſus, † in quibus voluit filiam excludi ab hæreditate Patris, transeundo continuatiuè ad hæreditatem matris, ſubdit, *quæ filia, vel neptes ab vna ex prædictis perſonis dotata, vel ſi vna ex prædictis perſonis ſit parata eas dotare in caſibus ſupradictis, nec matri, nec auiæ ab inteſtato ſuccedant.* Ponderando relatiuum illudque *ſupradictis*, quod reſtringit † hanc vltimam

4 diſpoſitionem ad caſus præcedentes excluſionis ab hæreditate paterna, *Surd. conſ.* 417. *nu.* 4. *& in puncto Rot. deciſ.* 405. *num.* 18. *par.* 5. *recent. deciſ.* 110. *num.* 21. *& duobus ſeqq. deciſ.* 175. *num.* 20. *& ſeqq. par.* 7. *& in Romana Hæreditatis de Ximenes* 12. *Decembris* 1639. *coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Nec iſta relatio coarctari poteſt ad alterum ex caſibus præcedentibus, quia in verbis ſupracitatis exprimitur nominatim vterque caſus ſupra diſpoſitus, nempè fœminæ dotatę,

5 vel indotatæ, † & cum relatio ſit concepta indefinitè, ac in numero plurali, non patitur reſtrictionem ad vnum, *l. vbi numerus ff. de Teſtib. Bartol. in l. fin. in fin. ff. ad Trebell. Menoch. conſil.* 50. *n.* 19. *Surd. deciſ.* 202. *n.* 14.

Minor patet, quia tres caſus excluſionis in ſtatuto recenſentur. Primus ſi pater deceſſerit inteſtatus ſuperſtitibus filiabus maritatis, ac dotatis, de quo non eſt agendum, quia Catherina tempore mortis patris, nec erat maritata, nec dotata, & quia verſamur in

6 cauſa teſtati, † ad quam non porrigitur ſtatutum excluſiuum, quod loquitur de cauſa inteſtati, & mandat in caſibus non expreſſis ſeruari ius commune, ibi, *alioquin ſuccedant dd. mulieres cum maſculis, prout iura diſponunt Pacian. conſ.* 40. *num.* 65. *&* 66. *Mart. de ſucceſſ. legal tom.* 1. *par.* 1. *quæſt.* 13. *art.* 1. *ſub num.* 10. & in terminis huius ſtatuti *Caualer. deciſ.* 256. *ſub num.* 6. *Buratt. deciſ.* 262. *num.* 14. *Rota inter recent. deciſ.* 60. *nu.* 18. *par.* 7.

7 Secundus eſt, † ſi pater in vltima voluntate dotem conſtituerit filiæ, & hic intelligendus eſt, quando pater filię certum quid conſiſtens in quantitate, ſiue in corpore reliquit expreſſo, necne titulo dotis, ſecus verò ſi vt in caſu noſtro filiam inſtituit † hæredem vniuerſa-

8 lem vna cum maſculis, vt bene inter vtrumque caſum diſtinguit *Barb. in l. ſi cum dotem* 23. §. *ſi pater ſub num.* 17. *& numer.* 18. *ff. ſolut. matrim.* & ratio diuerſitatis eſt, quia primo caſu relictum ſuccedit loco dotis, cum qua Teſtator præſumitur voluiſſe compenſari, etiam ſi titulo inſtitutionis reliquiſſet, *vt per Bart. Caſtr. & alios allegatos in deciſione quæ reuidetur.* At in-

9 ſtitutio vniuerſalis † habet quidem in ventre dotem materialiter, hoc eſt bona ex quibus mulier ſe poſſit dotare, formaliter tamen importat repræſentationem Teſtatoris in perſona filiæ inſtitutæ, *l. hæreditas ff. verb. ſignif. Surd. deciſ.* 240. *num.* 9. ac extinguit, † & confundit

10 ius dotationis, *l. debitori, C. pact. Afflict. deciſ.* 237. *num.* 6. ab eaque penitus differt obiectiuè, cum obiectum dotationis ſit excluſio à ſucceſſione, inſtitutionis verò vniuerſalis reintegratio filiæ ad ſucceſſionem ſibi competentem de iure communi, † cui pater potuit inhærere

11 non obſtante ſtatuto excluſiuo, quia illud patrem non cogit, ſed eius voluntati famulatur *Caſtr. conſ.* 52. *ſub num.* 2. *verſ. cum vero lib.* 1. *Gabr. conſ.* 140. *num.* 8. *lib.* 2. *Mart. de ſucceſſ. legal. d. art.* 1. *num.* 10. *Rot. deciſ.* 449. *num.* 1. *par.* 4. *diuerſ.* & vo-

12 luntas patris † inhærendi iuri communi, ac recedendi à ſtatuto excluſiuo clara fit ex eo, quod filiam hæredem vniuerſalem inſtituit, *Becc. conſ.* 107. *num.* 20. *Ciriac. controu.* 284. *num.* 54. *Rot. deciſ.* 408. *num.* 30. *par.* 2. *recent. cum alijs allegat der Modern. Ferolinien. de legitima lib.* 1. *tit.* 4. *qu.* 6. *num.* 18. *&* 19.

Vnde aſſequimur, quod inſtitutio nullatenus inſeruire poſſit loco dotationis, † ſaltim

13 contemplatæ à ſtatuto, quod requirit dotationem cum qualitate excluſionis, *Surd. conſil.* 457. *num.* 47. *circa fin. & num.* 48. *Ciriac. d. controu.* 284.

*trou.*284.*nu.*64. hæc autem qualitas deeſt, quia pater vt dicebam voluit recedere ab excluſione ſtatuti, & incompatibile eſt, † quod actus
14 inſtitutionis poſſit ſimul vti inſtitutionis eſt filiam ad ſucceſſionem vniuerſalem admittere, vt dotationis eandem excludere *vt per Fab. de error pragmat.par.*2. *decad.*17.*err.*9.*ſub num.*29. ob quas rationes, ità fuit interpretatum ſtatutum de quo agitur in ſupradictis, *deciſ.* 60. *num.*15.*& ſeqq.deciſ.*110.*ac* 175.*per tot.par.*7.*rec. & in dicta Romana Hæreditatis de Ximenes* 12.*Decembris* 1639.*coram Reuerendiſs.D.meo Decano*, &
15 generalitèr quod† ſtatutum excluſiuum non habeat locum vbi filia fuit inſtituta hæres vniuerſalis *Mart.de ſucceſſ.legal. d.quæſt.*13.*artic.*1. *num.*2.*Diez.de Rebaden.allegat.iur. to.*1.*allegat.*13. *num.*26. *Seraph.deciſ.*120.*num.*2. *Caual.deciſ.*257. *num.*7.

16 His poſitis non obſtat, quod ſtatutum procedat † tám ab inteſtato, quàm ex teſtamento, quodque etiam vbi filia fuit inſtituta hæres vniuerſalis ſicuti militat ratio conſeruandi bona paterna in agnatione, ità & militare debeat diſpoſitio ſtatuti; Quia primum non debet accipi indefinitè, † ſed ſolum in caſu
17 quo filia venit impugnando teſtamentum, ſecus quando venit ex teſtamento vt reſpondet *Alex.conſ.*131.*num.*2. *verſ.vnde præterea lib.*1. *Rot.deciſ.*449.*num.*2.*par.*4. *diuerſ.deciſ.*538.*num.*4. *coram ſan.memor.Greg.XV.vbi adden.num.*6.*cumulat.concordantes, & in puncto dicta deciſ.*175.*num.*2. *part.*7.*recent.* Ratio autem agnationis non ex-
18 tendit † vim ſtatuti vltrà caſus ibi diſpoſitos, quia in illis tantum ſtatutum agnationem cõſeruare voluerunt, *Alex.conſ.*139.*nu.*3.*lib.*6.*Cephal.conſ.*478. *num.*12.*&* 13.*Surd.conſ.*448.*nu.*19. *Bellon.Iun.conſ.*12.*n.*31.*Germ.Spin.conſ.*12.*nu.*36. *Surd.deciſ.*9.*num.*16.*Rota deciſ.*110.*num.*15.*par.*7. *recent.*

Tertius caſus ſtatuti eſt in filiabus non maritatis, nec dotatis, quibus non fuit conſtitu-
19 ta dos per patrem in ſua vltima voluntate, quatenus frater ſit paratus dotare ſororem, ſed neque hic eſt caſus noſter, quia ſtatutum
20 in hac parte loquitur, † quando filiæ nihil fuit à patre relictum, nec diſponit quod frater offerendo dotem excludat ſororem contra voluntatem patris, vt accideret vbi filia fuit inſtituta hæres vniuerſalis, † quia pater inſti-
21 tuendo receſſit à ſtatuto excluſiuo, & voluit filiam ſuccedere de iure communi ex ſupra allegatis.

Conſequentia verò argumenti initio propoſiti, nempè quod Catherina, quia pater noluit eam excludere ab hæreditate propria, nec excludatur ab hæreditate matris educitur ex allegatis ad probationem maioris propoſitionis. Nec obſtat quod voluntas patris admittendi filiam ad hæreditatem propriam ſit limitata ad quotam hæreditatis in qua illam inſtituit, & propterea non debeat vltra eam quotam operari, Quia inſtitutio Catherinæ eſt in tota hæreditate vna cum fratre, & effectus admiſſionis filiæ ad hæreditatem matris, non regulatur à quota in qua filia ſuccedit patri, ſed prouenit ab ipſa paterna inſtitutione vniuerſali per quam remoto obſtaculo ſtatuti excludentis, intrat diſpoſitio iuris commu-
22 nis † æquè admittens maſculos, & fœminas ad totam hæreditatem matris, *l.maximum vitium Cod. lib. prat.* & bene ad propoſitum aduertit, *Rot.in d. Romana hæreditatis de Ximenes coram D. meo Decano, §.penult.*

Non obſtat, quod Catherina poſt obitum patris fuerit particulariter dotata à matre de bonis tum patris, tum de ſcutis 1500. proprijs ipſius matris, & habuerit etiam acconcium ſcutorum 300. quod videtur ſufficiens,
23 cum ſatis ſit † quid etiam minimum fuiſſe filiæ datum pro dote, vt intret excluſio ſtatutaria, *Bald. in cap.ſi proponente verſ.item nota de præſcript. Brun.de ſtat. excluſ.art.*9. *nu.*37.*& ſeqq.* Quia dotatio facta à matre de bonis paternis poſt obitum patris † non poteſt operari effe-
24 ctum excluſionis filiæ iam admiſſæ ad ſucceſſionem patris ex ipſius patris voluntate elicita ab actu inſtitutionis vniuerſalis *ad text. in l.ſicut C.repud.hæred.l.qui ſoluendo ff.hæred.inſtit. Peregr.de fideicomm.art.*11.*n.*66.

Licet ſecus eſſet circumſcripta inſtitutione
25 paterna, † in quibus terminis loquitur, *Rota deciſ.*116. *num.*8. *verſ.nec obſtat poſt Modern.Foroliuien. de legit.* & per conſequens, nec operatur excluſionem ab hæreditate matris iuxta prædicta.

Idemque dicendum de dotatione de bonis proprijs matris, quia illa non parit excluſionem ab hæreditate patris, cum ſtatutum non
26 loquatur † de dotata à matre, ſed à patre, vel auo, nec excludat ab hæreditate matris, niſi filias excluſas ab hæreditate patris, adeò quod
27 ad caſum dotationis † de bonis maternis erga filiam inſtitutam hæredem à patre porrigi non poſſit ſtatutum citrà extẽſionem de perſona ad perſonam dotantis; quæ non admittitur *Surd.conſ.*45.*numer.*42. *Rot.in Romana Vineæ de Corbinellis coram bon. mem. Coccino impreſſ.apud Fenſon.ad ſtat.deciſ.*105.*& in puncto deciſ.*60.*n.*19. *deciſ.*110. *num.*21.*& duob.ſeqq. deciſ.*175.*num.*14. *&* 29.*par.*7.*recent.* & de caſu ad caſum, † quæ
28 pariter denegatur in huiuſmodi ſtatutis, *Bald. in l.illam num.*1.*Cod.collat.Becc.conſ.*138.*ſub nu.*8. *Franc.Anton.Coſt.conſ.*53. *num.*66. *Surd.conſ.*416. *num.*9.*Ciriac.controu.*284.*num.*53. *Mag.deciſ. Floren.*147. *nu.*9. & dum habemus diſpoſitionem ſtatutariam † reſtrictam expreſsè ad caſum dotis datæ, ſeù relictæ à patre, vel auo, & ad terminos excluſionis ab hæreditate patris non
29 eſt inueſtiganda ratio ſtatuti *Ger.Spin.conſ.*101. *num.*1.*ex Bald.in l.Gallus §.ſi eius in ſecundo notab. ff.lib.& poſth.Dec.conſ.*563.*n.*7.

Accedit quod ſcuta 1500. de bonis mater-
30 nis non fuerunt data purè, † vt debet ad effectum excluſionis *Giouagn.conſ.*41. *num.*28.*lib.*1. *Buratt. deciſ.*946. *num.*3. ſed reſeruata matri facultate reuocandi ex cauſis ei bene viſis, cuius
31 facultatis vigore † mater potuit reuocare, prout viuens reuocauit, & tenet reuocatio, etiam non iuſtificata eius cauſa, *Afflict.deciſ.*91. *num.*4.*&* 5.*Caſtill.deciſ.*8.*numer.*3.*& duobus ſeqq.*
32 vndè nulla habenda † eſt ratio huiuſmodi dotationis, quæ non habuit effectum, *Cephal. conſ.*165.

conſ.165.num.11.Rolan.conſ.96.num.12.lib.4.Becc. conſ.137.n.7.in fin. quæque non aderat de tempore delatæ ſucceſſionis † maternæ per obitũ
33 matris de cuius hæreditate agitur, vt requiritur, Bart.conſ.31.lib.1. Roland.dicto conſ.96.numer.10.Becc.d.conſ.137.num.8. Pacian.conſ.40.numer.69.

Quoad alium verò articulum imputationis in legitimam legati ſcut. 2000. à matre reli-
34 cti Catherinæ Rota receſſit à deciſis, † quia imputatio regulatur à voluntate Teſtatoris, Anton.de Caſſarell. inter conſ. Corn.lib.3.conſ.200. numer.3. vbi dicit rationem, quia diſpoſitio, l.quoniam nouella de inoff. teſtam. emanauit ad fauorem Teſtatoris, Bertrand.conſ.216.nu.3. lib.2. par.2.Surd.conſ.192.n.21.Laderch.conſ.125.nu.10. Menoch.conſ.76.nu.23.

At matrem noluiſſe ſcuta bis mille imputari in legitimam conſtat, quia vtrumque di-
35 ſpoſitiuè † reliquit Corn. d.conſ.200. numer.10. verſ.accedat lib.3. quem ſequitur Rip.in l.in quartam num.154. verſ.& idem reſponderent ff.ad leg.falcid. Gabr.conſ.109.nu.12.& 13.lib.1. vbi quod nulla ratio ſuadet, vt in legitimam imputetur legatum, quando ea petitur ex diſpoſitione expreſſa Teſtatoris, ſicut fit cum ex diſpoſitione legis petitur, aut retinetur Surd.de alim.titul.9. quæſt.34. nu.5.& ſeqq.cum alijs allegat.per Modern. Piſaurien.de imputat.quæſt.48. nu.30.& 31.& Modern.Foroliuien.de legit.lib.2. tit.2.quæſt.1.num.25. & quæſt.20.num.20. Mantic.deciſ.342.num.3. vbi
36 ait hoc procedere † etiam ſi in teſtamẽto fuerit relicta legitima, & in Codicillis legatum.

Qui eſt caſus noſter; nam mater in teſtamento poſt inſtitutionem Petri filij in legitima inſtituit etiam Catherinam in eo quod il-
37 li de iure debetur † quæ verba ſignificant quantitatem legitimæ debitam de iure communi Pacian.conſ.4.nu.59.poſt Salyc.in auth.nouiſſima num.12.verſ.item pro hac parte C.inoff. teſtam. Bald.conſ.453. verſ.quarto ſuppono lib.1. Socc.conſil.30. nu.39.in princ.lib.1. Et poſtea in Codicillis reliquit legatum ſcutorum bis mille, quod eo minus imputandi animo cẽſetur relictum,
38 quia habere poteſt cauſam † peculiarem in recompenſationem videlicet dotationis alias factæ Catherinæ à matre, & poſtmodum per matrem reuocatur, vt ad propoſitum ponderat Dec.conſ.10. nu.8.& 9.lib.2. Geri.Spin.conſil.13.n.1.circa fin.& n.2.

Nec obſtant verba teſtamenti ponderata in alia Deciſione, ibi, *non intendendo per queſto darli nè conferirli nè accreſcerli di nouo alcuna ragione, mà laſciarli ſolamente quel tanto che de iure gli peruiene, e non ſi può di meno*, quia hæc verba
39 non fuerunt appoſita in Codicillis, † ſed in teſtamento, & referuntur quidem ad inſtitutionem ibi ſuperius factam, itaut ex ea Catherina conſequi non poſſit, niſi legitimam ſibi de iure debitam, non tamen referri poſſunt ad legatum relictũ in Codicillis conditis longè poſt, & de quibus tunc Teſtatrix non cogitabat Bercolter.conſ.14.col.3.circa med.verſ.alioquin lib.2.facit Caſtr.conſ.67.ſub num.3.verſ.& non poteſt.lib.2.Roland.conſ.34.num.30.lib.4.Surd.conſil.417.n.2.Valenz.conſ.97.num.179.Ger.Spin.conſil.13.ſub nu.26.verſ.reſpondetur.

Quamuis in eiſdem Codicillis confirmauerit contenta in teſtamento in omnibus, & per omnia; nam aduertendum eſt, quod Te-
40 ſtatrix in Codicillis, † primo legauit ſimpliciter ſcuta 2000. & deindè per orationem ſeparatam cætera in teſtamento contenta confirmauit, ibi, *cætera autem contenta in ſupradicto teſtamento &c.* & ſic confirmatio non limitat diſpoſitionem codicillarem quoad legatum, ibi peculiariter relictum, ſed ſtat ampliatiuè, & cum repetat inſtitutionem in legitima factam in teſtamento, quia hæc eſt virtus confirmationis teſtamenti, l.poſthumus §.ſi paganus ff.iniuſt.rupt. irrit.teſtam. l.1.Cod.de Codicill.Natt. conſ.483.num.2. Cephal.conſ.73. numer.25.& ſeqq. Surd.conſ.230.num.9. efficit vt Codicilli conti-
41 neant † æquè principaliter duas diſpoſitiones omninò diſtinctas, nempè legatum ſcu.2000. & inſtitutionem in legitima, quæ de iure debetur, ponderando præſertim verbum *autem*
42 quod vti aduerſatiuum diuerſificat tàm in iure, quàm in facto contenta in confirmatione à legato præcedenti Bartol. in l. hoc amplius §.de his autem nu.1.ff.damn.infect. Rip.in l.2.§.quod ſi in patris num.2.ff.ſolut.matrim. Peregrin.conſ.44. num.6.lib.3.& de fideicomm.art.7. num.44. Fuſar. de ſubſtit.quæſt.650. num.28. Barboſ.dictiõ.47.numer.7.

Vndè ſit vt reſtrictiua illa adiecta inſtitutioni legitimæ *non intendendo &c.* nullo modo cẽſeatur repetita in legato ſcu.2000. tum quia
43 ceſſat præſumptio repetitionis † inter diſpoſitiones diſtinctas, & diuerſis orationibus conceptas, Bart.in l.mulieri num.5.& in l.Iulius paulus in princ.ff.cond.& demonſtr. Caſtr.conſ.16.nu.6. lib.2.Alb.conſ.477.num.6.conſ.478. num.5.Caball. conſ.128.num.34.& ſeqq.lib.2.Paſeth.conſ.139.n.6. Peregr.de fideicomm.art.16.nu.49.verſ.credo, Mant. de coniect.lib.6 tit.13.num.10. lib.10.tit.6.num.33. Tum quia alioquin altera ex dd.diſpoſitioni-
44 bus eſſet inutilis † fruſtra enim per codicillos relictum fuiſſet legatum ſi reſtringeretur ad legitimam iam in teſtamento relictam, quo caſu vtraque diſpoſitio habet ſeparatam naturam, & effectum, l.quinquaginta ff.probat. Iaſ.in l.huiuſmodi §.cum pater num.17. ff.legat.1. Vinc.de Franch.deciſ.422.num.8.& deciſ.606.num.10. nec
45 intrat † imputatio Corn.conſ.200. num.3.libr.3. Laderch.conſ.125.ſub nu.10.circa fin. Tum tertiò quia in codicillis legatum ſcu. 2000. præcedit inſtitutionem in legitima implicitam confirmationi teſtamenti, & conceptam ſub reſtri-
46 ctiua *non intendendo &c.* & regulariter in legato præcedenti † non admittitur præſumpta repetitio qualitatis adiectę in ſubſequenti Mant. de coniect.lib.10.tit.6.n.37.

Debetur itaque Catherinæ, & legatum, & legitima, quod vltrò colligitur, quia mater voluit illam plus habere, quàm maſculum fortè in recompenſationem dotationis, vt ſupra reuocatæ; nam in teſtamento reliquit vtrique legitimam, in codicillis verò nulla facta mentione Petri, ſcuta 2000. ſolum Catherinæ

rinæ

rinæ legauit, nec tamen Catherina plus haberet ſi in legitimam imputaretur legatū, quod
47 propterea ex præſumpta mente † Teſtatricis imputandum non eſt, vt in proximis terminis *Aym. conſ. 85. num. 7. in fin. & nu. 8. Neuizz. conſ. 62. num. 34. Natt. conſ. 622. num. 13.* & ſufficit aliquo
48 modo poſſe coniecturari † voluntatem Teſtatoris ad excludendam imputationem, *Alb. conſ. 298. num. 3.*

Tandem non obſtat, quod teſtamentum, &
49 codicilli † ſint vna & eadem diſpoſitio, *l. 2. §. codicillorum ff. iur. codicill. Ciriac. contr. 362. nu. 5. & controu. 412. num. 28.* quia hoc procedit † quo
50 ad ea, quæ ſunt iuris, ſecus verò quoad ea, quæ ſunt facti, vt ad litteram dicit, *text. in l. quædam ff. iur. codicill. & ibi notat gloſſ. verb. quæ non iuris Bart. verſ. item verba,* & in omnem euentum etiam contenta in eadem diſpoſitione nō imputantur, aut confundantur ad inuicem *ex Bart. in l. cum centum nu. 1. in fin. verſ. aut ſecundum legatum ff. adim. legat.* & alijs ſupra deductis.

Et ità deciſum vtraque parte iterum atque iterum acerrimè Informante.

CAESARAVGVSTANA BENEFICII DE LINARES.

Lun. 22. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Pertinentia Iuriſpatronatus, quando verſamur in patronatu gentilitio ſufficienter probata remanet eò ipſo quod conſtat preſentantem deſcendere ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi quamuis non probetur deſcentia à primò fundatore. Deſcendentibus alicuius ad præſentandum vocatis intelligitur de deſcendentibus per lineam contentiuam quando fundator eſt Sacerdos nec deſcendentes habere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio debita eſt præſentato concurrentibus ſolitis requiſitis.*
2 *Pertinentia Iuriſpatronatus probatur, conſtito de deſcendētia ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, quamuis non probetur deſcendentia à fundatore.*
Deſcendentia à fundatore præſumitur ex probatione deſcendentiæ ab exiſtente in poſſeſſione præſentandi ibid.
3 *Præſentatio effectum ſortita probatur ſi per mortem præſentati beneficium vacat.*
4 *Quaſi poſſeſſio præſentandi acquiritur ex vnica præſentatione effectuata.*
5 *Præſentatio facta ab aliquo nomine proprio cum adiectione qualitatis alicuius officij tribuenda eſt perſonæ proprio nomine expreſſæ præſertim ſi in præſentatione fuerunt adiecta verba* nomine proprio, *& num. 6.*
7 *Actus quo nomine fuerit expeditus benè ex coniecturis præſertim ſimul iunctis elicitur.*
8 *Tempus 60. annorum in Teſtibus eſt antiquum.*
9 *Teſtes de auditu ſufficiunt in antiquis.*
10 *Teſtes examinati in termino probatorio dicuntur validè examinati etiam non præcedente citatione ad videndū iurare, nam de ſtylo Hiſpaniarum admiſſio ad probandum in termino communi vel ſpeciali continet virtualiter citationem ad videndū iurare teſtes.*
11 *Teſtes de viſu adminiculantur alios deponentes de auditu.*
12 *Teſtes deponentes in cauſa ſtatus plenè probant in omni Iudicio.*
13 *Sententia in iudicatum tranſacta facit ſtatum quoad omnes.*
14 *Teſtes numero plures præferuntur paucioribus, præſertim quando exceptiones patiuntur.*
15 *Teſtes ſuper affirmatiua præferuntur teſtibus ſuper negatiua deponentibus.*
16 *Teſtes adminiculati debent præferri.*
17 *Fundator* Iuriſpatronatus *ſi erat Sacerdos non poteſt dici, quod maiorem affectionem habuerit ad familiam effectiuam potius, quam ad contentiuam.*
18 *Deſcendentes alicuius ad beneficium Iuriſpatronatus vocati non poſſunt intelligi de linea effectiua, ſi ille à quo deſcendere debeant, erat Sacerdos.*
19 *Determinatio vna plura reſpiciens determinabilia æqualiter teterminari debet.*
20 *Linea contentiua ſi in vna parte Inſtrumenti fuit contemplata, eadem contemplata cenſetur in alia.*
21 *Fundator ſi vocauit extraneos in defectū parentelæ, veriſimile non eſt eos voluiſſe præferre conſanguineis.*
22 *Verbum* ſui, *adiectum in vocatione ad beneficium Iuriſpatronatus comprehendit tranſuerſales, quando refertur ad fundatorem, qui liberos ſuſcipere non poteſt.*
23 *Beneficium Iuriſpatronatus reſignatum contradicentibus patronis ante collationem efficit vt illud vacet, nec reſignanti etiam cum clauſula* non alias aliter *detur amplius regreſſus, ſed in pœnam ingratitudinis poſſunt patroni alium præſentare.*
24 *Amplia concluſionem procedere etiam in reſignatione ad fauorem facta coram Papa.*

DECISIO CXXXVIII.

BENEFICIVM ſub inuocatione Sanctæ Mariæ Maddalenæ in Eccleſia Parochiali Villæ de Linares fundatum ac dotatum fuit à Ferdinando Bonet pro Preſbiteris, & Clericis ſui generis, & parentelæ, & cum reſeruatione Iuriſpatronatus per hæc verba. *Ius verò patronatus dictæ Cappellaniæ retinet ſibi de vita ſua, &c. & poſt mortem eius relinquit patronos Reuerendiſſimum Franciſcum del Bayo, &c. & Dominicum Bonet eius fratres, & de cætero ſuos parentes propinquiores ſibi in genere vel parentela per lineam maſculinam dumtaxat deſcendentes ſeu prouenientes, & in defectum illorum admittit in patronos parentes ex linea fæminina deſcendentes, & ſi nullus de dd. patronis vtriuſquè lineæ ſeu parentelæ ſupererit &c. eò caſu aſſignat concedit, & dat in patronos iuſtitiam, & iuratos annuales dicti loci de Linares pro tempore exiſtentes, &c.*

Ad quod beneficium tanquàm vacans per reſi-

reſignationem nuper factam contradicentibus patronis à Gaſpare Sanchez illius poſſeſſore præſentatus fuit à procuratore Gaſparis iunioris, & Valerij Gargallo Ioannes Gargallo, qui obtinuit inſtitutionem per ſententiam diffinitiuam Ordinarij, confirmatam deinde in tertia inſtantia per ſententiam Iudicis delegati, reuocatoriam contrariæ latæ in ſecunda inſtantia.

Delata tandèm in gradu appellationis cauſa ad Rotam, mihiquè commiſſa dubitaui, an Ioannes Gargallo ſit iuſtituendus, & affirmatiuè fuit reſponſum, cum adſint omnia requiſita adhuc effectum neceſſaria, quibus con-
1 currentibus † inſtitutio debetur de rigore iuſtitiæ *cap. monaſterium* 16.*quaſt.*7. *cap.cum Bertoldus vbi Abb.num.*12.*de re iud.Rot.deciſ.*335.*num.*1. *part.*2.*recent.*

Siquidèm, quod beneficium ſit de iure patronatus non reuocatur in dubium, eius autem
2 pertinentia † ad Gaſparem iuniorem, & Valerium, qui præſentarunt Ioannem probatur, quia verſamur in iure patronatus gentilitio, & per teſtes conſtat præſentantes deſcendere à Gaſpare Gargallo ſeniore, qui erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, quod ſufficit ad probandam pertinentiam in huiuſmodi iure patronatus, quamuis non probetur deſcendentia à primò fundatore, quià illa ex dicta quaſi poſſeſſione præſumitur *Seraph. dec.*1334. *in fin. Rot. inter recent. dec.*146.*num.*2.*dec.*274.*numer.*8. *part.*2. *dec.*276. *ſub num.*7.*part.*3.*Add.ad ſan.mem. Greg.XV.dec.*349.*ſub num.*6.

Et quaſi poſſeſſio Gaſparis ſenioris apparet, quia ipſe vacante beneficio de anno 1606. præſentauit Gaſparem Sanchez, per cuius ceſſum hodiè beneficium vacat, vnde probatur ef-
3 fectuatio † præſentationis iuxtà celebre conſilium *Oldrad.*229.*approbatum à Rota dec.*541.*n.*2 *part.* 2. *recent.* & alias ſepiſſimè; Nec dubitari poteſt quin vnica præſentatio effectuata fuerit
4 ſatis † ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi *Rip.in cap.cum Eccleſia Sutrina num.* 91. *de cauſ.poſſ.& propriet.Rom.conſ.*311.*nu.*7. *Oldrad. conſ.*312.*num.*2.*Dec.conſ.*117.*ſub num.*2.*verſ.quod autem quaſi poſſeſſ. Garz.de benef.part.*5.*cap. n.* 59.

Non obſtat quod idem Gaſpar Sanchez tunc eſſet præſentatus etiam à Michaele Sanchez Iuſtitia Oppdi de Linares, nec non Bartholomeo Berra iurato, & Iudice dicti Oppodi, vndè infertur quod ea præſentatio potius conſtituerit ſtatum ad fauorem Iuſtitiæ, & iuratorum quos in defectum parentelæ fundator vocauit. Quià adiectio illa qualitatis iu-
5 ſtitiæ † ſiue iurati poſt expræſſionem nominis proprij præſentantium ſtat demonſtratiuè nõ cauſatiuè, nec efficit quod præſentatio tribuenda ſit officio, ſeu qualitati adiectę, ſed perſonis nomine proprio *cap. quoniam Abb. de off. deleg.l.cum Imperator ff.de cond.& demonſt. l. ſi communis ſeruus ff.de ſtipul.ſer.Iaſ.in l.mere num.*65.*ff. Iuriſd.omn.Iud.Mant.de coniect.lib.*8.*tit.*17. *num.*3. *& fuit dictum in Romana iuris nominandi* 16. *Februarij* 1640. *coram R.P.D. meo Royas.*

Saltem quià præſentantes id ſtatim ſubdi-
6 derunt, ibi *nominibus noſtris proprijs, &c.* † & ſic haud nomine officij *l.poſt mortem* 5. §. *tutor.& ibi gloſſ.verb.rectè verſ.ſecus autem Bart. num.*1. *ff. quand.ex fact.tut.* & quia præſentatio fuit ſimul facta nomine Gaſparis Gargallo carentis ſimili officio, quiquè præſentauit vti conſanguineus fundatoris, & Ordinarius inſtituit Gaſparem Sanchez vti præſentatum à Gargallo; nec non à præfatis Michaele Sanchez, iuſtitia Oppidi de Linares, & Bartholomeo Terra iurato, quod non potuiſſet ſi hi nomine officij præſentaſſent, quia ex lege fundationis non dabatur concurſus conſanguineorum, & iuratorum, ſed iurati ſolum in defectum conſanguineorum poterant præſentare: ac tertio quia ſuper dicta præſentatione emanauit ſententia inſtitutionis in contradictorio Iudicio inter Hieronymum Nauarrum præſentatum per Iuſtitiam, & iuratos Villæ de Linares ex vna, & ex altera Gaſparem Sanchez præſentatum à ſuperdictis perſonis nominibus proprijs, quas propterea dicendum non eſt præſentaſſe nomine officij, quia præſentationem hoc nomine factam Ordinarius diſcretiuè deſignauit exprimendo nomen non perſonarum ſed officij, ibi *per Iuſtitiam, & iuratos Villæ*; ex diſcretiuo enim modo loquendi expræſſo in præſentatione Nauarri, in qua iurati reticuerunt nomen proprium expreſſo ſolum officio, colligitur in altera præſentatione Gaſparis Sanchez non comparuiſſe vti iuratos, ſed vti patronos nomine proprio, & benè ex coniecturis præſertim ſimul iunctis
7 elici poteſt † quo nomine fuerit actus expeditus. *Bart.in l.ſi patruus num.*4. *Cod. comm. vtrius Iud. Mandilli Alb. conſ.*248.*nu.*27.*&* 28. *Menoch. præſump.* 46.*num.*10. *lib.*3.

Sed præterea deſcendentia authorum Ioannis Gargallo à fundatore probatur ex teſtibus in hoc Iudicio examinatis in partibus deponentibus per gradus diſtinctos, quãuis quoad gradus remotiores deponant de auditu, quia
8 in antiquis † quale eſt tempus ſexaginta annorum in teſtibus iuxta opinionē Rotæ vt per *Seraph.deciſ.*75.*num.*2.*Brun.conſ.*87. *num.*38. ſuf-
9 ficiunt † etiam teſtes de auditu *Lambert. de iure pat.part.*2.*lib.*2.*art.*4.*quaſt.*10.*num.*14.*Seraph.dict. deciſ.*75.*num.*2.*Rot.deciſ.*275.*num.*7.*part.*3. *recent. & coram bon.mem.Buratto deciſ.*172.*nu.*13. *&* 27.

Nec obſtat nullitas examinis ex defectu citationis quia non requirebatur cum fuerint
10 examinati intra terminum probatorium, † nam decretum admiſſionis ad probandum in termino communi vel ſpeciali de ſtilo Hiſpaniarum continet virtualiter citationem ad videndum iurare teſtes *Suarez. de Paz. in praxi part.*1.*tom.*1.*temp.*8.*ſub num.*2. *Gonz.ſuper regul.*8. *Cancell.gloſſ.* 9. *in adnot. contra nullitates num.* 55. *Rot.deciſ.*411.*num.*2.*deciſ.*611.*num.*6.*par.*1.*recent. deciſ.*304.*num.*3.*coram Buratt.*

Et accedunt alij teſtes examinati de anno 1565. ſum. Ioannis num. 13. de anno 1608. ſum. ibidem num. 15. deponentes de viſu, etiam de gradibus antiquiorum, qui admini-
11 culantur † alios teſtes deponentes de auditu *Rot.deciſ.*166.*num.*7.*par.*1.*recent.* & licèt examinati inter alias perſonas, quia deponunt in

12 cauſa

12 cauſa ſtatus † plenè probant etiam in hoc Iu-
dicio *Alex. in l. ſepè num. 60. ff. de re iud. Felin. in*
cap. quamuis num. 9. eod. tit. Alb. conſ. 155. numer. 5.
Rot. deciſ. 494. num. 4. part. 5. recent. deciſ. 359. nu. 27.
part. 6. Eo magis contra aduerſarium, qui ve-
nit ex reſſignatione Gaſparis Sãchez† præſen-
tati de anno 1606. à Gaſpare Gargallo, tanquã
cognato fundatoris, & iuncta ſententia ad
eiuſdem Sanchez fauorem lata de dicto anno
1606. reiecto præſentato à Iuſtitia, & iuratis
prætendentibus apertam ſibi vocationem ob
defectum parentelę fundatoris, quæ ſententia
13 tranſit in iudicatum, † & facit ſtatum quod
omnes vt in terminis iuris patronatus *Mant.*
deciſ. 350. num. 3. & 4. Rot. in Piſtorien. Parochialis
27. Ianuarij 1620. coram bon. mem. Pirouano, &
iterum 9. Februarij 1632. coram bon. mem. Merlino.
Vnde curandum nullatenus eſt de quatuor
teſtibus alias in contrarium examinatis, qui
14 patiuntur † plures exceptiones adductus per
informantes pro Ioanne, vt in ſum. num. 16.
& ſuccumbunt alijs de conſanguinitate de-
ponentibus, quià hi ſunt numero plures *l. ob*
carmen §. fin. ff. de teſtib. cap. in noſtra eod. tit. Dec. in
cap. licet cauſam numer. 82. de probat. quia depo-
15 nunt † de affirmatiua *Farinac. de teſt. quæſt. 65.*
num. 200. Rot. deciſ. 156. nu. 9. part. 6. recent. & coa-
16 diuuantur † adminiculo dictę Sententię *Caſtr.*
conſ. 192. num. 4. lib. 2. Ruin. conſ. 35. ſub num. 16. in
fin. lib. 4. Gabr. de teſt. concluſ. 4. num. 28. & 64.
Non obſtat, quod ex teſtibus probetur ſo-
lum deſcendentia per lineam fæmininam, &
contentiuam, fundator verò vocauerit lineam
effectiuam, & deſcenſiuam ex maſculis. Quia
ille proceſſit vlterius vocando in defectum
lineæ maſculinæ parentes ex linea fæminina
deſcendentes, quorum appellatione venit tàm
linea effectiua, quam contentiua; tùm quià
17 in fundatore qui tanquam Sacerdos† deſcen-
dentes habere non poterat nulla conſiderari
poteſt affectio erga familiam effectiuam po-
tius quam contentiuam vt in ſimili *Bell. Iun.*
conſ. 11. ſub numer. 55. tùm etiam quia reſpectu
Franciſci fratris qui pariter erat Sacerdos cu-
iuſquè parentes ex fæminis deſcendentes fun-
18 dator vocauit impoſſibile eſt † intellexiſſe de
eius linea, & deſcendentia effectiua, ideoquè
neceſſe eſt intellexerit de contentiua. *Ruin.*
conſ. 149. num. 8. lib. 2. Ceph. conſ. 606. numer. 15. &
ſeqq. Menoch. conſ. 106. num. 229. conſ. 1171. num. 22.
conſ. 1177. num. 8. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 351. num. 31.
Et ſicuti hoc procedit reſpectu lineæ Fran-
ciſci, ità & Dominici fratris ſimul vocati, quia
19 vna determinatio † plura determinabilia quę
reſpicit pariformiter determinat *l. iam hoc iure*
ff. de vulg. & vbi in vna parte inſtrumenti actũ
20 fuit de contentiua † eadem cenſetur contem-
plata in alia *Fuſar. dict. quæſt. 351. num. 42. verſ.*
vnde ego. Ciriac. contr. 269. ſub nu. 68. & ſub n. 72.
verſ. cum igitur. Aduertendo præſertim quod
in defectum parentelæ fundator vocauit ex-
21 traneos, † nec veriſimile eſt eos voluiſſe præ-
ferre conſanguineis *in punct. Sanch. reſp. moral.*
lib. 2. cap. 3. dub. 93. nu. 13. in fin. & lib. 4. cap. 1. dub.
24. num. 12. quodquè ſupra inuocatione paſſi-
ua leguntur vocati abſquè aliqua limitatione
Præsbiteri, & Clerici ſui generis, cuius nuncupa-
22 tio non obſtante verbo illo poſſeſſiuo *ſui* † cõ-
prehendit tranſuerſales, quando vt in caſu no-
ſtro refertur ad fundatorem, qui liberos ſuſci-
pere non poterat ad tradita per *Pereg. de fideic.*
art. 22. num. 26. verſ. contra verò Mant. de coniect. lib.
8. tit. 12. ſub numer. 20. verſ. ſed ego Garz. de Benef.
part. 7. cap. 15. ſub nu. 28. verſ. & in eadem Eſcobar.
de Nobilit. part. 2. quæſt. 4. art. 2. nu. 90. & ſeqq. Fuſar.
conſ. 70. num. 15. & dict. quæſt. 351. num. 31. Et idi-
pſum declarauit obſeruantia, quia de anno
1666. præſentauit vt ſupra Gaſpar Gargallo
coniunctus per lineam contentiuam, & fæ-
mininam.
Vacatio autem beneficij, quæ eſt alterum
requiſitum ad obtinendam inſtitutionem de-
ducitur ex reſſignatione facta contradicenti-
23 bus patronis, † quorum contradictio, vbi, vt
in caſu noſtro deducta fuit ad notitiam partiũ,
& præuenit collationem efficit vt beneficium
vacet nec reſignanti, quamuis reſignaſſet ad
fauorem etiam cum clauſula non alias *aliter*
nec alio modo detur ad illud regreſſus, ſed in pę-
nam eius ingratitudinis patroni poſſint alium
præſentare *cap. decernimus. 16. quæſt. 7. Loth. de re*
benef. lib. 2. quæſt. 14. num. 75. & ſeqq. Garz. de benef.
part. 11. cap. 3. num. 34. & 35. vbi quod idem di-
24 cendum eſt † in reſignatione ad fauorem fa-
cta coram Papa *Grat. diſcept. 835. num. 3. Pariſ. de*
reſig. lib. 1. quæſt. 3. numer. 71. & 77. Sanch. reſp. mor.
lib. 2. cap. 3. dub. 56. num. 1. Rot. dec. 152. numer. 6. &
ſeqq. deciſ. 190. ſub num. 5. & ſeqq. part. 5. recent.
Tandem clericatus Ioannis Gargallo, &
quod fuerit intra legitima tempora præſenta-
tis eſt in confeſſo apud partes.
Et ità deciſum vtraquè parte informante.

MONTIS FALICSI SVPPLEMENTI LEGITIMAE.

Lunæ 22. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Legitima non poteſt à Patre minui filio inui-
to, & ſi minuitur datur actio ad illius ſupple-
mentum. Pro obtinendo ſupplemento le-
gittimæ quænam ſunt probanda? Ius ade-
undi non præſcribitur, niſi in adeunte con-
currat ſcientia obitus defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur filio ex legis prouidentia, quia de iure naturali debetur.*
2 *Legitima quantitas eſt inducta de iure Ciuili fundato tamen in naturali.*
3 *Pater non poteſt filio inuito legitimam minuere, & ſi minus dederit, competit actio perſonalis ad ſupplementum.*
4 *Pro ſupplemento legitimæ obtinendo duo probanda ſunt nempe quantitas bonorum de tempore mortis patris, & quod data à patre legitimam non adequent.*
5 *Quantitas bonorum patris ad effectum ſupplementi legitimæ*

legitimæ ſi fuit liquidata de conſenſu partium, tali liquidationi ſtandum eſt donec contrarium probetur.

6 *Inter detractionem legitimæ, & illius ſupplementum nullum poteſt aſſignari diſcrimen in calculando valore bonorum patris.*

7 *Supplementum legitimæ eſt pars illius.*

8 *Æſtimatio bonorum habetur pro facta in odium illius, qui eam fieri impediuit.*

9 *Liber ſi non eſt legalis, nec etiam contra ſcribentem probat.*

10 *Eoque minus contra tertium pro tertio.*

11 *Teſtis deponens de auditu incerto non probat.*

12 *Ius adeundi ſpatio 30. annorum præſcribitur.*

13 *Declara concluſionem procedere concurrente ſcientia obitus defuncti in adeunte.*

14 *Scientia Procuratoris non afficit Dominum, nec Dominus præſumitur ſcire quæ nouit Procurator.*

15 *Ad reſtitutionem in integrum obtinen. ſufficit ignorantia probabilis.*

DECISIO CXXXIX.

EXPEDIENDAM eſſe cauſam iterum Domini dixerunt iuxta deciſionē emiſſam die 18. Iunij 1642. coram bon. mem. Merlino, & à me eò præmortuo extenſam in qua firmatum fuit deberi Bizentijs ſupplementum legitimæ ex perſona filiarum Nicolai, nec non legitimam, & Trebelianicam debitam Troilo, & Ceſarino filijs eiuſdem Nicolai quibus dictæ ſorores ſucceſſerunt.

Indubitatum enim eſt filijs deberi legiti-
1 mam † ex legis prouidentia *l. ſi adrogator ff. adopt. §. prohibemus in fin. Auth. trient. & ſemiſſ. §. aliud quoque Auth. vt cum de appell. cogn.* quia de iure naturali illis debetur licet quantitas ſit
2 inducta † de iure ciuili fundato tamen in naturali *l. cum ratio ff. bon. damnat. Soc. conſil. 93. nu. 11. conſ. 120. nu. 8. verſ. aliquando lib. 3. Decian. conſ. 35. num. 44. conſ. 54. num. 29. lib. 1. Rot. dec. 206. ſub num. 1. part. 1. recent.* dictamque quantitatem
3 non poteſt pater inuito † filio minuere ſed ſi minus dederit competit actio perſonalis ad ſupplementum *l. omni modo Cod. inoffic. teſtam. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 153. Rot. deciſ. 184. num. 11. par. 4. diuerſ. dec. 134. num. 3. dec. 489. nu. 7. coram ſan. mem. Greg. XV. & ibi Add. num. 24.*

4 Et licet pro obtinendo † ſupplemento duo probanda ſint, nempe quantitas bonorum de tempore mortis patris, & quod data à patre legitimam non adequent *Bart. conſ. 17. lib. primo* non deeſt in caſu noſtro vtriuſque probatio. Nam quantitas bonorum de dicto tempore in ſcutis 8219. liquidata alias fuit de conſenſu
5 partium † cui liquidationi ſtandum eſt donec exaduerſo contrarium probetur *Soc. in l. pecuniam nu. 70. ff. ſi cert. pet. cum alijs allegatis in prima deciſ. §. valor.*

Nec refert quod tunc non ageretur de ſupplemento legitimæ, ſed de ipſius legitimæ de-
6 tractione, quia in calculando valore † bonorum non poteſt aſſignari diſcrimen inter vnū,
7 & alterum, & ſupplementum eſt pars legitimæ *Faber. in Cod. lib. 3. tit. 14. de inoff. teſt. diffin. 9. & 16. & 32. Menoch. de arbitr. caſ. 163. nu. 30. Petr. de fideic. quæſt. 15. nu. 148. & ſeqq. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 3. num. 4.*

Eoque magis ſtandum eſt liquidationi à partibus approbatæ quia adminiculatur à relatione peritorum circa prædium ferentini, & quia cum de anno 1609. inſtaretur pro extimatione bonorum aduerſarius excepit non eſſe ei locum ſtante extimatione facta à partibus quam propterea videtur iterum appro-
8 baſſe, & in præiudicium ipſius † aduerſarij, qui nouam extimationem fieri impediuit illa haberi debet pro facta ad text. *in cap. quoniam frequenter §. porrò vt lit. non Conteſt. Alex. conſ. 102. num. 1. & 6. lib. 1. Buratt. dec. 416. num. 5. Rot. in Romana pec. 9. Iunij 1604. coram bon. mem. Cardinali Millino* maximè quia poſt tot annos reddita fere eſt impoſſibilis.

Dotes autem aſſignatas filiabus non adequare legitimam deducit prima deciſio in §., & quod, quia non excedunt ſcuta 150. computato acconcio; Neque obſtant partitæ extractæ vt dicitur ex libro Monaſterii, quibus prætenditur probatum ſolitum dandi dotes ſcutorum 100. auri, & acconcium, quia non
9 conſtat de legalitate dicti libri, qui alioquin † nec contra ſcribentem probat *Soc. ſen. conſ. 267. ad fin. lib. 2. Rot. Ianuen. dec. 1. nu. 19. Burat. dec. 282. n. 7. & fuit dictū in Narnien. ſocietatis 1. Martij 1621. coram bon. mem. Pirouano, & in Signina Saluiani 16. Aprilis 1638. coram R. P. D. meo Carillo* quo mi-
10 nus contra tertium † pro tertio *l. inſtrumenta C. probat Iaſ. in l. admonendi nu. 133. ff. Iur. Iur. Seraph. dec. 206. num. 4. Buratt. dec. 497. nu. 3.* & ad teſtem exaduerſo examinatum reſpondit prima deci-
11 ſio quod non probat † quia deponit de auditu incerto *Caputaqu. dec. 279. nu. 1. par. 1. cum alijs ibi alleg.*

Quo verò ad legitimam, ac Tribellianicam debitam Troilo ac Cæſarino, quibus ſucceſſerunt ſorores autrices actoris non obſtat, quod ſpatio 30. annorum fuerit præſcri-
12 ptum † contra dictas ſorores ius adeundi, & ſuccedendi fratribus; Quia placuit reſponſio primæ deciſionis in §. aut tertio quod non
13 probatur ſorores habuiſſe ſcientiam † mortis fratrum, quæ nō poteſt deduci ex libello alias porrecto ab earum Procuratore, quia ſcientia
14 Procuratoris † non afficit Dominum, nec Dominus præſumitur ſcire quæ nouit Procurator *l. quod vulgo ff. pro empt. Natt. conſ. 636. num. 190. Alex. conſ. 63. nu. 13. lib. 4. Surd. conſ. 183. n. 33. & dec. 181. nu. 17. Afflict. dec. 129. num. 10. Gratian. diſcept. 853. nu. 60. & ſufficit* probabilis ignorantia ad obtinen̄ reſtitutionem in integrum ex allegatis in dicta deciſione.

Et ità deciſum vtraquè, &c.

NARNIEN. VNIONIS.

Merc. prima Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Ordinarius poteſt compelli ad faciendam vnionem ſubſiſtēte cauſa neceſſitatis, & talis vnio

 fieri

fieri debet cum conſenſu Capituli ſiue ille procedat authoritate ordinaria propter arctiſſimam coniunctionem, & conſortium quod eſt inter Epiſcopum & Capitulum, ſiue tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus vigore Concilii Tridentini *ſeſſ.21.de reformat.cap.5.*& an de defectu conſenſus dare poſſit tertius tacente Capitulo? Iuſta cauſa vnionis reputatur inſufficientia redditum, quæ tamen probatur ex aſſertione ordinarii, quando eſt adminiculata, & emanauit in actu viſitationis.

SVMMARIVM.

1 *Ad vnionem faciendam compelli poteſt Ordinarius ſubſiſtente cauſa neceſſitatis.*

2 *Verbum* poterit *appoſitum in cap.* expoſuiſti de præbend. *exponitur ab Hoſtienſi pro* debebit.

3 *Ordinarius non poteſt Eccleſiam parochialem in præiudicium Rectoris alterius Eccleſiæ parochialis cui illa vniri debet, per concurſum conferre.*

4 *Ius ad rem quæſitum dicitur Eccleſiæ, cui eſt facienda vnio ex ſolo mandato de vniendo.*

5 *Vnio vbi fit ex iuſtitia, non ex gratia non eſt locus pænitentiæ.*

6 *Conſenſus capituli neceſſarius eſt in vnione ſiue Epiſcopus vnit auctoritate ordinaria propter conſortium quod eſt inter ipſum & Capitulum, ſiue tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus vigore* Concil. Tridentini ſeſſ. 21. de reformat. cap. 5. *& num.8.*

7 *Epiſcopus non poteſt expedire negocia ardua ſine conſenſu Capituli.*

9 *Concilium Tridentinum* ſeſſ. 21. de reformat. cap.5. *mandat vniones fieri ſeruata forma iuris.*

10 *Epiſcopus etiamſi procedat ad vnionem tanquam delegatus vigore Concilij Tridentini ſemper habet conſortium cum Capitulo.*

Nauarr. conſ.10. de offic. delegat. *reprobatur ibid.*

11 *Tertius an dare poſſit de defectu conſenſus Capituli in vnione tacente Capitulo?*

12 *Conſenſus Capituli in vnione non requiritur ob eius intereſſe, ſed pro ſolemnitate vnionis ob publicam vtilitatem, ne paſſim, ac temere vniones fiant.*

13 *Capitulum poteſt compelli ad conſentiendum, quando iuſta cauſa vnionis concurrit.*

14 *Vnionis iuſta cauſa reputatur inſufficientia redditũum vtriuſque Eccleſiæ ad ſuſtentandum Rectorem.*

15 *Ordinarius non poteſt vnire ſine cauſa cognitione.*

16 *Cauſa iuſta vniendi quæ reputatur inſufficientia reddituum probanda eſt ab allegante vnionem.*

17 *Et quidem non ſimpliciter ſed habito reſpectu quãtitatis aſſignatæ à principio fundationis, alias non releuat.*

18 *Congrua præſumitur portio aſſignata Rectoribus prædeceſſoribus, qua contenti fuerunt, niſi probetur diminuta.*

19 *Aſſertioni Ordinarij circa inſufficientiam redditũ in ipſo decreto vnionis fides adhibenda eſt, donec contrarium probetur.*

20 *Amplia etiam ſi talis aſſertio emanauerit parte non vocata, quia forte nullus tunc aderat, qui deberet vocari.*

21 *Pro Epiſcopo præſumitur in ſpectantibus ad eius officium.*

22 *Vnio facta ab Epiſcopo in actu viſitationis habet præſumptionem pro ſe.*

23 *Declara concluſionem procedere quoad ſolemnitates enunciatas in vnione, vel in terminis vnionis antea facta ſolemniter, & in viſitatione poſtmodum approbata; ſecus vero quando vnio fuit facta in actu viſitationis, & agitur de probatione non ſolemnitatis, ſed cauſæ & num. 24.*

25 *Aſſertioni Epiſcopi circa cauſam multum defertur ſed non creditur, fides tamen adhibetur quando eſt veriſimilis & adminiculata, & num.27. & referuntur adminicula num.29.*

26 *Aſſertioni vnientis ſtandum non eſt in prohibitis, ne alias aperiatur via eludendi prohibitionem legis.*

28 *Aſſertio, ſeu ſcriptura quæ alias non probaret, concurrentibus adminiculis fidem meretur.*

30 *Auditor Cameræ in beneficialibus eſt Iudex incompetens.*

31 *Teſtes nulliter examinati coram Iudice incompetente faciunt ſaltem magnum adminiculum.*

DECISIO CXL.

DVBIO per me hodie propoſito, an ſit locus vnioni, cauſam dedit decretũ in actu viſitationis de anno 1634. emiſſum ab Ordinario, qui viſitans Eccleſiam Parochialem ſancti Iacobi decreuit per hæc verba. *Vniendaque ipſamet Parochialis, prout expediri videbitur cum alia Parochiali contigua* (quæ eſt S. Bartholomæi) *cum ex tenuitate fructuum non remaneat congrua pro Rectore ad formam Sac. Concilij Tridentini extendenda ſunt hæc omnia in forma, &c.* Huius enim decreti occaſione Ferentillus Rector Eccleſiæ S. Bartholomęi prętendebat vnionem Eccleſiæ S. Iacobi purificatam eſſe ad ſui fauorem per obitum Andreæ illius Rectoris ſecutum de anno 1642. Ordinarius verò eidem Eccleſiæ S. Iacobi ſic per obitum vacanti prouidit per concurſum, & præfecit Caldarellum, a qua prouiſione appellauit Ferentillus ad A. C. a quo Signatura Iuſtitiæ cauſam auocauit & commiſit in Rota vbi etiam Parochiani dictæ Eccleſiæ S. Iacobi commiſerant cauſam iactationis, & iactationum & modo Ferentillus litem proſequitur contra Perfectum prouiſum, pariter ab Ordinario per obitum Caldarelli.

Omiſſo autem, an dictum decretum importet vetam vnionem, ſeù potius mandatum de vniendo, quia nihil hoc intereſt, cum hodierna quęſtio reſpicere poſſit etiam vnionem futuram, ad quam faciendam compelli
1 poteſt Ordinarius † ſubſiſtente cauſa neceſſitatis, *Rebuff.in prax.tit.de vnion.benefic.n.42. poſt Caccialup.eod.tract.artic.5.num.2. Petr.de Peruſ.de vnion.Eccleſ.cap.3.num.4.inter tractatus diuerſ. tomo 15.par.1.fol.232.& 236.Mandoſ.ſup.regul.12. Cancell.quæſt.6.num.4.Garz.de beneſ.par.12.cap.2 num.*110.& eſt doctrina originalis *Hoſtienſis in cap.expoſuiſti 34.col.1. verb.poteris de preben.* vbi verbum *poteris* appoſitum in dicto tex. exponit pro *debebis* iux.tex.*in cap.ad decorem de inſtit.*

& Oſtien-

& Hoſtienſem ſequitur ibidem Io. And. ſub nu. 2.
verſ. & exponit, Socc. in cap. ſicut vnire num. 91. de
exceſſ. Prælat.
Ita vt Ordinarius nuper non potuerit Ec-
cleſiam conferre per concurſum in præiudi-
3 cium Rectoris alterius Eccleſiæ, † cui vnio-
nem facere teneretur, & fieri mandatum, vt
ſupra, fuiſſet; cuius mandati vigore dictæ Ec-
4 cleſiæ † quæſitum fuerat ius ad rem, Staphil.
de litt. grat. in forma mandati prouidendi ſub num. 4.
verſ. ſed caſus Mandoſ. dicta quæſt. 6. num. 4. Gonzal.
dicta reg. 8. gloſ. 5. §. 7. num. 41. Nec ſit locus pœ-
5 nitentiæ, † quia vnio fit ex iuſtitia, non ex
gratia, Abb. in cap. ſicut vnire ſub num. 6. de exceſſ.
Prælat. Garz. de benef. dicto cap. 2. num. 110. & 307.
Sanchez in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 175
Caſtropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſput. 6. par. 9
ſub num. 11. verſ. quæ vnionis.
Difficultas reſtringebatur ad defectum cau-
ſæ vnionis, & conſenſus Capituli Cathedra-
6 lis neceſſarij, † ne dum ex diſpoſitione Iuris
communis, quando ſcilicet Epiſcopus vnit
auctoritate ordinaria, propter arctiſſimam
coniunctionem, & conſortium, quod eſt in-
ter Capitulum, & Epiſcopum, qui ideò ex-
7 pedire † non poteſt negotia ardua ſolus, ſine
conſenſu Capituli, Clem. 2. de reb. Eccleſ. non a-
lienan. Gambar. de offic. leg. lib. 5. tit. de poteſt. leg. in
vniendo num. 58. & 108. Azor. inſtitut. moral. par. 2.
lib. 6. cap. 28. quæſt. 2. Barboſa de iur. Eccleſ. lib. 3. ca-
pit. 16. num. 42. Sed etiam, quando vnit tam-
8 quam Sedis Apoſtolicæ delegatus † vigore
Concilij Tridentini ſeſſ. 21. de reformat. cap. 5. quia
9 Concilium † mandat vniones fieri ſeruata
forma iuris, & ſic adhibito conſenſu Capitu-
li, quidquid dixerit Nauarr. conſ. 10. de offic. de-
leg. Zerola in prax. Epiſcop. par. 2. verb. vnio §. 9.
qui male arguunt à Legato Papę ad Epiſcopū
10 delegatum, † cum ille non habeat conſor-
tium cum Capitulo, quod retinet Epiſcopus,
& ſi procedat, tamquam delegatus vigore
Concilij Tridentini, vt reprobato, Nauar. be-
ne aduertit Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 28. n. 153.
& 154. Caſtropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13 diſp. 6
punct. 9. num. 1. 2. Barboſ. de poteſt. Epiſcopi alleg. 66.
num. 29. Garz. de benef. dicto cap. 2. nu. 158. & ſeqq.
vbi refert declarationes Sac. Congregationis
Concilii, eamdemque ſententiam compro-
bat pluribus rationibus, & allegationibus,
Sanchez in præcept. Decal. lib. 7. quæſt. 29. num. 183.
Seraph. dec. 1078. num. 5.
Et in caſu noſtro ſuperuacaneum eſt quæ-
rere, an de huiuſmodi conſenſus defectu dare
11 poſſit † tertius tacente Capitulo, in qua quæ-
ſtione negatiuam amplectitur, Grat. diſc. 278.
num. 31. Rot. dec. 133. num. 10. par. 2. diuerſ. dec. 318
num. 48. par. 5. recent. affirmatiuam eo quod cō-
12 ſenſus Capituli non requiritur † ab eius in-
tereſſe, cum non agatur de præiudicio Capi-
tuli, ſed pro ſolemnitate vnionis ad publicā
vtilitatem, ne paſſim, ac temerè vniones fiāt,
Garz. dicto cap. 2. num. 164. & ſeqq. Barboſ. de iur.
Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 16. num. 44. Rot. dec. 455. nu. 5.
par. 2. recent. dec. 294. num. 29. & ſeqq. par. 5. quia
in facto conſtat de expreſſo diſſenſu, & oppo-
ſitione Capituli.

Verum quia iſte diſſenſus nullius eſt mo-
menti, quatenus concurrat iuſta cauſa vnio-
13 nis, cum tunc compelli poſſit † Capitulum,
vt conſentiat Cardin. in Clem. 2. ſub nu. 4. de reb.
Eccleſ. non alien. Socc. ſen. in cap. ſicut vnire nu. 92.
de exceſſ. prælat. Rebuff. in prax. reg. 21. Cancell. gl. 11.
num. 3. Caccial. de vnion. artic. 6. num. 2. Azor. inſtit.
moral. dicto cap. 28. quæſt. 12. Sanchez dicto cap. 29.
num. 164. Barboſ. de iur. eccleſiaſt. dicto cap. 8. n. 43.
& pro cauſa, affertur inſufficientia reddituum
14 † vtriuſque Parochialis ad ſubſtentandum
Rectorem, quæ inducit neceſſitatem vnionis
cap. expoſuiſti de præben. cap. poſtquam 16. quæſt. 1.
Clem. 1. §. ad hæc de ſtat. Monacor. Rebuff. de vnion.
num. 39. Barboſ. dicto cap. 16. nu. 38. Timoth. de vi-
ſitatione lib. 2. tract. 2. cap. 3. Seraph. dec. 1078. num.
Tota res eſt in verificatione huius cauſæ
15 ſine cuius cognitione Ordinarius † non po-
teſt vnire Rebuff. de vnion. num. 43. Calder. conſ. 4.
de reb. Eccleſ. non alien. Rot. in Meleuitana vnionis,
22. Iun. 1640. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,
16 ea que probanda eſt, † ab allegante vnionem
Rebuff. de reuoc. vnion. nu. 10. Garz. de benef. par. 12
cap. 2. num. 110. Egid. dec. 617. Caputaq. deciſ. 350.
num. 3. par. 3. & quidem non ſimpliciter ſed
17 habito reſpectu † quātitatis aſſignatæ à prin-
cipio fundationis & alias non releuat nam ex
quo Rectores prædeceſſores contenti fuerūt
18 portione à principio aſſignata congrua † prę-
ſumitur niſi probetur diminuta, Lotther. de re
benef. lib. 1. quæſt. 28. num. 85. Oldrad. conſ. 162. ſub
num. 1. verſ. quod ita Seraph. dec. 1385. num. 3.
Igitur ad probandam inſufficientiam red-
dituum informantes pro Rectore ſancti Bar-
tholomæi allegabant aſſertionem Ordinarij
in ipſo decreto vnionis ibi cum ex tenuitate fru-
ctuum non remaneat congrua pro Rectore, &c. cui
19 aſſertioni † adhibendam eſſe fidem donec
contrarium exaduerſo probetur, etiamſi ema-
20 nauerit parte non vocata, quia forte nullus
tunc aderat qui deberet vocari dixit Rot. coram
Cæſ. de Graſſ. dec. 1. num. 15. & ſeqq. de reb. Eccl. non
alien. vbi redditur ratio quia præſumitur pro
21 Epiſcopo † & cum ſimus inſpectantibus ad
eius officium, eique commiſſis à Conc. Tri-
dentino videtur credendum, Seraph. in punct.
22 vnionis † in actu viſitationis, deciſ. 1372. num. 3.
Rebuff. de reuoc. vnion. num. 10. ibi niſi exprima-
tur, Garz. dicto cap. 2. num. 121. Caſtr. Palao oper.
moral. tom. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 12. ſub num. 20.
iuncto tract. 3. diſp. 6. punct. 14. num. 3. tom. 1.
23 Sed hæc procedunt † quo ad ſolemnitates
enūciatas in vnione prout loquitur deciſ. Cæſ.
de Graſſ. quam ſequitur Garz. vel in termi-
nis vnionis antea factæ ſolemniter & in viſi-
tatione poſtmodum approbatæ, de qua lo-
quitur Seraph. dicta dec. 1372. Secus vero quā-
24 do † vt in caſu noſtro vnio facta fuit in actu
viſitationis & agitur de probatione non ſo-
lemnitatis ſed cauſæ, vt in punct. reſponden-
do ad allegata in contrarium diſtinguit, Rota
coram bon. mem. Caualerio, dec. 339. num. 7. & 8. &
par. 5. recent. dec. 318. num. 12. & ſeqq. & ratio eſt
quia ſolemnitas facilius præſumitur quam
cauſa, quę plenè probanda eſt. & circa eam
25 † aſſertioni Epiſcopi defertur quidem mul-

tum ſed non creditur, neque in prohibitis
26 †qualis eſt vnio ſine cauſa ſtandum eſt dicto
aut aſſertioni vnientis, ne alias aperiatur via
eludendi prohibitionem legis in puncto, *Oldrad. conſ. 261. per tot. Pariſ. conſ. 36. num. 11. lib. 4. Egid. dec. 617. in princ. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 66. num. 23. Rot. dec. 716. num. 1. dec. 752. num. 3. par. 1. diuerſ. & inter practicabilia impreſſa par. 2. diuerſ. tit. de vnione ſub num. 6.*

Adhibuerunt autem Domini fidem aſſer-
27 tioni Ordinarij † quia eſt veriſimilis & ad-
miniculata, & regulare eſt quod concurren-
28 tibus adminiculis † aſſertio ſeu ſcriptura quę
alias non probaret fidem meretur, *Salyc. in l. ſi mater ſub n. 1. Cod. cõtrhen. empt. Tiraquell. in l. ſi vnquã verbo donatione largitus num. 100. Cod. reuoc. don. Surd. dec. 325. num. 5. Rot. dec. 334. num. 3. par. 1. recent. dec. 209. num. 7. par. 7. Caſ. de Graſſ. in term. vnionis dict. deciſ. 1. num. 19. de reb. Eccl. non alien.*

29 Et adminicula reſultant † tum ab ipſo actu
viſitationis in qua Ordinarii ſolent capere informationes extraiudicialiter nec omnia in ſcriptis redigere, tum ab interdicto Eccleſiæ ſancti Bartholomæi publicato ab Ordinario in eadem viſitatione, eo quod carebat ornamentis neceſſarijs, tum à ſimili vnione quorumdam beneficiorum ſimplicium facta eodem contextu dictæ Eccleſiæ ob eius ſummã paupertatem, tùm denique ex teſtibus in hac cauſa examinatis coram A. C. deponentibus de inſufficientia redditũum ad ſuſtentationem Rectoris, qui eſto quod verſaremur
30 in cauſa beneficiali in qua A. C. eſt Iudex † in-
31 competens faciunt ſaltem magnum † admi-
niculum, *Caputaq. dec. 206. num. 6. par. 2. Rot. deciſ. 315. num. 5. dec. 342. num. 7. in fin. dec. 369. nu. 2. dec. 400. num. 5. par. 1. recent.*

Ideo reſolutum fuit eſſe locum vnioni, vtraque parte informante.

ROMANA MATRIMONII.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Pendente lite ſuper fœdere matrimonij quemadmodum expenſæ litis ſubminiſtrandæ veniunt vxori pauperi a viro diuite, ità è conuerſo viro inopi ab vxore diuite concurrentibus paupertate, ac præſumptione boni Iuris, & ex quibus vtraque qualitas iuſtificetur? Matrimonium ratum per profeſſionem alterius ex coniugibus dirimitur, & quomodo hæc concluſio procedat?

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ, & ſumptus litis debentur vxori pauperi à viro diuite pendente lite ſuper fœdere matrimonij.*

2 *Ita è conuerſo ſubminiſtrari debent viro inopi ab vxore diuite, quia in correlatiuis quales ſunt vir, & vxor, in vno procedit regulariter in alio.*

3 *Sumptus litis ſubminiſtrari debent concurrentibus paupertate, ac preſumptione boni Iuris.*

4 *Bonum ius ad effectum conſequendi ſumptus litis, ex quibus reſultet?*

5 *Bonum ius ad effectum conſequendi ſumptus litis reſultat etiam ex ſententia per appellationem ſuſpenſa.*

6 *Paupertas an ſit ſufficienter probata ad effectum conſequendi ſumptus litis pendet ab arbitrio Iudicis.*

8 *Paupertas adhuc dicitur probata ad effectum conſequendi ſumptus litis, quamuis quis poſſit ex induſtria ſibi victum quærere, ſi tamen non poteſt quærere pecunias pro ſubſtinenda lite.*

9 *Matrimonium ratum per profeſſionem alterius ex coniugibus dirimitur.*

10 *Declara concluſionem procedere quatenus verè, & cum effectu fuerit emiſſa profeſſio.*

11 *Secus verò ſi alter ex coniugibus ſimpliciter declarauit velle profiteri, quod verbum velle iunctum verbo infiniti temporis dicit actura de futuro, nec diſponit in ijs, quæ ſimul alterius conſenſum requirunt.*

12 *Profeſſio in religione vt valeat, requiritur conſenſus habentis poteſtatem acceptandi nomine ipſius Religionis, illamque obligandi profitenti, & vlterius, quod ſolemniter emittantur tria vota paupertatis caſtitatis, & obedientiæ, & num. 13.*

14 *Sumptus litis quando ſubminiſtrandi veniunt à diuite pauperi, tunc illorum quantitas arbitrio Iudicis taxatur.*

DECISIO CXLI.

SVMPTVS litis ſuper nullitate matrimonij conteſtatæ ad inſtantiam Catherinæ contrà Iacobum, ac iam diù pendentis, petijt idem Iacobus, & deberi reſponſum fuit.

1 Quia ſicuti pendente lite † ſuper fœdere ma-
trimonij vxori pauperi ſuminiſtrandæ ſunt expenſæ à viro diuite, *Abb. in cap. ex parte n. 10. de accuſ. Cordub. in l. ſi quis à liberis §. ſi vel parens nu. 65. ff. de libr. agnoſ. Menoch. præſum. 35. ſub n. 18. verſ. eamdem ſententiam lib. 1.* & fuit dictum in *Romana alimentorum 1. Aprilis 1639. coram bon.*
2 *mem. Pirouano*, ità è conuerſo viro inopi † ab
vxore, quia in correlatiuis quales ſunt vir, & vxor diſpoſitum in vno procedit regulariter etiam in alio, *Cordub. in l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his num. 14. ff. libr. agnoſ. Sanch. de matrim. lib. 10. diſp. 8. num. 28. Gutthier. canon. quæſt. lib. 1. capit. 24. num. 8. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 35. ſub num. 8. & ſeqq.*

Nec deſiderantur præſumptio boni iuris, & paupertas Iacobi, quibus concurrentibus
3 actor † condennari ſolet ad ſuminiſtrandum
reo ſumptus litis, *l. ſi inſtituta §. de inofficioſo ff. inoff. teſtam. l. fin. Cod. ord. cognit. Oldr. conſ. 27. nu. 1. Aym. conſ. 164. num. 1. Grat. diſcept. 954. num. 27. Seraph. deciſ. 1098. num. 1. & 2. Buratt. deciſ. 15. nu. 1.*

4 Nam bonum ius ſatis probatur † ex fide
Parochi teſtantis de matrimonio per verba de præſenti contracto inter Catherinam, & Iacobum, nec non ex duabus deciſionibus ſuper validitate matrimonij, ac etiam ſimili ſententia Reuerendiſſimi Vicesgerentis, quæ
5 & ſi ſuſpenſa fuerit per appellationem † præ-

ſtat

ſtat ſufficientem præſumptionem boni iuris ad effectum, de quo agitur, *Couar.var.reſol.lib.2 cap.6.num.6.Surd.de alim.tit.1. quæſt.120.num.10. & 11.coram bon.mem.Greg.XV.deciſ.189.num.7. deciſ.250.num.2.deciſ.498.nu.3.par.3. recent.*

De paupertate verò Iacobi, ac diuitijs Ca-
6 tharinæ deponunt duo teſtes, † quibus iuncto decreto Viceſgerentis alias emanato pro certa quantitate in cauſam expenſarum litis, & ſimili decreto Rotali pro expenſis neceſſarijs tranſportationi actorum in iudicatum tranſacto viſa fuit probata paupertas, quæ ſit nec nè
7 ſufficiens plurimũ pendet a b arbitrio Iudicis *gloſſ.in Auth.præterea verbo locuples Cod. vndè vir & vxor Bart.in l.ſi conſtante num.14 ff. ſolut. matr. Couar.d.lib.2.cap.6.nu.8. Menoch.de arbitr.caſ. 56. num.7. Buratt.deciſ.15.num.2.*

Nec obſtat, quod Iacobus poſſit propria
8 induſtria ſibi victum querere,†quia non ideò poteſt vltrò querere pecunias pro ſubſtinenda lite exaduerſo mota, & ſic adhuc eſt pauper reſpectu effectus contemplati, vt requiritur, *Gratian. diſcept.907.nu.1. Magon.deciſ. Lucen.40. num.22.*

Tandèm non obſtat, quod nuper Catharina declarauit medio iuramento velle profiteri monaſticam vitam in Monaſterio Sancti Spiritus. Quia licet per profeſſionem alte-
9 rius† ex coniugibus dirimatur matrimonium ratum, *cap.ex publico de conuerſ. coniugat. cap. deſponſatam 27.quæſt.2.cap.decreta legalia 28.quæſt.2. & fuit ſancitum in ſacro Concilio Trident. ſeſſ. 24. de matrimonio can.6.* Hoc tamen procedit qua-
10 tenus verè,& cum effectu † fuerit emiſſa profeſſio, *Sanch.de matr.libr.1.diſput.18. ſub numer.3. verſ.& quamuis.*

Sed in caſu noſtro mulier ſimpliciter decla-
11 rauit velle profiteri, quod verbum *velle* iunctum verbo infiniti temporis dicit actum de futuro, nec diſponit in ijs, quæ ſimul alterius conceſſum requirunt iuxtà ſingularem theoricam, *Bart.in l.1.ſub num.3. Cod.Sum. Trin. & fid.Cath.* quam ſequitur, *Iaſ.ibid.nu.24.& in terminis matrimonij carnalis Sanch.de matr. lib.1. diſputat.18. num.26.Franc.Molin.de ritu nupt.libr.1. comparat.20.num.36.& 37.*

12 Prout requirit profeſſio † conſenſum perſonæ habentis poteſtatem acceptandi nomine ipſius Religionis,illamque obligandi profitenti, *cap.porrectum, & ibi gloſſ. verb. monacum cap.ad Apoſtolicam de regul.Innoc.in d. cap. porrectum num.5.Io.Andr.num.4.Sanch.in præcept.Decalog.lib.5.cap.4. ſub num.62.* Et vlterius quod ſo-
13 lemniter † emittantur tria vota, paupertatis, caſtitatis, & obedientię, *cap.cum ad monaſterium in fin.de ſtat.monach.Rot.deciſ.216.numer.3. part.2. diuerſ.deciſ.579. num.1.part.1.recent.*

Ex quibus Domini mandarunt ſolui per Catharinam in cauſam ſumptuum litis ſcuta aurei quinquaginta habita conſideratione quantitatis in lite neceſſariæ, pro qua taxanda
14 intrat† arbitrium Iudicis, *l.fin.cod.de ord.cognit. l.2.ff.vbi pupillus educari debeat.Aym.conſ.189. numer.10.Mareſc.var.reſol.lib.2.cap.83.num.12.Rot. deciſ.421.num.6.par.2.recent.*

Et ità deciſum Iacobo ſolum informante præuiis tamen pluribus citationibus contrà Catherinam.

ANCONITANA PRAEDI.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM

Remiſſoria petita in vltimis audentijs eſt deneganda, ſi lis longo tempore durauit tam in partibus, quam in Curia,& nunquam fuerunt factæ probationes,concurrente præſertim articulorum irreleuantia. Remiſſoria ad probandum ſtylum procedendi ad ſubhaſtationẽ pignorum venit deneganda cum id probari poſſit per acta iudicialia, & ſic per ſcripturas.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria petita in vltimis audientijs, & poſtquam lis diu fuit tam in partibus, quam in Curia agitata vti tendens ad defatigandam partem, & differendam cauſæ expeditionem venit deneganda.*
2 *Ius offerendi locum habet etiam in ſubhaſtatione ſtante illius nullitate.*
3 *Remiſſoria etiam in prophanis denegatur ſtante irreleuantia materiæ articulatæ.*
4 *Ad ſubhaſtationis validitatem tres ſaltem oblatores requiruntur.*
5 *Scriptura conſici ſolet de actis iudiciarijs.*
6 *Remiſſoria non conceditur ad probandum ſtylũ procedendi ad ſubhaſtationem cum id probari poſſit per ſcripturas, & ſic per acta iudicialia.*
7 *Remiſſoria non datur ad probandum acta iudicialia.*
8 *Teſtium dicta per tranſportationem actorum coram Iudice alterius inſtantiæ dicuntur didicita.*
9 *Remiſſoria non datur poſtquam dicta teſtium fuerunt didicita.*
10 *Articulus continens probationem plurium annorum, ſi in aliquibus conuincitur mendax, ità, & in alijs præſumitur.*
11 *Fructus ſiue redditus terrarum, quæ alternatim ſeruntur non præſumuntur diminuti; quia huiuſmodi terræ non conſueſcunt,aut ſterileſcunt, & ſemper dicuntur noualia, & num.12.*
13 *In valore calculando non attenditur redditus vnius vel alterius anni ſterilis, ſed fit compenſatio cum fertilibus, & ex omnibus vniformis valor conſtituitur.*

DECISIO CXLII.

POST tres ſententias, quibus pronunciatum fuit competere Collegio Societatis Ieſu ius offerendi aduerſus Rinaldinos poſſeſſores prædij olim ſpectantis ad Bartholomeũ Fanellum communem debitorem, Rinaldini produxerunt nouos articulos iſtantes ſibi deſuper concedi remiſſoriam, quam hodiè Domini denegandam eſſe cenſuerunt;

Ne dum, quia longo tempore 20. ferè annorum,

1 norum, quo lis durauit tam in partibus† quã in Curia, Rinaldini facilè potuiſſent parare probationes neceſſarias, vndè hodierna petitio remiſſoriæ in his vltimis audientijs viſa eſt ordinata potius ad defatigandam partem, ac differendam cauſæ imminentem expeditionem, ideoque reicienda, *Caputaq.deciſ.63.nu.1. part.3.Mant.deciſ.61.num.5.Rot.deciſ.712. num.5. part.1.recent.deciſ.235. num.9.part.5.*

Sed magis, quia primus articulus continens quod Rector, & alij Miniſtri Collegij Societatis Ieſu habuerunt notitiam executionis, ac ſubhaſtationis factæ ad inſtantiam Columnelli Rinaldini non releuat cum adhuc vigeant
2 nullitates ſubhaſtationis,†ob quas competere ius offerendi, *firmat vltima deciſio coram me in §. præterea,* & ſtante irreleuantia neque in profa-
3 nis † eſt locus remiſſoriæ, *Caputaq.dec.66.par.3. Caſſad.deciſ.2.de dilat.Rot.deciſ.276.num.1. part.6. recent.*

Irreleuans pariter eſt ſtylus ſecundo loco articulatus procedendi ad ſubhaſtationes, quia non apparet ſeruatus in ea, de qua agitur, nec
4 excludit neceſſitatem † trium ſaltem oblatorum ad validitatem ſubhaſtationis requiſitorum *ex allegatis in d. §. præterea* et in omnem
5 euentum, quia de actis judiciarijs † conficitur
6 ſcriptura fruſtrà ad huiuſmodi † ſtylum probandum petitur remiſſoria, cum poſſit probari per ſcripturas, *Aegid.deciſ.9.num.1.verſ. facit quia Rot.deciſ.44.& 45.de teſt. in antiq. deciſ.253.*
7 *num.1.par.7.recent.* & in terminis † actuum iudicialium, *Rot.deciſ.196.num.3.part.1.recent. deciſ.18.num.6.part.6.*

Alij articuli ſuper liquidatione fructuum huius prædij admittendi non ſunt; quia repugnat dictis teſtium hinc indè examinatorum
8 coram † alijs Iudicibus, quæ cum per tranſportationem actorum corã Iudice alterius iſtantiæ fuerint didicita, *vt fuit deciſum in Albanen. Confinium 22.Aprilis 1622.coram bo.mem.Pirouano, & in Camerinen.Penſionis 4.Maij 1640. coram*
9 *me,* non debet iterum concedi † remiſſoria, *auth.at qui ſemel & ibi Bald. num.5.verſ.ſed dicunt Canoniſtæ Cod.probat.Felin.in cap.fraternitatis n.3. & ſeqq.de teſt.Afflict.deciſ.216.num.1.Rot.dec.235. num7.par.5.recent.*

Et ſignanter articulatum ſemen rubrorum octo frumenti quolibet anno, & recollecta quator pro rubro à viginti, & viginti quinque annis citra repugnat ſaltem pro tribus annis depoſitionibus teſtium, vt ſuprã examinatorum de anno 1621.in quibus habetur annuum ſemen rubrorum duodecim, & recollecta rubrorum ſaltem ſex pro rubro, & ex indè deduci poteſt coniectura, quod etiam
10 pro alijs annis articulus † ſit mendax, & confictus ad euertenda fundamenta deciſionum ſuper liquidatione emanatarum *coram bon. me. Pirouano ad tex.in cap.ſemel malus de regul.iur in 6. Menoch.conſ.94.num.62.Giouagn.reſpon.44.num.20 libr.1.* Maximè quia non articulatur accidens aliquod, quod poſtea in his terris ſuperuenerit; vel noua cauſa deteriorationis, ſine qua
11 in terris ſeminatorijs,†quæ alternatim ſeruntur redditus non præſumuntur diminuti, quia terræ huiuſmodi non conſeneſcunt, *teſte Co-*
12 *lumnella de re ruſt.lib.1.cap.1.* & ſemper † noualia dicuntur *l.ſilua §.noualia ff.verb. ſignif. & ibi latè Rebuff.vbi ex Varrone de re ruſt.lib.1. cap.19. Plin.in hiſtor.natur.lib.18.cap.19.* ait quod poſt annum vtiliter ſemper ſeritur, & eadem ſemper percipitur vtilitas.

Quod vero terræ ſint nudæ, & non arboratæ, vt articulatur in quarto, contrarium ex diametro eſt articulis exaduerſo productis in prima iſtantia, in quibus dicitur prædium eſſe aratiuũ, pratiuum, & oliuatum, cannetatum, & arboratum *Summ.Collegii num.5.*& ibidem habetur vltro, quod in hoc prædio adſunt quatuor, vel quinque ſalmæ terræ non aptæ culturæ, prout reperitur in moderno quinto articulo, quæ tamen non computantur inter terras vtiles, *in deciſione emiſſa 22.Aprilis 1641. coram bon.mem.Pirouano.*

Et quatenus additur quod de anno 1632. & 1642 ob inundationes, & grandinem fuerunt recollecta rubra 17.frumenti tantum, non re-
13 leuat, quia in calculando valore non attenditur redditus vnius, vel alterius anni ſterilis, ſed fit compenſatio cum fertilibus, & ex omnibus vniformis valor conſtituitur, *Eſcobar. de ratiocin.cap.16.ſub numer.40.Rot.poſt ſecundum volum. conſ.Fariuac.deciſ.256.num.3.& in Ferrarien. Decimarum 27.Aprilis 1622. coram bon.mem. Vbaldo ſeniore.*

Et ità deciſum vtraque &c.

ROMANA LAVDI, SEV DOMVS.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Quando agitur de liquidatione fructuum, ſeù penſionum domus, tunc non dicitur probata illarum perceptio ex ſola poſſeſſione, niſi etiã locatio concurrat. In probanda fructuum perceptione pleniores probationes requiruntur, quam in probanda illorum quantitate, nam ſi ſola quantitas in controuerſiam cadit, tunc leuiores probationes ſufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Mors alicuius probatur ex fide parochi formiter extracta.*

2 *Penſiones domus exacta præſumuntur à poſſeſſore declara, vt num.5.*

3 *Locatio ad annum non præſumitur continuata in futurum, quamuis non probetur diſdicta ad effectum condemnandi poſſeſſorem ad reſtitutionem penſionũ tanquam à ſe exactarum, ne detur præſumptio præſumptionis, nempe quod locatio durauerit vltra annum, & quod poſſeſſor penſiones exegerit.*
Secus autem, quando concurrunt coniecturæ continuationis, num.6.

4 *Liquidatio fructuum fit iuxta ſolitum annorum præcedentium, quando verè conſtat de perceptione, & ſolum*

ſolum dubitatur de quantitate.

5 *Domus cum non ſit de ſui natura fructifera ex ſola poſſeſſione non dicitur probata fructuum, ſeu penſionum perceptio, niſi vltro locatio concurrat.*

7 *Ex locationibus annorum non longè inter ſe diſtantibus reſultat coniectura ſimilis locationis medij temporis.*

8 *Præſertim, quando agitur de locatione domus ſitæ in loco opportuno negotijs, & in quo facilè eſſe ſolet reperiri conductorem.*

9 *Teſtis vnicus non probat.*

10 *De fructuum perceptione quoties agitur, tunc ad eam probandā plenæ requiruntur probationes, ſecus verò ſi controuerſia ſolum verſatur circa quantitatem, nam leuiores probationes ſufficiunt.*

DECISIO CXLIII.

INSTANTIBDS Io: Baptiſta, & fratribus de Foruijs, ad quos per ſententias Rotales declaratum fuit ſpectare duas tertias partes domus ſitæ in viculo nuncupato, *Calabrachæ*, vna cum fructibus à die obitus Ioannis Forniæ, ac medietatem domus ſitæ in vico nuncupato del Pauone, & alterius domunculæ poſitæ in regione Transtiberim vna cum fructibus à die obitus Felicis, pro dd. fructuum liquidatione; contingit dubitari, ad quam ſummam illi aſcendant?

Et ſuppoſito obitu Ioannis die 28. Ianuarij 1632. & Felicis die 14. eiuſdem menſis, & anni, vt patet ex fide Parochi formiter extracta,
1 quæ mortem, † eiuſque tempus probat, *Immol. conſ. 110. in fin. Rebuff. de decim. quæſt. 2. ſub num. 10. Rot. deciſ. 704. num. 4. part. 1. recent. deciſ. 11. num. 3. coram bon. mem. Buratt. vbi adden. numer. 4. allegat concordantes.*

Dictum fuit fructus domus in vico Calabrachæ aſcendere ad ſcut. 856. ⅔ quorum duę triæ partes ſpectantes ad actores conſtituunt ſummam ſcut. 571. 11. Nam dicta domus apparet ex publico inſtrumento locata die 17. menſis Auguſti 1632. ad annum cum pacto relocationis, niſi fierit diſdicta pro annua penſione ſcutor. 90. Et de menſe Martij anni 1636. probatur per publicum inſtrumentum ſimilis locatio ad annum pro ſcutis 90. anno verò 1637. vſque ad primum Decembris 1640 conſtat per aliud inſtrumentū, quod domus fuit locata ſcutis annuis 85. ac tandem de anno 1640. datur apoca locationis ad ſeptenniū pro annua penſione ſcut. 80. quę omnes penſiones præſumuntur exactæ à reis conuentis,
2 qui domum poſſidebant, *l. Iulianus §. ex vendito ff. act. empt. Rot. deciſ. 25. de præben. in nou. deciſ. 50 num. 2. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 283. n. 11. part. 7. recent.*

Non obſtat, quod prima locatio anni 1632. eſſet annalis, nec præſumptio, quod con-
3 tinuata fuerit in futurum, † ex quo exaduerſo non probatur facta diſdicta ſufficiat ad condemnandum poſſeſſorem, vt reſtituat dicti temporis penſiones, tanquam à ſe exactas nè detur præſumptio præſumptionis, alia nempè quod locatio durauerit vltra anuū, alia quod poſſeſſor penſiones exegerit, vt in puncto *fuit deciſum coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 307. numer. 9.*

Quia hoc benè applicatur pro tempore, quo nulla alia daretur coniectura continuationis præter illam orientem ex non probata diſdicta. Nec releuaret ſolitum annorum
4 præcedentium, † quia non attenditur, niſi quando verè conſtat de perceptione fructuū, & ſolum dubitatur de quantitate, *vt declarando doctrinam Bald. in l. 1. Cod. fruct. & lit. expenſ. diſtinguit Acchill. deciſ. 22. num. 3. de reſtit. ſpoliat*, qui non eſt caſus noſter, quia cum domus nō ſit de ſui natura fructifera, ſed requirat factū
5 locationis, † non dicitur probata perceptio fructuum ex ſola poſſeſſione domus, dum nō probatur illius locatio. *Rot. deciſ. 304. num. 15. par. 5. recent.*

6 Secus autem pro tempore, quo † aliæ coniecturæ concurrunt, *Dominus Vrgellen. dicta deciſ. 307. num. 6. & 7. in fin.* Prout concurrunt pro tempore medio inter annum 1632. &
7 1636. tum quia ex locationibus † vtriuſque anni non longè inter ſe diſtantis reſultat coniectura ſimilis locationis medij temporis ad *tex. in capit. accedens de conuerſ. coniugat. cap. inter dilectos de fide inſtrum. Menoch. præſump. 36. numer. 1. lib. 6. Buratt. deciſ. 560. num. 1. deciſ. 926. num. 5. & in proximis term. Mant. deciſ. 32. nu. 3.* tum etiam, quia domus ſita eſt in loco opportuno nego-
8 cijs, † & in quo facilè eſſe ſolet reperiri conductorem, vt etiam demonſtrauit obſeruantia ſequentium annorum, nec rei conuenti negant fuiſſe tempore medio locatam.

Quo ad domum in vico del Pauone fructus taxati fuerunt in ſcu. 143. quia teſtes probant illius locationem pro annua penſione ſcut. 63. quæ à die mortis Felicis vſque ad diē venditionis factæ Cecchino de anno 1636. aſcendit ad ſcut. 286. detracta penſione quatuor menſium, quibus teſtes deponunt domū vacaſſe conductore.

De fructibus domunculæ ad Transtiberim non fuit habita ratio, quia non docetur de locatione, niſi ex dicto tertij teſtis deponentis, quod de anno 1632. aduerſarij poſſidebant d. domunculam, ex qua percipiebant iulios ſex meſtruatim, ſed non explicat quanto tempo-
9 re fuerit locata, & tanquam vnicus † non probat, aduertendo quod hic agitur de pro-
10 banda fructuum perceptione, † quæ pleniores probationes requirit, quidquid dicendum eſſet ſi ſola quantitas fructuum perceptorum in controuerſiam caderet, quo caſu leuiores ſufficiunt, vt in *term. diſtinguit. Coccin. deciſ. 439. num. 2.* vbi allegantur concordantes.

Ex quibus fructus aſcendere ad ſcut. 623 & & baio. 33. deciſum fuit vna tantum parte informante.

FVL-

FVLGINATEN SALVIANI.

Mercurij 1. Iulij, 1643.

ARGVMENTVM.

Saluianum non datur ex defectu hypothecæ, & quando poſſeſſori competat retentio ex creditis anterioribus?

SVMMARIVM

1 *Cenſus impoſitus ſuper fundo emphiteotico non ſubſtinentur ſtante expreſſa prohibitione in Inſtrumento inueſtituræ aliqualiter alienandi obligandi, & hypothecandi cum clauſula irritanti &c. & numer. 3.*

2 *Cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis, & conſtituit Ius reale, ac ſpecialem hypothecam ſuper fundo ſubiugato.*

4 *Cenſus quando fuit nulliter impoſitus, tunc pro fructibus agi nequit loco damnorum, & intereſſe vigore obligationis cameralis in Inſtrumento cenſus appoſita.*

5 *Cenſus ſi nulliter fuit impoſitus ſuper bonis emphiteoticis ex pacto, & prouidentia tunc pro damnis non datur hypotheca ſuper dd. bonis in præiudiciũ vocatorum, tum prohibitio hypotehcæ contenta in inueſtitura impediat illius creationem à principio.*

6 *Nec vocati tenentur ad debita anteceſſoris.*

7 *Cenſus imponi poteſt ſuper pluribus fundis, & vno exiſtente non idoneo, tenet ſuper alio proportionabiliter ad eius capacitatem.*

8 *Cenſus remanet extinctus, ſi dominium fundi cenſualis tranſit irreuocabiliter ad dominum, ne detur in eodem ſubiecto actio, & paſſio.*

9 *Seruitus in re propria non datur.*

10 *Clauſula* ad habendũ, & conſtituri *probant dominium inter conſtituentem, & conſtitutarium.*

11 *Et accedente titulo habili ad illius acquiſitionem dominium transferunt.*

12 *Concordiam, ſiue tranſactionem non habuiſſe effectum, ex quibus arguatur.*

13 *Alleganti concordiam incumbit onus probandi, quod fuerit effectuata, quia cum ſit facti non præſumitur.*

14 *Identitas non probatur ex teſtibus deponentibus de confinibus generiis, ſed neceſſe eſt quod deponant de confinibus ſpecificis, & non aptis alijs bonis conuenire.*

15 *Exceptio crediti anterioris repellit creditorem poſteriorem agentem ex ſaluiano interdicto.*

DECISIO CXLIV.

DENEGARVNT Domini immiſſionem petitam ex vtili ſaluiano interdicto à Petro Auguſtino de Luntis ad prædium poſſeſſum à Franiſco, & alijs de Gioſue ob defectum hypotecæ probationis primi extremi, ac retentionem poſſeſſori competentem ex hypotecis anterioribus.

Quia agitur pro fructibus cenſus olim impoſiti nomine Scipionis Barnabei ſub fideiuſſione Fauſtinę eius vxoris ſuper vna domo
ſita in Ciuitate Fulginei, & ſuper prædio ſtadiorum 50. circitet exiſtenti in territorio d.
Ciuitatis in vocabulo la rotta delle Caue. Sed
1 ſuper domo cenſus nõ ſubſtinetur, † quia ex
inſtrumentis productis apparet eſſe emphiteo
ticam Eccleſiæ, & conceſſam ad tertiam generationem cum expreſſa prohibitione aliqualiter alienandi, obligandi, hypothecandi,
ſine conſenſu Epiſcopi Domini directi, & ſi
ſecus fiat non valeat ipſo iure, quæ prohibitio, quia comprehendit etiam impoſitionem
2 cenſus, eo quod † eſt ſpecies alienationis, &
conſtituit ius reale, ac ſpecialem hypotecam
ſuper fundo ſubiugato, *Couar. var. reſol. libr. 13.
cap. 7. num. 6. Surd. conſ. 162. num. 9. & ſeqq. Peregr.
conſ. 97. num. 8. lib. 1. Cenc. de cenſib. part. 1. cap. 2.
quæſt. 3. art. 1. num. 1. & 5. Buratt. deciſ. 410. num. 3.*
efficit iuncta præſertim dicta clauſula irritanti
3 *alias &c.* vt impoſitio cenſus † fuerit ab initio
nulla ipſo iure, *Gaſpar. Roder. de ann. redd. libr. 1.
quæſt. 3. nu. 7. Gratian. diſcept. 903. nu. 9. Cinc. de
cenſib. par. 1. cap. 2. quæſt. 2. art. 2. nu. 6. & ſeqq. Rot.
apud eundem deciſ. 74. n. 2. & ſeqq. deciſ. 75. num. 1.
deciſ. 76. num. 7. & in Romana Cenſus, ſeu depoſiti
21. Iunij 1641. coram Reuerendiſſimo Domino meo
Decano.*

4 Nec pro fructibus agi poteſt † ſaltem loco damnorum, & intereſſe vigore obligationis Cameralis in inſtrumento cenſus appoſitæ, vt *per Cinc. de cenſib. part. 1. cap. 2. quæſt. 1. art. 6.
num. 41. & 42. deciſ. 785. num. 7. alios allegatos in
Romana cenſus* 10. *Iunij* 1641. *coram R. P. D. meo
Cerro.*

Nam quicquid ſit aduerſus impoſitorem cenſus, ſiue eius hæredes ſanè pro huiuſmodi
5 damnis non competit † hypotheca ſuper bonis
emphiteoticis ex pacto, & prouidentia in præiudicium vocatorum cum prohibitio hypotecæ contenta in inueſtituris reſtiterit illius
6 creationi à principio, & ità vocati † non teneantur ad debita anteceſſoris, *Scrader. de feud.
part. 7. cap. 7. num. 32. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. primo
gloſſ. 15. num. 24. Gomez. ad l. tauri 40. nu. 72. Cinc.
part. 1. cap. 2. quæſt. 1. art. 6. nu. 44. Rot. apud eumdem deciſ. 60. nu. 6. deciſ. 72. nu. 1.* & emphiteuſim
de quo agitur eſſe ex pacto, & prouidẽtia *fuit
deciſum in Fulginaten. Emphiteuſis 28. Iunij 1627.
coram bon. me. Pirouano.*

Super prædio verò licet à principio vali-
7 dus fuerit cenſus, quia imponi poteſt † ſuper
pluribus fundis vnoque exiſtente non idone
tenet ſuper alio proportionabiliter ad eiu
capacitatem, *Cinc. de cenſib. par. 1. cap. 5. quæſt. 3.
art. 2. num. 21. & par. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 8. num. 6.
& ſeqq. Rota inter ibi impreſſas deciſ. 72. nu. 9.*

Extinctus fuit eo quod dominium prædij
8 cenſualis † tranſijt irreuocabiliter ad Dominum cenſus ne detur in eodem ſubiecto actio
9 & paſſio, & ſeruitus † in re propria, *Cinc. par. 3.
cap. 1. quæſt. 5. num. 1. & ſeqq. Rot. ibid. deciſ. 299. n. 1.
ex tex. in l. 1. ff. quemad. ſer. ammit. l. ſi tibi fundo ff.
quib. mod. vſufr. ammit. l. neque pignus ff. de reg. iur.
& deciſ. 576. ſub num. 25. part. 5. recent. deciſ. 276.
num. 6. part. 6.* Vt probatur ex publico inſtrumento diuiſionis initæ de anno 1603. inter
Guidum Antonium Seggium, & Petrum
Augu-

Auguſtinum de Luntis aduerſarium *cum clau-*
10 *ſulis ad habendum, & conſtituti,* quę probant † tradentis dominium inter ipſum, & recipientē *Grat. reſpon. 42. n. 12. lib. 2. Tiraquell. de conſt. poſſeſ. lim. 1. num. 23. verſ. ſed quod dicimus Rota deciſ. 766. num. 11. part. 1. diuerſ.* Et accedente titulo habi-
11 li † ad illius acquiſitionem qualis eſt diuiſio dominium transferunt, *Rot. deciſ. 662. numer. 4. part. 1. diuerſ. deciſ. 135. num. 24. part. 6. recent. & in Romana Vineæ 9. Aprilis 1612. coram bo. me. Vbaldo ſeniore.*

Nec obſtat, quod triemnio ante idem prædium in quadam concordia legatur aſſignatū eidem Petro Auguſtino aduerſario nomine Vrſulæ vxoris, Potius enim attendi debet poſterius inſtrumentum diuiſionis, cum con-
12 cordiam non habuiſſe effectum † conſtet, tūm quia non probatur illius ratificatio ibi promiſſa nomine Marci, Mariæ, Olindæ & Ludouicæ quin potius Olinda & Ludouica ceſſerunt eorum iura Franciſco Ioſue reo conuento, tum etiam quia poſtea prædium fuit vt ſupra aſſignatum alio titulo Petro Auguſtino nomine proprio quod quia alias fieri valide nō potuiſſet arguit concordiæ præcedentis ineffectuationem *Put. deciſ. 298. in fin. lib. 3. in correctis, Rot. deciſ. 706. num. 18. par. 3. recent. facit deciſ. 237. ſub num. 48. verſ. vnum tamen coram Reuerendiſs. Vrgellen. & fuit dictum in Peruſina beneficij 4. Iulii 1608. coram bon. mem. Penia,* & ad-
13 uerſario alleganti concordiam † incumbit onus probandi quod fuerit effectuata quia cum ſit facti non præſumitur *Caputaq. deciſ. 11. nu. 5. par. 1. ex text. in l. in bello §. facta ff. capt. & poſtlim. reuerſ. Rot. in dicta Peruſina Beneficii coram Penia.*

Deficit etiam probatio alterius extremi nempe, quod Scipio impoſitor cenſus ſeu Fauſtina quæ fideiuſſit poſſederint prædium de quo agitur, quia teſtes ad id inducti non
14 concludunt identitatem † cum deponant ſolum de confinibus genericis non autem de ſpecificis & non aptis conuenire aliis bonis vt requiritur *Bart. in l. demonſtratio num. 15 in fin. ff. cond. & demonſtr. Bald. in d. l. hac conſultiſſima nu. 5. in fin. Cod. qui teſtam. facer. poſſ. Seraph. deciſ. 1137. num. 1. & 2. ſa. me. Greg. XV. dec. 455. nu. 10. Caualer. deciſ. 578. num. 1.*

Tandem competit poſſeſſori retentio pro credito anteriori ſcut. 1200. promiſſorum per Fauſtinam Lucretiæ filiam de anno 1615. & pro quibus de anno 1625. fuit contra eandē Fauſtinam & hæredes Scipionis impoſitoris cenſus relaxatum mandatum ab Eminentiſs. D. Card. Bichio meo fratre tunc A.C. locum tenente ad inſtantiam ipſius Lucretiæ, cuius filiæ ceſſerūt deinde iura dicti crediti Frāciſco reo conuento. Nec dubitari poteſt quin exceptio crediti anterioris repellat creditorem poſteriorem agentem ex vtili Saluiano interdicto, *l. 2. ff. qui pot. in pign. habean. Mant. de tacit. 69. num. 1. Rot. deciſ. 74. num. 11. deciſ. 176. nu. 6. apud Pacif. de Saluian. & alias ſæpiſſime.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

CALARITANA CAPELLAE.

Mercur. prima Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Manutentio danda eſt patrono in quaſi poſſeſſione præſentandi Capellanum probata poſſeſſione per actus poſſeſſorios, nonniſi à veris patronis fieri ſolitos. Manutentio etiam in gradu appellationis, vel reſtitutionis in integrum dari poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio præſentandi probatur per teſtes, quāuis non reddant cauſam ſcientiæ, quia illa cadit ſub ſenſum corporis nempe viſus.*
2 *Item probatur ex reidificatione Eccleſiæ dirutæ. Patrono propriè conuenit reidificatio Eccleſiæ dirutæ ibidem.*
3 *Item probatur quaſi poſſeſſio præſentandi ex ſubminiſtratione neceſſariorum pro manutentione Eccleſiæ, quia Patrono licet defendere, prouidere, & cōſulere Eccleſiæ.*
4 *Poſſeſſionis præſumptio reſultat ex ſupportatione onerum.*
5 *Poſſeſſio probatur ex actibus, qui nonniſi à poſſeſſoribus expediri ſolent.*
6 *Epiſcopus an poſſit vendere Capellam in præiudicium patronorum, non ſeruata forma Extrauagantis ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienand.*
7 *In ſummariiſſimo poſſeſſorio ſufficit docere de poſſeſſione abſque alia diſcuſſione tituli.*
8 *Sententia per appellationem ſuſpenſa nec dominium, nec poſſeſſionem in alium transfert.*
9 *Manutentio datur etiam in gradu appellationis, vel reſtitutionis in integrum.*

DECISIO CXLV.

DANDAM eſſe manutentionem in quaſi poſſeſſione Iuriſpatronatus Cappellæ S. Sebaſtiani loci Bittii Saluatori & aliis de Gaſolis Domini dixerunt.

Quia de eadem quaſi poſſeſſione deponunt
1 plures teſtes, † quibus illa probatur, quāmuis non reddant cauſam ſcientiæ, quia cadit ſub ſenſum corporis nempe viſus *Salyc. in l. ſola ſub num. 3. Cod. teſtib. innoc. in cap. cum cauſam num. 3. eod. tit. & ibid. Butr. num. 18. Henr. Boych. numer. 11. Caſ. de Craſſ. deciſ. 14. num. 3. & 4. eod. tit. Rot. deciſ. 307. num. 6. par. 1. rec.*

Eo magis accedentibus aliis teſtibus qui teſtantur tum de reidificatione Eccleſiæ non ſe-
2 mel facta † à dictis de Gaſolis, quæ reidificatio Eccleſiæ penitus dirutæ conuenit proprie patronis quatenus ipſi reidificare velint *Lamber. de Iurepatr. lib. 3. art. 3. quæſt. 7. ſub num. 6. & 7. in fin.* & per eam poſſeſſio acquiritur *vt in prox. term. Rot. deciſ. 222. num. 6. par. 1. diuerſ.*

Tum de cuſtodia regimine & gubernio eorumdem de Gaſolis, quod ſcilicet neceſſaria pro Eccleſiæ manutentione ſubminiſtrarunt
3 id † quod inſeruit pro adminiculo poſſeſſionis, quia patrono licet defendere & prouidere & con-

& conſulere Eccleſiæ *cap. filijs 16. quæſt. 7. Lambert. de iurepatr. par. 1. lib. 1. art. 2. quæſt. 7. num. 12. & 19. & lib. 3. quæſt. 223. art. 12. quæſt. 2. num. 1.* &
4 ex ſupportatione onerum † vtique reſultat præſumptio poſſeſſionis, *Bald. in l. 3. nu. 9. Cod. natur. lib. Socc. conſ. 18. ſub num. 12. verſ. ſecundo & maximè lib. 2. Men. de retin. rem. 1. num. 581. Paciſ. de Salu. inſp. 1. cap. 6. num. 31.* imò ex actibus qui
5 non niſi † à poſſeſſore expediri ſolent probatur poſſeſſio *l. Titia ff. ſolut. l. 2. ff. acquir. poſſ. Buratt. dec. 730. num. 4.*

Non obſtat venditio huius Cappellæ facta ab Archiepiſcopo, quia hoc requirit petitorium in quo videndum erit an Archiepiſco-
6 pus † potuerit vendere in præiudicium patronorum & non ſeruata forma *Extrauag. ambitioſæ de reb. Eccl. non alienan.* quam ſeruari debere tradit in prox. term. *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 4. num. 11.* & interim manutenendi ſunt poſſeſſores qui ſe non habuerunt pro ſpoliatis, & quibus in hoc ſummariſſimo iudicio
7 ſufficeret † docere de poſſeſſione abſque alia diſcuſſione tituli *Rot. deciſ. 698. num. 3. par. 2. rec. dec. 242. num. 16. inter impreſſ. poſt. Cinc. de cenſ. deciſ. 323. num. 2. coram ſa. me. Greg. XV. dec. 112. n. 8. poſt tract. Modern. Perus. de manut.*

Tandem non obſtant ſententiæ de partibus,
8 quia cum ſint ſuſpenſæ † per appellationem, neque dominium, neque poſſeſſionem in alium traſtulerunt, *l. ſciendum §. pen. ff. qui ſatiſd.*
9 *cogātur*, & manutentio datur etiam † in gradu appellationis, vel reſtitutionis in integrum *Gratian. diſcept. 796. num. 42. diſc. 871. num. 14. diſcep. 948. num. 11. Seraph. dec. 1463. num. 1. Mantic. dec. 272. num. 5. & 6. ſa. me. Greg. XV. dec. 458. n. 8. Buratt. dec. 823. n. 8.*

Et ità deciſum vna tantum parte informāte, altera tamen toties citata.

VICEN. PAROCHIALIS DE BESORA.

Merc. prima Iulij 1643.

ARGVMENTVM

Immiſſio datur ſubrogato gratioſe, probatis ſoliti requiſitis. Vnio ad excludendam reſeruationem eſt plenè, & concludenter probanda, præſertim quando conſtat de vltimo ſtatu collatiuo, qui vnioni repugnat. Via executiua competit gratioſe ſubrogato etiam contra prouiſum Apoſtolicum, quia vt ex paritate tituli excludatur via executiua non ſufficit identitas cauſæ efficientis, ſed requiritur etiam paritas reſpectu formę & ſpeciei, hoc eſt quod prouiſus Apoſtolicus habeat conſimilem ſubrogationem gratioſam.

SVMMARIVM.

1 *Subrogato non eſt deneganda immiſſio iuſtificatis ſolitis requiſitis, nempe Clericatu impetrantis, obitu defuncti in poſſeſſione, ac reſeruatione.*
2 *Clericatus probatur ex teſtibus deponentibus ſe vidiſſe aliquem celebrare ſacrum, quæ eſt optima ratio ad illum probandum.*
3 *Item probatur ex approbatione Ordinarij ad curam animarum, ex qua reſultat præſumptio Clericatus, quia non cadit niſi ſuper perſona Clerici.*
4 *Obitus defuncti in poſſeſſione beneficij probatur ex teſtibus.*
5 *Reſeruatio beneficij remanet clara, ſi conſtat beneficium vacaſſe de menſe Ianuarii, qui ex regula 8. hodie 9. Cancellariæ eſt reſeruatus.*
6 *Vacatio Beneficii in menſe reſeruato probatur tam ex teſtibus, quam ex confeſſione Aduerſarij in ſua prouiſione, quæ contra ipſum plenè probat.*
7 *Vacatio non cadit in vnitis.*
8 *Reſeruatoria menſium locum non habet in beneficiis vnitis.*
9 *Vnio ad excludendam reſeruationē eſt plenè & concludenter probanda.*
10 *Status vltimus collatiuus vnioni repugnat.*
11 *Contra prouiſum Apoſtolicum via ordinaria agendum eſt.*
12 *Declara concluſionē non procedere contra gratioſè ſubrogatum petentem immiſſionem, nam adhuc effectum vt ex paritate tituli excludatur via executiua non ſufficit identitas cauſæ efficientis, ſed requiritur etiam paritas reſpectu formæ hoc eſt quod prouiſus habeat ſimilem ſubrogationem gratioſam.*
13 *Gratia conditionalis ante purificationem conditionis non eſt attendenda, præſertim quando conditio eſt appoſita in ipſo decreto, & n. 16.*
14 *Contradictor legitimus, vt quis efficiatur ſufficit ſummaria, & apparens probatio tituli; quicquid ſit quando agitur de illius canonizatione, ſeu executione, tunc enim requiritur, quod titulus ſit purus vel purificatus.*
15 *Conditio donec pendet nihil ponet in eſſe.*

DECISIO CXLVI.

CENSVIT Rota dandam eſſe immiſſionem Damiano Perez vigore ſubrogationis gratioſæ in ius & poſſeſſionem Iacobi Primi, per cuius obitum ſecutum de menſe Ianuarij 1640. vacauit Eccleſia Parochialis Sancti Quirici loci de Beſora de qua agitur, cum
1 ſint iuſtificata † Clericatus impetrantis, poſſeſſio defuncti de tempore mortis & reſeruatio, quæ ſunt ad hunc effectum requiſita, *Seraphin. deciſ. 1426. numer. 1. Caualer. deciſ. 950. num. 1. deciſ. 559. num. 1. Rot. deciſ. 197. num. 1. par. 2. recent. deciſ. 225. num. 17. par. 6. deciſ. 352. num. 1. part. 7.*

De Clericatu ſiquidem Damiani deponunt
2 plures teſtes † & ſignanter primus & quartus viderunt eum celebrare ſacrum, quæ eſt optima ratio probandi Clericatum *Rot. deciſ. 140. ſub num. 3. par. 1. recent.* & accedit approbatio
3 Ordinarij ad curam animarum † ex qua elici præſumptionem Clericatus, quia non cadit niſi ſuper perſona Clerici fuit dictum in *Vrbinaten. Beneficij 20. Decembris 1624. coram bo. me. Merlino.*

Quod Iacobus prædeceſſor obierit in poſ-
4 ſeſſione † huius Parochialis habetur ex quatuor teſtibus. Reſeruatio demum eſt clara,

quia

5 quia † beneficium vacaſſe de menſe Ianuarij,
qui ex regula Cancellariæ 8. hodie 9. eſt re-
6 ſeruatus, conſtat tam ex teſtibus, † quam ex
confeſſione Benedicti Aduerſarij in ſua pro-
uiſione, quæ contra ipſum plenè probat,
*Cocc.deciſ.145.num.1.Rot.deciſ.715.num.3.par.1.
deciſ.309.num.1.par.2.deciſ.236.numer.2.part.7.
recent.*

Non obſtat, quod hæc Parochialis fuerit
olim vnita Archipresbyteratui S. Ioannis, in
7 vnitis † autem ſicuti non cadit vacatio, ita
8 nec intrat regula reſeruatoria † menſium *Rot.
deciſ.419.num.2.coram ſa.me.Greg.XV.Gonzal.ſu-
per regul.8.gloſſ.5.§.7.nu.1.& num.25.* quia non
probatur vnio plenè, & concludenter vt de-
9 bet † ad excludendam reſeruationem, vt fuit
*deciſum in Vicen. Cappellaniæ maioris 7.Nouembris
1639. coram bo.me.Pirouano, & in Celſonen. Paro-
chialis 17. Nouembris 1642. coram R. P. D. meo
Pentingero;* imò contrarium apparet ex vlti-
10 mo ſtatu collatiuo, † qui repugnat vnioni,
& attenditur in his terminis *Lotther.de re benef.
lib.1.quæſt.28.num.104.Rot.coram ſa.me.Greg.XV.
deciſ.77.num.3.& 9.deciſ.112.num.2.*

Tandem non obſtat, quod contra Benedi-
ctum, qui habet prouiſionem Apoſtolicam
11 non † poſſit agi via executiua, ſed ordinaria
agendum ſit. Quia vt ex paritate tituli ex-
12 cludatur via executiua † non ſufficit identitas
cauſæ efficientis, ſed requiritur etiam paritas
reſpectu formæ & ſpeciei vnde neceſſe eſſet,
quod reus conuentus haberet ſimilem ſubro-
gationem gratioſam; *Lotther. de re benef. lib.3.
quæſt.13.num.75.Mant.deciſ.71.num.7.Rot.dec.34.
num.10.par.5.recent.deciſ.50.ſub numer.8.inter im-
preſſ.poſt Viuian. de iurepatr.& in Ciuitaten.Benefi-
cij 26. Martij 1632.coram bon.me.Motmanno.*

Et in caſu noſtro adeſt alia diſparitas ſub-
ſtantialis, quia ſubrogatio Damiani eſt pura;
prouiſio verò aduerſarij eſt conditionalis, *dum
modo videlicet Parochialis verè & Canonicè Archi-
presbyteratui vnita ſit & non alias,* ideoq; eo mi-
13 nus† venit attendenda ante purificatam con-
ditionem, quamuis enim vt quis ſit legitimus
14 contradictor † ſufficiat ſummaria & appa-
rens probatio tituli quidquid dicẽdum eſſet
ſi ageretur de illius canonizatione, vel execu-
tione *Buratt.deciſ.122.num.8.* opportet tamen
quod titulus ſit purus vel purificatus, quia
15 conditio donec pendet † nihil ponit in eſſe
Lotther.d.lib.3.quæſt.13.num.76.& 77. vbi decla-
16 rat procedere quando conditio † eſt appoſita
in ipſo decreto *Rot.in Lucana Maiuſculatus 7.Iu-
nii 1585. coram bon.me. Orano impreſſ. apud Mar-
cheſ.tom.1.fol.471.num.4.& in Tiraſonen. Cappel-
laniæ 13. Martii & 7.Aprilis 1606.coram Eminen-
tiſſ. D.Card. Io.Baptiſta Pamphilio §. nec potuit in
fin.& §.ſeq. relat.à Modern. Bononien. de legit. con-
tradict.quæſt.15.num.23.& 24.*

Et ita deciſum vna tantum parte informante, alia tamen pluribus citationibus laceſſita.

LEODIEN. PAROCHIALIS.

Merc. prima Iulii 1643.

Argumentis deſume ex Summarijs:

1 *Poſſeſſio Inſtrumentalis ſufficit ad manutentionem obtinendam, non docto quod tempore captæ poſſeſſionis eſſet plena, & ab alio occupatam.*

2 *Procurator conſtitui poteſt etiam mediante epiſtola.*

3 *Manutentio eo magis danda eſt Beneficiato ſi vltra poſſeſſionem Inſtrumentalem, docet de titulo prouiſionis Apoſtolicæ, & mandato executoris litterarum Apoſtolicarum de immittendo in poſſeſſione.*

4 *In ſummariiſſimo poſſeſſorio non eſt neceſſaria exhibitio tituli, nec minus in beneficialibus.*

DECISIO CXLVII.

MANDATVM de manutenendo Rota
cenſuit dandum eſſe Arnoldo in poſ-
ſeſſione rectoriæ Parochialis Eccleſiæ loci de
Glendeux quia produxit publicum Inſtrumẽ-
tum poſſeſſionis, captæ organo Ioannis eius
1 legitimi Procuratoris, quod ſufficit † ad ob-
tinendam manutentionem non docto, quod
tunc poſſeſſio eſſet plena ab alio, *l. prædia vbi
not. omn. ff. acquir. poſſ. Put. deciſ. 650. numer.4.
lib.1.Cæſar. de Graſſ. deciſ. 522. de cauſ. poſſeſſ.&
propr.*

Et de mandato Procuræ Ioannis ſpe-
ciali ad capiendam poſſeſſionem conſtat ex
Epiſtola ſcripta ac ſubſcripta manu ipſius Ar-
2 noldi, per quam † vtique potuit Procurator
conſtitui, *l.1.§.Procurator autem ff.procur.clem.1.
eod.tit.l.1.in princ.ff.mand.l.cum §.Iulianus quoque,
ff.Conſt.pec. Pariſ. conſ.47. num.14.lib.1.Caputaq.
deciſ.397.num.1.par.3.*

3 Accedente alterius titulo † prouiſionis
Apoſtolicæ ad fauorem Arnoldi, & mandato
executoris litterarum Apoſtolicarum, licet
in hoc ſummariiſſimo poſſeſſorio, neque in
beneficialibus neceſſaria ſit exhibitio tituli,
*Rot.deciſ.698.num.3.par.2.recent.deciſ.242.nu.16.
inter impreſſ.poſt Cinc.de cenſ.dec.323.num.2.coram
ſa.me.Greg.XV.dec.112.num.8.poſt tract. Modern.
Perus de manut.*

Et ità deciſum Arnoldo tantum informante, & pluries citato Natali aduerſario.

LEODIEN. BENEFICII.

Merc. 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Attentata dicuntur geſta poſt inhibitionem Rotalem, & appellationem interpoſitam, præſertim, ſi Iudex à quo appellationi detulit, & ſignatura cauſā appellationis ſimpliciter commiſit, quæ commiſſio operatur vt omnia medio tempore geſta à die ſententiæ ſint attentata. Sequeſtrum de ſtylo Rotæ paſſim apponitur, conſtito de attentatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſunt omnia geſta poſt inhibitionem Rotalem legitimè executam.*

2 *Attentata dicuntur geſta poſt appellationem interpoſitam.*

3 *Præſertim quando Iudex à quo appellationi detulit, & ſic tota Iuriſdictio ex tunc delata fuit ad Iudicem appellationis.*

4 *Signatura Iuſtitiæ ſi cauſam appellationis ſimpliciter commiſit, commiſſio implicitam habet declarationem, quod ſententia erat appellabilis, & retrotrahitur ad diem ſententiæ itaut quæ medio tempore geſta fuerunt ſint attentata, non ſecus ac ſi ab initio emanaſſet.*

5 *Attentare non dicitur collitigans, ſi capit poſſeſſionem extraiudicialiter à non collitigante.*

6 *Priuilegium ſeu Indultum ſan. mem. Leonis X. conceſſum Archidiacono Leodien. fuit poſt modum reuocatum per Conſtitutionem ſan. mem. Pij V.*

7 *Tertius etiam attentat intrudendo ſe in poſſeſſione rei, de quà litigatur, & talis intruſio via attentatorum reuocanda.*

8 *Sequeſtrum ſemper conceditur, conſtito de attentatis iuxta ſtylum Rotæ.*

9 *Præſentatio facta à patrono habente Iuriſdictionem in loco beneficij, & in quo cadit præſumptio vſurpationis attendi non debet.*

10 Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9. *procedit in quolibet habente perpetuam Iuriſdictionem.*

11 *Et locum habet tam in petitorio, quam in poſſeſſorio.*

DECISIO CXLVIII.

POST quam Lambertus de Gland vti præſentatus à Domicella Maria de Lauemfoſſe obtinuerat inſtitutionem ad beneficium de quo agitur eiuſque actualem poſſeſſionem cæperat.

Inſurrexit Henricus Petitia præſentatus à Seruatio Laſſerna, & moto Iudicio coram Ordinario reportauit ſententiam fauorabilem quam deinde in gradu appellationis confirmauit Iudex delegatus.

A cuius ſententia, licet ſtatim appellaſſet Lambertus, & Iudex appellationi detuliſſet; nichilominus Henricus præuia narratiua litis, & ſententiarum fauorabilium reportatarum ſuplicauit Archidiacono Leodienſi pro obtinenda deſeruitura beneficij, & fructuum perceptione, & obtinuit.

Lambertus verò proſequendo appellationẽ interpoſitam curauit cauſam appellationis committi in Rota, pro vt commiſſa fuit ſimpliciter, & ſucceſſiuè inhibitionem Rotalem præſentari fecit aduerſario, qui habuit sè pro intimato, ſed non ideò ab innouationibus in futurum abſtinuit.

Hinc ad iſtantiam Lamberti propoſui dubium an conſtet de attentatis quæ ſint reuocanda, ità vt Lambertus ſit manutenendus, & Rota reſpondit conſtare de attentatis, & appoſito ſequeſtro videatur de bono iure.

1 Attentata enim ſunt omnia geſta † poſt inhibitionem Rotalem legitime executam *Acchill. dec. 29. num. 3. de appell. Put. dec. 395. lib. 2. Caputaqu. dec. 93. par. 2. Rot. dec. 74. numer. 3. part. 1. recent.* & etiam deſeruitura ac fructuum per-
2 ceptio antea obtenta† ab Archidiacono Leodienſi poſt appellationem à Lamberto interpoſitam *cap. non ſolum de appell. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. in præfat. in fin. Rot. dec. 173. numer. 3. dec. 598. num. 1. par. 1. recent. dec. 102. num. 5. par. 5.*

3 Eo magis quia Iudex detulit appellationi, † & ſic tota Iuriſdictio ex tunc delata fuit ad Iudicem appellationis *cap. cum appellationibus §. ſi verò de appell. in 6. Felin in cap. qualiter, & quando il 1. num. 14. de accuſ. Lancell. par. 2. cap. 12. lim. 1. num. 66. & ſeqq. Rot. dec. 562. in fin. part. 2.*
4 *recent.* nec non quia poſtmodum Signatura † cauſam appellationis commiſit ſimpliciter, quæ commiſſio cum habeat implicitam declarationem quod ſententia erat appellabilis retrotrhaitur ad diem ſententiæ; ità vt quæ medio tempore geſta fuerunt ſint attentata, non ſecus ac ſi ab initio emanaſſet *Lancell. dicto cap. 12. ampl. 19. num. 1. & fuit pluries deciſum vt per Add. ad Buratt. dec. 902. num. 6. & in Leodien. beneficij 4. Iulij 1642. coram me.*

Nec obſtat quod Archidiaconus Leodien-
5 ſis non eſſet in cauſa, & collitigans† accipiens poſſeſſionem extraiudicialiter à non collitigante non attentet *Lancell. de attent. par. 1. cap. 3. num. 55. & ſeqq. Rot. dec. 342. num. 5. par. 1. recent.* Quia Archidiaconus nõ poſſidebat, nec potuit ſe intrudere in perceptione fructuum, aut in concedendo deſeruitura beneficij cum priuilegium ſan. mem. Leonis X. cui inniti-
6 tur † fuerit reuocatum per Conſtitutionem ſan. mem. Pij V. vt fuit deciſum in *Leodien. Parochialis 4. Martij 1613. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Io: Baptiſta Pamfilio Leodien. Parochialis 13. Ianuarij 1631. coram bon. mem. Cocc. & in dicta Leodien. beneficij 4. Iulij 1642. coram me,*
7 & etiam tertius attentat † intrudendo ſe in poſſeſſione rei de qua litigatur ac talis intruſio reuocanda eſt via attentatorum *Lancell. de attent. par. 1. cap. 3. num. 69. Caſſad. dec. 9. numer. 5. de cauſ. poſſ. & propr.*

8 Conſtito autem de attentatis † intrat ſequeſtrum iuxta ſtylum Rotæ de quo *Garz. de benef. par. 9. cap. 4. num. 22. & ſeqq. Caſſad. deciſ. 3. nu. 6. de reſt. ſpoliat. Caputaqu. dec. 157. par. 3. Cæſ. de Graſſ. dec. 2. num. 1. de appell. Rot. dec. 503. num 1. & 2. par. 1. recent.*

Et Domini quo ad ſecundam partem dubij mandarunt, quod videatur de bono iure, quia Lambertus nititur præſentationi factæ à
9 Domicella, in qua propterea cadit † præſumptio vſurpationis *iuxt. diſpoſitionem Sacr. Conc. Tridentini ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* quod pro-
10 cedit † in quolibet habente perpetuam Iuriſdictionem *Conz. ſuper reg. 8. gl. 18. num. 66. verſ. ex his perſonis Caputaqu. 128. n. 1. par. 2. Rot. dec. 53.*
11 *num. 2. & 6. part. 1. recent.* & habet locum† tam in petitorio quam in poſſeſſorio *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 198. & par. 5. cap. 5. num. 138. Barboſ. in collect. ad Conc. Trid. dicta ſeſſ. 25. cap. 9. num. 1. in fin. & num. 39. Rot. dec. 421. num. 1. deciſ. 756. num. 3. par. 2. recent.*

Et ità deciſum Lamberto tantum informante aduerſario tamen pluries citato.

FLORENTINA HORTI.

Merc. 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Sententia in Iudicatum tranſacta poteſt ex cauſa executioni demandari ſuper alia re, quam petita, ſi ſuper re petita fieri nequit executio, ſaltim donec fiat reſtitutio rei petitæ, nam in Iudicio reiuenditionis reus dum habet facultatem reſtituendi poteſt preciſe cogi rem ipsā reſtituere etiam captis pignoribus. Iuramentum in litem datur actori pro æſtimatione, & quantitate, pro qua eſt facienda executio.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in iudicatum tranſacta habet executionem paratam.*

2 *Ac parit actionem perſonalem iudicati vel infactum, quia conſenſus litigatorum in Iudicium importat quaſi contractum, & obligationem parendi iudicato.*

3 *Amplia etiamſi ſententia lata fuerit in actione reali.*

4 *Sententia continens mandatum de immittendo, & amouendo reſpectiue continet etiam relaxationem mandati pro reſtitutione rei, quia reſtitutio venit ex natura rei vendicationis.*

5 *Sententia quando executioni mitti non poteſt ſuper re petita, tunc poteſt fieri executio ſuper alia re quam petita præuia ſummaria cognitione.*

6 *Saltim donec fiat reſtitutio rei petitæ.*

7 *Reus in Iudicio rei vendicationis, dum habet reſtituendi facultatem poteſt preciſe cogi rem ipſam reſtituere.*

8 *Amplia etiam captis pignoribus, vt fit contra non parentes ſententiæ Iudicis aliquid fieri præcipienti.*

9 *Iuramentum in litem etiam affectionis datur actori, vt ſolet quando, reus poteſt ad aliquid præciſe compelli, & redditur ratio num. 10.*

11 *Iuramentum in litem datur in Iudicio rei vendicationis pro executione iudicati.*

12 *Reus non debet ex propria mora, & culpa melioris fieri conditionis.*

13 *Cauſa exequendi ſuper alia re quam petita eſt, ſi res petita reperitur in loco vbi difficile eſt faciendi executionem.*

14 *Notoria ſufficit quod allegentur abſque alia probatione.*

15 *Executio ſuper alia re quam petita ſi fieri prætenditur tunc non eſt neceſſaria noua litis conteſtatio, ſed ſolū qualis qualis petitio, quæ ſatis eſt quādo petitur executio ſententiæ coram eodem Iudice, vel quando proceditur ſummariè, & num. 16.*

Litis conteſtatio neceſſaria non eſt vbi ſummariè proceditur, ſed qualiſcumque petitio ſufficit ibid. numero 16.

DECISIO CXLIX.

SENTENTIAM Rotalem, qua pronunciatum fuit Hortum de quo agitur ſpectare ad Petrum Ioannem de Cambijs, Rota cenſuit exequendam eſſe ſuper bonis ſtabilibus Bernardi rei conuenti in agro Romano.

Habet enim ſententia in iudicatum tran-
1 ſacta † exequutionem paratam, *l. poſt rem iudicatam ff. de re indic. Neuizz. conſ. 4. num. 9. & 11. Aſin. in prax. §. 7. lim. 5. numer. 2. cap. 2.* paritque
2 actionem perſonalem † iudicati vel in factū, quia conſenſus litigatorum in iudicium importat quaſi contractum, & obligationem parendi iudicato *l. actori 8. C. de reb. cred. l. 3. §. idem ſcribit ff. de pecul. & ibi Bart. numer. 1. & 7. in fin. Ang. in fin. Salic. ad med. verſ. nec obſtat Barz. dec.*
3 *23. numer. 17.* etiam ſi ſententia † lata fuerit vt in caſu noſtro in actione reali *l. miles §. fin. ff. de re iud. & ibi Cuman. num. 2. poſt med. Alex. n. 9. in fin. Iaſ. num. 7. verſ. contrariam opinionem gloſ. vlt. in l. nam, & poſtea §. fin. ff. de Iure iur.*

Et cum ſententia declaret Hortum ſpectare ad Petrum Ioannem, & aduerſarium ab eius occupatione amouendum eſſe, ac manda-
4 tum de immittendo, † & amouēdo reſpectiuè, & aliud quodcumque neceſſarium relaxet continet etiam relaxationem mandati pro reſtitutione Horti, quia reſtitutio venit ex natura reiuendicationis *l. officium 9. ibi, neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere ff. rei vendic. & ibi Bart. num. 4. ex glo. in l. Pomponius §. ſi is qui præcario ff. acq. poſſ. verſ. item an hic Fab. de error. pragmat. par. 1. deciſ. 13. err. 4. num. 3. & 9.*
5 Quod quia exequutioni mitti non poteſt † ſuper ipſo Horto exequenda venit ſuper bonis ad aduerſario poſſeſſis in Agro Romano. Nam ex cauſa fieri poteſt executio in alia rè, quam petita præuia ſummaria talis cauſæ cognitione *Ang. in l. 1. num. 28. C. de iudic. Rom. conſ. 270. nu. 4. ex tex. in l. qui reſtituere ff. rei vendic.* vbi, quod fieri poteſt executio in eiuſdem rei ex-
6 timatione ſaltem donec fiat † reſtitutiō rei petitæ *ad text. in l. 1. & tot. tit. ff. vt in poſſ. legat. ſeù fideicom. Rot. in Romana Cenſus 14. Iunij 1636. coram bon. mem. Pirouano impreſſ. part. 7. rec. deciſ. 150. num. 20.*
7 Cumque reus in iudicio rei vendicationis † dum habet reſtituendi facultatem, rem ipſam reſtituere, poſſit preciſè cogi *Bart. in l. ſtipulationes non diuid. num. 38. ff. verb. obligat. Curt. Iun. in terminis condemnati per ſententiam Iudicis in l. in actionibus ſub num. 22. verſ. vel etiam ex Iudicis ſententia ff in lit. iuran. adden. ad Alex. conſ. 214. litt. I.*
8 *lib. 7.* etiam captis pignoribus † vt fit contra non parentes ſententiæ Iudicis aliquid fieri præcipienti *Vinc. de Franc. deciſ. 310. num. 1. quem ſequitur Facchin. conſ. 63. num. 1. lib. 3.*

Executio facienda eſt pro extimatione, &
9 quantitate quam iurauerit actor, † cui defertur iuramentum in litem etiam affectionis, vt ſolet quando reus poteſt præciſè compelli *Curt. in punct. in dicta l. in actionibus ſub numer. 22. Helfric. Hunn. in tract. de rer. extim. quæſt. 7. in princ.*
10 *vbi dicit rationem,* † quia niſi in hoc Iudicio

permitteretur Domino iure iurando in litem
rei ſuæ pro ſuo arbitrio prætium ſtatuere, co-
geretur inuitus re ſua carere, aut iuſto prætio
illam vendere contra id quod ad litteram
*diſponitur in l.ſi Tutor.ff.de in lit.iuran. & in l. non
enim ff. act.rer. amot.* & quod pro exequutione
11 iudicati, in Iudicio rei vendicationis detur
Iuramentum in lite notat *Fab.de error.pragmat.
part.1.dec.17.error.6.nu.6.* eo magis in caſu no-
ſtro quo Rota declarauit actorem non eſſe
cogeñ ad recipieñ prætium Horti, prout con-
demnauerat ſententia D. Nuncij Florentiæ
ſi enim executio fieret ſolum pro iuſto præ-
tio, hoc eſſet exequi dictam ſententiam, quam
Rota reuocauit, & aduerſarius ex propria
12 mora, † & culpa melioris fieret conditionis
vt bene ad propoſitum aduertit *Fab.d.deciſ.17.
error.6.ſub num. 1. verſ. nec vnquam.*
13 Cauſa autem exequendi † in alia re quam
petita in caſu noſtro eſt patens, quia Hortus
ſitus eſt in Ciuitate Florentiæ, vbi ſimiles
exequutiones fieri difficile eſt *vt dixit Rota dec.
14.ſub num.3.part.2. recent.* & impoſſibile hiſce
temporibus bellorum, quæ cum ſint noto-
14 ria † ſufficit quod allegentur abſque alia pro-
batione *glo.in clem.appellanti verbo alias de appel-
lat.Fel.in c.cum ordinem nu.11.& ſeq.de reſcr. Dec.
conſ.356.num.4.verſ.2.reſpondetur Afflic. deciſ. 50.
num.5.Surd.deciſ.259.num.14.*
Neque pro huiuſmodi executione obtinen-
15 da opus fuit noua conteſtatione litis, ſed ſolũ
quali quali petitione, quę ſatis eſt quando pe-
titur executio ſententiæ coram eodem Iudice
*Felin. in cap.1.num.7.in 5. fallen.de lit. conteſt. vbi
Socc.num.41.Alex.in l.inter dies num.4 ff. rei iudic.
Aſin.in prax.§.4.cap.3.num.1.Surd. de alim. tit. 3.
quæſt.9.num.6.Grat.diſc.66. numer. 24.* Vel quan-
16 do proceditur ſummariè *Clem. ſępe de verb.ſi-
gnif. Abb.in cap.fin.numer.10. de off.Iud.Marant. in
prax.par.4.diſt.9.num.20.Surd.de alim. tit.8.priuil.
2. num. 5.*
Et ità deciſum vna tantum parte informan-
te, quia alias pluries citata nõ comparuit, &c.

FIRMANA PENSIONIS.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria calumnioſe petita denegatur, & ex quibus calumnia conuincatur?

SVMMARIVM.

1 *Calumnia in petenda remiſſoria licet ceſſet ſi illam petens obtinuit ſententiam contra ſe nihilominus ſi dicta ſententia fuit reuocata, & neceſſariæ erant nouæ probationes, & tamen non fuerunt procuratæ adhuc viget illius ſuſpicio.*

2 *Calumnia petentis remiſſoriam ſatis conuincitur, ſi illa petatur in vltimis inſtantijs, & poſt ſeruatos terminos, & exequutas citationes ad ſententiam, maximè ſi remiſſoria fuit alias obtenta, non tamen expedita.*

3 *Remiſſoria calumnioſe petita dicitur ſi illam petens non curauit aliam præcedenter obtentam expedire. Item calumnia conuincitur, ſi remiſſoria petatur ad differendam cauſæ expeditionem ibid.*

4 *Remiſſoria peti poteſt in gradu reſtitutionis in integrum.*

5 *Remiſſoria denegata in gradu reſtitutionis in integrum amplius peti non poteſt poſt rem iudicatam.*

6 *Calumniæ præſumptio augetur ſi remiſſoria petatur poſt quam dicta teſtium fuerunt didicita, & plene diſcuſſa, ac emanauit deciſio Rotalis.*

7 *Calumnia petentis remiſſoriam ex pluribus cauſis à Iudice deduci ſolet.*

8 *Remiſſoria datur etiam poſt didicita teſtificata ſuper articulis diuerſis, & quando concurrit fauor Eccleſiæ, & num.9.*

10 *Item quando tendit ad probandum maiorem vel minorem valorem.*

11 *Remiſſoria non datur poſt didicita teſtificata quando vltra publicationem teſtium concurrit etiam eorum diſcuſſio, & alia conſiderantur, quæ calumniam conuincunt.*

12 *Calumniæ vehemens ſuſpicio in quacumque materia ſufficit, vt denegetur remiſſoria etiam ſuper articulis releuantibus.*

13 *Amplia quamuis illa petatur ab Eccleſia, & tendat ad probationem maioris vel minoris valoris.*

14 *Examen ſecundum non eſt neceſſarium ſi Teſtes examinati in primo examine concludunt in dicto, quo caſu ſecundum cenſetur calumnioſe affectatum.*

15 *Remiſſoria datur pro faciendo ſecundo examine quando primum examen eſt nullum ex defectu citationis.*

16 *Amplia quamuis altera pars nullitati examinis renunciauerit.*

17 *Declara ampliationem non procedere quando coniecturæ calumniam ſuadentes concurrunt, nec renunciatio nullitatis examinis emanauit ad inſtantiam actoris.*

18 *Actor cogendo reum, vt mediante Iudicis decreto declaret examen teſtium validum, ſequuta declaratione amittit facultatem conuolandi ad aliud remedium noui examinis.*

19 *Remiſſoria ſi petatur ad probandum valorem beneficij, tunc articuli continere debent omnes redditus dicti Beneficij.*

DECISIO CL.

PLACVIT Dominis deciſio edita 12.
Maij 1642. eiuſque fundamenta pro de-
negatione remiſſoriæ. Siquidem vehemens
1 ſuſpicio calumniæ reſultans † ex diuturnitate
temporis quo lis acta fuit coram diuerſis Iu-
dicibus, & in pluribus iſtantijs nuſquam pro
parte Plebani procurata remiſſoria, non eli-
ditur ex quo prima ſententia emanauerit ad
fauorem Plebani, quia reuocata deinde fuit
per tres alias conformes, quarum prima ſatis
erat vt Plebanus agnoſceret ſe egere alijs pro-
bationibus nec tamen integro ferè biennio
quo litigatum fuit in tertia inſtantia remiſſo-
riam petijt, imò nec in quarta iſtantia niſi poſt
2 ſeruatos terminos ſubſtantiales, & plures ci-
tationes ad ſententiam, & licèt tunc remiſ-
ſoriam obtinuerit nõ tamen expediri curauit

ponit

prout ſuis ſumptibus curare debebat *Io: And. in add. ad ſpecul. ſub rub. qualiter ſunt teſt. produc. n. 12. verſ. quoniam Caualer. deciſ. 254. num. 3.* & com-
modè poterat, quià Iudex per bimeſtre, &
amplius diſtulit ferre ſententiam, quæ mora
3 in expedienda remiſſoria † ſemel obtenta ma-
gis demonſtrat petentis calumniam *ad tex. in l. non ignoret, & ibi gloſſ. verbo pro calumnia Cod. fruct. & lit. expen. & in cap. exceptionem cum gloſſ. verbo qui ſi eam omiſerit ibi propter dolum ſuum de except. Bald. ibid. num. 1. Felin. in cap. ſignificantibus num. 25. in fin. de libell. oblat.*

Iuncto maximè quod in alijs iſtantijs præ-
cedentibus neque in ſubſequēti quinta inſtan-
tia in gradu reſtitutionis in integrum remiſ-
ſoria petita fuit, ſignum euidens quod petitio
in quarta inſtãtia tendebat ſolum ad differen-
dam expeditionem cauſæ tunc imminentem,
& ſic calumnioſè *Rot. deciſ. 356. in fin. corã ſa. me. Greg. XV. deciſ. 322. part. 3. diuerſ. deciſ. 111. num. 7. part. 6. recent.* alioquin enim Plebanus haud ne-
glexiſſet ſucceſſiuè in gradu reſtitutionis in
integrum vt reſtitutionis cauſas coadiuuaret
quin potius ſollicitaſſet celerius conceſſio-
4 nem remiſſoriæ quam poterat † quidem ob-
tinere coram eo Iudice *Caualer. deciſ. 170. nu. 2. deciſ. 425. num. 3. Buratt. deciſ. 555. num. 4.* ſed ſi
5 tunc ſuccubuiſſet † ſperare amplius non po-
terat poſt rem Iudicatam *Caputaq. dec. 51. par. 3. Caualer. deciſ. 208. num. 1. dec. 250. num. 3. Rot. inter. recent. deciſ. 406. num. 2. in fin. part. 2. dec. 125. nu. 10. part. 5. deciſ. 217. num. 2. part. 7.*

Sed pręterea nequè in ſexta inſtantia petita
6 fuit remiſſoria, niſi poſtquam dicta teſtium †
examinatorum pro Penſionario fuerant didi-
cita, & plenè diſcuſſa, ac deſuper emanauerat
deciſio Rotalis id quod auget pręſumptionē
calumniæ *Rot. dec. 41. ſub num. 35. & nu. 36. par. 7. recent.* quæ vltrò incaleſcit, quia Plebanus non
contenrus diù ac per ſex inſtantias defatigaſſe
penſionarium in Iudicio Ciuili excitauit etiã
criminale, in quo viginti duos teſtes exami-
nauit, ſed etiàm ibi ſuccubuit: ex quibus om-
nibus ſimul iunctis accedente etiàm quod
duo præſertim teſtes penſionarij ſpecificè ac
diſtinctim deponunt de valore Plebanię quod-
què illa in præteritum maiori penſione gra-
uata fuerat, & poſtea redditus aucti fuerunt
ob recuperationem cuiuſdam prati, conuin-
7 citur vehementiſſima Plebani calumnia †
quam Iudex ex pluribus cauſis deducere ſo-
let *Caſſad. deciſ. 3. in fin. de dilat. Mant. deciſ. 312. num. 10. Rot. dec. 575. numer. 3. par. 5. recent. deciſ. 41. num. 34. part. 7. recent. & in alijs allegat. in adnot. ad deciſ. 606. num. 34. part. 5. recent.*
8 Non obſtat quod poſt didicita † teſtificata
datur remiſſoria tùm ſuper articulis diuerſis
Greg. XV. deciſ. 121. num. 3. Buratt. deciſ. 163. nu. 3.
9 tum fauore † Eccleſiæ vt fuit dictum in
Vigleuanen. locationis 5. May 1596 coram bon. mem. Corduba, & in Seguntina mediæ annatæ 12. Iunij 1598. coram bon. mem. Litta; tùm ad proban-
10 dum † maiorem vel minorem valorem
Bart. in l. cum furti num. 4. ff. in lit. iuran. Rot. d. deciſ. 41. num. 19. part. 7. recent.

Nàm in caſu noſtro vltra publicationem
11 teſtium, † concurrit etiam eorum diſcuſſio,
& alia plura ſupra enumerata argumenta ca-
12 lumniæ, cuius vehemens ſuſpicio † in qua-
cumquè materia ſufficit vt denegetur remiſ-
ſoria etiam ſuper articulis releuantibus *Seraph. deciſ. 1460. num. 1. Rot. deciſ. 235. numer. 6. part. 5. recent. & in Anconitana Cenſus 26. Ianuary 1635.*
13 *coram bon. mem. Merlino;* etiamſi † petatur ab
Eccleſia ac tendat ad probationem maioris
vel minoris valoris vt in ſpecie declarat alle-
gata *deciſ. 41. num. 20. iuncto num. 33. part. 7. recent.*
in qua deciſione concurrebant ferè eadem
quæ in preſenti, & ſub num. 40. quamuis ar-
ticuli eſſent releuantes, & daretur fumus arti-
culatorum, denegata nihilominus fuit remiſ-
ſoria attenta qualitate facti.

Vnde nil facit quod ex teſtibus examinatis
ſine citatione partis ad inſtantiam Plebani de-
tur fumus valoris articulati, eo minus quia
ſunt ijdem met teſtes examinati in Iudicio
14 criminali, qui ſi concludunt in dicto † vt ex-
aduerſo ſupponitur, Plebanus non eget ſe-
cundo examine, ſin minus calumnioſè illud
affectat *Seuer. de remiſſ. cap. 6. num. 2. Bocc. eod. tract. cap. 3. num. 27. Rot. deciſ. 367. num. 2. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 235. num. 1. part. 5. recent. deciſ. 306. num. 6. & 7. part. 6.*

Et quatenus replicatur quod primum exa-
15 men eſt nullum † ex defectu citationis ideoq;
danda eſt remiſſoria vt fiat ſecundum *Rot. dec. 13. de teſtibus in nou. Caualer. deciſ. 425. numer. 2.*
16 quamuis penſionarius nullitati examinis †
renunciauerit *Put. deciſ. 236. lib. 1. in correctis,*
vbi quia examen factum erat nullum conceſ-
ſa fuit remiſſoria ſuper eiſdem materijs poſt
publicationem teſtium non obſtante quod
alia pars renunciaſſet exceptioni nullitatis ea
ratione, quia per huiuſmodi renunciationem
tolli non potuit ius iterum examinandi quęſi-
tum actori ob nullitatem primi examinis, &
poterit actor dicere ſi in primo examine non
probaui probabo in ſecundo.

Facilis eſt reſponſio cum caſus deciſionis
Putei longè diſtet à noſtro, ibi enim neque
17 concurrebant aliæ coniecturæ Calumniæ, †
nequè renunciatio nullitatis ſeu declaratio
habendi examen pro ritè facto emanauerat ad
inſtantiam ipſius actoris, qui nimirum eli-
gendo viam talis declarationis, & cogendo
18 reum † mediante iudicis decreto vt declaret
examen validum, ſecuta hac declaratione
amiſit facultatem conuolandi ad aliud reme-
dium noui examinis iuxta *text. in l. quod in hærede §. eligere ff. tribut. act. Dec. conſ. 146. nu. 6. Maran. de Ord. Iudic. 6. part. tit. & producuntur ſcripturæ num. 31. & diſputat. 6. num. 3. & 24. Capic. dec. 119. num. 6. Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 255. num. 7. & in his terminis fuit denegata remiſſoria in Pacen. Collegij prima Iuly 1639. coram R.P.D. meo Royas.*

Accedit quod nec articuli ſunt releuantes
19 cum non fuerint articulatæ omnes terræ, † ac
redditus Plebaniæ vt ponderat *prima deciſio §. ſed præterea;* quæ tollit etiam obiectum præ-
tenſarum expenſarum pro colligendis fructi-
bus iterum à Plebano deductum, & additur
quo ad expenſam factoris non bene eius

neceſſitatem elici ab exemplo Curij anteceſſoris, quia pars ipſa fatetur quod illæ vltra Plebaniam poſſidebat ſimplex beneficium aliaquè bona patrimonialia, & negotiabatur mutuando frumentum ideoquè non mirum ſi factore indigebat. Expenſa verò Cappellani eſto quod illi daretur ſalarium ſcutorum decem ac etiam medietas incertorum aſcendens ad ſcuta duodecim non releuat, cum adhuc ea deducta remaneat valor Plebaniæ in ſcutis vltra 200. vt patet ex deciſione emiſſa 10. Iunij 1641. coram bon. mem. Merlino.

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

BONONIEN. DOTIS.

Lunæ 16. Nouembris 1643.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio dotis facta ab hæredibus primi viri vxori, præſente, & conſentiente ſecundo viro, an cenſeatur ſecundo viro acquiſita, ſtante præſertim ſtatuto loci, quod dos data primo viro cedat in dotem ſecundi viri? dos à principio conſiſtens in pecunia, vt poſſit transferri in fundum dotalem duo copulatiuè concurrere debent, nempè conſenſus coniugum quodque vtiliter fiat. Et ex quibus conſenſus excludatur? Solutum in cauſam fructuum vltrà ſummam debitam minuit ipſo Iure creditum ſortis miniſterio legis, & fit imputatio ſingulis annis, itaut quolibet anno pro rata exceſſus ſors decreſcat. Diſtinctio inter vſuras fauorabiles, & odioſas quo caſu procedat?

SVMMARIVM.

1 *Interuſuria dotalia indebitè ſoluta, & quæ ſine labe vſurarum retineri non poſſunt reſtitui debent, quamuis ſpontè, ac ſcienter fuerint ſoluta.*

2 *Maritus præſumitur percepiſſe fructus bonorum, quæ ſimul cum vxore poſſedit.*

3 *Res de conſenſu vtriuſque coniugis acquiſita ex pecunia dotali efficitur dotalis.*

4 *Statutum Terræ Centi* lib. 3. rubr. 15. *diſponit, quod dos data pro primo matrimonio cedat ipſo iure in dotem ſecundi viri, & in quem tranſeant abſque alia ceſſione omnes actiones competentes pro recuperatione dotis.*

5 *Secundus vir, cui vigore ſtatuti competit actio pro recuperatione dotis ab hæredibus primi viri, ita ſuccedere dicitur in dominio bonorum, quæ à debitoribus dotis tradita fuerunt.*

6 *Solutio rectè fit ei, cum quo contractus celebratus fuit, licet dominium ſpectet ad alium.*

7 *Dos reſtituta vxori ab hæredibus primi viri præſente, & conſentiente ſecundo viro eidem acquiſita dicitur, ex quo pro traditione dotis ei actio competebat.*

8 *Clauſula* ad habendum *præbet facultatem alienandi.*

9 *Fundus dotalis alienari nequit.*

10 *Clauſula* ad habendum *appoſita in Conſtitutione fundi dotalis intelligitur ſecundum ſubiectam materiam, ſcilicet de alienatione vtili de conſenſu coniugum.*

11 *Dos ſi primo viro conſtituta fuit in pecunia eodem modo cenſetur conſtituta ſecundo, itaut repetitio dotis à primo in ſecundo matrimonio fiat cum eiſdem qualitatibus primæ conſtitutionis.*

12 *Dos conſiſtens in pecunia poteſt conſtante matrimonio transferri in fundum dotalem.*

13 *Declara hoc procedere quando duo copulatiuè concurrunt, nempè conſenſus coniugum, & quod vtiliter fiat.*

14 *Mulieri vtilius eſt habere dotem in pecunia, quam in fundo dotali, cum primo caſu habeat hypothecata omnia bona viri pro reſtitutione dotis.*

15 *Dos conſiſtens in pecunia numquam transfertur in fundum dotalem ſi deficit conſenſus viri, nec conſtat de traditione.*

16 *Dos non debet diuerſo Iure cenſeri.*

17 *Voluntatis declaratio ad hunc colligitur ex actu nullo.*

18 *Secundus vir licet vigore ſtatuti actionem habeat pro recuperanda dote ab hæredibus primi viri, hoc procedit quatenus ſecundus vir, vti velit, ſecus autem eo inuito.*

19 *Præſentia ſecundi viri in reſtitutione dotis facta vxori ab hæredibus primi viri cenſetur adhibita ad maiorem cauthelam.*

20 *Inſtrumentum plenè probat.*

21 *Solutum in cauſam fructuum vltra ſummam debitam minuit ipſo iure creditum ſortis miniſterio legis, quæ ſic ſolutum imputat ſtatim in ſortem abſq; alio facto hominis.*

22 *Solutum pro vſuris indebitis computatur directo in ſortem, ac ſi pro ſorte ſolutum fuiſſet, quoniam ſortis occaſione ſolutum fuit.*

23 *Interuſuria ſoluta vltra id quod ſors principalis importabat in eam computantur.*

24 *Et ſit imputatio in exceſſu ſingulis annis ipſo Iure, itaut quolibet anno pro rata exceſſus ſors decreſcat.*

25 *Vſuræ ſiue ſint fauorabiles, ſiue odioſæ vel debeantur propter moram, aut ſine mora ſemper faciunt in ſortem imputari, quod vltra illarum debitum fuit ſolutum.*

26 *Compenſatio fit ipſo Iure etiam in dote ad euitandum curſum vſurarum dotalium.*

27 *Diſtinctio inter vſuras fauorabiles, & odioſas affertur à DD. quando agitur de inducenda ipſo Iure compenſatione crediti ex vna cauſa cũ debito ex alia pariente vſuras ad euitandum curſum vſurarum.*

28 *Compenſare vnam creditum cum alio, & vſuras vltra earum debitum ſolutas in ſortem imputari ſunt termini longè diuerſi.*

29 *Creditum & debitum quando ex eodem contractu proueniunt potius dicitur calculus, quam compenſatio.*

30 *Maritus pro rata lucri dotalis tenetur ad funeris impenſas.*

31 *Valor monetæ calcularí debet ſecundum tempus, in quo cadebat ſolutio, & effectualiter fuit ſoluta.*

DE-

DECISIO CLI.

NVPSIT Claudia primum, Paulo Carandino cum dote ſcutorum 2500. auri in auro, & poſt eius obitum Com. Aloyſio Pepulo, cui conſtante iam per aliquot annos matrimonio promiſit dotem ſcutorum 5000. continuoque dum vixit ſoluit interuſuria dotalia.

Ea verò prædefuncta, & ſic purificato lucro dotali ad fauorem Comitis, quod ex diſpoſitione ſtatuti terræ Centi aſcendit ad medietatem dotis, egit ipſe Comes, & deinde Palmerij illius hæredes pro d. lucri ſolutione contra Carandinos hæredes Claudiæ, qui viceuerſa petierunt condemnari actores ad reſtitutionẽ interuſuriorum dotalium indebitè exactorum per Comitem, ſiquidem exegerat ille interuſuria pro tota dote ducatorum 5000. ſibi vt ſupra conſtante matrimonio promiſſa, cum tamen promiſſio eſſet nulla, & ſolum dos ſcutorum 2500. auri ſoluta primo viro cenſeretur data ſecundo.

Aſſumpta itaque cognitione prætẽſionum vtriuſque partis, fuit per ſententiam Rotalem coram bo: mem: Merlino, annullatum inſtrumentum promiſſionis dotis ducatorum 5000. declaratumque Dominos de Palmerijs teneri compenſare, ſeù reſtituere Dominis de Carandinis omnes, & ſingulas pecuniarum ſummas per Comitem Aloyſium exactas excedẽtes ratam ſcutorum 2500. auri, quæ ſententia confirmata fuit in gradu appellationis coram Eminentiſs. D. Cardinali Panzirolo, tunc noſtri ordinis Auditore.

Et cum ab hac ſecunda ſententia fuiſſet cõmiſſa cauſa appellationis R. P. D. meo Carillo, cum clauſula *non retardata ſolutione*, fuit propterea coram eodem D. Card. Panzirolo cæpta diſputatio ſuper liquidatione crediti, & propoſito deſuper particulari dubio reſolutum Carãdinos remanere creditores in libris 7971. pro qua ſumma petentibus illis relaxari mandatum coram me in cauſa ſubrogato, Palmerijs autem inſtantibus pro noua audientia, repropoſui de ordine Rotæ idem dubium, & hodie Domini vltimam deciſionem confirmarunt moti, quia interuſuria dotalia † quæ
1 indebitè per quindecim annos Claudia ſoluit Comiti ſecundo viro vltrà ratam ſortis ſcutorum 2500. auri verè debitam excedunt creditum lucri in ſummam librarum infradicendarum, quam Comitis hæredes ſine labe vſurarum retinere non poſſunt, & propterea reſtituere tenẽtur, etiamſi ſpontè ac ſcienter ſoluta fuiſſent, *Alex. conſ. 80. num. 10. & ſeqq. lib. 3. Riminal. Iun. conſ. 399. nu. 71. Surd. conſ. 327. nu. 51. Rot. deciſ. 4. num. 7. inter impreſſ. poſt Zacch. de ſociet. offic. & deciſ. 301. n. 29. par. 5. recent.*

Huiuſmodi autem exceſſum duplici fundamento deducebant informantes pro Carandinis. Primo quia nullatenus interuſuria dotis deberentur Comiti ſecundo viro, eo quod de anno 1597. hæredes primi viri dotem reſtituerant Claudiæ iam ſecundo nuptę in prædio nuncupato la Fioppa, in quod ex inde dos videbatur transfuſa, vt fuit firmatum in hac cauſa die 23. Ianuarij 1632. coram bo: mem: Merlino, eiuſdemque prædij fructus perce-
2 piſſe præſumitur Comes, † quia vna cum vxore poſſedit, *Seraph. deciſ. 1245. numer. 6. Rota inter rec. deciſ. 269. nu. 2. par. 1. & coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 40. num. 2.*

Sed in hoc Domini non fuerunt concordes aliquibus enim ponderando quod prædium ab hæredibus primi viri datum fuit in ſolutũ Claudiæ præſente, & conſentiente Comite arridebat opinio, quod dos prius conſiſtens in quantitate tranſiſſet in prædium, illudque ex tunc effectum fuiſſet fundus dotalis, † quia
3 rès de conſenſu vtriuſque coniugis acquiſita ex pecunia dotali efficitur dotalis, *l. vſque ex dotali ff. iur. dot. Alex. conſ. 49. num. 7. lib. 3. Mant. de tacit. lib. 12. tit. 27. num. 5. Giurb. ad conſuet. Meſſan. c. 4. gloſſ. 1. par. 1. n. 8. & ſeqq. Caualer. deciſ. 39. n. 4.*

Maximè cum ex diſpoſitione *Statuti Terræ Centi*, vbi celebratum fuit matrimonium, *lib. 3. rubr. 15.* dos data pro primo matrimonio cen-
4 ſerit ipſo iure in dotem ſecũdi viri, & in eum tranſierint abſque alia ceſſione omnes actiones competentes pro recuperatione dotis cõtra hæredes primi viri, ſicuti enim ſecundus
5 vir ſucceſſit in hiſce actionibus, † ita & in dominio prædij, quod earum vigore traditũ fuit à debitoribus dotis *ad text. in l. procuratore in rem dato ff. procur. l. ſi cum emptore §. ſed ſi ff. pact. Natt. conſ. 628. num. 23.* & ferè in puncto dixit, *Rota in Ferrarien. Manutentionis 28. Ianuarij 1641. coram bo. me. Pirouano §. quoniam etſi.*

Nec obſtat quod verba traditionis prædij in ſolutum dotis collata ſint in Claudiam, quia id factum fuit ex eo quod author tradẽtium cum Claudia contraxerat, & rectè ſol-
6 uitur ei † cum quo contractus celebratus fuit licet dominium ſpectet ad alium, *l. filius Cod. pact. Bald. in cap. in litteris num. 7. de reſt. ſpol. Crot. conſ. 24. num. 13. & 14. Surd. conſ. 43. num. 2. & deciſ. 60. num. 3. deciſ. 229. num. 11.* cæterum prædiũ quæſitum fuit viro, quo præſente, & con-
7 ſentiente † pro omni ſuo iure, & intereſſe debitores tradiderunt, & cui pro traditione competebant actiones, vt in his terminis *Rot. in d. Ferrarien. manutentionis, & ad propoſitum Ciriac. contr. 251. nu. 29.*

Minus obſtat clauſula *ad habendum* poſita in Inſtrumento traditionis, † quæ cum præbeat
8 facultatem alienandi, *Roland. conſ. 55. numer. 44. lib. 3. Rot. deciſ. 261. num. 4. par. 1. recent* repugnat
9 conſtitutioni fundi dotalis, † qui alienari non poteſt, *l. 1. §. & cum lex Cod. re vxor. act. Peregrin. conſ. 24. num. 6. lib. 3. Ciriac. controu. 10. n. 65. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 14. gloſſ. 2. num. 1.* Quia intelligitur de facultate alienandi vtiliter, † &
10 cum conſenſu cõiugis ſecundum ſubiectam materiam fundi dotalis, vt per *Dec. conſ. 614. num. 2. & 6. Signorol. conſ. 10. num. 1. Aym. conſ. 20. num. 15. Seraph. deciſ. 794. num. 8. Cocc. deciſ. 75. ſub num. 10.* Et eſto quod prædium non ſit fundus dotalis, ſatis eſt ad effectum de quo agitur, quod acquiſitum fuerit viro in ſatiſfactionem dotis, vt ex ea die vſuræ dotales amplius non currerent.

Alij verò ex Dominis contrariam ſententiam amplectebantur, † quia dos primo viro
11 conſtituta fuit in pecunia, & eodem modò cenſebatur conſtituta ſecundo, cum repetitio dotis a primo in ſecundo matrimonio fiat cũ eiſdem qualitatibus primæ conſtitutionis, *Phanucc.de lucro dot.gloſſ.10.ſub num.31.verſ.modo declarandum Ciriac.controu.527.n.57.& contr.528. num.6.& 7.Giurb.ad conſuet.Meſſan.cap.15 gloſſ.1. par.1.num.13.* Prædium autem datum fuit æſtimatum mulieri conſtante ſecundo matrimonio de quo tempore, licet dos conſiſtens in
12 pecunia † potuerit transferri in fundum dotalem, *l.ſi ei 26.l.ita conſtante 27.ff.iur.dot.l.ſi mulier 21.circa fin.l.cum maritus 29.in princip.ff.pact. dotal.Pariſ.conſ.128.nu.1.& ſeqq.lib.1.Ciriac.controu.251.num.35.* ad hunc effectum duo copulatiuè concurrere debuiſſent, nempè conſen-
13 ſus coniugum, & quod vtiliter fieret, *Barboſ. in l.1.par.5.num.9.ff.ſolut.matrim.Honden.conſ.41. num.27.lib.1. Rimin.Iun.conſ.776. num.29.& 30. Grat.diſcept.435.n.5.& 31.Giurb.ad conſuet.Meſſan.cap.4.gloſſ.1. par.1.nu.5. Capic.Latro deciſ.19. num.7.& ſeqq.*

At in caſu noſtro deſideratur vtrumque; quia de vtilitate non conſtat, & regulariter
14 vtilius eſt mulieri habere dotem in pecunia, quam in fundo, cum primo caſu habeat hypotecata omnia bona viri pro reſtitutione dotis *Rolan.conſ.92.nu.10. lib.2.Rubeus Alex.conſ.5. num.2. Cephal.conſ.351. num.33.& ſeqq. Honded. d.conſ.41.num.30.& 31.* Deeſt pariter conſenſus mariti, qui licet præſens fuerit Inſtrumento, prædium acceptaſſe non probatur, † imò vo-
15 luit creditum dotis in quantitate, & ſucceſſiuè exegit ſemper eius fructus in pecunia, ob quam rationem Rota in deciſione huius cauſæ 7.Februarii 1636.coram bon:me:Merlino, dixit pati magnam difficultatem præcedentẽ deciſionem, in qua dictum fuerat, quod dos data ſecundo viro conſiſtit in prædio. Augeturque hæc difficultas, quia ſecundo viro nuſquam traditum fuit prædium, vt ad hunc effectum requirebatur, *l.dotale 13.§.dotale ff.fund. dotal. Caſtr.in l.de diuiſione num.3. ff.ſolut.matrim. Buratt.deciſ.287.num.12.* & gratis dicitur fuiſſe poſſeſſum à Comite, quia poſſedit ſola Claudia, eaque mortua illius hæredes per quos, & hodie retinetur, & cum prædium non ſufficeret pro tota dote, eo minus veriſimile eſt, quod coniuges voluerint in illo dotem conſi-
16 ſtere, ne dos diuerſo † iure cenſeatur, *Nonnius conſ.52. num.7. cum alijs allegat.à Giurb.ad conſuetud.Meſſan.cap.15.gloſſ.1.par.1.nu.14.*

Igitur datio prędij in ſolutum, extinxit quidem obligationẽ reſtitutionis doris inter hæredes primi viri & Claudiam. Cui verè facta fuit, integra tamen manente obligatione Claudiæ de ſoluenda dote ſecundo viro in pecunia prout ſoluta fuerat primo. Cumque ſecundus vir prædium non acceptauerit, ipſaque Claudia illud pro ſe retinuerit, ac ſoluerit vſuras dotis, quin & aliam dotem ducatorum 5000. ſecundo viro poſtea promiſerit ex qua promiſſione quamuis nulla elicitur voluntas
17 coniugum † de non habendo prædio pro dotali ſecundi matrimonii argumento *l.fin.ff.reb. dub. Fulgoſ.conſ.99.circa fin. Burſatt conſ.89.nu.15. Surd.deciſ.333.nu.3.Rot.deciſ.281.n.7.par.1.recent.* parum refert, quod *vigore Statuti Centi* competerent ſecundo viro actiones pro recuperan-
18 da dote † ab hæredibus primi, quia hoc procedit quatenus ſecundus vir illis vti velit, non autẽ eo inuito, vt in proximis terminis *Surd. deciſ.191.num.17.* verſamurque ideo extra terminos deciſionis *in Ferrarien. Manutentionis coram bon.mem.Pirouano ex aduerſo allegata*, & præ-
19 ſentia viri † cenſetur adhibita in Inſtrumento dationis in ſolutum ad maiorem duntaxat cauthelam dictorum hæredum, vt in ſimili conſiderat *Natt. conſ.552.ſub num.6. Ciriac.controu.251. numer.29. & 30. Bocr.deciſ.28.ſub numer.7.*

Secundum fundamentum informantium, cui Domini adhæſerunt pendet à calculo ponendo ex vna parte creditum Comitis ſecundi viri, ex alia ſolutiones interuſuriorum illi factas à Claudia. In creditum Comitis adſcribenda ſunt ſcuta 1250. auri in auro pro medietate dotis ſuperlucratæ per obitum vxoris, quod enim tota dos data primo viro, & repetita ſecundo fuerit ſcutorum 2500. auri patet hodie nedùm ex ſæpè memorato Inſtrumento dationis in ſolutum, ſed ex ipſo originali inſtrumento promiſſionis dotis in primo matrimonio celebrato de anno 1574. quod datur in Summario tertiæ poſitionis pro Dominis
20 de Palmerijs num.1. & plenè † probat, *Bald. in cap.conſuluit n.12.de offic.deleg. Dec.conſ.36.n.2. Rum conſ.128.n.1.lib.4.*

His addendi ſunt fructus dotales, donec Claudia vixit ad rationem quinque pro centenario, ſed illorum quantitas non eſt vno quoque anno æqualis, quia ſingulis annis decreuit proportionabiliter ad ſummam excedentem verum debitum, quæ annuatim ſoluta fuit: nam eſt in confeſſo apud partes, quod fructus fuerunt ſoluti ad rationem ducatorum 5000.cum tamen dos conſiſteret ſolum in ſcutis aureis 2500. ſolutum autem in
21 in cauſam fructuum † vltra ſummam debitã minuit ipſo iure creditum ſortis miniſterio legis, quæ ſic ſolutum imputat ſtatim in ſortem abſque alio facto hominis, *l. in his §.Imperator ff.ſolut.l.ſi non ſortem in princ. ff.cond.indeb. vbi Bart.num.4.* notat, quod ſolutum pro vſu-
22 ris indebitis † computatur directo in ſortem, ac ſi pro ſorte ſolutum fuiſſet, quoniam ſortis occaſione ſolutum fuit, *l.& poſt rem indicatam §.1. verſ.ſi tamen ff.tranſact. Fab.de Anna conſil.30.num.8.Io.Franciſcus à Ponte conſ.70. nu.25. & ſeqq.Milanen.deciſ.Sicilia ſecunda num.65.in fin.* vbi loquitur in ſpecie de interuſurijs ſolutis,
23 vltra id † quod importabat Capitale *lib. 2. Viu.deciſ. 373. num. 1. cum alijs quos refert Duard. de cenſib.§.3.quæſt.21.num.12.Rot.in Romana Cambij 17.Februarij 1642.coram me,* & magis in puncto, quod in exceſſu fiat imputatio † ipſo iu-
24 re ſingulis annis; itaut quolibet anno pro rata exceſſus ſors decreſcat, *Fontanel.deciſ.209. num.10.& ſeqq.Capic.Latr.deciſ.25. num.41.* Qui loquitur in terminis fructuum ſolutorum ex

con-

contractu nullo qualis declaratus fuit contractus dotis ducatorum 5000.

Neque hic intrat diſtinctio inter vſuras fa-
25 uorabiles, † & odioſas, ſiue quæ propter moram, & ſine mora debentur, *vt per Surd. deciſ. 117. numer. 5. & 3. ſeqq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 2. par. 6. num. 64.* Nam præter quod in puncto dotis compenſationem fieri ipſo
26 iure † ad euitandum curſum vſurarum dotalium tradit *Alex. conſ. 73. num. 4. & 5. lib. 5. Franc. Ant. Coſt. conſ. 89. num. 19. & 22. Fontanell. d. gloſſ. 2. par. 6. num. 61. & deciſ. 91. num. 30.* illa diſtinctio
27 aſſertur à Doctoribus † in alia concluſione, quando ſcilicet agitur de inducenda ipſo iure compenſatione crediti ex vna cauſa cum debito ex alia pariete vſuras ad euitandum curſum vſurarum *iuxt. text. in l. ſi conſtat; & ibi gloſſ. Cod. compenſat.* quo caſu quicquid ſit de dicta diſtinctione, caſus noſter eſt omninò diuerſus quia ſolutiones emanarunt ex ipſa cauſa do-
28 tis, † nec dicitur compenſari vnum creditum cum alio, ſed vſuras ſolutas imputari in ſortem, ac ſi nominatim pro ſorte ſolutæ fuiſſent, qui termini ſunt longè diuerſi, vt aduertit *Fontanell. d. deciſ. 209. nu. 20.* & vbi creditum
29 & debitum † proueniūt ex eodem contractu, potiùs dicitur calculus, quam compenſatio, *Bald. in l. Menius in addit. ff. famil. erciſc. per text. in l. ſi quis negocium ff. negoc. geſt. Rouit. conſ. 60. num. 3. lib. 1. Capic. Latro d. deciſ. 25. n. 23.*

Cum itaque fructus dotis ſcutorum 2500. auri aſcenderent primo anno ad ſcut. 125. auri, & ſolutæ fuerint libræ 1060. quæ calculando ſcutum aureum ad rationem librarum quinque pro quolibet iuxtà bannimenta terræ Centi conſtituunt ſummam ſcutorum 212. ſolutum excegit primo anno in ſcutis aureis 87. pro qua ſumma ex tunc diminuta fuit ſors ſcutor. 2500. & ſic proportionabiliter creuit ſingulis annis exceſſus fructuum, qui ſemper ſoluti fuerunt in eadem quantitate librarum 1060. ac ſimul decreuit ſors principalis, adeò quod ſpatio quindecim annorum extenuata fuerit medietas ſortis, & vltrò ſecundus vir receperit libras 6478. Nam medietas ſortis importat ſcuta auri 1250. fructus verò totius temporis facta imputatione iuxtà prædicta aſcendunt ad ſcuta 787. quæ redacta ad libras ad dictam rationem librarum quinque pro ſcuto conſtituunt libras 10187. totidemque propterea ponendæ ſunt ad creditum hæredum ſecundi viri.

Econuersò autem ad creditum Dominorū de Carandinis ponēdæ ſunt libræ 16665. quas Claudia ſoluit pro interuſurijs dotis, & addendæ aliæ libræ 451. pro medietate impenſarum
funeris eiuſdem Claudiæ, ad quam † tenetur
30 ſecundus vir, qui medietatem dotis lucratus fuit, quia maritus pro rata lucri tenetur ad funeris impenſas cum ſint æs alienum dotis, *l. in eum l. ſic pro rata l. ideoque ff. relig. & ſumpt. funer. Cephal. conſ. 625. nu. 26. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 6. gloſſ. 2. par. 5. num. 20. & 21. Coſt. de port. rat. qu. 73. nu. 7. & ſeqq.*

Ex libris 16665. pro interuſuriis, & libris 451. pro impenſa funeris conſtituūtur libræ 17116. quæ detractis libris 10187. poſitis ad creditū hæredum ſecundi viri remanent libræ 6929. pro qua ſumma Domini ſteterunt in deciſis.

Non obſtat, quod impoſſibile ſit compenſare interuſuria cum lucro dotis; quod de tempore quo ſoluebantur, non dum debebatur. Quia ſatis eſt reſpondere, quod gratis hæredes ſecundi viri petunt titulo lucri medietatem dotis, quam intus habent, quia ipſe ſecundus vir conſtante matrimonio recepit in exceſſu fructuum dotalium ſibi ſolutorum: Prout gratis allegatur modernus valor ſcuti auri, cum hodie non agatur de ſoluendo lucro in auro, ſed de calculandis ſolutionibus, iam factis ſecundum valorem temporis † in
31 quo cadebant, & effectualiter ſecutæ fuerunt qui debet attendi, *cap. olim de cenſib. Rota coram ſa. me. Greg. XV, deciſ. 42. ſub num. 6. & inter recent. deciſ. 597. num. 2. par. 1.*

Et ita deciſum vtraque parte Informante post trinam cauſæ propoſitionem.

NARNIEN. VNIONIS.

Lunæ 16. Nouembris 1643.

ARGVMENTVM.

Ordinarius ſi in actu viſitationis decreuit vnionem eſſe faciendam ſi ita expediri videbitur, non cenſetur per dictam clauſulam aliquid purè voluiſſe decernere ſed ſub conditione, nempè poſt adhibitam cauſæ cognitionem, præſertim ſi idem Ordinarius ſubſequenter, declarauit intētioni eius fuiſſe vnionem facere ſeruatis ſeruandis, & captis informationibus, quæ declaratio etiam ex interuallo fieri poteſt. Aſſertio Ordinarij circa inſufficientiā reddituum emiſſa in decreto vnionis ſufficit quod ſit dubia, vel varia vt non releuet, præſertim quando adminicula, quibus fulcitur non faciunt aliquam probationem ſaltim ſemiplenę.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio Ordinarij de inſufficientia redditum pro validitate vnionis, ſine adminiculis fidem non meretur.*

2 *Vnio non cenſetur facta ab ordinario ob inſufficientiam redditum, ſi ſimpliciter decreuit Eccleſiam vniendam prout expediri videbitur.*

3 *Clauſula* prout expediri videbitur *appoſita poſt diſpoſitionem nihil certum continentem, & quæ confertur in tempus futurum importat conditionem.*

Diſpoſitio ſi cōfertur in tempus futurum nihil certum continere dicitur, ibid.

4 *Clauſula* prout expediri videbitur, *adiecta in decreto Ordinarij de vnione facienda reddit conditionalem ipſam ſubſtantiam decreti & ſupra num. 2.*

5 *Ordinarius quod non adhibuerit in vnione cauſæ cognitionem ex quibus colligatur?*

6 *Ordi-*

6 *Ordinarius ſine cauſa cognitione non poteſt ad vnionem procedere.*

7 *Ordinarius ſi decreuit vnionem faciendam*, prout expediri videbitur, *nulla tempore dicti decreti adhibita cauſæ cognitione, tunc non cenſetur aliquid purè voluiſſe decernere, ſed ſub conditione futuræ cognitionis.*

8 *Verbum* videbitur, *ſignificat arbitrium boni viri.*

9 *Vnio vt ſit valida neceſſe eſt quod cauſa concurrat.*

10 *Dictio* cum *aliquando ſtat loco dictionis* ſi, *& conditionem importat.*

11 *Verbum* remaneat *ſubiunctiui modi præſentis tẽporis etiam futurum optatiui modi importat.*

12 *Ordinarius declarare poteſt quod in decreto de vnione facienda nullam habuit intentionem vniendi, niſi ſeruatis ſeruandis, & captis informationibus, nam talis declaratio valet etiam ex interuallo, numer.* 15.

13 *Ius conſiderabile ex decreto conditionali quæſitum non dicitur.*

14 *Præſertim quando tale decretum non fuit acceptatum.*

16 *Ordinarius poteſt beneficium vnitum ſub conditione ea pendente conferre, quia conditio antequam purificetur non afficit beneficium; itaut interim non poſſit conferri.*

17 *Aſſertio Ordinarij de inſufficientia redditũum in decreto vnionis emiſſa, ſufficit quod ſit dubia, vel varia, vt non releuet.*

Confeſsio dubia vel varia non releuat, ibid.

18 *Adminicula deſeruire non poſſunt ſine aliquo gradu probationis ſaltim ſemiplenæ.*

19 *Redditus beneficij ex quibus congrui præſumantur?*

20 *In dubio congrui præſumuntur, donec certitudinaliter conſtet de contrario.*

21 *Valor per decennium articulari debet ad hoc vt conſtet de paupertate ſeu diminutione redditũum beneficij, nec ſufficit quod teſtes generice de ea deponant.*

22 *Vel teſtes aſſignare debent cauſam diminutionis redditũum, cum poſſit diminutio eſſe temporaria.*

23 *Valor beneficij non probatur ex denunciationibus factis à Rectore ſubcollectori decimæ duorum pro centenario per modum affirmatiuum, nam ex huiuſmodi denunciationibus ſolum probatur quod quantitas denunciata fuerit recolecta, non autem negatiuam maioris recollectionis.*

24 *Ratio eſt quia poteſt Rector minus denunciare ad minuendam ſolutionem decimæ, & ſtant ſimul quod perceperit fructus denunciatos, ac etiam alios*

25 *Confeſſio Rectoris non attenditur in præiudicium Eccleſiæ & ſucceſſorũ præſertim ſi ſucceſſor dicta confeſſione non vtitur nec alia concurrunt adminicula & num.* 26.

27 *Valor ſeu diminutio fructuum pro ſubſtinenda vnione eſt plenè & concludenter probanda.*

28 *Præſertim concurrentibus adminiculis pro non diminutione & plura recenſentur adminicula.*

29 *Reo ſufficit offuſcare probationem actoris, quando eſt imperfecta.*

30 *In dubio pronunciandum eſt pro excluſione vnionis quia tendit in præiudicium cultus diuini ad quẽ pertinet, quod vnaquaque Eccleſia habeat ſuum Rectorem.*

DECISIO CLII.

ORDINARII aſſertioni de inſufficientia redditũum ob quam in actu viſitationis decreuit vniendam Eccleſiam Parochialem ſancti Iacobi Parochiali contiguæ quæ eſt ſancti Bartholomæi, Rota in alia deciſione ſub die prima Iulij proximè præteriti coram me præſtitit fidem quia fulciebatur a-
1 lijs adminiculis, licèt ſine illis † non veniret attendenda vt vltra ibi allegatos *fuit dictum in deciſ.* 223. *num.* 13. *par.* 6. *recent.*

Hodie autem repropoſita cauſa ſuper eiſdem viſa fuit penitus irreleuans dicta aſſertio, quia Ordinarius non decreuit ſimplici-
2 tèr vnionem † propter inſufficientiam redditũum, ſed dixit Eccleſiam vniendam prout expediri videbitur, quæ clauſula vbi eſt ap-
3 poſita † poſt diſpoſitionem nihil certum continentem vt in caſu noſtro, quo tota diſpoſitio confertur in tempus futurum vt per *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 51. *num.* 46. importat
4 conditionem; ita vt ipſa † ſubſtantia decreti ſit conditionalis. *Bart. in extrauag. ad reprim. ſub num.* 2. *verſ. ſi verò per hanc dictionem, Felin. in cap. ex parte il primo, num.* 11. *verſ. aliquando verò de reſcript. Curt. Iun. conſ.* 97. *n.* 4. *Roman. conſ.* 336 *ſub num.* 3. *Aret. conſ.* 76. *numer.* 5. *quem ſequitur Decius conſ.* 169. *ſub num.* 4. *circa fin. Barboſ. dic.* 296. *n.* 13. *Gramat. deciſ.* 59. *ſub num.* 22. *&* 24. *Rot. deciſ.* 243. *num.* 8. *par.* 2. *recent.*

Maximè quia nullibi apparet quod tunc Ordinaius adhibuit cauſæ cognitionem, quin
5 potius non adhibuiſſe † colligitur ex modo loquendi, ibi *vniendaque ipſa Parochialis prout*
6 *expediri videbitur*, & propterea diſponere † ſuper vnione adhùc non poterat, *Calder. conſ.* 4. *de reb. Eccl. non alien. Burſatt. conſ.* 185. *nu.* 13. *Rebuff. de vnione num.* 43. *Garz. de beneſ. par.* 12. *cap.* 2 *ſub n.* 113. Taliſque cognitionis omiſſio magis demonſtrat, quod tempore dicti decreti,
7 † Ordinarius noluit aliquid purè decernere, ſub conditione futuræ cognitionis, *Bart. in d. extrauag. ad repriment. ſub num.* 2. *verſ. ſecus in confirmatione Abb. in cap. examinata num.* 3. *de confirm. vtil. vel inutil. Barboſ. d. dict.* 296. *ſub num.* 13. *verſ. quæ fieret.* Idque etiam colligitur ex ver-
8 bo *videbitur* quod † ſignificat arbitrium boni viri *Roman. conſ.* 228. *n.* 11. *in fin. Valaſc. conſul.* 153. *n.* 24. *Rot. apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ.* 2. *n.* 10. *deciſ.* 3. *num.* 5. *coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ.* 251. *num.* 8. *deciſ.* 441. *num.* 54. *par.* 5. *recent.* paria enim ſunt quod Ordinarius ſe retulerit ad futurum arbitrium boni viri, vel ad futuram cognitionem cauſæ vnionis, quia bonus vir ad vnionem non deueniet, † niſi poſtquam cognoue-
9 rit de cauſa quæ in vnione requiritur, *cap. ex poſuiſti de præbend. Garz. de præbend. Garz. de beneſ. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 113. *Mandoſ. ſuper regul.* 12. *Cancell. quæſt.* 6. *numer.* 3. *Rot. deciſ.* 133. *numer.* 3. *part.* 2. *diuerſ.*

Eamdem verò conditionem adiectam ſubſtantiæ decreti recipit aſſertio acceſſorie ibidem emiſſa de inſufficientia redditũum eo faciliùs, quia concepta eſt per dictionem *Cum*,
10 ibi, *cum ex tenuitate, &c. non remaneat, &c.* † quæ aliquando ſtat loco dictionis, *ſi*, & conditionem

nem importat, *l. qui promiſit 48. ff. condit.indeb. l.huiuſmodi ſtipulationes 20. ff.verb.obligat. l.ſi Titio 22.ff.quand.dies legat.ced. Cephal.conſ.22. nu.4. Decian.conſ.34. num.43. lib.3.* & verbum *remaneat*, quod eſt ſubiunctiui modi † præſentis
11 temporis etiam futuri optatiui modi importat *Signorol.conſ.151.in fin. Rot.deciſ.36.nu.10. par.5.recent.*

Ac tollit omnem difficultatem recens declaratio eiuſdemmet Ordinarij † affirmantis,
12 quod in præfato decreto nullam habuit intentionem vniendi dictam Parochialem Sancti Iacobi, niſi ſeruatis ſeruandis, & aſſumptis informationibus ſuper valore dictæ Eccleſiæ, & quod deinde reperijt illius Rectores decenter commodèque vixiſſe, quàm declarationē quia ex dicto decreto nemini quæſitum fuit
13 ius conſiderabile, † tum ex quo decretum eſt conditionale, *Pariſ.conſ.5. num.96.lib.4.Lotther.de re benef.lib.2. quæſt.51.n.45.& 46.& n.49. Put.deciſ.257.numer.1.& 2.lib.2.in correct.Rot.deciſ.504.num.22.part.5.recent.* Tum ex quo à ne-
14 mine † fuit acceptatum *Card. in clement.vnica §.ſecus in prima oppoſitione de conceſſ.præbend. Caſſad.deciſ.3. num.2.& 3.de præbend.* vtique facere
15 potuit Ordinarius etiam ex interuallo, *Decian.conſ.7.num.99.lib.1.Boer.deciſ.172.num.22.in fin.Cancer.var.reſol.lib.1.cap.8.num.180.verſ.quod eſt intelligendum Rot. in Ariminen. Saluiani 19. Iunij 1643.coram me,* ſicuti etiam potuit pendente
16 conditione Parochialem conferre, † quia conditio antequam purificetur, non afficit beneficium, vt interea ab Ordinario conferri non poſſit, *Garz.de benef.par.5.cap.1.n.153.Rota deciſ.1311.lib.3.par.3.diuerſ.*

Igitur tantum abeſt, quod decretum, ſeu aſſertio Ordinarij concludat per neceſſe inſufficientiam reddituum, quod imò contrarium
17 & ſufficit † quod ſit dubia, vel varia, vt non releuet *Bald. in l.ſi ex cautione num.14. verſ.tertio quæro,& num.17.verſ.dicit Iacobus Cod.non numer. pec.Grat.deciſ.Marcb.156.nu.15. verſ.quia reſpondetur Buratt.deciſ.298. num.10.* eaque corruente corruunt pariter alia adminicula, quia deſeruire non poſſunt † ſine aliquo gradu proba-
18 tionis ſaltem ſemiplenè cui inhęreant *Buratt. deciſ.136.n.13.deciſ.199.n.7.*

Hinc nil faciunt Teſtes nulliter examinati, & alia adminicula adducta in prima deciſione eo minus, † quia cum redditus harum Paro-
19 chialium à multo tempore ſingulis rectoribus fuerint ſatis, & ipſemet aduerſarius Parochialem, quam poſſidet acceptauerit,ideoque congrui præſumantur, *Mant.deciſ.22.nu.1. Greg.XV.deciſ.429.nu.3. Seraph.in his terminis deciſ.1385.num.3. Lotther.de re benef.lib.1. quæſt.28. num.85.* ſaltem donec † certitudinaliter con-
20 ſtet de contrario, *Rot.deciſ.420. num.4.par.1.recent.deciſ.449.numer.5.par.2.* non eſt momenti, quod teſtes genericè dicant Eccleſias eſſe pau-
21 peres, † ſed vel articulari exaduerſo debuiſſet valor beneficij per decennium, *iuxta deciſ.Achill.24.de probat.& deciſ.189. num.4.part.1. diuerſor.* vel aſſignari cauſam † diminutionis
22 reddituum cum poſſit eſſe temporaria, vt in puncto *Lotther.d.lib.1. quæſt.28.nu.81.& 82.* vbi ſe informante refert *deciſum in Calaguritana Beneficij de Treſpuentes 28. Nouembris 1605. coram Eminentiſs. D.Card.Pamphilio Iuniori.*

Fides verò ſubcollectoris decimæ duorum pro centenario nuper exhibita de denuncia-
23 tionibus fructuum † annuatim factis à Parocho per modum affirmatiuum probat quidē quod quantitas denunciata fuerit recollecta, vt ait *deciſ.262.num.18.part.5.recent.* non autem negatiuam maioris recollectionis, † quia po-
24 tuit Parochus minùs denunciare † ad minuēdam ſolutionem decimæ, & ſtant ſimul quod perceperit fructus denunciatos, ac etiam alios vt in puncto vnionis *Rota deciſ.76.ſub numer.1. verſ.ſecundo cum part.4. recent.* Neque confeſſio Parochi meretur attendi in præiudicium Ec-
25 cleſiæ † aut ſucceſſoris *gloſſ.in c.2.verb.conuentum de teſtib.in 6.Grat.diſcept.796. num.5.Seraph. deciſ.1278.num.3.Rot.deciſ.334.nu.2.par.1.recent. deciſ.385.num.6. coram ſan.mem. Greg.XV.* quicquid dicendum eſſet ſi dicta fides fuiſſet pro-
26 ducta à ſucceſſore, † *vt in deciſ.262.n.19.par.5. recent.* & concurrerent alia adminicula, nec requireretur exacta probatio valoris, *vt in deciſ.Caualer.596.in princ.*

Qui non eſt caſus noſter, quia fides fuit producta exaduerſo, valor ſeu diminutio fructuum eſt plenè, & concludenter probanda,
27 tamquam fundamentum intentionis,& cauſa vnionis *Rot.deciſ.268. num.3.& 4.par.1.diuerſ. deciſ.512.num.2.par.3.recent.deciſ.413.nu.2.par.5.*
28 & adminicula concurrunt pro non diminutione, cum adſit declaratio ipſius Ordinarij ſuper ſufficientia reddituum, & duo Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam, qui veniunt attendendi, quamuis de valore deponant implicitè *Rot.deciſ.430.nu.49.par.5.recent.* Necnon præſumptio reſultans ex temporis curſu, & acceptatione aduerſarij Parochialis quam poſſidet, & alia præſumptio quod redditus potius ſint aucti, quam diminuti, *Bart. in l.ex diuerſo §.fin.num.9. ff.ſolut. matrim.Felin.in cap.conſtitutus num.1.verſ.& ſubdit de reſcript. Angel.conſ.274.ſub nu.4.Seraph.d.deciſ.1385.ſub n.1. Rot.deciſ.413.n.1.par.5.recent.*

29 Vndè ſaltem offuſcatur † probatio actoris, quod ſufficit reo, quando actoris probatio eſt imperfecta *Bart.in l.admonendi num.51.verſ.quæro vtrum vna probatio ff.iure iur. Rip.ibid. nu.211. Iaſ.in ſecunda lectura nu.269.& ſeqq.Bald.conſ.79. num.7.lib.2.Surd.conſ.505.ſub numer.6.Seraph.deciſ.889.num.4.Buratt.deciſ.419.num.12.Rot.in terminis probationis actoris conflata, & adminiculis, deciſ.353.num.28.par.6.recent.*

Et in dubio pronunciandum eſt ad excluſionem vnionis, quia tendit in præiudicium
30 cultus diuini ad quem pertinet, quod vnaquæque Eccleſia habeat ſuum Rectorem, *Calder.conſ.13.ante medium de reb.Eccleſ.non alien. Mandoſ.ſuper regul.12. Cancell. quæſt.6. numer.12. Lotther.de re benef.lib.1.quæſt.28.numer.86.& 87. Seraph.deciſ.1385.num.5.Rot.deciſ.557.nu.3.lib.3. par.3.diuerſ.*

Ex quibus recedendo à deciſis Rota cenſuit non conſtare de cauſa vnionis, ideòque illi locum non eſſe vtraque Parte Informante

ROMANA DOMVS.

Vener. 27. Nouembris 1643.

ARGVMENTVM.

Contra tertium poſſeſſorem poteſt fieri executio ſi emit lite pendente, & ſemper fuit citatus pro ſuo iure & intereſſe, & lis pendebat ſuper actione reali, quo caſu vitium litigioſi tanquam reale tranſit in tertium poſſeſſorem, ſiue tertius ſciuerit rem eſſe litigioſam ſiue ignorauerit, quia ignorantia excuſat quidem à pœna contra acquirentes res litigioſas, non autem illos tuetur ab executione ſententiæ Exceptio melioramentorum oppoſita à tertio poſſeſſore, quo caſu executionem non impediat?

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor cenſetur ſua poſſeſſione priuatus per ſententias executioni ritè & rectè demandatas.*

2 *Auditor Rotæ non poteſt aliquid decernere niſi habito Conſilio DD. Coauditorum iuxta reformat. ſa. me. Pauli V. tit. de Audit. §. 7. & 8.*

3 *Poſſeſſio amittitur per executionem ſententiæ abſque alia actuali expulſione, ſi contra poſſeſſorem de iure potuit ad executionem deueniri.*

4 *Executio fieri poteſt contra tertium poſſeſſorem, qui lite pendente emit, & ſemper fuit citatus pro ſuo iure & intereſſe nec vnquam contradixit, vt requiritur ad effectum impediendi executionem.*

5 *Citatio pro ſuo iure & intereſſe licet non faciat citatum reum neceſſarium ſimpliciter; facit tamen cauſatiuè, ſi voluerit executionem impedire.*

6 *Ratio eſt, quia tunc non videtur quod ſententia ſit lata inter alios.*

7 *Executio fieri poteſt contra tertium, qui emit pendente lite ſuper actione reali, & ſuper dominio rei litigioſæ.*

8 *Verbum* ſpectare, & pertinere *dominium denotat.*

9 *Lis quando pendet ſuper actione reali, tunc res ipſa litigioſa efficitur.*

10 *Vitium litigioſi tanquam reale tranſit in tertium poſſeſſorem, qui lite pendente voluntariè emit itaut habeatur pro non poſſeſſore, ſed ſuper ipſa re poteſt abſque alio proceſſu fieri executio non ſecus ac ſi alienata non fuiſſet, & num. 12.*

11 *Reus non poteſt mediante alienatione rei litigioſæ deteriorem facere actoris conditionem, quoad Iudicij ordinem.*

13 *Executio fieri poteſt contra tertium poſſeſſorem, qui lite pendente emit, ſiue tertius ſciuerit rem eſſe eſſe litigioſam, ſiue agnouerit, quia ignorantia excuſat quidem à pœnis contra acquirentes res litigioſas non autem illos tuetur ab executione.*

14 *Tertius poſſeſſor debet ſaltim de æquitate in executione citari.*

15 *Concluſio forſan procedit, quando non fuit ante ſententias in iudicatum tranſactas citatus, & agitur de executione rei iudicatæ in alia re non expreſſa in ſententijs, ſecus è conuerſo.*

16 *Tertius dicitur citatus in executione, ſi fuit citatus in relaxatione mandati de immittendo vigore reiudicatæ poſt quam relaxationem non ſolet alia citatio fieri.*

17 *Tertius poſſeſſor rei litigioſæ excipiens de melioramentis, quo caſu non valeat impedire executionem rei iudicatæ?*

18 *Iudex non impertitur ſuum officium niſi petenti.*

19 *Exceptio melioramentorum non impedit executionem ſententiæ ſi probata non ſunt.*

20 *Et probata poſt executionem non ſuffragantur ad effectum retentionis, cum per executionem legitimè factam poſſeſſor ſuâ poſſeſſionem amiſerit, quo caſu ſolum agi poteſt, quatenus repetitioni ſit locus conditione incerti, vel ex æquitate* leg. ſi me & Titium ff. de petit. hæred.

DECISIO CLIII.

PRIMVM vigore laudi fuit adiudicata medietas domus de qua agitur Ioan. Baptiſtæ & fratribus de Foruijs aduerſus Mariā ſororem, deindè in gradu appellationis per ſententias Rotales pronunciatum eamdem medietatem ſpectare & pertinere ad dictos fratres de Foruijs, qui tandem in executione rei iudicatę mandatum de immittendo obtinuerunt executioni demandarunt citato ſemper in omnibus inſtantijs, & actis pro ſuo iure & intereſſe Domino Hieronymo Cecchino, cui lite hac pendente vendita fuerat de anno 1636. tota domus à Maria rea conuenta.

Ille nihilominus aſſerens nulliter contra ſe tanquam tertium proceſſum fuiſſe ad executionem dicti mandati de immittendo, petijt ſuper dicta medietate domus manutentionē, quam hodie propoſito deſuper dubio Domini denegarunt, quia omni poſſeſſione priua-
1 tus † fuit per dictas ſententias executioni ritè & rectè demandatas, *l. iuſtè poſſidet vbi notant omnes ff. acqu. poſſ.* Nec refert quod in mandato de immitendo ego Iudex executorialis deleuerim verba *expulſo D. Hieron. Cecchino,* nam cautè id factum fuit, quia in ſententijs aut Deciſionibus Hieronymus nominatus non fuerat, neq; poteram de meo capite aliquid contra ipſum poſitiuè decernere, niſi habito
2 Conſilio † Dominorum meorum iuxta reformationem *ſa. me. Pauli V. tit. de Audit. Rot. §. 7. & 8.* ſed non exinde euacuatur effectus executionis factæ contra Hieronymum per
3 quam† poſſeſſionem amiſit abſque alia actuali expulſione quatenus de iure contra ipſum ad executionem deueniri potuerit *Angel. in l. qui vniuerſas §. item cum prætor in fin. ff. acq. poſſeſſ. Dec. conſ. 103. nu. 1. verſ. & tunc inſurgit Mohed. deciſ. 4. de reſt. ſpol. Seraph. deciſ. 432. num. 6. dec. 1321. num. 1. Rot. deciſ. 111. num. 2. par. 1. rec.*

Et potuit quia Hieronymus emit pendente
4 lite, † ac fuit ſemper citatus pro ſuo iure & intereſſe nec aliquando contradixit, vt debebat ad effectum impediendi executionem;
5 licèt enim ea forma citationis † non faciat citatum reum neceſſarium ſimpliciter facit tamen cauſatiuè ſi voluerit executionem impedire, *Neuizz. conſ. 20. num. 19. & per tot. remiſſiuè & eſt doctrina originalis Caſtren. in l. cum filius* fami-

familias ſub num.3. verſ. ſed ſi fuit citatus ff. verb. oblig. quem ſequitur Dec.in l.2. num.44. verſ.ex qua infertur, Cod.de edend.& conſ.187.num.2.conſ.700.
6 *num.4.* vbi dicit rationem, quia tunc † non videtur, quod ſententia ſit lata inter alios *Ceph. conſ.21.num.11. Menoch.conſ.63.num.25. conſ.421. num.67.Surd.conſ.334.num.12.Rot. in Narnien. ſucceſſionis 18. Iunij 1631.coram D. Card. Hieronymo Veroſp. in Ciuit.Caſtelli Spolij 7. Maij 1638.& 10. Maij 1641. coram R.P.D. meo Ghiſilerio, & in ead. 18.Maij 1643. coram R.P.D. meo Leone Veroſpio.*

Eòque magis potuit ad executionem de-
7 ueniri,†quia cum lis penderet in actione reali, & ſuper dominio domus, vt conſtat ex verbis primæ ſententiæ Rotalis coram Reuerendiſſimo D.meo Decano, ibi, *Medietatem domunculæ ſpectaſſe, ac pertinuiſſe, ac ſpectare, & pertinere ad dictos DD. Io:Baptiſtam, & fratres &c.* ponderando verbum *ſpectare, & pertinere*, quod
8 dominium † denotat *l.liber homo ff.acquir.rerum dom. l. per ſeruum verſ. ſed quemadmodum ff. eodem Felin.in rubr.de reſcript.num.7.verſ.hoc autem limitatur Menoch.conſ.21.num.4. Rot. in Elboren. iuris conferendi 5. Decembris 1640. coram D.Card.Pan-*
9 *zirolo,* domus ipſa † erat effecta litigioſa, *Auth. litigioſa Cod.litigioſ. Roman.conſ.270.num.2.Couar. pract.quæſt.cap.15.num.6.Rot.dec.3.& ibi adden.vt lit.penden.in nou.dec.364.num.8.coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*

10 Nam vitium litigioſi tanquam reale† tranſit in tertium poſſeſſorem qui lite pendente
11 voluntariè emit, † & cum reus non potuerit mediante alienatione rei litigioſæ deteriorem facere actoris conditionem quoad iudicij ordinem, *l.vltim.* ibi ne liceat eo modo duriorē aduerſarij cōditionem facere, *ff.litigioſ.l.2.Cod. eod.l.quamquam §.1. ff.acq.plu.arcen.* emptor non
12 habetur pro poſſeſſore,† ſed ſuper ipſa re poteſt recta via,& abſque alio proceſſu fieri executio,non ſecus,ac ſi alienata nō fuiſſet, *Bart. in l.creditores n.23.Cod.pignor. Felin.in c.cum olim 12.num.11.de re iud.Menoch.de adipiſ.remed.5.numer.137.& conſ.319.num.11.Creſcen.deciſ.19.n.2. & 3.de re iudic.Buratt.deciſ.917.num.2.& 3.* Siue tertius ſciuerit rem eſſe litigioſā † ſiue igno-
13 rauerit, † quia ignorantia excuſat quidem à à pœnis contra acquirentes res litigioſas inflictis, non autem illos tuetur ab executione ſententiæ, *l. fin.& ibi Bart.verſ.quæro Cod.litigioſ. Butr. in cap. quia G. numer. 13. de Iudic. Couarr. pract.quæſt.lib.2.cap.15.num.7.Rot.coram D.Vrgellen.dec.88.num.4.& ſeqq.*

14 Non obſtat,quod Hieronymus † vti tertius debuiſſet ſaltim ex æquitate citari in executione, *Grat.diſcept.502. num.33.& 35. Dominus Vrgellen.deciſ.364.numer.71.* Quia quicquid ſit
15 de hoc obiectum forſan procederet† niſi fuiſſet citatus ante ſentētias in iudicatum tranſactis, & fieret executio rei iudicatæ in alia re non expreſſa in ſententijs, ſecus è conuerſo vt diſtinguendo benè declarat, *Bart. in l. à Diuo Pio §. in venditione ſub num.2.verſ. ſed ſi executio, ff.re iudic.quem ſequitur Alex.ibid.numer.31. in fin. vbi de magis communi Maran.in prax. part.6.artic. vlt.num.17.Afflict. in prax.§.7.limit.11.numer.1. & §.31.limit.9.num.1.in fin.Veſtr.lib.8.cap.vltim. ſub num.3.vbi teſtatur de ſtylo ſacri Palatij, & ibid. adden.num.26.Afflict.dec.157. ſub num.2.* & in caſu
16 noſtro Hieronymus dicitur citatus† in executione, quia citatus fuit in relaxatione mandati de manutenendo vigore rei iudicatæ, poſt quam relaxationem non ſolet alia citatio fieri.

Tandem non obſtat exceptio melioramē-
17 torum † nuper in genere probatorum, cum enim non fuerit oppoſita à Hieronymo ante ſententias,vel ſaltem in termino citationis ad videndum relaxari mandatum, pro executione rei iudicatæ non efficit quia executio fuerit ritè, & rectè facta, ideo per Hieronymum ſua poſſeſſione priuauerit, quia Iudex non
18 potuit † hanc exceptionem diuinare, aut ſupplere parte non petente, *l.4.§.hoc autem iudicium ff.damn.infect.Mant.deciſ.145.nu.2. cum alijs alleg. per Modern.Peruſ.de manutenend.obſeruat.12.n.52. & cum duobus ſeqq. & in puncto D.Vrgellen. deciſ. 88. num.7. & 11.* Imò & ſi de melioramentis
19 fuiſſet oppoſitum, quia tunc probata † non fuerant non debuiſſet retardari executio ſententiæ, *Peregr.de fideicomm.art.50.num.81. Faſar. de ſubſt. quæſt.572. num.17.* Adeò quod nuperrima oppoſitio, ſeu probatio melioramentorum nullatenus ſuffragari poſſit Hieronymo ad effectum retentionis, cum iam per executionem legitimè vt ſupra factam omnem poſſeſſionem amiſerit, ſed agendum ſit, quatenus repetitioni ſit locus cōdictione incerti, vel ex equitate, *leg. ſi me, & Titium, ff. petit.hæred vt notat Mareſc.variar.reſol.lib.2.cap.113.numer. primo.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

CAESARAVGVSTANA BENEFICII DE LINARES.

Veneris 4. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Ius præſentandi ad beneficium iuriſpatronatus relictum à Teſtatore in caſu deficientiæ conſanguineorum aliquibus officialibus non poteſt per officiales exerceri niſi probata deficientia conſanguineorum. Variatio permiſſa patronis laicis intelligitur de cumulatiua, etiamſi non exprimatur, quod ſecunda præſentatio fit cumulatiuè. Conſanguinitas quādo probanda non ſit per gradus diſtinctos?

SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus pertinētia probatur, probata deſcendentia ab eo, qui eſt in poſſeſſione præſentandi.*
2 *Quāſi poſſeſſio præſentandi ex quibus non reddatur æquiuoca?*
3 *Diſcretiuus loquendi modus in vna, ac altera ſcriptura demonſtrat diuerſitatem diſpoſitionis.*
4 *Officij proprietas non reſidet penès officialem temporalem, ſed nudum exercitium, & adminiſtratio.*
5 *Præſentatio, quæ in caſu deficientiæ omnium conſanguineorum ex Teſtatoris voluntate ad aliquod officium*

ficium deuoluitur non poteſt per officiales exerceri, niſi probetur omnium conſanguineorum deficientia.

6 *Ius variandi conceſſum patronis laicis prædicatur de variatione cumulatiua, non autem priuatiua.*

7 *Nec cenſetur receſſum, quamuis non exprimatur, quod ſecunda præſentatio ſit cumulatiuè.*

8 *Præſentatus à maiori parte venit inſtituendus, licèt præſentatus à minori maioribus polleat qualitatibus.*

9 *Gratificatio locum non habet, vbi voces non ſunt æquales.*

10 *Præſentare vti conſanguineus non poteſt ille, quem nunquam conſtitit talem fuiſſe.*

11 *Conſanguineus fundatoris præſumitur, qui vna cum conſanguineis admiſſus fuit ad præſentandum.*

12 *Deſcendentia ex quibus probetur?*

13 *Deſcendentia à fundatore probatur in antiquis leuioribus probationibus, iuncta maximè aliqua præſentatione ab Ordinario effectuata, & n. 14.*

15 *Conſanguinitas non eſt probanda per gradus diſtinctos, quando vocatio conſanguineorum non eſt limitata ad certum gradum, ſed generica, nec alius comparet, qui ſe conſanguineum prætendat.*

16 *Iura non eſſe in forma probanti opponi non poteſt in Curia ſi tempore eorum productionis nihil fuit in partibus oppoſitum.*

DECISIO CLIV.

PRO inſtitutione Ioannis Gargallo præſentati à Gaſpare Iuniore, & Valerio Gargallo, quæ deducta fuerunt in prima deciſione ſub die 22. Iunij proximè præteriti coram me, approbarunt DD. cauſa hodie ſuper eiſdem propoſita, quia pertinentia iuriſpatronatus, de qua totum eſt quæſtio, ad prædictos Gaſparem, & Valerium authores Ioannis pro-
1 batur, † ex quo ipſi deſcendunt à Gaſpare Gargallo Seniore, qui per præſentationem Gaſparis Sanchez factam de anno 1606. conſtitutus fuerat in quaſi poſseſſione præſentandi, & vltro deſcendentiam à fundatore probant ex teſtibus examinatis.

Nec dicta quaſi poſseſſio Gaſparis Senio-
2 ris elidi aut æquiuoca reddi poteſt † ex eo quod idem Gaſpar Sanchez, quem ille præſentauit de anno 1606. & Ordinarius inſtituit fuit etiam pręſentatus à Procuratore Michaelis Sanchez Iuſtitiæ oppidi de Linares, & Bartholomei Tenæ Iurati ac Iudicis dicti Oppidi. Quia procederet obiectum ſi Michael, & Bartholomeus pręfati pręſentaſsēt nomine officij; tunc enim inſtitutio præſentati non magis referri poſſet ad pręſentationem Gaſparis Senioris vti conſanguinei fundatoris, quàm præfatorum Michaelis, & Bartholomei repræſentantium officia, ad quę fundator in caſum deficientiæ conſanguineorum voluit iuſpatronatus ſpectare.

Cæterum illi duo mandata dederunt ad præſentandum, alterum de menſe Decembris vna cum Io: Lazzaro pariter officiali ad præſentandum Hieronymum Nauarrum, & in hoc expreſſerunt ſe gerere nomine officij, eodemque nomine procurator præſentauit Hieronymum, ibi, *Nomine Michaelis Sanchez Iuſtitiæ, Io: Lazzaro. & Bartholomei Tene Iuratorum, & dictis nominibus Iuſtitiæ, & iuratorum, &c.* Alterum de menſe Martij ſubſequentis nulla facta mentione Io: Lazzaro ad præſentandum Gaſparem Sanchez, & ibi ſe enunciauerunt quidem poſt expræſſionem nominis proprij, & ſic demonſtratiuè Iuſtitiam, & Iuratum, ſed explicitè dixerunt ſe conſtituere procuratorem nominibus proprijs idque pluries repetierunt, ibi, *nominibus noſtris proprijs, &c.* & infra *noſtris nominibus proprijs, &c.* ac tertio, ibi, *nominibus noſtris, &c.* qui diſcretiuus loquendi
3 modus † in vno ac altero mandato benè demonſtrat quod non eodem nomine vtrumque emanauit. *Surd. conſ. 554. ſub nu. 8. Menoch. conſ. 215. num. 69. & 70. conſ. 326. num. 6. Adden. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 301. num. 18. Rot. dec. 274. nu. 8. par. 6. recent.* ponderando præſertim quod verba *nominibus noſtris proprijs* nullo modo ap-
4 plicantur nomini officij, cum eius proprietas † non reſideat penès officialem tēporalem ſed nudum exercitium, & adminiſtratio *Maſtril. de Magiſtr. lib. 1. cap. 27. num. 34.* & vix alio modo deſignari poteſt in perſona duplicē repræſentante nomen principale diſtinctum ab accidentali *vt per Decian. conſ. 85. nu. 14. lib. 5. Bart. in l. procurator qui pro euictione numer. 5. ff. procur.* quodquè in ſecundò mandato cantante nominibus proprijs non interuenit Io. Lazzaro vnus de iuratis, & qui nomine officij interuenit in primò, quia nimirum non erat deſcendens à fundatore prout alij duo qui volentes præſeruare ius præſentandi ſibi competens tanquàm deſcendentibus, nec tamèn præiudicare officio quod gerebant duo mandata diuerſis nominibus vt ſupra dederunt relinquendo cognitionem pertinentię iuriſpatronatus ad ſe ipſos vel ad officium Iudicio Ordinarij, qui deinde per ſententiam diffinitiuam inſtituit præſentatum nominibus proprijs reiecto præſentato nomine officij.

Hanc eamdem diſtintionem agnouit ac ob oculos ponit dicta ſententia Ordinarij ſucceſſiuè lata inter præſentatos. Primò quia loquendo de Hieronymo Nauarro illius authores deſignat per nomen collectiuum officij, ibi *præſentatum per Iuſtitiam, & iuratos Villæ de Linares,* authores verò Gaſparis Sanchez exponit per nomina particularia, ibi, *præſentatum per Gaſparem Gargallo, Michaelem Sanchez, Iuſtitiam, & Bartholomeum Thena iuratum Villæ de Linares,* & hic aduertendum prætereà eſt quod Ordinarius in perſona Gaſparis Sanchez admiſit ſimul, & ſemel præſentationem Gaſparis Gargallo, qui non erat officialis ac nomine proprio tanquam conſanguineus præſentauit, & præſentationem Michaelis, & Bartholomei, quam admittere non potuiſſet, ſi ad nomen officij referretur, quia ex lege fundationis non dabatur concurſus inter conſanguineos, & officiales, cum officiales non ſint vocati niſi in caſu deficientię omnium con-
5 ſanguineorum, † quæ excludebatur per exiſtentiam Gargallo admiſſi ad præſentandum, nec in toto proceſſu tunc compilato probata

legitur

legitur, probarique debuiſſet, vt præſentatio nomine officij per ſententiam Ordinarii confirmaretur *Peregr. conſ.26. num.24.lib.1. Seraph. deciſ.1458.num.1. Caualer.deciſ.558. num.1. & 3. Rot.deciſ.25.num.4.part.6. recent.*

Secundò, quia ſententia ferri non poterat ad fauorem Gaſparis Sanchez ſi præſentatus fuiſſet nomine officij; cum enim præceſſiſſet eodem nomine præſentatio in perſonam Hieronymi Nauarro, à qua preſentantes non
6 potuerunt recedere, quia ius variandi † conceſſum laicis prædicatur de variatione cumulatiua non autem priuatiua; *Cap. cum autem vbi Abb.num.2.cap.quod autem, & ibi Abb. nu.3. de Iure patr. Rochus de Iure patron. verb. honorificum quæſt.9.num.30. Lambert. eod. tract.2.par.2.lib.2. articulo 7.quæſt.ſub nu.3. & per tot. Garz. de Beneſ. part.5.cap.9.num.214. & alij allegati per addent.ad*
7 *Burat.deciſ.942.nu.6.* Nec cenſetur receſſum, † quamuis non exprimatur quod ſecunda preſentatio ſit cumulatiue *Lapus allegat.78.n.6. Rocch.d.verb.honorificum quæſt.13.num.38. Guttier. de Iuram. confirmatorio par.3. cap.13.num.5.*

Debuiſſet inſtitui Hieronymus, quia præſentatus fuerat ne dum à Michaele, & Bartholomeo, qui ſecundò loco præſentarunt Gaſparem Sanchez, Sed etiam à Io: Lazzaro qui non interuenit in ſecunda præſentatione, & ſic Hieronymus habebat maiorem partem
8 vocum, quæ præualet, † licèt præſentatus à minori parte maioribus qualitatibus polleret *cap.3. iunct.gloſſ.verb.qui maioribus de Iure patr. Couarr.in reg.peccatum part.2.§.7. num.3. Gutther. Canonic.quæſt. lib.2.cap.11.num.20. Garz.de Beneſ. part.9.cap.2.num.257. Seraph.deciſ.875.num.2. Rot. deciſ.202. num.1. part. 2. recent.* Et gratis dicitur Ordinarium potuiſſe gratificari alteri præſen-
9 tato, quia gratificatio locum non habet † vbi voces non ſunt æquales, nec Ordinarius proceſſit per viam gratificationis, & prætulit Gaſparem, non vti præſentatum in paritate vocum ſed tanquam præſentatum à veris patronis.

Dùm itaquè Ordinarius reiecit Hieronymum præſentatum nomine officij, qui ex prędictis inſtituendus erat ſi iuſpatronatus ad officium ſpectaret, patet, quod præſentatio in perſonam Gaſparis quem inſtituit alio nomine facta fuit. Nec obſtat quod Hieronymus dicatur reiectus pro ea vice quia exinde confirmatur magis quod fuit reiectus ex non iure officialium, nàm ſi ex incapacitate præſentati proceſſiſſet reiectio, ea non fuiſſet reſtricta ad illam vicem ſed perpetuo durante incapacitate, reſtricta tamen fuit, quia Hieronymus poterat in alia vacatione præſentari à conſanguineis veris patronis. Rurſus non obſtat quod impoſſibile ſit Michaelem Sanchez, Iuſtitiam, & Bartholomeum Thenam Iuratum præſentaſſe Gaſparem alio nomine quam officij cum
10 nuſquam conſtiterit † illos eſſe cōſanguineos fundatori, *ad tradita per Purpurat.conſ.14.nu.12.*
11 quia hoc præſumitur † ex quo fuerunt admiſſi ad præſentandum vna cum conſanguineis *vt bene in prox.term.Buratt.deciſ.709. ſub num. 6. & prius deciſ.559.nu.3. facit Lambert. de Iure patr. 2.par.2.lib.4.art.10.quæſt.num.12. Theſ. Iun. quæſt. Foren.61. ſub num.9. verſ. ſed quando lib.1.* eo magis quia ex prædictis conſtat præſentaſse nominibus proprijs non autē officij, nec è conuerſo probata fuit deficientia conſanguineorum, quæ probanda erat vt præſentatio fieri poſset nomine officij ex ſupra allegatis.
12 Probatur præterea deſcendentia † authorum Io: Gargallo à fundatore ex teſtibus coram diuerſis Iudicibus, & per diuerſa tempora examinatis, & quamuis aliqui fuiſſent nulliter examinati coadiuuant dicta validè exa-
13 minatorum, adeò quod omnes ſimul iuncti † plenè probent in facto antiquo in quo ſufficiunt etiam leuiores probationes deſcendentiæ *Garz. de Beneſ.part.7.cap.15.num.30.in fin. & ſub nu.34.verſ.nec obſtat Viuian.de Iure pat.lib.11. cap.5. num.99.* Maximè iuncta præſentatione prædicta facta à Gaſpare Gargallo Seniore de
14 anno 1606. effectuata † per ſententiam Ordinarij *Buratt. d. deciſ.559. num.3.* Et in hoc caſu quo vocatio conſanguineorum non eſt limi-
15 tata ad certum gradum ſed generica, † nec alius comparet qui ſe conſanguineum prætendat ſufficit generica probatio conſanguinitatis abſq; alia graduum diſtinctione *vt ex pluribus deciſionibus ibi relatis firmat Garz.de Beneſ. d. cap.15.num.28. & duobus ſeqq. & ſequitur Eſcobar.de purit.& nobilit. part.1. quæſt.9. §.3.num.47. & 50.*

Non obſtat quod aliquæ depoſitiones teſtium fuerint extractæ à Valerio Gargallo intereſſato, quia hoc fecit tanquam actuarius,
16 & cum tempore productionis † nihil fuerit in partibus oppoſitum, hodiè in Curia opponi non poteſt *Put.deciſ.415.lib.1. & 11. lib.2. in antiq. impreſſ. Rot.diuerſ.deciſ.209.num.7.part.4. & in recent.deciſ.650.num.8.part.1.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

LEODIEN. BENEFICII.

Mercurij 9. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus prætenſum ab habentibus iuriſdictionem in loco præſumitur ex vſurpatione ex diſpoſitione Sacri Conc. Tridentini ſeſſ.25 de reform.cap.9., quæ tamen Conciliaris diſpoſitio locum non habet quoties Ordinarius non eſt in cauſa, nec quæſtio eſt ſuper exiſtentia Iuriſpatronatus, & ſic de beneficij libertate, ſed ſuper pertinentia inter patronos, inter quos Concilium nihil voluit innouare; Item nec locum habet quando conſtat de Inſtrumento fundationis; Iuriſdictio in loco beneficij ad hunc effectum non probatur ex ſolo titulo honorifico, vt multis exemplis in deciſione comprobatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus præſumitur ex vſurpatione in habentibus iuriſdictionem in loco beneficij iuxtà diſpoſitio-*

nem Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.25. de reform. cap.9. qua Conciliaris diſpoſitio procedit tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio.

2 *Limita diſpoſitionem conciliarem non habere locum quando Ordinarius non eſt in cauſa, nec quæſtio eſt ſuper exiſtentia Iuriſpatronatus, ſed tantum ſuper pertinentia inter patronos, inter quos concilium nihil voluit innouare.*

*Item nec locum habere quando conſtat de Inſtrumento fundationis, num.*10.

3 *Probatio Iuriſpatronatus in perſonis priuatis non fuit à concilio Tridentino alterata, vel innouata.*

4 *Nomina accipienda ſunt in ſignificatu, quo ſecundum conſuetudinem Regionis accipi ſolent.*

5 *Iuriſdictio nō probatur ex titulo Domicellæ in patria Leodien. & in illis partibus; Item nec probatur ex ſolo titulo honorifico nam multa abuſiuè denominantur honoris gratia ibid.*

6 *Canonicus Rauennaten. appellatur Cardinalis, & nomine Cardinalatus gaudet, quamuis talis non ſit.*

7 *Comites, & Marchiones multi appellantur, quamuis Comitatum, & Marchionatum non habeant.*

8 *Iuriſdictionem habere non dicitur, qui nomen tantum iuriſdictionis habet.*

9 *Nomen nudum caret omni effectu.*

11 *Poſſeſſio probatur ex Inſtrumento appræhenſionis alio in poſſeſſione non exiſtente, quod ſuffragatur etiam ad effectum manutentionis.*

12 *Et præſumitur alium non poſſidere, niſi contrarium probetur.*

13 *Item poſſeſſio probatur ex confeſſione aduerſarij petentis quod poſſeſſor à poſſeſſione expellatur nam priuatio præſupponit habitum.*

14 *Item probatur ex mandato de manutenendo, quod nō datur niſi poſſidenti.*

DECISIO CLV.

DIE prima Iulij proximè præteriti deciſum fuit coram me conſtare de attentatis commiſſis ab Henrico Petiſian, & quod appoſito ſequeſtro videatur de bono iure, quia Henricus pendente appellatione, & poſt inhibitionem Rotalem innouauerat, & manutentioni petitæ à Lamberto Gland præſentato à Domicella Maria de Loumfoſſe videbatur
1 obſtare præſumptionem vſurpationis † quæ ex diſpoſitione *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 9. cadit in perſonis habentibus perpetuam iuriſditionem qualis reputari poterat Maria, cum appellaretur Domicella, & procedit tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio ex allegatis in dicta deciſione.

Verùm hodie repropoſita cauſa ad inſtantiam eiuſdem Lamberti conſtitit nos verſari extra caſum Concilij Tridentini ex duplici capite. Primò quia Ordinarius non eſt in cau-
2 ſa, † neque eſt quæſtio ſuper exiſtentia iuriſpatronatus, & ſic de beneficij libertate, cui Concilium conſulere intendit, ſed ſuper pertinentia inter patronos inter quos Concilium nil voluit innouare; ideoquè ſeruanda eſt diſpoſitio iuris communis *Lotth. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 128. *Barb. in Collect. ad Concil. Trid. d. ſeſſ.* 25 *de reform. cap.* 9. *num.* 21. *Rot. deciſ.* 522. *ſub num.* 3. *verſ. minus obſtat par.* 4. *diuerſ. deciſ.* 89. *num.* 3 *coram bon. mem. Caual. deciſ.* 179. *nu.* 3. *par.* 3. *recent. deciſ.* 82. *num.* 19. & 20. *deciſ.* 302. *numer.* 8. *part.* 7. *recent. & in Cracouien. Iuriſpatronatus* 28. *Iunij* 1641. *coram Eminentiſſimo D. Cardinali Panzirolo.*

3 Secundò, quia non probatur † quod Domicella Maria ſiue eius authores habeant vel aliquādo habuerint iuriſdictionem in loco in quo ſitum eſt beneficium vt probandum ex aduerſo eſſet, quia in perſonis priuatis ex Concilio Tridentino non fuit alterata probatio iuriſpatronatus, quæ alias de iure ſufficeret *Gabr. conſ.* 192. *num.* 1. *lib.* 2. *Barboſ. loc. cit. num.* 23. *Caualer. d. deciſ.* 89. *num.* 1. *deciſ.* 560. *numer.* 1. *Rot. deciſ.* 331. *propè finem part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 374. *nu.* 1. *part.* 2. *recent. & in alijs allegat. per Adden. ad Burat. deciſ.* 142. *num.* 10. & 14.

Nequè probatio iuriſdictionis elici poteſt ex titulo Domicellæ quo Maria nuncupatur, quia in illis regionibus inoleuit vſus ità nuncupandi quaſcumquè mulieres, quæ non ſunt infimæ plebs, vt patet ex fide plurium Curialium Leodienſium ſum. Lamberti numer. 7.
4 & nomina accipienda ſunt in eo ſignificatu † quo ſecundum conſuetudinem regionis accipi ſolent *Grat. diſcep.* 78. *num.* 29. *Pelaez. de maioratu prima parte initio num.* 168. *Excobar. de purit. part.* 1. *quæſt.* 4. *ſub num.* 2. Præter quod regulare
5 eſt quod iuriſdictio non probatur, † ex ſolo nomine honorifico, quia multa abuſiuè denominantur vel tantum honoris gratia *vt in l.* 2. *& ibi gloſſ. verb. Magiſtro C. vt dignit. ord. ſeruet. lib.* 12. eſt exemplificat *gloſſ. in c pudor verb. principem mundi* 32. *quæſt.* 2. in Canonico Rauenna-
6 te † quem Papa, & alij appellant Cardinalem, & tamèn certum eſt eum non fungi authoritate Cardinalis ſed gaudere ſolo, & ſimplici nomine Cardinalatus vt *notat Zabarella in clem.* 2. *num.* 1. *de celebrat. Miſſar. Abb. in cap. accedente ſub num.* 2. & *ibi Add. col.* 2. *littera A. de præſcript.* & multi appellantur Comites, &
7 Marchiones, † & ſi non habeant Comitatum aut Marchionatum *Decian. conſ.* 19. *numer.* 120. *lib.* 3. *Ciriac. controu.* 201. *num.* 92. & 97. Non itaquè eſt habere iuriſdictionē ſi ſolum iuriſdi-
8 ctionis † nomen habeatur ſicut in ſimili Cicero de Clar. Orator. ait, *non eſt habere honorem ſi honoris tantum nomen habeas*; Idemque in Acled. primo, ait *parum eſt dignitatis nomen tenere, ſi ab ipſa re diſtas*; nudum
9 enim nomen † caret omni effectu *l.* 2. *§. ſed ſi ſint ſui ff. ad Tertull. Bald. in l. fin. §. in Computatione ſub num.* 19. *C. iur. delib. Iaſ. conſ.* 192. *ſub num.* 29. *lib.* 2.

Ex quibus ſublalo obſtaculo vſurpationis præſumptæ à Concilio Tridentino, cui eo mi-
10 nus locus eſt † quia conſtat de inſtrumento fundationis DD. dixerunt dandam eſſe manutentionem Lamberto præſentato à Domicella Maria cum de ſua poſſeſſione doceat tùm ex publico inſtrumento apprehenſio-
11 nis † quod alio non poſſidente poſſeſſionem manutenibilem probat *l. prædia vbi notant omnes ff. acq. poſſeſſ. Caualer. deciſ.* 478. *nu.* 2. Et quod
12 alius non poſſideret † præſumitur niſi contrarium

trarium exaduerſo probetur *Seraph. deciſ.* 322. *num.3.deciſ.*1065.*nu.2.Add.ad ſan.mem. Greg.XV. deciſ.*268. *ſub num.*10. *Rot. inter impreſſ. poſt tract. Moder.Peruſini de manutenend. deciſ.37.num.*1. *dec.* 167.*num.6.deciſ.* 328.*num.* 1.

Tùm ex petitione aduerſarij inſtantis quod
13 Lambertus expelleretur à poſſeſſione,† vnde reſultat confeſſio quod poſſidebat,quia priuatio præſuponit habitum *l. manumiſſionis ff. inſt. & iur. Seraph.deciſ.*1176. *num.6.Buratt.deciſ.* 160. *num.* 5. *deciſ.*491. *numer.*2. Tùm tertio ex
14 mandato de manutenendo † quod Lambertus reportauit in partibus ab Ordinario, non enim datur niſi poſſidenti *Caualer. deciſ.*217. *num.2.deciſ.*501.*num.*1.

Et ità recedendo in hac parte à prima deciſione deciſum fuit Lamberto tantum informante, quia Henricus aduerſarius pluribus citationibus laceſſitus non comparuit.

ROMANA CONCORDIAE.

Lunæ 14. *Decembris* 1643.

ARGVMENTVM.

Multa in hac deciſione obiiciuntur ad probandum non adimplementum promiſſum, ſed firmatur de eo conſtare per ęquipollens,quod ſufficit ad euitandam exceptionem non implementi.

SVMMARIVM.

1 *Liberatio promiſſa ſi ſequatur cum præſeruatiua Iurium non dicitur pura, nam poſſibile eſt naſci lites infuturum.*

2 *Liberatio promiſſa intelligitur tam à moleſtijs de præſenti quam de futuro.*

3 *Liberatio ampliſſimis verbis concepta dicitur pura, & abſoluta, itaut ſit liberatus à quibuſcumque moleſtijs.*

4 *Interpetratio qualibet ſummenda eſt vt effectus contemplatu ſequatur, qui magis attendendus venit, quam verba.*

5 *Reſtitutio in integrum competit hæredi ex capite probabilis ignorantiæ aduerſus præſcriptionem non completam in vita defuncti.*

6 *A ſcientia vnius inſtrumenti non bene infertur ad ſcientiam alterius.*

7 *Præſcriptio non currit contra non valentem agere.*

8 *Euictio ſequuta non dicitur ſi rei proprietas,vel poſſeſſio non amittatur.*

9 *Obligatus de euictione ſortis principalis cenſus tantum, non tenetur ad fructus euictos, & ſit vltra conuenta.*

10 *Verbum Oppoſitum inter res quæ ceduntur ſtat augumentatiue, & disiunctiue.*

11 *Et iunctum verbo* Altera *denotat quid diuerſum ab antea expreſſis.*

12 *Bona fideicommiſſo ſubiecta probantur ſi fuerunt à fideicommittentibus, & deinde ab eorum ſucceſſoribus in fideicommiſſo poſſeſſa.*

13 *Ceſſio continens verba* per qualſiuoglia raggione *comprehendit omnem titulum, ac omne Ius imaginabile.*

14 Deciſio 28.coram Reuerendiſs.Vrgellen. *quo caſu loquatur?*

15 *Mandatum executiuum ab A.C. relaxatum pendente lite in Rota eſt attentatum.*

16 *Excipere nequit de non adimplemento is, cuius nihil intereſt.*

17 *Creditum illiquidum eſt inexequibile.*

18 *Retentio rei conceſſa donec lites inter partes terminentur, illis terminatis, tanquam temporalis expirat.*

19 *Decretum ſeu reſcriptum prouiſionale expirat, ſequuto effectu contemplato.*

20 *Prout etiam expirant decretum irritans, & aliæ clauſulæ acceſſoriæ dicto reſcripto.*

21 *Clauſula ſine præiudio Iurium intelligenda eſt quatenus Iura competant.*

22 *Excipiens de non adimplemento non ſufficit allegare poſſibile.*

23 *Exceptio non implementi non eſt probanda per poſſibile, ſed concludenter cum in ea excipiens ſit actor.*

24 *Cautio præſtita fauore alicuius eum reddit tutum, & ſecurum ab omni damno.*

25 Dos vig. auth. res quæ C. commun. de legat. *detrahenda eſt ex bonis fideicommiſſi, & ante omnia debita hæredis grauati.*

26 *Obligatio dotandi ex bonis fideicommiſſi cum formetur originaliter in perſonam fideicommittentis, qui ſi viueret dotare teneretur, & cum inhæreat bonis tranſit ſucceſſiue in vocatos.*

27 *Creditores fideicommittentis in concurſu cum creditoribus hæredis grauati, ſemper veniunt præferendi.*

28 *Obligatio ſiue promiſſio deliberando cenſum aſſignatum adimpleta dicitur ſiue per renunciationem eius, qui ſuper cenſu habet Iura, ſiue per ſolutionem ſortis principalis pro qua cenſus fuit aſſignatus.*

29 *Exceptio non implementi opponi nequit ſi omnia promiſſa per æquipollens apparent adimpleta.*

EECISIO CLVI.

DOMINIS coniugibus à Cornea non acquieſcentibus reſolutioni Rotæ ſub die 27. Aprilis proximè præteriti, propoſui iterum cauſam ſuper eiſdem, & in hac repropoſitione informantes pro dd. Coniugibus opponebant non ſuffragari quoad cenſum de Peruſchis liberationem factam à Rapacciolo.
1 Primò quia non eſt pura † ſed continet præſeruatiuam iurium Rapacciolo competentiũ, ex qua cum poſſibile ſit naſci lites in futurum non dicitur cenſus liberatus; nam promiſſio
2 liberationis † intelligitur tàm à moleſtijs de præſenti quam de futuro *Gabr.conſ.* 72. *num.* 8. *ad med.& num.9.lib.*1.

Cui obiecto viſum fuit Dominis ſatis reſponſum in præcedenti deciſione nempè quod præſeruatiua iurium intelligenda eſt de alijs præter expreſſe renunciata, nam Rapacciolus conſcius deciſionis Rotalis in qua dictũ fuerat præcedentem liberationem quam fecerat non ſuffragari Caietanis, eo quod pura non erat, obiectum hoc voluit penitus de medio tollere ibi *hauendo hora viſta la deciſione vſcita vltimamente, &c. dichiaro con la preſente, &c. che* renun-

renuntiando io come rinuntio alla ſudetta conditione in ordine, & all'effetto di che ſi tratta nella ſudetta deciſione, libero puramente, e ſemplicemente il cenſo ſopradetto da tutte le pretenſioni, e ragioni che à detto Sig. Pietro, & à me, &c. in qualunque modo ſi poteſſero competere, &c. Si itaquè renunciauit vt suppleret,& per hanc liberationem quicquid defuiſſet in prima,vtquè ſatisfaceret deciſioni Rotali hoc eſt Caietanis nil ſupereſſet quod implere deberent quoad promiſſam liberationem Cenſus à iuribus Rapaccioli niſi diceremus præſeruatiuam referri ad alia iura præter expreſſe renunciata, reſiſteret ne dum ratio
3 recti ſermonis ampliſſimis verbis † concepti ibi *libero puramente, e ſemplicemente, &c. ad text. in l. liberari Cod.ſolut.Soccin.conſ.43.num.13.lib.4. Buratt.deciſ.354.num.6.* ſed etiam explicita Rapaccioli voluntas, cum ſequi non poſſet effectus implementi ab ipſo contemplatus,qui vt
4 ſequatur omnis interpretatio † ſumenda eſt, magiſquè attendendus quam verba *l. inſulam ff.præſc.verb.l.ſi vno in princ.ff.locat.Bald.in rub.Cod.de iur.Emphit.num.15.Iaſ.in l.1. num.45. Cod.eod.Cuman.in l.ſi quis ante §.1.num.3.& 4.ff. acq.poſſeſſ.Ruin.conſ.160.num.11.lib.1.Surd. conſ. 243.num.2.Mant.de tacit.lib.2.tit.2. num.20.*

Secundò obijciebatur quod ob non factam hactenùs plenam liberationem à iuribus Rapaccioli deteriora reddita ſunt iura Cenſus cum fuerit præſcriptus regreſſus pro eius fructibus quondam ſtipulatus ad fructus Caſalis Capicottæ. At hæc quoque difficultas viſa fuit ſublata ex deciſione præterita mediante
5 ſcilicet reſtitutione in integrum, † quæ competit hæredi ex capite probabilis ignorantiæ aduerſus præſcriptionem non completam in vita defuncti vt præter ibi allegatos *Grat. diſc. 403.num.35.& ſeqq.Rot.inter impreſſ.apud Cinc. de Cenſibus deciſ.303.num.7.*

Nec ignorantia excluditur ex quo Domini Coniuges aduerſarij præſentes fuerunt venditioni huius Cenſus Rapacciolo factæ à Proſpero, quia, & ſi exinde præſumi poſſet ſcientia omnium in inſtrumento venditionis contentorum, non tamen præſumeretur ſcientia regreſſus præfati, qui nec ibi, nec in inſtrumento Cenſus continetur, ſed in alio ſeparato nempe immiſſionis,quam longè poſt Proſper obtinuerat in poſſeſſionem quorumdam bonorum debitoris, nàm à ſcientia vnius in-
6 ſtrumenti † non bene infertur ad ſcientiam alterius *l.non eſt ferendus ff.tranſact.Surd.conſ.150. ſub num.133. Ciriac. contro.327. num.13.* præter quod probandum exaduerſo eſſet eueniſſe caſum regreſſus, quia alioquin gratis allega-
7 tur præſcriptio † cum non currat non volenti agere *l.1.§.fin.Cod.annal.excep.l. cum notiſſimum §.illud & §.in his Cod.præſcript.trig.vel quatr.ann. Surd.deciſ.236.num.14.Caualer.deciſ.213.num.6.*

Tertiò allegabatur euictio eiuſdem Cenſus ob debita Proſperi quia nimirum illius creditoribus ſoluti fuerunt fructus Cenſus, & Rapacciolus ob moleſtias ſuper hoc Cenſu receptas curauit poni ſub aſta Cenſum DD. de Vrſinis. Sed neutrum probat euictionem, quia non concludit per neceſſe amiſſionem proprietatis aut poſſeſſionis Cen-
8 ſus, ſine quorum altero † non dicitur ſecuta euictio *l.emptorem §.idem Eratius l.datio in princ. ff.act.empt.cum alijs allegat. in deciſ.* & quod fructus fuerint euicti non pertinet ad Caietanos,
9 qui ſolum de euictione ſortis † non autem fructuum teneri voluerunt, nec tenentur vltra conuenta *Rot. deciſ.136.num.14.part.5.recent.*

Quo verò ad temperamentum ſeu facultatem adimplendi ex prætio Rocchegurgæ inueſtito in locis montium euitari non poteſt ſub prætextu quod ex dicto prætio detraendus ſit valor bonorum allodialium quæ Caietanis ceſſiſſe coniuges negant.Imò enim, & illa ceſſa fuiſſe apparet ex verbis concordiæ ibi *cede &c. ogni è qualunque dominio, e poſſeſſo del Caſtello di Roccagorga con tutti i ſuoi membri pertinenze iuriſditioni, attioni, ragioni, ò altra coſa che in qualſiuoglia modo habbiano, ò poſſano hauere, ſi per ragione di doti, ò per qualſiuoglia cagione penſata, ò non penſata, &c.* ponderando præſertim, quod coniuges ne dum ceſſerunt Caſtrum *con tutti i ſuoi membri pertinentie, iuriſditioni, attioni, e ragioni*, quæ comprehendunt omne id quod eſt acceſſorium Caſtro ſed vltro ſubdiderunt, *ò altra coſa che in qualſiuoglia modo habbiano,ò poſſano hauere,&c.*verbum enim, O poſi-
10 tum inter res † quæ ceduntur ſtat augumentatiuè, & diſiunctiuè *l. cum quidam ad fin.verſ. ſed hoc, & ibi gloſſ.verb.incorrupta Cod.verb.ſignif. Barb.dict.46. num.13.Rolan.conſ.99.num.56.lib.4. Honded.conſ.36.num.17.lib.2.* & iunctum verbo
11 *altera* † denotat quid diuerſum à feudalibus proxime ante ſigillatim expreſſis *Grat.diſcept. 560.num.35.vſquè ad 39.Natt.conſ.546.numer.22. Menoch.conſ.335.num.18.Surd.conſ.303.num.33.& ſequent.facit Rota deciſ.149.num.3.part.1.diuerſ.*

Eo magis quia ſtatim ſequuntur verba *ſi per ragion di dote, &c.* nam expreſſio iurium dotis,quæ non niſi ſuper allodialibus cadebant demonſtrat fuiſſe in ceſſione comprehenſa iura cedentibus competentia ſuper allodialibus, maximè quia ipſa allodialia conſignata fuerant coniugibus pro dote, eamque Caietani in dicta concordia ſoluerunt de pecunijs hæreditarijs, nec veriſimile eſt quod ſoluiſſent niſi recuperaſſent allodialia,quæ prius aſſignauerant in dotem, quæquè Caietanis debebantur etiam vigore fideicommiſſi cui ſubiecta
12 probantur, † ex quo fuerunt poſſeſſa à fideicommittentibus, & deinde ab illorum ſucceſſoribus in fideicommiſſo *Bald.conſ.89.numer.4. lib.1.Fuſar.de ſubſt. quæſt.618. num.45. Rot. coram ſan.mem.Greg.XV.deciſ.575.nu.8.& ſeq.& par.5. recent. deciſ.42.num.3.& ſeqq.*

Accedentibus vltrò poſtremis verbis, ibi,
13 *ò per qualſiuoglia ragione* † ſub quibus comprehenditur omnis titulus ac omne ius imaginabile *l.qui autem §.fin.ff.conſt.pecun.Gozzad.conſ. 142.num.22.Decian.conſ.44.num.15.lib.4.conſ.35. num.23.& ſeq.lib.3.Tiraquell. retract. ligniag. §.1. gloſſ.7. num.20.& ſeqq. Rot.deciſ.36. num.4. & 5. part.5.recent.* ex quibus omnibus ſimul iunctis clarum redditur quod coniuges voluerunt ſe penitùs expoliare bonis omnibus ſiue feudalibus ſiue allodialibus,quæ ibi poſſidebant, & ideò

Ideò è conuerſo Caietani illis ſoluerunt ingentem ſummam ſcut. 29700. vnde nullatenus applicatur. *deciſio 23. coram Reuerendiſſimo*
14 *Vrgellen.* † vbi conceſſa ſimpliciter fuerant Caſtra cum terris, & territorijs eorum.

Nec pariter dethraenda ſunt ſcut. 6000. pro quibus occaſione multiplici Caſtri Normarum coniuges obtinuerunt mandatum executiuum ab A. C. quia mandatum eſt attenta-
15 tum † vti relaxatum pendente lite in Rota; & licet Caietani dictam ſummam deberent multiplico; quia tamen illud fieri nihil intereſt coniugum, cum iura multiplici ceſſerint Caietanis non poſſunt ex hoc capite excipere
16 de non implemento † ſiue non ſolutione dictorum ſcut. 6000. aut inſtare quod ſoluantur *ad tex. l. illo à quo ff. ad Trebell.* & in terminis exceptionis non implementi *Aym. conſ. 59. ſub num. 2. Surd. dec. 265. numer. 39. Add. ad Greg. XV. deciſ. 347. nu 20. Rot. deciſ. 127. num. 3. apud Zacch. de oblig. Cam.*

Tandem detrahenda non ſunt ſcut. 5000. quæ Dominus Fabius ſoluit Creditoribus Proſperi; nam in concordia fuit conuentum, quod quia Domini Caietani prætendebant fructus ex Caſtro perceptos à coniugibus, & deſuper difficultas cadere poterat, debeant quidem refici Fabio debita Proſperi quæ ſoluerit, ſed quo ad quantitatem fieri debeat bilancium, & omnis difficultas remittatur arbitrio Cardinalis Caietani tunc viuentis, & Reuerendiſſimi Domini Sacrati Epiſcopi Comaclenſis, & in alia ſcriptura anni 1639. exaduerſo producta ac data in *ſum. Caiet. nu. 7.* dicitur quod ſolutiones factæ à Fabio Creditoribus Proſperi venient attendendi in calculo debiti, & crediti faciendo inter partes. Donec igitur pendet arbitrorum Iudicium, & Calculus inter partes, creditum Fabij eſt in
17 hac parte illiquidum, † & inexequibile *Anchar. conſ. 235. nu. 1. in fin. Aym. conſ. 275. nu. 13. Facchin. Controuer. Iur. lib. 8. cap. 58. verſ. ſed hoc fundamentum Buratt. deciſ. 123. numer. 6. deciſ. 637. num. 12.*

Suppetit itaquè prætium Rocchegurgę ex quo ſolui poſſit coniugibus tàm ſors deficiens in Cenſu de Peruſchis vna cum fructibus quàm ſors Cenſus ſcutorum 12. m. Dominorum de Vrſinis, nec non creditoribus Proſperi qui obtinuerunt mādata executiua iuxta temperamentum deductum in vltima deciſione, quod iterum Domini amplexi ſunt, non obſtantibus oppoſitionibus coniugum. Non enim obſtat quod illud ſit impraticabile, eo quod coniuges vigore Chirografi Sanctiſſimi ſuper venditione Caſtri Rocchegurgę non debent amoueri à poſſeſſione prætij donec fuerint de dote ſatisfacti neque cogendi ſunt recipere in ſatisfationem loca montium vinculata; Quia aduertendum eſt, quod Chirografus emanauit principaliter pro ſubſtinenda venditione Caſtri, & ſubrogando prætio reinueſtiendo oneribus quibus Caſtrum erat obnoxium; quia autem idem Caſtrum poſſidebatur à Coniugibus donec controuerſiæ pendentes cum Caietanis terminarentur voluit Papa quod pariter retinerent prętium ſubrogatum ſub eadem temporalitate, & ſine præiudicio iurium partium, ibi, *nel modo, e forma che riteneuano il Caſtello, &c. ſin tanto che ſarà altrimente trà le parte giudicato*, vnde dum hodie terminantur dictæ controuerſiæ ac negocium principale inter partes, expirat ſre-
18 tentio † illa temporalis coniugum, & reſcri-
19 ptum prouiſionale † Chirografi *ad tex. in l. fratres ff. pen. Angel. in l. ſi vnus §. ſi cum reo nu. 1. & ſeq. ff. paſt. Surd. conſ. 294. num. 9. deciſ. 175. nu. 2.* & in terminis ſimilis reſcripti *Rot. in Recanaten. prædij 14. Maij 1635. coram R.P.D. meo Carillo*, ſimulquè expirat decretum irritans, & aliæ
20 clauſulæ acceſſoriæ † dicto reſcripto *Couar. in cap. quamuis pactum part. 2. §. 2. num. 6. de pact. in 6. & prat quæſt. cap. 9. num. 7. Put. deciſ. 3. num. 2. lib. 2.*

Quo verò ad receptionem locorum montium vinculatorum mandat explicite Chirografus, quod illa coniuges recipiant, ibi, *che detta Maria Madalena, e Fabio ſiano tenuti alle coſe ſudette, &c.* & licet ſub datur, *ſenza pregiuditio delle ragioni che li competono contro i Caietani*, hoc intelligendum eſt quatenus aliqua
21 iura † competant contra Caietanos *Oldr. conſ. 214. num. 2. & 3. Ruin. conſ. 99. num. 10. lib. 1. Aym. conſ. 29 num. 8.* Sed non competunt, quia moleſtiæ creditorum Proſperi ad quas remouendas deciſum fuit Caietanos compelli poſſe per Coniuges ceſſabunt per aſſignationem tot locorum montium ex dicto prętio Rocchegurgæ quæ creditores recuſare non poſſunt, & hypotecam ſpecialem aliorum locorum pro ſecuritate moleſtiarum, quæ ab alijs creditoribus eiuſdem Proſperi in futurum poſſent inferri ex allegatis in vltima deciſione §. quo ad ſummam.

Libertas aſſignamentorum promiſſa Coniugibus quiquè maior prætendi non poteſt ex Chirografo eadem in effectu eſt in his locis montium, & in cenſibus alias per Coniuges acceptatis; nam etiam cenſus ſubiacent euictioni Caſtri Normarum pro vt loca montium euictioni Rocchegurgæ; vtraque euictio pendet ab eiſdem caſibus etiam ex natura rei ſiue ex facto Principis, vt patet ſumm. Caietani num. 13. & ex parte venditoris periculum eſt idem, quia idem eſt venditor. Nec obſtat quod prætium Rocchegurgæ hypotecatum ſit pro euictione Normarum nec non in caſu quo homines Communitatis nollent ſe obligare ad molendum in Molendino Domini, & ſpatio tredecim annorum decurſo inter vnam, & alteram venditionem poſſibile ſit venditorem contraxiſſe alias hypotecas præter contractas ante venditionem Normarum.

Quia ab euictione Normarum loca montium empta ex prætio Rocchegurgæ ſecura ſunt tum ex iuribus Druſillæ longè anterioribus, tum ex quo in litteris patentibus hoc vinculum expreſſum non legitur, & alias eidem non ſubiacent iuxta nouiſſimam Conſtitutionem Sanctiſſimi. Homines Communitatis iàm ſe obligarunt ad molendum in dicto Molendino ſum. Caietani num. 12. alias

vero hypotecas fuiſſe medio tempore contra-
ctas gratis allegatur, vtquè illarum reſpectu
aduerſus Caietanos excipi poſſit de non im-
22 plemento † non ſufficit allegare poſſibile in
puncto *Rot. in Senogallien. prædij* 18. *May* 1618.
coram Mart. Andrea §.*poſtremo*, vbi dicitur ratio,
quia exceptio non implementi, non eſt pro-
23 banda † per poſſibile, ſed concludenter cum
in ea excipiens ſit actor, *l.1.vbi Bart. ff. except.*
Corn.conſ.223.num.7.in fin.& ſeq.lib.2.Pariſ.conſ.
45.num.2.lib.1.

Et ex abundanti conſentiūt Caietani, quod
alia loca montium vinculentur arbitrio Ro-
tæ pro ſecuritate coniugum à moleſtijs, quas
alij creditores Proſperi, eſto quod aliquando
detegerentur poſſent inferre, quodque etiam
cenſus ſcutorum 12.mil. debitus ab Vrſinis,
quem iuxta temperamentum coniuges retro-
cedere debent Caietanis maneat hipothecatus
pro eadem ſecuritate, vnde pinguius conſuli-
tur prætenſæ liberationi à poſſibilibus hypo-
thecis creditorum cum ad hunc effectum ſuf-
24 ficiat cautio per quam † coniuges ſecuri red-
dantur ab omni damno, *l. ſi poſt Cod.euict.Alex.*
conſ.65.num.4.& 5.lib.5. Grat.diſcept.113.nu.44.
Seraph.dec.1242.n.2.Greg.XV.dec.295.nu.1.& 3.
& ibi Add.n.5.

Atque hinc nil facit, quod ſuper prętio
Rocchegurgæ impoſitum ſit recipientibus
onus cauendi de reſtituendo prioribus,& po-
tioribus creditoribus Proſperi,quia dum non
apparet an creditores adſint ſatis coniuges
mediante d. vinculatione montium, & cen-
ſus Dominorum de Vrſinis aſſecurantur ad-
uerſus omnem poſſibilem reſtitutionem,ma-
ioremque ſecuritatem in hoc habent intus,
quia ipſi ſunt anteriores, & potiores alijs cre-
ditoribus,ne dùm ratione temporis,ſed etiam
quia ſunt creditores dotis, quæ vigore *Auth.*
res quæ Cod.comm.de legat. detrahenda eſt ex bo-
25 nis † fideicommiſſi qualia ſunt iſta ante om-
nia debita Proſperi hæredis grauati; Cum
26 enim obligatio dotandi † formetur origina-
liter in perſonam fideicommittentis, qui ſi
viueret dotare cogeretur, & inhæreat bonis
tranſijt in vocatos cum eo prioritatis priuile-
gio, quod habent cęteri creditores fideicom-
27 mittentis in concurſu † cū creditoribus hæ-
redis grauati medio tempore creatis in pun-
cto *Seraph.deciſ.693.num.1.& per tot. Rot.dec.23.*
num. 2.par.5.recent.dec.312.nu.16.par.6. & in Ro-
mana dotis 13.*Februarij* 1640. *coram Eminentiſſi-*
mo D.Card.Panzirolo,& notat Caſtr.in dicta Auth.
res quæ num.10.Fulgoſ.num.2.Dec.conſ.519.num.3
Sed quod etiam præſtat Chirographus San-
ctiſſimi, in quo mandatur, quod prius ſatiſ-
fiat coniugibus deinde alijs creditoribus.

Tandem non obſtat, quod minor ſit reddi-
tus montium, quam cenſuum aſſignatorum,
quia Caietani non promiſerunt certum
redditum, ſed pecunias videlicet ſcuta 29.
mil. & 700. eaque partim ſoluerunt in cen-
bus; & ſicuti ſi cenſus redimerentur à debito-
ribus coniuges non poſſent petere à Caieta-
nis, vt manutenerent eumdem redditum, ita
nec in caſu præſenti, cum Caietani eſto quod
cenſus non reperiantur liberi ſatisfacere dica-
tur eorum obligationi ſiue cenſus liberēt per
28 renunciationem † eorum qui deſuper habent
iura, ſiue per ſolutionem ſortis principalis,&
quantitatis pro qua cenſus aſſignati fuerunt,
vt per *Bald. in l. ſi traditio numer.7.Cod. act.empt.*
Ruin.conſ.141.num.9.prop.fin.lib.1.Ritain.ſen.con-
ſil.297.num.10.& ſeqq.Grat.diſcept.301.nu.5. Rot.
coram ſan.mem.Greg.XV.dec.88.num.3.& ibi add.
numer.10. Et omne damnum quod coniuges
paterentur ob minorem redditum montium,
poteſt emōdari ſupplendo,quod deeſt per aſſi-
gnationem tot fructuum ex alijs locis mon-
tium donec cenſus à debitoribus redimantur.

Ex quibus cum per æquipollens implean-
29 tur † omnia promiſſa à Caietanis; vt poteſt
ad euitandam exceptionem non implementi,
Seraph.dec.1243.num.2.Mant.dec.270.num.3. nec
æquitas patitur vt coniuges retineant rem,
& pretium Rota ſtetit in deciſis vtraque par-
te informante.

LAVRETANA DOMVS.

Lunæ 14. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Maritus vendere nequit rem propriam vxoris,
& quæ dotalis non eſt,& ex quibus ratificatio
venditionis excludatur? Alienatio bonorum
Fideicommiſſi pro ſoluendo ære alieno Te-
ſtatoris,vt ſubſtineatur requiritur, quod de
ære alieno aliundè conſtet, quam ex partium
confeſſione, ne ſit in earū arbitrio fideicom-
miſſum euertere, & vlterius quod creditores
vrgeant. Sententia lata contra mortuum ſub-
ſtinetur in prophanis, niſi probetur mortem
deueniſſe ad notitiam Iudicis, vel partis, &
ſaltem ſubſtinetur quoad viuum litis con-
ſortem mortui.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata inducta cenſetur ſi appellans ſpatio quadriennij acta non tranſportauit, nec minus fatalia prorogari curauit cum tamen ad hunc effectum triennium ſufficiat.*

2 *Maritus vendere nequit rem propriam vxoris, ad ipſam ſpectan. vigore alicuius fideicommiſſi.*

3 *Stante præſertim expreſſa prohibitione alienationis, quæ efficit, vt nec momento valida ſit alienatio ob reſiſtentiam voluntatis Teſtatoris.*

4 *Ad ratificationem venditionis inducendam non ſufficiunt actus æquiuoci, & qui ad aliam cauſam, quam ratificationis referri poſſunt.*

5 *Et requiritur ad hunc effectum ſcientia ſpecifica cum omnibus ſuis qualitatibus.*

6 *Solemnitates neceſſariæ ſunt in ratificatione non ſecus, ac in ipſo contractu principali.*

7 *Alienatio bonorum fideicommiſſi pro ſoluendo ære alieno Teſtatoris ſubſtinetur.*

8 *Aes alienum Teſtatoris aliundè probari debet, quam ex aſſertione contrahentium, quibus non creditur,*

ne

ne ſit in eorum arbitrio ſub mendicato prætextu æris alieni euertere legem fideicommiſſi.

9 *Et vlterius requiritur pro ſubſtinenda alienatione bonorum fideicommiſſi, quod creditores vrgeant.*

10 *Sententia lata contra mortuum valida eſt in prophanis niſi probetur, quod mors deuenerit ad notitiam Iudicis, vel partis.*

11 *Et ſubſtinetur ſaltem, quoad viuum litis conſortem mortui.*

12 *Mandatum de aſſociando obtineri poteſt à venditore attenta reſeruatione dominij in Inſtrumento venditionis cum dominium, & poſſeſſio retenta dicantur.*

13 *Contrahens cum aliquo vti procuratore alicuius, non poteſt deinde negare eum eſſe talem.*

14 *Exceſſus in executione probandus eſt ab allegante.*

15 *Venditio facta cum reſeruatione dominii operatur, vt ante ſolutionem pretij contractus tranſeat in locationem.*

16 *Melioramenta probata non dicuntur non conſtito de anteriori ſtatu.*

DECISIO CLVII.

AD domum hereditariam Marci Ferri, & ſubiectā ſtrictiſſimo fideicommiſſo fauore Eliſabethæ filiæ eiuſque deſcendentium, quam Antonius eiuſdem Eliſabethæ vxoris nomine vendiderat Paulo Siluanello reintegrari petentibus iudicio ſpolij Antonio Maria, & alijs dicti Pauli filijs ex capite iniuſtitiæ, & nullitatis mandati tùm executiui, tùm de aſſociando pro pretio rei venditæ relaxati contra emptorem, emanauit ſententia abſolutoria A.C. contra actores, quam cum Eliſabeth, & Marcus Ghinellus rei conuenti allegarent in iudicatum tranſijſſe, negaretur autem exaduerſo, vel in omnem caſum prætenderetur conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum mihi commiſſæ, dubitaui, An conſtet de re iudicata, & affirmatiuè Rota reſpondit, eo quod ſpatio quatuor ferè annorum appellantes acta non trauſportarunt, nec fatalia,
1 prorogari curarunt vt debebant, † cum tamen
biennium ſufficeret ad conſtituendam rem iudicatam, *Auth. ei qui Cod. temp. appellat. cap. cum ſit Romana de appellat. Clement. ſicut eod. tit. Rot. deciſ. 151. num. 1. par. 1. recen. & fuit dictum in Peruſina fideicommiſſi de Cincijs 31. Maij 1638. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Et iuſtitia ſententiæ viſa eſt patens, quia intentio actorum fundatur ſolum in dicta vēditione facta Paulo eorum authori, quæ tamen fieri non potuit ab Antonio viro Eliſa-
2 beth abſq; eius mandato † cum domus non
eſſet dotalis, ſed propria vxoris ex præcitato fideicommiſſo paterno, *Alber. in l. maritus nu. 4. in fin. Cod. procur. Alex. conſ. 90. num. 5. lib. 2. Hondod. conſ. 66. num. 87. lib. 1.* Eo minus, quia fideicommiſſum conceptū eſt ſub expreſſa aliena-
3 tionis prohibitione quæ efficit, † vt nec mo-
mento valida fuerit alienatio ob reſiſtentiam voluntatis teſtatoris, *gloſſ. in l. cum pater §. libertis verb. alienarent, & ibi DD. ff. legat. 2. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 16. num. 33. Peregr. de fideicom. art. 40. num. 5. Surd. conſ. 116. num. 18. Seraph. deciſ. 785. num. 6. Caualer. dec. 81. num. 6. & 108. num. 1.* itaut nec dominium, nec poſſeſſio potuerit in emptorem transferri, *Fuſar. quæſt. 718. nu. 25.*

Nec releuat prætenſa ratificatio mulieris reſultans ex mandatis executiuo, & de aſſociando ſucceſſiuè obtentis pro pretio venditionis; quia & hæc obtenta fuerunt à viro abſque mandato vxoris, quæ eſto quod ſciuiſſet à viro agi pro recuperatione domus, imò quod dediſſet mandatum generale ad recuperandum, & ad lites; quia potuit cogitare, quod recuperatio fieret, & lis ageretur ex capite nullitatis venditionis, tùm ob prohibitionem alienationis, exinde elici nullatenus
4 poſſet venditionis † ratificatio, † ad quam in-
ducendam non ſufficiunt actus æquiuoci, & qui ad aliam cauſam, quam ratificationis referri poſſunt *Innoc. in cap. ſuper hoc num. 2. in fin. de renunc. & ibid. Io. Andr. propè finem verſ. ſuper ſpoliatione Ant. de Butr. ſub num. 22. Bart. in l. ſi per vim num. 2. vbi etiam Alex. num. 2. Cod. de his, quæ vi metuſue cauſ. fiunt, Socc. conſ. 24. numer. 46. lib. 1.*
5 & requiritur ſcientia ſpecifica † nedùm con-
tentorum in venditione, ſed etiam prohibitionis alienationis in teſtamento paterno, & nullitatis contractę ex ea reſultantis *gloſſ. in c. concertationi verb. ſciuerint de appellat. in 6. Gabr. conſ. 36. num. 60. lib. 1. Seraph. deciſ. 136. num. 2. Rot. deciſ. 139. num. 8. par. 1. dec. 102. num. 8. par. 4. recent. deciſ. 410. num. 11. & 15. coram bon. mem. Buratto;* atque vltro ſolemnitates Conſtitutionis Car-
6 pentis, quæ † neceſſariæ ſunt in ratificatione
non ſecus, ac in ipſo contractu venditionis, *Gratian. deciſ. 981. numer. 44. Seraph. deciſ. 1242. num. 1.*

Minus releuat, quod venditio facta fuerit
7 pro ſoluendo † ære alieno teſtatoris *ad text. in*
l. filius familias §. Diui il 2. ad fin. ff. legat. 1. l. peto §. prædium ff. legat. 2. quia æs alienum non pro-
8 probatur † niſi ex aſſertione contrahentium,
quibus non creditur ne ſit in eorum arbitrio ſub mendicato prætextu æris alieni euertere legem fideicommiſſi, *Dec. conſ. 403. numer. 12. Pariſ. conſ. 85. num. 29. lib. 3. Rolan. conſ. 33. num. 3. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 247. num. 37.* Neque conſtat
9 quod creditores vrgerent, † vt requiritur pro
ſubſtinenda alienatione bonorum fideicommiſſi facta ad effectum ſoluendi debita Teſtatoris, *Gabr. conſ. 118. num. 5. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 40. num. 25. Odd. eod. tract. quæſt. 33. art. 1. num. 5. & ſeqq. ad ad Greg. XV. dec. 299 ſub num. 6. & fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Zuccaris 14. Nouembris 1639. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.*

Rurſus non obſtat nullitas ſententiæ, ſiue quia deficiat monitorium, ſiue quia concipiatur etiam cōtra perſonam Victoriæ qui tempore ſententiæ erat mortua. Nam primum tollitur ex facto cum adſit monitorium ſuper reintegratione exaduerſo productum; Alterum verò non nocet in prophanis niſi pro-
10 betur † quod mors deuenerit ad notitiam iu-
dicis, vel partis, *Becc. conſ. 110. num. 2. Gratian. diſcept. 18. num. 32. Guid. Pap. dec. 86. num. 2. Gail. obſeruat. 109. num. 4. & ſeq. lib. 4. Caſtill. dec. 60. n. 14. lib. 1. Maſtrill. dec. 137. num. 13. Buratt. dec. 241. n. 8.*

Rot.

Rot.inter recent.dec.38.nu.6.par.7. Et in omnem
11 caſum ſubſtineretur ſententia† quoad viuum
litis conſortem mortui, *Gabr.conſ.56.numer.15.
& ſeqq.lib.1.Becc.d.conſ.110.in fin.Grat. d.diſcept.
18.num.26.*

Et ex his non obſtant obiecta contra man-
datum de aſſociando, vel deliberationem fa-
ctum vigore alterius mandati executiui, quia
etiam illis circumſcriptis ſententia ſubſtine-
tur, vt ſupra, & ex abundanti ſubſiſtit quoq;
mandatum de aſſociando, quia nititur reſer-
uationi dominij in inſtrumento venditionis
12 appoſitæ, cuius vigore † potuit obtineri, cum
dominium, & poſſeſſio retenta dicantur, *l. ſi
eius ff.de ſor.export.Bald.in l.creditores num.8.Cod.
pignor.Grat.diſcept.523.num.16.& ſeqq.Rot.in Ro-
mana vinea 14. Maij 1636. coram bon. memor. Pi-
rouano.*

Nec impugnari poteſt vti obtentum no-
mine vxoris à marito ſine mandato, ſiue ob
citationem Ghirardelli non legitimi procura-
toris Siluanellorum, ſiue ratione exceſſus ob
vſumfructum competentẽ Magdalenæ cuius
nomine actum non fuit, & executionem fa-
ctam in alijs bonis vltra domum petitam.
Quia gratis exaduerſo negant maritum fuiſſe
13 procuratorem vxoris, † dum ex eius geſtis
conantur educere, quod vxor ratificauerit vẽ-
ditionem, & cum viro tanquam procuratore
vxoris contraxerunt, vt per *Gozzad. conſil. 3.
num.19.Dec.conſ.665.num.2.Surd.dec.104.num.8.
& ſeqq.* Citatio verò ne dùm executa fuit con-
tra Ghirardellum, quem eſſe procuratorem
conſtat ex deductis in Summario Siluanelli
num.11. ſed etiam contra principales met in
partibus, & proteſtatio nomine Siluanelli fa-
cta à Cornicio die 5. Martij 1619. non afficit
mandatum de aſſociando antea relaxatum.
Exceſſus tandem mandati de aſſociando ceſſat
ex facto, quia Magdalena multo ante renũcia-
uerat iura ſua Eliſabeth, & executio mandati
apparet facta ſolum in domo cum tamen ex-
14 ceſſus† executionis exaduerſo probandus eſ-
ſet *Seraph.deciſ.1189.num.1.& 2.Rota deciſ.405.
num.1.par.3.deciſ.306.numer.26.& 27.par.7.re-
cent.*

Non obſtat, quod mandatum de aſſocian-
do fuerit relaxatum temporaliter donec pre-
tium ſolueretur, & ſolutum ſit ex penſioni-
bus domus hactenus perceptis, quia illæ ac-
quiſitæ fuerunt Eliſabeth ratione non crediti,
ſed dominij competentis tam ex fideicom-
miſſo patris, quam ex reſeruatione dominij
appoſita in parte diſpoſitiua venditionis, qui
15 operatur, † vt contractus ante ſolutionem
pretij tranſeat in locationem, *l. cum manu ſata
80. §.nemo poteſt, ff.contrah.empt. Surd. deciſ.157.
num.2.deciſ.307.num.2.deciſ.307. num.39. Magon.
deciſ. Flor.91.num.8.dec.92.numer.12.& dec.231.
num.9.Honded.conſ.30.num.29.lib.1.Cyriac. contr.
164.num.8.contr.425.num.62.& 72. Rot. in dicta
Romana vinea coram bon.mem.Pirouano.*

Aſſerta verò melioramenta non probantur
16 cum non conſtet de ſtatu anteriori † domus,
vt requiritur *Bart.in l.ſi negocia num.. . ff.nego.
geſt.Curt.iun.conſ.165.num.20.Seraph.dec.952.n.2.
dec.1453.num.5.Buratt.dec.834.num.11.* Et dicta
teſtium aut elidantur, aut debilitentur ex te-
ſtibus contrarijs adminiculatis à relatione
executoris.

Et in hanc ſententiam Domini eo libẽtius
venerunt, quia nullum inde Siluanelli damnũ
ſentiunt cum pretium domus nunquam ſol-
uerint, & agatur de ipſa domo vendita quæ
ex ſupradictas ſpectat ad Eliſabeth.

Et ita deciſum vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICCOMMISSI DE VIZZANIS.

Veneris 15. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum remiſſum, ac ſublatum dici-
tur per diuiſionem factã inter grauatos, cum
facultate liberè diſponendi de bonis diuiſis,
etiam quoad eorum hæredes, & ſucceſſores,
quæ facultas incompatibilis eſt cum fideicõ-
miſſo, & ex quibus excludatur facultatem
liberè diſponendi non eſſe reſtrictam ad bona
libera, nec ad ſimplicem diſſolutionem com-
munionis, minuſque limitari ad vitam diui-
dentium. Fideicommiſſum remitti poteſt in
præiudicium vocatum ſi ſunt diuidentiũ hæ-
redes. Scientia fideicommiſſi in diuidentibus
ex quibus deducatur?

SVMMARIVM.

1 *Notarius poteſt clauſulas cateratas iuxta formula-
rium loci extendere, licet eas addere ex integro non
poſſit.*
2 *Notarij in Ciuitate Bononiæ poſſunt iuxtà diſpoſi-
tionem decreti Legati abbreuiare clauſulas inſtru-
mentorum, quæ ſic abbreuiata intelligantur exten-
ſa, prout de verbo ad verbum in formulario de-
ſcripta reperiuntur.*
3 *Contrahentes ſemper contraxiſſe cenſentur iuxtà
extenſionem clauſularum contentam in formulario
Inſtrumentorum.*
4 *Facultas alienandi bona inter diuidentes regulari-
ter non reſtringitur ad bona libera, dumtaxat de
quibus etiã loquitur deciſio. Declara vt n.9.*
5 *Vel poteſt referri ad ſolam diſſolutionem commu-
nionis pro determinandis differentijs inter contra-
hentes. Declara vt nu.12.& 13.*
6 *Maximè ſi nuſquam apparet, quod ſequuta fuerit
actualis alienatio, declara vt nu.16.*
7 *Facultas alienandi in Inſtrumento diuiſionis reſtrin-
gi, & limitari debet ad vitam diuidentium. De-
clara vt nu.20.& ſeqq.*
8 *Facultas alienandi bona fideicommiſſi non operatur,
illius remiſſionem, ſi diuidentes illius ſcientiam non
habuerunt.*
9 *Clauſulæ,* ad habendum &c. *adiecta in Inſtru-
mento diuiſionis comprehendit tam bona libera,
quam fideicommiſſaria, quando diuidentes bona
vtriuſque ſpeciei expreſsè declararunt alienarẽ
poſſe.*
10 *Verbum* dictis *eſt demonſtratiuum ad oculum cor-
porum*

porum paulo ante deſcriptorum.

11 *Verbum* qualibet parte *tanquam vniuerſale eſt comprahenſiuum, cuiuslibet partis bonorum cuiuſcumque ſpeciei ſint.*

Deciſio Buratti 89. *quo caſu loquatur, ibid.*

12 *Diuidentes ſi in Inſtrumento diuiſionis declararunt ſe deuenire ad diuiſionem ad tollendam communionem,& vlterius vt quilibet diuidentium diſponere valeat de bonis aſſignandis, tunc inter diuidentes dicitur proceſſum vltra terminos ſimplicis diſſolutionis communionis, nu.13.& 14.*

15 *Clauſula ampliſſima importantes facultatem alienandi inter diuidentes ſi reſpiciunt tempus futurum, & perſonas hæredum, & ſucceſſorem important remiſſionem fideicommiſſi.*

16 *Facultas alienandi quando eſt conceſſa, nedum ipſis diuidentibus, ſed etiam hæredibus parum refert ſi actualis alienatio non fuerit ſequuta, quia ſi non alienarunt diuidentes, alienare poſſunt hæredes.*

17 *Et ſtante pregnantia clauſularum in diuiſione ſufficit alienatio per vltimam voluntatem, & inſtitutionem hæredum.*

18 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

19 *Teſtator mandans hæredi, quatenus renunciet fideicommiſſo ad quod ex propria perſona eſt vocatus, cenſetur de bonis fideicommiſſi voluiſſe diſponere.*

20 *Fideicommiſſum non cenſetur remiſſum ad vitam diuidentium tantum, quando diuidentes voluerunt fideicommiſſum eſſe remiſſum, etiam poſt eorum mortem in præiudicium vocatorum.*

21 *Voluntas contrahentiũ ſeruanda eſt, vbi non deficit poteſtas.*

22 *Fideicommiſſum cenſetur remiſſum etiam quoad hæredes diuidentium, quando in diuiſione non ſteterunt in terminis ſimplicis ſtipulationis pro ſe, & ſucceſſoribus, ſed vlterius fuit data facultas hæredibus diſponendi de bonis diuiſis, & numer. 23. & 24.*

25 *Amplia præſertim quando ſtipulatio eſt concepta nedum pro hæredibus, ſed etiam pro ſucceſſoribus.*

26 *Teſtator poteſt remittere fideicommiſſum in præiudicium vocatorum, quando ſunt illius hæredes ea ratione nam poteſt Teſtator diſponere de bonis proprijs hæredum.*

27 *Item diſponere eo magis poteſt de bonis hæredi ex fideicommiſſo reſtituendis.*

28 *Hæres acceptando ſimpliciter hæreditatem obligatur ſtare diſpoſitioni Teſtatoris circa remiſſionem fideicommiſſi,] quamuis ad illud ex propria perſona eſſet vocatus.*

29 *Quicquid contrarium dicendum ſit, ſi non eſt hæres renunciantis, vel non conſtat, de voluntate diſponendi de fideicommiſſo in præiudicium vocatorum, nec concurrit ſtipulatio pro hæredibus, & ſucceſſoribus, & num. 30.*

31 *Aditio hæreditatis diuidentium æquipollet expreſſæ renunciationi fideicommiſſi.*

32 *Fideicommiſſi renunciatio tenet in præiudicium vocatorum.*

33 *Hæres acceptans teſtamentum, in quo adeſt præceptum, quod ipſe renunciet alicui fideicommiſſo ex acceptatione Teſtamenti reſultat renunciatio fideicommiſſi.*

34 *Teſtatoris præcepto quando verè fuit paritum, tunc non eſt curandum de modo.*

35 *Diuidentes quod habuerint ſcientiam fideicommiſſi clarè reſultat ſi longè ante diuiſionem ſoluerunt legata à fideicommittente relicta, quæ non ſoluiſſent niſi inſpectis verbis Teſtamenti.*

36 *Item ſcientia fideicommiſſi probatur ex pluribus ſimul iunctis, ac etiam ex actibus iudicialibus occaſione ſolutionis legatorum.*

37 *Geſta à procuratore præſumuntur de mandato, & ſcientia principalis.*

38 *Inuentarium eſt caput redditionis rationum.*

39 *Renunciatio diſpoſitioni* Text. in l. de his ff. de tranſact. *non eſt neceſſaria, quando illius forma apparet à diuidentibus bona fideicommiſſi ſeruata, quamuis teſtamentum non fuerit exhibitum, quia ſufficit quod præceſſerit iuſſio per oculos mentis, & num. 40.*

41 *Amplia præſertim in diuiſione fideicommiſſi reciproci, & coequalis, in qua quia fraus, aut læſio non cadit, non tam rigidè ſeruatur diſpoſitio dictæ legis.*

DECISIO CLVIII.

ITERVM Rota cenſuit, ſublatum eſſe fideicommiſſum Camilli ſenioris per diuiſiones factas inter Pompeum & Iaſonem fideicommittentis filios; quia tribuunt cuilibet nec non hæredibus liberam alienandi facultatem, quæ eſt incompatibilis cum fideicommiſſo vt patet ex clauſulis ampliſſimis extenſis à Notario rogato de inſtrumento diuiſionis, & in prima deciſione ponderatis.

1 Nec dubitari poteſt quin Notarius † clauſulas ad habendum & alias cæteras in inſtrumento diuiſionis poſitas potuerit extendere iuxta formularium publicum Bononiæ à Sede Apoſtolica confirmatum prout fecit licet eas addere ex integro non potuiſſet ad not. per *Laderch. in term. clauſula ad habendum, conſ. 73. num. 17. & 20.* quia decretum legati exaduerſo adductum hoc non prohibet, imò mandat quod Notarij clauſulas abbreuient
2 † eæquè ſic abbreuiatæ intelligantur extenſæ prout de verbo ad verbum in formulario deſcriptæ reperiuntur, & huiuſmodi extenſio ſiue ſubintellecta ex vi dicti decreti, ſiue ſucceſſiuè facta realiter à Notario rogato ſemper habet concomitantiam voluntatis con-
3 trahentium, † quia cenſentur contraxiſſe iuxta extenſionem contentam in formulario vt in puncto huius formularij & extenſionis clauſulæ ad habendum fuit dictum *in Bononien. fideicommiſſi de Naſcentorijs 16. Nouembris 1643. coram R.P.D. meo Ghiſilerio*, & in terminis eiuſdem formularij, *Rota coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 49. num. 8.* & facit *Anchar. conſ. 125. num. 5. verſ. 2. principaliter Decian. conſ. 46. nu. 65. lib. 2. Coccin. deciſ. 137. num. 5.*

Dictæque facultatis alienandi effectus non
4 poteſt † reſtringi ad bona libera dumtaxat, de quibus etiam loquitur diuiſio vt per *Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 6. in fin. ff. verb. oblig. Hond. conſ. 36. num. 32. lib. 1.* & alios quos refert & ſequitur *Buratt. deciſ. 89. num. 16.* Siue ad ſo-

lam

5 lam diſſolutionem communionis †cuius ter-
minandæ cauſa contrahẽtes in prohemio di-
xerunt ſe deuenire ad diuiſionem, iuxta opi-
nionem, *Pereg.conſ.93. num.7. & 8.lib.1. Creſc.
deciſ.6.num.17.de teſtam.*ſeù euitari eo quod ſe-
6 quuta nuſquam fuerit † actualis alienatio ad
tradita per *Bart.in di§.duo fratres quæſt.8.Decian.
conſ.3.num.147.conſ.33.num.107. lib.1. Buratt. d.*
7 *deciſ.89.num.6.* aut ſaltèm limitari † ad vitam
diuidentium vt per *Bald. in l. qui ſe patris ſub
num.32.Cod.vnde liber.Rimin.iun.conſ.751.n.48.
& ſeqq.Fuſar.de ſubſt.quæſt.593.num.49.*Siue tan-
dem elidi ex quo diuidentes non habuerint
8 ſcientiam † fideicommiſſi, vt requiritur *Gio-
uagn.conſ.100.num.43.45.& 91.lib.1.Gaill.obſer-
uat.139.num.13.lib.2.Rot.in Leodien. fideicommiſſi
12.Decembris 1611.coram bon.mem. Sacrato relat
per Giouagn.d.reſp.100.num.53.*

Quia in caſu noſtro diuidentes declararũt
expreſſe quod poſſint alienari omnia bona
diuiſa tùm libera tum fideicommiſſo ſubie-
9 cta; Cum enim in portione cuiuslibet † aſſi-
gnaſſent nominatim bona vtriuſque ſpeciei,
ſubdiderũt clauſulas importantes libertatẽ
alienandi relatiuas ad omnia bona aſſignata
& quamlibet illorum partem, ibi, *ad haben-
dum,tenendum & quidquid D.Pompeo & eius hære-
dibus & ſucceſſoribus de dictis rebus & bonis vt ſu-
pra diuiſis & ipſi in partem obuentis, et qualibet eo-
rum parte, &c. perpetuo diſponen. &c.* ponderan-
do verbum *dictis* quod eſt demonſtratiuum
10 † ad oculum corporum fideicommiſſi paulo
ante deſcriptorum, *l.1. §.eum qui ff.poſtulando,
Rip.in l filius familias §.diui num.111. ff.legat.pri-
mo Ceph.conſ.138.num.39.Menoch.conſ.4.num.27.
conſ.376.num.28.Fuſar.conſ.115.num.10.* Et ver-
11 bum *qualibet parte* † compræhenſiuum tan-
quam vniuerſale cuiuslibet partis bonorum
diuiſorum cuiuſcumque ſpeciei ſint, *Gozad.
conſ.1.num.19.Surd.conſ.73.num.62.conſ.453.n.8.
Barb.dict.317.num.17.& dict.325.num.1.* Vnde
non vrget deciſ. 89. Burat. & Doctores alle-
gati in obiecto, qui loquuntur quando diui-
ſio continet etiam bona libera & adiecta
ſimpliciter fuit facultas alienandi.

Quod verò in prohemio fuerit dictũ par-
tes deuenire ad diuiſionem ad tollendam cõ-
12 munionem † non applicatur, quia non ſola
hæc ratio fuit expreſſa, prout in caſu, *Peregr.
conſ.93.* exaduerſo allegat, ſed addita æque
principaliter fuit alia, vt nempè quilibet ip-
13 ſorum diuidentium † diſponere libere va-
leat quandocunque de bonis aſſignandis,quę
egreditur terminos ſimplicis diſſolutionis
communionis, & cum ſit æquè principalis,
14 † ac independens à prima ad eius terminos
non reſtringitur vt benè in puncto diſtinguit
*Cancer.allegat.in prima deciſ.variar.reſol.li.3.c.15.
num.276.& 277.& facit Pariſ conſ.71.nu.60.li.3.
Grat.conſ.60.num.6.lib.primo,Becc.conſ.111.n.26.*
Voluerunt nimirum diuidentes ne dum cõ-
munionem diſſoluere, ſed vltro acquirere li-
beram diſpoſitionem bonorum, & quidem
quandocunque pro ſe hæredibus & ſucceſ-
ſoribus perpetuo excedẽdo in hac parte ſim-
plicis diuiſionis naturam, iuxta quam pro-
15 pterea †clauſulæ ampliſſimæ alienandi facul-
tatem importantes nõ poſſunt intelligi prout
in *deciſ. Creſcentij* exaduerſo allegata, ſed cum
reſpiciant etiam tempus futurum, & perſo-
nas hæredum ac ſucceſſorum, quibus alio-
quin non ſunt appllicabiles importãt remiſ-
ſionem fideicommiſſi vt in ſpecie ad *deciſionẽ
Creſcentij reſpondet Rot.deciſ.493. verſ.nec obſtat,
part.4.diuerſ.ac tenuit coram Mohed.deciſ.24.de re-
nunc.Peregr.Fuſar.Honded.Capicelatro & alij alle-
gati in prima deciſ. §.fideicommiſſum*, qui omnes
loquuntur in terminis diuiſionis.

Tertio non intereſt an ſecuta fuerit actua-
lis alienatio nec ne, quando facultas alienan-
16 di eſt † conceſſa etiam hęredibus,quia ſi non
alienarunt diuidentes, alienare poſſunt hære-
des vt præter *Fuſar.allegat.in deciſ.quæſt.593.nu-
mer.31. tradit Bero conſ.130. ſub num.32. verſ.2.
reſpondeo lib.2.Pariſ.conſ.71.num.24.& ſeqq.lib.3.
Thob.Non.conſ.40.n.18.& ſeqq: Giouag.conſ.100.
num.17.& 106.lib.1.Odd.de fideicomm.quæſt.9.nu-
mer. 146. Rota in Monopolitana bonorum 10. Maij
1617. coram bon. mem. Manzanedo impreſſ. apud
Giouagn.d.conſ.100. nu.54.* Et in omnem euen-
17 tum ſtante pregnantia clauſularum † poſi-
tarum in diuiſione ſufficit alienatio per vlti-
mam voluntatem & inſtitutionem hæredum
ex *Peregr.de fideicom.art.52. num.46. & alijs alle-
gatis in prima deciſione §.aduertendo*, præſertim
cum in teſtamento explicite approbetur di-
uiſio, eiuſque fiat expreſſa mentio & relatio
18 ad illam, †vnde perinde eſt ac ſi nominatim
de bonis in diuiſione contentis fuiſſet diſpoſi-
tum ad *tex.in l.aſſe toto ff.hæred. inſt. Grat. diſce-
ptat.571.num.44.Surd.deciſ.212.num.14.*Cumq;
19 teſtator mandauerit hæredi ſcripto † quod
renunciet fideicommiſſo Camilli ſatis appa-
ret quod voluit diſponere de bonis fideicom-
miſſi diuerſimode à diſpoſitis in eodem fidei-
commiſſo,ad quem effectum ſatis fuiſſet di-
uerſitas diſpoſitionis quoad modum & qua-
litates, licèt conueniret in perſonis vocato-
rum vt per *Gomeſ.var.reſol.lib.1.cap.12.num.38
Capycelatro dec.51.num.7.& 8. Rot.in Romana do-
tis ſeu fideicommiſsi de Anguillara 28.Ianuar.1641.
coram me.*

Rurſus limitatio remiſſionis fideicommiſsi
ad vitam diuidentium non habet locũ quan-
20 do diuidentes † potuerunt & voluerunt fi-
deicommiſſum eſſe remiſſum etiam poſt eo-
rum mortem in præiudicium vocatorum,
21 nam ſeruanda eſt † contrahentium voluntas
vbi non deficit poteſtas vt in terminis remiſ-
ſionis fideicommiſſi, *Peregr. conſ.93. n.6.lib.1.*
22 Et voluiſſe in caſu noſtro clarum eſt, † quia
non fuerũt ſtipulati ſimpliciter pro ſe & ſuc-
ceſſoribus in clauſulis executiuis vt in *dicto
conſ.93.Pereg.num.15.* Aut ſteterunt intra limi-
tes diuiſionis pro ſe & hæredibus, in quibus
terminis loquitur, *Rimin.iun.conſ.751.n.49.&
ſeqq.Peregr.conſ.8.num.56.lib.1.conſ.19.ſub nu.13.
lib.4. & alij,*ſed vltro in parte diſpoſitiua con-
uenerunt, quod etiam hæredibus & ſucceſ-
23 ſoribus † liceat de bonis diſponere & quid-
quid placuerit perpetuo facere,quodque bo-
na ad hæredes & ſucceſſores liberè & pleno
iure

24 iure ſpectent, † quæ verificari non poſſent,
niſi quoque poſt mortem diuidentium fidei-
commiſſum eſſet remiſſum, quia alioquin
hæredes & ſucceſſores non haberent liberum
dominium, neque diſponere poſſent de bo-
nis ad libitum vt ſenſui patet & in puncto
ponderat *Bero.conſ.130.n.26.lib.2. Pariſ.conſ.71.
num.35.& ſeqq.* vbi quod hoc maximè proce-
25 dit quando ſtipulatio concepta eſt † ne dum
pro hæredibus ſed etiam ſucceſſoribus, *lib. 3.
Giouag.conſ.100.num.106.lib.1. Pereg.de fideicom.
art.52.num.44.verſ.Alexander tamen Fuſar. dicta
quæſt.593. numer.42. Mart.de ſucceſſ.legali part.4.
quæſt.21.art.14. num.55.* adeo quod diuidentes
videntur in renunciationem deduxiſſe ius ſuũ
& hæredum vt bene aduertit *Alb. conſ.74. n.4.
Pereg.conſ.19.ſub num.13. verſ. diuerſum eſt lib.4.*
fitque clarior hæc voluntas ex teſtamento Ia-
ſonis alterius ex diuidentibus, in quo præce-
pit hæredi ſcripto, vt per ſe & deſcendentes
renunciet dicto fideicommiſſo Camilli ſe-
nioris inhærendo videlicet ad maiorem cau-
telam renunciationi contentæ in diuiſione.
Potuiſſe pariter remittere fideicommiſſum
26 in præiudicium vocatorum † qui ſunt diui-
dentium hæredes dubitandum non eſt, quia
permiſſum eſt diſponere de bonis proprijs
hæredum, *l.vnum ex familia §. ſi rem tuam & §.
ſed & ſi fundum vbi gloſſ.verb.tantundem ff.legat.2
Iaſ.in l.ſi ſeruus 73. num. 13. ff. legat. primo Crot.
conſ.273.num.3.Menoc.conſ.89.num.49.* quo ma-
27 gis de bonis † hæredi ex fideicommiſſo reſti-
tuendis, *Suarez in l.quoniam in prioribus amplia-
tione ſeptima num.2. verſ.ad prædicto Cod. de inoff.
teſtam. Soccin.iun.conſ.68.numer.12.lib.4. Boer.de-
ciſ.147.num.7.Reuerendiſſ.Vrgellen.deciſ.10.num.2.
deciſ.93.nu.1.& 2.* & hæredes acceptando ſim-
28 pliciter hæreditatem † obligantur ſtare huiuſ-
modi diſpoſitioni, ac remiſſioni fideicõmiſſi
quamuis ad illud ex propria perſona eſſent
vocati, *vt fuit deciſum in Bonon. fideicommiſſi de
Lucio 9.Decembris 1619.coram bon. mem. Cardin.
Sacrato §.quo ad primum impreſſ.apud Giouagn.di-
cto conſ.100.num.33.* quidquid dicendum eſſet
29 † ſi non eſsẽt hęredes renunciantis in quibus
terminis loquitur *Gomeſ.ad leg.Thauri 40.n.86.
& 88.* neque conſtaret quod diuidentes vo-
luerint diſponere de fideicommiſſo in pręiu-
dicium vocatorum qui eſſent eorum hære-
30 des & in parte diſpoſitiua diuiſionis † etiam
pro hæredibus & ſucceſſoribus & ad eorum
liberam diſpoſitionem diuiſio ſtipulata non
fuiſſet vt in puncto diſtinguit *Alb. conſ.74. ſub
num.4. Ruin.conſ.25.num.11.conſ.138.nu.10. verſ.
aut promiſit li.2.Soccin.iun.Menoch.Fuſar. Giouag.
Galler.& Pereg.allegati in prima deciſ.§.ſed ex ab-
bundanti quibus additur Menoch. conſ.89. num.34.
& ſeqq.ex tex.in l.filiusfamilias §.cũ pater ff. legat.
primo & l.vnum ex familia §.ſed ſi vno ff. legat.3.*
Nec obſtat quod ſic euerteretur fideicom-
miſſum, quia manebit quo ad alios qui non
ſunt diuidentium hæredes, aduerſarij autem
qui hæredes ſunt agere ex fideicom. non poſ-
ſunt non ſecus ac ſi explicite fideicommiſſo
31 renunciaſſent, quia aditio hæreditatis † diui-
dentium equipollet dicto caſu expreſſe renũ-
ciationi, *Alb.conſ.17. num.1. & 2. Rot.in Viter-
bien.caſtrorum 10.Maij 1624.coram bon.mem.Coc-
cino num. 47.* ac tenet renunciatio fideicõmiſſi
32 † in præiudicium renunciantium, *l. de fidei-
commiſſo Cod.tranſact. Gomeſ.ad l.Thauri 40.n.70.
Peregr.conſ.19.ſub numer.11.lib.4. Fuſar.conſ.95.
nu. 16.* Et in caſu noſtro adeſt vlterius expreſ-
ſa renunciatio facta ab aduerſarijſmet in vim
33 præcepti Iaſonis eorum authoris † qui in te-
ſtamento mandauit Camillo iuniori eius fi-
lio quem ſcripſit hæredem, vt renunciet per
ſe & filios & deſcendentes quales ſunt aduer-
ſarij fideicommiſſo Cammilli ſenioris, Ca-
millus autem iuxta formam præcepti renun-
ciauit ijdemquemet aduerſarij acceptarunt
ſucceſſiue omnia & ſingula in dicto teſtamẽ-
to eiuſque ſingulis partibus, & capitibus con-
tenta & ſic etiam dictum præceptum cuius
vigore ipſi vti filij & deſcendentes Camilli
iunioris ex paterna renunciatione à fideicõ-
miſſo ſenioris excludebantur & ratificationẽ
diuiſionis in eodem teſtamento contentam
ex qua acceptatione reſultat renunciatio fi-
deicommiſſi, perinde ac ſi aduerſarij diui-
ſionem & remiſſionem fideicommiſſi feciſ-
ſent vt in *Monopolitana bonorum 10. Maij 1617.
coram bon.mem.Manzed.impreſſ.apud Giouagn.dicto
conſ.100. num.58. lib.1.* Nec refert quod tale
præceptum fuerit correſpectiuum ad præle-
gatum librarum 20. m. Camillo iuniori reli-
ctum, quia ſatis eſt quod fuerit præcepto pa-
34 ritum † per effectiuam renunciationem, &
acceptationem prædictam.
Tandem quod diuidentes habuerint ſcien-
35 tiam fideicommiſſi † viſum fuit euidens, quia
longè ante diuiſionem ſoluerant legata à fi-
deicommittente relicta, quæ ſanè non ſol-
uiſſent niſi inſpectis verbis teſtamenti, *Bart.
in d.§.duo fratres ſub num.13.& nu.14. verſ. poteſt
ex alio & alij quos refert & ſequitur Rot. in Mono-
politana bonorum 19. Decembris 1614. coram bon.
mem.Mazancdo, & plena manu cumulantur in pri-
ma deciſione huius cauſæ §. Quos habuiſſe,* iun-
ctis etiam alijs coniecturis ibidem adductis,
36 † nec non pluribus actibus iudicialibus corã
Commiſſario Fabricæ ex cauſa eorumdem le-
37 gatorum, qui & ſi geſti à procuratore, præ-
ſumuntur tamen de mãdato & ſcientia prin-
cipalis, *Put. deciſ.358. lib.1.* Et inſuper inuen-
tario tutelari facto à matre diuidentium dum
erant pupilli, vbi explicitis verbis narratur ſe-
ries inſtitutionis hæredũ ac teſtamenti, quod
inuentarium vidiſſe diuidentes indubitatum
eſt, quia facti maiores reportarunt à tutrice
redditionem rationis adminiſtrationis eam-
demque de omnibus adminiſtratis quietarũt
38 cum inuentarium ſit caput † redditionis ra-
tionum, *Eſcobar.de ratiocin.cap.9.num.2.Cancer.
var.reſol.lib.3.cap.2.ſub num.1.* Atque hinc ne-
que obſtat quod aliquæ ſolutiones legatorũ
fuerint factæ à tutrice, quia eas approbarunt
principales in redditione rationis & aliæ plu-
res apparent factæ ab ipſiſmet hęredibus ijdẽ-
que pulſati à Commiſſarijs Fabricæ exhibue-
runt quietantias ſolutionum.
Non obſtat quod in diuiſione non fuerit
renun-

renunciatum diſpoſitioni textus *in l. de his ff.*
39 *tranſact.* quia renunciare† opus non fuit cum eius forma ſeruata fuerit quamuis teſtamentum tempore diuiſionis non appareat exhibi-
40 tum oculis corporeis diuidentium, † neque adſit clauſula, *viſis, & inſpectis verbis teſtamenti*, dum aliunde eius ſcientia ex prædictis probatur, quia ſufficit præceſſerit viſio per oculos mentis, *Bart. in d. l. de his num. 6. Iaſ. num. 15. Pariſ. conſ. 15. num. 77. lib. 2. Becc. conſ. 108. num. 28. lib. 1. Caſ. de Graſſ. dec. 2. num. 2. de tranſact. Buratt. deciſ. 658. nu. 8. & ſeqq. Rot. in Romana diuiſionis 20. Iunij 1639. coram me* ex coniecturis probata, *Pariſ. conſ. 46. num. 18. lib. 2. Honded. conſ. 33. num. 34. & ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 87. num. 56. Giouagn. reſpon. 100. num. 65. & 97. lib. 1. Mart. de ſucceſſ. leg. par. 4. q. 21. ar. 15. num. 107. Barz. dec. 96. numer. 16. & ſeqq.* Maximè in diuiſione fideicommiſſi
41 reciproci, & coęqualis, † in qua, quia fraus aut læſio non cadit non tàm rigidè ſeruatur dictæ legis diſpoſitio, *Pariſ. Socc. iun. Thob. Non. & alij allegati in prima deciſ. §. nec refert.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

BONONIEN. BONORVM.

Sabbati 23. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Vſufructuario datur manutentio aduerſus proprietarium occupantem poſſeſſionem naturalem, quia licet non habeat ciuilem poſſeſſionem habet tamen quaſi ciuilem. Exceptio reſpiciens dominium, vel non ius poſſeſſoris, non eſt apta ad retardandam manutentionem, niſi probetur incontinenti per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex mandato de immittendo executioni demandato.*

2 *Vſufructuario etiam competit interdictum retinendæ aduerſus proprietarium occupantem, vel turbantem naturalem poſſeſſionem.*

3 *Vſufructuarius licet non habeat ciuilem, habet tamen quaſi ciuilem poſſeſſionem bonorum ſuper quibus habet vſumfructum.*

4 *Manutentio datur etiam vigore quaſi ciuilis poſſeſſionis.*

5 *In iudicio manutentionis exceptiones reſpicientes dominium, vel non ius poſſeſſoris reijciuntur ad petitorium, aut poſſeſſorium plenarium.*

6 *Nec poſſunt retardare manutentionem, niſi probentur inconcõtinenti per confeſſionem partis, vel rem iudicatam.*

7 *In ſummarijſſimo poſſeſſorio attenditur nudum factum poſſeſſionis, nec quæritur an iuſta ſit, vel iniuſta.*

DECISIO CLIX.

POST obitum Caroli filij Domina Aurelia mater inſtituta ab eodem hæres vſufructuaria petijt, & obtinuit ab Auditore Generali Bononiæ præſentibus, & acquieſcentibus DD. de Caſalibus hæredibus proprietarijs mandatum de immittendo in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum eiuſq; vigore fuit ab executore immiſſa actualiter in poſſeſſionem dictorum bonorum, in quibus hodie reſponſum fuit illi dandum eſſe mandatum de manutenendo aduerſus dictos hæredes pro-
1 prietarios; quia ſe poſſidere probauit † ex præfato mandato de immittendo executioni de mandato iuxta *text. in l. iuſtè poſſidet, l. clam poſſidere §. qui ad nundinas, & vtrobique DD. ff. de acq. poſſeſſ.*

Nec dubitari poteſt quin etiam vſufructuario competat interdictum retinendæ aduerſus
2 proprietarios † occupantes, vel turbantes naturalem poſſeſſionem; quia licèt non habeat
3 ciuilem, † habet tamen quaſi ciuilem poſſeſſionem, *l. ait prætor, §. item ei, & ibi gloſſ. ff. ex quib. cauſ. maior. in integr. reſtitut. Bart. in l. ſi plures §. deiectum num. 1. ff. de vi, & vi arm.* cuius ratio-
4 ne datur † manutentio, *Bart. in l. 1. num. 3. ff. vti poſſid. Salyc. in l. vnica num. 24. Cod. eod. tit. Abb. in cap. licet cauſam num. 37. verſ. nunc quæro de probat. Menoch. de retin. remed. 3. num. 70. Caſtill. de vſufr. cap. 6. num. 33. Boer. dec. 199. n. 8. Rot. deciſ. 366. nu. 3. par. 1. recent.*

Non obſtat, quod aliqua ex dictis corporibus vti ſpectantia ad proprietarios ex propria perſona vigore antiquarum inueſtiturarum, ſeu primogenituræ, nõ potuerint grauari onere vſusfructus, ad fauorem Aureliæ. Quia
5 hæ exceptiones quæ reſpiciunt † dominium, vel non ius poſſeſſoris reijciuntur ad petitorium, aut poſſeſſorium plenarium, *Rot. inter impreſſ. poſt tract. modern. de manutenend. deciſ. 101. num. 2. deciſ. 138. num. 5. dec. 328. num. 8.* Nec poſ-
6 ſunt retardare † manutentionem niſi probentur incontinenti per confeſſionem, vel per rem iudicatam, *Seraph. deciſ. 555. num. 8. Buratt. deciſ. 360. num. 7. add. ad Greg. XV. dec. 107. num. 5.* & in puncto ad fauorem vſufructuariæ, *Rota deciſ. 366. num. 6. par. 1. recent.* nam in ſummarijſſimo poſſeſſorio attenditur nudum factum
7 poſſeſſionis, † nec quæritur an iuſta ſit, vel iniuſta, *Laderch. conſ. 95. nu. 6. Canc. var. reſol. par. 3. cap. 14. num. 40. Barz. dec. 47. num. 19. Seraph. deciſ. 582. num. 5. Caualer. dec. 589. n. 5.*

Et ita deciſum vna tantùm parte informante altera tamen pluries citata.

MARSICEN. IVRISDICTIONIS.

Veneris 29. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus ſucceſſor non tenetur ad exhibitionẽ proceſſus exiſtentis penès prædeceſſorem, ſi ex teſtibus aliiſque adminiculis in deciſione ponderatis conſtat de illius occultatione tempore obitus prædeceſſoris, & ad hunc effectum exiſtentia penès ſucceſſorem plenè, & concludenter probanda eſt, non autem præſumptiuè.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtis generaliter loquens declaratur ab alio Teſte in ſpecie deponente.*

2 *Teſtis deponens de certa ſcientia, iunctis alijs teſtibus de auditu plenè probat.*

3 *Teſti vnico, fides adhibetur concurrentibus adminiculis.*

4 *Teſtes de auditu deſeruiunt ſaltim pro adminiculo.*

5 *Confeſſio emiſſa in commiſſione, in qua ſit mentio de occupatione alicuius proceſſus, an ſit intelligenda de originali?*

6 *Teſtium depoſitio ſi verificetur in parte, vera etiam præſumitur in reliquo.*

7 *Dolus præſumitur in eo, qui diſtulit agere, & non egit, niſi poſt mortem alicuius informati.*

8 *Item dolus præſumitur in eo, qui monitus indicialiter ad exhibendum aliquam ſcripturam penès eum exiſtentem exhibere recuſat.*

9 *Teſtes de vniuerſitate deponentes pro vniuerſitate, non probant, quando contrarium alij teſtes deponunt.*

10 *Præſertim in cauſa graui, & ardua ſuper magna iuriſdictione.*

11 *Ad exhibendum vt quis cogi poſſit, probatio exiſtentiæ non debet eſſe dubia aut præſumptiua, ſed plena, ac concludens requiritur.*

12 *Cuſtodia ſcripturarum Curiæ Epiſcopalis non ſpectat ad Epiſcopum, ſed ad Notarium actuarium.*

13 *Exhibitio ſcripturæ ſi exigitur à ſucceſſore mediato in Epiſcopatu illius Epiſcopi quo viuente compoſita fuit, ad hoc vt teneatur quæ requirantur?*

14 *Abbas reprobatur à Felin.* in cap. accipimus ſub num. 15. de fid. inſtrumen.

15 *Laceratio ſcripturæ facta ab Epiſcopo anteceſſore non operatur probationem ibi contentorum in præiudicium ſucceſſoris, alias enim temeritas anteceſſoris noceret Eccleſiæ.*

16 *Inſtantia cœpta cum anteceſſore tranſit in ſucceſſorem in Eccleſia.*

17 *Limita non procedere quando ſucceſſor non venit ad cauſam proſequendo factum prædeceſſoris ſuper occultatione alicuius ſcripturæ, ſed ſolum defendendo iura Eccleſiæ, & in hoc afficitur inſtantia cœpta cum defuncto, non autem ſuper dicta occultatione, quia in hoc non poteſt dici ſucceſſor, & n. 18.*

19 *Proceſſus aliquis dum non probatur exiſtere penès ſucceſſorem, & factis diligentijs non reperitur in archiuio, non poteſt imputari ſucceſſori, quod proceſſum non exhibeat, vel non cogit Archiuiſtam, vt exhibeat.*

20 *Audientia non eſt deneganda ſucceſſori ob non exhibitionem alicuius ſcripturæ exiſtentis penès anteceſſorem, quando abſque ſua culpa impoſſibilis redditur exhibitio.*

21 *Rota paſſim denegare ſolet audientiam recuſanti exhibere aliquam ſcripturam, ſi in eius poteſtate eſt eam exhibere.*

22 *Boni iuris præſumptio reſultat ex ſententia fauorabili in iudicatum tranſacta.*

23 *Amplia quamuis aduerſus rem iudicatam ſit conceſſa reſtitutio in integrum.*

24 *Aſſiſtentia iuris ſuffragatur Epiſcopo quoad exercitium iuriſdictionis in locis exiſtentibus intra fines ſuæ diœceſis.*

25 *Teſtium examen ad partes poſitorum faciendum eſt de actis, ſi eorum dicta ſunt releuantia.*

DECISIO CLX.

FACTIS hinc inde nouis probationibus per teſtes, quorum examen fuit poſitum ad partes, & vltro pro parte Reuerendiſſimi Epiſcopi compulſatis diuerſis ſcripturis dubitaui, An Domino Epiſcopo ſit danda audientia, ac teſtes ſint faciendi de actis, & affirmatiuè in vtroque reſolutum fuit.

Contumacia enim Epiſcopi in exhibendo proceſſum compilatum in hac cauſa de anno 1577. inter Epiſcopum Marſiceñ, & Archipresbyterum Terræ Saponariæ, vel in cogendo Archiuiſtam Curiæ Epiſcopalis, vt exhibeat ob quam Rota ter cenſuit denegandam eſſe Epiſcopo audientiam, nempe bis *coram bon. me. Buratto, vt in deciſ.* 266. *&* 278. *inter eius impreſſas, & ſemel coram Eminentiſſ. D. Card. Hieronymo Veroſpio* 6. *Feb.* 1629. hodie penitus euaneſcit cum fuerit probatũ quod ſtatim mortuo de anno 1614. Aſcanio Pariſio Epiſcopo Marſicenſi, cum quo lis hæc cępta, & completa fuit in Rota coram bon. mem. Manzanedo, Cęſar eius nepos è quodam ſcrinio Patrui proceſſum originalem prædictum ſurripuit, & Cioſſo Archipresbytero tunc Saponariæ conſignauit motus tum amore ſcutorum 200. quæ à Cioſſo in præmium recepit, tum odio in Epiſcopum ſucceſſorem, & in vindictam ſibi denegati Vicariatus, & iudicij criminalis contra ſe moti occaſione concubinatus. De quibus omnibus deponunt plures teſtes nuper examinati, & ſignanter quintus ſuper tertio affirmat ſpecificè, quod Cæſar vt ſupra habuit proceſſum originalem, & 12. teſtatur de viſu ex certa ſcientia, quia pręſens fuit quando Cæſar proceſſum è ſcrinio extraxit; qui duodecimus teſtis quamuis lo-
1 quatur de proceſſu generaliter declaratur † à quinto deponente in ſpecie de proceſſu originali *Socc. iun. conſ.* 69. *num.* 16. *lib.* 1. *Gramm. conſ. ciuil.* 79. *num.* 9. *Caſ. de Graff. deciſ.* 8. *num.* 8. *de cauſ. poſſ. & prop. Greg. XV. dec.* 344. *num.* 13. *Rot. dec.* 16. *num.* 17. *par.* 5. *recent. & in alijs allegat. per adden. ad Buratt. dec.* 430. *num.* 4. Et cum deponat de cer-
2 ta ſcientia, † iunctis alijs teſtibus de auditu plenè probat, *Rot. deciſ.* 340. *num.* 3. *par.* 3. *recent.* quo
3 magis concurrentibus adminiculis † propterquę etiam vnico teſti fides adhibetur, *Bart. in l.* 1. *§. ydem Cornelio ff. de quæſt. Bald. conſ.* 136. *ſub num.* 5. *verſ. perſuadentes igitur lib.* 2. *Caſ. de Graff. deciſ.* 3. *num.* 6. *de probat. Rot. dec.* 247. *numer.* 6. *&* 7. *coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ.* 87. *numer.* 9. *part.* 6. *recent.*
4 Primum adminiculum præbent † alij teſtes deponentes de auditu Summario Epiſcopi *n.* 9. *&* 10. *ad trad. in deciſ. Mant.* 39. *num.* 8. *deciſ.* 237. *num.* 3. *par.* 1. *recent. deciſ.* 16. *nu.* 7. *par.* 5. Alterum confeſſio ipſius Archipresbyteri Cioſſi in commiſſione reſtitutionis in integrũ obtenta
5 poſt † mortem Epiſcopi Pariſij Summ. *nu.* 11. in qua narrauit Papę quod proceſſus fuerat oc-

SVMMARIVM.

1 *Teſtis generaliter loquens declaratur ab alio Teſte in ſpecie deponente.*

2 *Teſtis deponens de certa ſcientia, iunctis alijs teſtibus de auditu plenè probat.*

3 *Teſti vnico, fides adhibetur concurrentibus adminiculis.*

4 *Teſtes de auditu deſeruiunt ſaltim pro adminiculo.*

5 *Confeſſio emiſſa in commiſſione, in qua ſit mentio de occupatione alicuius proceſſus, an ſit intelligenda de originali?*

6 *Teſtium depoſitio ſi verificetur in parte, vera etiam præſumitur in reliquo.*

7 *Dolus præſumitur in eo, qui diſtulit agere, & non egit, niſi poſt mortem alicuius informati.*

8 *Item dolus præſumitur in eo, qui monitus iudicialiter ad exhibendum aliquam ſcripturam penès eum exiſtentem exhibere recuſat.*

9 *Teſtes de vniuerſitate deponentes pro vniuerſitate, non probant, quando contrarium alij teſtes deponunt.*

10 *Præſertim in cauſa graui, & ardua ſuper magna iuriſdictione.*

11 *Ad exhibendum vt quis cogi poſſit, probatio exiſtentiæ non debet eſſe dubia aut præſumptiua, ſed plena, ac concludens requiritur.*

12 *Cuſtodia ſcripturarum Curiæ Epiſcopalis non ſpectat ad Epiſcopum, ſed ad Notarium actuarium.*

13 *Exhibitio ſcripturæ ſi exigitur à ſucceſſore mediato in Epiſcopatu illius Epiſcopi quo viuente compoſita fuit, ad hoc vt teneatur quæ requirantur?*

14 *Abbas reprobatur à Felin.* in cap. accipimus ſub num. 15. de fid. inſtrumen.

15 *Laceratio ſcripturæ facta ab Epiſcopo anteceſſore non operatur probationem ibi contentorum in præiudicium ſucceſſoris, alias enim temeritas anteceſſoris noceret Eccleſiæ.*

16 *Inſtantia cœpta cum anteceſſore tranſit in ſucceſſorem in Eccleſia.*

17 *Limita non procedere quando ſucceſſor non venit ad cauſam proſequendo factum prædeceſſoris ſuper occultatione alicuius ſcripturæ, ſed ſolum defendendo iura Eccleſiæ, & in hoc afficitur inſtantia cœpta cum defuncto, non autem ſuper dicta occultatione, quia in hoc non poteſt dici ſucceſſor, & n. 18.*

19 *Proceſſus aliquis dum non probatur exiſtere penès ſucceſſorem, & factis diligentijs non reperitur in archiuio, non poteſt imputari ſucceſſori, quod proceſſum non exhibeat, vel non cogit Archiuiſtam, vt exhibeat.*

20 *Audientia non eſt deneganda ſucceſſori ob non exhibitionem alicuius ſcripturæ exiſtentis penès anteceſſorem, quando abſque ſua culpa impoſſibilis redditur exhibitio.*

21 *Rota paſſim denegare ſolet audientiam recuſanti exhibere aliquam ſcripturam, ſi in eius poteſtate eſt eam exhibere.*

22 *Boni iuris præſumptio reſultat ex ſententia fauorabili in iudicatum tranſacta.*

23 *Amplia quamuis aduerſus rem iudicatam ſit conceſſa reſtitutio in integrum.*

24 *Aſſiſtentia iuris ſuffragatur Epiſcopo quoad exercitium iuriſdictionis in locis exiſtentibus intra fines ſuæ diœceſis.*

25 *Teſtium examen ad partes poſitorum faciendum eſt de actis, ſi eorum dicta ſunt releuantia.*

DECISIO CLX.

FACTIS hinc inde nouis probationibus per teſtes, quorum examen fuit poſitum ad partes, & vltro pro parte Reuerendiſſimi Epiſcopi compulſatis diuerſis ſcripturis dubitaui, An Domino Epiſcopo ſit danda audientia, ac teſtes ſint faciendi de actis, & affirmatiuè in vtroque reſolutum fuit.

Contumacia enim Epiſcopi in exhibendo proceſſum compilatum in hac cauſa de anno 1577. inter Epiſcopum Marſiceñ, & Archipresbyterum Terræ Saponariæ, vel in cogendo Archiuiſtam Curiæ Epiſcopalis, vt exhibeat ob quam Rota ter cenſuit denegandam eſſe Epiſcopo audientiam, nempe bis *coram bon. me. Buratto, vt in deciſ. 266. & 278. inter eius impreſſas, & ſemel coram Eminentiſſ. D. Card. Hieronymo Veroſpio 6. Feb. 1629.* hodie penitus euaneſcit cum fuerit probatũ quod ſtatim mortuo de anno 1614. Aſcanio Pariſio Epiſcopo Marſicenſi, cum quo lis hæc cępta, & completa fuit in Rota coram bon. mem. Manzanedo, Cęſar eius nepos è quodam ſcrinio Patrui proceſſum originalem prædictum ſurripuit, & Cioffo Archipresbytero tunc Saponariæ conſignauit motus tum amore ſcutorum 200. quæ à Cioffo in præmium recepit, tum odio in Epiſcopum ſucceſſorem, & in vindictam ſibi denegati Vicariatus, & iudicij criminalis contra ſe moti occaſione concubinatus. De quibus omnibus deponunt plures teſtes nuper examinati, & ſignanter quintus ſuper tertio affirmat ſpecificè, quod Cæſar vt ſupra habuit proceſſum originalem, & 12. teſtatur de viſu ex certa ſcientia, quia pręſens fuit quando Cæſar proceſſum è ſcrinio extraxit; qui duodecimus teſtis quamuis lo-
1 quatur de proceſſu generaliter declaratur † à quinto deponente in ſpecie de proceſſu originali *Socc. iun. conſ. 69. num. 16. lib. 1. Gramm. conſ. ciuil. 79. num. 9. Caſ. de Graſſ. deciſ. 8. num. 8. de cauſ. poſſ. & prop. Greg. XV. dec. 344. num. 13. Rot. dec. 16. num. 17. par. 5. recent. & in alijs allegat. per adden. ad Buratt. dec. 430. num. 4.* Et cum deponat de cer-
2 ta ſcientia, † iunctis alijs teſtibus de auditu plenè probat, *Rot. deciſ. 340. num. 3. par. 3. recent.* quo
3 magis concurrentibus adminiculis † propterquę etiam vnico teſti fides adhibetur, *Bart. in l. 1. §. idem Cornelio ff. de quæſt. Bald. conſ. 136. ſub num. 5. verſ. perſuadentes igitur lib. 2. Caſ. de Graſſ. deciſ. 3. num. 6. de probat. Rot. dec. 247. numer. 6. & 7. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 87. numer. 9. part. 6. recent.*

4 Primum adminiculum præbent † alij teſtes deponentes de auditu Summario Epiſcopi *n. 9 & 10. ad trad. in deciſ. Mant. 39. num. 8. deciſ. 237. num. 3. par. 1. recent. deciſ. 16. nu. 7. par. 5.* Alterum confeſſio ipſius Archipresbyteri Cioffi in commiſſione reſtitutionis in integrũ obtentæ
5 poſt † mortem Epiſcopi Pariſij Summ. *nu. 11.* in qua narrauit Papę quod proceſſus fuerat oc-

cu-

cupatus ab Epiſcopo defuncto eiuſque pars à Nepote Epiſcopi ſibi reſtituta,& ſic faſſus fuit proceſſum mortuo Patruo deueniſſe ad manus Nepotis; & quamuis non exprimat an ille proceſſus eſſet originalis, quia tamen occupatio proceſſus facta à defuncto, quam pro ratione motiua obtinendi reſtitutionem in integrum expoſuit Papæ,non eſſet releuans,niſi intelligeretur de proceſſu originali, nam alias imputari potuiſſet oratori ſi originalem mediante compulſoria non procurauit,narratiua & confeſſio huiuſmodi implicitè concludit de originali quod ſufficit *Aegid. deciſ.683. ante numer.1.*

Tertium adminiculum reſultat, quia conſecutiuè ad narrata in dicta commiſſione partem dicti proceſſus originalis fuiſſe ſibi traditam à Nepote dicti Epiſcopi Pariſij defuncti, alias idem Cioffus inter informandum faſſus fuit,inferendo quod proceſſus,qui fuit in manibus Epiſcopi Pariſij viuentis erat originalis, quia originalia ſunt folia dicti proceſſus ſibi mortuo Epiſcopo reſtituta à Nepote Summ. Epiſcopi *num.* 21. Et licet prædictæ confeſſiones Archipresbyteri Cioffi non concludant, quod ei traditus fuerit totus proceſſus originalis, negari non poteſt quin valde coadiuuēt dicta teſtium deponentium de traditione totius proceſſus originalis, quia cum eorum
6 depoſitio ex dictis confeſſionibus † verificetur in parte vera etiam præſumitur in reliquo *Dec.conſ.563. ſub num.10.Aym.conſ.158.numer.6. in fin.Rot.coram Greg.XV.deciſ.62.num.7.dec.160. num.2.par.7.recen.*

Quartum quia toto tempore quo viuente Epiſcopo Pariſio lis hæc agebatur coram bonæ mem.Manzanedo, qui tandem tulit ſententiam pro Epiſcopo, eaque tranſijt in iudicatum, quamuis Cioffus certam ſcientiam haberet dicti proceſſus, & contentorum in eo mediante copia relationis Archiepiſcopi Salernitani à ſe met coram bon. mem. Manzanedo ſeptem ab illinc annis producta, in qua habetur mentio de dicto proceſſu, & quod in illo examinati fuerant 24. teſtes ſuper immemorabili de iuriſdictione Archipresbyteri in Terra Saponariæ, nuſquam tamen exaduerſo fuit oppoſitum, quod idē Epiſcopus proceſſum originalem occultauerit,imo tunc Archipresbyter nouos teſtes examinari fecit ad probandam immemorabilem, quæ hodie aſſeritur in antiquo proceſſu probata ſciēs probationem contentam in proceſſu antiquo nō releuare, idque facile conuinci poſſe per eiuſdem proceſſus, tunc exiſtentis apud Epiſcopū ſiue eius Archiuium,exhibitionem. Mortuo verò Epiſcopo Archipresbyter petiit reſtitutionem in integrum aduerſus rem iudicatam ſub prætextu quod Epiſcopus fraudulenter proceſſum antiquum occupaſſet, quia nimirum ſciebat nō poſſe amplius exhiberi à ſucceſſore in Epiſcopatu,cum ipſe illum habuiſſet è manibus Nepotis Epiſcopi defuncti, vt deponunt teſtes; hæc enim tarditas in oppo-
7 nendo † de occupatione proceſſus poſt rem iudicatam totalem, & mortem Epiſcopi Pariſij, inducit contra Archipresbyterum præſumptionem doli, *Caph conſ.8. per tot.Menoch. præſumpt.135.num.19.& ſeqq.lib.3. Rot. in Maceraten.cenſus 18 Iunii 1642.coram R.P.D. meo Ghiſlerio,*quæ augetur, quia Archipresbyter mo-
8 nitus iudicialiter, vt exhiberet † folia originalia antiqui proceſſus, quæ ad ſe perueniſſe faſſus,vt ſupra fuerat Summario Epiſcopi *nu.*20. noluit exhibere *Aym.conſ.6.num.8.Menoch. præſumpt.91.num.4.lib.2.Monac.deciſ.Lucen.57. n.10. Greg.XV.dec.521.n.6.*

Quintum quia cum ſententia Pariſij lata ſuper antiquo proceſſu concederet Archipreſbytero iuriſdictionem in certis caſibus dumtaxat, hodie verò ad aſſertam occultationem dicti proceſſus Epiſcopi Marſicenſes priuati remaneant totali,& omnimoda iuriſdictione, veriſimile omnino eſt, quod Epiſcopus vt recuperaret ſaltim partem iuriſdictionis ad formam dictæ ſententiæ dictum proceſſum exhiberet ſi penès ſe reperiretur, nec ad manus aduerſarij transmigraſſet.

Quibus poſitis ſuperfluum eſt quærere, an proceſſus ab Epiſcopo Pariſio dum viueret tranſmiſſus de ordine S. Congregationis ſuper negociis Epiſcoporum ad Archiepiſcopum Salernitanum, & ab hoc ad eamdem Congregationem eſſet originalis, vel copia; cum ad excludendam occultationem originalis Epiſcopo Pariſio obiectam poſt quam deceſſerat ſatis ſit probaſſe, quod eo mortuo originalis fuit, vt ſupra ſubtractus à Cæſare nepote, ac traditus Archipresbytero.

Præter quod teſtes Epiſcopi deponūt proceſſum tranſmiſſum fuiſſe originalem, idemque demonſtrat eximia diligentia Epiſcopi Pariſij pro eo deinde rehabendo è manibus Bellini procuratoris in Curia, cui ſucceſſiuè idem proceſſus cōſignatus fuerat, miſit namque ad Bellinum nuncium ſpecialem, & per epiſtolam ſignificauit, quod neceſſe habebat videre dictum proceſſum antequam Archipresbyter, qui tunc futuro examini incumbebat inciperet examen in partibus, ideoq; mittebat certum nuncium pro eo tranſportando non confidens de tabellario, nec de alijs portitoribus: & ſane inanis fuiſſet hæc diligentia ſi proceſſus tranſmiſſus, & apud Bellinum exiſtens copia fuiſſet, quia Epiſcopus idem intentum conſequi abſq; impenſa poterat ex lectura originalis, qui ſecundum ſenſum aduerſarij in Archiuio Epiſcopali remanſerat. Nec obſtant teſtes Archipresbyteri,quia vnus tantum deponit de certa ſcientia, iſque plures patitur exceptiones adductas per informantes pro Epiſcopo, prout patiuntur alij teſtes de auditu, & omnes ſunt incolæ Terræ Saponariæ qui ſibi communem hanc litem profitentur nec verò creditur teſtibus de vniuerſitate
9 ad eius† fauorem deponentibus, quando contrarium alij teſtes deponūt, vt fuit dictum in *Calaguritana Parochialis de Alzola 20.Martii, & 22.Iunii 1620. coram bon.mem. Coccino*; præſer-
10 tim † in cauſa graui, & ardua ſuper magna iuriſdictione, *Felin.in cap.inſuper nu.5. verſ.idem dicit de teſt.Marſil.in l.1.§.ſeruus municipū ff.quæſt. Menoch.*

Menoch.de arbitr.caſ.106. numer.11. Coccin. deciſ. 140.num.12.

Vel ſaltem ex prædictis negari non poteſt, quin prætenſa occultatio, vel exiſtentia proceſſus originalis penès Epiſcopum ſit dubia,
11 cum† tamen nec ſufficiat præſumptiua illius probatio, ſed requiratur plena,& concludens, vt ex hoc capite denegetur audientia,aut Epiſcopus cogi poſſit ad exhibendum, *Rot. deciſ. 199. ſub num.3.coram ſan.mem.Greg.XV.dec.259. num.1.par.1.recent. dec.267. ſub numer.3. dec.296. num.1.poſt lib.2. conſil. Farinac.* Maximè quia
12 cura cuſtodiæ ſcripturarum † curiæ Epiſcopalis non ſpectat ad Epiſcopum, ſed ad Notarium actuarium, vt in his terminis aduertit *Rot.dec.542.per tot.coram bon.mem.Caualer. & deciſ.166.num.1. & ſeqq. coram Reuerendiſſ. Vrgell.* Eòq; magis in caſu noſtro quo exhibitio ſcri-
13 pturarum exigitur † à ſucceſſore mediato in Epiſcopatu illius Epiſcopi, quo viuente ſcripturæ compoſitæ fuerunt, contra quem non ſatis eſſet probaſſe exiſtentiam ſcripturarum apud anteceſſorem, nec eſto quod anteceſſor ſcripturas per dolū occupaſſet procedit præſumptio, quod huiuſmodi ſcripturæ contineant probationem intentionis partis aduerſæ, vt benè *Felin. in cap.accepimus ſub numer.15. de fide inſtrum.* vbi reprobata ſententia Abbatis
14 allegati † in deciſionibus contrarijs firmat, quod laceratio ſcripturæ facta ab Archiepiſco-
15 po anteceſſore nullo caſu operatur probationem ibi contentorum in præiudicium ſucceſſoris,quia alioquin temeritas anteceſſoris noceret Eccleſiæ contra text. *in cap.cum venerabilis de except.& facit Hoſtien. in d.cap.accepimus ſub num.2. verſ. vel ideo, quem ſequitur ibid. Io. Andr. num.3.verſ.vel ideo Aegid. ſub num.1.eod.verſ.Anton.de Butr.num.5.in fin.*

Nec obſtat, quod inſtantia cępta cum ante-
16 ceſſore † tranſeat in ſucceſſorem in Eccleſia, cum enim modernus Epiſcopus non venit ad
17 cauſam proſequendo † factum prædeceſſoris ſuper prætenſa occultatione,ſed ſolum defendendo iura Eccleſiæ ſuper iuriſdictione de qua agitur, afficitur quidem in hoc inſtantia cępta cum defuncto, non autem prætenſa oc-
18 cultatione, † quia in hac non eſt ſucceſſor, vt in proximis terminis *Rota deciſ.705. num.4. par.1.recent.* & in puncto *Reuerendiſs. Vrgellen.d. deciſ.166.num.5.& ſeqq.* vbi reſpondetur omnibus contrarijs.

Vnde dum non probatur proceſſum exiſte-
19 re apud ſucceſſorem, † & factis diligentijs in Archiuio Epiſcopali ibi non reperitur, imputari non poteſt ſucceſſori, quod proceſſum non exhibet, aut non cogit Archiuiſtam vt exhibeat, & per conſequens nulla ratio ſuadet
20 vt reddita impoſſibili exhibitione † proceſſus abſque culpa ſucceſſoris, & Eccleſiæ contra ipſam adhibeatur remedium denegationis au-
21 dientiæ quo Rota vti ſolet † contra illos in quorum poteſtate eſt exhibere ſcripturam de qua queritur. Tantò minus, quia Eccleſia habet pro ſe præſumptionem boni iuris, tum
22 propter † ſententiam fauorabilem reportatam in Rota coram bo: mem: Manzanedo, & in

iudicatum tranſactam, & ſi aduerſus rem iu-
23 dicatam† conceſſa fuit reſtitutio in integrum ad tradita *per Couarr.prat.queſt. cap.6.ſub num.6. Surd.de Alim.tit.1.qu.120.num.10.& 11. Rota deciſ.250.ſub num.2.par.1.rec. deciſ.748. ſub num.2. par.2.rec.* Tùm ex eo quod *in deciſ.578. coram bo.mem. Buratto*, firmatum fuit Terram Saponariæ ſitam eſſe intra fines Diœceſis Marſicenſis, ideoque ſuper ea ſuffragatur Epiſcopo
24 iuris aſſiſtentia † quo ad iuriſdictionem *cap. conquerente de offic.ordin.c.ſopite de cenſib.Mareſcot. var.reſol.lib.2.cap.15.num.1. Rot.deciſ.396. num.1. par.1.recent. & in Salsburgen.Iuriſdictionis 1. Iulij 1643. coram R.P.D. meo Royas.*

Meritò igitur deciſum fuit dandam eſſe Epiſcopo audientiam, ac Teſtes examinatos,
25 & poſitos ad partes†eſſe faciendos de actis vt ſolet quando eorum dicta ſunt releuantia, vt per *Veſtr.in prax.lib.6.cap.2.ſub num.24.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA VINEAE.

Veneris 19. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Creditor poſſidens bona in executione capta ſi deinde inſtetit apud Iudicem, quod ſibi dentur inſolutum pro ſatisfactione ſui crediti bona poſſeſſa, & Iudex in termino citationis mandauit dari inſolutum, tale decretum cum ſonet infuturum non importat dationem inſolutum, ſed ſolum quod Iudex decreuit dari inſolutum, & quando datio inſolutum non eſt pro toto credito, tunc neceſſe eſt quod præcedat æſtimatio bonorum nec non factum executoris, qui de ſtylo in executionem decreti Iudicis adiudicet, ac inſolutum det fungendo vice partis,& reſpondetur *conſ.Pariſ.42. num.31. lib.1. necnon Alb.conſ.742. nu.16.* Datio inſolutum ex quibus reddatur nulla? Legitima debita hæredi grauato ex quibus probetur conſumpta?

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio* ex remed.l.final. Cod. de edict. Diu. Adrian.tollend. *denegari nequit fideicommiſſario, ſeu ab eo cauſam habenti probatis ſolitis requiſitis, nempè exiſtentia fideicommiſſi, eiuſque purificatione, ac identitate bonorum.*

2 *Creditor poſſidens bona in executione capta ſi inſtetit apud Iudicem quod dicta bona ſibi dentur inſolutum, & Iudex non dedit inſolutum, ſed dari mandauit, tale decretum non importat dationem inſolutum, cum reſpiciat actum de futuro.*

3 *Datio inſolutum ſi non eſt pro toto credito, requiritur quod præcedat æſtimatio bonorum, quicquid ſit in deliberatione, quæ ſit creditori tanquam plus offerenti.*

4 *Item quod factum executoris, ſeu Curſoris intercedat qui de ſtylo in executionē decreti Iudicis adiudicet, & inſolutum det fungendo vice partis.*

5 *Decretum, de dando inſolutum aliud eſt, & aliud ipſa datio.*

6 *ad Dominij tranſlationem non ſufficit decretum Iudicis, niſi ſequatur traditio, hoc eſt executio decreti.*

7 *Datio inſolutum non dicitur, ſi Iudex non dedit inſolutum ſed mandauit dari, cum ad hunc effectum requirantur verba de præſenti.*

8 *Item opus eſt præcedenti æſtimatione, & actuli datione inſolutum per Curſorem.*

9 *Immiſſio ex ſecundo decreto neceſſaria non eſt, quando actor eſt iam in poſſeſſione ex primo.* Pariſ.conſ.42.num.31.lib.1. *declaratur ibid.*

10 *Decretum adiudicationis differt à decreto de adiudicando.*

11 *Promiſſio de accollando differt ab accollatione.*

12 *Mandatum de vendendo differt à venditione.*

13 *Datio inſolutum probatur vera ſi poſt decretum dari inſolutum. Iudex inhibuit ne poſſeſſor moleſtetur. Declara vt num.15.*

14 Alba.conſ.742.num.10. *quo caſu loquatur?*

16 *Datio inſolutum quando detegitur nulla ex lectura decreti Iudicis tunc ad eam probandam, non eſt opus vlteriori tranſportatione actorum.*

17 *Poſſeſſor, cui nulliter bona fuerunt data inſolutum non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem fideicommiſſario.*

18 *Amplia quamuis authoritate Iudicis poſſeſſionem ingreſſus fuiſſet.*

19 *Minor quod aliquis ſit probatur ex fide Baptiſmatis.*

20 *Iudicium contra minorem, vt ſit validum ei deputari debet Curator.*

21 *Ratificatio non dicitur inducta ex ſola acquieſcentia non probata ſpecifica ſcientia nullitatis actus.*

22 *Creditor pro debito hæredis grauati non poteſt vltrà eius vitam bona fideicommiſſo ſubiecta retinere in præiudicium vocatorum.*

23 *Bona fideicommiſſi alienata per grauatum electa cēſentur in eius legitimam.*

24 *Aſſignatio fructuum longe differt ab aſſignatione proprietatis.*

25 *Inuentarium bonorum hæreditariorum non ſuppletur per Inuentarium tutelare factum nomine Tutoris.*

26 *Legitima præſumitur conſumpta ſi grauatus alienauit, nec inuentarium confecit.*

27 *In legitimam cenſentur electa primo loco alienata cum abdicatione dominij, non autem quæ ſimpliciter hypothecantur.*

28 *Datio inſolutum quando eſt nulla, tunc creditor fructus acceptos ſaltim à die motæ litis reſtituere tenetur, vel in eius creditum imputare.*

29 *Retentio non datur pro credito illiquido.*

30 *Calculus ſi detegitur erroneus in aliquibus, talis etiam præſumitur in cæteris.*

31 *Melioramenta non dicuntur probata, non conſtito quid fuerit impenſum, & quid melioratum.*

32 *Cautio de reficiendis melioramentis poſtquam fuerint liquidata præſtari ſolet, quando non conſtat de illorum liquidatione.*

DECISIO CLXI.

EX fideicommiſſo Emiliæ auiæ Benedictus Marina poſtquam obtinuerat per ſententiam Eminentiſs. D. Vicarij Vrbis immiſſionem in poſſeſſionem vineæ detentæ à Laurentio Iuſto, ingreſſurus Religionem Societatis IESV, donauit omnia bona ſua Benedicto Perontio, qui proſequendo cauſam appellationis à d.ſententia exaduersò interpoſita coram Me inſtetit diſputari dubium an ei ſit danda immiſſio, eoq; hodie propoſito affirmatiuè Rota reſpondit.

Eſt enim citrà controuerſiam apud partes exiſtentia fideicommiſſi, purificatio ad fauorem Marinæ authoris Perontij, & identitas vineæ olim poſſeſſæ à fideicommittente, quibus
1 probatis† denegari non poteſt immiſſio ex remedio *ſiue l.fin. C.edict. Diu.Adrian.tollend. ſiue vtilis Saluiani interdicti Gabr.conſ.45.num.9.lib.1. conſ.44.num.2. & ſeqq.lib.2. Surd.deciſ.76.num.4. & ſeqq.*

Neq; ad impediendam immiſſionem Laurentius tanquam tertius poſſeſſor cum titulo dationis inſolutum iudicialitèr obtentæ pro concurrenti quantitate crediti ſcut.1400. quæ ſibi Clarix fideicommittentis filia debebat eſt legitimus contradictor. Primò quia ad hunc titulum probandum produxit citationem, quam fecit de anno 1619. ad videndum ſibi tradi in ſolutum bona, ſuper quibus fuit facta executio cum tertia parte pluris iuxtà formam Statutorū Vrbis pro concurrenti quantitate ſui crediti, & decretum in calce eiuſdem citationis extenſum non per verba ex tunc Dominus dedit inſolutum, ſed per ſequentia, *relatione facta comparuit idem &c. & obtinuit dari in ſolutum vt ſupra iuxtà formam Statutorum &c.*
2 quæ idem important, ac ſi dictum†fuiſſet obtinuit quod dentur in ſolutum, atque ideò cum reſpiciant actum de futuro, & antequam ſortiantur naturam actuelis dationis in ſolutum neceſſe ſit, (quia datio non erat pro toto
3 credito) † quod præcedat æſtimatio bonorum quidquid ſit in deliberatione quæ fit creditori tanquam plus offerenti *Surd.conſ.256.num.5. in fin.& num.6.& 8. Afflict.deciſ.358.num.5. Rota deciſ.109.num.8.& 10.deciſ.323.nu.6.inter impreſſ. apud Modern. Peruſ.de manutenen. & in Fanen. dotis 17. Maij 1642. coram R.P.D. meo Cerro*, nec non factum executoris, ſeù Curſoris qui de ſtylo in executionem decreti Iudicis adiudi-
4 cet, † & inſolutum det fungendo vice partis *iuxt.Text.in l.1.Cod.ſi in cauſ.iudic.* non important dationem in ſolutum, cum aliud ſit de-
5 cretum de dando in ſolutum † aliud ipſa datio, & ad tranſlationem dominii non ſufficiat
6 decretum Iudicis † niſi ſequatur traditio hoc eſt executio decreti *Alex.conſ.1.num.4. lib.5. & conſ.90.num.9.lib.2.Mandell.conſ.742.numer.5.* & in puncto *Geatian. diſcept.545. num.12. & ſeqq. relat. à Modern. Piſaurien.de ſubhaſtat.qu.26.nu.4. & ſeqq.qu.162.num.7.& 3.ſeqq.Caualer.deciſ.171. num.5.Buratt.deciſ.124.num.14.& ſeqq.*

Ità vt nec ſuffragetur quod Creditor ante decretum eſſet in poſſeſſione bonorum, quia
7 ſemper deficit conſenſus Iudicis, † qui non dedit in ſolutum, ſed decreuit dari de futuro, cum tamen ad hunc effectum requirantur
8 verba de præſenti, & opus ſit† præcedenti æſtimatione, & actuali datione in ſolutum per Curſo-

Curſorem, aut executorem iuxtà ſtylum faciendа, vt in his terminis *Gratian. d.diſcep.545. num.49.& ſeqq.Buratt.d.deciſ.124.num.16.& ſeqq. relat. à Moderno Piſaurienſi de ſubaſthat. d. qu.26. num.19.& ſeqq.*

Non obſtat *Pariſius conſ.42.num.31.lib.1.* qui
9 ait † non eſſe neceſſariam immiſſionem ex ſecundo decreto, ſeù traditionem quando victor iam eſt in poſſeſſione ex primo. Quia ſupponit quod Iudex per conſenſum de præſenti adiudicauerit bona Creditori, alioquin enim deeſt authoritas Iudicis neceſſaria mediante decreto adiudicationis, quod differt à
10 decreto † de adiudicando ſicut promiſſio de
11 accollando † ab accollatione *l.ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum ff.verb.oblig.Rot.coram ſa.me.Greg.XV.*
12 *deciſ.28. nu.2.* & mandatum de vendendo † à venditione *Tiraquell. de retract.conuention. ad fin. tit.num.42.& ſeqq.Alex.conſ.72.num.9.lib.3. Surd. conſ.52.num.13. conſ.372.num.1. Theſ. deciſ.234. num.5.*

Non obſtat quod triduo poſt decretum obtinuit dari in ſolutum, Iudex ad inſtantiam eiuſdem Laurentij inhibuerit Clarici, ne ipſum moleſtet ſuper vinea ſtante quod fuit in-
13 ſtanti tradita inſolutum, † & propterea ad ipſum pleno iure dominij ſpectat, vnde iuncto d. præcedenti decreto probari videtur vera datio in ſolutum *Alba.conſ.742.nu.10.* Quia
14 *Alba* loquitur † quando præceſſit æſtimatio, neq; probatur negatiua quod nuſquam emanauerit decretum actualis adiudicationis per
15 verba de præſenti, † quod non ſupplet dicta inhibitio, quæ per errorem ſupponit decretum actualis dationis in ſolutum, & potuit fieri etiam vigore alterius iuris inſtanti competentis ſuper vinea, vt dixit *Rota in Romana Domus 6. Februarij 1640. coram Eminentiſs. D. Card. Panzirolo §.penult.*

Secundò quia aſſerta datio in ſolutum eſt nulla, & nullitas apparet ex ipſa lectura decre-
16 ti exaduerſò producti, † quo caſu ad eam probandam non eſt opus vlteriori tranſportatione actorum *Gratian.diſcept.968.num.10. Rota deciſ.561.num.12.par.1.recent.* poſſeſſor non eſt
17 legitimus contradictor † ad retardandam immiſſionem fideicommiſſarij ex allegatis *per Modern. Bononien. de legit. Contrad.qu.7.num.144. & 146. & per Modern. Peruſ.de manuten.obſer.42. num.155.Alb.conſ.388.num.18.* quamuis autho-
18 ritate Iudicis † poſſeſſionem ingreſſus fuiſſet *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Roncho 16. Ianuarij 1589. coram bo. mem. Comitulo allegata per Modern. Bononien.d.qu.7.numer.147.* Apparet inquam decretum emanaſſe citata Clarice, cum
19 tamen ſtante illius minoritate probata † ex fide Baptiſmatis debuiſſet illi deputari Curator
20 vt Iudicium † validè fieret tàm ex diſpoſitione Statuti Vrbis *cap.49.lib.1.* quàm iuris communis *l.admoneo adoleſcentem C. qui pet.tutor.l.cũ & minores C. ſi aduerſ.rem Iudic. l.acta §.contra l. contra pupillum ff.re iudic. Bero.conſ.75.numer.24. lib.3. Rota coram bo. mem. Buratto deciſ.393. nu.4. coram D. Vrgelleñ deciſ.142.numer.1.* & plenè *in Maceraten. hæreditatis 2. Decembris 1639. coram R.P.D. meo Royas.*

Atque hinc de anno 1628. Clarix obtinuit per ſententiam alterius Iudicis reintegrari ad poſſeſſionem huius vineæ, vnde excluditur ratificatio exaduerſò deducta ex acquieſcentia Claricis, ad quam præterea eliciendam
21 non ſatis fuiſſet acquieſcentia † non probata quod Clarix habuerit ſpecificam ſcientiam nullitatis reſultantis ex capite non deputationis Curatoris, & non factæ æſtimationis actualiſque adiudicationis *Surd.conſ.49.n.33.& ſeqq. Gabr.conſ.36.num.59. 60. & ſeqq. conſ.146.nu.14. lib.1.Barz.deciſ.48.num.24.& ſeqq. Rota coram ſa. me. Greg.XV.deciſ.179.num.6.& in d. Maceraten. hæreditatis coram D.meo Royas.* Et redditur magis turbidus titulus prætenſæ dationis in ſolutum, accedente præſertim quod creditum pro quo facta fuit non caret difficultate propter errores calculi adductos per informantes pro Perontio.

Tertiò quia reſoluto per mortem iure Claricis debitricis Laurentij, reſolutum paritèr fuit ius eiuſdem Laurentij, qui pro debito
22 Claricis hæredis grauatæ † non poteſt vltrà eius vitam retinere bona fideicommiſſo ſubiecta in præiudicium vocatorum *Rota deciſ.15. num.10.deciſ.41.num.4.& 5. deciſ.42.num.1. penes Cinc.de cenſib. facit Text. in l. lex vectigalis ff. pignor.Surd.deciſ.102.num.12.*

Neque competit retentio ratione legitimæ debitæ Clarici ex bonis fideicommiſſi in qua
23 regularitèr † cenſentur electa corpora alienata per hæredem *l. Marcellus §.res quæ ff.ad Trebell.* Quia Clarix non alienauit hanc vineam, ſed ſolum aſſignauit Laurentio fructus, quod
24 longè † differt ab aſſignatione proprietatis, *Bolognet.conſ.7.ſub numer.25. verſ.qui voluit Alex. conſil.30. num.9.lib.2.* & cum diſtracta fuerint alia corpora fideicommiſſi, & hæres grauata non confecerit inuentarium hæreditarium,
25 quod non ſupletur † per inuentarium tutelare factum nomine tutoris *Giurb.ad Conſu.Meſſ. cap.9.gloſ.5. par.1.num.43. Rota in Bononien fideicommiſſi de Glauarinis 10. Decemb. 1638. coram*
26 *R.P.D. meo Royas*, legitima preſumitur † conſumpta in alijs alienationibus *Adden. ad ſa. me. Greg.XV deciſ.185.num.6. D. Vrgellen.deciſ.360. num.2.& 3.* & fuit dictum *in d.Bononien.fideicommiſſi de Glauarinis 10. Decembris 1638. coram R. P. D. meo Royas, & in Verulana fideicommiſſi 22. Iunij 1640. coram Me*, contra quas alienationes obici nõ poteſt, quod ſint poſteriores prætenſa datione in ſolutum, quia ex ſupradictis nuſquam deuentum fuit ad tranſlationem dominij vineæ mediante actuali datione per verba de preſenti, & in legitimam cenſentur ele-
27 cta † quæ primo alienantur cum abdicatione dominij, non autem quæ ſimplicitèr hypothecantur *Ceph.conſ.189.nu.19.& ſeqq. Peregr. de fideicom.art.39.num.8.& 9.Rot.deciſ.1.nu.10. apud Modern.Foroliuien.de legitima.*

Et in omnem euentum cum datio inſolu-
28 tum ſit euidentèr nulla, † & Laurentius ſemper vineæ fructus perceperit, quos ſaltèm à die motæ litis tenetur reſtituere, vel in creditum imputare, eius creditum redditur illiqui-
29 dum, † & per conſequens inefficax ad reten-

tionem *Grat.diſcept.734.numer.13.Surd.deciſ.46.
num.16. Caualer.deciſ.539.num.5. Rota deciſ.433.
num.2.par.2.recent.deciſ.411.num.24.par.5.dec.54.
ſub num.11.apud Modern.Piſaurien.de ſubaſthat. & in Auximana. Cenſus 10. May 1636. coram Reuerendiſs. D. meo Ghiſilerio Prodecano, in Recanaten. manutentionis 27. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro*; Eo magis quia calculus, vnde probatio crediti deſumitur, detegitur in pluribus erro-
30 neus, † taliſque ideò etiam in ceteris præſumitur *Grat.diſcept.563.num.35. ſa.me. Greg.XV. deciſ.79.num.2. vbi Adden. num.6. allegat. concord.*

Non obſtat exceptio melioramentorum,
31 quia † ſufficit reſpondere, quod non fuit concludentèr probatum quid impenſum, & quid melioratum, vt requiritur *l.in fundo ff.de rei vendicat.Peregr.de fideicom.art.50.num.70.& ſeqq. Seraphin.deciſ.398.num.1.Rota inter recent.deciſ.650. num.2.par.2.deciſ.399.nu.47.par.5.* Et quatenùs opus ſit poterit à Perontio præſtari cautio de reficiendis melioramentis poſtquam fuerint liquidata, vt fuit dictum *in deciſ. Caualer.54. num.1.verſ.verum quia deciſ.48.num.16.par.7.rec.* & aliàs ſepe.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

CALARITANA CAPPELLAE

Veneris 19. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus ad effectum Iuris honorifici probatur leuioribus probationibus. Ius honorificum acquiſitum dicitur ex dotatione alicuius Capellæ, quamuis ab alio fuerit conſtructa. Iuſpatronatus quando prætenditur ex redotatione Eccleſiæ, quæ dotem amiſit, tunc à redotante probandum eſt primam dotem eſſe redactam de eſſe ad non eſſe. Dos quod fuerit alicui Cappellæ conſtituta ex quibus probetur? Patrono non competit in Eccleſia patronata Ius Sepulturæ. Ordinarius non poteſt vigore *Concil.Trident.ſeſſ.25.de reform.cap.9* abſque ſpeciali cognitione reuidere Iuſpatronatus à 40. annis citrà.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus probatur leuioribus probationibus, quando agitur ad effectum iuris honorifici.*

2 *Iuſpatronatus à dotante acquiritur etiamſi Capella non probetur ab eo conſtructa, ſed ab alio, & num.3.*

4 *Iuſpatronatus quando prætenditur ex redotatione Eccleſiæ, quæ dotem amiſit, tunc probari debet primam dotem fuiſſe extinctam, & redactam de eſſe ad non eſſe.*

5 *Iuſpatronatus acquiritur tàm dotanti, quam conſtruenti, ſi vnus dotat, & alter conſtruit.*

6 *Amplia etiam abſque ſpeciali reſeruatione, dummodò expreſsè non remittatur, vt homines ad dotandum alliciantur.*

7 *Iuſpatronatus, vt acquiratur ex dotatione non eſt opus quod bona aſſignentur nominatìm titulo dotis, quando beneficium nuſquam fuit dotatum ſecùs forſan ſi beneficio ſemel dotato, ſed dote deſtituto relinquantur.*

8 *Dotatio alicuius beneficij, ſeù Capellæ ex quibus probetur?*

9 *Dos aſſignata ad effectum acquirendi Iuſpatronatus probari debet effectuata.*

10 *Dos alicuius Capellæ aſſignata præſumitur ab eo, qui eam aſſignare tenebatur.*

11 *Iuſpatronatus probatur ex reedificatione Capellæ, & apparatu Sacræ Suppellectilis ad eius cultum neceſſaria.*

12 *Item ex teſtibus deponentibus aliquem ſemper fuiſſe communitèr habitum pro vero patrono.*

13 *Item ex publica voce, & fama quæ in antiquis valde conducit ad illius probationem, concurrentibus etiam adminiculis, & num.14.*

15 *Conſenſus ordinarij requiritur ad acquiſitionem Iuriſpatronatus.*

16 *Conſenſus ordinarij præſumitur ex diuturnitate longiſſimi temporis iuncta fama, ac communi reputatione.*

17 *Ius ſepulturæ eſt quid diuerſum à Iurepatronatu, quod principalitèr non poteſt competere in ſepulcro ita nec acceſſoriè ad Iuſpatronatus, quod in hac parte ius reſiſtit, & num.18. & 19.*

20 *Ordinarius nec etiam in actu viſitationis poteſt auferre, vel lædere Iuſpatronorum abſque iudiciali cognitione.*

21 Concil.Trid.ſeſs.25.cap.9.de reform. *mandat ordinarijs reuiſionem Iuſpatronatus vltrà 40. annos adhibita cauſa cognitione.*

22 *Patronus non debet interim dum per ordinarium reuidetur Iuſpatronatus ad formam Sacri Concilij Tridentini priuari eius quaſi poſſeſſione præſentandi.*

23 *Sententia erronea, & non effectuata non meretur attendi, nec poteſt dici quod in iudicatum tranſiuerit.*

24 *Ordinarius præiudicare nequit veris patronis abſq; eorum conſenſu.*

DECISIO CLXII.

TERMINATO aliàs articulo manutentionis, vt in deciſione edita 1. Iulij proximè preteriti coram Me; propoſui hodie dubium in petitorio, an ſcilicèt Iuſpatronatus ſpectet ad Saluatorem, & aliàs de Gaſolis, & ſpectato DD. cenſuerunt ex infradicendis cū petitio reſtringatur ad ſolum ius honorificum
1 pro quo † ſufficiunt leuiores probationes, vt fuit deciſum *in Calagurit. Preheminentiarum 26. Iunij 1591. coram bo:mem: Gipcio, in Toletana Iuriſpatronatus 12. Iunij 1595. coram bo.mem. Card. Blanchetto, in Palentina Cappella 12. Maij 1614. coram bo.me. Mattino Andr. quæ eſt deciſ.548.n.2. par.2.recent.* & notant *Doct.in cap. nobis de Iurepatronatus.*

Prædeceſſores enim Saluatoris, & litis conſortium Cappellam hanc S. Bernardini conſtructam in Eccleſia S. Gregorij dotarunt de
2 proprio, † qui eſt modus acquirendi Iuſpatronatus *cap.quicunque, & cap.ſeq.16.qu.7.Caſſad.deciſ.6.de Iurepatr.Rot.deciſ.517.num.1.par.1.recent.* & in terminis iuris honorifici *deciſ.89.num.25. par.6.rec.*

Quam;

Quamuis Cappella non probetur à dotante
3 conſtructa, † niſi aliundè conſtet quod iam
dotem habebat Rota deciſ.167.in princ.& num.1
par.2.diuerſ. quidquid dicendum eſſet ſi præ-
tenderetur Iuſpatronatus ex redotatione Ec-
4 cleſiæ, † quæ dotem amiſerat, quo caſu à re-
dotante probandum eſſet primam dotem fuiſ-
ſe redactam de eſſe ad non eſſe Berou. conſil.4.
num.26.lib.1.Rot.deciſ.457.num.18.deciſ.528.n.2.
par.1.diuerſ.deciſ.285.num.36. coram Reuerendiſs.
5 Vrgellen. Si enim vnus conſtruit † & alius do-
tat vtrique Iuſpatronatus acquiritur c.pia men-
tis 16.qu.7.Abb.in Rub.de Iurepatr.nu.6. Lambert.
de Iurepatr.par.1.lib.1.qu.3.art.2.nu.2. Viuian.eod.
tract.par.1.lib.2.cap.2.num.1.& ſeqq. etiam abſq;
6 ſpeciali reſeruatione † dummodò expreſsè non
remittatur, quia à Canone conceditur reſer-
uatio, vt homines alliciantur ad dotandum
cap.nobis de iurepatr.Lambert.lib.1.par.1.qu.2.art.4
nu.12.& ſeqq.Sanch.reſp.moral.lib.2.cap.3.dub.38.
num.5; Rota deciſ.5. de Iurepatr.in antiq.deciſ.377.
num.3.deciſ.609.num.7.par.5.rec. Nec opus eſt
7 quod beneficio bona aſſignentur † aut relin-
quantur nominatim titulo dotis, quando nuſ-
quam fuit dotatum, licèt ſecus forſan eſſet ſi
beneficio ſemel dotato, ſed dote deſtituto re-
linquerentur iuxtà diſtinctionem Rot.dec.285.
num.31.& num.76.& 77. deciſ.411.num.4. coram
Reuerendiſs.Vrgellen.

Quod verò prædeceſſores Saluatoris, & alio-
8 rum de Gaſolis Cappellam dotauerint, † con-
ſtat ex publicis inſtrumentis teſtamentorum,
in quibus illi plurima bona legarunt Cappel-
læ, quorum legatorum effectuatio, quæ eſt
probanda per prætendentem Iuſpatronatus
Rota deciſ.381.ſub num.2.par.1.recent. probatur
9 ex aſſertionibus † emiſſis in eiſdem teſtamen-
tis antiquiſſimis iunctis adminiculis, vt in
puncto Rota deciſ.377.num.5.par.5.rec. deciſ.362.
nu.1.coram b.me. Card.Canaler. facit Put.dec.149.
num.2.lib.3.Rot.deciſ.25.num.2.in fin.deciſ.75.n.3.
dec.176.num.5.par.1.rec.

Primum autem adminiculum deſumitur
ex ſtatu præſenti, quo clarum eſt Cappellam
10 habere actualem dotem; ea enim data † præ-
ſumitur ab hæredibus, qui in vim dictorum
teſtamentorum dare tenebantur Felin. in cap.
ſicut num.35.de re iudic.Abb.conſ.54. num.2. par.1.
Rota in Senen.Beneficij 18. Martij 1598. coram bo.
mem.Litta, & coram Reuerendiſs.Vrgellen.dec.102.
num.1.in fin.

Alterum ex actibus poſſeſſorijs ſoli patro-
no conuenientibus geſtis pro tempore à Do-
minis de Gaſolis, & enumeratis in alia deci-
ſione huius cauſæ coram Me, & præſertim ex
11 reedificatione Cappellæ, † & apparatu Sacræ
Supellectilis ad eius cultum neceſſariæ Sera-
phin.deciſ.907.num.1. Tertium ex pluribus Te-
12 ſtibus † deponentibus quod Gazoli fuerunt
ſemper habiti pro veris patronis Cappellæ, &
aliqui etiam deponunt de publica voce, &
13 fama, † quæ in antiquis valde conducit ad
probationem Iuriſpatronatus Lotther. de re be-
nef.lib.2.qu.6.num.51.Mohed.deciſ.12. de Iurepatr.
Mantic.deciſ.318.ſub num.5.Canaler.deciſ.336.n.3.
D. Vrgellen.deciſ.202.nu.2. Eo magis concur-
rentibus prædictis teſtamentis, & adminicu-
14 lis † Caſſad.deciſ.2.de probat. Acchill deciſ.17. de
Iurepatr.Rot.deciſ.792.num.2.par.1.diuerſ.dec.224
num.4.par.1.rec.

15 Nec deſideratur conſenſus Ordinarii † pro
acquirendo Iurepatronatus neceſſarius cap.pla-
cuit 1.qu.2.Lambert.lib.1.par.1.qu.2.art.2.num.1.
& 2. quia ex diuturnitate longiſſimi tempo-
16 ris † quo Gaſoli actus patronales palam fece-
runt, & communis reputatio, ac fama pu-
blica increbuit præſumitur Lambert. d. quæſt.2.
art.6.& 7.num.2.Garz.de benef.par.5.cap.9.nu.74.
Barboſ.de poteſt.Epiſc.alleg.70.num.22. Seraph. de-
ciſ.871.num.3.Rot.deciſ.674.num.2.par.2.rec.

Non obſtat quod eiſdem de Gaſolis fuerit
aliàs ab Ordinario conceſſa Sepultura in hac
ipſa Cappella, quia exinde nihil educi poteſt
ad excluſionem Iuriſpatronatus, cum ius Se-
17 pulturæ † non ſit illi conſecutiuum, neque
patronis competat ex diſpoſitione iuris com-
munis; nam ſicuti haberi non poteſt Iuſpa-
18 tronatus † principalitèr in Sepulcro Rocch. de
Iurepatr.verbo in Eccleſia num.13. Lambert. lib.1.
par.1.qu.11.art.13.ex num.1. ita nec acceſſoriè
19 ad Iuſpatronatus, † eo quod in hac parte ius
reſiſtit cap.abolenda de ſepultur, Lotther.de re benef.
lib.2. qu.4.num.7.& ſeqq. Canaler.deciſ.445.nu.5.
Adden.ad ſa.mem.Greg.XV.deciſ.145.num.8.

Non obſtat viſitatio Ordinarij de anno 1601
in qua declaratur non conſtare de Iurepatro-
natus, & Cappellam ſpectare ad Eccleſiam,
quia non iuſtificatur ex actis, ſine quibus, &
iudiciali cauſæ cognitione non licuit Ordina-
20 rio etiam † in actu viſitationis auferre, aut
ledere Iuſpatronorum, licet talis cognitio tūc
temporis nō requiratur in reſpicientibus cor-
rectionem morum Macerat. var. reſolut. lib.1.
cap.110.nu.13.& 15.Scacc.de appell.qu.17.lim.26.
ſub num.10. Nec paritèr licuit abſque iudicia-
li cognitione procedere vigore Concil.Trident.
21 ſeſſ.25.de reform.cap.9. mandantis † ab Ordi-
narijs reuideri Iurapatronatus à 40. annis ci-
trà, quia hoc de quo agitur eſt vltrà 40. annos
& ipſum Concilium vult adhiberi diligētem
22 cognitionem, ibi, diligenter cognoſcantur, adeò
quod interim dum reuidentur, & cognoſcun-
tur non debeant patroni ſua quaſi poſſeſſione
priuari, vt fuit dictum in Barchinon.Priorat. 11.
Maij 1609. cor.b.m.Coccino, & in Ceſaraug.de Ma-
illa 6. Nouemb. 1617. coram eodem alleg. à Barb.
in collect.ad Concil.d.cap.9.num.89.

Eoque minus obſtat dicta viſitatio, & de-
claratio, quia non habuit effectum cum ex
teſtibus conſtet Gaſolos etiam poſtea conti-
nuaſſe actus patronales, & quia ex ſupradi-
23 ctis probatur erronea, † & iniuſta, vnde nec
illa, nec alia ſententia in idem lata de anno
1632. meretur attendi, aut dici poteſt in iu-
dicatum tranſijſſe Ceſar. de Graſſ. deciſ.2.num.6.
& ſeqq.de ſolut.Seraph.deciſ.988.numer.6. Canaler.
deciſ.270.num.5.Rot.deciſ.343.num.2.par.6.recen-
tior.

Tandem non obſtat, quod Ordinarius Cap-
pellam hanc vendiderit Aduerſario de anno
1631. quia non ideò abdicatum fuit Iuſpatro-
24 natus à Gaſolis veris patronis, † quibus Or-
dina-

dinarius abſque eorum conſenſu præiudicare non potuit *iuxta regulam tex. in l. id quod noſtrum 11. ff. de regul. iur.*

Et ità deciſum vna tantum parte informante, pluries tamen citato aduerſario.

LEODIEN. ATTENTATORVM.

Merc. 24. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Iudicium attentatum licet motum præſumatur ab eo, cuius commodo attentata cedunt, ceſſat tamen præſumptio, quando motum legitur ab alio habente principale intereſſe, & cum attentata ſonent in delictum non præſumptiua ſed plena, ac concludens probatio requiritur. Tertius appellans à ſententia contra alium lata facit omnia acta ſua, & aliquid innouando attentat.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium motum præſumitur ad inſtantiam illius, cuius commodo reſultat.*

2 *Præſumptio tamen ceſſat, quando nominatim motum legitur ab alio habente principale intereſſe pro conſecutione alicuius rei ſibi debita.*

3 *Attentata cum ſapiant delictum requirunt plenam, & concludentem probationem, non autem præſumptiuam.*

4 *Lis pendens ſuper titulo beneficij afficit etiam fructus tanquam conſecutiuos.*

5 *Lite in Rota pendente non poteſt ſub prætextu alicuius priuilegij nouum inchoari Iudicium coram alio, ſed priuilegium debet in Rota exhiberi.*

6 *Tertius appellans à ſententia contra alium lata efficitur pars formalis illius Iudicij, itaut omnia acta faciat ſua.*

7 *Tertius qui appellationi alterius adhæſit ſe facit partem, itaut innouando dicatur attentare.*

8 *Attentare non dicitur qui ſuam continuat poſſeſſionem vigore manutentionis obtentæ.*

9 *Probatio facta in alia cauſa, & inter diuerſas perſonas, non releuat.*

10 *Attentata ſi reuocari nequeunt ad inſtantiam partis malum Ius fouentis, ſemper reuocari poſſunt officio Iudicis, cuius eſt læſa maieſtas.*

DECISIO CLXIII.

PENDENTE lite in Rota inter Lambertum, & Albertum ſuper titulo Beneficij ſub inuocatione Sanctiſſimæ Trinitatis, & Sancti Michaelis ſiti in Eccleſia Parochiali vndecim millium Virginum, Albertus vigore ceſſionis iurium reportatę à D. Archidiacono Leodienſi, qui ex indulto ſan. mem. Pij V. fructus beneficiorum litigioſorum ad ſe ſpectare prætendit mouit iudicium ſuper fructibus dicti Beneficij coram officiali Leodienſi, & ſententiam fauorabilem obtinuit, quam deinde Rota declarauit attentatam cum omnibus inde ſecutis per duas deciſiones coram me editas 4. Iulij 1642. & 30. Ianuarij 1643. & extenſo ad formam deciſionum decreto ac expedito mandato ſuper reuocatione attentatorum illud cum inſertione commiſſionis appellationis ſuper negocio principali mihi alias directæ fuit in partibus intimatum dicto D. Archidiacono, qui ab eo decreto appellauit ad Sanctiſſimum.

Poſtmodum vero inſtituit iudicium coram Conſeruatore priuilegiorum Cleri Leodienſis ſuper dicti Beneficij fructibus, & conſeruator pręcepit Lamberto vt reſponderet exaduerſo allegatis: cuius Iudicij occaſione cum Lambertus daret de nouis attentatis, tàm contra Albertum, quàm contra Archidiaconum propoſui hodiè dubium an conſtet de nouiter attentatis, & reſolutum fuit negatiue quo ad Albertum, affirmatiue quo ad Archidiaconum.

Præfatum enim Iudicium, quod vt infra dicam eſt attentatum, non fuit motum ab Alberto, ſeu de eius mandato, ſed à Procuratore Archidiaconi, & licèt ob commodum ex-
1 inde reſultans Alberto † poſſet præſumi eo inſtante motum ad effectum denegandi audientiam donec attentata purgentur, niſi conſtaret cuius nomine motum fuerit iuxta theoricam *Bart. in l. de pupillo §. ſi quis ipſi numer. 19. ff. nou. oper. nunc. quam in terminis attentatorum ſecuta eſt Rot. deciſ. 550. num. 2. & 3. part. 3. recent.* quia tamen motum legitur ad inſtantiam
2 Archidiaconi † cuius principaliter intereſt ſibi fructus adiudicari in vim priuilegij Piani propterea ceſſat omnis præſumptio contra Albertum, qui nominatus non fuit vt diſtinguendo vtrumquè caſum dixit. *Rot. dec. 96. num. 1. & 2. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 534. num. 8. in fin. part. 1. recent. deciſ. 191. num. 5. part. 2.* & ad effectum reuocationis attentatorũ, quia
3 ſapiunt delictum † non ſufficit probatio præſumptiua ſed plena requiritur *Mant. deciſ. 62. num. 2. deciſ. 167. num. 4. & part. 2. recent. deciſ. 411. num. 1.*

Attentauit autem Archidiaconus, quia
4 pendente lite in Rota † ſuper titulo Beneficij, quæ afficiebat etiam fructus tanquam conſecutiuos ad titulum *Lancell. de attent. part. 2. c. 4. limit. 2. num. 17. Caſſad. deciſ. 9. num. 3. de cauſ. poſſ. & prop.* non debuit nouum iudicium ſuper
5 fructibus mouere † coram Conſeruatore, ſed priuilegium Pij V. deducendum erat in Rota *Butr. in cap. cum M. Ferrarienſis num. 61. de conſtit. Lancellott. de attent. d. limit. 2. num. 521. & ſeqq. cum alijs allegatis in deciſ. emiſſa 4. Iulij 1642. coram me quibus additur deciſio coram bon. mem. Sacrato impreſſ. apud Marcheſ. de Commiſſ. tom. 2. fol. 64. n. 1.*

Nequè excuſari poteſt tanquam tertius; cum enim illi intimatum antea fuiſſet decretum reuocationis præcedentium attentatorũ vna cum commiſſione cauſæ principalis in Rota comprehenſiua tàm tituli quam fructuum, & omnium ac ſingularum perſonarum quibus illa præſentaretur, & ab eodem
6 decreto appellauerit † euenit pars formalis in iudicio pendente in Rota, & omnia acta ibi hactenus facta ſua fecit *Archill. deciſ. 13. de appellat.*

pellat. Put. dec. 71. lib. 3. Rot. dec. 98. numer. 5. part. 1. receut. Add. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 259. num. 8. & fuit dictum in Montiſregalis Iuriſd. 10. Iunij 1602. coram bon. mem. Cardinali Mellino impreſſa apud Marcheſ. tom. 2. fol. 267. & in fortioribus
7 terminis, quod tertius † qui adheſit appellationi alterius, ſe fecerit partem, itàut innouando dicatur attentaſſe *Lancell. de attent. par. 1. cap. 3. num. 63. & 64.*

Non etiam excuſandus eſt, quia continua-
8 uerit poſſeſſionem percipiendi fructus beneficij litigioſi, in qua alias obtinuit manutentionem à Rota *vt in dec. 583. part. 1. recent.* quia Archidiaconus non probauit huiuſmodi poſſeſſionem in hoc beneficio, & probatio facta
9 in alia cauſa, † & inter diuerſas perſonas non releuat vt in his terminis reſponſum fuit in *Leodien. fructuum 26. Aprilis 1621. coram bo. me. Coccino.*

Non obſtat quod per deciſines editas ſuper articulo manutentionis conſtet de non iure Lamberti inſtantis pro reuocatione attentato-
10 rum, quia quicquid ſit de hoc, adhuc † reuocari poſſunt attentata ex officio Iudicis, cuius fuit leſa Maieſtas *Caputaq. deciſ. 134. lib. 1. in manuſcrip. Rot. deciſ. 2. ad fin. de reſt. ſpol. in non. dec. 465. num. 10. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 235. num. 7. par. 1. recent. deciſ. 272. num. 5. par. 3.*

Et ità deciſum vtraquè, &c.

LEODIEN. BENEFICII.

Merc. 24. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Decretum irritans quod contineatur in regula de 20. plene in hac deciſione oſtenditur, vbi etiam quod regula 8. continens decretum irritans antiquitus non inſerebatur inter cęteras regulas Cancellariæ, licet fuerit poſtea addita, non tamen fuit alterata illarum natura. Obitus reſignantis intra 20. dies ex quibus probetur? Regula de 20. vt locum habeat ſufficit quod reſignãs obierit intra 20. dies, nõ autem requiritur, quod probetur infirmitas reſignantis de tempore reſignationis.

SVMMARIVM.

1 *Decretum irritans an contineatur in qualibet regula Cancellariæ, non adhuc fuit à Rota deciſum.*
2 *Regula Cancellariæ de 20. habet decretum irritans.*
3 *Decretum irritans reſultat ex illis verbis* nullius ſint roboris, & momenti.
4 *Regulæ Cancellariæ, quæ iudiciales, & de dandis appellantur ad diſtinctionem earum, quæ tantum reſpiciunt modum, & formam expeditionis habent ad inuicem quandam connexionem inter ſe ad inſtar plurium Inſtrumentorum in eodem prothocollo contentorum.*
5 *Clauſula* actum, *aut ſignum Notarij poſitum in ſubſequenti Inſtrumento refertur etiam ad antecedens exiſtens in eodem protocollo.*
6 *Decretum irritans appoſitum in regula Cancellariæ ſubſequenti refertur ad antecedentem.*
7 Deciſ. 767. part. 2. recent. declaratur.
8 *Decretum irritans appoſitum in regula 8. Cancellariæ non refertur ad alias regulas, & quare?*
9 *Verba* collatio huiuſmodi nulla ſit *æquipollere videntur decreto irritanti, quia inducunt nullitatem ipſo iure.*
10 *Productio facta à Procuratore ſi fuit à principali ratificata habetur, ac ſi ab ipſomet principali eſſet facta.*
11 *Actor in beneficialibus obtinere non poteſt in petitorio ex non iure aduerſarij, niſi ſimul de ſuo titulo doceat; quicquid ſit ad effectum obtinendi ſententiam abſolutoriam, in Iudicio poſſeſſorio.*
12 *Cautela per compulſum non ſuffragatur producenti in Iuribus ad fundandam intentionem productis.*
13 *Confeſſio patroni emiſſa poſt præſentationem non nocet præſentato preſertim quando detegitur erronea.*
14 *Regula de 20. vt locum habeat non eſt neceſſe quod probetur infirmitas reſignantis tempore reſignationis, ſed ſufficit quod probetur obitus infra 20. dies.*
15 *Clauſula* dummodo tempore datæ præſentium non ſit alicui Ius quæſitum *preſeruat Ius alteri antea quæſitum ex præſentatione.*
16 *Præſentatio facta ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi reputatur valida.*
17 *Præſentationi effectum ſortitæ mediante Inſtitutione Ordinarij multum defertur.*
18 *Ius quæſitum ex præſentatione, & prouiſione Ordinarij non redditur turbidum per appellationem ex aduerſo interiectam à ſententia eiuſdem Ordinarij fauore prouiſi, ſi eſt clarum, & validum.*

DECISIO CLXIV.

VT à deciſis ſub die 22. Maij proximè præteriti coram me recederetur, informantes pro Lamberto hodiè deducebant quod regula *Cancellariæ nuncupata de viginti, quæ eſt 19. in ordinatione* non eſt munita decreto irritanti, quodquè non probatur obitus reſignantis intra viginti dies, prout ex regula requiritur, ac tertio quod non conſtat de infirmitate reſignantis de tempore reſignationis.

Sed nihilominus Rota ſtetit in deciſis ex rationibus in prima deciſione deductis. Quo
1 autem ad decretum irritans, † licèt an illud in qualibet regula Cancellariæ contineatur indeciſum reliquerit *Put. deciſ. 191. lib. 3.* & dubium ſemper fuiſſet in Rota teſtetur *dec. 767. nu. 6. par. 2. recent.* fuit tamen poſtea reſolutum
2 affirmatiuè † in puncto huius regulæ in *Leodien. Beneficij 25. Maij 1640. coram R. P. D. meo Cerro.*

Et merito, quia ad illam quoquè referuntur verba poſita in regula ſubſequenti de idiomate 20. in ordine, ibi, *nullius ſint roboris, &*
3 *momenti*, quæ † decretum irritans important *Gonz. ſuper regul. 8. Cancellariæ gloſſ. 57. nu. 7. & 8. iuncta gloſſ. 67. numer. 65. Monet. de Commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 253. Barboſ. clauſ. 40. numer. 41. & 42. latè Tiraquell. in l. ſi vnquam verbo reuertatur num. 97. & ſeqq. Cod. reuoc. donat.*

Cum enim omnes regulæ Cancellariæ, quę
4 Iudiciales, & de dandis † appellantur ad diſtinctionem

ſtinctionem earumq; tantum reſpiciunt mo-
dum, & formam expeditionis per Cancella-
riam vel alias vt notat *Mand.ſuper regul.Cancel-
lariæ in proem.quæſt.3.nu.1.* habeant ad inuicem,
(& ſi diſtinctę ſint) quandam connexionem
ad inſtar plurium inſtrumentorum in eodem
protocollo contentorum propterea ſicut *clau-*
5 *ſula actum*, † aut ſignum Notarij poſitum in
ſubſequenti inſtrumento refertur etiam ad
antecedens exiſtens in codē protocollo, *Bart.
in l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium nu.33. in fin.
ff. eden. Iaſon. in l. ſi ita ſtipulatus 126.§.Chriſogo-
nus nu.10.ff.verb.oblig. & fuit dictum in Nouarien:
Bonorum 17. Decembris 1640. coram bon. mem.*
6 *Coccino Decano*, ità decretum irritans † appo-
ſitum in regula ſubſequenti refertur ad ante-
cedentem *Mandoſ.ſuper regul. in proem.num.4. &
quæſt.2.per tot.quæſt.3.nu.1.in fin. & nu.2. Gonzal.
ſuper regul.8.gloſſ.1.num.10. Gratian. diſcep. 574.
num.32 Caſſad.deciſ.1.ſub numer.10. verſ. pro quo
facit de reſt. ſpol.*
7 Neque obſtat *deciſ.767. part.2. recent.* † nam
loquitur de regula 8. Cancellariæ, cuius de-
8 cretum irritans, † negat ad alias regulas referri
quia illa antiquitus non inſerebatur inter
cæteras regulas Cancellariæ, ſed circumfere-
batur ſeorſum cum ſuis ſpecialibus clauſulis,
& decreto irritanti vt legitur in eadem *deciſ.
767.nu.4.* vbi exindè infertur quod dum Pon-
tifices regulam 8. deinde addiderunt alijs re-
gulis non eſt veriſimile quod voluerint alte-
rare earum naturam. Præter quod in ipſa
regula de viginti ad ſunt in fine verba annulla-
tiua collationis ibi, *collatio huiuſmodi ſit nulla*,
9 quæ æquipollere † videntur decreto irritanti,
quia inducunt nullitatem ipſo iure, *Tiraquell.
in l. ſi vnquam verbo reuertatur num.243.C.reuoc.
donat.Iaſ. conſ.85. num.8. & 9. lib.3. Sanchez. de
matrim.lib.8.diſput.21.ſub.num.75. & 76. Barboſ.
dict.129.num.3.Rot. in Treueren.Abb. Sancti Ma-
ximini 20. Nouembris 1624. coram bon.mem.Coc.
in princ.*

Quod verò reſignans obierit infra viginti
dies patet ex cōfeſſione ipſius Lamberti emiſ-
ſa in præcibus pro obtinenda noua prouiſio-
ne, eo quod prior ex dicto capite nulla erat,
Eminentiſſimo Cardinali Legato porrectis,
10 & à Procuratore Lamberti productis,† iun-
cta ſubſequenti ratificatione Lamberti om-
nium à Procuratore geſtorum, quæ efficit vt
idem met Lambertus videatur produxiſſe.
Rot.deciſ.88. num.24. part.6. recent. Et gratis di-
citur tùm productionem tùm ratificationem
emanaſſe in alio iudicio pendente contra Co-
lonos coram Comiſſario officialis Leodienſis
ſuper fructibus beneficij, quia in illo iam
emanauerat ſententia de menſe Martij 1640.
& ſic per decem menſes ante ratificationem
Lamberti,quæ facta fuit die 19. Ianuarij 1641.
non coram Comiſſario Officialis, ſed coram
Officiali qui tunc erat Iudex cauſæ Beneficia-
lis in tertia inſtantia, & deinde tulit tertiam
ſententiam confirmatoriam primæ latæ per
Conſeruatorem Cleri Leodienſis, & ſecun-
dæ per Præpoſitum, pro vt luce meridiana
clarius redditur ex oculari lectura libelli pro
obtinenda ſententia fauorabili ſuper titulo
beneficij in vim nouæ prouiſionis iudicialiter
exhibiti à Procuratore in prima inſtantia, & à
Lamberto ratificatæ in tertia poceſſ. fol. 119.
& ſum. Alberti dato in calce reſpoſionis facti
num. 1. & 2.

Non obſtat quod productio facta fuerit à
Procuratore cum maxima cautela, & præ-
ſeruatiua videlicet *citra reſultum à quocumque iu-
re ſibi quæſito vigore prouiſionis Apoſtolicæ apud
acta exhibitæ tam reſpectu petitorij quam poſſeſſorij,
& ad omnes meliores fines, & effectus ius iuri cumu-
lando, &c.* quia cum producens egeret noua
prouiſione pro fundanda intentione contra
Albertum præſentatum à veris patronis, cui
non obſtabat prima prouiſio aduerſarij ob re-
ſiſtentiam regulæ de viginti, & pro obtinen-
da fauorabili ſententia canonizatoria ſui iuris
11 in petitorio † iam deducto in iudicium ex
parte ſua vt patet ex prædicta proteſtatione,
ibi, *tam reſpectu petitorij, &c.* in quo non pote-
rat obtinere ex non iure Alberti,niſi ſimul de
ſuo titulo doceret, quicquid ſit ad effectum
reportandi ſimplicem ſententiam abſolutoriā
in iudicio poſſeſſorio vt bene ex *tex. in cap. cum
olim de reſcript.diſtinguit ibidem Felin.num.9.& ſub
nu.10.limit.2. & 3.& facit tex.in regula beneficium
de regul.iur.in 6.Rot.dec.55.num.7. coram Reueren-
diſſimo Vrgellen.* propterea productio non po-
teſt dici facta ad effectum diuerſum ab eo iu-
dicio, ſed neceſſaria fuit ad finem ipſum iu-
dicij tunc pendentis, & clauſulæ præſeruatiuæ
effectum productionis non limitant, prout
12 dicimus de cautela per compulſum, † quæ
non ſuffragatur producenti in iuribus ad fun-
dandam intentionem productis vt fuit *deciſum
in Anconitana Computorum 9. Decembris 1616.
corem bon. mem. Cardinali Fabritio Veroſpio relat.
per adden. ad ſan.mem.Greg.XV. deciſ.238. nu.15.
in fin. & in Bergomen. Capellaniæ 9. Decembris
1624. coram bon.mem. Manzanedo Patriarca Hie-
roſolymitano.*

13 Non obſtat contraria confeſſio patroni, †
qui præſentauit Albertum, quia placuit reſ-
ponſio quod emiſſa fuit poſt præſentationem
ideoquè præſentato non nocet ex *Natt. Rolan.
& alijs allegatis in prima deciſione*, cò minus quia
probatur erronea ex confeſſione aduerſarij,&
ex teſtibus iuncta etiam fide Parochi ac tribus
ſententijs latis pro Alberto.

Rurſus quod non probetur infirmitas reſi-
gnantis de tempore reſignationis † non inte-
reſt attenta declaratione facta à Clemente VII.
ſub illis verbis regulæ de viginti, *etiam vigore
ſupplicationis dum eſſet ſanus ſignatæ*, per quę ſub-
lata ferè eſt omnis antiquorum controuerſia,
cum oſtendant voluiſſe Papam comprehen-
dere reſſignationes factas, ſiue de tempore
infirmitatis ſiue ſanitatis reſignantis,dumodo
infra viginti dies illius obitus ſequatur; itàut
fruſtratorium ſit quærere de infirmitate reſi-
gnantis eiuſquè ſtatu, ſed ſufficiat illum mor-
te naturali infra viginti dies deceſſiſſe vt ſit lo-
cus regulæ *Sarnen. ſuper eodem regula quæſt.12. in
fin. & quæſt.31. in fin.Chokier.ibid.ſub nu.15.verſ.
itaquè fruſtra quæriturPariſ.de reſign.lib.12.quæſt.6.
num.7.*

nu.7. & 25. Lotther. de re benef. lib.3. quæſt.13.n.68. Filliucc. quæſt. moral. tom.3. tract.41.c.10. ſub n. 49. verſ.3. etiam ſi Viuian. de Iurepat. lib. 13. cap.10. num.86. Rot. in Leodien. Beneficij 25. Maij 1640. coram R.P.D. meo Cerro.

Tandem non ſuffragatur aduerſario noua
prouiſio, quia habet in ventre clauſulam
dumodo tempore datæ non ſit alicui ius quæſitum, †
quæ præſeruat ius antea quæſitum Aalberto
ex præſentatione *Felin. in cap. cauſam quæ nu.26.
verſ. ſed Rota de reſcript. Lotther. de re benef. lib.2.
quæſt. 23. num.1. Barboſ. clauſ.44. num.4. Rot. dec.17.
verſ. nam Papa de preben. in nou. deciſ.52. numer.3.
part.2. recent.* Quodquè illud eſſet validum du-
16 bitari non poteſt, quia præſentatio facta fuit †
ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi
iuxta tex. in cap. conſultationibus de Iurepat. cap quærelam de elect. & præſentatus fuit inſtitutus ab Or-
17 dinario † cui multum defertur *Lambert. de
Iurepat. lib.2. par.2. quæſt.10. art.7. num.11. Seraph.
deciſ. 1232. num. 2.* & vltro habuit quatenus
opus ſit collationem ab Ordinario, cui quatenus intrarent Concordata Germaniæ competebat Collatio, cum vacatio beneficij contigerit de menſe Februarij. Neque ius Al-
18 berti turbidum redditur† ex eo quod per appellationem exaduerſo interpoſitam à ſententia Ordinarij lis deſuper penderet, dum ex
prædictis eſt clarum, & validum *l. in Compenſatione vbi Bart. & Bald. in princ. Caſtr. num.1. ff.
Compenſat. Rot. in Neapolitana penſionis 27. Maij
1641. coram me.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

TIBVRTINA HAEREDITATIS.

Ven. 26. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Statutum conditum à populo ſubiecto ſine cõſenſu Principis, an poſſit abſque Principis licentia abrogari? Reſpondetur affirmatiuè quando Statutum eſt contra ius, quia per illius abrogationem reducitur res ad terminos iuris communis. Statutum requirens in teſtamento mulieris conſenſum proximiorum nullum eſt & inualidum ſecundum opinionem aliquorum DD., quia arctat homini ſanæ mentis libertatem teſtandi; Rota tamen eorum opinionem ſuper inualiditate Statuti adhuc ſequuta non fuit. Statutum Tiburis requirens in donatione mulieris vltra decretum Iudicis interuentum conſanguineorum, & in eorum defectum conſenſum capitis militiæ, & Priorum, ſufficit pro validitate donationis, quod conſanguinei interuenerint licèt contradixerint, quia Iudex interponendo decretum cenſetur tacitè interlocutus ſuper irrationabilitate contradictionis. Deficientia conſanguineorum, ad hoc vt locum habeat conſenſus capitis militiæ, & Priorum probata dicitur eo ipſo quod vltra conſanguineos, qui contradixerunt fuerunt alij citati, & non comparuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Tiburis 47. requirens in teſtamento mulieris conſenſum proximiorum non eſt vere Statutum, ſed quædam reformatio edita à ciuibus abſque Beneplacito Apoſtolico, & fuit abrogata de anno 1587. ab eiſdem ciuibus, & abrogari potuit.*

2 *Statutum ad publicam vtilitatem conditum à populo ſubiecto ſine conſenſu Principis, an poſſit ſine licentia Principis abrogari? Negatiuam opinionem tenet* Ludouic. Bell. conſ.68. num.8. *diſtinguens inter Statuta ad publicam & priuatam vtilitatem.*

3 *Affirmatiua vero opinio verior eſt, quando Statutum eſt contra ius, quia per illius abrogationem res reducitur ad terminos iuris communis.*

4 *Amplia quamuis Statutum ſit à Principe confirmatum, quatenus in confirmatione non adſit decretum irritans.*

5 *Statutum requirens conſenſum proximiorum in teſtamento mulieris eſt contra ius, quia coarctat homini ſanæ mentis libertatem teſtandi.*

6 *Et ex hac ratione tale Statutum non valere tenent quamplures DD; quamuis eorum opinionem circa inualiditate Statuti Rota adhuc amplexa non fuerit.*

7 *Statutum Tiburis requirit in donatione mulieris conſenſum conſanguineorum, decretum Iudicis ac conſenſum capitis militiæ & Priorum in defectum conſanguineorum & num. ſeqq.*

8 *Et ſi conſanguinei interueniunt, ac etiam diſſentiũt ſi diſſenſus eſt rationabilis non poteſt ad ſtipulationem inſtrumenti deueniri.*

Si vero irrationabilis requiritur conſenſus aliorum conſanguineorum in gradu remotiorum & num.9.

10 *Decretum Iudicis non poteſt ſupplere conſenſum conſanguineorum requiſitum in contractu, ſi illud copulatiue à Statuto requiritur.*

11 *Conſenſus capitis militiæ & Priorum requiſitus à Statuto Tiburis in contractu mulieris in defectum conſanguineorum adhiberi nequit donec extant cõſanguinei, & deficientia adhuc effectum probanda eſt, nec ſufficit illorum diſſenſus, quia aliud eſt quod recuſent conſentire, aliud quod non adſint.*

12 *Quicquid dicendum ſit, ſi Statutum requireret ſimpliciter conſenſum proximiorum, & decretum Iudicis; & Priores haberent de ſe iuriſdictionem authorizandi contractum, quo caſu recuſantibus conſanguineis conſentire, aliſque non exiſtentibus poteſt Iudex eorum conſenſum ſupplere per interuentum Priorum.*

13 *Theorica Salicet. in* l. dudum num.7. Cod. de contrahen. empt. *in quibus terminis procedat?*

14 *Donatio facta à muliere reputatur valida attenta diſpoſitione Statuti Tiburis non obſtante contradictione proximiorum, ſi. Iudex decretum interpoſuit, nam illud interponendo cenſetur ſimul ſuper irrationabilitate contradictionis interlocutus.*

15 *Relationi Nuncij ſeu Curſoris fides adhibetur.*

16 *Conſanguineorum deficientia probata videtur ſi omnes citati ad intereſſendum & præſtandum conſenſum contractui non comparuerunt.*

17 *Nam paria ſunt quod exiſtant vel non compareant, præſertim quando eorum exiſtentia conſideratur à Statuto ad certum effectum, ſcilicet intereſſendi contractui.*

18 *Impugnans contractum ob non interuentum conſanguineorum probare tenetur nedum exiſtentiam ſed etiam quod non habebant impedimentum vel ſaltem eorum habilitatem naturalem, ſcilicet ſanitatem in die celebrati contractus.*

19 *Ex conſanguineis mulieris ſi aliquis non fuit citatus ad interueniendum contractui, ex quo erat Prior, ſeu Officialis Ciuitatis iuxta ſolitum non citandi in ſimilibus caſibus, ſolitum verum præſumitur ſi Iudex interpoſuit ſuum decretum in contractu.*

20 Deciſ. 57. *Manentis declaratur.*

21 *Statutum Tiburis mandans in defectum conſanguineorum adhiberi in donatione mulieris conſenſum capitis militiæ & Priorum, illius forma adimpleta dicitur quamuis ex tribus Prioribus duo tantum interuenerint, & redditur ratio num. ſequenti.*

22 *Facultas ſeu poteſtas vbi datur à lege vel Statuto pluribus ſufficit maior pars, quicquid ſit quando poteſtas datur ab homine, & ſufficit quod interueniat maior pars ſecundum ſubiectam materiam, num. 26.*

23 *Officium repræſentatur à maiori parte in ijs quæ ratione officij & ordinis competunt pluribus, vt vniuerſis, non vt ſingulis.*

24 *Dummodo tamen omnes vocentur.*

25 *Verbum* vnitamente *poſitum in Statuto Tiburis non refertur ad Priores, itaut omnes conſentire debeant contractui mulieris, ſed ad decretum Iudicis, vt ſcilicet requiratur coniunctim cum conſenſu Priorum.*

26 *Conſenſus plurium vbi requiritur, ſufficit quod interueniat maior pars ſecundum ſubiectam materiã.*

DECISIO CLXV.

LAVDOMIAE in vim donationis re-
portatæ à Hieronima, quæ fuit hæres ex
teſtamento Victoriæ ſororis agenti ad dotes
tùm Victoriæ tùm Hieronimæ debitas, &
quas alias Rota declarauit non ſubiacere one-
ri fideicommiſſi impoſito à patre quia ſucce-
dunt loco legitimæ, Angela hæres Pauli rei
conuenti obijciebat nullitatem dicti teſtamen-
ti ac donationis, ideoque propoſui dubium,
an teſtamento & donationi obſtent exceptio-
nes nullitatis, & negatiuè reſponſum fuit.

Teſtamentum enim Victoriæ conditum
apparet cum omnibus ſolemnitatibus à iure
communi requiſitis, neque adhiberi debuit
conſenſus proximiorum iuxta diſpoſitionem
1 Statuti Tiburis *cap. 47.* † quia illud non eſt ve-
rè Statutum ſed potius quædam reformatio
ædita à ciuibus Tiburtinis abſque Beneplaci-
to Apoſtolico & fuit abrogata de anno 1587.
ab eiſdem ciuibus vt potuit, quia quicquid
2 ſit an Statutum ad publicam vtilitatem † cō-
ditum à populo ſubiecto ſine conſenſu Prin-
cipis poſſit ab eodem populo ſine Principis
licentia abrogari, in quo articulo negatiuam
opinionem diſtinguendo inter Statuta ad pu-
blicam vel priuatam vtilitatem ſecutus eſt
*Ludouic. Belluſ. conſ. 68. num. 8. ex ſententia Decian.
in repetitione cap. cum acceſſiſſet numer. 3. verſ. vnde
retenta de Conſtit.* poteſt proculdubio quando
3 Statutum eſt contra ius, † quia per illius ab-
rogationem reducitur res ad terminos iuris
communis, vt poſt *Bart. in l. omnes populi n. 33.
ff. iuſt. & iur.* tradit *Iaſ. in l. omnium num.* 10. vbi
in fortioribus terminis loquitur de abroga-
4 tione Statuti confirmati à Principe, quatenus
in confirmatione non adſit decretum irritans
*Cod. teſtam. Felin. in cap. cum acceſſiſſent ſub num. 5.
verſ. hanc declarationem de Conſtit. Dec. ibid. ſub nu-
mer. 18. & 19. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 38. n. 4
& 5. Seſſe deciſ. Aragon. 355. ſub num. 15. Rota de-
ciſ. 375. num. 4. par. 2. recent. deciſ. 84. num 11. par. 7.*
5 Quod autem Statutum requirens † con-
ſenſum proximiorum in teſtamento mulie-
ris ſit contra ius dubitari non poteſt, quia
coarctat homini ſanæ mentis libertatem te-
ſtandi contra tex. *in l. ex facto ff. vulg. & pupill.
l. 2. in fin. ff. ſi à parente quis manumiſſ. fuer. l. 1. Cod.
ſacroſan. Eccl. §. diſponat Auth. de nuptijs,* ob quàm
6 rationem † huiuſmodi Statuta non valere di-
xit *Caſtr. in d. l. ex facto num. 6. Alex. num. 74. Bald.
in l. omnes populi num. 67. ff. iuſt. & iur. Ruin. in l. ſi
quis poſt huiuſmodi §. ſi filium nu. 76. ff. lib. & poſth.*
& alij relati per *Menoch. conſ. 496. numl 107. De-
cian. conſ. 16. num. 100. lib. 4.* Quorum tamen o-
pinionem circa inualiditatem Statuti adhuc
Rota amplexa non fuit, & cum vtriuſque
opinionis aſſeclas attuliſſet in *Viterbien. hæredi-
tatis 4. Martij 1641. coram R. P. D. meo Ghiſlerio*,
cauſa iterum propoſita 28. Martij 1642. corã
eodem omiſſo fundamento inualiditatis Sta-
tuti tanquam dubitabili ex alio teſtamentum
abſque ſolemnitatibus Statuti conditum va-
lidum declarauit.

Hinc informantes pro Angela inſiſtebant
magis nullitati donationis Hieronymæ ob
7 defectum conſenſus conſanguineorum † à
Statuto Tiburtino requiſiti quem defectum
negabant euitari poſſe ex eo quod tres con-
ſanguinei ex proximioribus interuenerint ce-
lebrationi inſtrumenti & diſſenſerint, quia ſi
8 diſſenſus fuit rationabilis † eo minus deue-
niri poterat ad ſtipulationem contractus,
*Hond. conſ. 32. num. 77. & 96. lib. 1. Bertaz. de clau-
ſulis, clauſula 7. gloſſ. 10. num. 3.* Si irrationabilis
9 † debuit exquiri conſenſus aliorum conſan-
guineorum in gradu remotiorũ, *Bald. in l. vi-
dua num. 4. Cod. de nupt. Alex. in l. ſi cum dotem §.
eo autem tempore nu. 14. ff. ſol. matr. Aym. conſ. 190.
ſub num. 8. verſ. ſimili modo, Hond. conſ. 32. n. 103.
lib. 1.* cum alijs allegatis à *Pico ad Stat. Vrb. ca-
pit. 151. gloſſ. 19. num. 11. & 12.*

Qui ſuppleri non poteſt per decretum Iu-
10 dicis † quando vt in caſu noſtro illud co-
pulatiuè à Statuto requiritur, *Bald. in Rub.
Cod. contrh. empt. quæſt. 24. Salyc. in l. dudum ſub nu-
mer. 7. Cod. eod. Menoch. de arbitr. caſ. 202. ſub nu. 9.
Bertazz. d. gloſſ. 10. ſub num. 2. verſ. limita tamen.*
Prout nec per præſentiam Capitis Militiæ &
Priorũ quia Statutum illorum cōſenſu con-
tentatur deficientibus conſanguineis, & cum
Caput Militiæ & Prioris nullam habeant iu-
riſdictionem authorizandi contractus mulie-
rum niſi quatenus à Statuto tribuitur, & tri-
11 buatur ſubſidiariè † in caſum non exiſtentiæ
Conſanguineorum ex latere Patris, & Ma-
tris propterea, donec extant Conſanguinei

con-

conſenſus Capitis Militiæ & Prior nullius eſt
momenti vt in puncto *Cæſar Manent.deciſ.57.*
num.8.& ſeqq. per tot. vbi quod eſt probanda
deficientia omnium conſanguineorum &
num.12. ait non ſufficere quod aliqui ex illis
conſentire recuſauerint, quia aliud eſt quod
recuſent conſentire aliud quod non adſint, &
Statutum dat authoritatem Priori in caſum
non exiſtentiæ; quicquid dicendum eſſet ſi
12 Statutum requireret † ſimpliciter conſenſum
proximiorum & decretum Iudicis & Priores
haberent de ſe iuriſdictionem authorizandi
huiuſmodi contractus quo caſu recuſantibus
conſanguineis conſentire alijſque non exiſtē-
tibus Iudex potuiſſet eorum conſenſum ſup-
plere per interuentum Priorum loco alterius
Iudicis, in quibus terminis procedit *theorica*
13 *Salyc.* † *in d.l.dudum,num.7.verſ.ego verò*, quem
ſequuntur *Menoch.& Bertaz.loc.ſupra alleg.*qui-
bus additur *Tiraq.de leg.connub.gloſſ.8.num.133*
Boccacc. ſuper Conſt.Egid.gloſſ.3.num.127.& ſeqq.

Cęterum Domini validam cenſuerunt do-
nationem non obſtante contradictione trium
14 conſanguineorum, † quia Iudex potuit illam
tanquā irrationabilem contemnere nec opus
fuit vt deſuper interloqueretur ſed interpo-
nendo decretum ſuper contractu videtur
ſimul interlocutus ſuper irrationabilitate di-
ctæ contradictionis, *Caſtr. conſ. 91. ſub num. 5.*
verſ.præterea,lib.1.Aldobr.conſ.34.nu.9.lib.primo,
Bertaz.d.clauſ.7.gloſſa 10.ſub num.2. Pic.ad Stat.
Vrbis.d.gloſſ.19.num.15.

Et cum fuerint citati ne dum illi qui con-
tradixerunt, ſed etiam plures alij conſangui-
nei ex latere patris & matris ad dicendum
cauſam pręterquam Hyeronima donationem
facere non poſſet, & ad interueniendum &
præſtandum conſenſum alias videndum mā-
dari procedi ad celebrationem inſtrumenti,
cum interuentu Capitis Militiæ & Priorum
Ciuitatis ad formam Statutorum prout con-
15 ſtat † ex relatione Nuncij ipſi inſtrumento
inſerta, cui in hoc adhibetur fides, *Put. de-*
ciſ.187.lib.3.Rot.deciſ.218.num.18.par.7.recent.,
16 nec aliquis comparuerit † ſatis videtur pro-
bata omnium conſanguineorum deficientia,
quorum exiſtentia, quia conſideratur à Sta-
17 tuto † ad certum effectum ſcilicet intereſſen-
di contractui paria ſunt quod non exiſtant,
vel non compareant, & impediti ſint inter-
eſſe ad tradita per *Surd. conſ.236.num.23.& de-*
ciſ.207.nu.9.& 10.Vaſq.de ſucceſſ.creat.lib.2.§.2.
num.31. Grat.diſcep.522.num 22. & in terminis
Menoch. de arbitr. caſ.202. ſub num.10. verſ. cum
paria ſint. Adeo quod impugnanti contractū
18 ob non interuentum conſanguineorum † in-
cumbat onus probandi ne dum quod exiſte-
rent, ſed etiam quod non haberent impedi-
mentum vel ſaltem eorum habilitatem na-
turalem, ſcilicet ſanitatem in die celebrati
contractus, *Caſtr.conſ.124.in ſecundo dubio,lib.1.*
Corn.conſ.316.num.32.& ſeqq.lib.1.Acchill.dec.4.
de præſumpt. Rot.deciſ.433.num.4.verſ.neque rele-
uat, coram bon.mem.Coccino, deciſ.134.nu.8. apud
Zach.de oblig.Camerali, deciſ.30.num.15. & ſeqq.
apud Pic.ad Stat. deciſ. 406.num.6.& 19.dec.459.
num.10. coram ſancta mem. Greg.XV. & ibi add.
num.12.deciſ.713.num.3.par.2.recent.deciſ.10.nu-
mer.15.par.5.

Nec obſtat quod non fuerit citatus Io: Ba-
ptiſta Cocchanarius, vnus ex conſanguineis
19 mulieris, † quia nuncius in relatione cita-
tionis aliorum conſanguineorum, dixit ſe
omiſiſſe illum citare ob reuerētiam, eo quod
tunc erat Prior Ciuitatis iuxta ſolitum, quod
ſolitum verum præſumitur propter authori-
tatem decreti Iudicis ſuper ea relatione & cō-
tractu ipſo interpoſiti, *Bald. in l.ex his num.3.*
verſ.item oppono quod verbis, Cod.teſtamento milit.
Ruin.conſ.63.num.3.lib.1.Pic.ad Stat.Vrb gloſ.21.
num.32. Rot.deciſ.245.ſub num.5.& num.6.par.7.
recent.& ſemper probanda eſſet exaduerſo ha-
bilitas ſaltèm naturalis Io: Baptiſtæ ad inter-
eſſendum contractui ex ſupra allegatis, qui-
20 bus non obſtat *deciſio 57. Manentis*, † quia ibi
non omnes conſanguinei citati fuerant, vel
omnes & ſi nullo impedimento detinerentur
iuſtè recuſarunt interuenire, quia ſciebant
contractum eſſe mulieri damnoſum vt legi-
tur ſub *num.15.circa fin.verſ.ideo debebat*.

Igitur fuit locus tertiæ parti Statuti man-
danti deficientibus conſanguineis ex vtroque
21 latere † adhiberi conſenſum Capitis militiæ
& Priorum, quæ forma ſeruata fuit quamuis
ex tribus Prioribus duo tantum interuenerint
22 quia vbi pluribus datur poteſtas † à lege vel
Statuto ſufficit maior pars quicquid ſit quādo
poteſtas datur ab homine vt diſtinguit, *Grat.*
dec.March.93.n.18.ex tex. in l.reſcriptum in princ.
ff.pact.Bart.in l.3.n.8.ff.eod.tit.& in l.3.n.8.ff.quod
*cuiuſque Vniuerſ.nomin.*nam in maiori parte re-
23 præſentatur totus ordo & officium † in ijs
quæ ratione officij & ordinis competūt plu-
ribus vt vniuerſis non vt ſingulis, *l.3.ff.decret.*
ab ordine facien. l.quod maior ff.ad municip. l.plane
ff.quod cuiuſque vniuer.nom.gloſ.in l.quicunq;in fin.
Cod.omni agr.deſer.lib.11. Grat.deciſ. March.183.
24 *n.1.& ſeqq.*dummodo tamen † omnes vocati
fuerint, *Bart.in d.l.3.in fin.ff.quod cuiuſq.vniuerſ.*
nom.ex tex.in l.2.C.decur.li.10. Grat.deciſ.March.
93.num.19.Rot.Bononien.diuerſ.deciſ.87. num.17.

Non obſtat verbum *vnitamente*, poſitum in
25 Statuto, † quia non refertur ad Priores itaut
omnes conſentire debeant vt in ſimili, *Barb.*
*in cap.fin.§.ſanè n.12.de teſtam.in 6.*ſed ad decre-
tum Iudicis, ibi *ſenza l'interuento e conſenſo, &*
authorità de' Signori Capomilitia e Priori,che per lo
tempo ſaranno vnitamente con il decreto del ſopra-
*detto Sig.Giudice,*vnde patet quod coniunctiua
vnitamente, efficit vt requiratur coniunctim
decretum Iudicis & conſenſus Priorum, &
Capitis militiæ, nec ſolus Iudex ſine Prioribus
nec ſoli Priores ſine Iudice poſſint actum cō-
plere iuxta tex. *in l.fin.iuncta gloſ. Cod.impub. &*
alijs ſubſtitutionibus Pariſ. conſ.111. num.17.lib.1.
Barb.dict.430.& 431. Sed reſpectu Priorum
26 ſatis eſt quod interueniat maior pars † ſecun-
dum ſubiectam materiam vt in fortioribus
terminis, *Corſett. ſingul.384. circa fin. verſ.quod*
ſecundum cum Grat.d.deciſ.183.num.7.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

LAVRETANA PRÆDII.

Lunæ 29. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Simulatio apocæ, in qua quis ſe debitorem fatetur ex quibus excludatur?

SVMMARIVM.

1 *Simulationis ſuſpicio ceſſat praexiſtente vera cauſa debiti.*
2 *Excipiens de compenſatione ſe debitorem fatetur.*
3 *Compenſatio niſi opponatur debitoris obligationem non extinguit.*
4 *Compenſatio non retrotrahitur, ſed operatur à die oppoſitionis.*
5 *Simulatio apocæ vt excludatur ſufficit quod præexiſtentia crediti in ea contenti aliunde iuſtificetur, vel quod aliqua poſſibilitas concurrat.*
6 *Executio obligationis Cameralis non retardatur ex prætenſionibus exaduerſo oppoſitis incontinenti non iuſtificatis.*
7 *Coniecturæ pro ſimulatione adductæ nō attenduntur, quoties legitima cauſa obligationis praexiſtit.*
8 *Et reputantur irreleuantes non docto de cauſa probabili ſimulandi.*
9 *Confeſſio emiſſa à delinquente ante patratum delictum in odiam fiſci, quo caſu et non præiudicet?*
10 *Cauſa probabilis ſimulandi apocam obligationis non reſultat ex animo & intentione fraudandi creditores nam quoad creditores iam creatos nulla ex ea parari poteſt defenſio.*
11 *Et animus fraudandi creditores non pertinet ad ſimulationem contractus, quia nihilominus ſubſiſtit, licet creditoribus noceat.*
12 *Epiſtola ſcripta à tertio, non nocet nec præiudicat tertio.*
13 *De falſitate vt quis argui valeat requiritur concludens probatio, vel ſaltim vehementes præſumptiones corporis delicti concurrere debent, quamuis ciuiliter agatur.*
14 *Teſtes deponentes de ſimulatione non attenduntur in concurſu publicorum Inſtrumentorum, per quæ præexiſtentia vera obligationis probatur.*
15 *Simulatio ſufficit quod non ſit omnino clara, vt executio obligationis Cameralis retardetur.*
16 *Promiſſio alicuius ſummæ pro damnis non poteſt dici vſuraria, quia emendatio damni licita eſt.*
17 *Damnum paſſum ex quibus probatum remaneat?*
18 *Exceptio vſurariæ prauitatis ſufficit quod ſit turbida, vt non admittatur in Iudicioo executiuo obligationis Cameralis.*

DECISIO CLXVI.

VTRAQVE deciſione hinc indè emanata reuocata ad trutinam, Domini ſecūdam pro Thoma confirmarunt ex rationibus ibi ponderatis. Adhuc enim ſubſiſtit quod maior pars crediti Thomæ, prò quo Felix frater ſe debitorem conſtituit in apoca, quam de ſimulatione redarguit iuſtificatur ex præcedentibus inſtrumentis ſolutionum factarum à Thoma æris alieni ſpectantis ad Felicem,
1 vnde cū præexiſteret vera cauſa † debiti eliminatur omnis ſuſpicio ſimulationis vt præter allegatos in *d. deciſ. dixit Rot. deciſ. 282. nu. 35. par. 7. recent.*

Neque veritas præexiſtentis crediti eliditur ex partitis pleno calamo adductis à Felice, quia inter hos fratres varia computa adfuerūt omnium autem habita fuit ratio in ſolidatione facta per apocam, in qua Felix ſummam de qua agitur promiſit, adeo quod ſemper eſt verum dicere, quod hæc promiſſio habet primordium veritatis probatum vt ſupra ex publicis inſtrumentis quorum legalitas non impugnatur, nec extrinſeca exceptio compenſationis cum alijs partitis ad creditum Felicis excludit, quod Thomas ſoluendo debita Felicis illius creditor euaſerit, imò id magis con-
2 firmat, quia excipiens † de compenſatione, ſe debitorem fatetur, *Bald. in l. cum Papinianus nu. 8. Cod. ſenten. & interloc.* quem ſequitur *Aret. in l. decem column. peuult. num. 5. in fin. verſ. & ad materiam ff. verb. oblig. Surd. deciſ. 24. ſub nu. 6. & 7. Rot. in Romana Pecuniar. ſen Mercium 5. Iunij 1613 coram bo. me. Sacrato.*

Et cum tempore præfatæ ſolidationis computorum vel fuerit habita ratio partitarum Felicis, vel ille de compenſatione non excepperit creditum Thomæ canonizatum in apoca dictæ ſolidationis, ne dum fuit verum, ſed
3 exequibile quia compenſatio† niſi opponatur debitoris obligationem non extinguit, *l. ſi conſtat Cod. compenſ. Alex. conſ. 196. numer. 4. lib. 7. Burſatt. conſ. 408. num. 10. Pereg. conſ. 107. numer. 3. lib. 2. Surd. deciſ. 191. num. 15. Rot. deciſ. 627. num. 1. par. 1. diuerſ.* quatenus vero excipitur hodie hoc non euacuat veritatem apocæ de tempore quo fuit ſtipulata cum huiuſmodi exceptio
4 non retrotrahatur *Surd. conſ. 296. nu. 27. & ſeqq. Coſt. de retrotract. caſ. 4. cap. 9. num. 4. verſ. quibus tamen, & num. 5. & ſeqq.* eo minus, quia partitæ Felicis requirunt liquidationem & Iudicium vt patet ex obiectis contra illas excitatis à Thoma cui interim ſufficit ad excludendam ſimulationem apocæ probaſſe aliunde præexi-
5 ſtentiam crediti, † vel quod verè potuerit creditor declarari, *Ciriac. contron. 131. num. 32. Rot. Rot. coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 195. num. 10. deciſ. 459. num. 8.* Et eſto quod probarentur aliquæ prætenſiones inter Thomam & Felicem ſuper datis & receptis, illæ tamen niſi fuerint
6 iuſtificatæ incontinenti † non poſſunt retardare executionem obligationis Cameralis cōtentæ in apoca iuſtificatę vt ſupra ex publicis inſtrumentis, ſed poterit Felix poſt quam iuſtificauerit agere prout de iure, *l. fin. Cod. compen. Pariſ. conſ. 121. num. 22. & ſeqq. lib. 1. Surd. deciſ. 184. numer. 6. Rot. deciſ. 370. num. 8. part. prima recent.*

Atque hinc non eſt curandum de coniecturis pro ſimulatione deductis, quia non ad-
7 mittuntur † vbi præexiſtebat legitima cauſa obligationis, *Dec. conſ. 648. num. 5. cum alijs allegat. in ſecunda deciſ. §. & per conſequens*, & præte-
8 terea ſunt irreleuantes, † quia non docetur de cauſa probabili ſimulandi, *Bart. conſ. 65. nu. 4. lib. 1.*

lib.1.Bect.conſ.52.num.1.Add.ad ſa.me. Greg.XV. deciſ.157.ſub num.27.Rot.deciſ.307.num.11.par.1. deciſ.344.num.3.par.4.recent. Qualis non eſt allegata præmeditatio defenſionis bonorum Felicis à moleſtijs Fiſci vel creditorum, quia tunc nullum patratum fuerat delictum, quinimò nec poſtea & inuериſimile omninò eſt, quod de eo patrando partes cogitarent ipſa die Veneris Sancti, qua deuentũ fuit ad apocam, ſeù crediderint ſolam apocam poſſe ſuffragari aduerſus Fiſci moleſtias, cum tanquã legis Doctores ſcire debuerint non ſufficere
9 ad hunc effectum † ſimplicem confeſſionem antea emiſſam à delinquente abſque alia iuſtificatione ad tradita per *Cin. in l. ſi quis poſt hac ſub num.2.& ibid.Bald.ſub num.1. Angel.ſub nu.3. Cod.bon. proſcrip. Boſſ.in praxi tit. de his quibus vt indig.num.19.in fin.Peregr.de Iur.fiſc.lib.5.titul.1. num.183.*

Intentio autem fraudandi creditores non
10 parit † probabilem cauſam ſimulandi, quia aduerſus creditores iam creatos apocha nullã parare poterat defenſionem, *Bart.in l.2.§.creditum nu.5.verſ.& iſta vera ſunt ff.ſi cert.pet.Bald. in rub.Cod.reuoc.his qui in fraud.cred. num.4. verſ. & ego dico Alex.conſ.142.nu.6.& 7 .lib.5. Buratt. deciſ.108.num.4.& 5.* nec aliter opinatos fuiſſe contrahentes dicendum eſt, quia erant Iuris periti. Quo verò ad creditores futuros incertum erat an, & qui futuri eſſent & in omnem euentum animus fraudandi creditores
11 non † pertinet ad ſimulationem contractus, quia nihilominus ſubſiſtit licet creditoribus non noceat, vt in puncto *Rot. deciſ.318. nu.17. & 18.par.5.recent.*

Sed ex abbundanti deficiunt etiam coniecturæ ſimulationis vt latius in *2.deciſ.§.deſcendendo & ſeqq.* aduertendo vlterius quod actus ex quibus illæ eliciuntur emanarunt de tempore quo apoca erat deperdita & non dum reperta inter ſcripturas hereditarias Marini Marcolini, cui ab initio fuerat de conſenſu vtriuſque partis tanquam communi conſanguineo conſignata, donec deſuper inſtrumentum publicum conficeretur, quod confici non potuit quia Felix ſtatim Romam petijt, & Marcolinus paulo poſt deceſſit, & ignorabatur vbi apocham repoſuiſſet. Neq; ex epiſtolis Thomæ reſultat quod aliquando voluerit ab apocha, vel eius credito recedere, imò contrariũ demonſtrant in verbis, aliæ autem ſcriptæ
12 ad † Felicem à Iacobo Braſſuechia & Auguſtino de Angelis haud nocent Thomæ iuxta theoricam *Felin.in cap.2.nu.18.de fid.inſt.* quem ſequitur *Bellon.deciſ.Ianuen.14.num.133. Rot.deciſ.18.ſub num.3.de prob. in antiq.* & aſſerta raſura, ac falſificatio aliquorum verborum vnius Epiſtolæ Thomæ, & ſi verificaretur non magis tribui poteſt Thomæ, quam Felici, penes quem perpetuo talis epiſtola manſit, cum tamen ad arguendum Thomam de falſitate
13 requiratur † neceſſaria & concludens probatio, aut ſaltem vehementes præſumptiones, nedum corporis delicti, ſed etiam quod ab illo fuerit commiſſum, quamuis ciuiliter agatur, *l.ſciant cuncti. Cod.prob. Boſſ. in prax.titul. de conuict.num.13.Rot.deciſ.9.ſub num.poſt conſ.Farin lib.2.*

14 Non obſtant duo teſtes † deponentes Thomam faſſum fuiſſe, quod apoca erat ſimulata, quia præualent inſtrumenta, per quæ præexiſtentia veræ cauſæ obligationis probatur & teſtes patiuntur exceptiones in alia deciſione diſcurſas, quæ non euacuantur per fides extraiudiciales ac documenta non authentica pro Felice producta, & ſatiſeſt ſimu-
15 lationem non eſſe claram † vt executio obligationis Cameralis non retardetur ex *alleg. in d.deciſ.§.fin.*

Rurſus non obſtat, quod reſpectú ſummæ ſcutorum 175. in apoca promiſſę pro damnis quæ Thomas paſſus fuerat promiſſio ſit vſu-
16 raria, † quia emendatio d. damni licita fuit, *Azor.Inſt.moral.par.3. lib.5.cap.4. verſ.tertio queritur. Rebell.de oblig.iuſt.lib.8.q.5.nom.4. Molin. de iuſt.& iur.tract.2.diſpat.314.num.4.& 5.* & quod Thomas damnum paſſus fuerit nõ conſtat ex ſola confeſſione partium emiſſa in apoca, ſed magis ex publicis inſtrumentis continentibus venditiones bonorum Thomæ vt ſolueret æs
17 alienum Felicis prout ſoluit, quæ † plenè dãnum probant *Ruin. conſ.104. ſub numer.6. lib.1. Barboſ.in l.2.par.1.in princ.num.48.ff. ſol. matrim. Cinc.de cenſib.par.1.cap.2.quæſt.1.art.6. numer.45. & par.2.cap.2.quæſt.3.art.2.num.6.Seraphin.deciſ. 935. num.4.* & ſufficit exceptionem vſurariæ
18 prauitatis † eſſe turbidam vt reiciatur à iudicio executiuo obligationis Cameralis, vt notant Doctores in *cap.debitores de iureiur. & dixit Rot.deciſ.126.nu.3.& 13.inter impreſſ.apud Zacch. poſt tract.de oblig.Camer.*

Et ex his & alijs in ſecunda deciſione deductis in ea ſtandum eſſe reſponſum fuit vtraq; parte informante.

CÆSARAVGVSTANA DE CASPE.

Veneris 4. Martij 1644.

ARGVMENTVM.

Beneficiati mediante exercitio aliquorum actuũ per eos in Eccleſia & Capitulo geſtorum, quale Ius habere dicantur plene in hac deciſione declaretur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſiue Arbiter, vbi plura Capitula ſunt ſeparata, & plures ferri poſſunt ſententiæ pronunciando ſuper vno, non videtur in alijs abſoluere, vel condemnare, & num.2.*

3 *Beneficiati reputantur tanquam ſerui Eccleſiæ.*

4 *Penes Beneficiatos potiùs neceſſitas obſequendi, quã imperandi in Eccleſia manet authoritas.*

5 *Iuriſdictio alicui tributa per enumerationem certorum caſuum vltra illos non extenditur in præiudicium habentis vniuerſalem.*

6 *Laudum cum ſit ſtricti Iuris, caſus ibi diſpoſitos non egreditur.*

7 *Ius mulctandi eſt Iuriſdictionale.*

8 *Cenſoris officium eſt mere miniſteriale, verſaturque circa nudum factum adnotationis defectuum ſingularum perſonarum in ſeruitio Chori ſeiunctum ab omni facultate mulctandi.*

9 *Cenſor licet poſſit diſtributiones pro rata defectuum commiſſorum denegare delinquentibus, hæc tamen facultas eſt potius ſimplex ſubtractio, quam præheminentia ſeu poteſtas mulctandi.*

10 *Cognitio ac terminatio controuerſiarum ex punctaturis demandata vni vel pluribus ex Beneficiatis, non importat niſi merum arbitrium extraiudiciale citra aliquam iuriſdictionem.*

11 *Socij plures rem communem habentes ſolent controuerſias inter ipſos ortas de bono, & æquo communiter terminare.*

12 *Iuriſdictio differt ab adminiſtratione.*

13 *Capitulum de iure cõmuni componitur ex ſolo Priore, & fratribus abſque Beneficiatis.*

14 *Beneficiati quamuis admittantur ad Capitulum, ibique vocem habeant, non tamen dicuntur de Capitulo.*

15 *Capitulum ius conuocandi non ſpectat ad Beneficiatos, ſed ad Priorem, ſeu alium qui maior ſit in dignitate, vel ſi ibi dignitas non eſt, maior in ordine, vel tempore Prior.*

16 *Ius monendi & conuocandi Capitulum non includitur ſub actu executiuo cum onere monendi, & conuocandi.*

17 *Ius monendi, ſeù conuocandi Capitulum demandari non debet miniſtro inferiori, ſed potius antiquiori in ordine, dignitate, vel tempore cum ſit actus iuriſdictionis, & præheminentiæ.*

18 *Capituli corpus ſtare ſine capite monſtruoſum eſt, prout admittendum non eſt, quod duo ſint capita eiuſdem capituli.*

19 *Res iudicata non cenſetur per laudum poſtea ſubſecutum alterata niſi in eo tantum capite de quo laudum ſpecialiter loquitur.*

20 *Capituli conuocatio tribuenda eſt Priori mandanti, non Procuratori exequendi.*

21 *Confirmatio ſemper reſtringitur ad terminos confirmati.*

22 *Compromiſſum non attenditur, ſed tenor laudi.*

23 *Rei iudicatæ non cenſetur per compromiſſum derogatum in his, ſuper quibus non fuit laudatum.*

24 *Laudum non ſe extendit vltra expreſſa, & per conſequens qui in eo ſe fundat probare debet caſus cõtrouerſos in eo eſſe comprehenſos.*

25 *Abſolutio dari poteſt excommunicato ex pluribus cauſis ſuper vna, licet remaneat excommunicatus ex alia.*

26 *Declaratoria Rotalis comprehendit nedum expreſſa, ſed etiam conſecutiua.*

27 *Clauſula* pariio iudicato *ante totalem paritionem nullam Iudici iuriſdictionem tribuit.*

DECISIO CLXVII.

DECISIONI editę coram me ſub die 11. Maij 1643. non acquieſcentibus Beneficiatis Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi de Caſpe, iterum propoſui cauſam ſuper eiſdem, & reſolutum fuit ſtandum eſſe in eadem deciſione, cum illius fundamenta adhuc inconcuſſa ſubſiſtant, ſiuè attendatur tenor laudi, ſiuè confirmationis Apoſtolicæ, ſiuè compromiſſi, quippè in neutro comprehenditur articulus Iuriſdictionis, & iuris conuocandi Capitulum re iudicatâ Rotali definitus.

Continet enim res iudicata quatuor capitula ſeparata. Primum iuriſdictionis competentis Priori maiori. Secundum præheminentiæ. Tertium emolumẽtorum omnium Eccleſiæ eiuſque Cœmeterij aliquibus exceptis. Quartum iuris faciendi Capitulum. Laudum verò nec loquitur de primo, nec de poſtremò, quæ proinde à laudo intacta remanſerunt, quia vbi plura ſunt capitula ſeparata,
1 cum † videantur totidem petitiones & plures
ferri poſſint ſententiæ, Iudex ſeu Arbiter pro-
nunciando ſuper vno non videtur in aliis ab-
ſoluere vel condemnare; *Felin. in cap. cum inter*
num. 6. verſ. fallit primo de ſent. & re iudic. poſt Alb.
ibid. num. 23. Io. Andr. num. 18. verſ. ſi autem plura
capitula & num. 13. Butr. num. 26. circa med. verſic.
poteſt tamen Anchar. in regul. ea, quæ column. 8. ſub
num. 6. verſ. ſed ego de regul. iur. in 6. Rot. deciſ. 336.
ſub num. 4. verſ. & propterea coram bon. me. Coccino,
Maximè quia Arbitri omiſſo primo articulo
2 inceperunt à ſecundo quod indicat † noluiſſe
de primo cognoſcere, *l. inter ſtipulantem 83. §. ſi*
ſtipulante verſ. item ſi ego ff. verb. oblig. Mant. de ta-
cit. lib. 14. tit. 10. num. 16.

Agnouerunt ſiquidem ius conuocandi ca-
pitulum, & iuriſdictionem de qua loquitur
primum caput rei iudicatè non debuiſſe com
municari Beneficiatis, qui reputantur tanquã
3 ſerui Eccleſiæ, vt notat *gloſſ. in cap. penult. verbo*
aſſiſios de Cler. non reſid. ſed ſpectare ad Priorem
tanquam caput capituli, & ad ipſum capitu-
lum cui tanquam corpori myſtico Pontifices
contulerunt iuriſdictionem priuatiuè ad Be-
4 neficiatos, penes quos † obſequendi potius
neceſſitas, quam imperandi manet authoritas,
vt dixit *Rot. deciſ. 76. num. 2. & ſeqq. part. 7. rec.*

Poſito autem quod primum articulum iu-
riſdictionis vniuerſaliter per rem iudicatam
conceſſæ Priori laudum omiſerit, nil facit
quod idem laudum poſt quàm terminauit
ſecundum articulum præheminentiæ com-
municauerit deindè Beneficiatis aliquorum
actorum reſpicientium celebrationem Diui-
norum ſeu comunium emolumentorum ad-
miniſtrationem exercitium; nam eſto quod
illi actus pertinerent ad iuriſdictionem non
ideo communicata cenſeretur vniuerſalis iu-
riſdictio in alijs caſibus competẽs Priori ma-
iori ex re iudicata, quia iuriſdictio alicui tri-
5 buta † per enumerationem certorum caſuũ,
vltra illos non extenditur in præiudicium ha-
bentis vniuerſalem, *Bobadill. in Polit. lib. 2. cap.*
19. ſub num. 53. verſ. non podiendo in fin. præter Abb.
ſil. Soccin. & Bald. allegat. in prima deciſ. §. 3. man-
dat. Eo minus in caſu noſtro quo eſſet tribu-
6 ta per laudum quod † cum ſit ſtricti iuris, ca-
ſus ibi diſpoſitos non egreditur, *Ruin. conſ. 116.*
num. 6. lib. 4. Rolan. conſ. 79. num. 13. lib. 3. Surd. conſ.
313. num. 14.

Sed veriùs actus vt ſupra communicati nõ pertinent ad Iuriſdictionem, vt latius in prima deciſione; nec ex eo quod cenſor ſeu pũctator eligi alternatim debeat ex ordine Regula-

gularium vel Beneficiatorum dici poteſt traſ-
latum in Beneficiatum, qui cenſor erit ius
7 mulctandi † quod eſt iuriſdictionale, *l.2. §.fin.*
ff.Iudic.Rimin.conſ.270.n.17.Farinac.in praxi lib.1.
qu.18.num.96. quia mulcta non inſeruientibus
impoſita eſt ab ipſo officium vero Cenſo-
8 ris † eſt mere miniſteriale, verſaturque circà
nudum factum adnotationis defectuum ſingu
larum perſonarum in ſeruitio chori, ſeiunctũ
ab omni facultate mulctandi vt habetur in
actis Eccleſiæ *Mediolanen.par.1. tit. de his quæ ad*
Diuin.offic.pert.in fin.fol.42.& tit. de diſtribut. fol.
71.colum.1.in princ. quæ facultas nullibi legitur
data Cenſori, ſeù Procuratori Regularium,
vel Beneficiatorum, licet poſſint diſtributio-
nes pro rata defectuum commiſſorum dene-
9 gare delinquentibus, † quia hæc eſt potiùs
ſimplex ſubtractio, quàm præheminentia,
ſeù poteſtas mulctandi vt benè in terminis,
Barb. de Iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 21. numer. 29.
in fin.

Et quatenus controuerſiarum, quę ex pun-
ctis orirentur cum cenſore cognitio, ac ter-
10 minatio † demandatur quatuor antiquiori-
bus fratribus & Beneficiatis exinde nõ reſul-
tat niſi merum arbitrium extraiudiciale citra
Iuriſdictionem *Socc.de citationib. art.4. ſub nu.5.*
Bald.& alij allegati in prima deciſ.§.tertio mandat.
Equum enim erat vt dictæ controuerſiæ, quæ
11 reſpiciebant † commune intereſſe Fratrum,
& Beneficiatorum, communiter pariter ex
bono & equo terminarentur, prout fieri ſolet
inter plures habentes rem communem, licet
ſint perſonæ priuatæ Iuriſdictione penitus
carentes, vt per *Felic. de ſociet. cap.17. num. 27.*
& 29. ex Alexan.conſ.47.num.4. lib.1. & alijs ibi
allegat.

Communicatio tandem adminiſtrationis
Anniuerſariorum aliarumque rerum quarũ
commune eſt lucrum non tribuit Iuriſdictio-
12 nem, quia Iuriſdictio differt † ab adminiſtra-
tione, & per conſequens differt etiam ab ele-
ctione officialium qui res communes admi-
niſtrant vt ex *Bertran.Cancer.& alijs aduertit pri-*
ma deciſ.§.poſt hæc.

Quo verò ad vltimum caput iuris faciendi
capitulum ſatis ex ipſo laudo apparet non
fuiſſe receſſum à re iudicata, quia Arbiter in
his, quæ concernunt adminiſtrationem & gu-
bernium Eccleſiæ voluerunt capitulum con-
13 ſtare ex ſolo Priore & fratribus. qui abſque
Beneficiatis etiam iuxta diſpoſitionem rei iu-
dicatæ & iuris communis faciunt capitulum,
vt præter allegatos in *prima deciſ.§.ſequitur pro-*
bat tex.in cap.nouit.de his quæ fiunt à Præla. Panin.
cap.Sede vacan. prælud. 5. num.2.& 4. Azor. inſtit
moral.par.2.lib.3.cap.37. verſ. quarto quaritur &
lib.6.cap.14. verſ. ſexto quæritur.

Dumque inferius in his quę reſpiciunt in-
tereſſe commune cum Beneficiatis laudum
vult Beneficiatos quoque conuenire debere &
votare non ideo eos fecit de capitulo, quia
14 Beneficiati † & ſi admittantur ad capitulum
& ibi vocem habeant non dicuntur de capi-
tulo *Gemin.in cap.fin.num.5.verſ.in dubio de præ-*
ben.in 6. Lotther.de re benefic.lib.1.cap.15.num.23.
Rot.deciſ.459.num.8.part.5.recent. Eoque minus
15 habent ius † conuocandi capitulum quod
nuſquam in laudo legitur ad ipſos traſlatum,
& vigore rei iudicatę, ac iuris communis ſpe-
ctat ſolum ad Priorem, ſeù alium qui maior
ſit in dignitate, vel ſi ibi dignitas non eſt, ma-
ior in ordine vel tempore prior cui cęteri pa-
rere coguntur, *Azor.Inſt.moral.par. 2. lib.3. cap.*
37.verſ.tertio quæritur.

Et gratis aſſeritur, quod in hac Eccleſia ad-
ſint duo capitula alterum fratrum, alterum
fratrum & Beneficiatorum, quia laudum hoc
non dicit, ſed habita diſtinctione negociorũ
ſi ea reſpiciunt intereſſe commune admittit
Beneficiatos ratione proprij intereſſe ad vo-
tandum in capitulo, ſeruata ſemper eius vni-
tate ſub eodem capite, quod eſt Prior. Prout
nec facit, quod vigore laudi Procurator an-
niuerſariorum, qui alternis vicibus eſt Bene-
ciatus in diebus quibus capitulum congrega-
tur monere debeat ſingulos ne diſcedant ab
Eccleſia, ſed capitulum expectent, quia in hac
parte laudum demandauit Procuratori actum
16 mere executorialem monitionis † ſub quo
non includitur ius monendi, *Io. Andr. in cap.*
reſcriptum num.10.de reſcrip.in 6. Felin.in cap.gra-
tum num.5.de offic.deleg.Soccin.de citat. art.4.nu.1.
& ſanè ſi Arbitri intellexiſſent de iure monẽ-
di ſeu conuocandi capitulum, illud non con-
17 tuliſſent Procuratori capituli † qui eſt Mini-
ſter inferior, ſed potius antiquiori in ordine
dignitate, vel tempore cum ſit actus Iuriſdi-
ctionis, & præheminentiæ *Barb.in Collect. Bul-*
lar.verb. Archidiaconus fol.45.in fin.Garz.de Bene-
fic.par.3.cap.4.num.26.

Non obſtat, quod Beneficiati vna cum fra-
tribus eligant Procuratorem, Notarium ca-
pituli, ac retineant penes ſe vnam ex duabus
clauibus Archiuij capituli, quia hæc omnia
manant ab eodem principio proprij intereſſe
in emolumentis communibus, propter quod
admittuntur ad votandum in capitulo in eo
duntaxat caſu, quo de rebus communibus
agitur, nec tamen exinde ſequitur quod ſint
de Capitulo. vt ſupra dicebatur eoque minus
quod conuocare poſſint Capitulum, aut illud
celebrare ſeiunctim à Priore maiore, quia
monſtruoſum eſſet, quod corpus Capituli ſta-
18 ret † ſine ſuo capite, aut quod duo eſſent ca-
pita eiuſdem Capituli quod admittendum nõ
eſt, vt ex *Lotter.de re beneſ.lib.1. cap.15. num.11.*
& ſeqq.ponderat prima deciſ. §.ſequitur in fin.

Cum itaque laudum nihil diſponat de iure
conuocandi, ſeu faciendi Capitulum vel de
cuius mandato conuocari debeat, hoc tan-
quam non deciſum à laudo manet in diſpo-
19 ſitione rei iudicatæ, quæ † non cenſetur alte-
rata, niſi in eo quod laudum ſpecialiter diſpo-
nit, *Caſtren. in l. ſi cauſa cognita num.3.ad fin.Cod.*
tranſact.Dec conſ.39.ſub num.3.cum alijs allegat. in
prima deciſ. §. ſecundo præfinitur, & conuocatio
20 Capituli † tribuenda eſt mandato Prioris nõ
autem monitioni Procuratoris, qui vti Pro-
curator agit nomine alieno, *Alex.conſ.65.n.13.*
lib.4.Rot.deciſ.392.num.6.par.5.recent. & cum ſit
merus executor non ipſi ſed mandanti actus
tri-

tribuitur, *l. item eorum §. ſi decurionis, & ibi gloſſ. verb. negocium ff. quod cu. uſque uniuerſ. nom. l. aper-tiſſimè, & ibi gloſſ. verbo delegati, Cod. de Iudic. Surd. conſ. 29. n. 3. Rouit. conſ. 82. n. 20. lib. 1.*

Sicuti autem præfata duo capita Iuriſdictionis, & Iuris faciendi Capitulum non continentur in laudo, ita nec in confirmatione Apoſtolica deſuper emauata, quæ ſemper
21 reſtringitur † ad terminos confirmati, *cap. 1. & 2. de confir. vtil. vel inutil. Ruin. conſ. 158. nu. 16. lib. 1. Alex. conſ. 122. num. 21. lib. 4. Bero. quæſt. 50. num. 2.*

Nec refert an comprehendantur in compromiſſo, quia non attenditur compromiſsũ
22 ſed laudi tenor, *Roman. conſ. 108. ſub num. 1.* & ſatis eſt quod deſuper laudatum non fuerit vt
23 quoad ea † non dicatur renunciatum rei iudicatę per compromiſſum, *Felin. in cap. cum olim num. 6. de præſcript. Alex. conſ. 22. num. 2. verſ. tamen illa lib. 1. Cancer. variar. reſol. lib. 1. cap. 18. num. 44. verſ. ſic ſi, vt lib 3. cap. 17. ſub numer. 314.* & reſcriptum Signaturæ de cuius executione agitur excipit ſolum contenta in laudo, non autem in compromiſſo, vel confirmatione. Præter quod in ipſo compromiſſo licèt enũciatiuè narretur etiam controuerſia Iuriſdictionis, ea tamen enunciatiua refertur ad tempus ante rem iudicatam & cauſa proxima cõpromiſſi fuerunt controuerſiæ ſuper Anniuerſarijs, vt latè percurrit *prima deciſ. §. antepenult.*

Quare cum Signatura reſcripſerit cũ clauſula parito quoad ea quæ in laudo non continentur, & Beneficiati fuerint excommunicati ob conteptum Iuriſdictionis, & ex quo fecerunt Capitulum cõtradicente Priore ma-
24 iori, quæ duo † contineri in laudo probatum exaduerſo non fuit, vt debuit *Aym. conſ. 74. numer. 10. Seraph. deciſ. 835. num. 5. Buratt. deciſ. 321. num. 8.* non poſſunt Beneficiati abſolui niſi doceant de totali paritione. Nec obſtat, quod excommunicatio lata fuerit etiam pro alijs in laudo contentis, ſuper quibus ſaltim petitur
25 abſoluto quæ † excommunicato ex pluribus cauſis poteſt dari ſuper vna licet remaneat excommunicatus ex alia *cap. cum per cauſa & ibi Abb. num. 1. & 6. de ſentent. excomm. Barboſ. ibidem nu. 4. & 5. verſ. ad tertium quæſt. & verſ. ad primum, & ſeq. Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 21. n. 16. Bonacc. de cenſ. in comm. diſput. 1. q. 3. punct. 6. n. 1. Laym. oper. mor. tract. 5. par. 2. cap. 6. n. 10. Caſtropal. oper. moral. tom. 5. tit. de cenſur. diſput. 1. punct. 11. §. 3. nu. 1. alijque allegati à Moder. Neapol. de offic. & poteſt confeſſ. recollect. 1. ſub num. 522. Seraph. deciſ. 244. n. 3. coram Rot. in Valentina Emolument. 30. May 1597. bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilio,*

Quia declaratoria Rotalis fundatur ſolum in dictis duobus capitibus, ſub quibus alia, puta electio Officialium & reſtitutio quæſtuatorum & emolumẽtorum veniunt tanquam
26 conſecutiua † ad celebrationem Capituli cõtradicente Priore celebrati *ad trad. per Garz. de benef. par. 6. cap. 3. num. 112. & ſeqq. Buratt. dec. 356. num. 4. Rot. in Seguntina beneficij, ſeu Attentatorum 4. Decembris 1637. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,* & ſtante reſcripto Signaturæ, quod non detur abſolutio, *niſi parito Iudicato, preterquam quoad contenta in laudo.* Rota donec non
27 contentis in laudo paritum fuerit † caret in omnibus iuriſdictione abſoluendi, quià hæc eſt virtus clauſulę parito *Gonzal. ſup. regul. in ad not. contra nullit. num. 249. & 251. Caputaq. dec. 150. num. 5. par. 1. Put. deciſ. 429. lib. 1. Rot. deciſ. 93. n. 3. par. 4. diuerſ. & in his terminis deciſ. 173. nu. 1. & 2. par. 6. recen.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

ROMANA HAEREDITATIS DE FABIIS.

Veneris 11. Martij 1644.

ARGVMENTVM.

Legatum filiæ à matre relictum, in legitimam non imputari ex quibus potiſſimè deducatur?

SVMMARIVM.

1 *Legatum filio à patre, vel matre relictum in dubio cenſetur animo compenſandi cum legitima, quia eſt debitum neceſſarium.*

2 *In legitimam imputatur quicquid filius capit ex ſubſtantia paterna per vltimam voluntatem.*

3 *Declara concluſionem procedere, quando filius legitimam capit ex ſola diſpoſitione legis, ſecus vero ex diſpoſitione Teſtatoris, videlicet ſi Pater, vel mater legitimam legauit, tunc cenſetur voluiſſe vtrumque præſtari.*

4 *Legitima cenſetur filio nominatim in teſtamento patris vel matris relicta ex illis verbis,* quel tãto che de iure li preuiene &c.

5 *Legitima integrè de iure debetur.*

6 *Legitima ſi fuit nominatim in Teſtamento relicta, tunc filio debetur nedum ex diſpoſitione Iuris, ſed etiam Teſtatoris, & ad eam conſequendam agere poteſt actione perſonali ex teſtamento, necnon etiã hypotecaria, & num. 7.*

8 *Actio Hypotecaria non competit filio pro legitima niſi ſit nominatim in teſtamento relicta.*

9 *Legitima ſi fuit in teſtamento relicta cum proteſtatione,* non intendendo per queſto conferirli, &c. mà ſolamente quel tanto che de iure le preuiene &c. *talis proteſtatio qualificat relictum legitimæ in teſtamento, non tamen referri poteſt ad legatum longè poſt in codicillis relictum, & ſic in ſeparata oratione, & num. 14.*

10 *Non attento quod in codicillis omnia in teſtamento contenta confirmata fuerunt, ſi confirmatio legitur poſt legatum pure relictum, tunc enim codicilli continere dicuntur duas partes inter ſe omnino diſtinctas & ſeparatas.*

11 *Et diſpoſitionum diuerſitas deſumitur ex dictione* Item *contenta in legato necnon ex dictione* vero, *appoſita in confirmatione, Item ex diſcretiuo modo diſponendi tam in teſtamento, quam in codicillis, & num. 12. & 13.*

15 *Legatum & legitima debentur, ſi vtrumque in ſeparata oratione, ac diſpoſitione fuit relictum, & ſupra num. 14.*

16 *In eodem teſtamento duo ſi adſunt legata diuerſa-*

rum

rum rerum, & quantitatum, vtrumque debetur, quia præſumitur Teſtatorem voluiſſe dupplicare, niſi adſint verba expreſſa in contrarium, vel vltimum ſit factum ſub commemoratione primi.

DECISIO CLXVIII.

VLTIMAE deciſionis æditę 19. Iunij proximè præteriti coram me prima parte omiſſa, quam hodie informantes non impugnabant alterius partis fundamenta ad excluſionem imputationis legati in legitimam approbaruntDomini cauſa ſuper eiſdem propoſita admittentes quidem duas cõcluſiones exaduerſo adductas. Alteram quod in dubio
1 legatum † filio cenſetur à patre vel matre relictum animo compenſandi cum legitima, quia eſt debitum neceſſarium. Surd.conſ.112. num.1.& ſeqq.Mantic.de coniect.lib.10. tit.2. nu.5. Menoch.præſump.109.num.16.& ſeqq.lib.4.Caſtill. de vſufr.cap.46.num.5. Alteram quod in legi-
2 timam imputantur † quæcumque capit filius ex ſubſtantia paterna per vltimam voluntatē, l.ſcimus,l.omnimodo Cod.in offic.teſt.Gabr.conſ.108. num.7.& ſeqq. lib.2. Surd. conſ.388. numer.19.& ſeqq.

3 Sed illas declarantes procedere † quando filius legitimam capit ex ſola diſpoſitione legis,ſecus verò cum ex diſpoſitione teſtatoris, quia nempè pater ſeu mater, etiam legitimā legauerit; tunc enim cenſetur voluiſſe vtrūque præſtari, vt præter Ant. Caffarell. inter conſ. Corn.conſ.200.Gabr. & alios allegat. in vltima deciſ. §.ad matrem, fuiſſe deciſum in Conſilio Neapolitano refert Molfeſ.ad conſuet.Neapol.par.6.quæſt.11. num.38. & 39. in addit. & probat ad litteram tex. in l.Titia 85.ff.ad leg. falc. vbi diſtinguitur an Teſtator legauerit nominatim quartam nec ne, & primo caſu denegatur imputatio legati in quartam, admittitur in ſecundo quem textum ſingularem appellat ibidem Bart. in princ.Caſtr.in princ. qui dicit eſſe mirabilem, Alex. numer.1. Alberic. numer. 2. Angel. in princip. & ingenioſè, vt ſolet explicat Ant. Faber. de coniect. lib.6.cap.4.nu.6.& ſeqq.& ſignanter num.10. duas adducit rationes, quibus Iulianus Iuriſconſultus motus fuit alioſque ad rem allegat Modern.Hiſpanus variar.reſol.lib.2.cap.10.num.10.

Quod autem mater legitimam quoq; no-
4 minatim † reliquerit habetur ex verbis teſtamenti, ibi, *quel tanto che de iure gli perviene,* quę verba important relictum legitimæ, Pacian. conſ.4.num.59.cum alijs alleg. in vltima deciſione §. qui eſt caſus noſter, & quidem integrè Seſſ.in fortioribus terminis deciſ. Aragoniæ 270. num.1. in fin. & num. 2. Dec.conſ.235.ſub num.26. infr.med.verſ. non obſtat alia, Gabr.conſ.109.num.14. lib.1. quia
5 illa integrè† de iure debetur §.1.Auth.de trien. & ſemiſſ.§.aliud quoque Capitulum Auth.vt cum de appell.cognoſ.cap.Rainutius de teſtam. ita vt filia
6 legitimam conſequatur † ne dum ex diſpoſitione iuris, ſed etiam Teſtatricis & agere poſſit ad legitimam actione perſonali ex teſtamento, Bald.in l.ſi quis in ſuo verſ.quæro ergo Cod. inoff.teſt.Aym.conſ.312.ſub num.4. nec hypoteca-
7 ria † Dec.conſ.235.n.6.Rolan.conſ.78. n.18. lib.1, Menoch.conſ.77.nu.17.& ſeqq. quam alioquin
8 non † habuiſſet Neguſ. de pignor.2. par.4. memb. nu.164. verſ.vigeſimuſquartus caſus, Seſſ. dec.Aragon.26.n.17.& deciſ.270.nu.1. Rot.in Montisfaliſci ſupplementi legitimæ 4.Decemb. 1634.& 20. Aprilis 1635.coram bo.me.Coccino, & in eadem 18.Iunij 1642.coram bo. me. Merlino, meque in eius præmortui locum ſubrogato.

Nec obſtat, quod mater reliquerit legitimam cum proteſtatione, ibi, *non intendo per queſto conferirgli,dargli, ne accreſcergli di nuouo alcuna raggione &c. ma ſolamente, e meramente quel tanto che de iure gli perviene,e non ſi puol far di meno;* quia hæc proteſtatio emiſſa in teſtamento
9 qualificat † quidem ac reſtringit relictum legitimæ in eodem teſtamēto contentum, operaturque, vt filia ex eo conſequi nõ poſſit niſi legitimam quæ illi de iure debetur, ſed referri non poteſt ad legatum ſcutorum 2000.longè poſt in codicillis relictum, vt ex Borcolter. conſ.14.col.3.circa medium lib.2.& alijs aduertit vltima deciſ.§.nec obſtat.

Et licet in codicillis Teſtatrix confirmauerit omnia contenta in teſtamento conſidera-
10 runt † Domini quod codicilli habent duas partes; in prima filiæ legantur purè ac liberè, & cum clauſula *omni meliori modo* ſcuta 2000. In ſecunda confirmantur omnia contenta in teſtamento, ibi, *Cætera autem in ſupradicto teſtamento contenta in omnibus, & per omnia pleniſſimè confirmauit.* Has verò partes eſſe inter ſe om-
11 nino diſtinctas & ſeparatas † patet ponderando, tum dictionem *item*, appoſitam in legato ſcutorum 2000. quæ importat diuerſitatem legatorum & diſpoſitionum, Dec.conſ.423. ſub num.15.verſ.& iſta ex textu cum gloſ.15.in §.item ea quæ Inſt. de rer. diuiſ. l.labeo ff.de iniur.Decian. conſ.34.num.113.lib.3.Tum dictionem vero ap-
12 poſitam † in confirmatione quæ ibidem cõtenta in facto & iure diuerſificat à legato pręcedenti, Menoch.conſ.201.num.34.Surd.conſ.315. num.1.Fuſar.de ſubſt.quæſt.650.n.28.cum alijs allegatis in deciſione §. quamuis. Tum tertio diſcre-
13 tiuum modum diſponendi, † nam in teſtamēto mater reliquerat tam filiæ fęminæ quā maſculo id quod illis de iure debetur In codicillis autem nulla facta mentione maſculi legauit ſcuta bis mille filiæ ſolum, quam propterea voluit plus habere quam maſculum.

Igitur cum duę ſint partes ac diſpoſitiones, nempè legatum ſcutorum bis mille clarum & apertum, & abſque vlla cõditione ſeu proteſtatione, & relictum legitimæ repetitum in codicillis mediante confirmatione teſtamenti quod eſt conditionatum, & reſtrictum ad id quod de iure debetur ſupradicta proteſtatio, & conditio adiecta relicto legitimę referri nõ
14 debet † ad legatum contentum in ſeparata oratione ac diſpoſitione, Cephal. in fortioribus terminis conſ.253. numer.26,& 27.Bart.in l.mulier num.5.& in l.Iulius Paulus in princ.ff.condit.& demoſt.Alb.Mant,Peregr.& alij allegati in vltima de-
15 ciſione §. vnde & vtrumq; † debetur iuxta text. in l.Titia ff.ad leg. falcid. alioſque ſupra allegatos & facit theorica, Bart. in l.cum Centum numer.1.in fin.ff. adim. legat. vbi quod ſi in eodem teſta-

tribuitur, *l. item eorum §. ſi decurionis, & ibi gloſſ. verb. negocium ff. quod cu. uſque uniuerſ. nom. l. apertiſſimè, & ibi gloſſ. verbo delegati, Cod. de Iudic. Surd. conſ. 29. n. 3. Rouit. conſ. 82. n. 20. lib. 1.*

Sicuti autem præfata duo capita Iuriſdictionis, & Iuris faciendi Capitulum non continentur in laudo, ita nec in confirmatione
Apoſtolica deſuper emanata, quæ ſemper
21 reſtringitur † ad terminos confirmati, *cap. 1.
& 2. de confir. vtil. vel inutil. Ruin. conſ. 158. nu. 16.
lib. 1. Alex. conſ. 122. num. 21. lib. 4. Bero. quæſt. 50.
num. 2.*

Nec refert an comprehendantur in compromiſſo, quia non attenditur compromiſsũ
22 ſed laudi tenor, *Roman. conſ. 108 ſub num. 1.* &
ſatis eſt quod deſuper laudatum non fuerit vt
23 quoad ea † non dicatur renunciatum rei iudicatę per compromiſſum, *Felin. in cap. cum olim num. 6. de præſcript. Alex. conſ. 22. num. 2. verſ. tamen illa lib. 1. Cancer. variar. reſol. lib. 1. cap. 18. num. 44. verſ. ſic ſi, vt lib 3. cap. 17. ſub numer. 314.* & reſcriptum Signaturæ de cuius executione agitur excipit ſolum contenta in laudo, non autem in compromiſſo, vel confirmatione. Præter quod in ipſo compromiſſo licèt enũciatiuè narretur etiam controuerſia Iuriſdictionis, ea tamen enunciatiua refertur ad tempus ante rem iudicatam & cauſa proxima cõpromiſſi fuerunt controuerſiæ ſuper Anniuerſarijs, vt latè percurrit *prima deciſ. §. antepenult.*

Quare cum Signatura reſcripſerit cũ clauſula parito quoad ea quæ in laudo non continentur, & Beneficiati fuerint excommunicati ob contẽptum Iuriſdictionis, & ex quo fecerunt Capitulum cõtradicente Priore ma-
24 iori, quæ duo † contineri in laudo probatum exaduerſo non fuit, vt debuit *Aym. conſ. 74. numer. 10. Seraph. deciſ. 835. num. 5. Buratt. deciſ. 321. num. 8.* non poſſunt Beneficiati abſolui niſi doceant de totali paritione. Nec obſtat, quod excommunicatio lata fuerit etiam pro alijs in laudo contentis, ſuper quibus ſaltim petitur
25 abſoluto quæ † excommunicato ex pluribus cauſis poteſt dari ſuper vna licet remaneat excommunicatus ex alia *cap. cum per cauſa & ibi Abb. num. 1. & 6. de ſentent. excomm. Barboſ. ibidem nu. 4. & 5. verſ. ad tertium quæſt. & verſ. ad primum, & ſeq. Sayr. de cenſur. lib. 2. cap. 21. n. 16. Bonacc. de cenſ. in comm. diſput. 1. q. 3. punct. 6. n. 1. Laym. oper. mor. tract. 5. par. 2. cap. 6. n. 10. Caſtropal. oper. moral. tom. 5. tit. de cenſur. diſput. 1. punct. 11. §. 3. nu. 1. alijque allegati à Moder. Neapol. de offic. & poteſt confeſſ. recollect. 1. ſub num. 522. Seraph. deciſ. 244. n. 3. coram Rot. in Valentina Emolument. 30. May 1597. bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilio.*

Quia declaratoria Rotalis fundatur ſolum in dictis duobus capitibus, ſub quibus alia, puta electio Officialium & reſtitutio quæſtuatorum & emolumẽtorum veniunt tanquam
26 conſecutiua † ad celebrationem Capituli cõtradicente Priore celebrati *ad trad. per Garz. de benef. par. 6. cap. 3. num. 112. & ſeqq. Buratt. dec. 356 num. 4. Rot. in Seguntina beneficij, ſeu Attentatorum 4. Decembris 1637. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,* & ſtante reſcripto Signaturæ, quod non detur abſolutio, *niſi parito Iudicato, preterquam quoad contenta in laudo.* Rota donec non
27 contentis in laudo paritum fuerit † caret in omnibus iuriſdictione abſoluendi, quià hæc eſt virtus clauſulę parito *Gonzal. ſup. regul. in ad not. contra nullit. num. 249. & 251. Caputaq. dec. 150 num. 5. par. 1. Put. deciſ. 429. lib. 1. Rot. deciſ. 93. n. 3. par. 4. diuerſ. & in his terminis deciſ. 173. nu. 1. & 2. par. 6. recen.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

ROMANA HAEREDITATIS DE FABIIS.

Veneris 11. Martij 1644.

ARGVMENTVM.

Legatum filiæ à matre relictum, in legitimam non imputari ex quibus potiſſimè deducatur?

SVMMARIVM.

1 *Legatum filio à patre, vel matre relictum in dubio cenſetur animo compenſandi cum legitima, quia eſt debitum neceſſarium.*

2 *In legitimam imputatur quicquid filius capit ex ſubſtantia paterna per vltimam voluntatem.*

3 *Declara concluſionem procedere, quando filius legitimam capit ex ſola diſpoſitione legis, ſecus vero ex diſpoſitione Teſtatoris, videlicet ſi Pater, vel mater legitimam legauit, tunc cenſetur voluiſſe vtrumque præſtari.*

4 *Legitima cenſetur filio nominatim in teſtamento patris vel matris relicta ex illis verbis,* quel tãto che de iure li preuiene &c.

5 *Legitima integrè de iure debetur.*

6 *Legitima ſi fuit nominatim in Teſtamento relicta, tunc filio debetur nedum ex diſpoſitione Iuris, ſed etiam Teſtatoris, & ad eam conſequendam agere poteſt actione perſonali ex teſtamento, necnon etiã hypotecaria, & num. 7.*

8 *Actio Hypotecaria non competit filio pro legitima niſi ſit nominatim in teſtamento relicta.*

9 *Legitima ſi fuit in teſtamento relicta cum proteſtatione,* non intendendo per queſto conferirli, &c. mà ſolamente quel tanto che de iure le preuiene &c. *talis proteſtatio qualificat relictum legitimæ in teſtamento, non tamen referri poteſt ad legatum longè poſt in codicillis relictum, & ſic in ſeparata oratione, & num. 14.*

10 *Non attento quod in codicillis omnia in teſtamento contenta confirmata fuerunt, ſi confirmatio legitur poſt legatum pure relictum, tunc enim codicilli continere dicuntur duas partes inter ſe omnino diſtinctas & ſeparatas.*

11 *Et diſpoſitionum diuerſitas deſumitur ex dictione* Item *contenta in legato necnon ex dictione* vero, *appoſita in confirmatione, Item ex diſcretiuo modo diſponendi tam in teſtamento, quam in codicillis, & num. 12. & 13.*

15 *Legatum & legitima debentur, ſi vtrumque in ſeparata oratione, ac diſpoſitione fuit relictum, & ſupra num. 14.*

16 *In eodem teſtamento duo ſi adſunt legata diuerſa-*

rum rerum, & quantitatum, vtrumque debetur, quia præſumitur Teſtatorem voluiſſe dupplicare, niſi adſint verba expreſſa in contrarium, vel vltimum ſit factum ſub commemoratione primi.

DECISIO CLXVIII.

VLTIMAE deciſionis æditę 19. Iunij proximè præteriti coram me prima parte omiſſa, quam hodie informantes non impugnabant alterius partis fundamenta ad excluſionem imputationis legati in legitimam approbaruntDomini cauſa ſuper eiſdem propoſita admittentes quidem duas cōcluſiones exaduerſo adductas. Alteram quod in dubio
1 legatum † filio cenſetur à patre vel matre relictum animo compenſandi cum legitima, quia eſt debitum neceſſarium. *Surd.conſ.112. num.1.& ſeqq.Mantic.de coniect.lib.10. tit.2. nu.5. Menoch.præſump.109.num.16.& ſeqq.lib.4.Caſtill. de vſufr.cap.46.num.5.* Alteram quod in legi-
2 timam imputantur † quæcumque capit filius ex ſubſtantia paterna per vltimam voluntatē, *l.ſcimus,l.omnimodo Cod.in offic.teſt.Gabr.conſ.108. num.7.& ſeqq. lib.2. Surd. conſ.388. numer.19.& ſeqq.*

3 Sed illas declarantes procedere † quando filius legitimam capit ex ſola diſpoſitione legis,ſecus verò cum ex diſpoſitione teſtatoris, quia nempè pater ſeu mater, etiam legitimā legauerit; tunc enim cenſetur voluiſſe vtrūque præſtari, vt præter *Ant. Caffarell. inter conſ. Corn.conſ.200.Gabr. & alios allegat. in vltima deciſ. §.ad matrem, fuiſſe deciſum in Conſilio Neapolitano refert Molfeſ.ad conſuet.Neapol.par.6.quæſt.11. num.38. & 39. in addit. & probat ad litteram tex. in l.Titia 85.ff.ad leg. falc.* vbi diſtinguitur an Teſtator legauerit nominatim quartam nec ne, & primo caſu denegatur imputatio legati in quartam, admittitur in ſecundo quem textum ſingularem appellat ibidem *Bart. in princ.Caſtr.in princ. qui dicit eſſe mirabilem, Alex. numer.1. Alberic. numer. 2. Angel. in princip. & ingenioſè, vt ſolet explicat Ant. Faber. de coniect. lib.6.cap.4.nu.6.& ſeqq.& ſignanter num.10.* duas adducit rationes, quibus Iulianus Iuriſconſultus motus fuit alioſque ad rem allegat *Modern.Hiſpanus variar.reſol.lib.2.cap.10.num.10.*

Quod autem mater legitimam quoq; no-
4 minatim † reliquerit habetur ex verbis teſtamenti, ibi, *quel tanto che de iure gli perviene,* quę verba important relictum legitimæ, *Pacian. conſ.4.num.59.cum alijs alleg. in vltima deciſione §. qui eſt caſus noſter,* & quidem integrè *Seſſ.in fortioribus terminis deciſ.Aragoniæ 270. num.1. in fin. & num. 2.Dec.conſ.235.ſub num.26. infr.med.verſ. non obſtat aliæ, Gabr.conſ.109.num.14. lib.1.* quia
5 illa integrè † de iure debetur *§.1.Auth.de trien. & ſemiſſ.§.aliud quoque Capitulum Auth.vt cum de appell.cognoſ.cap.Rainutius de teſtam.* ita vt filia
6 legitimam conſequatur † ne dum ex diſpoſitione iuris, ſed etiam Teſtatricis & agere poſſit ad legitimam actione perſonali ex teſtamento,*Bald.in l.ſi quis in ſuo verſ.quæro ergo Cod. inoff.teſt.Aym.conſ.312.ſub num.4.* nec hypoteca-
7 ria † *Dec.conſ.235.n.6.Rolan.conſ.78. n.18. lib.1, Menoch.conſ.77.nu.17.& ſeqq.* quam alioquin
8 non † habuiſſet *Neguſ. de pignor.2. par.4. memb. nu.164. verſ.vigeſimuſquartus caſus, Seſſ. dec. Aragon.26.n.17.& deciſ.270.nu.1. Rot.in Montiſfaliſci ſupplementi legitimæ 4.Decemb. 1634.& 20. Aprilis 1635.coram bo.me.Coccino, & in eadem 18.Iunij 1642.coram bo. me. Merlino,* meque in eius præmortui locum ſubrogato.

Nec obſtat, quod mater reliquerit legitimam cum proteſtatione, ibi, *non intendo per queſto conferirgli,dargli, ne accreſcergli di nuouo alcuna raggione &c. ma ſolamente, e meramente quel tanto che de iure gli perviene,e non ſi puol far di meno;* quia hæc proteſtatio emiſſa in teſtamento
9 qualificat † quidem ac reſtringit relictum legitimæ in eodem teſtamēto contentum, operaturque, vt filia ex eo conſequi nō poſſit niſi legitimam quæ illi de iure debetur, ſed referri non poteſt ad legatum ſcutorum 2000.longè poſt in codicillis relictum, vt ex *Borcolier. conſ.14.col.3.circa medium lib.2.& alijs aduertit vltima deciſ.§.nec obſtat.*

Et licet in codicillis Teſtatrix confirmauerit omnia contenta in teſtamento conſidera-
10 runt † Domini quod codicilli habent duas partes; in prima filiæ legantur purè ac liberè, & cum clauſula *omni meliori modo* ſcuta 2000. In ſecunda confirmantur omnia contenta in teſtamento, ibi, *Cætera autem in ſupradicto teſtamento contenta in omnibus, & per omnia pleniſſimè confirmauit.* Has verò partes eſſe inter ſe om-
11 nino diſtinctas & ſeparatas † patet ponderando, tum dictionem *item*, appoſitam in legato ſcutorum 2000. quæ importat diuerſitatem legatorum & diſpoſitionum, *Dec.conſ.423. ſub num.15.verſ.& iſta ex textu cum gloſ.15.in §.item ea quæ Inſt. de rer. diuiſ. l.labeo ff.de iniur.Decian. conſ.34.num.113.lib.3.*Tum dictionem *vero* ap-
12 poſitam † in confirmatione quæ ibidem cōtenta in facto & iure diuerſificat à legato pręcedenti, *Menoch.conſ.201.num.34.Surd.conſ.315. num.1.Fuſar.de ſubſt.quæſt.650.n.28.cum alijs allegatis in deciſione §. quamuis.* Tum tertio diſcre-
13 tiuum modum diſponendi, † nam in teſtamēto mater reliquerat tam filiæ fęminæ quā maſculo id quod illis de iure debetur In codicillis autem nulla facta mentione maſculi legauit ſcuta bis mille filiæ ſolum, quam propterea voluit plus habere quam maſculum.

Igitur cum duę ſint partes ac diſpoſitiones, nempè legatum ſcutorum bis mille clarum & apertum, & abſque vlla cōditione ſeu proteſtatione, & relictum legitimæ repetitum in codicillis mediante confirmatione teſtamenti quod eſt conditionatum, & reſtrictum ad id quod de iure debetur ſupradicta proteſtatio, & conditio adiecta relicto legitimę referri nō
14 debet † ad legatum contentum in ſeparata oratione ac diſpoſitione, *Cephal. in fortioribus terminis conſ.253. numer.26.& 27.Bart.in l.mulier num.5.& in l.Iulius Paulus in princ.ff.condit.& demoſt.Alb.Mant,Peregr.& alij allegati in vltima de-*
15 *ciſione §.* vnde & vtrumq; † debetur *iuxta text. in l.Titia ff.ad leg. falcid.* alioſque ſupra allegatos & facit theorica, *Bart. in l. cum Centum numer.1.in fin.ff. adim. legat.* vbi quod ſi in eodem teſta-

16 teſtamento adſunt duo legata † diuerſarum rerum, & quantitatum vtrumque debetur, & præſumitur quod teſtator voluerit duplicare niſi verba ſint expreſſa, vel vltimum ſit factũ ſub commemoratione primi.

Ex quibus & alijs in vltima deciſione contentis, ita deciſum vtraque parte informante.

PLACENTINA, ſeù ABVLEN. DECIMARVM.

Lunæ 14. Martij 1644.

ARGVMENTVM

Examen Teſtium coram Iudice recuſato factum reputatur validum, ſi recuſationem præceſſit, & ex quibus deducatur præceſſiſſe? Examen Teſtium factum extra locum præfixum nullum eſt, & inualidũ nulla præcedente citatione partis ad intereſſẽdum, aut intimatione acceſſus receptoris ad dictum locum, nec defectus citationis, & intimationis ſuppletur ex præſumpta ſcientia examinis in loco; item nec talis defectus ſanatur ex ſubſecuta intimatione facta poſt completum examen, quia etiamſi pars non contradixerit, adhuc nullitas ſubſiſtetur, quia ſciebat ius ſuum eſſe ſaluum. Aſſiſtentia iuris pro Parocho ſuper decimis non ſuffragatur ad effectum obtinendi manutentionem ſi conſtat alterum eſſe in poſſeſſione percipiendi decimas à tempore immemorabili, & quando dubiũ eſt locum eſſe intra fines Parochiæ, & ex quibus probetur talis exiſtentia extra fines parochiæ?

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis vim habet veri, & iuſti tituli.*
2 *Et inducit præſumptionem diſpenſationis, ac priuilegij Apoſtolici.*
3 *Examen teſtium coram Iudice, ſeu receptore recuſato reputatur validum, ſi recuſationem præceſſit, & ex quibus appareat præceſſiſſe, num. 4. & 6.*
5 *Teſtes præſumuntur examinati tempore habili.*
7 *Pro validitate examinis præſumitur.*
8 *Teſtes coram Iudice recuſato ſi quis induxit cenſetur à recuſatione receſſiſſe.*
9 *Actorum præpoſteratio facta à Notario in extrahendo non attenditur.*
10 *Examen teſtium factum extra locum deſignatũ nulla præuia citatione partis ad intereſſen. in d. loco, ſeu intimatione acceſſus Receptoris ad illum nullum eſt, & inualidum.*
11 *Et citationis defectus ſuppleri nequit ex præſumpta notitia examinis teſtium in tali loco, quia vbi formalis citatio requiritur ſola notitia non ſufficit.*
12 *Commorans in Ciuitate non præſumitur ſcire ea, quæ extra Ciuitatem fiunt.*
13 *Confeſſio ne noceat confitenti ſufficit, quod ſit aliquo modo dubia.*
14 *Confeſſio erronea procuratoris reuocari poteſt à principali, etiam non docto de errore.*
15 *Examen factum extra locum præfixum ſine citatione partis non ſubſiſtetur, neque ad hunc effectum ſufficit intimatio poſt illud completum, ſed citatio præcedere debet vt pars intereſſe poſſit examini, & opportunas diligentias adhibere.*
16 *Citationis defectus non ſuppletur ex intimatione in actu grauis præiudicij, qualis eſt examen teſtium.*
17 *Nullitas examinis teſtium non ſanatur, ex quo procurator partis non contradixit tempore publicationis, quia forſan ſciebat ius ſui principalis ſaluum eſſe dandi de nullitate.*
18 *Manutentio datur Parocho ex aſſiſtentia iuris pro decimis ſuæ parochiæ.*
19 *Limita non procedere quando alter eſt in poſſeſſione percipiendi à tempore immemorabili.*
20 *Item limita non procedere quando dubium eſt, an locus decimatorius ſit intra fines Parochiæ.*
21 *Actus, qui dederunt cauſam liti nullius ſunt momenti.*
22 *Confine extrinſecum eſt à confinato.*
23 *Verba generalia declarationem recipiunt à teſtibus ſpecificè deponentibus alijſque adminiculis.*
24 *Planta ſine partis citatione confecta fidem non meretur.*
25 *Teſtes nulliter examinati attendi non debent.*
26 *Parochus quis dici nequit ex quo Sacramenta adminiſtrat, niſi concurrat viciſſitudinaria neceſſitas illa adminiſtrandi, & recipiendi reſpectiuè, ſine quibus titulus Parochi excluditur.*
27 *Acta præſumuntur integrè tranſportata.*

DECISIO CLXIX.

De bono iure Monaſterij Beatæ Mariæ de Valdeygleſias ſuper decimis, & primitijs fructuum, qui colliguntur in territorio loci de Alarza conſtare ex teſtibus, & inſtrumentis fuit reſolutum *ſub die 23. Iun. 1642. coram bon. mem. Merlino*, vt latius in deciſione extenſa à me in eius prædefuncti locum ſubrogato, quam hodie poſt trinam cauſæ propoſitionem Domini confirmarunt. Quia teſtes diſertiſſime deponunt de poſſeſſione immemorabili Monaſterij percipiendi dictas de-
1 cimas, & primitias † quæ vim habet iuſti tituli, *l. hoc iure §. ductus aquæ ff. aqua quotid. æſtiu. l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeru. vind. cap. 1. de præſcr. in 6. Felin. in cap. cum nobis col. 2. verſ. quia ſecundum eod. tit. Corn. conſ. 22. nu. 36. verſ. Tamen ſecus dicendum lib. 3. Men. conſ. 90. numer. 65. & ſeqq.* & quatenus opus ſit remouet obſtaculum aſſertæ incapacitatis Monachorum, quia facit præſumi di-
2 ſpenſationem, † & priuilegium Apoſtolicum *Alex. conſ. 74. num. 10. lib. 4. Gabr. de præſcr. concl. 1. num. 20. & 21. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 24. numer. 224. Gonz. ſuper reg. 8. gloſ. 33. num. 4. cum alijs allegat. in Burgen. emolumentorum ſigilli 28. Ianuarij 1591. coram bon. mem. Penia.*

Nõ obſtat, quod teſtes fuerint nulliter examinati coram Iudice, ſeu receptore recuſa-
4 to, quia validum eſt † examen cum præceſſerit recuſationem, *l. apertiſſimi Cod. Iudic. Bero. conſ. 16. numer. 27. lib. 3. Couarr. pract. quæſt. cap. 26. num. 1. in fin. verſ. recuſatio autem Franc. Marc. deciſ. 75. par. 1. Rot. dec. 2. nu. 2. par. 2. diuerſ.* Et præceſ-
4 ſiſſe conſtat, † quia teſtes fuerunt inducti, ac iurarunt die 23. Aprilis, & diebus ſeqq. recuſatio verò ſuperuenit die 14. Maij antequam po-

potuerunt commodè examinari, & examinati
5 præſumuntur, vt per *Lancell. de attent. p. 2. c. 20.*
declar. 2. Mandoſ. de inhibit. quaeſt. 81. Accbill. dec. 37.
num. 3. de appell. Seraph. dec. 1115. num. 1. add ad ſa.
mem. Greg. XV. dec. 282. n. 11.

Præſertim quia in ipſo actu recuſationis
pars aduerſa conqueſta fuit, quod receptor te-
ſtes Monaſterij examinauerat cum quiete, eo-
rumque dicta, ac depoſitiones direxerat, & ſic
6 examen præceſſiſſe fatetur, † & quamuis ver-
ba confeſſionis ſint temporis præſentis, ibi,
examinat, & dirigit, ſignificant nihilominus
examen completum de præterito, quia alio-
quin verificari non poſſunt cum de præſenti
receptor non examinaret, neque pars ſcire
poſſet quomodo ille ſe gereret cum teſtibus,
iuxt. theor. quam ex text. in cap. cum concupiſcentia
il ſecondo de teſtib. deſumit Gemin. conſ. 122. num. 2.
in fin. & num. 3. Roman. conſ. 333. num. 5. Men. conſ.
294. ſub numer. 9. & probat text. in l. verbum erit
§. quemadmodum ff. verb. ſign.

Et quatenus replicetur non omnes teſtes
fuiſſe examinatos ante, tenetur pars aduerſa
probare, qui fuerint examinati poſt quia præ-
ſumptio eſt pro validitate examinis, & potue-
7 runt † validè examinari etiam poſt diem 12.
Iunii qua coram receptore Capitulum indu-
8 xit aliquos teſtes, † proinde enim videtur à re-
cuſatione receſſiſſe *Alex. conſ. 12. num. 6. lib. 6. Io.*
de Valboa in cap. cum ſpeciali 61. ſub num. 26. de ap-
pell. Put. dec. 380. ſub num. 1. & ſeqq. lib. 1. Seraph.
dec. 532. num. 2. dec. 897. num. 7. Greg. XV. dec. 292.
num. 1. & ibi add. num. 4. dec. 360. n. 2. Nec refert,
quod in proceſſu tranſportato ad Curiam de-
poſitionis teſtium appoſitæ ſint poſt actus iu-
diciales geſtos die 16. Iunij qua receptori præ-
ſentata fuerat ſuperſeſſoria Reuerendiſſimi
Nuntij Hiſpaniarum. Quia hoc factum fuit
à Notario ne interrumperet telam actorum,
ideoque poſt dictam diem 16. Iunij appoſuit
etiam interrogatoria data ab initio expeditio-
nis receptoris, & inductiones teſtium cœptas
vſque de menſe Aprilis, & continuatas pro
parte Capituli vſque ad diem 12. Iunij, & re-
9 gulare eſt, † quod non attenditur præpoſtera-
tio actorũ facta à Notario in extrahendo pro-
ceſſu, *Caualer. dec. 335. num. 2.*

Non obſtãt teſtes examinati ad inſtantiam
Capituli Placentiæ, & Parochi loci de Parale-
da, ſeu de la Mata contrarium deponentes,
quia eorum primum, & ſecundum examen
eſt nullum ex defectu citationis ad videndum
iurare teſtes, quo defectu licet non laboret ter-
tium examen completum infra terminum
probationum, cuius præfixio de ſtylo Hiſpa-
niarum includit huiuſmodi citationem, *Suar.*
de Paz in praxi tom. 1. temp. 8. ſub num. 2. Buratt.
dec. 304. nu. 3. Laborat tamen defectu alterius
citationis, quia teſtes non fuerunt examinati
10 in Ciuitate Placentiæ, † ſed in Villa Paralede
nulla præuia citatione pro dicto loco, ſeu in-
timatione acceſſus receptoris ad illum, vt re-
quirebatur, vt Monaci aſſiſtere poſſent exa-
mini. *Caſtr. in l. Iudices num. 6. Cod. fid. inſtrumen.*
Caputaq. dec. 274. par. 3. Put. deciſ. 256. lib. 1. in corr.
Gonz. ſuper reg. 8. in annot. contr. nullit. n. 56. & 57.
Rot. deciſ. 345. numer. 4. par. 2. recent.

Neque huiuſmodi citationis, & intimatio-
11 nis defectum † ſupplere poteſt præſumpta
notitia Monachorum, quod teſtes examina-
bantur in Villa Paraledæ, ſiue proteſtatio emiſ-
ſa ab eorum procuratore, quia omiſſo an ta-
lis notitia ſufficiat vbi requiritur formalis ci-
tatio, ea gratis educitur ex paruitate Ciuita-
tis Placentiæ cum non probetur, & potuerit
receptor accedere ad locum examinis, ibique
examinare ignorantibus Monacis, ſiue illorũ
procuratore intra Ciuitatem commorante, in
12 quo † non præſumitur ſcientia eorum quæ
extra fiebant *cap. cum in tua ubi not. Doct. qui ma-*
trim. accuſ. poſſ. Iaſ. in l. is poteſt num. 63. ff. acquir.
heredit. Hond. conſ. 87. num. 29. lib. 1. Surd. dec. 245.
num. 17. Rot. dec. 136. num. 3. par. 1. recen. Proteſta-
tio verò procuratoris continet ſolum narrati-
uam præteriti acceſſus receptoris ad locum
Paraledæ, & examinis illuc expleti, quodque
Matthæus de Aranda non permiſit, quod Mo-
naci viderent teſtes, id quod magis demon-
ſtrat Monachos ignoraſſe tempus dicti acceſ-
ſus, & examinis locum, nam ideo non fuit il-
lis permiſſum videre teſtes, quia ignorarunt,
& ſufficit confeſſionem aliquo modo eſſe
13 dubiam, † vt non noceat *Mohed. dec. 2. de reſt.*
ſpoliat. Buratt. dec. 443. num. 3. Rot diuerſ. deciſ. 806.
num. 1. par. 1. & in recent. dec. 443. numer. 8. par. 1.
14 Præterquã confeſſio iſta procuratoris † tam-
quam voluntaria reuocari poteſt à Monacis
etiam non docto de errore, *Caputaq. deciſ. 198.*
par. 1. Rot. dec. 613. num. 9. par. 1. diuerſ. dec. 198. nu-
mer. 3. par. 1. recent. deciſ. 270. num. 9. coram ſan. mem.
Greg. XV.

Prout nec ſuffragatur, quod examen poſt-
quam fuit completum in loco Paraledæ pro-
ductum fuerit coram Prouiſore intimato
Procuratore Monachorum, qui nec etiam
ſucceſſiuè, quando examen publicatum fuit
contradixit. Nam pro ſuſtinendo examine
15 non ſufficit † intimatio poſt illud completũ,
ſed præcedere debet citatio, vt pars intereſſe
poſſit examini, & opportunas diligẽtias adhi-
bere, *cap. in nomine Domini, & ibi Canoniſt. de te-*
ſtib. Bald. in l. ſi quando num. 5. Cod. eod tit. nec in
16 actu grauis præiudicij † qualis eſt examen te-
ſtium intimatio ſupplet defectum citationis,
Rot. dec. 300. in fin. par. 2. diuerſ. dec. 274. numer. 3.
par. 1. recent. Gratiſque dicitur procuratorem
tempore publicationis non contradixiſſe, quia
imò contradixit, & Monachi habuerunt re-
curſum ad ſuum Conſeruatorem, à quo ob-
tinuerunt requiſitoriam contra Prouiſorem
Placentinum, vt in proc. fol. 2257. à tergo, &
2307. & ſemper reclamarunt, donec D. Nun-
cius Hiſpaniarum auocauit cauſam ad ſe, &
coram eo compilatus eſt nouus proceſſus, &
probationes ex integro. Cum præterea non
ideo quia procurator non contradixiſſet tem-
pore publicationis ſanaretur nullitas exami-
nis iam contracta ob defectum citationis, quẽ
procurator potuit tunc reticere, quia ſcie-
17 bat ſaluum † eſſe ſuis principalibus ius dandi
de nullitate examinis opportuniori tempore
coram Iudice negocij principalis ad text *in l.*
ſicut

ſicut §. non videtur ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. ac tradita per Rip. in l. admonendi ſub num. 44. ff. iur. iur. Ruin. conſ. 161. num. 38. lib. 1. Caph. conſ. 445. numer. 28.

Non obſtat, quod Parochus Paralede habet ſuper decimis aſſiſtentiam iuris ex qua dari
18 ſolet † manutentio, quia hæc concluſio recipit duas limitationes, alteram quando alter eſt in quaſi poſſeſſione percipiendi decimas
19 à tempore † immemorabili; alteram quando non probatur, aut dubium eſt, an locus deci-
20 matorius † ſit intra fines Parochiæ, vt ex *Seraph. & pluribus alijs firmat 1. dec. §. præterquod*, & vtraque applicatur caſui noſtro, quia teſtes Monaſterij probant immemorabilem illius poſſeſſionẽ, nec exaduerſo probatur exiſtentia territorij de Alarza intra fines Parochiæ de Paraleda, ac Diœceſis Placentinæ, imo teſtes Monaſterij deponunt eſſe intra fines Diœceſis Abulenſis, quorum dicta confirmantur, quia
21 omiſſis actibus recentibus, † qui cum dederint cauſam liti nullius ſunt momenti, *Gregor. XV. dec. 417. numer. 4.* non datur tanto tempore aliquis actus iuriſdictionis exercitus ab Ordinario Placentino in hoc Territorio, & econuerſo dantur plures ab Ordinario Abulenſi, vt latius *in prima deciſione §. Et confirmatur, & ſeqq.*

Nil facit inſtrumentum erectionis Eccleſię Placentinæ, in quo nominatur Vadum Alarſæ. Tum quia in dicto Inſtrumento nulla fit mentio territorij de Alarſa, cuius cum ſit ingentis latitudinis veriſimiliter facta fuiſſet, ſi includeretur prout facta fuit de alijs territorijs longè inferioribus, & nominatio Vadi pro confine Diœceſis Placẽtię magis demonſtrat, nec terrritoriũ, nec ipſum Vadum eſſe com-
22 prehenſum, quia confine † eſt extrinſecum à confinato, *Rimin. iun. conſ. 421. num. 67. cum alijs alleg. in prima deciſ. §. Neq; Capitulo.* Tum etiam quia ſtante depoſitione tot teſtium Monaſterij adminiculata pluribus inſtrumentis in prima deciſione ponderatis negari non poteſt, quin ſaltem dubium ſit, an Territorium de quo agitur ſit Placentinæ Diœceſis, & incluſum finibus Parochiæ Paraledæ, cum verba inſtrumenti erectionis non includentia in ſpecie Territorium de Alarſa recipiant declara-
23 tionem † à dictis teſtium Monaſterij ſpecificè deponentibus eiuſque inſtrumentis iuxta tradita per *Cagnol. in l. 2. numer. 233. Cod. reſcind. vend. Rot. dec. 463. num. 2. par. 1. diuerſ. dec. 196. n. 6. par. 6. rec.* iuncta maximè immemorabili poſſeſſione Monaſterij quæ efficit, vt Capitulum Placentinum, ſeu Parochus Paraledæ non poſſit ex ſola aſſiſtentia iuris obtinere manutentionem ex ſupra alleg.

Idemq; reſpondetur ad Plantam exaduerſo ſuo Marte compoſitam, quæ præterea debuiſ-
24 ſet fieri iudicaliter parte citata, † vt mereretur fidem, *Rot. dec. 184. num. 13. int. impreſſ. apud Modern. Peruſ. de manut. cum alijs alleg. add. ad Buratt. dec. 367. num. 12. & per Modern. Peruſ. d. tract. obſeru. 101. num. 7.* quam eo minus meretur, quia repugnant teſtes Monaſterij affirmantes quod Vadum Alarſe, ſi quod reperiretur prope eſt qua flumẽ Tagi effunditur in Ibor; & quāuis teſtes Capituli contrarium deponerent, quia
25 tamen fuerunt nulliter examinati † non debent attendi, *cap. 2. de teſtibus, Rot. dec. 413. n. 3. par. 2. recent. dec. 20. n. 24. par. 6.*

Rurſus non eſt momenti, quod habitatoribus Villæ de Alarſa adminiſtret Sacramenta Parochus Paraledæ, quia hoc non probatur per teſtes Capituli cum ſint nulliter examinati; Teſtes verò Monaſterij dati in Summario *num. 7. & 23.* benè rem explicant atteſtando, quod commorãtes in hoc Territorio non habent ibi lares, ſed illuc accedunt de mane gratia culturæ agrorum, vel paſcuorum animalium, & de ſero redeunt ad proprium domicilium, & prout illud habent in Parochia Paraledæ, ſeu in Parochia de Valdeyuncar, ſeu aliorum locorum adimplent præceptum Eccleſiæ cum proprio Parocho qui illos adnotat in ſua matricula: quodque Montani qui tempore Paſchatis retinere ſolent greges in Alarſa accedunt ad Parochiam Paraledæ, quia eſt vicinior, & Parochus dat illis cedulam Confeſſionis, & Communionis, vt conſtet Curato illorum domicilij, quod adimpleuerunt præceptum Eccleſiæ, ſed illos non adnotat in ſua matricula tamquam Parochianos; & ſi quando rector Parochialis Paraledæ profectus fuit ad confeſſionem audiendam, Viaticum, & extremam vnctionem deferendam Religioſis eorumque famulis habitantibus in Alaiſa vocabatur ob vicinitatem, & amicitiam ab eiſdem Religioſis ſicuti vocare potuiſſent quemlibet alium rectorem, & Clericum de Valdeijuncar, ſeu aliorum locorum vicinorum nõ autem quia ſit rector proprius
26 eorum; ex quibus † excluditur viciſſitudinaria neceſſitas adminiſtrandi, & recipiendi Sacramenta, ac titulus Parochi de Paraleda in hoc Territorio ad text. *in l. qui iure ff. acquirend. poſſeſſ. l. 1. ff. vti poſſid. Bart. in l. vnica num. 6. Cod. eod. Ruin. conſ. 28. nu. 12. lib. 4. Menoch. de retin. rem. 3. num. 19.*

Tandem non obſtat quod acta non ſint in-
27 tegrè traſportata, quia contrarium † præſumitur *Caualer. deciſ. 335. num. 1. deciſ. 572. num. 7. Buratt. deciſ. 313. nu. 1. Add. ad ſan. mem. Greg XV. deciſ. 59. num. 5.* & Notarius ideò dicit extraſſiſſe aliquid, quia acta quæ extrhaebat erant imperfecta, cum capitulum non expectata ſententia curaſſet cauſam committi in Curia, & iam compulſaſſet omnia alia acta geſta coram Prouiſore, & Conſeruatore in duobus voluminibus fol. 2337. omiſſis actitatis coram Huntio, continentibus 27. teſtes examinatos pro Monaſterio, & 9. pro Capitulo. Nec vrget quod procurator Capituli petierit compelli Patrem Malagillam Procuratorem Monaſterij ad reſtituen. ſcripturas originales huius cauſę, quia calumnioſe petijt vt reſpondit idem Malagilla.

Et ità deciſum vtraquè parte acerrime ter informante.

RO-

ROMANA LAVDI.

Lunæ 11. *Aprilis* 1644.

Argumentum patet ex ſummarijs.

1 *Venditio rei litigioſæ eſt doloſa, & attentata.*

2 *Vẽditor rei litigioſæ qui dolo deſiit poſſidere habetur ac ſi ſemper poſſediſſet ad effectum vt teneatur nõ ſolum ad fructus perceptos vſque ad diem vẽditionis, ſed etiam ad eos quos percipere potuit niſi rem litigioſam vendidiſſet, & quos percepit tertius cauſam ab eo habens.*

DECISIO CLXX.

FRVCTVS domus de qua agitur, ad quos Maria condemnata fuerat liquidauit aliàs Rota à die mortis Felicis vſquè ad diem venditionis factę Hieronymo Cecchino de anno 1636. à quo tempore citra cum dubitaretur quis teneretur ad fructuum ſolutionem, Domini dixerunt teneri Mariam ex quo enim de tempore venditionis domus erat litigioſa vt fuit comprobatum in alia deciſione emiſſa ſub die 27. Nouembris proximè
1 præteriti coram me venditio fuit doloſa, † & attentata *Lancellott. de attent. in præfat. num.* 15.
2 & 109. & Maria venditrix; † quia dolo deſijt poſſidere habetur ac ſi ſemper poſſediſſet *l. qui dolo ff. rei vendic.* ad effectum vt teneatur non ſolum ad fructus ab ea perceptos vſquè ad diem venditionis, ſed etiam ad eos quos percipere potuiſſet niſi domum litigioſam vendidiſſet, & quos percepit tertius ab ipſa cauſam habens *Lancell. de attent. cap.* 31. *tit. de pen. attentant. num.* 22. *Accbill. deciſ.* 20. *nu.* 2. & 3. *de reſt. ſpoliat. cum alijs allegat. per Add. ad Buratt. deciſ.* 642. *num.* 9. & 10. & *deciſ.* 777. *num.* 8. & 9.

Et ità deciſum vna tantum parte informante.

SALERNITANA BENEFICII.

Veneris 15. *Aprilis* 1644.

ARGVMENTVM.

Regula de Triennali tuetur poſſeſſorem etiam aduerſus prouiſum Apoſtolicum tanquam de reſeruato, excepta reſeruatione in corpore Iuris clauſa; ita vt quælibet alia reſeruatio ad effectum regulæ tribuit titulum coloratum. Monitorium obtentum ac executum contra poſſeſſorem, curſum triennalis poſſeſſionis non interrumpit, ſi emanauit à non habente Iuriſdictionem, quo caſu nec vim habet moleſtię iudicialis. Reliqua deſume ex ſummarijs.

SVMMARIVM.

1 *Regula de Triennali tuetur poſſeſſorem in quouis Iudicio tam petitorio quam poſſeſſorio.*

2 *Amplia etiam aduerſus prouiſum Apoſtolicum tanquam de reſeruato, excepta tantum reſeruatione in corpore Iuris clauſa nempe ob vacationem per obitum apud ſedem.*

3 *Reſeruatio clauſa in corpore Iuris ſola eſt vera reſeruatio, aliæ vero non ſunt tales.*

4 *Regula de triennali vltra poſſeſſionem requirit titulum coloratum, & titulus adhuc effectum ex quibus reſultet.*

5 *Regula de Triennali duos tantum excipit caſus, nempe Simoniaci ingreſſus, & reſeruationis clauſæ in corpore Iuris, itàut quælibet alia reſeruatio titulum non decolorat.*

6 *Curſus Triennalis pacificæ poſſeſſionis interrumpitur per monitorium contra poſſeſſorem executum ſiue vim habeat moleſtiæ iudicialis ſiue extra iudicialis, cum vtroque caſu reſultet contradictio poſſeſſionis ac mala fides poſſidentis obſtatiua Triennali poſſeſſioni, declara vt num.* 8.

7 *Amplia etiamſi monitorium producatur poſt Triennium cum ad effectum regulæ non attendatur tempus reproductionis, ſed executionis.*

8 *Monitorium executum contra poſſeſſorem non impedit curſum Triennalis ſi eſt nullum ex defectu Iuriſdictionis quicquid dicendum ſit ſi nullitas aliunde proueniat.*

9 *Auditor Cameræ nullam habet in cauſis beneficialibus iuriſdictionem, ſiue agatur in petitorio, ſiue in poſſeſſorio.*

10 *Auditor Cameræ vigore Breuis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ iuriſdictionẽ habet delegatam.*

11 *Iuriſdictio delegata licet conferatur à die datæ Breuis ſeu reſcripti delegatorij, exercitium tamen non acquiritur delegato, niſi à die præſentationis, & ante præſentationem proceſſus eſt nullus, etiamſi Iudex ſciat ſe delegatum, quia eius iuriſdictio pendet à productione reſcripti, & num.* 12.

13 *Citatio decreta à Iudice delegato nulla eſt, niſi conſtet eidem fuiſſe præſentatas litteras originales delegationis.*

14 *Et iſta nullitas inficit proceſſum etiamſi tunc pars citata, de non exhibitione litterarum non oppoſuiſſet, quia hoc reſpicit iuriſdictionem reſpectu partis nam ſi pars opponit non ſufficit productio reſcripti delegatoris, ſed vltro requiritur illius verificatio.*

15 *Iuriſdictio tribuitur Iudici ex ſola productione, & præſentatione reſcripti delegatorij, adeo vt non oppoſitio partis citatæ de non exhibitione litterarum remittat verificandi neceſſitatem, non autem ſanet defectum iuriſdictionis reſultan. ex non productione reſcripti.*

16 *Index delegatus ſine productione reſcripti delegatorij caret totali iuriſdictione, etiamſi pars nihil opponat, nam iuriſdictio non confertur ex taciturnitate vel conſenſu partium.*

17 *Citatio decreta contra abſentem à loco Iudicij à Iudice delegato continere debet inſertum tenorem Breuis, ſeu reſcripti delegatorij, quia alias non habet notam iuriſdictionem citantis.*

18 *Secus verò ſi preſens ſit, vel parum abſit à loco Iudicij.*

19 *Declara concluſionem procedere dummodo reſcriptũ ſeu Breue fuerit in actis exhibitum, quia alioquin nec etiam preſens poteſt de facili illius notitiam habere.*

20 *Nec citatus hoc caſu tenetur perquirere reſcriptum extra acta, nam quod in actis non eſt, habetur ac ſi non eſſet in rerum natura.*

21 Ne-

21 *Negatiua non productionis Breuis ſeu reſcripti delegatorij in actis probatur ex reuolutione actorum.*

22 *Et illius productio deduci nequit ex eo quod in Monitorio præcipiatur citato vt pareat litteris Apoſtolicis in forma Breuis quia hæc eſt ſimplex atteſtatio Notarij, cui non creditur, quamuis atteſtetur de die menſe, & anno reſcripti.*

23 *Productio Breuis ſeu reſcripti delegatorij in actis probari debet parte citata, adhoc vt citatus certioratus præſumatur de contentis in Breue.*

24 *Monitorium etiam coram Iudice incompetenti interrumpit curſum poſſeſſionis triennalis.*

26 *Declara concluſionem non procedere in vim moleſtiæ iudicialis, ſed extraiudicialis; & de facto.*

26 *Moleſtiæ extraiudiciales vt interrumpant Triennalem pacificam, oportet quod ſint illatæ circa ipſam poſſeſſionem, vel fructuum perceptionem.*

27 *Nec impediunt quominus poſſit inchoari noua præſcriptio Triennalis, quia durant durante facto, & ceſſant ſtatim eo ceſſante, Moleſtiæ vero iudiciales durant donec lis finiatur, & num. 28.*

DECISIO CLXXI.

PER obitum Marcelli Berlingerij Fami-
liaris clar mem. Odoardi Cardinalis Far-
neſij vacante Beneficio ſub inuocatione San-
cti Petri de Portellos fuit de eo tanquam re-
ſeruato ex capite dictæ Familiaritatis à Sede
Apoſtolica prouiſus vſquè de anno 1631. Ab-
bas Antonius de Effectis ac deſuper expedi-
tum Breue de Capienda poſſeſſione nomi-
ne Cameræ, cuius executio cum hodie pete-
retur contra Petrum Pallam habentem col-
lationem ab Ordinario Rota Cenſuit Breue
non eſſe exequendum.

Cum enim ſit in Cōfeſſo apud partes quod
Palla ab anno 1631. Beneficium poſſedit in-
1 trat ad eius fauorem regula de triennali, quę †
tuetur poſſeſſorem in quouis Iudicio tàm
petitorio quàm poſſeſſorio *Caſſad. deciſ. 5. de
reſt. ſpol. Gonz. ſuper reg. 8. §. 7. proem. num. 142.
Buratt. deciſ. 209. num. 9. deciſ. 249. num. 12. Rot. in-
ter recent. deciſ. 183. num. 4. part. 3.* etiam aduerſus
prouiſum Apoſtolicum tanquam de reſer-
2 uato, † excepta tantum reſeruatione in cor-
pore iuris clauſa, nempè ob vacationem per
obitum apud ſedem *iuxt. text. in cap. 2. & cap.
3 præſenti de preben. in 6.* nam illa ſola † eſt vera
reſeruatio in corpore iuris clauſa, aliæ verò
huiuſmodi non ſunt, *Sarnen. ſuper reg. de triemn.
quæſt. 27. nnmer. 7. verſ. & iſta omnia, & quæſt. 31.
nu. 8. nu. 11. & ſeqq. Gratian. diſcept. 574. num. 18.
Sanchez. conſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub 34. n. 3. Caſſad.
deciſ. 7. ſub nu. 4. ſuper regul. Buratt. deciſ. 622. nu. 10.*

4 Nec Pallæ deeſt titulus coloratus † quem
dicta regula requirit vltra triemnalem poſſeſ-
ſionem, quia habet collationem ab Eminen-
tiſſimo D. Cardinali Sabellio tunc Ordinario
Eccleſiæ Salernitanæ, in cuius Diœceſi Bene-
ficium ſitum eſt, quiquè vigore indulti po-
tuit conferre beneficia etiam reſeruata ratio-
ne menſium, & huiuſmodi collatio ſufficit
ad effectum regulæ de triemnali, eſto quod
beneficium eſſet reſeruatum ob familiarita-
tem Cardinalis Farneſij, quia regula in verbis
5 excipit duos tantum caſus † nempe ingreſſus
Simoniaci, & reſeruationis clauſæ in corpore
iuris; itàut quælibet alia reſeruatio etiam ſi in
indulto non comprehenderetur titulum non
decoloret *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 53. nu. 15.
& ſeqq. poſt Sarnen. ſuper hac regula quæſt. 27.
verſ. tamen aduertendum eſt,* & in puncto aduerſus
petentem executionem Breuis de capienda
poſſeſſione nomine Camerę *Rot. coram bo. mem.
Buratt. deciſ. 280. num. 2. & 16.*

Non obſtat quod per monitorium vigore
dicti Breuis executum contra Pallam de an-
6 no 1633. poſſeſſio deſierit eſſe pacifica † ſiue
monitorium habuerit vim moleſtiæ Iudicia-
lis, ſiuè extraiudicialis, cum vtroque caſu
reſultet contradictio poſſeſſionis, & mala fi-
des poſſidentis obſtatiua triemnali præſcri-
ptione *Cardinalis in Clem. gratiæ nu. 8. de reſcript.
Felin. in cap. cum Ioannes nu. 32. verſ. & adde quod
ſi ſit mentio de fid. Inſtrum. Lotth. de re benef. lib. 2.
quæſt. 52. num. 24. & quæſt. 53. num. 20. Coccin. deciſ.
172. num. 6. Buratt. deciſ. 699. num. 1. & 2.* etiam ſi
Monitorium fuerit reproductum poſt triem-
7 nium † cum ad effectum regulæ non attenda-
tur tempus reproductionis ſed executionis ex
qua contrahitur mala fides poſſeſſoris *cap. fin.
de præſcrip. Abb. conſ. 19. num. 2. part. 2. & in puncto
Rot. in Legionen. Canonicatus 26. Nouembris 1639.
coram R.P.D. meo Rojas;* quia Monitorium nul-
lo reſpectu impedire potuit curſum triemna-
8 lis, † non inquam in vim moleſtiæ iudicialis,
quia fuit nullum ex defectu Iuriſdictionis,
quidquid dicendum eſſet ſi nullitas aliunde
proueniret vt plenè deducit *Sarnen. ſuper regul.
de annal. quæſt. 45. ſub num. 8. verſ. breuiter in hac
materia & ſuper regul. de trienn. quæſt. 34. Lotther.
de re benef. dicta quæſt. 52. num. 32. & quæſt. 53. n. 28.
Sanchez. conſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 27. numer. 3.
Acchill. deciſ. 2. num. 1. ſuper regul. de trienn. Capu-
taqu. deciſ. 47. part. 3. Rot. in eadem Legionen. Cano-
nicatus 27. Aprilis 1640. coram Domino meo Rojas.*
Et defectus iuriſdictionis eſt euidens quia Mo-
nitorium emanauit ab A. C. carente prorſus
iuriſdictione ordinaria in cauſis beneficia-
9 libus † ſiue agatur in petitorio, ſiuè in poſſeſ-
ſorio *Lancellot. de attent. part. 2. in præfat. cap. 4.
num. 323. & ſeqq. Rot. deciſ. 84. num. 9. part. 6. recent.
cum alijs allegat. per adden. ad ſan. me. Gregorio XV.
deciſ. 118. num. 7.*

10 Neque ſuffragatur Iuriſdictio delegata † vi-
gore Breuis de capienda poſſeſſione nomine
Cameræ, per quod ipſi tanquam executori
iuriſdictio tribuitur, quia A. C. tempore Mo-
nitorij non fuerat redditus certus de ſua iuriſ-
dictione mediante exhibitione coram ipſo
Breuis originalis vt adhuc effectum require-
batur, nam licet iuriſdictio conferatur a die
11 datæ Breuis † ſeu reſcripti delegatorij, exer-
citium tamen non acquiritur delegato niſi à
die præſentationis *cap. ſuper eo il 2. verſ. fin. de
appell. gloſſ. in Clem. 1. verb. receptis de procurat.
Archid. in cap. ſi is cui num. 1. de off. deleg. in 6. Bald.
in l. falſus num.* 19. vbi in fortioribus terminis
ait quod niſi ante omnia fiat præſentatio reſ-
12 cripti † proceſſus eſt nullus, quamuis Iudex
ſciat ſe delegatum, quia eius iuriſdictio pen-
det

det ex productione reſcripti, & dicit hoc notandum *Cod. furt. Rot.deciſ.69.nu.1. part.1.diuerſ. deciſ.143.num.2.part.2.recent. Ferrett.conſ.85.nu.4. lib.primo*, & in ſpecie quod decretum citatio-
13 nis ſit nullum † niſi conſtet fuiſſe præſentatas Iudici delegato litteras originales delegationis fuit deciſum *in Tridentina Beneficij de Roſal. 12. Decembris 1594. coram bon.mem. Penia & 10. May 1595. coram bon. mem. Corduba impreſſ. apud Garz. de Benef.part.6.cap.2.num.17.& 18.*

14 Tantique momenti eſt iſta nullitas † vt inficiat proceſſum, etiam ſi tunc pars citata, de non exhibitione litterarum originalium non oppoſuiſſet, quia hoc reſpicit iuriſdictionem reſpectu partis, quo ſi pars opponat non ſufficit productio reſcripti delegatorij ſed requiritur vltro eius verificatio, & regiſtratio *Bellam. in cap. cum iure num. 8. de offic. deleg.* cum tamen ad firmandam Iuriſdictionem reſpectu
15 Iudicis † ſufficiat ſola productio, adeò quod non oppoſitio partis citatæ remittat verificandi, & regiſtrandi neceſſitatem quam induxiſſet oppoſitio, ſed non ſanat defectum iuriſdictionis reſpectu Iudicis reſultantem ex non productione reſcripti; cum enim ſine tali pro-
16 ductione † Iudex totali iuriſdictione caruerit, illam taciturnitas vel conſenſus partium conferre non potuit *l. priuatorum conſenſu Cod. iuriſd.omn.Iud. & bene in term.declarat.Dec.in cap. ſuper eo il 2. num.28.de appell.Rot.apud Garz. de benef. dicta part.6. cap.2.num.18.vbi quod cum hac diſtinctione intelligenda ſunt tradita per Heric. nu.4. Abb. & Felin. & Bellam. num.10. in cap. cum iure de offic. deleg.*

Prout nec intereſt an monitorium fuerit executum in Curia an extra quia vtroque caſu verum eſt dicere quod Iudex non fuit certificatus de ſua iuriſdictione, & illa diſtinctio fieri ſolet ad euitandum alium defectum cita-
17 tionis † ob non inſertionem tenoris Breuis ſeu reſcripti in citatione quo videlicet non inſerto vitiatur citatio ſi citatus ſit valde abſens à loco iudicij, quia alias non habet notam iuriſdictionem citantis *Bart. in l.2. num.6. ff. ſi quis in ius voca.non ierit Abb.in cap.cum ex officij num.32.de preſcrip.ſpecul.in tit.de citat.§.4.n.7. Acchill.deciſ.10. de dolo, & contum.* ſecus verò ſi
18 præſens ſit † aut parum abſit à loco iudicij *Abb. in cap.preterea num. 5. infra med. verſ. exemplum de dilat.Felin. in cap.ſuper litteris nu. 3. verſ. ſed primus caſus de reſcr.Iaſ.in l.2.num.4. ff. ſi quis in ius voc. non ierit Gaill. obſer.48. num.22. lib. 1.*
19 ſed, & hoc procedit † dumodo reſcriptum ſeu Breue fuerit in actis exhibitum, quia alioquin nec præſens potuit de facili eius notitiam habere, in qua facilitate notitiæ conſiſtit ratio cur inſertio non ſit neceſſaria vbi citatus eſt præſens vel in loco parum diſtanti *Rot. coram ſan.mem.Greg.XV.deciſ.127.num.6.quæ eſt inter recent.deciſ.93.num.4.part.2.* nec citatus tene-
20 batur perquirere reſcriptum extra acta, † ſed quod in actis non eſt habetur ac ſi non eſſet in rerum natura *l. in lege ff. contrh.emp.cap. cum ſedem de reſt. ſpol. Vant. de nullit ex defectu mand. num. 62.*

Quod verò Breue non fuerit exhibitum A.C. tempore relaxati monitorij apparet ex
21 actis † ex quorum reuolutione probatur negatiua *Rot.deciſ.611.num.2.deciſ.455.nu.4.par.2.*
22 *recent.* Et exhibitio deduci non poteſt ex eo, † quod in monitorio præcipiatur citato vt pareat litteris Apoſtolicis in forma Breuis ſuper collatione huius beneficij expeditis die 4. Auguſti 1631. quia hæc eſt ſimplex atteſtatio Notarij, cui non creditur quamuis atteſtetur de die menſe, & anno reſcripti *Ferrett.conſ.85.n.3. lib.1.Rot.deciſ.143.ſub num.2.verſ.dicit part.2.rec. & in Recanaten. penſionis 28. February 1628. coram bon.mem.Coccino*, neque citatus certiorari
23 potuiſſet vel certioratus præſumatur † de contentis in Breue opus eſt probare quod Breue fuerit productum parte citata *Add. ad ſa.me.Greg.XV.deciſ.127nu.9.verſ. hoc eſt verum.*

24 Non obſtat quod monitorium † etiam coram Iudice incompetenti interrumpat curſum triennalis vt fuit dictum *in Pampilonen. Beneficij Sancti Petri 10. Februarij 1591. coram bon.mem. Orano, quam refert, & ſequitur Cocc.*
25 *deciſ.172. num.6.* quia hoc non procedit † in vim moleſtiæ iudicialis, ſed extraiudicialis, & de facto *Sarnen. in regul. de annal.quæſt.45. ſub num. 4. & ſeqq. Lotther. de re benef.lib.2.queſt.53.*
26 *num.30.*, vt autem extraiudiciales moleſtiæ † interrumperent triennalitatem pacificam oportet ſint illatæ circa ipſam poſſeſſionẽ vel circa perceptionem fructuum vt diſtinguendo inter moleſtiam iudicialem, & de facto *benè declarat Sarnen. dicta quæſt.45.ſub nu.8. verſ. breuiter Acchil.deciſ.6.num.1.ſuper regul.de triemn. Put.deciſ.317.lib.1. in Corret. Seraph. deciſ.1254. num.2. Rot. in d. Legionen. Canonicatus 27. Aprilis 1640. coram R. P. D. meo Rojas*, vbi quod ita ſunt intelligendæ deciſiones ſupra allegatæ in obiecto.

Et præterea moleſtię facti ſeu extraiudicia-
27 les non impediunt † quominus poſſit inchoari noua præſcripio triennalis, quia durant durante facto, & ceſſant ſtatim eò ceſſante vt in puncto *Caſſad. deciſ.6.num.8. ſuper regul.* qui ait
28 contrarium eſſe in iudiciali quæ durat † donec lis finiatur *Mohed.deciſ.8.nu.3.de cauſ.poſſeſſ. & propr.Buratt.deciſ.622.num.8.* Vnde cum poſt executum Monitorium de anno 1633. prouiſus Apoſtolicus ſiluerit vſq; ad annum 1638. completa fuit medio tempore quatenus opus eſſet noua triennalitas, quæ Pallæ poſſeſſori ſuffragatur iuxta prædicta.

Et ità deciſum vtraque parte informante.

ROMANA DOMVS AD TRANSTYBERIM.

Lunæ 18. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Procurator poſſidens iure familiaritatis poſſidere dicitur, Ius adeundi tanquam perſonale cedi nequit. Titulus etiam in Summariſſimo poſſeſſorio manutentionis allegari poteſt quãdo ex eo perimitur poſſeſſio Aduerſarij,

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio Iurefamiliaritatis præſumitur in procuratore ac propterea non eſt ad illius fauorem manutenibilis.*

2 *Procurator conſtitutus, ſi ob aliqua impedimenta à patrocinando ceſſauit, & remotis impedimentis iterum patrocinare continuauit, non obſtante intermedia conſtitutione alterius Procuratoris durantibus impedimentis, adhuc continuus reputari debet Procurator.*

3 *Mandata plura inter ſe ſunt compatibilia, vel alterum expreſſum alterum tacitum, itaut per exiſtentiam vnius aliud non excludatur, quia dantur multiplicatio mandatorum.*

4 *Ius adeundi tanquam perſonale cedi non poteſt.*

5 *Dominium, nec poſſeſſio ſiue animo acquiritur.*

6 *Titulus allegari poteſt etiam in ſummariſſimo poſſeſſorio manutentionis, quando ex eo perimitur poſſeſſio Aduerſarij.*

7 *Titulus requiritur ad mutandam cauſam poſſidendi.*

8 *Tempus eſt preciſè probandum, quando vis in eo conſiſtit.*

9 *Simulatio ceſſionis influit in confeſſionem illius vigore factam.*

10 *Conſtitutum transfert in conſtitutarium poſſeſſionem manutenibilem.*

11 *Poſſeſſio Inſtrumentalis, alio non poſſidente eſt manutenibilis.*

12 *Locatio cum ſucceſſiua ſolutione penſionis poſſeſſionem probat etiam contra tertium.*

13 *Manutentio eo magis concedenda eſt poſſeſſori, ſi conſtat de eius bono iure ex ſententijs, niſi appareant euidentèr nulla, & iniuſta.*

DECISIO CLXXII.

EX duplici fundamento ſub die 6. Februarij 1643. deciſum fuit coram Reuerendiſs. D. meo Decano nunc abſente dandum eſſe Franciſco Verardo mandatum de manutenendo ſuper medietate Domus controuerſæ. Alterò quia conſtat de illius poſſeſſione, quæ referri non poteſt ad cauſam familiaritatis eo quod Verardus eſſet Procurator Octauij Domini Domus, quia longè ante annum 1631. quo poſſeſſionem cepit deſierat eſſe talis, & conſtitutus fuerat Procurator Octauij Matthias Thomaſſinus cum reuocatione omnium præcedentium mandatorum.

Altero quia cum Domus ſit hæreditaria Domitij Patris Octauij, & Antonij, & vterque eam pro virili poſſideret, Antonio verò ſucceſſerit Verardus mediante ceſſione ſibi facta ab Octauio, medietas olim ſpectans ad Antonium tranſijt ad Verardum, qui cum poſſeſſionem ceperit vſq; de anno 1631. manutenendus eſt aduersùs Patres Colabitas poſteriores poſſeſſores.

Sed hodie repropoſita cauſa ſuper eiſdem vtrunque fundamentum corruere viſum eſt. Primum quia de anno 1631. quo Verardus Domus poſſeſſionem cepit verè erat Procurator Octauij, ideoque hoc nomine iure fami-
1 liaritatis † poſſediſſe præſumitur iuxtà theoricam *Bart. in l. qui iure 41. & ibi Caſt. & alij ff. acq. poſſeſſ.* quem ſequitur *Soc. conſ. 131. nu. 1. & ſeq. lib. 1. Surd. poſt alios conſ. 260. num. 17. & ſeqq. Rota coram Greg. XV. deciſ. 572. num. 4.* & conſequentèr eius poſſeſſio non eſt manutenibilis *d. l. qui iure vbi notant omnes Buratt. deciſ. 216. ſub num. 3. Rota inter impreſſ. poſt Modern. Peruſ. de manut. deciſ. 319. num. 12.*

Conſtat enim de mandato procuræ in eius perſonam per publicum Inſtrumentum anni 1624. & licet ſequentibus annis ille proprijs litibus, & moleſtijs criminalibus diſtractus; imò & in exilium condemnatus non potuerit incumbere defenſioni cauſarum Octauij, propter quod Octauius coactus fuit de alio Procuratore ſibi prouidere; tamen poſtquam redijt, & Iudicum criminalium timorem depoſuit reaſſumpſit ſtatim patrocinium cauſarum Octauij, pro quo ſignantèr de anno 1630. pluries corã diuerſis Iudicibus comparuit, prout etiam temporibus ſubſequentibus, & ſignantèr de anno 1632. comparuit coram primo Collaterali Curiæ Capitulinæ producendo mandatum procuræ ſibi, vt ſupra factum de anno 1624. ex quibus comparitionibus, tàm ante, quàm poſt annum 1631. reiteratis ſciente, & patiente Octauio iuncto præſertim dicto expreſſo mandato anni 1624. & alio ſimili de anno 1633. colligi-
2 tur quod intermedia † conſtitutio alterius Procuratoris temporalis fuit propter dicta impedimenta Verardi, illis verò ſuperatis Verardus continuò fuit Procurator *ad tex. in l. qui patitur ff. manda. Innoc in cap. ex parte Decani num. 2. de reſcript. Abb in cap. cum olim num. 8. circa med. de offic. deleg. & conſ 7. num. 7. par. 2. Aldobrad. conſ. 48. num. 10. lib. 1. Gabr. conſ 149. num. 65. lib. 2. Caſſad. deciſ. 3. num. 5. de procurat. Rot. deciſ. 165. nu. 7. par. 4 recent.*

Nec obſtat, quod ſuperfluum fuiſſet dictum mandatum anni 1633: ſi Verardus ex alio mandato, ſiuè expreſſo, ſiuè præſumpto officium procuræ anteà continuaſſet, & propterea exinde poſſi dignoſci, quod Verardus hactenùs Procurator non erat. Quia animaduertendum eſt, quod imò prædictum mandatum præſupponit aliorum mandatorum preexiſtentiam, ac durationem cum ſit factum illis inherendo, vt patet, ibi, *inhærendo alijs procuris hucuſque factis in perſonam infraſcripti eius Procuratoris &c.* & compatibilia ſunt inter ſe
3 plura mandata, † vel expreſſa, vel alterum expreſſum alterum tacitum; itaut exiſtentia vnius aliud non excludat, quia datur multiplicatio mandatorum, vt fuit dictum *coram Reuerendiſs. D. Vrgellen. deciſ. 9. num. 25. & in Cremonen. penſionis 26. Ianuarij 1609. coram bo: mem: Sacrato in Firmana Saluiani 12. Nouembris 1621. coram bo: mem: Coccino, & in Romana Alimentorum 4. Decembris 1641. coram Me.*

Corruit paritèr ſecundum fundamentum, quia non probatur Octauium ceſſiſſe Verardo hæreditatem Antonij, ſed tantum ius adeũ-
4 di, quod tanquam perſonale † cedi non potuit ex latè deductis *in prima deciſ. huius cauſæ 18. Iunij 1638. coram Eminentiſs. D. Card. Panzirolo,* vnde ſequitur Octauium nihil traſtuliſſe ad

Verar-

Verardum; eo præſertim, quia vt benè ponderatum fuit in dicta deciſione *in §. nec refragatur* Octauius in ipſomet ceſſionis inſtrumento declarauit ſe velle abſtinere ab hæreditate Antonij; & nolle eſſe ipſius hæredem, & ipſemet Verardus profeſſus fuit, vt deponunt Teſtes quod non intendebat aliquod commodum ex dicta ceſſione reportare, & quod in tantum Octauius, ei ceſſerat ius adeundi in quantum voluit liberari à moleſtijs creditorum ipſius Antonii, adeo quod deeſt ex parte cedentis animus, & poteſtas trasferendi ius aliquod reale ſuper hæreditate Antonij, & ex parte Verardi Ceſſionarij animus aliquid ac-
5 quirendi, ſine quo animo † nec dominium, nec poſſeſſio acquiritur *l. 3. §. in ammittenda & l. quemadmodum ff. acq. poſſeſſ. Bald. in l. non dubium ſub num. 18. C. de legib. Honded. conſ. 18. nu. 45. lib. 2. Put. deciſ. 276. ſub num. 5. lib. 3. in correct. Rot. dec. 93 num. 2. par. 2. diuerſ. deciſ. 252. num. 4. coram ſa. mem. Greg. XV.*

Non obſtat quod diſcuſſio tituli non pertinet ad iudicium ſummariſſimum manutentionis, quodque ex ſuperuenienti titulo ceſſionis potuit Verardus quamuis prius poſſediſſet, vt Procurator mutare ſibi cauſam poſſeſſionis. Quia titulum in medium adducit ipſe Verardus, vt exindè educat poſſeſſionem manutenibilem, quam tamen educere non poteſt ob præfatum defectum poteſtatis, &
6 conſenſus contrahentium, de quo † cum perimat ipſam poſſeſſionem Aduerſarij vtique dari poteſt etiam in ſummariſſimo iudicio manutentionis, vt benè *Rota deciſ. 605. num. 9. par. 5. recent. ex doctr. Bald. in conſ. 141. num. 3. lib. 1.* & ſtante d. defectu, nec potuit Verardus mutare ſibi cauſam poſſeſſionis, quia ad hunc ef-
7 fectum requiritur, titulus † ex quo dominium aut poſſeſſio potuerit acquiri *Menoch conſ. 381. num. 40. Surd. deciſ. 51. num. 19. Rot. deciſ. 205. nu. 2. par. 1. diuerſ. cum alijs alleg. per Modern. Peruſ. de manuten. obſeru. 54. num. 30.*

Minus obſtant deducta ad probandam poſſeſſionem Verardi, quia non negatur poſſeſſio, ſed dicitur poſſediſſe iure familiaritatis, & quatenùs Teſtes examinati ad inſtantiam Verardi deponunt de ipſius nec non Octauij confeſſione, quod Verardus poſſedit tanquam Dominus in vim dictæ ceſſionis, conquaſſantur alijs Teſtibus Colabitarum deponentibus de confeſſione contraria ipſius Verardi, quæ magis veriſimilis eſt, quia ceſſio fuit ſimulata, vt latè demonſtrant deciſiones in hac cauſa emanatæ coram D. Card. Panzirolo, nec Teſtes Verardi explicant tempus confeſsionis de qua deponunt, vt opus eſſet, quia intereſt an emanauerit ante annum 1635. quo Patres Colabitæ ingreſsi ſunt poſſeſſionem, vel po-
8 ſteà, & quando vis eſt † in tempore illud præcisè probandum eſt *Bart. in l. cum actum num. 6. & in addit. Litt. B. ff. negoc. geſt. Corn. conſ. 135. nu. 9. Lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 23. num. 306. conſ. 71. num. 19. Surd. deciſ. 75. nu. 10.* Præter quod ſicuti ſimu-
9 lata eſt ceſsio † ita, & dicta confeſsio ſubſecuta *Rota deciſ. 89. num. 15. par. 7. rec.*

Cum igitur non probetur Verardi anterior poſſeſsio manutenibilis non illi manutentio danda eſt, ſed Patribus Colabitis, de quorum poſſeſsione conſtat non ſolum ex clauſula, *Conſtituti*, appoſita in donatione reportata ab
10 Octauio, quæ † poſſeſsionem tranſtulit in conſtitutarios etiam ad effectum manutentionis *l. quod meo ff. acq. poſſeſſ. Rot. deciſ. 549. numer. 1. par. 1. diuerſ. deciſ. 551. num. 4. par. 2. recent. Adden. ad ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 437. ſub num. 6.* Sed etiam ex actuali acquiſitione tàm inſtrumen-
11 tali, quæ † ſufficeret alio non poſſidente *l. prædia vbi not. omnes ff. acq. poſſeſſ.* quam reali re-
12 ſultante ex locatione huius domus † facta per Colabitas poſt dictam donationem cum ſucceſsiua ſolutione penſionis, qua accedente locatio poſſeſsionem probat etiam contra tertium *Paſett. conſ. 11. num. 4. Eugen. conſ. 47. num. 20. & 21. lib. 1. Ciriac. controu. 10. num. 14. Seraph. deciſ. 1200. num. 1. Mantic. deciſ. 241. num. 6.*

Eoque libentiùs Colabitis eſt danda manu-
13 tentio, † quia conſtat de illorum bono iure ex duabus ſententijs aduerſus quas Verardus obtinere non poteſt manutentionem, niſi doceat de illarum iniuſtitia, ſeù nullitate notoria, quæ nullo velamine poſſit offuſcari, vt fuit reſolutum *in Romana de Bombellis 31. Ianuarij 1613. coram bo. mem. Sacrato, & in alijs allegatis in deciſ. 27. num. 5. & in deciſ. 38. num. 4. inter impreſſ. apud Modern. de manuten.*

Et ita deciſum vtraq; parte informante.

ANCONITANA BONORVM.

Veneris 22. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Præſcriptio non oppoſita in prima inſtantia opponi poteſt in ſecunda, hæc tamen concluſio intelligitur ad effectum, vt prima ſententia poſſit confirmari, vel reuocari eo quod non deducta in prima Inſtantia poſſunt deduci in ſecunda, non tamen ad effectum, vt prima ſententia, quæ ſecluſa præſcriptione iniuſta eſt poſſit tranſire in iudicatum, & executioni demandari, tunc enim ſententia debet ex antea deductis non ex nouis iuſtificari. Mulier tutrix filiorum non præſumitur de ſua dote ſatisfacta, ex quo bona adminiſtrauit niſi inſimul doceatur ad eius manus perueniſſe tot bona ex quibus ſatisfieri potuerit, nulla habita diſtinctione, an confecerit Inuentarium nec ne & hoc ex ſpeciali priuilegio dotis. Et an contra Mulierem non conficientem Inuentarium poſſit iurari in litem?

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio non perimit actionem ipſo iure, ſed ope exceptionis.*

2 *Præſcriptio non oppoſita in prima inſtantia opponi poteſt in ſecunda.*

3 *Declara concluſionem procedere ad effectum, vt prima ſententia poſſit confirmari, vel reuocari, ad*

quem effectum non deducta in prima inſtantia poſſunt deduci in ſecunda .

4 *Secus verò ad effectum , vt prima ſententia , quæ ſecluſa præſcriptione iniuſta eſt tranſire poſſit in iudicatum , & executioni demandari , quia tunc ſententia debet iuſtificari ex antea deductis .*

5 *Præſcriptio obſtat agenti contra poſſeſſorem, non autem excipienti .*

6 *Iura , quæ prius erant in actione ſi tranſeunt in exceptionem efficiuntur perpetua .*
Exceptio eſt perpetua ibid.

7 *Mulier tutrix filiorum non præſumitur de eius dote ſatisfacta ex quo bona adminiſtrauit , niſi inſimul conſtet ad eius manus tot bona perueniſſe ex quibus potuerit ſatisfieri , idque ex ſpeciali priuilegio dotis .*

8 *Nulla habita diſtinctione , an mulier confecerit inuentarium nec ne, quia vtroque caſu militat priuilegium dotis , ea ratione quia non eſt liquidum, an remaneat creditrix , vel debitrix , & ſibi ſatisfieri potuerit .*

9 Deciſ.in Romana Adminiſtrationis tutelæ 2. Apr. 1590. coram bo:mem: Penia impreſſ. apud Marcheſ.de commiſs.tom.1. fol.828. *declaratur .*

10 *Inuentarium tutelare plenè probat contra tutorem.*

11 *Mulier ſi bona filiorum adminiſtrauit , & Inuentarium non confecit contra eam reſultat præſumptio vſurpationis , & ſubtractionis bonorum , & numer.18.*

12 *Intellige ad effectum vt contra mulierem non conficientem inuentarium iurari poſſit in litem , non tamen exindè reſultat liquida probatio quantitatis bonorum à muliere adminiſtratorum , ad effectum retardandi exactionem crediti dotalis .*

13 Borgn. de tutor.num.182. *quo caſu loquatur ?*

14 *Dotis exactio retardari nequit ob non redditam à muliere rationem adminiſtrationis legitimæ tutelæ.*

15 *Iuramentum in litem quo caſu poſſit deferri contra hæredes mulieris, quæ bona filiorum adminiſtrauit, & inuentarium non confecit, & ſupra num.12.*

16 *Mulier quod non fuerit Tutrix filiorum, eorumque bona adminiſtrauerit , ex quibus probatum remaneat ?*

17 *Bona ſtabilia pupilli alienari nequeunt pro exoluendo ære alieno, exiſtentibus mobilibus , vel pecunijs .*

18 *Præſumptio vſurpationis, aut ſubtractionis bonorum reſultans ex omiſſione inuentarij ceſſat , ceſſante in muliere quæ bona adminiſtrauit malitia , aut dolo.*

19 *Colluſio inter Matrem , & filios eſt concludentèr probanda , nec ex ſolis præſumptionibus retardari debet dotis exactio .*

20 *Confeſſio probat contra eum , qui in ea ſe fundat .*

21 *Depoſitarius nequit pecunias depoſitatas erogare niſi ſeruata lege depoſiti .*

22 *Iocalia habita per mulierem à viro præſumuntur penes eam extare ſi appareat tempore mortis viri ab ea fuiſſe retenta .*

23 *Secus verò ſi non apparet, & à die receptionis iocalium tempus remotum interceſſit , & medio tempore aliquid accidit , quo poſſibile reddatur maritum vendidiſſe iocalia .*

DECISIO CLXXIII.

RVRSVS informantes pro Societate Sanctæ Annæ Grecorum , & litis conſortibus tueri conabantur iuſtitiam ſententiæ de partibus excludentis hæredes Nicoloſæ à credito dotali Matris , allegando præſcriptionem 30. annorum ab anno ſcilicet 1595. vſq; ad 1625. quo motum fuit iudicium repetitionis dotis, & ſatisfactionem tùm præſumptam, ex quo Nicoloſa bona filiorum hæredum Mariti debitoris dotis adminiſtrauit tanquam tutrix nullo confecto inuentario , tùm probatam ex alienationibus bonorum hæreditatis factis ab eadem Nicoloſa.

Quæ tamen non releuare deciſum fuit hodierna die in repropoſitione cauſæ ſuper reſolutis die 1. Iunij 1643. Nam præſcriptio nō fuit oppoſita in iudicio repetitionis dotis de anno 1625. neq; in hac ipſa cauſa coram Iudice primæ inſtantiæ , vt debuiſſet cum non
1 perimat † actionem ipſo iure , ſed ope exceptionis , vt præter allegatos in prima deciſione tradit *Magon.deciſ.Lucen.62.num.25.Surd.dec.24. nu.1.& 4.Giurb.deciſ.13.nu.4.& ſeqq.* Et quamuis etiam non oppoſita in prima inſtantia poſ-
2 ſit † opponi in ſecunda, vt notat *idem Giurb.d.*
3 *deciſ.13.num.9.*hoc tamen intelligitur † ad effectum vt prima ſententia poſſit confirmari, vel reuocari , ad quem non deducta in prima inſtantia poſſunt deduci in ſecunda iuxtà regulam *Tex.in l.per hanc C. tempor. appellat.* non
4 autem ad effectum vt prima ſententia, † quæ ſecluſa præſcriptione iniuſta eſſet,tranſire potuerit in iudicatum , & executioni demandari , qui eſt caſus præſentis diſputationis , quia tunc ſententia debet iuſtificari ex antea deductis non ex nouis *Rot.deciſ.142.num.3.par.1.rec. Buratt.deciſ.276.num.11.deciſ.325.num.6.& 7.deciſ.823.num.2.* & fuit dictum *in Ciuitatis Caſtelli Spolij 23. Ianuarij 1593. coram bo:mem: Orano, & in Romana Cenſus 4. Decembris 1595. coram bo: mem: Card. Hieronymo Pamphilio .*

Et cum hodie Nicoloſa, aut eius hæredes non agant pro repetitione dotis, ſed pulſati ab alijs creditoribus Mariti defuncti excipiant de retentione bonorum,quæ poſſident titulo dationis in ſolutum ex cauſa dotis , gratis à dictis Creditoribus , qui non poſſident allega-
5 tur præſcriptio , † ea ſiquidem obſtat agenti contra poſſeſſorem non autem excipienti, ita vt dicti hæredes excipiendo deducere ſemper poſſint iura dotalia matris , quia ab inſtanti quo poſſeſſionem bonorum debitoris in ſolu-
6 tum dotis nacti fuerunt eadē iura quæ † prius erant in actione tranſierunt in exceptionem , quæ eſt perpetua *Bald.conſ.50.num.2.verſ.reſpondeo ad euidentiam lib.5. Menoch.conſ.1019.num.4. & 5. Grat.diſcept.602.num.3.& ſeqq.Rot.coram ſa. mem. Greg.XV.deciſ.489.nu.11. & 12. vbi addens, num.25. alleg. concord. & in Montiſfaliſci Supplementi legitimæ 18. Iunij 1642. coram Me.*

Præſumptæ autem ſatiſfactioni, ex quo Nicoloſa tutrix fuerit filiorum, & adminiſtraue-
7 rit bona hæreditaria viri † non eſt locus ad impediendam dotis exactionem , niſi ſimul do-

ceatur

neatur ad manus Mulieris perueniſſe tot bona
ex quibus potuerit commodè ſatisfieri, idque
ſpeciali priuilegio dotis *iuxt.doctr.Neguſ. quam
reprobata contraria ſententia Soccin.conſil.180.lib.2
& eius ſequacium perpetuò amplexa fuit Rota vt in
deciſionibus allegatis in prima deciſione, & pluribus
alijs relatis in Fanen. Dotis 12. May 1642. coram
R.P.D. meo Cerro.*

8 Nulla habita diſtinctione † an Mulier con-
fecerit inuentarium nec ne, quia vtroque caſu
militat priuilegium Dotis, & ratio quod li-
quidum non ſit an adminiſtratrix remaneat
creditrix, vel debitrix, & potuerit ſibi ſatisfa-
cere, quam adducit *Seraphin.deciſ.1455.num.4.
& 5.* vbi reſpondendo nominatìm *ad deciſio-*
9 *nem exaduersò allegatam † in Romana Adminiſtra-
tionis tutelæ 2. Aprilis 1590. coram bo: mem: Penia
impreſſ.apud Marcheſ.de commiſſ.tom.1.fol.828.* di-
citur quod ibi probatum fuerat perueniſſe ad
manus Mulieris bona ex quibus poſſit ſatisfie-
ri, quod etiam deducitur ex verbis finalibus
illius deciſionis, ibi, *ſibi ſatisfacere potuit.* Quin
potiùs prædicta ratio magis vrget quando In-
uentarium non fuit confectum, nám eo con-
fecto vix intrat dubium quantitatis bonorum
à Muliere adminiſtratorum, cum illa appareat
10 ex ipſo Inuentario tutelari † quod contra tu-
torem probat *l.fin.C.arb.tutel, Bart.in l.qui reper-
torium num.12.ff.admi.tutor.Pariſ.conſ.24.num.52.
lib.2.Rot.diuerſ.deciſ.71.num.3.par.1.*

Non obſtat præſumptio vſurpationis, &
11 ſubtractionis † bonorum reſultans ex omiſ-
ſione inuentarij, quia quicquid ſit in alijs caſi-
bus nemo ex Doctoribus exaduersò allegatis
firmat reſultare exindè liquidam probatio-
12 nem † quantitatis bonorum à Muliere admi-
niſtratorum ad effectum retardandi exactionē
crediti dotalis, licet ex ea præſumptione infe-
rant poſſe iurari in litem aduerſus mulierem,
quæ inuentarium non confecit *ſic Montan.de
tutel.cap.32.rep.5.num.27. & 43. Guttier.eod.tract.
par.2.cap.1.num.15.in fin.& Borgn. de tutor.n.182.*
13 non † loquitur de credito dotali, & refert ſe
ad dicta *infra nu.219.* vbi ait ſe tanquam Euan-
gelium habere opinionem tenentium, quod
14 exactio dotis † non poteſt retardari ob non
redditam rationem adminiſtrationis legitimæ
15 tutelæ. Iuramentum autem in litem † deferri
in caſu noſtro non poteſt, quia non agitur
contra ipſam tutricem, ſed contra eius hære-
des; qui etſi poſſint conueniri ex dolo auctri-
cis hoc tamen vbi lis non fuit conteſtata con-
tra defunctam non procedit reſpectu pœnæ
propter dolum imponendæ, & ſic reſpectu
iuriſiurandi in litem quod eſt pęna doli, ſed
probato aliter quam iuramento quid ad tutri-
cem defunctam peruenerit ad id hæredes con-
demnabuntur, quidquid dicendum eſſet ſi lis
conteſtata fuiſſet contra defunctam, vt *ex Tex.
in l.alio iure, & l.fin.Cod.de in lit.iuran.* benè di-
ſtinguit, & declarat *Bolognett.in l.in actionib.n.79
ff.eod.tit.Plot.in l.ſi quando limit.4.nu.772. & ſeqq.
verſ.inferunt ex ys Cod.vnd.vi.Fanucc.de iureiur.in
lit.par.2.memb.4.num.13.Peregr.conſ.51.ſub nu.10
verſ.addo præterea lib.1. Laurent.deciſ. Auinion.85.
nu.1.Alex.Rauden.deciſ.Piſ.19.n.89.Anna.ſing.287*

Et hæc libentiùs recipienda videntur in ca-
16 ſu noſtro, quia non eſt omninò certum, † an
vidua fuerit filiorum tutrix, eorumque bona
adminiſtrauerit cum ad probandum decretam
fuiſſe mulieri tutelam exhibeatur ſimplex
enunciatiua, relatiua ad aliud inſtrumentum
de quo non conſtat, prout nec de ſolemnita-
tibus neceſſarijs in obligationibus mulierum
& quia ex inſtrumentis venditionum pro ſol-
uendis debitis hæreditatis factarum cum de-
creto Iudicis elicitur hæreditatem fuiſſe ære
17 alieno grauatam, † nec adfuiſſe bona mobi-
lia, vel pecunias, quibus poſſet exolui, nam
alioquin Iudex non interpoſuiſſet decretum
ſuper alienationibus ſtabilium *l. magis puto §.
non paſſim, & §.aut ſi diſtrahendum ff.reb.cor. Pariſ.
conſ.100.n.2.& 3.lib.1. Rimin.Iun.conſ.347.n.36.
Menoch.conſ.171.num.11.& ſeqq. Mantic. de tacit.
lib.4. tit.6. num.8. Capic. deciſ.113. num.6.* adeò
quod omiſſio inuentarij tribui non valeat tu-
18 tricis malitiæ, † qua ceſſante non inducit prę-
ſumptionem vſurpationis, aut ſubtractionis
bonorum *Montan. de tutel.cap.32.reg.5. num.47.*
eo minus quia hæredes mariti facti maiores
reſtituerunt dotem matri, & ſic agnouerunt
non fuiſſe prius ſatisfactam, & quatenùs exad-
19 uersò allegatur colluſio † inter matrem & fi-
lios ea eſt plenè, & concludentèr probanda,
nec interim ex ſolis præſumptionibus Mater
ſiuè illius hæredes priuandi ſunt credito dotis.

Tandem vera ſatisfactio ex præcio aliena-
tionum factarum à Nicoloſa tollitur, quia
omnes alienationes aſcendunt ad ſcuta 3940.
ex quibus apparet fuiſſe ſoluta Creditoribus
hæreditariis ſcuta 1100. nempè 800. pro dote
Mariæ Gabrielliæ ſum.veteris poſitionis DD.
de Gabrielibus num.12. alia centum pro ex-
tinctione Cenſus debiti Eliſabethæ de Archā-
gelis, & alia 200. quæ depoſitata fuerant ad
effectum extinguendi Cenſus d.Summ.nu.12.
erogata fuiſſe in eorum extinctionem conſtat
ex confeſſione Nicoloſæ data in veteri ſum.
20 Societatis num.13. quæ probat † contra ad-
uerſarios, cum in eiuſdem Nicoloſæ confeſ-
21 ſione ſe fundent, nec aliàs depoſitarius † ſol-
uere potuiſſet ſtante lege adiecta ipſi depoſito
quod pecuniæ erogarentur in huiuſmodi ex-
tinctionem *Dec.in l.ſingularia num.24.verſ.ſecun-
do prædicta ff.ſi cert.pet.Ruin.conſ.132.num.3. lib.5.
facit Text.in l.1.§.eleganter, & §.ſed ſi duo ff.depoſ.
l.qui omnem §.ſi nullo ff.ſolut. Rota deciſ.31.num.5.
verſ.hæc enim par.3.rec.*

Detracta igitur è ſcutis 3940. redactis ex
præcio alienationum ſumma ſcut.1100. ſolu-
ta Creditoribus, remanent ſcuta 2840. quo-
rum Nicoloſa habuit in vna partita ſcu.2150.
& ſunt illa quæ recepit à DD.de Inuictis, alia
autem ſcu.690. fuerunt ſoluta tàm ipſi, quàm
duobus filijs, & ſi imputanda eſt debito mu-
lieris ſolum tertia pars aſcendens ad ſcu. 230.
quæ addita dd. ſcutis 2150. conſtituunt ſum-
mam ſcutor.2380. Mulier verò ex cauſa do-
tis eſt creditrix ſcut.4356. ſum.veteris poſitio-
nis Gabrielorum num.1. & 2. vnde detractis
prædictis remanet adhuc creditrix ſcut.1876.

Nec obſtat quod in debitum mulieris ſit

etiam imputandum prętium iocalium valoris
32 ſc.1356. nam pręter quod iocalia † mulierem habuiſſe quando Maritus deceſſit non probatur, niſi præſumptione deſumpta à tempore præterito ad præſens, quæ procedit quidem ſi appareat mulierem retinuiſſe penes ſe iocalia tempore præterito proximo morti viri, in quibus terminis loquuntur allegati in prima
33 deciſione, at ſecus dicendum † ſi tempus eſt remotum, & medio tempore accidit aliquid quo poſſibile reddatur maritum vendidiſſe iocalia *Rota deciſ.265.num.11. deciſ.297.num.6. & ſeqq. par.6.recent.* facit *Menoch.præſumpt.64.n.45 lib.6. Rip.in l.rem quæ nobis num.59. ff.acq. poſſeſſ.* prout accidit in caſu noſtro, quia conſtante matrimonio, & longe antequam diſſolueretur per obitum viri ſuperuenit pragmatica prohibens vſum iocalium, & paulò poſt Maritus erogauit in emptiones prædiorum plures pecunias vltra ſcuta 3000.in dotem acceptа, quas veriſimile eſt comparaſſe ex venditione iocalium in executionem pragmaticæ. Adhuc etiam relictis in ſuſpenſo dd. ſc. 1356. prætij iocalium viget creditum mulieris in ſcut.526. cum tamen ſententia de qua agitur illud in totum excludat.

De ceſſionibus reportatis per Nicoloſam à diuerſis creditoribus viri quibus ſoluit, neque in hac diſputatione fuit habita ratio, quia non legitimantur perſonæ cedentium, & pro detegenda iniuſtitia ſententię de partibus ſufficit reſiduum crediti dotalis.

Et ità deciſum vtraque parte Informante.

CAESARAVGVSTANA BENEFICII DE LINARES.

Mercurij 27. Aprilis 1644.

ARGVMENTVM.

Breue abſolutionis ob recurſus ad Iudices Laicos in forma commiſſaria obtentum cum clauſula *conſtito de præmiſſis* ante iuſtificationē narratorum ſuſpendit executionem. Recurſu habitus à Procuratore dicitur à principali ratificatus eo ipſo quod ſciuit, & ei non renunciauit. Scientia recurſus habiti ex quibus probetur?

SVMMARIVM.

1 *Breue abſolutionis in forma commiſſaria obtentum, cum clauſula* conſtito de præmiſſis *ante iuſtificationem narratorum non ſuffragatur.*

Clauſula conſtito de præmiſſis *antequam purificetur ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis, ibid.*

2 *Recurſus ad Iudices Laicos præſumitur habitus nomine illius cuius intererat hac tamen præſumptio procedit ad effectum denegandi audientiam, non autem ad effectum incurſus cenſurarum, cum tunc plena requiratur probatio mandati.*

3 *Mandatum ad recurrendum ad Iudices Laicos probatur, ſi principalis productionem recurſus factam à Procuratore ratificauit, ratificatio enim retrotrahitur, & æquiparatur mandato etiam in requirentibus ſpeciale mandatum, quod procedit etiam in delictis.*

4 *Item probatur, ſi principalis proceſſum in quo recurſus ad Iudices Laicos cōtineantur penes ſe retinuit, & in gradu appellationis produxit.*

5 *Scientia recurſus ad Iudices Laicos probatur ex vehementibus coniecturis, quicquid eſſet dicendum niſi eſſent vehementes.*

Scientia etiam vbi agitur de re grauis præiudicij probatur ex vehementibus coniecturis, ibid.

6 *Recurſus ad Iudices Laicos ſi fuit à Procuratore habitus, & principalis ſciuit, & ei non renunciauit, ratificaſſe dicitur.*

7 *Ratificatio omnium geſtorum à Procuratore coram Iudice ſæculari comprehendit etiam recurſus.*

8 *Ratificatio generalis, ſeu diſpoſitio, quæ in vno tantum verificari poteſt habetur pro ſpeciali, & individua.*

9 *Amplia procedere etiam in pœnalibus, & quando agitur de incurrenda pœna.*

10 *Ratificatio geſtorum coram Iudice ſæculari intelligenda eſt de geſtis licitis, & in caſibus in quibus Clericus poteſt comparere coram Iudice ſeculari.*

11 *Ratio eſt quia non cenſetur datum mandatum ad illicita.*

12 *Declara concluſionem procedere, quando mandatum loquitur expreſsè de actibus coram Iudice competente, ſecus quando nulla fit mentio Iudicis competentis, & ratificatio eſt generalis, quia tunc refertur ad præcedentem recurſum.*

Iudex ſecularis eſt incompetens in cauſis Eccleſiaſticis, dicto num.12.

13 *Ratificatio generalis geſtorum coram Iudice ſeculari refertur ad præcedentem recurſum, quando non conſtat de aliquo alio geſto coram Iudice ſeculari.*

14 *Ratificatio recurſus ad Iudices Laicos inducitur ex illius ſcientia, ac etiam ex productione proceſſus in quo ille continetur, & non facta illi renunciatione.*

DECISIO CLXXIV.

CENSVERVNT Domini non ſuffragari Io:Gargallo Breuē abſolutionis in forma commiſſaria obtentum, quia Papa commiſit abſolutionem præuia narratiua partis, & cum clauſula *conſtito de præmiſſis*, † quæ ante-
1 quam purificetur per iuſtificationem narratorum ſuſpendit Iuriſdictionem, *Soc.conſ.99. n.10.lib.3.Put.deciſ.275. lib.2.in corr.Rot.dec.725. nu.10.par.2.recent.*

At non fuit iuſtificatum, quod Ioannes vſus non fuerit recurſibus eius nomine habi-
2 tis ad Iudices Laicos, † prout Papæ narrauerat, † quinimò conſtat de contrario non ex eo ſolùm, quod nomine Ioannis fuerint coram Ordinario Terulenſi producti firmæ, quas vocant Regiæ, quia ſola præſumptio exindè reſultans, quod producens habuerit mandatum à principali cuius intererat procedit ad effectum denegandi eidem principali audientiam, non autem ad effectum incurſus cenſurarum, cum tunc requiratur plena probatio

batio mandati, vt declarauit *Rot. coram ſan. me. Greg. XV. deciſ. 96. num. 2. & 3. coram bon. me. Caualer. deciſ. 529. num. 2. & inter recent. deciſ. 534. nu. 8. deciſ. 602. n. 3. par. 1. deciſ. 751. n. 3. par. 2.*

Sed ſimul, quia Ioannes productionem fa-
ctam à Procuratore ratificauit, & ratificatio
3 retrotrahitur, † ac æquiparatur mandato etiã
in requirentibus ſpeciale mandatum, *Dec. in
l. ſemper qui non prohibet num. 7. ff. reg. iur. Cagnol.
ibid. num. 15. Surd. deciſ. 159. num. 11. & ſeqq. Rota
deciſ. 275. num. 4. par. 1. recent.* etiam in delictis
*Natta conſ. 142. num. 4. Honded. conſ. 38 ſub num. 4.
lib. 1. Farinac. conſ. 4. num. 4. Giurb. conſ. 91. num. 14.
cum alijs allegat. per adden. ad Buratt. deciſ. 301. numer. 20.*

Eaque probatur, tùm quia Ioannes pro-
ceſſum in quo firmæ Regiæ eius nomine ex-
hibitæ Ordinario Terulenſi inſertæ, ac regi-
ſtratæ fuerant, retinuit penes ſe, † & in gradu
4 appellationis produxit, nam ratificare vide-
tur, qui ſcripturam retinet vt latè per *Gabrie-
lem de præſumpt. concluſ. 2. Rot. coram ſan. mem. Gre-
gor. XV. deciſ. 331. num. 9.* & qui producit *Felin.
in cap. cum venerabilis nu. 22. de except. Franc. Ant.
Coſta conſ. 32. num. 34. Mohedan. deciſ. 1. de procur.
Rot. deciſ. 614. nu. 3 par. 1. recent. & in puncto in Va-
lentina Penſionis 31. Ianuarij 1600. impreſſ. apud
Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 1130. num. 2. coram
bon. mem. Litta;* Iuncto maximè, quod licet
5 habuerit ſcientiam recurſuum, † & dictæ ex-
hibitionis firmæ Regiæ, vt conſtat ex vehe-
mentibus coniecturis, quæ ad ſcientiam pro-
bandam ſunt ſtatis, etiam vbi agitur de re-
gressis præiudicij, quidquid dicendum eſſet,
niſi eſſent vehementes, vt declarando deciſio-
nes contrarias dixit in terminis reuerſuum,
*Rot. in Oſcen. Archidiaconatus 10. Iunij 1602. coram
bon. mem. Cardinali Lancellotto Seniori impreſſ. apud
Marcheſ. de commiſſ. par. 2. fol. 479. num. 6.* non tã-
6 men renunciauit, † & non renunciando ſta-
tim, ac ſciuit dicitur ratificaſſe, *Caputaqu. de-
ciſ. 53. num. 1. & 6. deciſ. 58. par. 1. coram ſan. mem.
Gregor. XV. deciſ. 525. num. 10. & in ſpecie Rota de-
ciſ 445. num. 8. coram bon. mem. Buratt. & in Hiſpa-
len. Attentatorum 27. Februarij 1617. coram Emi-
nentiſs. D. Card. Io. Baptiſta Pamphilio relata ab ad-
den. ad Greg. XV. deciſ. 336. n. 15.*

Tùm clarius ex ſubſequenti mandato in
perſonam eiuſdem Procuratoris, qui nomi-
ne Ioannis firmas Regias produxerat cum
expreſſa ratificatione omnium ab eo geſtorũ
coram quocumque Iudice tàm Eccleſiaſtico,
quàm ſeculari, quia appellatione geſtorum
7 coram Iudice ſeculari † veniunt recurſus in
punct. *Buratt. deciſ. 536. ſub num. 3. verſ. & ex man-
dato*, eo maximè, quia non docetur coram
Iudice ſeculari aliquid aliud nomine Ioannis
8 actum fuiſſe, † & generalis ratificatio, † ſeù
diſpoſitio, quæ in vno tantum verificari po-
teſt habetur pro ſpeciali, & indiuidua *l. 2. ff. li-
ber. & poſthum. Curt. Sen. conſ. 49. num. 29. Surd. con-
ſil. 267. num. 28. & 29.* vbi quod hoc † procedit
9 etiam in pœnalibus, & quando agitur de in-
currenda pœna *Tiraquell. de leg. connub. gloſſ. 7.
n. 138. facit Rot. deciſ. 41. ſub nu. 2. inter impreſſ. poſt
conſ. Farinac. lib. 2.*

10 Non obſtat, quod ratificatio geſtorum co-
ram † Iudice ſeculari intelligenda ſit de geſtis
licitis, hoc eſt in caſibus, quibus Clericus de
iure adire poteſt Iudicem ſecularem, vt in
ipſiſſimis terminis *fuit deciſum in Cæſarauguſta-
na Diſtributionum 7. Nouembris 1636. & 20. Maij
1639. coram bon. mem. Coccino, & prius deciſ. 602.
ſub num. 4. par. 1. recent.* ea ſolidiſſima ratione,
11 quia non cenſetur datum mandatum ad illi-
cita, *l. ſi procurator ff. condit. indeb. Iacob. Gall. con-
ſil. 81. nu. 23. Giurb. conſ. 91. nu. 17. Rot. deciſ. 29. ſub
nu. 2. poſt conſ. Farinac.*

12 Quia in dictis deciſionibus mandatum lo-
quebatur † expreſsè de actibus coram Iudice
competente, vndè non mirum ſi porrigeba-
tur ſolum ad caſùs in quibus Iudex ſecularis
competens erat, qualis non eſt in cauſis Ec-
cleſiaſticis, *cap. 1. cum ſequentibus de foro compet.*
Sed in caſu noſtro in ratificatione geſtorum
nulla fit mentio Iudicis competentis, † & ge-
13 neralis illa ratificatio geſtorum coram Iudi-
ce ſeculari refertur ad pręcedentem recurſum,
cum non conſtet de aliquo alio geſto coram
Iudice ſeculari, & ratificans haberet ſcien-
14 tiam recurſus † cumque penes ſe in proceſſu
inſertum retinuiſſet, nec vſquam illi renun-
ciauerit, imò poſteà in gradu appellationis
vna cum proceſſu produxerit.

Et ita deciſum vtraque &c.

ROMANA VINEAE.

Lunæ 2. Maij 1644.

ARGVMENTVM:

Agitur in hac deciſione de venditione rei fidei-commiſſariæ obtenta derogatione fideicommiſſi, & præuia illius translatione in inueſtimentis faciendis ex prætio rei venditæ, ac de præſeruatione hypotecæ ſuper inueſtimentis, & conſenſu præſtando per emptorem, & vlterius an Procurator cum libera poſſit ſine ſpeciali mandato contentis in Breui derogationis fideicommiſſi renunciare?

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio diſpoſitionis, ac formæ ad priuatam vtilitatem inducta admittitur, quamuis nedum renunciantis, ſed etiam alterius vtilitatem reſpiciat, ſi vtraque vtilitas ſeparabilis ſit, ſecus vero ſi inſeparabilis.*

2 *Valor inueſtimentorum facien. ex pretio rei vendita minuitur ſi illa ſubiacent aliqua hypoteca.*

3 *Et operatur talis ſubiectio ne aliquo tempore, aut caſu dicta Inueſtimenta alienari poſſint.*

4 *Alienatio bonorum fideicommiſſi in aliquibus caſibus permittitur puta dotis conſtituenda, vel reſtituendæ iuxtà* auth. res quę C. commun. de legat. *vel deficiente linea vocatorum.*

5 *Conſenſus alicuius ſi in inueſtimento faciendo requiritur, cenſetur requiſitus fauore ipſius conſentire debentis.*

6 *Intereſſe euentuale, ſecundarium, & in conſequentiam non attenditur.*

7 *Clauſula* ſaluis *nihil de nouo dat.*

8 *Reſeruatio appoſita fauore alicuius ſi partes ſciunt nullum Ius ei competere, tunc Ius tribuit, ſecus vero ſi ignorent, quo caſu præſeruatio ſtat conditionaliter non diſpoſitiuè.*

9 *Renunciatio hypothecæ competentis vigore Breuis Apoſtolici, vel alterius diſpoſitionis ſuper aliqua re non comprahendit hypothecam alio titulo, ſi qua competeret.*

10 *Emptor rei fideicommiſſariæ erit tutus, & ſecurus aduerſus fideicommiſſarios, & creditores, quibus nullus competere poteſt regreſſus ad rem venditam, ſi omnia vincula fideicommiſſi fuerunt mediante Breui Apoſtolico tranſlata ſuper inueſtimentis faciendis ex prætio rei venditæ.*

11 *Amplia etiamſi Inueſtimenta nullatenus fierent.*

12 *Emptor rei fideicommiſſariæ tenetur eſſe ſollicitus de verſione ſi Pontifex in derogatione fideicommiſſi mandauit prætium reinueſtiri.*

13 *Secus vero ſi Pontifex liberauit emptorem ab onere procurandi Inueſtimentorum effectuationem.*

14 *Conſenſus requiſitus in aliquo Inueſtimento faciendo cenſetur ad fraudem euitandam requiſitus, quoties ceſſat intereſſe conſentientis.*

15 *Emptor rei fideicommiſſariæ beneficium derogationis amittit ob non ſeruatam formam Breuis.*

16 *Pontifex poteſt pro faciliori executione voluntatis fideicommittentis ſupplere conſenſum ab aliquo adhibendum.*

17 *Licentia alienandi bona fideicommiſſi conceſſa à fideicommittente ſub conditione dummodò pretium reinueſtiatur in re maioris valoris non extenditur de caſu ad caſum.*

18 *Conſenſus requiſitus ſi ſine iuſta cauſa denegatur habetur pro præſtito.*

19 *Et poteſt de iniuſtitia cauſæ ſummariè à Iudice cognoſci eiuſque conſenſus haberi.*

20 *Procurator renunciare nequit iis, quibus nec ipſe principalis renunciare poteſt, ſi aliorum vtilitatem principaliter reſpiciunt.*

21 *In mandato generali cum libera, non veniunt ea quæ ſpeciale mandatum requirunt, nec minus ea, per quæ principalis incidat in pœnam.*

22 *Mandatum procuræ ſi continet facultatem renunciandi talis facultas non porrigitur ad Ius futurum & ignotum de tempore mandati.*

DECISIO CLXXV.

TERTIVM hodie propoſita cauſa hac alias deciſa ſub die 23. Iunij 1642. admittebant partes ſeriem facti narratam in prima deciſione, & concluſionem Iuris ibi adductã, quod renunciari poſſit diſpoſitioni, ac formæ
1 ad priuatam vtilitatem inductæ, quamuis nedum renunciantis, ſed etiam alterius vtilitatem reſpiceret, ſi vtraque vtilitas ſeparabilis ſit, ſecus verò ſi inſeparabilis, quam diſtinctionem præter allegatos tradit *Dec. in l. ſi quis in conſcribendo num. 27. & ſeqq. Cod. pact. Vincent. de Franch. deciſ. 540. nu. 20.*

Diſcrepabant autem in applicatione cum informantes pro Boncompagno prætenderent ad ſolius Trulij emptoris vtilitatem tendere, tùm ſpecialem hypothecam, quam eius fauore ſuper inueſtimentis faciendis ex prętio rei venditæ Breue derogationis fideicommiſſi conſtituit, quæ hypotheca † præiu-
2 dicium, imò affert vocatis ad fideicommiſſum, & creditoribus, quia minuit valorem inueſtimentorum, *Rota deciſ. 77. numer. 8. & 14. par. 6. recent.* & quia efficit nè aliquo tempore,
3 aut caſu dicta inueſtimenta alienari poſſint, *l. ſi creditor §. fin. ff. diſtract. pignor. Neguz. de pign. 2. parte princip. memb. 1. ſub num. 5.* cum tamen ſolum vinculum fideicommiſſi non impediat
4 alienationes † in aliquibus caſibus, puta: dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ, *iuxt. text. in auth. res quæ Cod. comm. de legat.* aut deficiente linea vocatorum, *l. cum Pater §. libertis l. qui ſolidum §. prædium ff. legat. 2. l. quoties ab omnibus Cod. fideicommiſs.*

Tum conſenſum emptoris, quem idem Breue adhiberi mandat quoties noui inueſtimenti faciendi caſus euenerit, nam cenſetur
5 requiſitus fauore ipſius conſentire debentis, *Rota deciſ. 133. nn. 10. & ſeqq. par. 2. diuerſ. dec. 238. ſub num. 7. verſ. in propoſito coram Card. Mantica, deciſ. 318. num. 48. & ſeqq. par. 5. recent.* Maximę quia Breue non requirit conſenſum vocatorum ad fideicommiſſum, & ipſe fideicommittens dedit licentiam alienandi vtiliter nullius conſenſu requiſito. Et quatenùs ſecundario, & in conſequentiam dictus conſenſus emptoris prodeſſe poſſet fideicommiſſarijs, nõ ideò emptor iuri præſtandi conſenſum renunciare nõ valuiſſet, † quia ad hunc effectũ inte-
6 reſſe † alterius ſecundarium euentuale, & in conſequentiam non attenditur, vt bene explicat, *gloſſ. final. in c. 2. de pact. in 6. Felin. in c. quæ in Eccleſiarum num. 46. de conſtitut. Ferrett. conſ. 64. n. 3. & 4. Molpheſ. conſ. 11. ſub nu. 35. Rot. deciſ. 368. n. 5. poſt med. verſ. ſecundo quia par. 4. recent.*

Sed his non obſtantibus Domini ſteterunt in deciſis, quia ex Breui derogationis emptor non prætendit ſibi quæſitam ſuper inueſtimentis nouam hypothecam, ſed dumtaxat præſeruatam, quæ ſibi de iure competebat, vt patet, ibi, *ſaluis &c. hypotheca, & obligatione primarijs ad ipſius Ioannis, & ſuorum hæredum fauo-*
7 *rem*, clauſula enim *ſaluis*, nihil de nouo dat, vt de clauſulis *ſaluis fideicommiſſis* tradit, *Peregrin. de fideicomm. art. 16. n. 101. in fin. & in ſimili Aym. conſ. 33. num. 17. add. ad Alb. conſ. 134. Litt. L. Honded. conſ. 34. num. 33. lib. 2. Rot. deciſ. 25. num. 8. in fin. par. 2. recent.* Nec obſtat diſtinctio *Bart. in l. ſi quis legauerit 75. ante fin. ff. legat. 1.* qui declarando naturam pręſeruatiuę, ait quod ſi partes
8 ſciunt nullum ius competere perſonæ ad cuius fauorem apponitur reſeruatio illa ius tribuit, ſecus ſi ignorabant, quia tunc reſeruatio ſtat conditionaliter non diſpoſitiuè, quam Bartoli ſententiam communiter recipi dicit, *Iaſ. ibidem in fin. Alex. conſ. 28. n. 6. ante med. verſ. & ſic patet lib. 1. Cæſar Mancnt. deciſ. 1. num. 37.* Quia obiectum tollitur ex facto, cum emptor expreſsè declarauerit non prætendere nouam hypothecam ſibi per Breue fuiſſe tributam, an autem de iure competeret non eſt præ-
9 ſentis inſpectionis, † quia modo agitur de renun-

renunciatione hypothecæ compertis vigore
Breuis, quæ renunciatio non compræhendit
hypothecam alio titulo ſi quæ compereret,
l.ſi domus ff ſeruit.vrban.prædior.l.ſi ſeruo meo ff.le-
gat.1.l.iubemus Cod.ad Velleian.Gallerat.de renunc.
lib.1.cap.12.num.1. Rot.deciſ.97. numer.12. par.5.
recent.

Conſenſus autem emptoris adhibendus in
futuris inueſtimentis tantum abeſt, quod re-
quiratur fauore ipſius emptoris, quod imò
eius nihil intereſt, quin potiùs nocet. Non
intereſt, quia cum Breue omnia vincula,qui-
10 bus vinea ſubiacebat † tranſtulerit ſuper in-
ueſtimentis faciendis ex precio, ipſamque vi-
neam penitùs exemerit emptor erit perpetuo
ſecurus ab omnibus moleſtijs, ſiue inueſti-
menta tuta ſint ſiue non, cum ſtante huiuſ-
modi exemptione, & translatione fideicom-
miſſariis, & creditoribus nuſquam competere
poſſit regreſſus ad vineam, Peregr.de fideicomm.
art.44.num.41.in fin.cum ſeqq.latè Molin.de primog.
Hiſpan.lib.4.cap.4.nu.49. verſ.ſi vero facultas con-
ceſſa ſit, P. Molina Theologus tract. de maioratibus
to.3.diſp.651.nu.8.per tot.Ciriac.contro.303.n.35.
& ſeqq. Etiamſi † inueſtimenta nullatenùs fie-
11 rent; licet enim quando Pontifex derogat
fideicommiſſo † præcipitque precium rei fi-
12 deicommiſſo ſubiectæ reinueſtiri, emptor
pro ſui ſecuritate teneatur eſſe ſollicitus de
verſione, & effectuatione inueſtimenti,vt no-
tat Bart.in l.doli numer.7. ff.nouat. Giurb.deciſ.79.
num./.Manen.deciſ.3 ; .num.27. Rot.deciſ.131.nu.6.
part.7. recent.& in Bononien. Fideicommiſſi de Ru-
beis 4.Maij 1641.coram Eminentiſſ.D.Card.Panzi-
rolo, vbi reprobatur contraria ſententia, Surd.
deciſ.156. Secus tamen, eſt quando vt in caſu
13 noſtro Pontifex liberauit emptorem ab one-
re procurandi inueſtimentorum effectuatio-
nem, vt bene diſtinxit Rota in Romana Domus
16.Nouembris 1643.coram R.P.D.meo Cerro, vbi
allegantur concordantes.

Nocet tum quia exindè oneratur conſcien-
tia emptoris ſi conſentiat inueſtimentis factis
cum fraude, ad quam euitandam † cenſetur
14 huiuſmodi conſenſus requiſitus, quoties ceſ-
ſat vt ſupra intereſſe conſentientis, iuxtà theo-
ricam Antonij de Butr. in cap. cum conſuetudinis ſub
num.25.verſ.ſi autem exigitur de conſuetud.quam ſe-
quitur Abb.conſ.40.num.5.par.2. Gabr.conſ.2.nu.3.
lib.1.Tiraquell.de legib.connub. leg.16.gloſſ.7.nu.7.
tum etiam quia adeò reſtringit, & qualificat
gratiam derogationis, vt ſi emptor ius præ-
15 ſtandi conſenſum remittat, † beneficium de-
rogationis ob non ſeruatam eius formam
amittat Theſ.deciſ.99.num.12.in fin.& nu.13.Rot.
deciſ.621.num.6. deciſ.773. num.9.part.3.recent.de-
ciſ.131.num.7. part.7.& in Bononien.Fideicommiſſi
de Rubeis 24.Martij 1643. coram R.P.D.meo Peu-
tingerio.

Igitur quod conſenſus emptoris, ſiue illius
ſucceſſorum pro tempore adhibeatur reſpicit
in totum, aut ſaltem primario vtilitatem cre-
ditorum fideicommittentis, & vocatorum ad
fideicommiſſum, quorum intereſt inueſtimē-
ta fieri, & idonea eſſe, cum deſuper tantum
illorum iura conſeruentur. Neque vrget, quod
Papa non requiſiuerit conſenſum vocatorum
quia vberiùs prouidit requirendo conſenſum
emptoris, qui tanquam extraneus moueri ad
conſentiendum non poterit amore conſan-
guinitatis, vel metu patriæ poteſtatis, prout
moueri poſſent vocati, qui ſemper erunt con-
ſanguinei, & ſępè filij alienantis, ſed habebit
perpetuo præ oculis veritatem,ac ſecuritatem
inueſtimentorum, vt ſatisfaciat menti Ponti-
ficis, qui de eo confidit, & fideicommitten-
tis, qui mandauit præcium vtiliter inueſtiri,
& quamuis omiſerit explicare, † an alicuius
16 conſenſus adhibendus eſſet, potuit hoc ſup-
plere Summus Pontifex pro faciliori execu-
tione voluntatis fideicommittentis, vt per
Monet.de Commut.vltim.volunt. c.5.n.153.& 154.
Præter quod non verſamur in caſu licentiæ
alienandi conceſſæ à fideicommittente,† quo
17 conditionalis eſt, dummodò pretium reinue-
ſtiatur in re maioris valoris, nec extenditur
de caſu ad caſum, Crot.conſ.3. num.16. Peregrin.
conſ.73.num.14.lib.5. Fuſar.de ſubſtitut.quæſt.678.
num.25.& 26.Surd.conſ.11. n.7.& deciſ.220.nu.2.

Minùs vrget, quod neceſſitas huius con-
ſenſus præiudicium ſit allatura fideicommiſ-
ſariis, quia tardiùs aut nunquam fient inue-
ſtimenta ob moram, vel contumaciam em-
ptoris in conſentiendo. Nam aut emptor con-
ſentire differt, ſeù recuſabit cum cauſa,nem-
pè quia inueſtimenta ſint fictitia, & pernicio-
ſa, & meretur vt fideicōmiſſarij gratias agant,
18 aut ſine iuſta † cauſa, & conſenſus habebitur
pro præſtito, Bart.in l.1. §.ſi plures nu.9.ff.exerc.
act.Rolan.conſ.56.num.16.& ſeqq.lib.4. Surd.con-
ſil.382.num.77.Menoch.de arbitr.caſ.182. num.11.
19 poteritque iniuſtitia cauſæ † ſummariè co-
gnoſci à Iudice eiuſque conſenſus loco em-
ptoris haberi Alex.conſ.57.n.6. lib.2.Rot.dec.280.
nu.4.par.1.recent.

Ex quibus corollariè ſequitur, quod nul-
liter procurator emptoris renunciauit con-
20 tentis in Breui,cum nec ipſe † principalis re-
nunciare potuiſſet in iis, quæ vtilitatem alio-
rum principaliter reſpiciunt. Et defectus po-
teſtatis procuratoris vltrà deducta in prima
deciſione,à quibus Domini nō receſſerunt au-
getur, quia per huiuſmodi renunciationem
emptor incideret iuxtà prædicta in pœnam
amiſſionis gratiæ derogatorię,id quod abſque
21 ſpeciali mandato † fieri non potuit, nec ve-
nit in mandato generali etiam cum libera, l.ſi
pater ff.quæ in fraud.cred.l.ſi procurator, & ibi Iaſ.
num.4.& ſeqq.Fulgoſ.num.8.& ſeqq.ff.condit.indeb.
Felin.in cap.1.num.8.vt lit.non conteſt.Rot.deciſ.95.
ſub nu.3 par.1.recent. & quia ſi in Breui additur
aliquid non contentum in Capitulis priùs mi-
tis inter emptorem, † & venditorem ad illud
22 tanquam ius futurum,& ignotum de tempo-
mandati, mandatum quamuis contineret fa-
cultatem renunciandi non porrigeretur,l.ſi ita
ſcriptum, §.ſi ſub cōditione ff.legat.2.Iaſ.in l.qui Ro-
mæ §.duo fratres num.21.& ſeqq.ff.verb.oblig.Surd.
conſ.70.nu.7.conſ.418.num.10. Anchar.famil.quæſt.
lib.2.quæſt.8.nu.14.

Et ità deciſum vtraque parte bis atque ite-
rum Informante.

ROMANA SVCCESSIONIS.

Lunæ 9. Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum in quo filia excluditur, & nepos Teſtatoris heres inſtituitur non corruit ex falſitate cauſæ, quando aliæ fuerunt in teſtamẽto expreſſæ, ex quibus Teſtator motus fuit ad excludendam filiam, & inſtituendum Nepotem. Teſtamentum, vt corruat ex falſitate cauſæ, quænam requirantur? Cauſæ plures ſi in teſtamento exprimuntur ſiuè omnes ſint impulſiuæ ſiuè finales vna exiſtente falſa, adhuc ſubſtinetur teſtamentum ex altera expreſſa.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum corruit ex falſitate cauſæ.*

2 *Succeſſio ab inteſtamento debetur filio ſtante nullitate teſtamenti paterni.*

3 *Teſtes nulliter examinati dicuntur ſi iurarunt extra diem cadentis citationis.*

4 *Item nulliter examinati dicuntur nõ intimata hora certa examinis ad effectum conducendi interprete, qui de ſtylo adhiberi ſolet.*

5 *Et defectus intimationis examinis pro die, & hora certis, quo caſu non veniat excuſandus.*

6 *Teſtes inducti à quocunque ex litigantibus compelli poſſunt, niſi habeant legitimum impedimentum ad ſubijciendum ſe examini certo tempore.*

7 *Nullitas examinis teſtium, vt ſanetur per dationem interrogatoriuin requiritur, quod ſanatio fuerit à Principe commiſſa arbitrio Iudicis.*

8 *Scripturis potius ſtandum eſt in concurſu quam teſtibus.*

9 *Teſtamentum, vt corruat ex falſitate cauſa non eſt recedendum à cauſis in teſtamento expreſſis, itaut quæ expreſſa non fuit minime attendatur.*

10 *Teſtamentum, vt vitietur ex errore, & falſitate cauſæ oportet, quod falſitas cauſæ ſit clara, & euidens, & oculis corporeis legi poſſit.*

11 *Et quando dubitatur de voluntate diſponentis recurri debet ad rationem ab eo expreſſam.*

12 *Ratio à teſtatore expreſſa præſefert certiorem voluntatis probationem, quam coniectura, & verba, quæ non transferunt in diſpoſitionem, & ſæpe alijs reſpectibus proferri ſolent.*

13 *Voluntas teſtatoris, ſeù falſitas cauſæ probari poteſt ex verbis teſtatoris ante teſtamentum prolatis quamuis in teſtamento non fuerit expreſſa.*

14 *Declara concluſionem procedere, quando nulla fuit in teſtamento expreſſa cauſa, ſeù illius verba ſunt dubia ſecus vero ſi ſunt clara.*

15 *Et ratio eſt nam vbi habemus cauſam, & voluntatem verbis claris in teſtamento expreſſam, illa attendenda eſt, ac ceſſat tacita, & præſumpta.*

16 *Diſpoſitio habens cauſam expreſſam ad aliam trahi non debet.*

17 *Effectus naturaliter non poteſt præcedere ſuam cauſam, nec habet rationem cauſæ id quod poſtea contingit, ſed illud quod eſt præteritum, vel in inſtanti accidit, quo impellimur ad aliquid diſponendum.*

18 *Verba Teſtatoris*, li laſcierò d'heredità per la mia diſpoſitione teſtamentaria, *tanquam relatiua ad teſtamentariam diſpoſitionem intelligenda ſunt de tota hæreditate.*

19 *Mutatio voluntatis teſtatoris in dubio non præſumitur.*

20 *Probatio ex teſtibus circa ea, quæ Teſtator dixerat ante teſtamentum eliditur, & offuſcatur ex epiſtolis eiuſdem Teſtatoris contrarium ſuadentibus.*

21 *Teſtator ſi in codicillis legatum filiæ ademit expreſſa cauſa cooperationis carcerationis Teſtatoris hæc tamen expreſſio operari debet reſpectu legati, non autem ad infringendam inſtitutionem, nepotis factam in teſtamento in quo ex alijs cauſis ibi expreſſis filia fuit excluſa.*

22 *Cauſæ plures ſi in teſtamento exprimuntur ſiuè omnes ſint impulſiuæ, ſiuè finales vna exiſtente falſa, adhuc ſuſtinetur teſtamentum ex altera expreſſa.*

23 *Pro teſtamenti validitate in dubio pronunciandum eſt etiam contra filium excluſum.*

DECISIO CLXXVI.

VLTIMA deciſio emiſſa die 21. Iunij 1641. reuocatoria alterius præcedentis ſub die 15. Decembris 1636. coram R.P.D. meo Carillo nuper aſſumpto à Sereniſſimo Rege Hiſpaniarum ad officium Præſidis Conſilij Valliſoletani firmat corruere teſtamentum alias conditum ab Herrico Vicourt ſeniore ad fauorem Herrici Vicourt iunioris eius Nepotis excluſa Cecilia filia, quia tam inſtitutio Nepotis, quam excluſio filiæ emanarunt ex cauſa offenſę per Ceciliam illatæ procurando carcerationem patris, vt patet ex quatuor teſtibus poſt primam deciſionem examinatis, qui vltro deponunt de huiuſmodi cauſæ falſitate,
1 qua probata † teſtamentum corruit *l. fin. ff. hæred. inſt.* & debetur eidem Ceciliæ ſucceſſio pa-
2 terna † ſaltem ab inteſtato §. *primo auth. de hæred. ab inteſt. venien. cum alijs in dicta vltima deciſione allegatis.*

Sed hodie repropoſita cauſa coram me ſub rogato Domini mei Carilli Domini receſſerunt ab vltima deciſione, & confirmarunt primam eo, quod ſubſiſtunt fundamenta primæ deciſionis, & præfati teſtes non probant teſtatorem inſtituiſſe nepotem ac excluſiſſe filiam in odium filiæ, & vindictam aſſertæ carcerationis; primo quia duo ex illis iura-
3 runt extra diem cadentis citationis, † & ſic fuerunt nulliter examinati *Rot. deciſ. 15. de teſtib. in nou. Caputaq. deciſ. 285. num. 3. par. 3. Cauaer. deciſ. 410. num. 3. Coccin. deciſ. 216. nu. 21.* Alij
4 verò duo examinati fuerunt † non intimata hora certa examinis ad effectum conducendi interpretem, qui de ſtylo adhiberi ſolet *Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 8. num. 225. Add. ad fa. me. Greg. XV. deciſ. 331. num. 23. Rot. in Toletana hæreditatis 6. Iunij 1618. coram bon. mem. Andrea.*

Neq; vrget reſponſio vltimæ deciſionis *in §. nam, quo ad nullitatem*, quod dicti duo teſtes tanquam inducti à parte aduerſa potuerint examinari abſque reiteratione terminorum iudi-

iudicialium, & defectus intimationis exami-
5 niſi pro die, & hora certis veniat excuſandus, quia Cecilia ſcire non poterat diem, & horam, quibus teſtes ad ſe examinandum accederent: ſi enim huiuſmodi excuſatio admitteretur actum eſſet de ſtylo intimandi tempus examinis pro conducendo interprete cũ omni caſu allegari poſſet eadem ratio ignorantiæ, quæ tamen nuſquam releuat, quia vtique inſtans ſcire poteſt diem, & horam examinis, cum teſtes à quocunque ex liti-
6 gantibus fuerint inducti † niſi habeant legitimum impedimentum cogere poſſit ad ſubiacendum ſe examini certo tempore *gloſſ. in cap. primo verbo timore ibi ſtatim compellendum de teſt.cogen. Abb. in cap. cum ſuper ſub num.5.eod. tit. Gaill.pratic.obſer.lib.1.obſer.100.nu.10.* Nul-
7 litas autem examinis † euitari non poteſt ex quo teſtes examinati fuerint cum interrogatorijs partis, quia datio interogatoriorum de ſe non ſufficit niſi ſanatio nullitatis fuerit à Principe commiſſa arbitro Iudicis, vt declarauit *Rot. in Barchinon. Decimarũ 27.Iunij 1640 coram RiP.D. meo Ghiſilerio*,

Secundò teſtes non probant, quia contra-
8 rium † apparet ex ſcripturis, quibus potius ſtandum eſt *l. Cenſus ff.probat. Innoc. in cap. cum Ioannes num.6. de fid.iſtrum. Aym.conſ.54.ſub n.15 Rot.deciſ.91. ſub num.9.deciſ.582. ſub nu.6.par.1. recent.* Siquidem in ipſo publico iſtrumento teſtamenti leguntur expreſſæ cauſæ, ob quas teſtator filiam hæredem non inſtituit, ibi, *eo quia idem Dominus teſtator aſſeruit illam* (nempe Cæciliam) *condecenter, & competenter dotaſſe in ſcutis tribus millibus, illique donaſſe vineam valoris ſcutorum mille, & quingentorum, & reliquiſſe alia ſcuta quinquaginta eroganda in celebratione tot Miſſarum Defunctorum pro ſuffragio illius animæ poſt ſui obitum, nec non ipſum teſtatorem conſenſiſſe donationi per Dominam Catharinam ſuam ſororem factæ eidem Ceciliæ vnius vineæ valoris ſcutorum 2365.* neque, vt teſtamentum corruat ex
9 falſitate cauſæ † recedendum eſt à cauſis in teſtamento expreſſis; ita vt quæ expreſſa non fuit minime attendatur, vt bene *Ruin.conſ.162. num.7.lib.4. ex tex. in l. ſi inſtituta §.fin.ff.inoff.teſtam. iuncta l.fin.ff.hæred.inſtit. Menoch.præſum.24. num.16.lib.4.* & notat *Bart. in l.fin. num.3. verſ. oppono Imol. num.4.* & ratio eſt, quia vt falſi-
10 tas cauſæ ſiuè error vitiet teſtamentũ † oportet ſit clarus, & euidens, & oculis corporis legi poſſit *Alex. in l. cum prolatis num.15. ff. re iudic. poſt Innoc. in cap.Pet.G. num.3. de offic. deleg. Iacob. de Sancto Georg. in l.1.num.12. C.error. Calc. Seraph. deciſ.275. num.3. & 4.* & quando
11 dubitatur de mente diſponentis † recurri debet ad rationem ab eo expreſſam *Alex.conſ.45 col.3.num.7.lib.1. Aym.conſ.245. num.2. Menoch.*
12 *conſ.497.num.16.* Cum ea præſeferat † certiorem dictæ mentis probationem, quam coniecturæ, & verba quæ non tranſierunt in diſpoſitionem, & ſæpè alijs reſpectibus proferri ſolent *l. non aliter ff.leg.3. Natt.conſ.678.n.33. & ſeqq. Alb.conſ.13. ſub num.1. Ceph.conſ.46.n.17 & conſ.436.num.17. & 82. Caſtill.contr.iur.par.2. cap.26. num.19. & 20. verſ. nulla enim & part.4. de coniect. vltim. volun. cap.18. ſub num.49. verſ. præterea Rot.deciſ.264. ſub num.6.par.4. recent.*

Nec obſtat, quod teſtes deponant de ver-
13 bis teſtatoris ante teſtamentum prolatis, † ex quibus probari poteſt voluntas teſtatoris, & falſitas cauſæ, quamuis in teſtamento non fuerit expreſſa, vt ex *Bart. in l. fin. num.3. & 4. ff. hæred.inſtit. ponderat vltima deciſio in §. quoniam;*
14 eſto enim, quod hoc procederet † quando nulla fuit expreſſa cauſa in teſtamento, ſeù illius verba ſunt dubia ſecus eſt vbi ſunt clara. vt benè diſtinxit *Rot. in Romana Scriptoriæ 5. Iunij 1609. coram bon.mem. Lugdunen. impreſſ. poſt Pacif. de Saluian. deciſ. 150. ſub num. 17. & apud Grat. diſcep.221. ſub num. 20. & in Spoletana hæreditatis, ſeù confidentiæ coram bon.mem. Buratto quæ eſt deciſ.616.num.18. inter eius impreſſas;* quia vbi habemus cauſam, & voluntatem
15 verbis claris in teſtamento expreſſam † illa attendenda eſt ac ceſſat tacita ac præſumpta *l.cum ex filio vbi gloſſ.ff.vulg.& pupill. Franc.Ant. Coſt.conſ.23.num.64. Aym.conſ.32.num.2. Reuerendiſſimus Vrgellen. deciſ. 74. num. 56. & 57.* vbi
16 quod diſpoſitio † habens cauſam expreſſam ad aliam trhai non debet *& deciſ.284. num.42. & in terminis teſtamenti Mart. de ſucceſſ.leg.par.4. quæſt.4.art.1.num.6. & 7. Fontanell.deciſ.49.n.18.* At in caſu noſtro plures cauſæ, vt ſupra fuerunt expreſſæ verbis apertiſſimis, inter quas non adeſt cauſa aſſertæ carcerationis.

Et quatenus attendi deberet, quæ teſtator dixit ante teſtamentum adhuc dictis teſtium repugnant ſcripturæ; illi namque deponunt teſtatorem motum fuiſſe ad iſtituendum nepotem, & excludendam filiam odio dumtaxat carcerationis procuratæ ab eadem filia, *perche à i parenti del paeſe non portaua affetto alcuno, & Henrico ſuo Nepote auanti la ſua carceratione non teneua ne meno per parente.* At verò plures Epiſtolæ eiuſdem Henrici teſtatoris nuper productæ contrarium probant, vt patet ex epiſtola ſub die 20. Septembris 1625. in qua teſtator inuitat Nepotem, vt veniat Romam *per riceuere la portione hæreditaria, che gli laſcio:* tunc enim viuebat Ioannes alter nepos, & cohæres in alia ſub die 22. Nouemb. 1625. ſcripta poſt mortem dicti Ioannis, ibi, *Henrico è reſtato vnico herede*, & ſub die 25. Iulij 1626. ibi, *potrà entrare à goder l'heredità de miei beni à lui deſtinata*, & die 10. Innij 1627. ibi, *laſcerò ſua moglie, e figli con tante facoltà che non haueranno neceſsità per viuere ſe non della gratia di Dio*, & die 13. Decembris 1629. ibi, *per venire à riceuere quello, ch'io gli laſciarò d'heredità*, præter alias epiſtolas, & traſmiſſiones pecuniarum ad fauorem ipſius Henrici nepotis. Quæ omnia oſtendunt eximium amorem teſtatoris erga Henricum Nepotem, ac deliberatam voluntatem ipſum inſtituendi hæredẽ; cumque de tempore dictarum epiſtolarum non dum ſecuta eſſet carceratio teſtatoris vnde odium in filiam aſſeritur conceptum, impoſſibile eſt quod talis carceratio fuerit cauſa finalis, quæ mouit teſtatorem ad amorem, & inſtitutionem nepotis, quia effectus natu-
17 raliter † non poteſt præcedere ſuam cauſam

nec

nec habet rationem cauſæ id quod poſtea cõtingit, & diuinari non potuit, ſed illud quod eſt præteritum, vel in iſtanti accidit, quo impellimur ad aliquid diſponẽdum iuxta theoricam *Bart in l. demoſtratio* §. *quod autem num.2. ff.cond. & demoſt.Monald.conſ.18.num.2.lib.2.Maran.reſp.15.nu.6.part.2.Mant. de tacit lib.3.tit.12. num.3. & in terminis teſtamenti*, quod impugnatur ex falſitate cauſæ ratiocinatur *Mart. conſ. 381.num.16. & ſeqq.*

Et gratis dicitur, quod amor teſtatoris, & voluntas inſtituendi hæredem nepotem refriguerit mutataque fuerit de anno 1627. ob iniuriam tunc temporis per eundem Nepotem illatam teſtatori propinando venenum illius cani. Tum quia de hoc teſtatur vnicus teſtis, & epiſtola quæ in idem expenditur ſub die 20. Iunij 1627. non loquitur de occiſione canis, ſed de homicidio in partibus patrato à nepote dum ebrius erat, vt demoſtrant verba Epiſtolæ, ibi, *che ſi guardi di boracciarie che lo priuano d'intelletto per doue è caſcato negl'errori paſſati*.

Tum etiam, quia ſi odio cæpiſſet habere non traſmiſiſſet poſtea pecunias prout traſmiſit nec pluries dixiſſet velle ei relinquere, & ex ipſa mox exaduerſo citata epiſtola oſtẽditur continuatus amor, & beneficentia teſtatoris erga Nepotem, cum ſtatim ſubdat, *laſciarò ſua moglie, e figliuoli con tante facoltà e la mia parteza da queſto mondo, che non haueranno neceſsità per viuere ſe non della gratia di Dio*, & clarius in ſubſequenti epiſtola anni 1629. ibi, *quello che io gli laſciarò d'heredità per la mia diſpotione teſtamentaria*, quæ verba cum ſint relati-
18 ua ad teſtamentariam diſpoſitionem, † in qua Nepos vnicus hæres inſtitutus fuit neceſſe eſt intelligantur de tota hæreditate *ad tex. in l.aſſe toto ff.hæred.inſt.l. cohæredi 41.§.fin.ff.vulg. & pupill. cum alijs allegatis per Tiraquell. in l. ſi vnquã C.reuocan. donat. verbo omnia vel partem num. 18.* & ſatis eſt, quod excludant amoris erga nepotem, ſeu voluntatis teſtatoris mutationem
19 quæ † nec in dubio præſumitur *l. fideicommiſſa 11.§. ſi rem poſt princ.ff.leg.3.Roman.conſ.295. num.8. Rolan.conſ.31. num.7. & ſeqq. lib.4. Surd. conſ.340.num.35. Riminal. Iun.conſ.643. num.53. ſeqq. Fontanell.deciſ.246.num.13.* Intentio enim Nepotis non fundatur principaliter in dictis Epiſtolis, ſed in ſubſequenti inſtrumento teſtamenti clare, & aperte loquente de tota hæreditate: Epiſtolæ verò producuntur ad eli-
20 dendam, vel offuſcandam probationem, † quam aduerſaria educere conatur ex teſtibus deponentibus de dictis à teſtatore antequam conderet teſtamentum, & benè elidunt aut ſaltem offuſcant, quod ſufficit *Bald. conſ. 79. num.7.lib.2.Aym.conſ.6.num.127. Natt.conſ.32.in fin.Surd.conſ.105. ſub num.6.*

Tandem non obſtat, quod in codicillis fuerit expreſſa cauſa cooperationis Ceciliæ in
21 procuranda carceratione teſtatoris, † quia vltra quod aliæ etiam cauſæ ibi referuntur, in omnem euentum expreſſio hæc operari ſolum poſſet reſpectu ſcutorum 1000., quæ teſtator ibi ademit ob iſtam cauſam carcerationis, ad effectum dumtaxat iuſtificandæ dictæ ademptionis in dictis codicillis adductã: nullatenus autem poſſet extendi ad generalem inſtitutionem Herrici nepotis factam in teſtamento, in quo ex alijs cauſis ibi expreſſis Cecilia excluſa fuerat, aut eamdem inſtitutionem infringere *l.fin. & ibi Bart.nu.5. verſ. quæro Bald. ſub num.2. Cuman. ſub num.6.verſ. in gloſſa Io: de Imol. ſub num. 3. & ſeq. ff. hæred. inſt. Alciat.conſ.106. num.5. verſ. vnde videtur tom.3. lib.9. Giouag.reſp.36.num.8.lib.2.* Et minus quia
22 vbi plures cauſæ exprimuntur † ſiuè omnes ſint impulſiuæ ſiuè finales, vna exiſtente falſa, adhuc ſubſtinetur teſtamentum ex altera expreſſa §. *affinitatis inſt. de nupt. Surd.conſ.531. num.6. & 7. Menoch.conſ.146. num.27. Rot.deciſ. 251.num.12. & ſeqq.deciſ.363.num.6. & 7.par.5. recent. & in terminis teſtamenti Ludouic. Bell.conſ. 166.num.23. Ceph.conſ.81.num.14. Fontanell. deciſ.50. num.6.* & in dubio pronunciandum eſt
23 pro validitate teſtamenti † etiam contra filiũ excluſum *l. ſi pars ff.inoff.teſtam.Dec.conſ.11.ſub num.20. ante fin.Grat.conſ.30.num.26.lib.2. Mant. de coniect.vltim.volunt.lib.2.tit.15.num. 8.*

Et ita deciſum cauſa ter propoſita vtraque parte bis, vna tantum ſemel informante.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 13.Maij 1644.

ARGVMENTVM.

Inter ſocios ſi duæ fuerunt factæ ſolidationes concernentes diuerſa, ac ſeparata negotia, quantumuis vltima ſolidatio verbis generalibus ſit concepta non cenſetur comprehendere præcedentem ſolidationem, nec illam nouare, & ex quibus diuerſitas ſolidationis conuincatur?

SVMMARIVM.

1 *A.C. vigore ſuarum facultatum inter, & contra Mercatores procedit executiuè.*
2 *Debitũ probatur ex confeſſione debitoris, qua nulla datur maior probatio.*
3 *Socius promittens implicare pecunias ſociales in emptione mercium, ſi illas non implicauit ſuccedit obligatio ad intereſſe.*
4 *Liberatio, ſeu ſolidatio generalis facta inter ſocios præuia annullatione omnium ſcripturarum concernentium negotium ſociale comprehendit quicquid actum fuit.*
5 *Præſertim ſi ſolidatio loquitur in plurali, quo caſu reſtrictionem non recipit.*
Pluralis numerus vno non eſt contentus, ibidem.
6 *Socius habens pecunias deſtinatas ad aliquam cauſam, ſi poſtea apparet illam fuiſſe impletam præſumitur impleuiſſe cum pecunijs deſtinatis.*
Præſumptio tamen ceſſat quãdo conſtat cauſam fuiſſe adimpletam ex alijs pecunijs, quam deſtinatis, & num.17.
7 *Solutio in dubio refertur ad cauſam antiquiorem.*

Limita

Limita non procedere quando adeſt contraria partium declaratio quæ attendi debet, numer. 18. & 19.

8 *Partita dati, & accepti, quando non ſunt poſita per modum extinctionis debiti, ſed contrapoſita ſub titulo*, di dare, & hauere, *tunc per talem contrapoſitionem debitum non dicitur extinctum, ſed extinguendum mediante compenſatione de tempore, quo opponitur à debitore.*

9 *Debitor opponens compenſationem declarare poteſt ſe velle compenſare magis cum vno, quam cum alio debito.*

10 *Et facta declaratione ſe velle cum tali debito compenſare, non poteſt pro eo amplius condemnari.*
Nec tamen facultas compenſandi potius cum vno, quam cum alio debito dicitur conſumpta per electionem ſemel factam, n. 20.

11 *Nouus calculus inter ſocios ex integro omnium hinc inde datorum, & acceptorum quo caſu fieri debeat?*

12 *Solidatio prima inter ſocios non cenſetur per ſecundam quamuis verbis vniuerſalibus conceptam, nouata, vel ſublata, ſi vtraque diuerſum, ac ſeparatum negotium reſpicit, & diuerſitas ex quibus conuincatur? n. 13. & 14.*

15 *Quietantia, ſeu liberatio generalis omnem obligationem extinguit.*

16 *Abſenti abſque ſtipulatione alicuius nomine eiuſdem abſentis nulla quæritur actio.*

21 *Doctrina* Io: de Imol. in l. 1. ff. de ſolut. de qua ſupra num. 9. *admittens eſſe in facultate debitoris velle potius cum vno, quam cum alio debito compenſare non ſemper recipitur inter mercatores, & redditur ratio, num. 22. & numer. 23. refertur conſuetudo mercatorum, & num. 24. declaratur doctrina Imolæ, quo caſu procedat.*

25 *Debiti ſolutio inducta cenſetur eo ipſo, quod creditor aliquam ſummam poſtea debitori perſoluit, quamuis hæc ſola coniectura non ſufficiat.*

26 *Præſertim ſi conſtat ſolutionem emanaſſe ex noua, ac diuerſa cauſa puta pro prætio alicuius ceſſionis reportatæ à debitore.*

27 *Nouus ſocius non debet participare de capitali aliorum ſociorum.*

28 *Pecuniæ ſociales prouenientes ex lucris ſocietatis pro mediante ad ſocios æqualiter ſpectant.*

29 *Idem enim eſt dicere pecunias ſociales, & pecunias communes.*

DECISIO CLXXVII.

INITA fuit Thierſi in Gallia de anno 1631. ſocietas mercium interq. Ioannem de Laſagnis, ac Mignottos exercenda Romæ, ac Neapoli, & duratura ad quinquennium, quę defuncto interim Ioanne trāſijt ex nouo contractu ad eius hæredes, & de anno 1636. de communi conſenſu additus fuit in ſocium Iacobus Ciannonus.

De anno 1638. deuenerunt Mignotti, & Laſagni ad ſolidationem computorum incipientem per hæc verba; *Noi ſottoſcritti Franceſco, e Michele Mignotti, e Gilberto, e Giouanni de Laſagni hauemo riconoſciuto, e per tutti li noſtri cōti generalmente contenuti tanto nelli libri d'inuiamento quanto di riceuimento concernenti le noſtre compagnie prima, e ſeconda tanto di Roma quanto di Napoli aſſieme tanto nel noſtro particolare, quanto che col Signor Giacomo Ciannoni, hauemo riconoſciuto che ſino à queſto dì &c.* & in corpore ſolidationis calculatis hinc indè datis, & acceptis Mignotti declararunt ſe retinere libras 6637. ibi, *e per ſaldo di tutti li ſudetti conti noi detti Mignotti riconoſciamo hauere nelle noſtre mani in quatrini delle dette compagnie ſino à queſto giorno la ſomma di lire 6637. per impiegare in conto di Mercantie per le dette compagnie, & in nuouo conto,* & in calce adeſt ſubſcriptio illorum de Mignottis, ac de Laſagnis tantum.

Rurſus de anno 1640. facta fuit alia ſolidatio incipien. *Noi infraſcritti li Mignotti, e Laſagne, e Iacomo Ciannoni confeſſiamo per la preſente, e dichiariamo hauer viſto, e riconoſciuto tutti gl'inuiamenti &c. concernenti gl'affari delle compagnie di Roma, e Napoli, hauer chiuſo, e ſaldato tutti li noſtri conti caſſate, & annullate tutte ſcritture concernente detto negotio, e reſtiamo d'accordo, e quieti per queſto effetto per inſino à queſto di 24. Aprile 1640. &c.* cui ſolidationi ſubſcripſerunt primo Mignotti cum proteſtatione.

Secundò ſubſcripſerunt Laſagni per hæc verba; *Noi ſottoſcritti Giouanni, e Pietro Laſagni approuamo il ſopradetto inuentario, & ſpartimento, e promettiamo volere ſtare al ſaldo generale fatto, e paſſato in Thiers ſotto li 8. Luglio 1638. con li Signori Mignotti, e noi, e non altrimenti &c.* Deinde ſubſcripſit Iacobus Ciannonus, ibi, *Io Iacomo Ciannoni approuo il detto inuentario &c.*

Poſt hæc Laſagni conuenerunt Mignottos coram A.C. ad docēdum implicaſſe in mercibus libras 6637. iuxta formam ſolidationis anni 1638. & cum non docuerint obtinuerunt pro dicta ſumma relaxari mandatum, à quo commiſſa mihi cauſa appellationis cum clauſula, *ſi quid exequendum*, propoſui hodie dubium, an mandatum relaxatum ab A.C. ſit exequendum, & exequendum eſſe reſponſum fuit. Siquidem eſt validum cum A. C.
1 inter & contra mercatores † vigore ſuarum facultatum procedere poſſit executiuè, vt aduertit *Rot. dec. 446. ſub n. 1. par. 2. rec.*

Et iuſtum, quia debitum probatur ex con-
2 feſſione † ipſorum met de Mignottis in dicta ſolidatione anni 1638. qua nulla datur maior probatio *cap. per tuas de probat. l. cum te Cod. tranſact.* & cum non docuerint implicaſſe pecu-
3 nias in mercibus, † prout ibi promiſerat ſuccedit obligatio ad intereſſe, hoc eſt ad ipſum capitale implicari promiſſum, *Burſat. conſ. 100. num. 39. Roland. conſ. 69. num. 25. & ſeqq. lib. 3. Rot. dec. 58. num. 25. & 26. par. 6. recent.* & in terminis ſocietatis *Valenzuel. conſ. 147. num. 18.*

Tota difficultas reſtringitur ad ſolidationē generalem anni 1640. ſub qua Mignotti prętendunt comprehenſa omnia computa, & ipſammet ſolidationem anni 1638. quia cum
4 ſit generaliſſima † & annullet omnes ſcripturas concernentes negocium, comprehendit quicquid inter partes actum fuit, *Caſtren. conſ. 126. num. 1. ad fin. lib. 2. Fulgoſ. conſ. 130. numer. 2. verſ. præterea Surd. dec. 217. numer. 12. & ſeqq. Rot. coram Reuerendiſſimo Vrgellen. deciſ. 319. numer. 10.*

præſertim quia loquitur de ſocietatibus in plurali, ibi, *concernente gl'affari delle compagnie*, & ſic reſpicit nedum negocia ſocietatis contractæ de anno 1636. inter Mignottos, Laſagnum, & Ciannonum, ſed etiam antecedentis inter Laſagnum, & Mignottos, quæ deinde communicata fuit Ciannono. Nec videtur dicendum, quod vtraque ſolidatio reſpiciat diuerſa negocia, ac perſonas, vltima nempe omnes ſocios, altera verò ſolũ Mignottos, & Laſagnos, quia imò etiam in prima agitur de negocijs cum Ciannono, vt patet in principio, ibi, *quanto che con il Signor Giacomo Ciannone*, & infra, *e di più s'è riceuuto dalli detti Mignotti dal detto Ciannone la ſomma &c.* & ibi, *da ſpartirſi cioè la metà tra noi Mignotti, e Laſagni, e l'altra metà al detto Ciannone*, ac tandem ibi, *riconoſciamo hauer nelle noſtre mani delle dette compagnie, & in nuouo conto*; Dum enim apocha ſolidationis loquitur de ſocietatibus in plu-
5 rali † reſtringi non poteſt ad vnicam ſocietatem contractã inter Mignottos, & Laſagnos ad textum *in l. vbi numerus ff. de teſtib. & alios relatos per Menoch. conſ. 50. n. 19. Surd. dec. 202. nu. 14.* Et indubitatum eſt, quod nouum computum in quo promittitur erogatio dictarum pecuniarum ſpectabat etiam ad Ciannonum.

Adeo quod per vltimam ſolidationem anni 1640. Mignotti liberati fuerint ab obligatione librarum 1637. & meritò, quia ex computis ab anno 1638. vſque ad 40. apparet Mignottos trãſmiſiſſe merces valoris longè maioris, & ſic impleuiſſe promiſſionem implicãdi in mercibus dictas libras 6637. cum ſocius
6 habens pecunias deſtinatas † ad aliquam cauſam ſi poſtea apparet illam fuiſſe impletam, præſumatur impleuiſſe cum pecunijs adhoc deſtinatis, *Ciriac. controu. 261. num. 5. Seraph. deciſ. 1093. num. 7.* & exempla adducit *Bald. conſ. 125. ante fin. verſ. item ſi eſſet probatum lib. 5. Men. conſ. 375. nu. 13. Grat. diſcept. 632. num. 16. & ſeqq. Surd. deciſ. 55. num. 7. & 8. Monach. dec. Bononien. 51. n. 4. & ſeqq.*

Et quatenus reſpondetur ex eiſdem computis apparere, alias pecuniarum ſummas perueniſſe de dicto tẽpore ad Mignottos, replicatur inde non excludi quod Mignotti non erogauerint in mercibus primam ſummam librarum 6637. imo ad eam tãquam debitam
7 ex cauſa antiquiori referendã † eſſe erogationem vti dicimus de ſolutione ex text. *in leg. 1. & ibi notat. ff. & Cod. de ſolut. Valenzuel. conſil. 21. num. 62. & alijs allegatis per Grat. diſc. 224. numer. 5.* & eſto quod nõ ſuffragaretur ratio antiquioritatis, & coaceruatis ſũmis pecuniarũ poſtea receptarum per Mignottos minor eſſet valor mercium adhuc poſſent Mignotti declarare ſe tranſmiſiſſe merces in computum primi debiti librarum 6637. quando enim vt in caſu noſtro partitæ dati, & accepti non ſunt poſitæ
8 per modum extinctionis debiti, † ſed contrapoſitæ ſub titulo, *di dare, & hauere*, quia debitũ non eſt extinctum per ſolutionem, quam non importat dicta contrapoſitio, ſed venit extinguendum per compenſationem faciẽdam de tempore quo opponetur à debitore, remanet
9 integra debitori electio, † & facultas declarandi ſe compenſare velle magis cum vno, quam alio debito, *ita Io. de Imola in l. 1. n. 8. ff. ſolution. Alex. conſ. 85. num. 2. & ſeq. lib. 3. Dec. conſ. 308. numer. 9. in fin. Menoch. conſ. 121. num. 43. Grat. diſcept. 224. num. 21. Anton. de Amat. reſol. 41. nu. 2. Magon. deciſ. Florent. 39. num. 9. Surd. dec. 186. numer. 7. & 8.* & per conſequens declarantibus Mignottis
10 velle compenſare † cum ſumma promiſſa in ſolidatione anni 1638. non potuerunt ex ea promiſſione condemnari, ſed ad omne peius
11 fieri deberet nouus calculus † ex integro omnium hinc inde datorum, & acceptorum iuxta textum *in l. de illo ff. pro ſocio ac tradita per Negusant. de pignorib. 1. memb. 5. par. num. 37. Bald. conſil. 463. num. 4. lib. 1. Muta. dec. 43. num. 22. qui allegat concordantes.*

Quibus tamen non obſtantibus Domini cẽſuerunt diuerſam ac penitus ſeparatam eſſe ſolidationem anni 1638. ab illa anni 1640. nec propterea fuiſſe nouatam, vel ſublatam per ſe-
12 cundam † verbis quantumuis vniuerſalibus conceptam, quia verba huiuſmodi non operantur comprehenſionem negocij diuerſi, ac ſeparati, vt optimè probat text. *in l. emptor 48. §. Lucius ff. pact. & notat Curt. ſen. in leg. ſi de certa ſub num. 7. Cod. tranſact. Bald. in l. ſub prætextu ſpecierum 29. num. 12. & ſeqq. Cod. eod. Soccin. conſ. 103. num. 4. lib. 3. Aym. conſ. 221. ſub numer. 8. Eſcobar. de ratiocin. cap. 40. num. 21. & ſeqq. Ciriac. controu. 291. num. 7. & contr. 474. ſub num. 61. & 62.*
13 Diuerſitas autem conuincitur † animaduertendo, quod ſolidatio anni 1638. emanauit inter Mignottos, & Laſagnos dumtaxat, licèt aliquando etiam Ciannoni mentionem faciat in locis exaduerſo adductis, non quia cum Ciannono res ageretur, ſed quia cum ſocietas cõtracta primo fuiſſet de anno 1631. inter Mignottos, & Laſagnos, & communicata Ciannono de anno 1636. neceſſarium erat pro generali ſolidatione computorũ inter Mignottos, & Laſagnos vſque ad annum 1638. agere de negocijs tam primi, quam ſecundi temporis poſt admiſſionem Ciannoni in ſocium, atq; hinc ſolidatio non fuit ſubſcripta à Ciannono prout ſubſcripta fuit illa anni 1640. quæ communis erat omnibus ſocijs, ſed ſolum à Mignottis, & Laſagnis, quod demonſtrat ſolidata dumtaxat fuiſſe computa inter ipſos, & ad ipſos ſolum ſolidationem ſpectare iuxta theoricam *Bart. in l. ſi patruus n. 6. Cod. commun. vtriuſq. Iudic.* quem ſequitur *Alex. conſ. 132. ſub num. 9. lib. 5. Menoch. conſ. 12. num. 16. Riminal. ſen. conſ. 201. num. 5. Stracch. de mercat. par. 2. numer. 53. & ſeqq. Felic. de ſociet. cap. 11. num. 19. & 21.*
14 Prout demonſtrat ſubiecta † materia ipſius ſolidationis, quia cumulat ſimul cõputa poſt annum 1636. vſque ad 38. & ante annũ 1636. quæ nullo modo ſpectare poterant ad Ciannonum, quod in proximis terminis ponderat *Franc. Ant. Coſt. conſ. 34. num. 47. Felic. de ſociet. c. 3. num. 57. Rot. Ianuen. dec. 14. num. 96.* nec præceſſerat aliqua alia ſolidatio negotiorum geſtorum ante annum 1636. ad Mignottos, & Laſagnos ſolum ſpectantium: Pariterq; idem demonſtrat declaratio appoſita à Laſagnis conſentiẽ-

tibus

tibus Mignottis in ſubſcriptione ſecundæ ſolidationis communis omnibus ſocijs de anno 1640. ibi, *e promettiamo volere ſtare al ſaldo generale fatto, e paſſato in Thiers li 8. di Luglio 1638. con i Signori Mignotti, e noi, e non altrimente*, quæ declaratio repugnaret acceptationi ſecundæ ſolidationi, niſi hæc contineret negocia penitùs ſeparata, cum in ſecunda ſocij ad inuicem de omnibus ſe quietauerint, in prima verò Mignotti remaneant debitores DD. de Laſagnis in libris 6637.incompoſſibile enim eſſet, quod eodem contextu Laſagni quietarent de omnibus Mignottos iuxta formam ſecundæ ſolidationis, & adhuc Mignotti remanerent debitores dictæ ſummæ cum quietantia ge-
15 neralis † ſecundæ ſolidationis omnem obligationem ex eadem cauſa prouenientem extinguat *Bald.in l. ſub pretextu ſub num.12.& 13. Cod.tranſact. Bart. in l.cum aquiliana in prin.ff.tranſact.& in l.Aurelio §.Caius num.3. ff.liberat. legat. Menoch.conſ.496.num.58.Rimin.iun.conſ.54.nu.8. & conſ.343. ſub numer.19. & ſeqq.Surd.deciſ.217. numer.12.*

Non obſtat, quod in prima ſolidatione dictas libras 6637. Mignotti promiſerint erogare in nouum computum,quod eſt commune etiã Ciannono, quia vtique ſolum Mignotti, & Laſagni potuerunt ſic inter ſe paciſci de augendo de proprijs pecunijs capitale ſecundæ ſocietatis communis etiam Ciannono,cui
16 tamen cum abſens eſſet,† & nemo pro eo ſtipulatus fuerit nulla quæſita fuit actio ex dicta ſolidatione, *l. ſed etſi filio §.fin.cum l. ſeq. ff.conſt. pecun. l.quod ſtipulatus ff. ſolut.Corn.conſ.168 nu.9. verſ. item quarto lib.1.Alba conſ.276.num.24. Pacian.conſ.150.numer.7.* Et ita vndique apparet, quod prima ſolidatio eſt omninò ſeparata, quia nullatenus pertinet ad Ciannonum, ad quem tamen pertinet ſecunda.

Quod verò dicitur promiſſionem prædictã erogandi libras 6637. in nouum computum probari impletam, ex quo Mignotti poſtea transmiſerunt merces valoris admodum excedentis, tollitur ex facto, quia apparet alias
17 pecuniarum ſummas† fuiſſe de ſocialibus ſolutas Mignottis, vt merces tranſmitterent, & cum in reſtrictu partitarum ſuper quibus fundatur ſecunda ſolidatio ſint adnotatæ ſolum partitæ pecuniarum, vt ſupra ſolutarum, non autem partita librarum 6637. debita ex prima ſolidatione, euidẽs redditur quod non ex his, ſed ex illis partes intellexerunt merces emptas eſſe, *Alex.conſ.85.num.5.lib.3.vt per Bott.conſ.62 ſub num.18.* & propterea ſuperfluum eſt recur-
18 rere ad antiquioritatem debiti,† quãdo adeſt partium declaratio,quæ debet attendi, *Roman. conſ.94. ſub num.2.Aym.conſ.158.num.13.Decian. conſ.60.num.24.lib.2.Muta dec.42. numer.6.Mart. voto 51.num.5.*

Neque hodie eſt locus declarationi contra-
19 riæ † inuitis Laſagnis, & poſtquam computa fuerunt communiter ſimul Ciannono ſolidata, *l.quod labeo ff.compenſ.Corn.conſ.111. numer.2. verſ. et compenſatum lib.4. Grat.diſcept.224.n. 37. & 67.* quamuis partitæ dati, & accepti eſſent adnotatæ per viam contrapoſitionis non extinctionis, quia facultas eligendi † quæ *ex de-*
20 *ctrina † Imolæ exaduerſo allegata* exinde præſeruaretur debitori, fuiſſet conſumpta per electionem ſemel factam, & ſolidationem, *Rota Ianuen.deciſ.16.num.8.Ronit.conſ.65.num.4. lib.2.*
21 Præter quod doctrinam Imolæ† non ſemper recipi inter mercatores tradit *Anton.de Amat. var.reſol.lib.1.reſol.41.nu.3.* vbi dicit rationem
22 quia inter mercatores,†& iuxta ſtylum negotiantium quamuis debitores ſoluant ad extinctionem ſuorum debitorum non ita per modum ſolutionis à creditoribus in proprijs libris contraſcribuntur partitæ,ſed per modum crediti in pagella, *hauere*,& ſic nunquam poſſet practicari concluſio veriſſima extinctionis debiti per modum ſolutionis,quod etiam aduertit *adden.ad Greg.XV.dec.366. ſub nu.8. verſ.*
23 *ſed ſtant*, & de eadem conſuetudine † mercatorum teſtatur *Corn.d.conſ.111. ſub num.7,verſ. attenta conſuetudine Socc. ſen.conſ.65. ſub numer.5. verſ. nam ex tali deſcriptione lib.4.Ronit.d.conſ.65.*
24 *num.3.* qui ideò declarant † doctrinam Imolæ procedere quando partitæ vulgò intitulatæ *dare, & hauere*, ſcriptæ ſunt in eodem quidem libro, ſed in folijs ſeparatis non autem quando ſcriptæ ſunt è fronte; ita vt in vna eademque facie ſit ſcriptum creditum, ſeu *hauere*, & exaduerſo debitum, ſeu dare, *Rot. dec.520. ſub num.5. par.1.recen.*

Non obſtat,quod poſt menſem à die ſecundæ ſolidationis Laſagnæ ſoluerint DD.de Mignottis libras 600. ac totidem alias promiſe-
25 rint ſoluere,vnde elicitur coniectura, † quod fuerint prius ſatisfacti de libris 6637. promiſſis in prima ſolidatione; quia hæc ſola coniectura non ſufficit,*Bart.in l. ſi quidem num.2.Cod. tranſact.& ibid.Caſtr.num.3. Iaſ.num.3. Natt.conſ. 358.num.13. Honded.conſ.39. num.64. lib.2.textus eſt in l. ſi cum dos ff.rer.amot.* Eò minus cum di-
26 cta ſolutio,†& promiſſio emanauerint ex noua cauſa, nempe pro pretio nominum debitorum qui Mignotti tunc ceſſerunt Laſagnis, quod ad propoſitum ponderat *Honded. dicto conſ.39. numer.64. & 65. Bertaz. conſil. ciuil.118. numer.17.*

Tandem non obſtat exceſſus mandati relaxati,eo quod tertia pars librarum 6637. deberetur Ciannono. Quia vt dictum fuit proueniunt ex computis factis inter Mignottos, & Laſagnos tantum,& ex quibus nulla fuit quæ-
27 ſita actio Ciannono, qui non debet † participare de capitali aliorum ſociorum, *Soc. conſil. 24.num.33.& ſeqq.lib.1.Monach. deciſ. Bonon.54. nu.43.* Poſſet forſan alio reſpectu conſiderari exceſſus in medietate, quia dictæ libræ 6637.
28 cum prouenirent † ex computis communibus inter Mignottos,& Laſagnos videntur ad ſingulos ſpectare pro medietate iuxta text. *in l. ſi non fuerint §. fin.cum leg. ſeqq. ff. pro ſocio*, & alios relatos per *Mutam deciſ.67.num.3.* nec in prima ſolidatione Mignotti dixerunt integrã ſummam ſpectare ad Laſagnos, ſed faſſi fuerũt ſimpliciter remanere penès ſe libras 6637. ex pecunijs ſocialibus implicãdas in emptio-
29 nem mercium; id enim eſt dicere † pecunias ſociales, & pecunias communes, *l.1.in fin. l.ſi*

id quod 59. in verbo caeterum ff. pro ſocio leg. ſi tibi area in fin. ff. præſcript. verb. Cyriac. contr. 504. n. 76 Franc. Ant. Coſt. conſ. 21. nu. 14. Monach. deci. Bonon. 54. n. 7. Ideò poterit exequi mandatum A.C. pro medietate dictarum librarum 6637. ideſt pro libris 3318. cum dimidia, & ſuper alia medietate ſi velint iterum conſulam Dominos.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

MARSICEN. IVRISDICTIONIS.

Veneris 3. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Præſumptio mali iuris oriens contra occultatem aliquam ſcripturam ceſſat, quoties non conſtat de doloſa occultatione, quæ adhuc effectum plene, & concludenter probanda eſt. Occultatio proceſſus contra Epiſcopum non remanet probata, ex quo in Archiuio Epiſcopali non reperitur, cum ad ipſum ſolum ſpectet deputare Notarium actuarium, non autem cuſtodia ſcripturarum.

SVMMARIVM.

1 *Occultans aliquem proceſſum inducit præſumptionem quod in eodem proceſſu probata ſit intentio aduerſarij.*

2 *Præſumptio ceſſat quoties non conſtat proceſſum fuiſſe doloſe ſubtractum, quod exaduerſo plene, & concludenter probandum eſſet.*

3 *Præſumptio licet non ſit probanda, quia ius illam inducit, tamen factum ipſum ex quo illa reſultat probare neceſſe eſt.*

4 *Proceſſus quamuis repertus non ſit in Archiuio Epiſcopali, non tamen ex hoc elicitur culpa, vel dolus Epiſcopi, ad quem ſolum ſpectat deputare Notarium actuarium, non autem cuſtodia ſcripturarum.*

5 *Cuſtodia Actorum, & ſcripturarum in Archiuio Epiſcopali non ſpectat ad Epiſcopum, ſed ad Notarium actuarium.*

6 *Doli præſumptio oritur contra exhibere recuſantem aliquam ſcripturam ſi iudicialiter ad exhibendum fuit monitus.*

7 *Ad cuſtodiam ſcripturarum obligatus, liberatur probando caſum amiſſionis abſque culpa ſua.*

8 *Proceſſus aliquis ſi fuit occultatus, ex quibus probetur quod fuerit originalis?*

9 *Amiſſio proceſſus probatur eò ipſo quod factis diligentijs in Archiuio non reperitur.*

10 Abb. in cap. accepimus ſub num. 5. de fid. Inſtrum. refutatur.

11 *Præſumptio mali Iuris reſpectu Eccleſiæ, an inducatur ex occultatione proceſſus facta per Prelatum?*

12 *Probatio incerta, & non concludens non releuat.*

DECISIO CLXXVIII.

ROTA confirmauit vltimam deciſionem pro Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Marſici non obſtantibus iterum exaduerſo deductis, quæ referendo ad olim Epiſcopum Pariſium culpam ſubtractionis proceſſus cōpilati de anno 1578. inter Epiſcopum Marſicenſem, & Archipresbiterum Terræ Saponariæ ſuper controuerſia iuriſdictionis, cona-
1 bantur exinde elicere præſumptionem† quod in eodem proceſſu probata eſſet intentio Archipresbiteri etiam in præiudicium ſucceſſorū in Epiſcopatu iuxta doctrinam *Abb. in cap. accepimus ſub nu. 6. verſ. aut non poteſt de fide inſtrum.*

Verum hęc præſumptio non applicatur ca-
2 ſui noſtro quia non conſtat, † proceſſum fuiſſe ab Epiſcopo Pariſio doloſe ſubtractum, quod exaduerſo probandum eſſet plenè, & concludenter, nam licet præſumptionem
3 probare non oporteat, † quia ius illam inducit, tamen factum ipſum ex quo reſultat præ- 1
ſumptio probare neceſſe eſt *cap. cum inter de elect. cap. 3. loco de probat. cap. illud de præſumpt. & in his terminis notat Henricus Boych. in cap. peruenit il 1. num. 2. de teſtib. cogend. quem ſequitur Bellamer. ibid. num. 2. & eſt text. in l. teſtium 10 fin. vbi gl. verb. probantibus C. teſtibus gl. fin. ind. de poſſeſſ. C. probat.*

Huiuſmodi autē probatio nullatenus educi poteſt ex eò quod proceſſus in Archiuio Cu-
4 riæ Epiſcopalis non reperiatur, † quia ex inde non ſequitur culpa vel dolus Epiſcopi cum ad ipſum ſpectet ſolum deputare Notarium actuarium *cap. ſtatutum §. Notarium de reſcript. in 6. Berou. in cap. quoniam contra nu. 46. de probat. Bald. conſ. 137. numer. 1. lib. 3. Aſin. in praxi §. 14.*
5 *cap. 8. num. 2. & cap. 20. num. 2.* ad quem † non autem ad Epiſcopum ſpectat Cuſtodia actorum, & ſcripturarum Curiæ Epiſcopalis *Abb. in cap. quoniam contra num. 3. & 4. de probat. Rot. deciſ. 97. nu. 1. & 4 deciſ. 339. num. 1. inter impreſſ. poſt. conſ. Farin. & in puncto coram bon. mem. Cardinali Caualer. deciſ. 542. num. 1. & 2.*

Et quatenus teſtes examinati ad inſtantiam Archipresbiteri deponant, quod proceſſus traſmiſſus ad Archiepiſcopum Salernitanum, ac deinde de ordine Sacræ Congregationis ſuper negocijs Epiſcoporum ad Curiam Romanam, rediit tandem ad manus Epiſcopi Pariſij, qui adhunc effectum nuncium ſpecialem miſerat ad Procuratorem penès quem reperiebatur. Obiectum facile tollitur, tum quia ijdem teſtes addunt, plura folia originalia ex dicto proceſſu retinuiſſe eundem Procuratorem eaquè mediante opera Galeotti cōſignata deinde fuiſſe Archipresbitero Cioffo, prout etiam alias faſſus fuit idem Archipresbiter vt ponderat prima deciſio §. tertium adminicu-
6 lum, & cum illa exhibere recuſauerit † quamuis ad id monitus iudicialiter fuiſſet in ipſum doli præſumptio retorquetur *Menoch. præſump. 91. num. 4. lib. 2. cum alijs allegatis in 1. deciſ. §. quartum.*

Tum etiam quia teſtes examinati ad inſtantiam Moderni Epiſcopi teſtantur de viſu ac certa ſcientia, quod ſtatim mortuo Epiſcopo Pariſio Cæſar eius Nepos proceſſum ſurripuit è quodam ſcrinio Epiſcopi, & vltro quod illum conſignauit mediante pecunia Archipresbitero Cioffo; Et eſto quod in hac ſecunda parte non benè concluderent, remanet ſaltem probata prima pars ſubtractionis factæ à Cæ-

ſare,

ſare, quod ſufficeret etiam ſi ipſe met Epiſcopus proceſſum cuſtodire debuiſſet; quia
7 obligatus† ad Cuſtodiam ſcripturarum liberatur probando caſum amiſſionis abſquè ſua culpa *Bart. in l. ſi quis ex argentarijs §. an nec hæredi num.2.& 4.& Caſtr. in §. prætor ait nu.5.& 6. Alberic. in §. prohibetur in fin. ff. de edend. Grat. conſ.23.num.19.lib.1.Gozad.conſ.17.num.11.Surd. conſ.109. ſub num.10. verſ. idem*.

Nec dubitari poteſt quin proceſſus vt ſupra
8 ſubtractus à Cæſare Nepote eſſet originalis, † quia quintus teſtis deponit in ſpecie de originali, & de eodem intelligendi ſunt alij teſtes genericè loquentes; præſertim quia vnicus tantum proceſſus probatur perueniſſe ad manus Epiſcopi Pariſii, qui ſiue originalis eſſet, ſiue copia ſubtractus fuit à Nepote, licèt verius ſit fuiſſe originalem vt pluribus comprobat prima deciſio. Igitur ſuperuacaneum eſt quærere, an proceſſus transmiſſus ad Curiam Romanam eſſet ſumptus ex originali, qui remanſiſſet in Archiuio Marſici, an ipſe met originalis; nam præter quod illum fuiſſe originalem comprobat *prima deciſio §. præter quod nec non deciſio Buratt.* 278. ad fauorem aduerſarij emanata *num* 14. In omnem euentum data etiam diſtinctione procedendi ſatis eſt moderno Epiſcopo probaſſe per teſtes ammiſſionem eius quem anteceſſor habuerat, alterius verò qui in Archiuio dicitur remanſiſſe cura cum
9 ad actuarium ſpectaret probatur amiſſio† quo ad Epiſcopum, eò ipſo quod factis diligentiis in Archiuio non reperitur *Felin. in cap. ſicut col. 7. verſ. 5. declaratio de re iudic. Aret. in cap. fin. in 3. notab. de probat. Bart. in l. is poteſt num.20. ibi ſed opinio eſt ff. acq. hæred. per text. in l. 3. §. nerua ff. acq. poſſeſſ. Surd. conſ.109. ſub num.6. verſ. & dicit Aretinus*.

Atquè ità corruunt omnia fundamenta deciſionum pro Archipresbitero, quia ſupponunt culpam Epiſcopi in occultando proceſſum, aut negligentiam in perquirēdo in Archiuio, & cogendo actuarium vt exhibeat, quæ ex probationibus poſtea factis, & alijs ſupra deductis minime vrgent. Eoquè minus vrgent contra modernum Epiſcopum ſucceſſorem mediatum illius à quo proceſſus occultatus aſſeritur, quidquid dixerit *Abbas* initio alle-
10 gatus † cui non aſſentitur *Felin. in eod. cap. accepimus ſub num.15. de fide iſtrum.* & pro ſucceſſore in Epiſcopatu reſpondit *Rot. coram Reuerendiſſimo Vrgellen. deciſ.166. per tot.* quando vt in caſu noſtro ſucceſſor non venit ad cauſam proſequendo factum occultationis proceſſus, ſed pro defenſione iurium Eccleſiæ.

Cum præterea hodiè ſtrictè agatur de concedenda nec ne audientia moderno Epiſcopo, in quo articulo ſatis eſt quod non conſtet de contumacia Epiſcopi in exhibendo proceſſu; An vero ex quo proceſſum anteceſſor occul-
11 taſſet reſultaret præſumptio mali iuris † Eccleſiæ, & quod ibidem probata eſſet immemorabilis ad fauorem Archipresbiteri reſpicit aliam quæſtionem, particulari, ſi opus erit dubio diſcutiendam quam pluribus declarat *Farinacc. de teſtibus quæſt. 78. numer. 139. & ſeqq. Boer. deciſ. 292. ſub num. 9.* & probandum exaduerſo eſſe tenorem ſcripturæ à reo ſubtractæ,
12 quia alias probatio † eſſet incerta, & non concludens neceſſario, *tradit Bald. in l. ſi de poſſeſſ. num.2. Cod. de probat. poſt Cyn. ibid. ſub nu.2. Felin. in cap. ſicut num.7. de re iudic.* Sed hæc, vt dicebam, vel ſuperflua ſunt quia non probatur proceſſus occultatus ab Epiſcopis anteceſſoribus, vel ſuo loco, & tempore diſcutienda erunt.

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

LAVRETANA DOMVS.

Veneris 10. *Iunij* 1644.

ARGVMENTVM.

Reintegratio datur ſpoliato, qui facto Iudicis, nulliter, & iniuſte procedentis fuit à poſſeſſione eiectus, preſertim ſi conſtat tempore, quo rem poſſedit eam notabiliter melioraſſe, nec retardari poteſt reintegratio ſub prætextu alicuius fideicommiſſi ſpoliato competentis, niſi ſit Canonizatum per confeſſionem partis vel per rem iudicatam. Pro melioramentis datur poſſeſſori retentio ſi de illis conſtat ſaltim in genere, & deinde poterit pręfigi terminus ad liquidandum in ſpecie. Deliberatio vigore mandati executiui A. C. non adhibitis tribus oblatoribus nulla eſt.

SVMMARIVM.

1 *Retentio datur emptori pro melioramentis in re empta bona fide factis, donec ei reficiantur.*

2 *Melioramenta probata dicuntur, ſi conſtat de antecedenti ſtatu, eiuſque ſubſequuta melioratione.*

3 *Valor rei non dicitur auctus ex beneficio temporis, ſed ex melioramentis in ea factis.*

4 *Teſtes nulliter examinati deſeruiunt ſaltim pro adminiculo.*

5 *Creditor non prohibetur teſtimonium ferre pro debitore, quando non agitur in cauſa pignoris.*

6 *Teſtes poſſunt requiri ad ſubiciendum ſe examini, & pro veritate interrogatis reſpondeant.*

7 *Retentio rei melioratæ datur poſſeſſori dummodo de melioramentis conſtet ſaltim in genere, cui deinde poteſt præfigi terminus ad liquidandum in ſpecie, & num. 8.*

9 *Relatio executoris ſi non emanauit in actu executionis, ſed ex interuallo, & ſuper actu de præterito non probat.*

10 *Iudex nulliter, & iniuſte procedens ſpoliare dicitur.*

11 *Procuratori aſſerenti ſe habere mandatum non creditur, niſi de eo aliunde conſtet.*

12 *Iudicium vt ſuſtineatur ex mandato comparentis, oportet quod omnia in eius comparitionibus cōtenta fuerint à principali adimpleta.*

13 *Deliberatio vigore mandati executiui A.C. non adhibitis tribus licitatoribus nulla eſt.*

14 *Item dicitur nulla, & ſpoliatiua ſi in ea ſeruata non fuit forma mandati executiui de deponendo prætio pro ſatisfaciendis creditoribus.*

15 *Forma conuentionis inter contrahentes ſeruanda eſt.*

16 *Maritus vendere nequit rem propriam vxoris abſque illius ſpeciali mandato.*

17 *Reintegratio competit ſpoliato non obſtante exceptione boni Iuris ſpoliatoris, niſi de ea conſtet per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam.*

18 *In Iudicio ſpolij locum non habet regula dolo petis, quod ſtatim reſtituturus es.*

19 *Spolium Iudiciale eſt purgandum, quamuis ſpoliator poſſit ex alia cauſa retinere.*

20 *Fructus rei melioratæ debentur melioranti.*

DECISIO CLXXIX.

SVB die 14. Decembris 1643. Rota dixit conſtare de re iudicata ſententiæ latæ ab A.C. abſolutoriæ Eliſabeth ferræ, & litis conſortum à reintegratione petita per Siluanellos ad domum de qua agitur, quia lapſa fuerant fatalia ad proſequendam appellationem, & ſententia eſt valida, & iuſta cum Eliſabeth ſuffragetur fideicommiſſum paternum, & nullitates tunc adductæ contra mandatum executiuum, & aliud de aſſociando non ſubſiſtant.

Repropoſita deinde cauſa ſuper eiſdem die 18. Aprilis proximè præteriti reſponſum fuit, quod videretur de bono iure, ſuper quo aſſumpta hodie cognitione cenſuerunt Domini conſtare de bono iure illorum de Siluanellis, ad effectum vt ipſis concedi debeat reintegratio, & ſic receſſerunt à deciſis.

Fundant enim Siluanelli intentionem ſuam in venditione huius domus ſibi facta ab Antonio nomine Eliſabeth vxoris, & poſſeſſione ſucceſſiue capta, quam (vt pars aduerſa non negat) continuarunt donec fuerunt ſpoliati vigore dicti mandati executiui, ac de aſſociando nulliter, & iniuſte, vt infra dicetur, relaxati poſt quam domus valorem auxerant pluribus melioramentis, propter quæ ſtante ſpolio intereſt ipſorum ad poſſeſſionem eiuſdem domus reintegrari, quia cum melioraverint bona fide † dum titulo emptionis poſ-
1 ſidebant competit illis retentio quouſquè reficiantur *l. ſi in aream in fin. ff. condit. indeb. Iaſ. in l. ſi non ſortem §. ſi certum num. 10. ff. eod. Bald. in l. in fundo in 4. notab. ff. rei vendic. Eugen. conſ. 85. num. 97. & ſeqq. lib. 2. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 112. num. 1. Buratt. deciſ. 169. num. 11.*

De melioramentis autem conſtat, quia tum ex teſtibus examinatis in partibus tum ex iſtrumentis locationum antecedentium, & ſubſequentium probatur ſtatus anterior do-
2 mus, † eiuſquè poſterius augumentum, cum teſtes deponant nedum de expenſis factis pro conſtruenda domo in ſitu proximo conceſſo conſtruenti à bon. mem. Cardinali Gallo tunc Protectore Almæ Domus Lauretanæ; ſed etiam pro amplianda hac ipſa domo controuerſa deſtinata ad vſum furni, eiuſquè affictum annuum ſolitum non excedere ſcuta 40. vel 45. creuiſſe ad 195. quod incrementum probatum etiam ex iſtrumentis locatio-
3 num tribui debet dd. expenſis factis † à Siluanellis poſſeſſoribus, quia ità deponunt ipſorum teſtes, & vt ponderauit *Rot. in deciſ. 153. numer. 15. coram Reuerendiſſimo Vrgelien.* non eſt credendũ ſolo beneficio temporis, quod modicum interceſſit, ſed potius ex melioramentis valorem domus fuiſſe tanti auctum.

Maximè quia ex decreto Protectoris Almæ Domus non poterat affictus augeri niſi ex capite melioramentorum, & ipſi teſtes examinati exaduerſo teſtantur Siluanellum conſtruxiſſe alias ſtantias ſuper furno cum quibus concordant alij tres teſtes examinati in Curia,
4 qui licet exaduerſo nulliter examinati † dicantur faciunt ſaltem magnum adminiculum *Caputaqu. deciſ. 208. num. 6. & ſeq. part. 2. Buratt. deciſ. 376. num. 13. deciſ. 593. nu. 6. Rot. inter recent. deciſ. 283. num. 4. part. 7.*

Non obſtant exceptiones contra teſtes examinatos in partibus ex quo enim primus ſit
5 creditor † non prohibetur teſtimonium ferre pro debitore cum non agitur in cauſa pignoris *Alex. in l. ſi cui §. fin. ante fin. ff. legat. 1. Iaſ. ibid. num. 18. in fin. & num. 19. & in l. ſi quis nec cauſam nu. 14. ff. ſi cert. petat. Felin. in cap. inſuper num. 15. in fin. de teſtib. Cotta in memorial. verb. creditor poteſt in cauſa ſui debitoris Anchar. quæſt. 32. num. 14.* vbi teſtatur de recepta opinione *part. prima Campeg. de teſtib. regul. 102. verſ. 3. fallit cum alijs allegatis à Farinaccio eodem tract. quæſt. 60. num. 316. & 318. vbi de magis comuni, & nu. 319.* ampliat quando vt in caſu noſtro creditor ſatisfieri poteſt ex alijs bonis debitoris. Quod ſecundus acceſſerit ad ſe examinandum re-
6 quiſitus non minuit fidem, quia fas eſt † requirere teſtes vt ſe examini ſubijciant, & pro veritate interogatis reſpondeant *Farinacc. d. tract. quæſt. 57. num. 266. Seraph. deciſ. 1147. num. 4. & 5. Add. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 570. num. 9.*

Non obſtat quod ſecundus teſtis non videatur deponere in ſpecie de expenſis factis ac de augumento affictus, nam quatenus opus ſit ſupletur ex iſtrumentis locationum, & alijs teſtibus ſupra ponderatis, & ad obtinen-
7 dam retentionem rei melioratæ, † qui eſt præcipuus effectus præſentis iudicij non eſt neceſſe quod valor melioramentorum ſit plenè iuſtificatus, ſed ſufficit probatio in genere *Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 112. num. 20.* poſt quam autem meliorantes fuerint reintegrati, poterit illis præfigi terminus ad liquidandum
8 in ſpecie † iuxta ſtylum Curiæ de quo teſtatur *Put. deciſ. 361. in fin. lib. 2. in correct. & dec. 10. de re iudic. Caualer. deciſ. 86. num. 4. & 5.*

Minus obſtant teſtes deponentes de melioramentis factis à Ghinellis cum impenſa ſcutorum 500. & relatio executoris quod domus tempore factæ executionis erat ruinoſa, quia teſtes vtriuſquè partis ad inuicem conciliantur, cum examinati pro Ghinellis deponant de melioratione partis anterioris domus poſt expulſionem Siluanelli, alij verò teſtes de melioramentis à Siluanello ante quam expelleretur factis ſuper parte poſteriori domus vt declarant primus, & ſecundus teſtes remiſſoriales in ſummario Siluanellorum *ſub num. 4. in fin.* Nec ſola impenſa ſcutorum 500. facta à Ghinellis efficere poterat vt penſio domus à ſcutis 40. vel 45. creſceret vſquè ad 195. Relatio

9 latio autem executoris † non emanata in actu executionis ſed ex interuallo, & ſuper actu de præterito non probat *Alex.conſ.241.nu.6. lib.6. Buratt.deciſ.270. num.3. cum alijs allegatis in Romana pecuniaria 12.Decembris 1642. coram R.P.D. meo Cerro.*

Quod verò Siluanelli fuerint ſpoliati à Iudice ſiue in vim mandati executiui contra eos relaxati, & deliberationis inde ſecutæ ſiue mandati de aſſociando, ità vt veniant reintegrandi apparet ex vtriuſquè Iudicij nullitate,
10 & iniuſtitia, nam Iudex † non ritè, & rectè procedens dicitur ſpoliare non ſecus ac perſona priuata *Abb. in cap. conquerente ſub num. 8. de reſt. Spoliat. Roland.conſ.6.num.33.lib.3.Rot.dec. 105.num.5. & ſeqq. coram ſan.mem.Greg.XV. dec. 648. ſub num.1.part.3.dec.113.nu.9. & 10.par.7. recent.*

Vtrunq; ſiquidem mandatum laborat defectu citationis cum non iuſtificetur fuiſſe citatos principaleſmet, vt alias ſupponebatur, & de mandato Ghirardelli qui citatus fuit tanquam procurator non conſtet, niſi ex ipſius
11 aſſertione † in duabus comparitionibus, cui de hoc non creditur *Imol. conſ.91. num.1. Dec. conſ.510.num.2.Marſil ſingul.471.nu.2.& in rubr. Cod.de probat.num.309.Gratian.diſcept.948.nu.15.*
12 Cumquè Ghinelli non adimpleuerint † contenta in dictis comparitionibus Ghirardelli eò minus illis vti poſſunt ad ſubſtinendum iudicium ex mandato comparentis ad tradita *per Cagnol. in l.ſingularia num.33.ff. ſi cert.pet.Bellon. deciſ. Ianuen. 1.num.18.*
13 Præterea deliberatio eſt nulla, † tum quia non præceſſerunt tres licitatores vt requiritur quando vt hic deuentum fuit ad deliberationem vigore mandati executiui A.C. *Gratian. diſcept.739.num.22. Rot.deciſ.113.num.14. part.7. rec. & in Romana ſpolij Domus 19. Ianuarij 1617. coram Eminentiſs. D. Cardinali Io: Baptiſta Pamphilio in Anconitana prædij 18. Iunij 1642. coram me*; tùm etiam, quia prætium ex inde redactum ſolutum fuit ſimpliciter, & abſolutè
14 Ghinellis, contra formam mandati executiui † in quo præcipiebatur quod prætium deponeretur in Monte Pietatis pro ſatisfaciendis creditoribus, vnde reſultat notoria nullitas, & ſpolium *Gratian.diſcept.318.num.8.vbi refert deciſum in Maceraten.ſpolij 4. Iunij 1611. coram bon. mem. Manzanedo Patriarcha Hyeroſolimitano.*

Mandatum pariter de aſſociando vltra defectum citationis laborat euidenti iniuſtitia, quia relaxatum fuit ad effectum retinendi donec Ghinelli ſatisfacti fuerint de prætio domus, quod ex diametro repugnat apocæ venditionis, cui mandatum innititur, cum ibi conuentum fuerit quod prætium remaneat penès emptorem titulo cenſus perpetui pro euictione domus, & ſecuritate ipſius empto-
15 ris, & ſeruari debuit † forma conuentionis *l.1.ff.pact.Aym.conſ.31.ſub nu.7.Barz.deciſ.Bonon. 90.num.1.& ſeqq. & deciſ. 139.num.1.& 4.*

Non obſtat quod domus ſubiecta ſit trictiſſimo fideicommiſſo ad fauorem Eliſabeth,
16 nec potuerit per Ghinellum eius virum † vendi abſquè ſpeciali mandato vxoris, quia de his agendum erit in alio iudicio, interim autem ſpoliati in primis, & ante omnia rein-
17 tegrandi ſunt † etiam ſi iura ſpoliantium talia forent, vt eorum vigore ſtatim deberent immitti, niſi Canonizata ſint per confeſſionẽ partis, aut rem iudicatam *Ciriac. contr. 389. num.15. & 18. Rot.dec.3.num.1. in fin. & ibi add. num.6.de reſt.ſpoliat.in nou. dec.537. num.5. par.1. dec.741. num.5.par.2.recent.Seraph. dec.983. nu.7.*
18 *Caualer.deciſ.384.nu.6.* quia in iudicio ſpolij † non habet locum regula dolo petis quod ſtatim reſtituturus es *Peregr. conſ.2.numer.62.lib.1. Ciriac. dicta controu.389.num.16. Coccin. deciſ.97. num.2.Buratt.deciſ.731. num.1.& 2. Rot.dec.105. num. 10. coram ſan. mem. Greg.XV. & in Peruſina ſpolij 18. Iunij 1642. coram R.P.D. meo Rojas.*

Eò magis quia Eliſabeth, vt declarauit iudicialiter eius procurator, non eſt ingreſſa poſſeſſionem vigore fideicommiſſi, ſed mandati executiui, & de aſſociando, quorum
19 ſpolium purgandum eſt, † quamuis ſpoliator poſſet ex alia cauſa retinere, *Bart. in l. ſi non ſortem §. ſi centum num.5.ff. condict. indeb. Surd.deciſ. 46. num.12. Caual. deciſ.539. numer.4. deciſ.543. num.3. & fuit dictum in Romana Domus 24. Maij 1619. coram bon. mem. Vbaldo Seniori.* Et quia multa adducuntur ad ſubſtinendam venditionem ſuis loco, & tempore diſcutienda, teneanturquè Ghinelli reſtituere ſaltem fructus
20 melioramentorum quos perceperunt, † quia debentur melioranti *Gabr.conſ.151.num.9.lib.1. Burſatt. conſ. 85. num.37. Molin. de contract. diſp. 463. numer.9. Mant. de tacit. lib. 5. tit. 7. nu.26. Antonin. de Amat.reſol.14.num.74.Gamma dec.96. num. 3. Rot. deciſ.435. num.15. part.1. deciſ.130. num.17.part.7. recent.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

BRITINORIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 13. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Teſtator vocans hæredes alicuius cenſetur vocaſſe deſcendentes, ſi ex circumſtantijs ex teſtamento reſultan. apparet reſpexiſſe ad conſeruationem bonorum in familia. Et ex quibus deſcendentia ad hunc effectum probetur?

SVMMARIVM.

1 *Teſtator vocans hæredes alicuius, ſi ex circumſtantijs teſtamenti apparet illum reſpexiſſe ad conſeruationem bonorum in familia, tunc cenſetur ſub nomine hæredum voluiſſe deſcendentes comprahendere.*

2 *Deſcendentia ad effectum ſucceſſionis, & quando verſamur in antiquis probatur ex Teſtibus de auditu, & de publica voce, & fama.*

Item de communi tractatu, ac confeſſione Teſtatoris, quæ contra cauſam ab eo habentem ſatis probat, & num. 3.

4 *Item*

4 *Item probatur ex pluribus enunciatiuis metam plurium annorum excedentibus*

5 *Ex effectu fraternitatis, quis dicitur ex eodem patre filius.*

6 *Tutela legitima agnatorum, quibus defertur?*

7 *Deſcendentia ad effectum ſucceſſionis probatur leuioribus probationibus.*

8 *Confeſſio propria præualet, ac maior eſt omni probatione.*

9 *Teſtes examinati cum legitimo contradictore probant contra omnes*

10 *Citandus non eſt qui non habet ius coequale, ſed tantum ſuccedaneum, & conſecutiuum.*

DECISIO CLXXX.

LVDOVICO, & litis conſortibus filijs Baldaſſaris deciſum alias fuit ſub die 24. Martij 1642. coram me dandam eſſe immiſſionem ex fideicommiſſo Hyeronimi ad quod vocati erant hæredes Baldaſſaris ſenioris, quia cum non conſtaret duos adfuiſſe Baldaſſares, ſatis erat actoribus probaſſe ſe filios Baldaſſaris abſque qualitate ſenioritatis ex allegatis in dicta deciſione. Et quamuis hodiè informates pro Hoſpitali reo Conuento ex pluribus probauerint fuiſſe in rerum natura alium Baldaſſarem defunctum circà annum 1540. adhuc tamen poſt binã propoſitionem cauſæ ſuper eiſdem Rota cẽſuit dandam eſſe immiſſionem præfatis Ludouico, & litis conſortibus, quia & à dicto Baldaſſare ſeniore deſcendentiam probant, & Teſtator vocando
1 hæredes † iunctis circumſtantijs teſtamenti, ex quibus apparet illum reſpexiſſe ad conſeruationem bonorum in familia voluit deſcendentes compræhendere, *Corn. conſ. 59. num. 17. lib. 2. Caſſan. conſ. 07. num. 20. Socc. conſ. 57. num. 5. lib. 3. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 339. num. 1. ſeqq.*

Probant ſiquidem ex Teſtibus Hyeronimum teſtatorem, & Baldaſſarem iuniorem ipſorum patrem fuiſſe fratres patrueles, & cum Teſtes deponant ne dum de auditu, & publica voce, & fama, quæ ſufficiens videtur
2 quando agitur de deſcendentia † ad effectum ſucceſſionis, & verſamur in antiquis vltrà ſexaginta annos, *Alex. conſ. 90. num. 8. & 9. lib. 6. Pariſ. conſ. 23. num. 252. verſ. quia licet lib. 1. Put. deciſ. 406. per tot lib. 2. Buratt. deciſ. 147. numer. 5. cum alijs allegatis per Maſcard. de probat. concl. 511.*
3 *num. 5. & 6.* ſed etiam de communi † tractatu, & confeſſione ipſius Hieronymi plenam fidem faciunt contra Hoſpitale ab eodem Hieronymo cauſam habentem, *Ruin conſ. 50. nu. 13. lib. 1. Aret. conſ. 112. nu. 1. Rot. deciſ. 37. nu. 2. deciſ. 120. nu. 1. part. 2. recent. & in ſpecie deciſ. 157. ſub num. 1. verſ. præſertim. part. 1. deciſ. 88. numer. 3. part. 7.*

Exindè autem reſultat vlterius probatio, quod Ludouicus Baldaſſaris iunioris pater, & Blancus pater Hieronymi Teſtatoris erant fratres germani, & in neceſſarium antecedens quod idem Ludouicus fuit filius Andreæ, à quo deſcendere dictum Blancum Hieronymi patrem fatetur pars aduerſa, & patet ex tribus enunciatiuis emiſſis, altera in teſtamento Rodulphi filij Baldaſſaris ſenioris de anno 1541. *Summ. Hoſpit. num. 8.* ibi, *æquis portionibus Blancum q. Andreæ &c. eius nepotem*, qualis erat Blancus pater Hieronymi. Altera in Inſtrumento anni 1647. *d. Summ. num.* 10. ibi, *à Blanco q. Andreæ.* Tertia in inſtrumento anni 1557. ibi, *permutarunt Blanco q. Andreæ &c. d. Summ.*
4 *num. 11.* ex quibus enunciatiuis † excedentibus tempus 90. annorum benè probatur quod Andreas fuit pater Blanci, ex allegatis per *Maſcard. d. concluſ. 511. num. 5. & 6. Rot. deciſ. 359. num. 23. part. 7. recent.* probato enim quod Blancus fuit filius Andreæ, ſequitur quod etiam
5 Ludouicus illius frater germanus † ſit eiuſdem Andreæ filius per ea quæ tradit, *Agnel. in auth. vt liceat matri, & auie §. primo verſ. ad hæc in fin. Cott. in memor. verb. ſententia data pro vno Tiraquell. de nobil. cap. 17. num. 3. Rot. in proximis terminis deciſ. 284. numer. 3. part. 1. recent. & in puncto deciſ. 75. numer. 3. inter impreſſ. poſt Viuian. de Iurepatr.*

Quod vero Andreas fuerit filius Baldaſſaris ſenioris patet ex ipſa arbore data pro parte Hoſpitalis. Et prædicta adminiculantur ex alio inſtrumento anni 1557. Summ. Ludouici num. 4. in quo legitur Hieronymum teſtatorem vti agnatum interueniſſe contractui celebrato ab Andrea iuniore, & Riccio filijs Io: Antonij nati ex Benedicto filio Baldaſſaris ſenioris, quorum filiorum Io: Antonij tutor erat Ludouicus Baldaſſaris iunioris pater, ac Hieronymi teſtatoris patruus, agnatio enim Hieronymi ergà dd. filios procedit à deſcendentia a Baldaſſare ſeniore communi ſtipite, & cum d. Ludouicus fuerit eorumdem filiorum legittimus tutor ſequitur, quod & ipſe ab eodem comuni ſtipite deſcedat, quia alio-
6 quin non fuiſſet illi † delata legitima tutela agnatorum *ad tex. in §. primo Inſt. de legitt. agnat. tutel.* Ex quibus omnibus ſimul iunctis videtur
7 ſatis probata deſcendentia † actorum à Baldaſſare ſeniore ad effectum ſucceſſionis, ad quẽ effectum ſufficiunt leuiores probationes, *Gemin. conſ. 27. num. 8. & ſeqq. Seraph. deciſ. 1282. n. 6. Buratt. deciſ. 260. num. 8. & 9. Rot. inter recent. deciſ. 331. num. 14. part. 6.*

Non obſtat quod in aliquibus iſtrumentis
8 Hieronymus teſtator enuncietur filius Blanci de Birris abſque aliqua mentione Baldaſſaris ſenioris, quia regulariter fieri non ſolet mentio niſi patris, & cum etiam Baldaſſar ſenior eſſet cognominis de Birris, iſta identitas cognominis potius confirmat, quæ dicta ſunt de deſcendentia Hieronymi à Baldaſſare ſeniore, & quatenus in inueſtitura anni 1519. Blancus pater Hieronymi enunciatur filius Georgij, error quoad Georgium conuincitur ex ſupradictis pluribus enunciatiuis, & arbore partis aduerſæ, quæ probant Blancum fuiſſe filium Andreæ. Prout nec facit quod in compromiſſo anni 1542. Ludouicus Baldaſſaris iunioris pater enuncietur filius Ioannis Blanci, quia vel compromiſſum loquitur de alio Ludouico, vel enunciatiua eſt euidenter erronea, cum contrarium probetur ex cõfeſſione ipſius Hieronymi teſtatoris ſuperius dedu-

8 deducta, & probata per teſtes, quæ † prævalet,
& maior eſt omni probatione, *cap. per tuas de probat. l. cum te vbi DD. cod. tranſact. l. generaliter Cod. non num. pecun. cum vulgaribus*.

Non obſtant nullitates examinis teſtium, quia reiectæ ſunt in alia deciſione §. *non obſtant nullitates, & ſeqq.* quam Domini approbarunt etiam in ea parte, qua firmatur Teſtes alias examinatos de anno 1634. cum legitimo
9 contradictore probare † contra Hoſpitale, quia cum Hoſpitale ſuccedere prætendat per deficientiam eorum, inter quos de dicto anno lis agebatur non dicitur tunc temporis ha-
10 buiſſe ius coequale, † ſed ſuccedaneum, ſeù conſecutiuum, ideòque citari non debuit, vt per *Pimellum Gomeſ.*, *& alios ibi allegatos*.

Et ità deciſum vtraque &c.

GERVNDEN. CAPPELLANIAE.

Lunæ 13. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Subrogato gratioſè in Ius, & poſſeſſionem defuncti non datur ex illius poſſeſſione manutentio, niſi doceat de actuali apprehenſionè, nam ſubrogatio operatur, vt quando defuncto competeret manutentio, ſubrogato detur immiſſio.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex publico Inſtrumento illius apprehenſionis, alio non poſſidente.*

2 *Et in dubio quis poſſidere non præſumitur, niſi contrarium probetur.*

3 *Subrogatus in ius, & poſſeſſionem defuncti, eſto quod defunctus eſſet manutenendus non tamen poteſt petere manutentionē, niſi doceat de actuali apprehenſione, & ſubrogatio operatur, vt quando defuncto competeret manutentio, ſubrogato detur immiſſio.*

4 *In poſſeſſorio ſummariſſimo non eſt diſcutiendum de iuſtitia titulorum. ſed interim manutenendus eſt qui poſſeſſionem probat.*

5 *Amplia etiam ſi de titulo non doceat.*

DECISIO CLXXXI.

IN poſſeſſione Capellaniæ, maioris in Eccleſia Collegiata Sancti Felicis vacantis per obitum Petri Caſes reſponſum fuit dandam eſſe manutentionem Laurentio Franceſe, quia de ſua poſſeſſione docet ex publico
1 iſtrumento, † quod alio non poſſidente probat poſſeſſionem manutenibilem, *l. prædio* : *&* ibi, *DD. ff. acq. poſſeſſ. Coccin. deciſ. 14. num. 5. ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 138. num. 1. Buratt. deciſ. 375. num. 1.*

2 Quod autem alius non poſſideret † præſumitur niſi contrarium ex aduerſo probetur, *Seraph. deciſ. 322. num. 2. Rot. deciſ. 513. ſub num. 3. verſ. quia fuit reſponſum iuncto verſ. quod non probatur part. 1. recent. deciſ. 746. numer. 1. coram bon. mem. Buratt. & in Hiporegien. Capellæ Sancti Marci 16. Aprilis 1609. coram bon. mem. Penia relata ab adden. ad ſan. memor. Gregor. XV. deciſ. 268. ſub num. 10.*

Nec huiuſmodi manutentionem impedire poteſt Villa, qui prætendit habere ſubrogationem gratioſam in ius, & poſſeſſionem defuncti, quia eſto quod defuncto ſi viueret danda
3 eſſet manutentio, † non ideò ex eius poſſeſſione manutenendus eſt ſubrogatus, niſi doceat de actuali apprehenſione, & ſubrogatio operatur quando defuncto competeret manutentio ſubrogato detur imiſſio, vt fuit deciſum in *Lucana Maiaſculatus 25. Aprilis 1587. coram bon. mem. Orano, & in Toletana Parochialis 24. Iunij 1604. coram bon. mem. Sacrato*, quam refert *Modernus Bononien. in tract. de acq. poſſ. quæſt. 18. art. 2. num. 99. & in Sancti Marci penſionis 30. Ianuarij 1612. coram eodem Sacrato impreſſa apud Marches de comiſſ. tom. 2. fol. 486.*

Prout nec obſtat quod Gaſpar Tauerner habeat collationē ab Ordinario, quia etiā Laurentius habet collationem ab Abbate, & in hoc ſummariſſimo poſſeſſorio non eſt diſcutien-
4 dum † de iuſtitia titulorum, ſed interim manutenendus eſt, qui poſſeſſionem probat, *Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 33. num. 23. Seraph. deciſ. 287. num. 4.* cum alijs allegatis *per Modern. Peruſ. de manutenen. obſer. 46. numer. 18. & 19.*
5 Etiam † ſi de titulo non doceat, *Rot. deciſ. 698. num. 3. part. 2. recent. deciſ. 242. nu. 16. inter impreſſ. poſt Cim. de cenſib. deciſ. 323. nu. 2. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 112. nu. 8. deciſ. 328. numer. 8. apud Modern. d. tract. & fuit dictum in Valuen. Canonicatus 30. May proximè præteriti coram R. P. D. meo Cecchino.*

Et ita deciſum vna tantum parte informante, altera pluries citata per contradictas.

MEDIOLANEN. BENEFICII.

Veneris 17. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Sequeſtrum contra reſignantem decretum expediri poteſt contra reſignatarium, cui lite pēdente fuit facta reſignatio, nam ex conſtitutione Gregorij XIII. 85. §. 6. in Bullar. tom. 2. fol. 470. cauetur ne per huiuſmodi reſignationes lite pendente factas differatur litis proſecutio ſuper poſſeſſione, vel proprietate beneficij conceditur, litiganti, vt poſſit ad vlteriora procedere eodem modo, ac ſi reſignatio facta non fuiſſet. Papa licet non attentet prouidendo lite pendente in Rota attentat tamē prouiſus petendo executionem coram Executore.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio facta lite pendente non impedit quin contra reſignatarium lis proſequi valeat eo modo quo potuiſſet contra reſignantem, ac ſi reſignatio facta non fuiſſet ita diſponente Conſtit. Gregorij XIII.*

75. in

75. in ordine §. 6. regiſtrat. in Bullar. tom. 2. fol. 470.

2 *Itaut decreta reportata contra reſignantem poſſint exequutioni demandari contra reſignatarium quamuis non citatum, qui ſolum venire poteſt ad cauſam in ſtatu & terminis quibus cauſa reperitur.*

3 *Sequeſtrum ſuper beneficio litigioſo decretum contra reſignantem poteſt exequutioni demandari contra reſignatarium, ac ſi reſignatio nō emanaſſet, ne aperiatur via fraudibus, quibus occurrere voluit Conſtitutio Gregoriana edita contra reſignantes beneficia litigioſa.*

4 *Amplia præſertim quando tam reſignans, quam reſignatarius habuerunt ſcientiam litis, quæ reſultat ex narratiua ſupplicationis Papæ porrectæ ad inſtantias vtriuſque, qui reſignationem admiſit cum clauſula* ſine præiudicio litis pendentis &c.

5 *Clauſula ſine præiudicio litis pendentiæ, ac iurium præſeruat iura in litem deducta, itaut is, ad cuius fauorem emanauit agere poſſit ad reuocationem attentatorum.*

6 *Reſignatarius mediante reſignatione dicitur ſubrogatus in Ius reſignantis.*

7 *Reſignatarius tenetur ad purgationem attentatorum quæ reſignans commiſerat.*

8 *In beneficialibus non datur ſucceſſio, ſed nouum Ius creatur.*

9 *Tertius non tenetur ad purgationem attentatorum.*

10 *Limita non procedere quando tertius cauſam habet à collitigante.*

11 *Reſignatarius ad effectum purgationis attentatorum dicitur cauſam habere à reſignante.*

12 *Acceptans gratiam qualificatam afficitur qualitate ipſi gratiæ per concedentem adiecta.*

13 *Papa prouidendo beneficium litigioſum nō attentat, prouiſus vero comparens coram Executore attentare dicitur inſpectum litis pendentiæ.*

14 *Limita non procedere quando concurrit conſenſus alterius partis, in iuriſdictionem executoris: conſenſus tamen non elicitur ex comparitione cum præſeruatiua proteſtationum, & exceptionum comparenti competentium.*

15 *Deciſiones iuxta ſtylum ſupponendæ ſunt, nec debent indirectè ad trutinam reuocari.*

16 *Inſtitutio Iudicialis dicitur quæ emanauit per ſententiam præuia citatione, & contradictione oppoſitorum, cum omnia ad formalitatem Iudicij concurrant, nempe actor, reus, & Iudex.*

17 *Inſtitutio an ſit Iudicialis, vel extraiudicialis non pendet ſimpliciter à legitima cognitione cauſæ, ſed à formalitate litis pendentiæ, itaut ſi lis pendeat & iudiciarius ordo ſeruetur inſtitutio dicatur Iudicialis, ſecus vero in caſu contrario.*

18 *Clauſula cum* facultate manutenendi quem de Iure tranſfert *in Iudicem ad quem, cognitionem validitatis poſſeſſionis an ſit attentata nec ne.*

DECISIO CLXXXII.

EMANAVERAT ad iſtantiam Marliani cōtra Cribellium coram bo. me. Merlino decretum Rotale ſequeſtrationis fructuum ac poſſeſſionis beneficij de quo agitur tanquam attentatę necnon deciſio coram me Iudice appellationis d. decreti confirmatoria, quando idem Cribellius beneficium reſignauit ad fauorem Io: Baptiſtæ Lambrugij cum reſeruatione penſionis librarum 350. pro Io: Cluſiano quam tamen reſignationem Sanctiſsimus admiſit & reſignatarium reſpectiuè de beneficio prouidit ſine præiudicio litis pendentiæ & iurium Bartholomæi Marleani, & aliorum inter quos & reſignantem lis pendebat in Rota.

Hinc Marlianus petijt expediri contra Lābrugum cauſam cōfirmationis ſequeſtri alias vt ſupra decreti contra Cribellium & diſputato hodie deſuper dubio fuit affirmatiuè reſponſum, Cum enim ex Conſtitut. 86. felic. record. Gregor. XIII. §. 6. regiſtrata in Bullar.
1 tom. 2. fol. 470. † ne per reſignationes turbari valeat vel differri litis proſecutio in beneficijs ſuper poſſeſſione, vel proprietate litigioſis cōcedatur litiganti vt poſſit ad vlteriora procecedere eodem modo & ordine quo potuiſſet ſi reſignatio facta non fuiſſet, & decreta quæ
2 reportauerit executioni demandentur contra reſignatarium, quamuis non citatum, qui valeat venire ad cauſam in illis ipſis ſtatu, & terminis in quibus illa reperitur, inde ſequitur, quod decretum ſequeſtri relaxati contra Cri-
3 bellium † confirmari debeat & executioni demandari contra Lambrugum, ac ſi reſignatio facta nō fuiſſet, ne alioquin aperiatur via fraudibus, quibus Pontifex in dicta Conſtitutione voluit occurrere aduerſus reſignantes beneficia litigioſa, & reſignatarios de illis prouiſos. Eo magis, quia vterque ſciuit pendentiam
4 litis in Rota, † quam in ſupplicatione porrecta Sanctiſs. pro admiſſione reſignationis, & reſpectiuè prouiſionis narrauit, & Sanctiſs. annuit cum clauſula *ſine præiudicio litis pen-*
5 *dentiæ* † *& iurium Marliani*, quæ præſeruat etiam ius procedendi ad reuocationem attentatorum, & quodcunque aliud Marliano cōpetens ratione dictæ litis *Pariſ. conſ. 23. nu. 142. lib. 1. conſ. 70. num. 18. lib. 3. Rot. deciſ. 419. numer. 3. par. 1. recent. deciſ. 557. num. 15. & ſeqq. par. 5.* quæ licet loquatur in terminis ſubrogati, vtique applicatur contra reſignatarium, quia mediā-
6 te reſignatione dicitur ſubrogatus † in ius re-
ſignantis, ideoque tenetur ad purgationem
7 attentatorum † quæ reſignās commiſerat, vt in puncto *Pariſ. de reſignatione lib. 1. quæſt. 15. numer. 41. & ſeqq. vbi refert deciſum in Camericen. Archidiaconatus 13. Nouembris 1558. teſte Card. Paleotto deciſ. 116. in manuſcrip. Lancell. de attent. par. 2. ampl. 5. in fin. & par. 3. cap. 29. nu. 103.*

Vnde non obſtat, quod in beneficialibus
8 non † datur ſucceſſio, ſed nouum ius creatur,
9 quodque tertius † non tenetur ad purgationem attentatorum, Quia hoc limitatur quan-
10 do tertius † habet cauſam à collitigante, *Abb. in cap. bona num. 17. verſ. aut appellatio de appellat. Prapoſ. ibid. num. 18. verſ. vel aliter Cæſar. de Graff. deciſ. 6. num. 9. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. in Beneuentana Cenſus 16. Iunij 1594. coram bon. mem. Corduba, & in Camerinen. Iuriſpatronatus 15. Nouembris 1599. coram bon. mem. Card. Sacrato*, prout
11 habere dicitur † reſignatarius à reſignante ex *Pariſ. & alijs ſupra alleg.* & cum Papa in creatione

tione iuris ad fauorem reſignatarij præſeruauerit iura litis pendentiæ competentia Marliano, illa creatio ſic qualificata traſtulit in reſignatarium paſſiuè omnia iura Marliani, quibus reſignatarius videtur ſe ſubieciſſe dum talem gratiam acceptauit, tum acceptans
12 gratiam † qualificatam afficiatur qualitate ipſi gratiæ per concedentem adiecta. *Put.deciſ.* 100.*num.*2.*lib.*2.*in Corr.Caualer.deciſ.*26.*ſub nu.*4. *Lotther.de re beneſ.lib.*1.*q.*35.*nu.*79.

Adeò quod pro expeditione cauſæ ſequeſtri contra Lamburgum concurrant, tum Conſtitutio Gregoriana, tum tenor reſignationis ac voluntas Papæ & ipſius reſignatarij, qui vlterius attentauit adeundo executorem pro executione ſuæ prouiſionis, quia ſtante litis pendentia in Rota quam Papa preſeruauit non potuit alium Iudicem adire abſque vitio attentatorum, vt in fortioribus terminis fuit *deciſum coram bon, mem. Coccino in Pientina Beneficij* 26. *Ianuarij* 1609. *quæ eſt inter eius impreſſas deciſ.*443.*nu.*3.*&* 4. *vbi allegantur concordantes.*

Nec obſtat, quod prouiſio Apoſtolica non ſit attentata, quia & ſi non attentauerit Papa
13 prouidendo, attentauit † tamen prouiſus petendo coram executore executionem prouiſionis, *Rot.in Terdonen. Iuriſpatronatus* 13.*Martij* 1616. *coram Eminentiſſ.D.Card. Io Baptiſta Pamphilio, & in Spoletana Abbatiæ* 19. *Decemb.* 1625. *coram bon.me.Coccino, cum alij allegatis per add. ad ſan.me. Gregor.XV. deciſ.*2. *num.*15. excuſari autem non poteſt eo quod etiam alia pars con-
14 ſenſerit † in iuriſdictionem executoris, & interuenerit eiuſdem executoris authoritas, *ad tradita in Florentina Iuriſpatronatus* 14. *Februarij* 1639. *coram bon.mem.Merlino*, quia ad probandum huiuſmodi conſenſum Marliani adducitur eius comparitio, quæ imò diſſenſum probat, cum habeat in ventre præſeruatiuam omnium exceptionum, & proteſtationum alias factarum, inter quas adeſt etiam exceptio litis pendentiæ in Rota.

Quæ verò informantes pro Lambrugo deduxerunt ad excludenda attentata commiſſa per Cribellium, viſa ſunt ſublata *ex deciſionib. coram bon.me.Merlino, & in alia coram me* 17.*Decembris* 1640. quæ iuxta laudabilem ſtylum
15 huius Sacri Tribunalis † ſupponendæ ſunt, nec debent indirectè ad trutinam reuocari; præſertim quia nituntur optimis fundamentis cum verſemur in terminis inſtitutionis iu-
16 dicialis † qualis dicitur, quæ emanauit per ſententiam præuia citatione, & contradictione oppoſitorum, quia tunc nihil deficit de formalitate Iudicij, cum adſint actor, reus, & Iudex *iuxta tex. in cap.forus de verb.ſignific.* vt bene declarat, *Rot. in Calaguritana Beneficij Sancti Ioannis de Molinar* 3. *Iulij* 1634. *coram bo.me. Coccino in fin.* vbi ſubditur, quod ex quo adeſt contradictio & inſtantia adhibenda eſt cauſæ cognitio, neque contrarium dicit, *Abb. in cap. conſtitutis* 46. *nu.*14.*de appell. & Lancell. de attent. par.*2.*cap.*12.*limit.*49.*num.*5. qui inſtitutionem
17 iudicialem vel extraiudicialem † non metiũtur ſimpliciter à cognitione cauſæ, ſed à formalitate litis pendentiæ, ita vt ſi lis pendebat & iudiciarius ordo ſeruatus fuit inſtitutio dicatur iudicialis, ſecus vero in caſu contrario, quando inſtitutio facta fuit cum ſummaria cauſæ cognitione.

Tandem non obſtat, aſſerta res iudicata, ſiue commiſſio cauſæ appellationis à ſententia ſupradicti executoris cum clauſula *non retardata executione*, quia imò cauſa fuit commiſſa in Rota *cum facultate manutenẽdi quem de iure*, quæ demonſtat durationem litis, & tranſtulit ad Iudicem ad quem cognitionem validitatis poſſeſſionis, & an ſit attentata nec ne, vt fuit reſponſum in alia deciſione coram me cum qua Domini in omnibus tranſierunt.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

FVLGINATEN. SALVIANI.

Lunæ 20. *Iunij* 1644.

ARGVMENTVM.

Cenſus impoſitus ſuper duobus fundis, quorũ alter prohibitus eſt hypotecari ſeu alienari tũc fructus peti nequeunt loco damnorum, & intereſſe donec probetur pro qua parte alter fundus ſit incapax, vel quatenus fructus petantur tanquam fructus cenſus ſuper fundo libero, non debentur abſolute, ſed proportionabiliter ad illius capacitatem, & facienda eſt hoc caſu diuiſio cenſus ſuper quolibet corpore cenſuali arbitrio Iudicis, quia veriſimile eſt, quod non quodlibet corpus capax ſit totius cenſus *deciſ.in Romana Cenſus* 30 *Iunii* 1641 *coram R.P.D.Cerro*, loquẽs de impoſitione cenſus ſuper pluribus corporibus declaratur, quo caſu procedat?

SVMMARIVM.

1 *Fructus cenſus quando petuntur loco damnorum & intereſſe ob. dolum impoſitoris in ſubiugando fundum alienari prohibitum, ſi tamen cenſus fuit impoſitus ſuper duobus fundis peti inequeũt donec probetur pro qua parte alter fundus ſit incapax cenſus.*

2 *Venditor ſi promiſit rem venditam eſſe liberam, quæ talis non eſt tunc emptor agere nequit, niſi in quantum aſſertio doloſa venditoris ſit ei præiudicialis.*

3 *Cenſus impoſitus ſuper duobus corporibus, vno exiſtente non idoneo tenet ſuper alio, non ſimpliciter, ſed proportionabiliter ad eius capacitatem.*

4 *In Saluiano non datur immiſſio ex probatione crediti in genere, ſed conſtare debet de illius ſpecifica, ac determinata quantitate.*

5 *Cenſus quando eſt impoſitus ſuper duobus corporibus, quorum alterum non eſt idoneum cum ſubſiſtneatur proportionabiliter ſuper altero, tunc facienda eſt diuiſio per Iudicem ſuper quolibet corpore cenſuali, quia veriſimile eſt quod non quodlibet corpus ſit capax totius cenſus, & num.*6.

7 *Cenſus aliquando imponitur ſuper pluribus corporibus, non quia quodlibet non ſit capax, ſed ad maiorem ſecuritatem emptoris.*

8 *Diuiſio fructuum inter Dominum & Colonum quomodo facienda.*

9 *Fun-*

9 *Fundus cenſitus quando non eſt capax totius cenſus tunc nulla habenda eſt ratio fructuum prouenientium ex alijs bonis impoſitoris pro ſolutione cenſus generaliter hypothecatis, quia hæc hypotheca non ſupplet incapacitatem fundi cenſualis.*

10 *Fundus cenſitus ex Bulla Piana debet certis finibus deſignari.*

11 *Deciſ. in Romana Cenſus* 10. *Iunij* 1641. *coram R. P. D. Cerro declaratur.*

12 *Cenſus impoſitus ſuper pluribus corporibus, quorũ alterũ ſi euincatur alia præſumuntur ſuppetere pro ſubſtinendo cenſu, donec inſufficientia allegetur ab allegante.*

13 *Creditor cenſus impoſiti ſuper duobus fundis vno tamen prohibito cenſuari, ſi pro conſecutione fructuum alleget alium fundum eſſe capacem totius cenſus tenetur capacitatem probare tanquam fundamentum ſuæ intentionis.*

14 *Creditor poſſidens bona debitoris præſumitur ex eis fructus percepiſſe.*

15 *Creditor poſſidens Iure pignoris non dominij tenetur fructus perceptos in eius creditum imputare.*

16 *Retentio non datur pro credito turbido.*

DECISIO CLXXXIII.

PRO fructibus cenſus impoſiti ſuper domo exiſtente in Ciuitate Fulginei,& ſuper prædio nuncupato la rotta delle Caue denegata fuit immiſſio ex vtili Saluiano interdicto Petro Auguſtino de Luntis ſub die prima Iulij 1643. quia ſuper domo cum eſſet prohibita alienari, & hypotecari cum clauſula irritanti alias &c. cenſus impoſitio fuit ab initio nulla, & ſuper prædio cenſus fuit extinctus per translationem eiuſdem prædij in dominium irreuocabile creditoris cenſus, vt latius in deciſione emiſſa ſub d. die.

Super qua hodie reaſſumpta diſputatione informantes pro Petro Auguſtino vtriq; fundamento acquieuerunt, ſed quoniam prædiũ cenſuale creditori acquiſitum non fuit niſi de anno 1641. inſteterunt pro fructibus antea decurſis pro quibus etiam hodie Rota denegauit immiſſionem. Nam aut hi fructus petuntur loco damnorum, & intereſſe propter do-
1 lum † impoſitoris in ſubiugando domum hypotecari ſeu alienari prohibitam, & cum cenſus fuerit impoſitus ne dum ſuper domo, ſed etiam ſuper prædio, peti non poſſunt donec probetur pro qua parte prædium ſit incapax cenſus; quatenus enim ſit capax ceſſat intereſſe, & præiudicium emptoris cenſus,& ex
2 aſſertione doloſa venditoris † quod domus erat libera agi non poteſt,niſi in quantum ſit præiudicialis emptori *Seraph. deciſ.* 1243. *nu.* 6. *Rot. in Romana non adimplementi* 7. *Nouemb.* 1597. *coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, in Romana Cenſus* 18. *Maij* 1579. *coram bo. mem. Card. Lancellotto quæ eſt deciſ.* 323. *inter impreſſ. poſt Cinc. ſecundum impreſſ. Thaurin. & in alia Romana Cenſus* 17. *Aprilis* 1598. *coram bon. memor. Penia impreſſa ibid. deciſ.* 56. *per tot. deciſ.* 505. *num.* 4. *coram ſa. me. Gregor. XV.*

Aut petuntur tanquam fructus cenſus conſiſtentis ſuper prædio, & cum cenſus ſu-
3 per duobus corporibus impoſitus † vno exiſtente non idoneo teneat ſuper alio non ſimpliciter ſed proportionabiliter ad eius capacitatem, *Cinc. de cenſ. par.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 3. *art.* 2. *num.* 21. *& par.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 3. *art.* 8. *nu.* 6. *& ſeqq. Rot. inter ibi impreſſas deciſ.* 72. *num.* 9. *Barz. dec. Bonon.* 56. *num.* 31. donec iuſtificetur an prædium ſit capax totius cenſus, vel pro qua parte incerta eſt quantitas fructuum quæ potuit decurrere, & conſequenter creditum remanet illiquidum, cum tamen ad obtinendam im-
4 miſſionem † in Saluiano non ſufficiat probare creditum in genere, ſed conſtare debeat de ſpecifica & determinata quantitate, *Roland. conſ.* 14. *num.* 13. *lib.* 1. *Grat. diſcep.* 22. *num.* 1. *Pacif. de Saluian. inſpect. prima cap.* 3. *& cap.* 5. *numer.* 51. *Rot. apud eumdem deciſ.* 203. *num.* 1. *& deciſ.* 743. *numer.* 9. *par.* 3. *dec.* 609. *ſub n.* 1. *&* 4. *p.* 4. *dec.* 576. *n.* 2. *par.* 5. *recent.*

5 Igitur præcedere debet diuiſio † cenſus ſuper quolibet corpore cenſuali, quam arbitrio Iudicis faciendam eſſe tradit, *Boccacc. de cenſib. par.* 1. *ſub nu.* 31. *verſ. & ſi non eſt facta Barz. d. deciſ.* 56. *num.* 32. & probatio capacitatis prædij, interim enim, quia cenſus impoſitus eſt ſuper pluribus corporibus veriſimile eſt,quod
6 non † quodlibet corpus ſit capax totius cenſus, *Cinc. de cenſ. quæſt.* 80. *num.* 4. *verſ. ſatis eſt veriſimile Ciriac. controu.* 541. *ſub nu.* 8. *verſ. igitur Thomat. deciſ.* 22. *num.* 6. *Rot. in Firmana Cenſus* 4. *Martij* 1641. *coram bo. me. Merlino*, §. *nec duæ ſalmæ in*
7 *fin.* licet aliquando imponatur ſuper † pluribus corporibus non quia quodlibet non ſit capax, ſed ad maiorem ſecuritatem emptoris *Nauarr. de vſur. quæſt.* 15. *nu.* 113. *Grat. diſcep.* 524. *num.* 24. Et hæc veriſimilitudo augetur in caſu noſtro, quia in inſtrumento cenſus prædium enunciatur ſtadiorum 50, quorum alternando culturam vt ſolet, ſeruntur ſingulis annis ſtadia 25. ad ſummum, & detracta medietate
8 fructuum ſpectante ad Colonum, † alia medietas ſpectans ad Dominum deductis expenſis, vt debet *Bonac. in his terminis de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 4. *puncto vnico ſub num.* 21. non eſt potens annuo cenſui ſcutor. 50. Nec habenda
9 eſt ratio † fructuum prouenientium ex alijs bonis impoſitoris, quæ pro ſolutione cenſus fuerunt generaliter hypotecata, nam hæc hypoteca non ſupplet incapacitatem fundi cenſualis, nec inſeruit pro ſubſtinendo cenſu vltra eiuſdem fundi capacitatem, quia ſic euitaretur periculũ peremptionis cenſus per interitum fundi, quod eſt contra Bullam Pia-
10 nam, quæ ideò requirit † vt fundi cenſuales certis finibus deſignentur, vt notat *Cinc. de cenſib. par.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 3. *art.* 1. *nu.* 7. *& ſeqq. Rot. ibid. deciſ.* 94. *num.* 3. & benè explicat *Filiucc. quæſt. moral. tom.* 2. *tract.* 35. *par.* 2 *cap.* 4. *num.* 292. *Bonac. dicta diſp.* 3. *quæſt.* 4. *punct. vnico ſub num.* 56. *Ciriac controu.* 540. *num.* 24. *Gabr. conſ.* 47. *nu.* 6. *lib.* 2. *Theſaur. iun. quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 32. *num.* 35.

11 Nec obſtat *deciſ.* † *in Romana Cenſus* 10. *Iunij* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro*, vbi quod ſi cenſus fuerit impoſitus ſuper pluribus corpori-
12 bus quorum alterum † euincatur, alia præſumuntur ſuppetere pro ſubſtinendo cenſu donec

donec inſufficientia probetur ab allegante, quia ibi non vnum, vt in caſu noſtro, ſed plura extabant corpora cenſualia, nec ex menſura enunciata in iſtrumento cenſus educebatur coniectura inſufficientiæ. Quin potius deciſio retorquetur, quia ſicuti in eo caſu vēditor cenſus, qui ad euitandam ſolutionem fructuum ob euictionem vnius ex fundis cenſualibus aliorum inſufficientiam allegabat, illam probare tenebatur, ità è conuerſo creditor cenſus impoſiti ſuper duobus fundis
13 vno † tamen prohibito cenſuari, qui vt conſequatur fructus à tertio poſſeſſore bonorum generaliter hypothecatorum alium fundum totius cenſus capacem allegat, tenetur capacitatem probare tamquam ſuæ intentionis fundamentum iuxta theor. *gloſſ. in l. cum de lege, ff. probat & in l. ſi vero §. qui pro rei verb. dubitetur, ff. qui ſatiſdar. cogant Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 6. n. 2. Tiraquell. de retract. conſang. §. 32. gloſſ. vnica n. 94. & ſeqq. Becc. conſ. 100. num. 22. & 23.* & in proximis terminis *Thomat. deciſ. 22. ſub num. 3. ibi, circa hoc; per actores nihil fuit deductum, ac probatum.*

Accedit quod Petrus Auguſtinus actor poſſedit plura bona debitoris cenſus, quorum
14 ideo fructus percepiſſe præſumitur, *Seraphin. deciſ. 1245. num. 6. Gregor. XV. deciſ. 50. num. 2. Buratt. deciſ. 173. num. 3.* Eoſque tenetur imputare
15 in † creditum cum non probet poſſidere iure dominij, *l. 1. Cod. pignor. act. Alex. conſ. 70. num. 7. lib. 7. Surd. conſ. 194. num. 10. & ſeqq. Buratt. deciſ. 160. num. 11.* Vnde redditur magis illiquidum creditum, & per conſequens inefficax ad obtinendam immiſſionem ex ſupra allegatis.

Quæ cum ſufficiant pro deneganda immiſſione ſuperfluum eſt inſiſtere retentioni præ-
16 tenſæ à reis conuentis pro credito Fauſtinæ, quod hodie redditur turbidum per productionem inſtrumenti ſolutionis, & quamuis replicetur, quod fuit reuocatum ex quo reuocata pariter fuit ſubhaſtatio bonorum de quorum prętio ſolutio facta fuerat poterit de his quatenus opus fuerit particulariter videri.

Et ità deciſum vtraquè, &c.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII.

Lunæ 20. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Poſt factam diſdictam Societatis officij ſi creditor partem fructuum pro futuro ſemeſtri recepit, non obſtante diſdicta adhuc Societas durare dicitur, itaut ſi creditor intrà illud Semeſtre decedat, Societas ſuperlucrata cenſetur, & ex quibus probetur receptio fructuum pro ſemeſtri in quo creditor deceſſit?

SVMMARIVM.

1 *Societas officij durare dicitur etiam poſt diſdictam, ſi creditor partem fructuum ea non obſtante recepit pro futuro ſemeſtri nam per huiuſmodi receptionem in neceſſarium antecedens ſupponitur illius perſeuerantia.*

2 *Societate durante, ſi creditor ſuper cuius vitæ periculo illa currit decedit ſuperlucratur ab officiali.*

3 *Fructus Societatis officij fuiſſe ſolutos pro ſemeſtri in quo creditor deceſſit probatur ex quietantia eiuſdem creditoris, quæ contra ipſum ſcribentem plenè probat.*

4 *Verbum futurum temporis denotans non includit præteritum.*

5 *Tempus determinato modo prolatum alterius temporis functionem non recipit.*

6 *Verba vnius temporis iuxtà voluntatem proferentis pro alio quandoque accipiuntur.*

7 *Fructus ſoluti præſumuntur non in cauſam ſortis principalis, ſed fructuum ſi tempore ſolutionis iam erant decurſi.*

8 *Calculus compoſitus ab ipſomet creditore, non autem à legitima perſona debitori non nocet.*

9 *Cauſa expreſſa in actu ſolutionis ſemper attendenda venit, & qui per errorem expreſſam allegat tenetur plenè, & concludentèr probare errorem, & num. 10.*

11 *Societas officij vt ſuperlucretur ſufficit obitus creditoris intra dies diſdictæ.*

12 *Ad errorem elidendum ſufficit qualibet poſſibilitas veritatis.*

13 *Quietantiæ creditoris potius ſtandum eſt, quam illius contrariæ aſſertioni.*

14 *Contrarietas vt euitetur, qualibet interpetratio capienda eſt.*

15 *Societas officij ex conuentione partium ſuſtineri poteſt proportionabiliter ad fructus perceptos nec in totum diſſolui.*

16 *Fallit concluſio ſi conſtat partem fructuum fuiſſe nominatim ſolutam pro tota ſocietate, nam creditor ſic accipiendo totum contractum confirmaſſe cenſetur.*

17 *Quietantia quando eſt concepta per capitula ſeparata vitium vnius, aliud non vitiat.*

DECISIO CLXXXIV.

SOCIETAS officii ſcutor. 1200. contracta fuit die 10. Decemb. 1625. inter Andream della Barbara dantem, & Camillum Fundatum, ac Petrum Vecchionum Curſores ſuper eorum officiis, cuius bonam fidem recognouit Vincentius Baldiſſonus, qui pecunias recepit demptis tamen fructibus primi ſemeſtris vt ſolet.

Eamdē diſdixit Andreas graui morbo correptus die 27. Maij 1627. & die 13. Iunij ſubſequentis obijt, quo defuncto Franciſcus illius hæres ſiuè Reuerendi Patres Carmelitæ Diſcalceati tanquam ceſſionarij conuenerunt Baldiſſonum pro reſtitutione ſortis principalis, quam, cum ille ſuperlucratam prætenderet, ſententiam fauorabilem deſuper reportauit ab A. C. eamque in gradu appellationis confirmandam Domini cenſuerunt.

Quamuis enim Andreas Creditor obierit poſt quindecim dies diſdictæ; quia tamen receperat partem fructuum Societatis pro ſe-
1 meſtre in quo deceſſit, † diſdicta non potuit ex tunc operari diſſolutionem Societatis, ſed ſo-

ſolum poſt ſemeſtre pro quo fructus fuerunt
recepti ; Cum receptio huiuſmodi ſupponat
in neceſſarium antecedens perſeuerantiam,ac
durationem Societatis *Hond.conſ.38.ſub num.5.*
lib.1.Felin.de ſociet.cap.35.nu.19. & ſeqq. Caſtrac.
de ſociet.offic.cap.57.ex n.15.Zacch.eod.tract.n.257
Rota inter impreſſ.poſt Zacch.ibid.deciſ.41.n.7.& 9
& deciſ.192.num.11.par.5.recent. data autem
2 duratione Societatis † de tempore obitus An-
dreæ , ſuper cuius vitæ periculo currebat fuit
illa ſuperlucrata *Caſtrac.d.tract. cap.57. num.15.*
Zacch.num.205.& 244.Grat.diſcept.710.numer.5.

Quod verò Andreas receperit partem fru-
3 ctuum Societatis pro ſemeſtri † in quo deceſ-
ſit patet ex quietantia eius propria manu ſub-
ſcripta die 18. Maij 1627.quæ contra ſcriben-
tem plenè probat *cap. cum venerabilis de except.*
Bald.conſ.198.num.4.lib.1. Alex.conſ.191.num.1.
lib.2.Caſtr.conſ.216.num.1.lib.1. Et clarior eſſe
non poteſt in ſecunda eius parte, ibi, *e di più*
hò riceuto ſcudi 26. e baiocchi 60. moneta à conto de
frutti che decorreranno appreſſo per detta Compagnia
di ſcudi 1200. &c. verbum enim , *decorreranno* ,
quod eſt futuri temporis nullo modo referri
poteſt ad fructus decurſos , ſed per neceſſe re-
fertur ad decurrendos in futuro ſemeſtri ſin
quo Andreas deceſſit cum verba futurum
4 tempus † denotantia non includant præteri-
tum *Alciat. in l.verbum oportebit num.3. ff. verb.*
ſignif.Rebuff.ibid.verſ.verbum futurum Oldrad. con-
ſil. 310.ſub nu.2. verſ.ita autem Bero conſ.53.n.21.
lib.1.Menoch.conſ.97.num.68. Et tempus deter-
5 minato modo † prolatum alterius temporis
functionem non recipiat *l.ſi vſusfructus mihi in*
biennium ff.vſufr.legat. Bald.in cap.licet ſub num.2.
verſ.tu dic de ſupplen.neglig prelat. Iaſ. in auth. quæ
ſupplicatio num.5.poſt med.C.precib. Imperat.offer.
Natt.conſ.485.num.6.

Neque hic cadit quæſtio voluntatis profe-
6 rentis iuxta quam† verba vnius temporis pro
alio quandoq; recipiuntur *l.verbum erit§.quem-*
admodum ff.verb.ſignif.cap. cum concupiſcentia il 2.
de teſtib.Gemin.conſ.122.num.2.& 3. quia in hac
ſecunda parte quietantiæ verba ſunt apertiſſi-
ma in futurum collata, & nil adeſt quod con-
trarium ſuadeat, quin potiùs idem confirma-
tur ex ſubſequenti tertia parte continente ,
quod Creditor antea receperat ſcuta centum
pro ſorte principali alterius Societatis , nam
veriſimile non eſt , quod recipiſſet in cauſam
7 ſortis† ſi adhuc debiti fuiſſent fructus tempo-
ris decurſi Societatis , de qua agitur *ad tex.in l.*
prima l.in ijs verò §.apud Marcellum l.Titia ff.ſolut.
Calder.conſ.4.num.1.de vſur.Ruin.conſ.162.nu.17.
lib.5. Gratian. diſcept.224. num.30. Muta deciſ.42.
num.8.

Non obſtat, quod à debitore non exibean-
tur aliæ quietantiæ , & iuxtà calculum datum
à Creditore non cõſtet de ſolutione omnium
fructuum decurſorum. Quia calculus hic non
8 compoſitus† à legitima perſona debitori non
nocet *Bart.in l.2.nu.5.C.iur.fiſc.lib.10. Ruin. con-*
ſil.70.num.3.lib.4.Buratt.deciſ.14.num.22. & alias
quietantias exhibere opus non eſt, dum hodie
ſtrictè quæritur,an fuerit aliquid ſolutum pro
fructibus decurrendis , & ſolutio loquitur ex-
plicitè in cauſam fructuum decurrendorum ,
9 attendenda † ſiquidem ſemper eſt cauſa ex-
preſſa in actu ſolutionis *d.l.1.vbi notant omnes ff.*
ſolut.Roman.conſ.94.ſub num.2.Aym.conſ.158.n.13
Decian.conſ.60.num.24.lib.2.Muta d.deciſ.42.nu.6.
10 *Mart.voto 51.num.5.* Et qui per errorem † ex-
preſſam allegat tenetur plenè , & concluden-
tèr probare errorem *l.ſi poſt diuiſionem C. iur.&*
fact.ignor.Purpurat.conſ.559.num.10. Menoch. præ-
ſumpt.22.num.2.lib.6. Ciriac.controu.84. numer.26.
contr.387.num.15.Surd.deciſ.104.num.17.

Nec tamen probatur ex teſtibus deponenti-
bus Baldiſſonum ſollicitum fuiſſe de morte
Andreæ intrà quindecim dies disdictæ, vt ſo-
cietatem lucraretur , dictiſque diebus elapſis
rogaſſe Andream vt illum Franciſco Nepoti
ſuo, & hæredi commendaret , nè rigidè age-
ret . Nam præter quod Teſtes patiuntur ex-
ceptiones perſonales, potuit Baldiſſonus ſolli-
citus eſſe de morte intrà quindecim dies , vt
ex hoc etiam capite lucrum faceret ſocietatis,
& quidem faciliùs , quia tunc neque dubitari
contigiſſet de errore calculi , neque an tota
Societas per ſolutionem partis fructuum fuiſ-
ſet ſuperlucrata, cum ſufficiat ſolus obitus in-
11 frà† dies disdictæ,vt tota Societas ſuperlucre-
tur *Eugen. conſ.48.num.22. & ſeqq. lib.1. Honded.*
conſ.38.num.11.lib.1.Zacch.de ſociet.offic.num.248
Amat.deciſ.1.nu.37. Præces verò prædictæ pro
captanda gratia hæredis Andreæ , lucrum per
neceſſe non excludunt , ſed habent tacitam
conditionem,quatenùs lucro locus non eſſet,
de quo tunc forſan Baldiſſonus dubius erat
ob lapſum temporis disdictæ ignorans illam
non operari poſtquam recepta fuit pars fru-
ctuum ſemeſtris in quo creditor decedat , &
hæc poſſibilis ignorantia iuris in homine aliàs
non perito , ſatis eſt ad elidendam probatio-
12 nem prætenſi erroris † quietantiæ conceptæ
per explicita verba de futuro , prout quælibet
alia poſſibilitas veritatis *Rota deciſ.128.num.16.*
par.6.recent.

Præſertim quia ijdem teſtes deponunt po-
ſtea Baldiſſonum , re melius conſiderata , di-
xiſſe quod lucratus fuerat Societatẽ, eo quod
ſoluerat fructus vltimi ſemeſtris , & quatenùs
ſubdunt Andream de hoc certioratum negaſ-
ſe ſe recipiſſe,conuincitur contrarium ex ver-
13 bis quietantiæ,† cui potiùs ſtandum eſt,quam
negatiuę creditoris *l.cenſus ff.probat.gloſ.in cap.3*
loco verbo teſtium eod.tit.Rom.conſ.319.n.1. Caſſan.
conſ.16.num.1. & poteſt huiuſmodi negatiua
intelligi de integra ſolutione , hoc eſt quod
non recepit integros fructus , capiendo om-
14 nem interpetrationem†ad euitandam contra-
rietatem , vt debet *ad tex.in cap.cum tù vbi DD.*
de teſtib.Alex.conſ.185.nu4. & ſeqq.lib.7. Riminal.
Iun.conſ.344.num.5.Buratt.deciſ.844.num.15.

Nec fuit neceſſaria integra fructuum ſolu-
tio , vt tota Societas cederet lucro debitoris ,
quia etſi potuiſſent partes conuenire , quod
15 Societas pro parte†tantum ſubſtineretur pro-
portionabilitèr ad fructus perceptos *Boccac. de*
ſociet.offic.num.166.Zacch.num.302.cum alijs alleg.
in Romana Societatis officij 1. Febr. 1623. coram b.
me. Merlino , voluiſſe in caſu noſtro ſubſtineri

totam

totam apparet,quia fructus fuerunt ſoluti no-
16 minatim † pro tota Societate, ibi, *per la Compagnia d'officio di ſcudi* 1200. & creditor ſic recipiendo totum contractum confirmauit *Surd. conſ.104.num.7.& ſeqq.per tex.in l.de lege §.fin.leg. commiſſ.& in l.2. Cod.quando liceat ab empt.diſced. Socc.Iun.conſ.145.nu.25.lib.1.Tiraquell.de retract. conuent.§.4.gloſſ.10.num.2.Grat.diſcept.301.nu.58. diſcept.302.nu.17.Gallerat.de renunciat.lib.5.cap.6. ſub num.8.*

Non obſtat, quod quietantia in vno verbo ſit alterata, quia alteratio eſt in prima parte circa ſolutionem fructuum decurſorum vſq; ad diem decimam Menſis Iunij, ſed in ſecunda parte circa fructus decurrendos nihil eſt
17 immutatum, & cum vtraque pars † ſit concepta per capitula ſeparata, ibi, *e di più hò riceuto*, vitium vnius, aliam non vitiat *Aret. in l.certi condictio §.quoniam num.22.verſ.aut ſunt diuerſa capitula ff.ſi cert. pet. Crot.conſ.107. num.19. Rota deciſ.33.num.7.par.2.diuerſ.* Cum præterea multa concurrant pro iuſtificanda alteratione primæ partis, quæ diſcutere ſuperuacaneum eſt,cum ad effectum lucri ſufficiat ſolutio decurrendorum, ex ſupra deductis.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA CENSVS, ET DEPOSITI.

Lunæ 27. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Intereſſe ex ſententia Baldi tribus modis debetur nempè ex promiſſo, ex diſpoſitione legali, & ex commiſſo, & quænam requirantur vt intereſſe ex promiſſo, & ex diſpoſitione legali debeatur? Intereſſe ex commiſſo proueniens dupplex eſt intrinſecum, & extrinſecum. Intereſſe intrinſecum ſuper quibus rebus cadit? Intereſſe extrinſecum ex commiſſo, hoc eſt ob male factum, vt debeatur quænam requirantur? Interpellatio perſonalis requiritur ad hoc vt quis ratione moræ teneatur ad intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe quot modis deberi poteſt?*

2 *Intereſſe ex promiſſo vt debeatur requiritur aliqua præcedens conuentio ſuper ſolutione alicuius damni, qua conuentione ceſſante, ceſſat pariter obligatio ex promiſſo ad intereſſe.*

3 *Depoſitarius non tenetur erga deponentem ad vſuras aut intereſſe, niſi ſit moroſus in reſtituendo depoſitum.*

4 *Intereſſe ex commiſſo proueniens,aut eſt intrinſecum aut extrinſecum.*

5 *Intereſſe intrinſecum cadit, vel in frumento, vino, & ſimilibus rebus, in quibus dari poteſt intereſſe intrinſecum ex varietate æſtimationis pretij illarũ.*

6 *Vel cadit in re fructifera ob cuius non traditionem debitor moroſus tenetur ad fructus, quos res ipſa intrinſecus produxiſſet puta fructus prædy, vitulum, aut pullum.*

7 *Pecunia cum non ſit de per ſe fructifera, in ea intereſſe intrinſecum non cadit.*
Intereſſe intrinſecum non cadit in pecunia ibid.

8 *Intereſſe extrinſecum, vt debeatur ex commiſſo, idest ob malefactum quænam probanda ſunt, & numer.14. & 15.*

9 *Debitor frumenti non tenetur ad extimationem ſeruorum creditoris, qui ob illius non traditionem fame perierunt.*

10 *Furti non tenetur, qui fores meritricis effregit libidinis cauſa ſi fures non ab eo inducti, ſed aliàs ingreſſi meretricis res abſtulerunt.*

11 *Item nec furti tenetur, qui iniuriæ cauſa ianuam effregit quamuis inde per alios res amota ſint.*

12 *Intereſſe non debetur damnum paſſo, ex commiſſo, & malefacto non præordinato ad damnum, quod inde ſecutum eſt.*

13 *Quicquid dicendum eſſet ſi commiſſum, ſeu malefactum tenderet in delictum aut dolum, qui faceret quem teneri de caſu licet non eſſet ad caſum ordinatus.*

16 *Piſcator, cuius retia nauigantes fregerunt agere non poteſt ad æſtimationem piſcium, quos retibus integris capere potuiſſet, quia certus non erat an capiſſet.*

17 *Depoſitarius quando non teneatur ad damna, & intereſſe per deponentem prætenſa, ſi depoſitum male conſignauit?*

18 *Allegans quem teneri de caſu propter culpam commiſſam probare debet, quod ille contingit ſolum propter culpam, nec potuiſſet aliter contingere, niſi culpa interueniſſet.*

19 Gloſſ.in cap.2.verbo de culpa de depoſit. *dicens ſatis eſſe quod caſu citra culpam depoſitarij potuerit non euenire, vt de eo depoſitarius non teneatur loquitur de depoſitario moroſo, & nu.21.*

20 *Damnum an ceſſante culpa contingerit, ſi dubium eſt,tunc præſumitur contra culpoſum quod non contigiſſet.*

22 *Moroſus in ſoluendo dici nequit qui nimis properè ſoluit.*

23 *Iuſta cauſa litigandi excuſat à mora.*

24 Surd. conſil.12.num.65. *quo caſu loquatur?*

25 *Damna regulariter imputantur culpoſo, quæ immediatè veniunt à culpa, non autem quæ veniunt mediatè.*

26 *Mora dicitur contracta per interpellationem.*
Ob moram contractam ſuccedit obligatio ad intereſſe tàm lucri ceſſantis, quàm damni emergentis ibid.

27 *Interpellatio ad effectum conſtituendi quem in mora ad hoc, vt ad damna, & intereſſe teneatur debet eſſe perſonalis non autem domi dimiſſa copia.*

28 *Damnum quando quis non patitur ex mora, tunc gratis petit intereſſe damni emergentis.*

29 *Intereſſe damni emergentis vt debeatur quænam probanda ſunt?*

DECISIO CLXXXV.

PRO prætio cenſus ſcutorum mille ſibi venditi à bo: mem: Ioſepho Acquauiua Archiepiſcopo Thebarum, depoſuerat bon: mem: Ioannes Antonius Vrſinus Dux Sancti Gemini ſcuta quindecim millia in Monte Pietatis Vrbis ſub ea tamen lege, quod non ſoluerentur à Monte, niſi poſtquam in actis Fon-

Fonthiæ Notarij A. C. exhibitum fuiſſet inſtrumentum ratificationis eiuſdem Archiepiſcopi, nec non aſſenſus Sereniſs. Regis Hiſpaniarum ſuper ſubrogatione Status Bellantis fideicommiſſo, cui ſuppoſitum erat Palatium Domini Ducis Atriæ, ſuper quo idem Cenſus imponebatur, quippè (vt fuit narratum in inſtrumento Cenſus) ex diſpoſitione fideicommittentis non poterat Palatium ſubiugari, niſi facta ſimili ſubrogatione in alijs bonis ſtabilibus.

Verùm quia non adimpletis dictis conditionibus, quas tamen adimpletas credidit Mons, pecunias vt ſupra depoſitatas ſoluit Flaminio Razzanti creditori eiuſdem Archiepiſcopi ex cauſa cambiorum, fuit propterea ad inſtantiam Excellentiſs. moderni Domini Ducis S. Gemini condemnatus per ſententias Rotales ad reintegrandum ex proprijs pecunijs depoſitum iuxtà formam, & legem præcedentis prout cum effectu reintegrauit. Cumque nuper à dicto Domino Duce pulſaretur pro damnis, & intereſſe, propoſui hodie dubium, An Mons teneatur ad damna, & intereſſe & ad quæ, & non teneri reſponſum fuit.

Nam vt ait *Bald. conſ. 341. num. 1. lib. 3. & con-*
1 *ſil. 440. num. 1. lib. 5.* tribus modis † deberi poteſt intereſſe, nempè ex promiſſo, ex diſpoſitione legali, & ex commiſſo, quorum neuter applicatur caſui noſtro. Non quidem primus, quia inter Montem, & Ducem Sancti Gemini
2 nulla interceſſit † conuentio ſuper ſolutione alicuius damni, aut intereſſe occaſione, ſeù cauſa iſtius depoſiti, qua conuentione ceſſante, ceſſat ſimul obligatio ex promiſſo ad intereſſe *l. vltim. ff. prætor. ſtipulat. Din. in l. vnica n. 11. verſ. item ex conuentione Cod. ſenten. quæ pro eo quod intereſt, & ibid. Alciat. nu. 31. Rebuff. in prima gloſſ. num. 56. Bald. d. conſ. 341. verſ. item ex promiſſo, & & conſ. 440. num. 1. eod. verſ.*

Non etiam ex diſpoſitione legis, quia Mons abſque vlla mora reintegrauit depoſitum ad fauorem moderni Ducis S. Gemini ſtatimatq; per ſententias Rotales declaratum fuit illud eſſe reintegrandum, neque lex diſponit quod
3 Depoſitarius teneatur † ergà deponentem ad vſuras, aut intereſſe niſi fuerit in mora reſtituendi depoſitum *l. Lucius l die ſponſaliorum §. 1 ff depoſ. l. 2. 3. & 4. C. eod. tit. Mant. de tacit. lib. 10. tit. 6. num. 1. verſ. ſi autem Lup. in l. curabit coment. 1. §. 3. num. 61. verſ. aut verò ſumus in caſu il 2. ff. act. empt. Rot. Iannen. deciſ. 34. num. 1. Larrea. deciſ. Granaten. 14. ſub num. 3.*

Ex commiſſo autem intereſſe proueniens,
4 aut † eſt intrinſecum, aut extrinſecum, pri-
5 mum cadit † vel in frumento, vino, & ſimilibus rebus, in quibus dari poteſt intereſſe intrinſecum ex variatione æſtimationis pretij illarum, & de hoc loquitur *Text. in l. ſi ſterilis §. cum per venditorem ff. act. empt.* vel in re fructi-
6 fera † ob cuius non traditionem debitor moroſus tenetur ad fructus quos res ipſa intrinſecus produxiſſet, puta fructus prædij, vitulum, aut pullum equæ venditæ, & non traditæ, & ſimilia, prout exemplificando tradunt *Doct. omnes in d. l. ſi ſterilis §. cum per venditorem, & in d. l. vnica C. ſentent. quæ pro eo vbi ſignanter Rebuff. in prima gloſſ. num. 149. verſ. intereſſe circa rem Alciat. cap. 7. num. 1. & ſeqq. Dec. in prima lect. num. 32. &*
7 *ſeqq.* Ideoq; cum pecunia de ſe † non ſit fructifera *l. vſura ff. verb. ſignif. Grat. diſcept. 823. n. 14.* in ea intereſſe intrinſecum non cadit *Io. Franc. à Ponte de poteſt. proreg. tit. de regalium impoſit. §. 4. num. 30. Giurb. deciſ. 72. num. 11. Ciriac. controu. 165 num. 25. Burſatt. conſ. 68. nu. 10. Vgolin. de vſur. cap. 8 §. 5. ſub num. 4. fol. 61.*

Igitur in caſu noſtro quo debitum Montis eſt in pecunia prætendi ſolum poteſt intereſſe extrinſecum, ſeù vt alij dicunt extrà rem,
8 quod vt debeatur † ex commiſſo ideſt ob malefactum, duò probanda ſunt. Primò ſcilicèt culpa facientis quæ ſit præordinata ad cauſandum intereſſe quod petitur *Text. eſt expreſſus in d. l. ſi ſterilis §. cum per venditorem,* vbi debi-
9 tor frumenti † non tenetur ad æſtimationem Seruorum Creditoris, qui ob illius non traditionem fame perierunt, *& in l. verum la 2. ff.*
10 *furt.* vbi qui† fores meritricis effregit libidinis cauſa, ſi fures non ab eo inducti, ſed alias ingreſſi meretricis res abſtulerunt furti non tenetur, *& in l. qui iniuriæ ff. eod.* vbi qui iniuriæ
11 cauſa† ianuam effregit, quæ quamuis inde per alios res amotæ ſint non tenetur furti, per quę
12 iura quod ex commiſſo,† & malefacto non tamen præordinato ad damnum, quod indè ſecutum eſt non debeatur intereſſe damnum paſſo, tradunt *in d l. vnica C. ſent. quæ pro eo Bart. num. 19. Rebuff. in 1 gloſſ. num. 155. verſ. extrinſecum eſt Dec. in l. contractus nu. 42. verſ. 2. fallit ff. reg. iur. Ceph. conſ. 362. num. 23. Natt. conſ. 595. num. 26. & in Romana damnorum, & intereſſe 18. Maij 1629. coram bo. me. Card. Virili* quicquid dicendum eſſet ſi commiſſum, ſeù malefactum tenderet
13 in delictum, † aut dolum qui faceret quem teneri de caſu licèt non eſſet ad caſum ordinatus, *iuxtà diſtinctionem Caſtr. in l. fin. §. ſi ea conditione num. 1. & 3. ff. ad l. Rod. de Iact.*

Secundò vltrà culpam vt ſupra præordinatam ad caſum, ſeù damnum quod poſteà euenit requiritur probatio concludens per neceſſe
14 quod † ſi Mons non ſoluiſſet pecunias receptas in depoſitum Dominus Dux Atriæ expediuiſſet validum aſſenſum regium, illoque expedito Dominus Dux S. Gemini conſecutus fuiſſet fructus cenſus, & intereſſe quod petitur; oportet enim probare concludentèr, quod actor intereſſe petitum reuera habuiſſet
15 niſi † commiſſum hoc eſt malefactum debitoris interceſſiſſet, vt docet *Text. in l. quemadmodum §. item labeo ff. ad leg. Aquil.* vbi quod Piſ-
16 cator † cuius retia nauigantes fregerunt agere non poteſt ad æſtimationem piſcium, quos retibus integris capere potuiſſet, quia certum non erat an cæpiſſet, *& ex eo Text. notat Rimin. Iun. conſ. 218. num. 103. Burſatt. conſ. 453. ſub nu. 34. verſ. attamen Hond. conſ. 50. num. 30. lib. 1. Natt. conſil. 450. num. 6. Ciriac. controu. 540. num. 34.*

Sed hic licet Mons malefecerit conſignando depoſitum Razzanti creditori venditoris Cenſus deficit primum requiſitum cum non probetur, quod conſignationem hanc præordina-

dina-

dinauerit doloſè ad damnificandum Dominũ
Ducem S. Gemini, ſed potiùs ſoluerit bona
fide de mandato Procuratoris ipſius vendito-
ris credens fidem Fonthiæ Notarij ſuper exhi-
bitione ratificationum, & aſſenſus Regij in
eius actis facta, eſſe ſufficientem pro adimple-
mento conditionum depoſito adiectarum.
Nec paritèr probatur concludentèr, quod ſi
Mons non conſignaſſet depoſitum Razzanti
Dux Atriæ expediuiſſet aſſenſum Regium, &
per conſequens Dux S. Gemini emptor Cen-
ſus illius fructus exigere potuiſſet. Imò po-
ſterior negligentia Ducis Atriæ in procuran-
da expeditione prædicti aſſenſus intrà bienniũ
à Signatura per, Fiat, iuxtà pragmaticam
Regni ſuadere poteſt, quod neque expediri
curaſſet non conſignato per Montem depoſi-
to Razzanti, & ſufficit dubitari poſſe an dicta
expeditio facta fuiſſet depoſito non conſigna-
17 to, vt depoſitarius † ex mala conſignatione
non teneatur ad damna per deponentem præ-
tenſa ob eamdem malam conſignationem
Bald. conſ. 145. ſub num. 3. verſ. aut eſt dubium lib. 3. Alex. conſ. 74. num. 7. verſ. quartò confirmatur lib. 6. vbi poſt Bart. in l. vt certo §. ſed interdum ff. commod.
18 ait quod allegans aliquem teneri † de caſu
propter culpam commiſſam probare debet,
quod ille contigit ſolum propter culpam, nec
potuiſſet alitèr contingere niſi culpa interue-
niſſet *Surd. conſ. 12. num. 20.*
19 Nec obſtat *gloſſ.* † *in cap. 2. verbo de culpa infra med. verſ. item propter de depoſit.* dicens ſatis
eſſe quod caſus citra culpam depoſitarij po-
tuerit non euenire, vt de eo Depoſitarius te-
neatur, *& Surd. d. conſ. 12. num. 65. Rot. deciſ. 246. num. 11. part. 5. recent.* in quibus locis habetur,
quod vbi dubium eſt an ceſſante culpa dam-
20 num contigiſſet † præſumitur contra culpo-
ſum, quod non contigiſſet. Quia gloſſ. lo-
quitur de depoſitario moroſo in reſtituendo
depoſitum iuxta terminos *tex. quem allegat in l. ſi in Aſia §. fin. ff. depoſ. ac tradita per Caſtr. in l. quod te num. 11. ff. ſi cert. pet.* Mons verò tan-
tum abeſt, quod fuerit moroſus in ſoluendo,
21 quod † imò nimis propere ſoluit Razzanti, &
à mora, quam contraxiſſet propter litem
22 conteſtatam † à Duce Sancti Gemini ſuper
reintegratione depoſiti excuſat Montem iu-
23 ſta cauſa, † quam habuit litigandi. vt notat
gloſſ. communiter approbata in l. quod te verbo detrimentum ff. ſi cert. petat. in l. in hac verbo mora circa med. ff. condit. tritic. & in l. ſi plures verbo interitura in fin. vbi loquutur in puncto depoſitarij ff. depoſ. Curt. Iun. conſ. 28. num. 10. Mant. deciſ. 78. n. 5. & 8. præter quod damnum exaduerſo peti-
tum non prætenditur ex mora Montis in re-
integrando depoſitum, ſed ex præcedenti ni-
mia feſtinatione in illud conſignando Razzã-
ti *Surd. ſequitur Rot. locis ſupra allegatis* loquitur
24 in † caſu, quo culpoſus expoſuit merces no-
torio periculo, & intimatus fuerat ſpecifice
ne exponeret, vt patet *ſub num. 22.* & vlte-
rius ibi culpa fuerat cauſa immediata damni,
at in caſu noſtro cauſa immediata ne
fructus cenſus currerent non fuit reſtitu-
tio depoſiti facta per montem, immedia-
ta autem fuit negligentia Ducis Atriæ in ex-
pediendo aſſenſum Regium, & regulariter
25 illa † imputantur culpoſo, quæ immediate
veniunt à culpa, non autem quæ veniunt
mediate.

Non obſtat interpellatio facta à procurato-
re Ducis Sancti Gemini de anno 1638. cum
proteſtatione damnorum, & intereſſe ex qua
26 deducitur mora † Montis, & obligatio ad in-
tereſſe, tùm lucri ceſſantis, nempe fructuum
cenſus, tùm damni emergentis videlicet cam-
biorum, quibus premebatur Dux Sancti Ge-
mini.
27 Nam huiuſmodi interpellatio † non fuit
facta Deputatis gubernio Montis, ſed eius
procuratori habenti ſimplex mandatum ad li-
tes, & executa fuit domi dimiſſa copia, cum
tamen exequi debuiſſet perſonaliter, vt ex in-
de Mons conſtitueretur in mora, ac tenere-
tur ad intereſſe *Grat. diſcep. 829. ſub num. 8. Larre. deciſ. Granat. 84. ſub num. 16. infra med. verſ. ita vt non ſolum Rot. deciſ. 7. ſub num. 5. verſ. quia fuit & num. 6. inter impreſſ. poſt Zacch. de ſociet. offic, & in Vrbeuetana Pecuniaria 29. Ianuarij 1635. coram bon. mem. Buccabella.*

Cum præterea à die dictæ interpellationis
nullum damnum attulerit Duci Sancti Gemi-
ni prætenſa mora Montis, quia & ſi Mons
ſtatim poſt interpellationem reintegraſſet de-
poſitum non ideo Dux Sancti Gemini perci-
pere potuiſſet fructus Cenſus, niſi expedito
per Ducem Atriæ aſſenſu Regio, qui nun-
quam expeditus fuit, & cum pecuniæ non
eſſent per Montem ſoluendæ Duci Sancti Ge
mini, ſed reponendæ apud ipſum Montem
pro reintegrando primo depoſito prout
mandant ſententiæ Rotales; Dux Sancti Ge-
mini non valuiſſet ex illis extinguere cambia
quæ patiebatur, proindeque gratis petit in-
28 tereſſe damni emergentis † ob cauſam dicto-
rum cambiorum, ad quem effectum proban-
29 dum vltro eſſet † quod non poterat alio mo-
do illa extinguere, vt reprobata ſententia
Ruin. conſ. 104. lib. 4. eiuſque ſequacium dixit Rot. coram bon. mem. Coccino deciſ. 498. num. 3. deciſ. 325. num. 5. inter impreſſas conſ. Farinac. deciſ. 52. num. 3 part. 1. recent. & in Bononien. fideicommiſſi de Vizzanis 4. Maij 1643. coram me vbi allegantur concordantes.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

CAESARAGVSTANA EMOLVMENTORVM.

Luna 27. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Bulla Seculariſationis Eccleſię Cathedralis Cæſarauguſtanę inducens communionem emolumentorum inter dignitates Canonicos, & portionarios loquitur de emolumentis, quæ fiunt Eccleſiæ in genere, vel Canonicis & Portionarijs vti talibus, non autem de illis emolumentis, quæ Portionarij vti Confratres Cõfra-

fraternitatum in Eccleſia erectarum percipiunt, quia in hac parte non repreſentant Eccleſiam, ſed ipſam Confraternitatem, & huiuſmodi emolumenta nullatenus referenda ſunt ad titulum Portionis, ſeù beneficij, cum non prouenìant Iure Eccleſiæ, ſed Confraternitatis.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Sententia iniuſta de Iure non eſt executioni demandanda.*
3 *Bulla Seculariꝫationis Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ inducens communionem Emolumentorum inter Dignitates Canonicos & Portionarios loquitur de emolumentis, & elemoſinis, quæ fiunt Eccleſiæ in genere, vel Canonicis & Portionarijs, vti talibus.*
Non autem comprehendit emolumenta relicta Confraternitatibus in Eccleſia erectis, quia ſunt quid ſeparatum ab Eccleſia num.5.
Item nec illa emolumenta, quæ Portionarij percipiunt, vti confratres cum in hac parte repræſentent ipſam Confraternitatē non ſecus ac alij Confratres, qui non ſunt Portionarij num.6.
4 *Deciſiones* 157.226. *&* 236 coram Mantic. & deciſ. 4. Cæſ. de Graſſ. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli, & deciſ. 309. par.6. recent. in quibus terminis procedant?
7 *Emolumenta percepta à Portionarijs vti Confratribus Confraternitatum in Eccleſia exiſten. nullatenus referuntur ad titulum Portionis, ſeù beneficij, cum non proueniant Iure Eccleſiæ, ſed Confraternitatis.*
8 *Portionarius Eccleſiæ non prohibetur eſſe Confrater Confraternitatis in Eccleſia erecta, & ſic duplicem perſonam repreſentare.*
9 *Iura vtriuſque perſonæ, quando in vna concurrunt conſiderantur de per ſe retinentque priſtinam naturam, ac ſi duæ eſſent perſonæ.*
10 *Cappellania ſi in Eccleſia Parochiali erecta ſit, & Rector Eccleſiæ ſit etiam Capellanus, fructus Capellaniæ diuerſo Iure cenſentur à fructibus Parochiæ quamuis fundator ordinaſſet, quod onera Capellaniæ adimplerentur per Rectorem Eccleſiæ.*
11 *Bulla Seculariꝫationis Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ loquens de emolumentis intelligenda eſt de emolumentis ſpectan. ad Portionarios ratione Eccleſiæ, quia non vtitur verbis denotantibus perſonas, ſed beneficium, & ſic non cenſetur contemplata perſona percipientis, ſed titulus quo percipiuntur n.12.*
13 *Item Bulla loquitur de emolumentis diſtribuendis intereſſentibus ſeruitio Eccleſiæ, & ſic de relictis Eccleſiæ, ſiuè Beneficiatis illius intuitu.*
14 *Emolumenta Eccleſiæ de Iure intereſſentibus diſtribuuntur, & ſunt de menſa Eccleſiæ.*
15 *Societas vniuerſalis omnium bonorum in dubio inducta non cenſetur.*
16 *Acquiſitiones vno nomine faciendas, quod reſpicit, non comprehendit acquirenda alio nomine.*
17 *Verba vniuerſalia*, omnia & ſingula, *reſtringuntur à verbis ſubſequentibus limitatam diſpoſitionem habentibus.*
18 *Societas contracta ſuper lucris, quod eſt verbum generale, ſi adiungantur verba quæſtum ſignificantia, reſtringitur ad lucra deriuantia ex cauſa quæſtuationis, & induſtriæ.*
19 *Amplia quamuis Societas eſſet cauſa remota lucri.*
20 *Societas vniuerſaliter contracta ſuper bonis communibus vnius loci non porrigitur ad alia extra eum acquiſita ex propria induſtria.*
21 *Socius communicare non tenetur alteri ſocio, quæ extra cauſam Societatis acquirit.*
22 *Bulla Seculariꝫationis, quod non intendat communicare vniuerſaliter omnia emolumenta quocunque titulo prouenientia interpretationem recipit ab obſeruantia ſubſecuta, dum portionarij à die Seculariꝫationis numquam comunicarunt emolumenta ab ipſis percepta vti Confratribus.*
23 *Voluntas ſiuè intentio diſponentis ex non facto non ſecus ac ex facto elicitur.*

DECISIO CLXXXVI.

VIGORE Bullæ Seculariꝫationis inducentis inter Dignitates, Canonicos, Portionarios, & Beneficiatos Eccleſiæ Cathedralis Cæſarauguſtanæ communionem Emolumētorum per hæc verba, *quod omnia & ſingula legata, Aelemoſinæ, oblationes, & emolumenta, quæ deinceps pro Miſſis, Aniuerſarijs, & funeralibus, obitibus, proceſſionibus, cæteriſque diuinis, vel pijs officijs in dicta Eccleſia Cæſarauguſtana celebrandis, recitandis, peragendis, & exercendis fieri contigerit ſingulis eiuſdem Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ perſonis illis intereſſentibus pro ſua cuiuſque rata parte iuxta ordinem ſimiliter ab eodem Archiepiſcopo, & Capitulo deſuper faciendo communia ſint, & obtinentes dignitates, vel Canonici, ſiuè Portionarij aut Beneficiati eorum quicquam ſeparatim, vel diuiſim habere, ſeù percipere nequeant.*

Canonici, & obtinentes dignitates in Eccleſia Cæſarauguſtana petierunt ſibi communicari à Portionarijs emolumenta quæ iidem Portionarij tanquam adſcripti Confraternitatibus in præfata Eccleſia exiſtentibus percipiunt ex bonis ipſarum Confraternitatum ac deſuper obtinuerunt ſententiam fauorabilem ab A.C. à qua commiſſa mihi cauſa appellationis cum clauſula parito arbitrio, propoſui hodie dubium. An intret arbitrium pro retardatione executionis dictæ ſententiæ, & affirmatiuè fuit reſolutum.

1 Quia arbitrium † regulatur à iure *Pariſ.conſ. 56.num.5.lib.1. Seraph. deciſ.1017.num.1. Rot. in recent.deciſ.348.num.2.par.5.* de iure autem non
2 eſt † demandanda executioni ſententia iniuſta *Cæſ. de Graſſ.deciſ.10.num.12. de ſent. & re iudic. Seraph.deciſ.381. num.12. & ſeq.Rot. inter recent. deciſ.11.num.3.par.6.deciſ.265.num.2.part.7.*

Qualis eſt ſententia A.C. quia Bulla Secu-
3 lariꝫationis cui innititur loquitur † de emolumentis, & ælemoſinis quæ fiunt, vel Eccleſiæ in genere, vel Canonicis, & Portionarijs vti talibus in quibus terminis procedunt
4 † *deciſiones 157. 226. & 236. coram bon.me.Mantic. deciſ.4. Cæſ. de Graſſ. de his quæ fiunt à maiori parte Capit.& deciſ.309.part.6.rec.* Et ſicuti non
5 comprehendit † bona, & emolumenta relicta Cōfraternitatibus in Eccleſia erectis, quia ſunt quid ſeparatum ab Eccleſia *Petr.de Vbald.*

de Canon. Epiſc. num. 9. & 22. Rot. coram bon. mem.
Coccino deciſ. 472. num. 2. & in Cathacen. Eccleſia
23. Iunij 1642. coram me text. eſt in cap. requiſiſti
de teſtam. ita nec illa, quæ Portionarii perci-
6 piunt † vti Confratres, quia in hac parte re-
preſentant ipſam Confraternitatem non ſecus
ac alij Confratres, qui non ſunt Portionarii
7 ita vt emolumenta huiuſmodi † nullatenus
referantur ad titulum portionis, ſeù Benefi-
cij cum non prouenjant iure Eccleſiæ, ſed
Confraternitatis Rebuſ. in tract. de congrua port.
quæſt. 11. num. 85. Barboſ. in l. diuortio §. quod in
anno num. 7. ff. ſol. matrim. Rot. deciſ. 5. num. 8. part. 2.
diuerſ. deciſ. 354. num. 8. coram bon. mem. Buratt. &
in Romana Penſionis 19. Nouembris 1640. coram
R.P.D. meo Cerro.
Neque incongruit, quod idem repreſentet
duplicem perſonam, quia non prohibetur,
8 qui Portionarius † eſt eſſe Confrater, & vtriuſ-
que perſonæ iura in vna concurrentia conſi-
9 derantur † de per ſe retinentque priſtinam na-
turam ac ſi duæ eſſent perſonæ Felln. in cap. cum
olim num. 1. & 2. de ſent. & re Iud. Becc. conſ. 203.
ſub num. 19. & num. 20. Surd. conſ. 183. num. 42. &
deciſ. 153. num. 16. Ciriac. contr. 198. num. 27. Ideo
in fortioribus terminis in dicta Romana Pen-
ſionis coram D. meo Cerro, fuit deciſum,
quod ſi in Eccleſia Parochiali erecta ſit Cap-
10 pellania, † & Rector Eccleſiæ ſit etiam Cap-
pellanus, nihilominus fructus Cappellaniæ
diuerſo iure cenſentur à fructibus Parrochiæ,
quamuis fundator ordinaſſet, quod onera
Cappellaniæ adimplerentur per Rectorem
Eccleſiæ.
Quod autem Bulla Seculariżationis intelli-
genda ſit ſolum de Emolumentis ſpectantibus
11 ad Portionarios † vti Portionarios ratione
Eccleſiæ patet; tum quia non vtitur verbis
denotantibus perſonas, ſed Beneficium, ibi,
ſiuè Portionarij &c. inde enim colligitur, quod
non fuit contemplata ſimpliciter perceptio
12 emolumentorum † aut perſona percipientis,
ſed titulus quo percipiuntur iuxta textum in
l: annua §. actio ff. ann. leg. vbi Alber. num. 1. Bart.
in l. ciuibus num. 2. & 3. ff. reb. dub. Barbat. conſ. 1.
verſ. modo in propoſito col. 3. lib. 4. Rot. deciſ. 309.
num. 9. & ſeqq. par. 6. recent. tum etiam, quia lo-
13 quitur de emolumentis † diſtribuendis inte-
reſſentibus ſeruitio Eccleſiæ, & ſic de relictis
14 Eccleſiæ ſiuè Beneficiatis illius intuitu quæ †
de iure diſtribuuntur intereſſentibus & ſunt de
menſa Eccleſiæ Hoſtien. in cap. vt ſupra num. 2.
& ibi Cardin. ſub num. 1. verſ. vel ſecundum eum
Abb. num. 12. verſ. ex quo enim de reb. Eccleſ. non
alien. Lotther. de re beneſic. lib. 1. quæſt. 42. num. 64.
15 & in dubio non cenſetur inducta † ſocietas
vniuerſalis omnium bonorũ Dec. conſ. 21. n. 1.
in fin. verſ. & debent Ceph. conſ. 247. num. 20. &
ſeqq. Gratian. deciſ. 336. num. 3. diſc. 993. nu. 5. Mant.
de tac. lib. 6. tit. 10. & quæ reſpicit acquiſitiones
16 faciendas † vno nomine non compræhendit
acquirenda alio nomine Alciat. in l. Gallus §. &
quid ſi tantum in ſecunda lect. num. 29. verſ. & ideò
fol. 482. ff. lib. & poſth. Gratian. diſc. 86. nu. 5. & 6.
17 Non obſtant verba vniuerſalia † Bullæ, ibi,
omnia, & ſingula legata, eleemoſinæ oblationes &c.
quia reſtringuntur à verbis ſequentibus ſu-
pra ponderatis Bart. in l. generali §. vxori num. 1.
ff. vſufr. legat. Bero. conſ. 159. num. 38. lib. 2. & conſ.
20. num. 15. lib. 3. Aym. conſ. 144. num. 5. in fin. Ne-
uiz. conſ. 40. num. 12. Surd. conſ. 135. num. 105. ita vt
communicandum quidem ſit vniuerſaliter
quidquid, vel Eccleſiæ, vel ſingulis Benefi-
ciatis hoc nomine quæſitum fuerit, ſed non
prouenientia aliunde citra titulum Beneficij,
ſicut in ſimili ſocietas contracta ſuper lucris
18 quod † eſt verbum generale ſi adiugantur
verba ſignificantia quæſtũ reſtringitur ad Lu-
cra deriuantia ex cauſa quæſtuationis, & in-
duſtriæ l. ſed & ſi adiciatur 13. ff. pro ſocio l. duo
ſocietatem §. vltim. ff. eod. l. aditio §. 1. ff. acq. hered.
Card. Mant. de tacit. lib. 5. tit. 16. num. 3. & ſeqq. vbi
19 num. 7. ampliat † quamuis ſocietas eſſet cauſa
remota lucri Milanen. deciſ. Siciliæ 18. num. 11.
lib. 1. & econuerſo cõtracta vniuerſaliter ſuper
20 bonis communibus † vnius loci, non porri-
gitur ad alia extra eum acquiſita ex propria
induſtria, & labore Gratian. diſc. 993. n. 5. Mant.
de tac. lib. 6. tit. 10. num. 10. & regulare eſt, quod
21 communicanda † non ſunt, quæ alter ex ſo-
cijs acquirit extra cauſam ſocietatis l. cum duo-
bus 52. §. cum duo l. ſi fratres ff. pro ſocio Bald. in
l. coiri ſper totam ff. eod. Milanen. d. deciſ. 18. num. 33.
cum alijs allegatis per Ciriac. controu. 350. num. 21.
Huic interpetrationi Bullæ aſſiſtit obſer-
22 uantia † cum per annos 40. & vltro à die Se-
culariżationis nunquam communicata fue-
rint emolumenta percepta à Portionarijs vti
Confratribus, nec ea prætendere Capitulum
aliquando declarauerit, ex qua obſeruantia
colligitur non fuiſſe intentionis Papę aut par-
tium, quod communio eſſet vniuerſalis om-
nium æmolumentorum quocunque titulo
prouenientium, eliciendo huiuſmodi inten-
23 tionem † ex non facto, prout non ſecus ac ex
facto elici poteſt Rot. deciſ. 647. num. 3. part. 4. di-
uerſ.
Et ita deciſum vtraque &c.

GERVNDEN PRIORATVS.

Lunæ 27. Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Lis ad effectum Subrogationis gratioſæ ſufficit, quod iuſtificetur, eo modo quo fuit Papæ narrata, quamuis non pendeat ſuper titulo beneficij, & quando lis introducta dicatur ſuper titulo? lis calumnioſa eſt inſufficiens ad obtinen. ſubrogationem; ſufficit tamen qualibet cauſa colorata ad excluden. calumniam, quę adhunc effectum debet eſſe euidens, vt vllo velamine offuſcari valeat. Subrogatio quando detur ſuperſtiti, qui contra defunctum triennalem poſſeſſorem litem mouit?

SVMMARIVM.

1 Beneficia habentia curam animarum tanquam incompatibilia inſimul retineri non poſſunt.

2 Sub-

2 *Subrogato gratioſè, datur immiſſio concurrentibus tribus requiſitis nempè Clericatu, obitu in poſſeſſione illius in cuius locum fuit conceſſa ſubrogatio ac lite.*
3 *Clericatus probatur ex litteris ordinarij.*
Obitus alicuius benè ex teſtibus iuſtificatur ibid.
4 *Lis probatur ex commiſſione Rotali deciſionibus, & actis iudicialibus cum tamen ad eam introducendã ſufficit citatio legitimè executa.*
3 *Lis ſuper titulo requiritur ad effectum exequendi litteras ſubrogationis gratioſæ.*
6 *Lis quo caſu non cadat ſuper titulo, nec beneficium efficiat litigioſum?*
7 *Beneficium non efficitur litigioſum, quando quis illud non petit principaliter vti ſuum, ſed prætendit ex capite incompatibilitatis non poſſe per alium retineri.*
8 *Amplia procedere quamuis lis eſſet introducta per commiſſionem habentem clauſulas ampliſſimas, quia illæ non ſuffragantur, quando non præceſſit aliqua prouiſio, vt poſſet peti beneficium tanquam ſuum.*
9 *Diſtinctio inter mandatum de prouidendo, & ſimplices litteras commendantias, quæ antiquitus concedebantur per Papam Collatoribus antequam beneficia vacarent, & inter priuationem incurſam ipſo Iure nec ne reprobatur à Lotter.*
10 *Lis, quando fuit narrata Papæ in genere tunc probari debet, quod ſit ſuper titulo beneficij, quia non de alia cenſetur Papam cogitaſſe, ſecus verò ſi fuit narrata in ſpecie.*
11 *Lis, quando fuit in ſpecie Papæ narrata tunc enim cum certioratus fuerit de qualitate litis ſufficit illam iuſtificare eo modo, quo fuit narrata.*
12 *Amplia quamuis non penderet ſuper titulo beneficij.*
13 *Lis ſuper titulo beneficij introducta dicitur, ſi quis prouiſionem Apoſtolicam habens petit declarari à Iudice ſe verum titularem beneficij controuerſi.*
14 *Item lis ſuper titulo introducta dicitur ſtantibus clauſulis,* quam & quas, *aliſque pregnantiſſimis in commiſſione aptis ad eam inducendam data præeſiſtentia alicuius prouiſionis.*
15 *In ſubrogatione poſt narratiuam litis ſi fuerit addita conditio,* Dummodo ex præmiſſis reſultet ver. lis, & ſit legitime introducta, *ex quibus dicta conditio purificata remaneat? & n. 20*
16 *Lis ſpecifice Papæ narrata, quamuis ſufficiat pro validitate Subrogationis, quod verificetur eo modo, quo fuit narrata non tamen ex hoc tollitur Ius medio tempore alteri quæſitum ex prouiſione ordinarij.*
17 *Prouiſus ab ordinario quo caſu ſit legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem ſubrogati, & ſupra num. 16.*
18 *Subrogatio Papæ non ligat manus inferiorum Collatorum, ſed qualitas litis, quatenus videlicet ſit ſuper titulo.*
19 *Subrogatio conceſſa cenſetur ſub conditione,* dummodo non ſit alteri Ius quæſitum, *cui Papa non præſumitur velle præiudicium inferre.*
21 *Prouiſus ab ordinario non eſt legitimus contradictor ad impedien. immiſſionem ſubrogati nam propter pendentiam litis manus ordinarij ſunt ligatæ.*
Ordinarius conferre nequit beneficia litigioſa ibid.
22 *Mandatum de prouidendo conceſſum ad Beneficium certum tunc vacans, & coram Iudice productum tribuit Ius ad rem, quicquid eſſet dicen. in terminis mandati de prouiden. ad beneficium incertum vacaturum.*
23 *Lis calumnioſa non ſuffragatur ad obtinen. ſubrogationem.*
24 *Beneficium impetratum vti curatum, ex quo iuſtificatum remanet non eſſe tale?*
25 *Beneficium curatum, quando remaneat tale etiam ſi fuerit vnitum, ſeu annexum Eccleſiæ Parochiali?*
26 *Vnio præſumitur facta quoad temporalia tantum, itaut principalis habeat ſolummodo principale regimen. ac titulum prophanum quo ad percipien. fructus, diſpoſitio vero quoad ſpiritualia reſpectu curæ ſit penes Vicarium. Declara vt num. ſeqq.*
27 *Cura Beneficij vniti ſi non exercetur per Vicariũ, ſed per Præsbyteros conductitios, ex hoc arguitur cã reſidere penes Rectorem principalem, & num. 28.*
29 *Beneficium probatur curatum ſi tale enunciatur in viſitationibus ordinariorum, & in eo aſſeruantur libri baptiſmatis, matrimoniorum, & mortuorum, quæ præbent argumentum curæ animarum.*
30 *Ad Officium Curati, quænam ſpectent?*
31 *Cauſa qualibet colorata ſufficit, vt ratione calumniæ denegari nequeat immiſſio ex litteris ſubrogationis.*
32 *Calumnia ad effectum impediendi immiſſionem gratioſè ſubrogato debet eſſe euidens, ac talis vt nullo fuco adumbrari valeat.*
33 *Subrogatio gratioſa non datur ſuperſtiti, qui litem mouit contra defunctum triennalem poſſeſſorem.*
34 *Limita non procedere, quando poſſeſſor Triennalis duo beneficia incompatibilia poſſedit, quia tunc ex diſpoſitione S. Conc. Tridentini vtriuſque priuationem incurrit.*
33 *Regula de Triennali fundans ſe in præſumpta diſpenſatione non habet locum contra decreta Concilij Tridentini.*
36 *Regula de ſubrogandis excludit impetrantes Beneficia viuentium, quibus aut propter ſenium, aut propter infirmitatem imminet vitæ periculum.*
37 *Ratio eſt, quia tales impetrantes præſumuntur improbi litigatores, & non fouere bonum Ius.*
38 *Ceſſat tamen dicta præſumptio, quando ex ſpeciali Decreto Papæ inducitur priuatio ipſo iure, & datur cuicunque facultas impetrandi.*
39 *Regula de impetrantibus beneficia viuentium non habet locum quoties illius rigor ceſſat ex aliqua iuſta cauſa, qualis eſt vacatio inducta ipſo Iure.*
40 *Regulæ de Annali, quando dicatur ſufficienter derogatum tam quoad eius primam, quam etiam quoad ſecundam partem?*

DECISIO CLXXXVII.

PER reſignationem Baldilis Vergonyos prouiſus fuit Petrus Caſes de Prioratu Beatæ Mariæ de Vlmo ſiue de Salom, ſed quia idem poſſidebat Cappellaniam Maiorẽ in Eccleſia Sancti Felicis habentem curam
1 animarum, † & Prioratui pariter cura animarum annexa dicebatur illum tanquam vacantem ex capite incompatibilitatis *iuxta textum in extrauag. execrabilis de præbendis*, impetrauit à Sede Apoſtolica Franciſcus Bompar, contra quem dictus Petrus Caſes committi

cura-

curauit cauſam in Rota inſtando declarari ſe
verum, & legitimum Prioratus titularem,
aduerſarij verò impetrationem nullam, & in-
ualidam.

Cum autem poſt inſtructam litem, & pro-
bationes factas accidiſſet obitus Petri, obti-
nuit Bompar ſubrogationem gratioſam in
ius, & poſſeſſionem Baldilii, & ipſius Petri,
& è conuerſo Ordinarius Prioratum vti va-
cantem per obitum Petri contulit Franciſco
Pejoan, aduerſus quem propterea Bompar
petijt executionem litterarum Apoſtolicarũ,
tùm ſubrogationis gratioſæ, tùm nouæ pro-
uiſionis reportatæ à Sede Apoſtolica poſt obi-
tum Petri, tanquam de reſeruato ex Bulla ſe-
cularizationis ædita a fa.me. Clementi VIII. &
propoſito hodiè dubio. An Franciſco Bom-
par ſit danda immiſſio, Rota affirmatiuè re-
ſpondit, quia conſtat de Clericatũ Bompar,
de obitu in poſſeſſione illius in cuius locum
2 conceſſa fuit ſubrogatio, ac de lite, † quæ ſunt
requiſita neceſſaria ad obtinendam immiſſio-
nem vigore ſubrogationis gratioſæ *Seraph. de-
ciſ. 990. in princip. Rot. deciſ. 307. num. 1. coram fa.
me. Greg. XV. deciſ. 7. num. 8. par. 7. recent. cum alijs
relacis à Garz. de Benefic. par. 6. cap. 4. num. 4. &
num. 16. & ſeqq.*

3 Clericatus ipſius Bompar, † & obitus Bal-
dilij ac Petri Collitigantis in poſſeſſione hu-
ius Prioratus exaduerſo non controuerteba-
tur, & abundè iuſtificatur ex teſtibus ac lit-
teris Ordinari: *datis in Summario Bompar nu. 16.
& ſeqq. vſque ad 20.*

4 Lis probatur ex commiſſione Rotali, † &
pluribus citationibus, & actis iudicialibus, cũ
tamen ad introducendam litem ſufficeret ci-
tatio legitimè executa *Clem. 2. vt lit. penden.
Caſſad. deciſ. 1. num. 4. eod. tit. Sarnen. in Regul. de
ſubrog. quæſt. 3. num. 2. Baratt deciſ. 927. nu. 3.* Eam-
que etiam pars aduerſaria admittebat, ſed ne-
gabat eſſe ſuper titulo Beneficij, vt riquiri-
5 tur † ad effectum exequendi litteras ſubroga-
tionis gratioſæ *Mandoſ. in regul. de ſubrogan. q. 13
num. 4. Greg. XV. deciſ. 335. num. 2. Rot. deciſ. 342.
num. 1. verſ. 1. an lis par. 1. deciſ. 7. num. 9. par. 7. re-
cent.* quia cum Bompar non ageret contra Pe-
trum vigore alicuius prouiſionis, quam ob-
tinuiſſet, ſed ſolum mendati de prouidendo,
non petebat Beneficium tanquam ſuum, ſed
tanquam ſibi debitum vtendo actione perſo-
nali, quæ ex dicto mandato oriebatur ad im-
plorandum officium Iudicis, vt conſtito de
incompatibilitate Prioratus narrata Papæ ſibi
6 de illo prouideret, quo caſu lis † non cadit
ſuper titulo nec Beneficium efficitur litigio-
ſum *gloſſ. in cap. 2. verb. finita vt lit. pend. in 6.
Vitalin. in clem. 2. num. 62. & ſeqq. tit. Gonz. ſuper
regul. 8. §. 2. proemial. num. 68. Rot. in Romana Cap-
pellaniæ 3. Aprilis 1620. coram bon. mem. Coccino,
& in Leodien. Canonicatus 9. Iunij 1621. coram bo.
mem. Vbaldo* Seniori, & magis in ſpecie, quod
7 non efficiatur Beneficium litigioſum, † quan-
do quis illud non patit principaliter vti ſuum
ſed prætendit ex capite incompatibilitatis nõ
poſſe per alium retineri dixit *Archid. in cap. 2.
ante med. vt lit. pend. in 6. & ibid. Io. Andr. poſt
princ. Franc. num. 3. verſ. & procedunt Gemin. num. 4.
verſ. aut lis Ferrett. conſ. 12. num. 3. & conſ. 13. n. 2*

Quamuis introducta lis eſſet per commiſ-
8 ſionem † habentem clauſulas ampliſſimas,
cum incidentibus deponentibus &c. quia illæ eſſent
momenti ſi præceſſiſſet prouiſio ad fauorem
Bompar, & ſic adeſſet materia præexiſtens,
ſecus verò in caſu contrario, vt in puncto di-
ſtinguit *Rota in Illerden. Præcentorie 7. Febuarij
1628. coram Reuerendiſſimo D. meo Dunozet. De-
cano, & in ſimili tradit Oldr. conſ. 309. num. 2. &
ſeqq. Aym. conſ. 307. num. 2.* at in caſu noſtro non
præceſſit aliqua prouiſio Bompar, ſed ſim-
plex mandatum de prouidendo, & diſtinctio-
9 nem † inter huiuſmodi mandatum, & ſim-
plices litteras commendatitias, ſeù monito-
riales, quæ antiquitus ſolebant per Papam
concedi directè Collatoribus etiam ante, quã
Beneficia vacarent adductam *per Beltram. in
addit. ad Greg. XV. deci. 305. num. 8.* ſiuè inter
priuationem incurſam ipſo iure nec ne de
qua *Garz. de Benef. part. 11. cap. 3. num. 80. & ſeqq*
reprobat in his terminis *Lotther. de re benef. lib. 2.
quæſt. 20. num. 25. & ſeqq.*

Verum quicquid ſit de his diſtinctionibus
Beltramini & Garziæ, ceſſat in caſu preſenti
omnis difficultas, tùm quia in ſupplicatione
Bompar porrecta Papæ pro obtinenda ſubro-
gatione gratioſa, non fuit narrata lis in gene-
10 re, † quo caſu probari deberet, quod ſit ſu-
per titulo, quia non de alia cenſetur Papa co-
11 gitaſſe, ſed ſpecificè narrata fuit lis † pendens
cum Petro occaſione mandati de prouiden-
do ex capite incompatibilitatis, tunc enim cũ
Papa certioratus fuerit de qualitate litis ſuffi-
cit illam iuſtificare eo modo, quo fuit narra-
ta, vt in puncto diſtinguit *Rot. in Lucana Paro-
chialis de Ripafracta 26. Maij 1634. coram bon.
mem. Coccino,* & quod ſit ſatis iuſtificare litem
12 eo modo, quo narrata fuit etiam ſi † non
penderet ſuper titulo tradit *Sarnen. in regul. de
triennali quæſt. 11. num. 13. in fin. verſ. vbi verò Se-
raph. deciſ. 990. num. 7. Rot. deciſ. 71. num. 12. part. 6.
recent. & in Meſſanen. Archipræsbiteratus 5. Maij
1642. & 19. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſimo
D. meo Decano.*

13 Tùm etiam quia lis in Rota † non fuit in-
troducta à Bompar vigore mandati de pro-
uidendo, ſed ad inſtantiam ipſius Petri ha-
bentis prouiſionem Apoſtolicam, qui petijt
ſe declarari à Iudice verum titularem huius
Beneficij, & proinde negari non poteſt, quin
lis introducta fuerit ſuper titulo *iuxta theori-
cam gloſſ. communiter, vt ſupra receptam in dicto
cap. 2. vt lit. penden. in 6. & in terminis tradit Ad-
den. ad fa. me. Greg. XV. d. deciſ. 305. ſub num. 8. an-
te verſ. tandem*, maximè verò accedentibus
14 clauſulis, † *quam & quas alijſque*, prægnantiſ-
ſimis in dicta commiſſione Petri appoſitis,
quas certum eſt aptas eſſe inducere litẽ ſuper
titulo, data præexiſtentia alicuius prouiſionis.
*Sarnen. in regul. de infirm. quæſt. 34. num. 4. Aegid.
deciſ. 618. Caſſad. deciſ. 9. num. 13. de cauſ. poſſeſſ. &
prop. Caputaq. deciſ. 152. per tot. part. 1. & fuit di-
ctum in Meſſanen. Archipræsbiteratus 29. Aprilis
1641. coram R. P. D. meo Cerro vbi allegantur con-
cordantes.* Ideo-

Ideoque non obſtat, quod infra in ſubro-
gatione poſt dictam narratiuam litis adiecta
15 fuerit conditio † *dummodo ex præmiſsis reſultet vera lis, & ſit legitimè introducta*, quodque licet
16 narrata ſpecificè Papæ quacunque alia lite †
quæ non ſit ſuper titulo ſubrogatio ſubſiſtat
ſi lis iuſtificetur prout fuit narrata, non ta-
men hinc tollatur ius medio tempore quæ-
ſitum illi cui ordinarius, contulerit niſi Papa
ei in ſpecie derogauerit, adeo quod Pojan
17 habens collationem ab ordinario † ſit legiti-
mus contradictor ad impediendam immiſſio-
nem ſubrogati *Lotth. de re benef. lib. 2. quæſt. 20. num. 52. & 53.* vbi dicit rationem, quia non
18 eſt Papæ ſubrogatio, † quæ ligat manus in-
feriorum collatorum, ſed qualitas litis, qua-
tenus videlicet ſit ſuper titulo, & aliam *addit modern. Bonon. de legit. contrad. quæſt. 15. ſub n. 140*
19 quia nempè videtur conceſſa ſubrogatio †
ſub conditione dummodo non ſit alteri ius
quæſitum, cui Papa non præſumitur velle
præiudicium inferre *cap. quamuis, & cap. ſi propter de reſcrip. in 6.*
Nam reſpondetur, quod predicta conditio
20 ſatis† purificata remanet per commiſſionem
Rotalem, & & alia ſupra ponderata inducen-
tia veram litem etiam ſuper titulo, vt in ſpe-
cie ſimili obiecto reſpondit *Rot. in dicta Meſſanen. Archipræsbiteratus* 19. *Ianuarij* 1643. *coram D. meo Decano §. nec releuat.* vnde nec pro-
uiſo ab Ordinario fuit ius aliquod quæſitum
21 itaut hodie ſit legitimus cōtradictor, † quia
propter pendentiam dictæ litis ligatæ erant
manus ordinarij ex diſpoſitione *textus in cap. 2 vt lit. penden. in 6.* ad quem effectum ſuffraga-
batur etiam præcedens mandatum de proui-
22 dendo † à Sede Apoſtolica conceſſum Bom-
par ad hoc Beneficium certum tunc vacans.
& coram Iudice productum, quia exindè
confertur ius ad rem, quicquid dicendum
eſſet in terminis mandati de prouidendo ad
Beneficium incertum vacaturum, vt benè
diſtinguit *Rot. in Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coram bon. mem. Card. Hyeronimo Pamphilio impreſſ. apud March. de commiſſ. to. 1. fol. 142 vbi refertur prius deciſum in Legionen. Canonicatus 25. Octobris 1574. coram ſa. me. Clemente Octauo tunc Sacræ Rotæ Auditore, & ſequitur add. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 305. ſub num. 8. circa med.*
Quatenus verò obiiciebatur litem inter Bō-
23 par, & Petrum fuiſſe calumnioſam, † &
proindè inſufficientem ad obtinendam ſubro
gationem *Mandoſ. in regul. de ſubrog. quæſt. 11. nu. 6.* eo quod intentio Bompar nitebatur in-
compatibilitati Prioratus cum ſuppoſito an-
24 nexionis curæ animarum † quod falſum ap-
paret ex pluribus prouiſionibus Apoſtolicis
tanquam de Beneficio non requirente reſi-
dentiam cuique cura animarum non immi-
net *ad tradita in deciſ. 433. ſub num. 10. coram Reuerendiſsimo Vrgellen.* nec non ex teſtibus depo-
nentibus poſſeſſores Prioratus pro tempore
non conſueuiſſe in eo reſidere, illumque reti-
25 nuiſſe vna cum alijs Beneficijs Curatis, † &
curam animarum in Eccleſia Sanctæ Mariæ
de Salom, in qua Prioratus exiſtit ſolitam eſ-
ſe exerceri per Præsbyteros conductitios, fuiſ-
ſeque traslatam ad dictam Eccleſiam per an-
nexionem Parrochialis, per quam tamen Be-
neficium principale, quod ante erat ſimplex
non euaſit Curatum, quia vnio præſumitur
26 facta† quoad temporalia tantum; ita vt prin-
cipalis habeat ſolummodo temporale regi-
men ac titulum prophanum, quo ad perci-
piendos fructus; diſpoſitio verò quoad ſpi-
ritualia ſit penes Vicarium, qui ſolus habet
titulum immediatum ad curam, vt notat
Barboſ. de off. & poteſt. Paroch. part. 1. cap. 2. n. 65.
Animaduerterunt Domini pro reſponſio-
ne primo, quod teſtes non dicunt curam
27 exerceri per Vicarium, † ſed per Præsbyte-
ros conductitios id, quod demonſtrat eam
reſidere penès Rectorem principalem *Innoc. in cap. cum non Eccleſia ſub num. 2. de præben. Barboſ. d. cap. 2. num. 65. ex tex. in extrauag. execrabilis de præben. Garz. de Benef. part. 3. cap. 2. num. 179. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 20. num. 138. & ſeqq.* Secundò, quod alij teſtes examinati ad
inſtantiam Bompar, qui dantur in eius *Summario num. 12. & 13.* diſertiſſime deponunt ſci-
re ſe quod ille, qui eſt prior tanquam talis
gubernat aut gubernare ac regere facit curā
animarum pro ſe met ipſo, quodque Priora-
tus eſt publicè tentus pro Eccleſia Parrochia-
28 li, † nec diſtinguitur ab Eccleſia Parrochia-
li, ſed ſunt vna, & eadem res indiſtincta, &
ſæpè viderunt ab Eccleſia de Salom deferri
ſacramenta ad domos egrotantium. Acce-
dunt viſitationes ordinariorum datæ in *Sum-*
29 *mario ibidem nu. 8.* in quibus † Prioratus enun-
ciatur Curatus, & per alio exerceri curam de
ordine Prioris nec non libri Baptiſmatis, ma-
trimoniorum, & mortuorum hactenus aſſer-
uari ſoliti nomine Prioris, qui præbent argu-
30 mentum curæ animarum, quia ſpectant † ad
officium Curati iuxta præſcriptum *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform. matrim. cap. 1.* & tradit
Barb. de poteſt. Paroch. part. 1. cap. 7. num. 5. & ſeqq.
Ex quibus omnibus eſto, quod probationes
inuicem pugnarent, negari in omnem euen-
tum non poteſt, quin Bompar, licet alias nō
benè tunc informatus contrarium in quadam
ſupplicatione expoſuiſſet, habuerit modo co-
loratam ſaltem aliquam cauſam credendi ac
iudicialiter promouendi, quod Prioratus ſit
31 Beneficium Curatum, quæ cauſa colorata, †
etiam ſi leuis eſſet, ſufficit vt ratione calum-
niæ denegari nequeat immiſſio ex litteris ſub
rogationis *Rebuff. in prax. ſuper regul. de ſubrogan. gloſſ. 7. num. 3. Seraph. deciſ. 1165. num. 10. Greg. XV. deciſ. 27. num. 8. Rot; inter recent. deciſ. 426. n. 6 par. 4. & in Conchen. Archipræsbiteratus coram bon. mem: Litta impreſſa apud Marcheſ. de Commiſſ. tom. 2. fol. 516. num. 3.* Quia calumnia ad hunc
32 effectū † debet eſſe euidens atque taliter no-
toriè conſtans, vt vllo fuco adumbrari non
valeat *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 20. num. 110. & ſeqq. cum alijs allegat. per addit. ad ſa. me. Greg. XV. deciſ. 426. num. 11.*
Non obſtat, quod de tempore motæ litis
Petrus pacificè poſſediſſet Prioratum vltra
33 triennium, nec detur ſubrogatio ſuperſtiti, †
qui

qui litem mouit contrà defunctum triennalē poſſeſſorem, vt habetur in *regul.29.de ſubrogandis verſ.dummodo*, *& notat Rebuff.d.gl.7. numer.4. Lotther.d.lib.2.quæſt.20.num.88.Caſtropal.oper.moral.tom.2.tract.13.diſput.2.punct.31.§.6.ſub num.3. Rot.deciſ.342.num.1.ad fin.part.1.recent.* quia hoc
34 limitatur, † quando poſſeſſor triennalis duo beneficia incompatibilia, vt in caſu noſtro poſſedit; cùm enim tunc ex diſpoſitione *Concilij Triden.ſeſſ.7.cap.4.& ſeſs.24.cap.17.de reform.* vtriuſque priuationem incurrat, non gaudet beneficio regulæ de triennali, quandoquidem
35 præſumpta diſpenſatio, † in qua d. regula fundatur non habet locum contra d. decreta Concilij Tridentini, vt alias declaraſſe *ſacram Congregationem Concilij Interpetrum refert Garz.de benef.part.11.cap.5.num.179.& ſeqq.Barboſ. de poteſt.Epiſc.allegat.62.nu.29.& in Collectan. ad Concil.Trid.d.ſeſſ.24.cap.17.num.21. Campanil. in diuerſ iur. Canonic. Rub.11.capit.13. numer.111. & 112.*

Minus applicatur alia limitatio, quæ eſt in
36 ventre regulæ de ſubrogandis † *verſ. et nihilominus* excluſiua impetrantium beneficia viuentium, quibus aut propter infirmitatem immineret vitæ periculum, & rationem dicit,
37 *Sarnen.ſuper eadem regul.quæſt.16. num.2.* † quia tales impetrantes præſumuntur improbi litigantes, & non fouere bonum ius, eamque ampliat, *Azor.inſt.moral.to.2.lib.7.cap.32.quæſt.3. ad hanc regulam Caſtropal.d.puncto 31.§.6. num.4. Rot.deciſ.43.num.15.part.2. diuerſ.* Ceſſat enim
38 dicta præſumptio, † quando, vt hic ex ſpeciali decreto Papæ inducitur priuatio ipſo iure, & datur cuicumque facultas impetrandi, *Lotther.d.lib,2.quæſt.20.num.95.* nec prrobatum fuit concludenter, quod tempore impetrationis immineret vitæ periculum, imò contrarium docuit euentus, quia Petrus superui-
39 xit per duodecim annos, nã data iuſta † cauſa qualis eſt vacatio ipſo iure ceſſat fraus, & rigor regulæ de impetrantibus beneficia viuentium, vt dixit *Rota in Cæſeranguſtana Subrogationis gratioſæ 24.Nouembris 1623. coram bon. mem. Nauarro ex ſententia Rebuff. ſuper regul.de ſubrogandis num.47. & 48.*

Non obſtat regula de annali, quia illius pri-
40 mæ parti derogatum fuit † per clauſulas generales appoſitas in prouiſione Bompar, vt ſole re notat *gloſſator ibid.verb.nomen*, & quod ad ſecundam partem ſat eſt Petrum Caſes poſſeſſorem præueniſſe in comittendo causã *in Rota iuxt.deciſ.14.Creſcent.de cauſ. poſſ. & propter* Bompar quantum in ſe fuit, & eius paupertas patiebatur litis proſecutionem non negl exiſſe.

Et ità deciſum vtraque parte informante.

CRACOVIEN IVRISPATRONATVS.

Lunæ 27.Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Concilium Tridentinum inducens pręſumptionem vſurpationis Iuriſpatronatus in magnatibus, procedit quando quæſtio eſt ſuper libertate beneficij, ſecus verò ſi de ſola pertinentia patronatus contenditur inter patronos. Quaſi poſſeſſio præſentandi ex vnica præſentatione effectuata acquiritur. ſecus verò ſi non probatur effectuata, vel dedit cauſam liti.

SVMMARIVM.

1 *Ad manutentionem obtinendam in quaſi poſſeſſione præſentandi ſufficit ſola quaſi poſſeſſio præſentandi. ſiue lis agatur inter priuatos, ſiue inter magnates dum non dubitatur de exiſtentia Iuriſpatronatus, ſed ſolum de pertinentia.*

2 *Concilium Tridentinum* ſeſs. 25. de reformat. cap. 9. *præſumens in magnantibus vſurpationem Iuriſpatronatus locum habet etiam in poſſeſſorio.*

3 *Item procedit, quando eſt quæſtio ſuper libertate beneficij, non autem ſi de ſola pertinentia patronatus contenditur inter patronos.*

4 *Præſentatio probatur effectuata ſi beneficium deinde uacauit per obitum, ſeù priuationem præſentati.*

5 *Præſentatio vnica effectum ſortita ſufficit ad acquiren. quaſi poſſeſſionem præſentandi.*

6 *Pertinentia Iuriſpatronatus ad fauorem ſucceſſoris probatur ex pluribus præſentationibus anteceſſorum.*

7 *Præſentatio non effectuata ſuffragari nequit.*

8 *Præſentatio, quæ dedit cauſam liti non conſtituit in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

9 *Præſertim ſi deinde fuit reiecta à Iudice appellationis.*

10 *Effectuatio tranſactionis, ſeù concordiæ probanda eſt ab allegante, cum ſit quid facti.*

11 *Manutentio danda eſt exiſtenti in quaſi poſſeſſione præſentandi, reiecta cognitione tituli in petitorio.*

DECISIO CLXXXVIII.

AD Eccleſiam Parochialem loci de Cleuiſcha vacantem per priuationem Alexandri vltimi illius poſſeſſoris ſecutam de anno 1641. Dominus Dux Radziuil præſentauit Iacintum, DD.verò Nicolaus, & fratres Odrouanzi de Cleuiſcha præſentarunt Staniſlaum inter quos, nec non inter præſentatos conteſtata lite corã Domino Ordinario Craconienſi, & ſuſpenſo petitorio Iudex pronunciauit ad fauorem præſentati à Domino Duce, quam tamen ſententiam reuocauit in ſecunda iſtantia Dominus Nuncius Apoſtolicus reſidens apud Maieſtatem Regis Poloniç, & cauſa appellationis in tertia iſtantia mihi comiſſa à Signatura Iuſtitiæ cum facultate manutenendi, quem de iure, propoſui hodiè dubium, an ſit danda manutentio Dominis de Cleuiſcha in quaſi poſſeſſione iuris pręſentandi

tandi

tandi ad Eccleſiam, de qua agitur, quod fuit
affirmatiuè reſolutum.

Cum enim non dubitetur de exiſtentia
1 Iuriſpatronatus, † ſed ſolum de pertinentia,
quo caſu ad obtinendam manutentionem
ſufficit ſola quaſi poſſeſſio præſentandi, ſiue
lis agatur inter priuatos, ſiue inter Magnates,
quia *Concilium Tridentinum ſeſſ.* 25. *de reform.ca-*
2 *pit.* 9. † præſumens in Magnatibus vſurpa-
pationem iuriſpatronatus, quod habet locum
etiam in poſſeſſorio, *Garz.de benef.part.3.cap.2.*
*num.*198.*& part.*5.*cap.*5.*num.*138. procedit qui-
dem quando eſt quæſtio ſuper libertate bene-
3 neficij, † non autem ſi de ſola pertinentia
patronatus cōtenditur inter patronos, *Lotther.*
*de re benef.lib.2.quæſt.*13. *num.*128. *Barboſ.in Col-*
*lect.ad Concil.Trid.d.ſeſſ.*25.*de reform.cap.*9.*nu.*21
*Rot.deciſ.*522.*ſub num.*3.*verſ.minus obſtat part.* 4.
*diuerſ.deciſ.*179.*num.*3.*part.*3.*recent.deciſ.*89.*nu.*3.
coram bon.mem.Cardinali Caualer.

Quaſi poſſeſſio Nicolai, & fratrum de Cle-
uiſcha ſatis probatur ex præſentatione ab illis
facta anno 1633. de perſona Alexandri Tabu-
4 ſchi, quæ probatur effectuata, † quia benefi-
cium deindè vacuit per priuationem eiuſdē
Alexandri, iuxtà celebre *conſ. Oldr.*229. prout
faſſus fuit ipſe Dominus Dux aduerſarius in
præſentatione anni 1641. ſufficit enim vnica
5 præſentatio effectum ſortita † ad acquirendā
quaſi poſſeſſionem præſentandi, *Rip.in cap.cum*
*Eccleſ.Sutrina num.*52.*& 90.de cauſ.poſeſſ.& pro-*
*pr.Roman.conſ.*311.*nu.*7.*Oldr. conſ.* 312. *numer.* 2.
*Dec.conſ.*117.*ſub nu.*2.*Garz.de benef.part.*5.*cap.*5.
*num.*59.*Rot.deciſ.*758.*num.*4.*part.*2.*recent.* Eo ma-
gis accedentibus pluribus præſentationibus
anteceſſorum datis *in Summ.numer.*4.*& ſeqq.* ex
6 quibus † probari ſolet pertinentia Iuriſpatro-
tronatus ad fauorem ſucceſſoris, vt ſenſit, *Rot.*
*deciſ.*337 *ſub num.*3. *part.*2.*recent.& in Placentina*
Cappellæ 30.*Octobris* 1615.*coram bon.mem.Coccino*
*relat.per adden.ad ſan.mem.Greg.XV.deciſ.*417.*ſub*
*num.*14.

Nec Domino Duci ſuffragatur ante-
rior poſſeſſio quæſita, vt prætenditur ex
præſentatione anni 1621., quia non pro-
7 batur † effectuata, vt requiritur, *Rip. in d. cap.*
*cum Eccleſia ſub num.*93.*Calder.conſ.*12. *de iurepa-*
*tronatus Put.deciſ.*136.*num.*3.*lib.*3. cum alijs re-
latis per *Modern.Piſan.de iurepatr. lib.* 5. *capit.* 4.
*num.*36.*Rot.deciſ.*165.*num.*5.*part.*4.*diuerſ.* Immò
apparet de ineffectuatione, quia tunc fuit inſti-
tutus Stanislaus Iurouitz præſentatus à Lau-
rentio de Cleuiſcha per cuius Stanislai reſi-
gnationem vacauit beneficiū de anno 1633.
vt in *Summ.num.*8.*& 9.* minus fauet præſenta-
tio Ducis de anno 1641. quia cū dederit cau-
8 ſam liti † non conſtituit Ducem in quaſi poſ-
ſeſſione præſentandi *ex allegatis per Modern.*
*Peruſ.in tract.de manuten.obſer.*17. *num.*47. acce-
9 dente præſertim, † quod illa præſentatio fuit
reiecta à Iudice appellationis, vt per *Lambert.*
*de iurepatronatus lib.*2.*part.*1. *quæſt.* 3. *art.* 13. *ſub*
*num.*3.*alios allegatos per Modern.Peruſ.d.tract.* *ob-*
*ſer.*18. *num.*22.

Non obſtat concordia anni 1523. diuidens
ius præſentandi per Turnum, tum quia non
docetur, quod Dominus Dux habeat cauſam
à concordantibus, tum quia non probatur
10 illius effectuatio, † quæ cum ſit facti proban-
da eſt ab allegante, *Caputaq.deciſ.*11.*nu.*5.*part.*1.
ex textu in l.in bello §.facta ff.Capt.& poſt lim.re-
uerſ & fuit dictū in Peruſina Beneficij 4.*Iulij* 1608.
coram bon.mem.Penia, & in Fulginaten. Saluiani
prima Iulij 1645. *coram me*, quinimò apparet
reuocata de anno 1525. ab ipſis tranſigenti-
bus, *Summ.num.* 11. & dantur plures præſenta-
tiones factæ ab anteceſſoribus Dominorum
de Reiuſcha in eorum, *Summ.num.*4.*& ſeqq.* &
quatenus prædicta aliquam exigerent diſcuſ-
ſionem, interim danda eſt manutentio inſtan-
tibus exiſtentibus in quaſi poſſeſsione pręſen-
tandi reiecta cognitione tituli ad petitorium,
*Gabr.conſ.*51.*num.*13.*lib.*1. *Acchill.deciſ.*15. *nu.* 2.
*de reſt.ſpol. Rot.deciſ.*151.*nu.*20. *inter impreſſ. apud*
*Modern.de manuten.deciſ.*275.*numer.*11.*coram ſan.*
mem.Greg.XV.

Et ità deciſum vna tantum parte informan-
te, præuijs pluribus citationibus contra pro-
curatorem D.Ducis.

GERVNDEN. BENEFICII.

Lunæ 27.Iunij 1644.

ARGVMENTVM.

Adiudcatio Beneficij Iuriſpatronatus, quibus concurrentibus concedenda veniat? habens qualitates requiſitas in fundatione, licet non ſit præſentatus habetur pro præſentato ex ſola oppoſitione, quia patronus tenetur illum præſentare. Iuſpatronatus Eccleſiaſticū cadit ſub reſeruatione cum ſua cauſa, vt ſcilicet collatio fiat habenti qualitates requiſitas in fundatione, quia Papa per tales reſeruationes, non cenſetur præiudicare velle niſi collatoribus, non autem perſonis in fundatione vocatis.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio beneficij Iuriſpatronatus debita eſt ei, qui probat vacationem beneficij, ſe eſſe vocatum, eiuſque idonietatem.*

2 *Vacatio beneficij probatur ex confeſſione aduerſarij venientis ex eadem vacatione.*

3 *Iuſpatronatus probatur ex Inſtrumento fundationis.*

4 *In fundatione ſi vocatur Clericus de genere fundatoris, huiuſmodi qualitas, ex quibus probata remaneat?*

5 *Conſanguinitas à Teſtatore requiſita ſi fuit probata reſpectu vnius fratris talis probatio ſuffragatur, quod alium fratrem in eodem gradu exiſten.*

6 *Conſanguinitas non eſt probanda per gradus diſtinctos, quando vocatio non eſt limitata ad certum gradum, ſed generica; nec alius comparet, qui ſe conſanguineum prætendat.*

7 *Idonietas, ex quibus probetur?*

8 *Clericatus præſumptio inducitur ex approbatione Ordinarij ad aliquod beneficium.*

9 *In beneficialibus nemò acquirit ius ex facto proprio.*

10 *Qua-*

10 *Qualitates in fundatione requiſitæ, quando vni tantum conueniunt, & vnicus adeſt oppoſitor, quamuis præſentatus non ſit habetur pro præſentato, quia patronus tenetur illum præſentare, nec poteſt tranſgredi legem fundationis, & ratio affertur num. 11. & 12.*

13 *Incompatibilitas non reſultat ex adeptione beneficij incompatibilis, ſed ex retentione, quæ duo valdè inter ſe differunt.*

14 *Per aſſecutionem beneficij incompatibilis nõ tenetur quis dimittere primum, donec lis pendet ſuper ſecundo, ne detur caſus, quod vtroque priuatus remaneat.*

15 *Iuſpatronatus Eccleſiaſticum cadit ſub regula reſeruatoria menſium.*

16 *Iuſpatronatus Eccleſiaſticum cadit ſub reſeruatione cum ſua cauſa ſcilicet, vt collatio per Papam fieri debeat perſonis habentibus qualitates requiſitas in fundatione, quia per tales reſeruationes non cenſetur velle præiudicare, niſi collatoribus, non autem perſonis in fundatione vocatis.*

17 *Prouiſio Papæ ob non factam expreſſionem exiſtentiæ conſanguineorum, eorumque vocationem contentam in fundatione eſt ſubreptita, quia ſi Papa hoc ſciuiſſet, vel gratiam non conceſſiſſet, vel difficilius.*

18 *Amplia quamuis de tempore prouiſionis non eſſet probata exiſtentia conſanguineorum.*

DECISIO CLXXXIX.

DE beneficio ſimplici ſub inuocatione Sanctæ Mariæ in Eccleſia Parochiali Oppidi Campi rotundi Gerunden. Diœceſis tanquam reſeruato ob mortẽ Benedicti Campæ vltimi illius poſſeſſoris in menſe Ianuarij proximè præteriti ſecutam prouiſus fuit Franſciſcus Blanc. Verum quia in fundatione eiuſdem beneficij, quod eſt de iurepatronatus, cauetur quod occurrente vacatione de tempore, quo exiſtat Clericus de genere, & conſanguinitate fundatoris ille debeat præſentari, & alijs præferri, proptereà Raymundus Campa vti talis ſe, mediantè procuratore ſubſtituto ab habente ſpeciale mandatum oppoſuit ad hoc beneficium de menſe Fabruarij ſubſequentis; & ſucceſſiuè commiſſa mihi cauſa contrà dictum Franciſcum inſtetit ſibi adiudicari beneficium, propoſitoque hodiè dubio an ſit ei adiudicandum affirmatiuè reſolutum fuit.

1 Quia probauit vacationem beneficii, † quod ſit de iurepatronatus, ſeque eſſe vocatum, & idoneum, quibus vt infrà concurrentibus adiudicatio denegari non poteſt, *cap. monaſterium 16. quæſt. 7. cap. cum Bertoldus vbi Abb. num. 12. de re iudic. Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 100. num. 1. Rot. inter recent. deciſ. 337. num. 1. part. 2.*

2 Vacatio probatur ex confeſſione Franciſci aduerſarij, † quia venit ex eadem vacatione, *Put. deciſ. 171. num. 1. lib. 3. Caualer. deciſ. 55. nu. 3. Rot. deciſ. 421. num. 4. part. 2. recent.*

3 Iuſpatronatus eſt in confeſſo apud partes, & euidens eſt ex iſtrumento fundationis † *ad notat. per gloſſ. in cap. piæ mentis 16. quæſt. 7. Lambert. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæſt. 2. art. 2. per tot. Gonzal. ſuper regul. 8. gloſſ. 18. numer. 32. Rot. deciſ. 152. num. 2. part. 5. recent.*

Quod verò Raymundus ſit vocatus apparet; quia in eodem iſtrumento fundationis

4 vocantur Clerici de genere fundatoris † qualis probatur Raymundus, quia vt deponunt Teſtes ad eius iſtantiam examinati eſt frater germanus Benedicti Campæ, qui in præcedenti vacatione tanquam conſanguineus fundatoris beneficium obtinuit præuia ſimili probatione ſuæ conſanguinitatis per teſtes; pro-

5 bato enim, † quod Benedictus erat conſanguineus ſequitur, quod etiam Raymundus eius frater ſit talis, *Angel. in auth. vt liceat matri, & auiæ §. ad hæc in fin Tiraquell. de nobilit. cap. 17. num. 3. Rot. deciſ. 284. num. 3. part. 1. recent. deciſ. 75. numer. 3. inter impreſſ. poſt Viuian. de iurepatr.* Nec intereſt quod Teſtes non deponant de gradibus diſtinctis conſanguinitatis, ſeù deſcenden-

6 tiæ fundatore, quia cum vocatio † non ſit limitata ad certum gradum, ſed generica neque alius compareat, qui ſe conſanguineum prætendat ſufficit generica probatio conſanguinitatis abſque alia graduũ diſtinctione, vt *ex pluribus deciſionibus ibi relatis firmat Garz. de benefic. part. 7. cap. 15. num. 28. & 2. ſeqq.* quem ſequitur *Eſcobar. de purit. & nobilit. par. 1. quæſt. 9. §. 3. num. 47. & 50. & fuit dictum in Ceſarauguſtana Beneficij de Linares 4. Decembris. 1643. coram me.*

7 Idoneitatem Raymundi, nempè quod ſit presbyter teſtantur duo teſtes, nec non fides approbationis Ordinarii ad aliud beneficium

8 ſimplex, quæ inducit † præſumptionem Clericatus. vt fuit reſolutum in *Calaguritana, ſeù Calciaten. 15. Octobris 1604. coram bon. mem. Penia Pampilonen. Beneficij de Aybar. 9. Decembris 1620. coram bon mem. Remboldo, & in Vrbinaten. Beneficij 20. Decembris 1624. coram bon. memor. Merlino.*

Non obſtat, quod Raymundus non ſit præſentatus à patrono, ſed ſolum ſe oppoſuerit beneficio, ex qua oppoſitione non poſſit prætendere adiudicationem, quia in beneficiali-

9 bus, † nemò acquirit ius ex facto proprio, *Caſſad. deciſ. 18. num. 2. & præben.* Ius enim Raymundi non deriuat principalitèr ex ſua oppoſitione, ſed ex fundatione, quæ illum tantanquam conſanguineum ſpecialiter vocat, ac exteris præfert, & quando qualitates fun-

10 dationis † vni tantum conueniunt, & vnicus adeſt oppoſitor ille aſſimilatur præſentato, cum patronus teneatur illum præſentare neque poſſit tranſgredi legem fundationis, vt declarando dictam deciſionem, *Caſſad.* reſpondit *Rot. deciſ. 97. num. 3. part. 3. recent. & in Tarraconen. Beneficij 10. Ianuarij 1639. coram R. P. D. meo Carillo,* ac plenè tradit *Lotther. de re benefic. lib. 2. quæſt. 38. num. 26. & ſeqq.* & ſignantèr *ſub num. 29. ait,* quod exindè videtur adeſſe præxiſtens titulus, per quem beneficium vindicetur tanquam ſuum, *& quæſt. 51. numer. 39. &*

11 *ſeqq.* vbi quod ius iſtud quæritur ſtatim, † ac eſt facta oppoſito quamuis qualitates fundationis non dum ſint iuſtificatæ, ſi tamen illæ verè concurrant, nam cum illa iuſtificatio quæ ſubſequitur ſit ſimplex patefactio prete-

riti latentis non cenſetur aliquid adiudicare, & ſpes certa obtinendi præſentationem regulatur perindè ac ſi effectus ſecutus eſſet, *Manſſioſ.conſ.51.nu.12.verſ.inſuper quando alicui Gonz. uper reg.8.gl.9.§.primo ſub numer.94.verſ. pariter* aliique relati *per add.ad Baratt.deciſ.55.ſub nu.9. & 10.* Quo magis, poſt quam, vt in caſu noſtro dd qualitates ſunt iuſtificatæ, nam tunc
12 oppoſitor vltrà illud, quod ſe oppoſuit, † ex quo qualitates requiſitas per fundatorem verificauit cenſetur ab ipſo fundatore vocatus, & ſic præſentatus, itaut ſola inſtitutio, ſeù prouiſio deficiat, vt benè, *Put.deciſ.252.ſub num.2. & num.3.lib.3.in corr.*

Non obſtat quod ex eadem lege fundationis hoc beneficium retinere non poſſit, qui aliud habet, habet autem Raymundus, quia fundatio non prohibet, quin habens aliud beneficium, & hoc obtineat, ſed quod vtrunq; retineat, & ſic non facit incompatibilitatem
13 reſpectu † adeptionis, ſed tantum reſpectu retentionis, quæ duo valdè inter ſe differunt, *Seraph.deciſ.774.num.2, Caualer.deciſ.450. num.6. Lotther.de re benefic.lib.3.quæſt.23. num.17.* Raymundus verò non intendit vtrunque retinere, ſed alterum dimittere, nec tamen dimit-
14 tere tenetur, † donec lis pendet ſuper ſecundo beneficio, ne detur caſus quod vtroque priuatus remaneat, *Franc. in cap. licet Epiſcopus nu.1.de præben.in 6.Lotther.de re benef. d.quæſt.23. num.19.& 24.Seraph.deciſ.953.num.1.& 3. & deciſ.1254.nu.1.Rot.in Calaguritana Beneficij de Arnedo 22.Ianuarij 1622. coram bon.mem.Merlino.*

Tandem non obſtat, quod beneficium vacauerit in menſe reſeruato, & cum ſit de iure
15 patronatus Eccleſiaſtico † cadat ſub regula menſium, quodque Franciſcus aduerſarius habeat prouiſionem Apoſtolicam. Quia ius patronatus cadit quidem ſub reſeruatione, ſed
16 cum ſua cauſa † ſcilicet, vt collatio per Papam fieri debeat perſonis habentibus qualitates requiſitas in fundatione, quia Papa non cenſetur per tales reſeruationes præiudicare velle niſi collatoribus, non autem perſonis in fundatione vocatis, *Seraph. deciſ.1420. num. 3. Put.deciſ.368.num.1.lib.1.in correct. deciſ.229.n.1 lib.2. Aeneas de Falcon.de reſeruat.quæſt.3. num.22. Lotther.de re benef.lib.1.quæſt.34.num.17.* Et prouiſio aduerſarij ob non expreſsionem exi-
17 ſtentiæ conſanguineorum † eorumque vocationem contentam in fundatione eſt ſubreptitia, ac nullius momenti, quia ſi Papæ hæc fuiſſent narrata, vel prouiſionem non conceſſiſſet, vel difficilius conceſsiſſet, *Put.deciſ.252. in fin.lib.3.in corr.& in terminis Caſtropal.oper.moral.tom.2.tract.13.diſput.2.punct.1. ſub numer.17.*
18 qui ampliat licet de tempore prouiſionis † nō eſſet probata exiſtentia conſanguineorum, *Rot.deciſ.97.num.4.part.3.recent.& in d. Tarraconen.Beneficij 10.Ianuarij 1639.coram R.P. D. meo Carillo.*

Et ità deciſum vtraque parte informante.

ROMANA VINEAE.

Veneris 1. Iulij 1644.

Argumento non eget.

1 *Dilatio petita in vltimis audientijs detegitur calumnioſa.*

DECISIO CXC.

NON acquieſcente Laurentio Iuſto deciſioni contrà ipſum editæ ad fauorem Perontij ſub die 18.Februarij proximè præteriti Rota conſenſit, quod iterum audiretur, ſed laceſsitus pluribus citationibus pro cauſæ repropoſitione ſuper eiſdem nuſquam comparuit, & expectatus humanitèr vſq; ad hanc vltimam Rotam, in qua tandem cauſam repropoſui petijt differri reſolutionē ad kal. Domini verò petitionem reiecerunt, ac deciſionem confirmarunt.

Audax enim viſa fuit petitio tā longę dilationis poſt tot citationes, & lapſum temporis, quo cōmodiſsime potuit inſtruere defenſionē, eo magis cū ipſe Laurentius vineā poſsideat, eiuſque fructus interim maturent, quorum difficilem recuperationem fore conſtat ex deductis in deciſione ſuper articulo aſſecuratio-
1 nis Iudicij, vndè calumnioſè dilationem † peti in vltimis audientijs dixit, *Rot.deciſ.521.nu.25. part.5.recent.*

Deciſionem verò confirmarunt, ex rationibus in ea deductis, quę placuerunt, nec aliquid exaduerſo allatum fuit.

Et ità &c.

ROMANA SEV IANVEN. PECVNIARIA.

Veneris 1. Iulij 1644.

ARGVMENTVM.

Confeſſio debiti inter debitorem, & creditorem non probat in præiudicium aliorum creditorum, maximè ſi tempore confeſſionis debitor erat decoctus, vel de proximo decocturus. Cambia vt debeantur vti cambia, vel tanquā damna, & intereſſe, quænam vtroque caſu iuſtificanda ſunt?

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio debiti inter creditorem, & debitorem non probat in præiudicium aliorum creditorum etiam poſteriorum, ne ſit in poteſtate debitoris circumuenire creditores.*
2 *Præſertim ſi debitor tempore confeſſionis erat de proximo decocturus, & ex quibus futura decoctio probetur?*
3 *Debitor quod ſit decoctus, vel de proximo decocturus paria ſunt.*
4 *In materia Cambiorum non ſtatur confeſſioni, ſed ſolida-*

ſolidationi factæ inter partes, ne aperiatur via fraudibus, & illicitis vſuris.

5 Cambia iuſtificanda ſunt à creditore, qui agit pro illorum conſecutione.

6 Cambia ſi non iuſtificantur, tunc pecuniæ pro cambijs ſolutæ cedunt ipſo Iure in cauſam, & extinctionem ſortis, quia lex ſolutum in cauſam indebitam interpretatur in cauſam debitam.

7 Procurator ſi pecunias receptas promiſit negotiari ſuper cambijs, tunc opus non eſt alia iuſtificatione quod pecuniæ fuerint cambiatæ cum talis promiſſor ratione mandati ſuſcepti ad negotiandum teneatur, negotiauerit necne?

8 Procurator qui mandatum ſuſcepit ad aliquid faciendum docere debet de illius executione alioquin condemnatur ad intereſſe.

9 Cambia non debentur, niſi conſtet de effectiua tranſmiſſione pecuniarum ad nundinas, quod tamen iuſtificari poteſt per exhibitionem litterarum redditus.

10 Cambia tanquam damna, & intereſſe, vt debeantur necne? quænam concurrere debent? & nu. 11. & 12.

13 Procurator qui pecunias ſuper cambijs negociari promiſit, vt ad certam quantitatem condemnetur loco damnorum, & intereſſe, incumbit mandanti onus probandi quantum poſt mandatum ſuſceptum fuerit ab alijs ex cambijs perceptum, nec vltra petere poteſt. & nu. 14.

15 Liquidatio intereſſe facienda eſt à creditore etiam in Iudicijs executiuis.

16 Cambia non ſemper ſunt vniformia, ſed reddunt modo plus modo minus, imò quandoque damnum afferunt.

17 Procurator tenetur Domino reſtituere etiam indebitè percepta.

18 Recipiens pecunias ad negotiandum ſi ſuſcepit in ſe riſicum capitalis, talis ſuſceptio intelligitur de alio periculo amiſſionis capitalis, quam prouenīente ex natura negotij, puta per decoctionem mercatorum, quibus dantur pecuniæ ad cambium.

19 Recipiens pecunias ad negotiandum ſi promiſit reſtituere capitale talis promiſſio non intelligitur de toto capitali, ſed de eo quod ſupererit.

20 Recipiens pecunias ſi ſuſcepit in ſe omne riſicum amiſſionis capitalis etiam reſpectu nominum debitorum, quod mercatores appellant ſtare del credere talis ſuſceptio periculi eſt illicita, & vſuraria, & nu. 23. & 24.

21 Verbum etiam eſt ampliatiuum.

22 Verbum aliquo eſt vniuerſale, & omnia comprehendit.

25 Aſſecurans capitale, ſi nihil lucri percipit, hoc eſt contra iuſtitiam, & æquitatem.

26 Lucrum aliquod debitum eſt tam in contractu ſocietatis, quam aſſecurationis ei, qui in ſe ſuſcepit periculum capitalis.

27 Vſuraria dicitur conuentio, per quam alteri, qui omne periculum capitalis ſubit conceditur pars lucri, quatenus certam ſummam excedat, ſecus autem ſi non excedit.

DECISIO CXCI.

FRATRES de Ferrarijs, vti creditores Franciſci Viuiani in duabus partitis, altera ſcutorum 6253. & ſolidorum 13. auri Marcharum, altera ſcutorum 9000. ſimilium, quę Viuianus promiſerat negotiare, ſeù negotiari facere ſuper Cambijs, egerunt pro reſtitutione ſortis principalis contra Octauiū Coſtam creditorem poſteriorem eiuſdem Viuiani, qui pecunias communis debitoris receperat ſub cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus.

Et excipiente Coſta de ſatisfactione Ferrariorum ex pecunijs Viuiani, quæ ad illorum manus peruenerant, quæque imputari debent in ſortem, quia cambia non debentur, fuit coram bo: me: Coccino propoſitum dubium an conſtet de tali ſatisfactione, quo ſæpiùs propoſito, & numquam reſoluto, tandem DD. mandarunt, vt videretur, an cambia vtriuſque partitæ ſint iuſtificata, cuius dubij diſcuſſione aſſumpta coram me in hac cauſa ſubrogato per obitum bo: me: Coccini, informantes pro Ferrarijs omiſſa pro nunc partita ſcutorum 6253. inſiſtebant alteri ſcutor. 9000. eiuſque cambia non eſſe iuſtificata reſponſum fuit.

Neque enim ad hunc effectum ſufficit confeſſio Viuiani debitoris in Inſtrumento ſaldi facti cum Ferrarijs, tum quia confeſſio debi-
1 ti † inter creditorem, & debitorem non probat in præiudicium Coſtæ, ſeù alterius creditoris etiam poſterioris ne ſit in poteſtate debitoris, creditores circumuenire, *Cyn. in l. vbi adhuc num. 19. Cod. iur. dot. Caſtr. in l. ſeia mancipia num. 5. ff. ad Velle, Bald. conſ. 432. num. 1. lib. 1. Rota coram bon. mem. Buratto deciſ. 9. nu. 1. & deciſ. 104. num. 1. & 2.*

Eo minùs quando debitor tempore confeſ-
2 ſionis † erat de proximo decocturus *Bald. dicto conſ. 432. & conſ. 399. num. 3. lib. 5. Stracc. de decoct. tit. qui pot. in bon. decocti num. 17. Grat. diſcept. 768. num. 7. & 8. Caſtill. deciſ. 22. num. 36. lib. 1. Buratt. dicta deciſ. 9. & deciſ. 104.* vt in caſu noſtro erat Viuianus, quia poſt viginti dies deceſſit cum fama publica decoctionis relicto ære alieno ſupra ſuas facultates in ſumma ſcutor. 10000. vt teſtantur primarij Ciues, & mercatores Ianuenſes, & comprobat deputatio aſſumptorum, ac deſcriptio bonorum illicò facta ad inſtantiam creditorum præuio decreto Senatus, vt in *Summ. Coſtæ num. 1. & 2.* paria enim
3 ſunt † quod tempore confeſſionis debitor eſſet decoctus, vel de proximo decocturus, *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 402. nu. 7. cum alijs allegatis per adden. ad Buratt. d. dec. 9. lit. B.*

4 Tum etiam quia in materia † cambiorum non ſtatur confeſſioni, ſeù ſolidationi factæ inter partes, ne ſub prætextu huiuſmodi confeſſionum aperiatur via fraudibus, & illicitis vſuris, *Grat. diſcept. 851. num. 11. 12. & 23. Rot. deciſ. 775. num. 2. par. 4. diuerſ. deciſ. 51. n. 5. deciſ. 559. nu. 2. par. 1. recent. deciſ. 292. num. 3. & 4. par. 7. & in Romana Cambij 17. Febr. 1642. coram me.*

5 Incumbit autem onus iuſtificandi cambia Fer-

Ferrariis creditoribus, quia ſunt actores *ad text. in l. nimis graue Cod. teſtib. l. cogi poſſeſſorem C. pet. hæredit. l. exceptionem Cod. probat gloſſ. in l. cum de lege ff. eod. Gabr. conſ. 38. num. 5. lib. 2.* quamuis hodie non petant cambia, ſed ſortem principalem, nam pecunias quas hactenùs receperunt
6 pro cambiis † niſi illa iuſtificeatur ceſſerunt ipſo iure in extinctionem ſortis, cùm lex ſolutum in cauſam indebitam interpretetur in cauſam debitam, *Roman. conſ. 238. num. 1. Franc. Anton. Coſt. conſ. 73. num. 58. Io. Franc. de Ponte conſil. 70. num. 2. & ſeqq. lib. 1. Viuian. deciſ. 373. nu. 1. & in puncto Rot. in dicta Romana Cambij,* in qua reſpondetur omnibus contrarijs, & in alia *Licien. Pecuniaria 29. Maij 1643. coram me.*

Nec releuat quod agatur ex obligatione Viuiani, qui promiſit ſcuta 9000. negotiari
7 ſuper cambiis, † ideoque opus non ſit iuſtificatione, quod pecuniæ fuerint cambiatæ cum talis promiſſor ratione mandati ſuſcepti ad negotiandum teneatur negotiatus fuerit, nec ne, vt in ſpecie *Ioſeph Ramon. conſ. 41. n. 12. & 13.* vbi quod dans pecunias non tenetur probare pecunias fuiſſe ad cambium negotiatas *libr. 1. Bellon. deciſ. Ianuen. 9. num. 5. deciſ. 24. nu. 7. dec. 58. num. 5. Rot. deciſ. 168. ſub num. 2. deciſ. 207. num. 2. verſ. ſed Io. Baptiſta inter impreſſ. poſt conſ. Farinac.* ea ratione, quia Procurator, qui mandatum
8 ſuſcepit † docere ipſe debet de illius executione alioquin condemnatur, *l. ſi Procur. 8. l. idemque 10. §. ſi Procurator, l. ſi mandauero 22. §. ſicut ff. mandat. l. ad comparandas 15. C. eod. tit. Ciriac. contr. 165. n. 1. Surd. deciſ. 304. n. 4. & 5.*

Quia hoc procedit cum diſtinctione, aut enim mandans petit cambia, vt cambia, cumque illa non debeantur, niſi fuerit executum mandatum per effectiuam † tranſmiſſionem
9 pecuniarum ad nundinas debet actor eandem tranſmiſſionem tanquam ſuę intentionis fundamentum probare *Mantic. deciſ. 283. numer. 5.* exhibendo ſaltem litteras reditus *iuxtà deciſionem 951. in fin. lib. 3. par. 3. diuerſ. deciſ. 274. num. 5. par. 5. recent. deciſ. 32. nu. 21. coram Reuerendiſſ. Vergellen. & Deciſum in Anconitana Cambiorum 8. Februarij 1629. coram bo. me. Card. Vbaldo*

Aut petit cambia tanquam damna, & inte-
10 reſſe, † & niſi mandatarius doceat feciſſe diligentias, nec inuenire potuiſſe, qui pecunias acciperet ad cambium, aut tempeſtiuè mandato ſuſcepto ex iuſta cauſa renunciauerit, idque denunciauerit mandanti iuxtà terminos, *text. in l. ſi quis alicui 27. §. qui ſuſcepit, & ibi notata per Odofred ff mandat. Card. Mantica de tacitis lib. 7. tit. 21. ſub nu. 46.* obtinebit actor † abſque
11 eo quod probet pecunias fuiſſe per mandatarium ad cambium datas; aut requiſita *Caſtr. in l. 3. ff. eo quod cert. loc.* dummodò † ad fuerint
12 generaliter occaſiones cambiandi, vt fuit deciſum *in Romana Multiplici 25. Februarij 1619. coram bon. mem. Vbaldo Seniori, quæ eſt deciſ. 479. num. 9. & 10. inter impreſſ. poſt Cinc. de Cenſib. ſecundum impreſſionem Taurinen.* & deſumitur originaliter *ex tradit. à Bart. in l. tutor §. ſi poſt n. 3. ff. adminiſtr. tutor. quem ſequitur Dec. conſ. 178. circa fin. Gabr. conſ. 26. nu. 9. lib. 1. Honded. conſ. 39. n. 6. lib. 2. Grat. diſcept. 240. n. 6.*

13 Vt autem mandatarius ad certam quantitatem † condemnetur loco damnorum, & intereſſe, incumbit mandanti onus probandi, quantum poſt mandatum ſuſceptum fuerit ab alijs ex cambiis perceptum, *Honded. d. conſil. 39. num. 13. Grat. d. diſcept. 240. numer. 35. & 36.*
14 quia id ſolùm eius intereſt, † nec vltra petere poteſt, *l. ſi fundus 36. ff. locat.* & liquidatio
15 intereſſe, † ſeù quantitatis debitæ facienda eſt à creditore etiam in iudicijs executiuis, *Cagnol. in rub. Cod de ſent. quæ pro eo quod inter ſub numer. 6. & in l. vnica num. 53. & 54. Cod. eod. tit. Aym. conſ. 164. num. 2. Surd. conſ. 248. num. 13. Mantic. deciſ. 194. num. 5. Burat. deciſ. 545. num. 1.* Præſertim in caſu noſtro, quo fuit expreſsè conuentum quod ſi cambia non aſcenderent ad ſcuta ſeptem cum vno quinto pro quolibet centenario, & anno illud minùs ſolui deberet pro intereſſe cambiorum, & cambia non ſunt vni-
16 formia, † ſed reddunt modo plus modo minùs, imò quandoque damnum afferunt, *Molin. de contract. diſp. 410. num. 6. Seraphin. deciſ. 599. num. 1. & deciſ. 946. num. 4. Rot. deciſ. 315. numer. 6. par. 2. diuerſ. deciſ. 304. nu. 5. verſ. quia cambia par. 2. recent.*

Cum igitur non probetur lucrum ex cambiis ab alius perceptum, & confeſſio, ſeù agnitio debiti facta à Viuiano debitore non ſufficiat, conſequens eſt vt deſideretur iuſtificatio ex parte Ferrariorum, qui gratis dicunt Viuianum lucrum, quod petitur exegiſſe ab alijs quibus pecunias dederat ad cambium, & propterea teneri reſtituere Ferrarijs ſiue licitè, ſiuè illicitè perceperit, cum Procurator † de-
17 beat reſtituere Domino etiam indebitè percepta *l. qui proprio §. Procurator ff. procurat. l. ſi quis abſentis negotia ff. negoc. geſt. l. cum autem §. cum redderetur ff. ædilit. ædict. Vinc. de Franch. dec. 172. numer. 4. & 5.* Nam in ſaldo facto cum Ferrarijs Viuianus nō aſſeruit hoc lucrum ab alijs percepiſſe, & quatenùs aſſereret, eius aſſertio non deberet attendi in materia ſuſpecta vſurarum, & in præiudicium Coſtæ poſterioris creditoris ex ſupra allegatis.

Et in hanc ſententiam Domini eo libentiùs venerunt, quia contractus ipſe principalis inter Ferrarios, & Viuianum redolere videtur vſurariam prauitatem, cum Viuianus non ſuſceperit ſimpliciter in ſe riſicum capi-
18 talis, † aut illud reſtituere promiſerit, quo caſu ſuſceptio riſici intelligitur de alio periculo amiſſionis capitalis, quam prouenientè ex natura negocij, puta per decoctionem mercatorum, quibus dantur pecuniæ ad cambiū, vel ex alio accidenti præter naturam negotij, vt dixit *Rota deciſ. 304. num. 4. & 5. in fin. & nu. 7. deciſ. 556. num. 5. part. 2. recent.* ſicuti † promiſſio
19 de reſtituendo capitale non intelligitur de toto capitali, ſed de eo quod ſupererit, *Rota d. dec. 557. nu. 5. & dec. 137. nu. 3. & 4. inter impreſſ. poſt conſ. Farinac.*

Sed ſuſcepe it riſicum † verbis ampliſſimis
20 exprimentibus in ſpecie periculum amiſſionis reſpectu nominum debitorum, quod mercatores appellant *ſtare del credere,* & quodcunque aliud, ibi, *riſico ſemper, periculo, & fortunæ*

ipſius

ipſius magnifici Io. Franciſci etiam reſpectu debito-
rum cauſando in quocumque foro & loco , & non in
aliquo dictorum magnificorum de Ferrarys, ponde-
21 rando verbum, *etiam*, † quod eſt ampliatiuũ,
& implicat alias periculi ſpecies, *l.2.Cod.teſtlib.*
clem.1.§.final.de re indic.Pariſ.conſ.46. num.30.&
ſeqq.lib.4. Rot.deciſ.51.nu.8. vbi quod hoc pro-
cedit etiam in materia ſtricta *part.1. recent.* nec
non verbum, *aliquo*, cuius vigore Ferrarij exi-
muntur ab omni periculo ſiue ex natura ne-
gotij , ſiue præter contingat , cum ſit vniuer-
22 ſale , & omnes periculi caſus compræhendat
gloſſ. final. in cap.ſi propter de reſcript.in 6.Gemin.
conſ.29.numer.2. Socin.conſ.3. num.10.lib.3.Surd.
conſ.33.num.20.& deciſ.283.num.7. Rot.deciſ.357.
num.5. par.1. diuerſ. Hæc namque conuentio ,
ſeu ſuſceptio omnis periculi eſt illicita , † &
23 vſuraria, vt tradunt *Beatus Ioannes de Capiſtra-*
no de vſur.par.2.numer.98.inter tract.diuerſ.tom.7.
fol.108. dicens eſſe contra ius , † quod dans
24 pecunias habeat caput ſaluum , & recipiens
habeat caput fractum perdendo oleum , &
operam *Laurent.de Rodulph.de vſur.part.2.qu.19.*
num.61.dicto tom.7.fol.21.Lupus in cap.nauiganti de
vſur.§.1.num.24.Mant.de tacit.lib.6.tit.6.num.11.
Corrad.de contract.quæſt.97.per tot.Molin.de iuſt.&
iur.diſp.417.num.9.in 2.concluſ.Scacc.de camb.§.3.
gloſſ.3.n.35.Rot.in Romana Cambij 18.Aprilis pro-
ximi præteriti coram R.P.D.meo Pentingerio.

Maximè quia ex conuentione partium in
caſum quo cambia redderent tantum ſcuta
ſeptem cum vno quinto pro quolibet cente-
nario, vel minùs nihil lucri remanet Viuiano
25 in recompenſationem ſuſceptionis periculi ,
& aſſecurationis capitalis , & ſic euenire po-
teſt , quod Viuianus ſubeat omne damnum ,
& Ferrarij omne lucrum percipiant, quod eſt
contra omnem iuſtitiam , & æquitatem , *l.ſi*
non fuerit §.fin. ff. pro ſocio , Salon. de contractu ſo-
cietatis art.3.n.11.& per tot. Felic.de ſociet.cap.18.
num.15.& ſeqq. Rot.deciſ.304.ſub num.7. ibi data
aliqua competenti mercede *par.2. recent.* tam
in contractu ſocietatis,quam in contractu,qui
26 dicitur aſſecurationis, † cum ſemper requira-
tur iuſta recompenſatio periculi ſuſcepti di-
mittendo ſaltem aſſecuranti certam partem
lucri ex pecunijs percipiendi *Reginald. in praxi*
penit.lib.25.cap.29.ſub num.400.Bonacc.d.contract.
diſp.3.quæſt.3.punct.11.ſub numer.2. verſ.tertius eſt
poſt Azor.inſt.moral.part.3.lib.9. cap.3.qu.7.per tot.
Pater Layman.Theol.moral.lib.3.tract.4. quæſt.20.
ſub nu.2.verſ.quamuis Salon de iuſt.& iur.par.2.tit.
d.contr.aſſecurationis art.2.ſub num.7. cond.3. & in
puncto quod ſit vſuraria conuentio per quam
alteri, qui ſubit omne periculũ capitalis con-
ceditur pars lucri quatenùs certam ſummam
excedat, non autem ſi non excedat,vt in caſu
noſtro *Ruin.conſ.102.ſub num.2. verſ.quia cum ſit*
actum, & verſ.quia ſi lucrum non excederet , & per
tot.lib.1.

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

RAVENNATEN. CONCORDIAE.

Veneris 1. Iulij 1644.

ARGVMENTVM.

Tranſactio vt reſcindatur propter errorem calculi requiritur , quod ſuper præcedenti errore lis mota fuerit, vel moueri timebatur, ſecus vero in caſu contrario, & redditur ratio diuerſitatis in deciſione inter vnum , & alterum caſum. Ad validitatem tranſactionis duo ſubſtantialia requiſita concurrere debent : Alterum quod lis aliqua præexiſtat , vel probabiliter timeatur ; Alterum verò quod hinc inde aliquid detur, vel promittatur.

SVMMARIVM.

1 *Error calculi retardat exequutionem Inſtrumenti , quantumuis exequutiui , necnon etiam tranſactionis, num.2.*

3 *Tranſactio ſubſtinetur non obſtante errore calculi , concluſio tamen intelligitur ad effectum, vt in alijs teneat, deducto , & retractato errore per exceptionem doli.*

4 *Error reſiſtit origini obligationis ex contractu , vel quaſi, cum excludat conſenſum.*

5 *Tranſactio non poteſt reſcindi propter errorem , nec minus propter errorem calculi.*

6 *Declara concluſionem procedere , quando ſuper præcedenti errore calculi lis mota fuit, vel timebatur, & deſuper emanauit tranſactio , ſecus vero ſi de errore calculi nulla præceſſerat dubitatio, & ratio diuerſitatis redditur nu.7.*

8 *Super errore quod non fuerit tranſactum, ex quo deducatur ?*

9 *Scutus aureus Prouinciæ Romandiolæ eſt ſolidorum 84.*

10 *Error expreſſus in tranſactione , ſi ocularitur apparet ex lectura Inſtrumenti , eo magis impedit executionem tranſactionis.*

11 *Et ſtante dicto errore quælibet promiſſio in tranſactione contenta ſaltim ope exceptionis reſcinditur.*

12 *Tranſactio vt valeat duo ſubſtãtialia requiſita concurrere debent alterum , quod lis aliqua præexiſtat vel probabiliter timeatur , alterum vero , quod hinc inde aliquid detur , vel promittatur.*

13 *Et ſine ſupradictis requiſitis non ſufficit , quod partes contractum denominent tranſactionem.*

14 *Inutiliter dicitur tranſactum ſi altera pars nihil de ſuo remittit, & quod remittit ad ipſum non ſpectat ſed ad alterum tranſigentem.*

15 *Cauſa expreſſa in contractu attendi debet , nec ad aliam eſt referenda.*

16 *Obligatio hæredis cenſetur reſtricta , & limitata ad id quod Teſtator debebat.*

17 *Legatum dicitur debitum hæreditatis non defuncti , quia incipit deberi poſt eius mortem.*

18 *Coniecturæ veritati cedunt.*

19 *Ignorantia teſtamenti mariti allegari nequit ab vxore , quando in tranſactione facta inter ipſam , & hæredem fuit facta mentio teſtamenti , quam alioquin allegare potuiſſet.*

20 *Dictio* vt ſupra *non ſtat augumentatiuè , ſed reſtri-*

aliud, & eſt relatiua præcedentium cum ſuis qualitatibus.

21 *Error ſi cauſam dedit actibus ſubſequentibus, illi tanquam erronei non ſunt attendendi.*

22 *Error ex quibus probatus dicatur?*

DECISIO CXCII.

IVDICIS de partibus ſententiam abſolutoriam Cinthij Guarnerij à ſolutione ſcutorum 600. quæ petierat Franciſca Brioſca pro reſiduo ſcutorum 1725. in Inſtrumento aſſertæ tranſactionis promiſſorũ, reuocauit A. C. condemnauitque eumdem Cinthium ad ſoluendum dicta ſcuta 600. quam reuocationem & reſpectiuè condemnationem Rota in tertia inſtantia iuſtam cenſuit ſub die 5. Martij 1638. deſuper dubio quater propoſito coram R. P. D. meo Carillo.

Hodie verò coram me in cauſa ſubrogato à deciſis receſſit, quia pro rata dictorum ſcutorum 600. ineſt promiſſioni manifeſtus error
1 calculi, † qui retardat executionem Inſtrumenti quantumuis executiui, *Padill.in l.error num.17. Cod.de iur.& fact.ignor. Parlad.rer.quotid. lib.2.cap.fin.par.5. §.11.num.43. Guttier.de iuram. confirmat.par.1. cap.40. num.28.& ſeqq.Valenzuel. conſ.11. num.64. & 65.* ac etiam † tranſactionis
2 *gloſſ.vltim.in l.1. Cod.error.calcul.& ibid.Cin.nu.6. Bart.num.4.Bald.num.7.Ruin.conſ.71.num.5.lib.4. Rolan.conſ.49. num.65.& ſeqq. lib.1. Cæſ.de Graſſ. deciſ.1. num.8.de tranſact. Seraph.deciſ.1277.nu.5.* vbi quod Doctores qui tenent valere tranſa-
3 ctionem non obſtante errore calculi, id intelligunt ad effectum, vt in alijs teneat deducto & retractato errore per exceptionem doli er-
4 ror enim † reſiſtit origini obligationis ex cõtractu, vel quaſi cum excludat conſenſum, *l.ſi per errorem ff.Iuriſd.omn. Iudic. l.cum teſtamentum Cod.iur.& fact.ignoran.Socc.Iun.conſ.3.nu.23. lib.2.Cephal.conſ.27.num.66.& in terminis tranſactionis Velaſqu.conſ.11.num.37.Seraph.deciſ.1190. n.2.Rot.dec.110.n.10.par.6.rec.*

Non obſtat *text.in l.1.ibi vel tranſactio non interuenit Cod.error. calcul. l.vnica in fin.Cod.de plus petit.l.in ſumma 65. verſ.& quidem ff.condit.indeb.* Per quæ iura probatur quod tranſactio † non
5 poteſt reſcindi ex capite erroris, & in puncto quod non reſcindatur propter errorem calculi tradit *Bart.in l.2.ſub num.10.verſ.ſi vero continerent Cod.iur.fiſci Facchin.conſ.18. numer.7.lib.1. Velaſq.conſ.175 num.23. Bero.quaſt.105. num.1.ac per tot.*

Reſpondetur enim cum *Alexãnd.in d.l.1 ſub num. 7. Cod.error.calc.* quod iura allegata in ob-
6 iecto procedunt † in caſu quo ſuper præcedenti errore calculi lis mota erat, vel timebatur, & deſuper emanauit tranſactio, ſecus verò ſi de errore calculi nulla præceſſerat dubitatio, & ratio diuerſitatis eſt, quia primo ca-
7 ſu cum partes cogitauerint de errore, † quod transigendo promiſerunt, videtur promiſſum non tanquam debitum, ſed vt recedatur à lite à qua verè receſſum fuit, at ſecundo caſu partes pro conſtanti habuerunt, quod ſumma promiſſa eſſet verè debita, ideoque dici
8 non poteſt, † quod ſuper errore tranſactum fuerit vt bene explicat, ac diſtinguit *Dec. conſil.350.num.7.Ruin.conſ.71.ſub num.4.verſ.nec obſtat, & num.5.lib.4.* quem refert, & ſequitur *Laurent.deciſ.Aueníonen.124.ſub num.9. Ceph.conſil.562.num.18.& 19.man.conſ.146.num.15.Mant. de tacit.lib.26.tit.9.verſ.niſi ſuper iſto errore,* tandemque diſtinctionem videtur amplexa, *Rota coram bon.me.Buratto deciſ.336.num.9.* Quicquid contra dictam diſtinctionem Alexandri dixerit *Berou.quæſt.105. num.2.& ſeqq.quem ſectatur Galler.de renunc. centur.2. renunc. 118. ſub num.8. verſ.quamuis.*

Nos autem verſamur in ſecundo caſu, imò & faciliori, quia ſcuta 1725. fuerunt explicitè promiſſa pro valore dotis conſiſtentis in ſcutis 1150. auri, ibi, *& dotes ſuas &c. quæ ſumma ſcutorum* 1150. *auri faciunt ſummam ſcutor.* 1725. vndè apparet quod calculus, & promiſſio monetæ argenteæ emanauit ſolùm contemplatione iuſti valoris monetæ aureæ, nec partes aliud intellexerunt, quam calculare in ſcutis argenteis ſummam dotis promiſſam in aureis & in hoc fuit erratum, quia ſcuta 1150. aurea
9 ſolidorum 84. Prouinciæ Romandiolæ, in quibus dos conſiſtebat ſecundũ valorem tunc currentem faciebant ſimilem ſummam ſcutorum 1150. monetæ, vt fuit dictum *in Foroliuien. Dotis 3. Decembris* 1610. *coram bo.me. Coccino, & in Foroliuien. Legati* 15. *Ianuarij* 1642. *coram Eminentiſs. D. Card. Panzirolo,* cumque hic
10 error expreſſus ſit, † & appareat oculariter ex lectura Inſtrumenti eo magis impedit executionem tranſactionis pro rata ſcutorum 600. in qua fuit erratum, *Salyc.in dicta l.1.ſub num.3. verſ.ſubdiſtinguo,* vbi quod tunc reſcinditur
11 promiſſio † ſaltem ope exceptionis pro rata ſummæ in calculo additæ *Cod. error.calcul. poſt gloſſ. fin. ibid. verſ.diſtinguo in vtroque Berou.dicta qu.105.n.3.Seraph.deciſ.1277.n.5.*

Et præterea non verſamur in terminis trãſactionis, quia deficiunt duo ſubſtantialia re-
12 quiſita † ad eius validitatem, alterum quod hinc indè aliquid detur, ac remittatur, *l.1.ff. tranſact.l.tranſactio nullo data, l.ſi cauſa cognita, Cod.eod. l.ſuus Cod.repud. vel abſt.hæredit. Cephal. conſ.562.num.23.Caſ.manent.conſ.140.num.1.Rota deciſ.271.nu.21.part.6.recent.* ſine quibus requi-
13 ſitis non ſufficit, † quod partes contractum denominauerint tranſactionem, *Dec.conſ.351. ſub nu.2.circa fin.Ruin.conſ.71. ſub num.4.verſ.nec obſtat lib.4.*

Nullibi namque in Inſtrumento legitur, quod dubietas aliqua caderet, ſeù lis moueri poſſet ſuper ibi contentis, & licet Franciſca renunciauerit legatis ſibi relictis à marito, quia tamen maluit agere pro reſtitutione dotis, in quem caſum maritus noluit illam aliquid ampliùs conſequi poſſe præter dotem, ibi, *non vuole eſſo Teſtatore che la ſopranominata ſua conſorte habbia altro in caſo di reſtitutione della ſua dote che li ſcudi mille di ſoldi ottanta quattro,*
14 Propterea nihil de ſuo dimiſit, & renunciando bona, quæ aliàs ſpectabant ad hæredem, inutiliter cum illo tranſegit *Aym.conſ.851. ſub num.12. Socc.Iun.conſ.129. ſub num.4. lib.1. Caſ.*

Ma-

Manen.conſ.162.numer.6. & 9. vbi allegat concor-
dantes.
Atque hinc error promiſſionis in ſcut.600.
euitari non poteſt referendo eam ſummam
in recompenſam bonorum per Franciſcam
renunciatorum per viam tranſactionis, quia
ſumus extra caſum tranſactionis nec Fran-
ciſca quidpiam de ſuo renunciauit, cumque
promiſſio habeat cauſam expreſſam, nempè
pro valore ſcutorum aureorum debitorum
ex cauſa dotis, quam teſtator legauerat, ibi, *quæ*
ſummæ ſcutorum 1150. auri faciunt ſummam ſcuto-
15 *rum 1725.* ad aliam cauſam † referri non de-
bet, *Rot. coram Reuerendiſſimo Vrgellen. deciſ. 76.*
num. 57. & in Romana ſucceſſionis 9. Maij proximè
præteriti coram me. Ponderando præſertim ſe-
quentia verba inſtrumenti ibi, *de quibus erat*
debitor dictus Antonius, quæ demonſtrant hære-
16 dem noluiſſe plus promittere † quam Anto-
nius Teſtator deberet, vt in proximis terminis
Grat. diſcept. 824. num. 48. at Antonius debebat
ſolam dotem non autem legata, quæ dicun-
17 tur debita hæreditatis non defuncti, † quia in-
cipiunt deberi poſt eius mortem, *leg. legatum*
la 2. ff. leg. 1. §. 1. inſt. legat. Menoch. conſ. 344. num. 8.
Caſ. Manent. conſ. 144. num. 1.
Non obſtant conjecturæ deductæ in deci-
ſione Domini mei Carilli; quia cedunt veri-
18 tati, † & verbis in contrarium expreſſis, *l. cum*
ex filio vbi gl. ff. vulg. & pup. Aym. conſ. 32. num. 2.
Franc. Ant. Coſt. conſ. 23. nu. 54. & ex abbundanti
ſingulæ diluuntur, narratiua enim teſtamenti
Antonij cum expreſſione legatorum relicto-
19 rum Franciſcæ facta fuit in inſtrumento † ad
hoc, vt Franciſca eligendo legatum dotis ſci-
ret ſe excluſam ab alijs, nec poſſet prætendere
variationem prætextu ignorantiæ teſtamenti,
quam alioquin allegare potuiſſet, *Aret. in l. qui*
Romæ §. duo fratres num. 15. ff. verb. oblig. Aym. conſ.
193. num. 6. Decian. conſ. 3. num. 119. lib. 1. Menoch.
conſ. 707. n. 14. & 19.
Altera coniectura deſumpta ex dictione, vt
ſupra, ibi, *quæ faciunt ſummam ſcutorum 1725. vt*
ſupra retorquetur, quia ſupra fuit dictũ, quod
Frãciſca volebat conſequi dotem nec huiuſ-
20 modi dictio ſtat augumentatiuè, † ſed reſtri-
ctiuè ad antecedentem diſpoſitioem, ex qua
apparet contrahentes noluiſſe Franciſcã aliud
conſequi poſſe, quam ſua iura dotalia, vt per
Alex. conſ. 59. nu. 21. verſ. non obſtat, quod lib. 3. Dec.
conſil. 287. n. 10. verſ. et hoc maximè Surd. conſ. 313.
num. 48. Hunded. conſ. 78. num. 41. lib. 1.
Tertia demum deducta ex pluralitate ſcri-
pturarum ſubſequentium non eſt momenti,
quia non excludit errorem, qui prout hic de-
21 dit cauſam † omnibus actibus ſucceſſiuis, *Rot.*
dec. 110. ſub num. 11. verſ. à quo errore part. 6. recen.
dec. 155. n. 13. par. 7.
Itaque ſiue agatur vigore inſtrumenti do-
talis ſiue inſtrumenti aſſertæ trãſactionis ſem-
per obſtat exceptio erroris, qui plenè dicitur
22 probatus † cum ſcutum auri quod erat in
obligatione valutatum fuit longè pluris, quã
mereretur, vt in terminis *Ciriac. controu. 235.*
num. 26.
Et ita deciſum vtraque &c.

ROMANA VINEAE.

Veneris 1. Julij 1644.

ARGVMENTVM.

Pro melioramentis factis ab emptore in re em-
pta ei datur retentio tam aduerſus venditorẽ
quatenus venditio poſtea declaretur nulla,
quam aduerſus ſucceſſores in fideicommiſſo
ſuper re empta prætenſo. Articuli in Curia
paſſim admittuntur cum clauſula, *ſaluo iure*
impertinentium non admittendorum &c.

SVMMARIVM.

1 *Pro melioramentis datur emptori retentio aduerſus*
venditorem quatenus venditio poſtea nulla decla-
retur.
2 *Item datur retentio aduerſus fideicõmiſſarios ſi rem*
melioratam poſtea euincere tentent.
3 *Acta legitimè facta contra primum ſubſtitutum pro-*
bant etiam contra vlteriores ſubſtitutos ſucceſſiuè
vocatos.
4 *Examen teſtium extra Curiam ex iuſta cauſa conce-*
ditur.
5 *Articuli in Curia paſſim admittuntur cum clauſula,*
ſaluo iure impertinentium non admitten-
dorum, & ſaluis exceptionibus.
6 *Amplia quamuis dubium ſit, an admitti debeant.*
7 *Articuli ſi fuerunt admiſſi à Iudice primæ inſtantiæ,*
& pars ab admiſſione non appellauit, eo magis con-
cedi debet ſuper illis proceſſus ad vlteriora.

DECISIO CXCIII.

SVPER articulis admiſſis à Iudice primæ
inſtantiæ coram quo Trullius introduxe-
rat iudicium pro confectione noui inſtrumẽti
venditionis vineæ de qua agitur prætendens
nullum eſſe iam celebratum ab eius procura-
tore ob exceſſum mandati, inſtetit idem Trul-
lius procedi ad vlteriora in examine coram
me, ad quem per appellationem ab ipſo inter-
poſitam à ſententia primi Iudicis abſolutoria
Boncompagni rei conuenti cauſa deuoluta
fuit; & quoniam Boncompagnius dicto exa-
mini contradicebat, propoſui hodie dubium,
an ſit procedendum ad vlteriora in examine,
fuitque affirmatiuè reſolutum.
Nam articulata fuerunt melioramenta quæ
Trullius fecit in vinea, & facere potuit vigore
Capitulorum, inter ipſum, & Boncompagnũ
initorum ſuper venditione, & reſpectiuè
emptione eiuſdem vineæ, quorum ratione
Trullius competere ſibi poſſe retentionem
1 vineæ † aſſerebat ſiue aduerſus ipſum vendito-
rem quatenus inſtrumentum venditionis nul-
lum declaretur, & aliud conficere recuſet ad
tradita per *Bald. in l. 2. numer. 51. quæſt. 19. Cod. de*
reſcin. vendit. quem ſequitur Cagnol. ibid. num. 153.
verſ. ſed non eſt recedendum Iacob. à Sancto Georg.
in l. ſi res §. primo num. 5. ff. iure dot. Mareſc. var.
reſol. lib. 2. cap. 110. num. 20. Boer. dec. 47. n. 8.
Siue aduerſus eius ſucceſſores in fideicom-
2 miſſo, † cui vinea ſuppoſita eſt [illegible]
[illegible] Trul-

à Trullio illam euincere tentarent iuxta text. *in l. domum Cod. rei vendic. l. ſi in aream ff. condit. indeb. Menoch. de recup. remed.* 15. *num.* 517. *& ſeqq. Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 672. *num.* 20. *& ſeqq.* in quem caſum poſſibilem dari remotiſſimo ab hinc tempore quo non adſint teſtes informati de ſtatu antecedenti vineæ opportunũ erit eumdem ſtatum probaſſe de præſenti cum legitimo contradictore, & poſſeſſore fideicõmiſſi;
3 quia acta legitimè facta † contra primũ ſubſtitutum comparentem, & ſe defendentem probant etiam contra vlteriores ſubſtitutos ſucceſſiuè vocatos, *Pincll. in l.* 1. *par.* 3. *numer.* 49. *& ſub num.* 50. *col.* 3. *in princ. verſ. et primo procedet Cod. bon. mater. Gomeſ. in leg.* 40. *Thauri ſub num.* 73 *verſ. ſed his non obſtantibus, Surd. conſ.* 359. *nu.* 19. *Roſentall. de feud. cap.* 9. *memb.* 1. *concl.* 27. *numer.* 10. *&* 15. *Pereg. de fideicomm. art. vlt. ſub num.* 56. *Grat. diſcept.* 456. *num.* 91. *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 622. *nu.* 1. *& numer.* 5. *& ſeqq. Larrh. deciſ. Granaten.* 35. *numer.* 43.

Et quamuis Domini intempeſtiuum duxerint hodie diſcutere, an dicta melioramenta ſiue expenſæ in illis factę ſint reficiendæ in caſibus prædictis de quo ſuo loco videndum erit; negari tamen non poteſt quin exinde reſultet iuſta cauſa procedendi ad examen teſtiũ ſuper melioramẽtis, qua concurrente admitti
4 ſolent † probationes etiam extra Curiam *Sarnen. deciſ.* 83. *lib.* 1. *Put. dec.* 4. *de dilat. Farinac. de teſt. quæſt.* 77. *num.* 35. *Rot. dec.* 348. *ſub n.* 8. *part. prima recent. deciſ.* 235. *nu.* 4. *par.* 5. Quo magis in Cu-
5 ria, in qua paſſim admittuntur articuli, † & probationes cum clauſula, *ſaluo iure impertinentium non admittendorum, & ſaluis exceptionibus, Caputaq. deciſ.* 47. *p.* 1. *Rot. dec.* 24. *&* 25. vbi quod
6 admittuntur etiam ſi dubium ſit, † an admitti debeant necne *de teſt in antiq. & par.* 5. *recent. deciſ.* 416. *nu.* 7. *& ſeqq.* & in caſu noſtro concurrit vlterius, quod articuli iam fuerunt admiſſi
7 à Iudice primæ inſtantiæ, † nec pars ab admiſſione appellauit; vnde facilius concedendus eſt proceſſus ad vlteriora; *Felin. in cap.* 2. *n.* 17. *de probat. Natt. conſ.* 289. *nu.* 12. *Cremon. ſingul.* 43. *Giurb. deciſ.* 14. *num.* 1. *& ſeqq.*

Et ita deciſum Trullio tantum informante præuijs tamen pluribus citationibus contra aduerſarium.

BARCHINONEN. IVRISDICTIONIS.

Veneris 1. *Iulij* 1644.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio viſitandi acquiſita ab Abbatiſſæ ſuffragatur ad effectum manutentionis Abbatiſſis ſucceſſoribus, non obſtante aſſiſtentia iuris communis competen. Epiſcopo viſitandi omnes Eccleſias ſuæ Diœceſis, quia illa non ſuffragatur ſtante dicta quaſi poſſeſſione viſitandi, ac etiam quia de iure communi competere poteſt Abbatiſſæ ius viſitãdi monaſteriũ, & loca ſubiecta priuatiuè quoad Epiſcopum, exceptis iſis, quæ curam animarum reſpiciunt.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio viſitandi acquiſita dicitur dignitati Abbatiſſatus ex viſitationibus ab Abbatiſſis anteceſſoribus factis.*
2 *Quaſi poſſeſſio in incorporalibus ex vnico actu acquiritur.*
3 *Quaſi poſſeſſio viſitandi acquiſita dignitati ſuffragatur ſucceſſoribus manutentionem petentibus in dicta dignitate, quia reſidere dicitur penès ipſam dignitatem quæ nunquam moritur.*
4 *Iura extracta lite pendente abſque partis citatione à Notario ſucceſſore in officio plenè probant.*
5 *Poſſeſſio media præſumitur conſtito de duobus extremis, ſi non docetur alium intermedio tempore poſſediſſe.*
6 *Manutentio competit Abbati in quaſi poſſeſſione viſitandi ſi conſtat ante, & poſt viſitaſſe, nam intermedia poſſeſſio præſumitur, non conſtito de intermedia poſſeſſione Epiſcopi.*
7 *Scientia, & patientia Epiſcopi reſultat ex iteratis viſitationibus ab Abbate factis.*
8 *Epiſcopus habet aſſiſtentiam iuris communis ſuper iure viſitandi omnes Eccleſias, & loca Diœceſis, etiam Monaſteria Monialium, & n.* 9.
Monaſteria Monialium viſitari poſſunt ab Epiſcopo, ibid.
10 *Manutentio ſuper iure viſitandi ſolet Epiſcopo concedi propter iuris aſſiſtentiam.*
11 *Limita non procedere quando alter eſt in poſſeſſione viſitandi, & quidem per tempus conſiderabile, & numer.* 12.
13 *Ius viſitandi Monaſterium, & loca ſubiecta competere poteſt de iure communi Abbatiſſæ priuatiuè quoad Epiſcopum, exceptis iſs quæ curam animarum reſpiciunt.*
14 *Viſitationis actus facti ab Epiſcopo ſi ſunt æquiuoci, illum non conſtituunt in quaſi poſſeſſione viſitandi Monaſterium Monialium.*
15 *Poſſeſſio debet eſſe pacifica adhoc, vt ſuffragetur.*

DECISIO CXCIV.

In gradu appellationis coram me Domini cenſuerunt concedendam eſſe Abbatiſſæ Monaſterij Sancti Petri Puellarum manutentionem in quaſi poſſeſſione viſitandi exceptis his, quæ ad curam animarum pertinent, quã in ſecunda inſtantia denegauerant *coram Reuerendiſſimo Domino meo Dunozetto Decano ſub die* 9. *Iunij* 1633.

Moti quia nuper pro parte Abbatiſſæ productæ fuerunt duæ viſitationes, altera de anno 1585. factæ ab Abbatiſſis anteceſſoribus,
1 per † quas dubitari non poteſt quin Dignitati Abbatiſſatus quæſita fuerit ad earum limites quaſi poſſeſſio viſitandi, cum ad hunc effectũ
2 vnicus † actus ſufficiat in incorporalibus *Abb. in cap. cum Eccleſia num.* 23. *vbi etiam Rip. num.* 52. *de cauſ. poſſ. & prop. Roman. conſ.* 311. *numer.* 7. *Oldr. conſ.* 312. *num.* 2. *Dec. conſ.* 117. *ſub nu.* 2. *verſ. quod autem quaſi poſſeſſio Aym. conſ.* 124. *numer.* 9. *Caph. conſ.* 170. *num.* 52.
3 Eaque ſuffragatur † ſucceſſoribus in dignitate eius nomine petentibus manutentionem

poſt

poſt quam dignitatis poſſeſſionem apprehen-
derunt, quia reſidere dicitur penès ipſam di-
gnitatem, quæ nunquam moritur, *Abb.in cap.*
*cum ſuper num.*181*.de cauſ.poſſeſſ & propr.Felin.in*
*cap.Conſtitutus num.*19*.de reſcript.Menoch.de retin.*
*remed.*3*.num.*58*.in fin.Grat.d.ſcept.*432*.nu.*8*.&* 9*.*
*Garz.de benef.par.*5*.cap.*5*.numer.*37*.& ſeqq.Rot.in*
puncto quaſi poſſeſſionis viſitandi deciſ. 501*. num* 2*.*
*par.*2*.recen.*

Iura autem nuper producta ad probandas
d.viſitationes, licet extracta dicantur lite pen-
4 dēte abſq; † partis citatione, quia tamen extra-
cta fuerunt per Notarium ſucceſſorē in officio
vtique probant. *Bart. in leg. ſi quis ex argentarijs*
*§.cogentur ſub num.*3*. ff.edend. Dec. in Auth. ſi quis*
*in aliquo num.*26*.& ibi Iaſ.num.*5*. verſ.decimo fal-*
*lit, Cod.eod. Rot.deciſ.*3*.num.*1*.coram ſan.me. Gre-*
*gor.XV.dec.*706*.num.*6*.par.*2*.recen.* præſumique
faciunt quod Abbatiſſa etiam medio tempo-
re inter vnam, & alteram viſitationem viſi-
5 tauerit, quia conſtito de duobus † extremis
media poſſeſſio præſumitur cū non doceatur
Epiſcopum intermedio tempore poſſediſſe,
*Seraph.dec.*1141*.num.*3*.Rot.dec.*4*.num.*12*.& ſeqq.*
*par.*2*.diuerſ.dec.*875*.num.*3*.coram bon.mem.Buratt.*
& in terminis manutentionis Abbatis contra
6 Archiepiſcopum † *deciſ.*643*.num.*3*.par.*2*.recen.*
Adeo quod ex iteratis viſitationibus tāti tem-
7 poris reſultet † quatenus opus ſit probatio
ſcientiæ, & patientiæ Epiſcopi, *Innoc. in cap.*
bonæ il 2*.num.*1*.verſ.quæritur de poſtul.Prælat.Abb.*
*in cap.cum Eccleſia Sutrina num.*25*.de cauſ. poſſ.&*
*propr.Giouagn.conſ.*9*.num.*33*. & conſ.*10*. num.*13*.*
*lib.*1*.Put.dec.*210*.num.*3*.lib.*3*.in correct. Seraphin.*
*dec.*306*.nu.*5*. cum alijs allegatis per Modern. Peruſ.*
*in tract.de manut.obſer.*40*.num.*20*.*

Non obſtat, quod Epiſcopus habeat aſſiſtē-
8 tiam iuris communis † ſuper iure viſitandi
omnes Eccleſias, & loca Diœceſis, *cap.cum ve-*
nerabilis cap.de Xenodochijs de relig.domib.cap. con-
9 *querente de offic.Ordin.* & per conſequens † etiam
Monaſteria Monialium, *cap. cum Epiſcopus ibi*
in omni loco de off.Ordin.in 6*. Clement. Attendentes*
de ſtat. Monachor. propter quam aſſiſtentiam
10 Epiſcopo † dari ſolèt manutentio *cap.cum per-*
*ſonæ de priuil.Caputaq.dec.*306*.num.*1*.&* 2*. part.*1*.*
*dec.*203*.par.*2*.Rot.dec.*125*.num.*1*. dec.*184*. num.*2*.*
inter impreſſ.poſt Modern. de manut. Quia hoc li-
11 mitatur † quando vt in caſu noſtro alter eſt
in quaſi poſſeſſione viſitandi, *Abb.in cap.primo*
*num.*8*.vt lit.penden.Lancellot.de attent.par.*2*.cap.*4*.*
*declar.*4*.num.*6*.Rot.deciſ.*685*.num.*2*.patr.*1*. recent.*
*dec.*508*.num.*10*. & ſeqq. par.*5*.* Maximè quia
12 poſſeſſio † eſt temporis conſiderabilis, vt ad
propoſitum ponderat *Rot.d.dec.*685*. ſub num.*3*.*
*& dec.*23*.n.*2*.coram Reuerendiſſ.Vrgellen.* Et quia
etiam de iure communi cōpetere poteſt Ab-
13 batiſſæ † exceptis ijs quæ reſpiciunt curā ani-
marum ius viſitandi priuatiuè ad Epiſco-
pum Monaſteria, & loca ſibi ſubiecta, *dicta*
Clement. attendentes in princip. de ſtat. Monach.
*Fuſcus de viſitatione lib.*1*.cap.*2*. numer.*14*. Azor.*
*inſtit.moral.par.*2*.lib.*3*.cap.*40*.quæſt.*9*.verſ. ſi quæ-*
*ris Barboſ.de poteſt.Epiſc.allegat.*73*.nu.*23*.Cucchus*
*inſtit.Canonic.lib.*8*.numer.*42*.Pauin.de viſit.part.*1*.*
*quæſt.*2*.num.*43*.Roderiquez quæſt.regul. tom.*4*. tit.*4*.*
*tit.*4*.de viſit.cap.*2*.n.*21*.*

Non obſtant duæ viſitationes quæ dantur
pro parte Epiſcopi, quia prima anni 1604. fuit
fuit facta ab Epiſcopo vti Viſitatore, & refor-
matore deputato à Sede Apoſtolica; altera
verò anni 1587. vti ab Ordinario ac vti dele-
gato Sedis Apoſtolicæ, ideoque cum dubium
remaneat, an vno, vel alio nomine emanaue-
14 rit tanquam actus æquiuocus † non conſti-
tuit Ordinarium in quaſi poſſeſſione viſitādi,
vt in puncto *Rot.deciſ.*447*.num.*4*.part.*1*. recent.*
*deciſ.*59*.nu.*5*.inter impreſſ.poſt Tambur.de iur.Abb.*
*tom.*3*.dec.*118*.nu.*13*.par.*7*. recen.& prius in Aqui-*
lana iuriſdictionis 30*. Martij* 1607*. coram Eminen-*
tiſſimo D. Cardinali Io. Baptiſta Pamphilio impreſſ.
*apud March.de Commiſſ.par.*1*.fol.*930*.num.*4*.* Eò
minus quia fuit contradicta pro parte Abba-
tiſſę, vt latè in eius Summario *nu.*8*.* Oportet
15 enim poſſeſſionem eſſe pacificam, † vt ſuffra-
getur, *Rot.deciſ.*165*. ſub num.*5*.verſ. multo autem*
*par.*4*.diuerſ.*

Et ita vtraque &c.

CAESARAVGVSTANA BENEFICII DE LINARES.

Lunæ 15*. Nouembris* 1644*.*

ARGVMENTVM.

Negatiua non vſus recurſus ad Iudices laicos ex quibus probetur? Ratificatio recurſus facti à Procuratore ſiue tacita, ſiue expreſſa ex quibus ex parte principalis excludatur?

SVMMARIVM.

3 *Negatiua non vſus recurſus ad Iudices laicos probatur ex reuolutione proceſſus.*

2 *Notario atteſtanti de mandato procuræ in perſonam alicuius non creditur, quando principaliter dubitatur de mandato comparentis.*

3 *Mandatum ad recurrendum ad Iudices laicos præſumitur datum ab eo cuius intereſt.*

4 *Huiuſmodi tamen præſumptio non habet locū quando agitur ad effectum cenſurarum.*

5 *Ratificatio tacita recurſus ad Iudices laicos habiti à Procuratore inducitur, ex quo illi principalis non renunciauit, ſi non probatur dicti recurſus habuiſſe ſcientiam.*

6 *Procurator præſumitur principalem certioraſſe.*

7 *Fallit concluſio vbi agitur ad effectum pœnæ tunc enim ſcientia debet eſſe certa, & non præſumpta.*

8 *Ratificatio geſtorum à Procuratore coram Iudice ſeculari intelligenda eſt de geſtis in caſibus, quibus ſecularis, eſt competens.*

9 *Præſertim quando mandatum procuræ eſt reſtrictum & limitatum ad comparen. coram Iudice competenti Eccleſiaſtico & ſeculari, tunc ratificatio contextualis geſtorum præſumitur iuxta formā mandati præcedentis, & num.* 10*. &* 16*.*

11 *Ratificatio generalis geſtorum à Procuratore coram Iudi-*

*Iudice ſaculari quando eſt dubia an intelligatur
de geſtis licitis declarationem recipit ex alia parte
Inſtrumenti ratificationis loquente ſpecificè de Iu-
dice ſaculari competente.*
12 *Mandatum genenale in dubio non porrigitur ad de-
lictum, ità nec etiam ratificatio.*
13 *Ratificatio mandato æquiparatur.*
14 *Ratificatio, quando vnus tantum actus recurrendi
ad Iudices laicos præceſſit de eo intelligi debet.
Declara eſt num. 15. & 16.*
15 Surd. conſ. 267. num. 29. & 32. quo caſu lo-
quatur?
17 *Recurſus ad Iudices laicos ad effectum incurſus cen-
ſurarũ debet plenè & concludenter iuſtificari; quã-
do vero agitur ad effectũ denegandi audientiã pro-
batur leuioribus probationibus.*
18 *Abſolutionem petens ab excommunicatione non fa-
tetur ſe excommunicatum cum abſolutio peti poſſit
ad cautelam.*
19 *Irregularitas vt contrahatur à celebrante ſacrum,
requiritur contemptus cenſurarum.*

DECISIO CXCV.

BREVE abſolutionis in forma com-
miſſaria obtentum à Ioanne Gargallo ei-
dem non ſuffragari deciſum fuit ſub die 27.
Aprilis proximè præteriti, quia non iuſtifica-
uit ſe non fuiſſe vſum recurſibus eius nomi-
ne habitis ad Iudices laicos prout Papæ nar-
rauerat, imò conſtabat de contrario cum fir-
ma Regia emanata à Magiſtratu laicali fuerit
à Procuratore Ioannis præſentata Iudici Ec-
cleſiaſtico, & idem Ioannes factum Procura-
toris ratum habuerit tum tacitè retinẽdo pe-
nes ſe proceſſum in quo dicta firma Regia
eiuſque præſentatio continebatur, illumque
producendo in ſecunda inſtantia tum expreſ-
sè in mandato procuræ lite pendente facto in
perſonam eiuſdem procuratoris præuia rati-
ficatione omnium ab eo geſtorũ coram quo-
cumque Iudice tam Eccleſiaſtico, quam ſæ-
culari.

Sed hodie repropoſita cauſa ſuper eiſdem
receſſum fuit à dicta deciſione, quia negatiua
1 non vſus † firmæ Regiæ, ſeu recurſuum ad
Iudices laicos contenta in Breui ſatis iuſtifi-
catur ex reuolutione proceſſus in quo nullibi
legitur, quod Ioannes recurſibus vſus fuerit
qui eſt modus probandi huiuſmodi negatiuã,
*l. vltim. vbi Bald. num. 6. Cod. rebus credit. Alex. conſ.
55. num. 5. lib. 4. Dec. conſ. 483. nu. 6. Imol. conſ. 110.
num. 1. Caputaq. deciſ. 192. num. 3. par. 3. Caualer. de-
ciſ. 535. num. 1.* Nec intereſt quod vſus fuerit
procurator Ioannis, iſque in actu comparitio-
nis fecerit ante omnia fidem de ſua procura-
tione prout teſtatur actuarius, quia non cre-
2 ditur actuario † ſic atteſtanti quando princi-
paliter dubitatur de mandato comparentis,
*Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 4. num. 6. Caualer. dec. 272.
num. 5. Rot. inter recent deciſ. 783. ſub num. 4. par. 3.
deciſ. 275. num. 5. coram ſa. me. Gregor. XV. & in Le-
gionen. Beneficij 3. Decembris 1639. coram R. P. D.
meo Ghiſilerio.* præſertim quia non concurrũt
adminicula quæ releuent, cum procurator
comparuerit etiam nomine Gaſparis cuius
pariter intererat proceſſum coram Iudice Ec-
cleſiaſtico præpedire mediantibus recurſibus
ad laicos, vnde redditur æquiuoca, & irrele-
3 uans coniectura mandati, quæ † contra eum
cuius intereſt actum fieri ſolet educi, vt decla-
rauit *Rot. coram ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 96. num. 2.*
4 *& 3.* vbi hoc ampliatur † quando vt in caſu no-
ſtro agitur ad effectum cenſurarũ ibiq; *Adden.
num. 7.* allegat concordantes, & in *Caurien. Iu-
riſpatronatus 27. Iunij proxime præteriti coram Illu-
ſtriſſ. D. Cecchino nunc Sanctiſs. Domini Noſtri Da-
tario.*

Ratificatio vero tacitè educta ex retentio-
ne & productione proceſſus tollitur hodie ex
facto, quia negatur proceſſus retentus & pro-
ductus à principali & ex actis apparet fuiſſe
productum à procuratore, qui facilè potuit
illum habuiſſe à Notario primæ inſtantiæ me-
diante pecunia ſibi ſubminiſtrata à patronis
pariter intereſſe habentibus, ita vt nec impu-
tari poſſit Ioanni quod recurſibus antea non
5 renunciauerit, † quia non probatur quod il-
lorum habuerit ſcientiam, vt adhunc effectũ
requiritur *Egid. deciſ. 550. num. 1. Lancellott. de at-
tent. par. 1. cap. 1. num. 71. & ſeqq. Gregor. XV. deciſ.
336. num. 11.* & præſumptio quod principalis
6 fuerit † certioratus à procuratore *iuxta Conſ.*
7 *Roman. 481.* non procedit † vbi agitur ad effe-
ctum pœnæ, vt in caſu noſtro, quia tunc ſciẽ-
tia debet eſſe certa & non præſumpta, *Alex.
conſ. 84. num. 5. lib. 1. Natt. conſ. 636. num. 192. Soc-
cin. ſen. conſ. 87. numer. 8. in fin. lib. 3. Surd. conſ. 189.
num. 49. Creſcen. deciſ. 5. de præſumpt. Seraph. deciſ.
1239. num. 1. Rot. deciſ. 507. num. 8. par. 1. deciſ. 190.
num. 22. par. 6. recent. adden. ad ſa. me. Greg. XV. dec.
127. ſub num. 11. in quarta declaratione.*

Expræſſa ratificatio, quæ habetur in man-
dato procuræ geſtorum coram Iudice ſæcu-
8 lari † intelligenda eſt de geſtis in caſibus qui-
bus ſæcularis eſt competens, quando ipſum
mandatum per idem inſtrumentum imme-
diatè conceptum reſtringitur ad comparendũ
9 coram Iudice competenti Eccleſiaſtico, aut
ſæculari qui eſt caſus noſter, vt in *puncto fuit
deciſum in Cæſarauguſtana Diſtributionum 20. Maij
1639. coram bon. mem. Coccino;* recta enim illa
voluntas mandantis ad Iudices ſæculares cõ-
petentes directa in mandato dato ad gerenda
10 eadem præſumitur † in contextuali ratifica-
ne geſtorum ad *text. in l. non ad ea; ff. condit. &
demonſtr. Paul. Bellon. de poteſt. cor. quæ in contin. fiunt
lib. 1. cap. 27. ſub num. 2. & 3. Menoch. præſump. 19.
num. 9. lib. 5. Marſil. ſingul. 74. num. 5.* & ſi quæ du-
bietas oriretur ex generalitate ratificationis
11 declaratur † per aliam partem inſtrumenti
ſequentem ſpecificè de Iudice ſæculari com-
petente, *l. 1. ff. reb. dub. l. vtrum ff. petit. hæredit. l. ſi.
ſeruus plurium §. fin. ff. legat. 1. l. qui filiabus ff. legat.
prima, Alb. conſ. 583. num. 31.* eo magis ad exclu-
12 dendum delictum, ad quod ſicut in † dubio
nõ porrigitur generale mandatum *gloſſ. in cap.
dilecto verb. generalis de præben. Iaſ. in l. ſi procura-
tor num. 4. ff. condict. indebit. Rot. deciſ. 201. numer 4.
part. 2. recent. & in punct. dec. 602. ſub num. 4. p. 1.
recent.*

recent.& in Cæſaraugustana Diſtributionum 7. No-
13 *uembris 1636.coram bo.me.Coccino*; ita nec ratificatio † cum mandato æquipararetur, *Dec. in l.ſemper qui non prohibet nu.7.ff.regul.iur.Caualer. deciſ.629.num.7.& in proximis terminis Aym.conſ. 160.num.5.Gregor.XV.deciſ.336.num.13.*

Non obſtat, quod vnicus præceſſerit actus
14 coram Iudice ſæculari nempè firma Regia, de qua proinde ratificatio intelligitur, vt per *Surd.conſ.267.nu.29. & 30.* quia Surdus loqui-
15 tur † quando exprimitur generalibus verbis vnus actus qui non poteſt impleri niſi Dominus incidat in pœnam,& hic nullus actus fuit expreſſus, & generalis ratificatio geſtorũ coram Iudice ſæculari verificari in caſibus licitis poteſt imò debet cum ex mandato con-
16 ſtet quod † principalis voluit per ſuos procuratores agi coram Iudicibus competẽtibus, eſtque impoſſibile, quod referatur ad recurſus illicitos quorum in ratificante non probatur ſcientia ſpecifica; Quæ omnia de plano procedũt,quia recurſus deducuntur ad effectũ
17 incurſus cenſurarum ad quem effectum requiruntur certę & neceſſario concludentes probationes, licet leuiores ſufficiant ad denegandam ſimpliciter audientiam iuxta diſtinctionem, quam perpetuo amplexa eſt *Rot. vt in deciſ.179.ſub num.7.verſ.& ad illud poſt conſ. Farinacc.deciſ.534.num.2.deciſ.602.num.3.par.1. recent.deciſ.529.num.2. coram Caualer. deciſ.446. num.9. coram Buratt. add. ad Gregor.XV. deciſ.96. num.7.*

Non obſtat, quod Ioannes petendo abſolutionem agnouerit ſe incidiſſe in excommunicationem, quia excluditur talis agnitio, ex
18 quo † petijt ad cautelam *Io.Andr.in cap.venerabilis num.32.de elect. Rot.deciſ.5.de except.dec.11 de ſentent. excommun. in antiq.* & in his terminis *dec.534.num.9.par.1.recent.*

His conſequens eſt vt Ioannes celebrando ſacrum non contraxerit irregularitatem, quia ſemoto incurſu in excõmunicationem
19 deeſt illius contemptus requiſitus,† vt irregularitas ex hoc capite contrahatur, *Abb. in cap.Paſtoralis §.verum ſob num.15.de appellat. Gemin.in cap.15.qui §. is vero num.1.de ſent.excomm. in 6.Nauar.in Manual.cap.27.ſub num.244.Bonac. de cenſur.diſput.7.queſt.1. punct.3. num.1.& 5. & ſeqq. Caualer.deciſ.1.num,2.Rot. inter recent. deciſ. 659.ſub num.3.par.4.*

Et ita deciſum vtraque &c.

TIBVRTINA HAEREDITATIS.

Lunæ 5. Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Dos à Patre filiæ relicta, & à Fratre in tot bonis ſtabilibus eſſignata cum pacto de ęxtimando bona tempore nuptiarum vel monachatus, tale pactum non diditur expiraſſe per obitum filiæ antè nuptum ſeu Monachatum, ſed ęxtimatio facienda eſt de tempore obitus ſiuè pactum contineat modum,ſiue conditionem, vt plenè in deciſione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Dos aſſignata à fratre ſorori in bonis ſtabilibus cum pacto æſtimandi bona aſſignata tempore nuptus ſeu Monachatus per obitum ſororis antequam nuberet vel monacaretur,tale pactum expiraſſe dicitur.*

2 *Diſpoſitio collata in caſum nuptiarum non extenditur ad caſum mortis.*

3 *Dos quando ſuccedit loco legitimæ debet purè, & abſque vlla conditione aſſignari.*

4 *Soror poſſidens cum fratre bona paterna pro indiuiſo, & cui dos iam fuit aſſignata, cenſetur abſque noua apprehenſione continuaſſe poſſeſſionem ex titulo dotis.*

5 *Dos ſi ſit aſſignata cum pacto æſtimandi bona aſſignata tempore nuptus ſeu monachatus, talis extimatio vti reſpiciens non ſubſtantiam aſſignationis, ſed complementum illius executionis non importat conditionem, ſed modum quendam.*

6 *Caſus fortuitus ſuperueniens per quam impeditur aduentus temporis adiecti per viam modi non vitiat ipſam diſpoſitionem.*

7 *Et efficit vt habeatur, ac ſi tempus adueniſſet, & modus adimpletus fuiſſet.*

8 *Dictio* quando *importare ſolet conditionem.*

9 *Et importat etiam temporis dilationem ſecundum ſubiectam materiam cui adijcitur, & vbi adijcitur exequutioni nõ reddit diſpoſitionem conditionalem, ſed accipitur temporaliter tantum.*

10 *Tempus incertum diſpoſitioni adiectum, nec omninò extiturum conditionem præſefert.*

11 *Contractus celebratus ſub die incerta, nec omnino extitura conditionem continere dicitur.*

12 *Declara non procedere quando in contractibus tempus fuit adiectum in ea parte diſpoſitionis, quæ reſpicit executionem.*

13 *Effectus à contrahentibus contemplatus quando reſpicere dicatur commodum vtriuſque contrahentis?*

14 *Adimplementum per æquipollens admittitur etiam in conditionibus voluntarijs, quando per æquipollens habetur effectus à diſponente contemplatus.*

15 *Diſpoſitio ſi confertur in certum caſum conſideratũ à diſponente reſpectu alicuius effectus, tunc licet caſus ille non euenerit, ſed alius per quem idem ſequatur effectus, diſpoſitio trahitur ad illum caſum conſiderata voluntate diſponentis.*

16 *Amplia hoc procedere tam in vltimis voluntatibus, quam in contractibus.*

17 *In conditionibus non tam verba,quam voluntas inſpicitur.*

18 *Diſpoſitio ex ſe conditionalis ex præſumpta voluntate diſponentis, vel habetur pro pura, vel reſoluitur in modalem, & n.19.*

20 *Pactum conditionale ſi reſpicit fauorem non tantum vnius, quam etiam alterius ex contrahentibus,tunc conditio deficiens ei præiudicium inferre non poteſt.*

21 *Adimplementum per æquipollens quando admittatur in conditionibus voluntarijs?*

Æqua-

22 *Aequalitas in conſtituenda dote ſeruanda eſt inter filias vt abſurda extitentur.*

23 *In conditionibus voluntarijs non admittitur extenſio de caſu ad caſum, ſed requiritur implementum in forma ſpecifica.*

24 Menoch. conſ.243. num.23. ſeqq. quo caſu loquatur?

25 *Conditio voluntaria quando dependet à mera voluntate diſponentis tunc de ea nulla poteſt reddi ratio, niſi quod ei ſic placuit.*

26 Text. in l. legatum ff. de condit. inſert. & in l. in teſtam. la 2. & l. Meuius. ff. de condit. inſert in quibus terminis loquantur?

27 *Qualitas adiecta verbo intelligenda eſt ſecundum tempus verbi etiam per æquipollens, n. 28.*

29 *Exceptio requirens altiorem indaginem non debet admitti ad retardãdam exequutionem Inſtrumenti obligatione Camerali vallati.*

30 *Fallit quando eadem exceptio oritur ex ventre eiuſdem Inſtrumenti, tunc exequutionem obligationis Cameralis retardat.*

31 Deciſ. in cauſa Tiburtina Hæreditatis 22. Iunij 1629. coram bon. mem. Coccino declaratur.

DECISIO CXCVI.

TRES fratres Coccanarij tanquam hæredes Franciſci patris, qui in teſtamento dotem filiabus reliquerat, nuptui tradita Innocentia ſorore, Hieronymæ & Victoriæ reliquis ſororibus aſſignarunt bona hæreditaria vnicuiquè pro ſcutis 755. cum infraſcripto pacto, *con queſto che li detti beni quando verrà il tempo d'eſſer maritata. ò volendoſi mettere nel Monaſterio per farſi Monaca ſi debbano apprezzare, & in euento che la dote predetta fuſſe d'auantaggio delli detti ſcuti 755. in tutto aſſegnatoli debba ridondare pro rata in beneficio di eſſi fratelli, e ſe non baſtaſſero li detti beni alla detta dote, che ſe l'aſſegna ogni vno di loro debba concorrere per la terza parte.*

Cuius aſſignationis vigore pro portione Victoriæ defunctæ abſque nuptijs carnalibus vel ſpiritualibus cum ageret Ludouica illius hæres mediata, & exaduerſo exciperetur de æſtimatione facienda quam actrix faciendam eſſe negabat eo quod pactum æſtimationis fa-
1 ciendæ † vti conceptum in caſum nuptus vel Monacatus per mortem Victoriæ ante quam nuberet vel monacaretur, euanuerit iuxta tex. *in l. legatum ff. condit. inſer. & l. in teſtamento la 2. l. Meuius ff. condit. & demonſt. ac tradita per Menoch. conſ. 243. num. 23. & ſeqq.* vbi ait quod di-
2 ſpõſitio † collata in caſum nuptiarum non extenditur ad caſum mortis ſine nuptijs.

Dubitaui an ſit locus æſtimationi, & quatenus ſit locus de quo tempore facienda ſit, & Rota hodiè cenſuit locũ eſſe æſtimationi faciẽdæ de tẽpore mortis Victoriæ, de cuius portione dũtaxat agebatur: animaduertiteni in duo in præcitato inſtrumento aſſignationis dotis cõtineri. Primò aſſignationẽ ipſam dotis in ſtabilibus iuxta teſtamentum paternum, quę in ſubſtantia pura eſt, & cum dos purè deberetur
3 tum † ex d. teſtamento paterno, tum ex eo quod vigore Statuti Tiburtini dos ſuccedit loco legitimæ omnem cõditionem reſpuentis, *l. quoniam in prioribus Cod. in offic. teſtam.* non niſi purè aſſignari potuit, *Cancer. var. reſol p. 3. cap. 21. num. 337.*

Secundo pactum de æſtimandis bonis aſſignatis, quando Soror nubet in Domino vel in ſęculo, quæ æſtimatio cum ſit facienda poſt quam per aſſignationem purè vt ſupra factam bonorum dominium quæſitum fuerat Sorori, vt fuit deciſum in hac cauſa 9. *Decembris 1626. coram bonæ memoriæ Pirouano,* cuius deciſionis fundamenta licet tunc ageretur de portione Hieronymæ congruunt portioni in eodem inſtrumento, & per eadem verba aſſignatę Victoriæ, quæ traditione opus non habeat, quia tempore
4 aſſignationis bona ſimul cum fratribus poſſidebat *Pariſ. conſ. 53. n. 110. lib. 3. add. ad ſan. mem. Gregor. XV. dec. 206. num. 10. Caual. deciſ. 534. nu. 3.* tam ipſa æſtimatio, quam tempus illi adiectũ vti reſpiciens non ſubſtantiam aſſignationis,
5 ſed † complementum illius executionis non importat conditionem, ſed dilationem, ac modum quemdam iuxta theoricam *Bart. in l. quibus diebus §. quidam Titio, ff. condit. & demonſtr.* quem ſequitur *Bald. Caſtr. & alij ibid. Surd. deciſ. 38. num. 6. Gratian. diſcep. 250. num. 27.* & in proximis terminis *Rimin. iun. conſ. 639. num. 116. & ſeqq. Honded. conſ. 53. num. 31. & ſeqq. lib. 2.*

Et per conſequens defuncta ſorore ſine nuptijs, non expirauit pactum æſtimationis faciendæ, ſed mors intermedia, quæ ſubſtulit poſſibilitatem nuptiarum earum loco ſuccedit, ac ſi contractæ fuiſſent, quià caſus fortui-
6 tus ſuperueniens † per quem impeditur aduentus temporis adiecti per viam modi non vitiat ipſam diſpoſitionem, *Moln. de primogen. lib. 2. cap. 13. num. 25. Surd. de alimen. tit. 8. priuil. 24 num. 9. Soccin. conſ. 69. num. 4. lib. 1. Cæſ. manent. deciſ. 5. num. 60. & ſeqq. & alij relati per Modernum Hiſpan. var. reſol. lib. 2. cap. 4. ſub num. 11.* & effi-
7 cit † vt habeatur ac ſi tempus adueniſſet, & modus adimpletus fuiſſet, vt probatur ex *tex. in l. quæ ſub conditione §. quoties verſ. idem eſt ff. condit. inſtit. & in l. Titio ff. legat. 1. ac tradit Menoch. conſ. 262. num. 13. & ſeqq. & præſump. 146. num. 48. lib. 4. Sanch. de matrim. lib. 1. diſput. 33. ſub num. 25. verſ. vltimo quando Honded. in terminis dotis d. conſ. 53. num. 34.*

8 Non obſtat dictio *quando* † quæ importare ſolet conditionem, *l. quod pupillæ ff. quand. dies legat. cedat Bart. in l. 1. n. 17. ff. condit. & demonſtr. Larre. deciſ. Granaten. 52. num. 18.* quia hoc non eſt perpetuum, ſed importat etiam temporis dilationem ſecundum materiam ſubiectam
9 cui adicitur † & vbi adicitur executioni non reddit diſpoſitionem conditionalem, ſed accipitur temporaliter tantum ex allegatis per *Honded. d. conſ. 53. num. 38.* Prout neque obſtat,
10 quod tempus nuptiarum † tanquam incertum, nec omnino exiturum præſeferat conditionem, *l. huiuſmodi in fin. ff. quand. dies legat. ced. l. hæres meus in ſecundo dict. ff. cond. & de-* mon-

monſtrat.in terminis contractus celebrati ; ſub die
11 incerta non omnino extitura in *l.ita ſtipulatus 115. num.41. ff. verb. oblig.* quia id non procedit, quando in contractibus adiectū fuit in ea
12 parte diſpoſitionis † quæ reſpicit executionem, *Bald. conſ.286. ſub num.4.verſ.ſolatio lib.3. Oldrad.conſ.114.num.3.Soccin.ſen.conſ.92.col.8.ſub num.8. verſ.ſed dicetur aliquid lib.1.Aym.conſ.101. numer.1. verſ. primo quia ille Menoch. conſ. 251. num.33.*

Præterea eſtò quod tempus nuptiarum redderet conditionalem conuentionem æſtimationis faciendæ, quia tamen contrahentes in eadem conuentione explicarunt effectum, ad quem æſtimationem requirebant nempè vt ſciretur valor bonorum,& ſi bona aſſignata ſorori, non aſcenderent ad valorem ſcut. 755. ſuplerent fratres quod deeſſet ſi dictum valorem excederent reſtitueret ſoror quod
13 ſupereſſet, qui effectus † reſpicit commodū vtriuſque contrahentis, vt notat *Alber.in l.qui fundum ſub num.1.verſ.ſecundum eumdem ff.contrahen. empt.* & æque ſequitur ſiue mulier nubat ſiue innupta moriatur cum vtroque caſu militet ratio reducendi dotes ad ſummam promiſſam, propterea defuncta ſorore ſine nuptijs per eius mortem quæ ad dictum effectū æquipollet nuptijs diceretur adimpleta conditio nuptiarum: nam etiam in conditioni-
14 bus voluntarijs† admittitur adimplementum per æquipollens, quando per æquipollens habetur effectus à diſponente contemplatus vt ex mente *Bart.* colligit *Socc. ſen.in l.Gallus, §. & quid ſi tantam nu.6.ff.liber.& poſth.Alex.conſ.100. num.8.lib.4.Dec.conſ.227. num.12. verſ. non obſtat il ſecondo, & conſ.427.num.11.Socc. iun. conſil.90. num.27.& conſ.106. nu.23.lib.1. Pacian. conſ.23. num.54. Rimin.iun.conſ.37. nu.21. & ſeqq. Peregr. de fideicom.art.11.num.46.*vbi ait quod ſi diſpoſitio confertur in certum caſum conſideratū
15 à diſponente † reſpectu alicuius effectus,tunc licet caſus ille nō euenerit, ſed alius per quem idem ſequatur effectus diſpoſitio trahitur ad illum caſum conſiderata voluntate diſponentis *Menoch.præſump.184.num.6.& ſeqq.lib.4. Cardin.Mant.de tacit.lib.14.tit.43.num.10.& ſeqq.* vbi ſignanter *num.13.* ait id procedere tam in vlti-
16 mis voluntatibus † quàm in contractibus, *Ciriac.controu.478.num.85.& nu.90.& ſeqq. Cancer.var.reſol. part.1. cap.1. ſub numer.64. & ſeqq. Capic. Latro deciſ.118.num.17.& ſeqq.*Et ratio eſt,
17 quia in conditionibus † nō tam verba quam voluntas inſpicitur, *l.cum pater 79. §.donationis ff.leg. 2.l.in conditionibus 19. in princ. ff.condit. & demonſt.l.cum quæſtio Cod.legat.* & ex præſumpta
18 voluntate diſponentis † diſpoſitio ex ſe conditionalis,vel habetur pro pura,vt notat *Bart. in l.Titio centum §.Titio genero numer.3. poſt med. verſ. prædicta vera ff. condit. & demoſtr. Fontanell. de pact.nupt.clauſ.6.gloſ.3.part.1.num.17.Caſ·Manen.deciſ.1.num.44.* vel reſoluitur in modalem
19 ex allegatis per *Reuerendiſſ. Vrgellen. de condit. mod.impoſſib.cap.10.par.3.num.15.*

Et magis in caſu noſtro quo pactum æſtimationis faciendæ appoſitum fuit, vt ſupra dictum eſt, etiam fauore fratrum,quibus pro-
20 inde † conditio deficiens per obitum ſororis præiudicium inferre non debet, *l. illis libertis ff.condit.& demoſt.gloſſ.in l. Caio Seio §. Imperator verbo perpetuo ff.alim.& cibar. legat. Dec.conſ.485. ſub num.1.verſ.tertio hoc idem & num.2.& 3. Decian. conſ.49. ſub num.28. verſ. item in caſu Dec. il ſecondo lib.1.Caſ.Manen.deciſ.5, num.65.* & alioquin contra partium voluntatem altera ex ipſis locupletari poſſet cum aliena iactura,ſoror nempe cum iactura fratrum, ſi bona plus valeant, & è conuersò fratres ſi minus, & naturalis ratio ſuadet vt ſicuti ſi bona tanti non valerēt ſoror ſi nupſiſſet petere potuiſſet ſupplementum ab hæredibus fratrum, ita fratres ab hæredibus ſororis defunctæ ſine nuptijs, conſequi poſſint quod excedit, ex qua natu-
21 rali ratione † admittitur in cōditionibus voluntarijs implementum per ęquipollens *Mantic.de tacit. d. titul. 43. numer.15.* imo niſi fieret æſtimatio,cum ſingulis ſororibus particulariter bona fuerint aſſignata, daretur caſus, quod vna plus altera conſecuta fuiſſet, & ſic exclu-
22 deretur æqualitas † inter filias ſeruanda, *§. illud quoque auth.de nuptijs inſtr.Bald.In l.1.num.1. Cod. pact. l.cum pater §. euictis ff.legat.2.vt benè ad propoſitum Rimin.iun.conſ.639.numer.120.& 121. poſt Anchar.conſ.323.num.1.*quæ abſurda vt euitentur præſumendum eſt contrahentes voluiſſe nuptiarum conditionem purificatam intelligi etiam in caſum mortis ex allegatis per *Reuerendiſſ. Vrgellen. de condit. & mod. impoſſ. cap.10.par.3.ſub num.13.*

Ex quibus non obſtat, quod in conditionibus voluntarijs non admittitur extenſio de
23 caſu ad caſum † & requiritur implementum in forma ſpecifica, *l.qui hæredi in princ.& l.Meuius ff.cond.& demonſt. Honded.conſ.49. num.60. & ſeqq. lib. 2. Surd.deciſ.202.num.5.& 6. Rot. deciſ. 433.nu.2.& ſeqq.par.1.diuerſ.* vnde Menoch.in exaduerſo allegato *conſ.243.nu.23,& ſeqq.* educit relictum in caſum nuptiarum non deberi in caſum mortis ſine nuptijs, quia in caſu
24 Menochij† agebatur de extendenda ad alium caſum conditione adiecta ſubſtantiæ diſpoſitionis fideicommiſſariæ odioſæ atque reſtrictę ad certum caſum, vt ibi legitur *à num.6.& ſeqq.& num.50.& ſeqq.* nos autem agimus de dilatione adiecta complemento executionis contractus in materia fauorabili fulcita ratione iuſtitiæ & æquitatis,& concluſio aſſumpta per Menochium procedit in conditione voluntaria dependente à mera voluntate diſpo-
25 nentis †, de qua non poteſt reddi vlla ratio, niſi quia ſic ei placuit,vt benè declarat *Ciriac. contr.281.num.67.& 68.& contr.511.num.98.*vbi quod diuerſum eſt quando diſponens conſiderauit effectum, non autem nudi facti euentum, quod etiam diuerſis exemplis comprobat, *contr.478.num.89.& pluribus ſeqq.poſt Rimin. iun.conſ.37.num.21.*

Idemque reſpondetur ad *text.in l. legatum ff.*
26 *condit.inſer.* † *& in l.in teſtam.la ſeconda, l.Meuius ff.condit,& demonſtr.* quia non loquuntur de diſpoſitione modali, ſed conditionali & ibi per mortem non ſequebatur idem effectus contemplatus in caſum purificatæ conditionis.

Aeſtimationem autem dixerunt Domini
faciendam eſſe iuxta valorem currentem de
tempore obitus Victoriæ, prout de tempore
obitus Hieronymę æſtimaudam eſſe eius por-
tionem admittebant informantes pro Cocca-
naria; ſicuti enim vigore conuentionis man-
dantis æſtimationem fieri quando Victoria
nuberet, illa fieri debuiſſet tempore nuptiarũ
intelligendo qualitatem adiectam verbo ſe-
27 cundum † tempus verbi vt debet, *l.in delictis, §.ſi extraneus ff.noxal.act.l.Titius, ff.teſt. mil.Bart. in l.ex facto num.2.ff. Ad Treb.Molin. de art. nupt. lib.3.quæſt.63.n.14.* idem dicendum eſt de tem-
pore obitus, quod ex prædictis æquipollet
28 tempori † nuptiarum, *text.in l.duobus §.1.ff. iureiur.l.cum ſeruus in princ.ff.condit.inſtit. Alb.conſ. 234.num.15.*

Non obſtat, quod exceptio æſtimationis
tanquam requirens altiorem indaginem ad-
29 mitti non debeat † ad retardandam actualem
bonorum aſſignatorum conſignationem pe-
titam vigore inſtrumenti obligatione Came-
rali vallati, quia cum deducatur ex ventre
30 inſtrumenti † vtique vim obligationis Ca-
meralis retardat. *Caſſad.deciſ.19.num.1.& 6. de reſcrip.Seraph.deciſ.430.num.5.Zacch.de oblig.Camer.quæſt.17.n.59.cum alijs adductis per Rot.dec.8. num.1.inter impreſſ.poſt Zacch. ibid.* Neque con-
trariũ deciſum fuit in hac cauſa 22.*Iunij* 1629.
31 *coram bon.mem. Coccin.* † quando de portione
Hieronymæ agebatur; quia deciſio reiecit
exceptionem æſtimationis ex alio capite nẽ-
pè eo quod non dum Hieronyma nupſerat
& adhuc viuebat: In præſentia vero cum Vi-
ctoria iam obierit inanis eſſet expectatio ca-
ſus, & temporis quod alius venire non po-
teſt.

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

ROMANA PECVNIARIA.

Ven. 9. Decembris 1644.

ARGVMENTVM

Duæ ſi adſunt ſolidationes inter Socios, licet ſecunda ſit ampla & generalis, non tamen cõprehendit primum; quando vtraque ſolidatio eſt diſtincta & ſeparata prout diſtincta & ſeparata inter eos erant negocia, & ſocietates, itaut generalitas ſecundæ ſolidationis reſtringenda ſit ad terminos ſecundæ Societatis ſuper qua emauauit, & ex quibus diſtinctio & ſeparatio negotiorum, ac Societatum inter Socios probata remaneat?

SVMMARIVM.

1 *Validitas mandati executiui reſultat ex reuolutione actorum.*

2 *Auditor Cameræ vigore facultatum in cauſis inter & contra mercatores procedit ſummariè ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij.*

3 *Clauſulæ* ſummariè, ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij *excludunt ſolemnitates Iuriſpoſitiui, & Iudicium executiuum admittunt.*

4 *Debitum probatur ex confeſſione debitoris, qua nulla datur maior probatio.*

5 *Socius ſi rationem non reddit alteri conſocio de pecunijs ſocialibus penes ipſum exiſten. rectè ad earum reſtitutionem condemnari poteſt.*

6 *Solidatio generalis facta inter Socios non comprehendit præcedentem ſolidationem ſi vtraque ſolidatio eſt diſtincta & ſeparata prout diſtincta, & ſeparata inter eos erant negotia, & ſocietates.*

7 *Itaut ſecunda ſolidatio quamuis generalis intelligenda ſit ad terminos ſecundæ Societatis ſuper qua emanauit.*

8 *Negotij diuerſitas inter ſocios probatur ex diſtinctione Societatum ac diuerſitate perſonarum, nam ſi in ſecunda Societate fuit additus alius Socius, iſta additio reſpectu ſecundæ Societatis excludit identitatem negotijs primæ Societatis.*

9 *Subſcriptionis tenor attendi debet, quia declarat voluntatem ſubſcribentis, illiuſque obligationem producit.*

10 *Solidatio prima inter Socios non dicitur nouata per ſecundam, nec in eam transfuſa, ſi in ſecunda ſolidatione fuerunt ſpecialiter præſeruata computa primæ ſolidationis.*

11 *Pecuniæ ſociales prouenientes ex prima ſolidatione facta inter ſocios, ſi erogari debebant in nouum computum, nec probantur erogatæ condici poſſunt primæua actione ex ſocio.*

12 *Solidatio facta inter ſocios debet executioni demandari, donec contrarium probetur.*

13 *Calculus nouus fieri non debet non docto de errore præcedentis.*

14 *Inter Mercatores etiam poſt ſolidatas rationes admitti ſolet illarum reuiſio, vt appareat, an erratum fuerit nec ne?*

15 *Declara concluſionem non procedere ad retardandam executionem ſolidationis factæ, niſi de errore doceatur.*

16 *Ac exhibendum libros ſociales non poteſt ſocius ab altero Socio cogi non probata penes ipſum illorum exiſtentia.*

DECISIO CXCVII.

Expectatis diu Mignottis vt impugnarent fundamenta deciſionis æditę coram me 15. Maij proximè præteriti, aduerſus quam obtinuerant iterum audiri & nunquam comparentibus imò meditantibus dilationes, tandem repropoſui idem dubiũ, alias deciſum & DD. informantibus ſolum Laſagnis ſteterunt in deciſis.

1 Nam validitas mandati† relaxati ab A.C.
apparet ex reuolutione actorum, nec dubita-
ri poteſt de iuriſdictione A. C. cum vigore
2 facultatum † quas refert impreſſas *Saluſt. Tib. in prax. poſt lib.4.fol.525. num.* 10. habeat pote-
ſtatem, procedendi in cauſis inter & contra
Mercatores Curię vertentibus ſummariè,
ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu & fi-
gura Iudicij, ſola veritate inſpecta, & manu
3 Regia, quæ clauſulæ excludunt † ſolemnita-
tes iuris poſitiui, vt tradunt Doctores allegati
à Modern.de clauſ. par.1.clauſ.71.num.4. & redo-
lent

lent iudicium executiuum, *vt in his terminis*
dixit Rot.dec.446.ſub num.1.par.2.rec.

Iuſtitia pariter eiuſdem mandati viſa eſt
ſubſiſtere quoniam debitum pro quo fuit re-
4 laxatum probatur † ex confeſſione DD. de
Mignottis emiſſa in ſolidatione facta an.1638
quæ omni probationum genere eſt potior,
*cap.per tuas de probat.cum vulgar.*ſi quidem faſſi
fuerunt Mignotti ſe habere de pecunijs com-
munibus cum Laſagnis libras 6637.quas pro-
miſerunt implicare in nouum computum
Societatis & citati ad docendum de illarum
erogatione iuxta tenorem cõuentionis, quod
in effectu idem eſt, ac ſi citati fuiſſent ad red-
5 dendum rationem de dictis pecunijs † non ta-
men docuerunt vnde condemnari vtique de-
buerunt ad reſtitutionem ipſius Capitalis, vt
præter allegatos in deciſione probant Docto-
res relati per *Giurb.deciſ.15.ſub num.9. verſ. aut*
ante & num.10.Rot.Ianuen.dec.163.n.4.

Nec ſufficit exhibuiſſe aliam generalem ſo-
lidationem factam inter omnes ſocios de an-
no 1640. ſub qua prætenduntur comprehen-
ſa cõputa prioris ſolidationis anni 1638. quia
iterum animaduerterunt DD. vtramque ſoli-
6 dationem † eſſe diſtinctam ac ſeparatam pro
vt diſtincta ac ſeparata erant negocia, & So-
cietates, altera nempe de anno 1635. contra-
cta ad quinquennium inter Laſagnos & Mi-
gnottos tantum ſuper omnibus negocijs tam
Vrbis Romæ, quam Neapolis, altera de anno
1636. ſuper negocijs Vrbis Romæ inter Mi-
gnottos, Laſagnos, & Ciannonum ſuper qua-
rum prima emanauit ſolidatio anni 1638. &
ſuper ſecunda ſolidatio anni 1640.ita vt inui-
cem non confundantur & generalitas ſecun-
7 dæ reſtringenda † ſit ad terminos ſecundæ So-
cietatis ſuper qua emanauit, *Grat. diſcept. 292.*
num.15. poſt Abb. conſ.114. lib.2.& alios ibi alle-
gatos.

Quod patet ad oculum, ne dum à parte rei,
ſcilicet à diſtinctione dictarum ſocietatum
8 probata † ex publicis documentis, ſed etiam
ex diuerſitate perſonarum; nam in prima ſo-
lidatione interuenerunt ſolum Mignotti, &
Laſagni inter quos prima ſocietas inita fuerat
in ſecunda vero ſolidatione interuenit etiam
Ciannonius qui fuerat aſſumptus ſocius in
ſecunda ſocietate, & nullum habebat intereſſe
in prima quæ perſonarum diuerſitas, ſeu ad-
ditio excludere ſolet identitatem negocij, *An-*
car. in terminis ſocietatis *conſil.400. num.1.* &
repetitionem primæ diſpoſitionis in ſequenti,
Dec.conſil.386. num.7. verſic.tertio non obſtat, De-
cian.conſ.17.num.38.lib.1.Ger.Spin.conſil.13.n.17.
Mant.de coniect.lib.10.tit.6.nu.34.

Et redditur luce meridiana clariùs, tum
quia in ſecundę ſolidationis ſubſcriptione,cu-
9 ius tenor † potius quam apocæ attendi debet,
quia declarat voluntatem ſubſcribentium &
illorum obligationem producit, *Pariſ.conſ.12.*
ſub num.120.& ſeqq.verſic.quamuis enim lib.2.Me-
noch. præſumpt. 66. ſub num.7.& ſub num.9.in fin.
verſic.verum reſpondetur lib.3. Mignotti, ac La-
ſagni reſeruarunt explicitè computa primæ
ſocietatis & ſolidationem anni 1638. ibi, *e*
promettiamo voler ſtare al ſaldo generale fatto e paſ-
ſato in Tiers ſotto li 8. Luglio 1638. con li Signori
Mignotti, e noi, e non altrimente, ex quibus ver-
10 bis præſeruatiuis † primæ ſolidationis exclu-
ditur penitus illius nouatio ſeu transfuſio in
ſecunda, *Iaſ.in l.lecta num.9.ff.ſi cert. pet. Gozad.*
conſil.38.num.2.Mareſc.var.reſol.lib.2. cap.56.ſub
num.16.verſic.maximè Theſ.dec.125.n.5.

Tum etiam quia inter partitas, ſuper qui-
bus emanauit ſecunda ſolidatio nuſquam le-
gitur facta aliqua mentio librarum 6637. de
quibus agitur prouenientium ex prima ſoli-
datione, imò neque computorum ſpectantiũ
ad primam ſocietatem, ad quam ſpectant di-
ctæ libræ 6637. & licet erogari deberent in
11 nouum computum, † quia tamen non pro-
bantur erogatæ, vtiquè condici poſſunt pri-
mæua actione pro ſocio ad *text. in l. actione §.*
morte ff. pro ſocio, Rot.Ianuen. dec.71.num.7. Ruin.
conſil.90.num.11.verſic.non obſtat inſuper conſil.91.
num.11.verſ.item non obſtat lib.1.Mant.de tac.lib.6
tit.24.num.32.& 33.

Ex quibus non obſtat, quod poſt primam
ſolidationem Mignotti tranſmiſerint plures
merces ad Laſagnos, quia illæ ſpectant ad ſe-
cundam ſocietatem ac emptæ fuerunt ex pe-
cunijs in eam cauſam tranſmiſſis à Laſagnis
poſt primam ſolidationem de quibus habetur
ratio in dictis partitis. Et gratis petitur quod
fiat nouus calculus cum in reſpicientibus in-
tereſſe primæ ſocietatis ſtãdum ſit ſolidationi
anni 1638. eaque demandanda ſit executioni
12 donec † contrarium exaduerſo probetur,
Felic.de ſociet.cap.38.num.56.ex text. in l. ſi cui li-
bertas ff.condit.& demonſtr.Eſcob.de ratiocin.cap.31.
num.5. neque locus ſit nouo calculo non do-
13 cto † de errore præcedentis *l.ſemel Cod.de apoc.*
pub..lib.10.& tradunt Doct.in cap.vnico §.præſente
de cler.egrot.in 6.Socc.conſ.92.num.1.lib.4. Nouius
conſ.63.nu.8.Rot.deciſ.184.nu.1. part.2.rec. quod
enim dici ſolet licitum eſſe inter Mercatores
14 etiam † poſt ſolidatas rationes petere illarum
reuiſionem,vt appareat an erratum fuerit,nec
ne vt in term.ſociorũ *trad.Ang.in l.vnica in fin.*
Cod.error.calcul. Eſcob.de ratiocin. c.41. n.22. non
procedit ad retardan. executionem ſolidatio-
16 nis factæ † niſi de errore doceatur ad tradita
per *Socc.in l.pecuniam nu.10.ff. ſi cert.pet.& conſ.*
vlt.ſub num.1.verſ.alioquin lib.3.Ciriac.contr.180.
num.45. & ſeqq. Buratt. deciſ.8.num.3. deciſ.546.
num.6.

Prout etiam gratis petitur quod Laſagni
exhibeant libros ſociales nõ probata illorum
exiſtentia penes Laſagnos de tempore motæ
litis,vt debet *gloſſ.in l. nõ ignorauit verb.fuiſſ.Cod.*
ad exhib.Abb.in cap.cum ad ſedem num.15. in fin.de
reſtit.ſpol.Rot.deciſ.259.num.6.part.1.rec. dec.278.
ſub num.3.inter impreſſas poſt conſ.Farinacei.

Et ita &c.

GERVNDEN. PRIORATVS.

Veneris 9. Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Lis ſuper titulo ad effectū ſubrogationis quodq; calumnioſa non ſit ex quibus probetur? Regula de ſubrogandis non ſuffragatur ſi defunctus triennio ante motam litem pacificè poſſedit, & poſt adductam diſtinctionem inter poſſeſſionem triennalem requiſitam ad effectum regulæ de triennali, & aliam exceptuatam in regula de ſubrogandis, firmatur in deciſione quod regula de ſubrogandis requirit titulum ſaltim coloratum, non ſecus ac regula de triennali, & redditur ratio. Beneficium, quod non ſit curatum, aut reſidentiale ex quibus probetur?

SVMMARIVM.

1 *Lis probatur ex actis iudicialibus.*
2 *Lis ſuper titulo probatur ex commiſſione in qua narratur prouiſionem Aduerſarij eſſe nullam, ac impetrantem legitimum beneficij tutularem, & hæc duo fuiſſe principaliter petita ex quibus conuincatur?*
3 *Dictio*, verò, *eſt aduerſatiua præcedenti, retenta eadem qualitate principalis petitionis.*
4 *Lis ſuper titulo introducta dicitur ſi principaliter fuit commiſſa cauſa ſuper canonizatione tituli impetrantis, quamuis etiam mentio fiat prouiſionis Aduerſarij.*
5 *In libello potius attenditur concluſio, quam narratio.*
6 *Commiſſio quando eſt generalis, ac independens cum clauſulis*, quam, & quas totoque negocio principali *operatur, vt vigore dictarum clauſularum inchoari poſſit nouum Iudicium independenter à quocunque alio præcedenti.*
7 *Subrogatio per obitum collitigantis intelligitur conceſſa cum clauſula*, ſine præiudicio iuris alteri quæſiti, *non tamen iuris prouiſi ab ordinario, cui propter litem ligatæ ſunt manus ne poſſit conferre, & num.8.*
9 Sarnen. in regula de ſubrogandis quæſt.8. *quo caſu loquatur?*
10 *Lis ne dicatur calumnioſa ad effectum regulæ de ſubrogandis ſufficit qualibet cauſa colorata litigandi.*
11 *Teſtes examinati lite pendente, & ſine partis citatione vti nulliter examinati nihil probant.*
12 *Aetas ſenilis 62. annorum non eſt talis, quod per ſe infirmitatem inducat, aut imminens periculum mortis conſideratum à regula de ſubrogandis, & num. 14.*
13 *Senectus non æquiparatur morbo ante annum ſeptuaginta.*
15 Corn.conſ.53.num.3.& 4.lib.4. *in quibus terminis loquatur?*
16 *Calumnia, ſeu fraus impetrantis quando ceſſet attenta diſpoſitione regulæ de ſubrogandis?*
17 *Subrogatio ex diſpoſitione regulæ de ſubrogandis non ſuffragatur, ſi defunctus triennio ante litem motam beneficium pacificè poſſedit.*
18 *Regula de triennali non ſuffragatur poſſidenti beneficia incompatibilia, & cui decreta S. Conc. Tridentini reſiſtunt.*
19 *Diſtinctio inter poſſeſſionem triennalem ad effectum regulæ de triennali, & alia exceptuata à regula de ſubrogandis refertur.*
20 *Poſſeſſio ad effectum regulæ de triennali requiritur cum titulo colorato, & titulus coloratus non conſideratur in poſſidente duo beneficia incompatibilia, cui ius reſiſtit, & num.21.*
22 *Regula de ſubrogandis requirit nudum factum poſſeſſionis etiamſi apta non ſit producere præſumptionem veri tituli nam ſolum attendi debet, an defunctus triennio pacificè poſſederit ante litem intentatam, ſiuè titulum coloratum habuerit, ſiuè non, & redditur ratio num.23. 25. & 26. Contra num.34. & 35.*
24 *Contra poſſeſſorem triennalem, qui litem mouit excluditur à beneficio* Clement.vnic.de ſequeſtr. poſſeſs.
27 *Regula de ſubrogandis loquens de triennali poſſeſſione intelligenda eſt de triennali ſecundum terminos eiuſdem regulæ de triennali.*
28 *Statutum loquens de minori intelligitur ſecundum terminos alterius ſtatuti loquentis de minori.*
29 *Vna conſtitutio debet ab alia declarari.*
30 *Regula de ſubrogandis fuit edita ante regulam de triennali promulgatam poſt multos annos per Caliſtum.*
31 *Titulus præſumitur ex poſſeſſione decennali pacifica, intellige num.36.*
32 *Titulus præſumptus ſufficit ad effectum regulæ de triennali.*
33 *Diſpenſatio ad plura beneficia præſumitur ex curſu decem annorum quoquis poſſedit.*
34 *Regula de ſubrogandis requirit titulum ſaltèm coloratum, prout in regula de triennali requiritur.*
35 *Regula de ſubrogandis ideò excipit triennalem poſſeſſionem, quia lis, quæ mouetur contra triennalem poſſeſſorem eſt improbata per regulam de triennali, ac proinde cenſetur quoad iſtum effectum calumnioſa.*
36 Sanchez reſponſ. moral .lib.2.cap.1. dub.30. num.4. *quo caſu loquatur?*
37 *Incompatibilitatem beneficiorum allegans quenam probare teneatur?*
38 *Beneficia in dubio præſumuntur ſimplicia non curata.*
39 *Teſtes attentatè examinati, non ſunt attendendi.*
40 *Copia ſimplex inſtrumenti nihil probat.*
41 *Beneficium quod non ſit curatum, aut reſidentiale probatur ex prouiſionibus tanquam de ſimplici per longiſſimum tempus, & ſignantèr in vltimo ſtatu.*
42 *Item probatur ex confeſſione Aduerſarij emiſſa in litteris Apoſtolicis.*
43 *Litteræ Apoſtolicæ expeditæ præſumuntur ab impetrante ſi præſens eſt in Curia, vel ratione impenſæ ab alio de eius mandato.*
44 *Item beneficium non curatum probatur ſi ſolitum eſt retineri per obtinentes alia beneficia reſidentialia.*
45 *Teſtes numero plures, & adminiculati fidem merentur.*
46 *Reo, & poſſeſſori ſufficit offuſcare probationem actoris.*
47 *Cura ſi exercetur per Presbyteros conductitios, in proprietate reſidere dicitur penes Rectorem principalem.*

48 *Vncl-*

48 *Intellige hoc procedere ſi exercetur nomine Rectoris & ipſe reſidere teneatur, alias ex ſimplici deputatione Presbyterorum ad curam exercendam non ſequitur, quod cura ſit penes Rectorem.*

49 *Beneficium non poteſt dici curatum, ex quo ſit fundatum in Eccleſia Curata.*

50 *Incompatibilitas non inducitur, nec cauſatur ex cura habituali.*

DECISIO CXCVIII.

NON obſtantibus exaduerſò deductis iterum Domini cenſuerunt conſtare de lite ſufficienti pro executione ſubrogationis gratioſæ obtentæ à Franciſco Bompar in ius Petri Caſes lite mota defuncti, quia lis pro-
1 batur † ex actis iudicialibus, quodque pende-
2 ret ſuper titulo beneficij † demonſtrat commiſſio cauſæ in Rota ad inſtantiam Petri, in qua petijt declarari prouiſionem Bompar eſſe nullam, & inualidam, ſe verò legittimum titularem huius beneficij, quæ duò fuiſſe æquè principalitèr petita conuincitur, quia ſecundum non connectitur per dictiones importãtes petitionem conſecutiuam ad primam, ſed per dictionem, *verò, ibi, oratorem verò &c.* quę
3 eſt † aduerſatiua præcedenti retenta eadem qualitate principalis petitionis *ad tex. in cap. 2. verſ. vbi verò de reſt. in integr. in 6. cap. pia verſ. ſi verò de except. n 6. cum allegatis per Fuſar. conſ. 69. num. 23. & per Barboſ. dict. 420. num. 2.* Cumque prædicta verba appoſita ſint in narratiua commiſſionis, diſpoſitiua verò comprehendat generalitèr omnia iura vtriuſque partis abſq; aliqua reſtrictione, ſeù diſtinctione, eo magis dicendum eſt fuiſſe commiſſam cauſam
4 principaliter † ſuper canonizatione tituli Petri quamuis facta ſupra fuiſſet mentio prouiſionis Bompar *Caualer. deciſ. 200. ſub num. 3. in fin. verſ. & licet, & num. 4. Rot. deciſ. 9. num. 1. verſ. omnes Domini, & num. 3. de cauſ. poſſ. & propr. in nou.*
5 Nàm in libellis † potiùs attenditur concluſio, quam narratio *Ang. conſ. 36. nu. 3. Natt. conſ. 120. num. 22. Giouagn. conſ. 22. num. 9. lib. 1. Menoch. de recup. remed. 15 num. 248. Bald. in l. domum ſub nu. 1. C. rei vendic.*

Et gratis dicitur litem Rotalem ſuper titulo ſumere initium à lite prius introducta per Bompar coram executore litterarum Apoſtolicarum ſuper illarum executione; nam à Iudicio moto in partibus vſque ad tempus emanatæ commiſſionis vix effluxerunt duodecim dies, quo breui ſpatio veriſimile non eſt ad Petrum commorantem in Curia deueniſſe notitiam litis cœptæ in partibus Hiſpaniarum longè diſtantibus, & commiſſio eſt generalis, ac independens cum clauſulis ampliſſimis, *quam, & quas, totoque negocio princi-*
6 *pali* † quarum vigore potuit nouum iudicium independentèr à quocumque alio præcedenti incohari *Seraphin. deciſ. 1241. num. 2. & 3. Barboſ. clauſ. 121. num. 9. Rota inter recent. deciſ. 455. num. 2. par. 2.* ac ſuper titulo beneficij lis introducta cenſetur ex allegatis *in prima deciſ. §. tum etiam.*

Hinc nullo modo poſt mortem Petri potuit Ordinarius beneficium conferre Franciſco Pejoan, vt firmat *prima deciſio §. nam reſpon-
7 detur,* & ſubrogatio obtenta † à Pompar licet intelligatur conceſſa ſine præiudicio iuris alteri quæſiti *Sarnen. de ſubrog. qu. 8. Bellam. conſ. 35. num. 9.* non retardatur ex iure prouiſi ab Or-
8 dinario, † cui propter litẽ ligatæ erãt manus ne poſſet conferre, vt in puncto *Seraph. deciſ. 990.
9 num. 8.* vbi quod *Sarnen.* loquitur † de iure tertio competenti veluti ſi tertio competeret regreſſus per obitum poſſeſſoris, non autem de iure ordinarij.

Dixerunt paritèr litem non fuiſſe calumnioſam, quia adducta ad probandum, quod beneficium ſit curatum præbent ſaltèm cau-
10 ſam coloratam litigandi † quæ ſufficit *Seraph. & alij allegati in prima deciſ. §. animaduerterunt*

Nec obſtare infirmitatem, aut Senium Petri de tempore quo Bompar beneficium impetrauit, quia infirmitas non probatur aliunde,
11 quam ex teſtibus examinatis † lite pendente neminè citato, & ſic nullitèr *cap. 2. de teſtib. l. ſi quando C. eod. tit.* & Senium 62. annorum per
12 ſe tale non erat † quod induceret, aut infirmitatem *arg. tex. in cap. 1. §. ſin autem de cler. egrot. in 6. Dec. in l. ſenium ſub num. 5. C. qui teſt. facer. poſſ. Menoch. de arbitr. caſ. 60. num. 9. & ſeqq. Narbon. de ætat. ann. 70. qu. 1. num. 4. & ſeqq. qu. 12. num. 4.* vbi
13 quod Senectus † non æquiparatur morbo ante annum 70. aut imminens periculum mortis
14 conſideratum † à regula de ſubrogandis, ibi, *quibus propter Senium &c. imminet periculum vitæ,* prout enim denotauit euentus, nàm Petrus ſuperuixit per duodecim annos, qui euentus licet attendi non debeat quando tempore impetrationis imminebat vitæ periculum, in quibus terminis loquitur *Corn. conſ. 53. num. 3.
15 & 4. lib. 4.* † regularitèr calumniam, ſeù frau-
16 dem impetrantis † excludit vt benè ad propoſitum *Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 20. ſub num. 94. verſ. quod.*

Cenſuerunt autem obſtare Bompar pacificam poſſeſſionem Petri per vndecim annos antequam lis aliqua moueretur, quia ex diſ-
17 poſitione ipſius regulæ de ſubrogandis, † ſubrogatio non ſuffragatur ſi defunctus triennio ante litem motam pacificè poſſederat, vt habetur in verbis regulæ, & notat *Rebuff. & alij allegati in prima deciſione verſ. non obſtat.*

Et licet eadem deciſio reſpondeat triennalem poſſeſſionem non ſuffragari quando poſſeſſori reſiſtebant decreta Sac. Concil Triden-
18 tini, quæ reſiſtebant Petro, † quia duo Curata inter ſe incompatibilia retinebat. Hanc reſponſionem informantes contra Bompar duplicitèr euadebant.

Primò diſtinguendo inter poſſeſſionem
19 triennalem † requiſitam ad effectum regulæ de triennali, & aliam exceptuatam in regula de ſubrogandis; ſiquidem primo caſu requi-
20 ritur † poſeſſio cum titulo colorato, & effectus regulæ productiuus quatenùs opus ſit
21 noui tituli † euacuatur ob reſiſtentiam iuris poſſidentis duo beneficia incompatibilia, vt in terminis *Rebuff. tract. de pacif. poſſeſſ. ſub nu. 33.*
Secũdo verò caſu ſufficit nudum factum poſſeſſionis, etiamſi non ſit apta producere præ-

ſumptionem veri tituli; ita vt ſolum attendi debeat an defunctus triennio pacificè poſſe-
22 derit † ante litem intentatam, ſiuè titulum coloratum habuerit, ſiuè non, vt voluit *Mandoſ. ſuper regul. de ſubrogan. qu. 5. ſub num. 2. verſ. pro contraria, & num. 3. & ſeqq.* vbi dicit rationem
23 quia † regula de ſubrogandis non dicit, aut ſupponit quod ad hoc vt ſuperſtes eius priuilegio gaudere non debeat mortuus collitigãs ſi viueret iuuare ſe poſſet regula de triennali, ſed ex hoc ſolo quod fuit mota lis contra poſſeſſorem triẽnalem excluditur qui litem mouit à priuilegio regulæ ſicut in ſimili exclu-
24 ditur † à beneficio *clem. vnicè de ſequeſt. poſſeſſ.* qui litem mouit contra triennalem pacificum poſſeſſorem etiam ſi ille regula de triennali
25 gaudere non poſſet, & *Mandoſ. ſequitur* † *Azor. Inſt. moral. par. 2. lib. 7. cap. 32. verſ. ſecundò quæritur il 2. Caſtr. Palao oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſput. 2. punct. 31. §. 6. num. 3. verſ. contrarium*, vbi addit quod cum conditio regulæ ſit fauorabilis ad
26 euitandas lites, & calumnias † latè eſt interpetranda, itaut quamlibet poſſeſſionem pacificam ſiuè cum titulo, ſiuè abſq; titulo comprehendat.

Nec obſtat, quod regula de ſubrogandis
27 loquens † de triennali poſſeſſione intelligenda ſit de triennali ſecundum terminos alterius regulæ de triennali, prout in ſimili dici-
28 mus quod Statutum loquens de minore † intelligitur de minore ſecundum terminos alterius Statuti *Seraph deciſ. 791. num. 2. Rot. inter. rec. deciſ. 431. num. 3. par. 1.* declarando vnam con-
29 ſtitutionem † ab alia, vt debet *ad Text. in l. vnic. in princ. C. inoff. dot.* Quia impoſſibile hoc eſt cum regula de ſubrogandis ædita fuerit an-
30 te regulam † de triennali per multos annos poſtea per Caliſtum promulgatam, vt aduertit *Mandoſ. d. quæſt. 5. in fin.*

Et addebatur defunctum in caſu noſtro iuuari potuiſſe etiam regula de triennali cum pacificè poſſediſſet per vndecim annos ante litem motam; quia ex decennali poſſeſſione
31 lex † præſumit titulum, & ſufficit titulus præ-
32 ſumptus † ad effectum regulæ de triennali, vt in puncto regulæ de triennali *Caſſad. deciſ. 8. num. 1. & per tot. ſuper regul. Cancell. Sanch. reſponſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 30. num. 4.* & quod ex cur-
33 ſu decem annorum † præſumatur diſpenſatio ad plura beneficia tradit *Pariſ. de reſignat. lib. 3. qu. 6. ſub num. 74. Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat. 62. num. 30.*

Verum contrariam ſententiam, nempè
34 quod in terminis regulæ de ſubrogandis † requiratur titulus ſaltem coloratus non ſecus, ac in terminis regulæ de triennali tenuiſſe videtur *Sarnen. in Reg. de ſubrogandis qu. 16. nu. 1.* dum ait ideò in regula de ſubrogandis excipi trien-
35 nalem poſſeſſionem, † quia lis quæ mouetur contra triennalem poſſeſſorem eſt improbata per regulam de triennali, ideoque cenſetur quo ad iſtum effectum calumnioſa ſic etiam *Ioã Chokier ſuper regul. de ſubrogandis n. 31 Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 20. nu. 89. Rot. dec. 531. num. 4.* vbi quod copulatiuè requiritur in terminis regulæ de ſubrogandis color alicuius tituli, & poſſeſſio triennalis, vt quis dici poſſit triennalis poſſeſſor *par. 2. recent.* & nouiſſimè *Filiucc. quæſt. moral. tom. 3. tract. 41. cap. 6. num. 80.*

Quodque addebatur de poſſeſſione decennali *Sanch. ſupra allegat. dub. 30. num. 4.* intelligit
36 procedere † in eo qui poſſedit per decennium ſine titulo, & deinde per triennium.

Ceterum quicquid ſit de prædictis ſuper quibus votum proferre caſus præſens non cogit, placuit Dominis ſecunda replicatio informantium, videlicèt non applicari caſui noſtro decreta Concil. Trident. de incompatibilitate beneficiorum, quia non probatur quod Prioratus S. Mariæ de Salon ſit beneficium reſidentiale, aut Curatum, vt probari debuiſſet ab allegante illius incompatibilitatem
37 cum † alio beneficio curato tanquam ſuæ intentionis fundamentum *Rebuff. in praxi tit. ſecul. benef. quotupl. ſub num. 11. Caualer. deciſ. 315. num. 3.*
38 quia beneficia in dubio † præſumuntur ſimplicia *Aegid. deciſ. 675. Staffil. de litt. grat. rubr. de qualit. & ſtat. benef. ſub num. 1. Rota deciſ. 233. nu. 4. deciſ. 257. num. 1. par. 1. recent.*

Duo enim teſtes quorum dicta expendit *prima deciſio §. animaduerterunt* non merentur
39 attendi † cum fuerint examinati attentatè, vt fuit deciſum *in hac cauſa 4. Iulij 1636. coram Eminentiſs. D. Card. Macchiauello*: Viſitationes quas eadem prima deciſio ponderat plereque emanarunt ad relationem alterius, vt conſtat in moderno Sum. dato pro Pejoan num. 18. ac demum inſtrumentum concordiæ inter Parochianos, & Priorem nuper exhibitum
40 cum ſit ſimplex copia, † nil probat *Caſtr. in Auth. ſi quis in aliquo num. 4. C. eden. & in l. fin. nu. 5. Cod. eodem Diu. Adr. toll. Roman. in l. ſciendum n. 70. ff. verb. oblig.*

Et è conuersò quod bedeficium non ſit cu-
41 ratum, aut reſidentiale probant, † tùm prouiſiones tanquam de ſimplici per longiſſimũ tempus, & ſignantèr in vltimo Statu qui ſufficit *Bald. in l. ſi mater tua num. 2. C. ne Stat. defunct. Mareſc. var. reſolut. lib. 1. cap. 55. num. 2. Rota coram Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 433. nu. 10.* Tùm con-
42 feſſio emiſſa † ab ipſo Pompar in Bullis ſuper alio beneficio, quæ præſumuntur expeditæ ab
43 ipſomet, † vel de eius mandato tàm ratione impenſæ *Caſſad. deciſ. 1. num. 4. de procur. Rota deciſ. 206. num. 2. par. 2. recent.* quàm quia erat præſens in Curia, *Seraph deciſ. 975. num. 2.* & probant contra confitentem, *vt in his terminis Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 433. num. 12.* Tùm demùm teſtes deponentes beneficium hoc retineri ſolitum per obtinentes alia beneficia reſi-
44 dentialia, † & in eo nunquam reſideri conſueuiſſe, curamque animarum quæ ineſt Eccleſiæ S. Mariæ de Salom, in qua Prioratus fundatus exiſtit exercitam fuiſſe per Presbyteros conductitios ſiuè Seculares, ſiuè Regulares, quibus teſtibus maior adhibenda eſt fides,
45 quia † ſunt numero plures *l. ob carmen §. fin. ff. teſtib. c. in noſtra eod. tit.* & quia adminiculantur ſupradictis prouiſionibus tanquam de ſimplici, ac præſumptione iuris *Ruin. conſ. 35. ſub numer. 16. verſ. ſed eſto lib. 4. Aym. conſ. 73. ſub num. 41. Rota deciſ. 345. num. 3. par. 1. recent.* Præter quod

Pejoan

Pejoan qui eſt reus conuentus, & beneficium
46 poſſidet ſufficit offuſcare † probationem acto-
ris *Bald.conſ.79. num.7.lib.2. Aym.conſ.6.nu.127. Surd.conſ.55.ſub num.6. Seraph.deciſ.889. num.4. Buratt.deciſ.419.num.12.*

Non obſtat illatio primæ deciſionis, quod
ſi Cura exercetur per Presbyteros conducti-
47 tios † eſt in proprietate penes Priorem, quia
48 procederet forſan ſi exerceretur † nomine
Prioris, & ipſe reſidere teneretur, aliàs non
ex eo quod Prior apponat Cappellanos, qui
exercent Curam, ſequitur quod Cura ſit pe-
nes Priorem, vt bene declarat *Rota deciſ.17.
num.4.par.1.diuerſ.* Sicut nec ex eo quod Prio-
49 ratus ſit fundatus in Eccleſia curata, † vt fuit
dictum *in Comaclen.ſeu Ferrarien.Præpoſituræ, & beneficij* 15. *Decembris* 1625. *coram bo.mem. Remboldo ex text.in c.fin.vbi Abb. in primo uot.de præb. gloſſ.in Clem.1.verb.incerta eodem tit. Calder. conſil.18.eod.tit.* præſertim quia ex datis in Summ. Pejoan num.21. & 22. apparet in Eccleſia S. Mariæ de Salom vltrà Prioratum adeſſe aliud beneficium Curatum, & obtenuitatem fructuum beneficij Curati, ob quam non reperiebatur, qui illud acceptaret Ordinarium demandaſſe Priori, vt illius fructus exigeret, & Presbyteros ad Curam exercendam deputaret. Et in omnem euentum quatenùs probaretur penes Priorem adeſſe Curam habitua-
50 lem † ea non ſufficeret ad inducendam neceſſitatem reſidentiæ, & cauſandam incompatibilitatem cum alio beneficio curato *Prob. ad Monac.in cap.ſuper eo n.17.de præb.in 6.Hoieda de incomp.benef.par.1. cap.13.ſub num.53. verſ.12. declaratur. & lib.2.cap.6.ſub num.1. & 2. verſ.tamen ſi Eccleſia, & verſ.pro qua ſententia Nauarr. conſil.21. de cler.non reſid. Gonz.ſuper reg.8. gloſ.6. num.98. Barboſ.de off.Paroch.par.1.cap.1. num.50. & 51. vbi allegat concord.*

Ex quo itaq; non probato quod Prioratus ſit beneficium curatum, aut reſidentiale non applicatur reſiſtentia decretorum Sac. Conc. Tridentini, & ſubrogato obſtat triennalis pacifica poſſeſſio defuncti collitigantis Domini receſſerunt à deciſis vtraq; parte informante.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE SPIRITIBVS.

Luna 12. *Decembris* 1644.

ARGVMENTVM.

Melioramenta non fuiſſe neceſſaria, nec reficienda, ex quibus probatum remaneat? Melioramenta vtilia bona fide facta reficienda ſunt, & ex quibus mala fides meliorantis excluditur? Reliqua circa hanc materiam melioramentorum deſume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta non fuiſſe neceſſaria non probatur ex teſtibus, quorum depoſitionibus repugnant publica Inſtrumenta, nec non relationes peritorum.*

2 *Inſtrumentis publicis in concurſu potius ſtandum eſt quam teſtibus.*

3 *Relationes peritorum circa melioramenta præualent teſtibus contrarium deponentibus.*

4 *Inſtrumentum diuiſionis plenè probat contra habentem cauſam à diuidentibus.*

5 *Impenſum à fideicommiſſario de mandato fideicommittentis cadit ſub fideicommiſſo.*

6 *Melioramenta facta à filio familias exiſtente ſub patria poteſtate præſumuntur facta de pecunijs profecticijs, ſi non conſtat acquiſiuiſſe de proprio, ac proinde ipſo iure patri quæſita cenſentur.*

7 *Amplia quamuis filius haberet aliquam artem, niſi conſtet ex ea acquiſiuiſſe pecunias, quas poſſet impendere in meliorationibus.*

8 *Melioramenta facta à filio, ſi fuerunt à Patre fideicommiſſo ſubiecta tunc filius fideicommiſſo conſentiendo, agnouiſſe cenſetur dominium melioramentorum ſpectare ad patrem, vel iuri ſi quod ex propria perſona ſuper melioramentis habebat renunciaſſe.*

9 *Melioramenta facta in domo pro ampliatione, & maiori commoditate habitantium tanquam non neceſſaria reficienda non ſunt.*

10 *Fratres habentes domum paternam ſufficientem, ſi alter ex eis voluit illam ampliare, licet domus ſit effecta melior, non tamen ei refici debent melioramenta, quia pro eorum habitatione ſatis erat in ſtatu antiquo.*

11 *Melioramenta valdè excedentia, an refici debent à vocato ad fideicommiſſum, quando eſt pauper?*

12 *Melioramenta vt dicantur vtilia, requiritur probatio antiqui ſtatus, vt appareat quid fuerit melioratum, nec non quid impenſum, vt quod minus eſt refici debeat ſiue melioramenta facta ſint à non Domino, ſiuè ab habente dominium reuocabile, & num.13.*

14 *Quicquid dicat* Ruinus, *cuius opinio reprobatur* à Ladetch. conſil.144. num.13. & ab alijs.

15 *Relatio periti electi ſine citatione partis nihil probat.*

16 *Valor domus differt à valore materiæ, ſeu Cementorum.*

17 *Melioramenta vtilia reficienda non ſunt propter malam fidem meliorantis tempore meliorationis, & mala fides ex quibus deſumatur nu.18. & 19.*

20 *Mala fides in meliorante reſultat ex Monitorio cum inhibitione contra eum executo quamuis longe poſt fuerit in actis reproductum, nam inhibitio in eo contenta ſtatim ligauit eius manus ne melioraret.*

21 *Mala fides inducitur ex monitorio executo etiam ſine reproductione.*

22 *Denunciatio extraiudicialis ſufficit ad impediendum nouum opus.*

23 *Monitorium præſumitur obtentum ab eo qui eſt præſens in Curia.*

24 *Dominium rei fideicommiſſariæ ſtante expreſſa prohibitione alienationis non cenſetur in emptorem translatum.*

25 *Melioramenta facta in re aliena recompenſanda veniunt cum fructibus perceptis ex eadem re.*

26 *Fideicommiſſum purificatum de tempore, quo fideicommiſſarius eſt minor, tunc lex interpellaſſe cenſetur poſſeſſorem, vt bona fideicommiſſi reſtituat, & ab eo tempore fructus debentur fideicommiſſario.*

27 *Melio-*

27 *Melioramenta vtilia ex quibus probentur?*
28 *Mala fides in emente rem fideicommiſſi ex quibus excuſetur?*
29 *Alienatio bonorum fideicommiſſi pro neceſſitate grauati, vel ſaltim ratione legitima quandoque permittitur, præſertim quando fit in comprehenſum.*
30 *Mala fides, vt excuſetur ſufficit qualibet dubietas, antequam à Iudice declaretur.*
31 *In materia melioramentorum bona fide factorum, non fit retrotractio quamuis mala fides ſuperueniat ſed inſpici debet animus meliorantis de tempore meliorationis.*
32 *Melioramenta vtilia facta bona fide in bonis fideicommiſſi reficienda ſunt à fideicommiſſario bona vindicante, vel immiſſionem petente.*
33 *De melioramentis quando non conſtat niſi in genere, tunc Rota vt vtrique parti conſulat eligere ſolet mediam viam.*
34 *Melioramenta vtilia facta in re fideicommiſſo ſubiecta ſi ſunt valde excedentia, & fideicommiſſarius eſt pauper nec poteſt illa reſtituere niſi eadem re careat tunc detracto valore rei, quod ſupereſt cedit lucro meliorantis, & fideicommiſſarius conſequitur veram rei æſtimationem.*
35 *Fructus fideicommiſſario debentur ſaltim à die motæ litis.*
36 *Fructus domorum in Vrbe ad rationem quinque pro centenario aliquando fuerunt à Rota liquidati.*

DECISIO CXCIX.

FIRMATA per duas deciſiones exiſtentia fideicommiſſi, eiuſque purificatione ad fauorem Michaelis filij Aegidij, ac ſimul idẽtitate bonorum dubitaui, An conſtet de melioramentis quæ veniant reficienda Clementiæ, & litis conſortibus reis conuentis domum fideicommiſſariam poſſidentibus.

Quo dubio hodie propoſito viſum eſt Dominis melioramenta, quæ adducuntur facta
1 de anno 1630. non fuiſſe neceſſaria, † etiam ſi teſtes examinati domum tunc temporis diuiſam fuiſſe in tres domunculas, eaſque ruinoſas, & nullius valoris deponant; Contrarium
2 enim apparet tùm ex publicis † inſtrumentis, quibus potius inhærendum eſt *l.cenſus ff.probat. Innoc.in cap. cum Ioannes num.6.de fid. inſtr. Aym. conſ.54.ſub nu.15. Rota deciſ.91.ſub nu.9.dec.582. ſub num.6.par.1.recent.* tùm ex relationibus pe-
3 ritorum † quæ præualent teſtibus licet numero pluribus *Alex conſ.148.num.1.lib.2.Bero.conſil.102.num.35.lib.3. Rota Bonon. diuerſ.deciſ.12. num.11.*

Et inter inſtrumenta recenſetur primo loco inſtrumentum celebratum de anno 1605. in quo domus hæc non tanquam tripartita in tres domunculas, prout olim erant de anno 1593. Sed vti in vnam eamque habitabilem redacta diuiſa fuit à Ioanne patre inter Aegidium, & Paſqualem filios, ac fideicommiſ-
4 ſo ſubiecta quod inſtrumentum † vtique probat contra reas conuentas habentes cauſam à diuidentibus *Peregr. de fideicomm.art.44. num.5. Fuſar.de ſubſt.quæſt.618.num.11.Seraph.deciſ.553. num.1. & ſeqq. Coccin.deciſ.120.num.2. Buratt.deciſ.229.num.1.*

Neque ex eo quod Ioannes in dicto Inſtrumento mandauit filiis, *quod in euento che veniſſe à pericolar la Cantina, & il Solaro di ſopra della ſudetta Caſa ſiano obligati à farli rifare, & aſſettare communemente*, educi poteſt domum tunc temporis fuiſſe in ſtatu ruinoſo, quia imò dicta verba ſupponunt ſubſiſtentiam domus de præſenti, & ſolum prouident futuro periculo quatenùs contingeret, cui præterea euitando eſto, quod deinde contigiſſet quicquid filii impendiſſent non ſortiretur qualitatem meliorationis per illos detrahendæ, ſed caderet ſub fideicommiſſo tanquam impenſum de
5 mandato fideicommittentis† qui conſentientibus filijs potuit etiam reficienda ex ipſorum pecunijs ſubijcere fideicommiſſo *l.vnum ex familia §.ſed ſi fundum vbi gloſ.verbo tantundem ff.legat.2. Iaſ.in l.ſi ſeruus 73. num.13.ff.legat.1. Crot. conſ.273.num.3.Menoch.conſ.89.num.49.*

Secundò Inſtrumentum anni 1614. in quo Aegidius aſſerens Ioannem eius patrem de anno 1593. emiſſe tres domunculas dirutas pro prætio ſcutor.400. dictumque Ioannem dum vixit, & ipſum Aegidium, & Paſqualem fratrem in dictis domunculis diuerſa melioramenta, & laboreria feciſſe, ac domunculas ſic melioratas, & in duas domus habitabiles redactas pro quiete ipſorum Aegidii, & Paſqualis in duas partes diuiſiſſe, vt ex Inſtrumento rogato anno 1605. partem domus ſibi in diuiſione obuentam vendidit Paſquali fratri pro prætio ſcutor.883. vnde conuincitur mendacium teſtium aſſerentium domum de anno 1630. fuiſſe diuiſam in tres domunculas, & nullius valoris. Nec poſſunt prætendi melioramenta, quæ ante annum 1614. aſſeruntur in d. Inſtrumento facta ab Aegidio, & Paſquale, quia cum viuerent ſub pa-
6 tria poteſtate, † & cum patre cohabitarent, nec probentur acquiſiuiſſe ex ſua induſtria, & ſe exercuiſſe proprio nomine patre ſciente, & patiente præſumuntur melioraſſe ex pecunijs profectis à patre, eique quicquid meliorarunt quæſitum fuit pleno iure *Cordub. in l.ſi quis à liberis §.ſed ſi filijs num.136.Cod.liber.agnoſ. Petr.de Vbald.de duob.fratr.par.5.qu.14.numer.17. Menoch. præſumpt.50. num.1.lib.3.* etiam ſi filij
7 haberent†artem, niſi conſtet ex ea acquiſiuiſſe pecunias, quas poſſent impendere in meliorationibus *Corn.conſ.247.ſub num.6.lib.3.Seraph. deciſ.553.num.5. Rota in Reatina Collationis bonorum 10. Decembris 1619. coram bo. me. Pirouano*, quod confirmatur quia ſolus pater de domo ſic meliorata diſpoſuit diuidendo inter filios, & fideicommiſſo ſubijciendo, vt habetur in Inſtrumento anni 1605. ad quod ſe refert inſtrumentum anni 1614. Et filij conſentiendo
8 diuiſioni,† ac fideicommiſſo agnouiſſe videntur, quod dotale dominium etiam melioramentorum ſpectabat ad patrem, vel iuri ſi quod deſuper ex propria perſona habebant renunciaſſe *l.ſicuti §.venditionis ff.quibus mod. pign. & hypot.ſoluat.Iaſ.in l.cum proponas la 1. num.11. Cod.pact.Menoch.conſ.58.nu.24. & ſeqq. Surd.conſil.114.num.25.Honded.conſ.33.num.20.lib.1.*

Duæ item adſunt relationes peritorum alte-

altera Petri Curti de anno 1614. qui partem
domus obuentam Aegidio æſtimauit ſc. 883.
habita ratione vinculi fideicommiſſi, quod
minuere ſolet prætium ſaltem in ſexta parte
vt dixit *Rota in Auximana bonorum 1. Iuly 1613.*
coram bo. me. Card. Sacrato. Altera Sergij Ven-
turæ iudicialitèr à Rota electi, qui retulit do-
mum de anno 1630. fuiſſe valoris ſcut. 1563.
& melioramenta facta de d. anno 1630. exci-
tata fuiſſe ſuper muris antiquis domus (vnde
excluditur quod iidem muri eſſent ruinoſi)
additque melioramenta non fuiſſe neceſſaria,
ſed pro ampliatione, & maiori commoditate
9 habitantium domum, † quæ propterea reſi-
cienda non ſunt *Caſtr. in l. ex duobus 28. num. 1.*
& 2. ff. negot. geſt. vbi per illum textum notat,
quod ſi fratres habebant domum paternam
10 ſufficientem, † & tamen alter ex eis voluit
ampliare licet domus videatur effecta melior
non tamen debent reſici melioramenta cum
domum venalem non haberent, & pro eo-
rum habitatione ſatis fuiſſet in ſtatu antiquo
ſequuntur *Curt. Iun. conſ. 165. num. 14. verſ. præte-*
rea ex alio Peregr. conſ. 42. num. 16. lib. 1. & de fideic.
art. 50. ſub num. 54. Rota deciſ. 116. poſt princip. &
num. 40. & ſeqq. par. 6. recent. eo minus quia ſunt
11 valde excedentia, † & Michael vocatus ad fi-
deicommiſſum eſt pauper ad Text. *in l. in fun-*
do 39. §. finge pauperem ff. rei vendic. quem latè
exornat *Menoch. de arbitr. in addit. ad caſ. 258. n. 74*
& ſeqq.

Ex quibus reſolutum fuit non conſtare de
melioramentis neceſſarijs, quæ veniant reſi-
cienda. Sed præterea aliqui ex Dominis cen-
ſuerunt neque conſtare de vtilibus, tùm quia
eliſa ex prædictis inſtrumentis, & relationi-
bus fide teſtium de ſtatu domus ante factas
meliorationes deficit probatio præfati ſtatus,
12 quæ † omninò requiritur, vt appareat quid
fuerit melioratum *Seraph. deciſ. 898. num. 6. En-*
ratt. deciſ. 834. num. 11. cum alys allegatis in ſecun-
da deciſione huius cauſæ, & in Romana Domus, ſeu
appartamenti 17. Decembris 1635. coram Reuerendiſ. D. meo Decano.

Tùm etiam quia non probatur quanti fue-
13 rit impenſum, † & quanti melioratum, vt
oportet, nam quod minus eſt reſici debet ſiue
melioramenta facta ſint à non Domino, ſiuè
ab habente dominium reuocabile; quicquid
14 dixerit *Ruin.* cuius opinio † erronea conuin-
citur *ex text. in l. domus 61. ff. legat. 1.* & repro-
batur *à Laderch. conſ. 144. num. 3. & per tot.* quem
ſequitur *Peregr. deciſ. Patau. 64. num. 4. & in tract.*
de fideicom. artic. 50. num. 71. Facchin. conſ. 50. nu. 6.
lib. 3. Molin. de contract. diſput. 463. num. 11. & ſeqq.
& nu. 17. verſ. in poſteriori Gauina. deciſ. 137. nu. 2.
Vinc. de Franc. deciſ. 109. num. 1. & 2. Rota deciſ. 81.
num. 2. & 4. inter impreſſ. poſt tract. Pacif. de Saluian.
deciſ. 399. num. 47. par. 5. rec. vbi aliæ cumulan-
tur, *& in Imolen. Saluiani 18. Aprilis 1636. co-*
ram Eminentiſs. Domino Cardinali Macchiauello,
& in Romana Domus 25. Febr. 1641. coram R. P.
D. meo Cerro.

Quid enim fuerit impenſum educitur, vel
ex depoſitionibus teſtium, qui non merentur
fidem cum in alijs detegantur mendaces iuxtà
prædicta, vel ex relationibus peritorum, qui
cum non deponant ex certa ſcientia, ſed in-
nixi relationibus aliorum peritorum electo-
rum non citato Michaele haud probant non
15 ſecus, ac dicti periti † ſine citatione electi *Surd.*
conſ. 452. num. 27. & ſeqq. Gratian. diſcept. 228. nu. 1.
& ſeqq. Quid verò melioratum elicitur ex pe-
ritis, qui æſtimarunt quidem Cementa, &
materiale domus, ſed non concludunt quan-
ti domus ſic meliorata poſſet communitèr
vendi, ac locari vt debet, quia valor domus
16 differt † à valore materiæ, ſeu Cementorum
illius *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 114. nu. 13.* vbi
reprobat contrariam ſententiam *Natt. in con-*
ſilio 332. num. 4. Ciriac. contr. 453. ſub nu. 72. & 80.
Rota in Romana Domus 24. Nouembris 1642. co-
ram Reuerendiſs. D. meo Decano.

Et quatenùs conſtare de melioramentis vti-
libus addebant iidem Domini non eſſe reſi-
17 cienda † propter malam fidem Paſchalis de
tempore quo meliorauit *l. domum in fin. Cod. rei*
vendic. cum alijs allegatis in ſecunda deciſione huius
cauſæ §. imò quibus additur Barboſ. in l. diuortio §. fin.
par. 1. num. 76. verſ. illud ſane ff. ſol. matr. Peregr. con-
ſil. 42. num. 21. lib. 1. Bellon. Iun. conſ. 76. num. 55. &
ſeqq. Seraphin. deciſ. 898. num. 3. Nam Paſchalis,
qui interfuit inſtrumento, & conſtitutioni fi-
deicommiſſi cum ſtrictiſſima prohibitione
alienationis ſciebat Aegidium fratrem nulli-
tèr ſibi ſuam portionem vendere, eamdem-
que portionem ſtatim deuolui ad ſubſtitutos,
quæ ſcientia fideicommiſſi ſufficit, vt melio-
18 ramenta † deſuper facta propter malam fidem
non repetantur *l. fin. §. emptor. C. commu. de legat.*
Peregr. de fideicom. art. 50. num. 29. Coſt. de port. rat.
quæſt. 81. nu. 6. Surd. conſ. 115. n. 16. Vinc. de Franch.
deciſ. 110. num. 8.

19 Augeturquè mala fides ex monitorio † con-
tra ipſum Paſchalem executo de anno 1610.
ad inſtantiam Michaelis ſuper ipſius immiſ-
ſione in hanc domum vti fideicommiſſo aut
ſubiectam vna cum inhibitione ſuper domo
aliquid innouaret, & quamuis monitorium
20 non fuerit reproductum † niſi poſt decen-
nium inhibitio tamen in eò contenta ſtatim
ac fuit executa produxit abſquè alia reprodu-
ctione malam fidem in aduerſario, ligauitquè
eius manus ne poſtea melioraret *Lancellott. de*
attent. part. 2. cap. 20. limit. 29. num. 4. & declarat 1.
ſub nu. 40. & quod ad effectum inducendi ma-
21 lam fidem † ſit ſatis executio monitorij etiam
ſine reproductione dixit *Rot. in Salernitana Be-*
neficy 15. Aprilis proximè præteriti coram me præ-
22 ſertim, quia ad impediendum nouum opus †
ſufficit etiam denunciatio extraiudicialis *l. 1.*
§. nunciatio ff. non oper. nunc. l. ſi fundus Cod. rei
vendic. & cum Michael eſſet præſens in Curia
23 ab ipſomet præſumitur obtentum † moni-
torium, & commiſſa denunciatio *Seraph. dec.*
975. num. 2.

Vel in omnem euentum, quia obſtante ex-
preſſa prohibitione alienationis non fuit por-
24 tionis Aegidij dominium † per venditionem
traſlatum in Paſchalem emptorem *l. ea lege 2.*
Cod. cond. ob cauſ. Rolan. conſ. 62. num. 17. lib. 2. Surd.
conſ. 331. num. 36. & 43. Rot. in Romana Vineæ 29.
Maij

Maij 1634. *coram R. P. D. meo Ghiſilerio*, iſquè
propterea reſpectu dictæ portionis meliora-
25 menta fecerit in re aliena † illa compenſare
tenetur cum fructibus perceptis *l. ſumptus ff.*
rei vendic. Rot. deciſ. 186. *num.* 5. *part.* 2. *diuerſ. dec.*
650. *num.* 3. *&* 6. *part.* 2. *recent.* Maximè ab an-
no 1619. quo apertum fuit fideicommiſſum
26 ad fauorem Michaelis † pro quo cum tunc
eſſet minor lex interpellabat poſſeſſorem vt
bona fideicommiſſi reſtitueret, vt in ſpecie ad
effectum vt fructus fideicommiſſi debeantur
fideicommiſſario aduertit *Gabr. conſ.* 121. *n.* 59.
lib. 1. *Mant. de Coniect. lib.* 7. *tit.* 10. *num.* 28. *Peregr.*
de fideicom. art. 49. *num.* 87. *Surd. deciſ.* 25. *numer.* 14.
& ſeqq.

Sed alijs ex Dominis numero non paucio-
ribus videbantur ſatis probata melioramenta
27 vtilia † cum de ſtatu antecedenti domus ac
impenſis factis conſtet ex teſtibus ex pluribus
iſtrumentis impenſarum factarum ex ipſa fa-
cie loci, & ex relatione periti à Rota nuper
electi explicite aſſerentes melioramenta eſſe
vtilia cui ſtandum eſt *Rot. deciſ.* 627. *numer.* 7.
par. 1. *deciſ.* 356. *ſub num.* 3. *par.* 2. *deciſ.* 695. *num.* 1.
part. 3. *recent. Grat. diſcep.* 600. *num.* 22. *&* 26.

28 Et malam fidem Paſchalis excuſabant, †
quia reſpectu portionis Aegidij quam emit,
& tunc pendebat ſubhaſta ad iſtantiam Credi-
torum opinari potuit licitam eſſe venditio-
29 nem † ob neceſſitatem æris alieni quo Aegi-
dius venditor premebatur, vel ſaltem ratio-
ne legittimæ atquè facilius in fratrem in eo-
dem fideicommiſſo comprehenſum ad text.
in l. filius familias §. Diui il 2. *ff. legat.* 1. *& alias*
cumulatas per Fuſar. de ſubſt. quæſt. 535. *quæſt.* 543.
quæſt. 716. *&* 737.

Reſpectu verò portionis ad ſe ſpectantis cre-
dere potuit proprias filias ad fideicommiſſum
eſſe vocatas cumquè earum excluſio nõ pro-
ueniat ex verbis, ſed ex coniecturis ponderatis
in deciſionibus huius cauſæ excuſatur à mala
30 fide † antequam Rota contrarium declararet
vt tradit *Alb. conſ.* 503. *nu.* 33. *&* 35. *& ſeqq. Ciriac.*
contr. 374. *num.* 24. *& admittit Rot. deciſ.* 189. *nu.* 20.
part. 7. *recent.* Nec declaratio Rotę retrotraitur
ad tempus meliorationis vt facta dicatur ma-
la fide, quia in hac materia melioramento-
31 rum non fit retrotractio † ſed inſpicitur ani-
mus ædificantis de tempore facti ædificij *Bart.*
in l. in fundo numer. 12. *verſ. veniamus ad* 3. *ff. rei*
vendic. Menoch. de recup. remed. 15. *nu.* 546. *Mareſc.*
var. reſol. lib. 2. *cap.* 110. *num.* 43. Secluſa autem
mala fide certum eſt competere melioranti
32 detractionem melioramentorum vtilium †
aduerſus fideicommiſſarium bona vindican-
tem vel imiſſionem petentem *l. Paulus §. do-*
mus ff. pignor. l. domoſ. hereditarias ff. legat. 1. *Bart. in*
d. l. in fundo ſub n. 6. *& ſeqq. Mareſc. variar. reſ.* 114.
num. 6. *lib.* 2. *Rot. deciſ.* 64. *ſub num.* 1. *part.* 4. *recen.*

Ceterum ijdem Domini qui exiſtentiam
melioramentorum vtilium tuebantur agnoſ-
cebant non eſſe probatum in ſpecie illorum
valorem. Vnde attentis his difficultatibus, &
ex quo ſaltem in genere de melioratione, &
expenſis cõſtare videtur Rota iuſtitiæ, & æqui-
33 tati conſonũ cenſuit eligere mediam viam †
per quam, & Michael qui pauper eſt ob im-
potentiam reficiendi melioramenta admodũ
excedentia à fideicõmiſſi conſecutione non
auertatur, & vniuſcuiuſquè ius ſaluum ſit par-
teſquè à litium diſpendio eruantur prout alias
in ſimili caſu ſeruatum fuit *coram Seraph. deciſ.*
898. *ſub num.* 6.

Reſpondit itaquè non conſtare de melio-
ramentis quę retardent immiſſionem Micha-
elis pro ſumma ſcutorum 1600. ad quam aſ-
cendere verum valorem Domus ante melio-
ramenta facta de anno 1630. probatur ex ſu-
pra citato iſtrumento venditionis portionis
Aegidij celebrato de anno 1614. ex relatione
Petri Curti tunc electi de partium conſenſu
concurrente vltro in idem ferè vltimi periti
relatione, & in ſuper eidem Michaeli deberi
fructus correſpectiuos ad dictam ſummam à
die moti litis ad rationem ſcutorum 50. ſin-
gulis annis. Sic namquè melioramenta ſi ex-
34 cedunt domus valorem † fideicommiſſo ſu-
biectum cedent lucro melioramentis, & fidei-
commiſſarius conſequetur veram ipſius fidei-
commiſſi æſtimationem, quam illi in huiuſ-
modi caſibus reſtituendam eſſe tradit *Peregr. de*
fideic. art. 50. *ſub num.* 33. *verſ. quamobrem Garz.*
de expenſ. cap. 1. *ſub num.* 27. *verſ. nequè noſtrum ius*
Fuſar. conſ. 139. *num.* 13. *& comprobatur ex Afflict.*
deciſ. 23. *ſub num.* 7. *Magon. deciſ. lucen.* 33. *num.* 40.
& 52.

Fructus verò fideicommiſſi deberi ſaltem à
35 die motæ litis † dubitatione caret *ex text. in l.* 3.
ff. interdict. Caual. deciſ. 409. *num.* 1. *& ſeqq.* & li-
quidatio in ſcutis annuis 50. vix excedit ſcuta
tria pro quolibet centenario habita ratione
ſortis ſcutorum 1600. cum tamen fructus do-
36 morum in Vrbe, † etiam ad rationem quin-
què pro centenario aliquando liquidauerit *Rot.*
coram bon. mem. Caualer. deciſ. 358. *num.* 2. *& deciſ.*
387. *num.* 4.

Et ità deciſum cauſa ter propoſita vtraquè
parte informante.

ROMANA SEV PERVSINA CENSVS.

Lunæ 12. *Decembris* 1644.

ARGVMENTVM.

Contractus celebratus à minore 25. annis non ſeruatis ſolemnitatibus Iuris communis, ac Conſtitutionis Marchiæ nullus eſt, & inualidus. Statutum Vrbis *lib.* 1. *cap.* 47. habilitans ad contrahendum maiorem 20. annis licet minorem 25. non comprehendit forenſem. Statutum Peruſiæ annullans contractum minoris 20. annorũ ſine ſolemnitatibus cũ maiorem 20. non habilitet ad contrahendum, inde ſequitur contractum maioris viginti ſine ſolemnitatibus à conſtitutione Marchiæ vel Iure communi requiſitis nullatenus ſubſtineri. Argumentum à contrario ſenſu, quomodo procedat? Conſtituto Aegidiana comprehendit etiam contractum iuratum, ſi aliæ ſolemnitates deficiunt, quamuis dupplici iuramento

ramento contractus ſit munitus, & redditur ratio? Contractus minoris ſi duo continet iuramenta vnum aſſertorium, alterum promiſſorium, quo caſu minor excludatur à Iure dandi de nullitate contractus?

SVMMARIVM.

1 *Aetas probatur ex fide baptiſmatis.*

2 *Solemnitates requiruntur in contractu minoris 25. annorum, tam attenta diſpoſitione Iuris communis, quam conſtitutionis Aegidianæ.*

3 *Aegidiana circa ſolemnitates requiſitas in contractu minoris Ius commune non corrigit, quinimo illius ſolemnitates auget, ac pinguius prouidet.*

4 *Aegidiana ſeruatur in toto ſtatu Eccleſiaſtico, vbi particulare Statutum non viget.*

5 *Contractus minoris ſine ſolemnitatibus cum ſit nullus, ex eo neque Ciuilis neque naturalis obligatio oritur.*

6 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 47. *habilitat ad contrahendum maiorem 20. annis, licet minorem 25.*

7 *Statutum Peruſiæ annullat contractum minoris 20. annorum ſine ſolemnitatibus in eo præſcriptis celebratum.*

8 *Contractus continens duo Iuramenta alterum explicite, alterum implicite contentum in obligatione Camerali non comprehenditur ſub conſtitutione Aegidiana.*

9 *Solemnitates Iuris communis non requiruntur, vbi in contractu interuenit iuramentum.*

10 *Statutum Vrbis habilitans maiorem 20. annis ad contrahendum tanquam directum in perſonas ſubditas non comprehendit forenſem.*

11 *Statutum loci contractus reſpectu ſolemnitatum attendi debet.*

12 *Statutum Peruſiæ non habilitat ſimpliciter maiorem 20. annorum ad contrahendum, ſed tantum ſolum diſponit quod contractus minoris 20. annorum ſine licentia, & conſenſu Curatoris, vel Tutoris non teneat non tamen ex hoc educi poteſt quod maior 20. poſſit contrahere abſque ſolemnitatibus conſtitutionis Marchiæ ac Iuris communis.*

Seraphin. deciſ. 746. num. 2. *in quibus terminis loquatur? ibid.*

13 *Statutum particulare ſi nihil diſponit circa contractum maioris 20. annorum, & minoris 25. tunc talis contractus remanet ſub diſpoſitione conſtitutionis generalis Prouinciæ, ac Iuris communis.*

14 *Argumentum à contrario ſenſu ſtricte accipitur reſpectu eius, quod dicitur in ſenſu directo.*

15 *Statutum irritans contractum minoris 20. annorum ſine ſolemnitatibus cenſetur habilitare maiorē 20. ductio argumento à ſenſu contrario, quod tamen intelligitur, videlicet ſolemnitates nō requiri in eo qui non eſt minor 20. non tamen Statutum extenditur ad caſus in ſenſu directo non diſpoſitos, & per legem communem ſeu generalem deciſo.*

16 *Limita tamen non procedere ſi Statutum nihil operaretur.*

17 *Argumentum ſumi poteſt à tempore limitato, etiam ad correctionem Iuris communis.*

18 *Argumentum à contrario ſenſu ſumi non poteſt ad correctionem Iuris communis. Declara vt nu. 19.*

20 *Statutum prohibens ne minor 20. annis ſine certis ſolemnitatibus contrahat, cum limitatio temporis non dirigatur ad facultatē contrahendi, ſed ſolum ad ſolemnitates, exinde infertur quod poſt dictum tempus ceſſet prohibitio Statuti, ſed adhuc durat prohibitio legis, & conſtitutionis, quarum impedimentum ratio temporis non tollit.*

21 Menoch. conſ. 151. numer. 49. reprobatur à Gratian. diſcept. forenſ. cap. 376. num. 17.

22 *Diſpenſatus contra Ius ſtatutarium non dicitur diſpenſatus contra Ius commune, quod plus continet, quam ſtatutarium.*

23 *Contractus munitus iuramento ſubſtinetur ſine ſolemnitatibus Iuris communis, non tamen ſine ſolemnitatibus Conſtitutionis Aegidianæ, quæ vires iuramenti tollit.*

24 *Conſtitutio Aegidiana requirens vltra iuramentum etiam certas ſolemnitates, tunc non ſufficit iuramentum ſine ſolemnitatibus.*

25 *Aegidiana non habet locum quando adſunt in contractu duo iuramenta, quod tamen declara vt num. ſequent.*

26 *Conſtitutio Papalis diſponere poteſt etiam ſuper iuramento.*

27 *Iuramenta præſtita in contractu non probantur ex eodem contractu irritato per aliquam conſtitutionem, ac ſi præſtita non fuiſſent.*

28 *Iuramenta etiamſi mille eſſent conualidare non poſſunt contractum doloſum, cum eſſe non debeant vincula iniquitatis.*

29 *Minor quando agitur de contractu doloſo eodem dolo induci poteſt ad præſtandum vnum vel plura iuramenta.*

30 *Obligatio Cameralis continet implicitè iuramentum de obſeruando contenta in eadem obligatione.*

31 *Iuramentum implicitum contentum in obligatione Camerali non addit robur iuramento explicito in Inſtrumento contento, nec importat aliud vinculum diuerſum ab eo quod eſt expreſſum.*

32 *Obligatio Cameralis cum ſit acceſſoria non auget firmitatem contractus in eſſe contractus, ſed ſolum fortius ſtringit reſpectu executionis.*

33 DD. allegati à Boccacc. ad Conſtit. March. gloſſ. 2. num. 65. *in quibus terminis loquantur?*

34 *Iuramentum aſſertorium differt à promiſſorio.*

35 *Iuramentum promiſſorium de adimplendo, & grata, & rata habendo contenta in Inſtrumento excludit minorem à Iure dandi de nullitate contractus.*

36 *Iuramentum aſſertorium tunc demum excludit minorem à Iure dandi de nullitate, quando ſcilicet minor vult contractum reſcindere per viam reſtitutionis in integrum, à qua merito excluditur propter mendacium aſſertionis iuratæ ſe eſſe maiorem.*

37 *Iuramentum promiſſorium quoties nō ſufficit ad validandum contractum, ſed eo non obſtante contractus eſt nullus, parum refert, quod vltro adſit aliud iuramentum.*

38 *Duo vincula non magis ligant, quando vnumquodq; de per ſe eſt irreleuans.*

39 *Iuramentum implicite contentum in obligatione Camerali nō eſt corporale tactis ſcripturis, ſed verbale.*

40 *Obligatio Cameralis de ſtylo non extenditur cum iuramento, ſi iuramentum ibi non eſt.*

41 *Iuramentum verbale non efficit quod minor dare nō poſſit de nullitate contractus ob non ſeruatas ſolemnitates à Statuto requiſitas.*

42 *Contractus in ſtatu Eccleſiaſtico ferè ſtipulantur ſub obligatione Camerali.*

DE-

DECISIO CC.

PRÆVIIS tribus deciſionibus coram R. P. D. meo Carillo Rota pronunciauit exequendum eſſe mandatum relaxatum ab A. C. ad iſtantiam D. Comitis Anibalis de Sumalia contra D. Balyuum Sfortiam Oddum pro fructibus Cenſus cui idem Oddus fideiuſſor acceſſerat vel bonam fidem recognouerat, Sed in gradu appellationis interpoſitæ coram me Propoſito hodiè dubio an ſententia Rotalis ſit confirmanda vel infirmanda, infirmandam eſſe reſponſum fuit.

Cum enim Oddus qui de tempore obligationis erat maior quidem 20. ſed minor viginti quinque annis vt conſtat ex fide Paro-
1 chi, quæ † ætatem probat ex adductis *per bon. mem. Coccin. deciſ.334. num. 2.* & contraxerit ſi-
2 ne † ſolemnitatibus ad publicam vtilitatem requiſitis ſiue à iure communi, ſiue à *Conſtitutione Aegidianæ lib. 5. cap. 25.* quæ ius com-
3 mune non corrigit, † ſed illius ſolemnitates auget ac pinguius prouidet *vt notat Boccac. ad Conſtit. March. gloſſ. 1. ſub num. 29. relatus à Ceſar. Manen. deciſ. 7. num. 2.* ac vigore extenſionum Summorum Pontificum ſeruanda eſt in toto
4 Statu Eccleſiaſtico† vbi particulare Statutum in eodem caſu non adeſt, vt in terminis contractus celebrati Romæ à minore Forenſi, qui eſt caſus noſter, dixit *Rot. deciſ. 260. num. 3. & 4. deciſ. 294. num. 1. part. 6. recent.* propterea ex eò contractu neque Ciuilis neque naturalis ob-
5 ligatio † orta fuit iuxta theoricam Imolæ *in cap. cum contingat in 8. memb. col. 2. poſt med. de iureiur. Couarr. in cap. quamuis pactum in 2. part. §. 4. num. 6. de pact. in 6. Rot. coram Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 18. num. 13. & ſeqq. Cancer. var. reſol. part. 2. cap. 1. num. 59. & in puncto Conſtitutionis Aegidianæ Roman. conſ. 12. num. 4.*
6 Nec releuat *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 47.* † habilitans ad contrahendum maiorem viginti annis licet minores viginti quinquè, aut Sta-
7 tutum Peruſiæ annullans contractus † minorum viginti annis ſine ſolemnitatibus ibi præſcriptis celebratos, ſeu tandem quod contractus de quo agitur vti continens duo iura-
8 menta † alterum explicitè alterum implicitè contentum in obligatione Camerali non cõprehendatur ſub conſtitutione Aegidiana, eoquè minus requireret ſolemnitates Iuris
9 Communis † quarum defectus non vrget vbi adeſt iuramentum vt latius habetur in *dd. deciſionibus coram D. meo Carillo innixis his tribus fundamentis.*

Nam Statutum Vrbis tanquam directum
10 in perſonas ſubditas † eaſquè ſimpliciter habilitans ad contrahendum non ſuffragatur Forenſi (qualis erat Oddus) in Vrbe contrahenti non ſubiecto ſtatuentibus vt in terminis dicti Statuti *Rot. coram bon. mem. Buratt. deciſ. 75. num. 18. deciſ. 643. numer. 5. part. 3. recent. deciſ. 260. num. 6. deciſ. 294. num. 3. part. 6. recent. vbi allegantur concord. & præter ibi allegatos tradit Caſtr. cõſ. 226. in princip. & num. 1. lib. 2. Cancer. var. reſol. part. 1. cap. 10. ſub num. 20.* & in hoc differt huiuſmodi Statutum ab alio nõ habilitante abſolute perſonam ad contrahendum; ſed cum ali qua modificatione vel ſolemnitate; hoc enim comprehendit Forenſem cõtrahentem in lo-
11 co Statuti, quia reſpectu ſolemnitatum † attenditur Statutum loci contractus *Bald. in l. fin. ſub num. 6. ff. iuriſdict. omn. Iudic. Ruin. conſ. 201. col. 1. ſub num. 3. lib. 1. Berou. conſ. 89. num. 7. lib. 3. & in puncto benè diſtinguit Cancer. var. reſol. d. cap. 10. ſub num. 21. verſ. neque obſtant Rot. deciſ. 238. num. 7. & 294. num. 7. & ſeqq. part. 6. recent.*

Statutum verò Peruſiæ vtiquè ſuffragaretur ad ſubſtinendum contractum à Ciue Peru-
12 ſino maiore viginti annis † in Vrbe Roma celebratum ſi perſonam maioris viginti ſimpliciter habilitaret ad contrahendum in quibus terminis loquitur *Seraph. deciſ. 746. num. 3. & alij allegati in prima deciſ. coram D. Carillo §. ex quo fuit*; at illud diſponit dumtaxat vt contractus minoris viginti annis ſine licentia, & conſenſu curatoris vel tutoris authoritate nõ teneat, vnde licèt educi poſſit quod huiuſmodi ſolemnitates non requirantur in maiore viginti annis, de quo Statutum non loquitur, non tamen ſequitur quod maior viginti habilitetur ad contrahendum abſquè alijs ſolemnitatibus à conſtitutione Marchiæ vel iure communi præſcriptis in contractibus minorum viginti quinquè annis; imò contra-
13 ctus maioris viginti † vti non diſpoſitus à Statuto particulari Peruſiæ remanet ſub diſpoſitione cõſtitutionis generalis Prouinciæ, & Iuris Cõmunis vt in puncto ratiocinatur *Caſtren. conſ. 106. nu. 1. & 2. lib. 2. Aym. conſ. 289. n. 1. poſt med. verſ. iſtud reſpondeo Bald. Alex. Natt. & alij quos refert, & ſequitur Rot. deciſ. 116. num. 10. coram bon. mem. Buratt. quibus additur Grat. diſcept. 376. num. 17. Oſaſch. deciſ. 85. num. 14. Caſ. Manen. deciſ. 63. num. 4.*

Gratis itaquè deciſiones contrariæ ducto argumento à contrario ſenſu firmant Statutum Peruſiæ irritans contractus minoris viginti ſine certis ſolemnitatibus initos, habilitare maiorem viginti; quia argumentum à
14 contrario ſenſu † ſtrictè accipitur reſpectu eius quod dicitur in ſenſu directo, *Butr. & alij relati ab Hond. conſ. 16. nu. 60. lib. 1. Mant. dec. 283. num. 3.* & ſic concludere poteſt quod non re-
15 quirantur illæ ſolemnitates † in eò qui non eſt minor viginti ſed non extendit Statutum ad caſus in ſenſu directo non diſpoſitos, & per legem communem vel aliud Statutũ, ſeu legem generalem deciſos *Dec. conſ. 110. nu. 5. & conſ. 364. num. 3. verſ. & pro iſta interpretratione, & non ſeqq. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 10. nu. 78. Barboſ. de locis Commun. argument. loc. 27. num. 2.*
16 *& 12.* vbi hoc limitat quando Statutum† nihil operaretur, *& num. 30. Buratt. dicta dec. 116, numero 11.*

Prout nec argui poteſt à tempore limitato,
17 quod genus argumenti procedere † etiam ad correctionem Iuris Communis tradit *Bald. in l. obſeruare §. proficiſci num. 8. verſ. tamen quia ff. offic. Proconſul. Iaſ. in l. ſi ità quis num. 4. ff. vulgar.* vbi dicit quod hęc eſt pulchra limitatio ad regulam, quæ vult quod argumentum à con-
18 trario ſenſu † ſumi non poſſit ad correctionem

nem Iuris Communis, & ſequitur *Crot. eius*
diſcipulus. Conſ.61. numer.15. Menoch. conſ.151.
num.49.verſ. non obſtat quartum Surd.deciſ.75.n.2.
vbi quod ea eſt vis temporis limitati vt con-
trariam diſpoſitionem poſt tempus contineat
19 *& num. ſeqq.* quia procederet argumentum †
ſi Statutum alias nihil operaretur, & inhabi-
litaret ſimpliciter perſonam minoris ne vſq;
ad certum tempus contraheret cuiuſmodi
non eſt Statutum Peruſiæ quod non prohibet
20 minori ne contrahat vſq; ad viginti annos, †
ſed irritat contractus ab eo infrà dictam æta-
tem celebratos ſine ſolemnitatibus ibi præ-
ſcriptis, ideoquè cum limitatio temporis non
dirigatur ad facultatem contrahendi, ſed ad ſo-
lemnitates à Statuto requiſitas, ſolum exin-
de infertur quod poſt dictum tempus ceſſet
prohibitio Statuti, & neceſſitas dd. ſolemni-
tatum, ſed adhuc durat prohibitio legis, &
Conſtitutionis Aegidianæ, quarum impedi-
mentum ratio temporis à Statuto limitati nō
tollit *Socc.Iun.conſ.130.num.8.lib.1.per text. in l.*
qui teſtamento in princ. ibi ſi aliud eos nihil impediat
ff. teſtam.Gabr.conſ.123.num.41.lib.1.Grat.diſcept.
69.num 7. & diſcept.376. num. 17. vbi in ſpecie
21 reprobat † contrariam ſententiam *Menochij*
loco exaduerſo allegato, & facit *Caſ. Manen.deciſ.*
63. num. 2., vbi quod diſpenſatus contra ius
22 Statutarium † non dicitur diſpenſatus contra
Ius Commune, quod plus continet quam
Statutarium, *& num.34. & ſeqq.Rot deciſ.385.*
num.5.part.2.recent.

Tertiò non releuat quod contractus ſit mu-
nitus iuramento quia ex illo ſubſtinetur con-
23 tractus † ſine ſolemnitatibus Iuris Commu-
nis iuxta *text.in auth.Sacramenta puberum Cod. ſi*
aduerſ. vendit. & deciſ.643.num.3. part.1.dec.345.
num.2.par.4. recent. non autem ſine ſolemnita-
tibus Conſtitutionis Aegidianæ, quæ in ef-
fectu vires iuramenti tollit *vt notat Roman.conſ.*
12. ſub num.2.circa fin.verſ.reſultat ergo. Rot.dec.
671. ſub num. 3. part.1. recent. vbi non fuit ap-
probata *contraria deciſio impreſſa part. 3. recent.*
deciſ.561. ſub num.4. & deciſ.260.num.8.dec.294.
num. 13. & ſeqq. part. 6. recent. vbi ponderatur
quod cum Conſtitutio Aegidiana vltra iura-
mentum requirat alias ſolemnitates non ſuf-
24 ficit iuramentum † ſed copulatiue ſolemni-
tates adhibere neceſſe eſt.

25 Quod verò dicitur Aegidianam † non ha-
bere locum quando adſunt duo iuramenta
tollitur duplici reſponſione. Primò, quod
cum in eadem Conſtitutione caueatur expreſ-
ſe, quod contractus minorum 25. annis ſine
ſolemnitatibus in ea præſcriptis pręſumantur
doloſe extorti, & nullam obtineant firmita-
tem, nec dubitandum ſit quin Conſtitutio
26 vti Papalis † diſponere potuerit etiam ſuper
27 iuramento, inde ſequitur quod iuramenta †
quot quot ſint non probentur ex tali contra-
ctu per Conſtitutionem irritato, perindequè
habeantur ac ſi præſtita non fuiſſent *Caſtr.conſ.*
61.num.1.lib.2.poſt Bart.in l. omnes populi nu. 25.
ff. iuſt. & iur. Iaſ. in d. Auth. Sacramenta puberum
num.85. Cancer.var.reſol.part.1.cap.7.num.143.&
cap.8.ſub nu.61.& par.2.cap.8.num.2.Caſ.Manen.
conſ.112. num. 4. & 5. Rot. deciſ.8.num.4.part.3.
diuerſ. & in his term. deciſ. 294. numer.27. part.6.
recent. nequè, & ſi mille forent conualidare
28 poſſint contractum doloſum † cum eſſe non
debeant iniquitatis vincula, & minor eodem
29 dolo induci poſſit † ad præſtandum vnum
vel plura iuramenta ità vt alias de facili fieret
fraus Conſtitutioni vt latè per *Curt. Iun. conſ.*
118. ſub num.9. verſ. ſed quid fortius, & conſ.119.
num. 6. & ſeqq. Rot. deciſ.22.num.6. inter impreſſ.
apud Pic. ad Stat. Vrb.

Secundò, quod in caſu noſtro vnicum adeſt
iuramentum explicitè interpoſitum, alterum
verò deducitur ex obligatione Camerali quæ
30 implicitè † continet iuramentum de obſer-
uando contenta in eadem obligatione, quod
31 non addit robur ſimili iuramento † in iſtru-
mento explicito nec importat aliud vinculū
diuerſum ab eò quod eſt expreſſum, *Zach. de*
oblig. Camer.quæſt.25.num.9. non ſecus ac ipſa
32 obligatio Cameralis quę cum ſit acceſſoria †
non auget firmitatem contractus in eſſe con-
tractus ſed ſolum fortius ſtringit reſpectu exe-
cutionis *vt in puncto reſpondit Rot deciſ.294.n.22.*
& ſeqq. part. 6. recent. DD. autem allegati in
deciſionibus coram D. meo Carillo, & à Boc-
33 cacio ad Cōſtitutiones Marchię *gloſſ.2.n.65.* †
loquuntur in diuerſis terminis, nempe quan-
do Conſtitutio ſeu Statutum nō comprehen-
dit contractum firmatum iuramento, & in
contractu duo adſunt iuramenta explicita,
alterum aſſertorium, quia nempe minor iu-
rauerit ſe eſſe maiorem, alterum promiſſo-
rium de adimplendo, & rata, & grata haben-
34 do contenta in iſtrumento, quæ iuramenta †
ſunt inter ſe longè diuerſa, & vnum eſt de
præſenti, aliud verò de futuro; nequè exclu-
dunt minorem à iure dandi de nullitate con-
35 tractus quia duo ſint, hoc enim præſtat † ſo-
lum iuramentum promiſſorium in Statuto
non comprehenſum, aſſertorium verò tunc
36 demum operatur † quando minor vellet con-
tractum reſcindere per viam reſtitutionis in
integrum, ab ea enim excluderetur propter
mendacium aſſertionis iuratæ vt originaliter
dixit *Io: Andr.in Addit. ad Specul.tit.de ſentent. §.*
vt autem circa princ. in addit. quæ incipit ad hæc
Roman. in puncto Conſtitutionis Marchiæ conſil. 12.
num.5. vbi adden. litt. E. allegat.concordantes Curt.
Sen. conſ.43. num.35. Socc. conſ.61.numer.5.lib.1.
Cremen. ſingul.163. num.2. vbi quod hæc eſt li-
mitatio aurea ac declaratio *text. in l. ſi alterius*
Cod.ſi minor ſe maior. dix. Hipol.Marſil.ſingul.399.
37 Quoties itaquè iuramentum promiſſorium †
non ſufficit ad validandum contractum, ſed
eò non obſtante contractus eſt nullus vt in ca-
ſu noſtro parum refert quod vltro adſit aliud
iuramentum vt bene aduertit *Rot.deciſ.22.n.5.*
inter impreſſ. apud Pic. ad Stat. quæ licèt loqua-
tur in terminis *Stat. Vrb. cap. 151.* quod tollit
iuramenti vires, vtiq; aplicatur Conſtitutioni
Aegidianæ idem in effectu operanti ex ſupe-
rius allegatis, & in puncto *dict. deciſ.294. n.25.*
& 26. part. 6. recent. & facit regula quod duo
38 vincula non magis ligant † quando vnum-
quodquè de per ſe eſt irreleuans *Bellon. vin.*

conſ.2.ſub nu.75.verſ.vnde Beron.conſ.96.ſub n.14. verſ. non refragatur lib.2.Surd.deciſ.219. numer.7. Rot.dec.84.num.14.& 17. part.5. recent.

Addebat vnus ex Dominis vim aliquam fieri non poſſe in iuramento implicito obli-
39 gationi Camerali, quia non eſt corporale † tactis ſcripturis, ſed verbale vt patet ex formula relata *per Zacch. de oblig. Camer. quæſt.27. ſub num.15. & num.16.* vbi in fine ait quod de ſtylo hæc obligatio non extenditur cum iura-
40 mento,† ſi iuramentum ibi non eſt quod antea dixerat *Sal. Tiber. in prax. A.C. lib.1.cap.29.*
41 *in fin.* iuramentum autem verbale nō efficit † quod minor dare non poſſit de nullitate contractus ob non ſeruatas ſolemnitates à Statuto requiſitas *vt fuit deciſum in Senatu Mantuano Præſide Caſ. Manen. inter eius impreſſas deciſ.46. num.16.* & alioquin actum eſſet de ſolemnitatibus conſtitutionis Aegidianæ palamq; craſſaretur malitia decipientium minores, quia in Statu Eccleſiaſtico fere ſemper ſtipulan-
42 tur † contractus ſub obligatione Camerali.

Et ità deciſum vna tantum parte informante altera tamen pluries citata.

BONONIEN. DOTIS.

Lunæ 19. Decembris 1644.

ARGVMENTVM.

Dos ſi fuit ab vxore promiſſa in certa quantitate, & ad eandem quantitatem per plures annos ſoluti fructus, ſi deindè per Iudicem declaretur, promiſſionem dotis fuiſſe exceſſiuam, tunc fructus pro rata excedente creditum dotis veræ debitæ ſingulis annis imputantur in ſortem, nec præſumuntur donati, ſed potius per errorem ſoluti non probata ſcientia in ſoluente, promiſſionem dotis non ſubſiſtere in quantitate promiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Fructus imputantur in ſortem pro rata excendente creditum ſortis verè debitum, & n.11.& 15.vbi reſpondetur limitationibus adductis contra hanc concluſionem.*

2 *Fructus ſoluti vltra quantitatem dotis veræ debitæ cedunt in vtilitatem mariti ſi ſtante nobilitate, & qualitate coniugum fructus dotis veræ debitæ non ſufficiunt ad ſubſtinenda onera matrimonij.*

3 *Aſſertioni mariti ſtatur, quoad conuerſionem fructuum perceptorum in vſum communem, ſi illa eſt veriſimilis.*

4 *Beneficium non confertur in inuitum.*

5 *Fructus per vxorem viro promiſſi, ſi non fuerunt ſoluti ea mortua illi debentur.*

6 *Donatio mera licet morte coniugis fauore alterius coniugis non confirmetur ſi tantum eſt promiſſa, tamen donatio annui redditus, quia non eſt mera donatio, etiamſi in promiſſione conſiſtat morte confirmatur.*

7 *Fructus dotales ex diſpoſitione ſtatuti Terræ centi debentur ad rationem ſeptem pro centenario. Statutum poteſt fructus dotales taxare ad certam quantitatem ibid.*

8 *Reſtitutio in integrum commiſſa cum clauſula* non *retardata* executione ſententiarum *operatur, vt non poſſit illarum executio retardari, nec principaliter, nec incidenter.*

9 *Et vigore dictæ clauſulæ cenſetur Iudici qui vltimam tulit ſententiam vel alteri in eius locum ſubrogato reſeruata facultas exequendi dd. ſententias.*

10 *Deciſiones rotales iuxtà ſtylum ſupponuntur, nec debent incidenter in dubium reuocari.*

12 *Solutio, an ſit potius referenda ad vnam, quam ad aliam cauſam opinio, & intentio ſoluentis principaliter debet attendi.*

13 *In vſuris cadere poteſt præſumptio donationis, quando ſoluens ſciens non eſſe debitas ſpontè ſoluit.*

14 *Fructus ſoluti præſumuntur ex cauſa dotis, ſi proueniunt ex titulo, & ſtipulatione dotis.*

15 *Imputatio fructuum in ſortem reſultat, quantumuis de ea explicite non opponatur.*

16 *Donatio annuorum redditūum facta ab vxore viro morte vxoris confirmatur, et ſupra num.6.*

17 *Præſumptio donationis ceſſat eo ipſo, quod fructus fuerunt per errorem tamquam debiti ab vxore viro ſoluti.*

18 *Error ſolutionis efficit, vt tempore mortis vxoris non adſit donatio, quæ morte poſſet confirmari.*

19 Text.in l.ſi ſtipulata ff de donat.*inter virum, & vxorem quo caſu loquatur?*

20 *Annuus redditus quando non eſt correſpectiuus ad aliquam obligationem ſortis non eſt vſurarius.*

21 *Inſinuationis defectus impedit, ne donatio morte confirmetur.*

22 *Sententiæ verba ſunt interpetranda prout de iure.*

23 *Condemnatio in ſententia cenſetur facta in eo, in quo de iure fieri debet.*

24 *Verbum* pro rata *importat partem non totum.*

DECISIO CCI.

CAVSAE huius expeditionem triginta ferè ab annis inſtructæ, & in qua viginti, & vltra deciſiones prodierūt remorari adhuc conabantur informantes pro Palmeriis longa ſerie rationum, quarum cum, plereque fuerint reiecti in dd. deciſionibus, vel modici momenti viſæ ſunt demandarunt DD. in relationibus cauſarum iuxtà illorum vota deciſionem deſuper extenderem, & cauſam ſtatim expedirem.

1 Imputationem enim fructuum in† ſortem, quam ipſo iure factam fuiſſe ſingulis annis pro rata excedente creditum ſortis verè dibitę firmat vltima *deciſio coram me*, euitare ſatagebant dd. informātes. Primò admittendo, quod regulariter fiat ipſo iure imputatio iuxtà deducta in vltima deciſione, ſed afferendo duas limitationes. Altera eſt quando fructus, ſeù vſura non fuit ſoluta pro eo debito in quod imputanda aſſeritur, ſed pro diuerſo, in quo caſu nos verſari aſſerebant prædicti informantes, quia fructus, quos Claudia, dum vixit ſoluit Comiti Aloyſio referendi ſunt pro concurrenti quantitate ſortis ſcut.2500. verè debitæ ad cauſam dotis, pro reliqua verò quan-

tate

titate ad cauſam dotis,pro reliqua verò quan
titate ad cauſam donationis cum promiſsio
dotis vltra d. ſcuta 2500. reſoluatur in dona-
tionem prohibitam à Statuto Centi, vel etiã
2 ad onera matrimonij,† pro quibus cum poſ-
ſibile ſit ſtante nobilitate,& qualitate conui-
gum ſatis non fuiſſe fructus dotis ſcutorum
2500.potuit maritus ſuos facere fructus alio-
quin ſibi non debitos, vt per *Ruin.conſ.222.ſub*
nu.13.verſ.nec obſtat lib.1.& addit.Aret conſ.159.
*num.7.*quod de conuerſione fructuum perce-
3 ptorum † in vſum communem matrimonij
ſtatur aſſertioni mariti quatenus veriſimi-
lis eſt.

Altera quando ſoluens noluit imputatio-
4 nem fieri, quia beneficium non confertur† in
inuitum, *Bero.in cap.1.ſub num.60. verſ.quid di-*
cendum,& num.61.de vſur.Menoch.conſ.460.nu.6.
verſ.tertio admiſſo, Surd.deciſ.191. num.17. quod
verò Claudia noluerit educitur, ex quo in
quadam notula mandauit ſuis hæredibus, vt
eueniente caſu quod ipſa prædecederet viro
illi ſoluerent medietatẽ dotis,quæ nullatenus
ſoluenda eſſet ſi fieret imputatio, imò & ijdẽ
hæredes mortua Claudia nuſquam excepe-
runt de imputatione facta, ſed virum peten-
tem ſibi ſolui medietatem dotis pro lucro re-
conuenerunt ad reſtituendos fructus per Clau-
diam ſolutos vltrà quantitatem dotis ſcuto-
rum 2500.

Secundò aſſerendo, quod fructus annui ſo-
luti per mulierem repeti poſt eius mortem
non poſſunt prout in fortioribus terminis de-
5 berentur viro † ſi non fuiſſent ſoluti, ſed ſo-
lum promiſſi, vt ad litteram probat, *tex.in l.ſi*
ſtipulata 34.verſ. et ſi forte ff. donat. inter vir, &
vxor quem elegantem dicit, *Barboſ.in l.quæ do-*
tis ſub num.67.verſ.ſecundo infertur ff. ſolut. matr.
vbi reiecta contraria ſcientia *Connani lib.8. Co-*
*mentarior.cap.11.num.7.*notat quod licet mera
6 donatio non confirmetur morte coniugis† ſi
tantum promiſſa eſt *l. papinianus ff. donat. inter*
vir, & vxor, tamen donatio annui redditus,
quia non eſt mera donatio, & ſi in promiſ-
ſione conſiſtat morte confirmatur.

Tertiò negando fuiſſe aliquid ſolutũ vltrà
fructus verè debitos ſi calculẽtur fructus dotis
ad rationem ſeptem pro centenario iuxtà
7 ſtatutum centi, † quod potuit huiuſmodi fru-
ctus taxare ad certàm quantitatem, *Bald. in*
l.fin.§.præterea ſub nu.10.Cod.iur.dot. Alex.conſ.31
num.7.lib.6.Ruin.conſ.73.num.6.conſ.224.num.14.
lib.1.Surd.de alim.tit.1.quæſt.42.num.27.

Cæterum obiectum Statuti elidit multipli-
pliciter *deciſio edita 23. Ianuarij 1632. coram bon.*
*mem.Merlino,*quæ liquidat fructus ad rationem
quinque non obſtante Statuto Centi & licet
initio ſupponat dotem fuiſſe verſam in præ-
dium, progreditur tamen vlterius ad alias ra-
tiones militantes, & ſi dos in pecunia conſi-
ſtat, aduerſus quas ſi quid relauans Palmerijs
ſubeat,poterunt deducere coram Iudice reſti-
tutionis in integrum per illos obtentæ contrà
ſententias Rotales bon.mem.Merlini,& Emi-
nentiſſimi D.Cardinalis Panziroli, cumque
8 cauſa reſtitutionis in integrum † fuerit com-
miſſa cum clauſula *non retardata executione ſen-*
tentiarum, ſicuti non poſſeat illarum executio-
nem retardare deciſiones bon. mem. Merlini
impugnando principaliter coram Iudice reſti-
tutionis in integrum, *Cæs de Graſſ.deciſ.8. nu.1.*
de ſent.& re iudic. Mant.deciſ.343.num.1. Rot. de-
ciſ.301.num.1.part.1.diuerſ.& in Tarraconen. Pen-
ſionis 4. Decembris 1591.& 15. Nouembris 1593.
coram bon.mem.Ciptio, eo minus retardare poſ-
ſunt impugnando incidenter coram me, pe-
nes quem vti ſubrogatum in locum Domini
Cardinalis Panziroli,qui vltimam ſententiam
9 tulit † remanet vigore dictæ clauſulæ *non re-*
tardata ſolum facultas exequendi dd. ſenten-
tias, *Coccin.deciſ.144.num.7.Gigas de peſion.q.69.*
in fin.Rot.in Vrbinaten.Iuriſpatr.3.Iulij 1617.corã
b.m.Archiepiſcopo Selucienſi,& iuxtà laudabilem
10 ſtylum huius ſacri Tribunalis deciſiones† ſup-
ponendæ ſunt nec debent incidenter in dubiũ
reuocari, vt fuit dictum *coram bon.mem.Buratto*
deciſ.596.num.1.deciſ.857.num.4.& part.7. recent.
deciſ.604.num.4.

Suppoſita autem liquidatione fructuum
dotalium ad rationem quinque pro centena-
rio euidens eſt exceſſus fructuum ſolutorum
11 & per † conſequens intrat imputatio iuxtà
deducta in vltima deciſione coram me, &
probat.text.in l.creditor 102.§.fin.ff.ſolut.& in for-
tioribus terminis, *tex.in l.ex annuo ff.donat. inter*
vir & vxor. Neque applicantur limitationes
exaduerſo allatæ, non prima, nam quicquid
ſit an imputationi ſit locus,quando cauſę ſunt
diuerſæ in caſu noſtro fructus omnes ſoluti
fuerunt ex vna, & eadem cauſa promiſſionis
dotis ſcutorum 5000.quam promiſſionem li-
cet Rota declarauerit inualidam vltrà ſum-
mam ſcutorum 2500. vti factam contra for-
mam Statuti, validam tamen in totum credi-
dit mulier, quæ proindè ſoluendo fructus
pro tota ſumma non intellexit aliquid dona-
re, ſed propriam obligationem adimplere,
itaut eſto quod in exceſſu promiſſio dotis re-
uera importaret donationem, non ideò ſolu-
12 tio fructuum referri poſſet † partim ad titu-
lum dotis, partim donationis, cum ad hunc
effectum magis attendatur ſoluentis opinio,
quam veritas, vt in *terminis ex ſententia Aretini*
& aliorum ibi allegatorum firmauit Rot. in deciſio-
ne huius cauſæ emiſſa 4. Decembris 1630.coram bo.
mem.Merlino §.non obſtat il ſecondo, & in alia 27.
Februarij 1636.coram eodem §.non obſtat il primo,
vbi ponderatum fuit, quod tunc poſſet præ-
tendi inductam fuiſſe donationem ſi probare-
tur mulierem ſciuiſſe promiſſionem dotis in
ſcutis 5000.non ſubbſiſtere, vtramque dotem
eſſe ſolum in ſcutis 2500. & nihilominus in-
13 grè ſoluiſſet, quia in vſuris cadere † poteſt
præſumptio donationis quando ſoluẽs ſciens
non eſſe debitas ſpontè ſoluit, vt ex *tex. in l.*
cuius per errorem ff.regul.iur.tradit Franc.Molin. de
ritu nupt.lib.3.quæſt.39.num.18.

Huiuſmodi verò ſcientia non probata fru-
ctus omnes veluti prouenientes ex prima
14 ſtipulatione dotis † hoc titulo ſoluti præſu-
muntur, & eodem iure cenſentur, ac ipſa dos
ad tex.in l.Lucius ff.qui pot.in pign.habean.cum alijs

allegatis per Moder.Neapolit.in compend.deciſ.par.3 ſect.3.verb.vſura in vltim.col.

Nec potuit maritus tacere ſuos fructus eo quod cõuerſi fuerint in vſus cõmunes matrimonij propter inſufficientiam fructuum veræ dotis,prout dicimus de fructibus bonorũ paraprenaliũ,de quibus loquuntur, *Ruin.& Aret.allegati* in obiecto,quia in caſu noſtro mulier onera matrimonij,plerunq; ſubſtinuit de propria crumena,vt ex Teſtiũ depoſitionibus aduertit *deciſio ſub die 23.Ianuarij 1632. coram bon. mem.Merlino,* & noluit maritum vltrà fructus veræ dotis aliquid lucrari contemplatione dd.onerum, quæ propterea quatenus fructus dotis debitæ excedant (quod non probatur) imputet ſibi maritus, qui à principio non curauit ampliorem, & adæquatam oneribus conſtitui dotem, vt fuit dictum *in deciſione ſub die 19.Ianuarij 1643.coram bon.mem.Merlino.*

Et ex his excluditur ſimul ſecunda limitatio, nam mulier mandauit hæredibus, vt ſoluerent viro medietatem dotis, quia credidit dotem conſiſtere in ſcutis 5000. & ad eam rationem fructus debitè ſoluiſſe; hæredes verò reconueniendo virum ad reſtituendos fructus per defunctam ſolutos vltrà quantitatẽ dotis ſcutorum 2500.ſuppoſuerunt in neceſſarium antecedens imputationem fructuum ſolutorum, citrà quam vix remanerent creditores alicuius quantitatis, & ſufficit expoſuiſ-
15 ſe factum, ex quo imputatio reſultat† quamuis de ea explicitè nõ opponatur, *Rouit.conſ.60 num.4.lib.1.Vinc.de Franch.deciſ.527.*

Hinc etiam non vrget *tex.in l. ſi ſtipulata ff. donat.int.vir.& vxor*, quia loquitur de annuis
16 fructibus; † quos mulier donauit viro, & ait hanc donationem morte confirmari, ſed in caſu noſtro quo fructus annuatim fuerunt ſo-
17 luti per errorem †tanquam debiti ceſſat præſumptio donationis, vt dixit *Rot.27. Februarij 1636.coram bon.mem.Merlino, & 8. Martij 1638. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Panzirolo in §. fin.* Idemque error efficit, vt tempore mortis
18 vxoris non adſit donatio,† quæ morte poſſit confirmari, vt in proximis terminis tradit, *Alex.in l.ſi donationes num.13.Cod.collat. relatus à Modern.Hiſpano var.reſol.lib.3.cap.22.ſub num.19 & in puncto reſpondit Rot. in deciſ. 27. Februarij 1636.coram bon.mem.Merlino.* Præter quod *tex in l.ſi ſtipulata* non loquitur de promiſſione
19 vſurarum, † ſed annui redditus,qui cum non
20 ſit correſpectiuus † ad aliquam obligationẽ ſortis nõ eſt vſurarius vt notat, *Nauarr.conſ.20 de empt.& vendit. Couarr.var.reſol. lib.3. capit.7. verſ.ſecunda ratio Cancer.var.reſol. tom.3. capit.7. num.38.* Et in omnem euentum, in eo quod vſuræ ſolutæ excedunt ſummam ſcutorum quingentorum obſtaret defectus inſinuatio-
21 tionis, † qui impedit ne donatio morte confirmetur, *l. donationes quas parentes Cod donat.inter vir & vxor Sanch.de matrim. lib.6. diſcept. 14. num.24.Trentacinq.var.reſol. vol.1.libr.3. reſol. 6. num.5.in fin.*

Non obſtat, quod ſententiæ, de quarum executione agitur non declarent factam fuiſſe Imputationem ipſo iure,ſed mandent per hæredes Comitis Aloyſij ſecundi viri compenſari, vel reſtitui Carandinis pecunias ab eodem Comite receptas excedentes ratam ſcutorum 125.annuatim. Quia intelligendæ ſunt de compenſatione, ſeù reſtitutione eius,quod ſupereſſet vltra imputationem, quæ iuris miniſterio facta fuit interpetrando verba ſenten-
22 tentiæ † prout ius diſponit, vt debet, *cap.dilectus de off.Ordinarij Bald.in l.1.numer.2.Cod. negoc. geſt.Bart.in l.ſi fundus §.in vendicatione ſub num.4. ff.pignor.Caſtr.conſ.276.in princ.lib.2. Roman.conſ. 320.num.4.Rot.deciſ.66.num.3.* vbi quod con-
23 demnatio † cenſetur facta in eo, in quod de iure fieri debet *part.2.recent.* Maximè quia præcedentes deciſiones nõ ſemel vtuntur verbo imputationis, vt patet *in deciſione bon.m.Merlini 19.Ianuarij 1628. §.primo & in alia 4. Decembris 1630.in princ.*

Et amplius, quià ſententiæ non mandant reſtitui fructus excedentes annuatim ſcuta 125. ſed excedentes ratam ſcutorum 125. annuatim ideoque procedunt cum ſuppoſito imputationis verbum enim *ratam* demon-
24 ſtrat † non debuiſſe ſingulis annis ſolui pro fructibus ſcuta 125. ſed partem ipſorum, *Bald. in auth.defuncto num.11.Cod.ad Tertull. Tiraquell. de retract.Lignagier.§.11.gloſſ.8.per tot.Bertazzol. clauſ.37.gloſſ.3.num.1.Coſt.de port.ratæ præmiſſ. 2. & 5.num.1.* Eam nempè, quæ remanebat facta ſingulis annis imputatione fructuũ vltà ſummam debitam ſolutorum iuxtà diſpoſitionẽ iuris,à qua vt dicebam verba ſententiæ interpetrationem recipiunt.

Et ità deciſum &c.

MARSICEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 23.Ianuarij 1645.

ARGVMENTVM.

Proceſſus ſi in Archiuio Epiſcopali non reperitur, vt contra Epiſcopum qui in cauſa habet intereſſe militet præſumptio doli requiruntur coniecturæ vrgentes, & concludentes, & ex quibus dolus in Epiſcopo excludatur? Dolus Epiſcopi prædeceſſoris in occultando proceſſum non debet nocere Eccleſiæ, & ſucceſſoribus,maximè quando ſucceſſores non veniũt ad cauſam proſequẽdo factum occultationis, ſed tantum iura Eccleſiæ. Concluſio, quod ſucceſſor in Eccleſia teneatur de dolo anteceſsoris quomodo procedat?

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio iuris ſemper militat pro excluſione doli.*
2 *Fallit concurrentibus coniecturis in contrarium.*
3 *Coniecturæ tamen debent ad hunc effectum eſſe vrgentes, & concludentes.*
4 *Occultatio proceſſus in Archiuio Epiſcopali præſumitur facta ab Epiſcopo habente intereſſe in cauſa.*
5 *Sufficit tamen ſola poſſibilitas in contrarium ad*

redden-

dendam æquiuocam dictam præſumptionem; præſertim quando agitur de re graui.

6 *Epiſcopus non tenetur ad cuſtodiam ſcripturarum exiſtentiũ in Archiuio, nec de negligentia, aut culpa Archiuiſtæ ſi elegit eum, qui communiter exiſtimabatur idoneus.*

7 *De culpa officialis tenetur qui non idoneum elegit.*

8 *In dolo dici non poteſt qui iure ſuo vtitur.*

9 *Nec minus, qui probabiliter credit iure ſuo ſe vti.*

10 *Cauſa qualibet etiam iniuſta ſufficit ad excluſionem doli.*

11 *Litteræ monitoriales ſub pœna excommunicationis contra non reuelantes non comprehendunt principalem in cauſa.*

12 *Teſtes deponentes de auditu ab alio teſte de auditu probationem non augent.*

13 *Dolus Epiſcopi in occultando proceſſum non nocet Eccleſiæ, & ſucceſſoribus, quia ipſe non eſt Dominus bonorum, ac iurium Eccleſiæ, ſed adminiſtrator, Dominus autem eſt Deus, cui bona Eccleſiæ ſunt oblata.*

14 *Maximè quando ſucceſſor non venit ad cauſam proſequẽdo factum occultationis prædeceſſoris, ſed pro euictione iurium eccleſiæ, & ipſa occultatio eſt actus merè extraiudicialis.*

15 *Reſtitutio in integrum datur ſucceſſori aduerſus factum prædeceſſoris.*

16 *Succeſſor tenetur de dolo Prælati anteceſſoris ratione commodi ex eo reſultãtis nè locupletetur cum aliena iactura.*

17 *Declara concluſionem procedere quando ſucceſſor continuat in poſſeſſione rei, vel commodi ex dolo anteceſſoris, tunc dicitur reipſa in eodem dolo continuare, alias ſecus.*

18 *Epiſcopus ex diſpoſitione iuris communis iuriſdictionem habet in locis ſitis intra fines ſuæ Diœceſis.*

19 *Epiſcopus titulum Epiſcopatus habet à Papa.*

20 Abbas in cap. Accepimus ſub num. 5. de fid. Inſtrum. *dicens ex occultatione facta ab Anteceſſore oriri præſumptionem etiam in præiudicium ſucceſſorum, quod in ſcriptura occultata probata ſit intentio Aduerſarij reprobatur* à Felin. d. cap. accepimus num. 15.

21 *Vel doctrina Abbatis procedit quando ſucceſſor proſequitur factum occultationis, aut continuat in poſſeſſione rei acquiſitæ per dolum anteceſſoris.*

22 *Item præſumptio oriens ex occultatione non procedit etiam inter Laicos, quando qui ſcripturam occultauit ſe fouere iuſtam cauſam aliunde probauit.*

DECISIO CCII.

INSTANTE iterum Archipresbytero Terræ Saponariæ, vt moderno D. Epiſcopo Marſicenſi denegaretur audiẽtia, eo quod Pariſius olim Epiſcopus eius anteceſſor per dolum occultauerit proceſſum in quo probata fuerat immemorabilis ad fauorem Archipresbyteri, & ex eo dolo reſultet præſumptio mali iuris contra Epiſcopos ſucceſſores, mandarunt Domini quod ſuper his duobus ſtrictè partes informarent, & cauſa hodie per me propoſita, neutrum obſtare Reuerendiſſimo Epiſcopo cenſuerunt.

Pars Prima.

1 Militat enim pro Epiſcopo † præſumptio iuris excluſiua doli, *l. dolum Cod. de dol. l. ſi creditor Cod. pignor. act. Aym. conſ. 319. num. 1. Anchar. conſ. 385. n. 5. & conſ. 388. n. 4. Menoch. præſumpt. 3.*

2 *num. 14. & ſeqq. lib. 5.* A qua licèt recedatur † ex contrariis coniecturis *d. l. dolum, & tradit Caſtr. in l. quod neruæ num. 3. ff. depoſ. Ruin. conſ. 4. num. 10. lib. 1. Pariſ. conſ. 75. num. 31. lib. 1.* Oportet tamen

3 illas eſſe † vrgentes, & adeò concludentes, vt aliud inferre non poſſint, *Caſtr. in d. l. dolum n. 2. Menoch. d. præſumpt. 3. ſub num. 44. verſ. porrò Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 169. ſub num. 2. & coram bon. mem. Buratto deciſ. 482. ſub n. 14.*

Quales non ſunt adductæ per informantes pro Archipresbytero: namque non applicatur quod proceſſus olim exiſtens in Archiuio qui hodie non reperitur præſumatur ſubtra-

4 ctus ab Epiſcopo, † cuius hoc intererat cum ex pluribus deductis in prima deciſione corã me conſtet ipſum proceſſum originalẽ fuiſſe ab Archiuio Curiæ Epiſcopalis non ſubtractum, ſed extractum legitimè, vt mitteretur Romam ad Sacram Congregationem ſuper negocijs Epiſcoporum, & Regularium, & in omnem euentum potuerit proceſſus admitti

5 in Curia, vel facto † Archiuiſtæ, quæ poſſibilitas generalem præſumptionem educi ſolitam ab intereſſe æquiuocam reddit, ſaltem quando, vt in caſu noſtro, agitur de graui præiudicio Eccleſiæ, *Rot. dec. 534. num. 8. part. 1. recent. & in Calaguritana Beneficij* 10. *Februarij* 1620. *coram bon. mem. Coccino relata per adden. ad ſan. mem. Greg. XV. dec. 96. num. 7.* Nec Epiſcopus tenetur

6 ad cuſtodiam ſcripturarum † exiſtentium in Archiuio, ſeù de negligentia, aut culpa Archiuiſtæ quem ipſe elegit, quia cum elegerit qui communiter reputabatur idoneus ceſſat

7 ratio malè electionis ob quam † regulariter eligens tenetur de culpa officialis à ſe electi, *l. argentum ff. commod. gloſſ. in l. fin. verſ. hoc autem fallit ſi eſt diligens ff. cuſtod. rer. Oldr. conſ. 92. num. 1. verſ. vel fortè Bald. conſ. 222. lib. 2. Farinacc. de carcer. & carcer. quæſt. 31. num. 55. & 164. Maſtrill deciſ. 276. n. 11. & ſeqq.*

Quod verò Epiſcopus Pariſius proceſſum, vt ſupra tranſmiſſum ad Sacram Congregationem, & deinde redditum eius procuratori degenti in Vrbe, receperit ab eodem procuratore mediante nuncio ad id ſpecialiter expedito, nullum infert ne quidem ſuſpicionem doli, quia par erat vt Epiſcopus adhiberet diligentias pro recuperando è manibus priuatæ perſonæ proceſſu ſpectante ad Eccleſiam, quo magis è manibus eius procuratoris, & ex cauſa illum videndi pro tuitione iurium Eccleſię aduerſus nouas probationes quas tunc aduerſarius moliebatur; qui autem vtitur iure ſuo

8 in † dolo dici non poteſt, *l. iniuriarum §. 1. ff. de iniur. l. ſi donaturus, §. ſi quis indebitam ff condition. cauſ. dat. l. nullus videtur ff. regul. iur.* quinimò nec

9 is qui probabiliter credit iure † ſuo ſe vti, *Alex. in d. l. non ſolum §. ſciendum ſub nu. 4. & 5. Menoch. d. præſumpt. 3. ſub nu. 49. Mant. de tacit. lib. 25. tit. 2. ſub num. 16. & ſeqq.*

Prout nec tribui poteſt dolo Epiſcopi Pariſij, quod proceſſum recuperatum è manibus

procuratoris non repoſuerit in Archiuio, ibique aſſeruari curauerit, quia tutius,& cautius exiſtimare potuit proceſſum in quo agebatur de graui intereſſe Eccleſiæ penès ſe in proprio ſcrinio (vt fecit) diligenter cuſtodire, quam exponere periculo Archiuij, quod annis anteactis incendio ſubiectum fuerat, & facilius violari poterat, & qualibet cauſa etiam iniu-
10 ſta ſufficit † ad excluſionem doli, *leg. igitur §.poteſt ff.liber.cauſ.Dec.conſ.452.num.4.Curt.iun. conſ.19.num.5.Hond.conſ.42.num.45.lib.2.Buratt. dec.182.n.25.*

Argui tandem Epiſcopus Pariſius de dolo non poteſt ex eo, quod dictum proceſſum non exhibuerit quando ad inſtantiam Archipresbyteri publicatæ fuerunt litteræ monitoriales ſub pœna excommunicationis contra non reuelantes, quia litteræ huiuſmodi non
11 comprehendebant † ipſum Epiſcopum qui in cauſa erat pars principalis, *Nauarr. conſ.38. numer.3.de ſent.excomm.Prob.ad Monach. in cap.2. ſub numer.59.de Conſt.in 6.Genuen.in prax.Neapol. cap.2.num.1.* Et gratis dicitur Pariſium prohibuiſſe cuidam Felici,nè reuelaret,cum de hoc ſolus Felix deponat extraiudicialiter, & alij
12 teſtes vti deponentes de auditu † ab ipſo Felice probationem non augeant, *gloſſ. in cap. licet ex quadam de teſtib.Socc.in l.Gallus §.ille caſus col. fin.in fin. ff.lib.& poſth.Surd.dec.12.num.11. in fin. & num.12.Rot.272.n.17.par.5.rec.*

Sed eſtò quod probaretur dolus Epiſcopi Pariſij in occultãdo proceſſum nocere tamen
13 non poſſet Eccleſiæ † & in ea ſucceſſoribus, quia Pariſius tanquã Epiſcopus non erat Dominus bonorum, ac iurium Eccleſiæ, ſed adminiſtrator Dominus autem eſt Deus cui bona Eccleſiæ ſunt oblata vt notat *Butrigar.in leg. iubemus col.3.in princip.verſ. ſed placet Cod. Sacroſ. Eccleſ. Bald.ibid.nu.12.in fin. & probat text. in cap. cum venerabilis §. intelligimus verſic. licet autem de except.& in cap.dilectum perſonæ de regul.iur. in 6.* Maximè quia modernus Epiſcopus non ve-
14 nit ad cauſam† proſequendo factum prætenſæ occultationis, ſed pro tuitione iurium Eccleſiæ, & ipſa occultatio eſt actus merè extraiudicialis, vt ponderauit *Rot.dec.705.numer.4. verſ. neque obſtat part.1.recen.& coram Reuerendiſſ. Vrgellen.dec.166.nu.5.& 6.* Præter quod etiam
15 in iudicialibus ſuccurritur ſucceſſori† per reſtitutionem in integrum aduerſus factum anteceſſoris Butrigar. *in d.l.iubemus circa fin. verſ. in iudicijs verò Cod. Sacroſ.Eccleſ. & notant DD.in cap.auditis,& in cap. tum ex litteris de in integr. reſtitut.*

Non obſtat quod ſucceſſor & ipſa Eccleſia
16 teneatur de dolo Prælati anteceſſoris† ratione commodi ex eo reſultantis nè locupletetur cum aliena iactura, quia procedit obiectum
17 quando ſucceſſor † continuat in poſſeſſione rei,vel commodi ex dolo anteceſſoris ad eum delati,tunc enim dicitur in eodem dolo reipſa continuare, vt declarat *Din.in cap.delictum n.2. verſ.dicendum eſt de regul.iur.in 6.& latius explicat Bargal.in tract.de dolo lib.2.diuiſ.6. tit.de dolo tertij ſub num.17.verſ. noſtra verò diſtinctio, & lib.6. regul.36.num.10.Rot.dec.705.num.3.& 4.part.prima recent.*

At in caſu noſtro modernus Epiſcopus nihil conſequitur ex facto anteceſſoris, cum iu-
18 riſdictionem † ſuper Terra Saponariæ exiſtente intra fines ſuæ Diœceſis habeat ex diſpoſitione iuris communis *cap.conquerente de off.Ordin.cap.Cum venerabilis §.quia igitur de Relig. domib.Rot.dec.171.num.2.dec.447.num.1.par.1.recen.*
19 ac titulum Epiſcopatus † à Papa *Roman. conſ. 374. ſub num.5.verſ. ſed Prælato ex text. in cap. ad extirpandam, & in cap. ex transmiſſa de fil.Presbyt.* & in terminis *Rot.coram D.Vrgellen. deciſ.* 166. *numer.*8. & magnum ſentiret damnum ſi ob dolum Pariſij iuriſdictionẽ ſibi de iure competentem amitteret.

Ex quibus doctrina *Abb.in cap.accepimus ſub num.5.de fid.inſtrum.* dicentis ex occultatione
20 facta ab anteceſſore † oriri præſumptionem etiam in præiudicium ſucceſſorum quod in ſcriptura occultata probata eſſet intentio aduerſarij, vel reijcienda penitus eſt prout reieciſſe videtur *Felin.in eod.cap. accepimus ſub numer.*15. vel declaranda vt procedat, quando
21 ſucceſſor proſequeretur † factum occultationis,aut continuaret in poſſeſſione rei acquiſitæ per dolum anteceſſoris. Et ex abbundanti
22 ea præſumptio etiã inter laicos† non procedit, quando qui occultauit ſcripturam ſe fouere iuſtam cauſam aliunde probauit, *Boer.deciſ.292. ſub num.9.ad fin.verſ.aut oſtendit poſt Henric.Boich.in cap.peruenit il primo num.1.& 3. quem ſequitur ibi Bellam.num.3.de teſtib.cogen.Farinac.de teſtib.quæſt.78.num.141.& 143.* Probaſſe autem prætendit Eccleſia ex pluribus deductis *in deciſ.248.par.2.recen.* nec non ex iuribus ac teſtibus nuper productis, quæ nec non votum bon. mem. Orani, & alia adducta pro Archipresbytero examinanda erunt in proſecutione cauſæ ſuper meritis negocij principalis.

Et ita deciſum vtraque &c.

GERVNDEN. CAPELLANIAE.

Veneris 27. Ianuarij 1645.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio dignitatis non eſt capienda capitulariter,quia Dignitates non ſunt de Capitulo,niſi in illarum erectione exprimatur conceſſio ſtalli in choro, & vocis in Capitulo. Concurſus non requiritur in dignitatibus habentibus curam animarum, ſiue exiſtant in Eccleſia Cathedrali, ſiue in Collegiata. Decretum irrritans appoſitum non ſuper certo corpore beneficii,ſed in genere, ſeu in lege generali non tollit inſiſtentiam facti donec iuſtificetur, quod verſemur in caſu decreti irritantis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta non capitulariter, vt requirebatur manutenibilis non eſt.*

2 *Amplia, quamuis capta fuerit de mandato collatoris, vel alterius executoris.*

3 *Poſ-*

3 *Poſſeſſio Dignitatis non eſt neceſſe, quod capiatur capitulariter, quia Dignitates non ſunt de Capitulo, niſi in illarum conceſſione exprimatur conceſſio ſtalli in Choro, & vocis in Capitulo.*

4 *Poſſeſſio quod non fuerit capitulariter capta opponi nequit ab aduerſario, qui abſque facto Capituli eodem modo poſſeſſionem cæpit.*

5 *Dignitas quod ſit talis probatur ex confeſsione Aduerſarij reſultantis ex productione antiqui Inſtrumenti, in quo talis enunciatur, quod contra producentem plenè probat iunctis etiam teſtibus in alia cauſa examinatis num. 7.*

6 *Producens aliquam ſcripturam fatetur omnia in ea contenta, ac enunciata eſſe vera.*

8 *Teſtes examinati in alia cauſa probant in cauſa diuerſa, ſi deponunt indiſtinctè ſuper ſtatu, vel ſaltim deſeruiũt pro adminiculo, & probationem coadiuuant, n. 9.*

10 *Concurſus requiritur in Beneficijs habentibus curã animarum tam ex diſpoſitione S. Concil. Trident.* ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18. *quam Conſtitutionis 13. ſan. me. Pij V. mandantis ſeruari formam Concilij ſub decreto irritanti.*

11 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſsionem.*

12 *Manutentio non datur habenti contra ſe decretum irritans ea ratione, quia poſſeſsio habetur pro vacua, & pro non poſſeſsione.*

13 *Itaut ſecundo poſſeſſori licet poſteriori ſit dãda manutentio ſufficit tamen quod poſſit dubitari, an decretum irritans locum habeat vt interim anteriori poſſeſſori non ſit deneganda manutentio, n. 16.*

14 *Concurſus non eſt neceſſarius in dignitatibus habentibus curam animarum ſiue exiſtant in Eccleſia Cathedrali, ſiue in Collegiata, quia Concilium de illis nullam fecit mentionem.*

15 *Concurſus factus per errorem non nocet.*

17 *Decretum irritans appoſitum non ſuper certo corpore beneficij, ſed in genere, ſeu in lege generali non tollit inſiſtentiam facti donec iuſtificetur.*

18 *Titulus non eſt neceſſarius ad manutentionem obtinendam.*

DECISIO CCIII.

SVBSISTERE viſa eſt Dominis deciſio ædita 13. Iunij proximè præteriti non obſtantibus exaduerſo cõtra eam deductis. Quod enim poſſeſſio Franceſch non ſit manuteni-
1 lis † ex quo capitulariter capta non fuerit, vt requirebatur *Caſſador. deciſ. 8. num. 1. de cauſ. poſſ. & propr. & deciſ. 5. nu. 3. de Iurepatr. Roman. conſ. 482. num. 2. & ſeqq. Rot. deciſ. 1156. ſub num. 1. lib. 3 part. 3. diuerſ. deciſ. 91. num. 6, part. 1. recent.* etiam
2 ſi tradita fuerit † de mandato Collatoris, vel alterius executoris *Put. deciſ. 22. lib. 2. Mandoſ. de deſignat. grat. tit. de regreſſ. col. 4. verſ. illa verba Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 5. nu. 38. cum alijs allegatis in Senen. Canonicatus 21. Iunij 1596. coram bo. mem. Litta.*

Non obſtat, quia Dignitatis qualis (vt infra dicam) eſt Cappellania de qua agitur non eſt neceſſe, quod capiatur poſſeſſio capitula-
3 riter, † cum Dignitates non ſint de Capitulo niſi in illarum erectione exprimatur conceſſio Stalli in Choro, & vocis in Capitulo *Seraph. deciſ. 98. num. 1. Rot. deciſ. 177. num. 4. & 5. inter impreſſ. poſt modern. Peruſ. de manuten. & in Treuer en. Archidiaconatus 13. Iunij 3044. coram R. P. D. meo Cerro.* Prætertim, quia ipſe aduerſarius eodem modo, quo Franceſch abſque facto Ca-
4 pituli cæpit poſſeſſionem, † in qua petit manuteneri, & ſic agnouit non requiri, quod poſſeſſio capitulariter tradatur, & de hoc defectu dare non poteſt, vt in ſimili dixit *Rot. in Auximana Tutele 16. Februarij 1582. coram bon. mem. de Rubeis, & in Aretina Spolij 9. Iunij 1604. coram bo. me. Coccino inter eius impreſſ. deciſ. 182. n. 7*

Quod autem Cappellania hæc ſit, Dignitas conſtat ex publico iſtrumento anni 1605. dato in Summario Tauerner num. 9. in quo dicitur, quod eſt quarta Dignitas poſt Abba-
5 batialem, † & contra aduerſarium, qui illud produxit plenè probat, cum producendo cõ-
6 feſſus fuerit † vera eſſe omnia ibidem contenta *Salyc. in l. comparationes ſub num. 13. Cod. fid. inſtrum. Dec. in cap. cum venerabilis num. 90. de except. Surd. conſ. 151. num. 16. Buratt. deciſ. 934. num. 4* atque etiam enunciata *Ruin. conſ. 141. num. 13. lib. 5. Aym. conſ. 134. num. 8. Buratt. deciſ. 622. nu. 3.*
7 Idemque deducitur † ex teſtibus examinatis *in cauſa Gerunden. Iuriſdictionis coram bo. me. Coccino,* qui licet examinati in alia cauſa, quia
8 deponunt † ſuper ſtatu beneficij probant etiã in hoc iudicio *Mant. deciſ. 350. num. 4. & fuit dictum in Piſtorien. Parochialis 27. Ianuarij 1620 coram bo. me. Pirouano, & in eadem 9. Feb. 1632. coram bo. me. Merlino,* vel ſaltem multum coa-
9 diuuant probationem † reſultantem ex dicto iſtrumento *Felin. in cap. cauſam, quæ il primò num. 19. de teſtib. Natt. conſ. 394. num. 24. Rot. deciſ. 237. num. 3. par. 1. recen.*

Minus obſtat, quod hæc Cappellania, ex quo habet curam animarum nulliter collata
10 fuerit abſque concurſu † requiſito ex diſpoſitione *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. cuius formam ſa. me. Pius V. iu conſt. 13. inter eius impreſſ. Bullar. to. 2.* mandauit ſeruari ſub
11 decreto irritanti, quod inficit † titulum, ac poſſeſſionem eius vigore ſubſecutam *Caputaq. dec. ſ. 307. num. 4. part. 3. Caſſad. deciſ. 1. num. 2. de reſtit. ſpoliat. Rot. eod. tit. deciſ. 3. ſub num. 1. in nouiſ. &*
12 *deciſ. 2. in antiq.* etiam ad effectum † manutentionis *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 46. num. 63. & ſeqq.* vbi quod poſſeſſio habetur pro vacua, & pro non poſſeſſione *Put. deciſ. 179. nu. 2. & 3. lib. 2. in correct. Rot. deciſ. 215. n. 15. & ſeqq. inter impreſſ. poſt moder. de manut.* itaut ſecundò poſ-
13 ſeſſori † licet poſteriori ſit danda manutentio *Mant. deciſ. 40. num. 8. Coccin. deciſ. 51. num. 4. Rot. inter recent. deciſ. 48. num. 2. & ſeqq. part. 5.*

Quia neceſſitas concurſus ceſſat in Digni-
14 tatibus † habentibus curam animarum ſiue exiſtant in Eccleſia Cathedrali, ſiuè in Collegiata, vt declaraſſe Sacram Congregationẽ Concilij Tridentini refert *Garz. de Benef. par. 9 cap. 2. ſub num. 181. & 195.* vbi dicitur ratio, quia Concilium non fecit expreſſam mentionem Dignitatum, & notat *Barboſ. in Collect. ad Concil. dicta ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. num. 14. & 15. & in tract. de offic. Epiſc. alleg. 60. n. 28. & 29. Gonzal. ſuper regul. 8. gloſſ. 6. num. 162.* Et quamnis

uis Cappellania aliquando collata fuerit præ-
uio concurſu, hoc tamen vti factum per er-
15 rorem, † vel ex abbundanti non nocet *l. te-
ſtamentum Cod. teſtam. Roman. conſ. 343. num. 7.*

16 Et ſufficeret dubitari poſſe † an fuerit neceſ-
ſarius concurſus, vt interim eius omiſſio non
reſiſtat manutentioni Franceſch anterioris
poſſeſſoris, vt ferè in puncto *Coccin. deciſ. 124.
num. 4. & 5.* nam decretum irritans appoſitum
17 non ſuper certo corpore beneficij, † ſed in
genere, ſeù in lege generali non tollit inſi-
ſtentiam ſaltem facti donec iuſtificetur, quod
verſemur in caſu decreti irritantis *Gonzal. ſu-
18 per regul. 8. gloſſ. 67. num. 32. & 39. Lotther. de re
beneſ. lib. 2. quaeſt. 8. num. 77. Caputaq. deciſ. 325. n. 8.
& ſeqq. par. 1. Caualer. deciſ. 8. num. 4. Rot. deciſ. 341
num. 2. deciſ. 562. num. 2. & 3. part. 1. recent. & in
Legionen. Beneficij 4. Iulij 1640. coràm R.P.D. m.
Ghiſilerio.*

Tandem non obſtat, quod collatio Cappellaniæ non ſpectet ad Abbatem, qui contulit Franceſch, ſed ad Ordinarium, quia hæc reicienda ſunt ad petitorium cum reſpiciant titulum poſſeſſionis, qui neceſſarius non eſt ad obtinendam manutentionem, vt præter allegatos in prima deciſione dixit *Rota in ſupradicta Treueren. Archidiaconatus 13. Iunij 1644 coram R.P.D. meo Cerro.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA SALVIANI.

Lunæ 30. Ianuarij 1645.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta poteſt ſuper re emphyteotica abſque conſenſu Domini directi cenſum imponere, quando nõ adeſt expreſſa prohibitio alienationis, quia talis impoſitio in caſu deuolutionis reſoluitur. Dominiũ rei empte, acquiritur emptori, etiã non ſoluto prætio, ſit fuit in venditione habita fides de prætio. Hypotheca dotalis non dicitur extincta per ſolutionẽ vel dationem inſolutum, ſi mulier ſolutionem recepit reuocabiliter.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non datur ſine læſione etiam fauore minoris.*

2 *Monialis, quod profeſſionem emiſerit in aliquo monaſterio, probatur ex mandato procuræ capitulariter facto à monialibus profeſsis, in quo vti talis interuenit, nam alias ad dictum actum, non fuiſſet admiſſa.*

3 *Pro fructibus cenſus decurſis ſi fuit actum nihilominus poteſt Iudex condemnare etiam pro decurrendis propter clauſulam*, Ius, & Iuſtitiam *in monitorio contentam.*

4 *Cenſus imponi nequit ſuper re emphyteotica ſinè conſenſu Domini; quicquid ſit ſuper fructibus eiuſdem rei.*

5 *Emptor ante ſolutionem prætij non acquirit dominium rei emptæ, & traditæ, etiam ceſſante ſpeciali reſeruatione fauore venditoris.*

6 *Hypoteca in re aliena non cadit.*

7 *Soluens creditoribus anterioribus reportata Iurium ceſsione ſuccedit in illorum hypotecis.*

8 *In Hypoteca nedum prior, ſed etiam potior dicitur qui pecuniam tradidit anteriori creditori cum pacto illam acquirendi.*

9 *Cenſus valide imponi poteſt ſuper re emphyteotica abſque conſenſu Domini directi, ſi inſtrumento Inueſtituræ non adeſt prohibitio alienationis, quia tunc impoſitio in caſu deuolutionis reſoluitur.*

10 *Et hanc diſtinctionem, ſequitur Rota Romana.*

11 Text. in l. final. C. de Iur. Emphyteotico, *loquitur de venditione, & translatione rei emphyteoticæ.*

12 *per Hypotecam non transfertur dominium, ſed res hypotecata manet in bonis hypotecantis.*

13 *Bona cenſualia manent penes impoſitorem cenſus*

14 *Ius diſtinctum, & ſeparatum per impoſitionem cenſus conſtituitur ab ipſa re cenſuata.*

15 *Accollatio vim habet ſolutionis.*

16 *Dominiũ rei emptæ ante ſolutionẽ prætij dicitur quæſitum emptori ſi fuit habita fides de prætio, & vẽditor illud ſpecialiter ſibi non reſeruauit.*

17 *Cenſus imponi poteſt ſuper re aliena conſentiente Domino.*

18 *Ceſsionarius tenetur iuſtificare creditum cedentis.*

19 *Hypoteca non cenſetur extincta per ſolutionem ſiuè dationem inſolutum, ſi creditor reuocabiliter ſolutionem, ſiuè dationem recepit.*

20 *Quod fortius procedit fauore dotis.*

21 *Iura dotalia tempore ſolutionis ſi mulier ſpecialiter ſibi reſeruauit per ſolutionem reuocabiliter factam non dicuntur extincta.*

22 *Euicta quodammodo dicitur ſors principalis cenſus, ſi tertius poſſeſſor bonorum cenſualium, ſe opponit exactioni fructuum.*

23 *Sors principalis cenſus obſtante Bulla Piana repeti non poteſt.*

24 *Hypoteca anterior licet exerceri non poſsit quoad repetitionẽ ſortis principalis cenſus ob reſiſtentiam Bullæ Pianæ, poteſt tamen exerceri quoad fructus alias enim deſeruiret deuento.*

Creditor anterior in ſorte eſt quoque anterior in fructibus ibid.

25 *Emptor in bonis emptis non poteſt per ſubſequentes conuentiones præiudicare hypotecis contractis fauore creditorum tempore emptionis.*

26 *Verba*, pro reſiduo, *denotant alias ſolutiones præceſsiſſe.*

DECISIO CCIV.

RVPTA ratione Bancharia Tiberij Ceuli, & lata ſententia graduatoria inter illius Creditores, hi, ſeù eorum deputati vendiderunt de anno 1609. Palatium ad Tyberim ſpectans bon. me. Cardinali Aquauiuæ pro pretio ſcut. 40. mil. quæ emptor vna cum alijs ſcutis 1317. & b. 45. debitis ex cauſa penſionum decurſarum ſoluere promiſit certis creditoribus in inſtrumento nominatis, & ſignanter ſcuta 17500. Iuliæ Mattheiæ vxori Tiberij pro ſuis dotibus, & iuribus dotalibus, cum pacto tamen, quod eadem Iulia teneretur dicta ſcuta 17500. erogare in emptionem

vnius

vnius annui cenſus per d. D. Cardinalem imponen. ſuper ipſo Palatio vendito .

Incontinenti exequendo huiuſmodi cõuentionem impoſuit Cardinalis ſuper Palatio cenſum annuum ſcut. 1337. & ba. 40. & prætio ſcut. 17500. vendidit Iuliæ adiecta duplici cõditione, altera quod cenſus ſtare debeat loco cautionis de reſtituendo ſummam in eo collocatam prioribus , & potioribus creditoribus DD. de Ceulis, altera quod iura dotalia Iuliæ ſemper illæſa remanere debeant, quoad poſteriores creditores, nec per præſens inſtrumentum ſit in aliquo dictis iuribus præiudicatum , quia intentio ſua eſt cum reſeruatione dd. iurium in ſui fauorem contrahendi, & alias non contraxiſſet .

Pro rata fructuum dicti cenſus decurſorum , & decurrendorum nuper ad domum poſſeſſam ab Antonio de Amatis hærede Matthæi de Amatis, cui eadem domus hæreditaria Cardinalis Aquauiuæ vti illius, necnon D. Ducis Atriæ creditori adiudicata fuerat , obtinuerunt ſententiam immiſſionis in iudicio vtilis Saluiani interdicti Moniales, & Monaſterium S. Aegidij de Vrbe tanquam legatariæ ſupradictæ Iuliæ in eodem Monaſterio profeſſæ, aduerſus quam ſententiam iniudicatum lapſam commiſſa mihi cauſa reſtitutionis in integrum ad inſtantiam Antonij rei conuenti , dubitaui hodie an conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum , & negatiuè fuit reſponſum, quia non conſtat de nullitate, aut
1 iniuſtitia ſententiæ, ſine quarum altera, † quia ceſſat læſio denegatur reſtitutio etiam minori *l. nam poſtea, §. ſi minor, ff. iur.iur. gloſſ. ibidem in verbo docuit , & in l. pen. verb. notarium , C. ſi aduerſus rem iudicatam Oſaſch. deciſ. 158. num. 8. & per tot. Veſtr. in prax. lib. 8. cap. 3. num. 6. Gratian. diſcept. 762. nu. 18. & ſeqq. Rot. diuerſ. deciſ. 134. n. 2. part. 2. Buratt. deciſ. 323. num. 2.* & fuit dictum *in Sarſinaten. feudi 3. Iunij* 1641. *coram bon. mem. Pirouano .*

Neque enim nullitas deduci poteſt ex eo , quod Moniales non probauerint mortẽ, hoc eſt profeſſionem Iuliæ, aut quia à Monaſterio petiti fuerint fructus decurſi, ſententia verò concedat immiſſionem etiam pro decur-
2 rendis , nam profeſſionem Iuliæ , † nunc Sororis Mariæ Cæciliæ nuncupatæ ſatis probat mandatum procuræ ad hanc litem capitulariter factum à Monialibus profeſſis , inter quas etiam Soror Maria Cæcilia vti profeſſa præſtitit conſenſum , cum alioquin ad hunc actum non fuiſſet admiſſa, vt in ſpecie aduertit *Rota deciſ. 443. ſub num. 9. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* & licet in monitorio agatur de fru-
3 ctibus decurſis , † tamen propter clauſulam , *ius , & iuſtitiam &c.* & alias ibidem appoſitas potuit Iudex in ſententia comprehendere etiam cenſus decurren. eiuſdem obligationis vigore promiſſos *Alex. conſ. 61. ſub nu. 10. verſ. attento lib. 2. Cephal. conſ. 400. nu. 1. Bellon. iun. conſ. 23. ſub num. 4.* plenè *Barboſ. clauſ. 76. per tot.*

Prout nec ſubſiſtunt capita iniuſtitiæ ex aduerſo deducta , quorum primum ad effectum hypothecæ, tum ob qualitatem Palatij, & domus controuerſæ , quæ cum ſint emphyteo-
4 tica Baſilicæ S. Petri non potuerit cenſui, † vel hypothecæ ſubiugari, quicquid dicen. eſſet ſi cenſus non fuiſſet impoſitus ſuper ipſo Palatio , & domo , ſed ſuper illorum fructibus , vt benè diſtinguit *Foller. in ſua prax. cenſ. verb. cenſus enim nu. 21. Rot. deciſ. 480. nu. 1. par. 1. diuerſ.*

Tum ex quo Cardinalis impoſitor cenſus , quamuis dicta bona emiſſet , non tamen ſol-
5 uerat pretium , † ante cuius ſolutionem Cardinalis , ſicuti dominium bonorum ſibi venditorum , ac traditorum non acquiſiuit, etiam ceſſante ſpeciali illius reſeruatione ad fauorem venditoris *l. quod vendidi* 19. *de contrah. empt. §. vendiderunt de rer. diu. Bart. in l. fiſtulas 78. §. qui fundum , ff. de contr. empt. Abb. conſ. 69. num. 1. in fin. lib. 1. Alex. conſ. 121. nu. 1. lib. 4. Surd. conſ. 107. n. 12. & deciſ. 120. num. 11. & 12. Rot. in Romana Saluiani 8. Aprilis. 1639. coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano ,* ita non potuit eadem bona ſubiugare , aut hypothecare , quia hypotheca
6 in † re aliena non cadit *l. 1. §. 1. ff. de pign. l. rem alien. ff. de pign. act. gloſſ. fin. in l. Caius 39. ff. eod. Neguz. de pign. 3. memb. 2. par. num. 52.*

Secundùm ex anterioribus hypothecis cõpetentibus reo conuento ſiquidem Matthæus illius auctor credidit ex cauſa ſocietatis officij D. Duci Atriæ tanquam hæredi Aquauiuæ ſcut. 1000. cum pacto , quod ſoluerentur creditoribus Tiberij Ceuli in partem pretij bonorum , vt ſupra Cardinali venditorum , & eiſdem creditoribus ſibi iura cederẽtur prout ceſſa fuerunt , & proinde in anterioribus hy-
7 pothecis † eorundem creditorum ſucceſſit *l. ſi donatæ , §. 1. ff. don. int. vir. & vxor. l. 1. C. ijs qui in prior. credit. loc. l. emptor. C. de hæred. vel act. vend. vbi Bald. in 1. notab. Surd. deciſ. 308. num. 1. Gregor. XV. deciſ. 121. num. 2.* cumque tradiderit pecunias ad bona emen. cum pacto acquiren. de-
8 ſuper hypotecam , † videtur exinde nedum prior , ſed & potior in hypotheca iuxta *text. in l. quod quis, ff. priuil. credit. l. Ariſto, ff. quæ res pig. obli. non poſſ. l. licet, C. qui pot. in pig. hab. l. interd. ff. eod.*

Nam reſpondendo ad effectum hypothecæ animaduertunt Domini non probari , quod in inueſtitura aſſertæ emphyteuſis adſit expreſſa alienationis prohibitio , qua ceſſante poteſt emphyteota ratione vtilis dominij , quod ha-
9 bet cenſum imponere † ſuper re ipſa emphyteotica ſine conſenſu Domini directi , reſoluend. tamen in caſu deuolutionis rei ad Dominum directum , licet ſecus ſit, quando adeſt expreſſa prohibitio alienationis, in quibus terminis loquuntur allegati in obiecto , vt benè diſtinguit *Cenc. de cenſ. par. 1. cap. 2. quæſt. 2. art. 2. num. 6. & ſeqq. poſt Roderic. de ann. redd. lib. quæſt. 3. num. 7. verſ. ſimiliter , Redoan. in terminis emphyteuſis Eccleſ. de reb. Eccleſ. non alien. rub. 16. de conſ. ann. cenſ. in reb. Eccleſ. nu. 34. int. tract. diuerſ. to. 15. fol. 419. Boer. deciſ. 181. num. 2.* Eamdemque di-
10 ſtinctionem † amplexa eſt *Rota in deciſ. 67. n. 3. & num. 6. impreſſ. apud Pacif. de Saluiano deciſ. 75. num. 1. & ſeqq. apud Cenc. de cenſ. deciſ. 86. n. 30. & ſeqq. par. 5. recent.* quia nimirum ſola prohibitio legalis *ex l. fin. C. iur. emphyt.* loquitur de

vea-

11 venditione, † & iuris emphyteoticarij tranſ-
latione, per hypotecham autem nõ fit huiuſ-
12 modi tranſlatio, † quia res hypothecata ma-
net in bonis hypothecantis *gloſ. in d.l.fin. verb.
alys, Iaſ. iibd.num.28. & 29. Ruin.conſ.150.nu.14.
lib.3.Clar. in §. emphyteoſis quæſt.18. & 21.* Pari-
13 terque manent bona cenſualia, † cum per
14 impoſitionem cenſus† conſtituatur ius quod-
dam diſtinctum, & ſeparatum ab ipſa re *Se-
raphin.deciſ.795.nu.7.Couarr.var.reſol.lib.3.cap.7.
num.6.Rot.d.deciſ.67.nu.1. apud Pacif. de Saluiano*

Neque iuſtificatur in facto, quod Cardina-
lis tempore impoſitionis cenſus pretium Pa-
latij empti non ſoluerit, imò conſtat Palatium
fuiſſe emptum pretio ſcut.40.mil. & ſc.22500
ſtatim fuiſſe ſoluta mediantibus diuerſis accol
15 lationibus,† quæ habent vim ſolutionis *Grat.
diſcept.326.num.14.Maſtrill.deciſ.37.num.7.* alia
ſcuta 17500. habuiſſe Iuliam, ex quibus emit
cenſum, de quo agitur, reſiduum verò ſcut.
1317.& 45. non debebatur tanquam pars pre-
tij, ſed ratione penſionum decurſarum præ-
ter quod ſufficit habitam fuiſſe fidem de pre-
16 tio † vt etiam ante illius ſolutionem rei ven-
ditæ, ac traditæ dominium acquiratur emp-
tori, niſi fuerit nominatim reſeruatum ven-
ditori, & ſi ſecus ſit, quando non fuit habi-
ta fides de pretio, vt habetur in exaduerſo al-
legata *l.* quod vendidi ibi, vel etiam fidem
habuerimus emptori *ff. de contrah. empt. & in
§. venditæ, verſ. ſed ſi is inſtit. rer. diuiſ.* & tradit
*Barboſ. in l. ſi cum dotem, §.fin.num.35. & 36. ff.
ſolut. matrim. Ant. Fab. in C.lib.4.tit.33. deffinit.6.
num.1. aliique relati per Antonium de Amatis reſo-
lut. 3. num. 43.* Cumque in ipſo inſtrumento
venditionis fuerit ſpecialiter conuentum cũ
venditoribus, quod hic cenſus ſuper Palatio
vendito imponeretur ab emptore, hoc ſolum
validam redderet illius impoſitionem, eſto
quod emptor nondum rei ſubiugatæ domi-
nium acquiſiuiſſet, quia conſentiente Domi-
17 no † tenet impoſitio cenſus ſuper re aliena
*Nauar. de vſur.num.131. verſ. quintum Boccac. de
cenſibus par.2.nu.69. Molin. de iuſt. & iur.diſp.394.
num.9. Azor.inſtit.moral.part.3. lib.10.cap.7.qu.7.
Cenc. de cenſ.par.1.cap.1.quæſt.1.art.1.num.8.*

Alterum obiectum ſucceſſionis Matthæi
in hypothecis anterioribus creditorum Tibe-
18 ri Ceuli, à quibus ceſſionem reportauit, †
tollitur ex facto, quia non probatur dictos
creditores eſſe anteriores Iuliæ auctricis Mo-
nialium, vt exaduerſo proban. eſſet *l. ſi nomen,
ff.hæred. vel act.vend.l. ſi plus, §.vlt.ff. euict. Rot.
deciſ.44.num.4.par.4.diuerſ. & coram ſa.me. Greg.
XV.deciſ.579.num.1.*

Et ad hunc effectum anterioritas dd. credi-
torum deſumenda eſſet ante annum 1593.
quoad fauorem Iuliæ contracta fuit hypothe-
ca dotalis, ſiquidem illa non fuerit extincta
per ſolutionem, ſeù dationem in ſolutum
19 cenſus, † de quo agitur, factam eidem Iu-
liæ de anno 1609. tùm quia cum in ſententia
graduatoria ſupramemorata, ac in inſtru-
mento venditionis Palatij, necnon impoſi-
tionis cenſus diſpoſitum fuerit, quod idem
cenſus ſtare debeat loco cautionis de reſtituen
prioribus, ac potioribus creditoribus DD. de
Ceulis, illius acquiſitio, facta à muliere re-
uocabiliter, & ſub forma qua poterat auoca-
ri non extinxit antiquam hypothecam mu-
lieris *l. ſi rem meam, l. ſi creditor in fin. ff. ſolut. l.
reſcriptum, §. ſi aliena, verſ. quod ſi non ita, ff. di-
ſtract.pign. Dec. in l. neque pignus num.1. & 2. ff. de
reg.iur. Ang.conſ.208. in fin.verſ. contrarium credo.
Theſ. latè quæſt.88.num.11. & ſeqq.lib.2. Gratian.
diſcept. 706. num.60. Vinc. de Franch. deciſ. 200.
20 num.7.* quod fortius † procedit fauore dotis
*l. ſi quis res 98. ff. ſolut. Aloyſ. de Leo in d.l.1.nu.6.
verſ. idem eſt, C. ſi aduerſus tranſact. Surd.conſ.145.
ſub num.34. Fab. de Anna conſ.90. num.11. lib.1.
Theſ.iun.d.quæſt.88.num.13. Grat.diſcept.706.n.61
Caſtill.deciſ.5.num.7. & ſeqq.*

Tùm quia in ipſo inſtrumento dictæ ven-
ditionis Palatij, & impoſitionis cenſus Iulia
non in caſum euictionis, vt exaduerſo ſup-
ponitur, ſed ſimpliciter, & indefinitè reſer-
uauit ſibi, & ſemper illæſa remanere voluit
21 antiqua iura dotalia, † quæ propterea per
ſolutionem, & traditionem cenſus contextua-
liter factam, non fuerunt extincta, *vt not. gloſſ.
in l. eleganter verb. finita in fine, ff. pign. act.* quam
ſequitur ibi *Bart.num.4, Fulgoſ. ſub num.6. Sali-
cet. in l. libera num.1. C. ſent. & iudic. inter loc.* vbi
etiam *Alberic. ſub num.7. Aloyſ. de Leo in d. l.1.
num.6. verſ. idem eſt, C. ſi aduerſus tranſact. Grat.
conſ.126.num.8. lib.1. Fab. de Anna dict. conſ.90.
num.8. lib. 1.* & exerceri poſſunt pro fructibus
cenſus contra poſteriores creditores bona cõ-
munis debitoris poſſidentes non ſecus, ac pro
22 ipſa ſorte ſi eſſet euicta, quia euinci † quo-
dammodo videntur à tertio poſſeſſore, qui
illorum exactioni ſe opponit, vt per *Anchar-
ran. in cap. querelam ſub num.6. verſ. quandoque
denegat de electiòn. Hoſt. ibidem nu.14. Ferret.conſ.
23 204.nu.3.* & cum ſors obſtante Bulla Piana †
repeti non poſſit, eius loco ſuccedunt fructus,
vt latè probat *Milanen.deciſ.13.num.23. & ſeqq.
lib.1.* quem ſequitur *Caſtill.deciſ.17.num.35. &
ſeqq.* qui ſignanter num.44. ponderat, quod ſtan-
te reſiſtentia iuris quoad repetibilitatem ſor-
24 tis, † anterioritas hypothecæ reſeruatæ in-
ſeruiret de vento, niſi competeret pro fructi-
bus *lib.1. Maſtrill.deciſ.119.num.18. & 19.* & re-
gulare eſt, quod anterior in ſorte talis iudica-
tur in fructibus *l. lucius, ff. qui pot. in pign. hab.
Neguſan. de pign. part. 5. membr.1. ſub num.14. à
Ponte conſ.76.nu.12.lib.1. Maſtrill.d.deciſ.19.n.11.
Capyc. Latr. deciſ.16. num.1.* Gratis autem dici-
tur hypotheca Matthæi potior ſuper Palatio,
quia Matthæus ad illud emen. mutuauerit, &
ſibi de hypotheca proſpexerit, quia hæc non
præceſſerunt, aut geſta fuerunt contempora-
neè cum ipſa venditione vti debuit, cum per
25 ſubſequentes conuentiones non potuerit †
præiudicari hypothecæ ab ipſo momento
emptionis ſuper bonis emptis acquiſitę vxo-
ri, & alijs creditoribus emptoris *Velaſ.conſ.56.
num.45. & ſeqq. ex text. in l.vltim.C. de pignor. §.
his conſequens auth. de æqual. dot. & alijs per eum
allegat.*

Tùm tertiò, quia Matthæus de credito ſc.
100. necnon aliorum ſcut.300. pro fructibus,
quæ

quæ ſolum in debitum Cardinalis referenda
ſunt fuit ſatisfactus, nam in eam cauſam aſ-
ſignata illi fuit exactio penſionũ domuncu-
larum aſcendentium annuatim ad ſcuta 200.
quæ exegiſſe præſumitur, cum acceptauerit
mandatum ad illa exigen. iuncta petitione,
quam ſucceſſiuis temporibus fecit de ſcutis
mille pro reſiduo ſcut. 2500. Verba enim pro
26 reſiduo † demonſtrant, quod Matthæus alia
ſcuta 1300. receperat *Iaſ. in l. ſi quidem num. 4.
C. tranſact. Hering. de fideiuſſor. cap. 20. §. 21. n. 33.
Grat diſcept. 3. num. 3. Bellon. deciſ. Ianuen. 60. nu. 6.
Rot. deciſ. 75. num. 4. par. 5. recent.*

Et ita deciſum vtraque parte informante causa per quinque vices propoſita.

CRACOVIEN. DECIMARVM.

Lunæ 6. Februarij 1645.

ARGVMENTVM.

Præſcriptio contra Parochum habentem Iuris aſſiſtentiam ſuper decimis prædialibus ſuæ Parochiæ debet eſſe immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo. Priuilegia Ciſtercienſium ſuper exemptione à ſolutione decimarium ex bonis per eos poſſeſſis, non ſe extendunt ad Ius exigendi decimas ab alijs.

SVMMARIVM.

1 *Parochus habet aſſiſtentiam Iuris ſuper omnibus decimis exiſtentibus intra fines Parochiæ.*

2 *Decimæ debentur Parocho tanquam patrimonium ipſi de Iure debitum.*

3 *Allegans contra Parochum Præſcriptionem à ſolutione Decimarum tenetur probare immemorabilem vel quadragenariam cum titulo, nec ſufficit ſola poſſeſſio, quia Ius aſſiſtendo Parocho reſiſtit alterius poſſeſſioni.*

4 *Quaſi poſſeſſio exigendi decimas à Parocho probata remanet ex teſtibus, necnon ex ſententijs ad eius fauorem latis.*

5 *Sententia antiqua probat etiam ſine actis.*

6 *Priuilegia Ciſtercienſium exemptiua à decimis ex bonis per eos poſſeſſis non comprahendunt facultatem decimas exigendi ex fructibus prædiorum per alios poſſeſſorum.*

7 Gloſſ. in cap. ad audientiam de decim. declaratur.

8 *Priuilegia exemptiua à decimis cum ſint ſtricti Iuris reſtringi debent ad caſum diſpoſitum, vt minus tertio præiudicent.*

DECISIO CCV.

DECISVM fuit Decimam prædialẽ prædij Glogoizouu deberi Rectori Eccleſiæ
Parochialis loci de Glogoizouu, quia ſuper
1 omnibus Decimis prædialibus † prædiorum
exiſtentium intra fines Parochiæ prout exiſte-
re dictum prædium intra fines dictæ Eccleſiæ
Parochialis non dubitatur) Parochus habet
intentionem fundatam in aſſiſtentia iuris *cap.
cum contingat cap. cum in tua, cap. quoniam de Decim. cap. fin. de Paroch. cap. ad decimas de reſt. ſpol.
in 6. Rebuff. de decim. quæſt. 2. & quæſt. 14. num. 2.*

Itaut ex ſola iuris aſſiſtentia Decimę huiuſ-
2 modi debeantur Parocho † tanquam patri-
monium ipſi de iure debitum *Card. in clem. 1.
num. 10. de offic. Vicarij Azor. Inſt. mor. tom. 1. lib. 7
cap. 23. quæſt. 10. Caputaq. deciſ. 339. num. 2. lib. 3.
Rot. deciſ. 710. num. 3. par. 2. recent.* & alleganti
3 contra Parochum præſcriptionem † incum-
bat onus probandi immemorabilem, vel qua-
dragenariam cum titulo, nec ſola poſſeſſio
ſufficiat, quia ius aſſiſtendo Parocho reſiſtit
alterius poſſeſſioni *cap. 1. de præſcr. in 6.* & ibi
notat *Gemin. num. 19. Franc. num. 8. Couarr. var. re-
ſol. lib. 1. cap. 17. nu. 7. & 8. Rebuff. de Decim. qu. 13
num. 31. Seraph. deciſ. 802. ſub num. 1. & per tot.
Coccin. deciſ. 345. num. 6. Rot. deciſ. 203. num. 1. par. 5
recent.*

Quo magis in caſu noſtro, quo per teſtes
ad inſtantiam Monachorum Ciſtercientium
4 probatur quaſi poſſeſſio Parochi † exigendi
has Decimas, & ad euiudem fauorem latæ fue-
runt in partibus nedum duæ ſententiæ altera
Ordinarij, altera Nuntij Apoſtolici reſiden-
tis in Regno Poloniæ, ſed etiam alia ſenten-
tia vſque de anno 1493. contra eoſdem Ci-
ſtercienſes, quæ cum excedat tempus centum
5 annorum † probat etiam ſine actis *Bald. in l.
emancipationes num. 3. Cod. fid. iſtrum. Caſſad. deciſ. 3
ſub num. 2. de procur. Put. deciſ. 338. lib. 2. in antiq.
ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 535. num. 8.* & in his ter-
minis firmauit *Rota in Cracouien. Decimarum 24
Ianuarij 1618. coram bon. mem. Cardinali Sacrato.*

Neque obſtant priuilegia conceſſa Ordini
Ciſtercienſi, & præſertim à *fel. record. Martino
Quinto, vt in Ballar. nou. tom. 1. fol. 246. conſt. 8.*
Quia illa concedunt Ciſtercienſibus exemp-
tionem à ſolutione Decimarum ex bonis per
6 eos poſſeſſis, nec debent extendi, † vt com-
præhendant etiam facultatem exigendi deci-
mas ex fructibus prædiorum per alios poſſeſ-
ſorum, de qua non loquuntur *cap. ex parte tua
il primo cap. licet vbi Abb. num. 2. de decim. cap. 2.*
ibi *cum de hoc ipſo mentio nulla fiat nullatenus ſe ex
tendit eod. tit. in 6. Guttier. can. quæſt. lib. 2. cap. 21.
num. 121. in fin. & num. 122. Suar. de relig. tom. 1.
lib. 1. cap. 18. ſub num. 6. vbi quod gl. in cap. ad au-
7 dientiam † de Decimis* dicens priuilegia hæc eſſe
latiſſimè interpretanda intelligi debet quate-
nus ad proprietatem verborum retinendam,
& explendam neceſſe fuerit, *& cap. 19. num. 8.
& ſeqq. Roman. conſ. 180. num. 11. Put. deciſ. 510.
num. 1. lib. 2. in corr. Bifiget. deciſ. 1. de Decim. cum
alijs relatis in Valentina Decimarum 28. Nouembris
1603. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto im-
preſſ. apud Marcheſ. de Comiſſ. tom. 1. fol. 639. nu. 3.*
8 cum priuilegia ſint ſtricti iuris, † & reſtringi
debeant ad caſum diſpoſitum, vt minus ter-
tio præiudicent *Franc. in cap. volentes ſub num. 2.
& in cap. per exemptionem num. 5. de priuileg. in 6.
Innoc. in cap. quod dilecti de conſang. & affin. &
ibid. Alex. de Neuo nu. 5. verſ. ſecunda ſolutio Din.
in cap. quæ à iure communi num. 3. & 4. de regul.
iur. in 6. Guttier. dicto cap. 25. num. 123.*

Et ita deciſum informante ſolum Parocho Ciſtercienſibus tamen pluries citatis.

CAESA-

CAESARAVGVSTANA BENEFICII DE LINARES.

Veneris 10. *Februarij* 1645.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus, quando dicatur hæreditarium, & quando Gentilitium? Vxor ſucceſſoris in Patronatu gentilitio non admittitur, quia non eſt conſanguinea, ſed affinis, minuſque hæres vnius ex patronis fundatoris, dum ſuperſunt alij de agnatione. Iuſpatronatus gentilitium deficientibus proximioribus in gradu non defertur ad ſequentes in ſtirpes, ſed in capita. Gratia Apoſtolica derogationis medietaris vocum patronorum, quando dicatur ſubreptitia?

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus reſeruatum ſimpliciter pro deſcendentibus diuerſarum perſonarum dicitur hæreditarium.*

2 *Iuſpatronatus reſeruatum pro proximioribus Teſtatoris per lineam maſculinam deſcendentibus dumtaxat, & in illorum defectum pro deſcendentibus, ex linea fæminina reputatur, gentilitium.*

3 *ad Iuſpatronatus gentilitium non admittitur Vxor ſucceſſoris in dicto patronatu, attento quod non eſt de genere, & conſanguinitate fundatoris, ſed tantum affinis.*

4 *ad Iuſpatronatus Gentilitium non admittitur hæres vnius ex patronis dum ſuperſunt alij de agnatione fundatoris, quicquid ſit in hærede vltimi grauati & num.5.*

6 *Iuſpatronatus non poteſt eſſe pro parte gentilitium, & pro parte hæreditarium.*

7 *Iuſpatronatus gentilitium deficientibus proximioribus in gradu non defertur ad ſequentes in ſtirpes, ſed in capita, quando omnes eodem gradu conſanguinitatis iunguntur fundatori.*

8 *Ratio eſt, quia verba fundatoris omnibus de gente conueniunt.*

9 *Iuſpatronatus ſi à principio fuit nominatim relictũ pluribus, vt ſingulis, & eorum deſcendentibus, tunc vniuſcuiſq; deſcendentes ſuccedunt in ſtirpes.*

10 *Gratia Apoſtolica cum derogatione medietatis vocũ patronorum dicitur ſubreptitia, ſi Papæ non fuit narratum Beneficium eſſe debitum Clericis de genere fundatoris, quia Papa derogando medietati vocum, non cenſetur velle præiudicare vocatis ex lege fundationis.*

11 *Remiſſoria tanquam calumnioſe petita denegatur ei qui potuit examinare teſtes in partibus vbi lis fuit agitata, & de facili poterant haberi probationes.*

12 *Remiſſoria non datur in cauſis Beneficialibus ſine fumo.*

13 *Cauſa dicitur Beneficialis ſi principaliter contenditur inter prouiſos de titulo beneficij, incidenter autem de pertinentia Iuriſpatronatus.*

DECISIO CCVI.

IOANNES Rojo deſtitutus exceptione recurſuum ad Iudices Laicos alias obiecta contra Ioannem Gargallo, nec non pertinẽtiæ Iuriſpatronatus ad Iuſtitiam, & Iurato Oppidi de Linares quarum alteram Rota reiecit, vt in deciſionibus æditis coram me 22. Iunij, & 4. Decembris 1643. alteram ſemel, vt in deciſione ſub die 25. Nouembris 1644. produxit nuper articulos, ac petijt remiſſoriã ad probandum, quod Franciſcus Sanchez eſt filius Michaelis, ac Theodora eſt hæres Ludouici Sanchez, qui Michael, & Ludouicus erant in quaſi poſſeſſione præſentandi vna cum Gaſpare Seniore, eamque probationem ſibi prodeſſe ad victoriam aſſerebat, quia eſt ſit præſentatus à prædictis Frãciſco, & Theodora iuſtificabat exindè gratiam Apoſtolicam obtentam ſub narratiua præſentationis de ſe factæ à medietate patronorum.

Sed proteſtante aduerſario ne remiſſoria concederetur, propoſui hodie dubium, an illa ſit danda, & negatiuè reſponſum fuit, quia computata etiam voce Franciſci, ac Theodoræ, Rojo non habet medietatem vocum prout Papæ narrauit. Suppoſito enim, quod agatur de Iurepatronatu gentilitio, vt firmat prima deciſio, & colligitur ex verbis fundationis, cum non fuerit reſeruatum ſimplici-
1 ter † pro deſcendentibus diuerſarum perſorum in quibus terminis hæreditarium eſſe dixit *Rot.deciſ.275.num.4. & ſeqq. deciſ.280.num.8. & ſeqq. part. 7. rec.* ſed pro parentibus propin-
2 quioribus ſibi in genere, vel parentela † per lineam maſculinam dumtaxat deſcendentibus, & in illorum defectum pro deſcendentibus ex linea fæminina, & vtraque linea deficiente pro Officialibus Oppidi de Linares, quæ verba demonſtrant fundatorem voluiſſe Iuſpatronatus pertinere ad agnationem, & familiam donec aliquis ex ea ſupereſſet, vt per *Lambert. de Iurepatr.lib.1.part.2.quæſt.2.art.8 & ſeqq. Lotther. de re benef.lib.2. quæſt.11.num.3. Seraph.deciſ.364.num.1. & ſeqq. deciſ.378.num.3.*

Suppoſito etiam, quod de anno 1606. tres adeſſent patroni, nempè Ludouicus, Michael, & Gaſpar Senior, quodque ex Gaſpare Seniori progeniti fuerint Gaſpar Iunior, Valerius, Ioannes, & Hieronyma, ſequitur primò, quod vox Theodoræ, quæ fuit vxor & hæres Ludouici, vt ipſemet aduerſarius alias articulauit, & enunciatur in conſenſu ad eiuſdem aduerſarij fauorem per illam preſtito, ac deponit primus teſtis examinatus in partibus non ſit computanda inter voces patronorum
3 quia vxor ſucceſſoris in patronatu † non ſuccedit in Iurepatronatus gentilitio cum non ſit de genere, & conſanguinitate fundatoris, ſed affinis *cap. non debet de conſang. & affin. Tiraquell. de retract.lignag.§.1.gloſſ.9.num.20.Sanch. de matrim. lib.7. diſp.64. num.3.* nec admittatur
4 hæres vnius ex patronis, † dum ſuperſunt alij de agnatione fundatoris *Couarr. var.reſol.lib.2. cap.18.num.10.Molin.de primog.lib.1.cap.24.n.31 Garz. de benef.part.5. cap.9.num.69. Lotther. de re benef.lib.2.quæſt.11.num.6. & ſeqq. Sanch. reſponſ. moral.lib.2.cap.3.dub.92.num.3. Seraph.deciſ.364. num.9. & deciſ.378. num.8.* quicquid ſit in hæ-
5 rede † vltimi agnati, vt ex *Ancar.conſ.81. benè diſtinguit Rot. in Florentina Iuriſpatronatus 20. Decembris*

cembris 163 2. coram bon.mem. Merlino, & gratis dicitur Iuſpatronatus de anno 1606. fuiſſe effectum hæreditarium, cum tunc præſentauerit Gaſpar Senior, quem fuiſſe de genere fundatoris probant teſtes, vt in deciſionibus hactenus editis nec Iuſpatronatus † eſſe poſſit
6 pro parte gentilitium, & pro parte hæreditarium *Rot.deciſ.336.num.4. part.5.recent.* & fundator in defectum conſanguineorum ſubſtituerit officiales oppidi de Linares.

Secundò, quod defunctis præfatis Ludouico, Michaele, & Gaſpare Seniore, Iuſpatronatus diuiſum fuerit in plures voces, quarum vnam habet Franciſcus Michaelis filius, & author aduerſarij, alias habent Gaſpar, & Valerius filij Gaſparis Senioris, qui præſentarunt Gargallum: nam Iuſpatronatus gentili-
7 tium † deficientibus proximioribus in gradu non defertur ad ſequentes in ſtirpes, ſed in capita quando, vt in caſu noſtro, omnes eodem gradu conſanguinitatis iunguntur fundatori *Bald. in l.2. ſub num.4.verſ.ſicut eſt Iuſpatronatus Cod. ſuis & legit.hæred. Gabr.conſ.190.ſub num.4.verſ. ſin fuerit lib.2.Alex. de Neuo conſ.63. num. 3. & ſeqq. Lotther. de re benefic. d. quæſt. 11.
8 num. 125.* vbi dicit rationem, † quia verba fundatoris omnibus de gente conueniunt *Viuian. de Iurepatr.lib.4.cap.9.num.19.Rot.dec.251. num.5.part.2.recent.deciſ.280.num.4.part.7. deciſ. 183.num.16. coram bo.me. Buratto, & in Piſtorien. Parochialis 9. Feb. 1624. coram bo. me. Merlino,* quicquid dicẽdum eſſet ſi Iuſpatronatus fuiſ-
9 ſet à principio relictum nominatim † pluribus perſonis, vt ſingulis & eorum deſcendentibus, quo caſu deſcendentes vniuſcuiuſque ſuccedere in ſtirpes dixit *Rot. deciſ.2. num.1. & per tot.par.7.recent.*

Non itaque releuat probaſſe, quod Theodora ſit vxor, & hæres Ludouici, & Franciſcus filius Michaelis; quia adhuc Gargallus habet maiorem partem vocum cum ſit præſentatus à Gaſpare Iuniore, & Valerio filijs Gaſparis Senioris penes, quos duæ voces patronatus reſidebant. Et vlterius irreleuantia articulorum detegitur, quia ex lege fundationis Beneficium debetur Clericis de genere fundatoris, quod Rojo non expoſuit Papæ, vt neceſſe erat, & alioquin gratia Apoſtolica
10 tanquam ſubreptitia † non ſuffragatur, quia Papa voluit quidem derogare medietati vocum patronorum, non tamen præiudicare vocatis ex lege fundationis, quam ignorabat *Caſtropal. oper.moral.to.2.tract.13. diſp.2. punc. 1. ſub.num.17.Lotther. de re benef.lib.1.quæſt.34.n.17 Seraph. deciſ. 1403.num.3. & fuit deciſum in Terraconen. Beneficij 10. Ianuarij 1639. coram R.P.D mco Carillo, & in Gerunden.Beneficij 27.Iunij 1644 coram me.*

Se autem eſſe de genere fundatoris Rojo nec probauit, nec articulauit, niſi heſterna die poſt quam inter informandum articulos antea productos audiuit eſſe irreleuantes, quod
11 calumniæ non leuem ſuſpicionem ingerit, † maximè, quia nuſquam id articulauit ſpatio plurium annorũ quibus per tres inſtantias lis agitata fuit in partibus, vbi de facili poterant haberi probationes, *vt per Veſtr. in prax. lib. 6. cap. vlt. num. 3. verſ. idem ſi cauſa Caputaq. deciſ. 63. in princ.part.3.Buratt.deciſ.23.num.2.* nec hu-
12 ius articuli fumus aliquis hodie datur, vt pro obtinenda remiſſoria requiritur in cauſis beneficialibus *Mandoſ. in prax. commiſſ. formul. 25. verbo remiſſoriam verſ. non tamen Coccin.deciſ.165 num.6.Buratt.deciſ.23.num.4.deciſ.28.num.4.* qualis eſt hæc in qua principaliter contenditur in-
13 ter prouiſos de titulo beneficij † incidenter autem de pertinentia Iuriſpatronatus *Buratt. deciſ.59.num.12.Adden.ad ſa.me.Greg.XV.dec.174 ſub num.7.vbi refert deciſum in Lucana Iuriſpatronatus 19. Ianuarij 1611. coram bo.me. Penia.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE SPIRITIBVS.

Veneris 17. Februarij 1645.

ARGVMENTVM.

Diuiſio bonorum inter filios facta à Patre per viam contractus operatur translationem dominij in filios, quando ex verbis ipſius diuiſionis conſtat de voluntate Patris dominium transferendi, & ex quibus dominium translatum cenſeatur? Diuiſio quando ſortitur naturam contractus, nihilominùs fideicommiſſum in eo conſtitutum retinet naturam vltimæ voluntatis, itaut poſſit deinde Pater, qui bona diuiſit fideicommiſſum conſtitutum alterare in præiudicium vocatorum, quod tamen declara non procedere, quando dominium fuit irreuocabiliter pleno Iure in filios à Patre translatum, tunc enim fideicommiſſum alterare non poteſt in præiudicium vocatorũ. Donatio inter viuos facta à Patre filio ſtante Iuramento ſubſtinetur, quamuis de Iure non valeat. Inſinuatio non requiritur in donatione ob cauſas reſpicientes commodum donantis.

SVMMARIVM.

1 *Pater diuidendo bona inter filios non cenſetur illa donaſſe, ſed conceſſiſſe in peculium ad regimen, & adminiſtrationem quo caſu talis diuiſio ſortitur naturam vltimæ voluntatis.*

2 *Itant poſſit Pater deinde de dictis bonis ad libitum diſponere.*

3 *Limita non procedere quando ex verbis diuiſionis apparet Patrem bonorum dominium ex tunc in filios transferre voluiſſe per viam contractus inter viuos.*

4 *Dominium fuiſſe in diuiſione in filios translatum reſultat ex verbis prohæmialibus diuiſionis, ex quibus apparet Patrem ad diuiſionem deueniſſe ad ſedandas inter filios diſcordias, quod ſequi non poteſt, niſi mediante translatione dominij in filios, quia communio parit diſcordias.*

5 *Item ſi Pater proceſſit in diuiſione per viam aſſignationis, nam verbum* aſſignare, *vbi materia patitur eſt translatiuum dominij.*

6 *Item ſi Pater in diuiſione certam ſummam ad effectum teſtandi ſibi reſeruauit, quod denotat dominium penes ſe non remanſiſſe.*

7 *Item ſi filios teneri voluit ad ſoluendum eius debita ad quæ filij non tenerentur ſi dominium bonorum penès Patrem remanſiſſet.*

8 *Item ſi in caſu inobſeruantiæ contentorum in diuiſione reſeruauit ſibi regreſſum ad bona diuiſa, quod ſupponit abdicationem dominij à Patre, & translationem in filios.*

9 *Item ſi in diuiſione fuit adiectum pactum, quod filij ſtare debeant taciti, & contenti portione ſibi aſſignata, ex quo reſultat argumentum translationis dominij.*

10 *Item ſi fuit adiecta clauſula* omni meliori modo, *nam tunc melior modus diſponendi ad effectum tollendi inter filios diſcordias eſt per viam tranſlationis dominij, & contractus inter viuos.*

11 *Diuiſio inter filios licet ſortiatur naturam contractus, fideicommiſſum tamen in diuiſione à Patre conſtitutum retinet naturam vltimæ voluntatis. Declara vt num. 16.*

12 *Contractus inter viuos initus in teſtamento retinet naturam contractus irreuocabilis, neque regulatur ſecundum vltimas voluntates.*

13 *Fideicommiſſum quando eſt conſtitutum in contractu, quia retinet naturam vltimæ voluntatis poteſt alterari, non ſecus ac ſi in teſtamento fuiſſet relictum, & in dubio præſumitur eodem modo fuiſſe relictum, niſi forma actus præcisè repugnet teſtamento, nu. 15. Declara, vt n. 21.*

14 *Verbum* ſuccedat *regulariter denotat ſucceſſionem hæreditariam, Declara vt nu. 20.*

16 *Fideicommiſſum conſtitutum in contractu licet retineat naturam vltimæ voluntatis, non tamen ad effectum reuocabilitatis, quando repugnat naturæ ipſius contractus.*

17 *Dominium in diuiſione ſi fuit in filios à patre tranſlatum irreuocabiliter, & pleno Iure, illud amplius reuocari, aut minui non poteſt in præiudicium filiorum, nec minus aliorum vocatorum, pro quibus tam ipſi filij, quam Notarius ſtipulati fuerunt.*

18 *Et talis dominij tranſlatio in filios per actum habentem effectum de præſenti ſtatim ademit Patri omnem facultatem amplius de bonis diuiſis diſponendi.*

19 *Dominium eiuſdem rei penès duos inſolidum eſſe non poteſt eodem tempore.*

20 *Ius ſuccedendi poteſt etiam in contractum deduci, & in contractibus fieri poſſunt ſubſtitutiones, quæ non regulentur ſecundum regulas vltimæ voluntatis.*

22 Bartol. in l. qui Romæ §. Flauius ff. de verb. oblig. *communiter reprobatur.*

23 *Donatio reuocari nequit à donante abſque conſenſu eius, pro quo fuit ſtipulata.*

24 *Donatio inter viuos, inter Patrem, & filium de iure non tenet, nam donatum filio à Patre, ſtatim ad Patrem reuertitur.*

Fallit quando donatio eſt munita iuramento, numer. 26.

25 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 150. *requirit in donatione inſinuationem, ac alias ſolemnitates.*

27 *Limita non procedere in donatione ob cauſam, quæ reſpicit commodum donantis.*

28 *Teſtator ſi in codicillis mandauit, quòd bona remaneant inter filios diuiſa, prout ab eo diuiſa fuerunt cenſetur confirmaſſe etiam fideicommiſſum, prout fuerat in diuiſione diſpoſitum.*

29 *A Prioribus codicillis cenſetur Teſtatorem receſſiſſe, ſi in vltimis contrarium diſpoſuit, prout diſpoſuerat in primis.*

DECISIO CCVII.

DVM agebatur de expeditione cauſæ iuxtà Deciſiones hactenùs æditas cecidit dubitatio ſuper portione Paſqualis, cuius Erminiæ eius vxori, donec viueret reliquerat Ioannes fideicommittens vſumfructum in Codicillis, negabat namque Michael potuiſſe Ioannem relinquere dictum vſumfructum per Codicillos in præiudicium vocatorum ad fideicommiſſum, quod longè ante idem Ioannes conſtituerat in contractu diuiſionis factæ inter filios, ex allegatis in deciſione edita 22. Maij 1643. coram me. Affirmabat verò Erminia, quia cum Pater diuidendo bona
1 inter filios, † non cenſeatur illa donaſſe, ſed
conceſſiſſe in peculium ad regimen, & administrationem filiorum habuit ea diuiſio vim vltimæ voluntatis, *l. ſi filiæ §. ſi Pater ff. famil. erciſc. l. quoties Cod. eod. l. ſi Pater Cod. inoff. donat. Honded. conſ. 59. num. 24. & ſeqq. lib. 1. Put. deciſ. 84. num. 1. lib. 2.* ac potuit Pater de † eiſdem
2 bonis teſtari ad libitum, & codicillando alterare fideicommiſſum annexum diuiſioni, *l. certum l. filius quem habentem Cod. famil. erciſc. Cephal. conſ. 494. num. 26. cum alijs allegatis per Fuſar. de ſubſt. q. 633 n. 6. & ſeqq.*

Ideò ſuper hoc articulo placuit audire partes eoque hodie propoſito reſponſum fuit cõtra Erminiam ſcilicet illi vſumfructum non competere; ſupradicta enim regula pro reuocabilitate diuiſionis adducta limitatur, quan-
3 do ex verbis diuiſionis † apparet voluiſſe Patrem bonorum dominium ex tunc in filios transferre per viam contractus inter viuos, *Grat. conſ. 7. nu. 42. lib. 2. Pariſ. conſ. 33. nu. 40. lib. 3. Honded. conſ. 59. num. 2. lib. 1. Put. deciſ. 84. ſub nu. 1. lib. 2. in corr. Rot. deciſ. 633. n. 3. par. 3. rec.*

Et nos verſari in caſu limitationis demonſtrant verba tùm prohemij in quo dicitur Patrem deuenire ad diuiſionem ad tollendas di-
4 ſcordias, † quæ inter filios poſſent oriri, quod non ſequeretur, niſi bonorum dominium ſtatim in filios tranſijſſet, quia communio pareret diſcordias, vt in his terminis ponderat, *Corn. conſ. 228. num. 10. lib. 4. Pariſ. d. conſ. 33. n. 17. Emilian. conſ. 39. nu. 7. poſt med. & num. 8. Rot. d. deciſ. 633. nu. 2.*

5 Tum partis diſpoſitiuæ, nam præter verbum *aſſignauit*, † quod vbi materia paritur eſt translatiuum dominij, *Pariſ. d. conſ. 33. num. 26. & 27. Corn. d. conſ. 228. num. 11. Rota d. deciſ. 633. ſub num. 2. & deciſ. 647. nu. 7. coram bo. me. Caualer.* idem colligitur, quia Pater reſeruauit ſibi
6 ſcuta centum cauſa teſtandi, † quod incongruum eſſet ſi dominium omnium bonorum penès ſe retinuiſſet, vt tradunt *Emilian. d. conſil. 39. num. 11. verſ. quinto apertius Pariſ. d. conſ. 33. num. 31. Oſaſch. deciſ. 125. ſub nu. 4. verſ. & vlterius,*

Se-

Seraph. deciſ. 258. *nu.* 3. Item obligauit filios ad
7 ſoluenda debita † ad quæ ſanè non tenerentur
ſi dominium bonorum remanſiſſet penès
Patrem *Emilian.d.conſ.* 39. *num.* 8. *verſ.addo Ruin.
conſ.* 187. *num.* 8. *lib.* 2. *Corn.d.conſ.* 228. *ſub num.* 11.
verſ.item ad ſoluendum, & nu. 15. *lib.* 4. Necnon
voluit ſibi per filios ſolui meſtrua ſcuta octo,
& concedi habitationem tàm ſibi, quàm alteri
filiæ in domo diuiſa, & quod plus eſt in
caſum inobſeruantiæ † reſeruauit ſibi regreſ-
8 ſum ad bona diuiſa: regreſſus enim ſupponit
dominij abdicationem à Patre, ac translationem
in filios, vt in his terminis *Rot.d.dec.* 633.
nu. 4. *par.* 3. *recent.* Accedit pactum, † quod filij
9 ſtare debeant taciti, & contenti portione ſibi
aſſignata, vndè argumentum translationis dominij
deſumit *Corn.d.conſ.* 228. *ſub n.* 11. *verſ.pro
quo etiam Pariſ.d.conſ.* 33. *n.* 43. necnon clauſula
10 *omni meliori modo*, † melior namque modus
diſponendi inter filios præſertim ad effectum
quem Pater meditabatur, tollendi occaſiones
diſcordiarum eſt per viam translationis dominij,
& contractus inter viuos, vt in terminis
aduertit *Emilian.d.conſ.* 39. *num.* 10. *Pariſ.
d.conſ.* 33. *nu.* 28. *Corn.d.conſ.* 228. *num.* 11. *verſ.coadiuuantur,
Facchin.conſ.* 35. *ſub num.* 15. *lib.* 1. *Seraph.dec.* 258. *n.* 4. *Rot.d.dec.* 633. *n.* ? *in fin.par.* 3. *rec.*

11 Non obſtat, quod licet diuiſio ſortiatur naturam
contractus, † fideicommiſſum tamen
ibidem conſtitutum retineat naturam vltimę
voluntatis, *Peregr.conſ.* 65. *num.* 16. *lib.* 1. *Decian.
conſ.* 1. *nu.* 24. *nu.* 27. *& nu.* 51. *lib.* 4. *Fuſar.de ſubſtit.
quæſt.* 14. *num.* 9. *Grat.diſcept.* 247. *num.* 21. ſicuti è
conuersò contractus inter viuos initus in te-
12 ſtamento † retinet vim, & naturam contractus
irreuocabilis, neque regulatur ſecũdum
vltimas voluntates, *Oldrad.conſ.* 114. *n.* 2. *Decian.
d.conſ.* 1. *num.* 52. *Grat.d.diſcept.* 247. *num.* 23. itaut
Pater potuerit adhuc alterare fideicommiſſũ
13 relinquendo vſumfructum Erminiæ in præiudicium
vocatorum, non ſecus ac ſi in teſtamento
fideicommiſiſſet, vt in fortioribus terminis,
Bart. in l qui Romæ §. *Flauius ſub num.* 1.
verſ.tu dic ff.verb.obligat.Cuman.ibid.num. 5. *& alij
relati per Gabr.de donat. concl.* 5. *nu.* 1. Præſertim
14 quia illos vocauit per verbum *ſuccedant*, quod
regulariter denotat ſucceſſionem hæreditariã,
vt in puncto *Decian.d.conſ.* 1. *ſub numer.* 16. *&* 17.
ac voluit fideicommiſſariam diſpoſitionem
ſortiri effectum, ac ſi facta fuiſſet in teſtamen-
15 to, † quod etiam in dubio præſumitur, niſi
forma actus præcisè repugnet *Mant. de coniect.
vltim.volunt.lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 12. *Rot.deciſ.* 623. *ſub
nu.* 7. *verſ.tamen par.* 4. *rec.*

Quia quicquid ſit an fideicommiſſum initum
in contractu retineat naturam vltimæ
voluntatis ad alios effectus de quibus loquũtur
Decianus, alijque allegati in obiecto, ſanè
quod retineat in caſu noſtro ad effectum reuocabilitatis
† repugnat naturæ ipſius diuiſio-
16 nis per quam cum fuerit dominium bonorum
irreuocabiliter, & pleno iure ab initio
17 translatum in filios † ſicuti incompoſſibile
eſt, quod illud reuocari, aut minui potuerit
in præiudicium filiorum, *l.perfecta donatio Cod.
donat.quæ ſub mod.l.* 2. *Cod.reuoc.donat.* Ita in præ-
iudicium aliorum vocatorum, pro quibus
ipſi filij, necnon Notarius ſtipulati fuerunt,
ea enim ſtipulatio importat contractum irreuocabilem,
Dec.conſ 196. *num.* 3. *Lamberteng.de
contract.gloſſ.* 22. *num.* 8. *in fin.Grat.diſcept.* 751. *ſub
num.* 6. Ac translatio totalis dominij in filios
18 per actum habentem effectum † de præſenti
ſtatim ademit Patri omnem facultatem ampliùs
de eiſdem bonis diſponendi præterquam
pro ſumma ſibi reſeruata *Oſaſch.deciſ.* 125. *ſub
num.* 5. *verſ.non obſtat Caputaq.dec.* 275. *nu.* 1. *par.* 1.
Seraph.dec. 258. *n.* 5. nam dominium dictorum
19 bonorum † non potuit eodem tempore reperiri
in ſolidum penès Patrem, & penès filios,
l.ſi vt certo §. *ſi duobus vehiculum ff. commod. l.* 3.
§. *ex contrario ff.acquir.poſſeſſ.Gomeſ.in l.* 45. *Thaur.
num.* 98. *Ann.allegat.* 41. *nu.* 3. *Surd.deciſ.* 288. *n.* 22.
Gamm.deciſ.Luſit. 244. *n.* 1.

Ad coniecturam deſumptã ex verbo ſuccedat
reſpondetur *cum Seraph.dec.* 258. *nu.* 7. quod
Ius ſuccedendi poteſt etiam in cõtractũ dedu-
20 ci, & in contractibus poſſunt fieri ſubſtitutiones,
quę non regulentur ſecundùm regulas vltimę
volũtatis, *Surd.dec.* 144. *n.* 21. *in fin.Peregr.de
fideic.ar.* 51. *n.* 1. alia autẽ verba exaduerſo ponderata,
quod fideicommiſſaria diſpoſitio ſortiri
debeat, ac ſi facta fuiſſet † in teſtamento
21 adiecta fuerunt ad abundantiorem cautelam
& pro fauorabiliori executione fideicõmiſſi,
ideoque diſpoſitionem ipſam non reſtringunt
ſtantibus præſertim alijs verbis ſupra, & infra
appoſitis importantibus diſpoſitionem inter
viuos irreuocabilem, vt in fortioribus terminis,
Corn conſ. 228. *nu.* 14. *verſ.& licet lib.* 4. *Pariſ.
conſ.* 33. *nu.* 41. *lib.* 3.

Non obſtat doctrina *Bartol. in l. qui Romæ*
§. *Flauius ff. verb. obligat.* quia communiter re-
22 probatur † cum non liceat donatori donationem
reuocare † abſque conſenſu eorum pro
23 quibus fuit ſtipulata, vt in ſpecie explicat
Couar.var.reſol.lib. 1. *cap.* 14. *nu.* 9. *Roſental.de feud.
cap.* 7. *concl.* 7. *num.* 12. *&* 13. *Grat diſcept.* 247. *n.* 7.
Menoch.conſ. 92. *nu.* 77. *&* 78. *& conſ.* 1153. *num.* 54.
Rot.dec. 44. *n.* 20. *par.* 6. *rec.*

Rursùs non obſtat, quod fideicommiſſum
& ipſa diuiſio valere non poſſit in vim dona-
24 tionis inter viuos ob impoſſibilitatem iuris
communis, eo quod inter Patrem, & filium
non cõſiſtit obligatio, & donatum filio à Patre,
ſtatim ad patrẽ reuertitur *gloſ.in l.ſi ancillam*
§. *ſi Pater ff.pro ſuo Pariſ.conſ.* 24. *nu.* 60. *lib.* 2. *Natt.
conſ.* 273. *num.* 2. *Io.Franc.à Ponte conſ.* 19. *num.* 11.
vbi infert, quod huiuſmodi donatio eſt reuocabilis,
& num. 13. *Oſaſch.deciſ.* 125. *num.* 2. & ob
25 defectum inſinuationis, † ac aliarum ſolemnitatum
quas requirit *Statut.Vrbis lib.* 1. *c.* 150
26 Quia Iuris communis impoſſibilitas ceſſat
propter iuramentum † donationi appoſitum,
Iaſ.in l.frater à fratre ſub num. 44. *verſ.* 7. *limita ff.
cond.indeb.Clar.in* §. *donatio quæſt.* 8. *num.* 8. *verſ.ſed
quæro Grat.diſcept.* 82. *nu.* 7. *& ſeqq.* vbi de veriori,
& magis communi *Cancer.var.reſol. tom.* 3.
cap. 21. *num.* 105. *Oſaſch.d.deciſ.* 225. *nu.* 5. *&* 6. *Coccin.deciſ.*
379. *num.* 5. *Caualer.deciſ.* 647. *num.* 9. *& in
terminis Pariſ.d.conſ.* 33. *num.* 35. Cumque verſemur
in donatione facta ex cauſa ſedandi di-

ſcordias, & cum onere ſoluendi æs alienum donatoris, eidemque ſoluendi menſtrua ſcuta octo pro alimentis donec viueret, necnon tàm ipſi, quàm filiæ habitationem præſtandi in propria domo, ac vlterius cum onere fideicommiſſi, & expreſſa prohibitione alienationis bonorum pro conſeruatione agnationis ipſius donatoris, quæ omnia eiuſdem com-
27 modum reſpiciunt, † non fuit opus inſinuatione, ac ſolemnitatibus ſtatutarijs, quæ requiruntur quidem in donatione ſimplici, non autem in ea quæ facta fuit ob cauſas reſpicientes commodum donantis, *Ludou. Bellon. in terminis diuiſionis factæ inter filias cum onere ſoluendi æs alienum conſ. 129. nu. 15. & nu. 21. in fin. Coccin. dec. 433. nu. 5. & ſeqq. Buratt. dec. 7. num. 7. & 8. Rot. inter recent. dec. 118. ſub num. 10. part. 6. recent. & in Romana Viridarij 19. Februarij 1590. coram bo. me. Orano impreſſ. apud Fenſon. ad Stat. Vrb. dec. 133. in Romana Bonorum de Ottonibus 17. Febru. 1623. coram bo. me. Remboldo.*

Sed præterea tollunt omnem difficultatem nouiſſimi Codicilli Ioannis, in quibus mandando, quod bona remaneant diuiſa eo modo, & forma, prout per ipſum Codicillantem
28 fuerant diuiſa † in Inſtrumento diuiſionis rogato de anno 1605. cenſetur confirmaſſe, ac repetijſſe fideicommiſſum, prout fuerat in diuiſione diſpoſitum *Natt. conſ. 476. num. 4. & 5. Bellon. Iun. conſ. 15. ſub num. 37. Peregr. conſ. 63. n. 7. lib. 3. Menoch. conſ. 452. nu. 11.* & per conſequens receſſiſſe à prioribus Codicillis † ac legato
29 vſusfructus ibidem Erminiæ relicto, *l. 3. Cod. Codicillis §. poſteriore Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm. Pariſ. conſ. 10. numer. 3. & ſeqq. lib. 3. Surd. conſ. 230. num. 11. & ſeqq.*

Et ità deciſum vtraque parte Informante.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 3. Martij 1645.

Argumentum deſume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Productio facta ad vnum finem non debet trahi ad alium diuerſum.*
2 *Solidatio ſecunda inter auſaſtos non comprehendit præcedentem ſolidationem ſi ab ea eſt omninò diſtincta, ac diuerſa, & diuerſitas ex quibus deſumatur?*
3 *Extractio Iurium lite pendente ſine compulſoria, & citatione partis fidem non meretur.*
4 *Referens non attenditur, non exhibito relato.*
5 *Scriptura, quam quis impugnauit, poſtea vti non poteſt.*

DECISIO CCVIII.

POSTQVAM præuijs duabus deciſionibus editis de menſe Maij, ac Decembris anni præteriti, Rota mihi demandauerat, vt cauſam expedirem. Mignotti ſub ipſa die qua cadebat citatio ad videndum expediri, & exequi mandatum ab A. C. relaxatum produxerunt noua iura ſuper quibus, & alijs poſtmodùm productis placuit DD. audire partes, eratque cauſa reproponenda ſub die 17. Februarij proximè præteriti, ſed inſtantibus Mignottis, vt differetur propoſitio ad hanc Rotam, quæ eſt prima poſt cineres, hodie tandem deciſionibus vt ſupra editis reuocatis ad trutinam, in eiſdem ſtandum eſſe reſponſum fuit ex rationibus tunc deductis.

Quas non euertit compendium effectuum ſocialium compilatũ de anno 1636. inter Mignottos, & Laſſagnos, quod nuper productum fuit inferendo ex inde quod cum negotium particulare inter partes prædictas ſolidatum fuiſſet de anno 1636. ſolidatio deinde ſubſecuta de anno 1638. ex qua Laſſagni agunt, non debet ad idem referri, ſed ad nouam ſocietatem de eodem anno 1636. initam etiam cum Ceannono, & per conſequens cadit ſub generali ſolidatione facta anno 1640.

Animaduertendum enim eſt, quod ante annum 1636. duo vigebant negotia, ſeù ſocietates. Altera in Ciuitate Neapolis inter Laſſagnos, Mignottos, & Ceannonum, altera Romę inter Laſſagnos, & Mignottos tantum, vtraque deindè confuſa fuit, & ad vnam redacta de anno 1636. duraturam ad biennium, & quoniam pro Capitali huius noui negocij ponebantur effectus pręcedentium ſocietatum Vrbis, & Neapolis, propterea vt quale eſſet Capitale huiuſmodi liquidaretur initum fuit compendium vtriuſque ſocietatis, & ſtatus ſocietatis Neapolis liquidatus in libris 36000. ſtatus ſocietatis Romæ in libris 45000. Itaque compendium anni 1636. exaduerſo productũ
1 continet † ſtatum negotij Romæ particularis inter Laſſagnos, & Mignottos ad effectum ſciendi ad quam ſummam aſcenderet, vt eadem poneretur pro Capitali in nouo negotio, tunc inito cum Ceannono, ſed non continet computa dati, & accepti inter ipſos Laſſagnos & Mignottos, nec debet trahi vltrà effectum ad quem emanauit *Marſil. in rubr. Cod. probat. num. 88. Salyc. in l. 1. ſub num. 24. verſ. eſt enim Cod. confeſſ. Tiraquell. tract. res inter alios act. limitat. 1. in fin. verſ. & id quidem Surd. conſ. 311. num. 67. & deciſ. 250. nu. 6. Rot. inter impreſſ. apud Ciuc. de cenſib. deciſ. 148. nu. 14.*

Atque ideo Mignotti, & Laſſagni de anno 1638. deuenerunt ad particularem ſolidationem dati, & accepti inter ipſos, in qua penès Mignottos compertum fuit remanere ex pecunijs ſocialibus libras 6637. de quibus
2 agitur, dictaque ſolidatio † nullatenùs referri poteſt ad nouum negotium initum de anno 1636. cum Ceannono ad quod tamen refertur ſolidatio anni 1640. quàm eſſe à præcedẽti penitùs diſtinctam conuincunt ſubſcriptiones ipſæ partium continentes præſeruatiuam præcedentis ſolidationis anni 1638. diuerſitas, tùm perſonarum, cum in prima non interueniat Ceannonus, tùm negotiorum, quia ſecunda eſt reſtricta *alle Compagnie di Roma*, & inter partitas ſuper quibus fundatur, non adeſt partita dictarum librarum 6637. quę ex prima ſolidatione pertinet ſolùm ad Mignottos, &

Laſ-

Laſſagnos, vt latiùs in deciſionibus præteritis.

Alia pariter ſcriptura nuper producta intitulata reſtrictus rationum, vt aſſeritur exhibitarum coram Iudicibus Ciuitatis Tiers per q. Ioannem Laſſagnam, nullius viſa eſt momenti. Primò quia vtī extracta lite pendente in Rota † ſine compulſoria, ac citatione
3 partis fidem non meretur *Dec. in auth. ſi quis in aliquo num. 9. & 10. Cod. eden. Rot. deciſ. 1. de fid. Inſtrum. in nou. Mohed. dec. 8. eod. tit. ſan. me. Greg. XV. dec. 469. ſub n. 4. Buratt. dec. 338. ſub n. 1.*

Secundò quia præfatum compendium, ſeù reſtricto compilatum fuit à quibuſdam mercatoribus deputatis ſine citatione partis, nec eſt perfectum, neque continet rationes per extenſum, prout reperiuntur deſcriptæ in folio vt aſſeritur pèr q. Ioannem Laſſagnum exhibito, ſed compendioſè, ac per relationem,
4 & proindè attendi non debet, † niſi exhibeatur integrum relatum, ex quo ſenſus ſcribentis, & rei ipſius veritas clariùs dignoſci poſſit, vt notant Doctores *in d. Auth. ſi quis in aliquo Cod. eden. & Rot. deciſ. 162. nu. 11. verſ. vlterius par. 1. recent. deciſ. 58. num. 4. part. 2. deciſ. 75. num. 7. verſ. denique part. 4. deciſ. 754. num. 3. coram bo. mem. Buratto.*

Cumque Mignotti illud non acceptauerint ſed expreſsè impugnauerint, tanquam mendoſum, & erroneum, vt legitur in atteſtatione Officialis ibidem regiſtrata, ibi, *per i quali hanno trouato molti mancamenti, & errori, &c.* & ibi, *ſenza nondimeno approuarlo nello ſtato che è per raggione delli mancamenti errori, & omiſſioni, &c.*
5 non poſſunt ſuper eo vti vero † ſuam intentionem fundare *cap. ex eo de reg. Iur. in 6. cap. cum olim, & ibi Abb. in 6. de cenſib. Surd. conſ. 151. n. 93. & ſeqq. Buratt. deciſ. 46. num. 11.* & inter cætera ſanè erroneum depræhenditur, quia capitale poſitum de anno 1632. calculat in libr. 40800, cum tamen ex Inſtrumento appareat librarum 45000. Vel in omnem euentum è medietate librarum 6637. demptis libris 312. quarum Laſſagni conſtituuntur debitores in dicto compendio, adhuc Mignotti remanent debitores librarum ferè 3000.

Et ità deciſum Informantibus ſolùm Laſſagnis, quia Mignotti, etſi ad hanc Rotam differri propoſitionem, vt ſupra ſupplicaſſent nouas nihilominus dilationes prætexere non deſtiterunt.

CRACOVIEN. DECIMARVM.

Lunæ 13. Martij 1645.

Argumento non eget.

SVMMARIVM.

1 *Parochus habet intentionem fundatam in diſpoſitione Iuris communis ſuper Decimis prædiorum intra fines Eccleſiæ Parochialis exiſtentium.*

2 *Quaſi poſſeſſio exigendi Decimas ex quibus probetur?*

3 *Præſcriptio contra Parochum debet concludenter probari, & cum ſit facti non præſumitur.*

DECISIO CCIX.

INFORMANTES pro Monacis Ciſtercienſibus, contra quos ſub die 6. Februarij proximè præteriti emanauit deciſio ad fauorē Plebani Eccleſiæ Parochialis loci de Glogoizouu obtinuerunt iterum audiri, ſed hactenùs expectati nihil deduxerunt, ideoque repropoſui hodie cauſam informante ſolùm Plebano, cui deberi decimam prædialem Prædij loci de Glogoizouu rurſùs deciſum fuit, quia habet intentionem fundatam in diſpoſitione iu-
1 ris communis † ſuper decimis omnium prædiorum intra fines Eccleſiæ Parochialis exiſtentium, & vlteriùs ſuper hoc ipſo prædio eſt in quaſi poſſeſſione exigendi decimam, † vt
2 probauit per teſtes, concurrit etiam ſententia lata vſque de anno 1498. contra eoſdem Monachos Ciſtercienſes, vt latiùs habetur in prima deciſione.

Neque pro parte Monachorum probatur contraria præſcriptio, vel priuilegium, vt de-
3 bet, quia cum ſint facti non præſumantur, † vt de præſcriptione tradit *Abb. conſ. 82. ſub num. 6. lib. 1. Pariſ. conſ. 27. num. 89. lib. 1. Aym. conſ. 201. ſub num. 29. Bald. conſ. 450. num. 2. lib. 4. & de priuilegio Dec. in cap. ſi de terra §. porro nu. 3. de priuil. ex text. in cap. cum perſonæ eod. titul. in 6. cap. contingit de fid. Inſtrum. Menoch. præſumpt. 14. n. 15. lib. 6.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA SVBCOLLECTORIAE.

Veneris 17. Martij 1645.

ARGVMENTVM.

Collegium ſcriptorum licet habeat facultatem à ſan. mem. Pio V. deputandi ſubcollectorem annatarum ad nutum, ſi tamen deputauit ad vitam, cum deputatio ſit perpetua, non poteſt illum durante vita reuocare, nam per talem deputationem ad vitam cenſetur iuri ſibi ex motu proprio Pij V. competeñ renunciaſſe, præſertim quando deputatio ad vitam fuit facta per viam contractus, à quo ſine cauſa non licet recedere. Manutentio deneganda non eſt poſſeſſori donec pendet diſcuſſio validitatis, vel inualiditatis tituli, & in ſimili adducuntur exempla de exiſtente in poſſeſſione exigendi fructus cenſus, quod pendente diſcuſſione ſuper extinctione ei ſit concedenda manutentio prout etiam penſionario danda ſit manutentio donec diſcutiantur exceptiones ſuper validitate, & extinctione penſionis. Poſſeſſio quando pendet à titulo tunc poſſeſſori non datur manutentio, non terminata prius cognitione tituli.

exigendi *Ric. in c.10. cum Eccleſia Sutrin.num.91.*
de cauſ poſſeſſ.& propr. Rom.conſ.311.nu.7.Oldrad.
conſ.312.num.2. Dec.conſ.117.ſub num.2.Rot.deciſ.
265.ſub num.10. inter impreſſas poſt tract. Moder-
ni de manutent.

Non obſtat, quod dictæ ſolutiones factæ
fuerint à Fauillotto dum erat Locumtenens
in officio ſubcollectoris, cuius titulus tùnc
exiſtebat penès Riualdum, quo cum fuerit
deinde priuatus,& Fauillottus in ſubcollecto-
rem deputatus ex decretoCollegij Scriptorum
5 habentis † *à ſan.mem. Pio V.* facultatem depu-
tandi ſubcollectorem ad nutum amouibilem,
& per conſequens ceſsauerit cauſa obligatoria
6 ſoluendi in futurum,†expirauerit ſimul quaſi
poſseſſio exigendi, ità vt in ea D. Riualdus
manuteneri non poſſit *Grat. diſcept.113.nu.60.*
relatus à Moderno de manut.obſer.64.num.13. & in
7 puncto,quod officialis ad nutum amouibilis,†
& poſtea amotus non poſſit obtinere manu-
tentionem, fuit deciſum *in Romana Cappella-*
nia S. Saluatoris ad Scalas Sanctas 8. Nouembris
1624. coram bon.mem. Remboldo, vbi dicitur ra-
8 tio, quia deputatus ad nutum non habet ve-
ram poſseſſionem, † ſed poſſidet ijs, à quibus
fuit deputatus, ciuſquè poſseſſio ſi quæ eſt,
temporalis eſt, donec fuerit amotus, vnde
euanuit ſecuta amotione, quia poſſeſſio data
9 ad tempus † ceſſat elapſo tempore, ob quam
10 rationem in ſimili non datur † manutentio
conductori lapſo tempore locationis *Rot. dec.*
181.num.9.apud Moder.de manutent.dec.428.nu.2.
par.1.recent.dec.255.num.1.verſ. ſicq.cum ceſſauerit
par.2.dec.605.num.5. par.5. nec Beneficiato ma-
11 nuali † reuocato beneplacito *Garz. de beneſ.*
par.1.cap.2.num.87.cum alijs alleg.in Hiſpalen.iuris
nominandi 21. Maij 1638. coram R.P.D. meo Ca-
rillo, & in alia Hiſpalen. iuris amouendi curatos
20. Aprilis 1640. coram R.P.D. meo Pentingerio.

Nam decretum Collegij Scriptorum ſuper
amotione D.Riualdi ab officio ſubcollectoris
inpugnatur ex defectu poteſtatis ipſius Colle-
12 gij,quod ex motu proprio ſan.mem.Pij V. †
habet quidem facultatem deputandi ſubcol-
lectorem ad nutum amouibilem, vt patet ibi,
liceatque eidem quemcumque voluerit ſolo nutu reuo-
cabilem ad eius exercitium eligere, &c. ſed cum
Riualdum nõ deputauerit ad nutum ſeu ſim-
13 pliciter, ſed ad vitam, † ideòque deputatio
14 perpetua † ſit *gloſſ. in cap.ſi gratioſè verb. perpe-*
tuo, & in cap.fin.verb.perpetuas de reſcr.in 6.alijque
relati à Repol. de Regal.cap.35. ſub num.74. & 76.
15 reuocari à Collegio non potuit, † vt in ter-
16 minis officij ſoliti concedi ad tempus,† quod
reuocari à concedente non poſſit ſi conceſſit
ad vitam, tradit *Molin. de primogen.lib.1.cap.25.*
ſub nu. 7. infrà med.verſ. aut maioratus poſt Greg.
Lopez. in l.2. tit.15. part.2. verb. ſino el hyo mayor
col.2. verſ. & nota quod ſucceſſor Seſſe deciſ. Arag.
389. num 9.

Collegium enim deputando Riualdum ad
vitam renunciaſſe videtur facultati reuocan-
di ſibi ex motu proprio Pij V. competente,&
17 renunciare potuit † cum eius fauorem reſpi-
ciat, *vt fere in puncto Lapus alleg.9.num. 6.* Neq;
facultas reuocandi cenſeri poteſt reſeruata, eò
quod deputatio D. Riualdi facta fuerit iuxta
18 facultates† ipſi Collegio Scriptorum à ſa.me.
Pio V. conceſſas. Quia hoc non legitur in
deputatione D. Riualdi, quæ loquitur abſo-
lute ad vitam, ſed in inſtrumento, in quo de
conſenſu eiuſdem Riualdi, ipſumque quate-
nùs opus ſit in ſubcollectorem confirmando
fuit à Collegio deputatus Locumtenens Fa-
uillottus. Et in omnem euentum relatio ad
motum proprium Pij V.intelligenda eſſet reſ-
pectu iuris deputandi, nullatenus verò reſpe-
ctu reuocabilitatis,cui repugnat natura depu-
tationis ad vitam,magiſque in hoc attendi de-
beret tenor deputationis, quam dicti motus
proprij Pij V. cum potius ſtetur referenti,
19 quam relato † in eò, quod eſt ab illo diuer-
ſum *Surd.conſ.440.num.54. & ſub num 55.conſil.*
524.num.15. & 16. Peregr. de fideicom.art.16. ſub
num.111. Rot.in Romana Attent. 27.Aprilis 1640.
20 *coram me*,adeò quod facultas reuocandi † nuſ-
quam competat durante vita Riualdi, ſed de-
mum eò defuncto officium redeat ad nutua-
litatem *Milis in repert. verb.beneficium numer.26.*
verſ.beneficium manuale in fine Achill. deciſ.9. n.8.
de præbend.

Præſertim, quia in præcitato inſtromento
D.Riualdo per viam contractus aſſignata fuit
menſtrua ſolutio ſcutorum 25. auri eius vita
durante, excepto ſolo caſu, quo ille ad offi-
cium, ſtatum, vel dignitatem cum prædicto
officio,ſubcollectoriæ quoquo modo incom-
patibilem promoueretur, è contrà verò D.
Riualdus ceſsit Fauillotto omnia emolumen-
ta ſubcollectoriæ, à quo contractu non po-
tuit, aut Fauillottus, aut ipſum Collegium
ibi præſens, & conſenſum præſtans poſteà re-
cedere abſquè legitima cauſa publicam vtili-
tatem reſpiciente, vel culpa Riualdi iuxtà
21 Theoricam, quam in terminis priuilegii †
conceſsi per viam contractus, tradit *Bald. in*
l. qui ſe patris ſub num.23. verſ. ſed ſi non eſſet pri-
uilegium, ſed conuentio C. vnde liber. Cephal. conſ.
342. num.53. Aymon. conſ. 894. num.27.Surd.conſ.
419.nu.55.& ſeqq. Fanciſcus Anton.Coſta conſ.23.
num.62.Grat.diſcept.167.num.30.Cancer.var.reſol.
lib.3.cap.3.num.153.Oſaſcus deciſ.134. numer.23.
verſ. vel dici poteſt Seſſe deciſ. Arag 79. numer.40.
eò minùs quia in fine inſtrumenti Collegium
promiſit ibi contenta ſeruare, & ſemper, ac
perpetuo firma habere, hæc enim ſpecialis
22 promiſsio † operatur, vt nec etiã ſimplex,&
mærum priuilegium reuocari poſsit *Riminal.*
conſ.556.num.127. vbi dicit rationem, quia ne-
que Princeps poteſt venire contra fidem datã
Cæphal.dicto conſ.342. nu.66. Surd. dicto conſ.419.
num.68.

Caſum autem aſſecutionis officij,aut ſtatus
incompatibilis in inſtrumento exceptuatum
eueniſſe non probatur, & licèt D. Riualdus
commoraretur Bononiæ temporaliter, ea ab-
ſentia ab Vrbe non mutauit eius ſtatum, aut
præbuit officium incompatibile cum officio
ſubcollectoriæ,quod interim æque bene exer-
cebatur Romæ à Fauillotto deputato, vt ſu-
pra in Locumtenentem, & regulàriter prop-
ter abſentiam temporalem Officialis indefini-
te de-

23 te deputatus† ab officio amoueri non poteſt,
niſi præcedat requiſitio, ac interpellatio ad re-
deundum *Capiblanc. de Baronib. pragmat. 5. nu. 9.
Bouadill. in ſua politica lib. 3. cap. 14. num. 89. cum
alijs quos refert Modern. Lucan. de grauam. Vaſſall.
grauam. 145. num. 4.* quo minus in caſu noſtro
quo D. Rinaldus vix ab Vrbe abſuerat per
20. dies quando fuit ab officio à motus, & in
ipſo iſtrumento ſupra memorato conſidera-
tum fuit abſentiam conuentumque nō obſta-
re quod in eum caſum, prout & in caſum in-
firmitatis litteræ ad partes traſmittendę ſub-
ſcribantur à Fauillotto.

Quæ omnia ad impugnandum decretum
amotionis D. Rinaldi ac nouæ deputationis
Fauillotti à Collegio Scriptorum editum ad-
ducta, Dominis viſa ſunt releuantia ad effe-
ctum, vt donec maturius diſcutiantur, in-
terim danda ſit manutentio D. Riualdo, quia
24 deneganda non eſt poſſeſſori † propter exce-
ptiones reſpicientes validitatem, vel reſolu-
tionem tituli, quamdiù earum diſcuſsio pen-
det, vt in puncto quod donec cognoſcitur de
25 reuocatione, † aut limitatione priuilegii ma-
nuteneri debet poſſeſſor, tradit *Lauar. conſ. 14.
nu. 12. & ſeqq. quem refert Regens Galeoti. controuerſ.
Iuris lib. 1. controuerſ. 51. nu. 54. & 55.* ea ratione,
quia in ſummariſſimo poſſeſſorio, vbi non
agitur, niſi an quis poſsideat, bonum videri
debet, quod tempore retroacto ſic viſum fuit,
& opponenti contra titulum conſuli poteſt
per comparitionem in petitorio, ſic inſimi.
pendente diſcuſsione ſuper extinctione cen-
26 ſus, † manutenendus eſt exiſtens in quaſi poſ-
ſeſsione exigendi illius fructus *Cinc. de cenſ. p. 2.
cap. 2. quæſt. 5. artic. 2. numer. 30. Rot. inter impreſſas
poſt dictum tractatum deciſ. 235. numer. 3. deciſ. 247.
num. 6. deciſ. 240. num. 7. & deciſ. 436. ſub numer. 1.
par. 4. diuerſ.* idemque conceditur penſionario
27 donec diſcutiantur exceptiones † ſuper vali-
ditate, vel extinctione penſionis *Grat. diſcept.
113. num. 28.* quidquid dicendum eſſet, ſi nul-
la caderet diſcuſsio ſuper inualiditate, aut re-
ſolutione tituli, vt in caſu deciſionis exaduer-
28 ſo allegatæ † in *Romana Cappellaniæ ad Scalas
Sanctas coram bon. mem. Reinboldo*, & in terminis
finitæ locationis per lapſum temporis.

29 Nèc obſtat, quod vbi poſſeſſio pendet à ti-
tulo † poſſeſſorium manutentionis termina-
ri non poſſit ante ipſius tituli cognitionem.
Quia procederet obiectum ſi poſſeſſio tradita
fuiſſet Riualdo ſub titulo, & conditione ſuſ-
penſiua, vel alias haberet inſeparabilem depen-
30 dentiam à titulo, † vt in caſibus enumeratis
ad Add. à ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 283. ſub num. 8.
Sed in caſu noſtrò fuit purè acquiſita d. Rinal-
do prout pura eſt eius deputatio ad vitam, tur-
biditas autem eſt in reſolutione tituli, quàm
adducit Fauillottus, cuius ideò poſſeſſio tan-
quam conſecutiua ad reſolutionem tituli D.
Riualdi non eſt manutenibilis, dum de vali-
31 ditate eiuſdem reſolutionis dubitatur, *Rot. de-
ciſ. 215. nu. 34. apud Modern. de manut.* & licet ille
non amplius vti Locumtenens, ſed vti ſub-
collector deputatus in locum Riualdi ab offi-
cio amoti officium poſſideat, tenetur tamen
ſoluere D. Riualdo quouſque dignoſcitur, an
ille amoueri, & ipſe eius loco ſubrogari po-
tuerit, maximè quia promiſit ſoluere non
temporaliter, ac taxatiuè ad titulum locum-
tenentiæ, quam tempore promiſſionis aſſum-
pſit, ſed indefinitè, quamdiù ipſe officium
præfatum quouis titulo poſſideat, ſatiſque
propterea eſt, quod hodie officium poſſideat
nulla habita ratione mutationis tituli, † cum
32 verba † *quouis titulo* omnem titulum com-
prehendant *ad text. in l. qui autem §. final. ff. conſtit.
pecun. Gozzadin. conſ. 14. numer. 22. Decian. conſ. 44.
numer. 15. lib. 4. Tiraquell. retract. lignag. §. 1. gloſſ. 7.
num. 20. & ſeqq. Rot. deciſ. 56. n. 4. & 5. par. 5. recent.*
33 & in ſummariſſimo manutentionis nudum
factum † poſſeſſionis attendatur *Rot. deciſ. 265.
num. 12. apud modern. de manut. add. ad Greg. XV. de-
ciſ. 249. nu. 10.*

Tandem non obſtat quod ſententia A. C.
lata in petitorio ad fauorem Fauillotti tran-
ſiuerit in rem iudicatum. Quia cum pendeat
cauſa reſtitutionis in integrum, cuius com-
miſſio obtenta fuit per Dominum Riualdum
ante commiſſam cauſam exequutionis pro
parte eiuſdem Fauillotti, adhuc eſt locus ma-
34 nutentioni, † quæ datur etiã in gradu reſtitu-
tionis in integrum, vt firmauit *Rota dec. 350.
in fin. par. 1. diuerſ. deciſ. 436. num. 2. par. 4. dec. 458.
num. 8. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 21. num. 6. de-
ciſ. 84. nu. 5. apud modern. de manut.* Præſertim, †
35 quando dubitari poteſt de iuſtitia rei iudica-
tæ, vt ponderauit *Rota coram ſa. mem. Greg. XV.
dicta deciſ. 458. nu. 8. deciſ. 823. ſub num. 8 coram bo.
mem. Buratto, & in Reatina Iuris redimendi 28. De-
cembris 1628. coram Eminentiſs. D. Card. Hierony-
mo Veroſpia.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

GERVNDEN. CAPELLANIAE.

Lunæ 20. Martij 1645.

A R G V M E N T V M.

Parochialis quando eſt vnita alicui dignitati,
tunc in illius collatione requiritur concurſus
ſecus verò ſi talis vnio non probatur, Con-
curſus non eſt neceſſarius in dignitatibus ha-
bentibus curam animarum, quia in his diſpo-
ſitio Sacri Concilij Tridentini locum non
habet.

S V M M A R I V M.

1 *Concurſus requiritur etiam in Dignitatibus, quando
illis vnita eſt Parochialis æquè principaliter.*
2 *Capellania quod ſit Dignitas probatur ex pluribus
ſimul iunctis.*
3 *Amplia etiamſi nomen non ſonet in Dignitatem, ne-
que Capellanus Iuriſdictionem, aliudque Digni-
tatis miniſterium exerceat.*
4 *Eccleſia Collegiata ſi eſt Parochialis, tunc penès
ipſam Collegiatam reſidet titulus, ac Ius principale
Parochialitatis.*
5 *Concurſus non eſt neceſſarius in collatione Dignita-*

tis

tis habentis ſolum exercitium curæ actualis animarum ex ſui inſtitutione, vel ex ſtatuto Eccleſiæ.

6 *Concurſus vbi non requiritur ſi apparet factus, tunc cenſetur factus per errorem, vel ex abundanti.*

7 *Nec ex tali concurſu cenſetur Epiſcopo quæſita quaſi poſſeſſio conferendi per concurſum.*

8 *Concurſus an ſit nec ne neceſſarius, ſola dubietas ſufficit ad hoc vt poſſeſſor anterior interim ſit manutendus.*

9 *Poſſeſſor non eſt manutendus donec euidenter conſtet locum habere decretum irritans.*

10 *Ad curam animarum exercendam, ſi concurſus non eſt neceſſarius, requiritur ſaltim examen, & approbatio Epiſcopi ſuper idoneitate prouiſi ante collationem.*

11 *Amplia etiamſi prouiſus fuerit alias examinatus, & approbatus ad aliam parochialem.*

12 *Examinatus, & approbatus ſemel de iure communi, non eſt amplius examinandus.*

13 *Fallit concluſio ex nouo iure conciliari, eo quod in aſcenſione ad alterum quæritur nouus titulus.*

14 *In curia tamen d. diſpoſitio non ſeruatur, ſed ſufficit ſemel fuiſſe approbatum.*

15 *Examen præcedere debet collationem, ſi eſt facienda ab executore vigore mandati de prouidendo in forma dignum.*

16 *Vel ſi eſt de forma ipſius collationis, prout eſt concurſus in collatione parochialium vigore Concilij Tridentini, & Conſt. ſa. me. Pij V.*

17 *Concilium Tridentinum requirens concurſum in collatione parochialium, non loquitur de Dignitatibus.*

18 *Approbatus ſemel ad curam animarum, ſi ante examen poſſeſſionem cæpit in vim præcedentis collationis, venit in ſummariſſimo poſſeſſorio excuſandus.*

19 *Et tunc ſufficit, quod examen ſubſequatur.*

20 *Dignitas non probatur eſſe de capitulo ex ſola aſſignatione loci in choro, non autem in capitulo, ſi iſte actus communis eſt omnibus Eccleſiæ Beneficiatis.*

21 *Dignitates regularitèr non ſunt de capitulo.*

DECISIO CCXI.

ADHVC informantes pro Tauerner ſuadere conabantur, Cappellaniam maiorem, de qua agitur vti habentem curam animarum conferri debuiſſe præuio concurſu, nec ſuffragari quod Cappellania ſit quarta Dignitas poſt Pontificalem, ſiuè quia talis non probatur, ſiuè quia etiam in Digni-
1 tatibus requiritur concurſus † quando illis vnita eſt Parochialis æquè principalitèr, licet non requiratur ſi vnita ſit acceſſoriè *Abbas in cap. ſtatutum numer. 3. verſ. ſi autem Eccleſia Collegiata de elect. in 6. Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 193. & 194. Filiuc. quæſt. moral. tom. 3. tract. 41 num. 144.*

Sed Rota iterùm cenſuit ſatis probari ſi-
2 mul † iunctis teſtibus in alia cauſa formitèr examinatis, inſtrumento anni 1605. & fide plurium Curialium, quod Cappellania maior communitèr Dignitas reputatur, quæ communis reputatio ſufficit, quamuis neque no-
3 men ſonet in Dignitatem, † neque Cappellanus iuriſdictionem aliudque Dignitatis miniſterium exerceat, vt tradit *Innoc. in cap. de multa num. 6. verſ. ſed ſi vocetur de præben. & ibid. Abb. num. 21. & 22. Gemin. conſ. 101. nu. 1. Pariſ. conſ. 50. num. 1. Pariſ. conſ. 50. num. 1. lib. 4. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 27. num. 19. verſ. nec in hoc caſu Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 33. num. 29. Barboſ. de Canon. & Dign. cap. 4. num. 10. Rot. deciſ. 29. nu. 3. par. 2. diuerſ. deciſ. 585. num. 2. par. 4.*

Quod verò Cappellaniæ vnita ſit Parochialis æquè principalitèr, nullibi apparet, imò ex datis in Summ. præteritæ poſitionis Franceſch. ſub num. 1. Colligitur quod ipſa Ec-
4 cleſia Collegiata eſt Parochialis, † & penes ipſam Collegiatam reſidet titulus, ac ius principale Parochialitatis, Cappellaniæ autem maiori, quæ in eadem Eccleſia non eſt prima, ſed quarta Dignitas poſt Abbatialem adhæret annexumq; eſt exercitium curæ actualis animarum, dumque illud habet ex ſui inſtitutione, vel ex Statuto Eccleſiæ, aut conſuetudi-
5 ne ſemper ceſſat † neceſſitas concurſus, vt declarat idem *Abbas in exaduerſo allegatus cap. ſtatutum num. 2. verſ. nam cum vna Eccleſia de elect. in 6. relat. à Modern. Alexandrino in prax habend. concurſ. prælud. 3. dub. 3. ſub nu. 24. Caſtr. Palao. oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſp. 3. punct. 2. §. 5. nu. 6. & 7. præter allegatos in præcedenti deciſione §. quia neceſſitas.*

Non obſtat, quod Cappellania fuerit pluries collata per concurſum, quia potuit id
6 fieri ex abbundanti, † vel per errorem, itaut
7 exinde nec quaſi poſſeſſio † conferendi per concurſum fuerit Epiſcopo quæſita, vt in proximis terminis *Lotther. de re benef. lib. 2. q. 31 num. 28. & ſeqq.* & ſufficit dubium eſſe an con-
8 curſus ſit neceſſarius, † vt interim manutenendus ſit Franceſch. anterior poſſeſſor, quia
9 non eſt à poſſeſſione amouendus † donec euidentèr conſtet nos verſari in caſu decreti irritantis, ideſt Conc. Tridentini *ſeſſ. 29. de reform. cap. 18.* vt fuit firmatum *in deciſ. 124. nu. 3. & 4. coram bo. me. Coccino, & comprobat vltima deciſio §. & ſufficit.*

Non obſtat, quod ex eodem Conc. Trid. requireretur ſaltem examen, & approbatio
10 Epiſcopi † ſuper idoneitate Franceſch ad exercendam curam animarum, & præcedere de-
11 buiſſet collationem quamuis † idem Franceſch fuiſſet alias examinatus, & approbatus ad alteram Parochialem, vt dixit *Rota in Calaguritana Beneficij de Ornillos 12. Octobris 1587. coram bo. me. Cardinali Hieronymo Pamphilio Patruo Sanctiſſ. D. N. Innocentij X. relata per Garz. de benef. par. 6. cap. 2. num. 266.*

Quia non negatur quod licet de iure com-
12 muni ſemel examinatus, † & approbatus non ſit amplius examinandus *cap. accepimus de ætat. & qualit. Caputaq. dec. 370. par. 2. Gonz. ſuper reg. 8. gloſ. 4. num. 84. & ſeqq.* aliter diſpoſitum fuerit
13 nouo iure conciliari, † eo quod in aſcentionem ad alterum quæritur nouus titulus *iuxtà conſ. Oldr. 15.* quod in puncto ſequitur *Seraph. deciſ. 1323. num. 1. Gonz. d. gloſ. 4. num. 88. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 60. num. 89. Campanil. diuerſ. iur. Canon.*

Canon.rub.5.cap.3.ſub num.8. quod tamen in
14 Curia † non ſeruatur, ſed ſufficit fuiſſe ſemel
approbatum, vt teſtatur *Gonz. & Barboſ. mox
allegati* quos refert *Modern. Alexandrinus in prax.
habend.concurſ.prælud.3.dub.3.num.25 & 26.* Nec
pariter negatur quod examen debeat præce-
15 dere † quando vel iniungitur per viam con-
dictionis, vt quia collatio ſit facienda ab exe-
cutore vigore mandati de prouidendo in for-
ma dignum, in quibus terminis emanauit
*deciſio exaduerſo allegata in Calaguritana beneficij
coram bo. me. Card. Hieronymo Pamphilio,* vel eſt
16 de forma ipſius collationis, † prout eſt con-
curſus in collatione Parochialium vigore
*Concilij Tridentini, & Conſtitutionis 32. Pij V. ſa.
me.* vt notat *Pariſ.de reſign.lib.8.qu.9. num.86.*

Sed caſui noſtro non applicatur diſpoſitio
17 Concilii, † quia non loquitur de Dignitati-
bus *Garz.de benef.par.9.cap.2.ſub nu.181.& 195.
Caſtropal.oper.moral.tom.2.tract.13.diſp.3.punct.2.
§.5.num.7.in fin.* Cumque Cappellania habeat
ſolum exercitium curæ actualis,& periculum
eſſet in mora,eo quod Ordinarius prætendens
collationem ſpectare ad ſe non autem ab Ab-
batem, qui contulit Franceſch moliebatur
prouiſionem alterius in præiudicium ipſius
Franceſc, vt apparet, ex quo edicta pro ha-
bendo concurſu ſtatim die ſequenti publica-
uit, contulit Cappellaniam Tauerner,& recu-
ſauit admittere Franceſch ad examen, viſum
fuit Dominis; quod Franceſch, qui alias ap-
18 probatus fuit ad curam animarum † veniat
in hoc ſummariſſimo poſſeſſorio excuſandus
ſi properauit ad appræhenſionem poſſeſſionis
in vim collationis ſibi factæ ab Abbate ad tra-
dita per *Feli. in c.quoniã frequenter ſub n.7.verſ.ſi-
militer vt lit.non conſtet poſt Anchar.conſ.277.n.12.*
19 *Men.de adipiſc.rem.* [illegible] *nu* 59. ita vt ſufficiat,† quod
examen ſubſequatur, vt in proximis terminis
fuiſſe decitum in *S.Congregatione Concilij, & in
Rota tradit Pariſ.de reſſign.libr.7.quæſt.5. num. 20.
& 21.*

Obiectum verò quod poſſeſſio non fuerit
capitulariter capta tollitur ex deductis in vlti-
ma deciſione, præſertim quia tantum abeſt,
quod probetur dignitas hæc eſſe de capitulo,
20 quod† imò ex iſtrumẽto adeptæ poſſeſſionis
tam per Franceſch,quam per aduerſariũ con-
ſtat illis aſſignatum quidem fuiſſe locum in
Choro, qui actus communis eſt omnibus in
Eccleſia beneficiatis, non autem in capitulo,
21 & regulariter dignitates † non ſunt de capi-
tulo, *Gemin. in cap.vlt.nu.6.de preb.in 6. Dec.in
cap.eam te numer.24.de reſcr. Abb.in capit. dilecti
ant.num.1.verſ.nihil autem d.de maior.& obed.Lot-
ther.de benef.lib.1.quæſt.15.num.18.*

Et ità deciſum vtraque Parte informan-
tibus.

MELEVITANA COMMENDAE.

Lunæ 27. Martij 1645.

ARGVMENTVM.

Capacitas ab obitinendam commendam in Religione Hieroſolymitana, ex quibus probetur? Sola ſmutitio commendæ non ſequuta poſſeſſione non obligat ad reſidentiam, nec impedit aſſecutionem alterius commendæ accedente expectatiua magni Magiſtri. Debitor communis æraríj efficitur incapax ad obtinendam commedam, quod procedit etiamſi debitum proueniat ex receptoria, ſiuè adminiſtratione, & tempore vacationis, ſeù ſmutitionis commendæ nõ erant reddita computa, nam redditio rationis ſolum operatur, vt debitum pateſiat Iudici, & parti, nam quo ad ipſum debitorem contractum dicitur ab ipſa die, qua pecuniæ Religionis ad eius manus peruenerunt. Nec ex parte debitoris allegari poteſt debiti ignorantia.

SVMMARIVM.

1 *Capacitas ad obtinendam commendam probatur ex admiſſione ad aliam conſimilem commendam, ad quam quis non fuiſſet admiſſus, niſi capax fuiſſet.*

2 *Capacitas ſemel probata continuata præſumitur.*

3 *Et ſuffragatur quoad commendam eiuſdem ſpeciei, quicquid ſi ſit diuerſæ.*

4 *Approbatus ſemel ad vnum beneficium non eget de iure communi nouo examine, quando aliud ſimile conſequitur, niſi medio tempore aliqua inhabilitas ſuperuenerit.*

5 *Incapax ad obtinendam commendam dicitur, qui alteri commendæ, quam ſmutiuerat, non renunciauit, nec in ea quinquennalẽ reſidentiam fecit iuxtà ſtatuta Religionis Hieroſolymitanæ.*

6 *Declara ad hunc effectum ſolam ſmutitionem poſſeſſione non ſequuta, nec litteris expeditis non obligare ad reſidentiam, nec inducere impedimentum aſſecutioni alterius commendæ, cum tribuat ius ad rem accedente expectatiua magni Magiſtri.*

7 *Antè adeptionem commendæ ſmutitæ, qui aliam aſſequitur, iuri ſeù expectatiuæ commendæ ſmutitæ renunciare videtur.*

8 *Debitor communis ærarij tempore vacationis commendæ efficitur incapax ad obtinendam commendam quamuis ſolutio poſteà ſequatur, nam illa non ſuffragatur cum hunc effectum attendatur tempus vacationis, ſeu ſmutitionis num.10.*

9 *Debitum agnoſcere videtur, qui illud poſteà ſoluit.*

11 *Incapacitas ad obtinendam commendam ratione debiti communis ærarij prouenien. ex receptoria, ſiue adminiſtratione alterius commendæ incipit à die redditionis computorum ex diſpoſitione ſtatuti,* cap.38.de communi ærario.

12 *Declara incapacitatem prouenientem* ex capit.24. *in odium debitorum communis ærarij non tolli* ex d.cap.38.de communi ærario, *nam adminiſtrator retinens pecunias Religionis dicitur ad hunc effectum debitor etiam ante redditam rationem, & quare, num.13.*

14 *Præ-*

14 *Præſertim quando debitor non valet allegare debiti ignorantiam etiam ante redditas rationes, vtpotè quia apud ſe retinuit libros, in quibus redditus, & impenſæ adnotantur.*

15 *Incapacitas paſſiua ipſo iure induɛta obſtat etiamſi ſit occulta, quidquid ſit de incapacitate actiua.*

16 *Incapacitas paſſiua licet ſit occulta nihilominus, quo ad ipſum incapacem habet ſuum effectum, nec illi debet eius malitia ſuffragari.*

17 *Statutum 24. ſacræ Religionis Hieroſolymitanæ, quod comprehendat etiam receptores communis ærarij ſancitum fuit in ordinatione 77. eodem titulo, quæ vlterius procedit ad priuationem commendæ, quam Receptor Religionis debitor poſſidet.*

18 *Et dicta ordinatio multo magis demoſtrat incapacitatem debitoris ad commendas obtinendas, nam ſi tollit ius in re, quod eſt potentius multo fortius tollit ius ad rem, quod eſt debilius.*

DECISIO CCXII.

IN concurſu Æquitis Petri Mariæ Saraceni, Aequitis Caroli Pandolphini commendam S. Leonardi exiſten. in Ciuitate Senarum adiudicandam eſſe Saraceno Rota pronunciauit coram R.P.D. meo Ghiſlerio, eamque ſententiam confirmandam eſſe hodiè coram me reſpondit in gradu appellationis, quià de illius validitate non dubitatur. Iuſtitia veró apparet ex bene deductis in tribus Deciſionibus coram D. meo Ghiſlerio innixis capicitati Saraceni, & incapacitati Pandolphini.

1 Capacitas namque Saraceni † probatur quia aliàs de anno 1631. admiſſus fuit ad ſimilem commendam, ſiquidem alioquin non fuiſſet admiſſus, vt ponderauit, *Rota in Anglicana Prioratus 19. Nouembris 1592. coram bon. mem. Litta, & in proximis terminis in Calagurritana, ſeù Calciaten. 15. Nouembris 1604. coram bon. mem. Penia, & in Pampilonen. beneficij de Aybal 9. Decembris 1620.*

2 *coram bon. me. Remboldo*, & continuata † præſumitur, *Marſil. ſign. 74. ſub num. 5. men. præſ. 19. n. 9. lib. 5.* itaut ſuffragetur etiam quoad commen-

3 dam controuerſam, † cum ſit eiuſdem ſpeciei, quicquid dicendum eſſet, ſi eſſet diuerſæ, vt per *Abb. in cap. cum venerabilem num. 55. de exceptionibus, & in cap. ſcriptum numer. 16. de elect. cum alijs alleg. in tertia deciſione coram D. meo Ghiſlerio §. nam quatenus*, & facit regula quod ſemel ap-

4 probatus † ad vnum beneficium, non eget de iure communi nouo examine quando aliud ſimile conſequitur niſi medio tempore aliqua inhabilitas ſuperuenerit, *cap. accepimus de ætate, & qualitate Caputaq. deciſ. 370. par. 2. Gonz. ſuper reg. 8. gloſs. 4. num. 34. & ſeqq.*

Neque Saracenus incapax dici poteſt ex eo, quod commendæ monticuli, quam de an-

5 no 1639. ſmutiuerat † non renunciauerit, & in ea quinquennalem reſidentiam non fecerit, vt requirunt ſtatuta Religionis, quia ſola

6 ſmutitio poſſeſſione non ſequuta, † nec litteris expeditis non obligabat ad reſidentiam, aut præbebat impedimentum aſſecutioni alterius commendę cum tribuat ius ad rem accedente expectatiua magni Magiſtri, vt tradit *Lotter. de re beneficiara lib. 2. quæſt. 15. num. 44. & 46.* cui

7 iuri, ſeù expectatiuæ renunciare videtur, † qui antè adeptionem commendæ ſmutitæ aliam commendam aſſequitur; *vt eſt tex. apertus in Clementina gratiæ de reſer. & notat ibidē Imol. n. 4. Anchar. n. 4. & 6. Abb. in cap. fin. n. 6. de Cler. non reſid. Sanchez reſp. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 3. num. 5. & 11.* ideoque ad eiuſdem commendæ monticuli ſmutitionē fuerunt admiſſi alij Aequites ad inſtantiam venerabilis linguæ Italiæ de anno 1644.

8 Incapacitas veró Pandolphini † reſultat ex eo, quod tempore vacationis iſtius commendæ erat debitor communis ærarij in ſcu. 1048

9 vt ipſemet agnouit, † dum poſtea debitum ſoluit iuxtà *text. cum gloſſ. in l. fin. Cod. ne vxor pro mar. & in l. non dubium verb. agnouerit Cod. de teſtament. Surd. conſ. 212. numer. 25. & conſ. 522. nu. 16*

10 quæ tamen ſolutio non ſuffragatur, † cum adhuc effectum attendatur tempus vacationis, ſeù ſmutitionis, *Lotter. de re benef. lib. 2. q. 15. num. 49. & 68.*

Nec releuat, quod debitum huiuſmodi proueniat ex receptoria, quam Pandolphinus pluribus annis adminiſtrauit, & de tempore ſmutitionis huius commendæ non appareret cum nondum ſolidata fuiſſent computa ad-

11 miniſtrationis incapacitas autem incipiat † à die redditionis computorum ex diſpoſitione cap. 38. de communi ærario, ibi, *ma ſe renduti li conti ſaran trouati debitori &c.* & ibi, *ò dal giorno, che haueranno rendati li conti, come è detto ſiino incapaci à conſeguir dignità, beni, & officij.*

12 Quia hoc non tollit incapacitatem † prouenientem *ex cap. 2* in odium debitorum communis ærarij, qualis dicitur etiam ante redditam rationem adminiſtrator, qui pecunias Religionis retinet: nam redditio rationis ope-

13 ratur vt debitum pateſiat † iudici, & parti, Cęterum debitum contractum fuit ab ipſa die, qua pecuniæ Religionis peruenerant ad

14 manus receptoris, qui nec allegare poteſt † ſe debitùm ignoraſſe, antequam computa redderet, cum haberet in manibus libros, in quibus redditus, & impenſas adnotauit, vt in ſimili inquit, *Soccinus conſ. 24. numer. 38. verſ. quia iſte qui geſſit libr. 1. & in terminis comprobat Surdus conſ. 296. num. 19. & ſeqq. vſque ad 13.* Et incapa-

15 † citas paſſiua ipſo iure inducta obſtat etiam ſi ſit occulta quicquid ſit de incapacitate actiua vt inter vtramque diſtinguendo declarat, *Suarez de legibus lib. 3. cap. 9. num. 7.* vbi dicit rationem, quia licet illa incapacitas paſſiua ſit

16 occulta † nihilominus, quo ad ipſum incapacem habet totum ſuum effectum, nec illi debet eius malitia ſuffragari, *Sary in claui Regia lib. 3. cap. 9. nu. 34. verſ. ex dictis ſequitur* vbi quod de voce paſſiua eſt communis DD. conſenſus, alijque allegati à fratre Sygiſmundo à Bononia *de electiõn. par. 2. cap. 5. dub. 107. nu. 5.*

Maximè veró, quia diſpoſitionem dicti

17 *cap. 24.* comprehendere † etiam Receptores debitores communis ærarij ſancitum fuit in *ordinatione 77. eod. tit. de communi ærario*, quæ vlterius procedit ad priuationem commendæ, quam receptor Religionis debitor poſſideret

18 quod magis demoſtrat † incapacitatem ad commen-

commendas obtinendas, nam ſi tollit ius in re, quod eſt potentius, multo fortius tollit ius ad rem, quod eſt debilius, vt in *prox.ter.ratiocinatur Ancaranus in Clementina gratiæ num.6. de reſcript.poſt Cardinalem ibidem ſub nu.1.*

Accedit negligentia Pandolphini in exibendis computis, vt latiùs in deciſione coram R.P.D. meo Ghiſilerio, quæ Dominis placuerunt.

Et ità deciſum informante ſolum Saraceno altera tamen parte pluribus citationibus laceſſita &c.

CASERTANA PENSIONIS.

Veneris 31. Martij 1645.

ARGVMENTVM.

Translatio penſionis excedens medietatem fructuum beneficij grauati non ſubſtinetur ex conſtitutione ſan.mem. Vrbani VIII. reuocatoria facultatum transferendi penſiones, talis namque exceſſus eſt plenè, & concludentèr probandus. Et ad hunc effectum valor beneficij penſione grauati probandus eſt per decennium, & declarantur deciſiones in contrarium adductæ. Quænam onera ex valore beneficij deducenda non ſunt?

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio ſan.me. Vrbani VIII. in ordine 20.* do impreſs. bullar. tom. 4. *reuocat facultatem transferendi penſiones, quæ medietatem fructuum beneficij grauati excedunt.*

2 *Talis namque exceſſus eſt plenè, & concludenter probandus.*

3 *Agens ad nullitatem penſionis purè reſeruatæ ex capite exceſſus tenetur exceſſum concludenter probare.*

4 *Valor frumenti attendi non debet de tempore meſſis, quia vilior eſſe ſolet, ſed inſpiciendus eſt communis valor ſaltem medij temporis.*

5 *In Teſtibus indeffinita loquatio non æquipollet vniuerſali.*

6 *Teſtes deponentes indeffinitè ſuper valore frumenti declarantur à Teſtibus in ſpecie deponentibus ſuper valore de tempore meſſis.*

7 *Valor probandus eſt per decennium quando deducitur impugnatiuè ad gratiam alterius ob non expreſſionem veri valoris.*

8 *Valor etiam in terminis conſtitutionis Vrbanæ reuocatoriæ facultatum transferendi penſiones deducitur impugnatiuè ad gratiam translationis.*

9 *Valor quando deducitur impugnatiuè ad aliquam gratiam, quamuis impugnatio includat ius dantis, ac propterea nõ ſit propriè obiectiua ſapit tamẽ aliquo modo obiectum, & propter odibilitatem materiæ regulatur quoad probationes ad inſtar veri obiectus, & num.10.*

11 *Impugnans prouiſionem Nuncij Hiſpaniarum, ex quo beneficium excedit ſcuta 24.debet probare exceſſum valoris per decennium.*

12 *Amplia quamuis impugnatio includat ius dantis.*

13 *Impugnans gratiam penſionis ex capite valoris beneficij tenetur probare valorem per decennium.*

14 Deciſ.159.num.7. par.5.recent. *declaratur.*

15 *Liquidatio valoris plurimum pendet ab arbitrio Iudicis.*

16 *Valor quando agitur ad effectum regulæ de valore requirit exactiorem probationem, quam quando agitur ad effectum annullandæ, ſeù reducendæ penſionis, quo caſu leuiores probationes ſufficiunt.*

17 *Intellige tamen quod etiam hoc ſecundo caſu nõ excluditur quin etiam probatio educi debeat ex redditibus decennij.*

18 *Maximè quando contrà probantem vrget propria confeſſio valoris.*

19 *Confeſſio reſultans ex articulis plenè probat contrà confitentem.*

20 *Valor ad effectum translationis penſionis an ſit exceſſiuus attendi debet de tempore translationis.*

21 *Declara quod ſtat ſimul quod valor inſpiciatur de tempore translationis, & quod probatio valoris deſumatur ex decennio antecedenti prout deſumptus fuit in deciſionibus relatis nu.23.*

22 *Probatio pratij rei an ſit reſtrigenda ad tempus contractus?*

24 *Valor per decennium an ſit probandus quando agitur ad effectum iuſtificationis clauſulæ* dummodò remaneant cantum pro Rectore?

25 *Valor per decennium non eſt probandus, quando agitur ad effectum ſubſtinendi gratiam reſeruationis penſionis.*

26 *Prædicationis munus ſpectat ad Epiſcopum.*

27 *Epiſcopus tenetur per ſe ipſum prædicationis munus explere, vel per alium expenſis tamen ſuis non autem penſionarij.*

28 *Ex valore beneficij non eſt deducenda impenſa pro ſalario factoris ſiue exactoris fructuum tanquam voluntaria.*

29 *Item nec eſt deducenda impenſa pro ſalario Organiſtæ, quia reputatur voluntaria ſaltem reſpectu quantitatis.*

30 *Et idem dicitur de impenſa ceræ candeloræ.*

31 *Item nec ſunt deducendæ impenſæ incertæ, & variabiles, quæ non minuunt fructum.*

32 *Penſionarius tenetur pro rata ad impenſas neceſſarias.*

33 *Penſio ſi pro rata fuit translata, & pro alia remanente penes penſionarium caſſata de conſenſu eiuſdem penſionarij, cenſetur extincta in totum etiam, quoad ratam non translatam.*

34 *Quicquid dicendum ſit ſi penſionarius caſſationi cõſenſit, vt eadem quantitas ad fauorem translatarij reſeruaretur, & non aliter.*

35 *Quantitas penſionis non translatæ caſſari poteſt de conſenſu penſionarij.*

36 *Translatio penſionis valida eſt, ſi conſtat de facultate transferendi, eiuſque forma in inſtrumento translationis ſeruata fuit.*

DECISIO CCXIII.

PENSIONIS annuæ ſcutorum 500. ad ſui fauorem authoritate Apoſtolica reſeruatæ ſuper fructibus menſæ Epiſcopalis Caſertæ clar.mem. Antonius Cardinalis S.Crucius præuia caſſatione totius, ratam ſcutorũ 300. vigore facultatis traſferendi traſtulit in aliquos

quos ex eius familiaribus. Contra quos Re-
uerendiſſimus Epiſcopus Caſertanus comitti
mihi curauit cauſam nullitatis traslationis, &
diſputato hodiè dubio, an translatio ſubſtinea-
tur, ſubſtineri reſolutum fuit.

Vnicum enim obiectum per informantes
pro Domino Epiſcopo eductum ex conſtitu-
1 tione *fel. record. Vrbani VIII.* † *in ordine 20. inter
impreſſ. Bullar. tom. 4.* reuocatoria facultatum
transferendi penſiones, quæ medietatem fru-
ctuum beneficij grauati excedunt, non apli-
catur, quia talis exceſſus non probatur, & pro-
2 bandus eſt ab Epiſcopo, † prout mandat ea-
dem *conſtituto in § ſecundo verſ. & inſuper* & re-
3 gulare eſſe in agente ad nullitatem † penſionis
purè reſeruatæ ex capite exceſſus dixit, *Pa-
riſ. de reſign. lib. 6. quæſt. 2. nu. 66. Caputaq. deciſ. 301.
par. 2. deciſ. 511. numer. 4. par 4. recent. deciſ. 671.
num. 4. coram bon. mem. Buratto, & Rot. in Tuder-
tina Penſionis 2. Iunij 1617. coram recol. mem. Car-
dinali Fabritio Veroſpio*, quæ eſt inter *impreſſ.
apud Modern. de manuten. deciſ. 303. num. 5.*

Dicta ſiquidem teſtium, quibus Dominus
Epiſcopus nixus eſt probare fructus menſæ
Epiſcopalis vix aſcendere ad ducatos annuos
1700. eorumque medietatem ab omnibus, &
alijs penſionibus vltrà traslatas deſuper vi-
gentibus abſorberi non releuant. Primò quia
tumulos frumenti, in quo ferè conſiſtunt red-
ditus menſæ appretiant ad valorem currentē
4 de tempore meſſis, qui non debet † attendi
cum vilior eſſe ſoleat, ſed inſpiciendus eſt
communis valor temporis ſaltem medij, vt
notant, *Doct. in l. prætia rerum ff. ad leg. falc. Eſco-
bar. de ratiocin. cap. 17. num. 21. & 22. Boer deciſ. 68.
num. 6. Afflic. dec. 316. num. 5. & ſeqq. & in terminis
penſionis firmauit Rot. in Firmana Penſionis 12. Maij
1642. coram me § in quinto articulo*. Et parum
refert quod ijdem, ſeù alij teſtes infra deponant
indefinitè de valore frumenti in eadem ſum-
ma computato anno fertili cum ſterili, quia
5 hæc indefinita locutio in teſtibus † non æqui-
pollet vniuerſali, *Seraph. dec. 893. num. 22. Buratt.
deciſ. 175. nu. 14. dec. 631. numer. 12. Surd. conſ. 352.
num. 21.* & declaratur à teſtibus deponentibus
6 in ſpecie † de valore frumenti tempore meſſis
*Caſ. de Graſſ. dec. 8. num. 10. de cauſ. poſeſſ. & propr.
Socc. Iun. conſ. 69. num. 16. libr. 1.* alijque relati *ab
adden. ad Buratt. deciſ. 430. num. 4.* præſertim, quia
vniuerſale admodum eſt, quod eodem prętio
frumentum venierit tempore meſſis, & alijs
temporibus, & contrarium apparet ex atteſta-
tionibus datis in *Sum.* traslatariorum *n. 7. & 8.*
eſt autem hoc magni momenti, quia redditus
frumenti iuxtà lecturam teſtium, & iurium
pro Epiſcopo exhibitorum excedit tumulos
1200.

Secundò quia deponunt de redditibus quin
que, vel ſex annorum, cum tamen ad docen-
dum de vero valore requiratur probatio red-
dituum integri decennij, quia facilè poteſt
contingere quod breuiori tempore omnes
anni fuerint, aut ſteriles, aut fertiles, prout re-
quiritur quando valor deducitur impugnati-
7 uè † ad gratiam alterius ob non expreſſionem
veri valoris, *Acchil. dec. 2. ſuper reg. de valore Sar-
nen. ſuper eadem reg. q. vlt. Put. deciſ. 374. n. 3. lib. 3.
in corr. Rot. dec. 189. nu. 4. par. 1. & dec. 1627. par. 3.
diuerſ. & in alijs relatis per Garz. de benef. part. 5.
cap. 3. n. 228. & ſeqq. vſque ad num. 239.*

Nam etiam in terminis Conſtitutionis Vr-
8 banæ de qua agitur, † deducitur valor impu-
gnatiuè ad gratiam translationis, & quamuis
9 hæc impugnatio, quia includit † equè prin-
cipaliter ius dantis non ſit purè & propriè ob-
iectiua, *Caſſad. deciſ. 2. de except. Rot. deciſ. 1. de
ſequæſt. poſſ. & fruct. in nou. dec. 18. de excep. in antiq.
Put. deciſ. 21. num. 5. in corr.* ſapit tamen aliquo
10 modo obiectum, † & propter odibilitatem
materiæ quippè tendentis principaliter ad an-
nullandam translationem penſionis, ac pri-
uandum traslatarios eius commodo, & iure
quæſito regulatur, quo ad probationes ferè
ad inſtar veri obiectus, licet non ità reguletur,
quo ad obſeruantiam, *cap. 1. & cap. vt circa de
elect. in 6.* vt benè diſtinguit, *Lotther. de re benef.
lib. 2. quæſt. 42. num. 4. & num. 7. iuncto num. 21. Rota
dec. 353. numer. 7. & ſeqq. coram ſan. mem. Greg. XV.
& ibi add. n. 18. facit Sarnen. in reg. de iſirm. quæſt. 36
ſub num. 1.* ob quam rationem in ſimili impu-
11 gnans prouiſionem Nuntij † Hiſpaniarum,
ex quo beneficium excedat ſcut. 24. debet pro-
bare exceſſum valoris per decem annos, vt
fuit deciſum *in Maioricen. Cappellæ 15. Iunij
1592. coram bon. mem. Orano relata per Garz. de
benef. part. 5. cap. 3. num. 156. ſequendo ſupra citatam
deciſionem ſecundam Acchill. de valore*, quæ habet
12 locum etiamſi impugnatio † includat ius dā-
tis, vt ponderauit, *Rot. in Foroliuien. Primiceria-
tus 11. Maij 1590. coram bon. mem. Comitulo, quæ eſt
inter eius impreſſ. deciſ. 116. num. 5. &* 6. & in pun-
cto impugnantis gratiam penſionis ex capite
13 valoris beneficij, † quod teneatur probare
valorem per decennium fuit reſponſum in
*Pampilonen. Penſionis de Carcar 22. Iunij 1579. co-
ram bon. mem. Rubeo*, quem ſequitur, *Lotther de
re benef. lib. 1. quæſt. 43. ſub num. 23. & num. 31. &
lib. 3. quæſt. 20. num. 95. & 96.*

14 Neque obſtat *deciſ. 159. num. 7.* † *& ſeqq.* vbi
impugnabatur gratia ex capite valoris, & Ro-
ta admiſit illius probationem per aliquot an-
nos *part. 5. recent.* quia caſus illius deciſionis eſt
longè diuerſus, nam, vt patet *num. 8. & nu. 12.*
ibi non impugnabatur penſio, ſed agebatur
ad reſciſſionem contractus permutationis ad
effectum, ne actor cogeretur ſoluere de ſuo
onera beneficij, vndè cum tractaret de damno
euitando, non mirum ſi probationi valoris
aliquot ſolum annorum acquieuit iudicantis
arbitrium, à quo plurimum pendet liquida-
15 tio valoris, † *Lotther. d. lib. 3. quæſt. 20. numer. 91.
alijque relati per add. ad Buratt. deciſ. 538. ſub n. 22.*
prout neque obſtat *deciſ. in Aquen. Penſionis 19.
Decembris 1608. coram bon. mem. Cardinali Lancel-
lotto, & deciſ. 550. num. 1. par. 1. dec. 263. numer. 13.
part. 7. recent.* in quibus ſequendo diſtinctionem
Putei deciſ. 8. libr. 1. in corr. dictum fuit requiri
16 exactiorem probationem † ſi agatur ad effe-
ctum regulæ de valore ſufficere verò leuio-
rem ſi ad effectum annulendæ, ſeù reducen-
dæ penſionis, quia non ideò excluditur, quin
17 etiam ſecundo caſu † probatio educi debeat

ex redditibus decennij, in quo articulo vterque caſus æquiparatur ex ſupra allegatis; vt in ſimili ad eãdem diſtinctionem reſpondit *Lotther.de re benef.lib.2.quæſt.43. numer.28. & 31.* Præter quod dictę dicifiones omni caſu requirunt probationes exactiores ſi contrà proban-
18 tem † vrgeat propria confeſſio, quæ hic re-
19 ſultat ex articulis datis † ab Epiſcopo pro cõficiendo proceſſu conſiſtoriali, & vſu,ac productione eiuſdem proceſſus, continentis probationem redditus annui ſcutorum bis mille ad tradita per *Saly.in l.comparationes nu.13.Cod. fid.inſtrum Put.dec.386.nu.2.lib.2.in corr.*

Tandem non obſtat, quod ex declaratione eiuſdem ſan.mem. Vrbani VIII. ad ignoſcen-
20 dum exceſſum † attendendũ ſit tempus traſlationis, quam declarationem ſecuta fuit *Rota in Camerinen.Penſionis 1.Iulij 1643.coram R.P.D. Royas*,quia ſtant ſimul quod inſpiciatur valor
21 tempore traslationis,†& probatio valoris deſumatur ex decennio antecedenti, vt in proximis *term.reſpondit Rot.deciſ.65.num.15.part.2. diuerſ.& dec.825.num.3.part.4.* vbi dicit rationem, quia ſi probatio prætij reſtringeretur ad
22 tempus contractus, † ſaqueretur prætium ex momento temporis conſtitui cum contractus momento perficiatur, quod eſt contra *tex.in l.pretia rerum ff.ad leg.falcid.& ibi notat per Bart.§.non nullam num.3.Alex.nu.10.Aret. in cap. cum cauſa num. 2.de teſtib.Afflict.dec.316.numer.6.* Et ideò in eadem *Camerinen.Penſionis 12. Maij & 7.Iulij 1642.coram D.meo Royas*, conſtitutus
23 fuit valor beneficij † ex redditibus decennij quod etiam ſeruatum fuit in *Alerinen. Penſionis coram Eminentiſs.D.Cardinali Hieronymo Veroſpio impreſſ.part.5.recent.deciſ.544.ſub num. 3.* quic-
24 quid ſit quando valor probandus eſt† pro iuſtificatione clauſulæ *dummodò*, remaneant centum pro pro Rectore appoſita in reſeruatione penſionis, quo caſu an requiratur valor decennij, Rota reſeruauit particulariter videndum in *dec.293.ſub num.3.part.1.diuerſ.* nec voluit decidere in *Peruſina Penſionis 24.Maij 1644. coram R.P.D.meo Veroſpio*, vel quando agitur
25 de probando valore † ad effectum ſubſtinendi gratiam reſeruationis penſionis,tunc enim non requiritur probatio decennalis ex allegatis per *Lotther.de re benef.lib.1.quæſt.43.nu.23. & lib.3.quæſt.20.num.64.Rot.deciſ.159.numer.15. part.5.recent.*

Tertiò non releuant dicta Teſtium, quia inter onera, & expenſas,quibus affirmant abſorberi medietatem fructuum plures recẽſent quæ in calculum non ſunt referendæ, quarũ prima eſt annua præſtatio ſcutorum 40. pro ſtipendio Prædicatoris,cum enim prædicatio-
26 nis munus † ſpectet ad Epiſcopum, vt latè firmant, *Rot.deciſ.234.num.1.& ſeqq. part.6. re-*
27 *cent.*ipſe illud, † vel per ſe, vel per alium expenſis tamen ſuis non autem Penſionariorũ implere debet, *Garz. in addit. ad part.5. capit.3. num.169.addem.ad ſan.mem.Gregorium XV.dec.245 ſub num.12.verſ hinc eſt Rot.dec.158. ſub num. 19. verſ.non obſtant onera part.1.recent.deciſ.418.nu.6. coram bon.mem.Buratto & in Romana Penſionis 16. Maij 1639.coram bon.mem.Merlino.*

Demenda item eſt partita ſcutorum 100. annuorum pro ſalario factoris, ſiue exactoris, quia connumeratur inter impenſas volunta-
28 rias, quæ non debent in calculum referri, vt in his terminis cenſuit, *Rot.coram bon.mem.Caualer.dec.462.num.2. & in Firmana Penſionis 12. Maij 1642.coram me, & tradit adden.ad Greg.XV. d.deciſ.245.ſub num.12.infra medium verſ. eadem etiam ratione.* Quapropter demenda etiam eſt impenſa ſcutorum 40. pro ſalario Organiſtæ
29 per totum annum, quia eſt voluntaria † ſaltem reſpectu quantitatis, vt dixit, *Rot.in d. Romana Penſionis coram bon.mem.Merlino §. minuſque*
30 *voluntariæ* vbi idem dicitur de expenſa † ceræ candeloræ, quę exaduerſo taxatur in ſcutis annuis 45.

Alia quoque ſcuta 100.& alia ſcuta annua 50.pro impenſis reparationis Eccleſiæ, & domorum menſæ Epiſcopalis, & ſupellectilis ſacræ non ſunt calculanda,quia non minuunt
31 fructum † cum ſint impenſæ incertę, ac varibiles, *Garz.de benef.in add.ad par.5. cap.3. numer.175.* & ad neceſſarias reparationum im-
32 penſas, † penſionarij pro rata concurrere debeant, *Rot.deciſ.158.num.20.part.1.recent. dec. 468.num.15.coram bon.mem.Buratto,& in d.Romana Penſionis verſ.nec incerta.*

Partita ſcutorum annuorum 50. pro intereſſe pecuniarum, quæ recipiuntur mutandæ colonis nullatenus iuſtificatur. Ac tandem inter onera Eccleſiæ non eſt recenſenda rata penſionis ſcutorum 200.quę aſſeritur remanſiſſe penes Cardinalem transferentem, cum ſolum tercenta traſtulerit, & penſio eſſet ſcutorum 500. Quia,& ſi tantum tercentum fuerint translata, executor tamen traslationi deputatus integram penſionem ſcutorum 500. de volũtate Cardinalis caſſauit, per quam caſſationem ex tunc extincta fuit tota penſio
33 etiam † quo ad ratam non traslatam: quicquid dicendum eſſet ſi Cardinalis conſenſiſſet
34 caſſationi, † vt eadem omninò quantitas ad fauorem traslatoriorum reſeruaretur, & non aliter, vt per *Gabr.conſ.185.num.1.& ſeqq.libr.1.* Nec dubitari poteſt quin de conſenſu Car-
35 dinalis † caſſari potuerit etiam quantitas nõ translata, *Gig.de penſion.quæſt.99 ſub nu.8.Bellon. iunor.conſ.27.nu.1. Lotther de re benef.lib.1.qu.42. num.42.& 43.Rot.deciſ.404.num.6.part.2.recent.*

Quibus partitis demptis è calculo onerum, ac expenſarum non probatur quod penſiones translatæ excedunt medietatẽ fructuum, quamuis valor Eccleſię conſtitueretur in annuis ducatis 1700.vt pars aduerſa expoſuit in articulis, qui tamẽ non probant in præiudicium translatariorũ prout nec Teſtes deſuper examinati ex rationibus ſupra deductis. Vndè cum non applicetur Conſtitutio Vrbana, & conſtet de facultate † trasferendi
36 eiuſque forma ſeruata fuerit in Inſtrumento traslationis vtique tenet traslatio, *Rot.in Veronen.Penſionis coram bon.me. Cardinali Fabritio Veroſpio impreſſ.apud Marcb.part.2.fol.555.& late in deciſ.153.ſub num.8.verſ.cæterum prædictis, & per tot.part.5.recent.*

Et ità deciſum vtraque Parte informante.

PAR-

PARMEN. PENSIONIS.

Veneris 28. Aprilis 1645.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem non dicitur à penſionario acquiſita niſi concurrat vera & actualis ſolutio, non autem ex confeſſione de recepto quando ex ea vera numeratio non probatur, prout non dicitur probata ſi inſtrumentum incipit à confeſſione ibi *fuit confeſſus &c.* ad quam referuntur ſubſequētia verba *habuit, & recepit,* necnon *habuiſſe & recepiſſe &c. dante & ſoluente,* quæ vti poſita in ventre confeſſionis eiuſdē ſunt qualitatis, quamuis ſint geminata, minuſq; numeratio reſultat ex illis verbis *hic in præſentia &c.* quando oratio incipiens à confeſſione deſinit etiam in confeſſionem. Reliqua circa hanc materiam deſume ex ſummarijs.

SVMMARIVM.

1 *Penſionarius non conſtituiturin quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, niſi actus veræ & actualis ſolutionis concurrat, non autem per confeſſionē de recepto.*

2 *Numeratio vera non probatur ex inſtrumento receptionis quando incipit à confeſſione ibi* confeſſus fuit &c. *ad quam referuntur ſubſequentia verba* dante & ſoluente *quia cenſentur appoſita in conſequentiam confeſſionis.*

3 *Quamuis ſequatur verbum* habuiſſe & recepiſſe *quia eſt mere confeſſionale ac demonſtrat geminationem verborum* dante & ſoluente &c. *vti poſitum in ventre confeſſionis eiuſdem eſſe qualitatis & per conſequens geminatio nihil operatur.*

4 *Item ad confeſſionem referuntur ſubſequentia verba* quia habuit &c. *nam cenſentur prolata à confitente in prima perſona, & ſcripta à Notario in tertia & adiecta continuatiue & per modum rationis ipſius confeſſionis cuius terminos non egrediuntur, & num. 5.*

6 *Ratio ſemper intelligi debet ſecundum terminos diſpoſitionis, cui accedit.*

7 *Numeratio vera probatur ex illis verbis* hic in præſentia &c. *quamuis inſtrumentum incipiat à confeſſione.*

8 *Declara concluſionem procedere quando Oratio incipit à confeſſione, ſed non deſint in confeſſionem ſecus vero in caſu contrario.*

9 *Ratio diuerſitatis eſt quia primo caſu verba* hic in præſentia *non reſtringuntur à confeſſione ſubſequenti & poſſunt intelligi diſpoſitiue, quæ ratio ceſſat in ſecundo caſu quando eadem verba poſita ſunt in medio inter verba confeſſionalia tunc enim declarantur & reſtringuntur à primis & vltimis verbis loquentibus de confeſſione.*

10 *Media præſumuntur eiuſdem qualitatis cuius ſunt extrema.*

11 *Verba poſita in medio cenſentur prolata ab eadem perſona, quæ protulit verba extremorum.*

12 *Gerundium* confitendo &c. *modificat ac determinat verba præcedentia apta ad plures ſenſus trahi, itaut reſoluantur in confeſſionem, quamuis alioquin ſignificare poſſent veram ſolutionem.*

13 *Verba confeſſionalia trahuntur ad numerationem ſi ſubſequatur gerundium* dando & numerando &c.

14 Deciſiones 310. & 382. par. 4. recent. declarantur.

15 *Numeratio non probatur quando Notarius incepit à confeſſione receptionis nam verba ſubſequentia* cum effectu receperunt ad præſentiam &c. *referuntur ad confeſſionem, itaut ſenſus ſit quod coram Notario fuit facta confeſſio, non autem pecuniarum numeratio.*

16 *Nec refert an confeſſio concepta ſit per verba de præterito vel de præſenti.*

17 *Extenſioni clauſularum factæ à Notario ſtandum eſt.*

18 *Teſtis vnicus probat contra inducentem, quando illius examen in Iudicio produxit, ſecus vero ſi ſolū induxit tunc enim inducendo cenſetur perſonam non autem dictum approbaſſe.*

19 *Pecuniæ non dicuntur realiter ſolutæ ſi coram Notario exhibitæ fuerunt ad ſolam apparentiam, & ſtatim reſtitutæ tunc enim in recipientem non dicitur translatum dominium vt requiritur ad effectū ſolutionis, num. 20.*

21 *Solutio momentanea conſiderabilis eſt, ſi producit effectum liberationis debitoris.*

22 *Limita non procedere ſi pecunia ſolum interuenit ad ſolam apparentiam vt ſimularet ſolutionem, tunc enim à lege habetur pro ſuſpecta momentanea ſolutio.*

23 *Extractio facta lite pendente & ſine compulſorialibus fidem non meretur.*

24 *Penſionarius non dicitur conſtitutus in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem ſi ſolutio eſt æquiuoca.*

25 *Contrapoſitio partitarum nō importat extinctionem debiti perſolutionem, ſed per compenſationem.*

26 *Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem non cenſetur acquiſita per compenſationem, quia ſolutionem importat per modum fictum Compenſatio vim habet ſolutionis ad effectum liberationis non autem ad effectum conſtituendi in quaſi poſſeſſione exigendi ibidem.*

27 *Scriptura priuata non probat contra tertium.*

DECISIO CCXIV.

1 QVIA ad probandam quaſi poſſeſſionem exigendi penſionem † conſtare debet de illius exactione per actum veræ & effectualis ſolutionis, non autem per confeſſionem de recepto, *Seraph. dec. 292. num. 2. Buratt. dec. 156. num. 2. & ſeqq.* arbitrio pro retardanda executione mandati de manutenendo Penſionario ab A. C. conceſſi locum eſſe *Rota cenſuit ſub die 23. Martij 1640. coram me,* ſtetitque hodie in deciſis cauſa repropoſita ſuper eiſdem.

Repetendo quod inſtrumētum à penſionario productum continet ſolum confeſſionem de recepto nam incipit à confeſſione ibi *ſponte &c. fuit confeſſus &c.* ad quam referuntur
2 ſubſequentia † verba *dante & ſoluente,* quia cenſentur appoſita in conſequentiam confeſſionis, vt præter *Bald. Iaſ. & alios allegatos in prima deciſione §. non enim tradit Emanuel Coſt. in repet. l. ſi ex cautione limit. 19. ſub num. 8.* vbi teſtatur

de communi *Cod. non numer. pec. Bertazzol. clauſ. 32. gloſ. 5. num. 1.* Nec refert quod bis replicentur, nempe ibi, *in executione reſeruationis penſionis de qua ſupra dante & ſoluente &c.* & paulo infra ibi, *ab eodem D. Nicolao Priore ante dicto dante & ſoluente, vt ſupra habuiſſe & recepiſſe &c.* quia
3 verbum *habuiſſe & recepiſſe,* † quo clauditur
oratio & dubio procul eſt mere confeſſionale, demonſtrat geminationem illam verborũ *dante & ſoluente* vti poſitam in ventre confeſſionis eiuſdẽ eſſe qualitatis & per conſequens geminatio nihil operatur, *Iacob. Niger in Rub. ff. de verb. oblig. num. 47. Thob. Non. conſil. 7. num. 9. Grat. diſcept. 774. num. 32. ex text. in l. ſi mulier la 2. Cod. Ad Vell.*

Pariterque ad confeſſionem referuntur ſubſequentia verba *quia habuit* nam cẽſentur pro-
4 lata à confitente in prima perſona, † & ſcripta
à Notario in tertia vt potuit, *Bart. in d. l. ſi ex cautione num. 9. verſ. vnde ſi,* quem ſequuntur allegati in *prima deciſ. §. tum ſubſequentia & §. ſeq.* vbi ponderata fuit dictio illa, *quia* ex qua colligitur verba *habuit & recepit* adiecta eſſe con-
5 tinuatiue † & per modum rationis ipſius con-
feſſionis, ideoque confeſſionis terminos non egredi cum ratio intelligatur ſecundum ter-
6 minos † diſpoſitionis cui accedit *Alciat. in l.*
pater filium §. fundum col. vlt. ſub num. 8. verſ. Tertius eſt caſus ff. legat. 3. Menoch. conſil. 376. n. 53. Alb. conſil. 361. n. 12.

Maior difficultas conſiſtere videbatur in illis verbis *hic in præſentia &c.* quæ immediatè ſequuntur poſt verba quia habuit, ibi, *quia habuit hic in præſentia &c.* & probare ſolent verã
7 numerationem † quamuis inſtrumentum ex-
ordiatur à confeſſione, vt tradunt *Doct. allegati in deciſione §. non obſtat il primo,* & firmauit *Rot. in deciſ. 310. num. 6. & deciſ. 382. num. 2. & 3. par. 4. recent.*

Sed licet vera eſſet concluſio in terminis quibus loquuntur allegati in obiecto, nempe quando Notarius dixit *quæ habuit & recepit hic in præſentia &c.* & oratio incipiebat à confeſſio-
8 nẽ † ſed non deſinebat in confeſſionem, nul-
latenus applicatur caſui noſtro in quo ſcriptũ eſt *quia habuit,* & oratio incipit & deſinit in cõfeſſionem cum ſtatim poſt verba *hic in præſentia &c.* Notarius ſubdiderit *confitendo &c.* &
9 ratio diuerſitatis eſt, † quia primo caſu cum
verba *hic in præſentia* non reſtringantur à confeſſione ſubſequenti, poſſunt intelligi diſpoſitiuè & ſic quod probent veram ſolutionem, quæ ratio ceſſat in ſecundo caſu quando eadẽ verba poſita ſunt in medio inter verba confeſſionalia cum tunc non importent diſſimilem diſpoſitionem, ſed declarentur & reſtringantur à primis & vltimis verbis loquentibus de confeſſione emiſſa à creditore & media præ-
10 ſumantur eiuſdem qualitatis † cuius ſunt ex-
trema, *Socc. conſil. 71. num. 22. lib. 1. Rimin. iun. conſil. 809. numer. 8. poſt Bald. in l. vnica §. pro ſecundo ſub num. 8. verſ. in contrarium Cod. cad. toll. Buratt. dec. 660. nu. 1. & bene ad propoſitum Ioſeph Ramon. conſil. 37. numer. 162.* vbi quod verba poſita in
11 medio † cenſentur prolata ab eadem perſo-
na, quæ protulit verba extremorum *lib. 1.* attenta præſertim natura gerundij illius *confitendo,* quod modificat ac determinat verba præ-
12 cedentia † apta ad plures ſenſus trahi, ita vt re-
ſoluantur in confeſſionem quamuis alioquin ſignificare poſſent veram ſolutionem, ſicuti è conuersò verba confeſſionalia trahuntur ad
13 numerationem † ſi ſubſequatur gerundium
dando & numerando *Bald. in d. l. ſi ex cautione num. 20. verſ. quinto quæritur, Emanuel Coſt. in repet. d. l. ſi ex cautione ſub num. 8. verſ. contra ſi ſcriptum Felin. in cap. ſi cautio ſub num. 53. verſ. ſubdit tamen de fid. inſtrum. Bertaz. clauſ. 31. gloſſ. 5. n. 3.*

Atque hinc non vrgent *dec. 310. & 382. p. 4.*
14 *recent.* † quia ibi oratio incipiebat, ſed non
deſinebat in confeſſionem, & vltro aderant verba *ibidem, actualiter datos, numeratos, & traditos* quibus non appoſitis eadem *deciſio 382. ſub num. 4. admittit procedere deciſionem in Ianuen. pecuniaria 15. Aprilis 1611. coram bon. mem. Card. Lancellotto iuniori, quæ eſt deciſ. 320. inter impreſſ. poſt conſil. Farinacc. lib. 2.* vbi firmatum fuit, quod ſi Notarius incepit à confeſſione receptionis
15 alia † verba ſubſequentia *prout cum effectu re-*
ceperunt ad præſentiam mei Notarij ac teſtium &c. referuntur ad confeſſionem, vt ſenſus ſit quod in præſentia Notarij probetur facta confeſſio, non autem pecuniarum numeratio, de qua Notarius nullam mentionem fecit, & ſequitur *Grat. diſcept. 187. num. 42.* nec refert an confeſſio concepta ſit per verba de præterito, vel
16 de † præſenti *Argenter. in conſuet. Brittan. art. 230.*
verb. qui s'oblige ſub numer. 2. verſ. ſed & in confeſſionis.

Et rem vti ſecuta eſt, dilucidè aperit tum extenſio clauſularum cęteratarũ facta à Notario rogato de dicto inſtrumento, in quo ſic legitur, *quia ipſas libras &c. habuit & recepit pro vt dixit & legittimè cõfeſſus fuit hic in præſentia mei Notarij & teſtium infraſcriptorum confitendo &c.* vnde nõ obſtat quod in alia parte inſtrumenti continente meram confeſſionem de recepto terminorum antea decurſorum Notarius addiderit clauſulam pro vt dixit; nam eadem clauſula tacitè inerat in prima parte vt conſtat
17 ex dicta extenſione Notarij † cui ſtandum
eſt *Bald. in Rub. Cod. fid. inſtrum. n. 41. & in l. Gallus §. idem credendum il ſecondo nu. 4. ff. liber. & poſth. Grat. conſil. 102. num. 3. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 10. num. 19.*

Tum teſtis ad inſtantiam Penſionarij inductus, qui licet vnicus probat contra penſiona-
18 rium † cum illius examen in iudicio produ-
xerit, licet non probaret ſi ſolum induxiſſet, quia inducendò cenſeretur approbaſſe perſonam non dictum, vt bene diſtinguit *Honded. conſil. 84. num. 9. & ſeq. lib. 2. Farinac. de teſtib. q. 62. num. 243.* vbi dicit hanc declarationem eſſe à Doct. communiter recepta *Grat. diſcep. 505. num. 6. Adden. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 215. ſub num. 9.*

Deponit ſiquidem iuxta 21. interrogatoriũ pecunias è ſcrinio debitoris in quodã taſcola linea fuiſſe delatas ad lectum in quo debitor ægrotus iacebat vt apparerent, & abſq; aliqua numeratione, ad idem debitoris ſcrinium fuiſſe reportatas, ibi, *Io portai la moneta del ſcrigno*

del

del Sig. Nicolò &c. la preſi coſi in pugni, e la meſſi nel fazzoletto ſenza contarla &c. e detta moneta ſubito che fù fatto l'atto del pagamento fù riposta nel medeſimo luogo di doue era ſtata tolta cioè nello ſcrigno di detto Sig. Nicolò, & iuxta vltimum ibi, *volſe far queſt'atto accioche appariſſe che ſuo fratello era in poſſeſſo, e che il denaro appariſſe &c.* vnde non mirum ſi Notarius abſtinuit à verbis veram ſolutionem denotantibus, quia pecuniæ
19 non dicuntur realiter ſolutæ † quando exhibitæ fuerunt ad ſolam apparentiam & ſtatim reſtitutæ, *Rimin. ſen. conſ. 407. num. 7. in fin. Beltram. inter conſ. Farin. lib. 3. conſ. 201. nu. 33. & 34. Caualer. deciſ. 406. num. 2.* cum non fuerit illarũ
20 dominium in recipientem † translatum *Coraſ. in l. frater à fratre n. 10. ff. condict. indeb.* vt requiritur ad effectum veræ ſolutionis, *l. fugitiuus 19. ff. ſolut. Merlin. in empor. iur. p. 1. tit. 8. queſt. 10. ſub num. 5.*

Quod vero dicitur ſolutionem momenta-
21 neam eſſe conſiderabilem † ſi peperit effectũ liberationis debitoris, non applicatur, quia pecunia interuenit ad ſolam apparentiam, vt
22 ſimularent ſolutionem in præiudicium ſucceſſoris in beneficio, & quia lex ipſa habet pro ſuſpecta momentaneam ſolutionem, quando vt in caſu noſtro non ſufficit confeſſio de recepto, vt tradit *Cur. iun. in l ſingularia num. 37. verſ. retenta tamen ff. ſi cert. pet. Bald. Alex. & alij allegat. in prima deciſ. § nec obſtat, quibus addi poteſt Beltram. d. conſ. 201. num. 32. Farinacc de falſitat. & ſimul. queſt. 154. num. 91. & facit Bellon. de poteſt. eor. quæ in con. fiunt cap. 83. ſub num. 5. Monter. dec. Aragon. 2. ſub num. 37. verſ. ſecundus etiam*; accedente præſertim nimia celeritate in ſoluẽdo, quia prædicta geſta fuerunt ipſa die S. Ioannis Baptiſtæ, & laborabat febre maligna, ex qua poſt triduum obijt, quodque de pluribus terminis penſionis antea decurſis non apparent ſolutiones niſi per confeſſionem de recepto emiſſam in eodem inſtrumento aſſertæ ſolutionis vltimi termini.

Nec releuat quod in præteritum Nicolaus titularis diuerſis temporibus diuerſas pecuniarum ſummas tranſmiſerit ad Ioannem fratrem ac penſionarium commorantem Bononiæ vt cõſtat ex partitis Raymundi de Nigris Mercatoris; nam præter quod partitæ vti ex-
23 tractæ † lite pendente ſine compulſorialibus, Rotæ nõ probant *cap. fin. de fid. inſtr. Rot. dec. 302. n. 2. dec. 511. par. 1. rec.* plereq; non loquuntur de ſolutionibus factis ipſi Ioanni, ſed cuidam Bartholomeo Titte, nuſquam exprimunt cauſam penſionis; imò illius valorem excedunt, & potuerunt pecuniæ tranſmitti à Nicolao ad Ioannem fratrem commorãtem Bononiæ cauſa ſtudiorum ex bonis patrimonialibus inter ipſos communibus, vnde redditur ſaltem æquiuoca cauſa ſolutionum, quæ pro-
24 pterea † non conſtituerunt penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem argumento, *tex. in l. duo ſunt titij ff. teſtam. tutel.* & in proprijs terminis *Mantic. deciſ. 192. ſub num. 3. verſ. ſed cum Grat. diſcep. 113. num. 67. vbi allegat concord.*

Et quamuis poſtmodum Nicolaus in cõputis dati & accepti inter ſe & Ioannem fratrem partitas pecuniarum vt ſupra tranſmiſſarum contrapoſuerit debito penſionis, hæc
25 tamen contrapoſitio, † quia non importat extinctionem debiti per ſolutionem, ſed per compenſationem iuxta *theor. Io. de Imol. in l. 1. num. 8. ff. ſol. Alex. conſil. 85. nu. 2. & ſeqq. lib. 3. Dec. conſil. 308. num. 9. in fin. Menoch. conſil. 121. nu. 43. Surd. dec. 186. num. 7. & 8.* non poteſt plus operari quam ipſa compenſatio, quæ non ſufficit pro acquirenda quaſi poſſeſſione exigendi,
26 quia eſt loco ſolutionis per modum fictum, vt in puncto *Seraph. dec. 302. per tot.* quem ſequitur *Capic. Latro dec. 25. ſub num. 8. vbi allegat Theod. allegat. 98. num. 21. & fuit deciſum in Fanen. Penſionis 20. Maij 1633. coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozet. Decano, & in Parmen. Penſionis 17. Febr. 1625. coram Vbaldo impreſſ. poſt Moder. de manut. dec. 47. num. 8.* cum præterea dicta computa facta à Nicolao per ſcripturam priuatam non
27 probent † contra tertium qualis eſt ſucceſſor in beneficio *Buratt. dec. 156. num. 3. & 4.*

Ex quibus & aliis deductis in prima deciſione illam DD. confirmarunt vtraque parte informante.

BONONIEN. PECVNIARIA ſeù ATTENTATORVM.

Veneris 28. Aprilis 1645.

ARGVMENTVM.

Plura in hac deciſione adnotantur circa reuocationem attentatorum, de quibus vt in ſummarijs.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente in Rota & eo magis poſt inhibitionem Rotalem non poteſt citra vitium attentatorum alius Iudex adiri.*

2 *Cauſarum diuerſitas allegari nequit, quando vtraq; cauſa verſatur circa eundem effectum.*

3 *Attentata commiſſa poſt inhibitionem vt reuocanda veniant ſufficit attentatum verſari circa rem connexam ac dependentem primario à negocio principali.*

4 *Attentata reuocari nequeunt ad inſtantiam illius, qui conſenſit in iuriſdictionem Iudicis attentantis.*

Limita non procedere quando quis comparuit coram Iudice impugnatiuè ex qua comparitione impugnatiua non reſultat conſenſus in iuriſdictionem, aut renunciatio litis pendentæ coram alio Iudice, num. 7.

5 *Attentatis renunciaſſe cenſetur, qui paſſus eſt negocium principale diſcuti, & per ſententiam diffiniri.*

Declara concluſionem non procedere quando ille ſententiam fauorabilem ſuper negocio principali reportauit licet ſecus ſi ſuccubuiſſet, num. 9.

Et ratio diuerſitatis redditur, num. 10.

6 *Inhibitio Rotalis afficit etiam actus conſequutiuos ante motam litem, qui alias liciti ſunt non obſtante litis pendentia.*

8 *Comparens impugnatiuè coram Iudice laico, vt deſiſteret à cognitione cauſæ pendentis coram Iudice Eccleſiaſtico non dicitur in illius iuriſdictionem conſentire.*

DECISIO CCXV.

POSTQVAM Iudex criminalis, qui ad inſtantiam Beccadelli mandauerat ſuperſederi in cauſa ciuili ſuperſeſſoriam reuocauerat, & ſignatura reiecerat appellationem à decreto reuocationis huiuſmodi per Beccadellum interpoſitam Balda Geſia proſequendo Iudicium ciuile motum coram A. C. obtinuit expediri mandatum executiuum contra Beccadellum, vti hæredem Laurentij Bōſignorij pro libris 32400. à quo cum fuiſſet commiſſa cauſa appellationis in Rota R.P.D. meo Rojas cum clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis.

Beccadellus ad euitandam vlteriorē executionē dedit Geſiæ inſolutum certa bona in inſtrumēto trāſactionis ſuper hoc initæ ſpecificata,& ſucceſſiuè inſtetit coram D.meo Rojas pro diſputatione dubij. An mandatū A.C.eſſet confirmandum vel infirmandum, quod confirmandum eſſe Rota reſpondit, & per ſententiam diffinitiuam pronunciauit. A qua ſententia commiſſa ad inſtantiam Beccadelli cauſa appellationis, Geſia in primis, & ante omnia oppoſuit de attentatis, quæ à Beccadello commiſſa aſſerebat; quia lite, vt ſupra coram D.meo Rojas pendente, adiit Iudicem criminalem & ab eo extorſit mandatum de reintegrando, ſeu manutenendo in bonis Geſiæ datis inſolutum per inſtrumentum præfatæ tranſactionis in exequutione mandati A. C. & propoſito per me hodie dubio. An conſtet de attentatis; quæ veniant reuocanda Domini conſtare cenſuerunt.

1 Quia lite pendente in Rota,† eoque magis poſt inhibitionem Rotalem emanatam ad inſtantiam Beccadelli, non potuit idem Beccadellus adire Iudicem criminalem citra vitiū Attentatorum; *Butrius in cap. cum M. nu.61. de conſtitut. Lancellot.de Attentat.par.2.cap.4.limit.2. num.58.Mandoſ.de inhibitione quaſt 121.n.2.Miliſ. in repert.verb.Iudex Ordin.fol.*186.

Maximè quia in commiſſione Rotali, ad cuius formam emanauit inhibitio adeſt clauſula *quam, & quas, aliaque totius negotij principalis*, & ab eo dependentium comprehenſiuę. Nec dubitari poteſt, quin mandatum de reintegrando,ſeu manutenendo extortum à Iudice criminali præiudicium inferret cauſæ ciuili, dum appeteret, quod tendebat ad reuocationem executionis ciuiliter factæ cuius cognitio, an ritè, ac rectè facta fuerit erat commiſſa in Rota, adeout proinde allegari non
2 poſſit diuerſitas † cauſarum cum circa eiuſdem executionis ſubſiſtentiam vtraque cauſa verſaretur, & ad effectum reuocationis attentatorum poſt inhibitionem commiſſorum
3 ſufficit attentatum verſari circa rem connexam, ac dependentem primariò à negotio principali, vt tradit *Lancellot.de attentatis part.2. cap.20.limit.5.num.5.& aneca cap.12.limit.2.n.23 Rot.deciſ.31.de appellat.in nouis.dec.201.n.5.par.2 diuerſ.dec.179.num.8 par.7. recent. & in Calaguritana Beneficiorum de Autol. 19. Aprilis 1613. coram bon.mem.Card. Sacrato impreſſ. apud Marchesanum de comm.par.2. fol.478. ſub num.1. in Volaterrana Tranſactionis 22.Martij 1634. coram Eminentiſſ. Cardinali Hieronymo Veroſpio*, Præſertim quia cauſa prius mota coram Iudice criminali iam fuerat extincta, vt infra dicetur.

Non obſtant tria pro parte Beccadelli adducta. Primò quod mandatum Iudicis criminalis ſit conſequutiuum ad ſuperſeſſoriam ab eodem Iudice decretam antequam Iudiciū ciuile moueretur, & in ſupranominata tranſactione reſeruauerit Beccadellus facultatem deducendi ciuiliter quæcumque forſan ſaperent aliquod prætenſum delictum. Secundò quod Geſia conſenſerit in iuriſdictionem Iudicis criminalis comparendi coram ipſo, qui conſenſus in iuriſdictionem Iudicis attentan-
4 tis efficit, nè peti poſſit reuocatio attentatorum, *Creſcen.dec.*2. vt lite pendente *Rota deciſ. 183.num.1.par.2.recent.* vbi, quod ſufficit conſenſus, ſiuè expreſſus, ſiuè tacitus. Tertiò quod cum Geſia poſt geſta per Beccadellum coram Iudice criminali paſſa fuerit negotium
5 principale diſcuti, & per ſententiam definiri coram R.P.D.meo Rojas, videatur attentatis renunciaſſe, vt per *Pariſ.conſ.*41. *num.*37. *lib.*1. *Rota dec.*102.*num.*1.*par.*6.*recent.*

Siquidem mandatum Iudicis criminalis nullatenus dici poteſt conſequutiuum ad præfatam illius ſuperſeſſoriam,aut cauſam coram eo ab initio pendentem,cum per eiuſdem ſuperſeſſoriæ reuocationem tunc ab ipſo Iudice criminali decretam ſublatus penitus fuiſſet effectus ſuperſeſſoriæ, & litis criminalis præter
6 quod inhibitio Rotalis operatur,† vt abſtineri debeat etiam ab actibus cōſequutiuis:qui alias liciti eſſent non obſtante litis pendentia, *Lancell.de attent.par.2.cap.4.limit.5 .num.10, verſ. hæc autem limitatio, & cap.12. limit .40. num.14. cum alijs allegatis per Adden.ad ſa.me.Gregor.XV.deciſ. 203.ſub num.7.* præſeruatiua autem appoſita in tranſactione continet clauſulam ſeruata diſpoſitione iuris; at ex iuris diſpoſitione non licuit poſt inhibitionem Rotalem agere coram Iudice Criminali ex ſupra allegatis.

Conſenſus Geſiæ in iuriſdictionem Iudicis criminalis tollitur: quia Geſia coram eo cō-
7 paruit impugnatiuè † ad mandatum per Iudicem criminalem relaxatum ad denunciandam eidem Iudici inhibitionis Rotalis reuerentiam. Ex qua comparitione impugnatiua,ac directa ad reuocationem grauaminis accepti nō reſultat conſenſus in iuriſdictionem, aut renunciatio litis pendentiæ coram alio Iudice, *Abb. in cap.gratum num.7.verſ.hæc limita de officio delegati, Dec.in cap.cum teneamur ſub numer.5.verſ. pro reſponſione de appellat. Franchus in cap.ſi à Iudice ſub num.6.verſ.tu aduerte de appell. in 6.Gabriel.de appell. concl.2.num.14.& 15. circa medium, Rota in Romana Retrouenditionis Domus 9.Maij 1642. coram R. P. D. meo Carillo*, nunc

Præ-

Præſide Conſilij Valliſoletani. Et in ſimili
8 de com parente corā Iudice laico † ad hoc, vt
deſiſteret à cognitione cauſæ pendētis coram
Iudice Eccleſiaſtico dixit, *Rota dec.240.num.15.*
par.7.recent. quod facilius recipiendum eſt in
caſu noſtro, quo cum poſt mandatum rela-
xatum à Iudice criminali ſuperueniſſent feriæ
generales Geſia non poterat petere à Rota re-
medelam grauaminis à criminali inflicti,
Ideoque coactè, & cautè inſtetit pro reuoca-
tione mandati coram ipſo Iudice grauante.

Tandem patientia attentatum paſſi, quod
negotium principale diſcutiatur non inducit
9 renunciationem attentatorum, † quando ille,
vt in caſu noſtro ſententiam fauorabilem ſu-
per negotio principali reportauit, licet ſecus
dicendum eſſet, ſi ſuccubuiſſet, vt probat *Lan-*
cell. de attent. par.3. cap.23. num.57. & ſequitur
Rot. coram Reuerendiſſ. Vrgell. dec.313. n.5. & ſeqq.
reddens optimam rationem diuerſitatis: quia
10 nimirum ille † qui obtinuit de ſuo bono iure
confidens, vtilius ſibi eſſe exiſtimauit non ſu-
ſpendere negocium principale per Iudicium
attentatorum, vt quanto citius ſententiam de-
ſuper reportaret, & per rem iudicatam, quod
ſibi debetur conſequeretur. Ideoque ex hoc
non cenſetur renunciaſſe exceptioni Attenta-
torum, caſu quo aduerſarius non acquieſcen-
do ſententiæ iudicati effectum ſuſpendat. Quæ
ratio non militat in eo, qui ſuccubuit.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

CIVITATIS PLEBIS PENSIONIS.

Veneris 5. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Penſionarius exiſtens in poſſeſſione exigendi pēſionem in certa quantitate, ſi dicta penſio fuit deinde reducta ad minorē ſummam mediante concordia facta cum titulari, mortuo titulari cum quo fuit tranſactum, adhuc poteſt vigore antiquæ poſſeſſionis petere manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi integram ſummam contra ſucceſſores ea ratione, quia reductio tanquam perſonalis expirauit cum Rectore tranſigente, tantò magis quando in tranſactione penſionarius expreſsè reſeruauit ſibi facultatem exigendi integram penſionem à ſucceſſoribus.

SVMMARIVM.

1 *Penſio non probatur ſoluta ex libris mercatoris, qui pro tertio contra tertium non probant. Declara vt num.13. & 15.*

2 *Maximè quando ſolutiones aſſeruntur factæ de ordine ſiue mandato, tunc enim ordo aliunde iuſtificari debet. Declara num.14.*

3 *In poſſeſſorio ſummariſſimo non attenditur antiqua poſſeſſio, ſed vltimus ſtatus de tempore motæ litis.*

4 *Poſſeſſio antiquior, niſi probetur continuata vſque ad petitionem mandati de manutenendo non ſuffragatur, ſed poſterior eſt manutenibilis.*

5 *Reductio penſionis tanquam realis ſuffragatur etiam ſucceſſoribus in beneficio, & quare num.7.*

6 Gigan. conſil.125. *declaratur quo caſu procedat?*

8 *Manutentio danda eſt ad ſtatum, & limites poſſeſſionis de tempore motæ litis, nulla habita conſideratione ſtatus antiquioris.*

9 *Penſionarius ſi exegit penſionem in ſumma, & quantitate reducta abſque aliqua proteſtatione, ſibi dicitur præiudicaſſe.*

10 *Princeps dicitur lex animata in Regno ſuo.*

11 *Princeps poteſtatem habet transferendi poſſeſſionem ciuilem, & aliquem poſſeſſorem conſtituendi abſque facto hominis quemadmodum poteſt lex ſcripta, licet poſſeſſorem facti abſque facto hominis conſtituere non poſſit.*

12 *Poſſeſſio ciuilis per legem tranſlata manutenibilis eſt.*

13 *Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem quæſita dicitur penſionario mediantibus ſolutionibus ei factis, ac iuſtificatis ex libris mercatorum, qui concurrentibus adminiculis plenè probant.*

14 *In ſoluente præſumitur ordo ſiue mandatum ſi frater erat debitoris, & agitur de ſumma non modica.*

15 *Libri mercatoris probant etiā pro tertio contra tertium concurrentibus adminiculis.*

16 *Quaſi poſſeſſio ſoluendi penſionem in ſumma reducta non ſuffragatur ſucceſſori, quando illa vna cum titulo obligatorio in futurum, qui perſonalis erat expirauit in perſona prædeceſſoris.*

17 *Poſſeſſor ſi ex cauſa omiſit petere debitam penſionem non propter hoc amittit poſſeſſionem, quæ retinetur animo, & ſine animo non amittitur.*

18 *Reductio penſionis, quando eſt temporalis, finito tempore danda eſt penſionario manutentio in poſſeſſione exigendi integram penſionem, quam animo retinuit.*

19 *Manutētio datur Domino directo ratione ciuilis poſſeſſionis finito tempore Emphyteuſis per mortem Emphyteutæ aduerſus illius ſucceſſores.*

20 *Manutentio datur locatori finita locatione aduerſus ſucceſſores conductoris.*

21 *Penſionarius exiſtens in poſſeſſione exigendi integram penſionem, ſi deinde penſio fuit reducta, & in Inſtrumento reductionis reſeruauit ſibi facultatem illam integrè exigendi contra ſucceſſores, ſtante tali præſeruatiua ſatis demonſtrat animum retinēdi antiquam poſſeſſionem.*

22 *Poſſeſſio anterior vigore clauſulæ præſeruatiuæ poſſeſſionis ſemper cenſetur animo retenta.*

23 *Proteſtatio ſemel emiſſa in aliquo actu, an repeti debeat nec nè? duo caſus diſtinguuntur.*

24 *Qualitas adiecta præcedenti cauſæ vniuerſali influit in actus ſucceſſiuos.*

25 *Proteſtatio ſi adeſt non in præfatione, ſed in ipſo contractu, non tollitur per actus liberè factos ex interuallo.*

26 *Proteſtatio quando eſt directa in vnam perſonam, tunc non cenſetur ab ea receſſum per actus à proteſtante geſtos cum alia perſona, quia non ſunt incompoſſibiles cum proteſtatione.*

27 *Reductio penſionis quando eſt perſonalis extinguitur cum perſona eius, cuius commodo facta fuit, nec ſuffragatur ſucceſſoribus, & ex quibus reductionem*

nem

nem fuiſſe perſonalem eliciatur?

28 *Pactum perſonale extinguitur cum perſona.*

29 *Pactum de ſoluendo minorem penſionem initum cum Rectore beneficij tanquam perſonale non tranſit in ſucceſſorem.*

30 *Poſſeſſio, ſeu quaſi quando pendet à titulo, tunc non eſt manutenibilis antequam petitorium terminetur.*

31 *Declara non procedere quando conſtat de reſolutione tituli tunc enim petitorium abſorbetur à poſſeſſorio nec poſſeſſori retardanda eſt manutentio, quicquid ſit quando reſolutio tituli eſt turbida.*

32 *Poſſeſſor ſi ab initio Iudicium petitorium inſtituit, cenſetur eius poſſeſſioni renunciaſſe.*

33 *Limita concluſionem non procedere in iuribus incorporalibus, nam in his intelligitur in petitorio intentata potius actio confeſſoria, vel negatoria, quæ præſupponit dominium, ſeu poſſeſſionem apud agentem.*

DECISIO CCXVI.

PENDENTE lite coram Me in gradu appellationis à ſententia A. C. qua declaratum fuit eſſe nullam penſionem Auctoritate Apoſtolica reſeruatam ad fauorem Reuerendiſſimi Domini Zanij ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis Ciuitatis Plebis hodie poſſeſſæ à Reuerendiſſimo Domino Lucarino, contigit dubitari, An Domino Zanio danda eſſet manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi à Domino Lucarino moderno Epiſcopo penſionē annuam ſcut. 260. monetæ, & dubitandi ratio oriebatur, primò quia ad probandas ſolutio-
1 nes in præteritum factas penſionario † adducebantur partitę librorum Mercatoris, qui pro tertio contra tertium non probant *Caputaq. deciſ. 157. num. 1. & 5. par. 2. cum alijs alleg. in Ceruien. Penſionis 22. Maij 1632. coram Eminentiſs. Card. Hieronymo Veroſpio*: maximè quia ſolutiones
2 factæ † aſſeruntur de ordine qui aliunde probandus eſt *Gig. de penſion. qu. 48. nu. 4. Rot. dec. 312. num. 3. coram ſa. me. Greg. XV. dec. 163. nu. 13. apud Modern. de manut.*

Secundò; quia quatenùs dicti libri Mercatoris probarent, ex eiſdem conſtat, quod licet viuente Epiſcopo Riccio, necnon in primis annis Carcaraſij eius ſucceſſoris in Epiſcopatu Dominus Zanius exegerit penſionem ad rationem ſcut. 260. tamen ab anno 1642. exegit ab eodem Epiſcopo Carcaraſio ad rationem ſcut. 200. tantum, ad quam propterea rationem veniret in omnem euentum manutenendus: quia in hoc Summariſſimo poſſeſ-
3 ſorio † non attenditur antiqua poſſeſſio, ſed vltimus ſtatus de tempore motæ litis, *Neuiz. conſ. 81. num. 16. & 17. Seraphin. deciſ. 1213. num. 5. Rota deciſ. 27. num. 13. deciſ. 28. num. 2. par. 1. diuerſ. deciſ. 589. num. 1. & 4. coram bo. me. Caualerio*, vbi additur quod niſi antiquior poſſeſſio probetur
4 continuata, vſque ad petitionem mandati de manutenendo non ſuffragatur, ſed vincit poſterior *Capicius latro deciſ. 77. num. 14*

Nec obſtat, quod ab Epiſcopo Carcaraſio penſionarius exegerit minorem quantitatem vigore particularis concordiæ cum ipſo initę, qui penſionem reduxit ad dicta ſc. 200. cumque perſonalis eſſet, mortuo Carcaraſio expirauit, & per conſequens reuiuixit quaſi poſſeſſio exigendi integram quantitatem ſcu. 260. quia immò ſimiles reductiones eſſe reales, &
5 ſuffragari † ſucceſſoribus, latè defendit *Bellonus Iunior conſ. 27. num. 51. & ſeqq. per tot.* qui præcipuè *num. 8.* reſpondendo *ad conſ. Gigan. 125. infrà allegandum*, dicit illius opinionem proce-
6 dere, † quando diminutio facta fuit per viam compoſitionis ſuper quantitate penſionis ſoluenda; Secus verò, ſi per viam reductionis ipſius penſionis: nam compoſitio ſonat in factum, nempè in ſolutionem à perſona faciendam, ideoque reddit conuentionem perſona-
7 lem. At reductio ſonat in in ius, † nempè in diminutionem ipſius penſionis, atque ideò denotat pactum eſſe reale, non perſonale, & quamuis in præfata tranſactione adſit proteſtatio, quod non cenſeatur præiudicatum penſionario quoad alios ſucceſſores in Epiſcopatu: tamen de eius, necnon ipſius reductionis releuantia videri poterit in petitorio. Interim autem in hoc Summariſſimo poſſeſſorio inhærendum eſt regulæ, quod ſcilicet manu-
8 tentio dari debeat ad ſtatum, † & limites poſſeſſionis, in qua penſionarius reperiebatur de tempore motæ litis, nulla habita conſideratione ſtatus antiquioris *ex ſupra allegatis*. Eò magis: quia dubitari poteſt huiuſmodi reductionem non fuiſſe factam ſimpliciter ad complacendum Epiſcopo Carcaraſio: Sed ob timorem litis motæ ſuper reductione penſionis tunc indeciſæ pendentis, necnon quia penſionarius à Carcaraſio exegit ad rationem quan-
9 titatis reductæ, † & abſque aliqua proteſtatione quietauit, & propterea ſibi præiudicauit, vt in puncto ponderauit *Rota coram rec. ſemper mem. Coccino deciſ. 186. num. 2.*

Ceterum his non obſtantibus reſolutum fuit Reuerendiſſimo Domino Zanio dandam eſſe manutentionem pro ſumma ſcutor. 260. nam quicquid ſit, An in quaſi poſſeſſione exigendi dictam ſummam conſtitutus fuerit vigore ipſarum litterarum Apoſtolicarum reſeruationis penſionis, in quibus expreſsè decernitur, quod ille in poſſeſſione, ſeù quaſi exactionis penſionis huiuſmodi ex tunc verè conſtitutus eſſe intelligatur, prout duo ex Dominis ratiocinabantur tribuēdo decreto Prin-
10 cipis, † qui eſt lex animata in Regno ſuo *Bald. in Auth. hoc amplius num. 10. Cod. fideic. Aluar. Spec. Princ. cap. 54. verſ. & Rex.* eam poteſtatem,
11 quam † habet lex ſcripta transferendi abſque facto hominis poſſeſſionem Ciuilem, & poſſeſſorem aliquem conſtituendi, licet poſſeſſorem facti abſque facto hominis conſtituere non poſſit, vt benè explicat *Chriſtoph. Paz. de tenuta cap. 18. num. 7.* & in terminis decreti facti à Duce Mediolani tradit *Rubeus Alexandr. conſ. 121. ſub nu. 3. verſ. ſecundo id quod dicitur Alex. Imolenſis conſ. 37. num. 4. verſ. ſed alia inſuper lib. 1. Capic. in terminis priuilegij Principis ſuper iuribus incorporalibus deciſ. 121. nu. 9.* quæ ciuilis poſſeſ-
12 ſio ſic † per legem tranſlata eſt manutenibilis *Menoch. de retinend. remed. 3. num. 58. & 59.*

Quaſi

Quaſi poſſeſſio huiuſmodi quæſita vlterius
13 fuit † Domino Zanio mediantibus pluribus ſolutionibus ei factis, vt conſtat ex libris mercatorum, qui adminiculantur, tum ex præcedenti reſeruatione penſionis, tùm ex litteris Cambij, quarum vigore Mercatores ſoluerunt, tùm ex quietantijs Penſionarij, tùm ex pluralitate ſolutionum, tùm ex confeſſione primi Epiſcopi Riccij data in Summ. Domini Zanij num. 3. deinde Epiſcopi Carcaraſij in Inſtrumento reductionis penſionis, in quo aſſeritur penſionarium exiſtere in pacifica poſſeſſione exigendi penſionem annuam ſcutorum 260. mon. Sum. ibidem num. 5. Concurrentibus autem tot adminiculis ſimul iun-
14 ctis, & præſumitur ordo in ſoluente: † præſertim quia frater erat debitoris, agiturque de ſumma non modica, & libri mercatoris
15 probant † etiam pro tertio contra tertium *iuxtà Theoricam Bartol. in l. admonendi num. 27. ff. de iure iurand.* quam ſequitur *Surdus deciſ. 199. num. 11. & ſequen. Guido Papa deciſ. 441. per totum Rota deciſ. 302. num. 5. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 98. num. 13. & 14. par. 6. recent. & in Romana Separationis Bonorum 15. Decembris 1644. coram R.P.D. meo Veroſpio,* & in his terminis fuit deciſum *in Toletana penſionis 4. Decemb. 1617. coram Sanctiſs. D. N. Innocentio X. tunc noſtri ordinis Auditore, & prius in deciſ. 84. num. 1. inter impreſſas apud Modern. de manuten.*

Vltimus verò ſtatus exactionis ſc. 200. tantum Epiſcopo Carcaraſio ſolutorum nocere poſſit niſi procederet ex titulo reductionis intermediæ, quorum vt infrà dicam perſonalis fuit, ac temporalis ad vitam ipſius Carcaraſij: Sed admiſſa hac temporalitate vltimus ſtatus neque conſtituit Carcaraſium in quaſi poſſeſ-
16 ſione quæ ſuffragetur † ſucceſſoribus ſoluendi in futurum ad rationem ſummæ reductæ dumtaxat cum vna cum titulo obligatorio in futurum, qui perſonalis erat, expirauerit in perſona defuncti *Honded. conſ. 21. num. 18. lib. 2. Menoch. conſ. 139. nu. 18. Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ. 17 nu. 9. verſ. huius n. 10. par. 1. & in prox. term. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. ſub num. 87. Miliſ. in repert. verb. beneficium num. 2. verſ. beneficium manuale Achill. deciſ. 9. num. 8. de preb.*

Neque præiudicium intulit antiquæ poſſeſſioni Penſionarij exigendi integram penſionem, ſiquidem penſionarius licet ex noua cauſa reſtricta ad perſonam Carcaraſij minorem ſummam ab eo exegerit, ſemper tamen antiquam poſſeſſionem animo retinuit, vt in terminis penſionis tradit *Innocen. in cap. quere-*
17 *lam n. 3. de elect.* vbi quod poſſeſſor, † qui omiſit ex cauſa petere debitam penſionem, non propter hoc ammittit poſſeſſionem, quia retinetur animo, & ſine animo non amittitur *l. 3. §. in amittenda ff. acq. poſſeſſ. Gratian. diſcept. 519. num. 68. & 69. Rot. deciſ. 509. num. 12. par. 5. recent.*
18 & finito tempore reductionis † per mortem Carcaraſij, operatur vt penſionario danda ſit manutentio in exactione integræ penſionis; non ſecus ac finito tempore Emphyteuſis per
19 mortem Emphyteotæ. *Bartol. in l. 1. §. quod ait Prætor num. 17. ff. uti poſſid. Beron. conſ. 192. num. 43. & ſeqq. lib. 1. conſ. 21. num. 19. lib. 2. Rot. inter impreſſ. apud Modern. de manutenend. deciſ. 134. n. 7. dec. 165.*
20 *num. 8.* & locatori † finita locatione contra ſucceſſores conductoris *Rot. deciſ. 181. nu. 9. apud eundem, & inter recent. deciſ. 428. num. 2. par. 1. deciſ. 255. num. 1. verſ. ſicque cum ceſſauerit deciſ. 605. num. 5. par. 5.*

Quo magis in caſu noſtro, quo Dominus Zanius in præcitato inſtrumento reductionis per verba apertiſſima proteſtatus fuit reſeruatam ſibi velle facultatem exigendi penſionem à Succeſſoribus Carcaraſij in Epiſcopatu vi-
21 gore ſuæ quaſi poſſeſſionis exigendi, † in qua tempore reductionis reperiebatur, quod apertiſſimè demonſtrat eius animus continuandi, ac retinendi animo eandem antiquam poſſeſſionem ad effectum ea vtendi etiam in Summariſſimo poſſeſſorio aduerſus præfatos ſucceſſores, qualis eſt Dominus Lucarinus,
22 cum hæc ſit virtus clauſulæ præſeruatiuæ † poſſeſſionis *Rot. deciſ. 325. nu. 7. par. 1. diuerſ. dec. 511. num. 4. deciſ. 674. num. 8. coram bo. me. Buratto.* Nec obſtat, quod dictam proteſtationem non repetierit in ſolutionibus ſibi ſucceſiuè factis ab Epiſcopo Carcaraſio: quia hoc requireretur,
23 ſi proteſtatio † abſque conſenſu proteſtati fuiſſet ſemel emiſſa in aliquo actu particulari, & hodie lis eſſet cum ipſo Carcaraſio ſoluente, prout *in deciſ. 186. coram bo. me. Coccino exaduerſo alleg.* At quando, vt in caſu noſtro proteſtatio reſpicit actus futuros, & de cōſenſu vtriuſque partis emiſſa fuit in parte diſpoſitiua contractus, à quo tanquam à ſua cauſa vniuerſali, actus ſucceſſiuè geſti regulantur, & proteſtatio reſpicit perſonas ſucceſſorum, cum quibus ſucceſſiuè nihil geſtum fuit in cōtrarium, non fuit neceſſaria illius repetitio in ſubſequentibus ſolutionibus factis ab anteceſſore, nam illę qualificantur à qualitate adiecta præ-
24 cedenti † cauſæ vniuerſali, quæ influit in actus ſucceſſiuos, vt ex ſententia *Io. de Imm. in l. quoties §. tantumdem ff. hæred. inſt. & in l. Titia §. idem reſpondit il 1. ff. verb. obligat.* tradit *Alex. con-*
25 *ſil. 27. n. 4.* dicens quod ſi proteſtatio adeſt † non in præfatione, ſed in ipſo contractu, non tollitur per actus liberè factos ex interuallo *lib. 5. Galler. de renunc. cent. 1. renunc. 43. ſub num. 5. verſ. quod tamen Put. deciſ. 34. num. 3. verſ. ſecus d. lib. 2. in corr. facit Burſatt. conſ. 234. ſub num. 27. verſ. ratio d. Giouagn. conſ. 8. num.* 100. *lib.* 1. Et à proteſtatio-
26 ne directa in vnam perſonam, † non cenſetur receſſum per actus à proteſtante geſtos cum alia perſona: quia non ſunt incompoſſibiles cum proteſtatione *Felin. in cap. cum acceſſiſſent num. 20. de conſt. Menoch. præſumpt. 41. numer. 5. lib. 6. Galler. de renunc. lib. 5. cap. 6. num. 31.*

Reductionem autem reſtrictam fuiſſe ad vi-
27 tam Epiſcopi Carcaraſij † omni dubio carere viſum fuit: quia non probatur cauſam habuiſſe à præcedenti lite ſuper nullitate, ſeù exceſſu penſionis ob inſufficientiam redditum Eccleſiæ, aut continet ſolum clauſulas ponderatas *à Bellon. Iun. exaduerſo alleg. conſ. 27.* Sed verbis diſertiſſimis ibi legitur, quod Dominus Zanius non intendit, nec vllo modo vult reductionem facere: niſi ad commodum, & fauo-

fauorem Domini Carcaraſij, & pro tempore, quo ipſe Epiſcopatum Ciuitatis Plebis poſſiderit, quodque reductio huiuſmodi nihil in fauorem ſucceſſorum ipſius Carcaraſij in eodem Epiſcopatu operetur: Sed iidem ſucceſſores teneantur totam, & integram annuam penſionem ſcut. 260. mon. ſoluere; quæ verba perſonalitatem reductionis ad oculum demonſtrant, itaut expirauerit per mortem Carcaraſij, & nullatenus ſuffragetur ſucceſſori-
28 bus, quia pactum perſonale † extinguitur cum perſona *l. ſi tibi decem §. ſi quis paciſcatur §. ſi pactus l. quidem in duobus §. perſonale ff. pactis Crotus in l. qui Romæ §. duo fratres num. 70. ff. verb. oblig.* &
29 in terminis reductionis † penſionis *Gig. conſil. 125. ſub num. 6. verſ. modo videndum, & num. 7. & ſeqq. quem ſequuta eſt Rot. coram bo. mem. Buratto deciſ. 469. num. 12. & 16.*

Non obſtat, quod reſolutio reductionis penſionis reſpiciat titulum, cuius cognitio ad petitorium reijcienda eſſe, & per conſequens quaſi poſſeſſio penſionarij exigendi integrè tan-
30 quam ab ea dependens † non ſit manutenibilis antequam petitorium terminetur, vt dixit *Rota deciſ. 215. num. 34. apud Modern. de manutenendo, & in Romana Subcollictoriæ 17. Martij proximè præteriti coram Me §. penult.* quia cum reſolutio
31 tituli reductionis ſit indubitabilis, † & clariſſima ex verbis inſtrumenti ſupra deductis petitorium abſorbetur à poſſeſſorio, nec retardanda eſt manutentio poſſeſſori, vt per *Beron. Honded. & alios alleg. ſupra in §. neque præiudicium, & §. ſeqq.* quicquid dicendum eſſet, ſi reſolutio eſſet turbida, in quibus terminis loquuntur exaduersò allegati.

Tandem non obſtat, quod Dominus Zanius: quia ab initio inſtituit iudicium petito-
32 rium videatur † renunciaſſe poſſeſſioni, quia hoc non procedit in iuribus incorporalibus,
33 in illis † enim intelligitur in petitorio intentata potiùs actio confeſſoria, vel negatoria, quæ præſupponit dominium, & poſſeſſionem ſeù quaſi apud Agentem *l. ſicut §. ſed ſi quæratur ff. ſi ſeruus vend. Baldus in l. 2. num. 36. qu. 12. C. de ſeruit. & aqua Grat. diſcept. 113. num. 66.*

Et ita deciſum vtraq; parte informante &c.

VOLATERRANA PRIORATVS.

Veneris 5. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Decemdium ad appellandum currit non à die ſententiæ, ſed habitæ notitiæ, quando non præceſſit citatio perſonalis, quæ tamen concluſio non procedit quoties conſtat ex relatione Curſoris de doloſa latitatione citati, tùc enim citatus domi habetur pro perſonalitèr citato. Contra relationem Curſoris ſuper doloſa latitatione, quamuis admittantur contrariæ probationes illæ non ſuffragantur niſi percutiant tempus citationis. Carceratus à ſententia contra ſe lata appellare tenetur infrà decem dies per procuratorem, cum tale impedimentum non excuſet. Manutentio datur aduerſus factum Iudicis iniuſtè procedentis, quando poſſeſſor non ſe habuit pro ſpoliato.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta poſt decem dies ad appellandum non eſt attentata.*
2 *Sententia ob non interpoſitam appellationem in tempore tranſit in iudicatum.*
3 *Sententia poſt rem iudicatam, quia ceſſat vitium litigioſi poteſt executioni demandari.*
4 *Tempus ad appellandum non eſt computandum à die ſententiæ, ſed a die habita notitia quando non præceſſit citatio perſonalis, ad ſententiam, vel ſaltim intimatio perſonalis ſententiæ latæ, vt quis certioratus dicatur quamuis validè proceſſum dicatur ad ſententiam per citationes executas domi, vel per diligentias num. 5.*
6 *Limita non procedere quando quis doloſè latitat, ne perſonalitèr citaretur, tunc enim habetur pro perſonalitèr citato ne ex delicto commodum reportet.*
7 *Latitatio doloſa probatur ex relatione Curſoris, cui fides adhibetur tanquam de re ſpectante ad eius officium.*
8 *Contra relationem Curſoris admittuntur probationes in contrarium.*
9 *Declara ad hunc effectum requiri quod probationes percutiant tempus citationis exequutæ alias non ſuffragantur.*
10 *Probationes reſpicientes diuerſa tempora non dicuntur inter ſe contraria.*
11 *Tempus certum eſt probandum, quando vis principaliter in eo conſiſtit.*
12 *Citationes originales non relinquuntur in manibus citati, ſed remanent penes citantem.*
13 *Citatio originalis reperta penes citatum ex quibus reddatur ſuſpecta, itaut nullam mereatur fidem.*
14 *Carceratus à ſententia contra ſe lata ſi non appellat in tempore debet excuſari tanquam legitimè impeditus.*
15 *Declara hoc non procedere, quando impedimentum carcerationis proceſſit ex propria culpa, quo caſu non ſuffragatur, cum poſſit appellare per procuratorem.*
16 *Tempus ad appellandum licet currat non à die ſententiæ, ſed à die ſcientiæ geſta tamen poſt decem dies à die ſententiæ non ſunt reuocanda per viam atteſtatorum.*
17 *Appellatio vt ſuffragetur debet interponi coram Iudice, non autem per dimiſſionem cedulæ apud Notarium.*
18 *Appellans habet annum ad committendam cauſam appellationis ſi Iudex dedit Apoſtolos teſtimoniales.*
19 *Iudex non poteſt in præiudicium partis, cui ex re iudicata fuerat ius quæſitum admittere appellationem ſuſpenſiuam.*
20 *Clauſula*, conſtito de re iudicata exequatur, *non inficit executionem factam, quando verò adeſt res iudicata.*
21 *Poſt rem iudicatam non poteſt amplius agi de reuocatione attentatorum.*
22 *Reſtitutio in integrum non inficit exequutionem factam, nec minus retardat antea petitam.*

23 *Manu-*

23 *Manutẽtio danda eſt poſſeſſori, ſi fuit à Iudice iniuſtè ſua poſſeſſione priuatus, nec habuit ſe pro ſpoliato.*

DECISIO CCXVII.

DISPVTATO diù coram bo: mem: Pirouano ſuper iuſtificatione prouiſionis Apoſtolicæ de hoc Prioratu obtentæ à Contugio, fuit ad eius fauorem pronunciatum, & ſucceſſiuè lapſis temporibus ad appellandum præuio mandato de immittendo conceſſa actualis immiſſio: cuius vigore coram R. P.D. Carillo Rota reſpondit dandam eſſe manutentionem Contugio in poſſeſſionem dicti Prioratus non obſtante anteriori poſſeſſione Tanaliæ, qui poſtmodum procedendo per cõtradictas obtinuit coram eodem Domino Carillo decerni immiſſionem Contugij eſſe attentatam vti captam pendente termino ad appellandum, imò poſt interpoſitam appellationem.

Habita huius decreti notitia Contugius petijt à me eiuſdem decreti reuocationem, ideoque conſultis deſuper Reuerendiſſimis DD. meis, necnon ſuper dubio dando vtraq; parte per memorialia informante ſubſcripſi de ordine Rotæ dubium, An decretum reuocationis attentatorum ſit reuocandum, itaut ſit danda manutentio Contugio, quod hodie per me propoſitum reſolutum fuit affirmatiuè, tàm in prima, quàm in ſecunda parte.

Potuit enim Contugius poſt decem dies ad
1 appellandum † competentes capere poſſeſſionem Prioratus in executionem ſententiæ Rotalis abſque vitio attentatorum, quia ob non interpoſitam appellationem in tempore ſen-
2 tentia † tranſijt in iudicatum *Auth. hodie C. appellat. cap. non ſolum cap. cum ſit Romana eod tit. in 6.* & poſt rem iudicatam, quia ceſſat vitium liti-
3 gioſi † licitum eſt victori ad executionem procedere *Creſc. deciſ. 7. de ſent. & re iudic. Seraphin. deciſ. 136. num. 6. Coccin. deciſ. 90. num. 3. Buratt. deciſ. 177. num. 4.*

Neq; res iudicata euitari poteſt ex eo quod tempus ad appellandum non fuerit lapſum ſi computetur à die qua Tanalia notitiam ha-
4 buit ſententiæ contra ſe latæ, † vt computari debet quando victus non fuit citatus perſonalitèr ad ſententiam, vel de illa mediante intimatione perſonali certioratus, vt per *Angel. in l. 1. C. tempor. appellat. Capic. deciſ. 139. num. 3. in fin.* quamuis valide proceſſum fuiſſet ad ſenten-
5 tiam † per citationes executas domi dimiſſa copia, vel per diligentias *Rot. deciſ. 16. num. 2. de dol. & Cont. in nou. cum alijs allegatis in deciſione huius cauſæ emiſſa 15. Decembris 1638. coram R.P.D. Carillo, & per Me eius loco ſubrogatum extenſa.*

Quia placuerunt Dominis duæ limitationes in eadem deciſione adductæ, quarum eſto, quod caſui noſtro non applicaretur prima, applicatur altera ob doloſam latitationem Ta-
6 naliç † nè citaretur perſonaliter, quæ efficit vt habeatur pro perſonalitèr citato nè ex delicto commodum reportet, vt præter allegatos *in d. deciſ.* fuit dictum *in Ceſaraugustana Parochialis de Maella 24. Febr. 1644. coram R.P.D. meo Cerro.*

Hęc autem doloſa latitatio non excluditur,
7 imò apparet † magis ex comparitionibus, & allocutionibus Tanaliæ antequam veniret tẽpus citationis ad ſententiam: nam quando ipſius intererat ſui copiam faciebat, latitabat verò cum ſuſpicabatur ſe ad aliquem actum ſibi præiudicialem eſſe citandum, aut deueniti poſſe ad cauſæ expeditionem, vt conſtat ex relatione Curſoris, cui de hoc tanquam de re ſpectante ad eius officium fides adhibetur, iuxtà tradita *per Seraph. deciſ. 1323. num. 3. & alios allegatos in dicta deciſione per me extenſa §. alteram.*

Et quamuis ad elidendam fidem Curſoris
8 admittantur † contrariæ probationes, tales non ſunt quæ exaduerſò afferuntur cum non
9 percutiant tempus † citationis vt requiritur, non enim dicuntur contrariæ probationes,
10 quæ † diuerſa tempora reſpiciunt adnotata *per Felin. in cap. translato num. 8. circa med. de conſt. Ruin. conſ. 130. num. 6. lib. 4. Rot. deciſ. 147. num. 18. par. 1. recent. & coram ſa. me. Gregor. XV. deciſ. 351.*
11 *num. 31.* & quando vis † eſt in tempore certo illud præciſè probandum eſt *l. cum te C. probat. l. ſi minorem C. reſt. in integr. gloſ. in l. qui iuraſſe §. ſi pater il 2. ff. iureiur. Dec. in cap. in præſentia num. 51. de probat. Surd. deciſ. 75. num. 9. & 10.*

Citationem verò contra ſe ſub eodem tempore perſonalitèr executam, quàm originalitèr Tanalia produxit DD. ſuſpectiſsimam habuerunt, quia ſi vera eſſet reperiretur in manibus Contugij, ad cuius inſtantiam dicitur emanaſſe non autem Tanaliæ citati cum cita-
12 tiones originales † non relinquantur in manibus citati, ſed reſtituantur citanti, vt experientia docet, & inuerisſimile omninò ſit quod Contugius qui vt abundaret magis citari fecit Tanaliam, nedùm per diligentias, ſed etiam in loco domicilij electi, & per contradictas omiſsiſſet citare perſonalitèr ſi aliam citationem eadem die perſonalitèr exequi feciſſet
13 adeo quod huiuſmodi citationis † nulla ſit habenda ratio in concurſu ſupradictæ contrariæ relationis Curſoris, ad text. *in l. Diuus, & ibi gloſ. verb. exiſtimari ff. in integr. reſt. l. non ſolum ff. rit. nupt. Menoch. de præſumpt. lib. 1. qu. 30. num. 1.*

Non obſtat, quod Tanalia de tempore latæ ſententiæ eſſet in Carceribus, ideoq; tan-
14 quam legitimè impeditus † excuſari debeat ſi non appellauit in tempore, *Magon. deciſ. Lucenſ. 49. num. 21.* quia imò carceratio ſuperuenit biduò poſt ſententiam, cumque non fuerit facta ad inſtantiam Contugii, ſed ex culpa ipſius
15 Tanaliç, † idemque poſſet appellare per Procuratorem tale impedimentum ex propria culpa proueniens illi ſuffragari non debet *l. 3. § ſi cum omnes verſ. ſubuenitur ff. ad Syllan. Clem. 2. § illis de penis Felin. in cap. fin. num. 5. de teſtib. Tiraquell. de retract. Ligniager. §. 35. gloſ. 4. num. 29.* & in terminis bene aduertit *Butr. in cap. ex ratione numer. 6. poſt med. verſ. etſi ſuccumbit de appellat. vltrà Scacc. loc. alleg. in ſupradicta deciſione.* Vel in omnem euentum etſi ob carcerationem Tanalia ignoraſſet ſententiam contra ſe latam, ideo-
16 que decem dies ad appellandum † non cæpiſſent

ſent currere à die ſententiæ, ſed à die ſcientiæ geſta tamen poſt decem dies à die ſententiæ non eſſent reuocanda per viam attentatorum vt fuit deciſum *in Mediolanen. Parochialis 21. Nouembris 1586. & 22. Iunij 1587. coram bo. me: Card. Platto, quæ eſt inter impreſſ. poſt tract. Moder. de manuten. deciſ. 62. la 2. num. 5.*

Non obſtat quod tempore executionis ſententiæ præceſſerat appellatio nomine Contugij interpoſita ſub die 9. Maij, quia non fuit
17 interpoſita coram Iudice, † ſed per dimiſſionem Cedulæ apud Notarium, quod non ſufficit *cap. vt debitus de appellat. clem. 1. eod. tit. Caual. deciſ. 495. num. 2. vbi allegantur concord.* Et licet die 18. Maij qua emanauit decretum taxationis, & moderat. expenſarum, & relaxatio mandati de immittendo in executionem rei iudicatæ Tenalia ab hoc decreto appellauerit,
18 Iudexque dederit † Apoſtolos teſtimoniales, quibus datis appellans habet annum ad committendam cauſam *Put. dec. 4. de appellat. Mant. deciſ. 111. num. 1.* Non ideò Iudex voluit ſuſpendi executionem dicti decreti de iure non admittentis appellationem ſuſpenſiuam. Cum imò ſtatim taxauerit expenſas rei iudicatæ, & relaxauerit mandatum de immittendo, neque
19 in præiudicium partis † cui fuerat ius quæſitum ex re iudicata potuerit appellationi ſuſpenſiuè deferre, ſed appellans debuiſſet recurrere ad Signaturam, prout deinde adiuit.

Signatura autem primò commiſit ſotto la banca, vt dicitur cauſam appellationis ſimpliciter, deinde reformando commiſſionem reſcripſit cum clauſula, *Conſtito de re iudicata exe-*
20 *quatur*, † quæ non inficit executionem iam factam ſi verè aderat res iudicata, qua ſtante
21 non eſt amplius agendum † de reuocatione attentatorum *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 1. num. 1. num. 9. & 20. Rot. deciſ. 26. de appell. in antiq. deciſ. 1. nu. 1. & ſeq. eod. tit. in nouis cum alijs allegatis in Gerunden. Beneficij 16. Maij 1643. coram R. P. D. meo Cerro.* Etiamſi commiſſa ſimul fuerit cauſa reſtitutionis in integrum, quia illa pariter non inficit executionem an-
22 tea factam, † quin fortius neque retardat antea petitam iuxtà opinionem quam ſemper ſecuta eſt Rota, vt apud *Seraph. deciſ. 777. n. 12. apud Caualer. deciſ. 495. num. 5. apud recent. dec. 370. n. 2. par. 1. & in Bononien. Cenſus 11. Decemb. 1602. coram bo. me. Iuſto, & in Burgen. Præheminentiar. 3. Iunij 1605. coram bo. me. Manzanedo impreſſ. per Marcheſ. de comiſſ. par. 2. fol. 119.*

Ex his corruunt fundamenta deciſionum, quas Tanalia per contradictas reportauit ſuper reuocatione attentatorum contra Contugium, cui propterea cum nunquam ſe habue-
23 rit pro ſpoliato, † & iniuſtè ex capite attentatorum fuerit a Iudice ſua poſſeſſione priuatus danda eſt manutentio *Hond. conſ. 20. nu. 19. lib. 1. Rot. deciſ. 99. numer. 3. par. 1. diuerſ. cum alijs adductis in Regien. Manutentionis 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Leone Veroſpio*, maximè quia ex tribus deciſionibus æditis *coram bo. me. Pirouano*, quarum duæ impreſſæ ſunt *par. 5. recent. deciſ. 551. & 570.* euidentèr apparet malum ius Tanaliæ, & bonum Contugij.

Et ita deciſum vtraque parte informante, & habitis etiam informationibus pro quodam Franciſco Marchio, qui paritèr pro ſuis intereſſe inſtabat pro reuocatione attentatorum ex eiſdem rationibus à Tanalia adductis, & vt ſupra reiectis.

SPOLETANA MANVTENTIONIS.

Veneris 12. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur poſſeſſori in bonis nulliter, & iniuſtè deliberatis etiamſi deliberatio facta fuit vigore mandati executiui à quo Signatura Iuſtitiæ cauſam commiſit cum clauſula, *ſine præiuditio*, quia illa præſeruat quidem Iudici à quo facultatem exequendi, non autem impedit quin Iudex ad quem poſſit executionem reuocare, ſi nulla, aut iniuſta ſit per viam manutentionis. Sententia continens capita ſeparata poteſt in parte, & partibus acceptari, & in alijs per appellationem reprobari, laudum verò ſecus, & redditur ratio diuerſitatis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nulliter, & iniuſtè procedens non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione.*
2 *Manutentio datur poſſeſſori aduerſus deliberationem nulliter, & iniuſtè factam quamuis emanauerit vigore mandati executiui à quo Signatura reſcripſit cum clauſula*, ſine præiuditio, *quia illa præſeruat Iudici à quo poteſtatem procedendi ad vlteriorem executionem, non autem impedit quin executio ſi nulla aut iniuſta ſit poſſit per Iudicem ad quem reuocari per viam manutentionis, & num. 3.*
4 *Laudum, à quo fuit interpoſita appellatio non eſt exequibile, & num. 6.*
5 *Appellatio executionem ſuſpendit.*
7 *Sententia continens capita ſeparata poteſt in aliquibus approbari, & in alijs per appellationem redargui.*
8 *Arbitria redacta ſunt ad inſtar Iudiciorum.*
9 *Sententia, & laudum differunt inter ſe nam ſententia poteſt in parte, & partibus acceptari, laudum verò ſecus.*
10 *Ratiò diuerſitatis eſt, quia ſententia Iudicis redditur in inuitos, at quando compromiſſum eſt voluntarium laudum trahit originem à voluntate compromittentium, quæ eſt indiuidua.*
11 *Ampliа etiamſi in compromiſſo adſit iuramentum, quia illud pariter eſt indiuiduum.*
12 *Renunciare contentis in laudo cenſetur, qui decretum contrarium laudo acceptauit.*
13 *In alternatiuis electio regulariter eſt debitoris.*
14 *Condemnatio pro ſorte non trahitur ad intereſſe.*
15 *Intereſſe non debetur non probatis requiſitis* Pauli de Caſtr. in l. 3. ff. eo quod cert. loc.
16 *Mandatum exceſſiuum ſi fuit exequutioni de mandatum corruit in totum vna cum ipſa exequutione, & deliberatione ſecuta.*

DECI-

DECISIO CCXVIII.

CONTROVERSIA orta ſuper hæreditate, & bonis Magdalenæ Ancaianæ vxoris Flaminij defunctæ de anno 1614. inter eũdem Flaminium ex vna Martam, & Franciſcam Magdalenæ hæredes ex altera; deciſa fuit mediante compromiſſo, & laudo promulgato de anno 1616.in quo arbiter aſſignauit Flaminio quartam partem bonorum hæreditariorum, & vltro pro melioramentis ab eo factis in bonis vxoris condemnauit dictos hęredes ad illi ſoluendum ſcuta 450. monetæ infra terminum vnius menſis, conceſſa tamen facultate ſoluendi, vel in pecunia, vel accollando cenſum eiuſdem ſummæ, quem Flaminius debebat Sebaſtiano Cornetto.

Sed neutra pars acquieuit laudo, nam primum ad A.C. appellarunt hæredes, deinde Flaminius in parte, & partibus, ac ſucceſſiuè coram eodem A.C. proſequentes iudicium hæredes de anno 1622. obtinuerunt aduerſus Flaminium manutentionem in bonis hæreditarijs præſtita cautione de reficiendis melioramentis deſuper factis per eundem Flaminiũ poſt quam fuerint liquidata, & in executionem huius decreti in iudicatum tranſacti partes de anno 1623.deuenerunt ad tranſactionẽ.

Nihilominus de anno 1639. Ludouicus, & fratres de Ancaianis tanquam hæredes ſupra memorati Flaminij petierũt coram A.C.executionem prędicti laudi contra Baldum Martanum dictarum mulierum hæredem, & obtento mandato pro ſcutis 450. vna cum fructibus ab anno 1616. decurſis,à quo commiſſa fuit cauſa appellationis in Rota ſine præiudicio legitimæ executionis, illoque executioni miſſo bona in executionem capta ſubhaſtata, ac deliberata fuerunt Arronio. Ideo Baldus pretendens nulliter, & iniuſtè deuentum fuiſſe ad deliberationem petijt coram me ſuper bonis deliberatis mandatum de manutenendo, quod hodie illi concedendum eſſe Rota reſpondit.

Nam anterior poſſeſſio Martani eſt in confeſſo apud partes, nec fuit amiſſa per ſubſequentem deliberationem iudicialiter factam Arronio cum ſit notorie nulla & iniuſta, &
1 Iudex non ritè, & rectè procedens † poſſeſſione nõ priuet niſi eiectus habeat ſe pro ſpoliato *Bart. in l.1.§. huiuſmodi nu.3.ff. vti poſſid. Paul. de Caſt.conſ.10. ſub num.9.lib.1. ſan.me. Greg.XV. deciſ.549.num.5.Rot.deciſ.139.num.2.part.1.recen.* itaut danda ſit manutentio anteriori poſſeſſo-
2 ri † quamuis deliberatio facta fuerit vigore mandati executiui à quo Signatura commiſſerat cauſam appellationis cum clauſula, *ſine præiudicio*, quia clauſula huiuſmodi præſeruat quidem Iudici à quo poteſtatem procedendi adulteriorem executionem *Gonzal. ſuper reg.8 in adnot.contr.nullit. & attent.num.224. Lancellott. de attent. poſt inhibit.cap.20.limit.13 num.2.Cæſar. de Graſſ.deciſ.3. num.3. de ſent. & re iudic.* ſed illum non cogit, vt exequatur niſi executioni ſit locus, neque remittit neceſſitatem procedendi ritè, & rectè ad executionem, & propterea executio ſi fuerit nulla aut iniuſta poteſt
3 adhuc reuocari à Iudice † ad quem per viam manutentionis *Garz. de benef.par.1.cap.5.n.573 & 574. Buratt. deciſ.185. num.6. & fuit dictum in Hiſpaleu. & Caurien. Permutationis 11.Maij 1596 coram bo.mem.Gipſio impreſſ. apud Marcb. de commiſſ.tom.1.fol 366. & in Senogallien. Bonorum 14. Aprilis 1615. coram b.m. Remboldo relata per Adden. ad ſa.me.Greg.XV.deciſ.91. ſub num.13.*

Fuit autem proceſſum nulliter, & iniuſtè ad executionem mandati relaxati pro executione laudi, quod arbiter tulerat de an.1616
4 Primò quia laudum non erat exequibile, † tum ex eo, quod fuerat interpoſita appella-
5 tio, quæ † executionem ſuſpendit *l.1. §.fin.ff. ad ſenat.conſult.Turpilian.cap. veniens il 2. de iureiur. & in terminis laudi Bald. in l. tale pactum §. qui prouocauit il 2.col.fin. in penult.quæſt.ff. de pact. per textum in l. non diſtinguemus §. cum quidem, ibi appellandi ſpecies ff. Arbitr. Abb. in cap. quintauallis num.41. de iureiuran. Franc. in cap. dilecto num.29 de appellat. Alex.conſ.63.num.4. & ſeqq.lib.3. Lan-*
6 *cellot.* in terminis laudi † vigore compromiſſi habentis obligationem Cameralem *de attent. part.2. cap.4. limit.15. ſub num.4. & 5.* vbi allegat deciſiones concordantes, *& cap.16.nu.10. & ſeqq. Boer.deciſ.284.num.24.& ſeqq.* Quo magis, quia etiam victor appellauit, nec prodeſt
7 quod appellauerit in parte, & partibus,† quia licet ſententia Iudicis continens capitula ſeparata poſſit in aliquibus approbari, & in alijs per appellationem redargui *l. etiam §.1. ff. minor. Bart. in l.1.n.7.Cod. ſi aduerſus rem iudic. Caldas in l. ſi Curatorem verſ. vel aduerſarij dolo n.31 & ſeqq.Cod. de integ.reſt.Menoch. de Arbitr.caſ.93.*
8 *num.27.& ſeqq.* & arbitria† ſint redacta ad iſtar iudiciorum *gloſſ.in l.1 ff.recep.arbit. Abb.in c.cum dilectus nu.21.de arbitr. Bertaz.conſ.Ciuil.19.nu.14.*
9 *& ſeqq.* differunt tamen in hoc † quod laudũ non poteſt pro parte acceptari, & in alia par-
10 te impugnari, & ratio diuerſitatis eſt, † quia ſententia Iudicis redditur in inuitos, at quando compromiſſum eſt voluntarium laudum trhait originem à voluntate compromittentium, quæ eſt indiuidua vt benè diſtinguendo ponderat *Vinc. de Franch. referens ita fuiſſe deciſum in Regio Conſilio Neapolitano deciſ. 173. num.4.* quem ſequitur *Flauius à Mendol. in addit. ad dicta deciſ. pariter ſub num. 4. Moſcatell. in prax. Conſilij Neapolitani lib.1.pag.7. gloſſ. periurij in addit.litt.A.Coſt. de port.rat.quæſt.137.num.9*
11 *& 10.* vbi ampliat ſi in compromiſſo adſit iuramentum, quia illud pariter eſt indiuiduũ *Barz.deciſ.Bononien.87.num.6. & ante omnes Mobed.deciſ.10. de ſent. & re iudic.*

Tùm etiam,quia poſtea A.C.Iudex appellationis interpoſitæ à laudo edidit decretum omnino contrarium laudo;nam decreuit manutentionem ſuper omnibus bonis hæreditarijs Magdalenæ ad fauorem illius hæredum autricum Martani, & quo ad melioramenta exaduerſo prętenſa reiecta quantitate liquidata in laudo mandauit præſtari cautionem de illis reficiendis poſt quam fuerint liquidata, dictumque decretum fuit hinc inde per trãſactionem integre effectuatum, adeo quod nul-

DECISIO CCXVIII.

CONTROVERSIA orta ſuper hæredita-
te, & bonis Magdalenæ Ancaianæ vxo-
ris Flaminij defunctæ de anno 1614. inter eũ-
dem Flaminium ex vna Martam, & Franci-
ſcam Magdalenæ hæredes ex altera; deciſa fuit
mediante compromiſſo, & laudo promulga-
to de anno 1616. in quo arbiter aſſignauit Fla-
minio quartam partem bonorum hæredita-
riorum, & vltro pro melioramentis ab eo fa-
ctis in bonis vxoris condemnauit dictos hęre-
des ad illi ſoluendum ſcuta 450. monetæ in-
fra terminum vnius menſis, conceſſa tamen
facultate ſoluendi, vel in pecunia, vel accol-
lando cenſum eiuſdem ſummæ, quem Fla-
minius debebat Sebaſtiano Cornetto.

Sed neutra pars acquieuit laudo, nam pri-
mum ad A.C. appellarunt hæredes, deinde
Flaminius in parte, & partibus, ac ſucceſſiuè
coram eodem A.C. proſequentes iudicium
hæredes de anno 1622. obtinuerunt aduerſus
Flaminium manutentionem in bonis hæredi-
tarijs præſtita cautione de reficiendis meliora-
mentis deſuper factis per eumdem Flaminiũ
poſt quam fuerint liquidata, & in executio-
nem huius decreti in iudicatum tranſacti par-
tes de anno 1623. deuenerunt ad tranſactionẽ.

Nihilominus de anno 1639. Ludouicus, &
fratres de Ancaianis tanquam hæredes ſupra
memorati Flaminij petierũt coram A.C. exe-
cutionem prędicti laudi contra Baldum Mar-
tanum dictarum mulierum hæredem, & ob-
tento mandato pro ſcutis 450. vna cum fru-
ctibus ab anno 1616. decurſis, à quo commiſ-
ſa fuit cauſa appellationis in Rota ſine præiu-
dicio legitimæ executionis, illoque executio-
ni miſſo bona in executionem capta ſubhaſta-
ta, ac deliberata fuerunt Arronio. Ideo Bal-
dus pretendens nulliter, & iniuſtè deuentum
fuiſſe ad deliberationem petijt coram me ſu-
per bonis deliberatis mandatum de manute-
nendo, quod hodie illi concedendum eſſe
Rota reſpondit.

Nam anterior poſſeſſio Martani eſt in con-
feſſo apud partes, nec fuit amiſſa per ſubſe-
quentem deliberationem iudicialiter factam
Arronio cum ſit notorie nulla & iniuſta, &
1 Iudex non ritè, & rectè procedens † poſſeſſio
ne nõ priuet niſi eiectus habeat ſe pro ſpolia-
to *Bart. in l. 1. §. huiuſmodi nu. 3. ff. vti poſſid. Paul.
de Caſt. conſ. 10. ſub num. 9. lib. 1. ſan. me. Greg. XV.
deciſ. 549. num. 5. Rot. deciſ. 139. num. 2. part. 1. recen.*
itaut danda ſit manutentio anteriori poſſeſſo-
2 ri † quamuis deliberatio facta fuerit vigore
mandati executiui à quo Signatura commiſ-
ſerat cauſam appellationis cum clauſula, *ſine
præiudicio*, quia clauſula huiuſmodi præſeruat
quidem Iudici à quo poteſtatem procedendi
ad ulteriorem executionem *Gonzal. ſuper reg. 8
in adnot. contr. nullit. & attent. num. 224. Lancellott.
de attent. poſt inhibit. cap. 20. limit. 13. num. 2. Cæſar.
de Graſſ. deciſ. 3. num. 3. de ſent. & re iudic.* ſed il-
lum non cogit, vt exequatur niſi executioni
ſit locus, neque remittit neceſſitatem proce-
dendi ritè, & rectè ad executionem, & prop-
terea executio ſi fuerit nulla aut iniuſta poteſt
3 adhuc reuocari à Iudice † ad quem per viam
manutentionis *Garz. de benef. par. 1. cap. 5. n. 573
& 574. Buratt. deciſ. 185. num. 6. & fuit dictum in
Hiſpalen. & Caurien. Permutationis 11. May 1596
coram bo. mem. Gipſio impreſſ. apud Marcb. de com-
miſſ. tom. 1. fol 366. & in Senogallien. Bonorum 14.
Aprilis 1615. coram b. m. Remboldo relata per Ad-
den. ad ſa. me. Greg. XV. deciſ. 91. ſub num. 13.*

Fuit autem proceſſum nulliter, & iniuſtè
ad executionem mandati relaxati pro execu-
tione laudi, quod arbitrer tulerat de an. 1616
4 Primò quia laudum non erat exequibile, †
tum ex eo, quod fuerat interpoſita appella-
5 tio, quæ † executionem ſuſpendit *l. 1. §. fin. ff.
ad ſenat. conſult. Turpilian. cap. veniens il 2. de iure-
iur. & in terminis laudi Bald. in l. tale pactum §.
qui prouocauit il 2. col. fin. in penult. quæſt. ff. de pact.
per textum in l. non diſtinguemus §. cum quidem, ibi
appellandi ſpecies ff. Arbitr. Abb. in cap. quintauallis
num. 41. de iureiuran. Franc. in cap. dilecto num. 29
de appellat. Alex. conſ. 63. num. 4. & ſeqq. lib. 3. Lan-
6 cellot.* in terminis laudi † vigore compromiſſi
habentis obligationem Cameralem *de attent.
part. 2. cap. 4. limit. 15. ſub num. 4. & 5.* vbi alle-
gat deciſiones concordantes, *& cap. 16. nu. 10.
& ſeqq. Boer. deciſ. 284. num. 24. & ſeqq.* Quo ma-
gis, quia etiam victor appellauit, nec prodeſt
7 quod appellauerit in parte, & partibus, † quia
licet ſententia Iudicis continens capitula ſe-
parata poſſit in aliquibus approbari, & in alijs
per appellationem redargui *l. etiam §. 1. ff. mi-
nor. Bart. in l. 1. n. 7. Cod. ſi aduerſus rem iudic. Cal-
das in l. ſi Curatorem verſ. vel aduerſary dolo n. 31
& ſeqq. Cod. de integ. reſt. Menoch. de Arbitr. caſ. 93.
8 num. 27. & ſeqq.* & arbitria † ſint redacta ad iſtar
iudiciorum *gloſſ. in l. 1. ff. recep. arbit. Abb. in c. cum
dilectus nu. 21. de arbitr. Bertaz. conſ. Ciuil. 19. nu. 14.
9 & ſeqq.* differunt tamen in hoc † quod laudũ
non poteſt pro parte acceptari, & in alia par-
10 te impugnari, & ratio diuerſitatis eſt, † quia
ſententia Iudicis redditur in inuitos, at quan-
do compromiſſum eſt voluntarium laudum
trahit originem à voluntate compromitten-
tium, quæ eſt indiuidua vt benè diſtinguen-
do ponderat *Vinc. de Franch. referens ita fuiſſe
deciſum in Regio Conſilio Neapolitano deciſ. 173.
num. 4.* quem ſequitur *Flauius à Mendol. in ad-
dit. ad dicta deciſ. pariter ſub num. 4. Moſcatell. in
prax. Conſily Neapolitani lib. 1. pag. 7. gloſſ. periu-
ry in addit. litt. A. Coſt. de port. rat. quæſt. 137. num. 9
11 & 10.* vbi ampliat ſi in compromiſſo adſit
iuramentum, quia illud pariter eſt indiuiduũ
*Barz. deciſ. Bononien. 87. num. 6. & ante omnes Mo-
bed. deciſ. 10. de ſent. & re iudic.*

Tùm etiam, quia poſtea A.C. Iudex appel-
lationis interpoſitæ à laudo edidit decretum
omnino contrarium laudo; nam decreuit ma-
nutentionem ſuper omnibus bonis hæredita-
rijs Magdalenæ ad fauorem illius hæredum
autricum Martani, & quo ad melioramen-
ta exaduerſo prętenſa reiecta quantitate liqui-
data in laudo mandauit præſtari cautionem
de illis reficiendis poſt quam fuerint liquida-
ta, dictumque decretum fuit hinc inde per
trãſactionem integre effectuatum, adeo quod

nullo tempore peti potuerit executio laudi
pro quantitate melioramentorum, ibi liqui-
data, quia Flaminius author aduerſariorum
conſentiendo dicto decreto melioris à ſe fa-
ciendę illorum liquidationis, videtur renun-
12 ciaſſe † liquidationi contentę in laudo, & iu-
ribus ſibi ex eo competentibus *l. minor. 41. ff.
minor. Bald. in l. poſt ſententiam num. 3. verſ. ſed ſi
primò fuiſſet condemnatoria C. ſent. & interloc. omn.
Iud. Imol. in cap. inter Monaſterium ſuper num. 9.
verſ. ſi condemnatoria de re iudic. Falin. ibid. num. 20
Dec. in cap. prætereà num. 23. de off. delegat.*

Secundò, quia in laudo dictum fuerat hæ-
redes Magdalenæ teneri ſoluere ſcut. 450. pro
melioramentis factis à Flaminio, vel in ſe
accollare cenſum ſimilis quantitatis, ſed Iu-
dex pro executione laudi condemnauit hære-
ditatem ad ſoluendum ſc. 450. vna cum fru-
ctibus, qui nullatenus debebantur, non qui-
dem, vt fructus cenſus, quia non conſtat de
illius accollatione, & arbitrer dederat electio-
nem debitori ſoluendi, vel in pecunia, vel
mediante accollatione cenſus, ibi, *ad earum
13 electionem,* quæ regulariter in alternatiuis † eſt
debitoris *l. plerumque §. fin. ff. iure dot. Surd. conſ.
225. num. 5. verſ. 2. eſt aduertendum Becc. conſ. 42. n. 9
Natt. conſ. 650. num. 4. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5
gloſſ. 3. part. 13. num. 69. & ſeqq.* Non etiam, vt
fructus pecuniæ, ſeù damna, & intereſſe, quia
ad illa arbitrer non condemnauit, & condem-
14 tio pro ſorte † non trhaitur ad intereſſe *l. ſi de-
poſita 4. Cod. depoſ. Rot. Ianuen. deciſ. 87. nu. 5.* quod
15 prætereà non debetur † non probatis requiſi-
tis *Paul. de Caſtr. in l. 3. ff. eo quod cert. loc.* vt tra-
dunt allegati per *Grat. diſcept. 240. nu. 1. & ſeqq.*
quos ſecura eſt *Rot. in Romana fructuum, & inte-
reſſe* 10. *Decembris* 1614. *coram Sanctiſſimo D. N.
tunc Sacræ Rotæ Auditore, & in Senogallien. Præ-
dij 27. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Meltio.*

Vnde cum mandatum ſit exceſſiuum ſal-
tem ratione fructuum, & fuerit executioni
16 demandatum, † corruit in totum vna cum
ipſa executione, & deliberatione ſecuta. *l. ſi
centum vbi notant omnes ff. condit. indeb. Bald. in l.
certi conditio §. quoniam ſub num. 8. ff. ſi cert. pet.
Florian. de Sancto Petro in l. in hoc iudicio num. 4.
ff. fam. erciſcun. Rot. in Ariminen. Molendini 1. Iu-
nij 1640. coram me, & alias ſæpiſſimè.*

Et ita deciſum vtraque &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE CORNAGO.

Mercurij 17. Maij 1645.

A R G V M E N T V M.

Lis non dicitur terminata per ſentẽtias exequu-
tioni demandatas ſi ab illis fuit commiſſa cau-
ſa reſtitutionis in integrum, quamuis cõmiſſio
contineat clauſulam, *ſine præiudicio*, quia illa
ſolum operatur, vt Iudex poſſit ad vlteriorẽ
exequutionem procedere abſque vitio atten-
tatorum. Decretum irritans manutentionem
non impedit anteriori poſſeſſori, quãdo nõ eſt
appoſitum ſuper certo corpore beneficij, ſed
in genere, & dubium eſt an verſemur in caſu
decreti. Reſeruatio ratione menſium locum
non habet in beneficijs patrimonialibus Diœ-
ceſis Calaguritanæ.

S V M M A R I V M.

1 *Aſcenſus, ſeù optio ad integrum beneficium non da-
tur niſi obtinenti dimidium ex diſpoſitione motus
proprij Clementis VIII.*

2 *Poſſeſſio vigore optionis capta de integro beneficio
à non poſſidente dimidium non eſt conſiderabilis
etiam ad effectum manutentionis.*

3 *Motus proprius Clementis VIII. ſuper prouiſione
Beneficiorum Diœceſis Calaguritanæ continet de-
cretum irritans.*

4 *Aſcenſus vigore motus proprij Clementis VIII. non
conceditur niſi poſſidenti in eadem Eccleſia benefi-
cium minus pingue.*

5 *Decretum irritans adeò inficit poſſeſſionem, vt ha-
beatur pro non capta.*

6 *Itant danda ſit manutentio ſecundo poſſeſſori, licet
poſteriori.*

7 *Poſſeſſio probatur ex ſententia Iudicis, cuius vigore
quis fuit à poſſeſſione eiectus.*

8 *Reſtitutio in integrum datur etiam ex actis nouiter
deductis.*

9 *Clauſula,* ſine præiudicio vlterioris exequu-
tionis, *adiecta in commiſſione reſtitutionis in inte-
grum ſolum operatur, vt Iudex poſſit ad vlterio-
rem execnutionẽ procedere abſque vitio attentato-
rum, ſed non efficit, quod cauſa dici poſſit termi-
nata per rem iudicatam.*

10 *Reſtitutio in integrum curſum reiudicatæ ſuſpendit,
& omnia in priſtinum reponit.*

11 *Manutentio nè retardetur optanti ſufficit exceptio-
nem nullitatis optionis non eſſe omnino claram.*

12 *Decretum irritans, quando non eſt appoſitum ſuper
certo corpore beneficij, ſed in genere donec dubium
eſt an intret non reſiſtit poſſeſſori anteriori, cui
proindè interim danda eſt manutentio.*

13 Deciſio in cauſa Mediolanen. Cimiliarcatus
15. Maij 1645. coram R. P. D. Peutingerio
declaratur.

14 *Reſeruatio ratione menſium non procedit in benefi-
cijs patrimonialibus Diœceſis Calaguritanæ, & De-
ciſiones contrarium firmantes emanarunt ante mo-
tum proprium Clementis Octaui.*

D E C I S I O CCXIX.

POSSESSIONEM Petri Valexo non eſſe
manutenibilẽ in concurſu anterioris poſ-
ſeſſionis Iacobi de Peralta, & Ioſephi de Barro-
xa reſpondit Rota 3. Iulij 1644. coram Emi-
nentiſſimo D. Cardinali Cecchino, eo quod
capta fuit non citatis dictis Iacobo & Ioſepho
qui tamen citari debuerant, quia poſſidebant
Beneficium de quo agitur, & quia Iudex, qui
tradidit poſſeſſionem Valexo prouiſo Apo-
ſtolico erat executor mixtus; ideoque partes
Iudicis aſſumere tenebatur.

Sed hodie informantes pro Valexo addu-
cebant Iacobum & Ioſephum aduerſarios ad
hoc Beneficium fuiſſe admiſſos per viam op-
tionis,

tionis, ſeù aſcenſionis, quam reintegrationem
vocant, aſſerendo ſibi illud tanquam poſſi-
dentibus alia duo dimidia Beneficia in hac ip
ſa Eccleſia exiſtẽtia deberi vigore motus pro-
prij ſan. mem. Clem. VIII. diſponentis, quod
de Beneficijs vacantibus prouideri debeat ijs
qui alias de dimidijs Beneficiis fuerunt pro-
uiſi, quæ aduerſariorum aſſertio eſt falſa,
quia illa duo dimidia Beneficia fuerunt adiu-
dicata Petro Rodrigo per ſententias Rotales
in Iudicatum tranſactas, & executioni de-
mandatas eiectis dictis Iacobo, & Ioſepho.
Vnde inferebatur ex duplici capite non eſſe il-
lorum admiſſionem ad hoc beneficium eiuſ-
que poſſeſſionem anteriorem attendendam;
primò quia ceſſante ſuppoſito, quod alia be-
neficia in hac Eccleſia obtinerent optioni, ſeù
1 aſcenſioni † ad beneficium de quo agitur lo-
cus eſſe non poterat *Gonzal. ſuper regul. 8. Can-
cell. gloſſ. 31. num. 34. & ſeqq. Rot. deciſ. 10. de præ-
ben. in antiq.* & per conſequens poſſeſſio vigo-
2 re optionis † capta non eſt conſiderabilis etiã
ad effectum manutentionis, vt in ſimilibus
terminis firmauit *Rota in Bobien. Canonicatus
27. February 1595. coram bon. me. Giptio impreſſ.
apud March. de Commiſſ. tom. 1. fol. 961. num. 2.*
3 Secundò, quia cum in motu proprio † Cle
mentis Octaui adſit decretum irritans proui-
ſiones factas non ſeruata forma ibidem præ-
ſcripta, eaque in aduerſarijs ſeruata non fue-
rit, quia Clemens Octauus noluit optionem
4 concedere niſi ijs, † qui de tempore optionis
beneficium minus pingue in eadem Eccleſia
poſſiderent, nec tamen poſſidebant aduerſa-
rij, vt conſtat ex ſupradictis ſententijs in iu-
dicatum tranſactis vtique poſſeſſioni hu-
ius beneficij per ipſos captæ obſtat præfatum
5 decretum irritans, † quod ita poſſeſſionem
inficit, vt habeatur pro non capta *Lother. de
re benef. lib. 2. quæſt. 46. num. 64. Put. deciſ. 179. nu. 3.
lib. 2. in corr. Cocc. deciſ. 51. num. 4.* Sitque danda
6 manutentio ſecundò poſſeſſori † licet poſte-
riori *Mant. deciſ. 40. num. 8. Cocc. d. deciſ. 51. num. 4.
Rot. inter recent. deciſ. 48. num. 2. & ſeqq. part. 5.*

Verum vtrumque obiectum tollitur ex fa-
cto: nam quod Iacobus, & Ioſephus dicta
alia dimidia Beneficia in hac Eccleſia poſſide-
rent de tempore optionis apparet ex quo ali-
quos poſt menſes ab illorum poſſeſſione fue-
7 runt eiecti † per ſententias Rotales *ad tex. in l.
manumiſſiones ff. de iuſt. & iur. Buratt. dec. 160. n. 5.
deciſ. 491. num. 2.* & quamuis à dictis ſententijs
non fuerit appellatum fuit poſtmodũ aduer-
ſus illas commiſſa cauſa reſtitutionis in in-
tegrum R. P. D. meo Veroſpio, à quo de an-
no 1643. emanauit compulſoria pro extrahẽ-
dis ſcripturis, quæ etiam ſi de nouo deductæ
8 releuant † ad obtinendam reſtitutionẽ in inte-
grum aduerſus ſententias *cap. fin. vbi gl. verbo
nouis de reſtit. in integr. Odd. de reſt. in integr. par. 1
quæſt. 16. art. 6. ſignanter num. 29. Rot. deciſ. 154.
num. 7. par. 5. recent.* Nec refert, quod in com-
miſſione reſtitutionis in integrum adſit clau-
9 ſula, † *ſine præiudicio vlterioris executionis*:
hæc enim operatur quidem, vt Iudex proce-
dere poſſit ad vlteriora in executione abſque
vitio attentatorum, ſed non efficit, quod
cauſa dici poſſit terminata per rem iudicatã
10 cum reſtitutio in integrum † rei iudicatæ
curſum ſuſpendat, & omnia in priſtinum
reponat *Cæſ. de Graſſ. deciſ. 4. num. 4. de cauſ. poſſ.
& propr. Rot. inter recent. deciſ. 111. num. 8. par. 1.
deciſ. 604. num. 14. coram bon. mem. Buratto & in
Brixien. Parochialis 2. Decembris 1592. coram bo.
me. Cardinali Mellino impreſſ. apud March. de com-
miſſ. tom. 2. fol. 161.*

Cum itaque adhuc remaneat ſub Iudice,
an dicta duo beneficia ſint adiudicanda Rode-
rigo, & certum ſit Iacobum Peraltam, &
Ioſephum Beroxam illa poſſediſſe de tempo-
re optionis, dici non poteſt aut falſo eoſdem
id aſſeruiſſe, & per conſequens ex defectu ma
teriæ præexiſtentis non potuiſſe optare bene-
ficium de quo agitur, & ſufficit exceptio-
11 tionem nullitatis optionis † non eſſe omnino
claram, vt optantium manutentionem non
retardet *Ferrett. conſ. 7. num. 3. & 4. ſa. me. Greg.
XV. deciſ. 9. num. 7.*

Aut reſiſtere decretum irritans motus pro-
prij Clementis Octaui, quia cum non fuerit
12 appoſitũ ſuper certo corpore beneficij, † ſed
in genere ſuper beneficijs Diœceſis Calagu-
ritanæ donec dubium eſt an verſemur in
caſu decreti, hoc eſt an actores alia benefi-
cia in eadem Eccleſia canonicè poſſiderent
non reſiſtit poſſeſſori anteriori cui proinde
interim eſt danda manutentio *Gonzal. ſuper
regul. 8. gloſſ. 67. numer. 32. & 39. Lotther. de re
benef. lib. 2. quæſt. 8. numer. 77. Caputaq. deciſ. 325.
num. 8. & ſeqq. part. 1. Seraph. deciſ. 1471. num. 5.
& 7. Caualer. deciſ. 8. num. 4. Rot. inter recent. deciſ.
341. num. 2. deciſ. 562. num. 2. & 3. part. 1. & nouiſ-
ſime in Fulginaten. Parochialis 24. Marty proxime
præteriti coram R. P. D. meo Cerro.*

Nec vrget reſolutio capta in *cauſa Medio-
13 lanen. Cimiliarcatus † 15. currentis coram Rev.
P. D. meo Peutingero*, quia ibi per duas Ro-
tæ deciſiones dictum fuerat intrare decretum
irritans, & ſic coherenter fuit poſtea reſolutũ
poſſeſſionem ob reſiſtentiam decreti non eſſe
manutenibilem. Hic autem quamuis præ-
ceſſerint plures deciſiones, in nulla tamen
agitur de decreto irritanti, nec vſquam di-
ctum fuit clarum eſſe, quod ei ſit locus, ideò
cum reſolutio huius articuli pendeat à peti-
torio in quo lis adhuc terminata non eſt, nõ
poteſt dici, quod intret decretum, & per con-
ſequens inficiat poſſeſſionem ex iuribus ſu-
pra allegatis.

Ex his corollarie ſequitur nullius eſſe mo-
menti poſteriorem poſſeſſionem Valexi pro-
uiſi Apoſtolici ex deductis in deciſione corã
D. Cardinali Cecchino; Et addebat vnus ex
Dominis, quod illa prouiſio non merebatur
executionem, quia emanauit ex capite reſer-
14 uationis ratione menſium, † quæ non pro-
cedit in beneficijs patrimonialibus Diœceſis
Calaguritanæ, vt tradit *Gonzal. ſuper reg. 8. gl. 9.
§. 1. num. 72. & 74.* vbi aduertit, quod deciſio-
nes contrariæ editæ fuerunt ante motum pro
prium Clementis Octaui *Garz. de Benef. par. 5
cap. 1. num. 562. vſque ad 568. & fuit deciſum in*

Calaguritana Beneficij de Branteuilla 13. *Martij* 1615. *coram bo.me. Buratto inter eius impreſſas deciſ.*102. *num.*2. & 3. quam ſeruari in praxi refert *Lotther. de re benef.lib.*2.*quaſt.*39. *num.*30. *in fin.* licet ſupra contrariam opinionem veriorem eſſe exiſtimauerit.

Quare Domini ſteterunt in deciſis vtraque parte informante.

BONONIEN. PECVNIARIA.

Veneris 26. *Maij* 1645.

ARGVMENTVM.

Maritus, qui bona extradotalia, vel paraphrenalia Vxoris adminiſtrauit, & ex eis fructus percepit, ac in proprios vſus conuertit contra vxoris voluntatem eidem vxori reſtituere tenetur. Inſtrumentum extractum ab hærede Notarij rogati etiam abſque citatione partis dicitur in forma probanti, quamuis inſtrumenti rogitus non in protocollo, ſed in folio volanti, & faſciculo rogituum defuncti repertus fuerit, ſi tamen in dicto folio adſunt ſigna publici inſtrumenti cum clauſula, *actum*. Error confeſſionis ex quibus non iuſtificetur?

SVMMARIVM.

1 *Maritus bona extradotalia Vxoris adminiſtrans præuia promiſſione de illorum ratione reddenda ſtante talis promiſſione inducta cenſetur obligatio reſtituendi illorum valorem, ſi de eis rationem non reddit.*

2 *Hæres mariti an attenta diſpoſitione Iuris communis teneatur probare fructus bonorum extradotalium fuiſſe à marito perceptos, & conſumptos de voluntate Vxoris?*

3 *Affirmatiuam ſententiam, quando agitur de fructibus induſtrialibus bonorum extradotalium præter alios tuetur* Hond.conſ.91.n.62.& 63.*vbi diſtinguendo inter bona extradotalia, & paraſernalia, dicit quod in illis conſenſus mulieris non præſumitur; dubitat tamen an id procedat in paraſernalibus.*

4 *Fructus Bonorum paraphrenalium præſumuntur à marito percepti, & conſumpti de voluntate Vxoris ſi ipſa viuens nunquam contrarium declarauit.*

5 *Statutum Bononiæ* lib.4. ſub rubric. de dot.reſtituend. §. præterea, *ſtatuimus diſponit voluntatem Vxoris fauore mariti ſemper præſumi, niſi contraria voluntas legitimè probetur.*

6 *Item diſponit appellatione bonorum paraphrenalium venire quæcunque Bona, quæ non ſint dotis, vel de dote mulieris, vel augmento dotis, niſi aliunde ſit actum.*

7 *Coniecturæ an ſufficiant ad probandam contrariam Vxoris voluntatem in terminis ſupradicti ſtatuti Bononiæ?* Negat.Grat.conſ.54.num.52.lib.1 *affirmat verò* Marſil. in Rubr. C. de probat ſub num. 15. *ſed vtraque opinio conciliatur à* Monterentio in gloſſ. d. ſtatuti §. præterea, & num.8.

9 *Confeſſio propria facit plenam probationem, & ſuperat omnem aliam.*

Voluntas contraria Vxoris circa fructuum perceptionem illorumque conſumptionẽ in proprios vſus mariti probatur ex eiuſdem mariti confeſſione cui ſine alia probatione ſtandum eſt ibid.

10 *Maritus ſi fructus percepit illoſque in proprios vſus conuertit contra voluntatem vxoris tenetur illos vxori reſtituere ſiuè agatur de bonis extradotalibus ſiuè paraphrenalibus.*

11 *Inſtrumentum extractum ex rogitibus Notarij demortui à Notario illius hærede dicitur in forma probanti.*

12 *Statutum Bononiæ* lib.2. ſub rubric. de Rogitibus Notariorum mortuorum §. ordinamus, *facultatem tribuit hæredi Notarij demortui extrahendi Inſtrumenta rogata à Notario defuncto*

13 *Extractio Inſtrumẽti facta à Notario hærede Notarij demortui, qui Inſtrumentum rogauit valet abſque partis citatione, & ſupra num.*11.

14 *Inſtrumentum dicitur in forma probanti, quamuis illius rogitus non in protocollo, ſed in filſa, ſeu ſolio volanti reperiatur ſi adſunt ſigna publici Inſtrumenti cum clauſula,* actum.

15 *Inſtrumentum quamuis non ſit protocollatum fidem meretur non obſtante ſtatuto Bononiæ aut Conſtitutionibus legatorum, quia abijt in deſſuetudinem.*

16 *Apoſtillæ in Inſtrumento licet non ſint ſubſcriptæ à Notario probant ſi conſtat ab eo fuiſſe ſcriptas.*

17 *Statutum ſi ſimpliciter dat facultatem publicandi, ſeù extrahendi Inſtrumenta Notarij defuncti talis facultas non ſe extendit ad Inſtrumenta reperta in folijs, & carentia ſubſcriptionè, & ſigno Notarij, quo caſu requiritur ſpecialis commiſſio Iudicis.*

18 *Recognitio manus filij facta à patre, qui præſumitur illius manum notam habere reputatur ſufficiens.*

19 *Recognitio manus Notarii de Inſtrumento rogati ſatis reſultat ex productione eiuſdem Inſtrumenti factæ ab Aduerſario.*

20 *Teſtis non meretur fidem ſi non euacuat omnia Interrogatoria.*

21 *Teſtes examinati in Iudicio criminali non probant Ciuili.*

22 *Confeſſio propria præualet teſtibus in contrarium.*

23 *Maritus adminiſtrans bona extradotalia Vxoris, licet aliqui actus nomine viri, & vxoris facti appareant nempè locationes bonorum &c.exinde non excluditur, quod ſolus vir adminiſtrauerit, cum nomen vxoris apponi potuerit ad maiorem cautelam contrahentium?*

24 *Maritus in bonis extradotalibus non habet mandatum à lege prout habet in paraphrenalibus.*

25 *Maritus, & Vxor ſi aliquos actus inſolidum fecerunt præſumitur omne emolumentum ex dd. actibus perceptum ad ſolum maritum perueniſſe.*

26 *Amplia concluſionem procedere ſiuè agatur de re dotali, ſiuè propria vxoris.*

27 *Maritus ſi confeſſus fuit ſe adminiſtrare bona extradotalia vxoris ad excludendum errorem dictæ confeſſionis ſufficit ſola poſſibilitas, quod ſolus priuatiuè quoad vxorem adminiſtrauit, ac fructus percepit.*

28 *Confeſſio pro exoneratione conſcientiæ dicitur fauore animæ.*

29 *Mariti ſolent adminiſtrare bona extradotalia vxoris*

30 *Ma-*

30. *Maritus ne faciat fructus ſuos perceptos ex bonis extradotalibus vxoris ſufficit diſſenſus vxoris reſultan. ex conqueſtionibus intra domeſticos parietes*
31 *Error confeſſionis circa quantitatem fructuum perceptorum ex quibus excludatur?*
32 *Error confeſſionis, vt non dicatur probatus ſufficit ſola poſſibilitas in contrarium.*
33 *Coniecturæ ſufficiunt ad probandam quantitatem fructuum à marito perceptorum ex bonis extradotalibus vxoris.*
34 *Sententia tranſit in iudicatum ob non interpoſitam appellationem infra decem dies.*
35 *Reſtitutio in integrum non datur ſine læſione, vel iniuſtitia, quæ ſemper adhunc effectum requiritur.*

DECISIO CCXX.

QVAESTIO eſt inter Baldam Geſiam
relictam q. Laurentij Bonſignorij, &
Carolum Beccadellum dicti Laurentij hære-
dem ſuper reſtitutione fructuum quos ex bo-
nis extradotalibus vxoris idē Laurentius per-
cepit in quantitate librarum 32400. & in pro-
prios vſus conſumpſit, & habet Geſia inten-
tionem fundatam in publico inſtrumento,
quo maritus de anno 1621. confeſſus fuit di-
cta bona adminiſtraſſe fructuſque, vt ſupra
ſibi conſumpſiſſe, præuia promiſſione vſque
1 ab initio † facta vxori de illorum ratione red-
denda, quæ includit obligationem reſtituen-
di illorum valorem *l. quamuis l. cum ſeruus ff.
condit. & demoſtr. l. ſi ita fuerit §. quæſtio ff. man.
teſt. Afflict. deciſ. 157. num. 1. & 2.*
Ideo ſuperuacaneum eſt diſcutere, an at-
tenta diſpoſitione iuris communis heres ma-
2 riti † teneatur probare fructus fuiſſe à marito
perceptos, & conſumptos de voluntate vxo-
ris? in quo articulo affirmatiuam ſi agitur de
3 fructibus induſtrialibus † bonorum extrado-
talium tuetur ex ſententia *Baldi Alex. conſ. 67.
num. 7. verſ. aut voluntas, & num. 8. lib. 2. conſ. 144
num. 6. in fin. & num. 7. lib. 5. Honded. conſ. 91. n. 62
& 63.* vbi diſtinguendo inter bona extradota-
lia, & paraphernalia, dicit quod in illis con-
ſenſus mulieris in dubio non præſumitur, du-
bitat tamen an idem procedat in paraphernа-
libus *lib. 1.* eamdemque diſtinctionem ſequi-
tur *Monach. deciſ. Lucen. 68. num. 3. & 4. & 8. latè
materiam proſequitur Menoch. præſump. 9. num 19.
lib. 3.* quodque in paraphernalibus præſuma-
4 tur conſenſus vxoris ſi ipſa viuens † nuſquam
contrarium declarauit tradit *Theſaur. deciſ. 187
in fin.* quem ſequitur *Cancer. var. reſol. tom. 1. c. 9
ſub num. 162. & priùs num. 22. Ciriac. contr. 31. n. 3.*
Siuè an attenta diſpoſitione *Statuti Bononiæ
lib. 4. ſub rubr. de Dotib. reſtituen. §. prætereà ſtatui-
5 mus*; † diſponentis voluntatem vxoris fauore
mariti ſemper preſumi, niſi voluntas contra-
ria legitimè probetur, & quo ad iſtos fructus
6 appellatione paraphernalium † venire quæ-
cunque bona, quæ non ſint dotis, vel de do-
te mulieris, vel augumento dotis niſi aliun-
de ſit actum; an inquam in terminis dicti
Statuti ad probandam contrariam voluntatē
7 vxoris ſufficiant coniecturæ, quod negat *Grat.
conſ. 54. ſub num. 52. & ſeqq. lib. 1.* affirmat verò
Marſil. in rubr. Cod. de probat. ſub num. 15. vtriuſ-
8 que tamen opinionem † conciliat *Monteren.
in gloſſ. d. Statuti §. prætereà verb. probaretur*, di-
cendo quod opinio Marſilij intelligenda eſt
ſi concurrat ne dùm præſumptio iuris, quia
regulariter voluntas vxoris non præſumitur
in bonis extradotalibus iuxta ſupra allegatos,
ſed etiam alia indicia, & coniecturæ, & *Mon-
terentium ſequitur Menoch. de præſump. 9. num. 20.
in fin. lib. 3.*
Quia in caſu noſtro habemus apertiſſimā
9 confeſſionem mariti de diſſenſu mulieris, † &
pacto reſtituendi fructus, quæ facit probatio-
nem omni alia meliorem *cap. per tuas de pro-
bat. l. cum te Cod. tranſact. & in puncto Pancirol,
conſ. 76. num. 4.* vbi quod ſtatur dicto mariti ſi-
ne alia probatione, ita vt fructus à marito
10 percepti, † & in proprios vſus conuerſi aga-
tur de bonis extradotalibus, aut paraphernа-
libus ſint reſtituendi vxori tum vigore dicti
Statuti, tum iuris communis *ex tex. in l. de ijs
Cod. donat. inter vir. & vxor. l. fin. Cod. pact. conuent.
& vtrobique notant Doct. ac tradit Bart. in l. mari-
tus num. 2. ff. ad leg. falcid. Barboſ. in prima part. l.
prima num. 30. & 31. ff ſol. matrim. Aym. conſ. 193.
num. 15. cum aliis allegatis per Surd. conſ. 290. nu. 1.
& ſeqq. & num. 42. Cancer. var. reſol. d. cap. 9. num.
18. & 19.*
Hinc informantes pro Beccadello vrgebāt
præcipuè contra dictum inſtrumentum oppo-
nendo illud non eſſe in forma probanti, &
confeſſionem ibi contentam de errore arguē-
do. Sed primum tollitur ex facto, quia in-
ſtrumentum fuit extractum ex rogitibus Lau-
11 rentij Ciocche de eo rogati † à Io: Baptiſta il-
lius patre, & hærede ac pariter Notario vigo-
re *Statuti Bononiæ lib. 2. ſub rubr. de rogitib. Notar.
12 mortuorum §. ordinamus*, † hanc facultatem cō-
cedentis hæredi Notarij demortui, qua ſtan-
13 te potuit extractio fieri abſque partis citatio-
ne, *vt præter allegatos in deciſione in hac cauſa edi-
ta 27. Aprilis 1644. coram R.P.D.m. Rojas Iudice
ſecundæ inſtantiæ tradit Caſtr. conſ. 195. ſub num. 1.
in fin. lib. 2. Molfeſ. ad conſuetud. Neap. par. 10. q. 14.
num. 19. & alii relati per Borellum in Summ. deciſ.
til. 18. num. 228.* & iſtrumentum ſic extractum
14 quamuis rogitus non in protocollo, † ſed in
filſa, ſeù in folio volanti, & faſciculo rogituū
defuncti repertus fuerit, quia in tali folio ad-
ſunt ſigna publici iſtrumenti cum clauſula
actum dicitur in forma probanti; vt tradit *Ca-
ſtr. in l. contractus num. 5. Cod. fid. iſtrum. Rot. deciſ.
628. num. 2. part. 2. recent. & in Romana Cenſus 23.
Febr. 1611. coram Sanctiſsimo D.N. Innocentio De-
cimo*, non obſtante alio Statuto Bononiæ, aut
Conſtitutionibus Legatorū mandantibus in-
15 ſtrumenta protocollari, † quia hæ non tol-
lunt fidem inſtrumento non protocollato, &
illud abijt in diſſuetudinem, vt benè reſpon-
det *d. deciſ. coram D.m. Rojas §. non tertio*, vbi tol-
litur etiam obiectum apoſtillarum non ſub-
16 ſcriptarum à Notatio, † cum ſufficiat fuiſſe
eius manu ſcriptas, quicquid dicendum eſſet
ſi ſtatutum daret ſimpliciter facultatem pu-
blicandi, ſeu extrahendi iſtrumenta Notarij
17 defuncti, † quam non extendi ad iſtrumenta

reperta in folijs, & carentia ſubſcriptione, & ſigno Notarij ſed requiri ſpecialem commiſſionem Iudicis tradit *Menoch. de arbitr. caſ.* 187. *numer.* 25. *& ſeqq. aliuque relati à Donato Ant. de Marinis Quotidian. reſol. cap.* 196. *num.* 2. *&* 3.

Non obſtat quod non fuerit recognita manus Notarij rogati, quia imo ad inſtantiam ipſius aduerſarij illam in iſtrumento originali recognouit Io: Baptiſta Notarij rogati pater &
18 hæres, cui creditur, † quia præſumitur habere notam manum filij *Burſatt. conſ.* 39. *nu.* 23. *Paul. Granut. theorem.* 15. *ſub num.* 27. *Boer. dec.* 221. *ad fin. Borgn. deciſ.* 27. *numer.* 55. *part.* 2. *Capic. Latro dec.* 55. *ſub num.* 6. præſertim quia idem inſtru-
19 mentum aduerſarius † exhibuit vt in proximis terminis ponderat *Seraph. deciſ.* 1628. *n.* 8.

Aſſertum verò confeſſionis errorem non conuincunt teſtes examinati in partibus ad iſtantiam Beccadelli, quia confeſſio loquitur de adminiſtratione viri vſquè ad annum 1621. illi verò teſtantur de tempore ſubſequenti poſtquam maritus inciderat in malam valetudinem vt patet ex primò teſte ibi, *Io non lo sò ſe non dopoi che lui era infermo*, & ex ſecundò ibi, *cominciai à praticar in caſa del Sig. Lorenzo del 1621. ò 1623. è ſono durato ſino alla ſua morte che morì del 1637.* & ex tertiò qui interogatus cur maritus permitteret bona adminiſtrari ab vxore, reſpondit *per la ſua impotenza*, & infra *perche non potena per l'infermità*. Teſtium examinatorum in Curia tertius deponit ab anno 1632. ſecundus non explicat de quo tempore, primus non meretur fidem, quia noluit eua-
20 cuare omnia interogatoria † ibi facta vt debuit *Bald. in l.* 2. *num.* 4. *& ibi Dec. numer.* 43. *Cod. edend. Farin. de teſtib. quæſt.* 73. *num.* 14. *Rot. dec.* 700. *ſub num.* 32. *part.* 2. *recent.* Teſtes tandem exami-
21 nati in Iudicio Criminali † non ſunt de actis, & in hoc Iudicio Ciuili non *probant ad tex. in l. vltim. verſ. Sancimus Cod. teſtib. Rot. deciſ.* 128. *nu.* 5. *dec.* 145. *n.* 2. *inter impreſſ. poſt conſ. Farinac. dec.* 366. *numer.* 6. *coram bon. mem. Cardinali Canalerio*, &
22 ſemper præualet contraria † confeſſio ipſius mariti *Rot. deciſ.* 216. *num.* 4. *par.* 1. *recent.*

Non etiam aduerſantur actus expediti no-
23 mine vxoris & viri, † nempe locationes bonorum, mandatum procuræ, acceptatio caducitatis, & iudicium aſſociationis ad bona caducata, quia exinde non excluditur quod ſolus vir adminiſtraret, cum nomen vxoris potuerit apponi ad maiorem cautelam, ſecuritatemque contrahentium, & iudicij validitatem vt in proximis terminis ponderauit *Rot. in Romana diuiſionis* 20. *Iunij* 1639. *coram me* §. *alia iſtrumenta*: imò quamuis bona adminiſtrarentur à marito dumtaxat non poterant dd. actus expediri abſquè nomine vxoris, quia
24 bona erant extradotalia † in quibus maritus non habet mandatum à lege prout habet in Paraphernalibus *Bart. in l. maritus num.* 2. *Cod. procurat. Lop. in rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 68. *num.* 16. *Alex. conſ.* 144. *ſub num.* 6. *lib.* 5. *Socc. conſ.* 82. *num.* 8. *lib.* 4. *Menoch. conſ.* 56. *num.* 4. *Surd. conſ.* 290. *num.* 5. *&* 6. Vnde præſentia viri etiam alias nõ eſſet neceſſaria magis demõſtrat quod ipſe adminiſtrabat, ſicutque præſumi quod omne emolumentum ex dd. actibus percep-
25 tum † ad ſolum virum peruenerit *Bald. in auth. ſi qua mulier num.* 6. *C. ad velle. Barboſ. in l.* 1. *part.* 5. *ſub num.* 56. *& in l. ſi cum dotem* §. *tranſgrediamur num.* 38. *ff. ſol. matrim. Aym. conſ.* 91. *nu.* 11. *Surd. conſ.* 290. *num.* 17. *&* 38. *Muta ad conſuetud. Panormi cap.* 80. *num.* 7. *& ſeqq. Molfeſ. ad conſuetud. Neapoli par.* 8. *quæſt.* 6. *num.* 13. *Borgn. deciſ.* 33. *n.* 8. *part.* 1. *Vincen. de Franch. dec.* 474. *nu.* 2. vbi quod
26 hoc procedit † ſiue agatur de re dotali ſiue propria vxoris.
27 Et vxori habenti pro ſe confeſſionem viri † ſufficit ſola præſumptio ſeu poſſibilitas quod vir priuatiue ad ipſam adminiſtrauerit, & fructus omnes perceperit ad excludendum eiuſdem confeſſionis errorem exaduerſo prætenſum *Seraph. deciſ.* 1488. *ſub num.* 4. *Rot. inter recent. deciſ.* 482. *ſub num.* 1. *&* 6. *part.* 4. *& fuit dictum in Romana redditionis rationis* 18. *Iunij* 1638. *coram bon. mem. Coccino, & in Romana ſeparationis bonorum* 12. *Decembris* 1644. *coram R. P. D. meo Veroſpio*; quo magis quia confeſſio emanauit pro
28 exoneratione conſcientiæ † viam veritatis ſequendo, & ſic fauore animę vt dixit *Rot. deciſ.* 245. *num.* 24. *& ſeqq. part.* 7. *recent. & in Romana Pecuniaria* 7. *Iunij* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro*, & corroboratur, tum à ſolito mulierum per-
29 mittendi † quod mariti bona extradotalia adminiſtrent vt admonet *Cranett. conſ.* 91. *num.* 7. *Rot. inter recent. deciſ.* 647. *num.* 3. *part.* 4. *deciſ.* 529. *num.* 8. *part.* 5. tum teſtibus examinatis pro Geſia deponentibus quod vir ſolus adminiſtrauit, & mulier ſecum ſæpius conqueſta fuit de eius adminiſtratione, & conuerſione fructuũ
30 in proprios vſus, † quæ conqueſtiones etiam extraiudiciales, & intra domeſticos parietes releuant ad inducendum vxoris diſſenſum ne maritus fructus ſuos faceret vt per *Mandell. cõſ.* 95. *num.* 7. *Menoch. præſumpt.* 25. *nu.* 8. *lib.* 3. *Roderic. de ann. reddit. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 68. *Anton. de Amat. reſolut.* 43. *ſub num.* 29.

Non obſtat quod ſaltem adſit error circa quantitatem fructuum; primò quia inueriſimile ſit redditus bonorum aſcendiſſe ad libras 2000. ſingulis annis pro tempore quo non fuerunt locata, & in calculo fructuum comprehendantur etiam bona dotalia ad maritum ſpectantia, ſecundò quia ſpatio duodecim annorum apparent locationes pro libris annuis 1100. & pro libris 450. tertiò quia non fuerit habita ratio æris alieni pro vxore à viro ſoluti aſcendentis ad libras 9642.

Quia aſſerta inueriſimilitudo caret fundamento, cum computato anno ſterili cum fertili vtiquè potuerit annuus redditus in certa vniformi quantitate conſiſtere, & inutilis eſt aduerſus claram confeſſionem viri, neque iuſtificatur in calculo comprehenſos eſſe fructus bonorum dotalium; prout nec iuſtificatur in dd. locationibus comprehendi omnia bona extradotalia quod exaduerſo probandũ
31 eſſet ad conuincendum errorem † quantitatis fructuum confeſſatę *Grat. diſcept.* 789. *numer.* 8. *Seraph. deciſ.* 1377. *num.* 4. æs autem alienum ſi quod aderat potuit ſolui ex mobilibus, argentis, & gemmis hæreditarijs Franciſci Bal-

di patris Geſiæ ad eam ſpectantibus, & quæ
teſtator præceperat vendi, & inueſtiri ad fa-
uorem hæreditatis; & licèt dictorum mobi-
lium aliqua, defuncto viro teſtes quos eſſe de
actis ac parte citata examinatos pars aduerſa
negat deponant fuiſſe recuperata à Geſia, non
inde excluditur quod ex alijs vir debita non
ſoluerit, & ſufficit poſſibile hoc fuiſſe vt error
32 confeſſionis † non dicatur probatus ex ſupra
allegatis; præſertim quia non docetur mobi-
lium prætium fuiſſe reinueſtitum, ac de illis
confectum inuentarium vt teſtator manda-
uerat, & quia ad probandam quantitatem
33 fructuum † à marito perceptorum coniectu-
ræ ſunt ſatis *Menoch. præſumpt. 9. num. 26. lib. 3.*
Iuſta itaq; eſt ſententia Rotalis confirmans
mandatum contra hæredes viri ad iſtantiam
Geſiæ relaxatum ab A. C. pro libris 32400.
vigore confeſſionis eiuſdem viri emiſſæ in
ſupracitato iſtrumento; & per conſequens
34 eadem ſententia tranſijt in iudicatum † ob
non interpoſitam appellationem infra decem
dies *cap. concertationi de appellat. in 6. auth. hodie
C. eod.* nequè locus eſſe poteſt reſtitutioni in
35 integrum ceſſante læſione, † & iniuſtitia quæ
ſemper adhunc effectum requiritur *Rot. dec. 1.
de reſt. in integr. in nou. dec. 194. num. 2. coram bo. me.
Cardinali Caualerio dec. 323. numer. 2. & ſeqq. co-
ram bon. mem. Buratt. & alias refert adden. ad Bu-
ratt. deciſ. 130. num. 14.*

Et ideò propoſito per me hodie dubio an conſtet de re iudicata ſeu de cauſis reſtitutionis in integrum, reſponſum fuit affirmatiuè quo ad primam partem, negatiuè quo ad ſecundam vtraquè parte informante.

BONONIEN. BENEFICIORVM.

Lunæ 29. Maij 1645.

ARGVMENTVM.

Subrogato non eſt danda immiſſio non probata duplici, & coequali reſeruatione Papę narrata. Prothonotariatus acceptatio ad effectum reſeruationis non eſt neceſſaria, quando quis fuit creatus Prothonotarius motu proprio, ſecus verò ad ſupplicationem partis, & ex quibus in caſu deciſionis non dicatur probata Prothonotariatus acceptatio? Subcollector vt quis deputatus dicatur conſtare debet de litteris deputationis cum omnimoda Iuriſdictione ad effectum reſeruationis, & quando deputatio etiam ad effectū reſeruationis probari poſſit per litteras miſſiuas, & per teſtes? & quænam probationes ad hunc effectum adductæ non ſuffragentur?

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis collator vigore indulti de conferendo reſeruata confert beneficia ſub vnica reſeruatione cadentia.*

2 *Beneficia Prothonotariorum ſunt reſeruata per ex*-trauag. ad regimen de præbend. innouat per regul. 1. Cancellarię.

3 *Siue Prothonotarij ſint de numero participantium, ſiue non.*

4 *Beneficia ſubcollectorum ſunt reſeruata vigore regulæ S. Cancellariæ, quæ comprehendit etiam ſubcollectores deputatos à Cardinali Camerario ad exigendum decimas pro ſeruitio Imperatoris.*

5 *Appellatione ſubcollectorum prouentuum Cameræ veniunt etiam ſubcollectores deputati ad exigendum decimas pro ſeruitio Imperatoris.*

6 *Subcollector dicitur vnicus etiamſi alius adſit in loco ſubcollector, ſi tamen officia vtriuſque ſunt diſtincta, & circa diuerſa quilibet vnicus eſt in ſuo officio.*

7 *Prothonotariatus nō probatur ex ſumpto ſupplicationis regiſtratæ, quando agitur ad Canonizationem gratiæ.*

8 *Secus vero ad effectum reſeruationis, quando gratia Prothonotariatus fuit conceſſa motu proprio.*

9 *Gratia Prothonotariatus conceſſa motu proprio, & pro ſeruitio Eccleſiæ, non requirit ex parte illius in quem confertur aliquam acceptationem, quia tunc officium nullum confert onus, ſed tantum honorem.*

10 Barboſ. de poteſt. Epiſcop. allegat. 74. nu. 33. *dicens gratiam Prothonotariatus acquiri etiā ignoranti ad effectum reſeruationis intelligendus eſt, quando gratia fuit motu proprio conceſſa.*

11 *Gratia Prothonotariatus quando eſt conceſſa ad ſupplicationem partis non ſuffragatur, niſi concurrat acceptatio ex parte illius, in quem confertur, & redditur ratio.*

12 *Tranſlatio Epiſcopi facta à Papa propter neceſſitatem, & vtilitatem Eccleſiæ illicò inducit ſolutionem prioris vinculi abſque illius conſenſu, quando vero fit propter meritum perſonæ, tunc neceſſaria eſt illius acceptatio.*

13 *Acceptatio gratiæ Prothonotariatus non ſatis probatur ex ſupplicatione regiſtrata, quia id fieri potuit ab expeditore, vel amico abſque mandato principalis.*

14 *Mandatum ex impenſa vnius ducati, quandoque præſumitur talis namque, præſumptio non militat, niſi impenſa probetur aliunde.*

15 *Et præſumptio mandati non educitur ex ſolito ſoluēdi pro regiſtratione ſupplicationis, quia exinde reſultat ſola præſumptio, quod fuerit ſolutum cum non liceat educere præſumptionem ex præſumptione.*

16 *Sed factum ex quo oritur præſumptio mandati, ſeu quæuis alia debet non præſumptiuè, ſed concludenter probari.*

17 *Reſeruatio contra promiſſum ab ordinario, & poſſeſſorem, eſt plenè, & concludenter probanda.*

18 *Reſeruatio quando conſiſtit in Prothonotariatu, eiuſque acceptatione vt ſuffragetur de vtroque conſtare debet.*

19 *Beneficia Prothonotarij ſunt reſeruata, etiamſi non appareat de præſtatione Iuramenti, & delatione Inſignium, quando verè conſtat de acceptatione gratiæ.*

20 *Acceptatio Prothonotariatus probatur ex expeditione litterarum, quia ſemper ſoluuntur expenſæ pro ipſa expeditione.*

21 *Amplia concluſionem procedere etiamſi gratia Prothonotariatus fuerit per Legatum conceſſa in quo minor exigitur impenſa.*

22 *Protho-*

22 *Prothonotariatus vſus non probatur per teſtes de publica voce, & fama.*

23 *Subcollectoris deputatio non aliundè probatur, quam per litteras deputationis cum omnimoda Iuriſdictione, itaut qualibet alia probatio abſque dicta qualitate, vt æquiuoca non ſit attendenda.*

24 *Iuriſdictio delegata nonniſi per litteras ipſius deputationis non probatur.*

25 *Subcollectoria probanda eſt per litteras deputationis cum omnimoda Iuriſdictione, quando quæſtio eſt inter ſubcollectorem, & ſoluere debentem, ſi vero ad effectum reſeruationis probari poteſt per litteras, & per teſtes.*

26 *Intellige tamen dummodò teſtes fuerint præſentes deputationi.*

27 *Subcollectoria non probatur per teſtes de publica voce, & fama, quia ex tali depoſitione reſultat præſumptio non probatio veritatis.*

28 *Error communis, ſeu tollerantia ſuffragatur quando ex parte delegantis non deficit authoritas.*

29 *Subcollectoria non probatur ex ſolo exercitio in exigendo, cum id procedere poſſit ex mandato nudi miniſterij abſque Iuriſdictione omninò neceſſaria ad effectum reſeruationis.*

30 *Pro ſubcollectore vt quis habeatur, an ſufficiant fides Secretarij Decimarum, & notula ſubcollectorum per Cardinalem Camerarium data Notario Cameræ, ad effectum expediendi litteras patentes? & latè nu. 32. 33. & 34.*

31 *Rector ſtudij ſi iniungit Notario, vt aliquem in matricula ſcholarium deſcribat, hoc ſufficit, vt ille haberi debeat pro ſcholari.*

35 *Subcollectoris deputatio quando non eſt clara, ſed turbida, ita redditur reſeruatio, ex ea reſultans.*

36 *Subrogato, vt concedi valeat immiſſio, reſeruatio debet eſſe clara, & indubitata.*

DECISIO CCXXI.

DENEGARVNT hodie Domini immiſſionem, quam vigore ſubrogationis gratioſæ obtentæ in ius Thomæ Papazzoni defuncti petijt D. Comes Carolus Antonius de Fibulis aduerſus DD. Octauium Podericū & Iacobum Columnam prouiſos ab Eminentiſſimo Ordinario Bononiæ, ac poſſeſſores beneficiorum de quibus agitur per obitum eiuſdem Papazzoni vacantium.

Deficit enim ſufficiens probatio duplicis coequalis reſeruationis narratæ Papæ, quæ neceſſaria eſt ad elidendam prouiſionem Cardinalis Ordinarij Collatoris; ad quem alio-
1 quin in vim indulti † ſpectat collatio beneficiorum ſub vnica reſeruatione cadentium, *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 13. n. 101. gloſſ. 53. num. 38. Caſſador. deciſ. 8. numer. 5. & 6. de præbend. Caualer. deciſ. 027. num. 4. & 6.* Siquidem duplex reſeruatio deducitur ex eo quod Papazzonus fuerit Prothonotarius Apoſtolicus, & vnicus ſubcollector decimæ Papalis duorū pro centenario, nec dubitari poteſt, quin ex vtroque
2 capite reſultet perſonalis reſeruatio, † vt de Prothonotariatu *eſt text. in extrauag. ad regimen de præbend.* innouata per regulam primā Cancellariæ, quam habere locum ſiue Protho-
3 notarij † ſint de numero participantium, ſiue non dixit *Rot. apud Caputaq. deciſ. 407. nu. 1. par. 1. coram Seraph. dec. 1251. num. 18. coram Andrea deciſ. 100. num. 2. & inter recent. deciſ. 407. nu. 1. par. 1.*
4 Et de ſubcollectoria † habemus regulā quintam Cancellariæ, quæ compræhendit etiam ſubcollectores deputatos à Cardinali Camerario ad exigendas dictas decimas pro ſeruitio Imperatoris impoſitas, quia ipſi quoque veniunt appellatione † Collectorum prouentuū
5 Cameræ de quibus regula loquitur, cum huiuſmodi decima nomine Cameræ exigatur eidemque applicetur eroganda poſtmodūm in auxilium Imperatoris, nec talis Collector definit eſſe vnicus, vt regula requirit, † eſto
6 quod in loco adſit ſimul alius ſubcollector pro ſpolijs clericorum, quia cum vtriuſque officia ſint diſtincta, & circa diuerſa quilibet vnicus eſt in ſuo officio, vt bene in puncto ponderauit *Rota in Licien. Canonicatus 26. Martij 1629. coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano impreſſ. part. 5. recent. deciſ. 261. num. 10. & 11. & in Cremonen. Canonicatus 14. Ianuarij 1630. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. inter eius impreſſ. dec. 233. nu. 18. vbi alleg. concord.*

Sed ad probandum Prothonotariatum exhibetur ſolum ſumptum ſupplicationis regi-
7 ſtratæ, † quod licet alias inſufficiens ſi ageretur ad canonizationem gratiæ *Aegid. deciſ. 252. Put. deciſ. 230. in princ. lib. 3. in corr. Rot. deciſ. 10. de fid. inſtrum. & deciſ. 28. de probat. in antiq. deciſ. 407. num. 3. par. 1. recent.* ſufficeret ad effectum reſer-
8 uationis † quando gratia Prothonotariatus fuiſſet conceſſa motu proprio, eo quod tunc Papa contemplatus videtur ſeruitium Eccle-
9 ſiæ, cumque iſtud officium † vti nullum inferens onus, ſed tantum honorem poſſit in inuitum conferri, non eſt ex parte illius in quē confertur neceſſaria acceptatio, ſed illicò gratia ex voluntate Papæ concedentis perficitur, *Rot. deciſ. 12. numer. 1. de præbend. in nou. & in puncto deciſ. 329. num. 1. Put. lib. 2. in corr. deciſ. 373. lib. 3. part. 3. diuerſ. dicta deciſ. 407. num. 6. part. 1. rec. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 28. num. 71. & ſeq.* & in
10 his terminis intelligendus eſt † *Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 74. num. 33.* dum ait dignitatem Prothonotariatus acquiri etiam ignoranti ad effectum reſeruationis.

Nihilominùs vbi, vt in caſu noſtro conceſſa fuit ad ſupplicationem partis, quia exinde ar-
11 guitur Papam non fuiſſe contemplatum publicam dumtaxat vtilitatem, ſed merita perſonæ ſupplicantis, illique fauere voluiſſe, conſequens eſt vt noluerit conferre officium in inuitum, ideoque ex defectu intentionis Papæ gratia ſit fruſtratoria, niſi concurrat conſenſus aut acceptatio illius, in quem confertur, ſicut in ſimili dicitur de translatione
12 Epiſcopi, † quæ illicò abſque illius conſenſu inducit ſolutionem prioris vinculi ſi facta fuit propter neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ; Si verò facta propter meritum perſonæ expectat illius conſenſum, & acceptationem iuxtà diſtinctionem quam tradit *Abb. in cap. vltim. num. 13. de poſtulat. Prælatorum, Calder. conſ. 1. de tranſlat. Prælat. & in his terminis ſequitur*

Lot-

Lotther.d.lib.2.quæſt.28.num.77.& 79.Rot in Burgen.Abbatiæ de Salas 20. Nouembris 1615. coram bon.me.Vbaldo Seniori impreſſ.par.3.recent.dec.706. num.4.poſt Mandoſ.ſuper regul.1.Cancellar.quæſt.8. ſub n.4.Simonett.de reſeruat.q.100.n.8.& 9.

13 Acceptatio verò non ſatis probatur ex ſupplicatione eiuſque regiſtratione,quia vtrumque fieri potuit ab expeditore, vel amico abſque mandato principalis, *l.vniuerſis C.prec. imper.offerend.* & quamuis ex impenſa etiam
14 vnius ſcuti † in homine priuato, quandoque præſumatur mandatum, vt in terminis *Put. deciſ.329. num.3.lib.2.in corr. Rot.d.deciſ.407.ſub num.6.verſ.& etiam vnius ducati deciſ.529.num.5. par.1.recent.* Ea præſumptio non militat, niſi talis impenſa probetur aliundè, itaut non ſufficiat allegare conſuetum ſoluendi pro regi-
15 ſtratione ſupplicationis, † quia inde reſultat ſola præſumptio, quod fuerit ſolutum, quæ parere non poteſt præſumptionem mandati, cum non liceat educere præſumptionem ex præſumptione, & factum ex quo oritur præ-
16 ſumptio mandati, † ſeù quæuis alia debeat, non præſumptiuè, ſed concludenter probari, *l.1.Cod.dot.promiſſ.Menoch.præſumpt.132.num.81. in 8.declar.lib.3.& in puncto Lotther.d.lib.2.qu.28. num.85.& ſeqq.vſque ad 92.Rota d.deciſ.706.nu.8. & ſeqq. par.3. rec.in qua reuocatur in hac parte deciſ.407.par.1.recent.*

Quo magis quia agitur in concurſu prouiſorum Ordinarii, & poſſeſſorum beneficij,†
17 quo caſu cum reſeruatio ſit plenè, & concludenter probanda, & ipſa conſiſtat in Pro-
18 thonotariatu eiuſque acceptatione, † ſequitur vt de vtroque tanquam de cauſa reſeruationis plenè, & concludentèr conſtare debeat non autem per præſumptiones, *Lotther.d.lib.2. quæſt.32.num.57. Rot.deciſ.706.num.11.& 13.* vbi quod contraria procedunt in caſibus, in quibus non requirebatur plena probatio, puta ſi ſubrogatus tractaret de iuſtificanda gratia ſui authoris, *par.3.recent. deciſ.143.num.1.& 18.deciſ.216.nu.1.par.7.recent.* Et ampliùs quia concurrunt contrariæ coniecturæ, quod Papazzonus Prothonotariatum non acceptauerit, aut obtineri mandauerit, cum præter teſtes examinatos extraiudicialiter ſine citatione partis nuſquam ex iuribus productis appareat Papazzonum vſum fuiſſe inſignibus Prothonotariatus, aut profeſſionem fidei,& iuramẽtum emiſiſſe iuxtà decretum in gratia appo-
19 ſitum, quamuis horum omiſſio, † quia non reſpiciunt ſubſtantiam gratiæ,ſed conſecutiua ſunt, non noceret ſi alias conſtaret gratiam fuiſſe acceptatam, *Lotther.d.quæſt.28.nu.97.Put. deciſ.329.in princ.lib.2.in corr.Cocc.deciſ.349.n.2. & 3. & fuit dictum in Rauennaten. Canonicatus 1. Iulij 1641.coram Reuerendiſſ.D.meo Decano.*

Non obſtat expeditio litterarum Prothonotariatus ex qua reſultare ſolet præſumptio iuris, & de iure quod præceſſerit mandatum,
20 ſeù acceptatio ſupplicantis, † quia ſemper ſoluuntur expenſæ pro ipſa expeditione,*Creſc. deciſ.1.de præſumpt.Rot.deciſ.1033.lib.3.par.3.diu. & in Cartaginen. Beneficij 26. Februarij 1603. coram bon.mem.Card.Horatio Lancellotto, & in Romana Capellania 29.Aprilis 1630.coram bon.mem. Pirouano relat.per adden.ad Buratt.deciſ.705. n.12. Lotther.d.quæſt.28.num.42.& ſeqq.qui num.96.* ait
21 idem etiam procedere † in gratia Prothonotariatus facta fuerit per Legatum in quo minor exigitur impenſa cum non conſueuerint fieri tales gratiæ, niſi perſonis gratis, & plurimum pro illis inſtantibus. Quia litteræ quę aſſeruntur expeditæ non fuerunt productæ in actis, & allegatus vſus Prothonotariatus,non
22 ſatis † probatur per publicam vocem, & famam de qua teſtes examinati deponunt, *Lotther.d.q.28.nu.99.& 100.Rot.d.deciſ.706.num.14. par.3.recent.*

Similiter ad probandum quod Papazzonus deputatus fuerit ſubcollector decimarum non exhibentur litteræ deputationis factæ cum
23 omnimoda Iuriſdictione, † vt requiritur, ita vt quælibet alia probatio ſiue per teſtes, ſiue per litteras miſſiuas, quæ explicitè non referant deputationem factam cum tali Iuriſdictione non ſuffragetur cum ſit æquiuoca, &
24 Iuriſdictio delegata, † nonniſi per litteras ipſius deputationis probetur, *l.vnica Cod.mandat. princ.cap.cum in iure peritus, cum ibi notat de offic. deleg. & in terminis Rot.deciſ.10 ſub num.2.verſ.de. qua de offic.deleg.in nouis Bellencin.de charitat.ſubſt. quæſt.111.num.1.Garz.de benef.par.5.cap.1.n.376. Lotther.de re benef.lib.2.quæſt.32.num.158.& 159. Caſtr.Palao oper.moral.tract.13. diſput.2.punct.20. num.6.* qui & ſi ſequendo diſtinctionem *Bellincini d.quæſt.111. num.11.* dicat quod ſi quæſtio eſt de ſubcollectoria inter ſubcollectorem, &
25 ſoluere debentem † illa probanda eſt per litteras, & non aliter; ſi verò ad effectum reſeruationis probari poteſt per litteras, & per teſtes, hoc tamen intelligit, † dummodò te-
26 ſtes fuerint præſentes deputationi, prout declarauit *Rota in Feretina Parochialis 9.Maij 1558. coram bo.me.Rubeo relata per Garz.d.cap.1. n.379. & ſequitur Lotther.d.quæſt.32.num.160. & ſeq.Cokier.ad reg.4.Cancell.nu.6.& ita intelligenda eſt deciſ.Rotæ 252.n.1.par.2.rec.*

Hinc non releuant Teſtes de publica voce,
27 & fama, † & de communi reputatione *Caſtropal.d.punct.20.ſub num.6.* vbi dicit rationem, quia hoc teſtimoniũ inducit ſolùm præſumptionem non veritatem *Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat.57.num.125.Cockier.d.nu.6.verſ.non tamen Garz.d.par.5.cap.1.n.378.Bellencin.d.tract.q.112.* per totam vbi reſpondendo *ad text.in l. Barbarius ff.offic.Prætoris,*dicit in eo caſu non defuiſſe deputationem, ſed adfuiſſe in perſona deputati vitium, & inhabilitatem, quam delegans tempore delegationis ignorauit,ideoque cum
28 cum non deficeret ſuperioris authoritas cõmunem † errorem, ac tolerantiam opitulari, ſic etiam *Monet.de decim.cap.9. quæſt.5.num.235. & 236.*

Pariterque non releuant edicta à Papazzono edita contra debitores decimarum,earumque exactiones, & ſucceſſiuè ſolutiones factæ Miniſtris Cameræ Apoſtolicæ, quia hæc omnia demonſtrant exercitium † ſubcollectoriæ,
29 quod non ſuffragatur, quia procedere potuit ex mandato nudi miniſterij ad exigendum

abſque

abſque Iuriſdictione omninò neceſſaria ad effectum reſeruationis *Bellencin.d.tract.q.*109.*n.*1. *Garz.d.cap.*1.*nu.*38. *Lotther.d.q.*32.*nu.*161. *Rot.in Aſten.Canonicatus* 16.*Aprilis* 1627.*coram Reuerendiſs.D.meo Decano.*

Ipſam autem deputationem non probant
30 fides ſecretarij decimarum† & notula ſubcol-
lectorum electorum per Cardinalem Came-
rarium data Notario Cameræ ad effectum
expediendi litteras Patentes, quæ ſufficere
videtur vt quis habeatur pro ſubcollectore,
ſicut in ſimili *Angel.in l.ex eo tempore num.*4.*ff.teſtam.milit.* ait quod ſi Rector ſtudij iniunxerit
Notario, vt aliquem in matricula ſcolarium
31 deſcribat † hoc ſufficit vt ille debeat haberi
pro ſcolari etiam ante deſcriptionem, & ſe-
quitur *Alex.in l ſi quis id quod num* 4.*verſ.ſed contra ff.iuriſd.omn.Iud. Rebuff.de priuileg.ſcolar.priuileg.*141.*num.*2.& de fide Secretarij † quod ſuf-
32 ficiat ad effectum reſeruationis dixit in pro-
ximis terminis *Buratt.deciſ.*706.*n.*2.

Nam Secretarius non teſtatur de electione
Papazzoni, ſed ſolum de nota exiſtente inter
memorias Cardinalis Camerarij defuncti ex
quibus declarat non probari electionem ante
expeditionem litterarum Patentium, † quia
in illis adnotabantur nomina eligendorũ, pro
33 vt ab Ordinarijs ad quos ſcriptum fuerat, vt
plures perſonas ad idem officium propone-
rent, nominabuntur ad hoc vt ex illis Cardi-
nalis Camerarius poſſet poſtea magis idoneũ,
eligere. Eiuſdemque farinæ eſt nota tradita
Notario Cameræ cum ſit relatiua ad fidem
34 Secretarij, † præſertim quia idem Notarius
factis diligentijs in libris Cameræ, in quibus
regiſtrantur litteræ Patentes fidem facit nul-
las inueniſſe in perſonam Papazzoni, & in
regiſtris litterarum ad ſubcollectores ſcriptu-
rarum à Congregatione Decimarũ illius Se-
cretarius affirmat non aliquã reperiri ſcriptã
ad Papazzonum. Vndè ſicuti turbida † ſal-
35 tem remanet probatio deputationis Papaz-
zoni, ita & reſeruatio ex ea reſultans, vt in
proximis terminis ponderat *Rot.dec.*706. *n.*12. *par.*3.*recent.* cum tamen clara, & indubitata
36 requiratur, † vt ſubrogato dari poſſit immiſ-
ſio, *Cocc.deciſ.*124.*num.*7.*Greg.XV.deciſ.*58.*nu.*1. *Buratt.deciſ.*761.*nu.*3.*Reuerendiſs.Vrgellen.* in ter-
minis prouiſi Apoſtolici agentis contra poſ-
ſeſſorem prouiſum à Cardinale vigore Indulti
*deciſ.*14.*num.*5.*&* 18.*Rot.inter recen.deciſ.*600.*n.*1. *par.*2.*deciſ.*245.*n.*1.*par.*6. *dec.*87.*n.*1.*inter impreſſ. poſt Viu.de Iurepatr.*

Et ità deciſum vtraque parte Informante.

MONOPOLITANA PENSIONIS.

Veneris 2. *Iunij* 1645.

ARGVMENTVM.

Penſio reſeruata ſub conditione exigi nequit à Penſionario ante iuſtificationem conditionis, etiamſi titularis dictæ reſeruationi ſub obligatione Camerali conſenſiat, quia conſenſus cenſetur præſtitus ſub eadem conditione, ſub qua Penſio fuit reſeruata, & obligatio Cameralis arctiùs quidem ligat, ſed non extendit obligationem vltrà formam reſeruationis; Clauſula *dummodo &c.* reddit reſeruationem Penſionis conditionalem ſi eſt adiecta ipſi reſeruationi Penſionis, ſecus verò ſi poſt reſeruationem purè conceſſam, & redditur ratio diuerſitatis in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Penſionis reſeruatio quando eſt conditionalis ante illius iuſtificationem, nihil ponit ineſſe, itaut Penſionario agenti incumbat onus probandi, & iuſtificandi conditionem appoſitam.*

2 *Amplia quamuis agatur contra titularem, qui conſenſit, quia talis conſenſus cenſetur præſtitus ſub eadem conditione, ſub qua Penſio fuit reſeruata.*

3 *Item amplia, quamuis titularis ſe obligauerit in forma Cameræ, quia illa arctiùs quidem ligat, ſed non extendit obligationem vltra formam reſeruationis.*

4 *Penſio etiamſi ſit reſeruata motu proprio, & in Conſiſtorio, nihilominus ſi reſeruatio non eſt pura, ſed conditionalis, adhuc iuſtificanda eſt à Penſionario.*

5 *Ratio eſt, quia dum Papa conditionem reſeruationi appoſuit exindè colligitur non fuiſſe ſatis certioratum de valore ex proceſſu Conſiſtoriali, & in eo pedes figere noluiſſe.*

6 *Clauſula* dummodò *reddit reſeruationem Penſionis conditionalem, & ità qualificat totam gratiam, vt nihil conceſſum cenſeatur, donec plenè iuſtificetur.*

7 *Clauſula* dummodò Penſiones, &c. *eatenus reddit reſeruationem Penſionis conditionalem, quatenus ſit adiecta ipſi reſeruationi, ſecus vero ſi poſt reſeruationem purè conceſſam.*

8 *Ratio diuerſitatis eſt, quia primo caſu conditio eſt conſubſtantialis reſeruationi, ſecũdo vero caſu conditio conſequitur poſt reſeruationem purè iam ineſſe deductam.*

9 *Clauſula* dummodò *quando eſt adiecta poſt reſeruationem Penſionis, tunc cenſetur Papam voluiſſe conſulere tàm Penſionario, quàm Titulari: Penſionario ne poſſit impugnari validitas ſuæ penſionis: Titulari vero vt non teneatur ad ſolutionem nouæ Penſionis exiſtentibus antiquis.*

10 *Clauſula* dummodò *adiecta poſt verbum reſeruamus, & ſic poſt reſeruationem perfectam non dicitur ineſſe ipſi reſeruationi, præſertim quando regitur ab alio verbo in oratione ſeparata.*

11 *Clauſula* dummodò *quando adeſt ante verbum* reſeruamus *ineſſe cenſetur in ipſo corpore reſeruationis, & Penſio à d.verbo reſeruamus ſuam recipit perfectionem.*

12 *Et dum clauditur ſub vnica oratione dicitur adiecta ipſi reſeruationi eique conſubſtantialis.*

13 *Verbum* reſeruamus *poſt clauſulam* dummodò *qualificat vniformiter Penſionem, & conditionem.*

14 *Itaut reſeruatio ſit conditionalis, non ſecus ac ſi in ventre reſeruationis adiecta eſſet clauſula* dummodò remaneant mille pro Epiſcopo.

15 *Clauſula* dummodò antiquæ, & nouæ Penſiones

ſiones tertiam partem fructuum non exce-
dant, &c. *quamuis ſit appoſita poſt reſeruatio-
nem, nihilominùs Penſionarius adhuc tenetur ad
iuſtificationem probata pro parte Titularis exi-
ſtentia aliarum Penſionum, quia reſeruatio ipſa
efficitur conditionalis ex mente concedentis.*

16 *Et exiſtentia aliarum Penſionum probatur ex aſſer-
tione Papæ emiſſa in litteris reſeruationis, quæ aſ-
ſertio cum ſit de facto proprio plenè probat.*

17 *Aſſertio Papæ quando emanauit motu proprio plenè
probat.*

18 *Item probatur exiſtentia aliarum Penſionum ex lit-
teris antiquæ Penſionis validè reſeruatæ, & effe-
ctuatæ mediante ſolutione.*

DECISIO CCXXII.

SVPER fructibus menſæ Epiſcopalis Mo-
nopolitanæ fel.record. Vrbanus VIII. re-
ſeruauit annuam Penſionem ducatorum 300.
monetæ Regni Neapolis ad fauorem Tho-
mæ de Blanchis per hæc verba, *Tibi &c. Pen-
ſionem annuam 300. ducatorum ſuper menſæ Epiſco-
palis Monopolitanæ fructibus redditibus, & prouen-
tibus ſuper quibus nonnullæ antiquæ Penſiones annuæ
certis perſonis Eccleſiaſticis illas annuatim percipien-
tibus, vt etiam accepimus reſeruatæ exiſtunt, quas
ſaluas eſſe volumus, & ſuper quibus nos etiam hodie
vnam aliorum 300. Hieronymo Toralto de Aragona
& reliquam Penſionem annuam 200. ducatorum ſi-
milium Tiberio Brancatio reſeruari conceſſimus dum-
modò omnes antiquæ, & noua Penſiones huiuſmodi in
ſimul tertiam partem fructuum, redditwum, & pro-
uentuum prædictorum non excedant, tibi quoad vixe-
ris &c. Apoſtolica authoritate tenore præſentium re-
ſeruamus conſtituimus, & aſſignamus.*

Cui reſeruationi conſenſit modernus Reue-
rendiſſimus Epiſcopus Monopolitanus, & ſub
obligatione Camerali Penſionem ſoluere
promiſit, ſed cum deinde requiſitus non ſol-
ueret contra ipſum ferri ſententiam pro exe-
cutione litterarum Apoſtolicarum reſerua-
tionis Penſionis inſtetit Thomas Penſiona-
rius coram A.C. qui pronunciauit dd. litteras
tanquam non iuſtificatas non eſſe exequen-
das, & D. Epiſcopum abſoluit ab obſeruatio-
ne iudicij.

Ab hac ſententia commiſſa mihi cauſa ap-
pellationis propoſui hodie dubium, an litteræ
Apoſtolicæ ſint exequendæ? quod negatiuè
fuit reſolutum ob non iuſtificationem earum-
dem litterarum, hoc eſt quod nouæ, & anti-
quæ Penſiones tertiam partem fructuum non
excedant, ad quam iuſtificationem Penſio-
nariũ teneri DD. cenſuerunt, ſecuti receptiſ-
ſimam concluſionem, quod vbi reſeruatio
Penſionis eſt conditionalis, † quia niſi iuſti-
1 ficetur, nihil ponit ineſſe, Penſionario agenti
incumbit onus probandi, & iuſtificandi con-
ditionem appoſitam, *Garz. de benef. par. 1. cap. 5.
num. 424. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 38. nu. 40.
& ſeqq. Mantica deciſ. 196. num. 2. & 3. Seraph. de-
ciſ. 1017. num. 3. deciſ. 1122. nu. 2. Caualer. dec. 183.
num. 1. & ſeqq. cum alijs relatis per adden. ad Buratt.
deciſ. 261. ſub nu. 17. & fuit dictum in Peruſina Pa-
rochialis ſeu Penſionum 1. Iulij 1641. coram Reueren-
diſs. D. meo Dunozetto Decano.*

Quæ concluſio procedit, quamuis agatur
contra titularem, qui reſeruationi conſenſit,
2 quia talis conſenſus cenſetur præſtitus ſub ea-
dem conditione ſub qua Penſio fuit reſeruata
*Garz. de benef. d. par. 1. cap. 5. n. 464. Lotther. d. q. 38.
num. 45. Seraph. d. deciſ. 1017. num. 3. Rot. deciſ. 547.
num. 3. par. 1. deciſ. 287. num. 3. part. 5. rec. deciſ. 181.
num. 1. in fin. coram bo. mem. Card. Caualer. adden. ad
Greg. XV. deciſ. 57. num. 12. cum alijs relatis in Ro-
mana Penſionis 17. Martij 1638. coram D. Cardinali
Hieronymo Verospio, & in dicta Peruſina Penſionis
coram D. meo Decano*, in quibus allegationibus
hoc idem firmatur quamuis titularis ſe obli-
gauit in forma Cameræ pro ſolutione Pen-
3 ſionis, † quia illa arctiùs quidem ligat, ſed nõ
extẽdit obligationem vltrà formam reſerua-
tionis *Sa men. ſelect. interpet. lib. 1. cap. 11. numer. 4.
Rot. deciſ. 255. num. 3. par. 2. rec. & in Firmana Pen-
ſionis 14. Decembris 1592. coram bon. me. Card. Mel-
lino impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. to. 1. fol. 572.*

Nec releuat, quod Penſio ſit reſeruata mo-
tu proprio, & in Conciſtorio † contempora-
4 nee cum propoſitione Eccleſiæ Monopolita-
næ, tunc vacantis, & ſic Papa certus fuerit de
valore Eccleſiæ propter proceſſum fieri ſoli-
tum in huiuſmodi propoſitionibus. Quia
motus proprius non tollit neceſſitatem pro-
bandi, quando gratia eſt conditionalis, ſed ſo-
lum quando eſt pura, vt in terminis reſerua-
tionis Penſionis fuit dictum *in Neritonen. Pen-
ſionis 5. Nouembris 1601. coram bon. mem. Litta im-
preſſa apud Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. fol. 531. n. 4.
& tradit Barboſa clauſ. 48. num. 8.* & ex quo Papa
conditionem appoſuit † reſeruationi apparet
5 illum non fuiſſe ſatis certioratum de valore
ex proceſſu Conciſtoriali, & in eo pedes fige-
re noluiſſe, vt bene aduertit *Rot. deciſ. 612. n. 7.
part. 2. recent. & in dicta Neritonen. Penſionis coram
Litta num. 3. & in Alben. Penſionis 20. Martij 1625.
coram bon. me. Pirouano.*

Nos verò verſari in caſu reſeruationis con-
ditionalis demõſtrat clauſula *dummodò* ibi ap-
6 poſita, quæ ſiue conditionem, ſiue modum
importet, † ità qualificat totam gratiam, vt
nihil conceſſum cenſeatur, donec plenè ſit
iuſtificata *Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 38. n. 40.
& ſeqq. Seraph. 1017. num. 4. Greg. XV. deciſ. 57. n. 2.
& ibi add. num. 12.* Quod ſanè in terminis clau-
ſulæ *dummodò Penſiones &c.* non excedant ter-
tiam partem fructuũ intelligendum eſt cum
7 diſtinctione, † vt nimirùm reſeruatio ſit ab-
ſolutè conditionalis, aut modalis, ac per con-
ſequens Penſionario incumbat onus proban-
di valorem Eccleſiæ, ſi talis clauſula adiecta
fuerit ipſi reſeruationi Penſionis, ſecus verò
ſi poſt reſeruationem pure conceptam, & ra-
8 tio diuerſitatis eſt, † quia primo caſu condi-
tio eſt conſubſtantialis reſeruationi, quæ cum
ipſa, & non aliter efformatur, altero vero con-
ſequitur poſt reſeruationem pure iam ineſſe
deductam, vt in puncto diſtinxit *Rota in Car-
pentoraten. Penſionis 15. Martij 1602. coram bo. me.
Card. Lancellotto Seniori impreſſa part. 4. diuerſ. de-
ciſ. 611.*

ciſ.611.& apud Marcheſ.de commiſſ.part.1.fol.529. in qua ſub numer. 2. Ponderatur quod in ſecundo caſu Papa voluit conſulere, tàm Penſionario, quàm titulari, † illi vt non poſſit impu-
9 gnari validitas ſuæ Penſionis ſub prætextu anteriorum Penſionum, titulari, vt in caſum exiſtentiæ Penſionum anteriorum non teneatur ad ſolutionem nouæ Penſionis, quatenùs tertia pars fructuum abſorbeatur eamdemque diſtinctionem amplexa fuit *Rota in Melevitana Penſionum 26.Iunij 1610.coram bon.me.Litta, apud Marcheſ.d.par.1.fol.527.in Cremonen.Penſionis 15. Aprilis 1611.coram bon.me.Caualerio inter eius impreſſas deciſ.227. num.2.in Papien.Penſionis 13.Februarij 1615. coram bon. mem. Manzanedo impreſſ. par.3.recent.deciſ.642.num.2.& 3.& in alijs relatis per adden.ad Buratt.deciſ.261.num.17.in fin.* quas ſequitur *Mareſcott.var.reſol.lib.1.cap.60.nu.7.& lib.2.cap.1.num.71.Lotther.de re benef.lib.1.qu.38. num.67.*

Caſui autem noſtro applicatur primum membrum diſtinctionis, quia non fuit, † vt
10 plerumque ſolet poſt verbum reſeruamus relatum ad Penſionem additum, *etiamſi aliæ Penſiones exiſtant dummodò &c.* quo caſu reſeruatio iam erat perfecta, & ſubſequens oratio ſtat de per ſe cum regatur à verbo ſeparato, nempè à verbo *exiſtant*, vt ponderat *Caualer. deciſ.227. num.3.* Sed ante verbum reſeruamus
11 adeſt † clauſula dummodò, ibi, *dummodò omnes antiquæ, & nouæ Penſiones tertiam partem fructuum non excedant tibi quoad vixeris tenore præſentium reſeruamus,* tunc enim cum conditio inſit in ipſo corpore reſeruationis ante verbum reſeruamus à quo Penſio recipit ſuam perfectionem adnotata per *Gemin.conſ.106.ſub nu.6. Gigan.conſ.143.num.2.quæſt.34. numer.6.in tract.de Penſion.Pariſ.de reſign.lib 8.quæſt. 2.num.8.*& clau-
12 ſatur ſub vnica oratione, † dicitur adiecta ipſi reſeruationi, eique conſubſtantialis iuxtà diſtinctionem traditam *ab Angel conſ.36.nu.1. & 2.quam ſequitur Io.Franc.à Ponte conſ.5.nu.51. & 52.lib.1.conſ.60.num.4.& 5.lib.2. Rot.in Romana Societatis Officij ſcriptor.* 1000. 27. *Aprilis 1626. coram bon.mem. Manzanedo Patriarcha Hieroſolymitano,* idemque verbum *reſeruamus* qualificat
13 vniformiter Penſionem, & conditionem *iuxta theoricam Bart.in l.prætor la 2.Siericque differentia ſub nu.1. verſ.nam cum omnia ff. vi bon.rapt. & in l.inter ſtipulantem §.ſacram n.6. ff.verb.oblig.* quam in puncto ſecuta eſt *Rot.coram bon. mem. Card.Caualerio d.deciſ.227.num.3.* Itaut reſerua-
14 tio ſit conditionalis, † non ſecus ac ſi in ventre reſeruationis adiecta fuiſſet clauſula *dummodò* remaneant mille pro Epiſcopo *Lotther.de re benef.lib.1.q.38.n.68.*

Et eſto quod caſus noſter caderet ſub ſecũdo membro ſupra deductæ diſtinctionis, quia tamen pro parte titularis probatum fuit, quod
15 ſuper † hac Eccleſia exiſtunt aliæ Penſiones, adhuc Penſionarius teneretur probare illas nõ excedere tertiam partem fructuum, nam probata exiſtentia aliarum Penſionum intrat modificatio appoſita poſt reſeruationem nouæ Penſionis, & reſeruatio ipſa efficitur conditionalis ex mente concedentis, vt præter deciſiones *in Carpentoraten.Penſionis coram bon.me.Card. Lancellotto, & alias allegatas ſupra in §. nos vero, fuit deciſum coram bon.me.Buratto, in Toletana Applicationis 16. Decembris* 1622. *quæ eſt deciſ.* 671. *nu.5.inter eius impreſſ.*

16 Probatur inquam exiſtentia aliarum Penſionum, † tùm ex aſſertione Papæ emiſſa in eiſdem litteris, in quibus aſſeruit ſe eadem die alias duas Penſiones ad fauorem aliarum perſonarum reſeruaſſe, quæ aſſertio cum ſit de facto proprio plenè probat *clem.1. de probationibus, Oldrad.conſ.258.ſub num.2.Federic.de Senis conſ.117.num.2. Sarnen.ſuper reg.de impetrand. benef.vacan.per obit.fam. Card.qu.13.ſub numer.6. verſ.ſecus vero in Papa Mart.Andr.deciſ.56.num.3. & fuit dictum in Melevitana Optionis 7.Maij* 1640. *coram bon.mem.Merlino*, quæ loquitur de aſſertione Papæ in gratia emanata ad inſtantiam partis, eoque faciliùs procedit in caſu noſtro,
17 quo emanauit † motu proprio *ad text. in cap.ſi motu proprio de præbend.in 6.Caſſad.deciſ.4.num.9. de probat.* vbi ampliat etiamſi adſit clauſula vt accepimus *Seraph.deciſ.388.nu.2.Rot.inter recent. deciſ.656.numer.1.& ſeqq.part.1.coram Reuerendiſſ. Vrgellen.deciſ.154.n.3.& 4.*

18 Tum ex litteris antecedentis reſeruationis alterius Penſionis, † quam fuiſſe ſemper ſolutam, & hodie etiam vigere docetur per Informantes pro Epiſcopo, adeò quod conſtet de illius validitate, & effectuatione, & duratione, vt ad hunc effectum requiritur ex allegatis *per Buratt.deciſ.671.n.6.& 7.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

FERRARIEN. FIDEIVSSIONIS.

Lunæ 5. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum rogatum in Ciuitate Ferrariæ ex defectu regiſtrationis nullum eſt attentis Bandimentis editis per Cardinales Legatos pro tempore dictæ Ciuitatis, quæ quidem Bannimenta comprehendunt etiam Forenſem contrahentem in Ciuitate Ferrariæ, quia contrahendo dicitur ſe ſubiicere ſtatutis eiuſdem Ciuitatis circà ſolemnitates Inſtrumenti, & an regiſtrationis defectus ſuppleatur ex præſentia Cardinalis Legati de tempore confecti Inſtrumenti?

SVMMARIVM.

1 *Nullitas Inſtrumenti influit in omnes clauſulas ibidem appoſitas.*

2 *Inſtrumentum rogatum in Ciuitate Ferrariæ ex defectu regiſtrationis nullum eſt, ſic præcipientibus Bannimentis æditis per Cardinales Legatos pro tempore dictæ Ciuitatis.*

3 *Cardinales Legati Ciuitatis Ferrariæ ad fraudes euitandas ordinare potuerunt, quod Inſtrumenta regiſtrentur.*

Eo

Eo magis concurrente approbatione Ciuitatis, ac etiam quod huiuſmodi Bannimenta ſunt æqua, & honeſta num. 5.

4 *Legatus de latere poteſt iuſta cauſa ſubſiſtente ſtatuere etiam contra ius commune.*

6 *Bulla Sixti V. ſuper archiuiatione Inſtrumentorum ſubrogauit officium regiſtri loco Archiuij.*

7 *Bulla Sixſti V. ſuper archiuatione Inſtrumentorum compræhendit etiam Ciuitatem Ferrariæ, licet poſtea deuolutam ad Sedem Apoſtolicam, quia lex ſemper loquitur.*

8 *Bannimenta Ciuitatis Ferrariæ ſuper regiſtratione Inſtrumentorum compræhendunt etiam forenſem contrahentem in dicta Ciuitate, quia ſic contrahendo cenſetur ſe ſubijcere ſtatutis eiuſdem Ciuitatis.*

9 *Solemnitas regiſtrationis Inſtrumenti adhibenda poſt contractum perfectum non eſt eſſentialis, aut formalis, ſed effectualis.*

10 *Eius tamen omiſſio parte opponente operatur nullitatem Inſtrumenti.*

11 *Inſtrumentum ex defectu regiſtrationis eſt ipſo iure nullum ſi Bannimentum vlterius procedit ad illius annullationem.*

12 *Regiſtrationis Inſtrumenti defectus an ſuppleatur ex præſentia Cardinalis Legati de tempore confecti Inſtrumenti?*

Illius tamen præſentia probanda eſt ab allegante aliundè, quam ex enunciatiua Inſtrumenti, nam cum ex eodem Bannimento tollatur fides Inſtrumentis non regiſtratis aliundè petenda eſt probatio quam ex ipſo Inſtrumento num. 14. & 16.

13 *Solemnitates non ſunt neceſſariæ, vbi Principis interuenit authoritas.*

15 *Rubrica generaliter loquens, & habens orationem perfectam allegari poteſt ad deciſionem cauſarum.*

17 *Præſentia Legati tempore confecti Inſtrumenti ſupplere poteſt ſolemnitates contemporaneas Inſtrumento, non autem regiſtrationem eiuſdem Inſtrumenti, & quare?*

18 *De notariatu conſtare debet, vt fides adhibeatur ſcripturæ confectæ ab aliquo vti notario.*

19 *Item neceſſaria eſt recognitio illius manus parte citata, præſertim poſtquam fuit iudicialiter oppoſitum, & num 20.*

21 *Regiſtratio Inſtrumenti, vt valeat quæ requirantur?*

22 *Forma præſcripta in Bannimentis eſt ad vnguem ſeruanda, nec ſufficit, quod pro parte adimpleatur.*

DECISIO CCXXIII.

DOMINO Marchioni Fuluio Rangonio
aſſocietationem, contra bona poſſeſſa
à Domina Marchioniſſa Eleonora de Ma-
chiauellis, petenti vigore clauſularum in In-
ſtrumenro indemnitatis ſibi promiſſæ appo-
ſitarum, reſponſum fuit obſtare eiuſdẽ Iſtru-
1 menti nullitatem; †quæ influit in omnes clau-
ſulas ibidẽ appoſitas, *Pariſ. conſ. 59. n. 25. lib. 1. Ca-
ſtil. deciſ. 90. n. 25. & ſeqq. lib. 1. Rot. deciſ. 549. nu. 4.
& 5. part. 1. diuerſ. deciſ. 694. numer. 9. part. 1. recen-
tiorum.*

Nullitas autem prouenit ex defectu regi-
2 ſtrationis †requiſitæ à bannimentis editis per
Eminentiſſimos DD. Cardinales Legatos pro
tempore Ciuitatis Ferrariæ, quos dubitandũ
non eſt potuiſſe ad euitandas fraudes, ac præ-
iudicium, quod Ciuitas patiebatur ob deper-
ditionem plurium Iſtrumentorum, præcipe-
3 re, † quod Iſtrumenta regiſtrentur, cum Le-
4 gatus de latere † poſſit iuſta cauſa ſubſiſtente
ſtatuere etiam contra ius commune, *cap. fin.
de tranſact. Gambar. de offic. legati libr. 2. tit. de var.
ordin. num. 154. in fin. & lib. 5. tit. de poteſt. legati in
vnien. num. 153. & ſeqq. Mandoſ. ſuper reg. cancell.
reg. 19. quæſt. 19. num. 16. Roman. conſ. 428. numer. 13
Rot. deciſ. 171. num. 1. & 2. part. 5. recent.* quo ma-
5 gis concurrente approbatione Ciuitatis, † &
quia huiuſmodi bannimenta ſunt æqua, &
honeſta, *Bald. conſ. 184. nu. 3. lib. 5. Alex. conſ. 200.
num. 7. & ſeqq. lib. 2. Acchill. deciſ. 4. de conſt.* ac fa-
mulantur, *Bullæ fel. record. Sixt. V.* ſuper archi-
6 uiatione Iſtrumentorum † ſubrogando offi-
cium regiſtri loco Archiuij, quæ bulla com-
7 præhendit etiam Ciuitatem Ferrariæ † licet
poſtea deuolutam ad Sedem Apoſtolicam,
quia lex ſemper loquitur, *l. arrian Cod. hæret.
Caſtr. conſ. 215. num. 1. poſt med verſ. reſtat reſponde-
re lib. 1. Mandoſ. reg. 22. quæſt. 13. nu. 22. Rot. dec. 81.
num. 25. part. 5. recent. & deciſ. 85. num. 7. inter im-
preſſ. poſt compend. ſtat. Peruſini.*

Prout nec dubitandum eſt quin dicta ban-
8 nimenta † compræhendant etiam forenſem
qualis eſt D. Marchio contrahentem in Ciui-
tate Ferrariæ, quia ex quo ibi contraxit, &
inſtrumentũ confecit ſubiecit ſe ſtatutis eiuſ-
dem Ciuitatis circa ſolemnitates iſtrumenti,
*Seraph. deciſ. 791. num. 4. & deciſ. 1170. num. 1. Ca-
ualer. deciſ. 257. nu. 4. & in ſpecie Panormit. conſ. 52.
numer. 2. verſ. ſed his non obſtantibus, & ſeqq. libr. 2.
Caball. conſ. 104. num. 8. lib. 2. Natt. conſ. 541. nu. 17.
9 in fin.* & licet ſolemnitas regiſtrationis † vti
adhibenda poſt contractum perfectum non
ſit aſſentialis, aut formalis, ſed effectualis iu-
xta diſtinctionem, quam tradit, *Angel. conſ. 36.
nu. 1. & ſeqq. & in puncto ſequitur Io: Franc. à Pont.
conſ. 5. num. 52. & 53. lib. 1. & conſ. 60. num. 4. & 5.*
10 eius tamen omiſſio † ſaltem accedente par-
tis oppoſitione operatur nullitatem iſtrumẽ-
ti ſequendo opinionem, *gloſſ. & Bart. in l. vni-
uerſa Cod. precib. imper. offer. Felin. in cap. quoniam
frequenter num. 4. verſ. tu verò attende, vt lit. non
conteſtat. & in puncto latiſſimè Io. Franc. à Ponte d.
conſ. 5. numer. 54. & conſ. 60. numer. 6. & ſeqq. Rouit.
deciſ. 84. ſub num. 2.* Imò cum vltimum banni-
11 mentum procedat vlterius † ad annullationẽ
inſtrumenti, iſtrumentũ eſt ipſo iure nullum
*Bald. in l. hi qui ad ciuilia 3. col. ſub num. 7. Cod. ap-
pellat.* quem ſecutus eſt *Felin. loc. allegat. & à Ponte
d. conſ. 60. num. 8.*

12 Regiſtrationis verò defectum †non ſupple-
uit præſentia, aut decretum Domini Cardi-
nalis Legati de tempore confecti iſtrumenti,
13 nam, & ſi Principis authoritas † ſolemnita-
tum neceſſitatem excludat, *l. 2. & ibi Doct.
Cod. quand. decr. opus non eſt l. 1. Cod. ſi in cauſ. indic.
l. 3. Cod. præd. Decur. lib. 10. Io. de Platea in l. fin. ſub
nu. 1. & ſeqq. Cod. vend. rebus ciuit. lib. 11. Ceſ. Ma-
nen. deciſ. 64. num. 7. & in ſimili inſinuationis pluries
dixit Rota in deciſionibus relatis per adden. ad ſan-*

*mem.Greg.XV.deciſ.*260.*num.*20.talis tamen au-
thoritas, & præſentia Legati probanda eſt ab
14 allegante, † nec ſufficit quod in inſtrumento
enuncietur,quia cum in rubrica primi banni-
15 menti, † quæ tanquam generaliter loquens,
& habens orationem perfectam allegari po-
teſt ad deciſionem cauſarum, *Iaſ.in l.* 1. *nu.*10.
ff ſi cert.pet Dec.ibidem num.4.& ſeqq.in prima lect.
*Curt.Iun.num.5.Alder.Maſcard.de gener. ſtatut. in-
terp.concl.2.num.*196.*Rot.coram ſan.mem.Greg.XV*
16 *deciſ.5. numer.2.* tollatur fides † inſtrumentis
non regiſtratis aliunde petenda eſt probatio,
quam ab ipſo inſtrumento, *Bart.in l. omnes po-
puli numer.25.ff.inſt.& iur. Abb.in cap. cum contin-
gat num.26.de iureiur.Barboſ.in l.1. num.75. verſ.
quod ſi lex ciuilis ff.ſol.matr.Caſtr.conſ.61. numer.2.
lib.2.Roland.conſ.43. num.2.in fin.& num.3. libr.3.
Ciouag.conſ.83.num.32.& ſeqq. lib.1.* Et addebat
vnus ex Dominis, quod preſentia Legati ſu-
17 plere potuit † ſolemnitates contemporaneas
non autem regiſtrationem poſtea faciendam,
quia ea requiritur etiam ad euitandum præ-
iudicium, quod ſequi poſſet ſi Notarius ro-
gatus iſtrumentum ammitteret, & Legatus
non intellexit remittere regiſtrationem,quam
ignorauit fore per partes omittendam, vt ad
propoſitum ratiocinatur, *Ceſ.Maneut. deciſ.22.
num.22.verſ.nec facit, & num.23.Io.Franc.à Ponte
conſ.25.num.11.& 12.& conſ.47.ſub num.13.lib.2.
Surd.dec.159.num.35.Caſſad.deciſ.7. numer.3. de
appellat.*

Non releuat fides regiſtrationis nuper pro-
ducta, quia deeſt legalitas Notarij Nigrini,
qui ſidem fecit, & Notarij Sercallij, qui dici-
18 tur de regiſtratione rogatus,† quæ requiritur
quia probandum eſt quod illi ſint Notarij,
*Felin.in cap.1.n.18.ad fin.verſ.& adde de fid.iſtrum.
Alex.conſ.97.num.4 lib.7.Rot.deciſ.472.num.2. co-
ram bon.mem. Buratto*; & vltrò recognoſcen-
19 da † eſt illorum manus, *Salyc.in l.comparationes
num.17.ad fin.verſ.ſed ſi negaretur Cod.fid. iſtrum.
Alex.conſ.198.num.1. verſ. tertio oportebat libr. 7.
Put.deciſ.327.num.5.lib.2.in corr. Rot.inter recent.
deciſ.145.numer.1.deciſ.703.numer.3.part.2. & d.
deciſ 472.num.3.coram Buratto*, idque parte cita-
ta, vt in *d.deciſ.145.nu.1.* præſertim poſtquam
20 iudicialiter oppoſitum † fuit de defectu regi-
ſtrationis, *Anchar.conſ.222.ſub nu.2. Marſil. ſing.
489.& in ſimili Aret conſ.123.nu.6.Cepb.conſ.586
num.11.Ciriac.contro.10.num.76.*

Secundò quia ex fide producta non proba-
21 tur, vt debet regiſtrationem factam fuiſſe† de
mandato Præſidentium, & cum adnotatione
certæ diei iuxtà formam in bannimentis pre-
22 ſcriptam; † quam non ſufficit adimpleuiſſe
pro parte, *Abb.in cap.Piſanis num.5. verſ.nota ge-
ſta de reſt.ſpoliat.& in term.regiſtrationis Io.Franci-
ſcus à Ponte conſ.3.num.20.& conſ.5.nu.46. & 47.*
vbi quod hoc procedit etiam ſi per errorem
Notarii aliquid fuerit omiſſum *libr.1.*

Et ità deciſum vtraque parte informante.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 9. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Socij promiſcuè negotia ſocietatis adminiſtrantes ex facto, vel contractu vnius negocia ſocietatis reſpiciente alter obligatur. Societas contracta ſuper pluribus rebus, manet ſuper extantibus licet aliquæ interierint, vel fuerint venditæ, prout etiam poſt diſſolutam ſocietatem manet inter ſocios communio ſuper effectibus non diuiſis. Confeſſio debiti facta à ſocio in ſolidatione computorum, an noceat conſocio? Ad exibendum libros cogi poteſt mercator, nam cum ratione officij libros habere debeat preſumitur illorum exiſtentia, quę quidem præſumptio non tollitur per iuramentum, niſi aliundè plenè probetur librorum amiſſio.

SVMMARIVM.

1 *Solidatio computorum facit plenam probationem inter partes.*

2 *Solidatio ſubſcripta ab vno ex ſocijs communi nomine afficit conſocium.*

3 *Socij quando promiſcuè negocia ſocietatis adminiſtrant, ex facto, vel contractu vnius alter quoque obligatur, ea ratione quia omnes videntur præpoſiti ſocietati totius num.4.*

5 *Geſta ab vno ex ſocijs poſt diſſolutam ſocietatem alium non obligant.*

6 *Societas contracta ſuper pluribus rebus, manet in ſuperexſtantibus licet aliquæ interierint.*

7 *Argumentum in materia ſocietatis bene procedit ab interitu rerum ſocialium ad venditionem.*

8 *Poſt diſſolutam ſocietatem manere ſolet inter ſocios communio ſuper effectibus non diuiſis.*

9 *Confeſſio debiti facta à ſocio non præiudicat conſocio.*

10 *Declara concluſionem procedere in confeſſione gratuita, non autem in confeſſione prouenieute exactu neceſſario.*

11 *Socius recuſans exibere libros, reſultat contra ipſum præſumptio veritatis ſolidationis facta per alium conſocium.*

12 *Socius tenetur ad exibitionem librorum ſocialium negocia ſocietatis ea durante geſta tangentes.*

13 *Ad exibendum libros Mercator cogi poteſt, nam cum ratione officij illos habere debeat, præſumitur illorum exiſtentia.*

14 *Nec præſumptio tollitur per iuramentũ, niſi aliunde probetur librorum amiſſio abſque eius culpa.*

15 *Ad exibendum libros ſociales omnes ſocij cogi poſſunt.*

16 *Socius poteſt cogere conſocium ad exibendum libros ſociales.*

17 *Contrà exibere recuſantem inſurgit præſumptio ex non exibitione.*

18 *Accollatio vim habet aſſumptionis debiti in ſe.*

DECISIO CCXXIV.

PRODVCTA ſolidatione ſibi facta à Cipollino nomine etiam Laurentij Votalarchæ eius conſocij, obtinuit Io.Baptiſta Saccus ſententiam ab A.C.qua dd.ſocij condemnantur ad ſoluendum ſcuta 1600., quorum idem Saccus creditor in d.ſolidatione conſtituitur, & cauſa per appellationem ad me deuoluta, propoſitoque hodiè dubio an conſtet de credito Sacchi Rota in affirmatiua reſedit.

1 Facit enim ſolidatio computorum† plenam probationem inter partes, *Rebuff.tract.de litter. obligat.art.6.gloſſ.3.num.37.Grat.diſcept.391.nu.1. Rot.in Romana Pecuniaria 13.Maij 1644.coram me* & afficit etiam Votalarcham quamuis non ab
2 ipſo,ſed à Cipollino conſocio† communi nomine fuerint ſubſcripta, quia cum vterque ſocius promiſcuè negocia ſocietatis admini-
3 ſtrarent, † ex facto vel contractu vnius negotia ſocietatis reſpiciente alter quoque obligatur, *l.1.§.ſi plures ff.exercit.act.Bald. in l.cum te in Gallia prope fin.Cod.ſi cert.pet.ex ſententia Rayneriy de Forolíuio* quam ibidem ſequitur, *Salyc. circa fin.verſ.ſed Raynerius dicit ibidem Bald. conſ. 263. num.3.lib.5.Ang.conſ.286.col.1.verſ. ſecunda via Alex.conſ.186.num.2.lib.2. Grat.in terminis ſolidationis diſcep.391.ſub num.33.& diſcep.907.num.35 Felic.de ſoc.cap.30.numer.16. Ciriac. controu. 477. num.4.& 5.Surd.dec.213.n.1.& 2.* ea ratione,
4 quia † omnes videntur inuicem præpoſiti ſocietati totius.

Nec obſtat quod ſocietas inter Cipollinũ, & Votalarcham diſſoluta eſſet per venditionem mercium quinquennio antequam apoca ſolidationis conſcriberetur, & geſta ab vno
5 ex ſocijs † poſt diſſolutam ſocietatem alium nõ obligent,*l.ſi id quod quiſq; l.omne æs alienũ,ibi* quod manente ſocietate *ff.pro ſocio, Grat.diſcep. 964. num.4.*

Quia ſocietas verſabatur nedum circa merces, ſed etiam circa debita, & credita, ſuper quibus etiam poſt venditionem mercium (præſertim,quia in ea exceptuata expreſsè fuerunt) ſocietas durauit, ſicuti dicimus quod
6 contracta ſuper pluribus rebus † manet in ſuperextantibus,licet aliquæ interierint, *l.verum §.ſocietas ſoluitur,ibi,* cum aut nullæ relinquantur *ff.pro ſoc.Petr.de Vbald. in tract. de duob. fratr. part.8.num.22.Felic.de ſociet.cap.34. num.3.*& be-
7 nè procedit argumentum† ab interitu ad venditionem, vt in terminis diſſolutionis ſocietatis, *Gabr.conſ.63.numer.19. lib.2.& eſt tex. in l. ſi id quod §.fin.ff.pro ſoc.*

Adeò quod quoad debita, & credita teneatur Votalarcha ex geſtis à Cipollino poſt venditionem mercium non ſecus, ac ſi præceſſiſſent, quia in illis durabat adhuc ſocietas vigore expreſſæ reſeruationis, qua etiam circum-
8 ſcripta manere poſt diſſolutam † ſocietatem ſolet communio ſuper effectibus non diuiſis *l.hæres ſocij ff.pro ſoc. Ruin.conſ.77.ſub num.5. verſ. iſtud* etiam comprobatur *lib.4.Mant. de tacit. lib.6.tit.24.num.31.Rot.dec.350.num.3.* vbi ideò ſocius cõdemnatus fuit ex contractu poſt finitam ſocietatem celebrato à conſocio ſuper effectibus non diuiſis *part.3.recent.*

Non obſtat quod nec vigore reſeruationis, nec ex diſpoſitione iuris communis Cipolli-
9 nus potuerit fateri debitum † in præiudicium Votalarchæ, quia obiectum poſſet procedere
10 in confeſſione gratuita, † nos verò verſamur in ſolidatione computorum elicita ex partitis librorum, quæ dicitur actus neceſſarius cum ad illam faciendam ſocij poſſint compelli ad *tex.in l.nouiſſime verſ.quod ſi compulſus ff quod falſ. tutor auth.Grat.diſcep.391.num.14. verſ. præterea ſumus in ſolidatione computorum, & num. 15. facit Vinc.de franch.deciſ.55.num.5.& 6.* Et licèt hodiè dd.libri non exibeantur hoc non nocet Saccho creditori, qui habet intentionem fundatam ſuper ſolidatione ſibi facta, & librum proprium adminiculatum ab inuentario inſerto in iſtrumento ſupracitatæ venditionis etiam hodiè exhibet,ſed imputandum eſt Votalarchæ, qui iudicialiter citatus, & condem-
11 natus ad exibendum, exibere recuſauit,† vndè contrà ipſum reſultat præſumptio veritatis dictæ ſolidationis *Seraph. deciſ.139. num. 3. Greg.XV. deciſ.521. num.6. Aym.conſ.6. numer.8. Monac.deciſ.Lucen.57.nu.10.* tenetur enim quã-
12 uis finita eſſet ſocietas † exibere libros negocia ea durante geſta tangentes, *l.prætor ait §. is etiam qui deſit argentarium facere ff.edend.Polid.Rip. obſeru.57.ſub num.2.cum alijs relatis per Modern.de ſcript.priuat.lib.4.fol.mihi 249.num.58.verſ. obſeruandum ſecundo.*

Neque excuſatur ſiue quia non ſit probata exiſtentia librorum penès ipſum de tempore motæ litis, ſiue quia iurauerit ſe ipſos non habere, neque dolo deſijſſe habere, quia cum ſit
13 mercator, & ratione officij, quod† exercebat libros habere, & cuſtodire debuerit, præſumitur illorum exiſtentia, vt diſtinguendo probat, *Rot.penes bon.mem.Coccinum deciſ.63.ſub n.3. verſ.hoc eſt verum deciſ.259.ſub nu.6.verſ. nec valet part.1.recent.cum alijs relatis per adden. ad Buratt.deciſ.278.num. 13.* eaque præſumptio non
14 tollitur per iuramentum † niſi aliundè plenè probetur librorum amiſſio abſque eius culpa *gloſſ.in clem.prima §.cæterũ verbo compellẽdos de vſur.Imol.ibid.num 21.Bald.in d.l.prætor ait in ſecunda lect.ſub num.4.verſ.in gloſſ. ff.edend. Menoch.præſump.61.num.10.lib.6. Buratt. d.deciſ.278. num.11.& 12.add.ad ſan.mem.Greg.XV.deciſ.129. num.7.& nu.8.& alios allegat.addens ad Buratt. deciſ.266.num.13.*

Et parum refert an libri exiſtant ſimul penès Cipollinum, vel in totum penès Lauren-
15 tium Votalarcham,quia vterque exibere† tenetur, *l.ſi quis ex argentarijs §.cogentur ff. eden.* &
16 Votalarcha cogere poteſt conſocium, † vt quos habet exibeat,*Pariſ.conſ.89. nu.17.& n.25 lib.1.Bero.conſ.128.num.12.lib.3.Menoch.conſ.375 num.17.Franc.Ant.Coſt.conſ.58.num.13. Felic. de ſociet.cap.38.num.41.* quod ſufficit, vt contrà
17 Votalarchã intret præſumptio† ex non exhibitione reſultans, *Rot.deciſ.266.nu.6.verſ.& ideò coram bon.mem.Buratto.deciſ.542.num.3.cir.fin. coram bon.mem.Cardinali Caualer., & coram Reuerendiſſ.Vrgellen.dec.166.num.2.*

Non obſtat quod in dicta ſolidatione ponantur ad debitum ſocietatis ſcut. 200. quæ debebat Thomas antè ſocietatem contractam inter Lauretum, & Cipollinum, quia per
18 accollationem factam† ab eiſdem ſocijs quãdo ipſis Thomas apothecam cum mercibus vendidit tranſierunt in debitum ſocietatis, *Maſtrill.dec.37.n.7.ſa.me.Greg.XV.deciſ.386.n.1* & fuit dictum *in Romana ſcut.18. 23.Iunij 1632 coram recol.mem.Cocciuo.*

Et ità deciſum vtraque Parte informante.

ROMANA SVBCOLLECTORIAE.

Lunæ 12.Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio exigendi emolumenta officij, ex quibus non dicatur reſoluta?

SVMMARIVM.

1 *Dictio* pro *cauſam finalem importat.*
2 *Verba* quouis titulo *omnes titulos etiam diſſimiles & maiores expreſſis comprehendunt.*
3 *In quaſi poſſeſſione exigendi quis dicitur conſtitutus ex cauſa expreſſa in quietantia.*
4 *Et illa ſola attendi debet.*
5 *Expreſſio cauſæ excludit omnem correſpectiuitatem, quæ aliunde oriri poteſt.*
6 *Pactum inter emptorem, & creditorem rei emphiteoticæ afficit Dominum directum, qui contractum generaliter approbauit.*
7 *Exceptio in vno caſu omnes alios includit.*
8 *Manutentio datur ex nudo facto poſſeſſionis.*

DECISIO CCXXV.

DVO præcipuè contra deciſionem æditam 17. Martij proximè præteriti hodiè adducta fuerunt per informantes pro Fauillotto, nempè quod quaſi poſſeſſio R. P. D. Riualdi reſoluta fuit ob ceſſationẽ tituli Locumtinentię Collegij in perſona Fauilotti, & amotionem ipſius Domini Riualdi ab officio ſubcollectoriæ eiuſdem Collegij, ſed neutrum obſtare viſum fuit.

Non primum, quia tam promiſſio Fauillotti, quam poſſeſſio D.Riualdi exigendi ab eo meſtrua ſcuta 25.auri non eſt correſpectiua ad titulum Locumtenentiæ, qui tunc erat penès Fauillottum; ſed ad ceſſionem emolumentorum officij ſubcollectoriæ factam ipſi Fauillotto per Riualdum, quæ etiam hodiè Fauillottus percipit, vt patet ex publico iſtrumento, in quo reſeruantur Domino Riualdo emolumenta ſolita, & conſueta ſubcollectoris, eaque ipſe cedit irreuocabiliter Fauillotto pro ſumma ſcutorum 25.auri in auro ſingulis menſibus per ſoluenda, ponderando dictionem, *pro*, quę demonſtrat hanc meſtruam præſtatationem fuiſſe promiſſam contemplatione dumtaxat dictæ ceſſionis, quia cau-
1 ſam finalem † importat, *l.penult.§.fin. verſ. ſi pro alimentis ff.alim.& cibar.legat Dec.in L.vnica numer.52.Cod.ſent. quæ pro eo quod inter Bero. conſ.22.num.76.& ſeqq. lib.2.Alb.conſ.52. num.2. Surd.conſ.445.num.29.Grat.diſcep.96.nu.26.*

Idemque deducitur ex alia parte d. iſtrumenti, in qua inter Dominum Riualdum, & Collegium conuentum fuit, quod quiuis alter Filiberto ſubrogandus, vel à Collegio deputandus teneatur ad d. ſolutionem ſcutorum 25. quolibet menſe niſi velit D. Riualdo dimittere omnia emolumenta ſubcollectoriæ, ac etiam quia ipſe Fauillottus promiſit ſoluere quamdiù officium, ex quo emolumenta, vt ſupra ceſſa diriuant quouis titulo poſſederit, & ſic ſolum contemplatione ceſſionis emolumentorum non autem tituli Lo-
2 cumtenentiæ cum verba, *quouis titulo* † omnes titulos etiam diſſimiles, & maiores expreſſis comprehendant, *Aym.conſ.294.ſub num.3.verſ. ad idem Rolan.conſ.27.n.15.& ſeqq. lib.4. Rot.deciſ. 440.ſub num.4.verſ.hæc enim verba part. 1. diuerſ. deciſ.36.num.3.& ſeqq.part.5.recentiorum deciſ.610 ſub num.4.verſ.quæ apta ſunt coram bon. mem. Buratto.*

Et clariùs comprobauit obſeruantia, nam Fauillottus ſucceſſiuè ſoluit per viginti quinque menſes, & Dominus Riualdus recepit nulla in quietantijs facta mentione tituli, ſed ſolum ceſſionis emolumentorum, ibi, *Io infraſcritto Monſignor Aſcanio Riualdi hò riceuuto dal Signor Feliberto Fauilotti ſcudi 25.d'oro in oro delle ſtampe per l'aſſegnamento del preſente meſe &c.cõforme all'obligo fatto dal detto Sig. Filiberto di pagarmi queſta medema quantità di ſcudi 25.ſimili ogni meſe per gl'emolumenti della ſottocollettoria cedutigli* cui quietantiæ cum Fauillottus proprio nomine non autem officij ſe ſubſcripſerit agnouit ſe proprio item nomine correſpectiuè ad ceſſionem emolumentorum reportatam à D.Riualdo teneri, eodemque conſtituit D.
3 Riualdum in quaſi poſſeſſione † exigendi vt in quietantia continetur, *l.emptor §.Lucius, & ibi Bart.num.2.ff.pact.Felin.in cap.3.ſub num.6. de fid.inſtrum.Dec.conſ.115.col.pen.nu.4.Pariſ.conſ.47 num.6.libr.1.Seraph.deciſ.973.nu.1.*

Cum itaque ne dum obligatio Fauillotti, ſed etiam quaſi pòſſeſſio D.Riualdi procedat ex ſola cauſa ceſſionis emolumentorum, eaque Fauillottus continuo percipiat gratis allegatur, quod Fauillottus non ſit amplius Lo-
4 cumtenens, cum ſolum attendi debeat † cauſa expreſſa ceſſionis emolumentorum, *Gabr. conſ.75.num.11.lib.2.Grat.diſcept.786.num.19.* vbi
5 quod expreſſio cauſæ † excludit omnem correſpectiuitatem, quæ aliundè poſſet oriri, *Put. deciſ.479.num.2.lib.2.in corr.*

Quod verò attinet ad amotionem D.Riualdi ab officio ſubcollectoris, quia requirit altiorem indaginem, & reſpicit petitorium viſa eſt non apta retardare manutentionem D. Riualdi donec plenius diſcutiatur ex rationibus deductis in alia deciſione, quæ iterum DD.placuerunt. Et quamuis exaduerſo negetur quod deputatio D. Riualdi fuerit ad vitam contrarium tamen apparet ex verbis ſupracitati iſtrumenti: ſiquidem ibi tam cum

Fauil-

Fauillotto, quam cum Collegio conuentum fuit quod meſtrua ſcuta 25. auri ſoluantur D. Riualdo eius vita durante, dictaque conuentio approbata fuit in Congregatione generali coram Illuſtriſs. A.C. vnanimi conſenſu omnium DD. ſcriptorum Archiuij Apoſtolici, qui inſuper omnia in d. iſtrumento contenta rata, & grata ſemper, & perpetuò habere promiſerunt, cum tamen ſufficeret generalis approbatio iſtrumenti, vt pactum ſolutionis faciendæ durante vita Riualdi, cuius approbantes notitiam habuerunt illis præiudicaret, vt in fortioribus terminis pacti inter emptorem
6 & venditorem rei emphiteoticæ † quod afficiat Dominum directum, qui contractum generaliter approbauit dixit, *Rot. in Romana Palatij, ſeù Saluiani prima Februarij* 1640. *coram Eminentiſſ. Cardinali Hieronymo Veroſpio*.

Accedente vltrò, quod ſolutio ſcutorum 25. fuit, vt ſupra promiſſa excepto ſolo caſu, quo D. Riualdus gradum, aut dignitatem cum officio ſubcollectoriæ incompatibilē aſſeque-
7 retur, quæ quidem exceptio † omnes alios caſus, & ſic etiam amotionis includit, *l. quæſitum § denique ff. fund. inſtr. cum alijs allegatis in dec.* 391. *ſub num.* 3. *& deciſ.* 341. *ſub num.* 3. *coram bon. mem. Buratto*, de qua incluſione, necnon deputationi D. Riualdi ad vitam DD. pro nunc nihil diffinitiuè determinarunt, niſi ad effectum, vt pendente vtriuſque, nec non aliarum exceptionum cognitione ſuis loco, & tempore facienda, detur interim manutentio D. Riualdo
8 attento nudo facto † eius poſſeſſionis, vt debet *ex allegatis in alia deciſione, & addi ad propoſitum poteſt tex. in l. cum. de in rem verſ. & ff. uſur.*

Non obſtat quod D. Riualdus non ſubeat labores officij ſubcollectoriæ, quia eius quaſi poſſeſſio non eſt correſpectiua ad labores, & illorum onus ſuſcepit in ſe Fauillottus præter ſubſcriptionem quandam litterarum, quas D. Riualdus ſubſcribere non recuſat.

Ex quibus Rota ſtetit in deciſis vtraque Parte informante.

ROMANA PECVNIARIA.

Lunæ 12. *Iunij* 1645.

Argumentum patet ex Summarijs.

1 *Ante redditam rationem creditum non dicitur liquidum, cum occaſione adminiſtrationis quis remanere poſſit debitor.*

2 *Capitale non reſtituitur niſi finita ſocietate, & lucri, ac damni diſpunctis rationibus, nam propter damna ſocietatis minui poteſt.*

3 *Executio debiti confeſſati retardari nequit ſub prætextu non reddita rationis.*

4 *Ratio de nouo reddi non debet, niſi conſtet de manifeſto errore.*

5 *Executio debiti particulari ſolidatione inter ſocios liquidati retardari non debet ſub prætextu rationis generaliter reddendæ.*

DECISIO CCXXVI.

OBIICIEBANT iterùm Mignotti, quod pro medietate librarum 6637. quas de pecunijs communibus retinere apud ſe faſſi fuerant in ſolidatione anni 1638. non competit actio Laſſagnis conſocijs donèc mercium ab illis adminiſtratarum rationem reddiderint quia antè redditam rationem creditum non
1 dicitur liquidum † cum occaſione adminiſtrationis rerum communium remanere poſſint debitores quantitatis longè excedentis dictam medietatem, *l. cum ſeruus ff. cond. & demoſtr. Caſtr. in l. ſi vnus nu.* 6. *ff. pact. Socc. ſen. conſ.* 24 *num.* 36. *in fin. & num.* 37. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 612. *nu.* 2. *&* 3. *part.* 1. *recentiorum, & in Romana Pecuniaria Venæ ferreæ* 3. *Iunij* 1624. *coram bon. memor. Pirouano*.

Sed fuit reſponſum alias fuiſſe redditam rationem à Laſsagnis omnium negociorum ſpectantium ſiue ad ipſos, & Mignottos tantum, ſiuè ſimul ad Ceannonum, vt conſtat ex ſolidationibus anni 1638. & anni 1640. quæ non reſoluuntur, vt exaduerſo prætenditur in ſimplicem calculum mercium à Mignottis ad Laſſagnos, & pecuniarum ab his ad Mignottos traſmiſſarum, ſed continet generale computum totius negotij, & lucri ex indè percepti, vt habetur in verbis primæ ſolidationis anni 1638. ibi, *habbiamo reuiſto, e chiuſo tutti i noſtri conti generalmente concernente le noſtre Compagnie tanto di Roma, come di Napoli &c.* & alterius anni 1640. ibi, *Et trouato, che durante detta Compagnia vi è profitto lire* 16950. *da diuiderſi in terzo, de' quali noi detti Mignotti Laſſagni, e Ciannoni confeſſiamo hauer riceuuto ogn' anno la rata portione &c. e di più noi detti Mignotti, e Laſſagni habbiamo retirato il capitale à noi ſpettante &c.* ponderando in vtraque ſolidatione tum verborum vniuerſalitatem, tum diuiſionem, ac
2 reſtitutionem capitalis, † cui locus non eſt niſi finita ſocietate, & lucri, ac damni diſpunctis rationibus, quia propter damna ſocietatis potuit minui *Cancer. var. reſ. to.* 3. *c.* 7. *n.* 328. *Parlad. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 1. *§.* 12. *lim.* 4. *n.* 35 *Felic. de ſociet. cap.* 31. *num.* 69. *Giurb. deciſ.* 15. *nu.* 3. *& ſeqq.*

Et accedunt ſententiæ latæ in Gallia, quarum ſecunda eſt Parlamenti Pariſienſis approbantes dd. ſolidationes tanquam integras, & completas, & proindè abſoluentes Laſſagnos à redditione rationis per Mignottos petita, quę in iudicatum tranſierunt adeò quod ſub
3 prætextu non redditæ rationis † retardari nullatenus poſſit executio pro debito à Mignottis confeſſato neque Laſſagni ad nouam red-
4 ditionem rationum compelli debeant, † niſi de manifeſto errore doceatur, *l. ſemel Cod. apoc. publ. lib.* 10. *l. vnica* vbi notant omnes *Cod. error. Calc. Menoch. de arbitr. caſ.* 29. *ſub num.* 37. *& ſeqq.* cum alijs relatis per *Eſcobar. de ratiocin. cap.* 41. *ſub num.* 1. *& ſeqq.*

Non obſtat quod ſi ſtandum eſt ſolidationi anni 1640. ex ea apparet Mignottos non remanere debitores. Quia illa ſolidatio vna cum alia anni 1638. adducitur ad probandam reddi-

redditionem rationis) omnium negociorum vtriuſque ſocietatis, cæterum quod pertinet ad particulare intereſſe inter Mignottos, & Laſſagnos pro ſumma dd. librarum 6637. attendi debet ſolidatio anni 1638. & confeſſio debiti ibidem emiſſa à Mignottis, quæ meretur executionem; neque ex ſolidatione anni 1640. elici poteſt eiuſdem debiti ſolutio, vt ex pluribus rationibus firmant tres præcedentes deciſiones.

Prout nec ex eo quod ſolidationem anni 1640. Mignotti ſubſcripſerint cũ proteſtatione ibi, *ſenza pregiuditio del conto, e calcolo generale da farſi da me con li Signori Laſſagni ſopra ogni negotio noſtro commune*, reſultat exceptio apta impedire executionem pro ſumma, vt ſupra confeſſata in ſolidatione anni 1638. tum quia Laſſagni illam præſeruarunt in ſubſcriptione eiuſdem ſolidationis anni 1640. Mignottis ſcientibus, & tacentibus ibi. *Noi ſottoſcritti Giouanni, e Pietro Laſſagni approuamo il ſopradetto inuentario, e ſpartimento, e promettiamo volere ſtare al ſaldo generale fatto, e paſſato in Tiers ſotto li 8. Luglio 1638 con li Signori Mignotti, e non e non altrimente*, tum etiam, quia ſub prætextu rationis generaliter
5 reddendæ † non retardatur executio debiti particulari ſolidatione inter ſocios liquidati, vt per *Beto conſ. 155. num. 28. lib. 1. Rot. Iannen. deciſ. 191. num. 6. Surd. deciſ. 184. nu. 3. & ſeqq.*

Ex quibus DD. ſteterunt in deciſis vtraque parte informante.

MARSICEN. IVRISDICTIONIS.

Mercurij 14. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Articuli non dicuntur obiectiui quoties includunt ius dantis, & ſunt admittendi ad probandum delictum in Iudicio ciuili per viam exceptionis; dummodò tamen pro illorum admiſſione concurrat fumus veritatis. Remiſſoria ob vehementem præſumptionem calumniæ denegatur, & ex quibus calumniæ ſuſpicio oriatur?

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad cuſtodiam ſcripturarum liberatur probando caſum amiſſionis abſque ſua culpa.*
2 *Exiſtentia ſcripturæ probanda eſt, vt quis ad illius cuſtodiam, & exibitionem teneatur.*
3 *Articuli non dicuntur obiectiui, ſi aliquo modo includunt ius dantis, & tunc admitti debent etiam ad probandum delictum in Iudicio ciuili per viam exceptionis.*
4 *Admitti tamen non debent, niſi dato magno fumo veritatis.*
5 *Remiſſoria denegatur ob præſumptionem calumniæ.*
6 *Calumniæ ſuſpicio pro denegatione remiſſoriæ, ex quibus arguatur? & num. 7.*
8 *Exiſtentia ſcripturæ ſi penès aliquem probetur, tunc allegans ipſam deſiiſſe habere probare tenetur.*
9 *Tradere nemo poteſt, niſi rem penès ſe prius teneat, & in neceſſarium antecedens probanda eſt retentio.*
10 *Nemo dat quod non habet.*
11 *Remiſſoria denegatur quando tendit ad euertenda fundamenta deciſionum editarum.*
12 *Remiſſoria non datur ad probandum per Teſtes, quod probari poteſt per ſcripturas.*
13 *Exiſtentia ſcripturæ ſi penès aliquem non probatur tunc ſatis eſt quod ipſe factis diligentijs alleget penes ſe non reperiri.*
14 *Remiſſoria ſecunda regulariter non conceditur præſertim poſt didicita dicta Teſtium alias examinatorum.*

DECISIO CCXXVII.

DIV in hac cauſa diſceptatum an Dominus Epiſcopus Marſicenſis eſſet audiendus obiiciente Archipresbytero Terræ Saponariæ, quod ille occultauerat proceſſum exaratum de anno 1578. Prodierunt primum tres deciſiones pro negatiua contrà Epiſcopos prędefunctos, poſtmodum conceſſa remiſſoria moderno Epiſcopo, & ſucceſſiuè alia Archipresbytero, excuſſiſque diligenter probationibus hinc indè factis, emanauit deciſio pro affirmatiua, quam duæ ſubſequentes confirmarunt. Poſt hæc produxit Archipresbyter interrogatoria inſtando, vt cogeretur Epiſcopus, tunc præſens in Curia ad reſpondendum, vel deſuper diſputaretur particulare dubium ſuſpenſo interim Epiſcopo aditu ad audientiam ſuper negocio principali, qui vt citius ſibi fieret Epiſcopus non expectata particularis dubij diſputatione libenter interrogatorijs reſpondit.

His non contentus Archipresbyter nouiſſime exibuit articulos petens admitti, & nouam remiſſoriam concedi pro examinandis Teſtibus in partibus; illam autem non eſſe concedendam Rota cenſuit dubio, vt ſolet per me hodiè propoſito. Nihil enim releuat, quod archiuium Curię Epiſcopalis Marſicenſis extiterit, & exiſtat in aula Domus Epiſcopalis, eiuſque alteram ex duabus clauibus retineat Epiſcopus nec abſque illius licentia poſſit Archiuiſta ab eo deputatus aliquid exindè extrahere, vt exponitur in primo articulo. Siuè quod modernus Epiſcopus habeat eamdem cuſtodiam Archiuij, quã habuerunt antéceſſores, & quoties deputat Archiuiſtam, conſignare illi faciat ſcripturas, & proceſſus mediante inuentario, taliter quod Epiſcopus ab omnibus reputatus eſt Archiuiſta, vt refert ſecundus articulus.

Quia non exinde inferri poteſt ad culpam Epiſcopi in non exibendo proceſſum, de quo agitur, vt denegetur audentia neceſſariam, cum quo ad Epiſcopos anteceſſores ſatis probatum fuerit per teſtes in alijs deciſionibus adductos, quod proceſſus ipſe originalis fuit de ordine ſacræ Congregationis ſuper negociis Epiſcoporum extractus ex archiuio Marſicenſi, ac traſmiſſus primum ad Cardinalem Sanſeuerinum, tunc Archiepiſcopum Saler-

nitanum, qui aſſeruit fuiſſe tranſmiſſum ori-
ginalem inſtante Archipresbytero aduerſario
ad euitãdas expẽſas exemplationis deindè ad
camdẽ S. Congregationẽ, ac tandẽ reuerſus ad
manus Epiſcopi Pariſii hoc mortuo fuit à Cę-
ſare Pariſio nepote ſubtractus è ſcrinio, in quo
aſſeruabatur, adeò quod conſtat de ammiſ-
ſione proceſſus abſque culpa prædeceſſorum,
quibus propterea nihil imputari poteſt: eſto
quod haberent cuſtodiam Archiuii, quia obli-
1 gatus ad cuſtodiam ſcripturarum † liberatur
probando caſum ammiſſionis abſque ſua cul-
pa, *vt in l. ſi quis ex argentariis. §. an nec hæredi no-
tat Bart. num. 2. & 4. & in eadem l. ſuper §. prætor ait
Caſtr. num. 5. & 6. Alberic. ſuper §. prohibetur in fin.
ff. eden. & tradit Surd. conſ. 109. ſub nu. 10. verſ. idem
aliiq; relati in ſecunda deciſione edita 3. Iunii 1644.
coram me §. tunc etiam.*

Quo verò ad modernum Epiſcopum ex-
cluditur omnis culpa, dum vt ſuprà docetur
de antecedenti ammiſſione proceſſus, & ex-
aduerſo non probatur eiuſdem proceſſus exi-
ſtentia, poſt quam Epiſcopatus poſſeſſionem
accepit, vt neceſſarium eſſet ad effectum, vt
2 prætendi poſſet obligatus † ad eius cuſtodiam,
& exibitionem, *l. in hac actione in princ. & §. ſcien-
dum ff. ad exibendum gloſſ. in l. non ignorabit verb.
fuiſſe in princ. Cod. eod. cum aliis relatis per Rotam
penes bon. mem. Card. Caualer. deciſ. 542. ſub num. 1.
& confert deciſ. 18. ſub numer. 14. verſ. paruin enim
part. 6. recent.* maximè quia non tenetur de fa-
cto anteceſſorum, & ſi cum dolo proceſſum
occultaſſent quod negatur, vt pluribus com-
probant tres vltimæ *deciſiones coram me, nempe
prima in §. æoque magis, & ſeqq. ſecunda in §. penult.
tertia in §. ſed eſto, & ſeqq.*

Et quatenus in tertio, & quarto articulo
ſubditur quod modernus Epiſcopus procu-
rauit quod proceſſus teneretur occultatus,
eumque rehabuit mediante opera Franciſci
Pariſii eius Vicarii, ac retinet cuſtoditum ne
deueniat ad notitiam Archipresbyteri Sapo-
nariæ, quia huiuſmodi articuli continent ob-
iectionem doli atque periurii contrà moder-
num Epiſcopum, qui contrarium medio iu-
ramento affirmauit reſpondendo iudicialiter
interrogatoriis partis aduerſæ, licet ex hoc ca-
pite non ſint abſolute reiiciendi, quia cum in-
3 cludant ius dantis † non recipiuntur vt obie-
ctus, ſed vt ius partis, cui permiſſum eſt dare
articulos ad probandum delictum in iudicio
ciuili per viam exceptionis, *Felin. in cap. cum
cauſam num. 23. de teſtib. Lotther de re benef. lib. 2.
quæſt. 4. 2. n. 5. & 2. ſeqq. Menoch. de recuper. remed. 15.
num. 361. Rot. deciſ. 167. num. 3. part. 1. diuerſ. & in
practicabilibus impreſſ. part. 2. diuerſ. numer. 6. & 26.
adden. ad ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 353. numer. 17.*
4 non tamen debet admitti † niſi dato magno
fumo veritatis ibidem contentorum, *Caputaq.
deciſ. 62. part. 3. Buratt. deciſ. 28. nu. 6. verſ. quo vero
ad alios deciſ. 357. num. 6. deciſ. 587. num. 2. dec. 877.
num. 4. Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 131. num. 2. & 6.
cum aliis allegatis per adden. ad Buratt. d. deciſ. 587.
ſub num. 9. & deciſ. 877. num. 9. in fin.*

In caſu autem noſtro non ſolum nullus
datur fumus veritatis, ſed efficaciſſimè vrgent
5 præſumptiones calumniæ † quapropter eo
magis deneganda eſt remiſſoria, vt notant,
*Felin. in cap. fraternitatis num. 3. de probat. in cap.
de cætero num. 2. de re iudic. Caſſad. deciſ. 3. num. 1.
de dilat. Seraph. deciſ. 1460. numer. 1. Rot. deciſ. 571.
ſub num. 2. part. 2. recent. deciſ. 414. num. 8. & ſeqq.
coram ſan. mem. Greg. XV.*

Vrget inquam primo, quod Archipresby-
ter de anno 1641. quo primam remiſſoriam
obtinuit, infra cuius terminum occultatio-
nem moderni Epiſcopi mox articulatam,
quæ ſola ſufficiebat ad victoriam deducere
atque probare potuiſſet, eam tamen neque
deduxit neque probauit, vndè argui ſuſpicio-
6 nem calumniæ † ad denegandam remiſſoriam
dixit, *Rot. in Corduben. Decimarum 4. Iunii 1614.
coram ſanctiſs. D. N. Innocentio X. impreſſ. apud
Marcheſ. de commiſſ. tom. 1. fol. 287. & coram bon.
mem. Caualerio deciſ. 208. ſub num. 4. verſ. quæ præ-
ſumptio dec. 111. nu. 5. par. 6. recent.*

Secundo quod nec poſteà tale quidpiam
hactenus allegauit, cum tamen ſummo ſtu-
dio cauſam fuerit proſequutus, & non ſemel,
ſed iterum atque iterum aduerſus deciſiones
contra ipſum emanatas auditus, nec ſanè reti-
7 cuiſſet, † quæ modo adducit ſi veritati nite-
rentur, vt ponderauit, *Rot. inter recent. deciſ. 41.
num. 36. & ſeqq. part. 7. deciſ. 87. ſub num. 2. coram
bon. mem. Card. Caualer. deciſ. 453. ſub num. 1. verſ.
calumnia coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*

Tertiò quod ex teſtibus examinatis prò par-
te Epiſcopi apparet proceſſum, qui modo ar-
ticulatur à moderno Epiſcopo occultatus,
fuiſſe à Cæſare Pariſio ſubtractum, & conſi-
gnatum Archipresbytero Cioffo anteceſſori
moderni Archipresbyteri, vndè inueriſimile
omninò eſt, quod fuerit deindè à Franciſco
Pariſio conſignatus moderno Epiſcopo, ac
per ipſum occultatus, præſertim, quia non
articulatur vndè Franciſcus proceſſum ha-
buerit, vt requirebatur. Nam probata ſemel
8 illius exiſtentia † penès Cæſarem, vel Cioffum,
qui dicit ipſos deſiiſſe habere tenetur probare
*Bart. in l. ſi quis ex argentariis §. an nec hæredi nu. 3.
ff. eden. & in l. ſi creditor num. 1. & ſeqq. Cod. pignor.
act. Iaſ. in d. l. ſi quis ex argentariis §. Prætor ait il ſe-
condo num. 11. in fin. Aret. in cap. fin. num. 3. verſ. ſed
ille de probat. Surd. conſ. 109. ſub num. 9.* cumque
impoſſibile ſit Franciſcum tradidiſſe Epiſco-
po proceſſum niſi illum prius penès ſe reti-
9 neret, † probanda eſt talis retentio tanquam
neceſſarium antecedens traditionis, vt per
*Cravett. conſ. 157. num. 16. verſ. non obſtat, quod acta
Crott. conſ. 122. numer. 34. Surd. d. conſ. 109. num. 10.
& 11. Farin. de furt. quæſt. 176. nu. 16. & 18.* nemo
10 enim dare poteſt, † quod non habet *l. nemo plus
iuris ff. reg. iur. cum vulgar.* ex quibus apparet præ-
dictos articulos eſſe imaginarios, confictoſq;
ſolum ad protrahendam longiùs audientiam
ab Epiſcopo tot ab hinc annis petitam ſuper
negocio principali, & ad euertenda funda-
menta deciſionum pro illius conceſſione edi-
11 tarum, † quo caſu ſemper Rota denegauit re-
miſſoriam, vt in *deciſ. 142. num. 8. & in dec. 315.
num. 5. part. 6. recent. deciſ. 31. num. 7. part. 7.* & alias
ſepiſſimè.

Quin-

Quintus tandem articulus continens quod de anno 1616. Epiſcopus Caſellius ſucceſſor Epiſcopi Pariſij ſumma cum diligentia omnes ſcripturas exiſtentes in Archiuio deſcribi fecit in inuentario, quodq; in illo non leguntur plures ex ſcripturis nuper productis à moderno Epiſcopo, cum poſſit probari per compulſationem eiuſdem Inuentarij, & ſcripturarum productarum confrontationem non me-
12 retur remiſſoriam, quia non datur † ad probandum per Teſtes, quod probari poteſt per ſcripturas, *Aegid. deciſ. 9. numer. 1. Rot. deciſ. 44. de teſtib. in antiq. deciſ. 589. num. 2. part. 2. recent. dec. 18. num. 16. part. 6. deciſ. 829. numer. 4. coram bon. mem. Buratto.* Præter quod irreleuans eſt, quia in dicto inuentario pars ipſa fatetur non adeſſe proceſſum, de quo agitur, nec ex eo quod modernus Epiſcopus aliquas ſcripturas ibidem nõ deſcriptas recuperauerit educi poteſt conſequentia, quod recuperauit etiam dictum proceſſum, quem fuiſſe vt ſuprà ſubtractum à Cæſare Pariſio probatum fuit, imò argumentum retorquetur, quia ſicuti ſcripturæ à moderno Epiſcopo productæ exiſtunt in Archiuio, ità exiſteret iſte proceſſus, qui cum numquam probetur ad manus moderni Epi-
13 ſcopi perueniſſe, † ſatis illi eſt docuiſſe quod factis diligentiis in Archiuio non reperitur, *Aretin. in cap. ſicut col. 5. verſ. quinta declaratio de re iudic.* & alij quos refert, & ſequitur, *Surd. conſ. 109. ſub num. 9. verſ. et dicit.*

Et in hanc ſententiam Domini eo libentiùs venerunt propter circumſtantias caſus præſentis, & quia fuerunt didicita dicta Teſtium
14 alias examinatorum, † & Archipresbyter petit ſecundam remiſſoriam, quæ regulariter non conceditur, *Scerol. de remiſſ. cap. 6. num. 2. Boccac. eod. tract. cap. 3. num. 27. Rot. deciſ. 367. nu. 21. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 235. num. 1. part. 5. recent. deciſ. 306. num. 7. part. 6.*

Et ità deciſum vtraque Parte informante.

GERVNDEN. PRIORATVS.

Mercurij 14. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Regulæ de annali ex quibus ſatisfactum dicatur tàm quoad primam, quam quoad ſecundam partem? Subrogatio gratioſa non conceditur colligitanti ſuperſtiti, ſi colligitans defunctus pacificè beneficium per triennium poſſedit ante motam litem. Regula de triennali non tuetur poſſidentem duo beneficia incompatibilia, & ad hunc effectum incompatibilitas ſi allegetur cum ſapiat obiectum eſt plenè, & concludentèr probanda. Ad conſtituendam Eccleſiam parochialem quatuor requiſita concurrere debent, de quibus in deciſione: Poſſeſſor triennalis committens cauſam iactationis, & iactationum non dicitur renunciaſſe beneficio regulæ, quia ex dicta commiſſione non efficitur actor, ſed reus voluntarius.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ de annali quoad primam partem derogari ſolet.*
2 *Regulæ de annali quoad ſecundam partem dicitur ſatisfactum præuia commiſſione cauſæ infrà ſex menſes.*
3 *Maximè, quando commiſſio emanauit in petitorio, vt ad hunc effectum requiritur, licet etiam ſufficiat lis in poſſeſſorio, num. 4.*
5 *Regulæ de annali vt ſatisfactum dicatur quoad ſecundam partem, ſufficit fuiſſe adhibitas diligentias pro cauſæ expeditione infrà annũ, præſertim ſi pars aduerſa impedimenta præſtitit, ne expediatur.*
6 *Amplia quamuis actor proteſtatus non fuerit, quod ſibi non curreret tempus ad cauſam terminandam.*
7 *Et quando impedimentum non prouenit ab aduerſario, ſed à Iudice, an talis proteſtatio requiratur?*
8 *Regula de annali mandans cauſam expediri intrà annum tanquam odioſa non debet ad vlteriorem annum extendi.*
9 *Subrogatio concedi non debet collitiganti ſuperſtiti, quando collitigans defunctus pacificè per triennium poſſederat ante motam litem.*
10 *Et an ſufficiat poſſeſſio defacto, abſque aliquo titulo colorato, vel titulata? num. 11.*
12 *Regula de triennali non ſuffragatur poſſidenti beneficia incompatibilia.*
13 *Poſſidens duo beneficia curata incidit in pœnam inflictam à Sacro Conc. Trident. & ab extrauaganti execrabilis de prabend.*
14 *Materia dicitur obiectiua quoties tendit ad priuationem beneficij vel ſaltèm ſapit obiectum.*
15 *Materia non dicitur verè obiectiua, quæ includit ius dantis.*
16 *Materia obiectiua requirit concludentes probationes.*
17 *Extractio inſtrumenti facta non à Notario rogato, vel ab Actuario, ſed ab alio Notario ſine citatione partis abſque litteris compulſorialibus non tenet.*
18 *Nec recipit fomentum ab adminiculis, quando contraria concurrunt.*
19 *Ad conſtituendam Eccleſiam Parochialem quatuor requiſita concurrere debent, & quænam ſunt? numer. 20. 21. & 22.*
23 *Enunciatiuæ non attenduntur, quando principalitèr dubitatur de enunciato.*
24 *Parochialitas non probatur ex enunciatiuis, quando ex illis non probantur quatuor illa requiſita neceſſaria, de quibus ſupra num. 19. & ſeqq.*
25 *Teſtium examen ſi eſt attentatum attendi non debet.*
26 *Beneficium quod non habeat curam animarum vltrà generalem præſumptionem iuris, quod omnia beneficia ſint ſimplicia plurimum facit: vltimus ſtatus tanquam de ſimplici, quando non conſtat de antecedenti contrario, ſecus verò ſi conſtaret nu. 27.*
Tunc enim per collationem tanquam de ſimplici nouus ſtatus non imprimitur num. 29.
28 Deciſ. in Capuana Rectoriæ 12. Iunij 1609. coram bo: me: Penia; *in quibus terminis loquatur?*
30 *De obligatione reſidendi quando non conſtat, tunc non reſidentia non poteſt referri ad abuſum.*
31 *Reo, & poſſeſſori ſufficit offuſcare probationes actoris,*

ris, vt non concludant pernecesse.

32 *Poſſeſſor triennalis committens cauſam ſuper beneficio videtur exceptioni regulæ de triennali renunciare.*

33 *Limita non procedere quando poſſeſſor committit cauſam iactationis, & iactationum, quia tunc non actorem, ſed reum voluntarium ſe conſtituit.*

DECISIO CCXXVIII.

EX duabus deciſionibus hinc inde emanatis, propoſita hodie cauſa ſuper eiſdem præualuit ſecunda denegans immiſſionem vigore ſubrogationis gratioſæ petitã à Franciſco Bompar aduerſus Franciſcum Pejoan.

Non quia, vt informantes pro Pejoan inſiſtebant Bompar obſtet regula de annali,
1 nam primæ parti regulæ fuit derogatum † vt perpetuò conſueuiſſe, teſtatur *Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 52. num. 51. Greg. XV. deciſ. 213. nu. 1.*
2 & vltrò fuit ſatisfactum † per præuentionem Petri Caſes in committendo cauſam infrà ſex menſes iuxtà *deciſionem Creſcent. 14. de cauſ. poſſ. & propr.* Cum dicta commiſſio, vt in
3 vtraque deciſione firmatur † emanauerit in petitorio, prout ad hunc effectum requiri tenuit *Sarnen. in reg. de annal. qu. 66. alij relati à Lotther. d. lib. 2. qu. 52. num. 66. & 67.* vbi quod ſuffi-
4 ceret etiam lis in poſſeſſorio † adipiſcendæ, quam in caſu noſtro mouerat Bompar.

Cumque Bompar fecerit diligentias pro obtinenda expeditione cauſæ infrà annum
5 iuxtà † præſcriptum ſecundæ partis eiuſdem regulæ, & aduerſarius dilationes prętexuerit opponendo ſe petitioni remiſſoriæ, ac deciſioni pro illius cõceſſione ęditæ non acquieſcẽdo, vt patet ex datis in Summariolo Bompar num. 1. & ſeqq. non applicatur dictæ ſecundæ partis rigor *Lotther. d. qu. 52. num. 57. & ſeqq. Rota deciſ. 601. ſub num. 2. verſ. quod eo magis, deciſ. 708. ſub num. 3. par. 4 diuerſ. deciſ. 532. ſub numer. 4. coram ſa. me. Gregor. XV.* quamuis actor
6 non fuerit proteſtatus † quod ſibi non curreret tẽpus ad cauſam terminandum: quicquid dicendum eſſet ſi impedimentum non pro-
7 ueniſſet ab Aduerſario, † ſed à Iudice, vt diſtinguendo tradit *Sarnen. in regul. de annal. qu. 14. num. 10. Rot. d. deciſ. 601. ſub nu. 2. verſ. quæ quidem proteſtatio par. 4. diu. adden. ad ſa. me. Gregor. XV. d. deciſ. 532. ſub num. 6.* Nec refert quod plures anni fuerint poſtea elapſi in quibus actor pro expeditione cauſæ non inſtetit, quia regula
8 de annali † loquitur de expeditione intrà annum, non autem loquitur de vlteriori anno quatenùs facto partis aduerſæ in primo cauſę expeditio haberi non potuerit, & cum regula ſit odioſa non debet ad vlteriorem annum extendi *Rota dicta deciſ. 708. ſub num. 2. par. 4. diu. & coram ſa. me. Greg. XV. d. deciſ. 532. num. 5.*

Sed ratio reſolutionis fuit, quia non eſt locus ſubrogationi collitigantis ſuperſtitis quã-
9 do collitigans † defunctus pacificè poſſederat per triennium ante litem motam, vt ad litteram diſponitur in ipſa regula de ſubrogandis, & notant *Rebuff. & alij allegati in prima deciſ. §. non obſtat*, qui eſt caſus noſter, quia Petrus Caſes antequam iudicium incoharetur pacificè poſſederat per decemnium, & ſiue ſuffi-
10 ciat pacifica poſſeſſio de facto † abſque aliquo titulo ſaltem colorato, vt voluit *Mandoſ. ſuper reg. de ſubrog. qu. 5. ſub num. 2. quem ſequuntur allegati in ſecunda deciſione §. 1. diſtinguendo*, ſiuè
11 requiratur poſſeſſio titulata † quam exigit regula de triennali, vt tenuit *Sarnen. ſuper. d. reg. de ſubrog. qu. 16. num. 1. Io. à Cockier. & alij quos refert d. ſecunda deciſ. §. verum*, ſemper intrat limitatio regulæ de ſubrogandis, quia Petrus habebat titulum prouiſionis per reſignationem Baldilij Vergonijos, & decreta Sacri Concilij Tridentini contra retinentes beneficia incompatibilia, aduerſus quæ regula de
12 triennali † poſſeſſori non prodeſt, non applicantur, quia allegata incompatibilitas huius Prioratus cum alio beneficio curato, quod Petrus poſſidebat, procedere ſi etiam Prioratus haberet curam animarum.

Hæc autem qualitas Prioratus quia ex ea infertur quod Petrus vti poſſidens duo bene-
13 ficia curata beneficio priuatus † fuerit ex diſpoſitione *Conc. Trid. vel extrauag. execrabilis de præben.* & ſic verſamur in materia quæ eſt
14 obiectiua † iuxtà tradita *Lotth. de re benef. lib. 1. qu. 43. num. 21. & lib. 2. qu. 42. nu. 28. Rot. in Maioricen. Cappellæ 15. Iunij 1592. coram bo. me. Orano verſ. & cum Ioannes impreſſ. apud Garz. de benef. par. 5. cap. 3. num. 156.* vel ſaltem ſapit obiectum
15 cum verè obiectiua non ſit † quæ includit ius dantis *Caſſador. deciſ. 2. de except. Rot. deciſ. 1. de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. in nou. deciſ. 661. num. 2. par. 2 recent. deciſ. 353. nu. 7. & 8. coram ſa. me. Greg. XV.* probanda eſt per plenas apertiſſimas, & ne-
16 ceſſariò † concludentes probationes, vt fuit deciſum *in Trident. Canonicatus 3. Martij 1606. coram bo. me. Iuſto relata per Lotther. de re benef. d. qu. 42. num. 21. & coram ſa. me. Greg. XV. d. dec. 353 num. 8. & 9. vbi adden. num. 18. allegat. concord.*

Tales verò non ſunt probationes adductæ per Bompar, quia ſemoto inſtrumento concordiæ inter Priorem, & homines de Vilarnatallo inhitę de anno 1340. quod cum non
17 fuerit extractum à Notario rogato, † aut ab Actuario vt exaduerſo ſupponitur, ſed ab alio Notario ſine citatione partis, & litteris compulſorialibus non probat *cap. fin. vbi notant omnes de fid. inſtrum. Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo nu. 2. & ſeqq. C. edend. Caputaq. deciſ. 246. par. 2. Rot. inter recent. deciſ. 362. num. 9. par. 1.* nec recipit fomen-
18 tum † ab adminiculis cum vt infrà dicam contraria concurrant, vt per *Buratt. deciſ. 273. num. 4. & 6.*

Aliæ inquam probationes non concludunt quattuor illa requiſita ad conſtituendam Eccleſiam Parochialem neceſſaria videlicet, lo-
19 cum † certis finibus conſtitutum in quo Populus ei deputatus degit iuxtà textum *in cap. Eccleſias 13. qu. 1.* exercitium curæ animarum
20 nomine † proprio *cap. extirpandæ §. qui verò de præben.* Nomen Curati, ſiuè Rectoris eidem
21 Eccleſiæ † Præfecti *cap. cum non ignores de præben.* & poteſtatem fori penitentialis, ac reci-
22 procam † neceſſitatem recipiendi, ac ſubminiſtrandi Sacramenta, in qua præcipuè ius Parochia-

rochiale conſiſtit *c.omnis de penit.& remiſſ.Gonz. ſuper reg.8 gloſſ.6.nu.36.Sarnen.in reg. de Idiomate qu.11.num.5.Rota deciſ.52.nu.10.& n.31. & ſeqq. par.2.diuerſ.deciſ.247.ſub num.3. par.2. recentior.* Et prætereà viſitationum quæ dantur ad probandam Parochialitatem Prioratus aliquæ emanarunt ad relationem, queq; enunciatiuæ loquuntur non merentur attendi cum
23 principalitèr † dubitetur de enunciato *Butr. in cap.illud num.3.verſ.nota 4.de præſumpt.* quem in terminis ſequitur *Rota deciſ.380.nu.25.par.5. recent.* eò minus, quia ex illis, aut aliunde non
24 probantur † quatuor illa requiſita ſupra deducta, vt debet, vt in fortioribus terminis reſpondit *Rota deciſ.258.num.8.par.1.recent.* prout
25 nec debent attendi teſtes † cum illorum examen ſit attentatum, vt in hac cauſa decidit *Rota 4. Iunij 1636. coram Eminentiſs. D. Card. Macchiauello.*

Contrarium verò nempè, quod Prioratus non habeat Curam animarum educitur nedũ
26 ex generali præſumptione iuris† quod beneficia ſint ſimplicia, ſed etiam ex confeſſione ipſius Bompar, ex pluribus prouiſionibus Apoſtolicis tanquam de ſimplici, & ſignantèr in vltimo ſtatu qui ſufficit cum non doceatur de antecedenti ſtatu contrario, vt vltrà *Bald.& alios alleg.in ſecunda deciſ.* dixit *Rota deciſ.188.num.2.deciſ.233.num.1.par.1.recent. & in Sabinen. Decimarum 30. Aprilis 1599. coram clar.mem. Card. Hieronymo Pamphilio Patruo San-*
27 *ctiſſimi D. N. Innocentij X.* licet ſecus eſſet † ſi conſtaret de antecedenti ſtatu contrario, in quibus terminis loquitur *deciſ.2.num.2.de præben. in non. & alia relata in Capuana Rectoriæ 12.*
28 *Iunij* † 1609. *coram bo.me. Penia*, quià tunc per ſimplicem collationem tanquam de ſimplici
29 non imprimitur † nouus ſtatus adnotata per Canoniſtas *in cap.cum de beneficio de præben.in 6.* & in terminis *Rot.deciſ.368.num.4.par.2. recent. deciſ.684.num.5.par.3.* Et accedunt teſtes deponentes quod cura non eſt penes Priorem, & Priores nunquam reſediſſe quod non conſtito de obligatione, ſeù conſuetudine reſi-
30 dendi non poteſt † referri ad abuſum, vt *in d. Capuana Rectoriæ, & in d.deciſ.368.nu.5.par.2. recent.* præſertim quia ex datis in Sũm. Pejoan præteritæ poſitionis num.21.& 22. apparet in Eccleſia S. Mariæ de Salon, in qua Prioratus exiſtit adeſſe aliud beneficium curatum, & ordinarium ob tenuitatem fructuum beneficij curati ob quam non reperiebatur qui illud acceptaret demandaſſe Priori, vt eius fructus exigeret, & Presbyteros ad Curam exercendam deputaret. Quæ omnia ſimul iuncta exuberare videntur Pejoan reo, & poſſeſſori ad offuſcandas, ſeù debilitandas probationes
31 actoris, † adeo quod non concludant pernecèſſe, & apertiſſimè, vt requiritur in materia deducta obiectiuè, vel quaſi *ex ſupra allegatis.*

Non obſtat, quod Petrus qui erat triennalis poſſeſſor, quia deinde cauſam in Rota cõmiſit contra Bompar videatur renunciaſſe
32 exceptioni † regulæ de triennali, vt tenuit *Rota apud Acchil.de Graff.dec.1. ſuper reg.de triennal. & in Vtixbonen Vicariæ 26. Iunij 1617. coram b.me.Remboldo,* & tradit *Gonz.ſuper reg.8.gloſ.66. num.40.* Nam hoc non procedit quando poſſeſſor committit cauſam iactationis, & iacta-
33 tionum, † quia tunc ſe non actorem, ſed reum voluntarium conſtituit, vt benè diſtinguendo declarat *Acchill.d.deciſ.1.num.2.verſ.licet forte Pariſ.conſ.81.num.26.lib.4. Lotther. de re benef.lib.2.qu.53.num.22.*

Verum quia Bompar vltrà ſubrogationem gratioſam nititur etiam prouiſioni Apoſtolicæ obtentæ per obitum d. Petri tamquam de reſeruato vigore ſecularizationis huius Prioratus, & aliorum beneficiorum Regularium Ordinis S. Auguſtini factæ à ſa.me. Clementi VIII. de qua prouiſione non loquitur ſecunda deciſio, mandarunt Domini quod de ea particularitèr videatur.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA, SEV PERVSINA CENSVS.

Veneris 23. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib.1. cap.42. mandat ſeruari ius ciuile in caſibus, in quibus Statuta non diſponunt, Cum enim Statuta non diſponant de ſolemnitatibus adhibendis in cõtractibus minorum forenſium ſeruanda eſt Conſtitutio Aegidiana non ius ciuile, quia dum ex Conſtitutione Sixti IV. ſeruanda eſt in Vrbe vim habet legis municipalis, quæ Statuto æquiparatur, & mens ſtatuentium non fuit præferre ius ciuile particularibus conſtitutionibus in Vrbe ſeruãdis, nec cõfirmatio Apoſtolica Statutorum poſterior Conſtitutione Aegidiana illius diſpoſitionem ſubſtulit, aut abrogauit, vt optimè comprobatur in deciſione. Conſtitutio Aegidiana requirens ſolemnitates in contractibus minorum comprehendit etiam obligationes ex cauſa dotis, & locum habet etiam in contractibus minorum celebratis cum mulieribus. In contractu minoris cum muliere, quamuis priuilegia hinc inde concurrant potior eſt cauſa minoris, qui pecuniam recepit ſi non conſtat de illarum verſione, quam mulieris, quæ pecunias dedit, ſi etiam data nullitate obligationis minoris adhuc poteſt illas aliunde recuperare.

SVMMARIVM.

1 Statutum Vrbis lib.1. cap.42. *mandat ſeruari ius ciuile in caſibus, in quibus Statuta Vrbis non diſponunt.*

2 *Statuta Vrbis cum non diſponant de ſolemnitatibus adhibendis in cõtractibus minorum forenſium maiorum 20. & minorum 25.in Vrbe contrahentium ſeruandum eſt ius ciuile non Conſtitutio Aegidiana. Contrarium infrà num.10. 11. & ſeqq.*

3 *Obligatio minoris munita iuramento valet abſq; ſolemnitatibus de iure ciuili.*

4 *Solemnitates non ſunt neceſſariæ in obligatione minoris*

noris fauore mulieris, quia tunc priuilegia conquaſſantur.

5 *Et in concurſu præualet cauſa mulieris, quæ pecunias dotales dedit minori, & ſic in damno dici poteſt. Daclara vt infrà num.* 31.

6 Statutum Vrbis lib.1.cap.42. *loquens inter Ciues, Incolas, & diſtrictuales non habet locum in contractu inito inter Ciuem, & Forenſem.*

7 Deciſ. 201. num.2. apud Cenc. de cenſ. *quod Statutum Vrbis comprehendit forenſes, niſi loquatur de Ciuibus, & Incolis taxatiuè declaratur num.8. prout etiam num.9. declaratur* deciſ. 396 par.4. diuerſ.

10 *Aegidiana Cõſtitutio ſeruatur in Vrbe ita diſponente Sixto IV. in eius cõſtitutione in ordine* 15. §. 12.

11 *Aegidiana dum ſeruatur in Vrbe vim habet legis municipalis, quæ ſtatuto æquiparatur.*

12 *Statutum Vrbis mandans ſeruari ius ciuile in caſu vbi Statuta non diſponunt, ſufficit nè intret recurſus ad ius ciuile in caſu deficientiæ Statutorum, quod Conſtitutio Aegidiana diſponat.*

13 *Ratio eſt, quia intentio ſtatuentium non fuit preferre ius ciuile particularibus Conſtitutionibus Apoſtolicis in Vrbe ſeruandis, ſed ſolum iuri Canonico in caſibus quibus deficiente particulari diſpoſitione Statutorum, ſeù Conſtitutionum Apoſtolicarum intraret iuris communis diſpoſitio.*

14 *Ius Canonicum in Vrbe Roma, & in omnibus Terris Eccleſiæ, etiam inter laicos ſeruari debet.*

15 *Confirmatio Statutorum Vrbis* per Greg. XIII. in Bullar. tom.2. conſtit.61. *emanauit poſt conſtitutionem Aegidianam eiuſque extenſionem ad Vrbem.*

16 *Confirmatio Statutorum Vrbis non cenſetur extendere diſpoſitionem Statuti Vrbis 42. quod ſeruatur ius ciuile, etiamſi in Vrbe adſit particularis Conſtitutio Apoſtolica.*

17 *Confirmatio non extendit confirmatum vltrà caſum in eo diſpoſitum.*

18 *Conſtitutio antiqua tollitur per nouam contrariam.*

19 *Confirmatio Statutorum Vrbis continet derogationes aliorum ſtatutorum, & reformationum factarum à ſtatuentibus in nouo volumine ſtatutorum non inſertarum, non autem Conſtitutionum præter caſus deciſos à ſtatutis editarum.*

20 *Aegidiana ſpecialitèr diſponens de ſolemnitatibus adhibendis in contractibus non cenſetur abrogata per poſteriorem confirmationem Statuti Vrbis mãdantis generalitèr ſeruari ius ciuile in defectũ diſpoſitionis ſtatutariæ, prout declarauit obſeruantia ſubſecuta, vt num.22.*

21 *Lex poſterior generalis intelligenda eſt cum limitatione, & præſeruatione legis ſpecialis.*

23 *Lex prior in dubio non cenſetur abrogata per poſteriorem.*

24 *Ius canonicum ſeruandum eſt non autem ius ciuile, quando agitur de efficacia, & viribus iuramenti ratione ſubiectæ materiæ, quæ non pertinet ad ius ciuile.*

25 *Contractus celebratus in Vrbe à minore forenſi 25. annorum non ſeruatis ſolemnitatibus Conſtitutionis Aegidianæ eſt nullus.*

26 *Conſtitutio requirens ſolemnitates in contractibus minorum comprehendit etiam obligationes ex cauſa dotis, cum in hoc dos non reperiatur ſpecialitèr priuilegiata.*

27 *Aegidiana expreſsè præcipit ſolemnitates in ea præſcriptas ſeruari in contractibus minorum cum mulieribus, vel alijs perſonis priuilegiatis celebratis, & ponderantur verba conſtitutionis num.28.*

29 *Vniuerſitas vtitur priuilegijs minorum.*

30 *In contractu inter minorem, & mulierem, quia hinc inde priuilegia concurrunt potior eſt cauſa minoris, qui pecunias recepit quando non conſtat de illarum verſione, prout probanda eſt.*

31 *Quicquid dicendum ſit probata verſione pecuniarum in vtilitatem minoris.*

32 *Minor ſi minori pecuniam dedit, & ille perdidit, melior eſt cauſa eius, qui accepit, & dilapidauit, & ſupra num.30.*

33 Deciſiones 557. & 558. par.1. diuerſ. *declarantur.*

34 *Damnum mulieris quæ pecuniam minori dedit, etiam ſtante nullitate obligationis, pro non damno habetur, ſi pecunias aliunde recuperare poteſt.*

35 *Mulier quando non agit de damno euitando, & damnum minoris eſt grauius, tunc ei magis fauendum eſt, quam mulieri.*

36 *Minor quando eſt reus, & conuenitur ad ſoluendum tunc allegare poteſt aduerſus mulierem nullitatem obligationis, quamuis vtrinque ageretur de damno euitando.*

DECISIO CCXXIX.

AGNOVERVNT informantes pro D.
Comite Anibale de Somalia obligationem D. Balyui Sfortiæ Oddi contractam de
tempore quo erat maior viginti, & minor. 25.
annis non poſſe ſubſtineri vigore Statuti Vrbis 47. *lib.*1. habilitantis maiores viginti ad
contrahendum, ſiuè Statuti Peruſiæ requirentis certas ſolemnitates in contractibus minorum 20. ſiuè ratione duplicis iuramenti in
contractu appoſiti; ſed defectum ſolemnitatum ex cõſtitutione Aegidiana requiſitarum
in contractibus minorum 25. annis euitare
conabantur duabus alijs rationibus. Primò
1 quia ſtante *Statuto Vrbis lib.1.cap.*42. † quo cauetur quod vbi Statuta non diſponunt ſeruetur ius ciuile, cum per Statuta Vrbis non ſit
2 diſpoſitum † de ſolemnitatibus adhibendis in
contractibus forenſium maiorum 20. & minorum 25. in Vrbe contrahentium, non eſt
in huiuſmodi contractibus ſeruanda Conſtitutio Aegidiana, ſed ius ciuile, de iure autem
3 ciuili valet obligatio minoris † ſine ſolemnitatibus quando, vt in caſu noſtro eſt vallata
iuramento *Auth. Sacramenta puberũ C. ſi aduerſ. vendit.* & in terminis videtur ſenſiſſe *Rota in Amerina Domus* 13. *Februarij* 1615. *coram Sanctiſs. D. N. Innocentio X. impreſſ. par.3. recent. deciſ.643. num.*5.

Secundò quia agitur de obligatione mino-
4 ris contracta ad fauorem mulieris † ideoque
priuilegia, vel conquaſſantur iuxtà textum
in §. ſed & hoc præſenti Auth. de Sanctiſs. Epiſc. & alios allegat. per Lambert. de contract. in fin. nu. 124. *Rota deciſ.* 557. *&* 558. *par.1. diuerſ.* vel præua-
5 let cauſa mulieris † quæ eſſet in damno ſi ammitteret pecunias dotales, quæ minori numeratæ fuerunt, vt in puncto ponderauit *Rota deciſ.* 19.

deciſ.19.num.2.inter impreſſ.apud Cinc.de cenſib.

Verùm ad primum reſponſum fuit nos eſſe extra caſum d. Stati *Vrbis* 42. primò quia
6 cum loquatur † inter Ciues, & Incolas, & diſtrictuales non habet locum vbi res agitur inter Ciuem, & forenſem, vt bene declarat *Bart.in l.cunctos populos ſub num.24.verſ.mihi autem videtur dicendum C.Summ.Trin.& fid. Cath.* & ſequitur *Anchar. in cap. Canonum Statuta ſub num.206.verſ.niſi ſtatutum de conſtit.Mart. in puncto huius Statuti voto 68. num.18.* & in terminis alterius Statuti Vrbis *cap.178. ſiuè 180. lib.1.* loquentis pariter inter Ciues, & Incolas, & diſtrictuales, dixit *Rota in Romana pecuniaria 19 Ianuarij 1598. coram bo.me. Card.Mellino impreſſ. apud March. de comiſſ.par.2.fol.228. num.2.* Nec obſtat *deciſ.201.num.2.impreſſ. apud Cinc. de cen-
7 ſib.* † vbi quod Statutum comprehendit forenſes niſi loquatur de Ciuibus, & Incolis taxatiuè, aut *deciſ.396. par.4. diuerſ.* quia in
8 *deciſ.201.* † quia agebatur de Statutis Vrbis *cap.94. & 157. lib.1.* in quibus non leguntur ea verba inter Ciues, & Incolas, quæ plus operantur quam ſi Statutum in corpore loqueretur ſimplicitèr de Ciuibus, itaut etiam ſine alia taxatiua excludant negocium geſtum à Ciue cum forenſe, vt in d.deciſ.Card. Mellini, & alios ſupra allegatos; *deciſio autem 396.
9 par.4.diuerſ.* † non explicat an teſtamentum eſſet conditum à forenſe.

Secundò quia ſicuti dici non poteſt, quod in hac materia deficiat diſpoſitio alicuius Statuti Vrbis, dum viget Aegidianæ Conſtitu-
10 tionis diſpoſitio *lib.1.cap.25.* † quam cum in Vrbe ipſa ſeruari iuſſerit nominatim *Sixtus 4. in eius Conſtitutione in ordine 15. §.12. ibi, litteras prædictas, ac omnia, & ſingula in eis contenta ad Vrbem &c. extendimus, & volumus, ac mandamus illas in eiſdem Vrbe &c.firmitèr obſeruari Bull.
11 par.1.* vim habet † legis municipalis quæ Statuto æquiparatur *Curt.Sen.conſil.27. & conſ.44. vtrobique num.11.Becc.conſ.76.num.9.Cancer.var. reſol.tom.2.cap.1.ſub num.167.* ita nec intrat re-
12 curſus ad ius ciuile, † quod ſeruandum eſſet in caſu deficientiæ Statutorum, vt ad propoſitum ratiocinatur *Franc.Anton.Coſt.conſ.16.n.32 & ſeqq.* præſertim quia intentionis ſtatuen-
13 tium non fuit † præferre ius ciuile particularibus Conſtitutionibus Pontificum in Vrbe ſeruandis, ſed ſolum iuri Canonico in caſibus quibus deficiente particulari diſpoſitione Statutorum Vrbis,ſeù Conſtitutionum Apoſtolicarum intraret iuris communis diſpoſitio, tunc ſcilicèt præferendo ius ciuile iuri Canonico, quod alioquin in Vrbe Roma,
14 prout † in aliis Terris Eccleſiæ ſeruari debuiſſet etiam inter laicos *cap. ſi duobus, & ibi Abb. num.6.Dec.num.14.de appellat.Felin.in cap. Eccleſia S. Mariæ nu.44.& ſeqq.de conſtit.Calder.conſ.8. de teſtam.Magdalen.de num.teſt.cap.3. num.89. & ſeqq.*

Neque vrget, quod confirmatio Apoſto-
15 lica † omnium Statutorum Vrbis impreſſ. inter Conſtitutiones *ſa.me. Greg.XIII. Bullar. tom.2.conſt.61.* ſit poſterior Aegidiana eiuſq; extenſione ad Vrbem, quia exinde nec infer-
16 ri poteſt ad extenſionem † Statuti 42. ita vt eius vigore ſeruari debeat ius ciuile, etiam ſi in Vrbe adſit particularis Conſtitutio Apo-
17 ſtolica,cum confirmatio non extendat † confirmatum vltrà caſum in eo diſpoſitum *Bald. in l.3.num.3.verſ.ſed quid ſi iſti C.ſi aduer.rem iudic.Corn.conſ.9. num.5. verſ.quia confirmata lib.3. Buratt.deciſ.170.nu.15.* Nec ad abrogationem
18 Conſtitutionis Aegidianæ † ex regula Text. *in l.ſed & poſteriores ff.legib.& in cap.1. de conſtit. in 6.* quia confirmatio habet quidem clauſulas abrogatorias aliorum Statutorum, & re-
19 formationum † factarum à ſtatuentibus in nouo volumine Statutorum non inſertarum ibi, *omnia, & quæcumque antiqua Vrbis Statuta, etiam reformata &c. abrogamus*, & infrà, ibi, *nulla alia Statuta quã hæc noua &c. allegari poſſint,* ſed non Conſtitutionum præter caſus deciſos à Statutis editarum, vt ſeruentur in Vrbe à Summis Pontificibus qualis eſt Aegidiana, quæ præterea cum diſponat ſpecialitèr de ſolemnitatibus adhibendis in contractibus,non
20 cenſetur † abrogata per poſteriorem confirmationem legis mandantis generalitèr ſeruari ius ciuile in defectum diſpoſitionis Statutariæ, vt bene *Suarez de legib.lib.6.cap.27.n.13.* vbi quod credendum potius eſt mentem legiſlatoris eſſe poſteriorem legem generalem
21 ferre † cum illa particulari limitatione, & præſeruatione legis ſpecialis *Sanch. de matrim. lib.2.diſp.24. num.6. & eſt communis opinio Doct. in cap.1.de reſcript.* & tradit *Bartol. in extrauag. ad reprimend.verb.non obſtantibus num.7.& 9.Menoch.conſ.187.num.38.* & ferè in terminis *Gabr. conſ.29.ſub num.46.& 47.lib.2.* prout etiam de-
22 clarauit obſeruantia † quia contractus celebrati in Vrbe à forenſibus maioribus 20. & minoribus 25. ſine ſolemnitate Aegidiana fuerunt declarati nulli *in deciſionib.260.& 394. par.6.recent.infrà allegandis*, vltrà quod in du-
23 bio lex prior † non cenſetur abrogata per poſteriorem *l.præcipimus in fin.C.appellat. l. penult. vbi Bald.in fin.C.per quas perſ.nob.acq.Dec.conſ.3. num.7.Menoch.conſ.479.nu.12. Alder. Maſcard.de Statut.interpetr.concl.2.num.130.*

Tertiò quia iuris ciuilis diſpoſitio attendi non debet, ſed Canonici vbi agitur de effica-
24 cia, & viribus iuramenti † non obſtante prædicto Statuto 42. idque ratione ſubiectæ materiæ,quæ non pertinet ad ius ciuile, vt in terminis dicti Statuti declarauit *Rot.deciſ.640.ſub num.6.par.4.recent. & in Romana Donationis de Caſtellanis 23. Iunij 1631. coram recol.mem. Coccino tunc Rotæ Decano impreſſ.poſt Fenſon. ad Stat. Vrb.deciſ.6.§.ſecundò fuit.*

Ex quibus quæ non fuerunt adducta in propoſitione dubij reſoluti coram Sanctiſs. D. N. *deciſ.643. par.3.recent. exaduersò allegata*,
25 firmum remanet quod contractus † forenſis maioris 20. & minoris 25.celebratus in Vrbe ſine ſolemnitatibus Conſtitutionis Aegidianæ eſt nullus, prout bis reſoluit *Rota in hac cauſa, & prius in deciſ.260.& 394.par.6.recent.* quæ in hoc articulo non fuerunt reuocatæ, vt gratis exaduersò ſupponitur *per deciſ.62. deciſ.81. & 119. par.7.recent.* emanatas in eadem cauſa, in

qui-

quibus demandata fuit executioni obligatio minoris non quia ex ſe pepererit actionem, ſed quia poſtea idem minor in teſtamento mandauerat ſolui omnia eius debita in inſtrumentis obligationum contenta, vt patet ex illarum lectura.

Quod verò attinet ad ſecundum obiectum ſufficeret reſpondere quod mandatum executiuum de cuius confirmatione, vel infirmatione agitur non fuit relaxatum ad fauorẽ mulieris, ſed Comitis eius viri, qui nullo gaudet priuilegio eſto quod ageretur de dote
26 quia Conſtitutio requirens ſolemnitates † in contractibus minorum comprænhendit etiam obligationes ex cauſa dotis cum in hoc dos non reperiatur ſpecialitèr priuilegiata *Dec. conſil. 5. per tot. & conſil. 301. num. 6. verſ. quartò hoc ſenſit Soccin. Iun. conſil. 12. num. 12. lib. 2. Tiraquell. de retract. conſangu. §. 1. gloſſ. 14. numer. 96. Lambert. de contract. gloſſ. 21. num. 4. & ſeqq. Surd. deciſ. 287. num. 4. & 5. Rota deciſ. 177. num. 11. par. 1. recent. deciſ. 385. ſub num. 7. par. 2. cum alijs relatis in Rauennaten. Dotis 11. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Corrado §. nam id procedit.*

Et vlteriùs DD. animaduerterunt Conſtitutionem Aegidianam verbis expreſſis diſponere, quod ſolemnitates ſibi præſcriptæ ſer-
27 uentur in contractibus minorum † celebratis cum mulieribus, vel alijs perſonis priuilegiatis, vt patet, ibi, *Cum quibuſcunque vniuerſitatibus Collegijs, & Communitatibus, & quibuſcunque perſonis ſpecialibus, & ſi facta vel celebratæ fuerint non ſeruatis ſolemnitatibus ſupradictis præſumantur, & fingantur dolosè extortæ, & nul-
28 lam obtineant firmitatem*, ponderando † verba, *quibuſcunque perſonis ſpecialibus*, nec non verba,
29 *vniuerſitatibus*, quia vniuerſitas † vtitur priuilegijs minorum, & mulierum *l. reſpublica C. ex quibus cauſ. maior. Cephal. conſ. 40. nu. 56. Rolan. conſ. 68. num. 20. & ſeqq. lib. 3. Rota apud Zacch. de oblig. Camer. dec. 93. num. 16.*

Adeò quod minori neq; obijci poſſit priuilegium ratione ſubiectæ materiæ, quia nempè agatur de Cenſu qui ſit fundus dotalis, neque ratione perſonæ propter intereſſe mulieris. Et quatenùs hinc inde priuilegia
30 concurrerent † potior eſſet cauſa minoris aduerſus mulierem; nam etſi pecunias receperit, quia tamen non probatur eas bene vertiſſe, vt exaduersò probandum eſſet *Soccin. conſil. 115. nu. 13. lib. 1.* ipſe minor eſſet in damno ſi pecunias reſtituere cogeretur: quicquid
31 dicendum eſſet probata verſione † pecuniarum in vtilitatem minoris, in quibus terminis loquitur *deciſ. 19. apud Cinc. num. 2. exaduersò allegata*, quam ita in terminis Cenſus impoſiti à minore ad fauorem alterius minoris declarauit *Rota in Rom. Saluiani 27. Ianuarij 1640 coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. fin.* eamdemque diſtinctionem probat *Text. in l. verum 12. §. item quæritur ff. de minorib.* vbi ſi minor
32 minori † pecuniam dedit, & ille perdidit melior eſt cauſa eius qui accepit, & dilapidauit, vel perdidit, *& in l. ſi minor 35. ff. eod.* & pluribus confirmat *Lamberteng. in terminis pecuniæ traditæ à muliere de contractib. in fin. num. 125.* vbi quod hæc opinio verior eſt *Peregr. conſ. 77. nu. 39. lib. 1. Marc. Anton. de Amat. dec. Marchiæ 77. ſub num. 9.* Nec aduerſantur *deciſ. 557. & 558.*
33 *par. 1. diuerſ.* † quia ibi bona per minorem recepta verſa fuerant in eius vtilitatem; & contractus celebratus fuerat cum decreto Iudicis.

Faciliùs autem hæc procedunt in caſu noſtro, quo damnum minoris ſi ſolueret eſſet irreparabile, at mulier data etiam nullitate
34 obligationis minoris, † qui in Cenſu fideiuſſor acceſſit, adhuc poſſet tàm ſortem principalem, quàm fructus exigere, tùm ex fundo cenſuali, tùm à principali impoſitore, necnon à marito qui pecunias dotales malè inueſtiuit, vnde fit vt damnum mulieri reſultans ex nullitate obligationis minoris nullius ſit momenti in comparatione damni, quod pateretur minor ſi obligatio valeret: imò nec pro damno habeatur, vt *ex Text. in l. ſi mulier 16. & in l. ſi mulieri 22. ff. ad Senat. conſul. Vell.* tradit *Io. Franc. de Pont. conſil. 28. num. 3.* & ducto argumento à contrario ſenſu probat *Text. in l. ſi apud minorem* ibi hæc ſi ſoluendo ſit prior debitor *ff. minor.* facit *Gabriell. conſil. 41. num. 12. lib. 2. Surd. conſil. 495. ſub num. 12. verſ. nullum omninò damnum Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 2. par. 3. num. 13. & ſeqq.*

Igitur ſiue quia ex parte mulieris non aga-
35 tur de damno euitando, † ſiuè quia longè grauiùs ſit damnum minoris, ei magis fauendum eſt, quàm mulieri reſpondendo obligationem ob non ſeruatas ſolemnitates Ægidianæ eſſe nullam, vt per *Lamberteng. de contract. in fin. num. 20. Pic. ad Stat. cap. 151. gloſſ. 7. num. 83. & alios ſupra allegatos*; præſertim quia minor eſt reus, & conuenitur ad ſoluendum,
36 quod † efficit vt poſſit allegare nullitatem obligationis aduerſus mulierem quamuis vtrinque ageretur de damno euitando *Peregrin. conſ. 77. ſub num. 39. lib. 1. Trentacinq. var. reſol. tit. de reſcript. reſol. 1. num. 12. Amat. d. deciſ. 77. num. 9. Rot. deciſ. 473. nu. 14. coram ſa. me. Greg. XV.* & in terminis obligationis minoris aduerſus mulierem, fuit deciſum *in Rom. Pecuniaria 24. Aprilis 1637. coram bo. me. Merlino prope finem.*

Ideò non obſtantibus exaduersò deductis DD. ſteterunt in deciſis vtraque parte informante.

ROMANA VINEAE.

Lunæ 26. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac deciſione quomodo ſit conficiendum nouum inſtrumentum inter emptorem & venditorem; quando primum ſuſtineri non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum inter emptorem & venditorem confici debet ad formam capitulorum, & nihil ei addi,*

aut detrahi poteſt, niſi vtraque pars conſentiat.

2 *Breue Apoſtolicum obtentum ab emptore ſuper confirmatione venditionis attendi non debet ſi excedit formam capitulorum inter partes conuentam.*

3 *Inter emptorem & venditorem ſi fuit conuentum de obtinendo Breui Apoſtolico, talis conuentio habet implicitam obligationem de conficiendo Inſtrumentum iuxta illius formam & eſt pars contractus, alioquin non ſeruata illius forma Inſtrumentum non valet, num. 5.*

4 *Obligatio Cameralis quando adeſt in fine Inſtrumenti tunc eſt exequutioni demandanda ſuper omnibus contentis in Inſtrumento.*

6 *Conſenſus emptoris ſuper inueſtimento faciendo ſi eſt adhibenda haberi debet pro præſtito ſi præſtare differat, ſeù recuſet ſine cauſa, de qua partibus non concordantibus Index ſummariè cognoſcere poterit.*

7 *Nec ab eius Iudicio licitum erit cuiquam ex partibus appellare, ſeù quoquomodo reclamare.*

8 *Et recurſus ad Iudicem ſuper cognitione cauſæ cum ſit facilis, nullum, aut modicum ex eo conſiderari poteſt præiudicium.*

9 *Modicus exceſſus non habetur in conſideratione.*

10 *Conſenſus emptoris adhibendus in inueſtimento faciendo non grauat, ſed vtilis eſt fideicommiſſarijs, ac tacitè ineſt pacto inueſtiendi cum ſcientia emptoris.*

11 *Conſenſus per æquipollens quando ſufficiat, ſi emptor qui illum præſtare tenetur pro inueſtimento faciendo præſtare recuſet?*

12 *Conſenſus tacitus, expreſſi quandoque vim habet.*

13 *Aſſenſus tacitus quandoque ſufficit in alienatione rei feudalis ſiue per æquipollens.*

14 *Inſtrumentum conficiendum iuxta formam Breuis confici non poteſt in parte, quia Breue eſt indiuiduum.*

15 *Venditori quod non nocet, & prodeſt emptori, ei denegari non debet.*

DECISIO CCXXX.

BIS deciſo articulo nullitatis renunciationis à Procuratore Trullij factæ in inſtrumento emptionis vineæ, vndè ſequitur quod nouum inſtrumentum fieri debet; diſceptatum fuit inter partes quomodo ſit conficiendum inſtrumentum, negabat enim Bōcompagnus venditor eſſe conficiendum iuxta formam Breuis ſuper derogatione vinculorum fideicommiſſi & hypothecarum creditorum quibus vinea vendita ſubiacebat obtenti, quia in duobus Breue excedit formam capitulorum ſeu conuentionum, prius cum emptore inhitarum. Primo dum præſeruat ad fauorem Trullij emptoris primariam & ſpecialem hypothecam ſuper inueſtimentis ex prætio rei venditæ faciendis. Secundo quia eadem inueſtimenta mandat fieri cum conſenſu emptoris; Cum tamen ſufficere deberet illius ſcientia ex lege capitulorum qui-
1 bus † in inſtrumento, conficiendo nihil addi aut detrahi poteſt niſi vtraq; pars conſentiat, *Alex. conſ. 150. ſub n. 8. verſ. quia eo ipſo lib. 6. Surd. dec. 71. ſub num. 3. verſ. his non attentis vſque ad fin. dec. 288. ſub num. 41.* ità vt Breue in eo quod il-
2 la excedit † attendi non debeat, quia non licuit emptori quidquam à Principe petere vel obtinere vltra formam conuentum, *Io. Ant. Lanar. conſil. 96. ſub num. 7. & 8.* quem in his terminis refert & ſequitur *Rot. coram bo. me. Buratto dec. 106. ſub num. 5. verſ. tertio fuit firmatum, & n. 6. & ſeqq. facit Rouit. conſil. 39. num. 24. lib. 2. Vinc. de Franch. dec. 154. n. 6.*

Ideo propoſui hodie dubium, quomodo ſit conficiendum inſtrumentum & DD. dixerunt eſſe conficiendum iuxta formam Breuis, cum infraſcriptis tamen declarationibus; cū enim fuerit conuentum in ipſis capitulis de obtinendo Breui derogationis, quæ neceſſaria erat propter vitium letigioſi & vincula fideicommiſſi & hypothecas ſi quæ exiſtebant ſuper vinea vt ſaltem tenebatur adeo quod alio-
3 quin Trullius non emiſſet, † ea conuentio de obtinendo Breui habet implicitam obligationem de conficiendo inſtrumento iuxta illius formam & eſt pars contractus venditionis, *gloſſ. in l. fundi partem ff. de contrah. empt. Tiraquel. de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 18. numer. 69. & de retract. convent. in præfat. numer. 21. Surd. conſil. 217. numero primo.*

Eo magis quia in fine capitulorum adeſt obligatio Cameralis, quæ executioni deman-
4 danda † eſt ſuper omnibus contentis ſeù enūciatis in capitulis, *Rot. dec. 85. num. 9. par. 1. recen. dec. 9. num. 10. dec. 69. num. 4. dec. 85. num. 1. & 2. inter impreſſ. apud Zacch. poſt tract. de oblig. Camer.* & quia alioquin non ſeruata forma Breuis in-
5 ſtrumentum † validè non fieret, *Bardell. conſil. 50. num. 11. lib. 1. Rot. dec. 261. num. 8. part. 7. recent.*

Declararunt autem Domini. Primo quod hypotheca ſpecialis ſuper inueſtimentis faciendis conuenta in capitulis in caſum quod Breue non obtineretur non competit Trullio eiuſque ſucceſſoribus dum Breue fuit obtentum & habet executionem; quodque vigore Breuis ſuper dictis inſtrumentis aliqua hypotheca de nouo non tribuitur eiſdem Trullio, & ſucceſſoribus, ſed ſolum ſi quæ de iure cōpeteret præſeruatur, id quod tollit primum exceſſum exaduerſo adductum nec repugnat Breui, quia Pontifex non fuit vſus verbis conſtitutiuis nouæ hypothecæ, ſed præſeruatiuis illius ſi quæ alias competeret, ibi, *ſaluis &c.* vt ponderat ſecunda deciſio edita ſub die 2. Maij 1644. coram me §. *ſed his non obſtantibus.*

Secundo quod ex forma Breuis venditor non prohibetur diſtrhaere pretium ſeù alienare inueſtimenta pro dotibus fœminarum in caſibus quibus intraret diſpoſitio *Auth. res quæ Cod. comm. de Legat.* pariterque quod conſenſus emptoris vigore Breuis adhibendus habeatur
6 pro præſtito † ſi emptor præſtare differat, ſeù recuſet ſine cauſa de qua partibus non cōcordantibus breui manu ac ſummariè cognoſcere poterit Iudex ad tradita *per Bart. in l. 1. §. ſi plures num. 9. ff. exercit. act. Io. Franc. a Ponte conſ. 81. num. 65. & alios allegatos in d. dec. §. penult.* nec ab

eius

7 eius iudicio † licitum erit cuiquam ex partibus appellare ſeù quoquo modo reclamare. Atque ita tollitur etiam ſecundus exceſſus ex aduerſo ponderatus: nam aut non aderit legitima cauſa differendi ſeù diſſentiendi & idē erit ac ſi conſenſus non requireretur: Cumq; recurſus ad Iudicem ſuper cognitione illegi-
8 timitatis cauſæ † ſit facilis & nullius aut modici præiudicij non habet venditor de quo iuſtè conqueratur, *Menoch. conſil.713. num.15. ex text. in l. ſcio ff. in integ. reſt. & prius conſil.96. n.7. & ſeqq.* vbi dicit rationem, quia modicus ex-
9 ceſſus † non habetur in conſideratione, & parum & nihil æquiparantur, *cap. multa de praben. cap. licet cauſam de probat.*

Aut verò militabit legitima cauſa diſſentiendi & venditor nō ſine ſuſpicione doli euitare tentat conſenſum emptoris, qui præterea etiam ſi eius conſenſus neceſſarius non eſſet, ſed ſolum ſcientia adhuc poſſet ſe opponere inueſtimentis læſiuis aut colluſiuis, cum ad hunc effectum pro intereſſe vocatorum ad fideicommiſſum & ius habentium ſuper inueſtimentis talis ſcientia requiratur, Adeo quod iſto caſu obligatio adhibendi conſenſum non
10 grauat, † quia vtilis eſt fideicommiſſarijs ac tacite ineſt pacto inueſtiendi cum ſcientia emptoris ad *tex. in l.3. ff. legat.1. Menoch. conſ.110 num.42. conſil.687. num.38. Alb. conſ.547. n.2.*

Vtque facilior ſit praxis huiuſmodi conſenſus ſatis erit quod venditor ſeù ſucceſſores inueſtimentum quod facere intendunt intimari faciant perſonaliter emptori & ſucceſſoribus per decem dies ante quam ſtipuletur ad effectum vt deſuper præſtent conſenſum, intra quos dies intimati poterunt ſi velint conſentire vel diſſentire, & niſi diſſentiant cum legitima cauſa vel contradicant reſultabit ex
11 inde æquipollens conſenſus† qui & ſi tacitus ſufficiet cum Breue nō explicet an conſenſus debeat eſſe tacitus vel expreſſus, & tacitus
12 expreſſi † quandoque vim habeat, *l. cum quid ff. ſi cert. pet. l. triticum 93. ff. verb. obligat. Menoch. conſil.108. num.54. Surd. dec.245. num.3.* & prout in fortiorib. terminis alienationis rei feudalis
13 ſufficiet† aſſenſus tacitus domini directi, *Hieron. Schurf. conſil. feud.134. num.3. lib.1. Vutemb. de feud. cap.11. num.13. relat. à Capic. Galeott. contr.67. num.32. lib.1. Io. Franch. de Ponte in repetit feudal. lect.9. num.53.* ſiue æquipollens *Capic. Latro deciſ.27. num.2.*

Ex quibus ſeruata forma Breuis conſulitur indemnitati emptoris & venditoris cui imò vtiliùs eſt, quia cogere non poteſt emptorem
14 vt conficiat inſtrumentum † iuxta formam Breuis in parte tantum cum Breue ſit indiuiduum, *Grat. diſcep.853. num.28. Felin. Gabr. & alij allegati in prima dec. §. cōmuni tamen*, & circumſcripto Breui iuxta formam capitulorum nedum inueſtimentis neceſſariò adhibendus eſſet formalis conſenſus emptoris, ſed illa remanere deberent ad illius fauorem ſpecialiter & primario hypothecata. Vndè ſtipulando iuxta formam Breuis dictę ſpecialis hypothecæ conuentio euitatur, & per conſequens vēditor vtiliter gerit ſibi & fideicommiſſarijs, cum tamen ſufficeret, quod Breue illis non
15 noceret & prodeſſet emptori vt ad illud ſeruandum venditor poſſet compelli ex regula *tex. in l. ſeruus ex lege in fin. ff. ſeru. aſportan. l. in creditore ff. euict. l.2. in princ.* vbi notant *Doct. ff. ſol. matr. Vinc. de Franch. dec.55. num.5. Surd. deciſ. 335. num.10. Rota coram ſan. me. Gregor. XV. deciſ. 347. num.15.*

Iuxta prædicta igitur inſtrumentum eſſe conficiendum dixerunt DD. vtraque parte informante.

ASSISIEN. HAEREDITATIS.

Luna 26. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Lis per actus extraiudiciales non dicitur introducta: attentata poſt motam litem ſunt plenè & concludenter probanda, quia ſapiunt delictum nec ſufficiunt ad hunc effectum teſtes de auditu, & patientes exceptiones perſonales.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non committuntur ſine lite.*
2 *Litis pendentia non cenſetur inducta ex mandato de immittendo ſine aliqua figura Iudicij ac citatione partis obtento.*
3 *Lis per actus extraiudiciales introducta non dicitur.*
4 *Lis in Iudicio criminali, quando introducta non dicatur ad effectum ne vt poſtea geſta dicantur attentata? & num.5.*
6 *Vis quando ſtat in tempore illud præcisè probandum eſt.*
7 *Teſtis vnicus nihil probat.*
8 *Teſtis de auditu à perſona intereſſata fidem non meretur.*
9 *Teſtes de auditu nihil probant, præſertim de auditu à parte aduerſa, num.10.*
11 *Lite pendente nihil innouari poteſt.*
12 *Lite pendente ſi quis innouare tentat poteſt ei de facto reſiſti.*
13 *Attentata cum ſapiant delictum ſunt plenè & concludenter probanda.*

DECISIO CCXXXI.

BONORVM hæreditariorum q. Federici Confidati poſſeſſionem accepit vigore mandati de immittendo conceſſi à Locumtenente Gubernatoris Peruſiæ Eques Petrus Felicianus defuncti nepos ſub die 14. Aprilis 1644. idemque carceratus fuit criminaliter die 16. & die 17. Tiberius Confidatus frater germanus defuncti eorumdem bonorum poſſeſſionem apprehendit in vim mandati Vicarij Aſſiſien. Mouit poſtea Eques Petrus die 4. Maij ſubſequētis iudicium in ſummariſſimo

 poſſeſ-

poſſeſſorio coram A.C. & mandatum de ma-
nutenendo obtinuit, à quo ad inſtantiam Ti-
berij commiſſa mihi fuit cauſa appellationis,
ac ſimul per ſeparatam commiſſionem ad in-
ſtantiam Equitis Petri cauſa reuocationis at-
tentatorum, ideoque inſtante Equite Petro
propoſui hodie dubium an conſtet de atten-
tatis quæ ſint reuocanda & negatiuè reſolu-
tum fuit.

Quia omnes actus geſti ante diem 4. Maij
qua vt ſupra iudicium ciuile corã A.C. motũ
fuit vacant macula attentatorũ cũ tunc nulla
1 penderet lis ſine qua † non dantur attentata
*Lancellott. de attent. part. 2. cap. 4. limit. 2. num. 16.
Caſſad. dec. 6. ſub num. 2. ſuper reg. Cancellar. Rot. de-
ciſ. 10. vt lit. penden. in nou. dec. 108. num. 11. part. 5.
dec. 79. n. 10. par. 7. rec.*

Non enim litis pendentiam produxit mã-
2 datum † de immittendo ſine aliqua figura
iudicij & citatione partis conceſſum vt ſupra
ſiue Equiti Petro ſiue Tiberio, quia fuerunt
3 actus extraiudiciales per quos † lis introdu-
cta non dicitur, vt notant *Doct. in c. fin. de elect.
in 6. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. nu-
mer. 15. Lambert. de Iurepatr. lib. 2. part. 2. quæſt. 2.
princ. art. 3. num. 3. & per tot. Gonzal. ſuper regul. 8.
Cancellar. gloſ. 9. in adnotat. contra nullit. & attent.
num. 32.*

Prout nequè introducta fuit per carcera-
tionem criminalem Tiberij nulla præcedente
4 inquiſitione vel accuſatione, † etiam ſi ille
ſuper processu informatiuo interrogatus re-
ſponderit *Giurb. conſ. 53. num. 24. Farinacc. quæſt.
criminal. lib. 1. quæſt. 10. nu. 55. verſ. quod tamen vbi
allegat Vulpellium reſponſo primo criminali num. 6.
in fin. & ſeqq. vol. 1.* Cumque coram Iudice
criminali ageretur de crimine ab altero ex li-
5 tigantibus obiecto, † eo minus dici poteſt in-
troducta lis ad effectum vt poſtea geſta ſint
attentata *Pariſ. conſ. 47. num. 42. lib. 4. Alciat. conſ.
48. num. 3. lib. 6. tom. 2. Lancellott. de attent. p. 2. c. 4.
ſub num. 13. in fin. & n. 14.*

Poſt verò iudicium motum coram A. C.
nihil probatur innouatum cum teſtes exami-
nati ſuper aſſerta ſubtractione olei & frumẽ-
ti ſiue aliorum mobilium exiſtentium in do-
mo hæreditaria & vnius Aſini pariter hæredi-
tarij non explicent tempus ſubtractionis quod
6 tamen cum vis † ſtet in tempore precisè pro-
bandum eſt, *gloſ. in l. cum actum verb. non poteſt ff.
neg. geſt. & in l. qui iuraſſe, §. ſi pater il ſecondo verb.
acquiſiti ff. iureiur. Dec. in cap. in præſentia num. 51.
de probat. Aym. conſ. 6. ſub num. 106. Rimin. iun. conſ.
52. num. 36. Surd. deciſ. 75. nu. 10.* Et licet ſecun-
dus teſtis iuxta 32. aſſerat quod de anno 1645.
vxor Tiberij aliquas menſuras oliuarum ac-
cepit è poſſeſſione nuncupata della Coſta &
ſuper 10. quod anno 1644. tempore meſſium
laboratores terrarum hæreditatis requiſiti ab
Equite Petro, vt ſibi traderent portionem
Dominicalem fructuum, reſponderunt eam
accepiſſe Tiberium, non probat; tum quia
7 eſt vnicus † *gloſ. in cap. licet vniuerſis verſ. vnius
& ibi Bald. num. 4. de teſt. Butr. in cap. veniens il pri-
mo num. 8. eod. tit. Acchill. dec. 3. per tot. de teſtib. Rot.
dec. 244. num. 2. & 3. par. 1. recent.* Tum quia de-
ponit de auditu à laboratoribus & Colonis,
8 quibus cum tractarent de ſe † exonerando vt
ſcilicet ſe eximerent à tradendo Equiti Petro
partem dominicalem fides adhiberi non de-
bet *Bart. in l. deferre num. 2. ff. iur. fiſci Aym. conſil.
99. num. 2. Buratt. dec. 199. num. 11. Greg. XV. ſame.
dec. 475. num. 9.*

Quatenus vero duo teſtes teſtãtur de expul-
ſione Benedicti filij Eq. Petri è domo, quia
9 deponunt de auditu † non probant *cap. licet
ex quadam vbi Abb. num. 1. de teſtib. & in l. in ſum-
ma §. idem labeo verbo audientio ff. aqu. plu. arcen.
Caputaq. dec. 279. num. 9. par. 1. & deciſ. 278. num. 2.
par. 3. Rot. inter recent. deciſ. 173. num. 2. par. 2.* quo
minus de auditu ab ipſo Benedicto filio ad-
10 uerſarij † & ſic à parte aduerſa *Caputaq. deciſ.
264. num. 8. par. 3.* præter quod non explicant
an Benedictus fuerit expulſus ante diem 4.
Maij vel poſt.

Minus probant quod Tiberius conduxerit
quatuor viros armatos, vt prohiberet Equiti
Petro ingreſſum in fundum, quia ſunt ſingu-
lares cum primus ſuper 10. deponat de tem-
pore Meſſis, ibi: *andaſſimo in vna poſſeſſione &c.
per far mietere il grano ch'era ſeminato in detta poſ-
ſeſſione, e non poteſſimo farlo mietere perche ci ſtaua-
no quattr'huomini armati &c.* Secundus autem
deponat de tempore quo Eques Petrus voluit
recuperare poſſeſſionem terrarum, ibi, *quando
il Sig. Caualiere e ſuoi figlioli & altre genti che me-
nauano ſeco volſero repigliare il poſſeſſo delle ter-
re &c. ci trouorno gente armata &c.* quod tempus
præceſſit litem motam coram A. C. & alio-
quin attentaſſet ipſe Eques Petrus accedendo
ad terras recuperaturus earum poſſeſſionem,
11 cum poſt litem motam † nihil debuerit in-
nouare, *clem. 2. vt lit. penden. cap. 1. & 2. eod. tit. in
6. Buratt. in terminis adeptionis poſſeſſionis dec. 386.
num. 5. & dec. 431. num. 4.* ita vt ſicuti de facto
Eques Petrus aſſociatus ab alijs hominibus,
ibi: *& altre genti che menauano ſeco,* innouare
12 tentaſſet, † potuiſſet illi de facto reſiſtere Ti-
berius donec implorare poſſet Iudicis auxiliũ
ad *text. in l. prohibitum Cod. de iur. fiſci lib. 10.* ac
tradita *per Clar. in praxi quæſt. 29. verſ. ſed hic in-
cidentes, Menoch. de recup. remed. 8. num. 9. & ſeqq.
Farinac. de carcer. & carcer. quæſt. 32. nu. 116. alioſq;
ibi allegatos.*

Et in hanc ſententiam Domini libentius
venerunt quia teſtes patiuntur plures exce-
ptiones in perſonis ac in materia attentatorũ
13 quæ ſapiunt delictum † requiritur plena &
concludens probatio nec ſufficit præſumpti-
ua, *Mant. deciſ. 62. num. 2. Rot. inter recent. dec. 167.
num. 4. par. 1. deciſ. 411. num. 1. part. 2. & in Leodien.
attentatorum 24. Februarij 1644. coram me.*

Et ita deciſum vtraque &c.

CAESARAVGVSTANA BENEFICII DE LINARES.

Lunæ 26. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Prouiſio Apoſtolica cum derogatione medietatis vocum patronorum non facta mentione, quod ex lege fundationis debet præſentari Clericus de genere fundatoris eſt nulla, & ſubreptitia, præſertim quando impetrans non ignorauit qualitatem conſanguinitatis à Teſtatore requiſitam, & ex quibus talis ignorantia excludatur? Patronus poteſt præſentationi de ſe factæ conſentire, eique adhærere. Conſanguinitas probanda eſt per gradus diſtinctos, quando adeſt concurſus alterius cõſanguinei.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria denegatur propter irreleuantiam, & propter calumniæ ſuſpicionem in beneficialibus præſertim nullo dato fumo.*

2 *Fumus reſultans ex teſtibus nulliter examinatis non ſufficit quando plura concurrunt in contrarium.*

3 *Prouiſio apoſtolica derogationis medietatis vocum patronorum ob non factam expreſſionem, quod Clericus præſentãdus debet eſſe conſanguineus Teſtatoris tanquam ſubreptitia non meretur executionem.*

4 *Præſertim quando impetrans tempore impetrationis non ignorabat dictam qualitatem à Teſtatore requiſitam.*

5 *Impetratio quando præiudicat iuri alterius tunc redditur ſubreptitia non facta mentione alicuius qualitatis exprimendæ.*

6 *Ignorantia legis adiectæ in fundatione, à qua quis proprium ius metitur eſt multum inueriſimilis.*

7 *Confeſſio implicita ſufficit, ac probat.*

8 *Patronus non valet præſentare ſeipſum. Declara, vt num. 10.*

9 *Amplia procedere etiam in beneficijs ſimplicibus.*

10 *Patronus poteſt præſentationi de ſe factæ ab altero cõpatrono conſentire, & ad ſui fauorem augere numerum vocum.*

11 *Patronus poteſt ſupplicare Ordinario, vt ſtante paritate vocum illum gratificando ad beneficium admittat.*

12 *Teſtibus veriſimiliora deponentibus maior fides eſt adhibenda.*

13 *Teſtium fides eliditur ex alijs Teſtibus contrarium deponentibus adeout, nec fumum præbeant ad effectum remiſſoriæ, præſertim concurrentibus adminiculis, & num. 14.*

15 *Remiſſoria non datur contra propriam confeſſionem.*

16 *Conſanguinitas eſt articulanda per gradus diſtinctos, quando adeſt concurſus alterius conſanguinei.*

17 *Calumniæ ſuſpicio ad effectum denegationis remiſſoriæ, ex quibus reſultet?*

DECISIO CCXXXII.

AGITVR de beneficio ad quod ex lege fundationis præſentari debet Clericus de genere fundatoris, hinc Ioannes Rojo, qui 12. ferè ab hinc annis prouiſionem Apoſtolicam obtinuit nulla facta mentione dictæ qualitatis, & ſub aſſertione quod erat præſentatus à medietate Patronorum, exibuit nouiſſimè de menſe Februarij proximè præteriti articulos ad hanc aſſertionem iuſtificandam, ſuper quibus petijt ſibi concedi remiſſoriam, & ipſa die, qua de illius conceſſione diſceptabatur comperto ſibi non prodeſſe ad victoriam eã ſolam iuſtificationem, addidit alios articulos continentes ſe eſſe de genere fundatoris.

Sed vtraque Parte informante ſub die decima Februarij Rota cenſuit denegandam eſſe remiſſoriam, tum quia ex articulis non reſultabat, quod authores articulantis conſtituerent medietatem patronorum, tum etiã quia non dabatur aliquis fumus quod articulans eſſet de genere fundatoris, vt in cauſis beneficialibus
1 cialibus † pro obtinenda remiſſoria requiritur, & illa articulorum additio non vacabat ſuſpicione calumniæ. Nuper autem examinatis ad perpetuam rei memoriam quibuſdam teſtibus de conſanguinitate Ioannis Rojo deponentibus, qui inſeruire poſſunt pro fumo, propoſui iterum dubium an eſſet concedenda remiſſoria, & negatiuè reſponſum fuit. Quia non ſufficit fumus ex Teſtibus nulliter exa-
2 minatis † eductus quando plura in contrariũ concurrunt, *Buratt. deciſ. 23. numer. 8. deciſ. 273. num. 4. & ſeqq.*

Et in caſu noſtro concurrit primo, quod Rojo in præcibus porrectis Papæ pro obtinẽda prouiſione Apoſtolica non expoſuit quod ex lege fundationis beneficiũ deberetur Clerico conſanguineo fundatoris, quodque ipſe talis eſt, quod ſanè ſi talis eſſet expoſuiſſet prout expoſuit ſe præſentatum à medietate
3 patronorum, † quia vtrumque æquè neceſſarium erat, vt haberet executionem prouiſio Apoſtolica, quam alioquin tanquam ſubreptitia non meretur, *Felin. in cap. ſuper litteris n. 2. de reſcript. Aym. conſ. 68. num. 8. & ſeqq. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 54. num. 28. & ſeqq. Capic. Latr. deciſ. 105. num. 60.* maximè quia vt infrà dicam impetrans allegare non poteſt ſe ignoraſſe
4 qualitatem conſanguinitatis † à fundatore requiſitam in perſona præſentandi, ac ignorantia qualitatis non narratæ, neque in impetratione beneficij excuſat à ſubreptione quan-
5 do † ea impetratio præiudicat iuri alterius, *Gemin. in cap. gratia ſub num. 4. verſ. aut reſcriptum de reſcr. in ſexto & conſ. 105. nu. 121. Creſc. dec. 10. num. 2. de præb. & fuit dictum in Clumen. Canonicatus 1. Iulij 1643. coram R. P. D. meo Rojas.*

Secundò quod multò tempore, quo litigatum fuit in partibus, nuſquam Rojo allegauit ſe eſſe conſanguineum fundatori, cum tamen ſciret hanc qualitatem eſſe neceſſariam, quia in prima ſententia contra ipſum lata à Vicario Generali Cæſarauguſtæ vſque de anno 1635. adiudicatur beneficium Ioanni Gargallo vti conſanguineo de genere, & parentela fundatoris, & præterea veriſimile non
6 eſt, † quod ignorauit legem fundationis, à qua ius ſuum metiebatur, *l. 2. l. cum quis l. penul. Cod. iur. & fact. ignor. Felin. in cap. vigilanti num. 1.*

verſ. qui allegaret de præſcrip. Lap. allegat. 14. num. 2.
verſ. ſecunda concluſio Canaler. deciſ. 151. num. 2. &
ſeqq.
Tertiò quod integro ferè decennio, & co-
ram diuerſis Iudicibus, tum in partibus, tũ in
Curia, ne dum non allegauit ſe eſſe de genere
fundatoris, ſed mordicus ſubſtinuit hoc iuſ-
patronatus ſpectare ad iuſtitiam, & Iuratos
Villę de Linares, qui vocati fuerãt à fundato-
re in defectum omnium conſanguineorum;
ſi enim ipſe eſſet conſanguineus, certum eſt
quod potius voluiſſet ſubſtinere pertinentiã
patronalem pro ſe, & ſua familia, quam pro
Iuratis extraneis, & allegando iuſpatronatus
ſpectare ad Iuratos, eorumque præſentationi
de ſe factæ inſiſtendo, falſus fuit in neceſſariũ
antecedens omnium conſanguineorum defi-
cientiam, & per conſequens ſe non eſſe con-
7 ſanguineum, quæ implicita confeſſio † ſuf-
ficit, & probat, *Aegid. deciſ. 683. ante numer. 1.*
Rot. deciſ. 242. numer. 4. deciſ. 347. numer. 1. part. 2.
recent. & in Marſicen. Iuriſdictionis 28. Ianuarij
1644. coram me §. primum.
Nec dicendum quod Rojo maluerit iuſpa-
tronatus ſpectare ad Iuratos, quam ad ſe vti
conſanguineum; quia alioquin beneficium
obtinere non valuiſſet cum ſe ipſum præ-
8 ſentare † non poſſet, *cap per noſtras,* vbi notant
omnes *de iurepatr. cap fin. de inſtit. Lambert. de iu-*
repatr. prima part. 2. libr. quæſt. 8. art. 9. quod pro-
9 cedere † etiã beneficijs ſimplicibus voluit, *Io.*
Andr. in d. c. per noſtras n. 3. Abb. ibid. n. 2. & ſecuta
eſt *Rota in Regien. Iuriſpatronatus 15. Ianuarii*
1624. coram bon. me. Pirouano, & in Barchinonen. be-
neficii 11. Maij 1625. coram eodem.
Quia imò breuiori via ad beneficium per-
ueniſſet ſi reiecta præſentatione Iuratorum ſe
conſanguineum probaſſet, cum enim iuxtà
lecturam informantium pro Rojo duo tantũ
ex patronis teſtatori conſanguineis in hac va-
catione præſentauerint nempè Frãciſcus Mi-
chaelis filius, qui præſentauit Rojo, & Gaſpar
Gargallo ſenior, qui cumulatiuè vtrumque
collitigantem præſentauit, poterat Rojo pro-
bata ſua conſanguinitate tanquam alter ex pa-
10 tronis † præſentationi palam de ſe factæ à
Franciſco conſentire, *Abb. in cap. cum in iure n. 5.*
de elect. Peralta in l. vnum ex familia §. rogo num. 10
ff. leg. 2. Molin. dicens communem de primog. lib. 2. c. 4.
numer. 61. Sanch. reſponſ. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 74.
num. 7. Viuian. de Iurepatr. lib. 5. cap. 2. num. 45. &
ſic ad ſui fauorem augere numerum vocum,
vt notant, *Butr. in d. cap. cum in iure num. 36. verſ.*
nec obſtat, & num. 37. verſ. ex prædictis Abb. ibid.
num. 5. verſ. metu contrarij Imol. numer. 5. verſ. vnde
Hoſtienſis, & num. 6. verſ. item poſſunt Anchar. in d.
cap. per noſtras num. 3. verſ. quod intelliget Roch. de
iurepatr. verb. honorificum num. 20. verſ. limita nunc
Sanch. d. dub. 74. num. 11. Buratt. deciſ. 316. num. 4.
Ità vt velut præſentatus à maiori parte veni-
ret præferendus, vel etiam poterat ſuplicare
11 Ordinario, † vt illum gratificando admitte-
ret ad beneficium, quod licere patrono tradit,
Abb. in d. cap. per noſtras num. 4. Lambert. d. quæſt. 8.
art. 3. num. 3. Sanch. d. dub. 74. num. 5. & alios refert
adden. ad Buratt. d. deciſ. 316. nu. 19.

Quartò concurrunt alij Teſtes ad iſtantiam
Gargallo nuper examinati deponentes Rojo
pluries faſſum fuiſſe ſe non eſſe conſangui-
neum, quibus quia ex prædictis veriſimiliora
12 teſtantur, † aut magis credendum eſt, quam
teſtibus aduerſarii, vt per *Gabr. de teſtib. concl. 4.*
num. 23. Farinac. eo a tract. quæſt. 65. nu. 127. & ſeqq.
13 aut eliditur eorumdem Teſtium fides † adeo
quod nec fumum præbeant, vt in terminis re-
miſſoriæ, *Buratt. d. deciſ. 23. numer. 8. & deciſ. 273.*
14 *num. 6.* quo magis juncti alijs adminiculis† ſu-
pra ponderatis, *ad tex. in l. Diuus ff. in integ. reſt.*
ac tradit *per Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 30.*
num. 1. & ſeqq. & ſignanter propria confeſſione
ipſius Rojo, contra quam non ſunt admitten-
15 di articuli, † & concedenda remiſſoria, *Rota*
coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 523. nu. 4.
Accedit irreleuantia articulorum, quia
non fuit articulata conſanguinitas per gradus
16 diſtinctos,† vt oportet quando, vt in caſu no-
ſtro adeſt concurſus alterius conſanguinei, *cap.*
licet ex quadam de teſtib. Anchar. conſ. 52. numer. 7.
& 8. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 11. num. 99. Rot.
deciſ. 241. num. 24. part. 7. recent. & in Gerunden. Be-
neficio 30. Aprilis 1640. coram R. P. D. Rojas, nec
17 non vehemens ſuſpicio calumniæ † reſultans
tam ex ſupra deductis, quam ex eo quod
Rojo, poſtquã deſtitutus fuit exceptione re-
curſuum, aliiſque omnibus per ipſum hacte-
nus allegatis tandẽ inter informandum exhi-
buit articulos additionales ſuper aſſerta con-
ſanguinitate ad differendam imminentem
expeditionem cauſæ, in qua ſex deciſiones
emanarunt.
Ex quibus DD. vtraque Parte informante
ſteterunt in deciſis pro denegatione remiſſo-
riæ.

ROMANA SVCCESSIONIS.

Lunæ 26. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Arbitrium quando non intret pro ſanatione
examinis Teſtium?

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium non intrat pro ſanatione examinis Te-*
ſtium cum interrogatoriis partis aduerſæ, quando
data fuerunt à perſona legitima.
2 *Interrogatoria debent continere aliquid releuans, vt*
ſit locus arbitrio pro ſanatione examinis.
3 *Curator hereditati iacenti deputari nequit, quando*
conſtat de illius aditione.
4 *Aditio hæreditatis probatur, ſi quis vti heres litiga-*
uit.
5 *Interrogatoria pro examine Teſtium dari debent ab*
eo qui proteſtatus fuit non examinari niſi ipſo in-
timato.
6 *Arbitrio locus non eſt pro ſanatione examinis, ſi*
concurrit irreleuantia, vt litibus finis imponatur,
& compeſcantur inutiles expenſæ.
7 *Rota nunquam ſolet arbitrium interponere, niſi ſub-*
ſiſtente

ſiſtente aliqua rationabili cauſa.

8 *Teſtamentum, vt corruat ob falſitatem cauſæ illa debet in eo exprimi, præſertim quando aliæ cauſæ fuerunt expreſſæ.*

9 *Scripturis in concurſu potius ſtandum eſt, quam Teſtibus.*

10 *Teſtatoris voluntas congruam recipit interpretrationem ex communi hominum vſu.*

DECISIO CCXXXIII.

TESTAMENTVM Henrici Senioris, in quo non Cecilia filia, ſed Henricus iunior nepos fuit hæres inſtitutus, corruere ex falſa cauſa eadem Cecilia prætendebat, eo quod Teſtator nepotem iſtituerit non ob amorem, quo ipſum proſequeretur, ſed odio in filiam, à qua contra ſe inſtructam quærelam criminalem, & procuratam carcerationē crediderit, cum tamen filia nihil tale comiſiſſet, vt hæc omnia probauit per Teſtes in cauſa examinatos.

Reque ad iudicium Rotæ deducta coram R.P.D. meo Carillo duæ emanarunt deciſiones ad inuicem contrariæ, prior pro validitate teſtamenti, quæ coram me ob abſentiam D. Carilli ſubrogato confirmata fuit ex duplici ratione. Primò ob nullitatem examinis dd. Teſtium cum illius dies, & hora certa intimata non fuerit iuxtà ſtylum Curiæ. Secundò quia ex ſcripturis apparet filiam non fuiſſe hæredem inſtitutam ex alijs cauſis, & nepotis inſtitutionem proceſſiſſe ob amorem Teſtatoris erga ipſum.

Ad euitandum primum obiectum, quia examen Teſtium emanauerat cum interrogatorijs exaduerſo datis Cecilia obtinuit à Sanctiſſimo D.N. comitti mihi ſanationem examinis arbitrio Rotæ, ideoque propoſui hodiè dubium, an ſit locus arbitrio ſuper ſanatione examinis, ità vt ſit recedendum ab vltimo loco deciſis, & negatiuè in vtraque Rota reſpon-
1 dit. Tum quia non intrat arbitrium † niſi interrogatoria fuerint data à legitima perſona, *Grat. diſc. 550. num. 34. & 35. Rot. deciſ. 18. numer. 9. part. 7. recent.* eaque contineant quicquid rele-
2 uans † poterat adduci, *Put. dec. 300. nu. 2. libr. 3. in corr. Rot. in Treueren. Decimarum 26. Maij 1614 coram bon. mem. Archiepiſcopo Seleucien. & in Leodien. Decanatus 15. Ianuarij 1619. coram bon. mem. Pirouano*, qualia non ſunt, quæ in caſu noſtro data fuerunt à quodam Gaſpare Berto vti Curatore hæreditatis iacentis Henrici Senioris, quia non erat locus deputationi dicti Cura-
3 toris, cū hæreditas non iaceret, † ſed iam fuiſſet adita per Henricum iuniorem, vt patet quia
4 tanquam hæres † litigauit, *Aret. conſ. 136. in princ. Mant. de coniect. lib. 2. tit. 10. nu. 13. Burutt. dec. 279. num. 5. de. 945. num. 1.* & vlterius quia debuiſſet citari, & interrogatoria dari à Felice Turricella, qui tanquam procurator Henrici iunioris
5 proteſtatus fuerat † non poſſe examinari Teſtes ſtante publicatione aliorum Teſtium examinatorum aut deueniri ad examen niſi ſe intimato.

Tum etiam ex capite irreleuantiæ ipſius
6 examinis, tunc enim ceſſat æquitas, ob quam moueri ſolet arbitrium Iudicis ad fidem dandam Teſtibus nulliter examinatis, & potius militat contraria, vt litibus finis imponatur compeſcendo inutiles circuitus, & litigantiū calumniam, quę ſufficit, vt non ſit locus arbitrio, vt fuit dictum in *Bononien. Cenſus 11. Decembris 1602. coram bon. mem. Iuſto impreſſ. apud March. de comiſſ. part. 2. fol. 60. num. 3.* quam refert, *Barboſ. clauſ. 10. num. 19.* quod Rota nuſ-
7 quam interponit † niſi ſubſiſtente aliqua rationabili cauſa, & non alias *adden. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 189. num. 8. in fin.* vbi refert deciſum in *Terraconen. Canonicatus 12. Decembris 1607. coram bon. mem. Scotto impreſſ. apud March. part. 1. fol. 343. ſub numer. 2.* quæ allegat concordantes.

Irreleuantia autem in caſu noſtro eſt euidens, quia admiſſa etiam validitate examinis ſubſiſtit ſecundum fundamentum deciſionis eo quod cauſa per Teſtes adducta, propter quam ſe non inſtitutam, ſed nepotem Cecilia
8 aſſerit non fuit in Teſtamento expreſſa, † vt requiritur ad effectum, vt ob eius falſitatem teſtamentum corruat ex allegatis in *vltima deciſione §. ſecundo teſtes, quibus additur, Picard. in §. poſteriore & §. ſed, & ſi quis num. 21.* vbi teſtatur *de communi inſt. quib mod. teſt. infirm.* maximè quia aliæ cauſæ non iſtitutionis filiæ fuerunt expreſsę in teſtamento, vt ponderat eadem, *deciſ. §. non obſtant.*

Et accedit, quod dictis Teſtium repugnant ſcripturæ, ex quibus probatur cōtinuus amor Teſtatoris ergà nepotem, & longeua delibe-
9 ratio ipſum hæredem inſtituendi, † illiſque potius ſtandum eſt, quam Teſtibus, *l. cenſus ff. probat. cum alijs allegatis in vltima deciſ.* concurrente præſertim, quod admodum verſimile eſt voluiſſe Teſtatorem filiæ iam dotatæ, & alijs bonis ditatæ præferre nepotem maſculum ad conſeruandam hæreditatem in agna-
10 tione iuxtà communem hominum † vſum, à quo congrua ſumitur interpretatio voluntatis Teſtatoris, *Ceph. conſ. 436. numer. 30. Decian. conſ. 41. ſub num. 14. lib. 4. Bonifac. Rugger. conſ. 32. num. 33. & ſeqq. lib. 1.*

Quapropter, nec arbitrio, nec receſſui ab vltima deciſione locum eſſe Domini dixerunt informante ſolum Henrico alia tamen Parte pluries citata, & non comparente fortè, vt ſe diutius in poſſeſſione bonorum hæreditatis Henrici ſenioris indebitè occupatorum confoueret.

MONTIS ALTI BENEFICII.

Merc. 28. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Regula 8. reſeruatoria menſium cum deroget quibuſcumque priuilegijs cum clauſulis derogatorijs comprehendit quæcunque beneficia ſpectantia ad collationem quorumcumq; collatorum, & collatricum, & ſic compre-

hendit etiam capitula, & Eccleſias collatrices quamuis ſint ſpeciali nota dignæ exceptis tātum Cardinalibus. Collatio ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum locum non habet in Beneficijs reſeruatis ratione menſium poſt Bullam Vrbani VIII. ſi Epiſcopus eſt Cardinalis, quia cauetur vt Cardinales ſoli conferant. Cardinalis Archipresbiter Eccleſiæ Lateranenſis facultatem habet cōferendi beneficia etiam mediante perſona Vicarii. Collatio facta à Vicario Eccleſiæ Lateranenſis, qui erat etiam Canonicus inſimul cum Capitulo, ex quibus reſultet quod fuerit facta non tanquā Vicario, ſed tanquam Canonico, ac vno de Capitulo, quamuis nomen Vicarij in collatione fuerit expreſſum?

SVMMARIVM.

1 *Papa quando non concurrit cum Ordinario collatore ſed prouidet tanquam de reſeruato, non intelligit præiudicare habenti collationem ab Ordinario, quatenus non intret reſeruatio, & ea collatio ſit valida.*

2 *Regula 8. reſeruatoria menſium irritat collationes beneficiorum vacantium in menſibus reſeruatis factas ab ordinarijs ſeu inferioribus collatoribus.*

3 *Reſeruationis effectus eſt ligare poteſtatem inferiorum circa diſpoſitionem reſeruatorum.*

4 *Regula 8. reſeruatoria menſium derogat quibuſuis priuilegijs, cum clauſulis derogatorijs derogatoriarum.*

5 *Et loquitur de Beneficijs ad collationem quorumcunque collatorum quomodolibet pertinentibus.*

6 *Et comprehendit beneficia ex priuilegijs quantumuis prægnantibus vel alias ſpectātia ad collationem Capituli Lateranen.*

7 *Eccleſia Lateranenſis eſt ſpeciali nota digna, quia eſt caput Vrbis, & Orbis.*

8 *Verba* quorumcunque collatorum, & Collatricum *in regula reſeruatoria menſium comprehendunt etiam Capitula, & Eccleſias Collatrices ſpeciali nota dignas.*

9 *Regula 8. excipit in verbis S. R. E. Cardinales, aliaſque ſub concordatis cum Sede Apoſtolica initis comprehenſos.*

10 *Officiales Cancellariæ ſi aliquid exprimant in expeditione litterarum quod tacite in ſupplicatione inerat non dicuntur alterare formam aut ſubſtantiam gratiæ.*

11 *Decretum irritans contentum in Regula 8. reſeruatoria menſium inficit omnem poſſeſſionem, ac tollit ipſam immemorabilem.*

12 *Indultum conferendi beneficia reſeruata competens Cardinali collatori, prodeſt etiam Capitulo habenti ſimultaneam, nam ſublato obſtaculo reſeruationis Capitulum poteſt conferre ſimul cum Cardinali prout poteſt circumſcripta reſeruatione num. 13.*

14 *Contrarium diſponitur in Conſtitutione ſan. mem. Vrbani VIII. videlicet quod Beneficia in menſibus reſeruatis vacantia conferant ſoli Cardinales abſque Capitulis, & alijs ordinariam diſpoſitionem eorumdem beneficiorum coniunctim vel diuiſim cum Cardinalibus habentibus.*

15 *Ius conferendi competens Epiſcopo, & capitulo competit inſolidum.*

16 *Collatio licet ſit actus ſimultaneus, eſt tamen inſolidum apud vtrumque, & ſic diuiduus reſpectu exercitij.*

17 *Cardinalis Archipræsbiter Eccleſiæ Lateranenſis facultatem habet ex priuilegijs Apoſtolicis conferendi beneficia etiam mediante perſona Vicarij.*

18 *Cardinalis Archipræsbiter Eccleſiæ Lateranenſis confert Iure Ordinario.*

19 *Prout etiam eodem Iure confert Archipræsbiter Sancti Petri.*

20 *Cardinales Collatores dum excipiuntur à Regula 8. poſſunt conferrere etiam beneficia Eccleſiarum, quarum non ſunt titulares, & ratio redditur n. 21.*

22 *Verba* vna cum, *quando referuntur ad perſonas, & diſpoſitio competit pluribus æque principaliter, nō coniungunt per modum acceſſorij, ſed reſoluuntur in Copulam,* Et.

23 *Vicarius qui ſimul eſt Canonicus ſi confert in ſimul cum Capitulo, licet in collatione exprimat nomen Vicarij nihilominus collationem feciſſe dicitur tanquam vnum de corpore Capituli, & nominatio Vicarij ſolum ob præheminentiam adiecta cenſetur.*

24 *Nomen vnius ex ſocijs ſi fuit in aliquo actu ſpecialiter expreſſum ob præheminentiam perſonæ de alijs cum ſocijs facta mentio ſub nomine collectiuo ille ſic nominatus cenſetur egiſſe tanquam vnus ex ſocijs.*

25 *Collatio ſi fit à Vicario qui eſt etiam Canonicus inſimul cum Capitulo, vt principaliter facta dicatur non vti Canonico ſed vti Vicario, nomen Vicarij ante Capitulum exprimi debet.*

26 *Vicarius de Iure non eſt de Capitulo.*

27 *Vicarius non debet interuenire in collatione quæ fit à Capitulo.*

28 *Collatio ſimultanea licet competat Prælato, & Capitulo, ſunt tamen duo corpora ſeparata, quæ ad inuicem non confunduntur.*

29 *Vicarius, quando ſimul eſt Canonicus, & vti Canonicus confert cum Capitulo conſiderari debet nō vti Vicarius, ſed tanquam vnus de Capitulo.*

30 *Ratificatio non cadit in his, quæ noſtro nomine non fuerunt geſta.*

31 *Noua prouiſio concedi non debet in præiudicium Iuris alteri medio tempore quæſiti.*

32 *Collatio ſimultanea competit pro dimidia collatoribus.*

33 *In coniunctis non ſufficit alterum adimpleri.*

34 *Collatio ſimultanea Epiſcopi, & Capituli ſi non tenet pro parte Epiſcopi, nec minus ſubſtinetur pro parte Capituli.*

35 *Sententia iniuſta non tranſit in iudicatum.*

36 *Clauſula* appellatione remota *tollit appellationem friuolam.*

37 *Reſtitutio in integrum non tollitur per clauſulam* appellatione remota.

38 *Reſtitutio in integrum locum habet, quoties conſtat de iniuſtitia ſententiæ.*

DECISIO CCXXXIV.

VTRINQVE admittitur quod Eccleſia ſeu Capella Sanctę Marię Gratiarum Villę Vallisgratiæ comitatus Montis Monaci Montis Alti Diocesis vacauit in menſe Octobris qui eſt reſeruatus ex Regula 8. hodiæ nona Cancellariæ, quodquè illius Collatio ad Eminentiſs. Archipræsbiterum, & Capitulum

lum Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ vigo-
re priuilegiorum Bonifacij IX. & aliorum
Summorum Pontificum ſpectat regulariter;
ſed quia de dicto beneficio tanquam reſerua-
to ratione menſis prouiſus fuit à Sede Apo-
ſtolica Cæſar Ferrus poſtquam illud Ioanni
Fortunato à Canonicis, & Capitulo Latera-
nenſi vna cum R. P. D. Laurentio Eminen-
tiſſimi D. Cardinalis Columnæ Lateranenſis
Eccleſiæ Archipræsbiteri Vicario ac etiam in
eadem Eccleſia Canonico Collatum fuerat,
quæſtio cadit ſuper validitate huiuſmodi col-
lationis; cum enim Papa noluerit concurrere
1 cum Ordinario Collatore † ſed prouiderit tã-
quam de reſeruato, non intellexit præiudicare
habenti collationem ab Ordinario quatenus
non intret reſeruatio, & ea collatio ſit valida
*Gemin. conſ. 92. ante nu. 1. verſ. nam ſi apparet Garz.
de beneſic. part. 5. cap. 4. nu. 44. Rot. dec. 7. de præben.
in nou. deciſ. 616. ſub numer. 2. verſ. & hinc tollitur
part. 4. diuerſ. deciſ. 585. num. 44. part. 5. recent.*
Dixerunt autem Domini Collationem fa-
ctam à Capitulo eſſe nullam quia regula 8.
2 hodiè nona reſeruatoria menſium, † irritat
Collationes beneficiorum vacantium in mẽ-
ſibus reſeruatis factas ab Ordinariis ſeu infe-
rioribus collatoribus, & reſeruationis effectus
3 eſt † ligare poteſtatem inferiorum circa diſpo-
ſitionem reſeruatorum *Rot. dec. 3. ſub numer. 2. de
præben. in antiq. dec. 141. ſub num. 4. part. 1. recent.*;
4 Cumq; regula deroget quibuſuis priuilegiis †
conceſſis cum quibuſcunquè clauſulis etiam
inſolitis, ac derogatoriis derogatoriarum vt
legitur in verbis, & aduertit *Rot. deciſ. 666. n. 2.
par. 1. recent. deciſ. 569. per tot. par. 2. deciſ. 336. nu. 1.
part. 4.* ac loquatur de beneficiis ad Collatio-
5 nem † quorumcunquè Collatorum quo-
modolibet pertinentibus, vtiquè ſub ea ca-
6 dunt beneficia † ex priuilegijs quantumuis
pregnantibus Summorum Pontificum vel
alias ſpectantia ad collationem Capituli Late-
ranenſis *Seraph. deciſ. 980. num. 8.* & in puncto
Eccleſiæ Lateranenſis fuit deciſum *coram ſan.
mem. Greg. XV. deciſ. 153. num. 1. & 2. & in Fere-
trana Parochialis prima Iulij 1644. coram R. P. D.
meo Peutingero.*
Non attenta præheminentia Lateranenſis
7 Eccleſiæ, quæ videtur ſpeciali nota digna, †
quia eſt caput Vrbis, & Orbis vt notat *Gon-
zal. ſuper reg. 8. gloſſ. 41. num. 18. & 19.* nam ver-
ba *quorumcunque Collatorum, & Collatricum* com-
8 prehendunt † etiam Capitula, & Eccleſias
Collatrices ſpeciali nota dignas, vt dixit *Rot.
in Romana Penſionis 29. Maij 1628. coram Reue-
rendiſſimo D. meo Dunozet. Decano facit Vulpell. de
propoſit. & aduerb. ſignific. pag. 94. verſ. & compre-
hendunt Gutier. Canon. quæſt. lib. 1. cap. 34. num. 57.
Barboſ. dict. 317. num. 8.* iuncto præſertim quod
9 in Regula excipiuntur † Cardinales Sanctæ
Romanæ Eccleſiæ, alijquè ſub concordatis
cum Sede Apoſtolica initis comprehenſi ad
*text. in l. quæſitum §. deniquè ff. fund. inſtr. ac tradi-
ta per Alex. in l. fin. num. 4. ff. quod quiſque iur. Aret.
conſ. 30. num. 9. Dec. conſ. 247. num. 8.* Præter quod
in caſu noſtro prouiſio Apoſtolica ad fauorẽ
Cæſaris derogat nominatim iuri conferendi
Archipræsbiteri, & Capituli Baſilicæ Latera-
nenſis, & licèt hoc non legatur in corpore
ſupplicationis ſed de mandato Officialium
Cancellariæ additum fuerit in litteris Apoſto-
licis deſuper expeditis, vtiquè debet attendi,
quia cum eadem derogatio tacite includere-
tur ex vi regulæ vt ſupra fuit demonſtratum
10 Officiales Cancellariæ illam exprimendo † in
expeditione litterarum, non alterarunt for-
mam aut ſubſtantiam gratiæ vt in proximis
terminis reſpondit *Rot. deciſ. 730. ſub nu. 5. par. 2.
recent.*
Firmata verò comprehenſione huius, & ſi-
milium beneficiorum ſub regula reſeruatoria
non prodeſt Capitulo allegata quaſi poſſeſſio
conferendi etiam in menſibus reſeruatis, quia
eſto quod probaretur, & eſſet immemorabi-
lis, nullius eſſet momenti propter decretum
11 irritans contentum in regula † quod inficit
omnem poſſeſſionem, & in verbis tollit ipſam
immemorabilem vt notat *Gonzal. gloſſ. 33. n. 1.
& 7. Rot. deciſ. 58. num. 1. part. 1. recent. deciſ. 336.
num. 3. part. 4. & in puncto deciſ. 153. num. 3. coram
ſan. mem. Greg. XV. vbi adden. num. 3.* Minus ſuf-
fragatur Capitulo ſimultanea collatio cum
12 D. Cardinali Archipræsbitero, † ob quam
*iuxta conſ. Calder. 22. de præben. approbatum à Si-
monett. de reſeruat. quæſt. 71. num. 2. fuit pluries deci-
ſum*, quod exceptuatio Cardinalium poſita
in regula 8. vel indultum conferendi benefi-
13 cia reſeruata illis conceſſum, † quia remouet
obſtaculum reſeruationis efficit vt Capitulum
quoquè poſſit conferre ſimul cum Cardinali
prout poteſt circumſcripta reſeruatione *vt in
pluribus deciſionibus relatis in deciſ. 702. nu. 4. par. 4.
diuerſ. & in Ferrarien. Canonicatus 30. Martij 1626.
coram b. m. Coccino.* Quia poſt has deciſiones ſu-
peruenit *conſtitutio felic. record. Vrbani VIII.* in
14 qua diſponitur † quod beneficia vacantia in
menſibus reſeruatis conferant Cardinales ſo-
li per ſe ipſos, vel alios ad id deputandos abſq;
Capitulis, & Canonicis alijſquè quamcunque
ordinariam diſpoſitionem eorumdem benefi-
ciorum coniunctim, vel diuiſim habentibus
cum eiſdem Cardinalibus, nequè Capitula
aut Canonici huiuſmodi priuilegio quod Car-
dinalibus præſulibus nullo habito Capitulo-
rum, & Canonicorum reſpectu conceſſum
eſſe dignoſcitur gaudere, frui, aut ius aliquod
inde prætendere poſſint iuxta quam Conſti-
tutionem Capitulum, & Canonicos ſimulta-
nea collatione in menſibus reſeruatis nõ gau-
dere declarauit *Rot. in Cremonen. Canonicatus 14.
Ianuarij 1630. corã Reuerendiſs. Vrgellen. in ter eius
impreſſ. dec. 233. nu. 9. in Hiſpalen. dimidiæ portionis
17. Decembris 1635. & 14. Ianuarij 1636. coram
recol. mem. Coccino impreſſ. part. 5. recent. dec. 585.
num. 45. & ſeqq. vbi ſignanter nu. 48. & 50. id am-
pliatur ſiue Cardinalis habeat indultum ſiue non, &
in Compoſtellana Parochialis 10. Februarij 1645.
coram R. P. D. meo Veroſpio.*
Sed quoniam Fortunatus collationem ha-
bere pretendit etiam à Vicario D. Cardinalis
Archipræsbiteri, quæ ſola ſufficit ad exclu-
ſionem Cæſaris prouiſi Apoſtolici ex quo ius
15 conferendi † competit inſolidum Epiſcopo,
& Ca-

& Capitulo vt tradit *Gonz. ſuper reg.8. gloſſ.45. ſub num. 68. & ſeqq. Garz. de benef. part.5. cap.4. num.42. Lotther. de re benef. lib.2. quæſt.21. num.24.*
16 *& 25.* vbi ait quod licet collatio † ſit actus ſimultaneus eſt tamen inſolidum apud vtrunque, & ſic diuiduus reſpectu exercitij *Acchill. deciſ.4. num.13. & 14. de præben. Coc. deciſ. 212. numer. 4.*

Remanet videndum primò an Vicarius potuerit conferre. Secundò an contulerit. Primum parum habet difficultatis, quia tàm in regula quàm in priuilegijs Apoſtolicis Eccleſiæ Lateranenſis conceditur Cardinali facul-
17 tas † conferendi mediante perſona Vicarij,
18 cumquè Archipræsbiter conferat † iure Ordinario ad tradita *per Zabar. in clem.1. numer.24. vt lit. penden. & in terminis* Archipræsbiteri San-
19 cti Petri † dixit *Rot. deciſ.616. num.4. verſ. & non capit part.4. diuerſ.* quam in his terminis ſequitur *Lotther. de re benefic. lib.2. quæſt.33. numer.14.* poteſt dicta facultate vti quoquè in menſibus reſeruatis propter exceptuationem Cardinaliũ in regula vt ſupra poſitam, quæ fauet Cardinalibus etiam quo ad beneficia Eccleſiarum
20 quarum non ſunt titulares,† tum quia eſt generalis, tum quia cum regula reſeruet beneficia pertinentia ad collationem quorumcun-
21 que Collatorum, † & ſic etiam non titulariũ ſed inferiorum ſequitur vt exceptuatio Cardinalium debeat intelligi etiam de Cardinalibus qui ſint inferiores Ordinarij Collatores vt exceptio dicatur de regula ad *tex. in l. nam quod liquido ff. pen. legat. & in puncto Seraph. deciſ. 980. ſub num.6. & nu.7. Rot. inter recent. dec.635. num.5. part.3. & prius in Spoletana Beneficij 3. Iulij 1606. coram Attrebaten.*

Maior difficultas verſatur circa ſecundum, quia, & ſi Vicarius non contulerit ſeparatim à Capitulo, tamen actus collationis factæ à Canonicis capitulariter congregatis videtur continere æque principaliter etiam collationem Vicarii, ibi, *vna cum Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Dominico Laurentio Vicario, &c.*
22 ponderando verba *vna cum* quę † vbi referuntur ad perſonas, & diſpoſitio competit pluribus æque principaliter non coniungunt per modum acceſſorij ſed reſoluuntur in copulã ac ſi dictum fuiſſet, quod Canonici, & Vicarius contulerunt *vt ex tex. in l. Titie textores §. nihil differt ff. legat.1. tradit in terminis Collationis Feder. de Sen. conſ.1. num.8. Abb. conſ.57. ſub nu.3. verſ. & ſi creatione part. 1. quem ſequitur Prob. ad Monach. in rub. de iurepatr. in 6. num. 10. & 11. & in ſimili Menoch. præſumpt. 139. num.22. lib.4. Barboſ. dict.431. num.1.*

Verum animaduerterunt Domini quod in caſu noſtro poſt præcitata verba *vna cum Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Laurentio Vicario* ſtatim ſubditur, *ac etiam Canonico in eadem Eccleſia Lateranenſi capitulariter congregati, &c. ſupradictam Cappellam tibi conferimus, &c.* quodq; perſona Domini Laurentij fuit ſpecifice nominata ob preheminentiam Vicariatus quem
23 gerebat, † vnde ſequitur quod non eo nomine principaliter contulerit, ſed tanquam vnus de corpore capituli iuxta theoricam traditam à *Dec. in cap. Paſtoralis ſub numer.28. verſ. quod tamen limitatur de reſcript. poſt Bart. in l. ſi Seruus Communis 67. ſub num.4. verſ. nam ille vnus ff. ſtipulat. ſeruor.* vbi quod ſi nomen alterius ex ſocijs fuit in aliquo actu ſpecialiter expreſ-
24 ſum † ob preheminentiam perſonæ de alijs verò ſocijs facta mentio ſub nomine collectiuo ille ſic nominatus cenſetur ęgiſſe tanquam vnus ex ſocijs.

Fuiſſe autem perſonam Domini Laurentij nominatam ob preheminentiã perſonæ dumtaxàt colligitur, quia alioquin ſuperflua eſſet proximè ſequens expræſſio qualitatis Canonicalis, ibi, *ac etiam Canonico, &c.* cum hoc nomine perſona Domini Laurentij includeretur ſub verbo collectiuo Canonicorum, & Capituli, ibi, *Capitulum, & Canonici, &c.* & qualitas Canonicalis extra actum Canonię non adderet honorem vt Vicario, prout è conuerſo addebat Vicariatus vti Canonico, & quia ſi Collatores intellexiſſent quod D. Laurentius con-
25 ferret æque principaliter vti Vicarius † potius fuiſſet dictum quod Vicarius vna cum Canonicis contulit vt ad propoſitum *in cap. poſtulaſtis de conceſſ. præb. not. Abb. Ant. verſ. ſi verò Calder. nu.16. verſ. ſi eſt primus in ſubſcriptionibus Ant. de Butr. ſub num.8. verſ. quod ſi Immol. ſub num. 8. verſ. & primò loco Abb. Panorm. ſub n. 8. gloſſ. in c. à collat. verb. Prælatus ibi, & ei primò ſcribitur. de appell. in 6.* & ſicuti in narratiua collationis expræſſerunt collationem liberè ſpectare ad Canonicos, expræſſiſſent pariter quod ſimul ſpectabat ad Vicarium, nequè in diſpoſitiua locuti fuiſſent per verba directa tantum ad Canonicos, & denotantia ſolum actum capitularem, ibi, *Nos igitur vna cum Illuſtriſs. &c. capitulariter congregati, &c. ſupradictam Cappellam tibi conferimus, &c.* nam collatio conſiderata tanquam actus Capituli capitulariter congre-
26 gati non conuenit Vicario cum de iure † non ſit de Capitulo *gloſſ. in Clem. vt ij qui verb. in eiſdem verſ. vnde poteſt dici de ætat. & qualit. & ibid. Cardin. in §. illi verò nu.10. Gemin. in cap. fin. n.5. verſ. ſecus autem eſt in Prælato de præben. in 6. Abb. in proem. decretal. 2. par. num.21. Caputaq. dec.153. num.3. par.1.* nequè debeat interuenire in col-
27 latione quæ fit † à Capitulo *Put. deciſ.116. ibi interuenire non debeat lib.3. in corr.* aut eius collatio confundatur cum collatione Capituli; quippè Prælatus, & Capitulum, licèt habeant
28 ſimultaneam, † ſunt tamen duo corpora ſeparata quæ ad inuicem non confunduntur *Gonz. ſuper reg.8. gloſſ.45. num.52. & 53. Put. dict. deciſ.116. Acchill. deciſ.4. nu.10. de præbend.* Adeò quod quamuis D. Laurentius eſſet Vicarius, quia tamen erat ſimul Canonicus, & contu-
29 lit vt Canonicus † veniat conſiderandus non vt Vicarius, ſed tanquam vnus de Capitulo *Cap. à collatione in fin. vbi Gemin. n.4. in fin. Franc. num.4. de appellat. in 6. Compoſtil. in cap. cum Eccleſia Vlturrana ſub num.3. verſ. ratio diuerſitatis de elect. Imol. in cap. poſtulaſti ſub numer.9. col.3. circa fin. de conceſſ. præben.* vbi ait quod qui eſt Prælatus, & Canonicus non poteſt eodem tempore cenſeri vti Prælatus, & vti Canonicus nec reſpectu eiuſdem actus.

Non

Non obſtat quod deinde ab eodem Vicario
ſeu Eminentiſs. D. Archipræsbitero emana-
uerit monitorium contra prouiſum Apoſto-
licum cum narratiua quod vigore priuilegio-
rum ad ipſum Archipræsbiterum, & Capitu-
lum ſpectet, quia imò monitorium loquitur
de Collatione Fortunato aduerſario facta à
Canonicis, & Capitulo tantum, ibi, *fuiſſe pro-
uiſum à RR. DD. Capitulo, & Canonicis*, nec im-
portare poteſt aut ratificationem Domini Car-
dinalis collationis factæ à Vicario tanquam
Vicario cum de ea ex ſupra deductis nõ con-
30 ſtet, & ratificatio † non cadat in iis quæ no-
ſtro nomine non fuerunt geſta *l. ſi pupilli §. ſed
ſi ego vbi notant omnes ff. neg. geſt. Bald. in l. mater
in 4. oppoſit. C. rei vendic. Rot. deciſ. 149. ſub num. 7.
31 part. 1. recent.* aut nouam prouiſionem † eiuſ-
dem Cardinalis maximè in præiudicium iuris
quæſiti Cęſari ex precedenti prouiſione Apo-
ſtolica *vt per Garz. de benef. par. 5. cap. 4. num. 46.
Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 22. ſub num. 4.*

Ponderabat vlterius vnus ex Dominis quod
eſto quod D. Laurentius cõtuliſſet æque prin-
cipaliter vti Vicarius, quia tamen noluit cõ-
ferre ſolus, & ſeparatim à Capitulo, vt po-
terat, ſed ſimul cum eo, & ſic tanquam col-
lator pro dimidia ſupponendo aliam dimidiã
32 exiſtere penès Capitulum vt ſolet † in bene-
ficijs ſimultaneæ collationis *Anch. in cap. poſtu-
laſtis nu. 9. de conceſſ. præben. Prob. ad Monach. n. 12.
circa fin. in rubr. de iurepatr. in 6. Gonz. gl. 46. nu. 51.*
propterea ex quo non tenet collatio pro par-
te Capituli vt ſupra demoſtratum fuit nec etiã
33 teneret pro parte Vicarij quia in coniunctis †
non ſufficit alterum impleri vt in terminis ſi-
34 multaneæ collationis Epiſcopi, & Capituli †
reprobata contraria ſententia *Hoſtienſis late rẽ-
probat Io. Andr. in cap. à collatione ſub num. 4. &
per tot. de appellat. in 6. quem ſequitur Gemin. nu. 4.
Franc. num. 1. verſ. & etiam Anchar. ibid. circa fin.
verſ. auxit Io. Andreas, & in cap. poſtulaſtis nu. 9.
verſ. contrarium de conceſſ. præben. Calder. in eodem
cap. poſtulaſtis ſub numer. 21. verſ. ſed vt ſcribis, &
num. 22. Butr. ſub nu. 11. Immol. num. 16. Anan. n. 11.
verſ. ſed* Io. Andreas vbi quod ità communiter
tenent *omn. Panorm. ſub num. 14. Compoſtill. in cap.
cum Eccleſia Vulturrana numer. 2. verſ. quid autem
erit de elect. Prob. ad Monach. in dict. rubr. de iure-
patr. in 6. num. 13. & ſeqq.* licèt ſecus eſſet ſi ſo-
lus Vicarius contuliſſet in quibus terminis lo-
quitur *Gonz. Lotth. & alij allegati ſupra §. ſed quo-
niam*.

Quare cum non conſtet de collatione D.
Cardinalis Archipræsbiteri, ſeu eius Vicarij
hoc nomine ſaltem valida, & collatio Capi-
tuli non ſuffragetur fortunato, iniuſta eſt ſen-
tentia Iudicis deputati ab Eminentiſſimo Ar-
chipræsbitero, quæ fortunatum prætulit ferro
35 prouiſo Apoſtolico, & per conſequens † vel
non tranſijt in iudicatum *Seraph. deciſ. 1123.
num. 6. Caualer. deciſ. 500. num. 7. cum alijs allegatis
ab Adden. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 1. numer. 6.*
non obſtantibus facultatibus Archipræsbiteri
36 iudicandi *appellatione remota*, † quia tollunt
tantum appellationem friuolam *gloſſ. in cap. vt
debitus verb. ante ſententiam in fin. de appellat. Rip.
in cap. 1. numer. 3. verſ. ſed ſi remoueatur de reſcript.
Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 8. numer. 40.
Scacc. de appellat. quæſt. 16. limit. 1. numer. 93. & 94.*
vel in omnem euentum concedenda eſt Ferro
37 reſtitutio in integrum † quia non tollitur *per
clauſulam appellatione remota gl. fin. in l. vnica Cod.
ſi de moment. poſſ. Barboſ. clauſ. 9. num. 29. Rot. deciſ.
109. num. 5. inter impreſſ. poſt Cinc. de cenſibus, &
in Lucana dotis 19. Ianuarij 1629. coram bon. mem.
Cardinali Virili*, & locum habet quoties ſen-
38 tentia † eſt iniuſta *Caſ. de Graſſ. deciſ. 10. num. 11.
de re Iudic. Seraph. dec. 251. num. 2. Rot. inter recent.
deciſ. 41. num. 18. part. 5.*

Ideoquè propoſito per me non ſemel du-
bio an cõſtet de re iudicata ſeu potius de cau-
ſis reſtitutionis in integrum, non conſtare de
re iudicata vel ſaltem conſtare de cauſis reſti-
tutionis in integrum reſponſum hodie fuit
vtraquè parte informante.

BENEVENTANA CENSVS SEV PECVNIARIA.

Merc. 28. Iunij 1645.

ARGVMENTVM.

Hæres debitoris non poteſt in præiudicium cre-
ditorum tranſigendo confiteri bona eſſe ſup-
poſita aliquo fideicommiſſo, præſertim ſi
tranſactio detegitur colluſiua, & inita mala
fide ad ſupplantandos creditores, quibus pro-
inde nocere non debet.

SVMMARIVM.

1 *Hæres debitoris non poteſt in præiudicium credito-
rum confiteri bona hæreditaria eſſe ſuppoſita fidei-
commiſſo, ſi verè talia non ſunt.*

2 *Præſertim poſt latam ſententiam graduatoriam, &
deputationem ſequeſtratoris pro colligendis fructi-
bus fauore creditorum.*

3 *Hæreditas quod non ſit ſoluendo probatur ex ſenten-
tia graduatoria creditorum item ex deputatione
ſequeſtratarij ad fauorem eorundem num. 4.*

5 *Sequeſter deputatus in bonis debitoris ſi turbe-
tur in adminiſtratione competunt creditoribus re-
media poſſeſſoria.*

6 *Sequeſter poſſidet creditoribus.*

7 *Donatio inter patrem, & filium iuramento confir-
matur.*

8 *Bona donata non poſſunt in præiudicium donatarij
poſtea à donante ſubijci fideicommiſſo.*

9 *Mala fides in tranſactione ex quibus reſultet.*

10 *Mala fides vim tranſactionis elidit.*

11 *Tranſactio facta cum hærede debitoris nõ nocet cre-
ditoribus defuncti.*

12 *Hæres debitoris, qui poſt aditam hæreditatem, &
bonorum poſſeſſionem illa reſtituit alicui per tran-
ſactionem, poteſt à creditoribus hæreditarijs con-
ueniri, ac ſi non tranſegiſſet.*

13 *Fructus bonorum hæreditariorum debitoris percipi
debent à depoſitario deputato pro ſatisfaciendis
creditoribus, non autem ab hærede.*

DECISIO CCXXXV.

POSTQVAM inter creditores Hierony-
mi citato Aloyſio illius hærede lata fue-
rat ſententia graduatoria, ac deputatus ſeque-
ſter penès quem fructus bonorum debitoris
deponerentur ad effectum ſatisfaciendi credi-
toribus, idem Aloyſius tranſigendo cum Por-
fida Maſcambruna, quæ bona Hieronymi ex
fideicommiſſo Marcelli ad ſe pertinere præ-
tendebat, & litem deſuper mouerat omnium
bonorum Hieronymi ab ea prætenſorum
poſſeſſionem dictę Porfidæ tradidit.

Quapropter motum fuit iudicium coram
A.C. à cuius decreto commiſſa mihi cauſa
appellationis cum clauſula *firmo remanente
ſequeſtratario, ſeù depoſitario*, vt ſupra de-
putato dubitaui an creditoribus Hieronymi
obſter dicta tranſactio, & negatiuè reſolutum
fuit. Quia Aloyſius non potuit in præiudi-
cium creditorum agnoſcere, † ſeù confiteri
1 bona Hieronymi eſſe ſubiecta fideicommiſſo
Marcelli ſi talia verè non ſint, *Peregr. in termi-
nis tranſactionis conſ. 53. num. 10. & 11. lib. 1. Surd.
conſ. 403. ſub num. 79. Menoch. conſ. 105. nu. 96. Ca-
ſtill. deciſ. 64. n. 27. lib. 1. facit Menoch. conſ. 91. n. 39.
Decian. conſ. 10. num. 85. & ſeqq. lib. 3. Soc. iun. con-
ſil. 112. num 3. lib. 1.*

2 Eo minùs præcedente ſequeſtro † & ſen-
tentia graduatoria eorundem creditorum per
quam hæreditatem Hieronymi † non eſſe ſol-
3 uendo probatur, *Bald. conſ. 432. numer. 1. lib. 1. ex
text. in l. 2. ff. quiſque in fraud. credit. Stracc. de deco-
ctor. par. vlt. tit. qui pot. in bonis decoctor. habean. nu-
mer. 17. Gratian. diſcept. 391. num. 12.* Necnon de-
4 putatione ſequeſtrarij † ad fauorem eorum-
dem creditorum, quibus propterea quatenùs
5 ille in adminiſtratione † turbetur, competunt
remedia poſſeſſoria, vt notat *Fabr. in §. retinen-
da nu. 7. inſt. de interd. Chriſtoph. Paz de tenuta c. 19.
6 ſub nu. 32.* quia poſſidet † creditoribus *Canaler.
deciſ. 567. nu. 2.*

Et ampliùs quia ex ſententia lata ſuper fi-
deicommiſſo Marcelli modica ſolùm portio
bonorum adiudicata fuit Porfidæ, & conſtat
Molendinum, quod Aloyſium tanquam
fideicommiſſarium Marcelli relaxauit Porfi-
dæ, non cadere ſub fideicommiſſo, quia illud
ipſe Marcellus longè ante donauerat inter vi-
uos Hieronymo filio cum iuramento, quod
7 confirmat donationem † inter Patrem, & filiũ
*Iaſ. in l. frater à fratre ſub num. 44. verſ. 7. limita ff.
condit. indeb. Pariſ. conſ. 33. nu. 35. lib. 3. Clar. in §. do-
natio quæſt. 8. ſub nu. 8. Grat. diſcept. 82. nu. 7. & ſeqq.
Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 21. num. 105. Oſaſch. de-
ciſ. 225. nu. 5. & 6.* itaut Pater poſtmodum non
8 potuerit † bona donata fideicommiſſo ſubij-
cere, *l. perfecta donatio Cod. donat. quo ſub mod. l. 2.
Cod. reuoc. donat. & in terminis Rot. in Romana fidei-
commiſſi de Spiritibus 17. Februarij proximè præteri-
ti coram me.*

Ex quibus reſultat etiam vrgentiſſima prę-
ſumptio, quod tranſactio facta fuerit collu-
9 ſiuè, & mala fide † ad ſupplantandos credito-
res, maximè quia in eadem tranſactione con-
uentum fuit, quod Porfida medietatem bo-
norum ſibi ex fideicommiſſo Marcelli dimiſ-
ſorum ab Aloyſio ſtatim illi donaret, prout
10 donauit, quæ mala fides † eo magis elidit vim
tranſactionis, *Iaſ. in l. controuerſia num. 2. verſ. ſe-
cundo intellige ff. tranſact. Molin. de primogen. lib. 4.
cap. 9. ſub nu. 25. verſ. ſimiliter, Surd. deciſ. 256. n. 12.
ex text. in l. Præſes C. pignor.* & regulare eſt, quod
11 tranſactio facta cum hærede debitoris † non
nocet creditoribus defuncti, vt probat *text. in
l. Imperatores in princ. verſ. quare tranſactione ff. trã-
ſact. facit text. in l. 1. §. cum dicitur ff. ſi cui pluſquam
per leg. falc. Aym. conſ. 435. ſub nu. 18. verſ. quibus ita
præſuppoſitis.*

Adeò quod Aloyſius hæres Hieronymi,
qui poſt aditam hæreditatem, & poſſeſſionem
12 bonorum captam † illa per tranſactionem
Porfidæ reſtituit conueniri poſſit à creditori-
bus hæreditarijs, ac ſi non tranſegiſſet, *vt in
l. controuerſia ff. tranſact. notat Alber. ſub n. 3. verſ. nec
enim, & ſub num. 8. Fulgoſ. num. 3. verſ in eadem Iaſ.
ſub num. 2. verſ. addo quod Ciriac. controu. 17. nu. 18.*
& iuxta formam commiſſionis Signaturæ Iu-
13 ſtitiæ fructus bonorum † percipi debeant à
depoſitario deputato pro ſatisfaciendis credi-
toribus *Canaler. deciſ. 567. nu. 2. & 3.*

Et ità deciſum Informantibus ſolum credi-
toribus, quia Porfida pluries citata non com-
paruit.

ROMANA PENSIONIS.

Lunæ 3. Iulij 1645.

ARGVMENTVM.

Arbitrium pro retardatione executionis man-
dati de manutenendo non intrat, attenta quaſi
poſſeſſione Penſionarij exigendi Penſionem,
& declarantur *deciſ. 674. coram Seraphin. & 617.
par. 1. recent.* Exceptio ſubreptionis, vel obrep-
tionis non admittitur in iudicio manutentio-
nis, ſed reijcitur ad petitorium.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula arbitrio remittit iuris rigorem.*
2 *Arbitrium regulatur à Iure.*
3 *Solutio Penſionis de Iure non retardatur pendente lite ſuper nullitate Penſionis.*
4 *Præſertim exiſtente Penſionario in quaſi poſſeſſione exigendi.*
5 *Quaſi poſſeſſio exigendi Penſionem probatur ex ſolutionibus factis Penſionario tàm à moderno titulari, quàm à prædeceſſore, quæ ſuffragantur etiam aduerſus ſucceſſorem, quia ius metimur ex perſona actoris.*
6 Deciſio coram Seraphin. 674. *firmans Rotam noluiſſe declarare arbitrium, niſi prius guſtata validitate Penſionis, declaratur nu. 10.*
7 Deciſ. 617. par. 1. recent. *quod Rota cognita nullitate Penſionis dixit intrare arbitrium pro retardatione executionis pariter declaratur, nu. 11.*
8 *Penſio ſecunda dicitur ſubreptitia, ſi Papæ narratum non fuit beneficium alia Penſione grauatum exiſtere.*

9 *Pen-*

9 *Penſionarius tenetur probare valorem per aſcenſum quia gratia Papæ cenſetur fundata in dicta aſſertione.*

12 *Penſionarius, quando eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, quamuis adſint teſtes hinc inde in contrarium, adhuc manutenendus eſt, quia an dicta teſtium releuent cognoſcendum erit in petitorio, & interim probatio probationem non excludit.*

13 *Penſionarius obtinere poteſt gratiam reualidatoriam quando dubitatur de ſubreptione reſeruationis Penſionis.*

14 *Executio mandati de manutenendo non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

15 *Exceptio ſubreptionis, vel obreptionis non attenditur in poſſeſſorio, ſed reijcitur ad petitorium.*

DECISIO CCXXXVI.

AD remouendum impedimentum vulgò nuncupatum non grauetur à Congregatione Sacræ Viſitæ conceſſum Felici Rectori Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Dorotheæ, ne Angelus Ceccharellus exequeretur mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi annuam Penſionem ſcutorum 20. auri de Camera ad eius fauorem ſuper dicta Eccleſia reſeruatam dum à Bernardino Felicis prædeceſſore poſſidebatur, obtinuit Ceccharellus mihi cui ad inſtantiam ipſius Felicis commiſſa fuerat cauſa appellationis à ſententia per Iudicem ſecundæ inſtantiæ lata ſuper validitate Penſionis committi vigore reſcripti Signaturæ gratiæ, quod in cauſa procederem non retardata executione arbitrio Rotæ ideò propoſito hodie dubio, an intret arbitrium ad effectum retardandi executionē d. mandati de manutenendo, negatiuè reſponſum fuit.

1 Quamuis enim clauſula *arbitrio* remittat iuris † rigorem *Creſcent. deciſ.4. de teſtib.* debet
2 tamen arbitrium † regulari à iure *Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. videbitur num.7. & 8. Cæſ. de Graſſ. deciſ.7. num.7. deciſ.8. nu.2. de ſent. & re iudic. Rot. deciſ.365. num.1. in fin. par.1. recent.* & alias ſæpè. De iure autem pendente lite ſuper
3 nullitate † Penſionis non retardatur illius ſolutio, *Gigan. de Penſ. quæſt.62. num.12. Mareſc. var. reſol. lib.1. cap.21. nu.1. & ſeqq. Seraph. deciſ.1017. num.2.*

4 Præſertim Penſionario exiſtente in quaſi poſſeſſione exigendi, vt in terminis clauſulæ arbitrio ſuper retardatione ſolutionis Penſionis dixit *Rot. in impreſſ. poſt moder. Peruſ. de manut. deciſ.142. num.1. & ſeqq. deciſ.387. numer.2. part.2. recen. & in Cremonen. Penſionis 25. Februarij 1622. coram bon. mem. Vbaldo Seniori.* Prout exiſtere
5 Ceccharellum conſtat, † nedùm ex duabus ſolutionibus factis à Felice, ſed etiam pluribus alijs factis continuo dum vixit à prædeceſſore, quæ conſtituerunt Penſionarium in quaſi poſſeſſione exigēdi etiam aduerſus ſucceſſorem, quia ius metimur ex perſona actoris, *Guidopap. deciſ.629. per tot. Menoch. de recuper. remed.1. num.89. Gigan. de Penſion. qu.47. numer.10. Seraph. deciſ.1147. num.1. ſa. me. Greg. XV. dec.311. num.3.*

6 Non obſtat quod *Rota coram Seraph. dec.674.* noluerit † declarare arbitrium, niſi priùs guſtata validitate Penſionis, *& coram Manzanedo deciſ.617. par.1. recent.* cognita nullitate Penſio-
7 nis † dixerit intrare arbitrium pro retardatione executionis, in caſu verò noſtro penſio apparet nulla ex capite tum ſubreptionis, quia non fuit narratum Papæ, quod Eccleſia grauata erat pluribus cenſibus, vt debuit, cum Papa non præſumatur voluiſſe Eccleſiam duplici onere grauari, ob quam rationem reſeruatio ſecundæ penſionis eſt ſubreptitia, niſi
8 fuerit narratum, quod beneficium erat grauatum alia penſione, *Gigan. de Penſion. quæſt.29. in princ. Pariſ. de reſign. lib.6. quæſt.2. num.40. & ſeqq. Lotther. de re benefic. lib.1. quæſt.38. num.56. & ſeqq. Caſſador. deciſ.3. in princ. de Penſion. Rot. deciſ.169. nu.1. & ſeqq. par.7. recent.*

9 Tum obreptionis, quia falſò penſionarius aſſeruit redditus † beneficij aſcendere ad ducatos 170. quod ipſe probare tenetur cum gratia Papæ cenſeatur fundata in dicta aſſertione, *Garz. de benef. par.1. cap.5. num.476. & ſeqq. Lotther. de re benef. d. quæſt.38. num.53. & ſeqq. Rot. deciſ.237. num.9. & ſeqq. par.5. recent.* nec tamen probauit ex teſtibus examinatis, quia contrarium deponunt teſtes Rectoris.

Nam *Rota in d. Cremonen. Penſionis 15. Februarij 1622. coram bo. mem. Vbaldo Seniori,* declarauit in ſpecie allegatam exaduerſo *deciſ. Seraph.674.*
10 & quot quot † in idem adduci poſſent, procedere quando tractatur de executione litterarum Apoſtolicarum, non autem quando Penſionarius eſt etiam in quaſi poſſeſſione exigēdi, *& deciſ.617. par.1. recent.* pariter exaduerſo
11 allegatam habere locum, quando, vt ibi, ex ventre litterarum Apoſtolicarum conſtat de nullitate, ſeù extinctione Penſionis.

At in præſenti caſu Penſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, nec ex ventre litterarum reſeruationis penſionis apparet falſitas aſſertionis valoris, quæ ſolum educitur extrinſecus ex teſtibus pro Rectore examinatis, quorum dicta an releuent, ſeù potiùs attendendi ſint teſtes penſionarij † cognoſcendum erit in
12 petitorio, & interim probatio probationem non excludit vt in puncto dixit *Rot. in Abulen. Penſionis 15. Decembris 1610. coram bon. mem. Pirouano, & in dicta Cremonen. Penſionis 25. Februarij 1622. coram bon. mem. Vbaldo, §. Domini circa finem.*

Subreptio pariter non eſt in claris, quia ſub Iudice adhuc eſt, an in reſeruatione penſionis ſit facienda mentio cenſuum redimibilium, quibus Eccleſia grauata eſt, præſertim vbi vt in caſu noſtro impoſiti fuerunt pro reparatione, & reædificatione domorum Eccleſiæ, adeo vt auxerint redditum Eccleſiæ, quæ minùs haberet in reddito ſi cenſus non impo-
13 ſuiſſet, & potuit penſionarius † obtinere quatenùs opus fuiſſet ad partes gratiam reualidatoriam, vndè interim donec de his ſuo loco, ac tempore cognoſcatur, non eſt retardanda
14 executio mandati † de manutenendo, vt ad propoſitum ponderat *Rot. d. deciſ.617. ſub nu.3. verſ. loquuntur enim part.1. recen.* & exceptio ſu-

breptionis, vel obreptionis reiicienda eſt ad petitorium *Buratt.deciſ.540.nu.17.& fuit dictum in Papien.Præpoſituræ 30.Maij 1611. coram Attrebaten.impreſſ.apud Marcheſ.de commiſſ.to.2.fol.529 num.3. & in Legionen.Beneficij 4.Iulij 1640. coram R.P.D.meo Ghiſilerio.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

GERVNDEN. VICARIAE.

Lunæ 3. Iulij 1645.

ARGVMENTVM.

Sequeſtrum venit apponendum, ſiue poſſeſſio ſit vacans nè fructus dilapidentur, ſiue ſit nulla, & attentata. Cura animarum ex quibus vnita probetur monaſterio?

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum venit apponendum quoties poſſeſſio eſt vacans, ne fructus dilapidentur.*

2 *Vel ſi fuerit apprahenſa pendente termino ad appellandum, vel poſt interpoſitam appellationem.*

3 *Concurſus non requiritur, quando cura animarum eſt vnita monaſterio, ſed Rector, ſiue Vicarius ad præſentationem Abbatis debet ab ordinario approbari.*

4 *Cura animarum quod fuerit monaſterio vnita probatur ex Inſtrumento donationis eiuſdem Eccleſia, cum omnibus decimis primitijs, & oblationibus, quæ debentur ratione curæ animarum.*

5 *Vnio virtualiter continetur in donatione curæ animarum facta monaſterio.*

6 *Appellatio datur à denegatione inſtitutionis.*

7 *Appellatio quando detur a collatione ordinarij?*

8 *Attentata dicitur poſſeſſio capta poſt interpoſitam appellationem, & parti intimatam, cum proteſtatione ne poſſeſſionem appræhenderet.*

9 *Præſertim ſi in cedula appellationis dicitur eam interponi iudicialiter, & Iudex dedit terminum ad reſpondendum de Apoſtolis.*

10 *Appellatio ſuſpenſiua denegatur in prouiſione Parochialium ex diſpoſitione Sacri Conc.Trid.& Conſtitutionis ſa.me.Pij V.*

11 *Attentata non dicuntur commiſſa, quotieſcumque appellatio ſuſpenſiua denegatur.*

12 *Appellatio ſuſpenſiua denegatur in prouiſione Parochialium per concurſum, ſecus vero quando contenditur ſuper pertinentia iuris conferendi, & præſentatus appellat, tunc enim admittitur, quoad vtrumque effectum.*

DECISIO CCXXXVII.

1 CENSVERVNT Domini apponendum eſſe ſequeſtrum, cui locus eſt, † ſiue poſſeſſio ſit vacans, nè interim fructus beneficij dilapidentur *iuxt.text. in cap. olim de reſcript. vbi Felin.num.1. Abb.in cap.2.num.14.de ſequeſtr.poſſ. & fruct.Arcbid.in cap.quia res numer.9.verſ.quod ſi duo 11. qu.1.Seraph.deciſ.1403. num.5.Buratt.deciſ.900.nu.1.*

2 Siuè fuerit apprahenſa pendente termino ad appellandum, † aut poſt interpoſitam appellationem, vtroque enim caſu tanquam attentata ſequeſtranda eſt de ſtylo *Rota teſte Caſſad.deciſ.3.num.6.de reſtit.ſpol.Caputaqu.deciſ.157.par.3.Caſ.de Graſſ.deciſ.2.num.1.de appell.Garz.de beneſ.par.9. cap.4. num.22.cum alijs allegatis in deciſ.414.n.4.coram Reuerendiſſ.Vrgellen.*

In caſu autem noſtro non probatur, quod poſſeſſio fuerit ab aliquo apprehenſa, nec Bartholomæus Subira prouiſus ab Ordinario potuit illam apprahendere, niſi poſt appellationem per Abbatem monaſterij S.Saluatoris de Breda, necnon per Antonium Puig eius præſentatum interpoſitam ab aſſixione edictorũ pro faciendo concurſu, omnibuſque alijs etiã futuris grauaminibus, quę datur *in Summ.Antonij num.7.* ac poſt aliam proteſtationem intimatam Subirę ne poſſeſſionem apprehenderet *Summ.ibid.num.9.* & licuit appellare, quia non
3 debuit indici concurſus, † ſed ad præſentationem Abbatis approbari ab Ordinario, & deputari Rector, ſeù Vicarius ſtante, quod cura animarum eſt vnita monaſterio, vt habetur *in Conſtitutione ſan.mem. Pij V. incipit ad exequendum, quæ eſt in ordine 47. Bullar.tom.2. & comprobat Sanchez in præcep.decal.lib.7.cap.29.ſub n.191. Flores de Mena in ſuis varijs quæſtionibus quæſt.* 10. *num.40.Rot.deciſ.798.num.5.par.1.diuerſ.dec.102.nu.1.par.1.recent.deciſ.419.nu.2.& 3.coram bo.me. Card.Caualerio.*

Quod vero Eccleſia, & cura animarum illi inhærens fuerit vnita monaſterio † apparet ex
4 Inſtrumento donationis eiuſdem Eccleſiæ ad fauorem Monaſterij cum omnibus decimis, primitijs, & oblationibus, licet enim ſimplex donatio non probet vnionem, ſecus eſt quando continet decimas, primitias, & oblationes, quia cum debeantur ratione curæ animarum, *Card.in clem.vnica de offic.Vicar.nu.10.Seraph.deciſ.1304.ſub num.1.* exindè infertur contineri in donatione ipſius curæ animarum † virtualem
5 vnionem, † quæ ſufficit quamuis de cura expreſſa mentio facta non fuerit *Garz. de beneſ. par.12.cap.2.nu.256.Seraph.d.deciſ.1304.ſub nu.3. verſ.vltimo adden.ad ſan.me.Greg.XV.deciſ.77.ſub num.11. verſ.quæ tamen Rot.in Pampilonen.Vicariæ de Stella 16.Iunij 1642. coram R.P.D. meo Cerro,* iunctis præſertim narratiua vnionis curæ animarum in litteris Apoſtolicis datis in *Summ. nu.5.* Ac ſucceſſiuis deputationibus Vicarij ad præſentationem Abbatis *Summ.ibid.n.9.*

Et vlteriùs erat appellabilis collatio ab Ordinario facta Subiræ, quia continet expreſſam denegationem inſtitutionis præſentati ab Ab-
6 bate, à qua denegatione datur † appellatio, vt notant Doctores *in cap. paſtoralis de iurepatr. Garz.de beneſ.par.10.cap.4.num.9.Barboſ.de poteſt. Epiſc.alleg.72.num.193.Viuian.de Iurepatr.lib.12. cap.4. nu.12.Rota in Feltren.Canonicatus 5.Decembris 1603. coram Ortembergo impreſſa apud March. de commiſſ. par.2. fol.84. num.5.* prout etiam da-
7 tur † ab ipſa collatione, *cap.à collatione de appellat.in 6.*

Itaque eſto quod prouiſus ab Ordinario poſſeſſionem appræhendiſſet ſemper verum, eſt dicere, quod poſſeſſio eſſet attentata, † tu ma

quia

8 quia pendebat terminus ad appellandum, tum quia præceſſerat appellatio, & proteſtatio ne poſſeſſionem appræhenderet, quæ præſertim quia fuit intimata parti, & Iudici, & iuſtificatur ex dicto Inſtrumento donationis, quatenus etiam extraiudicialis fuiſſet attentatam, reddidit poſſeſſionem poſtea captam *clem.cauſam de appellat. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 3. num. 14. & 23. Achill. deciſ. 32. num. 1. de appellat. Buratt. deciſ. 859. num. 1.* quo magis quia in cedula appellationis dicitur eam interponi
9 iudicialiter, † & Iudex ſuſcepit terminum ad reſpondendum de Apoſtolis, vt per *Seraph. deciſ. 598. nu. 3. & 6. Viuian. de Iurepatr. lib. 11. cap. 4. num. 52.*

10 Nec obſtat quod in Eccleſijs Parochialibus appellationem ſuſpenſiuam prohibeat *Concil. Triden. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. & Conſt. 33. Pij V. ſan. mem.* & proinde non ſit locus † attentatis,
11 *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. nu. 246. adden. ad ſa. me. Greg. XV. deciſ. 538. num. 7.* Quia vtrobique agitur de Parochialibus, quæ prouidentur per concurſum, & quando facto concurſu appellatur à relatione examinatorum, ſeu à mala
12 electione Ordinarij, † ſecus verò quando vt in caſu noſtro contenditur ſuper pertinentia iuris conferendi, & præſentatus appellat, vt declarauit *Rota deciſ. 556. num. 2. part. 1. deciſ. 197. num. 9. & ſeqq. par. 5. recent. deciſ. 625. num. 5. coram bo. mem. Buratt. deciſ. 160. num. 3. coram Reuerendiſs. Vrgellen. & in Compoſtellana Parochialis 4. Februarij 1641. coram Eminentiſs. D. Card. Panzirolo, tunc Sacra Rota Auditore.*

Et ità deciſum vna tantum parte Informante altera tamen expectata diù, & ſæpiſſimè citata.

MELEVITANA COMMENDAE.

Luna 3. Iuly 1645.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione latiſſimè declarantur nonnulla ſtatuta, & ordinationes S. Religionis Hieroſolymitanæ, ex quibus non irrogatur pœna incapacitatis ad obtinendam Commendam; necnon etiam alia declarantur, ex quibus incurritur pœna incapacitatis, vt patet ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Statuta 43. & 44. S. Religionis Hieroſolymitanæ contra negligentes tranſmittere computa ſingulis annis ad Capitulum Prouinciale non imponunt pœnam incapacitatis, vel priuationis.*
2 *Pœna priuationis, vel incapacitatis locum non habet, niſi in caſibus à Iure communi, vel municipali expreſſis.*
3 *Pœna priuationis non cenſetur irrogata, quando alia legitur à ſtatuto impoſita.*
4 *Statutum 38. & ordin. 51. S. Religionis Hieroſolymitanæ præfigunt terminum ſex menſium finità receptoria in reddendis rationibus.*
5 *Et mora hoc caſu non committitur termino ad reddendam rationem durante.*
6 *Pœna non incurritur ſine mora.*
7 *Tempus ſmutitionis attenditur ad effectum incapacitatis.*
8 *Statutum 50. S. Religionis Hieroſolymitanæ vult receptores negligentes in exigendo à debitoribus communis ærarij teneri de proprio, niſi doceant debitas feciſſe diligentias.*
9 *Non tamen dictum ſtatutum receptoribus irrogat pœnam incapacitatis.*
10 *Ordinatio 76. S. Religionis Hieroſolymitanæ diſponit, quod ſtatuta, ac ſtabilimenta ſancita aduerſus debitores communis ærarij, ſeueriùs compræhendant receptores in proprio munere negligentes.*
11 *Dicta tamen ordinatio in §. & propterea decernimus explicat ſpecies negligentiarum, quas pœna priuationis damnare intendit, vltra quas non debet extendi, & nu. 12.*
13 *Pœna vt incurratur ex ſola negligentia intelligitur, quando lex pœnalis eſt clara, & indubitata tàm quoad ſui intellectum, quàm quoad vſum.*
14 *Pœna, ſine culpa, & dolo non incurritur.*
15 *Debitor communis ærarij, quod aliquis ſit ex quibus probetur?*
16 *Debitum probatur ex illius ſolutione poſtea ſecuta; quod procedit etiam vbi requiritur concludentiſſima probatio debiti.*
17 *Debitum non deſinit eſſe liquidum ex proteſtatione ſolutioni adiecta, quod ſoluens prætendit nihil debere, donec aliunde probetur negatiua debiti.*
Contrarium infra num. 27. 28. & ſeqq.
18 *Negatiua quod quis non ſit debitor communis ærarij non probatur ex fide illius Secretarij, cùm ex ea non coarctetur, quod non ſit debitor in alijs libris, ſeu alibi.*
Fallit quando eſt adminiculata, vt nu. 26.
19 *Debitor communis ærarij efficitur, ex ſtatuto 50. qui exigere neglexit à debitoribus communis ærarij.*
20 *Sententia an retrotrahatur?*
21 *Ordinatio 77. imponit pœnam priuationis receptoribus non ſoluentibus debita, quibus pro ſolidatione computorum ſatisfacere tenebantur, nulla expectata ſententia, & in ſtatuto 38. cauetur quod tales receptores ex ipſa die, qua rationem reddiderunt ſint incapaces, num. 22.*
23 *Adminiſtrator ante redditam totalem rationem debitor pecuniæ ſemel exactæ dici nequit.*
24 *Negatiua debiti communis ærarij probatur ex ſententia Cameræ computorum iuncta etiam fide Secretarij communis ærarij, & nu. 25.*
26 *Fides adminiculata probat.*
27 *Confeſſio debiti non reſultat ex ſolutione facta ad cauthelam, & cum proteſtatione.*
28 *Et huiuſmodi ſolutio nullatenus præiudicare poteſt ſoluenti.*
29 *Quicquid ſit quando ſolutio eſt pura, & ſolum continet conditionem reſolutiuam in caſum quod conſtaret de indebito.*
30 *Statutum 38. S. Religionis Hieroſolymitanæ mandat infra menſem poſt finitam receptoriam reſtitui pecunias penes receptorem exiſtentes, quando clarum eſt exiſtere, quando vero dubitatur de exiſtentia indulget tempus ſex menſium ad reddendam rationem, & poſt eam redditam incapacitatis pœnam infligit.*

31 *Ordinatio 77. imponens pœnam incapacitatis receptoribus ob non debiti ſolutionem ſtatim non expectata alia ſententia intelligi debet iuxta diſtinctionem de qua in ſupradicto ſtatuto 38.*

32 *Lex poſterior generaliter loquens intelligẽda eſt iuxta diſtinctionem prioris legis ſpecificè diſponentis.*

33 *Statuta, & ordinationes incapacitatem inducentes contra debitores afficiunt dumtaxat debitores liquidos, non autem comprehendunt debita tempore ſinutitionis controuerſa.*

34 *Cauſa quælibet etiam beſtialis excuſat à pœna.*

35 *Cauſa quælibet ſufficit ad euadendam pœnam incapacitatis.*

36 *Declaratio ſubſequens non retrotrahitur ad tempus inhabile.*

37 *Incapacitas ipſo Iure inducta quamuis ſit occulta nocet.*

DECISIO CCXXXVIII.

NON ex vnius negligentiæ fonte incapacitatem equitis Pandulphini ad Cõmendam Sancti Leonardi Senarum hauſerūt deciſiones emanatæ coram R.P.D. meo Ghiſilerio, & informantes pro equite Saraceno, ſed multiplicis; nempè in tranſmittendis ad quodlibet capitulum Prouinciale, eoque cõpleto ad Magnum Magiſtrum, & conuentum computis receptoriæ, quàm Pandolphinus adminiſtrabat iuxtà præſcriptũ ſtatuti 43. & 44. de communi ærario, & finita receptoria reddendis rationibus totius adminiſtrationis, vt mandat ſtatutum 38. & ordinatio 51. cod. tit. in exigendo à debitoribus communis erarii iuxta ſtatutum 50. cod. tit. in conſignando paramentum ſericum ad Religionem ſpectans Equiti Rondinello ſucceſſori in officio receptoriæ ſecundum diſpoſitionem ſtatuti 38. & ordinationis 77. ac tandem in ſoluendo quod Religioni debebat occaſione eiuſdem receptoriæ, ob quam negligentiam incapacitatis pœnam irrogat ſtatutum 24. & 38. & ordinatio 77. in quibus fundatur vltima deciſio edita coram me 17. Martij proximè præteriti.

A qua tamen necnon aliis præcedentibus coram R.P.D. meo Ghiſilerio, cauſa hodie ſuper eiſdem propoſita recedendum eſſe Do-
1 mini cenſuerunt; nam ſtatuta † 43. & 44. negligentes tranſmittere computa ſingulis annis ad Capitulum Prouinciale non puniunt
2 incapacitatis, vel priuationis pœna, † quæ locum non habet, niſi in caſibus à iure communi, vel municipali expreſſis, *gloſſ. in cap. fin. verbo ex vi iuriſpatronatus de iurepatr. & ibid. Abb. num. 8. Valenz. conſ. 128. num. 19. Creſc. deciſ. 9. nu. 1. de probat. Caputaqu. deciſ. 98. num. 3. par. 3. Achil. deciſ. 1. nu. 5. de iureiur. Rot. deciſ. 489. n. 2. par. 2. recent.*
3 Eoque minùs quando vt in caſu noſtro † alia pœna legitur à ſtatutis impoſita *Bald. conſ. 256. num. 5. lib. 4. Caſſad. deciſ. 2. numer. 5. de iureiur. Rota deciſ. 270. ſub nu. 4. verſ. vnde infertur part. 1. recent.* Reddendis vero rationibus finita receptoria
4 ſtatutum 38. & ordinatio 51. præfigunt terminum † ſex menſium, quo durante, † quia
5 non committitur mora, *l. ſi inſulam ff. verb. oblig. l. nullā intelligitur mora ff. reg. iur. & tradunt DD. in l. ſi ita ſtipulatus §. 1. ff. verb. obligat.* non incur-
6 ritur † pœna priuationis *Valenzuel. conſ. 16. numer. 45. & fuit dictum in Melouitana Commenda 4. Decembris 1634. coram bo. me. Pirouano, quæ eſt deciſ. 562. num. 9. inter impreſſ. part. 5. recent.* durabat autem terminus ſex menſium tempore ſinutitionis huius commendæ; † quod ad effectũ
7 incapacitatis attenditur *Lotther. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 15. num. 49. & 63. Rot. in Aquitanien. Prioratus 11. Aprilis 1622. coram bon. mem. Pirouano § ſi primo igitur, & in Melouitana Commenda de Mazzara 5. Martij 1635. coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano impreſſa par. 7. recent. deciſ. 306. nu. 11. & 12. & in eadem 15. Aprilis 1635. coram bon. mem. Merlinanno impreſſ. ibid. deciſ. 116. n. 3. & n. 14.*
8 Negligentia in exigendo à debitoribus communis erarij, etſi præſumeretur eo quod ſtatutum 50. receptores vult de proprio teneri, niſi fecerint debitas diligentias, & de illis legitimè doceant, vt ponderauit *Rot. dec. 149. num. 5. & 13. & deciſ. 186. num. 8. part. 5. recentior.*
9 Non tamen ex eodem ſtatuto † plectitur dicta pœna incapacitatis, quæ nec poteſt deſumi ex ordinatione 77. diſponente † quod ſta-
10 tuta, ac ſtabilimenta ſancita aduerſus debitores communis erarij rigoroſiùs, ac ſeueriùs comprehendant receptores in proprio munere
11 negligentes, quia cum eadem ordinatio, † ibi, *& propterea decernimus,* explicet ſpecies negligentiarum, quas pœna priuationis damnare
12 intendit, vltra illas † non debet extendi; *ad text. in l. cum quidam ff. lib. & poſth. cap. in pœnis de reg. iur. in 6. Suar. in repet. l. poſt rem iudic. in declarationibus legis Regni limit. 6. n. 8. Valenz. conſ. 128. num. 25. Caualer. deciſ. 7. numer. 4.* ſufficit dubitari poſſe an verba ordinationis negligentiam de qua agitur complectantur; nam quod dicitur
13 ex ſola negligentia incurri pœnam poteſt habere locum quotieſcumque lex pœnalis eſt clara, & indubitata tàm quoad ſui intellectũ, quàm quoad vſum vt declarando *text. in l. meminerint Cod. vnde vi dixit Rota in Conchen. Beneficij de Valdeiudios 13. Iunij 1612. coram bon. mem. Card. Sacrato impreſſ. poſt conſil. Farinacc. deciſ. 361. num. 12.*

Circa reſtitutionem paramenti ſerici, Pandolphinus ſui muneris partes non neglexit nam conſtat illud tradidiſſe propolæ, ſeu vt vulgo dicitur reghatterio vt venderetur vtilior pro religione, & venale diù ſtetiſſe, ac tandem non reperto emptore fuiſſe ab eodem propola redditum equiti Rondinello, qui in receptoria ſucceſſit, adeò quod Pandolphinus vacauit omni dolo, & culpa ſine qua pœna
14 non committitur, *cap. quæſiuiſti in fin. de his qui fiunt à maior. part. cap. Bald. in l. 1. num. 27. Cod. his quæ pœn. nom. Corn. conſ. 94. nu. 1. lib. 3. Dec. conſil. 581. num. 10. Valenz. conſ. 24. num. 8. & 9. & conſil. 145. n. 28. Caputaq. deciſ. 233. n. 7. par. 1.*

Sola negligentia in ſoluendo debitum videtur magis vrgere, quod enim Pandolphinus eſſet debitor communis erarij † occaſio-
15 ne pecuniarum, quæ durante receptoria ad eius manus peruenerunt in ſumma ſcutorum 1048. conſtat, tum ex computis anni 1637. tum ex ſolutione eiuſdem quantitatis

Poſt

poſt vacationem huius commendæ facta à Pandulphino, quæ licet non inducat obligationem inductam tamen declarat, & debitum
16 probat etiam vbi requiritur concludentiſſima probatio, *l. cum de in rem verſo ff. vſur. Bald. in l. 1. col. 3. num. 13. Cod. fideicom. Martha voto 10. num. 10. & 11.* Neque ex proteſtatione ſolutio-
17 ni adiecta † quod ſoluens prætendebat, nihil ſe debere, debitum deſinit eſſe liquidum, donec aliundè probetur negatiua debiti, *l. ſtatu liber rationem ff. ſtat. liber. & per eum textum Soccin. conſ. 24. ſub num. 36. lib. 1. Gabr. conſ. 146. num. 3 & seqq. lib. 2. Grammat. deciſ. 58. num. 10. & 11.* cum alijs relatis per *Felic. de ſociet. cap. 31. num. 67. & ferè in punct. Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 15. nu. 68.* ad quam probandam non eſt ſatis fides Secretarij communis erarij dicentis Pandolphinũ
18 non apparere debitorem, † quia non inde coarctatur negatiua, quod non ſit debitor in alijs libris, ſeu alibi, vt fuit ponderatum in *Aquitanien. Prioratus 19. Aprilis 1624. coram bon. mem. Pirouano, & in deciſ. 149. numer. 4. & 5. par. 5. recent.*

Erat inſuper Pandolphinus debitor ſimilis
19 ſummæ † eo quod totidem exigere neglexerat à debitoribus communis erarij, vt diſponit ſtatutum 50. & declarauit Camera computorum de anno 1640. cuius declaratio de-
20 bet attendi, ac retrotrahitur, † vt de ſententia tradit, *gloſſ. in c. cum quis verbo incurrit de ſent. excomm. in 6. Bald. conſ. 374. n. 2. lib. 3. Gaill. de pac. publ. lib. 2. cap. 19. numer. 23. Coſt. de retrotract. caſ. 7. cap. 8. nu. 4.* Præſertim quia in ordinatione 77.
21 receptoribus † non ſoluentibus debita, quibus pro ſolidatione computorum ſatisfacere tenebantur imponitur pœna priuationis ſtatim non expectata alia ſententia, & in ſtatu-
22 to 38. † cauetur quod iidem receptores ex ipſa die qua rationem reddiderunt ſint incapaces.

Sed his non obſtantibus Domini dixerunt, non conſtare de debito Pandolphini ad effectũ de quo agitur; quod enim deducitur ex computis anni 1637. extinctum fuit in ſequentibus annis 1638. & 1639. quibus durauit receptoria; cuius finis attenditur, cum enim adminiſtrator potuerit pecunias exactas vno anno conſumere ad commodum Religionis in neceſſarijs expenſis annorum ſubſequentium, totius adminiſtrationis curſus eſt inſpiciendus nec ante redditam totalem rationem conſti-
23 tuendus debitor † pecuniæ ſemel exactæ, dum de eius exitu docet *Bald. conſ. 463. n. 4. verſ. quarta ratio lib. 1. Anchar. conſ. 235. nu. 1. ad fin. verſ. præterea; Alex. conſ. 192. ſub num. 2. & 3. lib. 7. Tob. non. conſ. 63. num. 26. Cepb. conſ. 768. nu. 14. & conſ. 769. numer. 11. Facchin. controu. iur. lib. 8. cap. 58. verſ. ſed hoc fundamentum Gratian. diſcept. 129. num. 1. & ſeq. Anton. de Amat. reſolut. 58. num. 14. & ſeqq. vbi plures allegat, Buratt. deciſ. 123. nu. 6. & deciſ. 443. n. 2. Rot. deciſ. 612. num. 3. par. 1. recent.* Docet autem in caſu noſtro ex computis annorum ſubſequentium, & ex ſententia Cameræ computorum, † quæ non condemnauit Pandolphi-
24 num ad pecunias vt ſupra exactas, ſed ſolùm ad neglectas exigere à debitoribus erarij, nec ſanè omiſiſſet condemnare, vel per tot annos poſtea decurſos petere, niſi debitum fuiſſet æquatum in annis ſubſequentibus, vt in proximis terminis aduertit *Rot. in Meleuitana Commendæ de Mazara 15. Aprilis 1636. coram bon. me. Motmanno impreſſ. par. 7. recent. deciſ. 116. ſub nu. 7. verſ. & negatiuam*; iuncta maximè ſupracitata
25 fide ſecretarij communis ærarij, † prout iungitur ad probãdam negatiuam debiti in dicta *deciſ. 116. verſ. ac demum*, necnon alia fide Cancellarij Prioratus Piſarum, & duabus ſententijs latis Melitæ altera à conſilio completo ad fauorem Pandulphini, quibus valdè admini-
26 culatur fides ſecretarij, ideoque probat quãuis de ſe ſola non ſufficeret, *Caputaq. dec. 234. par. 1. Rot. deciſ. vltim. num. 2. part. 1. diuerſ. deciſ. 306. nu. 7. coram bo. me. Buratt. Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 15. num. 51.*

Neque contrarium conuincitur ex quo Pandolphinus poſt completam receptoriam dicta ſcuta 1048. ſolueri Religioni, quia ſoluit ad cauthelam ad euitandum præiudicium, ſi quod poſſet incurrere, ne videlicet ſub prætextu talis debiti arceretur à ſmutitione commendæ de proximo facienda, donec computa receptoriæ à Camera ſolidarentur, & cum declaratione expreſſa, quod prætendebat nihil debere, vt ſuis loco & tempore docere reſeruabat, quæ conditiones appoſitæ in actu ſolu-
27 tionis excludunt confeſſionem debiti † vt in terminis ſolutionis ad cauthelam dixit *Rot. d. deciſ. 116. nu. 15. par. 7. recent. & in ſimili Becc. conſil. 55. num. 31. Mancin. de confeſſ. cap. 3. art. 2. num. 7. Rot. deciſ. 5. de except. in antiq. deciſ. 11. de ſentent. excomm. ibid. deciſ. 125. ſub num. 11. coram ſan. me. Gregor. XV. add. ad eumdem deciſ. 331. numer. 18.* itaut
28 huiuſmodi ſolutio nullatenùs præiudicare poſſit ſoluenti, vt probat *text. in l. fin. Cod. condit. indeb. l. ſi quis ſic ſoluerit ff. eod. & tradit Roman. conſil. 252. in fin. Cancer. var. reſol. tom. 2. cap. 6. nu. 48. Martha voto 87. num. 14.* tam reſpectu repetendi ſolutum tanquam indebitum, quàm probationis debiti in præiudicium ſoluentis, quia verſamur in terminis ſolutionis factæ ad aliũ effectum, quàm probandi debitum, & habentis in ventre declarationes contrarias illius confeſſioni; quicquid dicendum eſſet ſi
29 ſolutio eſſet pura, & contineret ſolum conditionem reſolutiuam in caſum quod appareret indebitum, in quibus terminis loquitur *Socc. Gabr. & alij exaduerſo allegati, vt bene diſtinguendo animaduertit Felic. de ſocietat. cap. 31. numer. 71.*

Ex quibus vel penitùs eliditur probatio debiti, vel negari non poteſt quin ſaltem de eo dubitari contingat, vndè fit vt eadem ſolutio facta infra ſex menſes à die finitæ receptoriæ, quæ terminauit per totum menſem Aprilis 1639. ſuffragetur ad euitandam pœnam incapacitatis, quia ſtatutum 38. quamuis velit
30 infra menſem † poſt finitam receptoriam reſtitui pecunias penès receptorem exiſtentes, quando clarum eſt exiſtere, quando tamen hoc Religioni, aut ipſi receptori conſtare non

poteſt, niſi diſpunctis rationibus adminiſtrationis indulget tempus ſex menſiũ ad reddendas rationes, & poſt eas redditas incapacitatis pœnam infligit, & attenta eadem diſtinctio-
31 ne intelligenda, *eſt ordinatio 77.* † imponens pœnam receptoribus ob non ſolutionem debiti ſtatim non expectata aliq ſententia declarando legem poſteriorem generaliter loquen-
32 tem † iuxtà diſtinctionem prioris legis ſpecificè diſponentis, vt debet *l. ſed, & poſteriores ff. legib. gloſſ. in l. non dubium verbo amplexus in fin. Cod. eod. Suarez de legib. lib. 6. cap. 27. nu. 13. Sanch. de matr. lib. 2. diſp. 24. num. 6. Menoch. conſ. 187. numer. 38. Bart. in extrauag. ad reprimen. verb. non obſtantibus num. 7. & 9.*

Multò minus excludere poteſt Pandolfinum à conſecutione huius commendæ alia debiti ſpecies reſultans ex negligentia in exigendo à debitoribus communi erarij, quià tempore ſmutitionis, quod vt ſupra dictum eſt attenditur pendebat ſub Iudice, & Pandolfino plures excuſationes non deerant, vt patet ex eius epiſtola data in, *Summ. num. 8.* cum tamen ſtatuta, & ordinationes inducentes in-
33 capacitatem contra debitores †afficiant dumtaxat debitores liquidos, & certos, neque cõpræhendant debita tempore ſmutitionis controuerſa, vt in terminis reſolutum fuit in *deciſ. 26. num. 5. & ſeqq. deciſ. 303. num. 6. part. 7. recent.* quia ſola rationabilis credulitas receptoris quod non eſſet negligens, ac debitor quæ-
34 libet cauſa † etiam beſtialis excuſat à pœna, *Surd deciſ. 78. num. 7. & deciſ. 188. num. 8. Put. deciſ. 484. in fin. lib. 2. Rot. deciſ. 268. nu. 3. in fin. par. 2.*
35 *recent.* & in terminis incapacitatis†ad comendas Religionis Hieroſolymitanæ, *deciſ. 562. num. 18. part. 5. recent. deciſ. 26. num. 8. part. 7.*

Non obſtat ſententia Cameræ computorũ declarans Pandolſinum debitorem ob dd. negligentias, quia emanauit de anno 1640. & ſic longè poſt ſmutitionem huius commendæ factam de anno 1639. & eſto quod poſſet retrotrahi ad tempus ſmutitionis, quia tamen tunc pendebat terminus ſex menſium præfixus receptoribus ad reddendas rationes, & ſoluenda debita de eo tempore illiquida, & non dum per ſolidationem computorum purificatã, quo non elapſo pœna incapacitatis non incurritur ex ſupra allegatis, propterea cum tempus ſmutitionis eſſet inhabile ad inducẽdam incapacitatem, eandem propter inha-
36 bilitatem termini, ad quem non † induceret retrotractio declarationis, *Bart. in l. neceſſario §. quod ſi pendente num. 3. ff. periculo, & commod. rei vendit. Iaſ. in l. ſi his qui pro emptore nu. 107. & 340 ff. vſucap. Caſtr. in l. quoties numer. 1. ff nouat. Gabr. conſ. 109. num. 1. 2. lib. 2. Hond. conſ. 18. num. 67. lib. 2. Coſta de retrotract. cap. 7. num. 1. & 2.* licet ſecus dicendum eſſet ſi Pandolfinus declaratus fuiſſet debitor ex cauſa liquida pecuniarum ad eius manus peruentarum, quo caſu, quia debitum etiam tempore ſmutitionis erat certũ, & notum receptori, quamuis alijs occultũ, ex
37 tunc contracta fuiſſet incapacitas†paſſiua ipſo iure inducta; quæ licet occulta nocet, in quibus terminis loquitur, *Suarez de legib. lib. 3. c. 1. num. 7. Surd. & alij allegati in vltima deciſione edita coram me 17. Martij proximè præteriti.*

Et ità deciſum vtraque Parte bis informante.

ROMANA SVCCESSIONIS.

Lunæ 20. Nouembris 1645.

ARGVMENTVM.

Arbitrium pro ſanatione examinis Teſtium non intrat etiamſi factum apparet cum interrogatorijs aduerſarij, quando data fuerunt à perſona non legitima, & conſtat de irreleuantia examinis Teſtium.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium pro ſanatione examinis Teſtium cum interrogatorijs aduerſarij non intrat quando data fuerunt à perſona non legitima, & concurrit irreleuantia examinis Teſtium, num. 3.*
2 *Citatio non afficit quando actus geritur aliter, quam in ea ſit dictum.*
4 *Teſtator ſi in teſtamento cauſas expreſſit, ob quas filiam hæredem non inſtituit, illis inhærendum eſt.*
5 *Dictio* etiam *eſt ampliatiua.*
6 *Hæreditas paterna minus debita eſt filijs, quam legitima.*

DECISIO CCXXXIX.

SVPER deciſis die 26. Iunij proximè præteriti conceſſa ſubſequenti menſe Iulij noua audientia Ioanni Thomæ Saccho, eoq; diù expectato, hodiè tandem ad inſtantiam alterius partis aſſumpta fuit diſcuſſio dictæ vltimæ deciſionis, quam Domini infirmarunt ex rationibus in illa, necnon alia præcedenti deductis.

Neque enim, ex quo examen Teſtium emanauerit cum interrogatorijs aduerſarij in-
1 trare poteſt † arbitrium pro ſanatione nullitatum eiuſdem examinis, dum interrogatoria non fuerunt data à legitima perſona, ſed à quodam Gaſpare Berto vti curatore hæreditatis iacentis Herrici ſenioris, & tamen hæreditas non iacebat, ſed fuerat adita ab Herrico iuniore. Quatenùs verò replicatur, quod idem Herricus iunior, iàm deceſſerat, eiuſque hæreditati iacenti præfatus Bertus fuit deputatus curator, contrarium conuincitur ex lectura citationis factæ ad videndum deputari curatorem, in ea ſiquidem agitur nominatim de curatore hæreditatis iacentis Herrici ſenioris, & inhærendum eſt verbis citationis, cum quibus conſonant etiam verba decreti deputationis curatoris, quod alioquin non ſubſiſteret ex defectu citationis, quia citatio non affi-
2 cit, † quando actus geritur aliter, quam in ea ſit dictum, *Bart. in l. aut qui aliter in princ. ff. quod*

vi aut clam. idem Bart.ſing.22. Dec.conſ.449. nu.1. & 2.Carpan.ad ſtat.Mediol.cap.1. nu.128.

Placuit etiam aliud motiuum irreleuantiæ
3 depoſitionis Teſtium, † quia ex ſcripturis conſtat de aſſidua Teſtatoris beneuolentia ergà nepotem, deliberataque voluntate illum inſtituendi hæredem, vt expendit *deciſio edita 9.Maij 1644.coram me*, & adſtipulatur commune votum conſeruandi bona in agnatione, vt his cauſis tribuenda ſit inſtitutio nepotis maſculi, & excluſio Ceciliæ filiæ, non autem odio Teſtatoris in filiam ob carcerationem, quam falſo ſibi credidit ab ea procuratam; præſertim, quia in Teſtamento exprimuntur
4 cauſæ,†ob quas Teſtator filiam hæredem vniuerſalem non inſtituit,nec ab illis eſt recedendum, *Piccard. in §.poſteriore, & §.ſed, & ſi quis num.21.Inſt.quib. mod.teſtam.infirm.Ruin.conſ.162. num.6.lib.4.cum alijs allegatis in ſupramemorata deciſione anni 1644.*

Nequè verificatur in facto, quod cauſæ in teſtamento expreſſæ referantur duntaxat ad excluſionem filiæ à legitima, ac Trebellianica, nam ibi ob cauſas expreſſas Teſtator inſtituit filiam in ſcutis decem pro omni, & toto eo quod poſſet prętendere ex ſua vniuerſa hæreditate etiam ex cauſa legitimæ, ac Trebellianicæ loquitur ergò de vniuerſa hæreditate, & mentionem facit de legitima, ac Trebllia-
5 nica ampliatiue prout denotat dictio † *etiam Pariſ.conſ.46.num.30.lib.4.Barboſ.dict.95. per tot Rot.deciſ.226.num.4.part.1.recent.deciſ.806. nu.4. coram bon.mem.Buratto.* Præter quod cauſæ excludendi filiam à legitima influunt multò magis in excluſionem à reliqua hæreditate,
6 quæ minus eſt debita, quam legitima, & pendet à libera diſpoſitione Teſtatoris, *Ciriac. contr.2.num.66. & fuit dictum in Romana Hæreditatis de Fabijs 3.Iunij 1641.coram me.*

Atquè ità deciſum vna tamen Parte informante aduerſario tamen pluries.

ROMANA DOMORVM.

Lunæ 11.Decembris 1645.

ARGVMENTVM.

Appellans intrà 30.dies tenetur redire pro Apoſtolis, & infrà decem tenetur cauſam appellationis committere, quando fuerunt dati Apoſtoli reuerentiales. Permutatio fundi dotalis facta à viro cum conſenſu vxoris, ſubſtinetur de iure canonico ſi interceſſit iuramentum, & præcipuè ſi fuerunt adhibitæ ſolemnitates. Expenſę neceſſariæ factæ à viro in fundo dotali reficiendæ ſunt ab vxore, & minuunt dotem, quoad valorem, & extimationem. Solemnitates Statuti non ſunt neceſſariæ in cõtractu celebrato inter mulieres æqualiter priuilegiatas, & æqualiter ſe habentes ad damnum ſicut ad lucrum. Reliqua quoad liquidationem penſionum domus, necnon taxationem expenſarum litis deſume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quando habuit terminum pro ſeruato ſufficit infra eum terminum appellaſſe ſub conditione, quatenùs contrà.*

2 *Sententia iniuſta nunquam tranſit in iudicatum.*

3 *Fundus dotalis conſtante matrimonio alienari nequit abſque legitima cauſa.*

4 *Amplia etiam conſentiente vxore.*

5 *Alienatio fundi dotalis etiam munita Iuramento nulla eſt de iure ciuili. Contrarium de iure canonico, nam fauor animæ præualet fauori dotis, numer.16.*

6 *Ius ciuile non autem canonicum ſeruandum eſt Romæ inter Ciues, & incolas in caſibus per ſtatuta particularia non diſpoſitis.*

Statutum Vrbis cap. 42. libr. 1. *mandat ſeruari ius ciuile in caſibus, in quibus ſtatuta non diſponunt ibid.*

7 *Statutum Vrbis* lib.1.cap.151.*præſumit iuramentum interpoſitum in contractibus mulierum dolo extortum, niſi concurrat cauſa legitima, & à Iudice cognita.*

8 *Cauſa debet exprimi Iudici, & ab eo approbari etiam in contractu permutationis, quæ fit à muliere.*

9 *Ad virum ſpectat reparare fundum dotalem,& cauſa reparationis non reſpicit perſonam mulieris, num.10.*

11 *Decretum Iudicis ſi adhiberi debet in contractibus fundari non debet in his, quæ non ſunt, ſed de futuro contingere poſſunt, vel ſperantur.*

12 *Contractus, vt annulletur in totum ex falſitate cauſæ ſufficit cauſam eſſe falſam in parte.*

13 *Sententia tranſit in iudicatum ob non interpoſitam appellationem in tempore.*

14 *Sententia tranſit in iudicatum ſi appellans infra 30 dies non redijt pro apoſtolis, quando datus fuit terminus Iuris.*

15 *Appellans tenetur infrà decem dies committere cauſam appellationis, quando dati fuerunt apoſtoli reuerentiales.*

16 *Fauor animæ præualet fauori dotis,& matrimonij.*

17 *Quando agitur de efficacia iuramenti attenditur ius canonicum.*

18 *Statutum Vrbis* lib.1. cap. 42. *mandans ſeruari ius ciuile in caſibus non diſpoſitis à ſtatutis locum non habet vbi agitur de efficacia iuramenti, quia tunc attenditur ius canonicum non ciuile.*

19 *Cauſa requiſita à ſtatuto in contractibus mulierum, & minorum quod debeat reſpicere ipſorum vtilitatem non tranſit ſine difficultate.*

20 *Cauſa tamen ſufficit quod ſit vera, vel ſaltem non damnoſa mulieri, vel minori.*

21 *Decretum Iudicis interpoſitum in contractu mulieris, vel minoris facit præſumere vera omnia ibidem expreſſa donec contrarium probetur.*

22 *Impenſæ neceſſariæ factæ in fundo dotali à viro reficiendæ ſunt ab vxore, & minuunt ipſo iure dotem.*

23 *Intellige non quoad dominium, ſed quoad valorem, & extimationem.*

24 *Impenſæ neceſſariæ refici debent ab vxore ſecus verò impenſæ culturæ agrorum, quæ ſpectant ad virum.*

25 *Cauſæ plures vbi fuerunt expreſſæ, quarum altera de ſe*

de ſt eſt ſatis ea ſubſiſtente ſubſtinetur contractus minoris, vel mulieris licet aliæ deficiant.

26 *Solemnitates ſtatuti non requiruntur in contractu inter mulieres ſuper re dotali æqualiter priuilegiatas, & æqualiter ſe habentes ad damnum ſicut ad lucrum.*

27 *Contractus permutationis computatur inter contractus innominatos.*

28 *Pœnitentiæ locus eſt in contractibus innominatis, quando ab vna parte non adimpletur, etiamſi deuentum ſit ad traditionem rerum permutatarum.*

29 *Sententia in iudicatum transfacta debet exequtioni demandari.*

30 *In materia liquidationis fructuum leuiores probationes exiguntur.*

31 *Stabilia ex præſumptione iuris reddere ſolent ad rationem quinque pro centenario.*

32 *Fructus domorum æſtimantur ad rationem quinque pro centenario.*

33 *Expenſæ iudiciales pro citationibus regiſtris, & ſimilibus viuæ appellantur, & refici ſolent à victo victori.*

34 *Rota ſolet vltra alias expenſas arbitrio ſuo taxare aliquid pro mercede procuratoris, & Aduocatorum.*

DECISIO CCXL.

DOMOS dotales Claricis Iannutiæ eius
vxoris, ipſa contiente tradidit Horatius
Colutius Portiæ Caputæ ſtipulante Alfonſo
Ferro illius viro, recepta titulo permutatio-
nis quadam vinea exiſtente ſub directo do-
minio Monialium Sancti Coſmati, qua per
eaſdem Moniales euicta ob alienationem ipſis
irrequiſitis factam, d.Colutius ad domos, vt
ſupra traditas obtinuit aſſociationem, & eaſ-
dem vendidit Benettis, ac alijs perſonis, con-
tra quas commiſſa in Rota cauſa reſtitutionis
in integrum reuocata fuit prefata aſſociatio
per duas ſententias Rotales, primam coram
R.P.D. meo Rojas, alteram coram R. P. D.
meo Ghiſilerio, & hodiè commiſſa mihi exe-
cutione rei iudicatæ propoſui dubium, an
conſtet de re iudicata ſita vt ſit concedendum
mandatum pro fructibus, & expenſis?

Ad excludendam autem rem iudicatam
informantes pro Benettis deducebant primò
ſententiam eſſe de ſui natura appellabilem,
ſeque appellaſſe in tempore, ſiquidem citati
ad ſententiam, & antequam citationis termi-
nus ſeruaretur proteſtati fuerunt in actis non
poſſe ad ſententiam deueniri, & qatenus de-
ueniretur ab ea ex tunc appellarunt, & inſte-
terunt de apoſtolis reſponderi, quæ appellatio
& inſtantia, quin Iudici lecta fuerit dubitari
non poteſt cum Notarius cauſæ ſoleat, ac de-
beat quando coram Iudice ſeruat terminum
citationis, & iudici traditur ſubſcribenda ce-
dula ſententiæ eidem legere, quæ exaduerſo
in termino citationis fuerunt oppoſita, & de
ſtylo vbi Iudex habuit terminum proſeruato
1 to † ſufficit infrà eum terminum appellaſſe
ſub conditione quatenùs contra, vt teſtatur
Veſtr.in prax.lib.7.cap.3.num.28.& ſeqq. Gonz.ſuper reg.8.gloſſ.60.num.92.& 93.Rot.deciſ.391.nu.2 lib.3. part.3.diuerſ.

2 Secundò iniuſtitiam, quæ † impedit tranſi-
tum in iudicatum, *cap.fin.de re iudic.in 6.l.1.& ſeqq.Cod.quando prouoc non eſt neceſſe, Rot.deciſ.1.de reſt.in integ. in antiq.* Confirmari namque de-
buit aſſociatio colutio authori illorum de
Benettis conceſſa ad domos permutatas ſtan-
te nullitate permutationis, cum eædem do-
mus eo quod erant fundi dotales non potue-
3 rint conſtante matrimonio † alienari abſque
legitima cauſa, *l.vnica §.& cum lex Cod.rei.vxo. act.Caſtr.in l.cum vir numer.3.ff.vſucap.Valeſc.deciſ.150.num.6.deciſ.127.nu.15.* etiam cum con-
4 ſenſu † vxoris *d.§.& cum lex verſ.nec conſentiente Caſtr.in d.l.cum vir num.4. Barboſ.in l.1. part.5. num.4 ff.ſol.matr.Surd.de alim.tit.8.priuil.36.nu.1. Valaſc.d.deciſ.150.num.6.Giurba ad conſuetud.Meſſana cap.14.gloſſ.3.§.1.num2.& ſeqq.*

Nec releuat, quod alienatio munita ſit v-
triuſq; coniugis iuramento, tum quia adhuc
5 alienatio † eſt nulla de iure ciuili, vt tradit
gloſſ.in d.l.vnica §.& cum lex verb.alienare verſ.& hoc Surd.de alimen.d.priuil.36.ſub num.3. Maceraten.var.reſol.lib.2.reſol.60.caſ.35.Giurb.d. cap.14. gloſſ.2.par.1.numer.8. quod autem ius canoni-
6 cum † ſeruandum eſt Romæ, inter Ciues, &
incolas in caſibus per ſtatuta particularia non
diſpoſitis, habetur *in cap.42.Statut. Vrb.libr.1.*

Tum etiam, quia ex diſpoſitione alterius
7 *Stat.Vrb.libr.1.cap.151.* Iuramentum interpo-
ſitum in contractibus mulierum præſumitur
dolo, & metu extortum niſi concurrat cauſa
8 in ſcriptis expreſſa, † & in contractu permuta-
tionis dixit, *Rot.deciſ.136.num.1.deciſ.143. nu.1. & deciſ.167.part.3.recent.* In contractu vero hu-
ius permutationis duæ fuerunt expreſſæ cau-
ſæ, altera quod domus indigebant reparatio-
ne, altera quod Colutius vir Lucretiæ cum
tanquã nullum habens exercitium operam
perderet implicando eius operas in gubernio
vineæ coniuges ſperabant vberiores fructus ſe
ſe conſecuturos. Prima eſt inepta cum enim
9 onus reparandi † fundos dotales ſpectet ad vi-
rum, *l.et in totum ff.impen.in reb.dotal.fact.* cauſa
reparationis non reſpicit perſonam mulie-
10 ris, † vt requiritur, *Ceſ.Manen.deciſ.7. num.45. Rot.deciſ.3. numer.23. apud Zacch. de ſociet. offic. deciſ.34.numer.2. apud Pic.ad Stat. Vrb. cap.151. deciſ.167. num.3. part.3.recent.* Altera eſt falſa,
quia conſtat Colutium exercuiſſe officium
proxenetæ, & vlterius eſt pariter inepta cum
11 decretum Iudicis † fundari non debeat in his,
quæ non ſunt, ſed de futuro contingere poſ-
ſunt, vel ſperantur, *Simoncell. de decreto libr.1. tit.1.ſub numer.39. Ceſ.Manen.d.deciſ.7.numer.27. & ſeqq.* vbi quod in huiuſmodi alienationibus
prouideri debet neceſſitati præſenti non futu-
ræ, & *num.29.& ſeqq.* & ſufficit cauſam eſſe fal-
12 ſam in parte, vt contractus annulletur in to-
tum, *Rimin.Iun.conſ.5. num.210.& ſeqq. Ciriac. controu.257.num.15.& ſeqq. Rot.deciſ.852. num.2. par.4.diuerſ.deciſ.251.nu.10.& ſeqq. part.6.recent. deciſ.229.num.8.& 9.part.7.* Præter quod maio-
ris fructus erant domus, quæ pluris valebant
quam vinea, vt legitur in iſtrumento permu-
tationis, & fructus vinearum in agro Roma-
no ſunt incerti, ſæpèque nulli, vndè emanauit

vulga-

vulgare adagium, *vbi bà vigne bà tigne.*
His tamen non obſtantibus reſolutum fuit
13 conſtare de re iudicata † ob non interpoſitam
appellationem in tempore, *iuxtà tex. in auth.*
hodie Cod. appellat cap. Romana §. ſi vero de appel-
lat. in 6. cap. quo ad conſultationem de re iudic. Non
enim fuit exaduerſo appellatum, poſtquam
Iudex habuerat terminum proſeruato, in qui-
bus terminis procedit ſtylus Curiæ, ſed antè,
& quod plus eſt non fuit reditum pro apoſto-
lis neque commiſſa cauſa appellationis, niſi
poſt ferè tres menſes, cũ tamen intrà triginta
14 dies † pro reſponſione, de apoſtolis rediri de-
buiſſet *cap. ab eo de appellat. in 6. clem. quamuis 21.*
gor. §. verum eod. tit. Bart. in l 1. num. 3. verſ. quæro
quid ſi Iudex ff. libell. dimiſſ. Creſc. dec. 2. de appellat.
Buratt. deciſ. 743. num. 1. Et comitti cauſa infrà
15 decem dies † quatenùs dati fuiſſent apoſtoli
reuerentiales in forma, *Caſſad. dec. 4. de appellat.*
Caputaq. deciſ. 31. & 32. par. 1. Buratt. deciſ. 764.
numer. 1. vbi adden. litt. A. allegat. concordantes.
Iniuſtia verò ſententiæ, ſiue nullitas per-
mutationis eo quod domus eſſent fundi do-
tales, tollitur de iure canonico ex iuramento
16 mulieris † de non contrauenjendo permuta-
tioni, quia fauor animæ præualet fauori ma-
trimonij, & dotis, vt ad litteram diſponit
tex. in cap. cum contingat 28. de iureiur. & tradit
Petr. Barboſ. in l. 1. par. 1. numer. 69. ff. ſol. matrim.
Gutier. de iuram. confir. part. 1. cap. 1. numer. 9. & 10. &
conſ. 22. num. 7. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 59.
17 *num. 34. & ſeqq.* vbi quod in hoc ſtandum † eſt
iuri canonico, *Suar. de relig. tom. 2. lib. 2. de iu-*
ramen. cap. 21. ſub num. 5. Sanch. de matrim. libr. 1.
diſput. 32. num. 12. Caualer. var. reſol. tom. 1. capit. 9.
num. 124. Nec facit quod inter ciues, & inco-
las ſeruandum ſit ius ciuile ex diſpoſitione
Statuti Vrbis cap. 24. quia eo ſtatuto non ob-
18 ſtante † attendi debet ius canonicum vbi
agitur de efficacia, & viribus iuramenti, id-
que ratione ſubiectæ materiæ, quæ non per-
tinet ad ius ciuile, vt in terminis *dicti Statuti*
declarauit, Rot. deciſ. 640. ſub num. 6. part. 4. recent.
deciſ. 6. §. ſecunda fuit inter impreſſ. poſt Fenſon. ad
Stat. Vrb. & in Romana, ſeù Perufina Cenſus 23. Iu-
nij proximè præteriti coram me.

Quæ autem in contractibus mulierum re-
quiruntur à Statuto Vrbis *cap.* 151. ſeruata
ad vnguem fuerunt, nam mulier permutatio-
ni conſenſit cum decreto Iudicis, & iuſta cau-
ſa, quia nempè domus indigebant neceſſaria
reparatione, ad quam faciendam coniuges
modum non habebant. Et gratis dicitur cau-
ſa hæc inepta eo quod onus reparationis ſpe-
ctaret ad virum, nam vltrà quod opinio illa
19 quod cauſa requiſita à ſtatuto † in contracti-
bus mulierum, & minorum debeat reſpicere
ipſorum vtilitatem non tranſit, ſine difficul-
tate, cum *Rota recedendo à deciſ. in cauſa Romana*
Argentorum 27. Iunii 1607. coram ſa. me. Greg. XV.
20 ſufficere, quod cauſa ſit vera, † vel ſaltem
non damnoſa mulieri firmauit *in Romana Sal-*
uiani interdicti 13. Nouembris, & 15. Decembris
1614. coram Sanctiſs. D. N. Innocentio X. quarum
vltima repetitur impreſſa penès, *Pacif. de ſalu.*
deciſ. 56. num. 11. & ſeqq. & in alia Romana Saluia-
ni interdicti 20. Maij 1616. coram bon. mem. Patriar-
cha Manzanedo apud eumdem Pacif. deciſ. 227. nu-
mer. 3. & ſeqq.

Animaduertendum eſt vtile fuiſſe mulieri
domos permutare ob earum indigentiam ne-
ceſſariæ reparationis, tum quia domus alio-
quin ruiſſent, cum neque vir neque ipſa mu-
lier haberent quomodo repararent, vt expreſ-
sè aſſeruerunt in iſtrumento, cui etiam in
hac parte adhibetur fides vigore decreti Iudi-
21 cis † deſuper interpoſiti, quod facit præſumi
vera omnia ibidem expreſſa donec contrariũ
exaduerſo probetur, *Abb. conſ. 41. num. 2. libr. 1.*
Alex. conſ. 8. num. 5. lib. 5. Buratt. deciſ. 783. ſub nu. 1.
Rot. inter recent. dec. 11. nu. 2. par. 5.

Tum etiam quia impenſæ neceſſariæ in
22 fundo dotali, † & ſi fiant à viro, ei tamen
ſunt reficiendæ à muliere, & minuunt ipſo
iure dotem, vt tradit, *Barboſ. in rubr. ff. ſol. matr.*
par. 3. num. 20. & ſeqq. vbi conciliando textus inter
ſe contrarios in l. ſi is qui §. quod dicitur ff. iur. dot. &
in l. quod dicitur ff. impen. in reb. dotal. fact. ait quod
quamuis per impenſas neceſſarias corpora
dotalia non minuantur, quo ad dominium,
23 & † hoc reſpectu neque etiam vniuerſitas do-
tis videatur minuta, tamen quoad valorem,
& æſtimationem pecuniarum dicta corpora
per impenſas neceſſarias videntur diminuta
ipſo iure, & hoc reſpectu etiam vniuerſitas
dotis cenſetur diminuta *ex textu in §. item ſi de*
dote inſt. de act. & ſequitur Grat. diſcep. 236. nu. 16.
& 19. Fontanella de pact. nupt. clauſ. 7. gloſſa 3. p. 2.
num. 36. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 112. numer. 24.
Giurba ad conſuetud. Meſſane cap. 15. gloſſ. 10. par. 1.
num. 12. Roſental. de feudis par. 2. cap. 10. concluſ. 43.
num. 94. & 97. Strader. de feud. par. 2. partis nonæ
principalis ſect. 2. num. 86. cum aliis alleg. per Thomat.
deciſ. 59. nu. 14. Quamuis, itaque corpora do-
talia alienari non poſſint, neque mulier obli-
gari propter impenſas culturæ agrorum re-
ſpicientis præſentem vtilitatem recollectionis
fructuum, in quibus terminis loquuntur de-
ciſiones impreſſæ apud Zacchiam, & apud
Picum allegatæ in obiecto, aliud tamen eſt
propter impenſas neceſſarias, præſertim quan-
do vir illis eſt impar, & ratio diuerſitatis eſt,
quià impenſæ culturæ ſpectant abſolute ad
24 virum, † nec illi à muliere refici debent, quod
ſecus eſt in impenſis neceſſariis, vt diſtinguen-
do declarat, *tex. in l. vel ſi vites ff. impenſ. in reb.*
dotal. fact. & tradit Barboſ. & alij ſupra allegati.

Quibus poſitis nihil intereſt quod falſo fue-
rit expreſſum virum carere exercitio, ſufficit
enim cauſa reparationis domorum, vt aliena-
tio ſubſtineatur, ſiquidem vbi plures cauſæ
25 cumulatiuè ſunt narratæ, † quarum altera de
ſe eſt ſatis, ea ſubſiſtente ſubſtinetur contractus
licet aliæ deficiant, *ad tex. in §. affinitatis inſt. de*
nupt. l. ſi non lex alia ff. hæred. inſtit. ac tradita per Iaſ.
in auth. non licet num. 11. Cod. lib. præt. Valaſ. con-
ſult. 60. num. 6. Seraph. deciſ. 1432. numer. 9. & in
puncto contractus minorum, *Rota in Romana*
hæreditatis de Querris 2. Iunij 1624. coram. bon. me.
Coccino §. fin. Et placuit etiam alia reſponſio
data in deciſione huius cauſæ coram D. meo
Ghiſilerio, quod ſcilicet cauſa principalis per-
muta-

mutationis fuit vtilitas reſultans ex permutatione domorum cum vinea, ex qua vir licèt proxeneta, & ſic de qualitatibus benè infortus poterat maiorem quæſtum facere, quam ex domibus, quæ vt plurimum remanent locandæ quodque dum vterque contractus ce-
26 lebratus fuit inter mulieres ſuper re † dotali æqualiter priuilegiatas,& æqualiter ſe habentes ad damnum, ſicut ad lucrum nō requirebantur ſolemnitates Statuti, *vt præter allegatos in d.deciſ.dixit, Rot.deciſ.557.numer.1. deciſ.558. num.1.par.1.diuerſ.& in alijs allegatis per adden. ad Buratt.deciſ.480.num.25.& 26.*

Non obſtat quod contractus permutatio-
27 nis † computetur inter innominatos, ideoque cum aduerſarius promiſerit ſoluere centum auros, nec de ſolutione doceat ſit locus pœ-
28 nitentiæ,etiamſi † deuentum ſit ad traditionem rerum permutatarum, vt in ſpecie tradunt, *Bertarand.conſ.390.per tot.lib.2.par.1.Becc. conſ.83.numer.4.& ſeqq.Surd.deciſ.173.numer.16.* quia imò de ſolutione conſtat ex publico inſtrumento.

Sublatis itaque obiectis contrà iuſtitiam ſententiæ clara eſt res iudicata, & per conſequens concedendum eſt victori mandatum pro fructibus domorum in ſententia decretum, necnon pro expenſis, ad quas ſententia
29 victos condemnat, cum ſententia † in iudicatum lapſa mittenda ſit executioni, *l.1.& tot. tit.Cod.exec.rei iudic.* Liquidarunt autem fructus ad rationem annuorum ſcutorum 35. nempè 20.quoad vnam,& quindecim quoad aliam domorum, de quibus agitur cum totidem fuerint ab inquilinis percepti, vt probatur ex receputis, atteſtationibus, & alijs datis in *Summ.*Ferri *num.4.5.& 6.* quæ ſunt ſatis ad
30 effectum liquidationis, ad quem leuiores exiguntur probationes, *Bald.in l.1.nu.22. Cod. fruct.& lit.expenſ.Natt. conſ.510. num.7. Seraph. deciſ.955.num.3. Canaler.deciſ.361.num.3.* Maximè iuncta æſtimatione peritorum quoad dictas domos aſcendente ad ſummam ſcutorum 700. exindè enim etiam habito reſpectu valoris in proprietate probatur annua perceptio ſcutorum 35. facto calculo ad rationem quinque pro centenario, prout ex iuris præ-
31 ſumptione† reddere ſolent ſtabilia iuxta *gloſſ. fin.in auth. præterea verb. iuſta Cod. ſacros Eccleſ.* quam ſequitur, *Cagnol.in l.2.num.233. verſ.verum quia Cod.reſcin.vendit. Rot.deciſ.116. num.1.*
32 *par.2.diuerſ.*& in ſpecie † fructuum domorũ *Canaler.deciſ.358.num.2.dec.387.num.4.*

Expenſas tandem taxarunt in ſumma ſcutorum 73. & ba.90. quæ ſoluta fuerunt Notarijs pro citationibus regiſtris, & extractionibus ſcripturarum, & ſimilibus, quæ expen-
33 ſæ viuæ † vocari ſolent, & refici à victo debent, *l.properandum §.ſin autem Cod. Iudic. Veſtr. in prax.lib.8.cap.2.numer.10. Rot. deciſ.161. nu.2. coram Reuerendiſſ.Vrgellen.* Et vltrò addiderunt ſcuta quindecim pro mercede Procuratoris,
34 & Aduocatorum,† quamuis plus expenſum prætendatur, nam in hoc Rota ſequi non ſolet rigorem iuris ſcripti, ſed aliquid arbitrio ſuo taxare, vt teſtatur, *Veſtr.d.lib.8.cap.2.nu.10. Rot.d.deciſ.161.coram D.Vrgellen.& in Vlixbonen Profeſſionis 27.Martij 1637.coram R.P.D.Carillo, & in Maceraten.Hæreditatis 24.Ianuarij 1642.coram me,* in qua vlterius fuit dictum non eſſe reficiendas expenſas factas in copijs, & propinis ſolutis Iudicibus, & conciliata fuerunt omnia contraria cum declarationibus ibi adductis.

Et ità deciſum vtraque Parte informante.

MONTISALTI BENEFICII.

Veneris 15. Decembris 1645.

ARGVMENTVM

Regula 8.Cancellariæ reſeruatoria menſium comprehendit beneficia ſpectantia ad collationem Capituli Lateranenſis, quamuis de eo non fiat expreſſa mentio in Regula, prout ex Bullis Summorum Pontificum mentio facienda eſt in litteris Apoſtolicis, alias non cenſetur comprehenſum, quia dum Regula emanauit per viam legis generalis implicitè ſub verbis generalibus Regulæ comprehenſum dicitur. Conſtitutio ſa.me.Vrbani VIII. mandans beneficia ſimultaneæ collationis in menſibus reſeruatis conferri per ſolos Cardinales excluſis Capitulis, locum habet etiamſi conſortium inter Capitulum, & Cardinalem Collatorem proueniat ex priuilegio. Conſortium inter Capitulum, & Epiſcopum non poteſt conſiderari,quando ius conferendi per concordiã fuit inter ipſos diuiſum, quicquid dicendum ſit,quando ſolum exercitium conferendi ſit per turnum diuiſum. Cardinalis habens poteſtatẽ conferendi priuatiuè quoad Capitulum beneficia in menſibus reſeruatis ſi tale ius Capitulo communicauit per huiuſmodi communicationẽ quid cenſeatur à Capitulo acquiſitum? Et ex quibus dignoſcatur Vicarium, qui erat etiam Canonicus, & inſimul cum Capitulo contulit,contuliſſe vti Canonicum, non vti Vicarium?

SVMMARIVM.

1 *Sententia in parte diſpoſitiua attendi debet.*

2 *Regula 8. reſeruatoria menſium ob prægnantiã verborum comprehendit etiam beneficia ſpectantia ad collationem Capituli Lateranenſis.*

3 *Capitulum Eccleſiæ Lateranenſis non cenſetur comprehenſum in litteris Apoſtolicis de eo,vel de Eccleſia Lateranenſi mentionem non facientibus, & hoc ex Indultis Honorij II. & Innocentij III. Confirmatis à Paulo V. in ſua Conſtitutione 49.*

4 *Capitulum Lateranenſe cenſetur comprehenſum ſub regula 8. reſeruatoria menſiũ attentis verbis vniuerſalibus regulæ, quæ ſpeciali mentioni Capituli æquipollent.*

5 *Regula 8. Cancellariæ emanauit per viam legis generalis.*

6 *Cardinales exceptuantur à Regula 8.*

7 *Collatio ſimultanea inter Cardinalem collatorem, & Capitulum non ſuffragatur in beneficijs reſeruatis*

uatis ex Conſtitutione ſan.mem.Vrbani VIII. diſponente quod illa à ſolis Cardinalibus conferantur abſque concurſu Capituli.

8 Dicta tamen Conſtitutio exeipit Capitulum Hiſpalen. ex quo habet conſortium ex particulari ſtatuto illius Eccleſiæ, cui per dictam Conſtitutionem non cenſetur derogatum.

9 In alijs verò Eccleſijs, in quibus conſortium prouenit ex priuilegio Summorũ Pontificum, quod competere dicitur de iure communi, dicta Conſtitutio Vrbani locum habet.

10 Derogatio iuris communis, ac priuilegiorum facilius admittitur, quam ſtatutorum in fundatione editorum.

11 Collatio ſimultanea quando eſt diuiſa inter collatores, & mediante concordia in alterutro ſolidatur poteſtas conferendi, tunc nullum poteſt conſiderari conſortium.

12 Secus verò ſi ſolum ſit diuiſum exercitium conferendi per turnum, aut per genera beneficiorum, quo caſu adhuc prouiſiones omnes reputantur ſimultaneæ, cum etiam diuiſo exercitio maneat indiuiduũ ius conferendi.

13 Cardinalis collator habens poteſtatem conferẽdi beneficia ſolus, poteſt eandem poteſtatem communicare Capitulo.

14 Capitulum habens adminiſtrationem eſt capax iuris conferendi.

15 Conſtitutio Vrbana diſponens quod beneficia ſimultaneæ collationis conferantur à ſolis Cardinalibus in menſibus reſeruatis abſque capitulis intelligitur ipſis volentibus non autem inuitis.

16 Cardinalis, cui ius conferendi priuatiuè competit quoad Capitulum, ſi illud ad conferendum admiſit, ex tali admiſſione cenſetur Capitulum conſtitutum in ſimultanea quaſi poſſeſſione conferendi in præiudicium Cardinalis, non autem acquiſiuiſſe ius conferendi ſoli Cardinali competens.

17 Verba, ſpectare, & pertinere, in materia collationis ſignificant proprietatem conferendi.

18 Cardinalis collator quando eſt caput Capituli, tunc ius conferendi ad Capitulum ſpectans, ad ipſum quoque pertinere dicitur.

19 Collatio quod fuerit facta nomine ſolius Capituli colligitur ex verbis prohemialibus eiuſdem collationis, ex quibus conſtat eo nomine collatores interueniſſe.

20 Item ex verbis, cuius collatio, & omnimoda diſpoſitio, quæ demonſtrant collationem fuiſſe factam ex poteſtate competente ſoli Capitulo.

21 Verbum, omnimoda, in materia collationis plenam, & abſolutam poteſtatem conferendi importat.

22 Diſpoſitio tota ad limites rationis debet reſtringi.

23 Vicarius, qui erat etiam Canonicus ſi contulit inſimul cum Capitulo præſumitur tanquam Canonicus contuliſſe, quamuis nomen Vicarij in collatione fuerit expreſſum, quia talis nominatio facta præſumitur demonſtratiuè, & ob præhemiuentiam perſonæ.

24 Prout de collatione Archypresbyteri qui erat Canonicus, & nominatus ſub nomine dignitatis, quod facta cenſeatur tanquam à Canonico.

25 Clauſula, omni meliori modo, adiecta in collatione beneficij non efficit, eſt ſubſtineatur actus collationis alio modo contra voluntatem agentis.

26 Collatio, quod præſumatur potius facta ex titulo, quo valida eſt, quam ex titulo quo eſt inualida non procedit præſumptio quando partes ſe reſtrinxerunt ad certum nomen, & titulum, illum ſufficere cogitantes.

27 Declaratio facta lite pendente nullius eſt momenti.

28 Reo, & poſſeſſori ſufficit vincere per non ius actoris.

DECISIO CCXLI.

NON de re iudicata, ſed de cauſis reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam A.C. ob illius iniuſtitiam conſtare iterum Rota cenſuit repropoſita cauſa ſuper deciſis 28. Iunij prox. præt. Nam ſententia in parte
1 diſpoſitiua† quæ attendenda eſt *Corn.conſ.10. num.3.in fin.lib.4. Buratt.dec.843.num.4.Rot.coram ſan.mem.Greg.XV.dec.522.num.4.vbi adden.n.21. allegat concord.* declarat *ius conferendi beneficium de quo agitur ſpectare, & pertinere ad Capitulum, & Canonicos Sacroſanctæ Eccleſiæ, & propterea Ioannem Fortunatum prouiſum à dicto Capitulo immittendum fore, & eſſe ad poſſeſſionem prædicti beneficij*; Cum tamen quia beneficium vacauit in menſe reſeruato nullatenus ius conferendi ſpectaret ad Capitulum ſtante Regula Can-
2 cellariæ 8. hodie 9. quæ † ob prægnantiam verborum comprehẽdit etiam beneficia ſpectantia ad collationem Capituli Lateranẽſis, vt in puncto fuit alias deciſum *coram ſan.mem. Greg.XV.& coram R.P.D.meo Pentingero, & pluribus comprobat deciſio quæ reuidetur §. primo, & ſecundo.*

Neque obſtat, quod in regula 9. non fiat expreſſa mentio Beneficiorum quæ ſunt de collatione Capituli Lateranenſis, & ex *Indultis*
3 *fel.record.Honorij II. & Innocentij III.* † *confirmatis à ſan.mem.Paulo V. in ſua Conſtitutione 49. impreſſ.Bullar. nou. tom.3. fol.176.* Capitulum præfatum non cenſeatur comprehenſum in litteris Apoſtolicis de eo, aut Eccleſia Lateranenſi mentionem non facientibus, quia
4 ſpeciali mentioni Capituli † æquipollent verba vniuerſalia regulæ, *Gonz. ſuper reg.8. gloſ.9. §.2.num.56. Aym.conſ.294.numer.2.verſ. ſed magis Card.Mant.de coniect.lib.12.tit.8. ſub num.19. Rot. in Romana hæreditatis de Fabijs 3.Iunij 1641. coram me*; præſertim propter virtutem legis gene-
5 ralis, qualis eſt † regula *Gonzal. ſuper regul.8. d.gl.9.§.2.num.57. & gloſ.36.nu.31. & 32. & 41. Lotther.de re benef.lib.2.quæſt.39. nu.21. & fuit dictum in Meleuitana beneficij Sancti Marci 14. Nouemb.1605.coram bon.me.Penia.*

Quatenus verò Capitulum nititur conſortio Eminentiſſimi D. Cardinalis Archipreſ-
6 byteri, qui tamquam Cardinalis † exceptuatur *in regula 9.* placuit Dominis reſponſio data in alia deciſione, quod huiuſmodi conſor-
7 tij effectus tollitur † per Conſtitutionem ſan. mem. Vrbani VIII. quam & ſi idem Summus Pontifex Vrbanus declarauerit non habere locum in Eccleſia Hiſpalenſi, in qua conſor-
8 tium prouenit † ex particulari illius Eccleſiæ Statuto, ea ratione, quia Statuto in Eccleſiæ fundatione edito per dictam Conſtitutionem non cenſetur derogatum, vt habetur

in ver-

in verbis declarationis, non ideò inferri poteſt, quod nec habeat locum in Eccleſijs, in
9 quibus conſortium † prouenit ex priuilegio Summorum Pontificum, quia hoc non facit quin dicatur competere de iure communi, *Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 7. num. 19. Lotth. de re benef. lib. 2. quæſt. 3. num. 27.* Cui nec non priuilegijs
10 facilius † cenſetur derogatum, quam Statutis editis in fundatione, *Innoc. in cap. ad Apoſtolicam ſub num. 4. verſ. ſed nos de Simon. Pelin. ibid. num. 3. in fin. verſ. item nota Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 56. numer. 136. verſ. ſicut, Viuian. de iur. patr. lib. 14. cap. 1. num. 12. iunct. cap. 3. num. 16. Caſſad. deciſ. 4. num. 5. eod. tit.*

Et quod ſtante concordia inter Archipreſbyterum, & Canonicos, quod illi beneficiatos intra Eccleſiam, Canonicis beneficia extra Vrbem conferendi ius competat, nullum
11 adeſt conſortium, † quia per concordiam in alterutro ſolidatur poteſtas conferēdi *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 21. nu. 52. Rot. in Terraconen. Sacriſtiæ 19. Martij 1601. coram bon. mem. Iuſto, & dec. 232. num. 3. & 4. par. 1. recen.* Licèt ſecus eſſet ſi ſolum eſſet diuiſum exercitium confe-
12 rendi per turnum, † aut per genera beneficiorum, quo caſu adhuc prouiſiones omnes reputantur ſimultaneæ, cum etiā diuiſo exercitio maneat indiuiduum ius illud poteſtatis conferendi, vt benè declarat *Lotther. d. quæſt. 21. num. 29. Seraph. dec. 980. num. 11. & in ſimili Bart. in l. inter tutores num. 6. ff. admin. tut.*

Non obſtat, quod Cardinalis conferendo hoc beneficium vna cum Capitulo eidē com-
13 municauerit poteſtatem conferendi, † quam ſolus habebat prout potuit, quia Capitulum
14 tanquam habens adminiſtrationem † eſt capax iuris conferendi, & Conſtitutio Vrbana
15 ſiue regula 8. edita fauore Cardinalium † intelligitur illis volentibus non autem inuitis, vt in terminis priuilegij cōceſſi Cardinalibus *Acchill. dec. 1. num. 1. & 2. de priuileg. deciſ. 2. num. 1. ſuper reg. modif indult. Card. Gonz. ſuper reg. 8. gl. 56 ſub num. 89. verſ. dicit etiam, & conferunt tradita per Suar. de legib. lib. 8. cap. 6. num. 1. & 3. Rot. in puncto Regulæ 8. deciſ. 444. numer. 21. verſ. minus part. 5. recent.*

Nam quicquid ſit de poteſtate communicandi, eſto quod Cardinalis beneficium contuliſſet ſimul cum Canonicis (quod tamen, vt infra demonſtrabitur non ſubſiſtit) dici forſan poſſet Canonicos fuiſſe exinde conſtitutos in ſimultanea quaſi poſſeſſione conferendi in
16 præiudicium † Cardinalis, ſed non acquiſiuiſſe ius conferendi alioquin competens ſoli Cardinali, vt benè diſtinguit *Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 1. quæſt. 3. art. 17. nu. 11. & 12. Innoc. in cap. Cum Eccleſia Sutrina ſub nu. 4. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. dec. 284. num. 7. par. 1. recent. & in Bononien. iurisſpatronatus 23. Ianuarij 1640. coram me.* Quapropter iniuſta adhuc eſſet ſentētia A.C. declarans ius conferendi ſpectare, & pertinere ad Capitulum Lateranenſe, ponderando præ-
17 ſertim verba, † *ſpectare, & pertinere,* quæ ſignificant proprietatem conferendi, *l. ſi quis intentione, & ibi gloſſ. ff. iudic. l. verbum illud pertinere ff. verb. ſignif. Pract. Papien. in forma libelli, & act. real. gloſſ. incipit ſpectat, & pertinet, Grat. diſc. 157. num. 20. Rot. in Elboren. iuris conferendi 5. Decembr. 1640. coram Reuerendiſſ. D. Cardinali Panzirolo.* Cumque ſint directa ſolùm ad Capitulum nulla facta mentione Cardinalis totū ius conferendi adiudicāt Capitulo excluſo Cardinali,
18 niſi quatenus † ipſe venit appellatione Capituli tanquam illius caput, vt per *Rodriq. quæſt. regul. to. 4. tit. 4. cap. 7. num. 1. Rot. in d. Elboren. iuris conferendi §. nec facit, & in eadem 8. Martij 1641. coram eod. D. Cardinali Panzirolo §. 1. in fin.*

Sed verè D. Cardinalis beneficium de quo agitur non contulit, & eius Vicarius collationi interuenit vti Canonicus, vt ex pluribus firmatur in prima deciſione, & comprobatur. Primo ex verbis poſitis in principio collationis, ibi, *Capitulum, & Canonici Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ. Dilecto nobis Ioanni Fortunato*
19 *&c.* quæ cum ſint proœmialia † demonſtrant ſubſequentem actum collationis factum fuiſſe nomine ſolius Capituli, & eo nomine collatores omnes interueniſſe iuxta theoricam *Barth. in l. fin. num. 3. ff. hæred. inſt. Decian. conſ. 72. num. 49. lib. 2. Rot. coram bon. mem. Buratto dec. 543. num. 11. & dec. 466. num. 1. par. 1. rec.* iunctis maximè alijs verbis, ibi, *Cuius collatio prouiſio, & omnimoda alia diſpoſitio ad nos liberè ſpectat,* ex
20 quibus dignoſcitur collationem † factam fuiſſe ex poteſtate competente ſoli Capitulo
21 cum id importet † verbum, omnimoda, *gloſſ. in Clem. 1. verbo, omnimodam de for. competen. Socc. conſ. 43. numer. 12. lib. 4. & in puncto collationis Rot. dec. 296. num. 1. par. 1. diuerſ.* Et ſanè ineptè fuiſſet per modum rationis expreſſum, quod collatio ſpectabat ad ſolum Capitulum ſi ſtatim Vicarius Archipresbyteri alio iure quam canoniæ fuiſſet ad conferendum admiſſus, de-
22 betque tota collatio ad limites, † & formam ipſius rationis reſtringi ad notata *in l. cum pater §. dulciſſimis ff. leg. 2. l. hæc actio ff. calumniat. Peregr. conſ. 36. numer. 12. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 310. num. 1.*

Secundò quia cum collatio huius beneficij ex dicta concordia, & diuiſione ſiue emanauerit ſuper proprietate, ſiue ſuper exercitio non ſpectaret ad Cardinalem Archipresbyterum, eius Vicarius hoc nomine conferre non poterat, nec repugnat quod licet contulerit ex poteſtate quam habebat tanquam Canonicus fuerit tamen ob præheminentiam perſo-
23 næ † ſpecialiter nominatus adiecta etiā qualitate Vicariatus demonſtratiuè, vt in dubio præſumitur *Bart. in l. Centurio num. 31. ff. vulg. & pupill. Pariſ. conſ. 4. num. 36. lib. 4. Bero. conſ. 17. num. 16. & ſeqq. lib. 1.* & in fortioribus terminis
24 de Archipresbytero † qui erat Canonicus, & fuit nominatus tantummodo ſub nomine Dignitatis *Seraph. deciſ. 474. ſub num. 3. verſ. nec facit.*

Tertiò conſonat obſeruantia ſubſecuta, quia prouiſus à Capitulo obtinuit ſententiam immiſſionis ex collatione ſibi facta à ſolo Capitulo, ad quod ius conferendi ſpectare in eadem ſententia pronunciatur. Nec facit, quod in monitorio narratum fuiſſet collationem ſimilium beneficiorum ex priuilegijs Summorum

morum Pontificum ſpectare ad Capitulum, & Archipresbyterum, quia attendenda ſunt verba diſpoſitiua ſententiæ loquentia de ſolo Capitulo, quo magis quia Capitulum, & eius prouiſus ſententiam prout iacet acceptauit.

Cum itaque ex omnibus ſimul iunctis appareat de voluntate conferendi nomine Canoniæ, & Capituli dumtaxat, quo tamen conferri non potuit ſtante reſeruatione regulæ 8. & Conſtitutione Vrbana, ſequitur quod collatio ſit nulla neq; ſuſtineri poſſit aut ex clauſula, *omni meliori modo*, ibi appoſita, aut ex generali præſumptione, quod collatio intelligatur facta potius nomine Vicarij quo valida eſt, quam Canonici quo eſt inualida, quia clauſula, *omni meliori modo*, non efficit, vt ſub-
25 ſtineatur † actus alio modo contra voluntatem agentis *Rip. in l. 1. §. ſi quis ita n. 30. ff. verb. oblig. Angel. conſ. 94. in fin. verſ. nec obſtat Ceph. conſ. 123. num. 123. Rot. Bononien. diuerſ. dec. 63. numer. 52.*
26 *& 53.* & generalis præſumptio † exaduerſo adducta non procedit quãdo partes ſe reſtrinxerunt ad certum nomen ac titulum illum ſufficere cogitantes *Abb. in c. cum ex officij numer. 32. de praeſcr. Felin. ibid. num. 32. verſ. limita 1. Alex. conſ. 55. nu. 8. lib. 5. Menoch. præſumpt. 17. n. 1. lib. 2. Rot. in Compoſtellana Parochialis 10. Februarij 1645. coram R. P. D. meo Veroſpio §. ex his verſic. dummodo tamen*. Declaratio verò quã in nuper
27 fecit idem Vicarius nullius eſt momenti † cũ emanauerit hac lite pendente, *Rot. deciſ. 367. num. 9. par. 4. rec.*

Quæ tãdem exaduerſo obiiciuntur contra prouiſionem Apoſtolicam Cæſaris Ferri ſunt alterius inſpectionis, quia hodie non agitur de eiuſdem prouiſionis executione, ſed de immiſſione conceſſa Fortunato vti prouiſo à Capitulo Lateranenſi, quæ immiſſio ex prædictis eſt iniuſta & Cęſari reo ac poſſeſſori non petenti canonizari ius proprium ſufficit vincere ex non iure Fortunati actoris, *Caſſad. dec. 3. num. 5. de reſt. ſpoliat. & dec. 7. numer. 9. ſuper regul. Lottber. de re benef. lib. 2. q. 42. n. 25.*

Et ita deciſum &c.

VOLATERRANA PRIORATVS.

Veneris 15. Decembris 1645.

ARGVMENTVM.

Decemdium ad appellãdum currit à die ſententiæ non autem habitæ notitiæ, etiamſi citatio perſonalis ad ſententiã non præceſſerit, quando conſtat de latitione, & ex quibus hoc caſu latitatio probetur? Tempus ad appellandum infra decem dies currit à die ſententiæ etiam contra carceratum, quando carceratio proceſſit ex ipſius culpa, & appellare potuit per Procuratorem Iudex quando dedit Apoſtolos teſtimoniales in forma, non dicitur appellationi detuliſſe, quatenus locus non ſit.

SVMMARIVM.

1 *Ad appellandum decem dies non currunt, niſi à die ſcientiæ, quando non præceſſerat citatio perſonalis ad ſententiam, eſto quod citatus non potuiſſet perſonaliter reperiri, quia exinde non infertur ad doloſam latitationem.*

2 *Fallit concluſio quando conſtat de doloſa latitatione ne perſonaliter citaretur.*

3 *Latitatio doloſa ex quibus probetur? & n. 4.*

5 *Dolus etiam coniecturis probatur.*

6 *Latitatio non excluditur ex comparitionibus citati, ſi illæ non percutiunt tempus citationis.*

7 *Alias enim eſſet in poteſtate citati ſic comparendo eludere Iudicem, & partem, quod non licet poſtquã ex legitima cauſa præcedentis latitationis originatus fuerat proceſſus per diligentias.*

8 *Citatio ad ſententiam ſemper neceſſaria eſt, quamuis in reliquo proceſſu reus fuerit contumax.*

9 *Citatio ad ſententiam per affixionem ad valuas, & in domo domicilij electi ſufficit, dum exaduerſo non probatur, quod tempore citationis reus eſſet reperibilis, & præceſſerat decretum de procedendo per affixionem.*

10 *Relationi Curſoris ſtandum eſt, niſi probationes contraria percutiant tempus citationis, & ſint concludentes.*

11 *Citatio originalis reperta penès citatum redditur ſuſpecta, ex quo citationes originales reſtitui ſolent citanti.*

12 *Carceratus appellare tenetur infra decem dies à die ſententiæ, quando carceratio proceſſit ex illius culpa, & appellare poteſt per procuratorem.*

13 *Poſſeſſio capta poſt decem dies ad appellandum non eſt attentata, quamuis appellatio fuerit interpoſita.*

14 *Non appellare, vel in tempore non appellare paria ſunt.*

15 *Iudex ſi dedit Apoſtolos teſtimoniales non dicitur appellationi detuliſſe, quia terminus teſtimonialium nihil aliud continet, niſi teſtimonium indiſacti interpoſitionis appellationis.*

16 *Et hoc teſtimonium ab appellante petitum de ſtylo Hiſpaniarum deſeruit loco Apoſtolorum, non tamen importat admiſſionem appellationis, n. 18.*

17 *Appellans habet annum ad committendam cauſam appellationis quando Iudex dedit Apoſtolos teſtimoniales.*

19 *Iudex dicitur appellationi detuliſſe quando dedit Apoſtolos ſimpliciter, vel Apoſtolos dimiſſorios, vel reuerentiales, quia appellantem à ſua poteſtate dimittit.*

20 *Iudex ſi non dedit apoſtolos teſtimoniales ſimpliciter, ſed teſtimoniales in forma ſub quibus continentur etiam refutatorij, quatenus appellationi locus non ſit, nec non dicitur appellationi detuliſſe.*

21 *Prout nec appellationi defert, quando dat Apoſtolos reuerentiales in forma.*

22 *Appellare non licet poſt decem dies.*

DECISIO CCXLII.

OB non interiectam appellationem infra decemdium à die latæ ſententiæ licuiſſe ad ipſius ſententiæ executionem abſque vitio attentatorum procedere bis fuit reſolutum ac

tertium hodie cauſa ſuper eiſdem propoſita.

Quamuis enim decemdium ad appellandum
1 niſi præceſſerit † citatio perſonalis ad ſententiam non currat niſi à die ſcientiæ, eſto quod citatus reperiri perſonaliter nō potuiſſet cum exinde non inferatur quod doloſè latitaret *l. fulcinius §. cum hoc adiectum ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur* in caſu noſtro currere incepit à die ſen-
2 tentiæ, † quia Tenalia doloſè latitauit ne citaretur perſonalitèr *iuxtà text. in c. quoniam frequenter §. porro ut lit. non conteſt. & alios allegatos in prima deciſione coram Me §. alteram, & in ſecunda §. quia placuerunt;* latitatio autem probatur
3 eo ipſo † quod factis diligentiis per Curſores ad id ſpecialitèr à Iudice deputatos, Tenalia non fuit repertus *Bald. in l. ſatiſque verſ. & præſumitur ff. in ius vocan. Natt. conſ. 240. ſub num. 3. verſ. & dicit Baldus*; quodq; fuerit doloſa ap-
4 paret † quia ille copiam ſui faciebat quoties expedire ſibi videbatur, at è conuerſo vbi ſuſpicabatur ſe poſſe citari ad ſententiam abſtinebat à locis in quibus poſſet reperiri, vt in puncto ponderat *Moder. Panorm. de citat. qu. 12. ſub num. 52.* iunctis præſertim actibus ſubſequentibus Tenaliæ *coram R. P. D. meo Carillo*, & modo procedendi in hac cauſa nam etiam
5 coniecturis † probatur dolus *l. dolum Cod. de dol. Caſtr. in l. quod nerua num. 3. ff. depoſ. Ruin. conſil. 4. num. 10. lib. 1. Pariſ. conſ. 75. num. 81. lib. 1. Menoch. præſumpt. 3. num. 42. lib. 5.*

Ideò non vrgent, imò retorquentur comparitiones Tenaliæ extrà dies citationum, & factarum diligentiarum, quia omnes tendunt
6 ad ipſius commodum, & neutra † percutit tempus dictarum citationum, vt requiritur *ex allegatis in ſecunda deciſione §. & quamuis.* Prima ſi quidem comparitio, quæ deducitur eſt ſub die 18. Aprilis 1633. qua produxit articulos incorrectos; Altera eſt ſub die 16. eiuſdem menſis Aprilis, qua repetijt iura in broliardo producta. Tertia ſub die 20. d. menſis qua reportauit in actis articulos correctos, & petijt admitti, & mandari examinari, at verò vſque ſub diebus 26. 27. & 28. Martij præcedentis Curſores fecerant diligentias de ipſum reperiendo ad effectum perſonalitèr citandi ad terminos ſubſtantiales, nec repererant vt conſtat ex eorum relatione Summ. Tenaliæ num. 3. & 4. quæ diligentiæ non fuerunt circumductæ per dictas comparitiones alijs diebus ſecutas ad alios effectus ne ſit in poteſta-
7 te citati † ſic comparendo eludere Iudicem, & partem poſtquam ex legitima cauſa præcedentis latitationis originatus fuerat proceſſus per diligentias, vt per *Anton. de Butr. in cap. præterea ſub num. 23. verſ. ſecus ſi non ceſſat de appellat.*

Non tamen negatur quin poſt talem comparitionem fieri debuerit citatio ad ſententiā
8 quæ neceſſaria † ſemper eſt etiamſi in reliquo proceſſu reus contumax fuerit, vt inquit *Innoc. in cap. cum ol. m num. 4. in fin. de teſtib. Iaſ. in l. nec quicquam num. 50. ff. offic. proconſul. ex gl. in auth. iubemus verb. ſpectans C. Iudic. Azeued. in conſt. Reg. Hiſpan. lib. 4. tit. 17. l. 10. num. 41. Aſin. in prax. §. 7. limit. 75. num. 2.* Sed in caſu noſtro non deeſt cum die 21. Aprilis Tenalia citatus fuerit ad ſententiam per affixionem ad valuas, & in domo domicilij electi, vt habetur in Summario præteritæ poſitionis pro Contugio
9 num. 3. in fin. eaque ſufficit † dum ex aduersò non probatur, quod ipſo tempore citationis reus eſſet reperibilis, & præceſſerat decretum de procedendo per affixionem, nam præſumitur pro decreto Iudicis, & relatione Cur-
10 ſoris, † niſi probationes contrariæ percutiant tempus citationis, & ſint concludentes, ac validæ, vt ex ſententia *Goffred. tradit Bar. in tract. de citatione ſub num. 34. verſ. & ſecundo.*

Non obſtat, quod ſub eodem tempore ſe perſonalitèr citatum ad inſtantiam Contugij Tenalia probare prætendit ex citatione originali per ipſum producta, quia Domini eam citationem iterum ſuſpectiſſimam habuerunt eo quod in corpore ipſius conſtat, quod fieri debebat in domo Agrippæ Saluati domicilio electo, ac etiam quia reperitur in manibus ipſius Tenaliæ citati, cum tamen
11 originales † reſtitui ſoleant citanti, & inuerisimile admodum eſt, quod Contugius qui cautius ageret citari fecit Tenaliam nedum per diligentias, ſed etiam in loco domicilij electi omiſiſſet citare perſonalitèr ſi aliam citationem eadem die perſonalitèr exequi feciſſet, vt ponderat *ſecunda deciſio §. citationem.*

Debuit itaque Tenalia appellare infrà de-
12 cem dies à die latæ ſententiæ, † ac ſi tunc perſonalitèr citatus fuiſſet, neque excuſatur ob impedimentum carcerationis, quia illa ſuperuenit biduò poſt ſententiam; cumque ſecuta fuerit ex propria culpa ipſius Tenaliæ qui vltrò poterat appellare per procuratorem eò minùs præbuit excuſationem, vt in terminis aduertit *Butr. in cap. ex ratione num. 6. poſt med. verſ. etſi ſuccumbit de appellat. quæſt. 12. ſub num. 142.*

Et per conſequens non eſt attentata poſſeſ-
13 ſio poſtmodum † capta à Contugio non obſtante appellatione poſt decem dies interpoſita per procuratorem Tenaliæ, & reſponſione Iudicis de Apoſtolis teſtimonialibus, nam
14 paria ſunt † non appellare, vel non appellare in tempore *Geminian. in cap. Romana §. ſi verò num. 2. & 7. de appellat. in 6 Dec. in cap. cum Eccleſia ſub num. 4. extrà eod. tit. Felin. in cap. quod conſultationem num. 25. verſ ſecunda concluſio de ſent. & re iudic. Scacc. de appellat. quæſt. 12. numer. 40.* & Iudex dando Apoſtolos teſtimoniales non
15 dicitur † appellationi detuliſſe, quia terminus teſtimonialium nihil aliud continet niſi teſtimonium nudi facti interpoſitionis appel-
16 lationis, quod etſi ſufficiat † loco Apoſtolorum de Stylo Hiſpaniarum, vt ait *Seraphin. deciſ. 1261. num. 3. Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 86.*
17 *num. 10.* & efficiat vt appellans † habeat annum ad committendam cauſam *iuxtà deciſionem Putei 4. de appellat. & Mantic. 121.* toto ta-
18 men Cœlo diſtat ab admiſſione † appellationis, vt poſt *Maran. & alios dixit Rota in Corduben. Decimarum de Lucena 7. Februarij 1619. coram bo. mem. Merlino §. nec dicatur, & in Romana*

de

de Ceſareis 30. Maij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Ghiſilerio §.non ſecundum.

Neq; aduerſantur exaduerſò allegati, quia loquuntur quando Iudex dedit, vel Apoſto-
19 los ſimplicitèr, † vel Apoſtolos dimiſſorios quo caſu dicitur detuliſſe appellationi, prout ſi dediſſet reuerentiales, quia appellantem à ſua poteſtate dimiſit, vt latè proſequitur *Scac. de appellat.qu.13.num.10.& n.18.& in cap.dilectis filijs de appellat.* notat *Anchar. num.7. Io. Andr. num.17. Ant.de Butr. num.22.* Et nos verſamur in terminis lōgè facilioribus, quia Iudex non dedit ſimplicitèr Apoſtolos teſtimoniales,
20 ſed † teſtimoniales in forma ſub quibus continentur etiam refutatorij quatenùs appellationi locus non ſit, vt in fortioribus terminis
21 Apoſtolorum † reuerentialium in forma tradit *Veſtr.in prax.lib.7.cap. vlt. num.2. Caſſad. deciſ.7.num.5. de appell. Rota in Anconitana de Gozzis 1. Iulij 1592. coram clar.mem. Card. Hieronymo Pamphilio relata per Adden.ad Buratt. dec.556 num.16.* non erat autem locus appellationi,
22 quia † lapſi fuerant decem dies ad appellandum conceſſi *auth.hodie C. appellat. cap. non ſolum cap.cum ſit Romana eod.tit.in 6.Scacc.de appellat.qu.12.num.2.& ſeqq.*

Et ita deciſum vtraq; parte informante.

BONONIEN. PECVNIARIA.

Veneris 19. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Hæres Notarij defuncti vigore Statuti Bononiæ poteſt abſque partis citatione Inſtrumenta per defunctum rogata extrahere. Regiſtratio Inſtrumentorum ex Statuto Bononiæ abijt in diſſuetudinem. Error confeſſionis eſt concludentèr probandus, maximè quando emanauit pro exoneratione conſcientiæ. Maritus etiam bona extradotalia Vxoris de conſuetudine adminiſtrat, quamuis de iure mandatum procuræ non habeat.

SVMMARIVM.

1 *Hæres tenetur confeſſionem defuncti approbare ſaltim quatenùs vires hæreditariæ ferunt.*
2 *Hæres Notarij defuncti ex Statuto Bononiæ habet facultatem extrahendi abſque partis citatione Inſtrumenta per Notarium defunctum rogata.*
3 *Hæreditas Notarij defuncti cenſetur adita per retentionem rogituum Inſtrumentorum, illis vtendo, cum ſint bona hæreditaria fructifera, & ſpectantia ad hæredem.*
4 *Recognitio Inſtrumenti reperti inter rogitus Notarij defuncti non eſt neceſſaria, quando extractio fuit facta à patre illius hærede, cui Statutum Bononiæ dat facultatem tranſumptandi.*
5 *Amplia concluſionem procedere, quando Inſtrumento extracto aduerſarius vſus fuit, illud producendo in iudicio.*
6 *Regiſtratio inſtrumenti vigore Statuti Bononiæ non eſt amplius in vſu.*
7 *Notarius ſi ob eius negligentiam omiſit regiſtrare inſtrumentum talis omiſſio veritati inſtrumēti non detrahit.*
8 *Verba temporis præſentis functionem temporis præteriti non recipiunt.*
9 *Amplia præſertim ad euitandam contrarietatem, quæ vt euitetur intelligenda eſt declaratio de tempore diuerſo.*
10 *Et ad dictum effectum omnis interpretatio ſumenda eſt.*
11 *Inſtrumenti rogitus in folio volanti ſi fuit deperditus, hoc partibus non nocet.*
12 *Error confeſſionis probandus eſt per concludentes, & neceſſarias probationes, quæ excludant per poſſibile veritatem confeſſionis.*
13 *Amplia præſertim quando confeſſio emanauit pro exoneratione conſcientiæ, & fulcitur adminiculis.*
14 *Mariti de conſuetudine bona extradotalia vxoris adminiſtrant tanquam illarum procuratores.*
15 *Maritus in bonis extradotalibus de iure communi non habet mandatum procuræ.*
16 *Bona dotalia, & extradotalia de iure municipali Bononiæ æquiparantur ſolum reſpectu acquiſitionis fructuum facienda per virum ex præſumpta voluntate vxoris.*
17 *Teſtibus deponentibus ſuper interrogatorijs potiùs ſtandum eſt, quàm ſuper articulis.*
18 *Teſtes examinati in iudicio criminali probant in ciuili, ſi agatur de eadem re, & inter eaſdem partes.*
19 *Declara concluſionem procedere quando teſtes fuerunt examinati parte citata, ſecus ſi pro informatione Curiæ.*
20 *Adminiſtrare dicitur, qui per alium adminiſtrat.*
21 *Fructuum perceptorum quantitas probatur coniecturis conſtito de illorum perceptione in genere.*
22 *Maritus ſi bona extradotalia vxoris adminiſtrauit, nec rationem reddidit præſumitur æs alienum vxoris non ſoluiſſe de proprio, vel ſaltim quod fuerit ex alijs bonis vxoris reimburſatus.*
23 *Confeſſio viri iuramento vallata vim habet donationis.*
24 *Nec requiritur inſinuatio.*
25 *Et morte viri confitentis confirmata dicitur.*
26 *Itaut hæres viri confeſſioni, ſiue donationi ſtare teneatur.*

DECISIO CCXLIII.

INSTANTE Carolo Beccadello fuit hodie reaſſumpta diſputatio ſuper deciſis 26 Maij 1645. coram Me, & non obſtantibus ab eo longa ſeriè deductis Domini ſteterunt in deciſis reſpondendo conſtare de re iudicata non autem de cauſis reſtitutionis in integrū; nàm lapſa fuiſſe tempora ad appellandum non negatur, iuſtitia verò ſententiæ reſidet in publico inſtrumento continente confeſſionē Laurentij Bonſignorij de adminiſtratione bonorum extradotalium Geſiæ vxoris ipſa conſentiente, præuio tamen pacto quod fructuum perceptorum rationem reddere teneretur, ac de quantitate dictorum fructuum in ſumma librarum 32400. in proprios vſus viri conuerſa, quam confeſſionem inſtrumento publi-

publico probatam, & roboratam iuramento
1 Beccadellus cum ſit hæres confitentis † tene-
tur approbare ſaltèm quatenùs vires hæredi-
tariæ ferunt *Menoch. conſil.89.num.34. Honded.*
conſ.3.num.53.lib.1. Rot.in recent. deciſ.61.num.4.
deciſ.256.num.5.par.2.

Nec releuant ſępiùs allegatæ exceptiones,
vel contra fidem inſtrumenti, vel contra ve-
ritatem confeſſionis; viſæ enim ſunt elidi ex
deductis in *prima deciſione huius Cauſæ edita 27.*
Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Royas, & in al-
2 *tera coram Me,* cum inſtrumentum† ex rogiti-
bus Laurentij Ciocchæ de eo rogati fuerit
extractum à Io: Baptiſta illius patre, vt potuit
etiam abſque partis citatione *vigore Statuti*
Bononiæ concedentis hanc facultatem Notarij
defuncti hæredi, qualem fuiſſe Io: Baptiſtam
conſtat, quia eſt pater, ac tanquam hæres hoc
inſtrumentum è rogitibus filij vigore d. Sta-
tuti in publicam formam redegit, omneſque
3 alios filij rogitus retinet; † retinendo enim,
& vtendo rogitibus filij defuncti probatur il-
lius hæreditatem adiuiſſe, cum ſint bona hæ-
reditaria fructifera, & ſpectantia ad hæredem
Azeued. ad nouam recopil. lib 4. tit.25. l.24. num.1.
Guidopap. deciſ.19. nu.6. ex text. in §. quæ verò agun-
tur Auth. de defenſor. Ciuit. cum alys allegat. per Bo-
rell. in Summ. deciſ. tit.18. num.235. 275. & 276.

Et gratis opponitur de non recognitione
inſtrumenti, cum illa nec deficiat in inſtru-
mento compulſato ad inſtantiam Beccadelli,
quo Geſia non vtitur, nec in originali quod
Geſia produxit; nam vti rogitus filij fuit re-
cognitus, ac tranſumptatus à patre paritèr
4 Notario, † cui cum Statutum Bononiæ det
facultatem tranſumptãdi ſtatur illius aſſertio-
ni, quod inſtrumentum fuerit repertum in-
ter rogitus filij defuncti, quamuis (quod ta-
men eſt falſum) coram Iudice compulſoria-
li nulla deinde fuiſſet facta recognitio *Seraph.*
deciſ.1028. num.8. vbi hoc ampliatur quando
5 Aduerſarius † eodem Inſtrumento vſus fuit,
qui eſt caſus noſter, quia Beccadellus inſtru-
mentum produxit neque tunc impugnauit
ex capite non recognitionis, ſed ſolum quia
non fuit protocollatum, aut regiſtratum vt
Statutum Bononiæ requirit, aut in aliquo li-
bro deſcriptum, quæ non tollunt fidem In-
6 ſtrumenti; quia regiſtratio † abijt in diſſuetu-
7 dinem, & omiſſio Notarij † rogati in proto-
collando, ac deſcribendo inſtrumentum in
libro, ſiuè prouenerit à caſu vt verius eſt,
quia ille paulò poſt rogitum deceſſit, ſiuè à
negligentia eiuſdem Notarij veritati inſtru-
menti non detrahit *Caſtr. conſ.307. num.1. verſ.*
breuitèr ergò lib.1. Caualer. deciſ.122. num.11. vbi
allegantur concord.

Non obſtat, quod idem Io: Baptiſta Pater
Notarij rogati declarauerit ſub die 20. De-
cembris 1639. ſe in protocollis, rogitibus, &
ſcripturis filij non inuenire inſtrumentum,
de quo agitur, quia inde non ſequitur quod
non inuenerit de menſe Aprilis præcedentis,
quo inſtrumentum tanquam repertum inter
filij rogitus reaſſumpſit, cum verba temporis
8 præſentis† functionem temporis præteriti nõ
recipiant, vt notant *DD. in l. ſi vſusfructus ff.*
vſufr. leg. Bald. in cap. licet ſub num.2. verſ. tù dic
contra de ſupl. neglig. Prælat. Rimin. Iun. conſil.203.
num.92. præſertim ad euitandam contrarieta-
9 tem † quæ vt euitetur intelligenda eſt dicta
declaratio de tempore diuerſo *Felin. in c. tran-*
ſlato num.8. circa med. de conſt. Ruin. conſ.130. nu.6.
lib.3. Rot. deciſ.147. num.18. par.1. recent. deciſ.351.
num.31. coram ſa. me. Greg. XV. & de rogitibus,
ac ſcripturis deſcriptis in protocollo, vel in
libro, non autem exiſtentibus in folijs volan-
tibus inter quæ aderat præſens rogitus, maxi-
mè quia ipſe Io. Baptiſta dicto anno 1640.
affirmauit inſtrumentum reperijſſe in faſcicu-
10 lo rogituum filij, & omnis † interpetratio
ſumenda *Alex. conſ.185. num.4. & ſeqq. lib.7. Rota*
deciſ.167. num.51. & ſeqq. par.1. rec. vel in om-
nem euentum eſto poſtquam inſtrumentum
de menſe Aprilis fuerat reaſſumptum deper-
ditus fuiſſet rogitus exiſtens in folio volanti
11 hoc † partibus non noceret *Corn. conſil.210.*
num.4. & 5. lib.4. Aym. conſ.121. ſub num.11. verſ.
alibi ſcribit il 1. Pariſ. conſ.104. nu.62. & 63. lib.1.
Grat. diſcept.468. num.41. & 42.

Quo verò ad errorem confeſſionis quam-
12 uis allegari poſſit, probandus tamen eſt† per
probationes omninò concludentes, ac neceſ-
ſarias, & quæ excludant etiam per poſſibile
veritatem confeſſionis *Rota inter rec. deciſ.261.*
num.25. par.7. deciſ.337. num.34. & ſeqq coram Re-
uerendiſs. Vrgellen. & in alys allegatis in prima de-
ciſione coram Me §. & vxori; maximè quia con-
feſſio emanauit pro exoneratione conſcien-
13 tiæ, † & fulcitur adminiculis ibidem pon-
deratis, quibus concurrentibus ſolidior eua-
dit, vt per *Bald. in l. fin. nu.3. verſ. ex quibus ver-*
bis C. probat. Gramat. deciſ.8. ſub num.9. & dec.72.
num.4. Boer. deciſ.163. num.17.

Tales autem non ſunt probationes, quæ
eliciuntur ex locationibus bonorum factis
communi nomine vxoris, & viri, ex man-
dato procuræ vxoris in perſonam cuiuſdam
Gini ad petendam aſſociationem ad bona ca-
ducata, & ſimilibus, quia bene ſe compa-
tiuntur quod maritus Geſiæ etiam nomine
vxoris locauerit, & alios actus fecerit, & ta-
men adminiſtratio fuerit penes virum cum
etiam vigeat conſuetudo quod viri bona ex-
14 tradotalia † adminiſtrent vxorum nomine
tanquam procuratores *Aym. conſil.91. num.7.*
Rota deciſ.529. num.8. par.5. recent. dictoq; man-
dato procuræ ad agendum iudicialitèr ad bo-
na caducata opus fuerit, quia in bonis extra-
15 dotalibus † qualia ſunt iſta, maritus nec de
iure communi habet mandatum *l. maritus vbi*
Bart. num.2. C. procur. cum alys allegatis in prima
deciſ. §. non etiam, nec de iure municipali Bo-
noniæ quo bona dotalia, & extradotalia equi-
16 parantur † ſolum reſpectu acquiſitionis fru-
ctuum faciendæ per virum ex præſumpta
voluntate vxoris.

Minùs vrgent teſtes, quia examinatorum
in partibus, primus ſuper interrogatorijs de-
poſuit ſe neſcire, quod Genſia adminiſtraue-
rit ante annum 1620. ſed ſolum poſt infirmi-
tatem viri, quæ incepit anno 1621. & inhęren-
dum

17 dum eſt depoſitioni † ſuper interrogatorijs, potiùs quam ſuper articulis *Rota deciſ.774. num.3.par.3.rec.* Secundus non percutit tempus ante annum 1621. vt ponderat *prima deciſio §.aſſertum*. Vbi vltrò ſoluuntur depoſitiones teſtium examinatorum in Curia tàm in iudicio ciuili, quàm criminali, & quatenùs
18 additur quod examinati in criminali† probāt in ciuili ſi agatur de eadem re, & inter eaſdem partes, *ex allegatis per adden.ad Buratt.deciſ.118.*
19 *num.15.* reſpondetur hoc procedere† quando teſtes fuerunt examinati parte citata, ſecus verò ſi pro informatione Curiæ ſine partis citatione, *vt per allegatos per Adden.ibidem n.14.* & alios quos refert, & ſequitur *Rota inter impreſſas poſt conſ.Farinacc.deciſ.89.num.2.deciſ.150 num.1.*

Cum prætereà ſtante confeſſione viri, quod bona adminiſtrauit, & fructus in ſuos vſus conuertit, teſtes deponentes de adminiſtratione vxoris intelligi poſſint de adminiſtratione dependente à viro, vt explicat primus teſtis Geſiæ examinatus in prætenſo iudicio criminali, adeò quod ſemper verum eſt dicere, quod vir fructus conſumpſit, & bona ad-
20 miniſtrauit cum adminiſtrare dicatur † qui per alium adminiſtrat *l. tres tutores §. non ſolum l.ita autem §.geſſiſſe ff.admin.tut. l.verò procuratori ff.ſolut.gloſ.in l. quicunque §.non tamen verb. dumtaxat ff.inſt.act.Gratian.diſcept.677.nu.23. & ſeqq. Rota Ianuen.deciſ.14.num.2.& 3.*

Tandem error circà quantitatem fructuum perceptorum tollitur ex deductis *in prima deciſione §.penult.* maximè quia conſtito de per-
21 ceptione fructuū in genere† quantitas etiam coniecturis probatur *Menoch.præſumpt.9.nu.26. lib.3.* & ſolutio æris alieni ad vxorem ſpectantis, eò magis præſumi debet facta de bonis ipſius vxoris, quia alioquin maritus non ſe conſtituiſſet ſucceſſiuè debitorem totius ſummæ librarum 32400. vnde concurrentibus adminiculis nempè quod maritus bonorum adminiſtratorum inuentarium non cōfecit, quod non reddidit rationem de bonis mobilibus, quæ in domibus tàm Vrbanis, quàm Ruſticis adfuiſſe patet ex teſtamento patris Geſiæ, & alijs reſultat ſaltèm poſſibilitas, quod maritus æs alienum non ſoluerit de
22 proprio, † aut fuerit alijs bonis vxoris reimburſatus *Iaſ.in l.ſiquidem num.3.C.tranſact. Aym. conſ.129.num.9. Honded.conſ.47.num.34.lib.1. & conſ.39.num.66.lib.2.*

Et in omnem euentum, etſi confeſſio viri eſſet exceſſiua, quod negatur, & ſic aliquo modo præſumi poſſet facta in fraudem prohibitę donationis inter virum, & vxorem,
23 adhuc † haberet vim donationis, vt latè probat *Guttier.de iuram.confir.par.1.cap.15.num.2. & penult.* quæ tanquam vallata iuramento prop-
24 pter quod ceſſat neceſſitas inſinuationis † ex allegatis *in Auximana fideicommiſſi 28.Ian.1641. §. nec dicatur coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*
25 morte viri † confirmata fuiſſet *l.cum hic ſtatus 33. in princ.ff donat.int.vir.& vxor.l.donationes 25*
26 *Cod.eod.* itaut Beccadellus quia eſt hæres† viri ſiuè confeſſioni, ſiuè donationi ſtare teneatur *l.cum à matre 14. C.rei vendic.cum vulgar.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

GERVNDEN. PRIORATVS.

Lunæ 29. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione firmatur litteras Apoſtolicas non eſſe exequendas præcipuè ex defectu iuſtificationis valoris narrati, nam quoad alia narrata circa reſeruationem, & curam animarum; necnon quoad impetrationem Beneficij viuentis contra diſpoſitionem regulæ 29. de ſubrogandis DD. non fuerunt concordes.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio quando eſt fundamentum gratiæ, & agitur contra prouiſum ab Ordinario eſt plenè & cōcludenter probanda.*

2 *Reſeruatio inducta dicitur per Bullam Secularizationis Clem.VIII. omnium Eccleſiarū Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini Principatus Cathaloniæ ſuppreſſa regularitate Beneficiorum ac præuia illorum reſeruatione Sedi Apoſtolicæ, & numer.28.*

3 *Reſeruatio inducta per Bullam Secularizationis locum non habet in beneficijs Eccleſiarum, quæ anno 1592. ab eodem Clemente fuerunt in Collegiatas erectæ præuia conceſſione iuris conferendi in menſibus Ordinarijs principalibus dignitatibus earumdem Collegiatarum, & num.4. Intellige, vt num.29.*

5 *Indultum conferendi in præiudicium Papæ concedētis eiuſque reſeruationum latè eſt interpetrandum Intellige, vt num. 35.*

6 *Papa ſi prouidet tanquam de reſeruato non cenſetur voluiſſe præiudicare collationi Ordinarij, quatenus non intret reſeruatio.*

7 *Papa præſumitur velle citius prouidere beneficium curatum, quam ſimplex propter periculum animarum.*

8 *Falſa expreſſio vitiat gratiam, quando contingit in his, quæ de iure neceſſario ſunt exprimenda.*

9 *Cura animarum eſt omnino exprimenda in gratia, declara, vt n.50.*

10 *Qualitas quæ beneficio non inhæret à iure communi iuſtificanda omnino eſt.*

11 *In beneficialibus non licet arguere à maiori ad minus Contrarium num.49.*

12 *Epiſcopus ſi diſpenſat eum vno Monacho ad beneficium curatum, non tamen dicitur diſpenſare ad beneficium ſimplex, & quare? vide n.53.*

13 *Beneficium ſimplex poteſt per Subſtitutum deſeruiri.*

14 *Beneficium quando eſt duplici reſeruatione reſeruatum tunc de vtraque eſt facienda mentio, alias gratia remanet ſubreptitia.*

15 *Beneficium curatum ſpetie differt à beneficio ſimplici.*

16 *Arguere à maiori ad minus an liceat?*

17 *Falſa narratiua quod beneficium eſt curatum vitiat gratiam.*

18 *Valor narratus per nõ exceſſum iuſtificari debet, quia eſt pars gratiæ.*

19 *Valor non probatur per vnicum teſtem.*

20 *Valor per exceſſum non probatur ex teſtibus deponentibus per aſcenſum.*

21 *Impetratio beneficij viuentis, cui propter infirmitatem tempore impetrationis imminebat vitæ periculum eſt nulla ita diſponente regula 29. Cancellariæ de ſubrogand.*

22 *Regula 29. de ſubrogandis emanauit in odium impetrantium beneficia viuentium.*

23 *Et locum habet etiam contra impetrantes certo modo, quos nec fatua credulitas excuſat.*

24 *Impetratio beneficij viuentis eſt contra bonos mores & omni iure prohibita.*

25 *Cauſa quælibet etiam iniuſta excuſat à pœna.*

26 *Regula de ſubrogandis non annullat prouiſiones illius tantum qui impetrauit beneficium infirmi qui ſtatim deceſſit, ſed conſiderat imminentiam periculi vitæ tempore impetrationis non attento euentu mortis, vel valetudinis, & n. 27.*

30 *Iuriſdictione conceſſa ſuper beneficijs alicuius Eccleſiæ non reſultat conceſſio iuris conferendi eadem beneficia.*

31 *Collatio licet ſit actus iuriſdictionis, non tamen venit ſub iuriſdictionibus.*

32 *Ius conferendi Canonicatus & præbendas alicui cõceſſum non ſe extendit ad poteſtatem conferendi beneficia inferiora.*

33 *Concluſio abſque difficultate procedit, quando ius conferendi prouenit ex priuilegio.*

34 *Item procedit quando præceſſit reſeruatio generalis omnium beneficiorum ad fauorem Sedis Apoſtolicæ tunc ſub poteſtate conferendi Canonicatus non cenſetur Papam voluiſſe ſibi præiudicare quoad beneficia.*

35 *Indultum conferendi licet latè ſit interpetrãdum in præiudicium Papæ concedentis non tamen eſt extendendum contra illius voluntatem.*

36 *Papa ſub inuolucro verborum non cenſetur voluiſſe ſibi præiudicare quoad reſeruationes.*

37 *Obſeruantia etiam ex vnico actu deſumpta bene declarat diſpoſitionem dubiam.*

38 *Status vltimus attenditur ſiue agatur de includenda ſiue de excludenda reſeruatione.*

39 *Status vltimus ſufficit ad effectum iuſtificationis gratiæ.*

40 *Falſa expreſſio qualitatis adiectæ cauſa demonſtrationis, non autem taxationis gratiam non vitiat, quando conſtat de certo corpore beneficij, quod Papa voluit conferre.*

41 *Et qualitas dicitur adiecta cauſa demonſtrationis niſi aliunde colligatur mentem concedentis fuiſſe cauſa taxationis, quæ mens in dubio non præſumitur.*

42 *Papa ſi prouidit de beneficio cogitans eſſe curatum & impetrantem eſſe dignum, præſumitur eo magis prouidiſſe de ſimplici ſi ſciuiſſet.*

43 *Maior idoneitas requiritur in beneficio curato, quam in ſimplici.*

44 *Papa ſi contulit Curatum credens eſſe ſimplex vitiatur gratia, ſecus è conuerſo.*

45 *Impetrans Sacriſtiam & aſſerens eam eſſe dignitatem ſi poſtea detegitur eam non eſſe dignitatem ſed officium, gratia non vitiatur.*

46 Deciſ. 73. de reſcript. in antiq. quo caſu loquatur?

47 *Mandati fines diligenter ſeruandi ſunt.*

48 *Mandatum de prouidendo differt à prouiſione ratio diuerſitatis eſt nam quando Papa mandat prouideri non facit tantam gratiam, quantam facit quando prouidet.*

50 *De cura animarum quamuis facienda ſit mentio in litteris non inde ſequitur quod neceſſaria ſit illius iuſtificatio.*

51 *Gratia an ſit ſubreptitia aliud eſt, & aliud an ſit iuſtificata.*

52 *Falſa expreſſio non doloſa circa id quod veriſimiliter non mouit Principem ad concedendum non nocet gratiæ.*

53 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare Monachum ad beneficium ſimplex.*

54 *Ad probandum valorem per non exceſſum ſufficit ſemiplena probatio.*

55 *Regula Cancellariæ 29. de ſubrogand. emanauit ad euitandas fraudes, & contra impetrantes beneficia viuentium.*

56 *Credulitas iuſta oriens ex publica voce & fama excuſat tam à pœna regulæ 29. de ſubrogand. quam Regulæ de impetrantibus beneficia viuentium.*

DECISIO CCXLIV.

REIECTVS à ſubrogatione gratioſa
quam obtinuerat in ius Petri Caies, pe-
tijt Franciſcus Bompar executionem nouæ
prouiſionis per obitum eiuſdem Petri obten-
tę à Sede Apoſtolica tanquam de reſeruato
& propoſito hodie dubio an litteræ Apoſto-
licæ dictæ prouiſionis ſint exequendæ pro ne-
gatiua informantes obiecerunt non iuſtifica-
tionem narratorum, & Primo reſeruationis
quæ cum ſit fundamentum gratiæ & agatur
1 contra † prouiſum ab Ordinario plenè & cõ-
cludenter probari debuiſſet, *Aegid. dec. 612. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 32. nu. 57. Rot. dec. 706. num. 11. & 13. par. 3. recent. & in Bononien. Beneficiorum 29. Maij 1645. coram me.*
2 Deducitur ſiquidem reſeruatio † ex litte-
ris fel. record. Clement. VIII. ſecularizationis
omnium Eccleſiarum Canonicorum Regula-
rium Ordinis S. Auguſtini Principatus Ca-
thaloniæ, in quibus litteris Papa ſuppreſſa re-
gularitate beneficiorum eadem Sedi Apoſto-
licæ perpetuo reſeruauit. Verum idem Sum-
mus Pontifex cum poſtmodum de ann. 1592.
Eccleſiam Beatæ Mariæ de Villa Bertrando à
qua pendere Prioratum de quo agitur partes
non dubitant, nec non alias tres Eccleſias
dicti Principatus in Collegiatas erexiſſet, ius
3 conferendi † in menſibus Ordinarijs conceſ-
ſit principalibus dignitatibus earumdem Col-
legiatarum, prout prius ſpectabat ad Abbates
regulares ante ſuppreſſionem, adeo quod per
litteras ſubſequentes ſublata fuit in his bene-
ficijs reſeruatio inducta per antecedentes ſe-
cularizationis, vt agnouit *Rot. in dec. 590. nu. 4.*

coram

coram bon.me.Buratto, *& in Vicen. Camerariæ* 14.
Maij 1640. *coram R.P.D. meo Rojas* §. *nec pariter*
vbi dicitur quod reſeruatio vigore ſeculari-
4 zationis † habet locum in omnibus præter
quam in exceptuatis in motu proprio Cle-
mentis VIII. de anno 1592. qui in præiudiciũ
Papæ concedentis eiuſque reſeruationum la-
5 tè † eſt interpretandus *cap. quia circa de priuil.*
*Gemin.in cap.dudum ſub num.*14. *verſ. vnde poſſet*,
de præb.in 6. *Felin.in cap. poſtulaſti ſub nu.*11. *col.*3.
verſ.quod facultas de reſcr. & magis ad propoſi-
tum *Garz.de benef.par.*1.*cap.*6.*num.*41. *Rot.dec.*8.
*num.*3.*de elect.in ant.* Inter exceptuatas autem
adeſt Eccleſia S.Mariæ de Villa Bertrando, vn-
de cum iſte Prioratus vacauerit in menſe Or-
dinario, illius collatio ſicuti in ſtatu regulari
ſpectabat ad Abbatem, ita hodie ſpectat ad
dignitates Collegiatæ in eadem Eccleſia ere-
ctę quas Papa ſubſtituit in iure conferendi
quod ad Abbatem pertinebat & per conſe-
quens prouiſio Apoſtolica obtenta à Bom-
par tanquam de reſeruato non ſuffragatur,
quia Papa ſic prouidendo non cenſetur vo-
6 luiſſe † præiudicare collationi Ordinarij qua-
tenus non intret reſeruatio, *Gemin.conſ.*92.*ante*
*num.*1.*verſ.nam ſi apparet, Garz.de benef.par.*5.*c.*4.
*num.*44. *Rot.deciſ.*7. *de præben. in nou. dec.*610.*ſub*
n. 2.*verſ.& hinc tollitur par.*4.*diuerſ.dec.*585.*n.*44.
*par.*5.*recent.*

Secundo curę animarum quam ex deductis
in deciſionibus æditis coram me 9. Decem-
bris 1644. & 14. Iunij 1645. apparet non eſſe
probatam & probanda erat etiam ſi in proui-
ſo non deficiat idoneitas requiſita ad benefi-
cia curata, nam præſumptio eſt quod Papa
7 citius motus fuerit † ad prouidendum de be-
neficio curato propter periculum animarum
argumento, *cap. vbi maius de elect.* & falſa ex-
8 preſſio vitiat gratiam † quando contingit in
his quæ de iure neceſſario ſunt exprimenda,
9 vt eſt cura † animarum, *cap.cum in illis de præ-*
*bentis num.*6.*clem.*1. *cod. tit. Felin.in cap. in noſtra*
*num.*15.*de reſcrip.Lottber.de re benef. lib.*3.*quæſt.*3.
*num.*30.*& quæſt.*4.*numer.*39. item qualitas quæ
10 beneficio † non inhæret à iure communi iu-
ſtificanda omnino eſt, *Felin. in cap in noſtra nu-*
*mer.*14.*de reſcrip.Lottber.de re benef.lib.*3. *quæſt.*4.
*num.*24. *Rot. dec.*75. *de reſcrip.in antiq.* nec ex eo
quod Papa contulit tanquam curatum, & ſic
requirens maiorem idoneitatem argui poteſt
quod cõtuliſſet etiam ſi ſciuiſſet eſſe ſimplex,
ſic minores qualitates requirere, quia in be-
11 neficialibus non licet arguere † à maiori ad
minus, vt probat *text.in cap.cui de non Sacerdo-*
tali 27. *de præb.in* 6. *& ibi notat Franch. ſub nu.*5.
*& per eum text.in puncto reſoluit Rot.dec.*73. *de re-*
*ſcrip.in antiq.facit Gambar.de author. legat. lib.*10.
*num.*215. quod licet Epiſcopus diſpenſet cum
vno Monaco ad beneficium curatum, non
12 tamen † dicitur diſpenſare ad beneficium
ſimplex, quod confirmatur, quia ſi Papa ſci-
uiſſet beneficium eſſe ſimplex, cui per ſubſti-
13 tutum † poteſt deſeruiri, *Lap.alleg.*35. *Seraph.*
*dec.*1026.*num.*4. *Mant.dec.*129.*num.*4. contuliſſet
forſan alijs perſonis ſibi caris, ac de ſe benemę-
ritis, ob quam rationem in ſimili ſi benefi-
cium ſit reſeruatum duplici reſeruatione cõ-
ſurgente ex vacatione vnius perſonæ gratia
14 eſt ſubreptitia, † niſi vtraque reſeruatio nar-
retur, *Calder.conſ.*7.*ſub n.*1. *verſ.& ſi circa vnum*
*de reſcript.Pariſ.conſil.*138.*ſub nu.*8.*lib.*4. *Lottber.*
*de re benef.lib.*2.*quæſt.*27. *num.*47. Cum itaque
ceſſante cura animarum Papa non ita facile
beneficium contuliſſet Bompar, & beneficiũ
15 curatum differat ſpecie à beneficio ſimplici,
vt tradit *Lottber.de re benef.lib.*3.*quæſt.*4.*num.*25.
propterea & minus licet arguere à maiori ad
16 minus † vt conciliando textus *in cap.ſuper lit-*
teris de reſcr.& in cap ſuſceptum eod. tit.in 6. *dec La-*
*xauit Rot.dec.*4.*num.*7.*de reſcr.in ant. dec.*19. *in an-*
17 *tiquior* & falſa narratiua † quod Prioratus ha-
bet curam animarum vitiat gratiam, *iuxta*
theor.quam ex textu cap. ſuper litteris de reſcript.
deſumit *ibid.Innoc.num.*1. *Felin.num.*8.*Caſſad.dec.*
1. *num.*14.*de præben. Rot.dec.*1. *ſub num.*8. *de re-*
*ſcrip.in nou.& dec.*739.*num.*1.*par.*2.*recent. dec.*55.
num 6.*dec.*510.*num.*7.*coram bo.me.Buratto.*

Tertio valoris narrati per non exceſſum, qui
18 eſt † pars gratiæ *Caſſad. deciſ.*20.*num.*4.*ſup. reg.*
*Scraph.dec.*377. *num.*5. *Rot. dec.*160. *num.*3. vbi
quod non exceſſus probari debet eo modo
quo fuit narratus, *par.* 2. *recent.* nam de non
19 exceſſu vnicus tantum teſtis † deponens, qui
non ſufficit *Buratt.dec.*411.*num.*1.*dec.*769. *nu.*8.
alij verò teſtes quia deponunt de auditu & de
20 valore affirmatiuo per aſcenſum, † non iuſti-
ficant narratiuam valoris per non exceſſum,
*Scraph.dec.*1017.*num.*5. *Gregor.XV. dec.*13. *nu.*5.
*dec.*347.*num.*1.*Buratt.dec.*540. *num.*15. *deciſ.*941.
*num.*4. *Rot.inter recent.deciſ* 443. *n.*1.*par.*2.

Addebatur quod prouiſio per obitum eſt
nulla eo quod Bompar eumdem Prioratum
tanquam certo modo vacantem impetraue-
21 rat prius de tempore † quo Petro Cajes illius
poſſeſſori (vt probant teſtes formiter exami-
nati) imminebat propter infirmitatem vitæ
periculum, ſic diſponente *regula* 29. *Cancella-*
22 *riæ de ſubrogandis* æditæ in odium † impetran-
tium beneficia viuentium quæ locum habet
23 etiam † contra impetrantes certo modo, nec
fatua credulitas aut alia iniuſta cauſa præſtat
excuſationem, quia cum impetratio benefi-
24 cij viuentis ſit contra bonos mores † & om-
ni iure prohibita requiritur in impetrante di-
ligens inueſtigatio, vt declarando regulam
deſumptam, *ex l. plagi la prima Cod. ad leg. Fla-*
uiam de plagiar. & in l. igitur ff. liber. cauſ. quod
25 quilibet cauſa etiam iniuſta † excuſat à pœ-
na, reſpondit *Sarnen.ſuper reg.de impetr benef.vi-*
*uent.quæſt.*3.*num.*4.*verſ.nec obſtat Rebuff.de reprob.*
*benefic.viuent.impetr.num.*53.*& in puncto Rot. dec.*
42.*num.*35.*& ſeqq. par.*2. *diuerſ.* Neque releuat
quod Petrus Cajes ſuperuixerit per 12. annos
quia *regula* 29. non annullat nouas prouiſio-
26 nes † illius tantum qui impetrauerat benefi-
cium infirmi qui ſtatim deceſſit, ſed conſide-
rat ſolam imminentiam periculi vitæ, ibi, *qui-*
bus aut propter Senium aut propter infirmitatem im-
mineret vitæ periculum &c. quapropter ſatis eſt
27 probaſſe imminentiam periculi vitæ † de-
tem-

tempore impetrationis non attento euentu mortis vel valetudinis, vt bene ad rem ratiocinatur *Corn.conſ.53.num.3.& 4. lib.4. & admittit deciſio edita coram me 9. Decembris* 1644.§.*nec obſtare*.

Exaduerſo autem informantes pro Bompar affirmabant adeſſe ſufficientem iuſtificationem omnium narratorum, nam reſerua-
28 tio eſt clara † ex Bulla Secularizationis, vt *Rot.ſæpiſſimè cenſuit coram bon.mem.Merlino in Vicen.Canonicatus 24. Nouembris 1624. coram Eminentiſſ. D.Card.Panzirolo in Vicen. Prioratus 2.Iunij* 1636.*coram R.P. D. meo Rojas in Vicen. Camerariæ* 1. *Februar.*1638.*&* 14.*Martij* 1640. Exceptuatio vero quatuor Eccleſiarum in Collegiatas erectarum contenta in motu proprio
29 Clemen. VIII. de anno 1592. † loquitur ſolum de collatione Canonicatuum & præbendarum exiſtentium in Eccleſijs in Collegiatas erectis, vt patet aduertendo quod Motus proprius habet duas partes, in prima ſubijcit iuriſdictioni Ordinarij ſingulas Collegiatas & earum dignitates Canonicatus & præbendas, aliaque beneficia, Capitula, & miniſtros, ibi, *Singulaq; Collegiatæ Eccleſiæ & earum dignitates. Canonicatus, & præbendæ, aliaque beneficia Capitula & Miniſtri prædicti ſuo cuique Ordinario ſubiecti ſint*, ex quibus verbis conceſſiuis iuriſdictio-
30 nis ſuper beneficijs Eccleſiarum † non reſultat conceſſio iuris conferendi eadem benefi-
31 cia, quia licet collatio ſit actus † Iuriſdictionis, *Lottber.de re benef. lib.2.quæſt.*50.*num.*81.*Buratt. dec.*578. *num.*9. non tamen venit ſub Iuriſdictionibus *Butr.in cap.noſtri num.3. in ſecundo notab.de elect. Pariſ.conſ.80.numer.17.& 18.lib.4. Gonz ſuper reg.8.Cancell.§.4. proemiali numer.34. text.eſt in cap.fin.de offic.Vicar.in* 6. & in puncto harum Collegiatarum Cathaloniæ *Buratt. dec.* 590.*num.*4.*Rot.in Vicen.Canonicatus* 29.*Nouembr.* 1624.*coram bon. mem. Merlino & in Vicen. Camerariæ* 14.*Maij* 1640.*coram R.P.D. meo Rojas* §.2. *nihil facit &* §.*ſeq.*vbi quod ius conferendi nec venit ſub conceſſione præheminentiarum, & ſubrogatione in omnibus iuribus quæ ante ſecularizationem ſpectabant ad Abbatem & Canonicos regulares & reſpõdetur ad *dec.*325 *num.*7.*par.*2.*recent.* & alias quæ in contrarium allegari poſſent.

Præſertim quia de iure conferendi Motus proprius loquitur nominatim in ſecũda parte, quæ tamen eſt reſtricta ad Canonicatus & præbendas Collegiatarum, ibi, *ac Canonicatuũ, præbendarum huiuſmodi collatio prouiſio & quæ vis alia diſpoſitio ad pro tempore obtinentes Abbatias & Archipresbyteratus, dignitates principales in Collegiatis Eccleſiis huiuſmodi prout prius locorum & Canonicalium portionum huiuſmodi ad Abbates Monaſteriorum ſuppreſſorum &c. pertinebat deinceps ceſſantibus reſeruationibus & affectionibus Apoſtolicis pleno iure ſpectent & pertineant*, neque à potesta-
32 te conferendi Canonicatus & † præbendas inferri poteſt ad poteſtatem conferendi beneficia inferiora *Abb. in cap. cum Eccleſia Vulturana ſub num.*8.*verſ.in tertio membro de elect.Rot.in Placentina Voti* 20.*Nouembris* 1602. *coram bon. mem. Penia* quam refert & ſequitur *Lottber. de re beneſic.lib.*2. *quæſt.*21.*num.*18.*& ſeqq.* vbi reſpondet omnibus contrarijs, quod procedit abſq;
33 difficultate † quando vt in caſu noſtro ius cõferendi prouenit ex priuilegio, & agitur de beneficio rurali *iuxt.diſt.Abb.in cap.cum Eccleſia ſub num.*8.*circa fin. verſ. ſi autem Cappella deſumptam ex text.in cap.ad audientiam il primo de Eccl. edif.* & quando vlterius præcedit reſeruatio
34 generalis † omnium beneficiorum ad fauorem Sedis Apoſtolicæ; non enim Papa per verba Motus proprij directa ad Canonicatus & præbendas Eccleſiarum Collegiatarum aut alias generalia præſumitur voluiſſe tollere ius cõferendi beneficia ruralia quod ſibi prius in Bulla Secularizationis ſpecialiter reſeruauerat *Calder.conſ.*7.*ſub num.* 2.*de reſcr. Sarnen. in proem.regul.quæſt.*5.*num.*2.*Rot.dec.*666. *num.*8.*p.*1. *recent.* & in ſpecie Collegiatarum Principatus Cathaloniæ *Buratt.dec.*590.*n.*3.

Voluit igitur Papa ſpectare ad dignitates collationem prout prius ſpectabat ad Abbates in ſtatu regularitatis, ſed circa Canonicatus & præbendas Collegiatarum dumtaxat, & li-
35 cet facultas conferendi laté † ſit interpetranda in præiudicium Papæ, non tamen extendenda eſt cõtra illius voluntatem, ita vt vltra quã verba patiantur tollat reſeruationes aliorum beneficiorum & illis ſub inuolucro ver-
36 borum † cenſeatur præiudicatum, vt in proximis terminis *Vameſ.conſ.*241.*num.*2.*Rot.deciſ.* 666.*num.*8.*verſ.quia non cenſetur part.*1.*deciſ.*569. *num.*6.*verſ.multo magis par.*2.*recent.* Prout etiam declarauit obſeruantia; nam Prioratus iſte quoties poſt Motum propriũ Clemen. VIII. vacauit non fuit collatus ab Ordinario ſeu à dignitatibus Collegiatæ Eccleſiæ Villæ Bertrandi, ſed à Sede Apoſtolica & hæc obſeruan-
37 tia etiam ex vnico actu deſumpta † bene declarat Motum proprium quatenus eſſet dubius *Aym.conſ.*118.*nu.*2. *Lottber.de re benef. lib.*2. *quæſt.*47.*num.*30.*Caualer. deciſ.*80. *num.*5. *Buratt. deciſ.*679.*num.*9. ſuffragaturquè prouiſo Apoſtolico ad probandum quod Prioratus ſit reſeruatus Papæ prout narrauit cum ſufficiat talem reperiri in vltimo ſtatu, qui debet attendi
38 ſiue † ad includendam, ſiue ad excludendam reſeruationem, *Calder.conſ.*23.*de præb.Put.deciſ.* 206.*lib.*1.*Rot.dec.*2.*num.* 2.*de præb.in nou. dec.*154. *num.*3.*& ſeqq.dec.*233.*num.*1. vbi quod vltimus
39 ſtatus † ſufficit ad effectum iuſtificationis gratiæ *par.*1.*rec.dec.*340.*n.*5.*par.*3.

Cura pariter animarum narrata Papæ dicebatur iuſtificata ex teſtibus & alijs in prima deciſione ponderatis; & in omnem euentum ob illius non iuſtificationem gratiam non vitiari; nam vbi conſtat de certo corpore bene-
40 ficij † quod Papa voluit conferre, falſa expreſſio qualitatis adiectę cauſa demonſtrationis non autem taxationis gratiam non vitiat *Abb.in cap.ſignificante num.*5.*de reſcript. ex text. in cap. ſuſceptum eod. tit. in* 6. *Felin.in cap. ſuper litteris num.*3.*lim.*4.*de reſcr. Gemin.conſ.*111. *per tot.* & dicitur adiecta cauſa demonſtrationis quã-
41 do † adijcitur tanquam qualitas rei, niſi aliũ-

de

de colligatur mentem cõcedentis fuiſſe cau-
ſa taxationis, quæ mens in dubio non præſu-
mitur, imò potius militat præſumptio quod
42 ſi Papa † prouidit cogitans beneficium eſſe
curatum & de eo prouiſum eſſe dignum faci-
lius conceſſiſſet ſi ſciuiſſet eſſe ſimplex, vt in
puncto *Couar.var.reſol,lib.1.cap.20.ſub numer.6,*
Staph.de litter.grat.tit.de mod.& form.impetrand.tit.
dignitas abſque fructu num:2.& ſeqq. vbi ponderat
quod Papa faciliùs cõceſſiſſet ſi ſciuiſſet ſim-
43 plex, quia maior idoneitas† requiritur in cu-
rato quam in ſimplici *Guttier.Canon.quæſt.lib.2.*
cap.15.num.83.Sanch.de matrim.lib.8.diſp.21. ſub
num.35.& 36. Put.dec.292.num.4. vbi quod ſi
44 Papa cõtulit Curatum † credens eſſe ſimplex
vitiatur gratia, ſecus è conuerſo *lib.1. in corr.*
Seraphin.deciſ.1026.num.2. verſ.qui licet, & in
proximis terminis *Abb. in dicto cap. ſignificante*
45 *nu.6.de reſcrip.* ait† quod ſi quis impetrauit Sa-
criſtiam & dixit eam eſſe dignitatem, & re-
peritur quod eſt officium & nõ dignitas gra-
tia non vitiatur, & ſequitur *Felin.ibid.n.8.verſ.*
vlterius tangit.

46 Nec obſtat *dec.73. de reſcrip. in antiq.* † quia
loquitur de mandato de prouidendo, vt
conſtat in principio, ibi, *Papa de eo ſibi mandat*
prouideri, & innititur *tex.in cap. cui de non Sacer-*
dotali de præben. in 6. cuius diſpoſitionem eſſe
eſſe ſpecialem in mandato de prouidendo eo
47 quod mandati fines diligenter† ſeruandi ſunt
nec poteſt etiã pinguius adimpleri notat ibid.
Barboſ.ſub num.4. Dec. in l. in eo quod plus eſt nu-
mer.14.de reg.iur.Menoch.conſ.72.ſub num.8. verſ.
obſtat ſecundum Palaez. de maiorat. par.1. quæſt.4.
num.9.& ſeqq.Sanchez d.diſput.21.ſub nu.36.verſ.
vnde textus Guttier.d.cap.15.ſub num.83. verſ. &
tenendo,vbi in puncto ita declarat d.dec.73. de reſcr.
in antiq.& prius declararunt Couar. d. cap. 20. ſub
num.6. verſ. ſed ſi exacte, vbi quod ſi exactè verus
ſenſus d.dec.73. perpendatur ex ea cõtrarium ma-
nifeſtè deducitur; ponderando præſertim
quod illa deciſio in fin. remittit ſe ad *deciſ.37.*
eod. tit. in qua diſtinguitur inter mandatum
48 de prouidendo & prouiſionem † & redditur
ratio diuerſitatis inter vtrumque, quia cum
Papa mandat prouideri nõ facit tantam gra-
tiam ſecundum quod facit cum prouidet de
vacanti.

Non ergo admittendum eſt abſolute quod
in beneficialibus non licet arguere à maiori
49 ad minus, † cum ita in puncto arguant ſupra
citati Doctores & deciſiones & eodem argu-
menti genere vtantur in terminis beneficiali-
bus *Felin. in cap. ſuper litteris num. 8. de reſcript.*
Rebuff.conſ.23.col.1.in fin. Pu..dec.17.num.2. & 3.
lib.3.in corr.Seraph.dec.1163.num.3. Buratt. deciſ.
613.num.2. neque etiam ex eo quod de cura
50 ſit facienda mentio† in litteris ſequitur quod
ſit neceſſaria illius iuſtificatio, vt in puncto
aduertit *Couar.d. cap.20. num.6.verſ.at ſi aliquid*
Guttier.d.cap.15.num.83. verſ.nec obſtat & nu.84.
verſ.at in propoſito atq; hinc *Rot. coram ſan.mem.*
Gregor.XV.dec.350.num.4. dixit aliud eſſe quæ-
51 rere an gratia ſit ſubreptitia † aliud an ſit iu-
ſtificata, & *Ægid.dec.4.* quem ſequitur *Caſſad.*
deciſ.12.num.15.de præb. ait falſi expreſſionem
52 non doloſam circa id† quod veriſimiliter nõ
mouit Principem ad concedendum non no-
cere gratiæ. Tandem non vrget ſimile de
Monacho diſpenſato ab Epiſcopo ad Curatũ
53 qui † non cenſetur diſpenſatus ad ſimplex,
quia hoc prouenit non ex defectu voluntatis
diſpenſantis ſed poteſtatis, cum Epiſcopus nõ
poſſit diſpenſare Monachum ad ſimplex, vt
declarat *Io:And.in reg.quæ à Iure communi num.5.*
& 7.de reg.iur.Gambar.in exaduerſo allegato tract.
de auth.Legat.lib.10.nu.223.& 224.Azor.inſt.mor.
tom,1.lib.12.cap.19.quæſt.13.Sanch. in præcept. de-
cal.lib.7.cap.29.num.76.

Ad probandum valorem narratum per nõ
54 exceſſum † dicebatur ſufficere teſtes exami-
natos cum etiam ſufficiat ſemiplena probatio
Garz.de benef. par.5. cap.3. num.398.Rot.dec.293.
& 436.num.1.par.1.diuerſ.dec.255.num.11. coram
bo.me. Buratto.

Tandem negabatur quod tempore primæ
impetrationis Petro Caſes poſſeſſori Prioratus
immineret vitæ periculum, addendo quod
Bompar veniret ſaltem excuſandus, quia
beneficium tunc viuentis tanquam vacans
per aſſecutionem incompatibilis impetrauit
bona fide & iuſta credulitate motus, quod
Prioratui eſſet annexa cura animarum vt cõ-
ſtat ex deductis in prima deciſione, quæ iuſta
credulitas excludit præſumptionem quod im
petrauerit per fraudem animo deinde impe-
trandi ſubrogationem gratioſam ſecuta mor-
te Petri quem credebat cito moriturum, ad
quam fraudem euitandam emanauit regula
55 Cancellariæ 29. † & alia contra impetrantes
beneficia viuentium, vt aduertit *Sarnen. ſuper*
reg.de impetr.benef.viuen.quæſt.3. num.2. Queſada
in adnot.ad reg.29.verb.fraudibus obuiare Staph. de
de litter.Signat.Iuſt.§.his ita generaliter num.10. &
11. Rot. deciſion.42. num.9.par.2. diuerſ. & ſuffi-
56 cit fuiſſe famam publicam † quod Priora-
tus haberet curam animarum licet reuera
non haberet, vt Bompar excuſaretur à rigore
vtriuſque regulæ, vt in terminis *reg. de impetr.*
benef.viuent.tradit Sarnen.d.quæſ.3.ſub nu.4. verſ.
tamen Rebuff.in prax.tit.de reprobat.benefic.viuen.
impetr.num.52.& conſ.187.col.4. verſ.dicit aliquis
Oldrad.conſ.304.ſub nu.7. & in terminis reg.29.
Rot.d.deciſ.42. num.37. par.2. diuerſ. & facit Put.
dec.170.in annot.lib.3. in corr. vbi quod non cõ-
uenit mens regulæ vbi nullus dolus aut fraus
impetrantis conſiderari poſſit.

His hinc inde deductis Rota cenſuit litte-
ras Apoſtolicas Bompar non eſſe exequendas
inhærendo præſertim fundamento non iuſti-
ficationis valoris narrati per non exceſſum,
alia enim fundamenta non omnes Domini
amplexi ſunt.

Et ità deciſum vtraque &c.

ME-

MEDIOLANEN. PENSIONIS.

Mercurij 31. Ianuarij 1646.

ARGVMENTVM.

Per contra dictas proceditur ſtante abſentia procuratoris à Curia nulla facta ſubſtitutione. Fructus debentur ante motam litem, quando non petuntur vti acceſſorij, & appendices rei petitæ, ſed tanquam ſors principalis, vel quando mala fide fuerunt percepti.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas non poteſt controuerti, concurrentibus requiſitis de quibus per* Caputaq. deciſ. 260. par. 2.

2 *Per contradictas procedi poteſt, ſi procurator à Curia diſceſſit nulla facta ſubſtitutione.*

3 *Iuſtitia ſententiæ deſumitur ex deciſionibus in cauſa editis.*

4 *Fructus regulariter tanquam appendices rei petitæ non debentur niſi à die motæ litis.*

5 *Fallit primò, quando fructus non petuntur, vti acceſſorij, & appendices rei petitæ, ſed tanquam ſors principalis, & principaliter debiti, & redditur ratio.*

Fallit. ſecundò, vt num. 10. *&* 11.

6 *Fructus beneficij penſione grauati, ſunt obligati pro penſione.*

7 *Termini penſionis decurſi ante motam litem, ſi non fuerunt petiti, non per hoc cenſentur remiſſi.*

8 *Termini penſionis debentur principaliter, & Iure actionis.*

9 *Et ſi fuerunt in ſententia omiſſi, adhuc peti poſſunt*

10 *Fructus mala fide percepti debentur etiam ante motam litem.*

11 *Fructus reſtituere tenetur etiam poſſeſſor bonæ fidei, ſi non ſunt conſumpti, vel ex eis factus eſt locupletior.*

DECISIO CCXLV.

CONTRA Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Eccleſiæ Mediolanenſis egerunt Beneficiati eiuſdem Eccleſiæ pro annua penſione ſcutorum mille auri, quam ad eorum fauorem reſeruauerat glor. mem. Sanctus Carolus tunc Archiepiſcopus Mediolani, & obtinuerunt ſententias fauorabiles tâm ſuper iure exigendi penſiones in futurum, quàm ſuper ſolutione terminorum à die motæ litis decurſorum. Moto deinde alio Iudicio pro terminis ante dictam litem decurſis incipientibus ab anno 1588. quo expirauit aſſignatio dictæ penſionis per Sanctum Carolum facta fabricæ ad quinquennium, & ſecundi quinquennij prorogatio, obtinuerunt pariter ad illorum ſolutionem condemnari Capitulum, & Canonicos per ſententiam Rotalem coram bo:me: Merlino, quàm hodie coram me in gradu appellationis exaduerſo interpoſitæ cõfirmandam eſſe Domini dixerunt.

Quia de eius validitate dubitari non poteſt
1 cum † habeat omnia requiſita de quibus *Caputaq. deciſ. 260. par. 2. Rot. deciſ. 295. num. 1. par. 5. recent.* Nec obſtat, quod ſententia fuerit lata præuia citatione per contradictas, quia cum
2 procurator Capituli, † qui mandatum acceptauerat diſceſſiſſet à Curia, vt fuit probatum per teſtes abſque ſubſtitutione alterius Procuratoris potuit procedi per audientiam contradictarum iuxta notorium ſtylum Curiæ de quo *Saluſt. in prax. A.C. lib. 2. cap. 16. num. 14. Rot. deciſ. 5. de Iudic. in nou. Caputaq. deciſ. 262. num. 2. par. 2. addens ad ſa. me. Greg. XV. deciſ. 110. litt. A. & fuit dictum in Vrbeuetana bonorum 26. Ianuarij 1624. coram bo. me. Vbaldo Seniori, & in Meliten. hæreditatis 6. Febr. 1640. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Veroſpio iuniore.*
3 Iuſtitia verò ſententiæ † apparet ex duabus deciſionibus æditis *coram bo. me. Merlino 6. Iunij 1633. & 19. Ianuarij 1635. impreſſis parte 7. recent. deciſ. 3. & deciſ. 381.* in quibus poſita regu-
4 la, quod fructus tanquam acceſſorij, † & appendices rei petitæ non debentur niſi à die motæ litis *iuxta textum in l. 2. Cod. fruct. & lit. expen. l. certum Cod. rei vendic. l. ſed & ſi lege §. ſi ante vbi gloſſ. & Bart. in 2. ff. pet. hæred.* afferuntur duæ limitationes caſui noſtro aplicabiles, altera quando fructus non petuntur, vt acceſ-
5 ſorij, † & appendices rei, ſeù Capitalis in iudicium deducti, ſed tanquam ſors principalis, & principaliter debiti, & ratio diuerſitatis eſt quia hoc ſecundò caſu fructus non debentur ex cauſa malefidei aut mora rei conuenti, ſed iure dominij ipſius actoris, cui niſi ſoluerentur fructus, ſeù annuæ præſtationes, & penſiones decurſę ante litem motam non diceretur ipſi reſtituta integrè res ipſa principalis, cum illa conſiſtat ſolum in annuis præſtationibus, quæ deberi cęperunt ex die contractæ ſeù purificatę obligationis, vt pluribus comprobant dictæ deciſiones, & præter ibi allegatos tradunt *Ruin. conſ. 193. num. 4. lib. 1. Gabr. conſil. 35. num. 10. lib. 2. Surd. conſ. 293. num. 23. Grat. diſcep. 206. num. 18. & ſeqq. Cinc. de Cenſib. qu. 91. num. 15. ſecundum nouam impreſſ. Boer. deciſ. 18. num. 2. Rot. deciſ. 807. num. 6. par. 1. diuerſ. & alij relat. à Moder. de Manut. obſeruat. 74. ſub num. 11.*

Rectè itaque Canonici condemnati fuerũt ad ſoluendas annuas penſiones poſt tempus conceſſionis exactas cum fuerint petitæ principaliter, ac debeantur independenter ab omni alio ſubiecto debito petenti, licet illarum
6 onus inhereat materialiter † fructibus beneficij grauati, qui ſunt in obligatione *Put. dec. 10 num. 6. lib. 1. Seraph. deciſ. 1429. num. 5. Rot. inter recent. deciſ. 99. num. 2. par. 1. Lotth. de re benef. lib. 1. quæſt. 35. num. 53.* Nec obſtat, quod in primo Iudicio non fuerint petiti termini decurſi an-
7 te litem motam, † quia non ideò cenſentur remiſſi *gloſſ. in §. ſi minus Inſt. de actionib. Bart. in l. ſi cum dos num. 2 ff. act. rer. amot. Caſtr. in l. Lucius §. fin. num. 2. ff. ad Trebell. Surd. conſ. 224. num. 4.* prout neque obſtat, quod in prima ſententia Iudex non condemnauerit ad terminos ante litem decurſos, quia vt benè reſpondet *prima deciſio §. non obſtat, & ſecunda in §. fin.* ſententia reſeruauit terminos de quibus agitur, cum-
8 que † debeantur principaliter, & iure actio-

nis

nis *Gambr. de Off. & poteſt. leg. lib. 6. num. 453. Lotther. de re beneſ. lib. 1. quæſt. 39. num. 28. & ſeqq.* pe-
9 ti poſſunt etiam ſi † in ſententia fuiſſent om-
miſſi ex ibi allegatis quibus addi poteſt *Guid. pap. deciſ. 55. in add. Rot. in Romana expenſarum 20. Maij 1614. coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Altera limitatio eſt, quando fructus fuerunt
10 percepti mala fide †. *Bart. in l. 3. verſ. & dic quod hæc regula ff. interd. Faber. in §. retinendæ n. 12 verſ. ſed à quo tempore Inſt. eod. Menoch. de retin. rem. 3. num. 289. Rot. deciſ. 317. num. 2. par. 1. recent. & in Senogallien. Iuriſpaſcendi 12. Iunij 1620. coram bo. me. Remboldo*, quæ ſatis probatur ex deductis in vtraque deciſione huius cauſæ corā
bo. me. Merlino in quarum vltima additur ex
11 abbundanti tertia limitatio, † quia nempè
etiam bonæ fidei poſſeſſor tenetur ad reſtitutionem fructuum ſi non ſunt conſumpti, vel ex eis factus eſt locupletior.

Et ita deciſum informantibus ſolum beneficiatis pluries tamen citatis, & expectatis per nonnullos menſes DD. Canonicis, qui ſemper nouas dilationes prætexuerẽ.

MARSICEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 5. Martii 1646.

ARGVMENTVM.

Proceſſus fabricatus coram Iudice compulſore ſuſpecto allegato nullus eſt, & inualidus, quādo fuit appellatum ab vlteriori proceſſu, & reperita ſuſpicionis proteſtatio, ac appellatio in comparitionibus poſtea factis. Compulſatio ſcripturarum exiſtentium in archiuio, vt ſit valida, quæ requirantur ad effectum, vt Iura compulſata dicantur in forma probanti? Archiuium Epiſcopale, quando agitur de intereſſe ipſius menſæ, & contra tertium an probet multum dubitatur.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus fabricatus coram Iudice compulſore poſtquam ex cauſis fuit ſuſpectus allegatus, & appellatum ab vlteriori proceſſu nullus eſt.*
2 *Geſta poſt appellationem nulla ſunt, & inualida.*
3 *Amplia ſiuè appellans proſecutus fuerit appellationem, ſiuè non.*
4 *Appellatio datur quoties Iudex declarat ſe competentem.*
5 *Inimicitia eſt cauſa ſufficiens, vt Iudex poſſit ſuſpectus allegari.*
6 *Et attenditur in materia ſuſpicionis animus, ſiue opinio, quamuis inimicitia non habeat fomentum iuſtitiæ, & veritatis.*
7 *Comparens cum proteſtatione coram Iudice recuſato non dicitur à recuſatione recedere.*
8 *Procurator comparens coram Iudice recuſato non poteſt abſque ſpeciali mandato à recuſatione recedere, & in eum conſentire.*
9 *Compulſatio Iurium ex archiuio non ſeruata forma litterarum compulſorialium nulla eſt, ſi Iudex ad Archiuium non acceſſit, nec Iura à Notario compulſore fuerunt extracta.*
10 *Iudex compulſor tenetur ſcripturas antequam compulſentur inſpicere, & videre, an ſint in aliqua parte vitiatæ ad effectum, vt exemplentur cum deſignationibus ſignorum, & vitiorum.*
11 *Iura extracta ex Archiuio non dicuntur in forma probanti non docto de quo tempore fuerunt repoſita in Archiuio cum reponi potuerint tempore extractionis, & poſt motam litem.*
12 *Et requiritur talis probatio, quando Archiuiſta eſt ſuſpectus, & exiſtentiæ ſcripturarum ante motam litem in Archiuio redditur inueriſimilis.*
13 *Negatiua exiſtentiæ alicuius ſcripturæ in Archiuio probatur eo ipſo, quod non reperitur adnotatæ in Inuentario ſcripturarum eiuſdem Archiuij.*
14 *Scripturæ compulſatæ longè poſt motam litẽ ex quibus reddantur ſuſpectæ?*
15 *Iura compulſata non dicuntur in forma probanti, nō facta recognitione notariorum.*
16 *Notario compulſanti dicenti compulſum eſſe ex originali non creditur.*
17 *Scripturæ extractæ ex Archiuio Epiſcopali dicuntur extractæ ex Archiuio publico, ac proinde plene probant.*
18 *An autem concluſio procedat, quando agitur de intereſſe ipſius menſæ Epiſcopalis, & contra tertium multum dubitatur.*
19 *Archiuium publicum ſolum probat inter perſonas illius territorii ſubiectas.*

DECISIO CCXLVI.

PROCESSVS Compulſorialis nuper exhibitus à Reuerendiſſimo Epiſcopo Marſici an ſit validus, & iura compulſata ſint in forma probanti hodie diſceptatum fuit, & negatiuè in omnibus capta reſolutio.

Quod enim attinet ad validitatem proceſſus duæ præcipue vrgent nullitates, altera eſt quia fuit fabricatus coram Archipræsbytero Terræ
1 Sancti Quirici † poſt quam ex cauſis tunc expreſſis fuerat allegatus ſuſpectus, & ab vlteriori proceſſu appellatum, qua appellatione
2 interueniente † indubitatum eſt omnia deindè geſta eſſe nulla iuxta opinionem *Innoc. in cap. cum ſpeciali num. 6. de appellat.* quam perpetuo ſecuta eſt *Rot. apud Caputaq. deciſ. 604. num. 4. par. 1. deciſ. 563. num. 2. par. 1. diuerſ. deciſ. 2. num. 7. par. 2. deciſ. 271. num. 11. coram bo. me. Buratt.* ſiuè ap-
3 pellans † proſecutus fuerit appellationem ſiuè non *Lancell. de attent. recuſat. penden. 2. par. cap. 6. num. 17. Acchill. deciſ. 3. de except. Staph. deciſ. 897. num. 1. in apoſtill.*

Quo magis in caſu noſtro, quo in pluribus comparitionibus fuit reperita ſuſpicionis pro-
4 teſtatio, & appellatio cui etiam locus erat, † quia Iudex ſe competentem declarauit iuxta doctrinam *Bart. in l. 2. num. 10. verſ. quæro vtrum à ſententia ff. ſi quis in ius voc. non ierit Bellam. in cap. ſuper eo il ſecondò ſub num. 16. quæſt. 14. de appellat.* cum alijs congeſtis per *Rugin. de appellat. §. 2. cap. 3. verſ. competentia num. 186.* Nec dubitari poteſt de cauſis legitimis ſuſpicionis, nā allegata fuit inimicitia cum Iudice Compul-
5 ſoriali, quæ ſufficit † pro illius recuſatione

Caſtr.

Caſtr. in l. apertiſſimi num.6.Cod. Iudic. Gaill. obſer. 33.num.9.lib.1.Iacobus Laurentius de Iudic.ſuſpect. cap.5.num.12. Oſaſch.deciſ.15.num.7. & 8. eaque orta fuit ex quo Archipræsbyter Saponariæ Franciſcum Tornatorem in carceribus ad inſtantiam eiuſdem Iudicis Compulſorialis biennio detentum excarcerari fecit de mandato A.C. quod licet tribuendum potius eſſet A.C mandanti, quam exequenti illud nihilominus Iudex compulſor reuocauit ad animum contra Archipræsbyterum Saponariæ, & in
6 hac materia † attenditur animus, & opinio etiam ſi inimicitia non habeat fomentum iuſtitiæ, & veritatis, vt bene ponderat *Vin.deciſ. 363. ſub num.3. lib. 2.* neque à ſuſpicionis allegatione ſiuè appellatione prædictis dici poteſt fuiſſe receſſum per ſubſequentes compari-
7 tiones, † nam præter quod in omnibus comparitionibus, vt ſupra dicebatur fuerunt repetitæ, Procurator qui comparuit non poterat
8 abſque ſpeciali mandato† ab eiſdem proteſtationibus recedere, & in Iudicem conſentire *Caputaq.deciſ.29.num.2.par.1. Mohed.deciſ.3.nu.1. de appellat. Rot.deciſ.21.num.3.par.4. diuerſ. & in Concben. Decimarum de Belmonte 18. Maij 1607. coram bon.mem. Cardinali Lancellotto impreſſ. apud Marcb.par.2.fol.406.num.8.*

Altera nullitas eſt, quia non fuit ſeruata
9 forma litterarum Compulſorialium † cum Iudex non acceſſerit ad Archiuium, nec iura fuerint extracta per Notarium Compulſorem & tamen iuxta præſcriptum dictarum litterarum, ac etiam iuris communis diſpoſitionem Compulſor tenebatur ſcripturas antequam compulſarentur inſpicere, & videre an eſſent
10 in † aliqua ſui parte vitiatæ ad effectum, vt exemplentur cum deſſignationibus ſignorum & etiam vitiorum, quæ reperiuntur in originali *cap.fin. de fid.inſtr. Rot deciſ.580.num.1. & 3. coram bo.me.Cardinali Caualer.deciſ. 290.num.1.& ſeqq. coram bon.me. Buratt. deciſ.76.num.10.par.6. recent.*

Quo verò ad ſecundam partem dubij propoſiti iura compulſata non eſſe in forma probanti apparet, tam ex prædictis nullitatibus compulſationis, quam ex eo quod extracta fuerunt ex Archiuio Epiſcopi nec fuit proba-
11 tum † de quo tempore illuc fuerint repoſita, vt requirebatur, quia potuerunt reponi tempore compulſationis, aut poſt motam litem *Caputaq.deciſ.41.num.4.par.1. Put.deciſ.430.nu.1. lib.2. Andr.deciſ.88.num.6. & deciſ.90.num.3.Rot. diuerſ.par.4.deciſ.549.num.2.*

Eoque magis hoc requirebatur in caſu no-
12 ſtro, quo ipſe Archiuiſta eſt ſuſpectiſſimus,† & ſcripturarum exiſtentia in Archiuio ante motam litem redditur prorſus inueriſimilis ex quo non reperiuntur adnotatæ in inuentario ſcripturarum in dicto Archiuio exiſtentiũ, quod alias factũ fuit iudicialiter ad inſtantiã eiuſdem Epiſcopi contra quem propterea pro
13 bat negatiuam, † quod ſcilicet de tempore inuentarij ſcripturæ huiuſmodi non eſſent in Archiuio, vt per *Grat.diſcep.998.num.3. Peregr. de fideicom.art.9.num.14. Seraph.deciſ.5C4. num.6. Rot. in recent. deciſ.607. ſub num.1. par.1.* ſtantibus præſertim exactiſſimis diligentiis factis in hac cauſa per Epiſcopos Marſicenſes, qui ſanè tam diù nõ diſtuliſſent ſcripturas de qui-
14 bus agitur compulſare,† & exhibere ſi reuera in Archiuio extitiſſent, ex qua tarditate in compulſando eædem ſcripturæ valde ſuſpectæ redduntur *l. ſi quis forte* §. 1. *ibi nec enim debebant tam magnam rem diù retinere ff. pen. Moroſ. conſ.47.num.6. & 18. Rot.deciſ.137.num.16.par.5. recent.*

Neque ſuſpicionem minuit relatio Cardinalis Sancti Seuerini olim Archiepiſcopi Salernitani, aut depoſitio teſtium ad inſtantiam Epiſcopi examinatorum, quia illa loquitur de proceſſibus in genere, teſtes verò ſolum deponunt, quod ſcripturæ compulſatæ ſunt illemet, quæ exiſtebant in Archiuio, ſed non deponunt de quo tempore fuerint ad Archiuium delatæ, nec recognoſcunt manus No-
15 tariorum, † ſine qua recognitione ſcripturis compulſatis nulla fides adhibetur *Scacc. de Iudic.lib.2. cap.11. num.897. Caualer. deciſ.25. ante num.1. Buratt. deciſ. 290. num.4. & 6.* vbi quod
16 non ſtatur Notario compulſanti† dicenti cõpulſum eſſe factum ex originali.

Accedit, quod licet ſcripturæ extractæ ex
17 Archiuio publico,† & regulariter plenè probent *cap.2. de fid.inſtr. Franc.Marc.deciſ.298.n.1. & 2.par.1. Aluarot. inter conſ. Alber. Bun.conſ.121 num.1. Rot.deciſ.45.num.2.par.5.recent.* multum
18 tamen dubitari poteſt† an hoc procedat, quãdo agitur de intereſſe ipſius menſæ Epiſcopalis, & contra tertium, qui an ſit ſubiectus Epiſcopo adhuc ſub Iudice eſt; nam Archiuiũ
19 publicum † ſolum probat inter perſonas illius territorio ſubiectas *Caputaq.deciſ.42. par.1. Put.deciſ.341.num.2.lib.2.Caualer.deciſ.351.nu.2. Seraph.deciſ.642.num.1.Rot. inter recent.deciſ.271 num.1.par.1.deciſ.45.num.27.par.5.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA SVCCESSIONIS.

Mercurij 14. Martij 1646.

ARGVMENTVM

Curator hæreditati iacenti deputari nequit non præcedente citatione illius ad quem proxima cauſa ſucceſſionis tangit. Arbitrium pro ſanatione examinatis teſtium non intrat, quando æquitas non cõcurrit pro illius ſanatione. Teſtamentum, vt vitietur ipſo Iure ob falſitatem cauſæ, illa debet in teſtamento exprimi, nec ſufficit, quod in corde retineatur. Cauſæ plures ſi fuerunt in teſtamento expreſſæ, ex quibus Teſtator motus fuit ad exhæredandum filiam, & inſtituendum hæredem nepotem illæ ſunt attendendæ non aliæ, quæ expreſſæ non fuerunt, & ſic non præſumuntur à teſtatore contemplatæ.

SVMMARIVM.

1 *Fides Parochi formiter extracta probat mortem, & mortis tempus.*

2 Te-

2 *Teſtis deponens circa tempus cum dictione* in circa *tempus preciſum percutere non videtur, nam illa dictio determinationem temporis non importat, ſed porrigitur ad tempus proximum expreſſo.*

3 *Dictio* in circa *refertur ad tempus antea vel poſt, quando agitur de probatione temporis.*

4 *Teſtium dicta ad concordiam ſunt reducenda cum fide Parochi tempus determinatum mortis continente.*

5 *Curator hæreditati iacenti deputari nequit non præcedente citatione illius, ad quem principalis cauſa ſucceſſionis ſpectat ad declaran. an velit eſſe hæres, alioquin Iudici conſtare non poteſt hæreditatem iacere.*

6 *Per contradictas non proceditur contra abſentem niſi præcedente citatione perſonali.*

7 *Interrogatoria, quando producuntur in actis, ſolet per Notarium adnotari illorum productio.*

8 *Mandatum Procuræ morte Procuratoris expirat.*

9 *Arbitrium pro ſanatione examinis teſtium non intrat, quando teſtes fuerunt examinati abſque interrogatorijs partis aduerſæ.*

10 *Falſa cauſa vitiat teſtamentum, quamuis expreſſa non fuerit in eodem teſtamento.*

11 *Falſa cauſa ſi eſt expreſſa in teſtamento vitiat ipſo Iure, ſecus verò ſi eſt retenta in corde, & primò caſu teſtamentum eſt nullum, ſecundò verò eſt annullandum.*

12 *Falſa cauſa debet omnino exprimi in teſtamento, vt illud vitietur, nec ſufficit, quod in corde retineatur, & hæc eſt communis interpetratio doctorum.*

13 *Cauſæ expreſſæ in teſtamento ex quibus teſtator motus fuit ad exhæredandam filiam, & inſtituendum nepotem hæredem attendi debent, cum præſeferant certiorem voluntatis probationem.*

14 *Voluntas præſumpta ceſſat, vbi conſtat de expreſſa.*

15 *Voluntas expreſſa in teſtamento non cenſetur mutata in codicillis, niſi circa id quod in illis diſponitur, & eſt incompatibile cum teſtamento.*

16 *Cauſæ plures exheredationis ſi fuerunt in teſtamento expreſſæ licet vna ſit falſa, adhuc teſtamentum ſubſtinetur ex alijs.*

DECISIO CCXLVII.

DICEBATVR in vltimis deciſionibus, quas fauorabiles actrix reportauit, non intrare arbitrium pro ſanatione nullitatis examinis teſtium exaduerſo examinatorum, eo quod interrogatoria non fuerunt data à legitima perſona, vt requiritur, cum Gaſpar Bertus, qui tunc fuit citatus tanquam Curator hæreditatis iacentis Herrici Vicourt Senioris legitimè deputatus non fuiſſet, ac etiam, quia depoſitiones teſtium non releuant.

Aduerſus quæ inſurrexerunt informantes pro Io: Thoma Saccho aduerſario allegando validam fuiſſe deputationem Berti in Curatorem hæreditatis iacentis Herrici Senioris, non obſtante quod primi Herrici hæreditas fuiſſet adita per ſecundum hoc nomine nuncupatum; nam deputatio Curatoris fuit facta hæreditati iacenti ſecundi Herrici, qui Senior dictus fuit comparatiue ad tertium Herricũ, cum tres in rerum natura fuerint Herrici ſucceſſiuè vnus poſt alium, & quod in omnem euentum ſuffragantur interrogatoria data à Felice Turricella, qui fuit legitimus Procurator ſecundi Herrici.

Sed obiectum tollitur ex facto, quia deputatio Curatoris facta fuit de menſe Nouembris 1639., de quo tempore ſecundus Herricus viuebat, deceſſitque die decima menſis Ianuarij 1640. vt conſtat ex fide Parochi for-
1 miter extracta, quæ † probat mortem, & mortis tempus *Mandoſ. ſuper reg. 18. Cancell. quæſt. 10 ſub num. 4. Rot. deciſ. 220. in princ. par. 2. diuerſ. deciſ. 428. num. 1. coram bo. me. Cocc. deciſ. 708. num. 3. coram bo. me. Buratt.* Nec obſtant duo teſtes exaduerſo examinati ad perpetuam rei memoriam ſuper tempore mortis dicti Herrici ſecundi, quia primus dicit illum deceſſiſſe de anno 1639. in circa, & propterea eius dictum
2 verificari† poteſt in menſe Ianuarij ſubſequẽtis anni 1640. iuxta præfatam fidem Parochi ponderando verbum, *in circa*, quod non importat præciſam temporis determinationem, ſed porrigitur ad tempus proximum expreſſo *Guidopap. deciſ. 290. ſub nu. 2. & ibi add. Caputaq. deciſ. 247. num. 11. & 12. par. 3. Greg. XV. deciſ. 344. num. 6. Rebuff. in tract. de nominat. quæſt. 11. num. 31.* Eumdemque intellectum recipere poteſt ſecundus teſtis, qui examinatus fuit de menſe Iunij 1640. & deponit Herricum deceſſiſſe *vn*
3 *anno fà in circa*, quia verbum, *in circa*, † refertur etiam ad ſex menſes antea, vel poſt vt notat *Guidopap. ſing. 436. poſt gloſſ. in cap. atteſtationes verb. circa finem de deſponſat. impub. Barboſ. dict. 154. num. 5.* & omnis intellectus accipiendus
4 eſt, vt teſtium dicta † concordent cum fide Parochi tempus determinatum mortis continente *Caſtr. conſ. 26. num. 3. circa fin. lib. 1. Alex. conſil. 156. num. 11. & 12. lib. 5. Aym. conſ. 78. ſub nu. 9 verſ. amplius Rot. coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 344. num. 13.*

Accedit, quod ſi Curator fuit deputatus hæreditati iacenti ſecundi Herrici deputatio eſt
5 nulla ex alio capite, † quia nimirum non præceſſit legitima citatio tertij Herrici, quem proxima cauſa ſucceſſionis contingebat ad declarandum an vellet eſſe hæres defuncti, vel non vt neceſſe erat, quia alioquin Iudici conſtare non potuit hæreditatem iacere, vel diù iacere debere *Bart. in l. 1. nu. 3. ff. Curat. bon. dand. Ang. conſ. 193. num. 4. Gaill. obſeru. 130. ſub num. 3. lib. 2. Capic. deciſ. 87. num. 1.* Nec ſufficit tertium Herricum fuiſſe citatum per contradictas, quia cum ille commoraretur in Curia debuit citari perſonaliter, & proceſſui per contradi-
6 ctas regulariter † locus non eſt, niſi contra abſentem præcedente citatione perſonali *Capu. deciſ. 127. num. 1. par. 3. Seraph. deciſ. 1276. num. 4. Rot. in Colimbrien. Decanatus 27. Ianuarij 1595. coram bo. me. Iuſto impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. tom. 2. fol. 221. deciſ. 430. num. 1. coram ſa. me. Greg. XV. vbi add. num. 5. allegat. concord.*

Interrogatoria verò, quæ dicuntur data à Felice Turricella Procuratore ſecundi Herrici non probantur fuiſſe ab eo producta, cum
7 nulla adſit adnotatio † productionis facta per Notarium, vt ſolet *Rot. deciſ. 18. num. 7. par. 7. recent.* & quamuis producta fuiſſent à Turricel-

la non releuant, quia eius morte longè ante
8 examen ſecuta mandatum procuræ † expirauerat *l. ſi quis alicui §. morte ff. mand. §. item ſi adhuc Inſt. eod. Mant. de tacit. lib. 7. tit. 23. ſub num. 1.* Nec agebatur ampliùs de intereſſe Herrici ſecundi, cuius fuerat procurator, ſed Herrici tertij cuius nomine nuſquam data fuerunt interrogatoria, cumque poſt interrogatoria, quæ aſſeruntur data à Turricella fuerint exaduerſo ſpecificatę nouæ materiæ, & noui teſtes inducti, locus pariter erat nouis interrogatorijs, quæ data fuiſſent ſi pars aduerſa tempus examinis intimaſſet; vnde cum ob culpam aduerſarij actrix non fecerit totum id, quod facere potuiſſet ſi examen eſſet validum, ceſſat æquitas, ob quam intrare ſolet arbitrium Rotæ pro ſananda nullitate examinis, pro vt ceſſat quando teſtes examinati fuerunt pror-
9 ſus † ſine interrogatorijs partis *Farinac. de teſt. quæſt. 72. ampl. 12. num. 34. adden. ad ſa. me. Greg. XV deciſ. 466. ſub num. 11. Rot. deciſ. 239. nu. 6. par. 4. recent deciſ. 18. num. 9. par. 7.*

Alterum fundamentum deciſionum propter irreleuantiã teſtium examinatorum, quia deponunt teſtatorem non inſtituiſſe hæredem Herricum nepotem eo quod illũ amore proſequeretur, ſed odio in Cæciliam filiam, a qua ſibi credidit (licet falſo) procuratam carcerationem, quam paſſus fuerat, cum tamen aliæ cauſæ præteritionis filiæ fuerint in teſtamento expreſſæ, & ex epiſtolis teſtatoris eliciatur eximius illius amor erga nepotem, impugnarũt informantes pro Saccho allegando, quod dictæ Epiſtolæ non percutiunt tempus poſt annum 1626. quodque cauſa carcerationis, ob quam teſtator filiam exheredauit, & nepotem inſtituit cum ſit falſa, quamuis in teſtamento
10 expreſſã † non fuerit vitiat inſtitutionem iuxta doctrinam *Bart. in l. fin. num. 4. ff. hæred. inſt.* vbi ait, quod cauſa falſa ſi eſt expreſſa in teſtamẽ-
11 to † vitiat ipſo iure, ſi verò eſt retenta in corde non vitiat ipſo iure, & *Bald. ibid. in ſecunda oppoſitione* ait, quod primo caſu teſtamentum eſt nullum, ſed in ſecundò eſt annullandum, eamque diſtinctionem eſſe notandam, ſic etiã *Imol. in d. l. fin. num. 3. in ſecundò notab. & ſub n. 6. verſ. in ea gloſſa*, vbi de communi, & veriori opinione *Corn. conſ. 309. nu. 10. in fin. & ſub n. 12 lib. 1.* quem ſequitur *Gerard. Mazol. conſ. 43. n. 10 Surd. conſ. 373. num. 41.*

Verùm quicquid ſit de diſtinctione Bartoli & de ſententia Piccardi, qui iuxta communẽ interpetrationem non ſufficere ſolam volun-
12 tatem in corde retentam, † ſed requiri quod falſa cauſa exprimatur in teſtamento, vt illud vitiet tradit *in §. poſteriori, & in §. ſed & ſi quis il primò num. 21. Inſt. quib. mod. teſtam. infirm.* verſamur extra caſum quæſtionis, quia omnes loquuntur de teſtamento, in quo aliqua cauſa expreſſa non fuit, at in caſu noſtro plures aliæ cauſæ, quibus teſtator motus fuit ad exheredã dam filiam, & inſtituendum nepotem fuerũt
13 expreſſæ in teſtamento, † nihilque dictum fuit de aſſerta carceratione, quæ propterea, vel nullatenus præſumitur contemplata à teſtatore, vel potius attendi debent cauſæ expreſſæ cum præſeferant certiorem voluntatis
14 probationem, & ceſſat præſumpta voluntas † vbi conſtat de expreſſa *l. ſi quis hæredem in fin. C. Inſt. & ſubſt. Bero. conſ. 97. nu. 1. lib. 2. Mant. de coniect. lib. 1. tit. 1. ſub num. 11. & lib. 3. tit. 2. num. 3. cum aliis allegat. in deciſione huius cauſæ edita 9. Maii 1644. coram me §. ſecundò teſtes, & ſeqq.*

Nec obſtat, quod in codicillis teſtator ademerit legatum ſcutorum 1000. relictam filiæ & expreſſerit adimere ob dictam carceratione͂ nam præter, quod voluntas expreſſa in teſta-
15 mento nõ cenſetur mutata in codicillis, † niſi circa id quod in illis diſponitur, & eſt incompatibile cum teſtamento *Caſtr. in l. hæredes palam 21. §. ſi quid poſt ſub num. 7. circa fin. ff. teſtam. Ceph. conſ. 67. num. 7. Ciriac. contr. 168. nu. 54. & 55* etiam in codicillis plures aliæ cauſæ expreſſæ fuerunt, vndè eſto, quod cauſa carcerationis
16 eſſet falſa † teſtamentum ſubſtineretur ex alijs vt in terminis exheredationis *Bald. conſ. 112. num. 2. lib. 5. Rot. deciſ. 582. num. 14. par. 4. rec. tom. 3. vltra allegatos in d. deciſ. anni 1644. §. fin. vbi in §. penult.* demoſtratur, quod neque poſt annum 1626. diminutus fuit amor teſtatoris erga nepotem.

Quare dictis obiectis, quæ informantes pro Saccho deduxerunt per memoriale ad obtinendam, pro vt obtinuerũt nouam audientiã ſublatis in repropoſitione cauſæ, licet in ea Sacchus pluries citatus non informauerit Domini ſteterunt in deciſis altera, tantum parte informante.

SPOLETANA MANVTENTIONIS.

Veneris 16. Martij 1646.

ARGVMENTVM.

Appellatio à laudo, quod ex voluntate compromittentium eſt indiuiduum in parte & partibus præiudicialibus cenſetur ac ſi purè, & ſimpliciter eſſet interpoſita. Ratificatio appellationis interpoſitæ à Procuratore inducta dicitur à principali ex proſecutione dictæ appellationis coram Iudice ad quem. Executio laudi, ac etiam via executiua remanet vulnerata per ſententiam ſubſequentem contrariã laudo, quę tranſitum fecit in iudicatum. Tranſactio ſi fuit inita in executione rei iudicatæ, & poſt tranſactionem alter ex contrahentibus proteſtatus fuit de non approbando rem iudicatã talis proteſtatio nõ nocet, quinimo ex ſubſecuta obſeruantia dictæ tranſactionis ſpatio plurium annorum dicitur à proteſtatione receſſum. Creditum quando eſt illiquidum, quia tunc nulla conſideratur mora debitoris quemadmodum cogi nequit ad illius ſolutionem, eo minus cogi poteſt ad ſolutionem fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Laudum per appellationem redditur inexequibile.*
2 *Appellatio interpoſita à laudo in parte, & partibus*

præiu-

præiudicialibus perinde habetur, ac ſi purè, & ſimpliciter eſſet interpoſita, quia laudum ex voluntate compromittentium eſt indiuiduum.

3 *Laudum non poteſt eſſe pro vna parte obligatorium, & pro alia non.*

4 *Appellatio interpoſita à Procuratore cenſetur à principali ratificata ex illius proſecutione coram Iudice, ad quem.*

5 *Ratificatio æquiparatur mandato, etiam in requirentibus ſpeciale mandatum.*

6 *A laudi acceptatione receſſum dicitur mediante proſequutione appellationis ab eo interpoſita coram Iudice appellationis, à quo iniuſtum fuit poſteà detectum.*

7 *A laudo recedi poteſt de vtriuſque partis conſenſu.*

8 Deciſ. 588. part. 2. recent. *in quibus terminis loquatur?*

9 *Decretum ob non interpoſitam appellationem infrà decem dies quoad partes litigantes tranſit in iudicatum.*

10 *Executio laudi per ſententiã contrariam in iudicatũ tranſactam nedum dicitur ſuſpenſa, ſed etiam vulnerata via executiua.*

11 *Laudum dicitur è medio ſublatum præſentiam contrariam in iudicatum tranſactam.*

12 *A laudo poſſunt partes per tranſactionem recedere.*

13 *Res iudicata æquiparatur tranſactioni.*

14 *Executio ſententiæ facta parte aduerſa acquieſcente operatur, vt non poſſit amplius audiri.*

15 *Poſt initam tranſactionem in executionem rei iudicatæ ſi altera pars ex tranſigentibus proteſtata eſt de impugnando rem iudicatam, talis proteſtatio nõ tollit Ius alteri quæſitam ex reiudicata.*

16 *Et dicitur à proteſtatione receſſum ſi per plures annos proteſtans nihil oppoſuit, ſed iuxtà formam reiudicatæ tranſactio fuit pacificè obſeruata.*

17 *Fructus ſiuè vſuræ non debentur vltra ſortem principalem.*

18 *Debitor ſi infrà certum tempus ſoluere tenetur, vel in pecunia, vel in aliis rebus elapſo tempore, & electione non facta, eadem electio transfertur in creditorem.*

19 *Et ſtante mora debitoris in eligendo electio habetur profacta pro creditore prout ſibi magis expedit.*

20 *Creditum quando eſt illiquidum pro eo agi nequit multò minus ad fructus, quia tunc nulla adeſt mora debitoris in ſoluendo.*

21 *Tribunal A.C. eiuſque locumtenentium eſt vnum, & idem, tamen ſunt diſtincti Iudices, & vnus non ſe ingerit in cauſis alterius, niſi idem A. C. illas remittat.*

22 *Debitor quo caſu non dicatur in mora ſoluendi?*

23 *Fructus ſine mora non debentur.*

DECISIO CCXLVIII.

SVPER deciſis die 12. Maij 1645. conceſſa Anchaianis noua audientia Domini ſteterunt in deciſis ex omnibus fundamẽtis, quibus ipſa deciſio nititur, Subſiſtit enim quod
1 laudum eſſet inexiquibile † propter appellationem ab eo vtrinque interpoſitam, vt præter allegatos tradit, *Alex. conſ.* 119. *ſub numer.* 15. *verſ. et tanto fortius lib.* 2. aliique relati per *Blanc. de comprom. quæſt.* 10. *ſub num.* 3. de qua appellatione non poteſt dubitari, quia adeſt in actis appellatio Franciſcę, & Martę autricium Baldi Martani interpoſita ſeptima die poſt laudum promulgatum, pariterque adeſt appellatio à die habitæ notitiæ laudi interpoſita per Flaminij Anchaiani aduerſariorum authoris procuratorem, qui non appellauit quatenùs opus ſit, vt exaduerſo prætenditur, ſed ſimpliciter appellationi feminarum quatenùs opus ſit inherendo, vt patet ibi, *habita notitia laudi &c. & appellationem pro parte aduerſariarum interpoſitam fuiſſe dictæ appellationi quatenus opus ſit inherendo &c. ab eodem laudo, & ſententia in parte, & partibus eidem ſuo principali præiudicialibus, & non alias appellauit prout in cedula,* adeò quod Procurator duo fecit, adheſit nimirum appellationi aduerſariarum quatenùs opus ſit, & ſimul ex integro abſque aliqua clauſula reſtrictiua ſuam appellationem interpoſuit, &
2 licet appellauerit in parte, & partibus † ſibi præiudicialibus, nihilominus quia laudum originaliter ex voluntate compromittentium eſt indiuiduum per inde eſt, ac ſi purè, & ſimpliciter appellaſſet ex allegatis *in deciſione* §. *fuit*
3 *autem*, neque laudum † poteſt eſſe pro vna parte obligatorium, & pro alia non, *l. ſi cum dies* 26. §. *penul. ff. recep. arbitr. Seraph. deciſ.* 752. *numer.* 1. *Buratt. dec.* 14. *num.* 34. *& ſeqq.*

Non obſtat quod præceſſerit acceptatio laudi neque conſtat de mandato procuratoris, qui pro Flaminio deindè appellauit, quia de mandato non eſt dubitandum cum Fla-
4 minius proſequendo † poſtmodum Iudicium coram A.C. Iudice appellationis dicatur ipsã appellationem ratificaſſe, *Lancell. de attent. par.* 1 *cap.* 1. *numer.* 63. *& ſeqq. Vant. de nullit. tit. qualiter ſententia num.* 103. *Rot. deciſ.* 176. *num.* 9. *coram ſan. memor. Gregor. XV.* & ratificatio æquiparetur
5 mandato † etiam in requirentibus ſpeciale mandatum, *Dec. in l. ſemper qui non prohibet n.* 7. *ff. reg. iur. Cagnol ibid. num.* 25. *Surd. deciſ.* 159. *n.* 11. *& ſequent. Rot. deciſ.* 285. *num.* 4. *part.* 1. *recentiorum,* ex qua ratificatione, & iudicij proſecutione
6 reſultat † vlterius receſſus à præcedenti acceptatione laudi cum fuerit à Iudice appellationis detectum iniuſtum, *Put. deciſ.* 202. *libr.* 2. *Mohed. deciſ.* 4. *de re iudic. Coccin. deciſ.* 234. *num.* 4.
7 & potuit recedi † de vtriuſque partis conſenſu *ad tex. in l. ab emptione ff. pact. l. prout quiſque ff. ſolut. l. nihil te naturale ff. reg. iur. Surd. conſ.* 136. *num.* 2. quicquid ſit quando vna tantum pars appellat, & poſtquam illa laudum approbauerat, altera, quæ à principio acquieuerat laudo vult vti appellatione, in quibus termi-
8 minis † loquitur, *deciſ.* 588. *par.* 2. *recent.*

Cumque A.C. Iudex appellationis coram quo fuiſſe productum laudum apparet ex verbis mandati de manutenendo per ipſum relaxati ad fauorem autricum Baldi Martani manutentionem huiuſmodi decreuerit contrà formam laudi quippè illud mandabat ſolui Flaminio ſcuta 450. pro melioramentis, A.C. vero reiecta hac liquidatione mandauit præſtari cautionem de reficiendis melioramẽtis poſtquam fuerint liquidata, prout præſtita apparet ex verbis dicti mandati de manutenendo, & hoc decretum ob non interpoſi-

9 terpoſitam exaduerſo appellationem † infrà
decem dies tranſierit, quoad partes litigantes
in iudicatum, *cap. Romana §. ſi verò de appell. in*
6. auth. hodie Cod. eod. tit. cap. quo ad conſultationem
de re iudic. Rot. dec. 170. *num.* 1. *par.* 6. *recent.* fuit
10 ex indè nedum ſuſpenſa executio laudi, † ſed
vulnerata via executiua, *Zacch. de oblig. cam*
quæſt. 37. *num.* 16. *Rot. deciſ.* 153. *nu.* 3. *inter impreſſ.*
poſt Zacch. dicto tract. dec. 78. *num.* 1. *coram bon. me.*
Coccino deciſ. 37. *numer.* 5. *coram bon. mem. Buratto.*
11 Et ipſum laudum † de medio ſublatum, *Rot.*
deciſ. 296. *numer.* 5. *deciſ.* 301. *numer.* 5. *par.* 7. *recent.*
12 prout partes per tranſactionem † à laudo re-
ceſſiſſent, *Rot. deciſ.* 99. *num.* 10. *part.* 4. *recent. to.* 2.
13 quia res iudicata æquiparatur † tranſactioni,
l. non minorem Cod. tranſact. l. 2. *ff. iureiur. Surd. conſ.*
418. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 125. *numer.* 8. *part.* 5. *recen-*
tiorum.

Quæ ex abundanti vltra rem iudicatam
adeſt in caſu noſtro, nam partes in executio-
nem dicti mandati de manutenendo deuene-
runt ad tranſactionẽ, & diuiſionem bonorũ,
cum tamen ſufficeret quod executio facta
14 fuiſſet † Flaminio acquieſcente, vt ipſe am-
plius audiri non debeat, *Rot. dec.* 348. *n.* 9. *par.* 5.
recent. licet ſtatim poſt factam executionem,
& initam tranſactionem proteſtatus fuerit de
nunquam approbando dictum mandatum de
manutenendo, quinimò illud ſemper impu-
gnando, animo obtinendi, quam citius reuo-
15 cationem, hæc enim proteſtatio † non tollit
ius alteri parti quæſitum ex re iudicata, *Me-*
noch. conſ. 370. *num.* 5. *ex tex. l. ex morte in fin. Cod.*
pact. conuen. gloſſ. in l. vnica §. accedit verb. fecerit
Cod. rei vxor act. & ex quo proteſtatus ferè per
viginti annos nihil oppoſuit, & ſemper fuit
iuxta formam rei iudicatæ obſeruatus pacifi-
16 cè contractus tranſactionis, † dicitur à pro-
teſtatione receſſum, vt benè ad propoſitum,
Altogr. conſ. 1. *num.* 26. *verſ. & opus, & num.* 27. *&*
ſeqq. ex tex. in l. cum in plures §. locator horrei ff. lo-
cat. Rimin. iun. conſ. 487. *numer.* 2. *& ſeqq. conſ.* 529.
num. 45. *Bald conſ.* 8. *in fin. lib.* 1. *Anton. de Amat. re-*
ſol. 50. *num.* 18. *verſ. item.*

Subſiſtit etiam iniuſtitia ſubhaſtationis ra-
tione exceſſus, nam vt ponderat *prima dec. §. pe-*
nult. Subhaſtatio facta fuit pro ſorte principa-
li melioramentorum liquidata per laudum in
17 ſcutis 456. necnon pro fructibus, † qui tamen
nullo modo debebantur; *cap. vſura c. quia ple-*
rique 14. *quæſt.* 3. *Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. de-*
ciſ. 80. *num.* 2.

Nec reſenat, quod vigore laudi præfixus
fuiſſet terminus trium menſium ad ſoluendũ
d. ſcut. 450. & conceſſa debitricibus electio ſol-
uendi, vel in pecunia, vel accollando cenſum,
quem Flaminius creditor melioramentorum
debebat Baſtiano Comete, vndè infertur, quod
lapſo termino trium menſium, & electione
18 non facta à debitore † eadem electio traslata
fuerit in creditorem, *l. ſtatu liber. §. Sthicum vbi*
Bart. num. 2. *ff. leg.* 2. *Ciriac. controu.* 481. *num.* 4. *Ant.*
de Amat. reſol. 34. *nu.* 25. *Buratt. deciſ.* 287. *n.* 7. itàut
petere potuerit fructus ſcutorum 450. loco
fructuum cẽſus tamquam damna, & intereſſe,
ac ſi elegiſſet ſatisfieri per accollationem cen-
19 ſus, quia ſtante mora debitoris in † eligendo
electio habetur pro facta à creditore, prout ſi-
bi magis expedit, *Io. Franc. à Ponte conſ.* 49. *n.* 28.
lib. 1. *Rot. deciſ.* 911. *num.* 1. *in fin. par.* 4. *diuerſ.* &
in proximis terminis, *Caſtill. deciſ.* 38. *numer.* 5.
poſt Monter. deciſ. Aragon. 48. *num.* 20.

Nam cum laudum fuerit de medio ſubla-
tum, vt ſupra dictum eſt mediante decreto
Iudicis appellationis in iudicatum lapſo, &
mediante tranſactione ſecuta, non debet at-
tendi condemnatio, ſeu terminus ad ſoluen-
dum in pecunia, aut per accollationem cen-
ſus, ſed reiecta tam dicta condemnatione,
quam liquidatione melioramentorũ cõtenta
in laudo antequam eadem melioramenta ite-
rum liquidarentur non poterat agi ad illorũ
20 prætium, eoque minus ad fructus, qui nulla-
tenus debentur quando creditum eſt illiqui-
dum, quia tunc nulla adeſt mora debitoris in
ſoluendo, *Bald. in l. acceptam in* 6. *appoſit. C. vſur.*
Iaſ. in l. quod te num. 9. *ff. ſi cert pet. Ang. in l.* 4. *§. ait*
prætor num. 2. *ff. re iudic. Alex. conſ.* 49. *num.* 3. *verſ.*
et præſertim lib. 2. *Menoch. conſ.* 1027. *numer.* 8. *Surd.*
conſ. 38. *nu.* 13. *& deciſ.* 260. *num.* 15.

Non obſtat quod Locumtenens A.C. qui
de anno 1639. relaxauit mandatum executiuũ
vigore laudi, & ad ſubhaſtationem proceſſit,
repoſuerit à quocumque alio decreto præiu-
diciali, quia hæc repoſitio referri non poteſt
ad decretum contrarium laudo emanatum
ab A.C. met de anno 1622. cum licet ſit idem
21 Tribunal A.C. & eius † Locumtenentium ſint
tamen diſtincti Iudices, & vnus non ſe inge-
rat in cauſis alterius, niſi quatenus idem A.C.
met cauſas remiſiſſet, vt ſemper fuit obſerua-
tum, & ego obſeruari vidi pluribus annis, qui-
bus fui Locumtenens A.C. & in omnẽ euen-
tum ſemper eſt verum dicere, quod ante hanc
repoſitionem debitor cum haberet pro ſe rẽ
22 iudicatam, ac tranſactionem † non fuit in
mora ſoluendi *l. quod te ff. ſi cert. pet. Menoch. con-*
ſil. 381. *num.* 46. *Hond. conſ.* 54. *num.* 69. *conſ.* 36. *n.* 23
lib. 2. *Franc. Ant. Coſta conſ.* 56. *num.* 30. ac per con-
ſequens iniuſta & exceſſiua eſt condemnatio
ad fructus ſcutorum 450. cum, ſinè mora
23 non † debeantur, *l. lecta ff. ſi cert. pet. l. mora §. in*
bonæ fidei ff. vſur. Menoch. conſ. 664. *num.* 14. & ma-
gis in terminis, *Gratian. diſcept.* 931. *num.* 10.

Et ità deciſum vtraque Parte informante.

VOLATERANA PRIORATVS.

Veneris 16. *Martij* 1646.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ciuilis non amittitur niſi per lapſum
decennij, quando poſſeſſor ignorauit natura-
lem fuiſſe ab alio occupatam, ſecus verò ſi ſci-
uit, & illam recuperare neglexit, præſumitur
animum poſſidendi depoſuiſſe, quia ſuſpica-
tur ſe poſſe repelli: Relaxatio poſſeſſionis, ex
quibus excludatur? Poſſeſſio ciuilis ſine pa-
tien-

tientia, & acquieſcentia non amittitur, etiamſi ab alio fuerit occupata naturalis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta vigore ſententiæ in iudicatū tranſactam manutenibilis eſt.*

2 *Iudex nulliter, & iniuſtè procedens non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione quando non habuit ſe pro ſpoliato.*

3 *Poſſeſſio ciuilis amittitur per lapſum decennij occupata per alterum naturali, data ignorantia occupationis, ſecus ſi concurrat ſcientia, & patientia.*

4 *Ratio diuerſitatis eſt, quia data ignorantia poſſeſſio ciuilis non poteſt dici amiſſa niſi per obliuionem, quæ ſolum curſu decennij præſumitur, at quando poſſeſſor ſciuit ab alio occupari naturalem ſi infrà modicum tempus eam recuperare neglexit præſumitur depoſuiſſe animum poſſidendi, num. 5.*

6 *Relaxatio poſſeſſionis fieri poteſt etiam per epiſtolam.*

7 *Declara concluſionem procedere quando epiſtola continet diſpoſitionem, quæ per litteras recipit formam ſui, quia conſiſtit in conſenſu, ſecus verò ſi nō recipit formam ſui, quia non poteſt celebrari inter abſentes, vt ſtipulatio, & tunc non valet, & numer. 8.*

9 *Relaxatio poſſeſſionis ciuilis conſiſtit in conſenſu, & animo dimittentis.*

10 *Relaxatio ſeù dimiſſio poſſeſſionis probatur ex confeſſione emiſſa in precibus.*

11 *Inſtantia de iure canonico, & de ſtylo Rotæ eſt perpetua.*

12 *Patientia, & acquieſcentia nō poteſt conſiderari, vbi pendet inſtantia iudicialis.*

13 *Poſſeſſio ciuilis non amittitur ſine patientia, & acquieſcentia, etiamſi ab alio fuerit occupata naturalis.*

14 *Taciturnitas quando cauſari poteſt ex alia cauſa, quam ex negligentia non operatur patientiam, & acquieſcentiam poſſeſſioni naturali alterius.*

15 *Patientia, & acquieſcentia ad effectum amittendi poſſeſſionem ciuilem ex antecedenti taciturnitate, quando inducta non dicatur?*

16 *Relaxatio poſſeſſionis quando eſt correſpectiua ad tractatum concordiæ ſi tractatus non habuit effectum, tunc relaxatio habetur pro non facta.*

17 *Confeſſio emiſſa ad vnum finem non nocet quoad alium.*

18 *Relaxatio poſſeſſionis quando non eſt omninò clara tunc ſufficit verba relaxationis ad ſolam detentionem poſſe reſtringi.*

19 *Et qualibet interpetratio facienda, eſt vt verba minus præiudicent nec tollunt poſſeſſionem ciuilem ſi poſſunt in alio verificari, & non important perneceſſe quod quis depoſuerit animum poſſidendi.*

20 *Actus qui non habuit effectum non nocet agenti.*

DECISIO CCXLIX.

ROTA mandante propoſui dubium ſub die 5. Maij 1645. An decretum reuocationis attentatorum emanatum ad fauorem Tenaliæ eſſet infirmandum, & Contugio cōcedenda manutentio, fuitque in omnibus affirmatiuè reſolutum, ac eadem reſolutio iterum confirmata die 15. Decembris ſubſequētis, vt in deciſionibus ſub vtraque die æditis, in quibus quia tunc Tenalia opponebat dumtaxat, quod poſſeſſio Contugij erat attentata huic obiecto ſtrictè ſatisfit, cum verò poſtea pro parte Tenaliæ fuerit obſolutè negata poſſeſſio Contugij placuit Dominis illi nouam audientiam concedere ſuper manutentione tantum, quam hodiè vtraque Parte informante dixerunt eſſe dandam Contugio.

Quiá ne dum habet pro ſe prouiſionem Apoſtolicam, ac ſententiam Rotalem ſuper illius iuſtificatione, & executione præuijs duabus deciſionibus coram bon. mem. Pirouano reicientibus ſigillatim omnia partis obiecta, & ſunt inter impreſſas *part. 5. recent. deciſ. 551. & 570.* ſed etiam vigore eiuſdem ſententiæ in iudicatum lapſæ docet cepiſſe actualem poſ-
1 ſeſſionem, † quæ cum fuerit ab exceptione attentatorum vindicata in præcedentibus deciſionibus coram me manutenibilis eſt, *l. iuſtè poſſidet*, vbi notant omnes, *ff. acq. poſſ. Abb. in cap. cum nobis num. 5. in fin. de præſcrip. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 575. Rot. deciſ. 513. num. 2. par. 1. recent.*

Nequè illam Contugius amiſit per ſubſequens decretum Iudicis reuocans tanquam attentatum executioni demandatum mediantè effectiua immiſſione Tenaliæ, quia cum idem decretum quod per contradictas emanauerat
2 ſit notorie iniuſtum, † vt poſtmodum Rota vtraque Parte informante declarauit, non priuauit Contugium, qui nunquam ſe habuit prò ſpoliato ſua anteriori poſſeſſione, *Caſtr. conſ. 10. ſub n. 9. verſ. quia ex quo lib. 1. Rot. dec. 139 num. 2. part. 1. recent. & deciſ. 549. num. 5. coram ſa. mem. Greg. XV.*

Gratis autem dicitur probatum, quod Cōtugius acquieſcendo dicto decreto poſſidendi
3 animum dimiſerit, † ſiue quia ſciuerit, & paſſus fuerit Tenaliam poſſideri vltrà duos annos, qui videntur ſatis, licet regularitèr decennium requiratur, vt habens ciuilem illam amittat occupata per alterum naturali ſi occupationem ignorauit, & ratio diuerſitatis
4 eſt, † quia data ignorantia poſſeſſio ciuilis nō poteſt dici amiſſa niſi per obliuionem, quæ ſolum curſu decennij præſumitur, *Bart. in. ſiue poſſidetis num. 8. verſ. ſed in poſſeſſione C. prob. Rip. in cap. cum Eccleſia num. 23. de cauſ. poſſ. & propr. Bald. conſ. 12. num. 11. lib. 1. Rot. deciſ. 554. nu. 2. part. 1. recent. & inter impreſſ. coram bon. mem. Coccino deciſ. 494. num. 8. & 9.* At quando poſſeſſor
5 ciuilis ſciuit ab alio occupari naturalem † ſi infra modicum tempus illam cum poſſet recuperare negleſſit præſumitur depoſuiſſe animum poſſidendi, eo quia ſuſpicaretur ſe poſſe repelli, vt benè poſt alios diſtinguit, *Aym. conſ. 235. ſub num. 1.* quem ſecuta eſt, *Rot. in Romana Canonis Sancti Martini 23. Februarij 1612. coram Sanctiſs. D. N. Innocentio X. impreſſ. apud Moder. de manut. deciſ. 123. num. 4. add. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 307. ſub numer. 26. vbi allegat. concord.*

Siuè quia ſe libenter relaxare poſſeſſionem Tenaliç dixerit in epiſtola ſcripta 22. Maij 1643

6 Cipriano Bardino, & hæc relaxatio † tenet
iuxtà *theoric. Bald. in l. non epiſtolis n. 4. verſ. primo*
caſu C. probat. vbi diſtingendo ait quod ſi epi-
7 ſtola continet diſpoſitionem, † quæ per litte-
ras recipit formam ſui, quia conſiſtit in con-
ſenſu valet diſpoſitio, vt in, *l. fin. C. ſi quis alt.*
vel ſibi, & in l. & licet ff. conſt. pecun. Si verò non
8 recipit formam ſui, † quia non poteſt cele-
brari inter abſentes, vt ſtipulatio, & tunc non
valet, & nos verſamur in primo caſu, quia re-
laxatio, & amiſſio poſſeſſionis ciuilis conſi-
9 ſtit † in conſenſu, & animo dimittentis, *l. 3.*
§. in ammittenda ff. acq. poſſeſſ. Butr. in cap. cum ad
ſedem num. 25. de reſt. ſpoliat. Coccin. deciſ. 130. nu-
mer. 5.

Siuè tandem, quia in commiſſione porre-
cta Papæ petierit, quod ſtante relaxatione
poſſeſſionis, quam fecerat iuxtà formam
mandati Rotalis Papa committeret, vt reie-
ctis attentatis, quo ad fructus, & expenſas in
fine litis ad vlteriora procederetur, cum con-
10 feſſio † emiſſa in præcibus probet dimiſſio-
nem poſſeſſionis, *l. cum precum C. liberal. cauſ.*
& in term. manutentionis Rot. deciſ. 802. numer. 1.
par. 1. diuerſ. deciſ. 182. numer. 4. apud Moder. de ma-
nuten.

Nam primum tollitur ex facto; tum quià
toto illo biennio, quo Contugius poſſeſſionē
naturalem ab aduerſario occupatam recupe-
rare diſtulit, durabat adhuc inſtantia iudicia-
lis antea cœpta, quæ de iure canonico, ac de
11 ſtylo huius ſacri Tribunalis † eſt perpetua,
cap. penult. de Iudic. Veſtr. in prax. lib. 3. cap. 5. num. 1
Scacc. de iudic. libr. 2. cap. 2. numer. 687. eaque du-
12 rante † ceſſat patientia, & acquieſcentia, ſine
13 qua † poſſeſſio ciuilis non ammittitur etiam
ſi ab alio fuerit occupata naturalis, *Innoc. in*
cap. bonæ il 2. num. 1. verſ. item de illo, & ibi Abb.
num. 20. de poſtul. Prælat. Put. deciſ. 350. num. 5. lib. 1.
in corr. Seraph. deciſ. 337. num. 8. & in puncto huic
obiecto ità reſpondit, *Rot. in Romana Domus 13.*
Iunij 1640. *coram Eminentiſſ. D. Cardinali Panziro-*
rolò § primo, & §. nec ſubſiſtit, tum etiam, quià
dilatio prouenire potuit ex cauſa tractatus cō-
cordiæ ſuper negocio principali, quem ipſe
Contugius introduxerat cōpromittendo dif-
ferentias in Ciprianum Barbinum, vt patet ex
ſupradicta epiſtola exaduerſo allegata infrà la-
tiùs referenda, & vbi taciturnitas cauſari po-
14 tuit † ex alia cauſa, quam ex negligentia non
operatur patientiam, & acquieſcentiam poſ-
ſeſsioni naturali alterius, *Innoc. in cap. querelam*
num. 3. de elect. Rot. in d. Romana Domus §. nec obſtat
deciſio Caſſadori in fin. & in Ciuitatis plebis penſio-
nis 5. May 1645. *coram me*, cumq; poſtmodum
Contugius inſteterit pro reuocatione decreti
cuius executionem Tenalia poſſeſſionem na-
turalem acceperat, & exiſtimare vſque ab ini-
tio potuerit, tam decretum, quam poſſeſſionē
Tenaliæ ſubſtineri non poſſe, eo minus ex an-
tecedenti taciturnitate educi poteſt patientia,
15 & acquieſcentia, † quæ ciuilis poſſeſſionis ani-
mo retentę dimiſſionem operetur, *Grat. diſcep.*
318. *numer. 26. Rot. diuerſ. deciſ.* 507. *numer. 3.*
part. 3.

Alterum pariter corruit ponderando con-
textum, & verba totius epiſtolæ, ibi; *In riſpoſta*
d'vna mia ſcrittali più tempo fà, che procuraſſe ag-
giuſtare le differenze, che habbiamo inſieme, perche
ſe non s'accommodano per queſto verſo credo non fi-
niranno mai &c. io amicheuolmente in tutto, e per
tutto mè rimettero à V. S. e tutto quello farà, gli dò
parola che l'approuarò, altrimente à riuederci à Ro-
ma &c. volendo poi il Tenaglia rimetterſi io li darò
ogni ſodiſfattione, & hauerò caro la mia lira ſia va-
lotata per 18. e non 20. ſoldi come ſi ſuol dire, pur-
che il tutto ſi feniſca, e non creda, che il ſuo poſſeſſo
mi dia faſtidio di conſequenza, perche viuendo Mon-
ſignor Baua, e godendo il tutto gle lo rilaſſo volentie-
re, mentre viue, e conto mi tornerà, mi ſcuſi per gra-
tia della briga, e vedendo modo di poterci aggiuſtare
lo facci, che tutto quello mi comandarà hauerò per
grato &c. ex quibus verbis colligitur primo,
quod relaxatio poſſeſſionis eſt correſpectiua
16 ad tractatum concordiæ, † & adiecta tantum
ad finem mouendi animum Tenaliæ ad con-
cordiam, & productà cum euanuerit dictus
tractatus euanuit pariter animus Contugij re-
laxandi poſſeſſionem, & ipſa relaxatio Con-
tugio non nocet *ad tex. in l. aluine §. Seia ff. adim*
leg. l. etiam §. ex cauſa ff. minor l. cum emptor in prin.
ff. reſcin. vend. Ayu. conſ. 16. num. 4. Pappon. conſ. 88.
num. 2. Giurb. dec. 85. ſub num. 20. & benè ad pro-
poſitum, *Rot. deciſ. 97. ſub num. 10. verſ. et ſic re-*
nunciatio part. 5. recent. facit regula generalis,
17 quod confeſſio † facta ad vnum finem non
nocet ad alium, *Aegid. deciſ. 690. num. 6. Surd. de-*
ciſ. 250. numer. 5. & 6. Rot. inter impreſſ. apud Cinc.
deciſ. 148. num. 14. quo magis attentis illi ver-
bis *altrimente à riuederci à Roma*, quæ demon-
ſtrant, quod quatenùs Tenalia tractatui con-
cordiæ non conſentiret Contugius noluit ſibi
in aliquo præiudicare, ſed ius ſuum Romæ
iudicialitèr proſequi, prout proſecutus fuit.

Secundò colligitur, quod noluit relaxare
omnem poſſeſſionem, ſed ſimplicem deten-
tionem nudam à fruitione Prioratus, ibi, *per-*
che viuendo Monſignor Baua, e godendo il tutto gle
lo rilaſſo volentiere, mentre viue &c. & ſufficit
18 verba non eſſe omninò clara; † vt ad ſolam
detentionem reſtringantur, *Mobed. deciſ. 2. de*
reſt. ſpol. Rot. deciſ. 806. num. 1. par. 1. diuerſ. dec. 146.
num. 4. inter impreſſ. apud Moder. de manuten. quia
19 omnis interpetratio facienda † eſt, vt minus
præiudicent, neque tollunt poſſeſſionem
ciuilem ſi poſſunt in alio verificari, & non im-
portant perneceſſe, quod quis depoſuerit ani-
mum poſſidendi, *Rot. deciſ. 366. ſub numer. 5. cir-*
cà fin. verſ. cum igitur part. 1. recent.

Tandem ad confeſſionem emiſſam in com-
miſſione ſatis eſt reſpondere, quod commiſ-
ſio non habuit effectum, actus enim, qui non
20 habuit effectum † non nocet agenti, *Iaſ. conſ.*
131. *ſub num. 2. verſ et ſi diceretur*, quod d. poſſeſ-
ſio, *& n. 3. lib. 2.* & fuit dictum *in Peruſina Bene-*
ficij 4. Aprilis 1608. *coram bon. mem. Penia.*

Et ità deciſum informante ſolum Contu-
gio, quia Tenalia pluries citatus informare
recuſauit: porrexit tamen informationem
cum obiectis ſuprà excitatis aduerſus poſſeſ-
ſionem Contugij.

BONONIEN. DOTIS, SEV PECVNIARIA.

Veneris 27. Aprilis 1646.

ARGVMENTVM.

Monetæ certa ſpecies quando eſt in obligatione puta ſcuti auri ſi bonitas intrinſeca alterata non fuit, tunc ſolutio facienda eſt in ea ſpecie monetæ in obligatione deducta, quamuis in obligatione adiecta vltro eſſet æſtimatio ſcuti auri puta ad rationem tot librarum pro ſcuto, ſi talis æſtimatio facta apparet gratia demonſtrationis non autem taxationis, & ex quibus deſumitur æſtimationem fuiſſe factã demonſtrationis gratia, non taxationis? Statutum Bononię *ſub rubric. de dot. reſtitut.* taxat fructus dotis poſt ſolutum matrimonium ad rationem lib. ſeptem, & loquitur de muliere non habente in bonis tantum, quod ex fructibus ſe alere poſſit, & an dictum Statutum locum habeat etiam in caſu vergentiæ viri ad inopiam? Pro alimentis regulariter non cõpetit hypoteca, concluſio tamen non procedit in alimentis debitis Vxori proportionabiliter ad fructus dotis, & redditur ratio in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob non interpoſitam appellationem tranſit in iudicatum.*

2 *Item tranſit in indicatum ob non executam, & reproductam intra annum citationem ad dicendum contra commiſſionem, & cauſam ſpatio biennij non proſecutam, & nuſquam prorogatis fatalibus.*

3 *Moneta ſpecies in obligatione deducta ſoluenda eſt ſi tempore ſolutionis exiſtit.*

4 *Et ſi in obligatione adiecta ſit extimatio monetæ puta ad rationem tot librarum pro ſcuto demonſtrationis cauſa non taxationis, poteſt quidem debitor præſtare æſtimationem, ſed iuxta valorem monetæ currentem de tempore ſolutionis, & ratio redditur num. 5. 6. & 7.*

8 *Monetæ æſtimatio tempore contractus quod facta fuerit gratia demonſtrationis ex quibus deducatur?*

9 *Solutio ſi facienda eſt in certa ſpecie monetæ puta ſcuti auri, vel illius valoris ad rationem tot ſolidorum pro ſcuto ſi tempore contractus duæ currebant ſpecies ſcuti auri tunc expreſſio valoris ſtat demonſtratiue ad deſignandum de quo ſcuto aureo partes ſenſerint.*

10 *Alternatiua* vel *adiecta in ſolutione fauore creditoris nullam præbet debitori electionem, & eſto quod ei det facultatem ſolutio facienda eſt in moneta, quæ valorem monetæ in obligatione deducta adequet numero* 11.

12 *Monetæ ſpecies quando eſt in obligatione, tunc illius æſtimatio tempore ſolutionis, non autem monetæ minutæ attendenda eſt.*

13 *Quicquid ſit ſi eſſet promiſſus ſcutus aureus, vel moneta argentea ad rationem tot librarum, quo caſu ipſa moneta videtur eſſe in obligatione, & æſtimatio cadit ſuper moneta, non autem ſuper auro.*

14 *Dos eadem quoad reſtitutionem non debet diuerſo Iure cenſeri, nè ſequatur abſurdum.*

15 *Obſeruantia ſolutionum debet attendi ad dignoſcendum quanam moneta ſpecies ſit in obligatione.*

16 *Obſeruantia tamen ſi eſt dubia, & æquiuoca non attenditur.*

17 *Verbum* pro reſiduo *quid denotet?*

18 *Mulier pro aſſecuratione ſua dotis ſi nonnulla mariti bona elegit ex illorum fructibus ali debet.*

19 *Bona viri ad inopiam vergentis ſi fuerunt Vxori aſſignata pro aſſecuratione dotis non poſſunt eadem bona aſſignari creditoribus eiuſdem viri.*

20 *Confeſſio Procuratoris facta in Iudicio dicitur voluntaria non præcedente iuſſu Iudicis.*

21 *Nec nocet principali, qui dictam confeſſionem reuocare poteſt etiam non docto de errore, & num.* 22.

23 *In ſententia, quam quis ſemel impugnauit, ſe amplius fundare non poteſt.*

24 *Mulier præſumitur alita à marito.*

25 *Fallit concluſio quando conſtat de contrario ex inſtantijs iudicialibus factis à muliere pro conſecutione alimentorũ, tunc enim præſumptio cedit veritati.*

26 *Alimenta debita vigore Statuti ſeu decreti Iudicis, debentur Iure actionis.*

27 *Alimenta futura dicuntur decurſa à die motæ litis.*

28 *Statutum Bononiæ ſub rubric. de dot. reſtituti taxat fructus dotales poſt ſolutum matrimonium ad rationem lib. ſeptem pro centenario.*

29 *Dictum Statutum loquitur de muliere non habente in bonis tantum quod ex fructibus ſe alere poſſit.*

30 *Mulier non præſumitur aliquid habere præter dotẽ.*

31 *Mulier non tenetur vendere proprietatem bonorum dotalium, vt ſe alat.*

32 *Statutum Bononiæ ſub rubric. de dotis reſtitutione taxans fructus dotales poſt ſolutum matrimonium ad rationem lib. ſeptem an locum habeat in caſu vergentiæ viri ad inopiam? & num.* 34.

33 *Statutum prædictum taxans fructus dotis ad rationẽ lib. ſeptem non procedit conſtante matrimonio.*

35 *Sententia, quæ tranſitum fecit in iudicatum, non docto de illius iniuſtitia per tranſportationem actorũ, ſeruanda eſt.*

36 *Hypoteca non competit pro alimentis.*

37 *Sine hypoteca agi nequit contra tertium poſſeſſorem.*

38 *Hypoteca non competit pro alimentis debitis filio à patre.*

39 *Item nec pro alimentis debitis donatori à donatario, niſi expreſſa ſint bona ex quibus debeant ſolui.*

40 *Hypoteca competit pro alimentis debitis Vxori proportionabiliter ad fructus dotis, & redditur ratio num. ſeqq.*

41 *Hypoteca legalis competens pro dote trahitur ad fructus dotis, ſeu alimenta tanquã acceſſoria ad dotem.*

42 *Et concluſio indiſtincte procedit tam conſtante, quam ſoluto matrimonio.*

43 *Saluianum competit Vxori pro alimentis contra tertium poſſeſſorem bonorum viri.*

44 *Et hæc opinio eſt verior, & communior, nec ab ea in iudicando recedendum eſt.*

45 *In Iudicio Saluiani non datur immiſſio, niſi ad effectum ſatisfaciendi ex fructibus.*

46 *Sententia continens alternatiuam propter incertitudinem redditur nulla quando eſt poſita inter duo contraria.*

47 *In eodem libello poſſunt alternatiue intentari Iudicium Saluiani, & actio hypotecaria petendo immiſſionem ad effectum ſatisfaciendi de fructibus, quod eſt proprium Saluiani, vel mediante diſtractione quod eſt proprium hypotecariæ.*

48 *Et in eodem libello vtrumque remedium parte non opponente cumulari poteſt non ſecus ac petitorium quod importat hypotecaria, & poſſeſſorium quod importat Saluianum.*

49 *Libellus quando eſt alternatiue conceptus Iudex ſequendo alternatiuam libelli poteſt alternatiue pronunciare.*

50 *Saluianum, & actio hypotecaria non ſunt inter ſe contraria, ſed diuerſa.*

DECISIO CCL.

REVERENDISSIMO D. meo Dunozet
Decano proponente confirmata hodie
fuit deciſio coram eodem ædita 26. Martij
1645. ſuper re iudicata duarum ſententiarum
latarum Bononiæ ad fauorem Comitis Ioannis
Calderini hæredis Taddeæ eius amitę non
obſtantibus exaduerſo deductis ab informantibus
pro monialibus Sancti Laurentij, & litis
conſortibus, ac ſignanter pro Roccho Luccatello.

Nan tranſitus ſententiarum in iudicatum
1 educitur † ne dum ob non interpoſitam appellationem
in tempore quod exaduerſo impugnatur,
ſed etiam ob non executam, & reproductam
intra annum citationem ad dicẽ-
2 dum contra commiſſionem, † & cauſam ſpatio
biennij non proſecutam nuſquam prorogatis
fatalibus *cap. Romana de appell. in 6. Clem. ſicut eod. tit. cum alijs alleg. in prima deciſ. §. vel imò.*
Et obeſſe non poterat earumdem ſententiarũ
iniuſtitia, quia imò rectè pronunciatum fuit
reſtitutionem dotis faciendam eſſe in ſcutis
aureis iuxta illorum valorem currentem de
tempore reſtitutionis cum in obligatione adſint
ſcuta aurea illorumquè bonitas intrinſeca
alterata non fuerit, quo caſu ſoluenda eſt ipſa
3 ſpecies monetæ † in obligationem deducta,
& in rerum natura exiſtens vt remiſſiue comprobat
Caſtill. controuer. iur. lib. 4. cap. 10. num. 45. & ſeqq. Carocc. deciſ. 53. num. 7. & ſeqq. Larrea dec. Granat. 22. num. 6. & ſeqq. & quando in obligatione
adiecta vltro eſt æſtimatio monetæ au-
4 reæ, † puta ad rationem tot librarum pro ſcuto
demoſtrationis gratia non autem taxationis
poteſt quidem debitor preſtare æſtimationem,
ſed iuxta valorem aurei currentem de
tempore ſolutionis *vt per Bart. in l. Paulus 99. num. 7. ff. ſolut. & alios allegatos in prima deciſ. §. nec dubitatio quibus additur Gaſpar Antonius Theſaur. in tract. de augum. monetæ par. 2. num. 28.* vbi
dicit rationem, quia contrahentes non reſpe-
5 xerunt ad illam ſpeciem minutam, † ſed ad
aureum cuius valoris expreſſio, & demoſtratio
fuit facta fauore creditoris, *& num. 29.* ad-
6 dit debitorem ex illa eſtimatione adiecta † ſolum
lucrari quod non teneatur perquirere
aureos in eadem ſpecie, ſed poſſit ſoluere in
moneta argentea attento tamen valore auri de
tempore ſolutionis, ac *num. 56. limit. 3.* tradens
theoricam ad dignoſcendum an æſtimatio fa-
7 cta ſit cauſa demonſtrationis vel taxationis, †
ait præſumi gratia demoſtrationis ſi tempore
contractus aureus valebat eam ſummam ſolidorum,
quæ fuit ſcuto adiecta.

Qui eſt caſus noſter, nam per teſtes datos in
præterita poſitione ſum. Comitis num. 4. probatur
quod tempore contractus dotalis currebat
Bononiæ ſcutus aureus valoris librarum
quatuor, & ſolidorum trium iuxta æſtimationem
in eodem contractu factam, quæ gratia
demoſtrationis in eodem contractu adie-
8 cta † ex alio etiam capite præſumitur, quia
nimirum vt dd. teſtes deponunt duæ tunc currebant
ſpecies ſcuti aurei diuerſi valoris ad
quorum propterea differentiam, & ad demoſtrandum
de quo ſcuto partes ſenſerint æſtimatio
cenſetur adiecta vt bene declarant *Surdus Ceph. Menoch. Gratian. Ciriac. Boer. Rota locis adductis in prima deciſ. §. neque aureorum, & præter ibi allegatos tradit Ant. Faber. de var. numor. debitor. ſolut. cap. 17. num. 29. & nu. 32.* & fuit deciſum
in Ceſenaten. pecuniaria 14. Martij 1597. coram bon. mem. Penia, & in Aſculana dotis 7. Aprilis 1606. coram bon. mem. Lugdunen. impreſſ. part. 1. recent. deciſ. 114. num. 5.

Quamuis inter ſcutum aureum eiuſq; æſtimationem
poſita ſit dictio alternatiua *vel* ibi,
ſcuta 3500. auri in auro currentia vel illorum valorem ad rationem librarum quatuor, & ſolid. 3. pro quolibet ſcuto nam ſtante quod duæ ſpecies ſcu-
9 ti aurei currebant diuerſi valoris † adhuc expreſſio
valoris ſtat demoſtratiue ad deſignandum
de quo ſcuto aureo partes ſenſerint, &
alternatiua illa cum ſit appoſita fauore credi-
10 toris † ne ſcilicet dubitari contingat, de qua
ſpecie ſcuti aurei partes ſenſerint aut nullam
prebet debitori electionem *Felin. in cap. inter ceteros numer. 4. verſ. fallit ſecundò de reſcr. Purpur. conſ. 287. ſub num. 1. Cancer. var. reſol. tom. 2. cap. 6. num. 98. Monter. deciſ. Aragon. 48. num. 14.* aut eſto
11 quod det debitori facultatem, & electionem †
ſoluendi in moneta valorem auri iuxta *tex. in §. ſi plures inſt. hered. inſt. ac tradita per Surd. conſil. 398. num. 86. Menoch. conſ. 3. num. 21.* non tollit
quin ſcutus aureus dumtaxat ſit in obliga-
12 tione, † & conſequenter illius æſtimatio tempore
ſolutionis non autem moneta minuta
ſit attendenda vt in terminis reſpondit *Rota deciſ. 49. num. 2. part. 3. recent. Socc. Iun. conſ. 44. n. 5. verſ. 2. quantum lib. 4. Gaſpar Ant. Theſ. quaſt. Forenſ. lib. 4. queſt. 72. ſub num. 5. & ſub num. 6. verſ. qui voluerunt Andreas Kohl. exercitatione legal. 19. ſub num. 21. verſ. ad differentiam* quidquid dicendum
eſſet ſi promiſſus fuiſſet ſcutus aureus
vel moneta argentea ad rationem tot libra-
13 rum, † quo caſu ipſa moneta videtur eſſe in
obligatione, & æſtimatio cadit ſuper moneta,
non autem ſuper auro *vt per Ceph. conſil. 31. num. 7. quem ſequitur Neguz. quæſt. 57. ſub num. 4. Grat. diſcept. 417. ſub num. 9.*

Quo magis quia dos de cuius reſtitutione
agitur non fuit conſtituta in ſcutis aureis vel
illorum valore, ſed in ſcutis 3500. auri tunc
currentibus ad rationem librarum quatuor,
& ſolidorum trium, vt patet quia initio inſtrumenti
dotalis leguntur ſoluta ſcuta bis mille
auri ad dictam rationem, & quamuis infra
ſubſequatur promiſſio ſoluendi reliqua ſcuta
auri 3500. vel illorum valorem in diuerſis
paghis, tamen ſtatim ſubditur *quæ omnes ſummæ*

ſimul

ſimul cumulatæ faciunt, & conſtituunt ſummam, & quantitatem ſcutorum 5000. *auri currentis vt ſupra*;
adeò quod contrahentes ſolum ſcutum auri
voluerunt eſſe in obligatione ad dictam ra-
tionem librarum quatuor, & ſolidorum tri-
um ſupra expreſſam, & alioquin ſequeretur
abſurdum quod dos reſpectu ſcutorum 2000.
in limine matrimonij ſolutorum in auro ad
dictam rationem in quibus nõ cadit alterna-
tiua *vel* diuerſo iure cenſeretur ab alijs ſcutis
3500. auri promiſſis cum dicta alternatiua,
14 quod dicendum non eſt † vt in terminis do-
tis *Nonius conſ.* 52.*nu.*7. *Giurb. ad conſuet. Meſſanæ cap.* 15.*gloſſ.* 1.*par.* 1.*num.* 14. *Rot. in Bononien. dotis* 16. *Nouembris* 1643. *coram me* §. *at in caſu in fin.*

Non obſtat quod in libro promiſſoris dotis
ac etiam in partitis campſoris ad creditum re-
ceptoris dotis adnotatæ fuerint illius ſolutio-
nes in libris 27825. vnde deſumitur obſeruan-
15 tia † quod libræ eſſent in obligatione, *vt ad-
uertit Cancer. var. reſol. tom.* 2.*cap.*0.*num.* 147. quia
vt bene reſpondit *Rot. dicta deciſ.* 49.*num.*3.*&* 4.
part. 3. *recent.* id potuit fieri ex eo quod dicta
ſumma librarum dicto tempore correſpon-
deret valori currenti aureorum, & propterea
cum non appareat ex qua cauſa ità fuit ſerua-
tum nõ poſſunt tales ſolutiones determre pro
16 obſeruantia interpetratiua † inſtrumenti *Bu-
ratt. deciſ.* 464.*nu.*6. *Reuerendiſs. Vrgellen. dec.* 36.
*num.*40. imò obſeruantia poteſt retorqueri,
quia in ſupracitatis partitis libri promiſſoris
dotis ſingulæ ſolutiones apparent factæ in au-
ro, vt habetur in Sum. Luccatelli num.4. &
plures ex alijs partitis creatis ad creditum re-
ceptoris loquuntur in ventre de auro, ibi *ſcu-
di mille da ſoldi* 83. *per ſcudo ſum. ibid. num.*5.

Sunt pariter ſententiæ iuſtæ reſpectu con-
demnationis ad alimenta proportionabiliter
ad integram dotem, quam condemnationem
impugnant exaduerſo, eoquod Taddea ob
vergentiam viri ad inopiam optauerat quedã
bona, & illius procurator de anno 1614. pe-
tierat, & obtinuerat ſententias pro reſiduo do-
17 tis, ponderato verbo pro *reſiduo* † quod reli-
quatus dotis ſolutionem probat *Seraph. deciſ.*
617.*num.* 11. Quia optio illa bonorum non ha-
buit effectum vt probatur; tum quia deinde
de anno 1606. Taddeæ aſſignati fuerunt à Iu-
dice plures termini ad optandum bona pro
aſſecuratione dotis, & ad eius fauorem rela-
xata mandata pro alimentis, quæ ſane relaxari
non potuiſſent, ſi optio bonorum fuiſſet effe-
18 ctuata cum ex illorum fructibus † mulier ali
debuiſſet *Rot. deciſ.* 292.*nu.*5.*part.* 1. *recent.* tum
etiam quia de anno 1607. ob non factam op-
tionem à muliere bona fuerunt aſsignata alijs
creditoribus Alexandri viri cum onere ipſam
19 alendi nec aſsignari potuiſſent † ſi aſſerta prę-
cedens optio mulieris habuiſſet effectum vt
ponderat *prima deciſio* §. *pariterque*, *& ad propo-
ſitum arguit Rota in Fulginaten. Saluiani prima Iu-
lij* 1643. *coram me* §. *nec obſtat.* Confeſsio autem
procuratoris ſeu petitio pro reſiduo cum fue-
20 rit voluntaria, † qualis dicitur etiã quę ema-
nauit in iudicio niſi præceſſerit iuſſus Iudicis
Alex. conſ. 222.*num.* 16. *lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 115.*nu.*21.
lib. 1. *ſan. mem. Greg. XV. deciſ.* 460. *numer.* 5. *Rota in
Romana ſeu Ianuen. quarti dotalis* 14. *Nouembris*
1639. *coram Eminentiſſimo D. Cardinali Panzirolo*,
21 Taddeæ, † non nocet *Felin. in cap.* 1. *numer.* 14.
vt lit. non cont. Buratt. deciſ. 136. *nu.* 15. *Greg. XV.
dicta deciſ.* 460. *num.*4. quo minus quia Taddea
renunciauit dd. ſententijs obtentis à procura-
22 tore illiuſquè confeſſionem reuocauit, † vt
potuit etiam non docto de errore *Caputaqu.
deciſ.* 193. *par.* 1. *Rot. deciſ.* 613. *num.*9. *par.* 1. *diuerſ.
deciſ.* 170. *num.*6. *deciſ.* 768. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* &
quia creditores aduerſarij dd. ſententias impu-
gnarunt earumq; executionem ſuſpendi ob-
tinuerunt mediante commiſſione appellatio-
23 nis † vnde non poſſunt in illis ſe fundare *cap.
ex eo de reg. iur. in* 6. *cap. cũ olim de cenſ. cum vulgar.*

Non obſtat quod mulieri conſtante matri-
monio nõ debeantur integri fructus dotis pro
alimentis, ſed illi fructus verti debeant in ſub-
ſtentationem totius familiæ, quia ceſſat diffi-
cultas ex facto cum redditus dotis non exce-
derent ſcuta 275. quæ vix ſufficiebant pro vi-
ctu ſolius mulieris. Minus obſtat quod ſen-
tentiæ condemnent ad fructus totius tempo-
ris, & ſic etiam poſt quam Taddeæ fuit aſsi-
gnatum prædium tornaturarum 135. quia hu-
iuſmodi conſignatio facta fuit de anno 1622.
ſoluto iam matrimonio, & ſententiæ latæ ad
fauorem Taddeæ pro reſtitutione dotis man-
dant cõpenſari fructus ex dd. tornaturis per-
ceptos in illis verbis *detractis habitis per Tadde-
am, &c.* per quæ detrahenda etiam erunt bo-
na conſignata hæredibus Taddeæ pro libris
15625. Tandem non obſtat quod mulier præ-
24 ſumatur † alita à marito *Buratt. dec.* 274.*n.*20.
quia cum ex ſupra memoratis decretis, & in-
25 ſtantijs iudicialibus factis à muliere † pro cõ-
ſecutione alimentorum contrarium appareat
præſumptiò cedit veritati *l. Imperatores ff. pro-
bat. Dec. conſ.* 400. *nu.*8. *Menoch. de præſump. lib.* 1.
quæſt. 31. *nu.* 1. *& ſeqq.* & gratis dicitur alimen-
ta præterita peti non potuiſſe quia in caſu no-
26 ſtro debentur iure actionis † nempe vigore
Statuti Bononiæ, & decreti Iudicis, & cum
fuerint petita vſquè de anno 1602. quando vi-
delicet iudicium fuit motum ob vergentiam
viri ad inopiam, alimenta à dicto tempore
27 decurſa † non dicuntur præterita ſed futura
Surd. de alim. tit. 8. *priuil.* 60. *num.* 16. *Lancell. de at-
tent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 24. *nu.*8. *Ceſ. Mauen. dec.* 30.
*num.*8. *Rot. diuerſ. deciſ.* 764. *num.* 5. *par.* 1. *deciſ.* 690.
num. 11. *par.*4. *tom.* 3. *recent.*

Quæ verò obijciuntur de exceſſu taxationis
alimentorum, & fructuum dotis ad libras ſep-
tem pro centenario non vrgent, quia poſt ſo-
28 lutum matrimonium † clara eſt diſpoſitio
Statuti Bononiæ *ſub rubr. de dot. reſtituen.* taxans
fructus dotis ad dictam ſummam, quæ atten-
denda eſt vt comprobat *prima deciſio* §. *quam
29 etiam*, & licet Statutum loquatur de muliere †
non habente in bonis tantum quod ex fructi-
bus ſe alere poſſit; hoc ſatis probatur in ca-
ſu noſtro quia ex hoc capite mulier iudiciali-
ter inſtetit, & obtinuit decreta pro alimentis
30 nec præſumitur † aliquid habere præter do-
tem, nec adhunc effectum attenditur an mu-

licet

lier habeat bona per quorum venditionem poſſit ſe alere, ſed an ſe alere poſſit ex illorum fructibus vt diſerte loquitur Statutum, & concordat iuris communis diſpoſitio cum
31 non teneatur vendere † proprietatem vt ſe alat *Bald. conſil.30. vbi quod nec tenetur vendere iocalia lib.2. quem ſequitur Monach. deciſ. Bonon.58. num.7. Rota Bononien. diuerſ. deciſ.25. num.79. Monteren. in gloſſ. huius Statuti verb. ex fructibus*.

Conſtante autem matrimonio ſolum pro duobus annis taxata fuerunt alimenta ad rationem ſeptem pro centenario iuxta decretũ Auditoris generalis Bononiæ anni 1606. & quidquid ſit an Statutum Bononiæ locum
32 habeat † etiam in caſu vergentiæ viri ad inopiam vt videtur ſenſiſſe *Monteren. ibidem in §. declarantes* qui tamen loquitur ad alium effectũ, nempe vt dos poſſit mulieri reſtitui, at *in §. inſuper* taxante alimenta, & fructus dotis ad rationem ſeptem Monterentius non dicit Sta-
33 tutum procedere † etiam conſtante matrimonio, & contrarium videtur ſenſiſſe *Rota in Bononien. fructuum dotis 4. Martij 1630. coram R.P.D. meo Ghiſilerio §. non obſtat quod*; nam, & ſi Statutum habeat verba vniuerſalia apta compre-
34 hendere † etiam caſum vergentiæ ad inopiã, ibi, *in quocunquè caſu reſtitutionis dotis*, loquitur tamen de reſtitutione dotis facienda ab hæredibus viri, & ſic eo mortuo vel naturaliter vel ciuiliter. Quidquid inquam ſit de intellectu dicti Statuti ſufficit reſpondere quod ſententię de quibus agitur non taxarunt alimenta conſtante matrimonio ad rationem ſeptem, ſed condemnarunt iuxta taxationem factam in ſupradicto decreto Auditoris generalis anno 1606. quod vtique eſequi potuerunt cum per acquieſcentiam partis tranſijſſet in iudicatum
35 ideoquè non docto de illius iniuſtitia † per traſportationem actorum tunc factorum ſeruandum eſſet *l. res iudicata ff. reg. iur. Surd. conſ. 106. num.13. conſ.268. num.1. Fontanell. deciſ.174. num.10. Rot. deciſ.404. num.1. par.1. recent.*
36 Non obſtat quod pro alimentis † non com-
37 petat hypotheca qua ceſſante † agi non poteſt contra tertios poſſeſſores bonorum viri,
38 quia Rota ſequitur hanc opinionem † in alimentis debitis filio à patre *vt in deciſ.125. n.11.*
39 *par.4. tom.2. recent.* vel donatori à donatario † niſi expræſſa ſint bona, ex quibus debeant ſolui *vt in deciſ.160. num.2. part.1. diuerſ.* At in ali-
40 mentis debitis vxori proportionabiliter † ad fructus dotis contraria opinio eſt verior, & ratio diuerſitatis eſt, quia hypotheca legalis
41 quæ competit † pro dote *ex l. aſſiduis Cod. qui pot. in pignor. hab. l. vnica §. & vt plenius Cod. rei vxor. act.* trahitur ad fructus dotis ſeu alimenta tamquam acceſſoria ad dotem *Alex. in l. ſi cum dotem §. ſin autem num.11. ff. ſol. matr. vbi in*
42 *verſ.* puto ait quod hoc facilius procedit † cõſtante matrimonio quam eo ſoluto *Guttier. de iuram. confirm. part.1. quæſt.46. num.5.* vbi quod procedit indiſtinte tam ſoluto quam conſtante matrimonio *Beron. conſ.52. n.13. lib.2. Burſatt. conſ.120. num.38. Neguz. de pignor.4. membr. 2. par. num.50. in fin. & num.51. Grat. diſcept.634. num.4. & ſeqq. per tot. vbi allegat. concord.* & teſtatur de veriori opinione, & magis comuni *Pacif. de Saluian. inſpect.3. cap.4. num.170.* vbi in ſpecie ait pro dd. alimentis competere Saluianum
43 interdictum † contra tertios poſſeſſores, & plures adducit, vnde non eſt curandum de Doctoribus exaduerſo allegatis, cum hæc opi-
44 nio ſit æquior, & comunior, † & vanum eſſe ab ea in iudicando diſcedere fateatur idemmet *Surdus exaduerſo alleg. in tract. de alim. tit.8. priuil.49. num.8. in fin.*

Deniquè non obſtat quod ſententiæ quia dant immiſſionem ad effectum ſibi ſatisfaciẽdi in bonis mediante illorum ſubhaſtatione vel fructuum perceptione ſint nullæ, & iniuſtæ, cum in iudicio Saluiani non detur immiſ-
45 ſio niſi ad effectum † ſatisfaciendi ex fructi-
46 bus, & alternatiua ſententiæ † propter incertitudinem reddat ſententiam nullam quando eſt poſita inter duo contraria vt fuit deciſum *coram Reuerendiſſimo Vrgellen. deciſ.109. per totam* quia in caſu dictæ deciſionis libellus fuerat ſolum conceptus in iudicio vtilis ſaluiani interdicti nec aliquam alternatiuam continebat, at in caſu noſtro in ipſo libello intentatum alternatiue fuit iudicium Saluiani, & actio hy-
47 pothecaria † petendo immiſſionem ad effectum ſibi ſatisfaciendi ex fructibus quod eſt proprium Saluiani vel mediante bonorum diſtractione quod eſt proprium hypothecariæ, & parte non opponente potuit vtrumque in
48 eodem libello cumulari † non ſecus ac petitorium quod importat hypothecariã, & poſſeſſorium quod importat Saluianum vt notat *Scapuccin. de Saluian. interd. lib.1. quæſt.21. num.5. poſt Neguz. de pignor.3. membr.8. par. ſub numer.26. verſ. & talis libellus Menoch. de adipiſc. remed. tertio num.160. Rot. diuerſ. deciſ.43. num.3. par.1. dec.34. num.3. & ſeqq. par.2. Grat. dec. March.208. num.9.* Igitur potuit Iudex ſequendo alternatiuam
49 libelli, † alternatiue ſuper vtroque pronunciare *vt ex Bart. in l. vt fundus ff. commun. diuid. & in l. prætor edixit §. quod autem ff. iniur. tradit Gramat. deciſ.68. num.1.* nec aliqua exinde reſultat incertitudo cum dicta duo remedia ex ſupra
50 allegatis non ſint contraria † ſed diuerſa *vt per Alex. conſ.96. num.10. & ſeqq. lib.4. Rot. coram D. Vrgellen. dicta deciſ.109. num.4.* licet ibi perfuntorie dicatur, quod dicta remedia ſint contraria.

Et ità deciſum vtraquè parte informante coram Reuerendiſs. D. meo Dunozet Decano, cuius ſuperueniente abſentia ante extenſam deciſionem, ego in cauſa ſubrogatus munus expleui iuxta vota Dominorum.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI, SEV DOMVS.

Lunæ 30. Aprilis 1646.

ARGVMENTVM.

Appellans ſi intra terminum Iuris non redijt pro Apoſtolis, nec cauſam appellationis committi curauit ſententia tranſit in iudicatum. Fi-

deicom-

deicommiſſario datur immiſſio probatis ſolitis requiſitis, & ex quibus probata remaneat? Legitima non detrahitur ex fideicommiſſo particulari exiſtentibus alijs bonis liberis, vel fideicommiſſo vniuerſali ſubiectis, quæ extare præſumuntur quando hæres inuentarium non confecit, ſecus verò quando agitur de illius detractione ex fideicommiſſo vnuerſali tunc enim ob ommiſſionem Inuētarij adhuc detrahi poteſt, & redditur ratio diuerſitatis inter primum, & ſecundum caſum. Dos ex fideicommiſſo particulari quo caſu detrahi nequeat?

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum ſi appellans intrà terminum iuris non redijt pro Apoſtolis.*

2 *Vel tenetur ſaltim infrà terminum 30. dierum committere cauſam appellationis ſi fuit appellatum à diffinitiua, & in ipſa appellatione petiti Apoſtoli.*

3 *Nec pro excluſione reiudicata ſufficiunt diligentia pro obtinenda commiſſione in Signatura cum appellans poſſit alia via ſibi conſulere redeundo coram Iudice à quo pro Apoſtolis.*

4 *Reſtitutio in integrum denegatur, quoties conſtat de iuſtitia ſententiæ.*

5 *Immiſſio* ex remed. legis final. C. de ædict. Diu. Adrian. tollend. *ſiue vtilis Saluiani interdicti conceditur fideicommiſſario probatis ſolitis extremis.*

6 *Obitus alicuius probatur ex teſtibus, ac alijs adminiculis.*

7 *Deficientia vocatorum in fideicommiſſo probatur eo ipſo quod nemo comparet, qui ſe vocatum dicat.*

8 *Deſcendentes alicuius quod non adſint, probatione non eget, dum ſemel extitiſſe non conſtat, quod tanquam facti non præſumitur.*

9 *Filiatio probatur ex teſtibus, necnon ex fide baptiſmatis, quæ dicta teſtium coadiuuat.*

10 *Filiatio probatur ex aſſertionibus, & nominationibus emiſſis in actu dotationis.*

11 *Fideicommiſſum particulare dicitur inductum ex prohibitione alienationis non directa ad quotam hæreditatis, ſed ad rem particularem.*

12 *Prohibitio alienationis adiecta poſt fideicommiſſum vniuerſale eique famulatur, nec nouum, aut particulare fideicommiſſum inducit, ſed ſtat acceſſoriè ad fideicommiſſum vniuerſale, præſertim quando, eædem perſonæ vtrobique vocatæ ſunt,*

13 *Secus verò quando ad rem alienari prohibitam vocantur perſonæ diuerſæ, ex huiuſmodi enim vocatione colligitur fideicommittentem voluiſſe prohibitionem adijcere independentèr à præcedenti fideicommiſſo vniuerſali, & ſic particulare fideicommiſſum inſtituere ſuper re prohibita alienari.*

14 *Inuentarium conficere tenetur nedum hæres grauatus, ſed etiam eius ſubſtitutus.*

15 *Legitima non detrahitur ex fideicommiſſo particulari ſtantibus bonis liberis, vel fideicommiſſo vniuerſali ſubiectis, quando hæres grauatus inuentarium non confecit num. 16.*

17 *Et bona libera, ſeù fideicommiſſo vniuerſali ſubiecta extare præſumuntur in odium hæredis non conficientis Inuentarium.*

18 *Hæres grauatus non confecto inuentario tenetur integrè ſoluere legata, & fideicommiſſa particularia.*

19 *Legitima detrahitur ex fideicommiſſo vniuerſali etiam non confecto per grauatum inuentario, ſecus ex fideicommiſſo particulari, & quare?*

20 *Dos detrahi poteſt ex fideicommiſſo particulari etiā non confecto inuentario, quando illa detrahi petitur ab ipſa Muliere, vel eius hærede.*

21 *Amplia præſertim quando ipſe fideicommittens eſt debitor dotis, tunc enim dos detrahitur tanquam debitum fideicommittentis, cum non poſſit fideicommittendo præiudicare hypothecis, & iuribus creditorum.*

22 *Secus verò quando hæres mulieris qui, excipit de credito dotis eſt etiam hæres fideicommittentis, vel grauati non gaudentis beneficio inuentarij, tunc enim ſoluere fideicommiſſa particularia tenetur quamuis vires hæreditariæ non ſufficiant.*

23 *Hæres grauatus, quando agitur de fideicommiſſo vniuerſali non tenetur vltrà vires hæreditarias, etiamſi inuentarium non confecit.*

DECISIO CCLI.

CONSTITVTO Alexāder Stiaticus vniuerſali, ac deſcenſiuo fideicommiſſo fauore Laurenti filij, ac Alexandri, Ioannis, & Franciſci eius ex d. filio nepotum eorumq; deſcendentium, prohibuit omnem venditionem, alienationem, & dominij translationem domus magnæ habitationis ipſius teſtatoris, quia voluit dictam domum in perpetuum peruenire debere ad ipſos inſtitutos, & eorum deſcendentes maſculos legitimos, & naturales donec aliquis extabit ex linea illorum, alias autem ad deſcendentes ipſius teſtatoris per fœminam, & lineam fœmininam ſimilitèr maſculos legitimos, & naturales in infinitum ordine ſucceſſiuo.

Ideò Ioannes Elephantutius filius Victoriæ genitæ à Fauſtina filia teſtatoris prætendens ob deficientiam deſcendentiæ maſculinæ ex maſculis, purificatum eſſe fideicommiſſum ſuper domo pro maſculis ex fœminis, obtinuit in eiuſdem domus poſſeſſionem ſententiam immiſſiuam ab A. C. contra Catherinam Fucellinam hæredem teſtamentariam Ioannis Stiatici vltimi ex deſcendentibus per maſculos, quæ à ſententia appellauit infrà decem dies, & Iudex appellanti dedit terminum iuris ad redeundum pro Apoſtolis nec tamen intrà terminum redijt, aut cauſam comiſit niſi eo lapſo, vnde coram Me, cui commiſſio cauſæ directa fuit educebat Elephantutius ſententiam fuiſſe lapſam in iudicatum, quod cum negaret Catherina, & in omnem euentum niteretur reſtitutioni in integrum vna cum negocio principali mihi commiſſæ, propoſui hodie dubium, An conſtet de re iudicata, ſeù potiùs de cauſis reſtitutionis in integrum, quod affirmatiuè in prima, negatiuè in ſecunda parte definitum fuit.

Nàm certi iuris eſt, quod ſententia ob non
1 reditum pro Apoſtolis † infrà terminum 30. die-

dierum à Iudice datum tranſiit in iudicatum vt probat *Text.in c. ab eo de appellat.in 6.in clem. quamuis §.verum, & §.ſimilitèr eod. tit.* & tradit *Bart.in l.1.num.3.verſ.quæro quid ſi Iudex ff.libell. dimiſſ.Scacc.de appellat.lib.1.qu.13.nu.24.& ſeqq. alijque relati ab Adden.ad Buratt.deciſ.556.Litt.A.*

Neque releuant diligentiæ, quas Catherina adhibuiſſe aſſerit, vt intrà terminum triginta dierum commiſſio appellationis proponeretur in Signatura Iuſtitiæ, quodq; Prælatus ad id electus proponere diſtulerit ad preces, & de conſenſu alterius partis, ſiuè eius procuratoris, quia etſi ſatis fuiſſet ad euitandam rem iudicatam obtinere commiſſionem appellationis infrà terminum triginta dierum
2 rum † cum fuerit appellatum à diffinitiua, & in ipſa appellatione fuerint petiti Apoſtoli, *iuxtà dec.54.de appellat.in antiq.& penès Caputaq. deciſ.115. par.2. aliaſque latè adductas per Adden. ad ſa.me. Greg.XV.deciſ.573.nu.14.* non tamen ſunt ſatis diligentiæ pro obtinenda commiſ-
3 ſione, † eſto quod impedimenta præſtita fuerint, nè commiſſio proponeretur in Signatura, & ratio eſt, quia appellans poterat alia via ſibi conſulere redeundo coram Iudice à quo pro Apoſtolis, vt in his terminis reſpondit *Rota in Perusina de Vbaldis 17. Iunij 1576. coram clar.mem.Card.Hieronymo Pamphilio impreſſ.apud March.de commiſſ.par.2.fol.13.num.2.§.& hoc modo*, vbi dicitur quod imputandum eſt appellanti ſi ſibi non cauit petendo Apoſtolos à Iudice, quod facilè impetrare poterat.

Iuſtitia verò ſententiæ, quæ neceſſaria eſt, vt ſententia in iudicatum tranſeat, & aduer-
4 ſus illam † reſtitutio in integrum denegetur, *Caſ.de Graſſ.deciſ.10.num.11. de re iudic. Seraph. deciſ.351.num.2.deciſ.1123.num.15.* apparet ex actis primæ inſtantiæ, in qua fuit productum teſtamentum cum fideicommiſſo, & probata tùm deficientia maſculorum ex maſculis, tùm deſcendentia Ioannis Elephantutij actoris à fœminis à teſtatore deſcendentibus,tùm
5 identitas domus, quibus probatis † debuit eidem Ioanni *ex remed.l.final.C.ædic.Diu.Adr.toll.* ſiuè vtilis Saluiani interdicti concedi immiſſio *Gabr.conſ.44.num.2.& 3.lib.2. Surd.deciſ.76. num.6.Seraph.deciſ.828.num.1. Rot.deciſ.368.n.1. par.5.recent.*

Fideicommiſſum inquam legitur in verbis teſtamenti: Obitus Laurentij filij teſtatoris
6 probatur † ex depoſitione primi, & tertij teſtis iuxtà ſeptimum data in Summ. Ioannis num.4. iuncto præſertim,quod in inſtrumentis datis in eodem Sum.num.7. Ioannes Stiaticus author aduerſariæ, & ipſa aduerſaria loquitur de Laurentio cum dictione, *olim*, obitum Alexandri,& Franciſci filiorum Laurentij probant primus, & tertius teſtes dicto Summ.num.4. accedente maximè, quod ipſa aduerſaria obtinuit renouationem Emphyteuſis olim conceſſæ Alexandro teſtatori, quæ alias fuiſſet debita dictis filijs Laurentij
7 ſi tunc ſuperuixiſſent; † quodq; hodie nemò ex illis comparet, vt per *Seraph.deciſ.1219.n.1 Caualer.deciſ.575.num.7. Buratt.deciſ.845.num.2. & ſeqq.* & vlteriùs quo ad obitum Ioannis alteriùs ex filijs d. Laurentij concurrit confeſſio aduerſariæ, quæ tanquam illius hæres iudicium ſubſtinet; quod verò alij deſcenden-
8 tes maſculi non adſint † probatione non eget dum ſemel extitiſſe non conſtat,quod tanquã facti non præſumitur, vt notant *Doct. in l.ſex facto §.ſi quis autem ff.ad Trebell.* & tradit *Aldobr. conſ.80.num.4.& ſeqq.lib.1. Seraphin.deciſ.1458. num.3.deciſ.1487.num.1.Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ.301.num.5.*

Quod autem ſpectat ad deſcendentiam Ioannis Elephantutij à fœminis deſcendentibus Alexandri teſtatoris, teſtes bene deponunt ip-
9 ſum † Elephantutium eſſe filium Victoriæ, ideinque educitur ex fide baptiſmatis,quæ filiationis probationem coadiuuat *Rota in rec. deciſ.641.nu.2.par.3.deciſ.511.nu.1.par.5.dec.359. num.20.par.6.* Victoriam eſſe genitam Fauſtinæ, & hanc eſſe filiam Alexandri teſtatoris; probatur paritèr ex teſtibus nec non ex legato dotium facto à teſtatore eidem Fauſtinæ cum aſſertione quod erant implicatæ in bonis aſſignatis pro dote dictæ Victoriæ eius genitæ, ac ex inſtrumento dotali in quo Fauſtina Victoriam filiam nupſit Scipioni Elephantutio cum interuentu,& conſenſu Alexandri teſtatoris tanquam ipſius Fauſtinæ patris, & reſpectiuè Aui materni Victoriæ; huiuſmodi
10 enim aſſertiones † emiſſæ in actu dotandi valdè conducunt ad probandam filiationem, *Peregr. de fideic.art.43.num.77. Caualer.deciſ.46. num.1.ad med.& ſeqq. ſa.me. Greg.XV. deciſ.349. num.5.& ſeqq.Rota inter recent.deciſ.223.num.3.in fin. par.4.*

Identitas tandem domus probatur ex Inſtrumentis datis in Summ. Elephantutij nu.7. nec reuocatur in dubium.

Non obſtant detractiones, ſiuè legitimæ Ioanni Stiatico Catherinæ authori debitæ ex perſona Laurentij patris, ac reſpectiuè filij teſtatoris, ſiuè dotis Lauræ eiuſdem Laurentij vxoris, ac reſpectiuè matris dicti Ioannis. Quia pro reſponſione Domini animaduerterunt duo in teſtamento Alexandri adeſſe fideicommiſſa,alterum vniuerſale ſuper omnibus bonis de quo hodie non agitur, alterum reſultans ex ſtrictiſſima alienationis prohibi-
11 tione, † quæ cum non dirigatur ad quotam hereditatis, ſed ad hanc domum vti rem particularem,fideicommiſſum particulare deſuper conſtituit, iuxtà diſtinctionem *gloſſ.in l. ſi quis ſeruum §. final. ff.leg.2.* & latè proſequitur *Molin.de primog.lib.1.cap.10.num.8.& 9.idem Peregr. in terminis prohibitionis alienandi domum conſil.64.num.28.lib.3.Honded.conſ.60.num.85. lib.1. Rot.deciſ.249.num.13.deciſ.272.num.17.deciſ.283. num.8.par.6.recent.*

Et quidem omninò diſtinctum à fideicommiſſo vniuerſali, quamuis eadem prohibitio ſtatim poſt fideicommiſſum vniuerſale adijciatur; nàm licet prohibitio ſit adiecta famu-
12 letur fideicommiſſo vniuerſali † itaut in illo res particularitèr alienari prohibita compræhendatur, quando eędem perſonæ vtrobiq; vocatæ fuerunt, ea ratione quia tunc prohibitio ſtat acceſſoriè ad fideicommiſſum vniuerſale

ſale *Alex.conſ.59.num.8.& 9.lib.3.Surd.conſ.448. num.19.Bellon.iun.conſ.12.num.43.Rota deciſ.210. num.11.deciſ.312.num.29.par.6.recent.* Secus eſt
13 quando † ad rem alienari prohibitam vocantur aliæ perſonæ non comprehenſæ in ſubſtitutione vniuerſali, ex huiuſmodi enim vocatione aliarum perſonarum colligitur, quod teſtator voluit prohibitionem adijcere perſonalitèr, & independenter à præcedenti fideicommiſſo,& ſic ſeparatum fideicommiſſum ſuper rebus alienari prohibitis relinquere *Petr.de fideic.qu.6.num.26. & 27. & quaſt.11. num.559.& ſeqq.Grat.diſcept.828.nu.15. Menoch. conſ.348.num.43.Rot.deciſ.193.num.7.& 8.par.1. recentor.* & in puncto ita diſtinguit *Caſtr. in l. Marcellus §.quidam liberis num.2. verſ.1.ſi grauatus ff.ad Trebell.Menoch.præſ.194.num.15. & 16. lib.4.Rota deciſ.133.num.6.par.4.diuerſ.deciſ.418. num.10.deciſ.421.num.25.& 26. par.5.recent.* Et hic eſt caſus noſter nàm ad fideicommiſſum vniuerſale vocantur ſolum deſcendētes maſculi ex fœminis, qui hodie agunt.

Hoc poſito, cum Laurentius teſtatoris filius,ex cuius perſona prætenditur legitima, & Ioannes Stiaticus Laurentio ſubſtitutus, ex cuius perſona petitur dos inuentarium,quod
14 etiam Ioannes ſubſtitutus † dum Laurentius primus hæres grauatus illud facere ommiſit, conficere tenebatur *Bart. in l. in ratione 11. §. quod vulgo num.10.ff.ad leg.falc. Iaſon.in l.ſi is qui num.6.& ſeqq. vbi de communi ff. ad Trebell. Rip. ibid.num.6.Peregr.de fideic.art.4.numer.8.Molin.de primog.lib.1.cap.28.num.6.Faber.in C.lib.6.tit.11 diffin.24.* non confecerint,non poteſt ex eorum
15 perſona detrahi legitima† è domo particulari fideicommiſſo ſubiecta exiſtentibus alijs bonis liberis *Gabr.conſ.123.num.6.lib.2.Menoch. conſ.401.num.138.Honded.conſ.66.num.11. & 12. lib.2.Rot.deciſ.47.num.2. & ſeqq. par.5. recentior.*
16 vel fideicommiſſo vniuerſali † ſubiectis *Bellon.Iun.conſ.48.num.55.Soccin.Iun.conſ.49.nu.22. verſ.ſed illud lib.3. Rot.in Bononien. Fideicommiſſi de Bologninis 11. Decembris 1643.§.tertiò non obſtat coram R.P.D. meo Carillo*, quæ præſumun-
17 tur extare†contra hæredem,qui inuentarium non confecit, quique deſtitutus beneficio in-
18 uentarij tenetur de iure nouo†integrè ſoluere legata, & fideicommiſſa particularia *l. fin. §.ſin verò poſtquam C.iur.deliber.§.ſi verò non fuerit auth. de hæred.& Falc.* & in puncto *Bart. in l. pater filium 36. num.2.ff.leg.3.Natt.conſ.199.nu.6. & ſeqq.per tot.Capra conſ.78.nu.13.Barz.dec.105. num.29.Rot.deciſ.47.num.4.& 5.deciſ.185.nu.15. par.5.deciſ.301.num.15.par.6.rec.deciſ.213.nu.15 coram Reuerendiſs.Vrgellen. Bellon.Iun. conſil.58. num.27.& ſeqq.* vbi diſtinguit inter fideicommiſſum vniuerſale, & particulare dicens primo caſu ob omiſſionem inuentarij non am-
19 mitti legitimam, † ſecus verò ſecundo caſu, quia de iure nouo hæres qui non confecit inuentarium, legata, & fideicommiſſa particularia integrè ſoluere debet, eamdemque diſtinctionem, refert *Peregr.conſ.64.nu.27. & 28. lib.3. & deciſ.Patauin.96. num.8. Fuſar. conſ.74. num.15. & ante omnes Caſtr.conſ.188.num.2.lib.2.*

Pariterque detrahi non poteſt dos, nam quamuis quoad illam omiſſio inuentarij non
20 obeſſet ſi peteretur ab ipſa muliere † vel eius hærede, qui à teſtatore, aut ab hærede grauato cauſam vniuerſalem non haberet eo quod remedium *Auth.res quæ C.com.de leg.* habet locum etiam in fideicommiſſo particulari vt ibidem notat *Bald.num.6.Caſtren.num.2. Iaſ. num.32.verſ.nono Ruin.conſ.199.numer.6. & ſeqq. lib.2.Peregr.de fideic.art.42.num.54.Rot.deciſ.312. num.30.par.6. recent.* Quo magis quando vt in caſu noſtro ipſe fideicommittens dotem recepit, ideoque ea detrahitur tanquam debi-
21 tum fideicommittentis† quod indiſtinctè ex eius bonis debet exolui,cum non potuerit fideicommittendo præiudicare hypothecis, & iuribus creditorum *l.filius familias §. Diu. il 2. ad fin.ff.leg.1.l.peto §. prædium ff.leg. 2. Becc. conſil.100.num.6.Gamma.deciſ.218.num.4.*

Tamen ſecus eſt quando idemmet hæres
22 mulieris qui excipit de credito dotis†eſt etiā hæres fideicommittentis, vel hæredis grauati non gaudentis beneficio inuentarij,& ratio eſt ea quam ſupra afferebam ad excludendā detractionem legittimæ, quia nempè hodie hæres qui non confecit inuentarium tenetur integrè ſoluere fideicommiſſa particularia quamuis vires hæreditariæ non ſufficerent,vt diſtinguendo tradit *Peregr.de fideic.art.40.n.29. vbi in fin.* dicit aliud eſſe in fideicommiſſo vniuerſali, quia in illo hæres non tenetur vl-
23 trà vires hæreditarias† etiam quod non confecerit inuentarium, eamdemque diſtinctionem inter hæredem, & creditorem, ſequitur *Fuſar.de ſubſt.qu.541.n.22.verſ.limitatur 7.Gabr. conſ.118.num.7.verſ.nec refert, & num.8 .lib.1.* & videtur admiſiſſe *Rota deciſ.210. num.2.* ibi, *qui non veniunt ex perſona Iulij Cæſaris, & deciſ.312. num.36.* ibi, *quia non agit Iulius Cæſar hæres grauatus par.6.recent.*

Quod autem Ioannes Stiaticus author aduerſariæ fuerit hæres Laurentij patris hæredis grauati patet, nè dum quia aduerſariamet excepit de legitima debita Ioanni in bonis Laurentij patris, ſed magis quia Ioannes ſoluit cuidam Lauræ dotem eidem à Laurentio legatam, vt probatur publico Inſtrumento dato in Summ. Elephantutij num.2. & prædium aſſerens ad ſe ſpectare iure hæreditario patris vendidit,ex quibus actibus reſultat aditio hęreditatis, vt de ſolutione debiti hæreditarij, eſt text. *in l.2.C.iur.delib.* & tradit *Alex. conſ.32.num.1.lib.3.Pariſ.conſil.16.num.41. lib.2. Buratt.deciſ.937. nu.4.* & de venditione rei hæreditariæ *Bart.in l.gerit ſub num.24. ff.acq.hæred. Alex.in l.ſi quis mihi §.ſed quid ſi mandauerit nu.7 ff.eod.Vinc.de Franch.deciſ.80.n.1.Buratt.dec.523. num.3.& ſeqq.*

Et ita deciſum vtraque parte bis informante.

BONONIEN. SVCCESSIONIS.

Veneris 4. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus alienans bona fideicommiſſi cogi poteſt ad reſtitutionem prætij, ſiuè ſcientèr, ſiuè ignorantèr alienauerit,& eſt in poteſtate fideicommiſſarij agere ad prætium contra alienantem, vel contra tertios poſſeſſores bonorum alienatorum. Vocatis ad fideicommiſſum filiis alicuius tunc vocati cenſentur nepotes, ac alij deſcendentes, quando ex ſeriè fideicommiſſi apparet fideicommittentē habuiſſe pro ſinonimis verbum, *filios*, & verbum, *deſcendentes*, & ex quibus deſumatur fideicommittentē habuiſſe pro ſinonimis verbum, *filios*, & verbum, *deſcendentes*, latè in deciſione oſtenditur. Maſculi ex fœminis ſuccedunt in fideicommiſſo ad quod maſculi deſcendentes ſunt vocati, quando à Teſtatore non fuit habita ratio conſeruandi bona in agnatione, ſed conſiderata ſolum qualitas maſculinitatis, quæ ęquè militat in maſculis ex maſculis, quàm in maſculis ex fœminis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres tenetur pro rata, pro qua eſt hæres debita teſtatoris ſoluere cohæredi, cuius actiones mediante aditione confunduntur pro ſua virili dumtaxat, & num. 2.*

3 *Hæres per fideicommiſſum reſtituere grauatus ſi bona fideicommiſſaria alienat, cogi poteſt ad reſtitutionem pratij, ſiuè ſcientèr, ſiuè ignorantèr alienauerit.*

4 *Itaut ſit in poteſtate vocatorum agere, vel ad bona alienata contra tertios poſſeſſores, vel ad prætium contra alienantem eiuſque hæredem.*

5 *Bona in dotem ſi fuerunt data viro æſtimata tunc illorum dominium dicitur in eo translatum non ſecus ac ſi emiſſet.*

6 *Deſcendentes in fideicommiſſis veniunt appellatione filiorum, quoties ex ſeriè fideicommiſſi apparet fideicommittentem habuiſſe pro Synonijmis, verbum*, filios, *& verbum*, deſcendentes.

7 *Verba intelligenda ſunt ſecundum mentem proferentis.*

8 *Teſtamenti vna pars aliam declarat.*

9 *Teſtator quod habuerit pro Synonimis verbum*, filios, *& verbum*, deſcendentes, *ex quibus colligatur? & num.* 10. 11. 13. 14. *& ſeqq.*

12 *Dictio*, vt ſupra, *eſt repetitiua qualitatum præcedentis ſubſtitutionis.*

13 *Appellatione deſcendentium maſculorum veniunt omnes maſculi in infinitum.*

15 Deciſ. 507. par. 2. recent. *quo caſu procedat?*

16 *Nepotes, vel deſcendentes non veniunt appellatione filiorum, quando Teſtator diſcretiuè loquutus fuit de filijs, & nepotibus.*

17 *Vel adiecit nomen patris, vel matris, aut dictiones denotantes immediatam generationem. Declara vt num.* 18. 19. *&* 20.

Dictio, ex, *in ſubſtitutionibus, quando immediatam vocationem non importet? ibid.*

21 *Maſculi ex fœminis veniunt appellatione deſcendentium maſculorum, quando non agitur de feudo, vel Emphyteuſi, aut habita fuerit ratio agnationis, & fideicommiſſum fuit conſtitutum à fœmina, & primo loco vocata fœmina, & deinde eius deſcendentes.*

22 *Præſertim quando fuit contemplata ſola qualitas maſculinitatis, quæ æquè reperitur in maſculis deſcendentibus ex fœminis, quàm in maſculis ex maſculis, quia illi etiam veniunt ex proprietate ſermonis.*

23 *Amplia procedere quamuis mater ſit excluſa, & veniant ex radice infecta, quia non obeſt quando non veniunt ex perſona matris, aut ratio agnationis nō concurrit, ſed ſuccedunt ex propria perſona, tanquam habentes qualitatem maſculinitatis.*

24 *Maſculi ex fœminis eo magis veniunt appellatione deſcendentium maſculorum, quando agitur de fideicommiſſo conſtituto à fœmina, & primo loco fuit vocata fœmina, & vlterius poſt deſcendentes maſculos ex fœmina, iterum vocantur fœminæ.*

25 *Declaratio facta à donante valet etiam ex interuallo quando dubium eſt quid fuerit in donatione comprehenſum, & retrotrahitur ad tempus donationis, ac ſi tunc emanaſſet, & nu.* 27.

26 *Declaratio ſuper re dubia poteſt quandocunque fieri.*

27 *Declaratio ſuper re clara fieri nequit in præiudiciū iuris tertio quæſiti.*

28 *Fideicommiſſario debetur prætium bonorum fideicommiſſi alienatorum à grauato vna cum fructibus à die penſionis, quia pretium ſuccedit loco rei num.* 30.

29 *Et fructus qui ex bonis alienatis fuiſſent percepti, debentur tanquam intereſſe, num.* 31.

32 *Fructus bonorum ſtabilium taxantur ad rationem quinque pro centenario.*

DECISIO CCLII.

INGRESSVRA Religionem Dorothea de Bonfiolis donauit omnia bona ſua Camillæ ſorori cum pacto, *quod dd. bona poſt mortem prædictæ Camillæ in totum perueniant ad filios, & deſcendentes maſcolos dictæ Camillæ ſi filios maſculos habuerit æqualitèr, & æquis portionibus in capita alias ipſa bona perueniant, & æquis portionibus ſpectent ad filias fœminas dictæ Camillæ æqualitèr vt ſupra: vbi autem contingeret ipſam Camillam decedere ſine filijs maſculis, & fœminis ex ipſa Camilla procreatis legitimis, & naturalibus tunc voluit ipſa omnia bona deuenire ad Dominum Rudulphum, ac DD. Bonfiolum de Bonfiolis, Iulium Cæſarem, Aſcanium, & Nicolaum eiuſdem Dorotheæ patruos.*

Et quoniam ex bonis donatis multa fuerunt alienata per Camillam, quæ tandem deceſſit nullis relictis filijs maſculis, aut deſcendentibus ab illis, ſed ſolum Dominis de Albergatis nepotibus ex Hypolita filia prædefuncta, quibus reliquit in ſuo teſtamento legitimam de iure debitam, & Dominum Aurelium virum, quem hæredem vniuerſalem inſtituit grauauit onere dandi eiſdem nepotibus dictam legitimam, necnon & alia bona hæreditatis, quæ comprehenſa dicta legitima aſcendant ad dimidiam totius hæredita-

ditatis. Ideò ijdem Domini de Albergatis,
tanquam vocati ad fideicommiſſum Doro-
theę egerunt contra dictum Aurelium vti
hæredem Camillæ pro prætio bonorum à di-
cta Camilla, vt ſupra alienatorum, factoque
deſuper compromiſſo in communes arbi-
trios, qui nuſquam laudum protulerunt, fuit
nuper cauſa commiſſa in Rota, ac diſputa-
to hodie dubio, An, & ad quam ſummam
teneatur Dominus Aurelius ex donatione
Dorotheę ad fauorem Dominorum de Al-
bergatis, Rota cenſuit Aurelium teneri prò
medietate.

1 Nàm pro rata, † qua Camilla eſt hæres te-
netur ad ipſius Camillæ debita l. 1. Cod. ſi cert.
pet. l. pacto C. pact. l. pro hæreditarijs C. hæredit. act.
l. licet pacto C. famil. erciſc. Surd. conſ. 415. num. 13.
& 14. etiam ad fauorem DD. de Albergatis
2 cohæredum, quorum actiones aditione † con-
fuſæ fuerunt pro ſua virili dumtaxat l. ſi ab eo
C. negoc. geſt. l. ſi adulta C. hæred. act. l. ſi vxor Cod.
bon. author. iud. poſſid. l. ſi pater C. contr. iud. tut. in-
ter quæ debita adeſt onus reſtituendi vocatis
ad fideicommiſſum Dorotheę prętium bono-
rum fideicommiſſi à Camilla alienatorum,
cum grauatus reſtituere per fideicommiſſum
3 ſi alienet bona fideicommiſſaria † cogi poſsit
ad reſtitutionem prætij, ſiuè ſcientèr, ſiuè
ignorantèr alienauerit l. quidam §. fin. ff. ad Tre-
bell. l. planè 97. §. qui rogatus ff. leg. 1. l. fin. §. final. ff.
leg. 2. Rip. in l. 1. num. 4. verſ. ſed & quid ff. quor. bo-
nor. Pariſ. conſ. 5. num. 26. lib. 2. Alex. conſ. 4. num. 3.
lib. 3. Gabr. conſ. 118. num. 3. lib. 1. Burſatt. conſil. 13.
num. 74. & ſeqq. Odd. de fideicomm. qu. 47. nu. 8. & 9.
4 itaut ſit in facultate vocatorum † agere, vel
ad bona contra illorum poſſeſſores, vel ad
prætium contra alienantem eiuſque hære-
dem Ceph. conſ. 761. num. 14. & 15. vbi ait quod
honeſtiùs eſt, vt agant contra hæredem alie-
nantis, nè ipſi agendo contra tertium poſſeſ-
ſorem bonorum reconueniantur pro reſtitu-
tione prætij tamquam cohæredes eius, qui
alienauit poſt Pariſ. d. conſ. 5. num. 26. Peregr. de fi-
deic. art. 45. num. 15. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 558. nu. 1.
Ciriac. controu. 5. num. 25. Rota in Ciuitatis Caſtelli
ſupplementi legitimæ 23. Martij 1640. coram bo.
mem. Merlino.

Bona autem fideicommiſſi fuiſſe alienata
à Camilla patet, quia illamet quæ Dorothea
in inſtrumento donationis deſcripſit, dedit
Camilla in dotem primo viro pro certa ęſti-
5 matione, † quæ bonorum dominium tran-
ſtulit in virum non ſecus, ac ſi emiſſet l. quo-
ties C. iur. dot. Corn. conſ. 92. num. 8. lib. 4. Rolan. con-
ſil. 64. num. 6. lib. 4. Surd. conſ. 392. num. 1. & 2. Rota
deciſ. 52. num. 2. & ſeqq. par. 6. recent.

Quod verò Domini de Albergatis ſint vo-
cati ad fideicommiſſum Dorotheæ, cum
deſcendant ab Hypolita illius filia docet ocu-
laris lectura fideicommiſſi, ibi, ſpectent ad fi-
lias fœminas Camillæ, quarum appellatione
venire deſcendentes ex filiabus indubitatum
eſt apud omnes, quoties ex ſeriè fideicom-
6 miſſi apparet † pro ſinonimis habita fuiſſe à
fideicommittente verbum, filios, & verbum,
deſcendentes, Curt. Iun. conſ. 111. num. 7. conſ. 113.
num. 8. conſ. 116. num. 12. verſ. tertia Aym. conſ. 62.
num. 12. & conſ. 155. num. 3. Bellon. Iun. conſ. 2. ſub
num. 35. verſ. quia quando ac ſeqq. Fuſar. de ſubſtit.
quæſt. 320. num. 78. & 79. Rota in Vrbeuetana Ca-
ſtrorum 10. Iunij 1588. coram bo. mem. Cardinali
Platto, & in Florent. fideicommiſſi de Cambijs 26.
Februarij 1627. coram Reuerendiſs. D. meo Duno-
zetto Decano impreſſa par. 5. recentior. deciſ. 40. ſub
7 num. 8. quia verba intelligenda ſunt † ſecun-
dum mentem proferentis l. Senatus Conſulto ff.
rit. nupt. & in his terminis probat Text. in l. iu-
xta ff. verb. ſign. Pariſ. conſ. 52. nu. 28. lib. 2. Facchin.
controuer. lib. 5. cap. 18. Fuſar. de ſubſt. qu. 320. nu. 80
Rota deciſ. 6. num. 13. par. 5. recent. & vna pars te-
8 ſtamenti † aliam declarat l. qui filiabus l. ſi ſer-
uus plurium §. fin. ff. leg. 1. Ruin. conſ. 149. nu. 9. lib. 2.
Aym. conſ. 297. num. 5. & in ſpecie Rota d. deciſ. 6.
num. 32. in fin. & num. 33. par. 5. rec.

Habuiſſe in caſu noſtro donatricem pro
ſinonimis verbum, filios, & verbum, deſcen-
dentes, colligitur ex verbis poſitis in eadem
9 oratione † tùm immediatè ante, nàm poſt
quam diſpoſuerat, quod mortua Camilla
bona perueniant ad illius filios, & deſcenden-
tes maſculos ſtatim ſubdidit, ſi Camilla filios
maſculos habuerit, neque in hac conditione
mentionem fecit deſcendentium, quos ta-
men in cōditione voluiſſe comprehendi ſub
verbo, filios, dubitari non poteſt, quia ſupra
illos diſpoſitiuè vocauerat, & conditio intel-
ligitur de perſonis in parte diſpoſitiua ad vni-
uerſam hæreditatem vocatis Grat. qui dicit
communem conſil. 65. num. 10. lib. 2. Mant. de coniect.
vltim. volunt. lib. 11. tit. 1. num. 5. Rot deciſ. 236. n. 4
par. 1. recent. & in puncto deciſ. 269. nu. 4. & ſeqq.
par. 5. Bellon. Iun. conſ. 2. num. 40. & 41.

Tùm infrà in tertio gradu ſubſtitutionis
in quo ad patruos bona deuenire voluit, ſi
contingeret Camillam decedere ſine filijs
fœminis ex ipſa Camilla procreatis, quo lo-
ci ex ratione mox adducta, certum eſt dona-
tricem noluiſſe patruos ſuccedere, niſi in de-
10 fectum deſcendentium maſculorum † quos
ſupra diſpoſitiuè vocauerat, & nihilominus
ad illos denotandos vſa fuit dumtaxat verbo,
filijs. Vnde cum vocatio fœminarum me-
dia ſit inter duas ſubſtitutiones, in quibus do-
natrix continuatiuè ſub ſimili verbo intelle-
xit de deſcendentibus, etiam ipſa ſaltèm ex
mente donatricis deſcendentes fœminarum
comprehendat dicendum eſt ad tradita per
Socc. conſ. 73. num. 22. lib. 1. Rimin. Iun. conſil. 809.
num. 8. Buratt. deciſ. 660. num. 1. Eo magis pon-
11 derata dictione, vt ſupra, ibi, † ad filias fœmi-
nas Camillæ æqualitèr, vt ſupra, quæ arguit pari-
formem voluntatem extendendi fideicom-
miſſum ad deſcendenres fœminarum, prout
ſupra fuerat extenſum ad deſcendentes maſ-
12 culos cum ſit repetitiua † qualitatum ſubſti-
tutionis præcedentis Menoch conſ. 124. num. 59.
& ſeqq. conſ. 362. nūm. 9. & ad propoſitum pon-
derat Rota deciſ. 269. num. 8. par. 5. recent.

Necnon animaduertendo, quod filiæ fœ-
minæ vocatæ fuerunt in futurum remotiſſi-
mum euentum deficientiæ deſcendentiū ma-
13 ſculorum, quorum nomine, † quia veniunt

omnes deſcēdentes maſculi in infinitum §.1.
Auth.de hæred.ab inteſt.venien.l.fin.C.ſuis, & legit.
hæred.cum alijs allegatis per Giouagn.conſ.38.n.28.
lib.1.Fuſar.de ſubſt.qu.327.num.1. Rot.deciſ.125.
num.10.par.1, recent. & ſic de tempore defi-
cientiæ maſculorum ęxtituræ non erunt filiæ
fœminæ primi gradus nè eluſoria, & inanis
euadat ſubſtitutio filiarum fœminarum fatē-
14 dum eſt ſub earum vocatione † donatricem
intellexiſſe de filiabus ſecundi, tertij, & vlte-
rioris gradus, ita *Bald.Alex.Roman.Odd.Peregr.*
Menoch.Seſſe, & alii plurimi quos refert, & ſe-
quitur *Rota deciſ.6.num.16.& deciſ.21.num.2. &*
ſeqq.par.5.recent. in quibus reſpondetur om-
nibus contrarijs, & ſignantèr dicitur, *quod*
15 *deciſ.507.par.2.recent. exaduerſo allegata* † admit-
tenda fortaſſe videtur quoties in futurum
ſolummodò tempus reicitur ſubſtitutio filio-
rum, nec aliæ coniecturæ concurrunt, ſecus
ſi vt in caſu noſtro ex alijs coniecturis elici-
tur voluntas fideicommittentis, & ſecunda
ſubſtitutio eſt collata in tempus nè dum fu-
turum, ſed remotiſſimum deficientiæ om-
nium deſcendentium in infinitum.
16 Ex quibus non obſtat, quod nepotes, † vel
vlterioris gradus deſcendentes non compre-
henduntur ſub verbo, *filias*, quando vt in
præſenti fideicommittens diſcretiuè locuta
fuit de filijs, & nepotibus *ex allegatis in deci-*
ſione 473.num.21.par.4.tom.2.recentior.deciſ.279.
num.10.par.6. vel adiecit nomen patris, ſeu
17 matris in genitiuo, † aut dictiones denotan-
tes immediatam generationem qualis eſt di-
ctio, *ex*, vt in ſpecie aduertit *Rota d.deciſ.507*
num.9.& 10.par.2. recent. Ciriac.contr.8.num.71.
Quia licet in præcedenti ſubſtitutione maſ-
culorum locuta ſemel fuerit de filijs primi
gradus, ac deſcendentibus, cum tamen in
eadem oratione, vt ſupra demonſtrabam,
promiſcuè fuerit vſa verbo, *filys*, loco ver-
bi, *deſcendentibus*, & vtrunque pro ſinonimo
18 habuerit † retorquetur argumentum diſcre-
tiuę locutionis, vt in puncto declarat *Bell.*
Iun.conſ.2.num.39.verſ.quia reſpondeo Rot.dec.40.
num.8.verſ.non obſtat par.5.recent. Vnde expreſ-
19 ſio nominis matris ſtat demonſtratiuè † vt di-
xit *Rota dicta deciſ.6.num.34.& 35. par.6. recent.*
& dictio immediata, *ex*, non eſt momenti,
quia non legitur niſi in conditione vltimi
gradus ſubſtitutionum, ibi, *ſi contingeret ipſam*
Camillam decedere ſine filiis &c. ex ipſa Camilla
procreatis, in qua conditione cum nomine fi-
liorum comprehendi omnes deſcēdētes ſu-
periùs diſpoſitiuè vocatos, pateat ex ſupra de-
20 ductis dictio, *ex*, importare † non poteſt re-
ſtrictionem ad filios primi gradus *Seraphin.de-*
ciſ.939.num.5.vbi allegat concord.Giouagn.conſ.75
num.84.lib.2.
Sed quatenùs ſubſtitutio filiarum fœmina-
rum reſtringeretur ad filias primi gradus maſ-
culi ex illis procreati admittēdi eſſent ex pri-
ma ſubſtitutione loquente de deſcendentibus
21 maſculis, † vbi enim ſubiecta materia aliud
non ſuadet, vt quia agatur de feudo, vel
Emphyteuſi, aut expreſſa mens diſponentis
non repugnat, puta quia habita fuerit ratio
agnationis, quæ in caſu noſtro cum fideicom-
miſſum ſit conſtitutum à fœmina, & ad illud
primo loco vocata fœmina, eiuſque deſcen-
dentes, qui non ſunt de agnatione *l.familia ff.*
verb.ſignif. penitùs ceſſat *Giouagn.reſponſ.12.n.4*
& 5. lib.2.Peregr.conſ.5.num.13.& 14. lib.1.Me-
noch. conſ.802.num.38. & ſeqq. tunc quia con-
templata ſolum fuit qualitas maſculinitatis,
22 quæ † non minus reperitur in maſculis de-
ſcendentibus ex fœminis, quàm in maſculis
ex maſculis, illi etiam ex proprietate ſermo-
nis veniunt appellatione deſcendentium maſ-
culorum non obſtante quod mater ſit exclu-
23 ſa, adeoque † proueniant à radice infecta,
quia hoc obeſſet ſi venirent ex perſona ma-
tris, aut agnationis ratio militaret; at ipſi
ſuccedunt ex propria perſona non repreſen-
tando matrem, ſed tanquam habentes quali-
tatem maſculinitatis à fideicommittente re-
quiſitam iuxtà magis communem opinionē
quam poſt alios ibi allegatos ſequuntur *Mo-*
lin.de primogen.lib.3.cap.5.num.48. & 49. Peregr.
de fideicom.art.26.num.15.& ſeqq. Franciſcus Mo-
linus de ritu nupt.lib.3.qu.24.num.212.verſ.conuer-
ſo igitur Mant.de coniect.lib.8.tit.18.n.20. & ſeqq.
Caſtill.quotidian.contr.lib.5.par.2.cap.103. num.6.
Fuſar.de ſubſt.qu.104.num.7.& ſeqq. Socc.iun.con-
ſil.2.num.11. & per tot.lib.3. Bellon.iun.conſil.72.
num.25. & ſeqq. vbi pro hac parte enumerat
triginta quatuor Doct. *& conſ.73.num.3.& 4.*
Giouagn.reſponſ.12.num.2.& per tot. lib.2. Larrea
deciſ.Granaten.34.per tot. Rot.deciſ.6.num.1.par.1.
diuerſ.deciſ.463.num.10.& ſeqq.par.1.recent. & in
terminis donationis *Mant.de tacit.lib.13.tit.21.*
num.19.Alciat.conſ.15.nu.1.& ſeqq.lib.8. & con-
ſil.104.in princ.lib.9.Bellon.iun.d.conſ.72.num.25.
verſ.ſed in contractibus Peregr.conſ.5.nu.12.& 13.
lib.1.Rot.in Romana donationis locorum montium 7
Maij 1635. coram R.P.D. meo Ghiſilerio.
Quæ opinio libentiùs recipienda eſt in caſu
noſtro, quo nedùm fideicommiſſum fuit cō-
ſtitutum à fœmina nempè à Dorothea, & pri-
24 mo loco vocata fœmina † nempè Camilla,
ſed vltrò poſt deſcendentes maſculos fœmi-
narum iterùm vocantur fœminæ, nec agitur
in concurſu maſculorum deſcendentium ex
maſculis, vt per *Ceph.conſ.600.num.31.Burſatt.*
conſ.229.num.39.Molin. de ritu nupt. lib.3. qu.24.
num.213. Et quod plus eſt ipſa donatrix de
anno 1638. declarauit intentionis ſuæ fuiſſe
comprehendere etiam deſcendētes ex fœmi-
nis, cui declarationi quamuis ex interuallo
factæ, cum negari ſaltèm non poſſit quin res
ſit dubia ſtandum eſt, vt in puncto declaratio-
25 nis † donationis factæ à donante dixit *Rot.co-*
ram Card.Seraph.dec.837.num.16.& in recent.de-
ciſ.238.num.5.par.3. nàm ſuper rę dubia decla-
26 ratio poteſt † quandocunque fieri *Caſtr. in l.*
hæredes palam 21.§.ſi quid ſub nu.4.ff.teſtam. Alex.
conſ.130.num.3.lib.1.Ciriac.controu.295. num.32.
Sard.deciſ.29.num.1.Cartar.deciſ.Iannen.16.n.19.
27 *& 22.* & retrotrahitur † ad tempus donatio-
nis, ac ſi tunc emanaſſet *l.ſi ita ſcripſero 38. ff.*
condit.& demonſtr.Buratt.deciſ.113.num.24 & de-
ciſ.279.num.15. Vnde obijci non poteſt, quod
per huiuſmodi declarationem alteratur ius

iuſto

tertio quæſitum,quia non poteſt dici ius quęſitum cum declaratio cenſeatur ineſſe ipſi donationi, & obiectum procederet ſi declaratio
28 caderet ſuper re clara† contra verba donationis, vt diſtinguendo bene declarat *Caſtr. in d. §. ſi quid*, quem ſequitur *Becc.conſ.3.num.44.Riminaiun.conſ.131.num.9.& conſ.200.num.13.Surd. dec.29.num.6.*

Igitur vndique redditur apertiſſima purificatio fideicommiſſi Dorotheæ ad fauorem Dominorum de Albergatis ex Hippolita filia donatricis deſcendentium, ſiue attendatur prima, ſiue ſecunda ſubſtitutio, quibus pro-
29 pterea debetur prætium† bonorum fideicommiſſi alienatorum á Camilla, nec non fructus ex die facti compromiſſi iuxta tex. *in l.1. §.ex die ff. vi, & vi armat. l.quæſitum §. hoc interdictum ff.procur.l.3.vbi gloſſ.& Doct. ff.interdict.Rot.in terminis fideicommiſſi dec.189.num.1.par.7.rec.* ad rationem ſcutorum quinq; pro centenario pro
30 vt taxari† ſolent fructus ſtabilium ſequendo *gloſſ.in Auth.propterea verb.iuſto Cod. Sacroſ. Eccl. Rot.dec.192.n.1.coram D.Vrgellen.dec.570.num.1.*
31 *par.2.rec.* nam pretium† ſuccedit loco rei, vt in his terminis fuit dictum *in Ciuit.Caſtelli ſupplementi legittimæ 24.Martij 1640.coram bon.mem. Merlino §. penult.* & fructus qui ex bonis per-
32 cepti fuiſſent† debentur tamquam intereſſe ad text. in *l. ſi procuratorem §. mandati actio l. ſi mandauero §.Iulianus ſcribit §. ſicut autem ff.mand. Hond.conſ.39.nu.3.& ſeqq.lib.2.Rot.dec.71.num.7. par.2.diuerſ.* pro medietate tamen qua D.Aurelius eſt hæres Camillæ alienantis, & ſic pro ſumma librarum 7581.& 10.occaſione ſortis, & librarum 2276.occaſione fructuum.

Et ita deciſum vtraque &c.

BENEVENTANA CANONICATVS.

Lunæ 14.Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Reſignatarius tenetur docere de titulo reſignãtis, quia ab eo ius metitur, nec non de publicatione reſignationis infra terminum in Cõſtitutione Gregorij XIII. præſcriptum. Valor in litteris expreſſus iuſtificandus eſt ab impetrante ſtante clauſula, *vt aſſeris*.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione aduerſarij emiſſa in monitorio reiecta qualitate intruſionis ibidem adiecta tamquam habentis contra ſe iuris præſumptionem.*
2 *Item probatur ex ſententia continente expulſionem à poſſeſſione, nam priuatio præſupponit habitum.*
3 *Iudex iniuſtè procedens non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione quando non habuit ſe pro ſpoliato, ſed proceſſiſſe dicitur tanquam priuatus.*
4 *Reſignatarius tenetur iuſtificare titulum reſignantis, quia ab eo ius metitur.*
5 *Item iuſtificare tenetur publicationem reſignationis iuxta Conſtitutionem Gregorij XIII.*
6 *Publicatio reſignationis dicitur pars reſignationis.*
7 *Publicatio reſignationis fieri debet in termino ſex menſium iuxta Conſtitutionem Gregorianam.*
8 *Et facta poſt terminum non ſuffragatur.*
9 *Valor in litteris expreſſus iuſtificandus eſt ab impetrante ſtante clauſula, vt aſſeris, quæ eidem neceſſitatem iuſtificandi imponit.*
10 *Valor in litteris expreſſus quando non iuſtificatur ab impetrante tunc procedi nequit ad illarum executionem.*
11 *Reo, & poſſeſſori ſufficit vincere per non ius actoris.*
12 *Manutentio datur ratione ciuilis poſſeſſionis aduerſus factum Iudicis, qui iniuſtè proceſſit.*

DECISIO CCLIII.

De Canonicatu in Eccleſia S. Ioannis de Balco Terræ Montis Fuſcoli tanquam vacante per liberam reſignationem in manibus Sanctiſſimi factam à Thoma Toſino, prouiſus fuit à Sede Apoſtolica Petrus Peſcus, idemque in executionem prouiſionis Apoſtolicæ obtinuit ab A. C. ſententiam immiſſionis in poſſeſſionem dicti Canonicatus aduerſus Antonium Bernaldum illius poſſeſſorem qui in gradu appellationis ab huiuſmodi ſentẽtia interpoſitæ petijt manuteneri in poſſeſſione Canonicatus controuerſi, & propoſito hodie dubio cui ſit dandum mandatum de manutenendo illud Bernallo dãdum eſſe Domini cenſuerunt.

Docuit enim de ſua anteriori poſſeſſione tum per confeſſionem ipſius Petri aduerſarij
1 emiſſam in monitorio† producto coram A. C. quæ intruſionis qualitate ibidem annexa tanquam habẽtis contra ſe iuris præſumptionem reiecta, probat poſſeſſionem manutenibilem *Rot.dec.802.numer.2. & ſeqq. par.1.diuerſ. deciſ.525.num.2.par.2.rec.deciſ.529 num.1.coram bon.mem.Buratt. & in Spiren. Monaſterij 20. Iunij 1644. coram R.P.D.meo Otthobono.*

Tum per ſentẽtiam exaduerſo reportatam continentem ipſius Bernalli expulſionem à
2 poſſeſſione† Canonicatus; nam priuatio præſupponit habitum, *l.decem ff.verb.oblig.& in his terminis Buratt.dec.160.num.5.dec.491.num.2. vbi add. lit.B. allegat concordantes.* Neque tamen eadem ſententia cum ſit notoriè iniuſta Bernallum, qui ſe pro ſpoliato non habuit ſua
3 poſſeſſione priuauit,† cum Iudex iniuſtè ſententiando dicatur proceſſiſſe,vt priuatus *Caſtr. in l. fin.num.11.Cod.edict.Diu.Adr.tollen. Put.dec. 419.num.2.lib.1.Andr.dec.1.num.6.Rot.coram ſan: mem.Greg.XV.dec.46.num.5.dec.105.nu.5.& ſeqq. & inter rec.dec.646.n.1.par.2.*

Iniuſtitia autem viſa eſt patens,quia ſententia dat executionem prouiſioni Apoſtolicæ de Canonicatu vacante per reſignationem Toſini nec fuit iuſtificatus titulus Toſini,ſiue quod ille Canonicatũ pacificè poſſederit per triennium vt debuit, quia reſignatarius tene-
4 tur iuſtificare titulum reſignantis† cum ab eo ius ſuum metiatur, & ſit fundamentum ſuæ gratiæ, *Aegid.dec.112.Caſſad.deciſ.2.de cauſ. poſſ. & propr.*

& propr.Mant.dec.68.num.8.Rot.inter rec.dec.309. ſub num.1.par.2.& alias cumulat add.ad Buratt.deciſ.78.litt.B.

5 Et vltrò debuiſſet probari quod † reſignatio iuxta Conſtitutionem *fel.record.Greg.XIII.*
6 fuerit publicata, quia publicatio † eſt pars reſignationis *Seraph.dec.1309.n.1. Mant.d.dec.68. num.7.Rot.dec.190.num.2.par.2.diuerſ.& dec.289. num.23.& 24.par.6.recen.* neque ea probatur fa-
7 cta, aut in termino ſex menſium † iuxta Conſtitutionem Gregorianam, aut in alio termino trium menſium conceſſo eidem prouiſo ex ſpeciali reſcripto Papæ, & quatenus poſtea
8 emanaſſet † non ſuffragaretur *Pariſ. de reſign. lib.11.quæſt.2.nu.10.Lotther.de re beneſ lib.3.q.21. n.36.Seraph.dec.1363.n.1.*

Deeſt etiam probatio valoris expreſſi in litteris prouiſionis Apoſtolicæ in ſcutis 24. & computatis incertis in ſcutis 60. per non ex-
9 ceſſum cum clauſula, *vt aſſeris* † quæ cum referatur ad aſſertionem impetrantis eidem imponit neceſſitatem iuſtificandi valorem narratum *Caſſ.dec.7.n.6.de iur.patr. Mandoſ.ad reg.34. Cancell.quæſt.47.num.2.Sanch.de matrim. lib.8. diſput.35.num.25.ad fin.Monet.de commut.vltim. volun.cap.7.num.137.Rot.dec.60.num.2.de reſcript. in*
10 *antiq.* Eoque non iuſtificato † non potuit procedi ad executionem litterarum Apoſtolicarũ *cap.2.de reſcript.Caputaq.dec.240.p.2.Caſ.de Graſ. dec.12.num.1.& 4. de probat. Buratt.dec.18.num.8. & dec.941.num.5.*

Itaque deficiẽte prouiſo Apoſtolico in ſuis probationibus iniuſtè fuit pronunciatum ad eius fauorem contra Bernallum reum, & poſ-
11 ſeſſorem cui † ſufficiebat vincere per non ius actoris *Caſſad.dec.3.num.5.de reſtit. ſpoliat.& deciſ.7.n.9. ſuper reg.Lotther.de re beneſ. lib.2.qu.42. num.25.* & propterea ob notoriam iniuſtitiam
12 ſententiæ danda eſt manutentio † ratione ciuilis poſſeſſionis quã ſemper animo retinuit *Buratt.dec.185.n.5.& 6.*

Et ita deciſum vna tantũ parte informante aduerſario tamen octies citato.

MONTISALTI BENEFICII.

Veneris 18. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio tradita ab habente poteſtatem conferendi ex præſumpta volũtate vim habet collationis, hæc autem voluntatis præſumptio non militat in traditione poſſeſſionis non ſpontè factæ, ſed reſtrictæ ad titulum præcedẽtem alterius collatoris, tunc enim qui poſſeſſionem tradidit non dicitur collator, ſed executor. Manutentio conceditur in gradu reſtitutionis in integrum etiam in beneficialibus, quando cauſa reſtitutionis fuit commiſſa tam in petitorio, quam in poſſeſſorio.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ad effectum manutentionis probatur ex inſtrumento adeptionis alio in poſſeſſione non exiſtente.*
2 *Item ex ſententia cõcedente aduerſario immiſſionem, nam priuatio ſupponit habitum.*
3 *Sententia iniuſta poſſeſſorem ſua poſſeſſione non priuat.*
4 *Iniuſtitia ſententiæ probatur ex deciſionibus poſtea editis, necnon ex actis prioris inſtantiæ quæ faciunt rem notoriam, & n.6.*
5 *Deciſiones Rotales ſunt actus extraiudiciales.*
7 *Sententia iuſtificari debet ex actis.*
8 *Ius conferendi ſpectare ad ſolum Capitulum probatur ex ſententia lata ita declarãte, nec non ex verbis collationis à Capitulo facta fauore prouiſi, & num.9.*
10 *Decretum irritans contentum in regula 8. Cancellariæ inficit omnem titulum, & poſſeſſionem.*
11 *Poſſeſſio tradita ab habente poteſtatẽ conferendi vim habet veræ collationis, & hoc ex præſumpta voluntate tradentis, qui in neceſſariũ antecedens cenſetur voluiſſe conferre.*
12 *Declara hanc præſumptam voluntatem militare in traditione poſſeſſionis ſponte facta, nec reſtricta ad titulum præcedentem alterius collatoris, tunc enim non tanquam collator poſſeſſionem tradidiſſe dicitur, ſed tamquam executor.*
13 *Poſſeſſio ſi fuit tradita in executionem ſententiæ, talis traditio reſtringitur ad terminos ſententiæ tamquam ad ſuam cauſam.*
14 *Et facta ex neceſsitate officij non includit voluntatem ex iure proprio iudicantis.*
15 *Manutentio datur etiam in gradu reſtitutionis in integrum.*
16 *Reſtitutio in integrum an in beneficialibus detur tantum in petitorio? Datur quando reperitur commiſſa tam in petitorio, quam in poſſeſſorio.*
17 *Manutentio datur poſſeſſori anteriori etiam in beneficialibus abſque iuſtificatione tituli.*
18 *Reſtitutio in integrum quando eſt commiſſa in petitorio tantum, & non agitur de manutentione, ſed dè reſtitutione ad beneficium tunc ſeruãda eſt praxis tradita ab* Adden.ad dec.7. num.5.de reſtit.in integr.in nou.
19 *Manutentio datur in gradu appellationis anteriori poſſeſſori reiecto poſteriori.*
20 *Attentata eſt poſſeſſio capta poſt appellationem interpoſitam.*
21 *Apoſtoli cenſentur à Iudice denegati, ſi fuerunt ab appellante petiti, & à Iudice nec minus datus terminus iuris.*
22 *Manutentio datur in gradu reſtitutionis in integrum etiam poſt factam executionem quando iſta eſt attentata.*
23 *Patientia, & acquieſcentia excluditur per appellationem interpoſitam.*
24 *Poſſeſſio ciuilis ſine patientia, & acquieſcentia non amittitur.*
25 *Poſſeſsio beneficij non dicitur amiſſa per reſtitutionem clauium, & ſacræ ſuppellectilis ſi dicta reſtitutio fuit facta cum præſeruatione poſſeſsionis.*

DECISIO CCLIV.

CAESARI Ferro dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione beneficij de quo agitur reſolutum hodie fuit propoſito de-

deſuper particulari dubio, quia de ſua anteriori poſſeſſione docuit tum ex inſtrumento publico, quod alio non exiſtente in poſſeſſio-
1 ne probat poſſeſſionem manutenibilem, *leg. prædia vbi notant omnes ff. acq. poſſ. Caſſad. deciſ. 20. de præben. Put. dec. 360. n. 8. lib. 1. Caputaq. dec. 334. num. 6. lib. 2.* Tum ex ipſa ſententia A.C. ex aduerſo reportata, qua decernitur immiſſio ad
2 fauorem aduerſarij expulſo † Ferro; nam priuatio præſupponit habitum *Ang. in l. non cogendum §. ſi procurator ff. procur. Menoch. de retinen. remed. 3. num. 596. Rot. deciſ. 802. num. 1. par. 1. diuerſ. dec. 160. num. 5. coram bon. mem. Buratt.*

Quæ tamen ſententia cum ſit notoriè in-
3 iuſta † Ferrum ſua poſſeſſione non priuauit, *Felin. in cap. dilectus il primo ſub num. 1. verſ. Fallit il ſecondo de reſcr. Andr. dec. 1. num. 6. Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 46. nu. 5.* Et iniuſtitia nedum
4 probatur † ex deciſionibus hactenus in cauſa editis, quæ fortè ad hunc effectum non ſuffi-
5 cerent, quia ſunt actus extraiudiciales, † vt dixit *Rot. coram bon. mem. Buratt. dec. 158. num. 8. dec. 137. num. 5. inter impreſſ. apud Modern. de manuten. deciſ. 602. ſub num. 2. par. 2. rec.* ſed ex actis ipſis
6 primæ inſtantiæ † quæ faciunt rem notoriam *Dec. conſ. 356. num. 4. verſ. ſecundo reſpondetur Rol. conſ. 41. num. 30. lib. 1. Vrſill. ad Afflict. dec. 50. ſub*
7 *n. 1.* non enim ſententiam iuſtificant, † vt oportet, *Caſ. de Graſſ. dec. 16. num. 15. de probat. Seraph. dec. 684. num. 8. & dec. 987. num. 2. & 6. Buratt. dec. 169. num. 3*

Siquidem non fuit probatum quod Capitulo Eccleſiæ Lateranenſis competat ius conferendi beneficia in menſibus reſeruatis, & nihilominus ſententia declarat ius conferendi beneficium de quo agitur vacans in menſe reſeruato ſpectare ad Capitulum, & Fortunatum ab eo prouiſum immittendum eſſe in poſſeſſione eiuſdem beneficij. Nec releuat quod Capitulum potuerit conferre ratione conſortij cum Eminentiſſimo Cardinali Archipresbytero; Tum quia præcitata verba
8 ſententiæ † important, quod ius conferendi ſpectet ad ſolum Capitulum, vt in terminis ponderauit *Rota in Aſſiſien. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram bon. me. Card. Sacrato relata per Garz. de benef. par. 5. cap. 1. ſub numer. 477. column. 2. in princ.*

Tum etiam quia ex verbis collationis factę
9 à Capitulo † ad fauorem Fortunati apparet ipſum contuliſſe ex iure ſibi ſoli competenti, & D. Vicarium Eminentiſſimi Archipresbyteri interueniſſe collationi non tanquā Vicarium, ſed veluti Canonicum, vt ponderat vtraque *deciſio edita in hac cauſa coram me ſub die 28. Iunij, & 15. Decembris* 1645. Vnde licet per concordiam alias initam inter Dominum Archipreſbyterum, & Capitulum de qua meminit *ſecunda deciſio in §. Et additur* non ſit ſublatū conſortium, & ſimultanea collatio, ſed ſolum diuiſum exercitium conferendi per genera beneficiorum, exinde magis detegitur iniuſtitia ſententiæ, dum declarat ius conferendi ſpectare ad ſolum Capitulum, & prouiſum ab illo eſſe immittendum; & Fortunatus qui nititur ſoli collationi Capituli dictamq; ſententiam acceptauit allegare hodie non poteſt, quod beneficium ſit ſimultaneæ collationis, aut iuuari ex iure Cardinalis Archipresbyteri, quia non fuit prouiſus à Cardinali ſiue eius nomine, & ſententiam, & poſſeſſionem obtinuit ex iure ſolius Capituli, cui reſiſtit decretum irritans poſitum in regula reſeruatoria menſium,
10 quod inficit † omnem titulum, & poſſeſſionem, *Pariſ. de reſign. lib. 4. quæſt. 9. numer. 30. Gonz. ſuper reg. 8. gloſ. 67. num. 12. Caſſad. dec. 1. num. 2. & per tot. de reſt. ſpoliat. Rot. dec. 41. num. 9. in fin. deciſ. 341. n. 4. par. 1. rec.*

Nec facit quod poſſeſſionem acceperit de mādato Domini Cardinalis Archipresbyteri,
11 quod æquipollet collationi † cum ſimplex inductio in poſſeſſionem facta ab eo, qui habet authoritatem conferendi (prout habet Cardinalis in menſibus reſeruatis) implicet actum validæ collationis *Lotther. de re beneſ. lib. 2. q. 1. num. 26. & ſeqq. Gonz. ſuper reg. 8. gloſ. 5. num. 54. Acchill. dec. 4. nu. 3. de præben. Caputaq. dec. 81. nu. 5. part. 1. Rot. in Calaguritana Beneficij de Arnedo 22. Iunij 1622. coram bon. mem. Merlino.* Id enim procedit ex præſūpta voluntate tradentis poſſeſſionem qui ſcilicet in neceſſarium antecedens cenſetur voluiſſe conferre, vt aiunt mox allegati; hæc autē voluntatis præſumptio mi-
12 litat quidem in traditione † ſponte facta, nec reſtricta ad titulum pręcedentem alterius collatoris, ſecus in caſu noſtro quo Dominus Cardinalis tradidit poſſeſſionem Fortunato non tanquam collator, ſed vti Iudex in executionem ſententiæ, vt ſupra latę ad fauorem Capituli, & ab eo prouiſi, quia tunc traditio
13 reſtringitur † ad terminos ſententiæ tanquam ad ſuam cauſam, vt per *Surd. conſ. 418. num. 11.*
14 & vti facta ex neceſſitate officij † non includit voluntatē ex iure proprio iudicantis *Innoc. in cap. inter dilectos ſub num. 3. verbo inter alios de fid. inſtrum. Io. Andr. ibid. nu. 16. Ant. de Butr. in cap. ſub orta n. 5. de ſent. & re iudic. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. numer. 272. Gabr. de rer. alien. concluſ. 2. num. 20.* Eo minus, quia tempore traditæ poſſeſſionis præceſſerat prouiſio Apoſtolica, vt aduertit *prima deciſio §. non obſtat in fin.*

Itaque euitari nullo modo poteſt vitium poſſeſſionis Fortunati infectæ à decreto irritanti regulæ reſeruatoriæ menſium, & iniuſtitia ſententiæ ad eius necnon Capituli fauorem latæ contra Ferrum prouiſum Apoſtolicum ob quam idem Ferrus, vt initio dicebatur non fuit ſua poſſeſſione priuatus, itaut eidem ſit danda manutentio etiam in gradu re-
15 ſtitutionis † in integrum *Rot. dec. 350. in fin. p. 1. diuerſ. dec. 436. num. 2. par. 4. dec. 458. num. 8. coram ſan. mem. Greg. XV.* quæ diſcutiendum non eſt
16 an in beneficialibus † detur in petitorio tantum, vt voluit *Put. deciſ. 34. num. 1. lib. 1. in corr. Caputaq. dec. 97. nu. 3. & 4. lib. 3.* quia in caſu noſtro commiſſa fuit tam in petitorio, quam in poſſeſſorio; cumque Ferrus non habuerit ſe pro ſpoliato ſufficit ei pro obtinenda manu-
17 tentione † docere de ſua poſſeſſione anteriori abſque alia iuſtificatione ſui tituli cum neq; in beneficialibus ſit neceſſaria *Rot. dec. 698. n. 3. par. 2.*

par .2.recent.dec.242.nn.16. inter impreſſ.poſt Cinc. de cenſib.dec.323.num.2.coram ſan.mem. Greg.XV. dec.112.num.8.dec.328.num.8. apud Modern. de manuten. quicquid dicendum eſſet ſi reſtitutio
18 in integrum † commiſſa fuiſſet in petitorio tantum neque peteretur manutentio, ſed reſtitutio ad beneficium, in quibus terminis loquitur *add.ad deciſ.7.num.5.de reſtitut.in integr. in nou.*

Et ceſſat omnis difficultas,quia nedũ commiſſa fuit cauſa reſtitutionis in integrum, ſed etiam appellationis ſimpliciter, nam Papa commiſit Iudici, quod conſtito de re iudicata ſententiæ,vt ſupra latæ, exequatur,ſi minus cauſam appellationis cognoſcat, & purificata eſt ſecunda pars cõmiſſionis cum Rota jam declarauerit per binas deciſiones non conſtare de re iudicata non obſtantibus facultatibus procedendi *appellatione remota*; in gradu au-
19 tem appellationis datur † indiſtinctè manutentio anteriori poſſeſſori reiecto poſteriori, *Rot.dec.537.num.15.par.1.dec.526.num.3.par.2.recent.dec.336.num.9. & 10.apud moder. de manuten.* cuius poſſeſſio dici etiam poteſt attentata,
20 quia capta fuit † poſt appellationem infra decem dies interpoſitam *c. non ſolum de appell. in 6.* nec imputari poteſt appellanti,quod non redierit pro Apoſtolis, quia cum illos ſemel
21 petierit, † & Iudex neque dederit terminum iuris,neque aliquid reſponderit cenſentur denegati *Lancell.de attentat. par.2.cap.12.in præfat. num.54.ex text.in Clemen.quauis §. fin.de appellat.* Atq; hinc non applicatur diſtinctio inter exe-
22 cutionem factã ab homine, vel à lege,†quam in terminis reſtitutionis in integrum vbi executio non eſt attentata amplexa eſt *Rota coram bon.mem.Buratt.deciſ.604.num.15.& 16.& in alijs relatis per Modern.Peruſ.de manuent.obſeruat.8. numer.99.*

Non obſtat, quod Ferrus amiſerit ſuam poſſeſſionẽ, vel tacendo per octo menſes poſt quam appellationem interpoſuerat, & Fortunatus aduerſarius poſſeſſionem acceperat, vel reſtituendo eidem Fortunato ſacram ſupellectilem pro celebratione Miſſarum. Quia ap-
23 pellatio ſemel interpoſita, † & nunquam deſerta excludit acquieſcentiam appellantis, ſine
24 qua poſſeſſio ciuilis† non amittitur,quamuis ab alio fuerit occupata naturalis, *Innoc. in cap. bonæ il 2.num.1.verſ. item de illo, & ibidem Abb. num.20.de poſtul.prælat.Put.deciſ.350.lib.1. in corr. & in puncto Rot.in Volaterrana Prioratus 16. Marty prox.præt.coram me §.nam primo,* maximè quia tam ipſe Ferrus, quã fratres penès ſe retinuerunt claues, & ſacram ſupellectilem,cuius reſtitutio non probatur niſi per duos teſtes de auditu & ſingulares, quorum primus ſubdit
25 reſtitutionem factam fuiſſe † ſine præiudicio poſſeſſionis Ferri, per quam proteſtationem præſeruata fuit illius poſſeſſio ad effectũ manutentionis, *Mareſc.var.reſol.lib.1.cap.55.n.31. Peregr.de fideicom.art.47.num. 29.art.48. ſub n.36. & conſ. 2. ſub nu.63.lib.1.Put.dec.32.lib.2. Scraph. dec.403.n.1.& 2.*

Et ità deciſum vtraque Parte informante.

ROMANA PENSIONIS.

Veneris 25. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Penſionarius tenetur in petitorio iuſtificare clauſulam, *dummodò remaneant centum pro Rectore*, necnon etiam valorem narratum per aſcenſum, & huiuſmodi iuſtificatio vltrà clauſulam, *dummodò* eſt neceſſaria, quia vtraque reſpicit diuerſos effectus ac tempora. Etenim narratiua valoris reſpicit tempus præſens,ac determinationem quantitatis Penſionis, cum Papa non præſumatur velle grauare Beneficium vltrà tertiam partem, vel medietatẽ. Clauſula *verò dummodò* reſpicit ipſam reſeruationem Penſionis, quàm ſcilicet Papa nullatenùs voluit reſeruare, niſi centum remaneant pro Rectore. Et pro iuſtificatione clauſulæ, *dummodò* quænam ſunt deducenda, ex valore beneficij, latè in Deciſione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Penſio reſeruata cum clauſula* dummodò *remaneant centum pro Rectore iuſtificanda eſt à Penſionario in petitorio plenè, & concludenter, n.3. Itant nõ ſufficiat probatio per publicam vocem, & famam, nu.4.*

2 *Gratia conditionalis, niſi iuſtificetur nihil ponit in eſſe.*

5 *Valor probari poteſt per publicam vocem, & famam.*

6 *Penſionarius tenetur probare plenè, & concludenter valorem narratum per aſcenſum, quia valor ſic narratus dicitur cauſa,& fundamentum gratiæ licet ſecus ſit quando narratiua eſt ſimpliciter pars gratiæ.*

7 *Amplia præſertim quando agitur de Penſione reſeruata beneficio pleno, quia tunc ſit punctualis fructuum narratio, vt Papa certus ſit quantum grauare poſſit beneficium, cum aliundè de hoc iuſtificari non valeat.*

8 *Penſio quando eſt reſeruata ex cauſa reſignationis, vel prouiſionis per obitum, tunc quia fructus exprimuntur in prouiſione non eſt neceſsè, quod exprimantur in litteris Penſionis.*

9 *Valor narratus per aſcenſum, ideò eſt vltrà clauſulam,* dummodò *iuſtificandus à Penſionario, quia vtraque reſpicit diuerſos effectus, & tempora.*

10 *Narratiua valoris reſpicit tempus præſens, & determinationẽ quantitatis Penſionis cum Papa nõ præſumatur velle grauare beneficium vltrà tertiam partem, vel medietatem.*

11 *Clauſula* dummodò &c.*reſpicit ipſam reſeruationem Penſionis, quam ſcilicet Papa nullatenus reſeruare intendit, niſi centum liberi pro Rectore remaneant.*

12 *Clauſula* dummodò &c. *reſpicit nedum tempus præſens, ſed etiam futurum, adeout ſi tempore reſeruationis remaneant centum, & poſtea fructus ſunt adeò diminuti vt Rector non poſſit ſe ſuſtentare ſit locus reductioni Penſionis.*

13 *Ap-*

13 *Appellatione fructuum redditunm, & prouentuum vbi agitur de conſtituenda congrua pro Rectore non veniunt fructus incerti.*

14 *Fructus incerti dicuntur, funeralia oblationes, & ſimilia, niſi tales redditus ſoleant quotannis locari.*

15 *Fructus incerti percipiuntur à Rectore ratione laboris.*

16 *Fructus incerti non computantur in congruam Rectoris, quamuis Papa mandet eos computari, quia intelligitur de incertis habentibus quandam certitudinem, vt ſunt decimæ frumenti, & vini, licet ſint incerti ratione ſummæ, ſed non de fructibus omnino incertis, vt ſunt funeralia, & ſimilia.*

17 *Venter non debet pendere ab incerto, nec dilationem patitur.*

18 *Parochus ex diſpoſitione S. Concilij Tridentini tenetur habitare in domo Parochiali.*

19 *E valore beneficij detrahi debet redditus domus, quam Rector inhabitat, quia non poteſt pro fructu æſtimari.*

20 *Item nec in valore ſunt computanda corpora, quæ ſunt pars domus rectoralis, quamuis probentur alias fuiſſe locata, quia factum prædeceſſoris detrahentis ſuis neceſſitatibus obeſſe nequit ſucceſſori.*

21 *Item nec in valore beneficij computari debet legatum relictum pro celebratione miſſarum, quia illud Rector non percipit ratione Eccleſiæ, ſed particularis ſeruitij.*

22 *Onus celebrandi per ſeipſum, quando non eſt iniunctum Rectori, tunc poteſt adimpleri per alium.*

23 *In valore beneficij illa tantum computantur, quæ beneficiatus percipit in abſentia ab Eccleſia.*

24 *E valore beneficij ſtante clauſula,* dummodò *remaneant centum liberi detrahendæ ſunt expenſæ, & onera neceſſaria.*

25 *Onera neceſſaria detrahenda è valore beneficij ſunt, quæ conſiſtunt pro manutentione, & reparatione Eccleſiæ nempè in cera, olio, vino, & ſimilibus &c.*

26 *E valore beneficij detrahi debent fructus cenſus, cuius debitrix eſt Eccleſia, nam onus illos ſoluendi cenſetur iniunctum fructibus beneficij.*

27 *Cenſus redimibilis, quando nulla adeſt ſpes redemptionis ex parte debitoris, quoad ipſum reputatur perpetuus.*

28 *Clauſula* dummodò *verificari debet de tempore reſeruationis Penſionis.*

29 *Penſio corruit in totum, ſi ex parte Penſionarij non iuſtificatur remanere ſcuta centum libera pro ſuſtentatione Rectoris.*

30 *Penſio quando eſt reſeruata ſuper fructibus certis, & incertis, tunc in valore beneficij calculandi ſunt fructus incerti funeralium, & oblationum.*

31 *Teſtes adminiculanti in concurſu præferuntur.*

32 *Teſtes veriſimiliora deponentes præferenda ſunt, quamuis inueriſimilia deponentes ſint multi.*

DECISIO CCLV.

De validitate Penſionis . ſeruatæ ad fauorem Angeli Ceccharelli ſuper fructibus certis, & incertis Eccleſiæ Parochialis Sanctæ Dorotheæ Tranſtyberim poſſeſſæ de tempore reſeruationis à Bernardino Angeli
Patruo diſceptatum hodie fuit, & reſolutum
Penſionem non ſubſtineri, eo quod reſerua-
tio eſt concepta ſub conditione *dummodò re-
maneant centum liberi pro Rectore*, & ſub narra-
1 tiua valoris per aſcenſum ad ducatos auri de
Camera 170. nec Penſionarius probauit, quod
de tempore reſeruationis centum rema-
nerent pro Rectore, prout in hoc iudicio
petitorio probare tenebatur, quia gratia con-
2 ditionalis † niſi iuſtificetur, nihil ponit in eſſe.
*Garz. de benef. par. 1. cap. 5. n. 424. Lotth. de re benef.
lib. 1. quæſt. 38. num. 40. & ſeq. Mant. deciſ. 196. n. 2.
& 3. Seraph. deciſ. 1017. num. 3. deciſ. 1122. num. 2.
Canaler. deciſ. 183. num. 1.* & quidem plenè, † &
3 concludenter *Garz. d. cap. 5. num. 473. Pariſ. de re-
ſign. lib. 6. quæſt. 2. num. 25. add. ad ſan. me. Greg. XV.
deciſ. 245. num. 11. Rot. in Perußina Parochialium,
ſeu Penſionis 1. Iulij 1641. coram Reuerendiſs. D.
meo Decano,* itaut non ſufficiat probatio † per
4 publicam vocem, & famam licet ea regula-
riter ad probandum valorem † admittatur,
5 *Barboſ. clauſ. 47. num. 3. add. ad ſan. mem. Greg. XV.
deciſ. 245. num. 11. & deciſ. 277. num. 9. Rot. deciſ. 5.
inter impreſſ. apud Farin. poſt conſ.*
Nec pariter iuſtificauit narratiuam valoris
in ducatis auri de Camera 170. qui probari
debuiſſet per neceſſarias probationes, quia
cum ſit narratus affirmatiuè † dicitur cauſa,
6 & fundamentum gratiæ, licet ſecus ſit quan-
do narratiua eſt ſimpliciter pars gratiæ, vt
bene diſtinguendo declarat, *Rota deciſ. 268. n. 3.
& 4. part. 1. diuerſ. quam in his terminis ſequitur de-
ciſ. 344. num. 2. & 3. par. 2. rec. deciſ. 526. nu. 1. par. 5.
deciſ. 287. nu. 9. par. 5. Lotther. de re benef. lib. 1. q. 43.
num. 1. & ſeqq.* vbi hoc ampliat, quando vt in
caſu noſtro agitur de Penſione reſeruata ad
7 huc pleno beneficio, quia tunc ſit punctualis
fructuum narratio vt Papa certus ſit quantū
grauare poſſit beneficium, cum aliundè de
hoc certificari non valeat, quamuis ſecus ſit
8 in Penſione reſeruata † ex cauſa reſignatio-
nis, vel prouiſionis per obitum, quo caſu,
quia fructus exprimuntur in prouiſione non
eſt neceſſe eos exprimere in litteris Penſionis
prout diſtinxit *Rot. in Burgen. Penſionis 18. Fe-
bruarij 1585. coram Gypſio, & in Spoletana Penſio-
nis 24. Ianuarij 1622. coram Vbaldo Seniore im-
preſſ. inter recent. deciſ. 342. num. 1. & ſeqq. part. 4.
tom. 2.*
9 Vndè huiuſmodi probatio valoris per aſ-
cenſum narrati † requiritur vltrà iuſtificatio-
nem clauſulæ *dummodò* remaneant centum
pro Rectore, quia vtraque reſpicit diuerſos
effectus, ac tempora, vt dixit *Rota in Valen-
tina Penſionis 25. Maij 1601. coram Card. Millino*;
Siquidem narratiua valoris † reſpicit tempus
10 præſens, ac determinationem quantitatis
Penſionis cum Papa non præſumatur velle
grauare beneficium vltrà tertiam partem,
vel medietatem fructuum, vt per *Gigan. de Pen-
ſion. q. 9. ſub num. 1. & 2. & ſub num. 5. in fin.* clau-
11 ſula *verò dummodò* † reſpicit ipſam reſeruatio-
nem Penſionis, quam ſcilicet Papa nullate-
nus voluit reſeruare, niſi centum remaneant
pro Rectore, vt bene diſtinguit, ac declarat

Lot-

Lotther.de re benef.lib.1. quæſt.41.num.23.& ſeqq.
facit Garz.de benef.part.1.cap.5.num.405.& ſeqq.
vſque ad 409. ac etiam reſpicit nedùm tem-
pus præſens, ſed etiam futurum, adeo quod
ſi tempore gratiæ remaneant centum, † ſed
12 fructus deinceps ità ſint diminuti, vt Rector
ſoluendo Penſionem ſe, & onera Eccleſiæ
ſubſtentare non poſſit, fiat locus reductioni
Penſionis ad conuenientem quantitatem,
Garz.de benef.part.1.capit.5. num.399.& 400.Se-
raph.deciſ.951. num.4.add.ad ſan.me.Greg.XV.de-
ciſ.245.nu.13.

Defecit autem Penſionarius in iuſtificatio-
ne clauſulæ dummodò, quia detractis ex notu-
la fructuum per ipſum producta corporibus
infra exprimendis, ac oneribus Eccleſiæ non
remanet pro Rectore congrua ſcutorum cen-
tum, quæ conſtitui debet in fructibus certis,
quamuis Papa Penſionem reſeruauerit tàm
ſuper certis, quàm ſuper incertis; nam in
clauſula dummodò nulla fit mentio de incertis,
ſed ſolum de fructibus redditibus, & proue-
13 nientibus, † quorum appellatione vbi agitur
de ſtatuenda congrua non veniunt fructus
14 incerti, vt ſunt funeralia, oblationes nuptia-
les, elemoſynæ, & ſimilia, niſi tales reddi-
tus ſoleant quotannis locari pro certa pecu-
nia, vt poſt Felin.in cap.ad aures ſub num. 14. de
reſcript.tradit Rebuff.de congr.port. num.86.& 87.
vbi addit aliam rationem, quia nempè dictos
15 fructus Rector † percipit in remuneratione
ſui laboris, idemque tradit in tract. nominat.
quæſt. 9. ſub num. 40. ex ſententia Oldrad. con-
ſil.216.ſub num. 1. quem ſequitur Petrus Barboſ.in
l.diuortio §.quod in anno nu.7. ff.ſolut.matrim.Mo-
neta de diſtrib.par.1. quæſt.4.ſub num.7. verſ.neque
funeralia lib.3.cap.6.num.44.Campan.part.2.q.14.
num.22.Cæſ.de Graſſ.deciſ.6.num.12.de præben.&
dignit.Rot.deciſ.5.num.3.& ſeqq.par.2.diuerſor.de-
ciſ.420.num.2.par.1.recen. deciſ.449.num.6.par.2.
add.ad ſan.mem.Greg.XV.deciſ.429.num.3.Buratt.
deciſ.418.numer 5. & in fortioribus terminis,
quod dicti fructus incerti non ſint computā-
16 di in congruam, † quamuis in eam fructus,
etiam incertos Papa computari mandaſſet,
quia intelligendum hoc eſſet de incertis, quę
habent quandam certitudinem, vt ſunt deci-
mæ frumenti, & vini, alijque fructus incer-
ti ſolum ratione ſummæ, ſed non de fructi-
bus omninò incertis, vt ſunt funeralia, &
eleemoſynæ ſupra memoratæ dixit, Rota de-
ciſ.230.ſub num.3. & 4. vbi redditur ratio, &
17 quia venter non debet † pendere ab incerto,
cum non patiatur dilationem par.6.recent.Au-
guſtinus Barboſ.de Iur.Eccleſ.lib.3. cap.6.num.44.
Campanil.diuerſ.iuris can.rub.6. cap.6.num.119.in
fin.& num.120.

Eſt inquam è notula reddituum certorum
detrahenda domus, quam Rector inhabitat
annui redditus ſcutorum 40. quia ex ea Re-
ctor non percipit, nec percipere poteſt ali-
quod commodum pecuniarium, cum ex
18 diſpoſitione Concilij Tridentini † teneatur
habitare, & reſidere in domo Parochiali, quę
19 ideò non poteſt pro commodo, † & fructu
extimari imò potiùs debet ad onus, & graua-
men Rectoris imputari Buratt.deciſ.354. nu.1.
& ſeqq.Rot.in Romana Penſionis 17.Martij, & 28.
Iunij 1638. coram Eminentiſs.D.Card.Hieronymo
Veroſpio. Et ob eandem rationem detrahen-
dum eſt aliud cubiculum dictæ habitationi
contiguum alias locatum pro ſcutis ſex
quia Domini ex viſione loci cenſuerunt il-
lud eſſe neceſſarium Rectori pro ſua habita-
tione. Necnon cella vinaria valoris ſcuto-
rum 4. & obulorum 80. & Hortulus cum
Omphario annui redditus ſcutorum 13. quia
eſt pars domus, & habitationis ipſius Recto-
ris, & taliter cum domo vnitus, vt nec ab
ipſa diuidi honeſtè poſſit, & inconueniens
eſſet ſi locaretur, cum propriè, vt teſtes de-
ponunt Summ.num.5. ſit cœmeterium, & per
illum detur ingreſſus ad ſtantias eiuſdem Pa-
rochi, & ad ipſam Eccleſiam, quod in ter-
minis ponderat Buratt.deciſ.354.nu.2. Nec ob-
ſtat quod aliqua ex dictis corporalibus alias
fuerint aliquando locata, † quia exemplum
20 prædeceſſoris, qui detrahendo ſuis neceſſi-
tatibus pro commodo lucrum quæſiuit, non
tenetur ſequi ſucceſſor, cum aliundè conſtet
eadem corpora ſibi eſſe ad habitationem ne-
ceſſaria, vt per Mant.de tacit.lib.5. tit.13.nu.16.
& ſeqq Mareſc.var.reſol.lib.1.cap.18.num.7.Grat.
diſceptat.606. num.11. Rot.deciſ.1.num.2.de loc.in
nouis, deciſ.210. numer.6. poſt tract. Pacif.de Sal-
uiano.

Delendus item eſt Cenſus ſcutorum 500.
annui redditus ſcutorum 28. proueniens ex
legato Iacobi Tarrucchæ relicto cum onere
celebrandi quinque Miſſas, qualibet hebdo-
mada pro anima Teſtatoris, quia ex hoc one-
re colligitur legatum, nō fuiſſe relictum con-
templatione Eccleſiæ, ſed perſonæ Sacerdo-
tis pro eleemoſyna celebrationis Miſſarum,
21 nec in valore † beneficij computantur fru-
ctus, quos Rector percipit, non ratione Ec-
cleſiæ, ſed particularis ſeruitij, quod præſtat
celebrando miſſas, eſto quod Rectori con-
ditio ſit, vt celebratio Miſſarū in ea Eccleſia
ſit fiat capax obtinendi emolumenta legati,
Petr.de Vbald.in tract.de port.Canon. cap.7. nu.57.
& ſeqq.inter tract.diuerſ.tom.15.par.2.fol.218. Re-
buff.de Congreg.num.86.verſ.& cum Vicarius Grat.
diſcept.614.nu.11.& ſeqq.Alphonſus Perez de An-
niuerſ.& Cappellan.lib.2.cap.1. num.35.& 36.Ca-
ſtropal.oper.moral.par.2.tract.13.diſput.2.punct.26.
ſub num.7. verſ.nihilominus plenè Rota in Romana
Penſionis 19.Nouembris 1640. coram R.P.D. meo
Cerro, eo magis in caſu noſtro, quo Teſtator
non mandauit miſſas celebrari in certa Ec-
cleſia, ſed in Eccleſia per executorem nomi-
nanda ad libitum executoris, nominauit au-
tem executor Eccleſiam Sanctæ Dorotheæ,
cumque Rectori non ſit iniunctum onus ce-
22 lebrandi † per ſe ipſum, ideoque poſſit ce-
lebrari facere per alium Lapus alleg.35. per tot.
Garz.de benef.par.7.cap.1.num.79.87.& 93.Gon-
zal.ſuper reg.8. gloſſ.5. num.74.& ſeqq. Buratt.de-
ciſ.92.num.4.add.ad ſan.mem.Greg.XV.deciſ.108.
num.15. dici nullatenùs poteſt dicta emolu-
menta

menta percipi Iure Rectoriæ, ſeù Eccleſiæ,
tùm quia illorum eſt capax etiam extraneus
celebrans, qui non eſt Rector; tum etiam
quia Rectori abſenti, vel alias impedito cele-
brare non acquiruntur, vt in terminis pon-
derat *Caſtropal.d.diſp.2.punct.26.ſub nu.9.verſ.at*
ſi beneficiatus dicens rationem, quia in valore be-
23 neficij † illa tantum computanda ſunt, quæ
beneficiatus in abſentia ab Eccleſia obtinere
liberè poteſt, vt tradit *Garz.de benef.part.5.c.3.*
§.1.num.166.

Tandem delendus eſt annuus Canon ſcu-
torum nouem, quia fuit aduerſario iudicia-
liter deliberatus. Et omnes hæ partitæ ſimul
coaceruatæ conficiunt ſummam ſcutor. 100.
& obulor.80. quibus detractis è ſumma ſcu-
torum 281. monetæ ad quam aſcendere fru-
ctus certos aduerſarius prætendit reſtringitur
quantitas eorumdem fructuum ad ſcuta 180.
& obulor.20. Sed ex his ſunt etiam detrahen-
24 dæ expenſæ neceſſariæ,† quia ſcuta centum,
quæ Papa voluit remanere pro Rectore de-
bent eſſe libera ab oneribus ordinarijs, & ne-
ceſſarijs *Gigans de Penſ.quæſt.96.nu.2. Caſſad.de-*
ciſ.19.nu.1.& 2.de præben.add.ad ſa.me.Greg.XV.
deciſ.245.n.12. Caualer.deciſ.462.nu.1.Buratt.de-
ciſ.418.num.1.

25 Onera autem conſiſtunt † in manutentio-
ne, & reparatione Eccleſiæ, in cera, oleo, vi-
no, hoſtijs, in ſalario Clerici, & in expenſis
pro celebranda feſtiuitate Sanctæ Dorotheæ,
quæ teſtes titularis deponunt aſcendere ad
ſcuta 50. annua, & in ſcutis 30. alias taxauit,
Rota coram Buratto deciſ.418.ſub num.7.& in Ro-
mana Penſionis 10.Iunij 1633.coram b.m.Merlino.
Item conſiſtunt in alijs ſcutis 64. & bibli.50.
quæ ſoluuntur annuatim pro fructibus cen-
ſuum ſuper bonis Eccleſiæ authoritate Apo-
ſtolica impoſitorum à Rectore prædeceſſore
Patruo ipſius aduerſarij, & minuunt fructus
26 beneficij, † quia onus illos ſoluendi cenſe-
tur iniunctum fructibus beneficij, *Cinc.de cen-*
ſib.par.1.cap.3.quæſt.1.art.4.num.11. & in proxi-
mis terminis *Aldobr.conſ.38.n.7.& 8.lib.1.*

Quare demptis è ſcutis 180. & obulor. 20.
monetæ, in quibus fructus certi, vt ſupra
conſtituuntur dd. ſcutis 30. & alijs ſcutis 64.
& obulor.50. pro oneribus beneficio incum-
bentibus ſolum ſcuta 85. & obulor.70. rema-
nent Rectori; imò & minor ſumma, quia
in Inſtrumentis cenſuum, ſeù veriùs in be-
neplacito Apoſtolico deſuper interpoſito fuit
Rectori demandatum quod è fructibus per-
cipiendis è domibus Eccleſiæ, in quarum
ædificationem, ac reparationem pecuniæ
cenſuales vertebantur extingueretur etiam
ſors principalis, & ſic vndique patet clauſu-
lam *dummodò* remaneant centum nullo modo
iuſtificari. Nec refert quod cenſus ſint redi-
mibiles, & aliquando poſſint ceſſare, quia ſi
vt exaduerſo aſſeritur fructus dictarum do-
morum ex quibus ſors principalis eſt extin-
guenda vix ſufficiunt ſolutioni fructuũ cen-
ſuum nulla adeſt ſpes probabilis redemptio-
27 nis, † ideoque Cenſus habendi ſunt ex parte
Eccleſię debitricis pro perpetuis *ad text. in*
l.qui habebat 99.& ibi gloſſ.verb.redacta ff.leg.3.
Alex.in l.1.§.per ſeruum corporaliter num.7.ff.acq.
poſſ.Buratt.deciſ.160.num.16. cumque de tem-
28 pore reſeruationis Pẽſionis, † quod debet at-
tendi *Garz.de benef.par.1.cap.5.num.398. Barboſ.*
clauſ.47.num.4.add.ad Greg.XV.deciſ.245.nu.13.
Verum ſit dicere, quod Rector detractis ex-
penſis neceſſarijs, & ordinarijs non habet li-
29 bera ſcuta 100. pro ſui ſubſtentatione † vt Pa-
pa voluit, ſequitur quod Penſio in totum
corruat *Garz.de benef.d.par.1.cap.5.nu.427.Rota*
dec.342.n.12.& 13.par.4.to.2.rec.

Deficit etiam Penſionarius in iuſtificatio-
ne valoris narrati per aſcenſum ad ducatos
auri de Camera 170. quæ redacta ad monetã
aſcendunt ad ſcuta 256. & obulor.70. quia
eſto quod in valore † calculandi vltrò eſſent
30 fructus incerti funeralium, & oblationum, eo
quod Penſio reſeruata eſt ſuper fructibus tum
certis, tũ incertis ad tradita *per Lotth.de re benef.*
lib.1.quæſt.39.num.37.& quæſt.42. nu.62. Garz.de
benef.par.1.cap.5.nu.371.in fin.Rot.deciſ.550.n.5.
par.1.recen. tales fructus non excedunt ſcu.60.
vt deponunt teſtes examinati pro Rectore,
quibus ſtandum eſt potiùs, quàm teſtibus
Penſionarij, quia hi patiuntur multas excep-
tiones enumeratas in Summario Rectoris, ac
deponunt inueriſimilia; illi verò adminicu-
lantur fide iurata Parochorum præfectorum,
ad id deputatorum à Sacra Congregatione
Viſitæ, qui ratione ſacerdotij, & experientiæ
qua pollent in his rebus valdè teſtes Rectoris
coadiuuant, & certum eſt in concurſu † te-
31 ſtium † præferri adminiculatos *Caſtr.cõſ.192.*
col.2.ſub n.4.lib.2. Ruin.conſ.35.ſub n.16. verſ.teſti
autem lib.4. Aym.conſ.73.ſub nu.41. Rot.deciſ.245.
32 *ſub n.3.par.1.rec.* & veriſimiliora † deponentes
quãuis alij deponẽtes inueriſimilia ſint multi
Gabr.conſ.159.nu.14.lib.1.Farinac.de teſtib.qu.62.
nit.13.n.320.& qu.65.nu.147.Caputaq.deciſ.276.
num.6.par.3.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

MEDIOLANEN. PENSIONIS.

Mercurij 27. Iunij 1646.

A R G V M E N T V M.

Penſio annua ſi fuit reſeruata fauore menſæ Be-
neficiatorum, & deindè authoritate apoſtolica
temporalitèr applicata pro conſtructione
ædium canonicalium, tunc omnes termini
exacti à Canonicis poſt expiratum tempus re-
ſtituendi ſunt ipſis Beneficiatis, quibus de-
bentur nedum termini à die motæ litis, ſed
etiam antea exacti, cum illi deberẽtur non vti
acceſſorij, ſed tanquam ſors principalis. Di-
ſtributiones quotidianæ applicatę maſſę groſ-
ſæ ante exactionem non debentur ſingulis, ſed
ad ipſam maſſam ſpectant.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio termini non ſolet eſſe longior termino prorogato.*

2 *Arbitrium morte expirat.*

3 *Deciſiones Rotales iuxtà ſtylum Tribunalis veniunt ſupponendæ.*

4 *Penſiones decurſæ ſi petuntur tanquam ſors principalis reſtituendæ ſunt etiam decurſa ante notam litem, ratio eſt quia debentur non ratione moræ, aut malæ fidei, ſed iure dominij actoris.*

5 *Quæ concluſio indiſtictè procedit, ſiue termini decurſi petantur à titulari ad ſolutionem obligato, ſiue à tertio, qui illos exegit, nam ratione rei alienæ ad reſtitutionem obligatus remanſit.*

6 *Actio reiuendicationis datur contra quemcumq; poſſeſſorem rei alienæ, nulla facta diſtinctione, an reus conuentus ſit obligatus necne; ſed ex dominio actoris.*

7 *Baldi diſtinctio inter debitorem, & tertium poſſeſſorem declaratur.*

8 *Fructus mala fide percepti reſtituendi ſunt vſque ab initio non attentata diſtinctione inter debitorem, & tertium.*

9 *Scientia alicuius conceſſionis probatur ex retentione ſcripturarum penes ſe.*

10 *Mala fides inducitur ex ſcientia rei alienæ.*

11 *Scientia Iuris præſumitur in viris ingenio, & doctrina conſpicuis.*

12 *Tranſactiones initæ inter canonicos, & Beneficiatos ob defectum beneplaciti Apoſtoloci, & conſenſus omnium Beneficiatorum nullæ ſunt, & inualidæ.*

13 *Conſenſus omnium Beneficiatorum eſt neceſſarius in actibus voluntarijs.*

14 *Bona fides non probatur ex titulo ipſo iure nullo.*

15 *Secus quando titulus habet implicitum ſtatum validitatis donec nullitas declaretur.*

16 *Actus volutarij expiditi, ſine conſenſu omnium nocent illis, qui conſenſerunt.*

17 *Diſtributiones quotidianæ non exactæ à Beneficiato tranſmittuntur.*

18 *Diſtributiones quotidianæ cum ſint ſtipendium diurni laboris ad effectum tranſmiſſionis ad hæredes, dilatio ad exigendum non ſuſtulit obligationem à die ſeruitij contractam, nam paria ſunt quod fuerint ſolutæ, vel quod ſolui debeant.*

19 *Diſtributiones, quando ſunt aſſignatæ menſæ, ſeù maſſæ groſſæ, tunc antè diſtributionem non ſpectant ad ſingulos, ſed ad ipſam maſſam, itaut debeantur illis, qui ſunt de Collegio tempore exactionis, quamuis annis præcedentibus maturauerint.*

20 *Reſtitutio fructuum male perceptorum non debet fieri canonicis illius temporis, quo fuerunt male percepti, ſed capitulo, quando aſſignatio fuit facta menſæ capitulari.*

21 *Diſtributiones quotidianæ, quæ minutæ appellantur differunt à maſſa groſſa.*

DECISIO CCLVI.

QVAE lata fuit ſententia Rotalis ad fauorem Beneficiatorum contrà Capitulū, & Canonicos Metropolitanę Eccleſiæ Mediolanenſis pro reſtitutione annuę penſionis ſcut. 1000. ad Beneficiatos ſpectantes, & per Dominos Canonicos exactæ ab anno 1588. atque in proprios vſus conuerſæ, confirmanda an eſſet diſcutiendum propoſui ſub die 31. Ianuarij proximè præteriti, & Rota affirmatiuè reſpondit, eidemque reſolutioni adhęſit hodiè reaſſumpta ſuper eiſdem diſputatione.

Quod enim ab anno 1588. penſio ſpectaret ad Dominos Beneficiatos conſtat ex aſſignatione eorum menſę facta à glorioſæ memoriæ S. Carolo tunc Archiepiſcopo Mediolani antè annum 1577. & licet idem Sanctus Carolus dictam penſionem temporaliter applicuiſſet fabricæ ædium Canonicalium de anno 1577. atque iterum de anno 1583. vtraque tamen applicatio terminauit in anno 1588. cum Sanctus Carolus non fuerit vſus poteſtate ſibi à ſan. mem. Pio V. tributa applicandi penſionem arbitrio ſuo vſq; ad totalem perfectionem fabricæ, ſed primò aſſignauerit ad quinquennium, & poſteà dubitans, an vigore eiuſdem facultatis terminum prorogare poſſet ſuplicauerit fel. record. Greg. XIII. pro ſimili facultate, quam ad aliud quinquennium obtinuerit, & ad tantum temporis primam aplicationem prorogauerit, nec poteſt ſecunda hæc prorogatio intelligi de longiori tempore, ſiuè voluntatem applicantis metiamur à poteſtate, vt ſupra cōceſſa à Greg. XIII. ſi-
1 uè à ſolito, & natura ipſius † prorogationis, quæ longior eſſe non ſolet primo termino, vt in his terminis benè ponderauit, *Rot. in deciſ. 696. numer. 2. & ſeqq. par. 1. & deciſ. 651. per tot. deciſ. 755. num. 1. dec. 765. num. 3. & ſeqq. par. 3. dec. 3. num. 37. part. 7. recent.* in quibus deciſionibus additur non eſſe veriſimile, quod Sanctus Carolus voluerit pro conſtructione ædium Canonicalium grauare ſolum Beneficiatos, vndè ſicuti Canonici fructus Prioratus Caluenzani vniti menſę capitulari, quos Sanctus Carolus vna cum penſione Beneficiatorum d. fabricæ aplicauerat de anno 1583. recuperarunt poſt prætioſam Sancti Caroli mortem, ità Beneficiati recuperare debent penſionem, præſertim quia eſto quod aplicationes intelligenrentur factę indefinitè arbitrio Sancti Caroli huiuſ-
2 modi arbitrium † eius glorioſa morte expiraſſet, vt per eum *tex. notant Doct. in capit. et ſi gratioſe de reſcrip. in 6. Couarr. var. reſol. lib. 3. ca. 15 num. 2. Saneh. de matrim. lib. 8 diſp. 28. n. 49. & ſeqq.*

Fuiſſe autem ab anno 1588. citrà penſionē exactam, & verſam in commodum Canonicorum, videlicet pro coſtructione ædium Canonicalium apparet ex deductis in *dec. 633 deciſ. 662. par. 4. recent. deciſ. 207. in princ. dec. 266. num. 5. & ſeqq. coram Reuerendiſs. Vrgellen.* quæ reſpondent omnibus contrarijs, & cum emanauerint inter has ipſas partes in iudicio executiuo ſuper immiſſione in quaſi poſſeſſionē exigendi penſionem terminato per rem iudi-
3 catam, ſupponendæ ſunt † iuxtà laudabilem ſtylum huius ſacri Tribunalis, de quo teſtatur *deciſ. 354. num. 3. & 8. par. 4. recent. Buratt. dec. 596. num. 1. deciſ. 857. num. 4.*

Et ſicuti in dicto iudicio, in quo penſiones veniebant acceſſoriæ ad immiſſionem Canonici

nici cōdemnati fuerunt ad illarum reſtitutionem à die motæ litis, inchoato deinde alio iudicio principaliter ſuper penſionibus ante d. litem exaduerſo decurſis, & in commodum Canonicorum, vt ſupra conuerſis, ad illas pariter reſtituendas Canonici merito condemnati fuerunt, tum propter malam fidem Ca-
4 nonicorum, tum quia dictæ penſiones † petuntur tanquam ſors principalis principaliter debita independenter à quocumque alio ſubiecto, quo caſu reſtituendæ ſunt etiam decurſæ ante motam litem, quia debentur non ratione morę, aut malæ fidei, ſed iure dominij ipſius actoris, qui non conſequeretur integrè rem ſuam, niſi terminos ab initio decurſos recuperaret ex allegatis *in dec. corã me edita ſub die 31. Ianuarij proximè præteriti, & latius, ac melius in deciſ. 3. num. 7. & ſeqq. & dec. 281. num. 4. & ſeqq. par. 7. recent.*

Idemque procedit ſiue termini ab initio
5 decurſi † petantur ab ipſo titulari, qui ad penſiones ſoluendas eſt obligatus, ſiue à tertio, qui abſque legittimo titulo illos exegit, quia hoc caſu etiam tertius re ipſa, hoc eſt ex receptione rei alienæ remanſit obligatus ad reſti-
6 tutionem, & in iudicio vindicationis † rei propriæ ab alio retentæ, ac poſſeſſæ nulla fit diſtinctio, an reus conuentus ſit obligatus nec ne? cum actio huiuſmodi non oriatur ex illius obligatione, ſed ex dominio actoris, & detur contra poſſidentem, ſeù retinentem, quia retinet, non quia eſt obligatus, vt ex *tex. in §. 1. Inſt. de act. notant Ferdin. Arias de Meſa var. reſol. lib. 3. cap. 50. num. 25. in fin. Moder Saminiatenſis conſ. 90. num. 27. Ant. Fabr. in l. 3. §. hæres verſ. nec enim naſcitur ff. commodati,* quam ſequitur idem *Ariaſ. de Meſa var. reſol. lib. 2. cap. 38. numer. 9. & ſeqq.* & probatur ex dicto *§. hæres, & ex l. ſi poſſeſſor 56. ff. rei vendic.* Atque hinc non aplicatur
7 diſtinctio † *Bald. in Authent. ei qui iurat n. 47. verſ. ſed quid ſi fuit proceſſum C. bonis auth. Iud. poſſid.* recepta à *Vinc. de Franch. deciſ. 120. ſub num. 8. & deciſ. 660. ſub nu. 1.* inter debitorem, & tertium poſſeſſorem, quia procedit in tertio poſſeſſore cum bona fide, ac titulo ſolemni prouenientente ex ſententia, & deliberatione iudiciali, ne tanta ſolemnitas deliberationis vitietur, ac tollantur, vt ponderauit etiam, *Rota in Romana Cenſuum 27. Aprilis 1644. coram R. P. D. meo Rojas,* at in caſu noſtro Canonici nullum habent titulum huiuſmodi, & quem habuerant à Sancto Carolo expirauit de anno 1588. vt ſupra deductum fuit.

8 Mala fides Canonicorum, ob quam † ſemper reſtituendi ſunt fructus ab initio percepti nulla habita diſtinctione inter debitorem, ac tertium ex allagatis in *d. Romana Cenſuum 16. Martij 1646. coram R. P. D. meo Rojas,* ſatis probatur, quia negare non poſſunt ſcientiam aſſignationis originaliter factæ menſæ Beneficiatorum, quodque aplicationes eiuſdem penſionis ad fauorem fabricæ ædium Canonicalium de anno 1577. & 1583. reſtrictæ erant ad duo quinquennia cũ inſtrumẽta aplicatio-
9 num huiuſmodi retinuerint † in Archiuio, & ad menſam Canonicalẽ reuocauerint Prioratũ Caluenzani in eiſdẽ inſtrumẽtis temporaliter, vt ſupra pro fabrica aplicatum, vndè extremus dies ſecundi quinquẽnij decolorauit omnem titulum Dominorum Canonicorum, &
10 malam fidem † induxit, vt pluribus comprobat, *deciſ. 3. ſub nu. 24. verſ. qua mala fides, & ſeqq. vſque ad num. 38. & deciſ. 281. nu. 11. & ſeqq. vſque ad 15. part. 7. recent.* quarum fundamenta Dominis placuerunt. Nec mala fides euitari poteſt, ex quo aplicationes factas à S. Carolo Capitulum opinare potuerit eſſe perpetuas vſque ad totalem perfectionem fabricæ, quia imò in verbis ſunt reſtrictæ ad duo quinquennia, & ipſi nec expectato lapſu ſecundi quinquennij auuocarunt dictum Prioratum ſpectantem ad Capitulum, & in omnem euentum quatenus aplicationes factæ fuiſſent ſine temporis præfinitione arbitrio Sancti Caroli, negare non poſſunt ſciuiſſe illius mortem, ob quam idem arbitrium expirauit, præter quod cum Capitulum ſemper conſtiterit viris in-
11 genio, ac doctrina conſpicuis, † ne dum, quę à facto, ſed etiam quæ à iuris diſpoſitione pendent ſciuiſſe præſumuntur, & alias non excuſantur, *gloſſ. in l. profeſſio C. muner. patrim. lib. 10. Alex. in l. Ciuitas num 13. ff. ſi cert. pet. Port. Immolen. conſ. 70. num. 22. Odd. de reſt. in integ. q. 23. num. 24. & 25. & in his terminis Rot. d. dec. 3. n. 35. & 36. part. 7. recent.*

Minus malam fidem excludunt plures tranſactiones initæ cum Beneficiatis, quia omnes ſunt nullæ ſaltem ob defectum bene-
12 placiti Apoſtolici, † & conſenſus omnium Beneficatorum, ſiquidem ſunt numero 32. & tranſactionibus 13. tantum interuenerunt, cũ
13 tamen in hiuſmodi actibus voluntarijs † omnium conſenſus ſit neceſſarius iuxtà notata *in cap. humilis vbi Innoc. num. 2. verſ. et maxime de maior & obedien. Burſatt. conſ. 159. num. 8. libr. 2. Seraph. deciſ. 708. num. 3. Rot. deciſ. 270. nu. 2. par. 4. recent.* & in puncto præfatas tranſactiones nullas eſſe fuit deciſum in hac cauſa *coram bo. me. Vbaldo de anno 1615. vt in dec. 755. num. 2. & ſeqq.*
14 *par. 2. recent.* & quando titulus † eſt ipſo iure nullus non prębet bonam fidem, *Surd. dec. 45. num. 17. deciſ. 179. num. 20. & conſ. 115. ſub nu. 16. Alex. conſ. 54. n. 10. lib. 6. Oſaſc. deciſ. 160. n. 2. & 14.*
15 quicquid ſit quando habet † implicitum ſtatutum validitatis, donec nullitas declaretur, in quibus terminis loquitur, *deciſ. 206. num. 5. & 7. impreſſ. apud. Cenc. de cenſib.*

Non obſtat exceſſus ſententiæ Rotalis eo quod condemnat ad reſtitutionem omnium penſionum ab initio perceptarum, debuiſſent autem detrahi portiones ſpectantes ad tredecim illos Beneficiatos, qui tranſigerunt, quià
16 etiam actus voluntarii † expediti ſine conſenſu omniũ nocent illis, qui conſenſerunt, vt ad litteram probat *tex. in l. Ciuitas 27.* ibi alioquin ipſi ſolum, qui contraxerunt non Ciuitas tenebuntur, & notat, *Bald. in l. 1. num. 2. ff. magiſtr. conuenien.* quem refert, & ſequitur, *Felin. in cap. cum omnes ſub nu. 17. infra med. verſ. et iſtis de conſt.* Cumque d. penſiones aſſignatæ fuerint Beneficiatis pro diſtributionibus quotidianis pro ratibus ſpectantibus ad tranſigentes tranſmiſ-

ſæ fuerunt ad eorum hæredes quamuis in vita
17 tranſigentium exactæ non fuerint, vt † in
terminis diſtributionum quotidianarum reprobato, *Dec.conſ.280.num.1.& per tot.tradit Pariſ.conſ.33.num.22.& ſeqq.lib.3.* vbi dicit ratio-
18 nem, quia diſtributiones quotidianæ † ſunt ſtipendium diurni laboris, nec dilatio in exigendo ſubſtulit obligationem contractam ex die præſtiti ſeruitij vndè paria ſunt, quod fuerint ſolutæ, vel debeant ſolui, *Gigas conſ.144. num.21.* latiſſimè *Monet. de diſtrib.par.3.quæſt.3 num.20.& ſeqq. Rot.in Cæſerauguſtana Diſtributionum 27.Iunij.1642.coram me.*

Nam reſpondetur, quod non agitur de præiudicio tranſigentium, ſed modernorum Beneficiatorum, ad quos ſpectant penſiones omnes ab initio decurſæ, non autem ad hæredes defunctorum cum, vt legitur oculariter in inſtrumento aſſignationis anni 1577. aſſignatæ fuerint non diſtributionibus quotidianis, ſed maſſæ Beneficiatorum, & ex conſtitutionibus Beneficiatorum *par.2. tit.de comm.* maſſa appareat, quod vltrà diurnas diſtributiones adſunt alij fructus menſæ communis, quando
19 enim fructus † ſunt aſſignati menſæ, ſeù maſſæ groſſæ, licet diſtribui debeant inter ſingulos, antequam diſtribuantur non ſpectant ad ſingulos, ſed ad ipſam maſſam, quæ nunquã deficit, & repræſentatur per Beneficiatos hodiè viuentes, & per conſequens debentur illis, qui ſunt de Collegio de tempore exactionis cum tunc diſtribui debeant, quamuis annis præcedentibus maturauerint, vt originaliter voluit, *Calder.conſ.21.de praben.* quem ſequitur *Felin.in cap.eam te num.13.verſ.per iſtam differentiam il primo de reſcrip.& in cap. Iacobus numer.1. de Simon.Mandoſ.in reg.34. Cancell. quæſt.51. ſub num.3.Gonz.ſuper reg.8.gloſſ.37.num.26. verſ.propterea, & num.27.Garz.de benef. par.3.cap.2. numer.428.& 429.* vbi in ſpecie ait, quod reſtitu-
20 tio fructuum ablatorum, ſeù malè perceptorum non debet fieri Canonicis illius temporis, ſed Capitulo, & in *punct.* ponderauit, *Rot. deciſ.3.num.66. par.7.recent.* Vndè non aplicantur allegati in obiecto loquentes de ipſis diſtributionibus quotidianis, quas minutas ap-
21 pellamus, & differunt à maſſa groſſa † diſtributionum, vt latè tradit, *Monet.de diſtribut.p.1. quæſt.9.num.34.& 35.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

MELEVITANA COMMENDAE.

Veneris 8.Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Pœna incapacitatis inducta contrà debitores cõmunis ærarij, quando conſtat ad eorum manus pecunias perueniſſe, non debet rigorosè extendi ad eos, quorum debita non ſunt clara, ſed turbida. Receptores ex Statuto S. Religionis Hieroſolymitanæ facultatem habent conſtituendi Procuratorem ad exigendum, non tamen tenentur de exactis, præſertim ad incurrendam pœnam incapacitatis. Statutum Religionis Hieroſolymitanæ 52. de communi ærario mandans adhiberi fidem libris receptorum, & cedulis eorum manu ſubſcriptis, quo caſu loquatur? Pœna incapacitatis non dicitur incurſa, ſi tempore ſmutitionis Commendæ debitum receptoris non erat liquidum.

SVMMARIVM.

1 *Solidatio computorum anni ſubſequentis partitas omnes anni præcedentis adequat.*

2 *Solidatio computorum plenam facit inter partes probationem.*

3 *Computis ſolidatis ſtandum eſt.*

4 *Exactio facta à Procuratore eſt concludenter iuſtificanda, præſertim quando agitur ad effectum, vt ex tali exactione principalis pœnam incurrat.*

5 *Dominus factum Procuratoris probabiliter ignorare poteſt.*

6 *Contra debitores communis ærarij, quando liquido conſtat pecunias ad eorum manus perueniſſe rigorosè proceditur, è conuerſo mitius agendum vbi probationes debiti non concludunt, & num.7.*

8 *In pœnalibus benignior interpetratio ſemper capienda eſt.*

9 *Statutum Religionis Hieroſolymitanæ præbens Receptoribus facultatem conſtituendi Procuratores ad exigendum non diſponit, quod ipſi receptores teneantur de exactis à Procuratore, & maximè ſub pœna incapacitatis.*

10 *Pœna incapacitatis, ſeù priuationis ex geſtis à Procuratore generaliter conſtituto non incurritur, quinimò euitatur ſi principalis factum Procuratoris ignorauit, & num.12.*

11 *Pœna incapacitatis non habet locum, niſi in caſibus à Iure expreſſis.*

13 *Exactio facta lite pendente, & parte non citata non eſt attendenda.*

14 *Statutum S.Religionis Hieroſolymitanæ 52.de communi ærario mandans adhiberi fidem libris Receptorum, & cedulis eorum manu ſubſcriptis loquitur quoad probationem crediti Religionis contrà debitores, vt ſi quis tanquam debitor adnotatus reperiatur poſſit condemnari.*

15 *Non tamen ſtatutum diſponit, quòd eiſdem libris credatur de exceptionibus allegatis à debitore cõtrà ipſum ærarium, quibus propterea ſtandum non eſt.*

16 *Compenſatio ipſo iure inducta cenſetur ad euitandã pœnam priuationis, ſeù incapacitatis.*

17 *Negatiua quod quis non ſit debitor communis ærarij probatur ex fide illius Secretarij iunctis etiam alijs adminiculis.*

18 *Debitum reſultans ex negligentia Receptoris in exigendo à debitoribus communis ærarij, an ſufficiat ad inducendam incapacitatem?*

19 *Pœna incapacitatis non dicitur incurſa ſi tempore ſmutitionis Commendæ adhuc pendet terminus ſex menſium Receptoribus præfixus ad redendam rationem, quo pendente dici nequit conſtare de debito.*

20 *Incapacitas ad Commendam obtinendam ex diſpoſitione Statuti 37. de communi ærario incipit poſt menſem à die ſequutæ condemnationis.*

21 *Ordinatio 24. S. Religionis Hieroſolymitanæ de Commendis mandat ad reſidentiam quinquennalem*

lem non teneri eum, qui pro ſeruitio Religionis ad aliquod munus fuit deputatus.
22 *Abſens cauſa Reipublicæ habetur pro reſidente.*

DECISIO CCLVII.

INCAPACITATIS capita contrà Equitem Pandolfinum educta reiecit Rota in vltima deciſione edita coram me 3. Iulij 1645 & iterum hodiè cauſa ſuper eiſdem propoſita, quamuis informantes pro Equite Saraceno non admiſerint, quod ſumma ſcutorum 1048. cuius Pandolfinus remanſit debitor anno 1637. fuerit extincta, & adequata in cõputis annorum ſubſequentium, & addiderint quod Pandolfinus debet vltrò ſcuta 16. ex cõputo anni 1638. alia ſcuta quinquaginta, quæ Alexander Loccius Procurator ab eo conſtitutus exegit ab hęredibus Equitis Bonuiſi; necnon alia ſcuta 400. per ipſum met exacta pro fructibus ſcutorum 1400. ſpectantium ad ſpolium Equitis Pantiatici, ac tandem alia ſcuta 80. quorum debitor declaratus fuit in relatione calculatorũ ſuper computis anni 1639.

Nam partitam ſcutorum 1048. reſidualium anni 1637. fuiſſe reportatam, & adequatam in computis anni 1638. ſubſequentis conſtat èx computis originalibus redditis Camerę computorum communis ærarij ab Equite Pandolfino *pagina* 10. *col.* 1. *in fin.* ibi, *da me medeſimo per diſcarico del quaderno antecedente ſcudi* 1048. *&c. & pag.* 14. *col.* 1. *in princ.* ibi, *Somma l' introito così ordinario come ſtraordinario del preſente duodecimo conto del Commendator Frà Carlo Pandolfino, che fù Riceuitore nel Priorato di Piſa dal primo Maggio* 1637. *fin tutto Aprile* 1638. *ſcudi d' oro* 5108. *ſoldi* 5. *e denari* 6. *compreſo il reſto del conto precedente*, quæ verba clariora eſſe non poſſunt; ità
1 vt ſolidatio computorum † anni 1638. in qua vt infrà dicam Pandolfinus creditor remanſit importet totalem adequationem dictæ partitæ anni antecedentis, ibi reportatæ, *Becc. conſ.* 211. *ſub num.* 12. *circa fin. Aym. conſ.* 221. *ſub nu.* 8. *verſ.* 7. *Excobar. de ratioc. cap.* 40. *num.* 21. *Bald. in l. ſub prætextu num.* 12. *C. tranſact.*

Quod verò in ſolidatione computorum anni 1638. Pandolfinus declaratus fuerit creditor legitur oculariter *in d. pag.* 14. ibi, *è però ſommando più l'eſito, che non ſomma l'introito il ſudetto Commendator Pandolfini reſta hauere ſcudi* 16. *ſoldi vno; e denari quattro*, nec dubitari poteſt
2 quin hæc ſolidatio † faciat inter partes plenã probationem crediti; *Rebuff. de litter. oblig. art.* 6. *gloſſ.* 3. *num.* 37. *Grat. diſcep.* 391. *num.* 1. *Rota in Romana Pecuniaria* 13. *Maij* 1644. *coram me*. Vndè tollitur ex facto etiam ſecunda partita ſcutorum 16. exaduerſo vt ſupra deducta in debitũ Pandolfini pro adminiſtratione anni 1638. cũ imò ex ea creditor remanſerit, vt apparet in dd. computis originalibus à Camera cõputo-
3 rum ſolidatis †, quibus ſtandum eſt, *Berou. conſ.* 87. *num.* 46. *lib.* 3. *Menoch. conſ.* 796. *numer.* 28. facit, *Rot. deciſ.* 349. *num.* 2. *&* 3. *part.* 1. *recent.*

Tertia partita ſcutorum 50. pro totidem, quæ exegit Alexander Loccius non probatur, quia in computis originalibus inceptis prima Maij 1638. *pag.* 10. *col.* 1. non ponitur in debitũ Locci tanquam exacta procuratorio nomine Pandolfini, ſed tamquam exigenda à Catherina hærede Equitis Bonuiſi, ibi, *Signora Catherina Bonuiſi di Lucca deue dare queſto di ſopradetto, e per detta il Sig. Aleſſandro Locci ſcudi* 50. *moneta di Lucca, che di tanto reſta douendo allo ſpoglio del Signor Commendator Frà Ceſare Bonuiſi*, & hoc benè agnouit Camera computorum, quæ ideò non condemnauit Pandolfinum ad hanc ſummã, niſi ſub conditione quatenùs ſcilicèt conſtiterit eam fuiſſe exactam ab Alexandro Loccio, ibi, *La veneranda Camera de conti di concorde volere con lo ſcrutinio hà deliberato, che coſtando al Receuitore Rondinelli, che Aleſſandro Locchi ſuſtituto del Commendatore Pandolfini habbi riceuuto il debito &c. ne ſia caricato d. Pandolfini*. Igi-
4 tur aliundè probanda eſt exactio, † & quidem per indubitatas probationes, præſertim quia agitur ad effectum pœnæ incurrendæ ex facto
5 Procuratoris, quod prætereà principalis † ignorare probabiliter potuit, & ſicuti rigorosè procedendum eſt contrà Equites debitores
6 communis ærarij, † quando pecunias ad eorum manus perueniſſe liquido conſtat. eo quod talis rigor vtilitate publica rependitur, in quibus terminis loquitur *deciſio in Aquitanen. Prioratus* 21. *Februarij* 1625. *coram bon. me. Archiepiſco-*
7 *po Seleucien.* è conuerſo mitius agendum † vbi probationes debiti non concludunt per neceſſe, & Eques venit plectendus ex facto procuratoris, qui publicè habebatur pro idoneo
8 capiendo ſemper † partem benigniorem, vt debet in pœnalibus, *l. penul. ff. pen. Dec. in l. ſemper in obſcuris ſub num.* 5. *& num.* 9. *ff. reg. iur. Bart. in l.* 2. *in fin. ff. qui pet. tut. Menoch. conſ.* 456. *numer.* 13. *& conſ.* 472. *num.* 16. *Surd. dec.* 43. *nu.* 13.

Addebat vnus ex Dominis, quod Statutum
9 Religionis † præbens receptoribus facultatem conſtituendi Procuratores ad exigendum non diſponit, quod ipſi receptores teneantur de exactis à Procuratore, & maximè ſub pœna priuationis, & incapacitatis, quæ regularitèr
10 pro geſtis à procuratore † generaliter conſtituto non incurritur, *l. ſi pater ff. quæ in fraud. cred. l. ſi procurator, & ibi Iaſ. num.* 4. *& ſeqq. ff. condict. indeb. Bart. in l.* 3. *§. ſi procurator numer.* 3. *ff. quod quiſque iur. Fel. in cap.* 1 *numer.* 8. *vt lit. non conſtet Alex. conſ.* 73. *num.* 8. *lib.* 1. nec habet locum niſi
11 in caſibus † à iure expreſſis, vt præter allegatos *in vltima deciſione §.* 1. *late Menoch. de arbitr. caſ.* 276. *num.* 1. *& ſeqq.* Et in omnem euentum
12 euitaretur, † ex quo Pandolfinus non fuit negligens, & ignorauit Procuratorem exigiſſe, *Anchar. conſ.* 174. *ſub num.* 3. *& ſeqq. Gaill. obſer.* 48. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. *Rot. deciſ.* 22. *num.* 3. *par.* 1. *diuerſ. deciſ.* 95. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*

Quod Pandolfinus exegerit alia ſcuta 400 ſpectantia ad ſpolium Equitis Panciatici non probat partita extracta è computis Equitis Rondinelli ſucceſſoris in receptoria, quia fuit
13 extracta † lite pendente in Rota abſque citatione partis, *Caputaq. deciſ.* 233. *numer.* 1. *part.* 3. *Mant. deciſ.* 177. *num.* 4. *&* 5. *Coccin. deciſ.* 88. *nu.* 5. eoque minus eadem partita probat, quod Pandolfinus, vt ibi aſſeritur dixerit velle di-

ćta ſcuta 400. compenſare cum ſcutis 1046.
quæ ei debet Religio, quia ſtatutum 52. de
14 comuni ærario † mandas adhiberi fidem li-
bris Receptorum, & ſchedulis eorum manu
ſubſcriptis loquitur, quoad probationem cre-
diti Religionis contrà debitores, ibi, *in quanto
alli debitori del noſtro teſoro*, vt videlicet ſi quis
tanquam debitor adnotatus reperiatur poſſit
condemnari, vt dixit *Rot.deciſ.725.nu.4.tom. 3.
recent.deciſ.149.nu.3.par.5.*at non diſponit quod
15 eiſdem libris credatur † de aſſertionibus, &
exceptionibus allegatis à debitore contrà
ipſum ærarium, de quibus regulariter cum
non ſpectent ad officium ſcribentis, libris hu-
iuſmodi non creditur *Rot.deciſ.13.ſub numer.3.
par.1.recent.deciſ.585. num. 10. coram ſan.memor.
Gregor.XV.deciſ.174.num. 2.in fin.coram bon.mem.
Buratto*. Et quatenùs d. libro ſtandum eſſet
vtique Pandolfino ſuffragaretur compenſatio
cum maiori ſumma ſcutorum 1048. quam ad
cautelam ſoluit de anno 1639., licet tunc ra-
tione exacti nihil deberet, atque inducta fuiſ-
16 ſet ipſo iure † ad euitandam pœnam incapa-
citatis, *Socc.in l.Iulianus nu.9.ff.condit.& demonſt.
Rolan.conſ.87.num.28.lib.1.Mant.de tacit. libr.22.
tit.27.num.65.* & in his terminis *Rot. deciſ.371.
circa fin.par.4.tom.2.recent.* quæ reſponſio adap-
tari poteſt etiam partitæ antecedenti ſcuto-
rum 50. vltrà ſuperius deducta.

Tandem quoad ſcuta 80. quorum Pandol-
ſinus à calculatoribus declaratur debitor in
relatione anni 1639. error calculatorum eſt
patens ex lectura computorum; ſiquidem
pag.12.col.1 in fin. introitus à die prima Maij
anni 1638. vſque ad finem receptoriæ com-
pletæ de anno 1639. conſtituitur in ſcutis
4246. 1. 12. *& pag. 13. col.1. in fin.* in eadem
prorſus ſumma conſtituitur exitus, idemque
error comprobatur, quià ſucceſſiuè in ſen-
tentia Cameræ computorum lata de anno
1649. Pandolfinus non fuit condemnatus pro
aliqua ſumma, quam exegerit, & penes eum
remanſerit, ſed ſolum pro negligentiis in exi-
gendo, necnon ex fide Secretarii communis
ærarij affirmantis, quod Pandolfinus de tem-
pore ſmutitionis nihil debebat ærario, quæ fi-
17 des † negatiuam debiti probat iunctis admi-
niculis ex *alleg.in vltima deciſione §. ſed his non
obſtantibus circa fin.*

Quo verò ad debitum reſultans ex negli-
18 gentijs in exigendo à debitoribus ærarij †
quicquid ſit an ſufficiat ad inducendam in-
capacitatem, vt videtur ſenſiſſe *Rot. deciſ. 149.
num.13.& 15.verſ aut non exegit par.5.recent.* pla-
cuerunt Dominis reſponſiones vltimæ *deci-
ſionis in §.penult.& fin.* quod ſcilicet tempore
ſmutitionis pendebat terminus ſex menſium
19 præfixus receptoribus, † & ſub Iudice erat an
Pandolfinus de negligentijs, à quibus pluri-
bus excuſationibus non friuolis ſe tuebatur,
teneretur, vndè non liquidato credito dici nō
poterat incurſa pœna incapacitatis, *Surd.550.
ſub num.16.& in punct. Rot.deciſ.26.num.5.& ſeq.
deciſ.303.num.6.part.7.recent.* præſertim, quia
ex diſpoſitione Statuti 37. de communi æra-
20 rio incapacitas incipit † poſt menſem à die
ſecutæ condemnationis,

Debitum paramenti ſericei ceſſat ex facto, vt
ponderat vltima *deciſio §. circa reſtitutionem*,
prout etiam ex facto ceſſat negligentia in
traſmittendis computis ſingulis annis, quæ
prætereà non punitur pœna incapacitatis ex
deductis in vltima deciſione §.1.

Poſtremò obiectum non factæ reſidentiæ
per quinquennium facilè tollitur, quià cum
Pandolfinus fuerit pro ſeruitio Religionis re-
ceptoriæ deputatus ab anno 1626. vſque ad
21 annum 1639. ad talem reſidentiam † non te-
nebatur, vt habetur *in ordinat.24. de commendis*,
ibi, *Reſidentiam autem illum feciſſe intelligimus, qui
&c. aut pro publicis ordinis noſtri negocijs ex com-
miſſione M.Magiſtri, & Concilij à commenda abſue-
rit &c.* atque hinc Pandolfinus de menſe Apri-
lis 1639. habuit licentiam meliorandi Com-
mendam ſibi ex iuſtitia debitam, ac deindè
duas ſententias fauorabiles à Concilio com-
pleto, & ordinario reportauit, nam etiam dè
22 iure communi abſens Reipublicæ cauſa, † ac
de eius mandato habetur pro reſidente, *cap.
ex parte il ſecondo de cler.non reſid. cap.cum.non de-
ceat 30.de elect. in 6.& vtrobique not. Doct.Seraph.
deciſ.662.num.2. Rot.deciſ.467.numer.1.part.1.re-
centiorum.*

Et ita deciſum vtraque &c.

ARIMINEN. SALVIANI.

Merc. 30. Maij 1646.

ARGVMENTVM.

Aegidiana non habet locum, quoties conceſſa fuit immiſſio ſuper aliquo prædio, qui pro parte eſt ſub directo dominio Eccleſię & pars ſpectañ ad Eccleſiam non eſt à reliquo ſeparata, tunc enim Eccleſia dicitur habere dominium in qualibet gleba totius prædij, neque adhunc effectum attenditur an pars Eccleſiæ ſit diuiſibilis ex parte rei, ſi habetur pro indiuidua ex voluntate partium vel Iudicis, & huiuſmodi indiuiduitas ex quibus reſultet? ad elidendas exceptiones non oppoſitas in prima inſtantia poſſunt in ſecunda produci noua Iura etiam ad effectum obtinendi executionem ſententiæ. Reliqua deſume ex Summarijs,

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non comprehendit rem de directo dominio Eccleſiæ, etiam reſpectu vtilis dominij ſpectantis ad laicos propter intrinſecam illius connexionem cum dominio directo.*

2 *Sententia ad effectum vt ſit locus Aegidianæ iuſtificari debet ex eiſdem actis, non autem ex nouiter deductis.*

3 *Secus vero quando agitur de illius confirmatione in gradu appellationis, tunc enim etiam ex nouiter deductis iuſtificari poteſt.*

4 *Aegidiana non habet locum, quamuis tota res non ſit de dominio Eccleſiæ, ſed tantum aliqua pars, ſi illa non eſt à reliquo ſeparata, tunc enim Eccleſia*

habet

habet proportionabiliter dominium in qualibet gleba.

5 *Res quamuis ſit diuidua ex parte rei habetur pro indiuidua ex voluntate partium & Iudicis, & ex quibus talis voluntas deſumatur? nu.6.*

7 *Indiuiduitas reſultat ſi eadem res ſpectans pro parte ad Eccleſiam ſub vnica verborum ſtructura fuit tam in libello quam in ſententia petita.*

8 *Itaut nedum ipſa res ſed etiam ſententia reputetur, pro indiuidua vt ratione portionis Eccleſiæ, à tota re excludatur Aegidiana, & detur appellatio ſuſpenſiua.*

9 *Indiuiduitas ſententiæ non conſideratur ratione materiæ, ſed ratione formæ quæ de ſui natura eſt indiuidua.*

10 *Aegidiana an intret necne tenor ſententiæ attenditur.*

11 *Aegidiana locum habet quoties agitur de re penitus laicali.*

12 *Hæres nō comparente alio cohærede poteſt petere, vt ſibi in totum res hæreditariæ adiudicentur.*

13 *In renunciatarium translatum dicitur omne ius cōpetens renuncianti ſuper bonis renunciatis.*

14 *Actor ad elidendas exceptiones de nouo oppoſitas poteſt noua iura producere etiam ad effectum obtinendi executionem ſententiæ latæ, ne alioquin ſit in poteſtate rei differendo opponere exceptiones euitare executionem ſententiæ, & actorem & Iudicem eludere.*

15 *Venditor cum reſeruatione dominij ac ſuorum iurium donec prætium ſolueretur, prætio non ſoluto omnia iura retinuiſſe cenſetur, ac ſi non vendidiſſet.*

16 *Et ad effectum vt iura ſuper re vendita durent penes vēditorem vigore reſeruationis ſatis eſt quod prætium non ſit ſolutum, cum ante illius ſolutionem deficiat in vendente iura amittendi, & reſpectiuè transferendi animus.*

17 *Amiſſio ſiue translatio iurium pendet ab animo.*

18 *Liber Cataſti, quando non ſumus in antiquis non probat.*

19 *Hæreditas non adita regulariter non tranſmittitur præſertim quando nō agitur inter ſuos hæredes vel deſcendentes.*

20 *Habens hypotecam anteriorem in concurſu eſt præferendus.*

21 *Clauſula* quā & quas *adiecta in commiſſione operatur vt nouum ius poſſit deduci ac canonizari.*

22 *Creditor tenetur in ſuum creditum computare fructus perceptos ex bonis debitoris ceſſante titulo dominij.*

23 *Retentio non competit pro credito illiquidò.*

24 *Sententia ſi in aliqua parte eſt appellabilis, talis nō redditur in alijs partibus ſeparatis.*

25 *Creditor ſi fructus percepit ex bonis debitoris talis perceptio operatur ipſo iure diminutionem crediti.*

26 *Fructus etiam ante liquidationem extenuant ſortem.*

27 *Executio ſententiæ latæ in Saluiano retardari nequit per exceptionem crediti illiquidi & requirentis altiorem indaginem.*

DECISIO CCLVIII.

VIGORE donationis per Lauiniam factæ ad fauorem Margheritę Pompeus illius hæres obtinuit ſententiam immiſſionis ad duo prædia alterum nuncupatum de Cappuccini, alterum del Toro & commiſſa mihi cauſa appellationis cum clauſula *conſtito quod ſit locus Aegidianæ*, diſputatoque dubio an ei ſit locus, reſolutum fuit ſub die 19. Iunij 1643. negatiuè quoad primum prædium, affirmatiuè quoad alterum, & hodie propoſita iterum cauſa Domini ſteterunt in deciſis.

Nam in prædio nuncupatum de Cappuccini adeſt media tornatura terræ à reliquo nō ſeparata, quæ cum ſit de directo dominio Ec-
1 cleſiæ † ſub Aegidiana, quæ eſt conſtitutio laicalis non cadit etiam reſpectu vtilis dominij inter laicos propter intrinſecam illius cōnexionem ac dependentiam à directo, quod non ſubiacet ſeculari Iuriſdictioni iuxta opinionem quam perpetuo amplexa eſt, *Rot. in cauſis allegatis in prima dec.* §.1. *quibus additur deciſ.42.nu.8.& ſeqq.par.6.rec.*

Neque pars emphiteotica à reliquo ſeparata probatur per inſtrumentū nuper productū renouationis factæ ab Eccleſia ad fauorem Pompei de anno 1616. quod deſignat confines particulares portionis emphiteoticę; tum quia cum non fuerit productum in prima inſtantia illius productio facta in ſecunda non releuat ad effectum vt intret Aegidiana, & debeat concedi executio ſententiæ primi Iudi-
2 cis, † ad quem effectum ſententia iuſtificari debet ex actis primæ inſtantiæ non autem ex
3 nouiter deductis, licet ſecus ſit † quando agitur de confirmanda ſententia in gradu appellatiōnis, *Seraph. dec.279. num.vlt. Mant.dec.326. num.8. Buratt.dec.584.num.6. Rot.inter recent. dec. 28.per tot.par.1.*

Eo minus quia ea renouatio facta fuit ſine prędiudicio iurium cuiuſcumque alia lite tunc pendente inter Pompeum & Iuniperam hodie ream conuentā, & diſcordat ab inſtrumēto producto in prima inſtantia quod loquitur de vna media tornatura; renouatio vero de duabus tornaturis & tabulis 33. vnde ſemper remanet incertus locus dictæ mediæ tornatu-
4 ræ † & Eccleſia habet proportionabiliter dominium in qualibet gleba totius prædij iuxta *gloſſ.in l.ſi familia verb.pro parte Cod.fam.erciſc.& alios alleg.in prima dec.§.2.in fin.*

Tum etiam quia eſto quod portio emphi-
5 teotica eſſet diuiſibilis à parte rei † habetur pro indiuidua ex voluntate partium & Iudicis iuxta theoricam *Bartol. in l. grece* 9. §. *illud num.4.ff.fideiuſſ.*quam ſequitur *Ciriac.contr.198. num.12.Rot.dec.325.nu.12.inter impreſſ. apud conſ. Farinac.* Siquidem partes tām in iudicio, quā extra habuerunt prædium de Cappuccini pro
6 vnico integrali corpore † comprehendente portionem emphiteoticam tanquam à reliquo non diuiſam, vt apertè legitur tam in inſtrumento anni 1584. *Summ.* Pompei *n.7.* ibi, *& pro quadam particula iure penſionis &c.* quam in inuētario hæreditatis Lauiniæ & in inſtru-

mento adeptę poſſeſſionis per hæredem illius dato in *Summar.* Iuniperæ *nu.* 4. *&* 5. & demũ in libello ac ſententia, in quibus petita fuit & cõceſſa immiſſio in poſſeſſionem totius dicti prædij tanquam vnius corporis, nulla facta ſeparatione portionis conductitiæ, & hæc indiuiduitas reſultans ex vnicitate ſtructurę verborum tàm in libello quàm in ſententia iun-
7 cto † præſertim quod totum prędium eadem actione petitum fuit, efficit vt ipſum prędium
8 nec non ſententia † reputetur pro indiuidua ad effectum vt ratione portionis emphiteoticæ à toto excludatur Aegidiana & ſuper toto detur appellatio ſuſpenſiua, vt magiſtraliter diſtinguendo declarauit, *Rot. in deciſ.* 257. *nu.* 2. *&* 3. *inter impreſſ. apud Moder. de manut. & melius in Viterbien. Fideicõmiſſi ſeu Attentatorum* 13. *Maij* 1644. *coram R. P. D. meo Cerro* §. *quia concluſio* vbi dicitur ratio, quia ſententiæ indiuiduitas non
9 deſumitur † neque conſideratur ratione materiæ, ſed ratione formæ, quæ de ſui natura eſt indiuidua, *Salyc. in l.* 2. *circa med. verſ. ſed contra iſtam gloſſ. vſque ad fin. Cod. re indic. Rot. Bononien. diuerſ. dec.* 38. *num.* 11. & facit receptiſſima concluſio quod ad dignoſcendum an intret
10 Aegidiana † nec ne attenditur tenor ſententiæ, *Seraph. dec.* 452. *num.* 1. *& dec.* 603. *num.* 1. *Rot. in Fulginaten. reintegrationis* 10. *Decembris* 1618. *coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Innocentio Decimo & in Aſſiſten. Bonorum* 2. *Iunij* 1627. *coram bo. me. Cardinali Virili impreſſ. par.* 5. *recent. deciſ.* 79. *num.* 20.

Aliud autem prædium nuncupatum del Toro, quod eſt omnino diſtinctum à primo ac vti tale in libello & ſententia fuit compre-
11 henſum cum ſit penitus laicale † vtique ſubiacet poteſtati ſeculari, & per conſequens in illo habet locum Aegidiana ex allegatis in *d. deciſ.* 257. *& in dicta Viterbien. Fideicommiſſi ſeu Attentatorum coram R. P. D. meo Cerro.* Nec obſtat quod medietas d. prędij ſpectet ad Acchillem hodie Monacum Caſſinẽſem qui eſt coheres Pompei, quia ille nuſquam comparuit nec in libello aut ſententia nominatus aliquãdo fuit potuitque eo non comparente totum
12 prædium † adiudicari Pompeo, *l. vnica Cod. quand. non pet. par. l. vnica bis ita Cod. caduc. toll. Seraph. dec.* 1407. *num.* 3. *& ſeqq. Reuerendiſſ. Vrgellen. dec.* 448. *num.* 10. præſertim ſtante renunciatione, quam ille ad fauorem Pompei fecerat ante ingreſſum Religionis, quæ ſtatim ademit
13 ab † Acchille renunciante omne ius quod habebat ac illud traſtulit in Pompeum renũciatarium, *Aym. conſ.* 191. *num.* 3. *Rot. dec.* 92. *n.* 16. *dec.* 323. *num.* 6. *& ſeqq. par.* 6. *rec.* Cumque in prima inſtantia nunquam fuerit oppoſitum de iure Acchillis, ſed ſolum oppoſitæ exceptiones generales nihil fieri niſi ſeruatis ſeruandis & verificatis verificandis, non fuit opus tunc producere inſtrumentum renunciationis, & productio nuper facta ſuffragatur, quia ad elidendas exceptiones de nouo oppoſitas, lici-
14 tum † eſt noua inſtrumẽta producere etiam ad effectum obtinendi executionem ſententiæ iam latæ, ne alioquin ſit in poteſtate rei differendo opponere exceptiones, quas elidiſſet actor ſi oppoſitæ fuiſſent in prima inſtantia, euitare executionem ſententiæ & actorem ac Iudicem eludere, *Rot. inter impreſſ. apud Pacif. de Saluian. deciſ.* 168. *num.* 10. *&* 11. *Grat. diſcep. forenſ. cap.* 224. *num.* 7. *&* 8. *add. ad Gregor. XV. deciſ.* 272. *ſub num.* 9. *verſ. ſicut etiam & fuit dictum in Cæſarauguſtana Portionis* 16. *Nouembris* 1605. *coram bo. me. Iuſto impreſſa apud Marcheſ. de commiſſ. par.* 1. *fol.* 340. *ſub num.* 5. *in fin.*

Quod vero attinet ad iuſtitiam ſententiæ gratis educitur defectus hypothecæ ex quo Pompeus vendendo bona de quibus agitur Comiti Eneæ Bando illam remiſiſſe videatur, quia vendidit cum reſeruatione dominii
15 & ſuorum † iurium donec ſolueretur prætium, quo propterea nunquam ſoluto hypotheca ac alia iura remanſerunt penes venditorem ac ſi non vendidiſſet, vt præter allegatos in *prima deciſione* §. 2. *quia probat tex. in l. quod vendidi* 19. *ff. contrah. empt. in* §. *venditę inſt. de rer. diuiſ. ac tradit Abb. conſ.* 69. *num.* 1. *in fin. lib.* 1. *Surd. conſ.* 101. *num.* 12. *& deciſ.* 120. *num.* 11. *&* 12. nec intereſt an prætium non fuerit ſolutum, quia venditor pro parte ſua non adimpleuit contractum ſiue ob aliam cauſam, quia hoc eſſet momenti ſi venditor ageret contra emptorẽ pro ſolutione prætij, ſed vt hypotheca aliaque
16 iura ſuper re vendita durent † penes venditorem vigore reſeruationis in inſtrumento venditionis appoſitæ, ſatis eſt, quod prætium non fuerit ſolutum cum ante illius ſolutionẽ deficiat in vendente iura ammittendi & re-
17 ſpectiue transferendi animus à quo † amiſſio ac translatio pendet *l.* 1. §. *in ammittenda ff. acq. poſſ. l. id quod noſtrum ff. reg. iur. l. in omnibus la* 2. *ff. act. & oblig. Criuell. dec. Dolan.* 142. *n.* 6.

Gratis etiam donatio cuius vigore actum fuit impugnatur ex capite in officioſitatis quia vt reſpondet *prima deciſio* §. *primum* tollitur Lauinia donatrix Ginebriam alteram filiam inſtituit hæredem ac de bonis proprijs dotauit, animaduertendo quod vineam datam in dotem ſpectaſſe ad Lauram non probat partita
18 libri Cataſti † exaduerſo producta cum non ſimus in antiquis *Socc. ſen. conſ.* 25. *ex num.* 5. *& per tot. lib.* 2. *Rot. dec.* 61. *num.* 6. *apud Moder. de manuten. & in Cornetana Reintegrationis* 26. *Iunij* 1641. *coram me,* quodque vltro fuit data in dotem etiam domus in qua Alexander Lauiniæ maritus ſcut. 400. auri ab ea in dotem recepta reinueſtiuerat, vt habetur in Summar. Iuniperæ num. 20.

Alterum obiectum retentionis ſeu imaginarię ſolutionis pro reintegratione bonorum à Lauinia donatrice alienatorum, & prouenientium ex fideicommiſſis Nicolai, Sigiſmundi, & Lauræ ad fauorem Iuniperæ purificatis tollitur. Primo quia ſuppoſitum pertinentiæ bonorum alienatorum ad Ginebriã nec fuit probatum in prima inſtãtia, nec probant inſtrumenta nuper producta; ſiquidem deciſio emanata coram bo. me. Coccino de anno 1623. loquitur de alijs quatuor corporibus poſtmodum reſtitutis aduerſarię in vim mandati Rotalis. Ad probandum vero quod bona vt ſupra alienata proueniant ex fideicõ-

miſſo Nicolai patris Lauiniæ, datur ſolum confeſſio eiuſdem Lauiniç in libello porrecto de anno 1585. in quo non deſcribuntur confines bonorum & propterea nõ probat quod bona alienata ſint illa eadem comprehenſa in fideicommiſſo, vt ponderat *prima deciſio §. pro reſponſione*, & quamuis reſpectu Sigiſmundi dentur in Summ. Iuniperç num. 14. & 15. duo corpora, quorum duæ demonſtrationes concordant cum corporibus alienatis à Lauinia nempe petia terræ aratiuæ in Territorio Sancti Andreæ à Gattulo ſignata ibidem litt. B. & alia petia terræ in Villa Conuignani ſignata litt. C. aduertendum tamen eſt quod ad fideicommiſſum Sigiſmundi non eſt vocata Ginebria aduerſaria, ſed Laura Amita, quæ nõ probatur deceſſiſſe poſt Sigiſmundum vel illius hæreditatem agnouiſſe, vt requiritur vt
19 eamdem tranſmittere † potuerit ad Ginebriã eius hęredem, præſertim quia non agitur inter ſuos hæredes vel deſcendentes *l. vnica §. in nouiſſimo Cod. Cad. toll. l. quoniam ſororem Cod. iur. delib. Bart. in l. cum filio familias num. 12. & ibi Iaſ. num. 107. & ſeqq. ff. leg. 1. idem Bart. in l. is poteſt numer. 14. ff. acquir. hæred. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. §. 9. num. 14. lib. 1. Gomeſ. var. reſol. tom. 1. cap. 9. num. 1. & ſeq. Alex. conſ. 150. num. 7. lib. 2. aliiqque allegati à Modern. Veneto de tranſmiſſ. cap. 8. n. 1.*

Secundo reſpondetur quod Pompeus vltra hypothecam orientem ex donatione habet
20 aliam anteriorem † ex ceſſione ſibi facta à Blanchinis ad quorum fauorem Lauinia bona de quibus agitur hypothecauerat antequã bona fideicommiſſis (vt aſſeritur) ſubiecta alienaret, vt conſtat ex datis in Summar. vltimæ poſitionis pro Pompeo *nu. 1. & ſeqq.* ideoque præferendus eſt *l. potior. l. Lucius ff. qui pot. in pig. habean. Neguz. de pignor. par. 5. memb. 1. ſub numer. 14. Capic. Latro dec. 16. Rot. dec. 609. n. 4. par. 4. recent.* Nec obſtat quod Pompeus inſtrumentum ceſſionis & hypothecæ conſtitutæ ad fauorem cedentium non produxerit in prima inſtantia quia adhuc releuant, cum etiam aduerſaria nuper produxerit coram me inſtrumẽta probantia fideicõmiſſum & identitatem bonorum alienatorum; proſunt enim vt ſupra dicebatur nouæ probationes ad elidendas contrarias de nouo exaduerſo factas; præſertim quia propter clauſulam *quam & quas*
21 poſitam † in commiſſione appellationis poteſt etiam nouum ius deduci & canonizari, *Put. dec. 7. de appell. Egid. dec. 661. Barboſ. clauſ. 121 n. 16. Cocc. dec. 47. n. 10.*

Tandem Ginebriæ non competit retentio pro credito ſcutorum 460. quia cum percepe-
22 rit fructus bonorum † quos ceſſante legitimo titulo dominij tenetur in ſuum creditum cõputare *Garz. de expen. cap. 23. nu. 38. Rot. dec. 650. num. 6. par. 2. dec. 126. num. 32. par. 7. recent.* cre-
23 ditum remanet illiquidum † & propterea inefficax ad retentionem ex allegatis in *prima deciſione §. penult. quibus additur dec. 323. num. 23. & 26. apud Modern. de manut. aliique relati in Ariminen. Spolij 17. Martij 1628. coram bo. me. Merlino.* Eo magis quia Iudex primę inſtantiæ mandauit dictum creditum compenſari cum fructibus, & quatenus in hac parte ſententia eſſet
24 appellabilis † talis non redditur in alijs partibus ſeparatis, nec exinde ſequitur quod credi-
25 tum propter fructuum perceptionem † de qua nõ dubitatur & operatur ipſo iure diminutionem crediti, *l. 1. Cod. pignor. act. Alex. conſ. 70. num. 7. lib. 7. Surd. conſil. 194. numer. 10. & ſeqq.*
26 *Muta dec. 22. num. 7.* vbi quod fructus † etiam antequam fiat liquidatio extenuant ſortem *Fontanell. deciſ. 99. ſub num. 15. Buratt. deciſ. 160. num. 11.* non ſit redditum ſaltem illiquidum
27 & altioris indaginis † ita vt eius exceptio retardare non poſſit executionem ſententię in Saluiano *late vulgatis iuribus*.

Et ità deciſum vtraque parte bis informante.

FVLGINATEN. SALVIANI.

Mercurij 13. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Creditor poſſidens Bona debitoris tenetur fructus perceptos in ſatisfactionẽ ſui crediti imputare, niſi doceat Bona poſſediſſe Iure dominij, & ex quibus poſſeſſio Iure dominij excludatur? confeſſio Procuratoris quamuis iudicialis nullo præcedente iuſſu Iudicis non nocet principali.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum perceptio ex poſſeſſione præſumitur.*
2 *Creditor fructus percipiens ex bonis debitoris tenetur in eius creditum imputare, niſi doceat bona poſſidere Iure dominii.*
3 *Exceptio petis, quod intus habes obſtat creditori agenti ad immiſſionem.*
4 *Dominium non probatur ex Inſtrumento diuiſionis contra non habentes cauſam à diuidentibus.*
5 *Productio facta ad vnum effectum non nocet quoad alium.*
6 *Reus incongruum non eſt, quod fateatur dominium quoad vnum corpus, illudque neget quoad alia penitus diſtincta.*
7 *Reus allegare poteſt quatenus opus eſt exceptiones diuerſas, & contrarias.*
8 *Dos non probatur ſoluta quamuis ad inſtantiam mulieris fuerint ſubhaſtata bona debitoris dotis, ſi ſubhaſtatio non habuit effectum, vnde ſemper integra manet actio primaua dotis.*
9 *Confeſſio Procuratoris quamuis iudicialis ſi emanauit nullo præcedente iuſſu Iudicis tanquam voluntaria non nocet principali.*
10 *Soror ſuccedit Sorori defunctæ.*
11 *Filii ſuccedunt matri defunctæ.*
12 *Dos, quando ſuccedit loco legitimæ non poteſt à Patre onere fideicommiſſi grauari.*
13 *Fideicommiſſarius tenetur fideicommiſſum agnoſcere, vt ex eo agere valeat.*
14 *Exceptio Iuris tertii allegari nequit.*

DECI-

DECISIO CCLIX.

LICET Petrus Auguſtinus de Vnis, qui pro fructibus Cenſus ſibi ceſſi de an. 1641 agit vtili Saluiano interdicto contra bona generaliter obligata penes tertios poſſeſſores exiſtentia, probauerit fundum nuncupatum *la rotta delle Caue* ſuper quo Cenſus fuit impoſiſitus, eſſe illi ferendo parem, quod non fuerat probatum de tempore editæ ſecundæ deciſionis; adhuc tamen Domini ſteterunt in deciſis, & denegandam cenſuerunt petitam immiſſionem.

Quia ſubſiſtit alterum deciſionis fundamẽtum, quod ſcilicet Petrus Auguſtinus ne dũ fundum cenſualem excedentem in redditu fructum annui Cenſus, ſed etiam alia bona debitoris poſſidet, quorũ fructus percepiſſe præ-
1 ſumitur † eoſque imputare debet in ſatisfa-
2 ctionem ſui crediti † niſi doceat bona poſſediſſe iure dominij, *vt præter allegatos in ſecunda deciſione dixit Rot. coram Buratt. deciſ. 240, ſub n. 2*
3 adeò quod agenti † obſtat exceptio petis, quod intus habes ad *textum in l. ſi quis ex argentariis §. fin. verſ. prohibet ibique gloſſ. in verbo, vt edatur ff. edend. l. 1. C. re iudic. Burſatt. conſ. 211. ſub n. 6. Ciriac. contr. 361. num. 7.*

Poſſediſſe autem dicta bona iure dominij non probat ex inſtrumento diuiſionis inter eum, Seggium, & Beccafumum tanquam Dominos ſtipulatæ de anno 1633. quia cum rei conuenti non habeant cauſam à diuidenti-
4 bus † in ipſorum præiudicium inſtrumentum huiuſmodi non probat dominium diuidentiũ niſi aliunde conſtet fuiſſe eorumdem bonorũ Dominos *Alex. conſ. 187. num. 4. verſ. nec per inſtrumentum diuiſionis lib. 6. Surd. conſ. 505. num. 5. Rot. deciſ. 86. num. 1. par. 4. tom. 2. recent. & coram bo. me. Buratto deciſ. 424. n. 1.* quamuis rei conuenti dictum inſtrumentum produxerint, quia produxerunt cum ſolitis proteſtationibus nõ animo approbandi, quod diuidentes fuerint Domini omnium bonorum, & productio fa-
5 cta † ad vnum effectum præter illum non nocet *Socc. ſen. conſ. 244. nu. 11. in fin. lib. 2. Ceph. conſil. 23.. num. 21. Surd. conſ. 252. num. 16. & dec. 267 num. 4. Rot. deciſ. 432. ſub num. 4. & ſeqq. coram ſa. me. Greg. XV.* Eo minus cum appareat de antecedenti dominio illorum de Barnabeis, quod non reuocatur in dubium per Petrum Auguſtinum.

Nec obſtat, quod inſtrumentum fuerit ſignanter productum ad probandum, quod per dictam diuiſionem Petrus Auguſtinus factus eſt Dominus fundi cenſualis ſibi in diuiſione obuenti, id quod ſupponit in neceſſarium antecedens dominium diuidentium, quia benè rei conuenti hoc inſtrumento vti potuerunt aduerſus Petrum Auguſtinum alterum ex diuidentibus, contra quem probat ex allegatis in prima deciſione §. extinctus fuit, ſed non ideo cenſentur contra ſeipſos eidem inſtrumento ſtare non obligatos admiſiſſe, quod diuidentes fuerint Domini aliorum bonorum ibi contentorum, & omninò ſeparatorum, quæ Petrus Auguſtinus aduerſarius poſſidet; cum imò quoad dicta bona negauerint ſemper dominium, & ex dicto inſtrumento ſolũ eduxerint, quod illa poſſidentur ab aduerſario iure tamen pignoris ad effectum, vt fructus imputet in ſatisfactionem ſui crediti, ne-
6 que incongruit, † quod reus fateatur dominium quo ad vnum corpus, neget verò in aliis corporibus penitus diſtinctis *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 26. ſub num. 41. Rot. deciſ. 8. nu. 16. par. 4. tom. 2. recent.* atque vtatur inſtrumento ſolum in partibus pro ſe facientibus, & qua-
7 tenus opus ſit alleget † etiam exceptiones diuerſas, & contrarias *gloſſ. fin. in cap. nullus pluribus verſ. vndè verius de reg. iur. in 6. Bart. in l. nemo num. 2. ff. except. Dec. in cap. Paſtoralis nu. 58. eod. tit. Gabr. de act. concluſ. 1. num. 11. & ſeqq. Rot. in Rauenaten. Cenſus 26. Aprilis 1641. coram me.*

Præterea reis conuentis competit retentio. Primò pro credito dotali Lucretiæ pro quo mandatum executiuum fuit relaxatum ab A. C. de anno 1625. in ſumma ſcutorum 2200. nec probatur ſolutum per ſubſequentem ſub-
8 haſtationem bonorum debitricis, † quia illa ſubhaſtatio non habuit effectum, cum debitrix obtinuerit poſtea manutentionem ſuper bonis ſubhaſtatis, vndè adhuc integra manſit primeua actio dotis *l. qui res 98. ff. ſolut. Aloyſ. de Leo in l. 1. num. 6. verſ. tamen C. ſi aduerſ. tranſact. Surd. conſ. 145. ſub num. 34. Fab. de Ann. conſ. 40. num. 11. lib. 1. Caſtill. deciſ. 5. num. 7. & ſeqq. Rot. deciſ. 278. num. 21. & 22. par. 5. recent.* Et licet deindè deuentum fuerit ad ſecundam ſubhaſtationem hæc facta fuit ſolum pro ſcutis 1705. adeo quod ſuper eſt creditum dotale in ſcutis 495. quod non excluditur ex quo tempore primæ ſubhaſtationis Procurator creditricis petierit ſcuta 1800. pro reſiduo, vndè elicitur confeſſio, quod reliquum fuerit ſolutum,
9 quia talis confeſſio Procuratoris, quamuis iudicialis, quia emanauit nullo præcedente iuſſu Iudicis vti voluntaria non nocet principali *Alex. conſ. 222. num. 16. lib. 2. Pariſ. conſ. 115. nu. 21. lib. 1. Rot. coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 460. num. 5. & in Romana, ſeù Ianuen. quarti dotalis 14. Nouembris 1639. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Panzirolo.* Eo minus, quia vt ſupra dicebatur dicta ſubhaſtatio non habuit effectum.

Secundò pro credito ſcutorum 1100. quæ Scipio ſenior legauit Camillæ eius filiæ pro dote, & poſtmodum Marcus teſtatoris filius mandauit ſolui in teſtamento condito de anno 1606. Camillæ enim, quæ obijt de an-
10 no 1608. † ſucceſſit Helena ſoror *iuxta textum in §. 1. auth. de hæred. ab inteſt. auth. ceſſante Cod. legit. hæred.* & Helenæ ſucceſſerunt rei conuen-
11 ti † illius filij *l. maximum vitium C. lib. præter §. aliud quoque capitulum auth. vt cum de appellat. cognoſc.* Nec obſtat, quod Camillæ decedenti ſine filijs Scipio pater ſubſtituerit alios filios maſculos, quia cum dos legata ſuccedat lo-
12 co legitimæ, † ſubſtitutio, & quodlibet aliud grauamen habetur pro non adiecto *l. ſcimus l. omnimodo l. quoniam in prioribus Cod. inoff. teſtam. Alex. conſ. 179. num. 10. lib. 5. Menoch. conſ. 81. nu. 4.* & in terminis dotis legatæ filiæ *Rot. coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 346. num. 3. & par. 5. recent. deciſ. 27.*

ciſ.27. num. 8. in fin. & ſatis eſt, quod hodie
13 ſubſtituti non compareant cum requiratur,† quod fideicommiſſum, & ſubſtitutionem agnoſcant *Socc. conſ. 64. ſub num. 7. verſ. ad hoc reſpondetur lib.1. Bald. conſ. 224. num. 2. lib. 5. Pariſ. conſ. 49. nu. 33. & ſeqq. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 41 num. 10.* & aduerſarius non poſſit agendo alle-
14 gare ius tertij *l. 2. vbi Bart. ff. excep. rei iudic. l. loci corpus §. competit ff. ſi ſen. virt. vendic. Surd. conſ. 359. num. 13. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 7. n. 60 & ſeqq.*

Et ita deciſum vtraque parte Informante.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE LEONORIS.

Veneris 22. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Manutentio datur poſſidenti ex vna cauſa etiam ex alia, quando nouus titulus ſuperuenit, ex quo prima cauſa poſſidendi mutata remanet data validitate tituli ſuperuenientis, ac illius ſcientia impoſſidente.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidens ex vna cauſa ſi nouus titulus ſuperuenit poteſt ex eo poſſidere mutando ſibi cauſam poſſeſſionis.*
2 *Et cumulare poteſt cauſas poſſidendi, ac poſſidere ex pluribus cauſis.*
3 *Itaut ſi plures cauſæ poſſidendi inter ſe ſint compatibiles ex omnibus, ſi verò incompatibiles ex pinguiori poſſeſſio retenta dicatur.*
4 *Titulus ſuperueniens ad effectum mutandi cauſam poſſidendi requiritur, quod ſit validus, & quod poſſeſſor illius ſcientiam habuerit num. 5.*
6 *Fideicommiſſarius poteſt Iura fideicommiſſi cedere, quando nemo alius ad fideicommiſſum vocatus reperitur.*
7 *Fideicommiſſum conſtitutum ſuper vno prædio poteſt ex voluntate partium transferri ſuper alio, & ſic vnum loco alterius ſubrogari.*
8 *Tranſactio ex falſa cauſa corruit cum omnibus inde ſequutis ex defectu conſenſus.*
9 *Error conſenſum excludit.*
10 *Tranſactio ex falſa cauſa nec minus valet, vt pactum.*
11 *Tranſactio continet tacitam conditionem, niſi adſit error.*
12 *Retentio datur poſſidenti aliquam rem, ad quam actio competeret ſi illam non poſſideret.*
13 *Manutentio datur etiam ei, qui ex nouo titulo ſuperuenienti mutauit ſibi cauſam poſſeſſionis.*

DECISIO CCLX.

PRAEDIVM nuncupatum Sancti Aegidij quod olim Aſcanius Veza hypotecauerat pro indemnitate Adurnus Fabe in euentũ moleſtiarum, quas idem Adurnus pateretur ex cauſa fideiuſſionis de euictione alterius prædij nuncupati Argele per Iacobum de Leonoris venditi Zambeccarijs.

Deuenit ad Petrum Antoniũ de Nuce vti hæredem Horatij Leonorij mediante tranſactione inita inter ipſum Petrum Antonium, & Zambeccarios alioſque, nempè Maluctiũ, & Blanchinum ex iuribus dicti Adurni venientes. Dedit autem tranſactioni cauſam lis contra Zambeccarios ſuper prędio Argelis mota ab Horatio Leonorio, qui illud vendi non potuiſſe aſſerebat, cum eſſet ſuppoſitũ fideicommiſſo ad ſui fauorem purificato; quapropter Zambeccarij iudicium mouerant cõtra bona Adurni fideiuſſoris de euictione poſſeſſa à Maluetio, & Blanchino, & hi contra bona Aſcanij Veze promiſſoris indemnitatis ſcilicet contra prædium Sancti Aegidij tunc poſſeſſum ab Honorio Beato.

Vt enim lites huiuſmodi extinguerentur Petrus Antonius de Nuce iura fideicommiſſi ſuper prædio Argelis purificati ad fauorem Horatij Leonorij eius authoris ceſſit Zãbeccarijs, & reportauit iura, quæ ſuper prædio Sancti Aegidij competebant Adurno Fabæ ſiuè ex eius perſona Maluetio, & Blanchino: & ad hanc tranſactionem deuentum fuit cum ſuppoſito, quod Petrus Antonius cedere ac liberè diſponere potuerit de iuribus fideicõmiſſi, eo quod illud expiraſſet in perſona Horatij Leonorij ipſius authoris.

Erroneum verò fuit hoc ſuppoſitum, quia fideicommiſſum non expiraſſe in perſona Horatij Leonorij, ſed per eius mortem purificatum fuiſſe ad fauorem fœminarum monialiũ in monaſterijs Sancti Michaelis Terræ Sancti Ioannis in Perſiceto nec non Terræ Carpi decidit *Rota in alia Bononien. fideicommiſſi de Leonorijs 2. Martij 1640. coram R. P. D. Carillo* poſtquam eædem Moniales non dum certioratæ de dicto fideicommiſſo tanquam creditrices dicti Petri Antonij de Nuce fuerant ex vtili Saluiano interdicto immiſſæ in poſſeſſionem prædij Sancti Aegidij.

Hinc Beatus, cui dictæ Moniales poſſeſſionem primum captam ex Saluiano, deinde etiam iura fideicommiſſi ſolemniter ceſſerũt moto iudicio contra Petrum Antonium de Nuce declarauit velle ſe prædium Sancti Aegidij, quod prius poſſidebat vigore iurium Saluiani interdicti ſibi à Monialibus Ceſſorũ poſſidere iure proprio ex fideicommiſſo ſibi deinde ceſſo ab eiſdem Monialibus, & propoſito hodie dubio, an illi liceat mutando cauſã poſſeſſionis poſſidere iure proprio prædium Sancti Aegidii eique ſit danda manutentio Rota affirmatiuè reſpondit.

Nam licitum eſt poſſidenti ex vna cauſa
1 ſi † nouus titulus ſuperueniat ex eo poſſidere mutando ſibi cauſam poſſeſſionis *l. certe §. Iulianus ait, & ibi notant Doctores ff. pracar. l. non ſolum §. quod vulgo ff. de vſucap. Acchill. de Graff. deciſ. 4. per tot. de cauſ. poſſ. & propr. Creſc. deciſ. 5. num. 3. de reſt. ſpoliat. Mant. deciſ. 245. num. 4. Coce. deciſ. 130. num. 6. add. ad ſa. me. Greg. XV. deciſ. 546. ſub num. 15.* imò, & cumulare cauſas poſſi-
2 dendi, † ac poſſidere ex pluribus cauſis *l. 3. §. ſi ex pluribus ff. acq. poſſ. Mantn. deciſ. 36. num. 18. & ſeqq. Seſſe deciſ. 25. num. 49. Rot. deciſ. 305. num. 5. & 6.*

& 6. *par.4. tom. 2. recent.* ita vt ſi plures cauſæ
3 poſſidendi † ſint inter ſe compatibiles ex omnibus, ſi verò incõpatibiles ex pinguiori poſſeſſio retenta dicatur *Creſc.d. deciſ.5. num.3. de reſt.ſpoliat.add. ad Greg.XV. d.deciſ.546. num.15. Rot. in Camerinen. Spolij 15. Iunij 1609. coram b. me. Cardinali Sacrato, & in Romana Caſalis 21. Iunij 1630. coram Reuerendiſsimo Vrgellen. inter eius impreſſ.deciſ.269.num.11. & 12.*

4 Requiritur quidem ad hunc effectũ, † quod titulus ſuperueniens ſit validus *Menoch. conſ. 381.num.40. Surd.deciſ.51.num.19. Rot.deciſ.205. num.2.par.1. diuerſ.deciſ.97. num.6. par.1.recent.*
5 eiuſque ſcientiam poſſeſſor † habuerit *Put.deciſ.287.num.4.lib.3. in corr.D.Vrgellen.d.dec.269. num. 14.* Sed vtrumque concurrit in caſu noſtro, quo negari non poteſt, quin Beatus ſciuerit ſibi fuiſſe à Monialibus ceſſa iura fideicommiſſi, cum ceſſionem ipſemet reportauerit, & hodie produxerit; pro vt nec dubiri poteſt de eiuſdem ceſſionis validitate, cum facta ſit ſolemniter ac roborata confirmatione Apoſtolica, & Moniales poſt quas nemo
6 alius † ad fideicommiſſum vocatus reperitur vtique potuerint iura fideicommiſsi cedere *l. cum pater §. libertis l. qui ſolidum §.penult.ff.leg. 2.Bald. in l.2. in C.quand. dies leg.cedat Tiraquell. de retract.Lingniagier.§.26.gloſſ.1.num.10. Peregr. de fideic.art.14. ſub num.49. & art.52.num.2.*

Nec obſtat, quod fideicommiſſum non cadat ſuper prædio Sancti Aegidij, ſed ſuper
7 prædio Argelis, quia potuit † ex voluntate partiũ vnum loco alterius ſubrogari *Iaſ. conſ. 231.num.2. lib.2. Caſtr.conſ.269. ſub num.1. & 2. lib.1.Burſatt.conſ.298.nu.18.Giouag.conſ.23.n.10. & 11.lib.2.* ſicuti neque obſtat, quod prædium Sancti Aegidij fuerit alias per tranſactionem traslatum in Petrum Antonium de Nuce vti hæredem Horatij Leonorij, quia vt dicebatur initio translatio huiuſmodi fuit correſpectiua ad ceſsionem, quam Petrus Antonius fecit prædij Argelis tanquam ad ſe ſpectantis ex hoc ip ſo fideicommiſſo, quod in perſona Horatij eius authoris extinctum ſupponebatur; cumque hoc ſuppoſitum fuerit erroneũ, quia ad fideicommiſſum poſt mortem Horatij vocatæ erant Moniales autrices Beati, corruit ea tranſactio cum omnibus inde ſecutis
8 ex defectu conſenſus, † quem error excludit
9 *l.ſi † ex falſis C.tranſ.Manen.conſ.140.n.26.& conſ.*
10 *149.n.84.* vbi quod nec † valet, vt pactũ *Surd.*
11 *conſ.37.ſub n.21.* vbi quod tranſactio † continet tacitã conditionem niſi adſit error *Grat.diſcep. 788.n.2. & 3.* vbi loquitur in terminis tranſactionis factæ per errorem de re tamquam libera cum eſſet fideicommiſſo ſubiecta *Seraph. deciſ.119.num.2. & 3. Rot. deciſ.80.num.1. par.6. recent. & in Bononien. nullitatis concordiæ 12. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Cerro.*

Adeo quod attendenda ſolum ſit ceſſio iurium fideicommiſſi facta Beato à Monialibus vltimis vocatis, quorum vigore cum poſſet Beatus agere ad prædium Sancti Aegidij ſubrogatum loco prædij Argelis fideicommiſſo ſubiecti ſi exiſteret penes alios, multò magis
12 poteſt idem prædium retinere, † dum illud iã poſſidet *l. per retentionem C.vſur.Becc.conſ.72.nu. 15.Surd.conſ.4.num.5. & deciſ.253.num.11.* eique deſuper eſt danda manutentio, quæ competit
13 etiam ei † qui ex nouo titulo ſuperueniente mutauit ſibi cauſam poſſeſſionis *Grat. diſcep. 954.num.1.Caualer.deciſ.284.num.2.Rot.deciſ.546 num.1. coram ſa.me. Greg.XV. & in alijs relatis per Moder.Peruſ. de Manuten.obſer.54.num.23.*

Atque ita deciſum informante ſolum Beato præuijs tamen pluribus citationibus aduerſarij.

SABINEN. ALLVVIONIS.

Veneris 22. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum immobilium Communitatis vt valeat quænam requirantur? Ratificatio facta cum decreto Iudicis, & præuio Beneplacito Apoſtolico, quemcunque metum ex parte ratificantis excludit. In actibus voluntarijs non ſufficit contradictio minoris partis Communitatis, quando actus expediti à maiori parte ſunt vtiles, cum non ſit in eis dare de irrationabilitate.

SVMMARIVM.

1 *Bona Immobilia Communitatis quibus concurrentibus valide alienantur?*
2 Text. in l. final. C. vend.reb.Ciuitat. lib.11. *locum habet in omni alienatione.*
3 *Ratificatio æquiparatur mandato etiam in requirentibus ſpeciale mandatum.*
4 *Ratificatio quando emanauit cum ſolemnitatibus reddit contractum validum ſaltim ex nunc.*
5 *Ratificatio quod non fuerit metu facta probatur ex ſubſecuta declaratione ratificantis, quod ſponte, & non metu ratificauit, præſertim ſi Iudex decretum deſuper interpoſuit.*
6 *Metus omnis excluditur ex præſentia, & interuentu Iudicis.*
7 *Confirmatio dicitur ex certa ſcientia, quoties in ea tenor confirmati eſt inſertus.*
8 *Confirmatio ex certa ſcientia operatur, vt dari non poſſit de defectu intentionis Papæ.*
9 *Item nec minus de ſubreptione, niſi aliunde de ea liquido conſtet.*
10 *Confirmatio Apoſtolica munita clauſula* ſupplẽtes, *ac derogatoria omnibus contrarijs, defectum omnem ſub mouet, & quæ inualida ſunt approbat, & inualida viuificat, ac roborat.*
11 *Contractus celebratus à Communitate cum ſolemnitatibus requiſitis præſumitur vtilis, donec conſtet de contrario.*
12 *Vtilitas cõtractus ex pluribus ſimul iunctis reſultat.*
13 *In actibus voluntarijs à Communitate explendis requiritur conſenſus omnium, & contradictio vnius ſufficit pro nullitate actus.*
14 *Declara concluſionem non procedere quando actus voluntarius eſt, vtilis cum non ſit in eo dare de irrationabilitate.*

15 Clau-

15 *Clauſula* ſublata *claudit os parti ac Iudici non obtenta oris aperitione.*
16 *Ac tollit facultatem aliter iudicandi.*

DECISIO CCLXI.

QVAM Communitas, & homines Terræ Galleſii de anno 1572. donationem fecerant bon. mem. Chriſtopharo Madrutio omnium iurium ſibi competentium ſuper terris exiſtentibus circa Flumen Tyberis in loco nuncupato il Sauo, nullam eſſe ad inſtantiam Communitatis Malleaui declarauit, *Rota coram bon. mem. Pirouano de anno 1624. vt in deciſ. 447. par. 5. recent.* Cuius duo ſunt fundamenta, alterum inſufficientię mandati eorum qui nomine Communitatis Galleſij donarunt, alterum ommiſſionis decreti in inſtrumento ſtipulatę donationis per dd. Procuratores, ſine quo donatio ſuſtineri non poteſt.

Hinc Domini Madrutij agnoſcentes vim deciſionis obtinuerunt die 17. Aprilis 1625. & 7. Aprilis 1626. ab ipſa Communitate Galleſij ratificationem dictæ donationis, & quatenus opus ſit nouam donationem cum omnibus ſolemnitatibus, eiuſdemquè trinam confirmationem à Sede Apoſtolica cum derogatione omnium conſtitutionum obſiſtentium donationi bonorum Communitatum, & nominatim fel. record. Sixti V. quibus iudicialiter productis, & diſcuſſis de anno 1629. Rota recedendo à prima deciſione, donationem validam pronunciauit, *vt in deciſ. 292. per tot. par. 5. recent.* quam hodie confirmandam eſſe Domini dixerunt.

Quia ratificationes ſeu nouę donationes factæ fuerunt à legitima hominum Communitatis Galleſij congregatione, de conſenſu duarum ex tribus partibus, deſcriptis ſingulorum hominum nominibus, & præſtito iuramento ſuper vtilitate contractus, nec non cum præſentia Gubernatoris loci, & decreto Iudicis,
1 quibus concurrentibus † bona immobilia Communitatum valide alienantur iuxta *text. in l. fin. C. venden. reb. Ciuit. lib. 11.* quem habere
2 locũ † in omni alienatione notat *Ruin. conſ. 41. num. 7. conſ. 175. num. 1. lib. 1. Alex. conſ. 1. num. 14. & 15. lib. 4. Grat. diſcept. 196. n. 11. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina 93. numer. 37. & 38. part. 2. relata à Moder. Lucano quæſt. Foren. par. 1. quæſt. 106. num. 8. in fin.*

Ità vt opponi amplius nõ poſſit de defectu mandati aut omiſſione decreti, quia decretum apparet interpoſitum, & mandatum ſupletur per ratificationem totius Communita-
3 tis, quæ † mandato æquiparatur etiam in requirentibus ſpeciale mandatum *Dec. in l. ſemper qui non prohibet num. 7. ff. reg. iur. Cagnol. ibid. num. 15. Honded. conſ. 38. numer. 4. lib. 1. Farinacc. conſ. 4. num. 4. Surd. deciſ. 159. num. 11. & ſeqq. Rot. deciſ. 275. num. 4. part. 1. recent.* & cum emanaue-
4 rit cum omnibus ſolemnitatibus † reddit cõtractum validum ſaltem vt ex nunc *vt per Salyc. in l. 1. verſ. nota quod hac ratihabitio C. ſi maior factus Pariſ. conſ. 49. nu. 20. & 61. lib. 1. Surd. dec. 70. num. 17. & deciſ. 159. num. 7. & 21.*

Exceptio verò metus quæ contra primam ratificationem obiiciebatur, ſublata penitus
5 fuit per ſubſequentem † in qua Communitas Galleſij certiorata de dicta exceptione oppoſita à Malleanenſibus declarauit ſponte ratifi-
6 caſſe non metu, † cuius ſuſpicionem excludit etiam decretum Iudicis deſuper interpoſitum *Bart. in l. 1. ſub num. 4. C. pred. decur. lib. 10. Pariſ. conſ. 10. num. 53. lib. 1. Aym. conſ. 114. num. 2. & 3. Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 120. n. 25. Buratt. deciſ. 783. num. 12.*

Eoque magis excludit confirmatio Apoſtolica ter repetita cum inſertione tum primæ donationis, tum eius ratificationum, & reſpectiuè nouarum donationum, quæ inſertio
7 efficit † vt confirmatio dicatur ex certa ſcientia iuxta *gloſſ. in cap. paſtoralis §. præterea verb. ex certa ſcientia de offic. deleg. Roman. conſ. 327. num. 7. in fin. Gabr. conſ. 183. num. 13. lib. 2. Rot. deciſ. 192.*
8 *num. 3. part. 1. recent.* vnde nec dari poteſt † de defectu vel intentionis Papę *Caputaqu. dec. 217. par. 3. Rot. dec. 252. num. 7. par. 4. tom. 2. recent.* vel
9 ſubreptionis † de qua aliunde liquido non conſtat *Abb. in cap. 1. num. 8. verſ. aut confirmatio de confirmat. vtili vel inut. Bero. ibid. num. 32. verſ. prædicta tamen Dec. in cap. 2. n. 6. eod. tit. Rot. dec. 36. num. 13. & 14. par. 2. diuerſ.* vel alicuius ſolemni-
10 tatis, quia confirmatio huiuſmodi † munita clauſula *Supleutes*, ac derogatoria ampliſsima omnibus contrarijs ſubmouet omnem ſi qui adeſſet defectum, & quę valida ſunt approbat; quęque inualida viuificat ac roborat *Abb. conſ. 62. ſub num. 4. verſ. 2. principaliter part. 1. Dec. conſ. 341. num. 7. Seraph. deciſ. 1432. num. 1. Rot. dec. 157. num. 9. part. 6. deciſ. 222. num. 10. & ſeqq. par. 7. recent.*

Ideò non obſtat quod cõtractus non fuerit vtilis Communitati; cum enim Papa de illius qualitatibus, & conditionibus nec non exceptionibus aduerſariorum plenè certioratus bis atquè iterum confirmauerit in forma ſpecifica tanquam Communitati vtilem, & vltro Communitas iurauerit cõtractum eſſe vtiliſſimum omneſquè ſolemnitates ex reſcripto
11 Imperatoris requiſitas adhibuerit, † vtilitas præſumitur donec de contrario conſtet *Bald. in cap. 1. nu. 6. de his qui feud. dare poſſ. Alex. conſ. 79. ſub num. 6. verſ. fortificatur lib. 1. Pariſ. conſ. 24. n. 5. lib. 4. Menoch. conſ. 1. numer. 355. Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 17. num. 2. longè poſt med. verſ. aptius ſane defenditur. Maut. deciſ. 101. num. 3. Rot. deciſ. 625. ſub num. 5. par. 1. recent. deciſ. 277. num. 6. par. 5. & in Meleuitana Territorij 3. Decembris 1638. coram Eminentiſs. D. Cardinali Panzirolo.* Præſertim quia donata fuerunt iura ad Terras ſteriles, ac ab alijs poſſeſſas, pro quarum recuperatione vt experientia huius litis docuit ingẽs impenſa requiritur, & poſtquam fuerint recuperatę conuentum fuit quod Communitas donatrix poſsit illas ſi velit colere, vel ad paſcua animalium retinere reſpondendo ſolum donatarijs id quod ſolitum eſt in reliquo Territorio Terræ Galleſij, & cum prælatione omnibus alijs, quamuis meliorem conditionem
12 offerentibus, quæ omnia vtilitatem † redolent ſimul ponderata vt debet ad text. *in l. me-*

nius

xius §. fin. ff. fam. erciſc. l. ſi duorum ff. act. empt. gl. in l. 1. verb. parte pretij C. com diuid. Alciat. conſ. 110. num. 6. lib. 8. Surd. conſ. 217. num. 13. & 14. & deciſ. 155. num. 5. & ſeqq.

Tandem non obſtat quod vltimę ratificationi viginti homines Communitatis contra-
13 dixerint, & in actibus voluntarijs † qualis eſt iſte ſufficiat contradictio vnius *gloſſ. 1. in cap. cũ omnes in fin. de conſt. Innoc. in cap. humilis num. 3. in fin. de maior. & obed. Felin. in dicto cap. cum omnes num. 17. Bald. conſ. 85. col. 2. lib. 4. Grat. diſcept. 933. num. 5. Rota deciſ. 755. ſub num. 4. par. 2. recent.* quia
14 hoc nõ procedit quando actus voluntarius † eſt vtilis, cum non ſit in eo dare de irrationabilitate de qua docendum eſſet ab illis qui cõtradicunt, quãdo vt in caſu noſtro maior pars Communitatis cõſentit ne detur occaſio difficilius, & raro expediendi negotia vtilia Communitatis cũ fere ſemper adſit alicuius diſſenſus vt notabiliter declarat *Felin. in dicto cap. cum omnes ſub numer. 18. verſ. ſed concluderem quem ſequitur Grat. diſcept. 721. num. 17. & deciſ. Marchie 183. num. 21. Aym. conſ. 27. num. 8. Corn. conſ. 181. num. 31. lib. 2. Bald. conſ. 85. verſ. præterea emptio lib. 4. Lap. alleg. 85. num. 2. alleg. 131. num. 1. in fin. Vinc. de Franch. deciſ. 2. numer. 24. & ſeqq.* Cumquè Papa non obſtante dicta contradictione confirmauerit hoc ſufficit pro validitate contractus ex ſupra allegatis; nequè aliter iudicari poteſt ſtante decreto irritanti, & clauſula ſublata in confirmationibus Apoſtolicis
15 poſita, quæ claudit os parti, & Iudici non obtenta oris aperitione *Put. deciſ. 377. nu. 1. lib. 3. Caputaq. deciſ. 134 num. 4. par. 3. Rot. deciſ. 180. n. 1.*
16 *par. 2. recent.* ac tollit facultatem † aliter iudicandi *Pariſ. conſ. 38. num. 7. lib. 4. Gabr. conſ. 83. in fin. lib. 2. Seraph. deciſ. 1020. num. 1. Rot. deciſ. 337. num. 8. coram bon. mem. Buratto.*

Et ità deciſum informante tantum Illuſtriſsimo D. Carolo Emanuele Madrutio Epiſcopo, & Principe Tridentino citata tamen pluries, & expectata diu Communitate, & hominibus Malleani.

ROMANA SEV VELITERNA RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

Lunæ 25. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Nullitas ex defectu citationis vnius ex pluribus hæredibus influit etiam quoad alios citatos, ex quo intereſſe omnium hæredum eſt connexum. Inter locatorem, & conductorem ſi ſit initum pactum, quod in caſu moræ in ſoluendo affictum, & alia adimplendo, contractus locationis ſit ipſo Iure reſolutus, non eſt locus reſolutioni contractus, ceſſante mora ex parte conductoris, & ex quibus mora excludatur?

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non eſt deneganda ſtante iniuſtitia ſententia.*

2 *Hæredes ſi ſunt plures omnes ſunt citandi nec ſufficit citare aliquos, quia vnuſquiſque repreſentat perſonam defuncti pro rata pro qua eſt hæres.*

3 *Reſolutio contractus eſt indiuidua non ſecus ac ipſe contractus.*

4 *Nullitas ex defectu citationis vnius ex pluribus hæredibus influit etiam quoad citatos, quia omnium Ius, ac intereſſe eſt connexum.*

5 *Facultas capiendi poſſeſſionem propria authoritate alicui competens non ſuffragatur ſi Iudicem adit non pro obtinenda ſimplici aſſociatione familiæ, tunc enim tenetur ſeruare formam Iudicij, ac ſi facultas non adeſſet.*

6 *Pactum reſolutiuum inter locatorem, & conductorem in caſu non ſolutionis affictus locum non habet ſi nulla conſiderari poteſt mora ex parte cõductoris.*

7 *Promittens aliquid adimplere infra certum tempus puta per totum menſem Auguſti non poteſt ante dictum menſem conueniri ad faciendum, nec in mora conſtitui, etiamſi ſequatur interpellatio, & nu. 8.*

9 *Oratio quando eſt vnica, & tota diſpoſitio regitur ab vno verbo tunc dictum in vno cenſetur in alio repetitum.*

10 *Dictio*, Et *copulat qualitates expreſſas in eadem oratione.*

11 *Dictio*, Et *temporis qualitatem implicat.*

12 *Dictio* infra *adiecta tempori, comprehendit vltimam diem temporis.*

13 *Liber miniſtri ſeu depoſitarij capituli contra ipſum probat.*

14 *Solutio quando continet cauſam expreſſam ad aliam referri non poteſt.*

15 *Solutio cenſetur facta pro debito antiquiori.*

16 *Et debitum antiquius non conſideratur habito reſpectu ad diem celebrati contractus, ſed ad diem ſolutionis faciendæ.*

17 *Debitum dicitur grauius ſi illius occaſione imminet periculum reſolutionis contractus.*

18 *Solutio cenſetur facta potius pro debito maturato, quam maturando.*

19 *Appellatione feſti natiuitatis Domini venit prima dies feſtorum natalitium.*

20 *Copula*, &, *quandoque reſoluitur in diſiunctiuam*, Vel *quando ponitur inter duo incompatibilia.*

21 *Solutio promiſſa alternatiue tali vel tali die quanam die cedat?*

22 *In alternatiua ſummarum id quo eſt minus eſt in obligatione in alternatiua verò temporis id quod eſt maius.*

23 *Dictio* per *adiecta tempori continuationem totius temporis importat.*

24 *Tempus ſolutionis, quamuis veniat diebus antecedentibus termini, mora tamen non contrahitur niſi in vltima die.*

25 *Dies expreſſa in contractu diuerſimode reſpectu diuerſorum effectuum accipi poteſt.*

26 *Tempus in contractibus regulatur reſpectu effectum quos reſpicit.*

27 *Mora debitoris in ſoluendo quando agitur reſpectu reſolutionis contractus non incipit niſi elapſo integro termino dato ad ſoluendum.*

28 *Interpetratio qualibet ſumenda eſt ad excluſionem reſolutionis contractus.*

29 *Contractus perfectio quamadmodum eſt fauorabilis ità eſt odioſa illius reſolutio, niſi fiat ex ſuperuenienti nouo conſenſu vtriuſque contrahentis.*

DECI-

DECISIO CCLXII.

RESOLVTA ob inobſeruantiam pactorum locatione prius facta Arrigiis, Domini Canonici Sancti Petri Caſale Campi mortui locarunt die 18. Octobris 1644. Aloiſio Venturino, Diomedi Papio, & Carolo Oliuerio cum infraſcriptis conditionibus. Primò, quod conductores teneantur ſoluere pro annuo affictu ſcuta 11100. monetę in tribus ſolutionibus videlicet *in Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti, in feſto Paſchatis Reſurectionis eiuſdem, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis incipiendo primam ſolutionem in feſto Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti proximè venturi, & per 15. dies ante dictarum feſtiuitatum*.

Secundò, quod hæc locatio intelligatur facta cum omnibus pactis, capitulis, & obligationibus expreſſis in inſtrumento præcedentis locationis ſtipulatæ cum Arrigijs, in quo inſtrumento inter cetera habetur, quod in casū non adimplementi rerum promiſſarum ac etiam moræ in ſoluendo affictus ſuis debitis temporibus, vt ſupra infra ſex menſes poſtquam venerit tempus ſolutionis liceat Canonicis de facto, & propria authoritate diſponere de effectibus ſpectantibus ad conductores vti de re propria, neque per hoc intelligatur præiudicatum Canonicis quo minus poſſint declarare locationem nullam, & inualidam ac nullius roboris ac ſi facta non fuiſſet, & mora quamuis minima purgari non poſſit.

Tertiò, quoniam Arrigij primi conductores ex cauſa affictuum decurſorum, & non ſolutorum, & aliquarum expenſarum remanſerant debitores in ſumma ſcutorum 11559. circiter, neque extinſerant, vt debebant cenſum ſcutorum 5000. debitum Eminentiſsimo D. Cardinali Ceue, & ob id Canonicis competebat retentio omnium, & ſingulorum animalium, frumentorum, & effectuum ſpectantium ad Arrigios ceſſerunt DD. Canonici modernis conductoribus omnia iura ſibi ſuper prædictis competentia; & vice verſa conductores promiſerunt extinguere præfatum cenſum per totū menſem Auguſti proximè venturi, ac etiam ſoluere Canonicis dd. ſcuta 11559. circiter ab Arrigijs vt ſupra debita.

Hanc quoquè locationem prætendentes poſtmodum eſſe reſolutam, Canonici die 27. Martij 1645. & ſic non dum elapſis ſex menſibus idem Caſale locarunt Franciſco Antonio de Comitibus per publicum inſtrumentum, à quo tamen receſſerunt die 8. Aprilis: ſed die 19. Iunij ſubſequentis præuia citatione Aloiſij Venturini, Hieronymi Oliuerij, & Simonis Papij ad ſoluendum ſeu ſoluiſſe docendum pagas affictus decurſas, & non ſolutas obtinuerunt à Iudice decretum ac licentiam vendendi, & diſponendi de effectibus Caſalis, nouamquè locationem die 3. Iulij, fecerunt prædicto Franciſco Antonio de Comitibus.

A quo decreto, & omnibus inde ſecutis interpoſita appellatione per Venturinum, & litis conſortes Sanctiſſimus D. Noſter mandauit Eminentiſſimo D. Cardinali Cornelio, vt ſtuderet concordare partes, verum poſt ſeptem, & amplius menſes recurrentibus iterum conductoribus ad ſignaturam gratiæ, ac aſſerentibus tractatus concordię inutiliter promoueri cōmiſit præſente eodem D. Cardinali Cornelio, Eminentiſsimo D. Cardinali Archipreſbytero Sancti Petri quod deputet Auditorem Rotæ, qui procedat in cauſa reſtitutionis in integrum prout de iure. Deputatus autem fuit Reuerendiſsimus D. meus Decanus, qui de menſe Aprilis proximè præteriti ſubſcripſit dubium, an conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum reiectis exceptioibus Canonicorum inſtantium videri prius de meritis concordiæ, quam initam eſſe affirmabant, dumquè immineret dubij ſubſcripti diſputatio ſuperueniente neceſſaria abſentia Domini Decani, ego eius loco ſuffectus idem dubium hodie propoſui quod affirmatiuè fuit reſolu-
1 tum, quia reſtitutioni in integrum † eſt locus quando decretum ſeu ſententia eſt nulla, vel iniuſta, *Cæſ. de Craſſ. deciſ. 10. num. 11. de re iud. Seraph. deciſ. 251. num. 2. Caualer. deciſ. 164. num. 1. fel. record. Greg. XV. deciſ. 459. num. 1. & ſeqq.*

Eſt autem decretum de quo agitur nullum ex defectu citationis Euangeliſtæ alterius ex hæredibus Caroli Oliuerij principalis conductoris qui ſe quoquè citari debere dicto nomine proteſtatus fuerat cum non ſufficiat
2 citare aliquos ex pluribus hæredibus, † quia vnuſquiſquè repræſentat perſonam defuncti tātum pro rata qua eſt hæres, *l. cum à matre C. rei vindic. l. pro hæreditarijs C. hæred act. Iaſ. in l. 2. §. ex his num. 4. ff. verb. oblig. Cagnol. in l. hæredem eiuſdem num. 16. ff. reg. iur. Surd. deciſ. 224. num. 20.*
3 taliſquè defectus, quia reſolutio contractus † eſt indiuidua non ſecus ac ipſe contractus *Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur ſub num. 8. in octaua oppoſitione ff. verb. oblig. Iaſ. in l. Pomponius §. cum quis num. 12. ff. acq. poſſ. Surd. conſ. 13. nu. 19. Rimin. Iun. conſ. 613. num. 5. & 6. Pedroch. de interpetr. & reſolut. contr. conſ. vnico ſub numer. 335.* & omnium hæredum, & conductorum ius eſt
4 connexum † reddit decretum nullum etiam quo ad citatos iuxta theor. *Bald. in l. 1. num. 6. verſ. aut continet quid indiuiduum C. error. calc. quam ſequitur Gabr. conſ. 56. num. 17. lib. 1. Rot. deciſ. 396. num. 2. coram bon. mem. Cardinali Caualer. dec. 451. numer. 7. par. 2. recent. deciſ. 319. ſub num. 1. coram ſan. mem. Greg. XV. vbi Add. nu. 7. allegat concord.*

Nec releuat quod vigore ſpecialis pacti in inſtrumento locationis appoſiti, locatores poſſent propria authoritate, & abſquè Iudicis decreto declarare contractum reſolutum, & bonorum ad conductores ſpectantium poſſeſ-
5 ſionem apprehendere, † quia cum ea facultate vſi non fuerint, & Iudicem non pro obtinenda ſimplici aſſociatione familiæ, aut cū aliqua præſeruatiua adiuerint, tenebantur ſeruare formam Iudicij ac ſi dictum pactum non adeſſet *Bald. in l. 2. num. 34. C. ſer. & aqua Aret. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas nu. 13. verſ. 1. niſi ciuiliter ff. acq. poſſ. Rip. in l. de pupillo §. meminiſſe num. 7. ff. nou. oper. nunc. Alex. conſ. 120.*

*num.12.lib.4.Ruin.conſ.127.num.12.lib.5.Gabr.de
etat. concluſ.prima nu.223.Pacif.de Salu.inſpect.3.
cap.4.n.717.& ſeqq.Rot. coram ſan.mem.Greg.XV.
deciſ.105. num. 13. & in Romana damnorum 24.
Febr. 1612. coram bon. mem. Vbaldo Seniori .*

Eſt etiam decretum iniuſtum, quia condu-
6 ctores non fuerunt in mora ſoluendi † ſine
qua ad licentiam vendendi ſeu contractus
reſolutionem procedi non potuit *Bart. in l. 3.
num.17.C.pignor.Salyc ibid.nu.28. Surd. conſ.221.
numer.8. Neguz.de pignor.4.par.princ.num.16.Rot.
deciſ.577.num.1.in fin.par.2 recent.deciſ.617.nu.3.
coram bon. mem. Buratt.* Aut enim adducitur
mora in extinguendo cẽſum ſcutorum 5000.
& ſicuti, quia extinctio promiſſa fuerat per
7 totum menſem Auguſti † conductores non
poterant de menſe Iunij præcedentis ad id cõ-
ueniri *l. cum qui 41.§.1. & l. ſeqq.ff. verb.oblig.l.
cedere diem ff.verb.ſignif. Ant.Faber in l. ſi ſocij 28.
8 col.2.ff.pro ſocio*; ità nec per interpellationem †
in mora conſtitui *l. lecta §.ſed cũ ſortis ff.ſi cert.
pet. l. ſi ſticus certo die vbi gloſſ.verb. non tenetur l.
cum filius familias §.fin. & vtrobiquè Doct.ff.verb.
oblig. Pariſ. conſ.34. num.26.lib.1.Pappon.conſ.33.
nu.5.Capic.Latro dec.45.nu.8.Larrea dec.Gran.15.
numero 6.*

Et ob eamdem rationem excluditur mora
in ſoluendo ſcuta 11559. debita originaliter
ab Arrigiis, & per modernos conductores ac-
collata, quia cum accollatio, & promiſſio
illa ſoluendi regatur ab eodem verbo, à quo
regitur promiſſio extinguendi cenſum, ibi,
*promettono eſtinguerlo per tutto il meſe d' Agoſto
1645. è pagar li frutti, & anco pagare à dd. Signori
9 Canonici li ſudetti ſcuti* 11559. recipit† eamdem
dilationem extinctioni cenſus conceſſam ad
*tex. in l. nam hoc iure ff. vulg. & pupill. ac tradita
per Bart. in l. in repetendis 01. col.2. in princ.verſ.
ſed ſi adycitur ff. legat. 3. & in l. prætor §. eritque
differentia numer.2. verſ. quandoque il 2. ff. vi bon.
rapt. Surd. deciſ.88. num.23. & ſeqq.Rot.deciſ.33.
num.6. & ſeqq.par.7.recent.* ponderando præſer-
10 tim dictionem, *Et* quæ copulat † vtramque
promiſſionem, ac qualitates primæ repetit in
ſequenti *l. Seia §. Caio vbi Bart. ff. fund. inſtr.
Alex. conſ.100.num.2.lib.4.Giurb. ad conſuet.Meſ-
ſanæ cap.10.gloſſ.5.par.1.num.4.* vbi ait quod co-
11 pula, *Et* † temporis qualitatem implicat *Grat.
diſcept.147. num.16.Rot. d. deciſ.33.num.9.part.7.
recent.* Præter quod ſuper neutra ex dd. pro-
miſſionibus cadit pactum reſolutiuum, & ci-
tatio, ſub qua emanauit decretum loquitur
ſolum de ſolutione pagarum decurſarum af-
fictus.

Aut allegatur mora in ſoluendo pagas de-
curſas affictus, & aduertendum eſt duas tan-
tum pagas fuiſſe decurſas nempè Natiuitatis,
& Paſchatis Reſurrectionis Domini Noſtri Ie-
ſu Chriſti; de ſecunda non eſt agendum, quia
pactum reſolutiuum, & facultas diſponendi
de effectibus conductorum collata eſt poſt ſex
menſes à die maturatæ ſolutionis, ibi, *frà ſei
meſi dopò ſarà venuto il pagamento*, quod verbum
12 *frà* comprehendit vltimam diem † ſex men-
ſium *l. prima §. quod dicimus ff. ſucceſſ.edict. Bart.
in l.prima §.cum Vrbem nu.12. ff.offic. Præfect.Vrb.
Alciat.in l. ſi quis ſic dixerit nu.245.ff. verb. ſignif.
Pariſ.de reſſign.lib.12.quæſt.8.nu.25. Corn.conſ.53.
num.5.verſ. item poſſeſſio lib.2.* de tempore verò
decreti vix duo menſes elapſi fuerant.

Primæ autem decretum inniti non poteſt,
quia infra ſex menſes nempe de menſe Apri-
lis, & per totum menſem Maij conductores
ſoluerant Canonicis ſcut. 6769. & ſic longè
vltra ſummã primæ paghę vt conſtat ex libro
13 depoſitarij Canonicorum qui contra ipſos †
probat *Bald.in rubr. C. de fid. inſt. num.6.verſ.ſed
hic quæro Pariſ. conſ.47. numer.4. lib.1.Menoch.de
arbitr.caſ.92.num.8.Rot.deciſ.539.num.2.& 3. co-
ram bon.mem.Buratt.deciſ.205.numer.1. deciſ.641.
num.6. par.1.recent.* & ſolutiones quia habent
14 in ventre cauſam expreſſam † affictus, ibi,
à conto del fitto di Campo morto, ad aliam referri
non poſſunt *l.1.ff.ſolut.Roman.conſ.94. ſub nu.2.
Aym.conſ.158.num.13.Decian.conſ.60. numer.24.
lib.2. Muta deciſ.42. num. 6.* ceduntquè in ſatiſ-
15 factionem primæ paghæ † quia eſt debitum
antiquius *l.in his in princ. l.cum ex plurib. ff.ſolut.
Menoch. præſump.136.num.10. & ſeqq.lib.3.Surd.
16 deciſ. 186. num. 5.* ſumendo antiquitatem †
non à die celebrati contractus ſed ſolutionis
faciendæ vt debet *Bart.in d.l.cum ex pluribus ſub
nu.2.verſ.intelligo cauſam antiquiorem Imol. in l.1.
ſub num.5.circa fin.ff.eod.Menoch.conſ.121.nu.56.*
ac etiam quia eſt grauius cum illius occaſio-
nè potius quam ſecundæ immineret pericu-
17 lum † reſolutionis contractus vt per *Bart. in
l.1.num.3.ff.ſolut.Dec. in l.ſi in duabus* 105. *ff. reg.
Iur.Grat.diſcept.224.num.2. & 93.* quod facilius
procedit quo ad ſummam ſcutorum 5200.
quæ apparet ſoluta die 10. Aprilis antequam
ſecunda paga maturaret, quia ſolutio cenſe-
18 tur facta† pro debito maturato potius quam
maturando *dicta l. ſi ex pluribus §. vlt. ff. ſolut.
Menoch.dict.conſ.121.num.48.Grat. d. diſcept.224.
num.26.Surd.deciſ.186.num.7.* & dicta ſumma
ſcutorum 5200. excedit quantitatem debitã
pro prima paga.

Tum etiam quia de tempore emanati de-
creti, nempe die 19. Iunij nec reſpectu primæ
paghæ decurſi erant ſex menſes; poſt quorum
dumtaxat lapſum poterat eſſe locus pacto re-
ſolutiuo, calculando illorum initium ab ipſa
die feſtiuitatis Natiuitatis vt debet: nam par-
tes conuenerunt quod prima ſolutio incipiat
in feſto Natiuitatis, ibi, *incipiendo primã ſolu-
19 tionem in feſto Natiuitatis* cuius appellatione †
venit præciſè prima dies feſtorum Natalitium
hoc eſt dies 25. Decembris *cap. nocte ſancta de
Conſecr. diſtin.1. Suarez.de Relig.tom.1.lib.2.cap.5.
num. 6. & 7. & cap. 9. ſub num.12.Rot.deciſ.515.
num.6. & ſeqq. par.5. recent.* Et licet ſtatim ſub-
datur, *& per 15. dies ante*, quia tamen incom-
patibile eſt quod reſpectu eiuſdem effectus ſo-
lutio incipiat ipſo die feſto Natalis, & die 15.
antecedenti, ad euitandam repugnantiam di-
20 cendum eſt aut copulam illam, *Et*, reſolui †
in disiunctiuam, *vel*, vt ſolet quando ponitur
inter duo incompatibilia *l. ſi Titio fundus ff.
vſufr.leg.Bart.in l.ſi is qui 200. §. vtrum numer.5.
ff. reb.dub.Alb.conſ.526.ſub nu.6.verſ.adeò Ciriac
in dec. impreſſ.poſt contr.174.num.2.Barboſ.dict.03.*

ſub

*ſub num.*27. ac ſi dictum fuiſſet ſolutionem in-
cipere debere die 25. Decembris vel 15. die
21 antecedenti, † quo caſu perinde eſt ac ſi pro-
miſſa fuiſſet ſolutio die 25. Decembris, vt pro-
bat *tex. in l. ſi ita ſtipulatus* 12. ibi ſi quinque Ka-
lendis Ianuarij vel Februarij dare ſpondes per
inde eſt quaſi Kalendis Februarij ſtipulatus
ſim *ff. verb. oblig. vbi Io. de Imola* notat quod in
22 alternatiua ſummarum † id quod eſt minus
eſt in obligatione in alternatiua vero tem-
poris id quod eſt maius, quia illud tale maius
in effectu cenſetur minus Zaſius *ibid. num.* 2.
*& 3. Alciat. num. 2. & 5. Gomeſ. var. reſol. tom. 2.
cap. 11. num. 39. verſ. vel ſoluere Barboſ. in cap. in
alternatiuis 70. ſub num. 25. de reg. iur. in 6. Caldas
de nominat. Emphit. quæſt. 10. ſub numer. 80. verſ.
vbi idem Caſſad. Mantic. de tacit. lib. 14. titul. 39.
num. 13.*

Aut ea verba *per 15. dies ante* importare to-
23 tius † temporis 15. dierum continuationem,
quam ſignificat dictio *per* adiecta tempori, *l.
Vrbana 166. §. pernoctare ff. verb. ſignif. Caſtr. in l.
Stichus num. 2. & 3. ff. condit. indeb. Rebuff. in con-
cor. rub. de collat. §. 1. verſ. per decennium fol. mihi
24. Lapus alleg. 46. ſub num. 3. Barboſ. dict. 250. n. 2.*
ideoque contrahentes voluiſſe præfigere ſo-
lutioni integrum terminum 15. dierum, ita
vt primo illius die incipiat ſolutio ad effectũ
petitionis ideſt vt debitor poſſit conueniri,
vltima vero die ideſt die feſto Natiuitatis in-
cipiat ſolutio ad effectum moræ vt ſcilicet ex
ea die debitor conſtituatur in mora ſoluendi,
& ſumat initium ſemeſtre, poſt quod colla-
tum eſt pactum reſolutiuum vt bene a.: pro-
poſitum *Alciat. in l. qui ante 13. n. 2. ff. verb. oblig.*
vbi quod & ſi ſolutionis tempus veniat die-
24 bus antecedẽtibus tei mini, † mora tamẽ nõ
contrahitur niſi in vltima die, nec eſt nouum
25 quod dies expreſſa in contractu † diuerſimo-
de reſpectu diuerſorum effectuum accipiatur,
vt notat *Ant. Faber. in l. ſi mandato titul. 59. §. ille
col. 1. in fin. & col. 2. ff. mand.* cum tempus in con-
26 tractibus † ſemper reguletur reſpectu effe-
ctuum quos reſpiciunt *l. ſi ita ſtipulatus 14. ff.
verb. oblig. Larrea alleg. 80. ſub n. 14.*

27 Adeo quod mora debitoris † reſpectu re-
ſolutionis contractus non incipiat niſi elapſo
integro termino 15. dierum ac tota die feſti-
uitatis ad *text. in l. qui hoc anno & ibi Odofr. verſ.
aut promittis mihi dare ff. verb. oblig. l. 3. l. ſi quis hac
lege §. iudicium ff. oper. liber. Duaren. in d. l. qui ante
verſ. & conſuetudo,* vbi verba ante diem 10. Ka-
lendarum declarat poſt 10. Kalendarum *Pi-
card. in §. penult. n. 1. inſt. de inutil. ſtipul. Connan. co-
ment. Iuris ciuil. lib. 4. cap. 8. col. 6. infra med. Ant.
Faber. de err. pragmat. decad. 16. err. 4. ſub num. 6.
verſ. ſiquidem. & in l. ſi creditor 37. §. nihil intereſt
col. 2. in princ. ff. pecul.* quæ interpretatio etiam
28 ſi † verba eſſent dubia accipienda eſſet ad ex-
cluſionem reſolutionis contractus, quia quẽ-
admodum eſt fauorabilis illius perfectio, ita
29 odioſa † reſolutio niſi fiat ex ſuperuenienti
nouo conſenſu vtriuſque contrahentis, *Ant.
Faber. in l. ſi res ita col. 2. verſ. ſunt autem ff. contrah.
empt. Menoch. conſ. 58. num. 46. verſ. ſi quidem in du-
bio Franc. Ant. Coſta conſ. 56. num. 51. Mantic. de
tacit. lib. 2. tit. 4. num. 20. verſ. ſexto declaratur Rot.
coram Reuerendiſſ. Vrgellen. dec. 379. n. 8.*

Et ita deciſum informantibus ſolum con-
ductoribus, altera tamen parte citata pluries
& petente reſolutionem dubij propoſiti dif-
ferri ad Kalendas.

ROMANA DOMORVM.

Lunæ 25. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Fructus debentur à die motæ litis etiam in Iu-
dicio ſpolij, quando ſpolium non eſt violen-
tum aut attentatum, & petuntur vt acceſſo-
rij ad rem petitã ratione moræ vel malæ fidei,
quæ etiam perempta inſtantia non ceſſat ad
effectum vt poſſeſſor fructus à die motæ litis
reſtituere teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Lis à die reproductionis monitorij introducta dici-
tur.*

2 *Fructus debentur à die motæ litis etiam in iudicio
ſpolij, quando ſpolium non eſt violentum, aut at-
tentatum, & fructus veniunt acceſſoriè ad rem
petitam.*

3 *Et debentur ratione moræ & malæ fidei, quæ per
litis conteſtationem inducta dicitur.*

4 *Fructus quando petuntur non vt acceſſorij, ſed prin-
cipaliter & independenter, quia veniunt ratione do-
minij, tunc attenditur ma'a fides etiam ante motam
litem contracta.*

5 *Spolium dici nequit violentũ aut attentatum ſi pro-
uenit ex decreto Iudicis, nec fuit commiſſum cum
vi expulſiua, & præſentia Iudicis, aut ſatelli-
tum.*

6 *Mala fides per litis conteſtationem inducta ceſſat per
negligentiam actoris in proſequendo ad effectum vt
reus fructus exinde perceptos faciat ſuos, quia ve-
riſimiliter credere potuit actorem neglexiſſe litem
proſequi, eo quod de iuribus ſuis diffideret. Con-
trarium num. 15. & ſeqq.*

7 *Inſtantia de Iure Canonico eſt perpetua.*

8 *Præſcriptio ſemel interrupta non reintegratur per
negligentiam actoris in proſequendo litem, &
quare?*

9 *Fructuum acquiſitio cui mala fides obſtabat per li-
tem motam, ea ceſſante per negligentiam actoris re-
uiuiſcit remoto obſtaculo malæ fidei.*

10 *Amplia concluſionem procedere quamuis actor ceſſa-
uerit per triennium à lite poſtquam intentionem
ſuam probauerat, & num. 11. vbi quod poſſeſſor
non dicitur in mala fide, niſi tempore ſecundæ litis,
quæ proſequibilis eſt.*

12 *Item amplia procedere quamuis prioris litis inſtan-
tia fuerit per reſtitutionem in integrum à Principe
reſtaurata Contra num. 17. & ſeqq.*

13 *Inſtantia ſemel perempta per reſtitutionem in inte-
grum non reſurgit, ſed noua producitur.*

14 *Mala fides ſemel inducta per litis conteſtationẽ nul-
latenus ceſſat etiam perempta inſtantia; itaut poſ-*

ſeſſor teneatur ad fructus à die motæ litis perceptos & redditur ratio n.15.

Mala fides de Iure Canonico non purgatur ſolo temporis curſu ibid.num.15.

16 Deciſio in Ciuitatis Caſtelli Supplementi legitimæ 22.Iunij 1640. coram Merlino, *declaratur, quo caſu procedat?*

17 *Fructus veniunt à die primi Iudicij, quando actor qui illud proſequi neglexit fuit deinde iuſtis de cauſis in integrum reſtitutus.*

18 *Reſtitutio in integrum primam litem reuiuiſcit, ac omnia in priſtinum ſtatum reponit.*

19 *Amplia quamuis reſtitutio in integrum ſit commiſſa prout de iure.*

20 *De natura reſtitutionis in integrum eſt, vt res cum fructibus perceptis reſtituatur.*

21 *Commiſſio reſtitutionis in integrum nouam inſtantiam inducit.*

22 *Declara hoc procedere ad effectum competentiæ Iudicis, ſecus eſt ad effectum reſtitutionis fructuum, ratio diuerſitatis eſt quia perempta inſtantia pereunt acta cauſæ, quæ tendunt ad litis ordinationem ſed non perit Ius partis.*

23 *Mala fides per litis conteſtationem inducta durat in omnibus inſtantijs cum cauſa ſit eadem, licet inſtantia ſit diuerſa.*

24 *Cauſa in gradu reſtitutionis in integrum eſt eadem non diuerſa.*

DECISIO CCLXIII.

AQVO tempore debeantur fructus domorum dubitaui hodie, & reſponſum fuit à die 18. Maij 1622. qua Ferrus monitorium ſuper reintegratione contra aduerſarios
1 executum reproduxit, nam ex tunc † dicitur lis mota *clem.fin.vt lit.penden.Cancer. var.reſolut. tom.3.cap.16.num.110.Guid.Pap. dec.337. num.6.*
2 & fructus debentur à die motę litis † etiam in iudicio ſpolij, quando ſpolium non eſt violentum aut attentatum & fructus veniunt acceſſoriè ad rem petitam *Natt.conſ.14. num.14. & ſeqq. Ciriac.controu.500.nu.10.Grat.diſcep.206. num.14.Theſau.dec.29.num.8.Coccin.dec.439.n.1. Caualer.dec.586.num.4.Buratt.dec.714. num.9. & 10. Rot.dec.740. nu.3.* vbi quod Rota perpetuo amplexa eſt hanc opinionem *par.4.to.3. recent. dec.187.num.17. par.7.* & fuit dictum in *Mediolanen. Fructuum 26.Maij 1589.coram bo.me.Platto impreſſ.apud Marcheſ.de commiſſ.par.2.fol.206.n.1. & in Elnen. Hæreditatis 8.Decembris 1619. coram bo.me.Pirouano.*

Ratio eſt quia vbi condemnatio ad fructus venit acceſſoriè, illi debentur officio Iudicis mercennario deſeruiente actioni intentatę ra-
3 tione moræ, & malæ fidei † quæ per contextationem litis inducta fuit, *Grat. d.diſcep.206. num.14.Canc.d.cap.16.ſub num.111.verſ.mihi Rot. dec.281.nu.1.& 2.par.7.rec.* licet ſecus ſit quando fructus petuntur principaliter & indepen-
4 denter, † quia tunc veniunt ratione dominij & attenditur etiam mala fides ante litem motam contracta, vt diſtinguendo benè declarat *Rota in d.Mediolanen Fructuum coram Platto nu.1. & 2.d.dec.281.num.4.& ſeqq.dec.3.num.6.& ſeqq. par.7.recent.& in Mediolanen.Penſionis 31.Ianuarij 1646.coram me.*

Nos autem verſamur in ſpolio nō violen-
5 to nec attentato † cum proueniat ex decreto Iudicis, neque fuerit commiſſum cum vi expulſiua & præſentia Iudicis & ſatellitum iuxta theoricam quam tradit *Bald.in l.ſi quis in tãtam nu.2.& 3.Cod.unde vi Bolognett.in l.iuſte poſſidet num.89.in fin.ff.acq.poſſ.Rot.dec.718.n.3. par.1. diuerſ.dec.740.num.6.par.4.tom.3.recent.& in Romana Siluæ ſeu crediti dotalis 21.Iunij 1630.coram Eminentiſſ.D. Card. Hieronymo Veroſpio cum alijs allegatis per Adden.ad Buratt.dec.731.n.9.*

Sed quoniam lis vt ſupra mota de anno 1622. ſiluit per nouem & amplius annos vſq; ad annum 1639.quo cauſa fuit commiſſa in Rota, videtur dicendum quod ſaltem ex die qua actor negligens fuit in proſequēdo litem
6 ceſſauerit effectus malæ fidei † per contextationem litis inductę ad effectum vt reus conuentus fecerit ſuos fructus deinde perceptos & conſumptos vſque ad commiſſionem cauſæ in Rota, quia iuſtè & probabiliter exiſtimare potuit actorem neglexiſſe tanto tempore litem proſequi, & quod de iuribus ſuis diffideret, vt in puncto *Facchin.*recedendo à contraria opinione quam firmauerat, *lib.1. contr. cap.60.tradit controner.lib.12.cap.73.per totum* vbi reſpondet omnibus contrarijs & in *verſ. itaque* loquitur in terminis Iuris Canonici, quo in-
7 ſtantia † eſt perpetua, & diſtinguit inter præſcriptionem & fructuum acquiſitionem, illa
8 ſiquidem ſemel interrupta † non reintegratur per negligentiam actoris in proſequendo litem non propter continuationem malæ fidei, ſed quia interruptio ſemel facta per litis conteſtationem in maius tempus actionem perpetuauit *iuxt.text.in l.1.C.præſcr.long.temp.& notat Salyc.in l.2.nu.8.in fin. Cod.fruct. & lit.expenſ.*
9 ac fructuum acquiſitio, † cui ſolum reſiſtebat mala fides à lite mota reſultans per triennalem actoris negligentiam in proſequendo tamquam remoto obſtaculo malę fidei & litis reuiuiſcit vt originaliter voluit *gloſſ. prima in fin.in d.l.2.Cod.fruct.& lit.expenſ.*quam ſingulariter notandam dicit *Salyc.ibid. nu.6.§verſ.quæro Bald.in cap.grauis. num.13.de reſtit. ſpoliat.* & ſequuntur longa ſerie congeſti per *Tiraquell. de retract.lignag.§.15.gloſſ.2.num.17.& 18.* vbi am-
10 pliat quamuis actor † ceſſauerit per triēnium à lite poſt quam intentionem ſuam probauerat, *Peregr.de fideic.art.49.nu.129. Nicolaus Valla tract.de reb.dub.tit. perempta inſtantia ſub numer.6. verſ.quamuis inter tract.diuerſ.to.18.fol.338. Theſau.deciſ.29.num.12. Facchin.in loc. ſupra alleg. ſequuta eſt, Rota in Ciuitatis Caſtelli Supplementi legitimæ 22.Iunij 1640. coram bon.me.Merlino §. nec lis*, vbi quod poſſeſſor non dicitur malæ fidei
11 niſi in tempore ſecundæ litis, nec ad tempus primæ litis retrotrahitur ſecunda, quia ſecūda ſolum eſt proſequibilis, vt bene docet *Bald. in d.l.2.ſub num.6.verſ.pone quod Cod. fruct. & lit. expen.*

Et hæc procedere quamuis prioris litis in-
12 ſtantia † reſtaurata fuerit per reſtitutionem in integrum à Principe gratioſè conceſſam voluiſſe

luiſſe *Rouit.in pragmat. de inſtantia cauſa non reſtituenda num.17.refert Capic.Latro dec.65. num. 19. ac tradit Tiraquell.de retract.lignag. d.§.15.gloſſ.2.*
13 *num.*19.fortè quia per† huiuſmodi reſtitutionem non reſurgit inſtantia ſemel perempta, ſed noua producitur. *Vinc.de Ann.ſingul.*129. *Franc.Ant.Coſt.conſ.*93.*num.*36. *Paſcal.de patr.poteſt.par.*1.*cap.*8.*num.*18. *Carolus de Graſſ. de effect. clericat.effect.primo nu.*1241. *alijque allegati à Moder.Hiſpano tract.de Iudic.&foro compet.lib.*1.*diſp.*2.*num.*341.*in fin.*

Cæterum quicquid ſit de opinione Facchinei cum contrariam,quod nempe etiam per-
14 empta inſtantia † non ceſſet mala fides & per conſequens poſſeſſor fructus à die motę litis perceptos reſtituere teneatur ſecutus fuerit, *Bart.in d.l.2.col.2.num.4. Cod. fruct.& lit.expenſ. Menoch.de recuper.remed.15.ſub nu.597.verſ.quod verum Anton.Faber.in Cod.lib.3.tit.8.diffin.2.* ea ratione quia cum citatio & litis conteſtatio
15 ſint † facti non poſſunt haberi pro infectis & mala fides de Iure Canonico non purgatur temporis curſu *Anton.Capic.deciſ.*11.*num.*4.*Riccius in collect.dec.*2049.*Capic.Latro dec.*65.*nu.*21. & 22. vbi quod hanc opinionem approbauit, Sacrum Conſilium, & ad *deciſionem Rota in d. Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitima coram bo.me.*
16 *Merlino* † reſponderi poteſt quod loquitur in caſu longè diuerſo,quia ibi in prima lite emanauerat ſententia fauorabilis poſſeſſori,& poſt quindecim annos noua lis ex integro introducta fuerat.

Sanè contra poſſeſſorem reſpondendum omnino eſt,quādo vt in caſu noſtro actor qui
17 litem proſequi neglexerat † obtinuit deinde ex iuſtis cauſis reſtitutionem in integrum, vt in puncto *Seraphin. dec.*1245.*num.*3.*& ſeqq.* vbi quod tunc veniunt fructus à die primi Iudicij ex ſententia *Abb. in cap. ad noſtram num.*4. *de reb.Eccleſ.non alien.Ruin.conſil.*26. *num.*23. & 34. *lib.*3.*Odd.de reſt.in integ.quaeſt.*45.*ſub num.*20.*verſ. contrarium & num.*21. quia nimirum per reſtitutionē huiuſmodi reuiuiſcit prima lis *Capic. Latro dec.*68.*ſub n.*28.*Seraph.dec.*945.*num.*3. *Rot. deciſ.*135.*num.*6.*part.*4.*tom.*2.*recent.* & *Valenzuel. conſ.*44.*num.*34. *Seſſe dec.*97.*num.*10. & omnia
18 in† priſtinum ſtatum reponunt, *l.quod ſi maior §.reſtitutio ff.de minor.gloſſ.in cap.auditis verb.reliquam de reſtit. in integr.* etiam ſi reſtitutio com-
19 miſſa † ſit pro vt de iure, *Rot.in Placentina Parochialis de Malpartida prima Iulij* 1602.*coram bo.me.Litta impreſſa apud Marcheſ. de commiſſ. par.*3. *fol.*24. *ſub num.*2. & eſt de natura reſtitutionis
20 in integrum vt res † cum fructibus perceptis reſtituatur, vt in terminis reſtitutionis cōceſſæ maiori eſt *text.in l.nec.non* 28. §. *fin.ff. ex quib. cauſ. maior. reſtit. & pluribus comprobat Odd. dicta quaeſt.*45.*num.*13.*Cancer.var.reſol.tom.*2.*cap.*1. *numer.*287. Nec vrget quod commiſſio reſtitu-
21 tionis in integrum † inducat nouam inſtantiam, quia licet hoc ſit momenti ad effectum
22 cōpetentiæ Iudicis † de quo loquuntur *Vinc. de Ann.& alij allegati* in obiecto,ſecus eſt ad effectum reſtitutionis fructuum perceptorum, & ratio diuerſitatis eſt quia perempta inſtantia pereunt acta cauſæ,quę tendunt ad litis ordinationem; ſed non perit Ius partis *Io.Franc. à Ponte conſ.*142.*num.*1.*lib.*2.*Ant. Franc. Coſt.conſil.*93. *num.*34. & ſufficit quod lis ſemel mota continuetur, quia in omnibus inſtantijs durat
23 mala fides ſemel contracta † cum cauſa ſit eadem licet inſtātia ſit diuerſa,& effectus primæ conteſtationis litis porrigatur ad omnes vlteriores inſtantias in eadē cauſa *Cancer. var. reſol.to.*3.*cap.*16.*nu.*61.*& ſeqq.poſt Gaill. obſer.*76. *num.*6.*lib.*1.*Rot.deciſ.*1.*num.*1.*& ibi add. num.*4.*de lit.conteſt.in nou. Thomar.deciſ.*10.*ſub num.* 15. &
24 quod cauſa in gradu reſtitutionis † in integrum ſit eadem ait *Caſſad.dec.*2.*ſub num.*2.*verſ. & non dicitur de procur.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

FESVLANA BENEFICII

Mercur. 27. *Iunij* 1646.

ARGVMENTVM.

Donatio Iuriſpatronatus tacitè cenſetur ab Ordinario confirmata, ſi præſentatum à donatario inſtituit, quod ſufficit. Conſenſus Ordinarij etiam ex interuallo ſuffragatur quando alteri medio tempore non fuit ius quæſitum Pertinentia Iuriſpatronatus ad donantem probanda non eſt ſi tempore donationis reperitur in quaſi poſſeſſione præſentandi,præſertim ſi non agitur in concurſu prouiſi Apoſtolici tanquam de reſeruato, alias enim circumſcripta quaſi poſſeſſione præſentandi neceſſaria omnino eſt probatio pertinentiæ. Pręſentatio facta ab vno ex pluribus patronis nō præſentantibus ſubſtinetur,ac ſi ab omnibus eſſet facta,quia Iuſpatronatus reſidet penes quemcumque patronum inſolidum.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio debita eſt præſentato concurrentibus requiſitis ad eam obtinendam.*

2 *Vacatio beneficij probatur ex confeſſione aduerſarij venientis ex eadem vacatione.*

3 *Exiſtentia Iuriſpatronatus probatur ex confeſſione aduerſarij ac in eius præiudicium,quando non agitur de canonizatione Iuriſpatronatus contra libertatem Eccleſiæ.*

4 *Conſenſus Ordinarij in donatione Iuriſpatronatus tacitè præſtitus cenſetur, ſi præſentatum à donatario inſtituit quod ſufficit.*

5 *Conſenſus Ordinarij in donatione Iuriſpatronatus poteſt quandocumque accedere, quando medio tempore non fuit alteri Ius quæſitum, ſecus eſt in caſu contrario, num.*6.

7 *Quaſi poſſeſſio præſentandi probatur ex pluribus præſentationibus effectuatis.*

8 *Pertinentia Iuriſpatronatus ad donantem probanda non eſt, ſi conſtat de illius quaſi poſſeſſione præſentandi tempore donationis Iuriſpatronatus, alioquin neceſſaria eſt illius probatio, & n.* 9.

10 *Donatio Iuriſpatronatus probari debet effectuata.*

11 *Et probatur effectuata ſi beneficium vacat per obi-*
tum præſentati à donatario.
12 *Donatio Iuriſpatronatus facta pluribus ſi probatur*
effectuata quoad vnum ex donatarijs, talis effectua-
tio ſuffragatur omnibus condonatarijs.
13 *Inſtitutio debita eſt præſentato habẽti maiorem par-*
tem vocum.
14 *Præſentatio facta ab vno tantum ex patronis non*
præſentantibus ſufficit vt facta dicatur ab omnibus
eo quod Iuſpatronatus reſidet penes quemcumque
patronum inſolidum.
15 *Ius præſentandi alicui reſeruatum eius vita durante*
tanquam perſonale morte expirat.
16 *Iura quæ non ſunt tranſmiſſibilia ad hæredes ceſſibi-*
lia non ſunt.
17 *Habilitas ad beneficium obtinendum probatur ex*
ſubſecuta inſtitutione Ordinarij, nam alias Ordi-
narius non inſtituiſſet.
18 *Qualitates requiſitæ à fundatore ſi vni tantum cõ-*
ueniunt, is vocatus cenſetur & habetur pro præ-
ſentato, cum illum patronus præſentare tenea-
tur?

DECISIO CCLXIV.

AD beneficium ſimplex, ſeu Oratorium ſub inuocatione Sanctorum Stephani, & Margheritæ vacans per obitum Philippi de Lutis, præſentauit Horatius Bartholomæũ de Lutis, Antonius verò de Foſſis ſupplicauit Ordinario vt ſibi beneficium cõferret & quatenus collationi huiuſmodi locus non eſſet præſentauit eumdem Barthelomæum, dummodo ad præſentantis fauorem conſentiret penſioni ſcutorum 60. moneræ Florentinæ. Liteque deſuper inter vtrumque conteſtata Vicarius generalis Ordinarij Feſulani tulit ſententiam fauorabilem Bartholomęo, quam in gradu appellationis Vicarius generalis Florentinus confirmauit. Tandem delata tertia inſtantia ad Rotam coram me dubitaui, quis eſſet inſtituendus? & Domini dixerunt eſſe inſtituendum Bartholomæum.

Probauit enim vacationem beneficij, exi-
ſtentiam Iuriſpatronatus, eiuſque pertinen-
tiam ad Horatium, qui ipſum præſentauit ac
1 ſuam habilitatem quæ ſunt requiſita † neceſ-
ſaria ad obtinendam inſtitutionem, *cap. decer-*
nimus cap. Monaſterium 16. quæſt. 7. cap. cum Bertol-
dus de re iudic. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 3.
num. 79. Rota dec. 337. num. 1. par. 2. recent. dec. 152.
num. 1. par. 5.

Vacationem ex confeſſione ipſiuſmet ad-
2 uerſarij † reſultante ex eo quod beneficium
petit tanquam vacans *Mant. deciſ. 132. num. 1.*
Buratt. dec. 255. num. 10. Cocc. dec. 145. num. 1. Reue-
uerendiſſ. Vrgellen. dec. 234. n. 2.

Exiſtentiam Iuriſpatronatus fatetur etiam
3 aduerſarius † cumque non agatur de canoni-
zatione Iuriſpatronatus contra libertatem Ec-
cleſiæ, confeſſio illud probat in præiudicium
confitentis, *Mant. dec. 318. num. 13. Rot. in recent.*
dec. 697. num. 2. par. 1. dec. 274. num. 1. dec. 738. nu. 2.
par. 2. dec. 172. num. 1. par. 3. dec. 221. n. 2. par. 7.

Pertinentiam, quia ex publicis inſtrumen-
tis cõſtat quod de anno 1594. Iacobus & Do-
minicus de Baldinis, huius beneficij patroni
pro duabus tertijs partibus donarũt Iuſpatro-
natus Ioanni Franciſco de Caſſiolis eorum ex
ſorore germana nepoti pro ſe ac hæredibus
accedente conſenſu Ordinarij, vt in Summar.
Philippi nu, 6. dictus vero Io: Franciſcus de
Caſſiolis de anno 1622. idem Iuſpatronatus
donauit Laurentio, Paſquino, Coſmo. & Se-
baſtiano de Lutis eius nepotibus, & cuiusli-
bet eorum deſcendentibus maſculis per li-
neam maſculinam in infinitum, cum hoc
tamen quod occurrentibus vacationibus,
ius præſentandi ſpectet ad maiorem natu ex prædi-
ctis, nec poſſit præſentare alium quam ex prædi-
ctis deſcendentibus, ac reſeruato iure præſen-
tandi primo loco ſibi donatori, ſecundo lo-
co Franciſco Marię, & tertio loco Lean-
dro eius filijs toto tempore eorum vitæ, vt in
Summar. ibid. num. 1. cui donationi Ordina-
rius quia de anno 1631. præſentationem fa-
ctam à d. Franciſco Maria altero ex donatarijs
& nuper hanc Horatij ex eadem vt infra di-
cam donatione uenientis admiſit præſtitiſſe
4 dicitur † tacitum conſenſum qui ſufficit *Lam-*
bert. de Iurepatr. par. 2. lib. 1. quæſt. 1. art. 7. numer. 5.
add. ad ſa. mem. Greg. XV. deciſ. 420. ſub num. 7. verſ.
item ſufficit Rot. in Aquen. Iuriſpatronatus coram
Card. Lancellotto impreſſ. apud March. de commiſſ.
tom. 1. fol. 454. num. 1. dec. 707. num. 5. par. 1. recent.
dec. 407. num. 10. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. & ac-
5 cedere poteſt quandocumque † quando me-
dio tempore non fuit alteri ius quæſitum, *cap.*
ſuggeſtum in fin. cap. cura vbi Abb. num. 2. de Iurepat.
Pariſ. de reſig lib. 8. quæſt. 10. num. 7. & 8. Rot. dec. 17.
de Iurepatr. in antiq. dec. 337. num. 7. part. 2. recent.
dec. 86. num. 7. & ſeq. coram Mantica dec. 418. nu. 7.
coram D. Vrgellen. cum alijs alleg. per moder. Piſan.
de Iurepatr. lib. 4. cap. 1. num. 38. licet ſecus ſit in
6 caſu † contrario *Calder. conſ. 6. de Iurepatr. Re-*
uerendiſſ. Vrgellen. dec. 189. num. 9. deciſ. 463. nu. 7.
& ſeqq.

A præfato autem Laurentio de Lutis de-
ſcendit Horatius & eſt maior natu vt probant
teſtes dati in Summar. num. 11, qui propterea
ex dicta donatione habet ius præſentandi pro
duabus tertijs partibus cumque Io: Franciſcus
donator eſſet in quaſi poſſeſſione præſentandi
7 vt † conſtat ex pluribus præſentationibus effe-
ctuatis, nec agatur in concurſu prouiſi Apo-
ſtolici tamquam de reſeruato, neceſſaria non
eſt vlterior probatio quod ad ipſum donato-
8 rem Iuriſpatronatus pertineret, vt dixit *Rot.*
dec. 606. ſub num. 5. verſ. & etiam par. 3. recent. Lot-
ther. de re benef. lib. 2. quæſt. 13. num. 19. quæ alio-
9 quin † requireretur *Lotther. de re benefic. lib. 2.*
quæſt. 9. num. 53. Mant. deciſ. 164. num. 1. Rot. coram
Reuerendiſſ. Vrgellen. dec. 71. num. 5. & par. 7. recent.
dec. 247. num. 3. Effectuatio vero ſecundæ dona-
10 tionis † quæ regulariter probanda eſt *Rot. dec.*
421. n. 2. dec. 428. n. 3. par. 4. tom. 2. rec. deciſ. 174. n. 6.
par. 5. apparet ex quo Franciſcus Maria alter
ex donatarijs præſentauit de anno 1631. eum-
11 dem Philippum, † per cuius obitum hodie
beneficium vacat *Rot. dec. 707. num. 1. in fin. p. 1.*
recent. & ſuffragatur omnibus condonatarijs,
12 *l. quoties.* † *Cod. donat. quæ ſub mod. Seraph. dec. 472.*
num. 13.

num.11.Rot.inter dec.diuerſ.par.1.dec.683.nu.8.Ciriac.contr.312.n.89.

Cum igitur Bartholomæus ſit præſentatus
ab Horatio habente maiorem partem vocum
13 ipſi † debeatur inſtitutio, *cap.3.iuncta gloſſ.verb.
qui maioribus de Iurepatr. Guttier.Canon.quæſt.lib.2
cap.11.num.20.Garz.de beneſ.part.9.cap.2.nu.257.
Seraph.dec.875.num.1.& 2.* Nec obſtat quod
donatio Iuriſpatronatus facta fuerit nedum
Laurentio Horatij patri, ſed etiam Paſquino
Coſmo & Sebaſtiano eius fratribus à quibus
Bartholomæus ſe præſentatum non oſtendit,
quia cum illi neminem præſentauerint, ſuffi-
14 cit præſentatio facta ab Horatio eſt æqualis
ponderis ac ſi omnes eumdem Bartholomæũ
præſentaſſent, eo quod Iuſpatronatus reſidet
in ſolidũ penes quemlibet ex pluribus patro-
nis *Abb. conſ.54.num.3. circ.med.lib.1. Federic.de
Sen.conſ.102.in fin.Garz.de beneſ. par.5. cap.1.ſub
num.591.* & illius exercitum alijs non præſen-
tantibus accreſcit ſeu non decreſcit præſentãti
*Rip.in l.re coniuncti num.234.verſ.ſecundo poteſt ff.
leg.3.Bellon.de iur.accreſc.cap.6.quæſt.48. ſub n.28.
verſ.& ſi ex duobus Rot.in Gerunden.beneficij 4.Iulij
1642. verſ.igitur coram me.*

Nec obſtat, quod in donatione fuerit reſer-
uatum ius præſentandi Leandro à quo cauſã
habere prætendit Antonius aduerſarius, quia
reſeruatio fuit perſonalis durante vita ipſius
Leandri, quo proinde defuncto, quia expira-
15 uit † omne ius ex dicta reſeruatione quæſitũ,
*l.ſicut in annos §.morte ff. quib.mod.vſusfr. amitt. l.
ambiguitatem Cod.vſusfr. §.finitur inſt. eod.* inuti-
lis eſt ceſſio eiuſdem iuris, cum non ſint ceſſi-
16 bilia † quæ non ſunt ad hæredes tranſmiſſi-
bilia, *l.ex pluribus ff.adminiſt.tut. Alex.in l.ſi ſtipu-
latus num.2.ff.verb.oblig.Igneus in l.dudum nu. 57.
& 58.Cod.contrah.empt.Bald.conſ.123.num.4.verſ.
ſequitur videre lib. 5. Tiraquell. de retract. ligniag.
§.26.gloſſ.1. num.47.*

Habilitatem denique ſuam nempe quod
ſit Clericus habilis ad beneficium ſimplex
17 Bartholomæus ſatis probaſſe dicitur † dum
docet ſe fuiſſe ab Ordinario inſtitutum, nam
alias Ordinarius non inſtituiſſet, vt pondera-
uit *Rot.in Calaguritana ſeu Calciaten. 15. Octobris
1604. coram bo.me. Penia in Pampilonen. Beneficij
de Aybar 9.Decembris 1620.coram bon. me. Remboldo,
& in Vrbinaten. Beneficij 20.Decembr.1624.
coram bo.me.Merlino;* quodque ſit de familia
de Lutis iuxta præceptum donatoris depoſuit
teſtes formiter examinati, quod valde prodeſt
ad obtinendam inſtitutionem, quia vbi qua-
litates fundatoris vni tantum conueniunt, ille
18 cenſetur † ab ipſo fundatore vocatus & habe-
tur pro præſentato cum patronus teneatur il-
lum præſentare, *Lotther.de re beneſ.lib.2.quæſt.38.
num.25.& ſeqq.& quæſt.51.num.29.& ſeqq.Put.de-
ciſ.252.ſub num.2. & 3.lib.3.in corr. Rot.deciſ.97.
num.7.par.3.recent.& in Gerunden.Beneficij 27.Iunij
1644.coram me.*

Et ita deciſum vna tantum parte informan-
te alia tamen citata.

BONONIEN. PECVNIARIA.

Mercurij 27.Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria etiam in gradu reſtitutionis in integrum denegatur, quando de cauſis reſtitutionis doctum non fuit, & concurrit vlterius vehemens præſumptio calumniæ, & ex quibus calumnia deducatur?

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non datur poſt rem iudicatam.*
2 *Remiſſoria etiam in gradu reſtitutionis in integrum concedi ſolet.*
3 *Limita non procedere, quando de cauſis reſtitutionis doctum non fuit, quia tunc vlterior dilatio, ſeu remiſſoria concedi non debet.*
4 *Remiſſoria paſſim denegatur ob vehementem calumniæ præſumptionem.*
5 *Remiſſoria in gradu reſtitutionis in integrum ne ſit concedenda ſufficit qualibet leuis ſuſpicio calumniæ.*
6. *Calumniæ ſuſpicio pro denegatione remiſſoriæ ex quibus educatur? & n.7. & 8.*
9 *Maritus tanquam adminiſtrator, bonorum vxoris tenetur inuentarium conficere.*
10 *Bona mobilia ſpatio longi temporis præſumuntur conſumpta.*
11 *Hæres tenetur approbare confeſſionem defuncti, nec illam de mendacio arguere.*
12 *Remiſſoria non datur contra confeſſionem partis.*
13 *Maritus ſi bona vxoris adminiſtrauit ex illis æs alienum vxoris ſoluiſſe præſumitur, non autem de proprijs, præſertim ſi poſtea debitorem vxoris ſe conſtituit in notabili ſumma, & n.14.*
15 *Donatio facta à marito vxori, ſi eſt vallata iuramento morte confirmatur.*
16 *Remiſſoria denegatur ob irreleuantiam articulorum.*

DECISIO CCLXV.

POST duas ſententias contra ſe latas pro
reſtitutione librarum 32400. quas Bonſi-
gnorius eius author percepiſſe ex bonis Geſię
vxoris faſſus fuerat, & reſtituere promiſerat,
alteram in prima inſtantia ab A.C. à qua Si-
gnatura cauſam appellationis commiſit cum
clauſula *ſine præiudicio*, alteram in ſecunda co-
ram R.P.D.Royas, ac totidem deciſiones edi-
tas coram me, cui executio rei iudicatæ, &
reſtitutio in integrum commiſſa fuit, immi-
nente cauſæ expeditione, quam mihi Rota
demandauit, Beccadellus produxit articulos,
ac deſuper petijt remiſſoriã ſuper cuius con-
ceſſione conſenſit altera pars diſputari parti-
culare dubium, quo hodie propoſito Rota
negatiuè reſpondit ex pluribus.
1 Primo quia remiſſoria non datur † poſt rem
iudicatam *Caputaq.dec.51.par.3.Seraph.dec.1305.
num.1.Caualer.dec.208.num.1.& deciſ.281.num.4.
Rot. inter recent.dec.125.num.10.par.5.* de qua
conſtare in caſu noſtro comprobant deciſio-
nes

nes coram me,& licet etiam in gradu reſtitu-
2 tionis in integrum concedi ſoleat † remiſſo-
ria,quia tamen de cauſis reſtitutionis doctum
3 non fuit, † eique locum non eſſe firmant eæ-
dem deciſiones vlterior dilatio,ſeu remiſſoria
concedenda non eſt,vt dixit *Rot.deciſ.381.nu.6.
& 7.par.4.tom.2.recent.*

Secundo quia vehemẽtiſſima vrget calum-
4 niæ præſumptio,† ob quam paſſim remiſſoria
denegatur *Caſſad. deciſ.3.de dilat. Seraph. deciſ.
1460.nu.1. fel.recor.Greg.XV.deciſ.48.num.7.Rot.
in rec.deciſ.134. num.2. par.2.* Imò in gradu re-
5 ſtitutionis in integrum † ſufficit quælibet le-
uis ſuſpicio *Seraph. deciſ.1308. ſub num.1. verſ.
non obſtat add.ad ſan.mem.Greg.XV. deciſ.276. ſub
num.7. in fin. & fuit dictum in Firmana penſionis
12.Maij 1642. coram me.*

Nuſquam enim tanto tempore quo lis du-
rauit, & ſemper contra Beccadellum iudica-
tum fuit idẽ materias hodie articulatas pro-
6 bauit, vnde pro deneganda remiſſoria † ſtante
præſertim re iudicata ſufficientem præſum-
ptionem calumniæ eduxit *Rota d.dec.381.n.10
& 11. & numer.13.*.vbi dicit rationem, quia
tunc remiſſoria cenſetur petita ad impedien-
dam cauſæ expeditionem *par.4.tom.2.rec.Capu-
taq.dec.63.num.1.par.3.Put.dec.195.lib.1. in corr.
Mant.dec.61.num.5.*

7 Taliſque præſumptio augetur, tum quia
Beccadellus ſummo ſtudio quidquid ſibi
conducere arbitrabatur deduxit nõ abſtinen-
do etiã à Iudicijs criminalibus in quibus pa-
riter ſuccubuit,& allegando inſtrumenti mo-
do falſitatem, modo ſimulationem, & deni-
que erroneitatem, quod in ſimili ponderauit
*Rot.in Corduben.decimar. de Lucina 13.Maij 1639.
coram bon.mem. Merlino §. adeſt etiam*: tum quia
8 remiſſoria petita fuit † in vltimis audientijs
poſt mihi demandatam expeditionem cauſæ,
*Caualer.dec.208.num.9. Buratt.dec.587.num.4. Rot.
in recent.deciſ.693.num.3.part.3. deciſ.555. num.8.
par.5.*

Tum tertiò, quia primi tres articuli conti-
nentes, quod Geſia ſtatim mortuo Franciſco
patre omnia mobilia hæreditaria accepit, ac
toto tempore cõſtantis matrimonij penès ſe
retinuit, eoque diſſoluto per mortem viri ad
propriam domum aſportari fecit,ſunt prorſus
inueriſimiles;nam tempore mortis patris Ge-
ſia nupta erat Bonſignorio,& quia vix agebat
14.annum ob teneram ætatem bona paterna
regere, & gubernare minimè ſciebat,vt ipſe
Bonſignorius faſſus fuit in publico inſtrumẽ-
to, eorumdem bonorum adminiſtrationem
ſuſcepit vir; quomodo ergo dici poteſt ipſam
Geſiam accepiſſe, vt penès ſe retinuiſſe mobi-
lia hæreditaria,quæ vt patet ex teſtamento pa-
tris in Ciuitate Bononiæ, & ruri,& in alijs lo-
cis reperiebantur, quæque plerumque conſi-
ſtebant in ſpeciebus ad vſum mulieris non
ſpectantibus. Additur quod ex præcepto pa-
tris omnia mobilia vendi debuerunt ad effe-
ctum reinueſtiendi pretium eorumq; inuen-
tarium conficiendum erat, quod ſi fuit omiſ-
ſum imputandum eſt viro, cui tanquam ad-
9 miniſtratori bonorum vxoris † hoc onus in-
cumbebat, *Cæph.conſ.429.num.25. Monoch.conſ.
863.num.11.Rot.dec.565.num.2.par.4.tom.3.recen.*
eoque minus veriſimile eſt, quod poſt 35.an-
nos,quibus à die mortis patris matrimonium
durauit omnia dicta mobilia mulier ad domũ
propriam aſportari fecerit cum ſpatio tanti
10 temporis† pleraque præſumerentur conſum-
pta, *Peregr.de fideic.art.10.num.40.Afflict.deciſ.13.
num.27.Rot.dec.285.n.3.coram ſan.mem.Greg.XV.
deciſ.304.numer.22.deciſ.310.numer.11. par.5. re-
centior.*

Inueriſimilis etiam imò improbabilis eſt
quantitas bonorum ſtabilium, & fructuum
ex illis perceptorum à viro vltimo loco arti-
culata, quia in contrarium adeſt eiuſdem viri
confeſſio pro exoneratione ſuæ conſcientiæ,
& viam veritatis ſequendo per publicum in-
11 ſtrumentum emiſſa, quam impugnare, † aut
de mendacio redarguere non poteſt Beccar-
dellus confitentis hæres, *Bald. conſ.89. num.3.
lib.1.Cæph.conſ.186.nu.30. & ſeqq.Peregr.conſ.49.
num.3.lib.3.Rot.dec.453.num.9.par.1.rec.* Nec da-
12 tur remiſſoria † vbi adeſt partis confeſſio *Rot.
coram ſan.mem. Greg.XV.dec.523 num.4.*

Et præterea articuli ſunt irreleuantes, quia
ex illis non ſequitur, vt exaduerſo prætendi-
tur, quod vir Geſiæ ſiue Beccadellus hæres
petere, aut compenſare poſſit libras 9.m.quas
erogatas à viro fuiſſe aſſeritur in ſatisfactionẽ
æris alieni patris Geſiæ, ſiue quia quatenus æs
alienum adfuiſſet(quod negatur)cum vir bo-
13 na hæreditaria adminiſtrauerit † ex illis ſol-
uiſſe præſumeretur iuxta tex. *in l.debitor ff.neg.
geſt.Surd.conſ.290.num.32.Rot.dec.555.nu.4.par.4.
tom.3.rec.* præſertim quia poſtea ſe debitorem
14 vxoris conſtituit † in notabili ſumma libra-
rum 32400. vt ponderat *2.deciſ.§.penult.cum ibi
allegatis*, ex quibus additur *Rot. dec.305. num.3.
par.5.rec.*

Siue quia in omnem euẽtum eſto quod vir
conſtituendo ſe debitorem maioris ſummæ,
quam re vera deberet donauerit vxori, tene-
tur Beccadellus hæres ſtare donationi,quæ vti
15 vallata iuramento † morte viri confirmata
fuiſſet *l.cum hic ſtatus ff.donat. inter vir. & vxor.
l.donationis Cod.eod.cum alijs alleg. in §. fin. vltimæ
deciſionis.*

Ideò etiam propter irreleuantiam articulo-
rum Domini cẽſuerunt eſſe denegandam re-
16 miſſoriam, † cum articuli non debeant ad-
mitti ad probandum id,quod probatum non
releuat, *l.ad probat. la prima Cod.probat.Caputaq.
dec.66.par.3.Caſſad.dec.2.de dilation.Caualer.deciſ.
87.num.4.* Eo minus, quia ex ſupradictis ſunt
inueriſimiles, nec vacant vehementi ſuſpi-
cione calumniæ, & agitur de executione rei
iudicatæ.

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

FVL-

FVLGINATEN. LIBERATIONIS A MOLESTIIS.

Mercurij 27. Iunij 1646.

ARGVMENTVM.

Mandatum pro liberatione à moleſtijs relaxandum venit ſtante promiſſione de liberando munita obligatione Camerali, quæ habet executionem paratam, & talis promiſſio purificata dicitur per litem motam, quam tenetur in ſe ſuſcipere obligatus de liberando à moleſtijs. Pro damnis paſſis, & intereſſe an contra obligatum deliberando indemnem decerni poſſit mandatum executiuum, dummodo tamen ante illius executionem fiat liquidatio? & poſt adductas pro vtraque parte contrarias opiniones firmatur in deciſione contra talem obligatum poſſe relaxari mandatum perſonale ad factum pro liberatione à moleſtijs, nec non reale pro expenſis litis, quæ dicuntur liquidæ ex quo certificantur ex actis.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio de liberando à moleſtijs munita obligatione Camerali habet executionem paratam.*

2 *Et purificata dicitur per moleſtias iudicialiter illatas, cum ad hunc effectum ſufficiat ſola litis conteſtatio.*

3 *Mandatum pro liberatione à moleſtijs decerni, ac relaxari debet contra promiſſorem illico, ac moleſtiæ fuerunt illatæ pro adimplemento promiſſorum.*

4 *Maritus ſi promiſit vxorem ratam habere renunciationem ad fauorem alicuius, tenetur de proprio ſi vxor etiam ex capite nullitatis renunciationem impugnat.*

5 *Liberatio à moleſtijs vbi fuit promiſſa, tunc ſufficit intimatio litis motæ, vt liberationi locus ſit, non attento an lis mota ſit iuſta, vel iniuſta.*

6 *Promittens aliquem à moleſtijs liberare tenetur in ſe litem motam ſuſcipere.*

7 *Nec non reficere damna paſſa occaſione moleſtiarũ, & expenſas litis ſubminiſtrare in futurum.*

8 *Mandatum executiuum pro damnis, & intereſſe adhuc non liquidatis decerni poteſt, dummodo ante illius executionem fiat liquidatio, & redditur ratio num. 9.*

10 *Contrarium quod ſit neceſſaria liquidatio damnorũ antequam mandatum decernatur probant DD. allegati hoc numero, & ſolum poteſt adiri Iudex, vt damnum declaret, non vt condemnet, & num. 12. quod hæc opinio eſt communior, & num. 13. declaratur, qualiter vtraque opinio procedat.*

11 *Lex dans executionem inſtrumentis intelligitur de inſtrumentis liquidis.*

14 Deciſ. 224. num. 4. coram ſan. me. Greg. XV. *declaratur.*

15 Deciſio in cauſa Narnien. dotium, ſeu alimentorum 28. Martij 1631. coram R. P. D. Ghiſilerio, *quo caſu loquatur?*

16 *Contra obligatum de liberando à moleſtijs decerni poteſt mandatum perſonale ad factum, quando factum eſt promiſſum ſub obligatione Camerali, e iuſque loco ſuccedant damna, & intereſſe.*

17 *Debitor poteſt compelli, vt factum promiſſum adimpleat etiam captis pignoribus.*

18 *Contra obligatum de liberando à moleſtijs decerni poteſt mandatum reale pro expenſis iudicialiter factis occaſione moleſtiarum, quia illæ dicuntur liquidæ, & certæ, quia ex actis certificantur.*

DECISIO CCLXVI.

TAM in Capitulis matrimonialibus, quam in inſtrumento dotali ſucceſſiuè ſtipulato Ioſeph Lilius promiſit Vrſulæ nepti, ſiue Petro Auguſtino de Vntis eius ſponſo dotem ſcutorum 5000. & vice verſa ad fauorẽ eiuſdem Ioſephi Vrſula renũciauit hæreditatibus paternis, & maternis, ac idem Petrus Auguſtinus promiſit, quod nec ipſe, nec Vrſula, nec eorum filij, & deſcendentes venient contra dictam renunciationem quauis de cauſa, & occaſione, & ſub quouis titulo, & prætextu etiam ſub prætextu enormis, & enormiſſimæ læſionis alias, aut in euentum in quem dictus Ioſeph ex cauſis ſupradictis aliquo modo etiam extraiudicialiter moleſtetur teneri voluit Petrus Auguſtinus de proprio ad omnia damna expenſas & intereſſe, pro quibus ſe obligauit in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ.

Sed non obſtante huiuſmodi renunciatione Vrſula poſt nouem annos coram Prætore Ciuitatis Fulginei petijt, & obtinuit immiſſionem in poſſeſſionem bonorum paternorum à Ioſepho poſſeſſorum eademq; bona actualiter apprehendit; cumque in gradu appellationis conceſſum fuiſſet Ioſepho mandatum de manutenendo in dictis bonis, illa ab hoc mandato appellauit, aditaq; Signatura commiſſa mihi fuit cauſa appellationis cum clauſula, *ſine præiudicio mandati de manutenendo.*

Vnde Ioſeph præuia alia commiſſione mihi directa contra Petrum Auguſtinum ſuper obſeruantia ſupradictę promiſſionis, petijt cõtra eumdẽ Petrum Auguſtinum relaxari mandatum pro liberatione à moleſtijs, & pro expenſis damnis, & intereſſe, ac diſputato deſuper particulari dubio relaxandum eſſe Domini dixerunt. Nam ex verbis inſtrumenti initio relatis apertiſſima eſt promiſſio Petri Auguſtini in euentum in quem Ioſeph aliquo
1 modo moleſtaretur, † quo cum ſit munita obligatione Camerali habet executionem paratam, vt latè tradit *Zacch. de obligat. Camer. quæſt. 2. num. 1. & num. 14. & ſeqq. vbi allegat concordantes.*

Et purificata fuit propter moleſtias ab Vr-
2 ſula, vt ſupra iudicialiter illatas, † cum ad hunc effectum ſufficit etiam ſola litis conteſtatio, *Dec. conſ. 694. num. 12. Pariſ. conſ. 34. num. 22. lib. 3. Caputaq. dec. 372. num. 2. par. 2.* ita vt ſtantibus
3 moleſtijs † locus ſit relaxationi mandati pro adimplemento promiſſorum, vt benè ad propoſitum firmat *Abb. conſ. 43. per tot. lib. 1. Natt. conſ. 282. num. 1. Panzirol. conſ. 45. ſub num. 14. & ſeqq. Morot. conſ. 92. num. 6.* vbi in his terminis ſequẽdo prædictos Doctores concludit, quod
4 maritus tenetur † de proprio ſi vxor etiam ex capi-

capite nullitatis impngnat renunciationem, *Surd.conſ.*506.*n.*12.*& ſeqq.*

Quod facilius procedit in caſu noſtro, quo promiſsio Petri Auguſtini concepta eſt verbis ampliſſimis, & cōprehendit nominatim moleſtias ex cauſa læſionis enormis, & enormiſſimæ, vel nullitatis, etiam extraiudicialiter aliquo modo motas, vnde ſufficit Ioſepho litem
5 ſibi motam intimaſſe aduerſario, † nec ad eum pertinet diſcutere an iuſtè, vel iniuſtè mota fuerit *Cæph.conſ.*451.*numer.*221.*Surd. conſ.*143.*num.*28.*conſ.*506.*ſub numer.*13.*verſ. hæc verò, & dec.*194.*num.*12.*Simon.de Pret.de interpetr. vltim. vol.dubit.*10.*num.*89.*&* 90.*fol.*417.*Fontanell.dec.*262.*num.*9.*Rot.dec.*815.*ſub num.*1.*verſ. quia Zenobio par.*4.*diuerſ.*

Neque Petro Auguſtino ſufficit obtinuiſſe commiſſionem admiſſionis ad cauſam pen-
6 dentem † inter Vrſulam, & Ioſephum, quia tenetur litem in ſe ſuſcipere, *Bart.per illum tex. in l.pater num.*1. *ff.dot. præleg.Pariſ.conſ.*16.*n.*124 *lib.*2.*Card.Mant.de tacit.lib.*16.*tit.*12.*num.*9.& re-
7 ficere damna hactenus paſſa † in amiſſione fructuum ab Vrſula perceptorum, & in expenſis factis, ac in futurum expenſas litis ſubminiſtrare, vt dixit *Rot.in Tiburtina Caſtri Sancti Poli* 27.*Martij* 1574.*coram Cotta impreſſ. apud Zacch.de oblig.Camer.dec.*147.*n.*14.

Pro quibus damnis, & intereſſe licèt adhuc
8 non liquidatis, † decerni poſſe mandatum executiuum dummodo tamen ante illius executionem fiat liquidatio ſequendo doctrinam *Bart.in l.*1.*num.*8. *ff.eden.& in l.*2.*num.*5.*Cod. ſent. quæ ſin.cert.quant.voluit add.ad Bart.in l. proinde §.notādum litt.B. ff.ad leg.Aquil.Benedictus de Barrijs de guarentigia part.*1.*queſt.*2. *col.*2. *verſ. ſed tamen Canar. de execut. inſtr. num.*32. vbi dicit rationem, quia obligatio ad damna, & intereſſe
9 eſt omni † reſpectu præſens nec dicitur habere diem, aut conditionem, *Galleſ. de oblig. Camer.quæſt.*35. *ſub num.*10.*verſ. aut in promiſſione Scacc.de appellat.quæſt.*17.*limit.*9. *num.*35. *& ſeqq. Grat.in fortioribus terminis diſcept.* 921. *numer.*18. *&* 19. & videtur ſenſiſſe *Rot.dec.*224. *num.*3. *coram ſan.mem. Greg.XV. & in Narnien.dotium, & alimentorum* 28.*Martij* 1631. *coram R. P. D. meo Ghiſilerio §. fin.*

Sed contrarium nempè, quod neceſſaria
10 ſit liquidatio damnorum, & intereſſe † antequam decernatur mandatum tradit idē *Bart. in d.l.proinde §.notandum n.*3. *ff.ad leg. Aquil.Bald. in l.*2.*num.*6.*Cod.execut.rei iudic.Iaſ. in l.*1. *ſub numer.*31.*verſ.ego etiam ff.eden.* vbi quod ante factam liquidationē poteſt quidem adiri Iudex, vt declaret damnum, ſed nòn vt condemnet, quia lex ſeu conuentio dans executionem in-
11 ſtrumentis, † intelligitur de inſtrumentis liquidis, *Raph.Cuman.in d.l.*1.*num.*6. *ff.leg.*2.*Alex. conſ.*119. *ſub num.*2.*verſ. facit etiam lib.*1.*& conſ.*90.*num.*8.*lib.*3.*Barbat.conſ.*15.*num.*15. *& conſ.*28. *num.*4.*lib.*1.*Dec.conſ.*322. *ſub num.*3.*verſ. ſed maior. Coler.de proceſſ.execut. par.*3.*cap.*1. *numer.*32. *&* 33. vbi quod hæc ſententia hodie eſt com-
12 munior, † & conciliando vtramque opinionem ſibique met *Bartholum contrarium loc. ſup. alleg.Rom. conſ.*21. *ſub num.*5. ait, quod prima
13 opinio procedit † quando agitur iudicio vniuerſali, & in inſtrumento cuius petitur executio continetur aliquid vniuerſale non liquidatum. Secunda verò quando agitur iudicio particulari ad aliquid particulare non liquidū in inſtrumento promiſsum, eamdemque diſtinctionem ſequitur *Socc.conſ.*89. *ſub numer.*1. *verſ.*1.*per ea lib.*3.*Dec.d.conſ.*322.*ſub num.*3.*verſ. tertio reſponderi poteſt Rot. in Viterbien. reſtitutionis dotis* 23.*Iunij* 1623. *coram b.m.Manzanedo §.vltra quod in fin.* vbi verbis expreſſis dicitur, quod non facta liquidatione non poteſt mandatum executiuum relaxari. Neque contrarium firmauit *dec.*224.*num.*4. *coram ſan. mem. Greg.XV.*
14 vbi † motiuum educitur ſolum per modum obiecti, & reſpondetur quod apparere debet de liquidatione. Alia verò deciſio *in Narnien. dotium, ſeu alimentorum coram R.P.D.meo Ghiſle-*
15 *rio* † non tangit hunc articulum, ſed diuerſum nempè an executio eſſet exceſſiua, & ibi executio erat iam facta, & conſtabat de debito ex ſententia, & depoſito.

Cœterum quicquid ſit de veritate vtriuſq; opinionis, negari non poteſt quin relaxari ſaltem poſſit mandatum perſonale ad factum li-
16 berationis à moleſtijs, † vt ſolet quando factū eſt promiſſum ſub obligatione Camerali, eiuſque loco ſuccedunt damna, & intereſſe, *Rot. dec.*44.*num.*2.*&* 3. *inter impreſſ.apud Zacch.de oblig.Camer. Fontanell.dec.*252.*num.*4. *&* 5. *& nu.*9. vbi quod debitor factum promiſſum adim-
17 plere compellendus eſt † etiam captis pignoribus ex text. *in l.*1.*§.ex hoc reſcripto ff. vent. inſpic.l.*4. *§. ſi intra diem ff.dam.inf. §. ſciendum inſt. ſatiſd.tut.* nec non reale pro expenſis iudicia-
18 liter factis † quæ dicuntur liquidæ, & certæ, cum certificentur ex actis, vt per *adden.ad ſan. mem.Greg.XV. dec.*503. *ſub num.*6. *circa fin. verſ. ſecus autem.*

Et ita deciſum informante ſolum Ioſepho pluries tamen citato aduerſario.

BARCHINONEN. IVRISDICTIONIS.

Mercurij 4. *Iulij* 1646.

ARGVMENTVM.

Ius viſitandi Eccleſias monialium curam animarum annexam non habentes, non ſpectat ad Epiſcopum, ſed ad Abbatiſſam, præſertim quando tale Ius competit vigore concordiæ inter ipſam, & Epiſcopum à Sede Apoſtolica confirmatæ, & per longum tempus obſeruatæ, & ex quibus talis obſeruantia probetur?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt viſitare Eccleſias Regularium curam animarum habentes in ijs, quæ ſpectant ad Sacramentorum adminiſtrationem.*
2 *Non obſtante quacumque exemptione.*
3 *Non tamen viſitare poteſt altaria earumdem Ecle-*

cle-

cleſiarum, quibus non incumbit cura animarum perſonarum ſecularium.

4 *Præſertim quando hoc idem prohibetur etiam ex concordia à Sede Apoſtolica confirmata, quæ ligat etiam Epiſcopos ſucceſſores, & nu. 5.*

6 *Confirmatio Apoſtolica probatur ex litteris Apoſtolicis de mandato Papæ expeditis.*

Et tale mandatum probatur ex aſſertione Cardinalis in ipſis met litteris confirmationis emiſſæ, numer. 8.

7 *Geſta per Benedictum XIII. ante primam requiſitionem Principum fuerunt approbata à Concilio Conſtantienſi.*

9 *Confirmatio concordiæ præſumitur ex illius obſeruantia per longiſſimum tempus.*

10 *Scriptura extracta ex proprio Archiuio Monaſterij probant etiam contra tertium concurrentibus adminiculis.*

11 *Obſeruantia, ſiue effectuatio concordiæ in aliqua parte arguit effectuationem in reliquis in ea contentis.*

12 *Concilium Tridentinum loquens de Iure viſitandi competente Epiſcopo non derogat concordijs à Sede Apoſtolica confirmatis.*

13 *Aſſiſtentia Iuris locum non habet, vbi concurrit titulus, vel quaſi poſſeſſio in contrarium.*

14 *Ius viſitandi beneficia exiſtentia in Eccleſia monaſterij competit Abbatiſſæ ſi vigore alicuius concordiæ inter ipſam, & Epiſcopum Beneficiati ſunt ei ſubiecti.*

15 *Obſeruantia declarat quid fuerit in tranſactione comprehenſum.*

16 *Abbatiſſa incapax eſt Iuriſdictionis ſpiritualis, ac propterea non poteſt interdicere, nec ſuſpendere.*

17 *Declara concluſionem procedere in ſuſpenſione propriè ſumpta, ob quam quis irregularitatem incurrit, ſecus in ſuſpenſione impropiè ſumpta, quæ fit ſubtrahendo redditus, & ſimilia, hoc enim non eſt propriè Iuriſdictionis ſpiritualis, & nu. 18.*

19 *Abbatiſſa poteſt beneficiatos in Eccleſia monaſterij exiſtentes pœnis coercere, quando talis facultas ei à Sede Apoſtolica eſt conceſſa, tunc enim non ipſa ſed Pontifex iuriſdictionem ſpiritualem exercere videtur.*

20 *Viſitationes ab Epiſcopo factæ in monaſterio Monialium Iure delegato non tribuunt eidem Ius viſitandi Iure ordinario.*

21 *Quaſi poſſeſſio viſitandi Monaſterium Monialium non poteſt dici quæſita Epiſcopo in præiudicium Abbatiſſæ ex viſitatione contradicta, niſi vltro concurrat ſcientia, & acquieſcientia Abbatiſſæ.*

22 *Quaſi poſſeſſio viſitandi ex quibus Abbatiſſæ quæſita dicatur contra Epiſcopum?*

23 *Scientia, & patientia reſultat ex multiplicitate actuum.*

24 *Scientia, & patientia aduerſarij non eſt neceſſaria, quando conſtat de titulo poſſidentis.*

DECISIO CCLXVII.

RENOVATO conflictu ſuper manutẽtione in quaſi poſſeſſione viſitandi quã competere Abbatiſſæ Monaſterij Sancti Petri Puellarum exceptis his, quæ ad curam animarum pertinent Rota cenſuit ſub die 1. Iulij 1644. quia Informantes pro Domino Epiſcopo plura deducebant petitorium reſpicientia ex quibus quaſi poſſeſſio Abbatiſſæ aliquo modo denigraretur, Domini mandarunt quod videretur de bono Iure, ſuper quo hodie excitaui diſputationem, & reſolutum fuit conſtare de bono iure Abbatiſſæ.

Nam quoad Epiſcopum ipſa liberas ædes habet, cum Epiſcopo licet competat Ius viſitandi Eccleſias Regularium curam animarum annexam habentes † in iis, quæ ad dictã
1 curam, & Sacramentorum adminiſtrationẽ pertinent vt diſponitur *in Sacro Concil. Triden. ſeſſ. 25. de regul. cap. 11. ac tradit Roderiq. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 36. art. 4. Marius Antonin. var. reſolut. lib. 1. reſol. 17. nu. 3. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 74.*
2 *num. 18.* non obſtante quacumque exemptione † vt habetur *in Conc. Triden. ſeſſ. 7. cap. 7. de reform. & notat Cardinal. in clem. attendentes num. 8. de ſtat. monach. Eraſm. à Cokier. de iuriſd. in exemp. par. 2. q. 45. n. 11. & par. 4. q. 23. n. 2.*

Dictarum tamen Eccleſiarum altaria, qui-
3 bus † non incumbit cura animarum perſonarum ſæcularium viſitare non permittitur *ex Conſtit. ſan. mem. Greg. XV. de exemptorum priuilegijs, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij Interpretum relata per Modern. Monacum Vallis Vmbroſæ tract. de iur. Abbatiſſ. diſp. 16. quæſt. 3. ſub n. 13* & omninò prohibetur ex concordià † de
4 anno 1401. inita inter Abbatiſſam, & Epiſcopum, ibi, *quod Dominus Epiſcopus non viſitet aliquod aliud altare, niſi prædictum altare Parochiale* & infra, ibi, *item quod in actu viſitationis, nec minus in alio tempore Dominus Epiſcopus viſitator, aut viſitatores per ipſum deputati non faciat, nec faciant aliquam inquiſitionem ratione ſeruitij beneficiorum portionariorum &c.* quæ cõcordia cum ſit mu-
5 nita confirmatione Apoſtolica † ligat etiam Epiſcopos ſucceſſores vt notant DD. *in cap. de cætero, & in cap. veniens de tranſact. cap. quia ex eo de pact. in 6. Rot. dec. 79. n. 6. dec. 159. n. 5. par. 1. rec. deciſ. 87. n. 15. par. 7.*

6 Confirmatio autem Apoſtolica, nedùm probatur † ex litteris expeditis de mandato Benedicti XIII., cuius geſta ante primam re-
7 quiſitionem Principum † approbauit Concilium Conſtantienſe, vt habetur *in Concil. Conſtantienſi ſeſſ. 20. §. 5. inter Concil. General. to. 4. fol. 233. col. 2. Litt. E. ſecundum impreſſ. Romæ ſub anno 1628. & dixit Rota coram bon. mem. Coccino deciſ. 295. ſub num. 11. & in Calaguritana Canonicatus 20. Decembris 1602. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto Seniori*, de quo mandato conſtat † ex atteſtatione Cardinalis Tiraſonenſis
8 in ipſiſmet confirmationis litteris emiſſa, cui ſtandum eſt *ad text. in cap. nobiliſſimus 97. diſtinct. Lapus alleg. 32. ſub num. 3. Roman. conſ. 59. num. 6. & in terminis Rot. deciſ. 339. numer. 1. par. 2. recent.*
9 Sed etiam ex obſeruantia † concordiæ per lõgiſſimum tempus. *Put. deciſ. 345. num. 2. lib. 1. deciſ. 355. num. 7. lib. 2. in corr. Seraph. deciſ. 1080. n. 7. Rot. inter rec. deciſ. 159. n. 4. part. 1. add. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 152. n. 4.*

Siquidem in concordia inter cætera fuit aſſertum, quod Monaſterium eſt immediatè ſubiectum Eccleſiæ Romanæ, & conuentum quod Abbatiſſa habeat ius conferendi bene-

ficia

ficia exiſtentia in Eccleſia Monaſteriali, producta autem fuerunt ſexdecim Inſtrumenta collationum dictorum beneficiorum ab Abbatiſſa ſub ſimili aſſertione immediatè ſubiectionis Eccleſiæ Romanæ factarum ab anno 1435. vſque ad annum 1593. quæ licet extra-
10 cta ex Archiuio Monaſterij, † quia adminiculantur tùm ex numero, tùm ex præcedenti concordia, tùm quia tanto tempore nulla datur collatio pro parte Epiſcopi, tùm ex ſententia lata per Iudicem commiſſarium probant etiam contra Epiſcopum, vt per *Bald. in l.Inſtrum. num.1.Cod.prob.& Salyc.ibid.num.1. Caputaqu.deciſ.234.par.1.Buratt.deciſ.716.num.4. Rot.deciſ.vltim.nu.2.& ſeqq.part.1.diuerſ.dec.537. num.1.& ibi add.num.4. coram ſan.mem.Greg.XV.* Et ſicuti probant obſeruantiam concordiæ, quoad ius conferendi, & immediatam ſubiectionem Monaſterij Eccleſiæ Romanæ, efficiunt vt concordia † dicatur obſeruata, &
11 effectuata etiam in reliquis in ea contentis *adden.ad ſan. mem.Greg. XV. deciſ.557. num.9. in fin. Rot.in Terracinen.Sacriſtiæ 9.Iunij 1600.coram bon.me.Iuſto, facit Caualer.deciſ.408.nu.6.Buratt.deciſ.870.nu.4.*

Adeò quòd ex dicta concordia euacuatur penitùs ius viſitandi, quod alias competere poſſet Epiſcopo, vel de Iure communi, vel ex diſpoſitione Concilij Tridentini, quia
12 Concilium non derogat † concordijs confirmatis à Sede Apoſtolica, *Gonzal.ſuper regul.8. Cancell.gloſſ.25.num.14.Grat.diſcept.212.num.37. Acchill.deciſ.3. num.2. de pact.* Et aſſiſtentia iuris
13 communis † cedit legitimo titulo, & quaſi poſſeſſioni Abbatiſſæ, *Panorm.in cap.1. num.8. vt lite pendente Lancellott.de attent.par.2. cap.4.declar.4.num.6.Rot.deciſ.508.num.10.& ſeqq.part.5. recent.deciſ.25.nu.3. inter impreſſ.apud Modern.de Iure Abbatiſſ.*

Cuius Abbatiſſæ bonum Ius eadem concordia parit, nedùm excludendo Epiſcopum, vt ſuprà, ſed etiam ſubiiciendo beneficiatos in Eccleſia Monaſteriali Iuriſdictioni ipſius
14 Abbatiſſæ, † vndè ratione ſubiectionis Abbatiſſæ quæſitum fuit ius viſitandi beneficia ſibi ſubiecta *iux.gloſſ.in clem.attendentes verb.alia verſ.ſi autem Monaſteria de ſtat.Monach. quam ibidem ſequitur Card.ſub nu.7.verſ.quid ſi Io.de Imola num.5. Fuſcus de Viſitat.lib.1.cap.2.ſub num.14. verſ.ſic & Abbatiſſis, Pauin.de Viſitat.qu.2.part.1. num.43. Azor.inſtit.moral.part.2.lib.3.cap.40.qu.9. verſ.ſi quæras, & quæſt.11.verſ.quidam alij Barboſ. de poteſt.Epiſc.alleg.73.ſub num.23.verſ.ſic & Abbatiſſis.* Concurrentibus præſertim viſitationibus ſucceſſiuè factis ab Abbatiſſa, necnon promiſſionibus beneficiatorum, non contrauueniendi viſitationibus per Abbatiſſam faciendis; nam obſeruantia declarat, † quid
15 fuerit in tranſactione compræhenſum, *Aym. conſ.211.n.8.Bald.conſ.245.n.2.lib.3.Rot.dec.301. nu.8.par.1.rec.*

16 Nec obſtat, quod fœmina ſit incapax Iuriſdictionis † ſpiritualis, & clauium *cap.noua de pœnit. & remiſſ. cap.de monialibus ſent. excomm.* Ideoque non poſſit beneficiatos cogere ad obediendum mediante interdicto, vel ſuſpen-
17 ſione, quia hoc procedit † in ſuſpenſione propriè ſumpta, ob quam contraueniens irregularitatem incurrit, vt notat *Abb.in cap.dilecta ſub numer.5.verſ.tamen ſtrictè de maior.& obed. Mirand.in Manual.Prælat.tract.de ſac.Monial.q.6. artic.5. concluſ.1.& 4.Bonacc.de cenſur.in communi diſp.1.quæſt.1.punct.2.ſub numer.4.Caſtropal.quæſt. moral.par.3.diſp.4. punct.14.num.4.* Sed non in
18 ſuſpenſione impropriè ſumpta,† quæ fit ſubtrahendo redditus, & prohibendo beneficiatis ſibi ſubiectis exercitium officij, ac celebrationem Miſſarū, donec ſatisfecerint cum hoc non ſit propriè iuriſdictionis ſpiritualis, & clauium fœminis prohibitę, vt declarando *gloſſ.in d.cap.dilecta tradit ibidem Abb. ſub num.5. verſ.dicentes, quem ſequitur Syluester in ſumm.verb. Abbatiſſa num.6.verſ.& ſecundo Mirand.d.concl.4. verſ.& quamuis, Suarez de relig.tom.4.lib.2.cap.9. ſub num.11.Layman.Theolog.Moral. lib.1. tract.5. cap.2.ſub num. 3. aliįque allegati à Modern.de Iure Abbatiſſ.diſp.32.quæſit.5. num.3.& ab alio Moder. Matritenſi in ſumm. quæſt. regular. verb.Abbatiſſa num.16.*

Cumque in concordia confirmata a Sede Apoſtolica Abbatiſſæ detur poteſtas beneficiatos deſtituendi, ac priuandi in pœnam delicti poterit Abbatiſſa etiam hac pœna multare delinquentes, quamuis hoc ſpectet ad Iuriſdictionem ſpiritualem,† & ratio eſt, quia
19 ſtante conceſſione Apoſtolica Abbatiſſa priuando non exercet propriè Iuriſdictionem ſpiritualem, ſed ad eius voluntatem Pontifex eſt, qui ſuſpendit influxum, ſeù aufert Iuriſdictionem ſpiritualem, vt bene declarat *Suarez de relig.d.tom.4. lib.2.cap.9. num.14.in fin. quem refert, & ſequitur Barboſ.de Iur.Eccl. lib.1. cap.45.ſub nu.40. & conferunt tradita à Flores de Mena practic.quæſt.lib.1.q.10.n.4.& 6.*

Tandem non obſtant viſitationes factæ ab Epiſcopo de anno 1504. & 1587. quia cum factæ fuerint etiam authoritate delegata à Se-
20 de Apoſtolica, † non præſtant Epiſcopo Ius viſitandi authoritate ordinaria, vt pluribus comprobat *prima deciſio §.fin.* Eo minùs, quia ſecunda viſitatio fuit contradicta à Monialibus, & contradictio de mandato viſitatoris fuit inſerta in ipſo Inſtrumento viſitationis, ex qua propterea nullum ius, aut quaſi poſ-
21 ſeſſio acquiri potuit † Epiſcopo in præiudicium Abbatiſſæ, cum ad hunc effectum neceſſaria fuiſſet illius ſcientia, & acquieſcentia *l.3. §.dare ff.vſufruct. lib.2. vbi gloſſ. verb.ſciente Cod.ſeruit.& aqua, Afflict.deciſ.67.ſub nu.1.& 2. Rot.deciſ.165.ſub nu.5.part.4.diuerſ.deciſ.25.n.10. apud Modern. de Iure Abbatiſſ.* E conuerſò autē Abbatiſſa ex viſitationibus à ſe factis † aliiſ-
22 que actibus iuriſdictionalibus vigore concordiæ abſque aliqua contradictione expeditis acquiſiuit quaſi poſſeſſionem contra
23 Epiſcopum, cùm Epiſcopi ſcientia † ex actuū multiplicitate præſumatur, & neceſſaria non
24 ſit, † quando conſtat de titulo poſſidentis, vt bene explicat *Rebuff.in Conſt.Gallicas tom.3. tit. de materia poſſeſſ.in præfat.num.145.& ſeqq.& numer.153.poſt Caſtr.in l.ſeruitutis prædiorum num.9. verſ.licet ipſi ff. ſeruit. Balbus de præſcript. part.2.*

par.5.

par.5.principalis quaſt.7. num.4.Grat.diſcept.870. num.33.Rot.deciſ.533.nu.3.par.1.rec.& in Lucana Iuriſpatronatus 20. Decembris 1628. coram Reuerendiſſ.D.meo Decano.

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

GERVNDEN. CAPELLANIAE.

Mercurij 4. Iulij 1646.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus licet habeat Iuris aſſiſtentiā in conferendo omnia beneficia ſuæ diœceſis, illa non ſuffragatur in beneficijs exiſtentibus in Eccleſia Collegiata. Et ex quibus collationes ab Epiſcopo factæ non ſuffragentur? Concurſus non requiritur in dignitatibus habentibus annexam curam animarum, minuſque quando cura animarum reſidet penès Eccleſiam Collegiatam, & exercetur mediante opera alicuius Cappellani.

SVMMARIVM.

1 *Collatio facta à non habente poteſtatem conferendi non ſuffragatur.*
2 *Mandatum de conferendo differt à collatione.*
3 *Collatio non ſuffragatur, niſi conſtet ad collatorem ſpectare Ius conferendi.*
4 *Epiſcopus habet aſſiſtentiam iuris communis in conferendo beneficia ſuæ diœceſis.*
5 *Fallit in beneficijs exiſtentibus in Eccleſia Collegiata.*
6 *Ius conferendi ad aliquem ſpectare non probatur per verba dubitatiuè prolata.*
7 *Actor efficitur, qui petit ſibi adiudicari beneficium.*
8 *Collationes quando non probant Ius conferendi ad aliquem ſpectare faciunt tamen adminiculum ad offuſcandam probationem actoris.*
9 *Collatio effectum non ſortita non conſtituit collatorem in poſſeſſione conferendi.*
10 *Poſſeſſio non poteſt alteri tradi non citato poſſeſſore.*
11 *Poſſeſſio Inſtrumentalis alio exiſtente in poſſeſſione non prodeſt.*
12 *Collatio facta de conſenſu alicuius non conſtituit in quaſi poſſeſſione conferendi, niſi cum eadem qualificatione conſenſus.*
13 *Media extremis conformia præſumuntur.*
14 *Epiſcopus ſi conferat de conſenſu alterius ſibi præiudicat quoad liberam collationem.*
15 *Approbatio perſonæ electæ ad curam animarum ad Epiſcopum ſpectat, quamuis collatio ad alium pertineat.*
16 *Approbatio perſonæ ad curam animarum exercendam eſt actus omninò diuerſus à collatione, & ex approbatione non infertur ad Ius, ſeu poſſeſſionem conferendi, & num.17.*
18 *Prouiſiones Apoſtolicæ non mutant ſtatum beneficij.*
19 *Reo & poſſeſſori ſufficit vincere per non Ius actoris.*
20 *Concurſus non requiritur in dignitatibus annexam habentibus curam animarum.*
21 *Teſtes in vna cauſa examinati bene probant ſtatum beneficij in alia cauſa, ac in diuerſo iudicio.*
22 *Cappellaniæ nomen licet non ſonet in dignitatem, poteſt tamen ex communi reputatione dignitas cenſeri.*
23 *Concurſus non eſt neceſſarius, quando cura animarum reſidet penès Collegiatam, & exercetur mediante opera Cappellani.*
24 *Concurſus quoties non eſt neceſſarius, ſi factus apparet cenſetur per errorem, vel ex abundanti.*
25 *Et quamuis factus appareat de conſenſu eorum, qui beneficia obtinuerunt cum aſſertione, quod ſit neceſſarius non prodeſt, quia hoc non pendet ab eorum poteſtate.*

DECISIO CCLXVIII.

GASPARI Tauerner non eſſe adiudicandam Cappellaniam Maiorem Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Felicis hodie reſolutum fuit propoſito deſuper particulari dubio, quia
1 non docet de collatione † ſibi facta ab habēte poteſtatem conferendi, vt debet *cap. 3. de inſtit. cap. relatum de Iurepatron. Seraph. deciſ. 211. num.2.*

Quam enim exhibuit non eſt collatio, ſed mandatum Epiſcopi directum Abbati Sancti
2 Felicis, vt conferat † quod differt à collatione eamque ab Epiſcopo factam non fuiſſe declarat *Gonz. ſuper regul.8.gloſſ.15.§.2.num.61.*
3 Eoque minùs ſuffragari † poteſt niſi doceatur, quod ad Epiſcopum ſpectat ius conferendi *Rot.deciſ.229.num.5.par.1.rec.facit Bart.in l.ſi ſic 78.§.1.n.4.ff.leg.1. Natt.conſ.10.n.7.Lotth. de re benef.lib.2.q.9.n.53.*

Neque ad hunc effectum ſufficit aſſiſten-
4 tia iuris communis, † quam habet Epiſcopus in omnibus beneficijs ſuæ Diœceſis, *can. omnes Baſilicæ 16.quæſt.7.cap.cum olim in princ.de præſcript.gloſſ.in cap.quamquam 18.verb.deuoluitur circa med. verſ.vt igitur de elect.in 6. Seraph.deciſ. 799.num.1.* quia ista in beneficijs exiſtentibus
5 in Eccleſia † Collegiata, qualis eſt iſta non militat *cap.ſignificatum eſt de præben. cap.ea noſcitur de his quæ fiunt à Prælat.Sylua de benefic.par.2. quæſt.22.num.35.Caſſad.deciſ.22.num.3.de præben. Put.deciſ.130.lib.1.in corr.Rot.deciſ.72. num.1.& ſeqq.par.6.recen.deciſ.78.n.18.inter impreſſas apud Modern.de Iur.Abbat.to.3.*

Præſertim quia dantur aliquæ collationes factæ de conſenſu Abbatis, quæ licet ſi onus probandi incumberet prouiſo ab Abbate, eo quod Epiſcopus, qui Abbatis conſenſum admiſit de pertinentia collationis ad Abbatē locutus fuit dubitatiuè per verba, vt dicitur
6 de per ſe non probarent † quod ius conferēdi ſpectet ad Abbatem, *Lotther.de re benef.lib.2. qu.13. nu.144.aliqque allegati ab add.ad Buratt.deciſ.111.n.16.& in Gerunden.Beneficij 1.Iulij 1644. coram R.P.D.meo Ghiſilerio*, quia tamen hodie non diſputatur de viribus collationis Abbatis, ſed Epiſcopi, & ab eo prouiſus tenetur probare poteſtatem conferendi reſidere penès Epiſcopum cum petēdo ſibi adiudicari Cap-
7 pellaniam † efficiatur actor *Rot.deciſ.643.n.12.*

par.4.tom.3.rec. adminiculum ſaltem † faciunt
8 iuncta maximè quod agitur de beneficio exiſtente in Collegiata ad offuſcandam probationem, & intentionem actoris, vt per *Lotther.d.quaeſt.13.numer.144.in fin.Rot.in Tiraſonen. Cappellaniae 14. Decembris 1607. coram Sanctiſs. D. N. Innocentio X. tunc Sacrae Rotae Auditore, §.non obſtat.*

Prout nec ſufficit quaſi poſſeſſio conferendi educta ex collationibus alias ab Epiſcopo factis, quia prima collatio anni 1471. in perſonam Iacobi Boſſil tanquam de vacanti per priuationem Matthaei Marcotti data *in Summ. Tauerner num.3.* cum non probetur effectum
9 ſortita † non conſtituit Epiſcopum in quaſi poſſeſſione conferendi *Abb.in cap.conſultationibus ſub num.9. verſ.quod ergo de Iurepatr.Calder. conſ.12.eod.tit.Lotther.de re benef.lib.2. q.18.n.21. Put.deciſ.136.num.3.lib.3.Rot.deciſ.124.numer.5. par.3.recentior.* Siquidem exhibetur dumtaxat Inſtrumentum poſſeſſionis captae à prouiſo ab Epiſcopo non citato Matthaeo poſſeſſore, quod non probat collationis effectuationem, & prouiſi poſſeſſionem, quia etſi Epiſcopus ob priuationem incurſam à Matthaeo potuerit beneficium alteri conferre ſine citatione, non tamen potuit tradere poſſeſſionem parte
10 non † vocata *Seraph.deciſ.432.num.9.ex text.in cap.licet Epiſcopus de praeben. in 6.* & exiſtente
11 alio in poſſeſſione † Inſtrumentalis poſſeſſio non prodeſt, *l.praedia vbi notant omnes ff.acquir. poſſeſſ.l.non idcirco Cod.fid.Inſtrum. Menoch.de retin.remed.3.num.570. Rot.deciſ.359.num.1.part.1. recent.*

Altera collatio de anno 1575. *Summ.Tauerner num.4.* retorquetur contra Epiſcopum
12 cum legatur facta de conſenſu Abbatis, † & quamuis Epiſcopus ibi dubitatiuè locutus fuerit de iure Abbatis, quia tamen de illius conſenſu contulit, non poteſt exindè Epiſcopus educere poſſeſſionem conferendi, niſi cum eadem qualitate conſenſus Abbatis, *Panorm.in cap.cum Eccleſia Sutrina num.25. de cauſ. poſſeſſ.& propr.Calder.d.conſ.12.& 15.de Iurepat. Gabr.conſ.185. num. 19.lib.2.cum alijs allegatis per Modern.Peruſ.de manut.obſeru.33.nu.3.* idemque dicitur de colla tione anni 1605. quae etiam facta fuit de conſenſu Abbatis, vt in *Summ. Franceſc num.3.*

Pariter quod de anno 1585. Petrus Farroja ex cauſa permutationis Cappellaniam hanc reſignauerit ad fauorem Michaelis Pla, & poſtea iſte Michael vti prouiſus ab Ordinario poſſeſſionem Cappellaniae apprahenderit *Summ.Tauerner num.6.* nihil releuat dum exaduerſo non producitur ipſa collatio cum ex ea apparere poſſit Epiſcopum contuliſſe de conſenſu Abbatis, prout contulerat antecedenti anno 1575. & contulit anno ſubſequenti 1605.quibus collationibus † in dubio
13 conformis praeſumitur dicta collatio medij temporis *iuxt.theor. Bald.in l.vnica §.pro ſecundo num.8.verſ.in contrarium Cod.caduc.tollen. Soccin. conſ.73.num.22.lib.1.Rimin.Iun. conſ.809.num.8. Buratt.deciſ.660.num.1.* Et in omnem euentum per dictam collationem anni 1605. factam
14 de conſenſu Abbatis † Epiſcopus ſibi praeiudicaſſet in iuribus, ſi quae ex antecedentibus collationibus acquiſiuiſſet, vt ſequendo doctrinam *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina ſub num.93. de cauſ.poſſeſſ.& propr.dixit in his ferè terminis Rot.deciſ.245.ſub num.2.verſ.cum ad praeiudicandum, & nu.3.verſ.nam Epiſcopus par.4. recent.& prius in Tiraſonen.Canonicatus 4.Februarij 1603. coram bo.me.Scotto.*

Tandem examen, & approbationes aliarũ perſonarum, quae ex cauſa permutationis, ſeù reſignationis de hac Cappellania ſucceſſiuo anno 1608.& 1615. prouiſae fuerunt,non concludunt Epiſcopi poſſeſſionem, aut ius conferendi cum ſtante exercitio curae animarum annexo Cappellaniae ad ipſum Epiſcopũ
15 approbatio † perſonę ſpectaret,quamuis collatio competeret Abbati *Gonz.ad reg.8.Cancell. gloſſ.5.§.3.ſub num.60. Barboſ.de poteſt. Epiſc.alleg.74.num.24.* Et ab huiuſmodi approbatione
16 quia eſt actus † omninò diuerſus à collatione, *cap.cum in illis §. cum autem de praebend. in 6. Rot.deciſ.229.num.5. par.1. recent.* inferri non
17 poſſit † ad ius, ſeù poſſeſſionem conferendi, *Lotther.de re benef.lib.2.qu.1.nu.10.Rot.deciſ.308. nu.8.par.1.recent.*

Prouiſiones autem Apoſtolicae datae in *Summ.Tauerner num.7. 8. 9. & 10.* quia aliquae emanarunt ob reſignationem factam in manibus Papae, aliquae ob vacationem in menſibus reſeruatis in quibus nullum ius praeten-
18 ditur ab Abbate, neque excludunt ius Abbatis *Rot.deciſ.124.ſub num.5.par.3.recen.* neque includunt Ius Epiſcopi, aut mutant ſtatum beneficij, *Dec conſ.126. num.4. Acchill.deciſ.13. de Iurepatr.Caputaq.deciſ.189.par.3.Rot.dec.163. num.3.par.1.recent.* & Franceſc reo, & poſſeſ-
19 ſori non petenti † ſuum titulum canonizari ſufficit vincere ex non iure actoris *Caſſad. deciſ.3.num.5.de reſt.ſpol.& deciſ.7.num.9.ſuper reg. Cancell.Lotther.de re benef.lib.2.q.42.n.25.*

Quatenùs verò Tauerner Cappellaniam praetenderet adiudicari ſibi tanquã praeelecto in concurſu probandum eſſet, quod Cappellania conferri debuerit praeuio concurſu cui, & ſi illa habeat annexam curam animarum locus non erat, tum quia concurſus † non
20 requiritur in dignitatibus,*Garz.de benef.par.9. cap.2.ſub nu.181.& 195.Gonz.ſuper reg.8.gloſſ.6. num.162.Barboſ.in collect.ad Concil.Trid. ſeſſ.24. de reform.cap.18.num.14.& 15.& in tract.de offic. Epiſc.alleg.60. num.28.& 29.* qualem eſſe hanc Cappellaniam probatur ex teſtibus, qui licet
21 examinati in alia cauſa, † quia deponunt de ſtatu beneficij probant etiam in hoc iudicio, vt comprobat *deciſio in hac ipſa cauſa ſuper articulo manutentionis edita 27. Ianuarij 1645. coram me, & praeter ibi allegatos dixit Rot.dec.271.nu.2. par.1. recent.* concurrentibus praeſertim enunciatiua Inſtrumenti publici coram ipſomet Epiſcopo celebrati, quod Cappellania eſt quarta dignitas poſt Abbatialem *Summ Tauerner num.8.* necnon fide Curialium, quod Cappellania Maior communiter dignitas reputatur,

tatur; quæ communis reputatio ſuffragatur
22 quamuis neque nomen Cappellaniæ † ſonet in Dignitatem, neque Cappellanus iuriſdictionem aliudque dignitatis miniſterium exerceat, vt tradit *Innoc. in cap. de multa nu. 6. verſ. ſed ſi vocetur de præben. Gemin. conſ. 101. n. 1. Barboſ. de Canon. & Dignit. cap. 4. num. 10. aliuque relati in deciſione huius cauſæ ſuper ſummariſſimo poſſeſſorio 20. Martij 1645. coram me §. primo.*

Tum etiam, quia cura animarum reſidet penes Eccleſiam Collegiatam, & Abbatem qui eam exercet mediante opera Cappellani, quo caſu Cappellania non prouidetur per cō-
23 curſum, † vt fuiſſe deciſum à Sacra Congregatione Concilij Tridentini refert *Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 6. num. 158. Pariſ. de reſig. lib. 8. quæſt. 9. num. 93. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 60. num. 30. & in Collect. ad Concil. Trident. quæſt. 24. de reformat. cap. 18. nu. 13. vbi allegat concordantes.* Nec obſtant concurſus quandoque indicti ab Ordinario, quia ſtantibus ſupradictis deteguntur
24 facti per errorem, † vel ex abbundanti, *vt fuit ponderatum in ſupra citata deciſione 20. Martij 1645. § non obſtat, quod Cappellania*, & Tauerner ad obtinendam adiudicationem Cappellaniæ ex capite neceſſitatis concurſus non
25 prodeſt, quod alias prouiſi† conſenſerint cōcurſum fieri, ſeù aſſeruerint eſſe neceſſarium, quia hoc non pendet ab eorum poteſtate *Caputaq; dec. 185. par. 1. Rot. dec. 17. de reſt. ſpol. in nou. dec. 683. ſub num. 5. par. 3. recent.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA, ſeù VELITERNA AFFICTVS.

Mercurij 4. Iulij 1646.

ARGVMENTVM.

Agitur de admiſſione articulorum in Curia ad probandum concordiam eiuſque effectuationem, & tanquam releuantes in deciſione admittuntur, quia tendunt ad probandam concordiam, quæ litem extinguit.

SVMMARIVM.

1 *Articuli in Curia, quando ſunt releuantes paſſim admittuntur, ſiuè cauſa ſit ordinaria, ſiuè ſummaria.*

2 *Examen teſtium ſi fieri poteſt infra breue tempus, tunc probatio fieri dicitur incontinenti.*

3 *Concordia litem inter partes extinguit, & adimit iuriſdictionem à Iudice.*

4 *Lites per concordiam terminatæ non ſunt reſtaurandæ.*

5 *Articuli ad probandam concordiam non ſunt reijcien di ſub prætextu nullitatis eiuſdem concordiæ, cum de nullitate videri poterit poſtquam fuerit probata concordia, & interim non eſt denegandum examen præſertim in Curia.*

6 *Articuli in Curia nunquam reijciuntur ſi aliquo modo faciunt ad cauſam, & ſolent admitti cum clauſula præſeruatina ſaluis exceptionibus, ac Iure impertinentium, & non admittendorum.*

7 *à Tranſactione non licet tranſigentibus recedere, ſed ſolum competit actio pro adimplemento, ſi quid implendum ſupereſt.*

8 *Tranſactio difficilius reſcinditur, quando conſtat de illius effectuatione.*

9 *Articulus vnus ſufficit, vt probari non poſſit niſi per teſtes, ad hoc vt concedatur facultas examinandi ſuper omnibus, quamuis contineant materias, quæ probari poſſunt per ſcripturas.*

10 *Articuli ſolent etiam admitti ad coadiuuandum, & corroborandum probationes factas per ſcripturas ceſſante calumnia.*

11 *Calumniæ ſuſpicio ceſſat, quando concurrit fumus materiæ articulatæ, & articuli ſunt releuantes.*

DECISIO CCLXIX.

ETIAM ſi aduerſus decretum Iudicis Baſilicæ Sancti Petri fauorabile Canonicis eiuſdem Baſilicæ, Signatura gratiæ ad inſtantiam Aloiſij Venturini, Hieronymi Oliuerij, & Simonis Papij conductorum Caſalis Campimortui comiſerit cauſam reſtitutionis in integrum non attenta exceptione tranſactionis per Canonicos oppoſita, Domini Canonici aſſerentes eam exceptionem non fuiſſe reiectam, ſed non probatam, ad illius probationem produxerunt hodie articulos quorum admiſſioni, & proceſſui ad vlteriora in examine tum aduerſarij obſiſterent propoſui dubium an ſit procedendū ad vlteriora in examine, & affirmatiuè fuit reſponſum.

1 Solent enim articuli admitti in Curia, quando ſunt releuantes, ſiuè cauſa ſit ordinaria, ſiuè ſummaria, quia ob breuitatem tempo-
2 ris in quo fieri poteſt examen † probatio dicitur fieri in continenti *Rot. deciſ. 416. num. 7. & ſeqq. par. 5. recen. & prius deciſ. 24. & 25. de teſtib. in antiq. Caputaq. deciſ. 47. par. 1. & fuit dictum in Roſſanen. Decimarum 19. Aprilis 1641. coram me.*

Et releuantia articulorum in caſu noſtro videtur clara, quia articulatur concordia inita inter Canonicos, & aduerſarios poſt decretum Iudicis contra eoſdem prolatum, quæ excludit reſtitutionem in integrum aduerſus
3 idem decretum petitum cum litem † extinguat *l. fratris C. tranſact. cap. 1. de lit. conteſt. in 6. gloſſ. in l. 1. ff. iureiur. Surd. conſ. 451. nu. 16. Seraph. deciſ. 230. num. 3. deciſ. 1059. num. 1.* & adimat Iuriſdictionem à Iudice *Rot. apud Thomam de Tanis deciſ. 5. incipit nam tranſactio, & par. 6. recent. deciſ. 204. num. 5. & 6.* Nec inſtaurandæ ſint li-
4 tes † ſemel per concordiam terminatæ *l. Cauſas l. ſi maiores l. quamuis C. tranſact. Rot. deciſ. 354. num. 2. coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 86. num. 5. par. 6 recent.*

Nec obſtant aſſertæ nullitates concordiæ, quia de illis videndum erit poſt quam fuerit
5 probata concordia † cum omnibus ſuis qualitatibus, & interim dum de validitate dubitatur denegari non debet facultas probandi in Curia *Veſtr. in praxi lib. 5. cap. 15. num. 7. Rot. deciſ. 25. de teſtib. in antiq. deciſ. 28. num. 3. coram bo. me. Buratto Grat. diſceptatione 199. ſub nu. 12. Farinac. de teſtib. quæſt. 47. ſub num. 46. in fin.* cum ad

6 ad hunc effectum ſufficiat, quod articuli † aliquo modo poſſint ad cauſam pertinere, & ius
opponēdi de nullitate tranſactionis in qualibet
parte Iudicii cenſeatur præſeruatum per clauſulā illam apponi ſolitā ſaluis exceptionibus,
& iure impertinentium, & non admittendorū
Veſtr. in prax.lib.5.cap.14.num.6.verſ. imò Rot.deciſ.521.num.10. & 11.par.5.recent. Quo magis,
quia articulatur vltro concordiæ effectuatio
etiam ex parte conductorum, quibus propte-
7 rea non liceret à tranſactione recedere, † ſed
ſolum cōpeteret actio contra Canonicos pro
adimplemento concordiæ ſi quid implendum
ſupereſſet *l. ſi prò fundo vbi Iaſ.num.7.C.tranſact. Bart. in l. ſi quis aliam col.1.nu.1.verſ. contra prædicta, & ibid. Caſtr.num.5. in princ.ff.ſolut. Sur.deciſ.266. num.12.* difficilius enim admittitur re-
8 ſciſſio † tranſactionis, quando conſtat de illius
obſeruantia *cap. contingit de tranſact. Rot. dec.86. num.7.par.6.recent.deciſ.109.num.5.par.7.*

Rurſus non obſtat, quod aliquæ ex materijs articulatis probari poſſunt per ſcripturas,
9 quia † ſatis eſt, quod vnus articulus egeat probatione per teſtes, vt facultas examinandi cōcedatur *Rot.deciſ.124.nu.3. deciſ.413.nu.7. coram ſa.me. Greg.XV. dec.271.n.5. coram Card.Caualer. deciſ.677.nu.1.par.1.recent.deciſ.196. num.9.par.6.*
10 & ceſſante calumnia Rota aliquando † admiſit articulos ad corroborandum, & coadiuuādum probationes factas per ſcripturas *Caſ. de Graſſ. deciſ.1.num.11. de dilat. cum alijs allegatis in d.deciſ.196. num.6. par.6. recent.* quam bene declarauit *Rota in Cæſaraguſtana diſtributionum 13. Martij 1643. coram R.P.D.m.Cerro.* In caſu au-
11 tem noſtro ceſſat omnis ſuſpicio calumniæ †
quia ex fidibus productis, & alijs datur fumus
articulorum *Caputaq.deciſ.56. num.3.par.3. Rot. coram ſa.me. Greg. XV. deciſ.163. num.1. vbi add. num.10.deciſ.562.nu.4.& ibid.add.litt.B.* ac etiam quia articuli ſunt releuantes *Rot.deciſ.306.n.1. apud Farin. poſt ſecundum librum conſil. add. ad Greg.XV. deciſ 81. num.6. in fin. & ad deciſ.606. num.38.par.5.recent.*

Tandem non obſtat, quod poſt aſſertam concordiam Papa aduerſus decretum Iudicis antea emanatum comiſerit cauſam reſtitutionis in integrum, quia tunc non fuerat probata concordia, & cauſa fuit commiſſa prout de iure; de iure autem concordia præcludit viam litibus antea cæptis, illaſque penitus extinguit ex ſupra allegatis.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

VLADISLAVIEN. PARROCHIALIS.

Mercurij 4. Iulij 1646.

A R G V M E N T V M.

Remiſſoria ad probandum Iuſpatronatus datur etiam ſine ſumo, quia materia adhunc effectū reputatur prophana præſertim, quādo præſentationes, ex quibus illius probatio deſumitur fuerunt vna cum Archiuio in quo aſſeruabātur combuſtæ, quo caſu non debet denegari probatio per teſtes.

S V M M A R I V M.

1 *Remiſſoria denegari non debet data releuantia articulorum.*
2 *Remiſſoria datur abſque fumo in cauſis prophanis.*
3 *Cauſa Iuriſpatronatus ad effectum remiſſoriæ reputatur prophana prout alia qualibet quamuis fori Eccleſiaſtici, in qua non agitur de titulo beneficij.*
4 *Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum.*
5 *Iuſpatronatus probatur ex præſentationibus ſpatio 40. annorum, & talis probatio iuncta etiam fama, & adminiculis ſufficit, quando non militat præſumptio vſurpationis.*
6 *Talis namque præſumptio non militat in perſonis Eccleſiaſticis non habentibus Iuriſdictionem in loco, quia ſunt ad inſtar perſonæ priuatæ.*
7 *Articuli dicuntur releuantes, ſi continent materiam à qua pendet victoria cauſæ.*
8 *Remiſſoria, vt concedatur ſuper omnibus articulis ſufficit releuantia vnius articuli.*
9 *Remiſſoria non datur ad probandum per teſtes, quod probari poteſt per ſcripturas.*
10 *Fallit probata ſcripturarum amiſſione, tunc enim ne probationes pereant admitti debet probatio per Teſtes deponentes de tenore ſcripturæ.*
11 *Scripturæ exiſtentes in Archiuio combuſtæ præſumuntur, conſtito de combuſtione Archiuij.*
12 *Donatio Iuriſpatronatus non requirit ſcripturam.*
13 *Iuſpatronatus acquiritur ex donatione conſtito de Iure donatoris, & conſenſu Epiſcopi.*
14 *Remiſſoria non eſt deneganda ob præſumptam calumniam ex quo materia articulata non fuit probata in prima inſtantia, quia permiſſum eſt probare in ſecunda non probata in prima.*
15 *Remiſſoria non eſt de facili deneganda ob ſuſpicionem calumniæ, quando articuli ſunt releuantes.*

D E C I S I O CCLXX.

IN gradu appellationis à ſententia Curiæ Epiſcopalis Vladiſlauienſis ſuper libertate Eccleſiæ Parrochialis de qua agitur exiſtentis in Pago, ſeù Villa nuncupata Gemlice, quam Venerabile Collegium, & Patres Societatis Ieſu eſſe de Iurepatronatus ad ſe ſpectante prætendunt, ijdem Patres produxerunt articulos petendo deſuper concedi remiſſoriam, & concedendam non obſtantibus exaduerſo deductis Domini cenſuerunt.

1 Quia vbi articuli ſunt releuantes † non de-
negatur remiſſoria in quacumque inſtantia
Caputaq.deciſ.68.num.1.par.3. Cocc.deciſ.149.n.1. fel.record.Greg.XV.deciſ.403.num.3.Rot. inter impreſſ.par.1.recent. deciſ.348.nu.1. & datur etiam
2 abſque fumo † in cauſis prophanis, qualis ad
hunc effectum dicitur cauſa Iuriſpatronatus,
3 & † quæuis alia quamuis fori Eccleſiaſtici, in
qua non agitur de titulo beneficij *Caputaq. deciſ.99.par.1. Acchill.deciſ.11. de Iurepatr. Caſ. de Graſſ.deciſ.1.num.9. de dilat. add. ad ſan.me. Greg. XV.deciſ.174.num.7.*

Releuantia autem patet, quia articulatur, quod bon: me: Dominus Rozranoroski olim Epiſcopus Vladiſlauie, qui Iuſpatronatus huius Eccleſiæ acquiſiuerat à Monacis Ciſtercienſibus veris patronis, & annexum eſt Vil-

le

le nuncupate Gemlice dictam Villam donauit Collegio Societatis Ieſu vna cum Iurepatronatus Parrochialis Eccleſiæ, quod etiam
4 de iure † tranſit cum vniuerſitate bonorū cui eſt annexum *cap. ex litteris cap. cum ſeculum vbi gloſſ. verb. emptorem de Iurepatr. Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 13. num. 3. Garz. de beneſ. par. 5. cap. 9. n. 16 Lottber. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 9. num. 49. & ſeqq. & fuit dictum in Pientina Iuriſpatronatus 28. Iunij 1641. coram bo. me. Pirouano*.

Vlterius articulatur, quod ex die dictæ donationis Patres Societatis Ieſu continuo occurrentibus vacationibus Parrochialis ad eādem præſentarunt per annos 40. & vltra ex
5 quibus præſentationibus tanti temporis † iuncta fama, vel adminiculis reſultat ſufficiens probatio Iuriſpatronatus, quando non militat præſumptio vſurpationis *Caſſad. deciſ. 7. n. 4. de Iurepatr. Acchill. deciſ. 6. eod. tit. Mant. deciſ. 318. num. 5. Caualer. deciſ. 159. num. 5. Reuerendiſsimus Vrgellen. deciſ. 413. num. 2.* quæ præſumptio nullatenus militat in Patribus Ieſuitis ſicut nec
6 olim in Monacis Ciſtercienſibus; † præſertim quia in Villa non habent iuriſdictionem, & ſunt ad iſtar perſonæ priuatę *Gabr. conſ. 192. n. 1 lib. 2, Caualer. deciſ. 89. num. 1. Buratt. deciſ. 142. n. 1. vbi add. num. 13. allegat concordantes*.

Cum itaque articuli reſpiciant probationē
7 Iuriſpatronatus à qua pendet † victoria cauſę, negari non poteſt, quin ſint releuantes *Caualer. deciſ. 232. num. 2.*
8 & ſufficeret releuantia † vnius articuli, vt ſuper omnibus concederetur *Cocc. deciſ. 149. num. 3. Greg. XV. deciſ. 403. in fin. Buratt. deciſ. 656. num. 4. deciſ. 824. num. 1.*

Non obſtat, quod præſentationes poſſint probari per ſcripturas. nec datur remiſſoria
9 ad probandum per teſtes, † quod per ſcripturas probari poteſt; tum quia hoc non proce-
10 dit probata ſcripturarum amiſſione, † cum tunc ne probationes pereant admittatur probatio per teſtes deponentes de tenore ſcripturæ *cap. cum olim de priuileg. cap. ſicut de re Iudic. Abb. in cap. 2. circa fin. & ibi Felin. nu. 13. & ſeqq. de probat. Garz. de beneſ. par. 5. cap. 9. ſub num. 113.* & in his terminis *Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 11. de dilat. Caualer. deciſ. 368. nu. 2.* & in caſu noſtro articulatum fuit in ſpecie, quod Archiuium in quo præſentationes aſſeruabantur combu-
11 ſtum fuit vnde ſequitur, † quod etiam ſcripturæ dictatum præſentationum ibidem exiſtentes incendio perierint *Bart. in l. quoties n. 6. C. naufr. lib. 11. Crot. conſ. 122. num. 34. Aym. conſ. 157. ſub num. 16. Surd. conſ. 109. ſub num. 10. & num. 11. & in puncto Caualer. d. deciſ. 368. num. 2.*

Tum etiam, quia vt ſupra dicebam articu-
12 lata etiam fuit donatio Iuriſpatronatus, † quæ ſcripturam non requirit *Caſtr. conſ. 75. num. 3. & ſeqq. lib. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 562. num. 1. Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 7. num. 347.* Et ſufficit ad acquiſitionem Iuriſpatronatus conſtito de
13 iure donatoris, † & conſenſu Epiſcopi *cap. ex inſinuatione de Iurepatr. Viuian. de Iurepatr. lib. 4. cap. 1. ſub num. 2. Lottber. de re beneſic. lib. 2. qu. 12. num. 2.*

Minus obſtat aſſerta ſuſpicio calumniæ eo, quod in prima inſtantia Iuſpatronatus proba-
14 tum non fuerit, quia permiſſum eſt † probare in ſecundā non probata in prima *l. per hanc C. tempor. appellat. Scacc. de appell. quæſt. 3. ſub n. 1. & quæſt. 11. num. 84. & ſeqq. Seraph. deciſ. 575. n. 4.*
15 nec facile denegatur remiſſoria † ob ſuſpicionem calumniæ, quando articuli ſunt releuantes *Aegid. deciſ. 624. Rot. deciſ. 348. num. 6. par. 1. recent. deciſ. 235. num. 5. par. 5.*

Et ita deciſum vtraque parte Informante.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ZEPHIRIS.

Mercurij 4. Iulij 1646.

ARGVMENTVM.

Tacita reciproca de linea ad lineam, ex quibus coniecturis inducta dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes quando fuerunt ſubſtituti duobus, vel pluribus inſtitutis cenſentur diſcretinè ſubſtituti in portione cuiuslibet inſtituti.*

2 *Teſtator faciliùs grauat filium ad reſtituendam portionem proprijs deſcendentibus, quàm alijs tranſuerſalibus.*

3 *Prædilectio Teſtatoris ad effectum excludendi ſubſtitutum non attenditur, niſi quando prædilectus ſuccedit vltimo defuncto, vel ab inteſtato vti proximior, vel ex teſtamento ipſius vltimi defuncti.*

4 *Prædilectus non ſuccedit iure ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, ſed ſolum ab inteſtato ad excluſionem ſubſtituti, vel ex teſtamento vltimi, ſi ſit ab eo inſtitutus, non autem aduerſus illius teſtamentum.*

5 *Reciproca tacita non dicitur inducta niſi concurrentibus tribus requiſitis. Alterum quod ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti. Alterum quod filij inter quos dicitur inducta fuerint vocati Tertiū denique quod ſubſtitutio ſit facta in tota hæreditate, & num. 6. & 7.*

8 *Coniecturæ ad inducendam reciprocam ex tacita mēte Teſtatoris requiritur quod perneceſſe concludant.*

9 *Coniecturæ ſi poſſunt reciprocam inducere in eadem linea citrà multiplicationem fideicommiſſorum nō debent trahi ad reciprocam de linea ad lineam, & num. 12.*

10 *Amplia etiamſi Teſtator habuerit rationem conſeruandæ agnationis, nam illa ratio operatur reſpectu deſcendentium in vnaquaque linea.*

11 *Et in ſpecie de ſubſtitutione fœminarum deficientibus maſculis loquitur* Fuſar. ibid. alleg.

13 *Reciproca inter patruum, & nepotem nullatenùs conſideratur, quando diuerſitas graduum, & caſuum vocationis concurrit, itaut propter inhabilitatem terminorum neque patruus dicatur vocatus ad ſucceſſionem nepotis, neque è contra, & num. 16.*

14 *Vocati in primo gradu non cenſentur ſubſtituti reciprocè cum vocatis in ſecundo gradu.*

15 *Amplia etiamſi ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti,*

6 ad hunc effectum ſufficiat, quod articuli aliquo modo poſſint ad cauſam pertinere, & ius opponẽdi de nullitate tranſactionis in qualibet parte Iudicii cenſeatur præſeruatum per clauſulã illam apponi ſolitã ſaluis exceptionibus, & iure impertinentium, & non admittendorũ *Veſtr. in prax. lib. 5. cap. 14. num. 6. verſ. imò Rot. deciſ. 521. num. 10. & 11. par. 5. recent.* Quo magis, quia articulatur vltro concordiæ effectuatio etiam ex parte conductorum, quibus propte-
7 rea non liceret à tranſactione recedere, † ſed ſolum cõpeteret actio contra Canonicos pro adimplemento concordiæ ſi quid implendum ſupereſſet *l. ſi prò fundo vbi Iaſ. num. 7. C. tranſact. Bart. in l. ſi quis aliam col. 1. nu. 1. verſ. contra prædicta, & ibid. Caſtr. num. 5. in princ. ff. ſolut. Sur. deciſ. 266. num. 12.* difficilius enim admittitur re-
8 ſciſſio † tranſactionis, quando conſtat de illius obſeruantia *cap. contingit de tranſact. Rot. dec. 86. num. 7. par. 6. recent. deciſ. 109. num. 5. par. 7.*

Rurſus non obſtat, quod aliquæ ex materijs articulatis probari poſſunt per ſcripturas,
9 quia † ſatis eſt, quod vnus articulus egeat probatione per teſtes, vt facultas examinandi cõcedatur *Rot. deciſ. 124. nu. 3. deciſ. 413. nu. 7. coram ſa. me. Greg. XV. dec. 271. n. 5. coram Card. Caualer. deciſ. 677. nu. 1. par. 1. recent. deciſ. 196. num. 9. par. 6.*
10 & ceſſante calumnia Rota aliquando† admiſit articulos ad corroborandum, & coadiuuãdum probationes factas per ſcripturas *Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 11. de dilat. cum alys allegatis in d. deciſ. 196. num. 6. par. 6. recent.* quam bene declarauit *Rota in Cæſarauguſtana diſtributionum 13. Martij 1643. coram R. P. D. m. Cerro.* In caſu au-
11 tem noſtro ceſſat omnis ſuſpicio calumniæ † quia ex fidibus productis, & alijs datur fumus articulorum *Caputaq. deciſ. 56. num. 3. par. 3. Rot. coram ſa. me. Greg. XV. deciſ. 163. num. 1. vbi add. num. 10. deciſ. 562. nu. 4. & ibid. add. litt. B.* ac etiam quia articuli ſunt releuantes *Rot. deciſ. 306. n. 1. apud Farin. poſt ſecundum librum conſil. add. ad Greg. XV. deciſ. 81. num. 6. in fin. & ad deciſ. 606. num. 38. par. 5. recent.*

Tandem non obſtat, quod poſt aſſertam concordiam Papa aduerſus decretum Iudicis antea emanatum comiſerit cauſam reſtitutionis in integrum, quia tunc non fuerat probata concordia, & cauſa fuit commiſſa prout de iure; de iure autem concordia præcludit viam litibus antea cæptis, illaſque penitus extinguit ex ſupra allegatis.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

VLADISLAVIEN. PARROCHIALIS.

Mercurij 4. Iulij 1646.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria ad probandum Iuſpatronatus datur etiam ſine fumo, quia materia adhunc effectũ reputatur prophana præſertim, quãdo præſentationes, ex quibus illius probatio deſumitur fuerunt vna cum Archiuio in quo aſſeruabãtur combuſtæ, quo caſu non debet denegari probatio per teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria denegari non debet data releuantia articulorum.*
2 *Remiſſoria datur abſque fumo in cauſis prophanis.*
3 *Cauſa Iuriſpatronatus ad effectum remiſſoriæ reputatur prophana prout alia qualibet quamuis fori Eccleſiaſtici, in qua non agitur de titulo beneficij.*
4 *Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum.*
5 *Iuſpatronatus probatur ex præſentationibus ſpatio 40. annorum, & talis probatio iuncta etiam fama, & adminiculis ſufficit, quando non militat præſumptio vſurpationis.*
6 *Talis namque præſumptio non militat in perſonis Eccleſiaſticis non habentibus Iuriſdictionem in loco, quia ſunt ad inſtar perſonæ priuatæ.*
7 *Articuli dicuntur releuantes, ſi continent materiam à qua pendet victoria cauſæ.*
8 *Remiſſoria, vt concedatur ſuper omnibus articulis ſufficit releuantia vnius articuli.*
9 *Remiſſoria non datur ad probandum per teſtes, quod probari poteſt per ſcripturas.*
10 *Fallit probata ſcripturarum amiſsione, tunc enim ne probationes pereant admitti debet probatio per Teſtes deponentes de tenore ſcripturæ.*
11 *Scripturæ exiſtentes in Archiuio combuſtæ præſumuntur, conſtito de combuſtione Archiuij.*
12 *Donatio Iuriſpatronatus non requirit ſcripturam.*
13 *Iuſpatronatus acquiritur ex donatione conſtito de Iure donatoris, & conſenſu Epiſcopi.*
14 *Remiſſoria non eſt deneganda ob præſumptam calumniam ex quo materia articulata non fuit probata in prima inſtantia, quia permiſſum eſt probare in ſecunda non probata in prima.*
15 *Remiſſoria non eſt de facili deneganda ob ſuſpicionem calumniæ, quando articuli ſunt releuantes.*

DECISIO CCLXX.

IN gradu appellationis à ſententia Curiæ Epiſcopalis Vladislauienſis ſuper libertate Eccleſiæ Parrochialis de qua agitur exiſtentis in Pago, ſeù Villa nuncupata Gemlice, quam Venerabile Collegium, & Patres Societatis Ieſu eſſe de Iurepatronatus ad ſe ſpectante prętendunt, ijdem Patres produxerunt articulos petendo deſuper concedi remiſſoriam, & concedendam non obſtantibus exaduerſo deductis Domini cenſuerunt.

1 Quia vbi articuli ſunt releuantes † non denegatur remiſſoria in quacumque inſtantia *Caputaq. deciſ. 68. num. 1. par. 3. Cocc. deciſ. 149. n. 1. fel. record. Greg. XV. deciſ. 403. num. 3. Rot. inter impreſſ. par. 1. recent. deciſ. 348. nu. 1.* & datur etiam
2 abſque fumo † in cauſis prophanis, qualis ad hunc effectum dicitur cauſa Iuriſpatronatus,
3 & † quæuis alia quamuis fori Eccleſiaſtici, in qua non agitur de titulo beneficij *Caputaq. deciſ. 99. par. 1. Acchill. deciſ. 11. de Iurepatr. Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 9. de dilat. add. ad ſan. me. Greg. XV. deciſ. 174. num. 7.*

Releuantia autem patet, quia articulatur, quod bon: me: Dominus Rozranoroski olim Epiſcopus Vladislauiæ, qui Iuſpatronatus huius Eccleſiæ acquiſiuerat à Monacis Ciſtercienſibus veris patronis, & annexum eſt Vil-

le

le nuncupate Gemlice dictam Villam donauit Collegio Societatis Ieſu vna cum Iurepatronatus Parrochialis Eccleſiæ, quod etiam
4 de iure † tranſit cum vniuerſitate bonorũ cui eſt annexum *cap. ex litteris cap. cum ſeculum vbi gloſſ. verb. emptorem de Iurepatr. Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 13. num. 3. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. n. 16 Lottber. de re benef. lib. 2. quæſt. 9. num. 49. & ſeqq. & fuit dictum in Pientina Iuriſpatronatus 28. Iunij 1641. coram bo. me. Pirouano*.

Vlterius articulatur, quod ex die dictæ donationis Patres Societatis Ieſu continuo occurrentibus vacationibus Parrochialis ad eãdem præſentarunt per annos 40. & vltra ex
5 quibus præſentationibus tanti temporis† iuncta fama, vel adminiculis reſultat ſufficiens probatio Iuriſpatronatus, quando non militat præſumptio vſurpationis *Caſſad. deciſ. 7. n. 4. de Iurepatr. Acchill. deciſ. 6. eod. tit. Mant. deciſ. 318. num. 5. Caualer. deciſ. 159. num. 5. Reuerendiſsimus Vrgellen. deciſ. 413. num. 2.* quæ præſumptio nullatenus militat in Patribus Ieſuitis ſicut nec
6 olim in Monacis Ciſtercienſibus; † præſertim quia in Villa non habent iuriſdictionem, & ſunt ad iſtar perſonæ priuatę *Gabr. conſ. 192. n. 1 lib. 2, Caualer. deciſ. 89. num. 1. Buratt. deciſ. 142. n. 1. vbi add. num. 13. allegat concordantes*.

Cum itaque articuli reſpiciant probationẽ
7 Iuriſpatronatus à qua pendet † victoria cauſę, negari non poteſt, quin ſint releuantes *Caua-*
8 *ler. deciſ.* 232. *num.* 2. & ſufficeret releuantia † vnius articuli, vt ſuper omnibus concederetur *Cocc. deciſ. 149. num. 3. Greg. XV. deciſ. 403. in fin. Buratt. deciſ. 656. num. 4. deciſ. 824. num. 1.*

Non obſtat, quod præſentationes poſſint probari per ſcripturas. nec datur remiſſoria
9 ad probandum per teſtes, † quod per ſcripturas probari poteſt; tum quia hoc non proce-
10 dit probata ſcripturarum amiſſione, † cum tunc ne probationes pereant admittatur probatio per teſtes deponentes de tenore ſcripturæ *cap. cum olim de priuileg. cap. ſicut de re Iudic. Abb. in cap. 2. circa fin. & ibi Felin. nu. 13. & ſeqq. de probat. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. ſub num. 113.* & in his terminis *Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 11. de dilat. Caualer. deciſ. 368. nu. 2.* & in caſu noſtro articulatum fuit in ſpecie, quod Archiuium in quo præſentationes aſſeruabantur combu-
11 ſtum fuit vnde ſequitur, † quod etiam ſcripturæ dictarum præſentationum ibidem exiſtentes incendio perierint *Bart. in l. quoties n. 6. C. naufr. lib. 11. Crot. conſ. 122. num. 34. Aym. conſ. 157. ſub num. 16. Surd. conſ. 109. ſub num. 10. & num. 11. & in puncto Caualer. d. deciſ. 368. num. 2.*

Tum etiam, quia vt ſupra dicebam articu-
12 lata etiam fuit donatio Iuriſpatronatus, † quæ ſcripturam non requirit *Caſtr. conſ. 75. num. 3. & ſeqq. lib. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 562. num. 1. Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 7. num. 347.* Et ſufficit ad acquiſitionem Iuriſpatronatus conſtito de
13 iure donatoris, † & conſenſu Epiſcopi *cap. ex inſinuatione de Iurepatr. Viuian. de Iurepatr. lib. 4. cap. 1. ſub num. 2. Lottber. de re benefic. lib. 2. qu. 12. num. 2.*

Minus obſtat afferta ſuſpicio calumniæ eo, quod in prima inſtantia Iuſpatronatus proba-
14 tum non fuerit, quia permiſſum eſt† probare in ſecundà non probata in prima *l. per hanc C. tempor. appellat. Scacc. de appell. quæſt. 3. ſub n. 1. & quæſt. 11. num. 84. & ſeqq. Seraph. deciſ. 575. n. 4.*
15 nec facile denegatur remiſſoria † ob ſuſpicionem calumniæ, quando articuli ſunt releuantes *Aegid. deciſ. 624. Rot. deciſ. 348. num. 6. par. 1. recent. deciſ. 235. num. 5. par. 5.*

Et ita deciſum vtraque parte Informante.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ZEPHIRIS.

Mercurij 4. Iulij 1646.

ARGVMENTVM.

Tacita reciproca de linea ad lineam, ex quibus coniecturis inducta dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes quando fuerunt ſubſtituti duobus, vel pluribus inſtitutis cenſentur diſcretiuè ſubſtituti in portione cuiuslibet inſtituti.*

2 *Teſtator faciliùs grauat filium ad reſtituendam portionem proprijs deſcendentibus, quàm alijs tranſuerſalibus.*

3 *Prædilectio Teſtatoris ad effectum excludendi ſubſtitutum non attenditur, niſi quando prædilectus ſuccedit vltimo defuncto, vel ab inteſtato vti proximior, vel ex teſtamento ipſius vltimi defuncti.*

4 *Prædilectus non ſuccedit iure ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, ſed ſolum ab inteſtato ad excluſionem ſubſtituti, vel ex teſtamento vltimi, ſi ſit ab eo inſtitutus, non autem aduerſus illius teſtamentum.*

5 *Reciproca tacita non dicitur inducta niſi concurrentibus tribus requiſitis. Alterum quod ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti. Alterum quod filij inter quos dicitur inducta fuerint vocati Tertiũ denique quod ſubſtitutio ſit facta in tota hæreditate, & num. 6. & 7.*

8 *Coniecturæ ad inducendam reciprocam ex tacita mẽte Teſtatoris requiritur quod perneceſſe concludant.*

9 *Coniecturæ ſi poſſunt reciprocam inducere in eadem linea citrà multiplicationem fideicommiſſorum nõ debent trahi ad reciprocam de linea ad lineam, & num. 12.*

10 *Amplia etiamſi Teſtator habuerit rationem conſeruandæ agnationis, nam illa ratio operatur reſpectu deſcendentium in vnaquaque linea.*

11 *Et in ſpecie de ſubſtitutione fœminarum deficientibus maſculis loquitur* Fuſar. ibid. alleg.

13 *Reciproca inter patruum, & nepotem nullatenùs conſideratur, quando diuerſitas graduum, & caſuum vocationis concurrit, itaut propter inhabilitatem terminorum neque patruus dicatur vocatus ad ſucceſſionem nepotis, neque è contra, & num. 16.*

14 *Vocati in primo gradu non cenſentur ſubſtituti reciprocè cum vocatis in ſecundo gradu.*

15 *Amplia etiamſi ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti,*

ti, & adſit perſona, quæ ex præſumpta voluntate Teſtatoris ſubſtitutum excludat.

16 *Reciproca inter patruum, & nepotem eo magis excluditur ſi fuit data facultas à Teſtatore inſtituendi extraneum.*

17 *Reciprocam non adeſſe in dubio pronunciandum eſt.*

18 *Reciproca tacita de linea ad lineam inducta cenſentur, quando concurrunt tria ſolita requiſita, de quibus ſupra num.5. 6. & 7.*

19 *Reciproca tacita de linea ad lineam inducta cenſetur, ſi ſubſtitutus ſuccedit in tota hæreditate in duas lineas diuiſa, ex neceſſitate ſubſequentis reſultat antecedens voluntas Teſtatoris inducendi tacitam reciprocam inter lineas.*

20 *Filij in conditione poſiti vigore Statuti Vrbis* lib.1 cap.142. *cenſentur diſpoſitiuè vocati.*

21 *Secus vbi ex diſpoſitione Statuti, vel alijs coniecturis non adeſſet diſpoſitiua vocatio poſitorum in conditione.*

22 *In conditione poſiti licet cenſeantur vocati, non tamen dicuntur grauati alteri reſtituere, nam ex vocatione actiua non infertur ad paſſiuam.*

23 *Fallit quando ſubſtitutio eſt compendioſa, & vltimo morienti fuit datus ſubſtitutus in tota hæreditate, vel aliæ militant coniecturæ.*

24 *Subſtitutio facta vltimo morienti licet ſit apta inducere reciprocam, non tamen inducitur de linea ad lineam, niſi in caſu quo agitur de deſcendentibus Teſtatoris, non autem de tranſuerſalibus, & extraneis.*

25 *Reciproca inter deſcendentes Teſtatoris faciliùs inducitur ob præſumptam illorum prædilectionem.*

26 *Idemque procedit, quando vltima ſubſtitutio eſt facta in tota hæreditate.*

27 *Aut ex coniecturis colligitur voluntas Teſtatoris ſubſtituendi vltimo.*

28 *Declara non requiri quod ſubſtitutio fiat formalitèr & verbis expreſſis vltimo morienti, ſed ſufficit, quod interpetratiuè colligatur.*

29 Deciſiones in Florentina fideicommiſſi coram Carillo, & Firmana fideicommiſſi de Caradoris, cor.R.P.D. Dunoz. *declarantur.*

30 *Subſtitutio indeffinita æquipollet vniuerſali, & refertur ad totam hæreditatem, ſi Teſtator priùs fecit inſtitutionem vniuerſalem omnium bonorum.*

31 *Subſtitutio in tota hæreditate intelligenda eſt, ſi vniformitèr, & continuatiuè fuit adiecta.*

32 *Fœminæ ſi ex voluntate Teſtatoris fuerunt ab extraneo excluſæ multò magis cenſentur excluſæ à prædilecto ab ipſo Teſtatore.*

33 *Ad reciprocam inducendam inter vocatos plurimũ operatur coniectura prædilectionis.*

34 *Amplia præſertim quando Teſtator habuit rationẽ conſeruandæ agnationis.*

35 *Ad reciprocam inducendam vbi militant tot argumenta voluntatis Teſtatoris, nullatenùs ſunt attendendæ contrariæ opiniones.*

36 Deciſiones in cauſa Firmana fideicommiſſi de Caradoris coram D. meo Decano, & Terracinen. fideicommiſſi coram R.P.D. Ghiſilerio, declarantur.

DECISIO CCLXXI.

ET quia hæredis inſtitutio eſt caput teſtamenti, ideò hæredes ſuos vniuerſales inſtituit DD. Paulum Emilium, & Hortenſium eius filios legitimos, & naturales æquis portionibus, quos inuicem ſubſtituit. Et in euentum in quem dicti ſui filij decederent ſine filijs legitimis, & naturalibus poſſint inſtituere, quem voluerint ad libitum ipſorum. Et ſi non diſpoſuerint per eorum vltimam voluntatem, maſculis deficientibus ab eis deſcendentibus, tunc & eo caſu vocauit fœminas ipſorum maſculorum, & deſcendentes ab eis; ita tamen quod pro arbitrio ipſorum maſculorum, & deſcendentium ſit, & eſſe debeat in eorum voluntate adoptare etiam extraneos maſculos ad hoc, vt per ipſos adoptatos perpetuis futuris temporibus repreſentetur familia ipſius Teſtatoris in bonis, & cognomine familiæ ſuæ.

Hæc ſunt verba teſtamenti à Siluio Zephiro conditi, cuius vigore defunctis Paulo Emilio altero ex hæredibus primo loco inſtitutis, nec non ſucceſſiuè Franciſco, Alexandro, & Ludouico eius filijs purificatum fuiſſe fideicommiſſum ad fauorem Deodatæ eiuſdem Pauli Emilij filiæ profeſſæ in Monaſterio S. Laurentij in Pane, & Perna, ſiuè ipſius Monaſterij dixit Rota ſub die 20. Maij 1639. coram Me in concurſu Venerabilis Congregationis R. P. Grauitæ hæredis inſtitutæ ab vltimo filio maſculo Pauli Emilij, quia ſupponebatur prædeceſſiſſe Hortenſium alterum filium Siluij Teſtatoris. Quod ſuppoſitum hodie detectum eſt erroneum, quia Hortenſius deceſſit, nedũ poſt Paulum Emilium fratrem, ſed etiam poſt omnes nepotes maſculos ex eo, & inſtituit hæredem Andreã Leoninum, qui cum prætenderet hæreditatẽ Siluij ſibi deberi, diſcutiendum propoſui, An ſit factus locus fideicommiſſo ad illius fauorem.

Et pro negatiua deducebatur, quod Hortentius cuius iure Andreas vtitur nõ fuit ſubſtitutus in portione Pauli Emilij cohęredis, de qua eſt quæſtio, niſi in caſum quod Paulus Emilius moreretur ſine filijs, qui caſus non euenit, nec Hortenſius fœminas filias Pauli Emilij deficientibus deſcendẽtibus maſculis ſubſtitutas excludere poteſt tanquam à Teſtatore prædilectus, quia prædilectus quidem fuit in portione ſua, ſed non in portione fratris in qua ipſius filij maſculi, & deinde fœminæ ſubſtitutæ fuerunt intelligendo conditionem illam deficientibus maſculis ab eis

1 deſcendentibus diſcretiuè,† ſcilicèt vt maſculi cuiuslibet ex hæredibus inſtitutis ſuccedant in portione patris ſui, vt debet quando duobus, vel pluribus inſtitutis ſubſtituti fuerunt deſcendentes *Pariſ.conſ.18.num.61.lib.2. Rimin. Sen.conſ.28.num.5. Gabr.conſ.140.num.3.lib.1. Peregr.conſ.30.num.2.& ſeqq.* vbi dicit rationem,

2 quia Teſtatores faciliùs grauant filium† ad reſtituendum portionem proprijs ſuis deſcendentibus, quos ad illam naturalis, & ciuilis ratio vocat, quam vt reſtituat fratribus, vel alijs tranſuerſalibus *lib.7. Seraph.deciſ.1023.n.3 & ſeqq. Rot.deciſ.287.num.3. & 4.par.4.tom.2.rec.*

Cum-

Cumque neque Paulo Emilio, neque Ludouico illius filio maſculo nouiſſimè defuncto propter exiſtētiam ſororis,ſiuè hæredis ſcripti in teſtamento Ludouici,Hortenſius ſuccedere poſſit nil releuat prædilectio ad excluſionē Deodatæ deficientibus maſculis ab auo ſubſtitutæ; nam ad effectum excludendi ſubſti-
3 tutum non attenditur prædilectio† niſi quando prædilectus ſuccedit vltimo defuncto, vel ab inteſtato vti proximior, vel ex ipſiuſmet vltimi defuncti hoc eſt hæredis grauati teſtamento, & ratio eſt quia prædilectus non ſuc-
4 cedit † iure ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, ſed ſolum ab inteſtato ad excluſionem ſubſtituti, vel ex teſtamento vltimi ſi ſit ab eo inſtitutus,non autem aduerſus illius teſtamētum *Bald. in l. penult. nu. 20. C. impub. & alijs ſubſt. Pariſ. conſ. 44. num. 37. & ſeqq. lib. 2. Socc. conſil. 94. num. 14. lib. 4. Gabr. conſ. 121. nu. 47. lib. 1. Honded. conſ. 65. num. 29. lib. 2. Giouagn. conſ. 80. nu. 10. conſil. 82. num. 37. lib. 1. Seraph. deciſ. 1190. ſub num. 4.*

Neque etiam competere poteſt Hortenſio portio Pauli Emilij vigore tacitę reciprocæ reſultantis in caſum,quo Paulus Emilius decederet cum filijs, & deindè filij ſine maſculis morerentur, quia deficiunt tria requiſita
5 ad hoc neceſſaria, † alterum quod ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti, cui non æquipollet ſubſtitutio poſt mortem plurium *Menoch. de communi* vbi reſpondit omnibus contrarijs *conſil. 636. nu. 19. & ſeqq. Gabr. de magis communi conſil. 117. num. 24. lib. 1. Honded. conſ. 65. numer. 18. & ſeqq. lib. 2. Surd. conſ. 329. nu. 10. Bellon. iun. conſ. 36. num. 101. & ſeqq. vbi ad tex. in l. codicillis ff. vſufr. legat.* qui in contrarium ſolet allegari reſpondit, quod ibi Teſtator duo fecerat fideicommiſſa, & primum expreſsè reliquerat vltimo morienti *Peregr. conſ. 30. num. 11. lib. 3. & de fideicom. art. 13. num. 56. Gabr. de ſubſt. concl. 1. n. 1. & 3. Fuſar. quæſt. 472. num. 1. & ſub num. 2.* Alterum
6 quod† filij inter quos dicitur inducta reciproca fuerint vocati, in caſu enim noſtro filij Pauli Emilij fuerunt ſolum in conditione poſiti, quod non ſufficit *Ceph. conſ. 370. num. 75 Ruin. conſ. 180. ſub num. 6. verſ. & ea ratione lib. 2. Peregr. conſ. 30. num. 13. lib. 3. Fuſar. conſ. 17. nu. 29. & 30. Senat. Dolanus apud Criuell. dec. 64. ſub n. 28 Rota deciſ. 158. num. 14. par. 5. recent.* Tertium quod ſit facta ſubſtitutio in tota hæreditate
7 cum † fœmina ſit ſubſtituta deſcendentibus maſculis inſtitutorum, quod intelligitur diſcretiuè de deſcendentibus, ac portione proprij parentis *Gabr. conſ. 117. num. 24. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 13. ſub num. 56. cum alijs ſupra allegatis* & ad excluſionem reciprocæ ponderauit *Rot. in Florentina fideicommiſſi 28. Iunij 1638. coram R. P. D. Carillo.*

Et quatenùs pro tacita reciproca concurrerent aliquæ coniecturæ,præter quod conie-
8 cturæ ad inducendam reciprocam † ex tacita mente Teſtatoris, vt admittantur oportet illas perneceſſe concludere *l. Lucius §. tres hæredes verſ. non proponi ſeium rogatum ff. ad Trebell. Rota deciſ. 209. num. 23. par. 4. tom. 2. recent.* Sanè eſto quod exaduersò adductæ concluderent reciprocam inter vocatos eiuſdem lineæ,non indè inferri poſſet ad reciprocam inter lineā Pauli Emilij,& Hortenſium ſiuè eius lineam
9 quia dum poſſunt † reciprocam inducere in eadem linea citrà multiplicationem fideicōmiſſorum non debent trahi ad reciprocam de linea ad lineam *l. pater filium 36. §. pen. ff. leg. 3 Fuſar. conſ. 17. num. 34. & 45. & qu. 475. num. 7. Seraph. deciſ. 1023. num. 5. vbi ſub num. 9.* dicit hoc
10 procedere etiam ſi Teſtator † habuerit rationem conſeruandæ agnationis, quia nimirum illa ratio operatur reſpectu deſcendentium in vnaquaque linea *Menoch. conſ. 376. num. 55. & ſeqq. Fuſar. conſ. 17. num. 35. nu. 42. & ſeqq. & n. 45*
11 vbi loquitur in ſpecie † de ſubſtitutione fœminarum deficientibus maſculis, *& conſil. 65. num. 25. Rot. deciſ. 287. num. 18. & ſeqq. par. 4. tom. 2 recent. & in Florentina, ſeù Bononien. de Barbadoris 25. Iunij 1640. coram bo. mem. Coccino §. hinc non obſtat, & in eadem 28. Iunij 1641. coram R. P. D. Carillo §. cum igitur, & ſeqq.* in quibus deciſionibus aderat vlteriùs expreſſa reciproca inter hæredes primo loco vocatos, & priùs *in Terracinen. fideicommiſſi 3. Martij 1637. coram R. P. D. meo Ghiſilerio*, in qua aderat digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum vocati erant deſcendentes maſculi in infinitum, & poſt lineam maſculinam extinctam fœminæ, & nihilominus fuit deciſum,quod quatenùs exinde cenſeri poſſet inducta reciproca inter om-
12 nes deſcendentes eiuſdem lineę † non tamen cenſeretur inducta de linea ad lineam.

Et minus in caſu noſtro, quo Teſtator non habuit abſolutè rationem agnationis poſt defectum deſcendentiæ maſculorum cum hæredibus primi gradus dederit poteſtatem inſtituendi extraneum, & fœminas vocauerit, niſi deſcendentes maſculi extraneum adoptauerint in familia, nec agitur de inducenda reciproca de linea ad lineam inter vocatos eiuſdem gradus, & ęqualitèr,ſed inter nepotes ex Paulo Emilio patri decedenti cum filijs ſubſtitutos, & Hortenſium patruum hæredem primi gradus; cum enim ſtante diuerſitate graduum, & caſuum vocationis dd. nepotes non ſucceſſiſſent patruo ſi prædeceſſiſſet, dici nullatenùs poteſt adeſſe inter nepotem,& pa-
13 truum reciprocam† ſucceſſionem,itaut propter inhabilitatem terminorum, neq; patruus dicatur vocatus ad ſucceſſionem nepotum, vt benè ratiocinatur *Ruin. conſ. 180. num. 6. lib. 2. Pariſ. conſ. 44. num. 30. lib. 2. Caſanat. conſ. 4. nu. 275. & ſeqq. Odd. conſ. 68. numer. 5. Menoch. præſumpt. 62. num. 28. & 29.* vbi quod vocati in primo gra-
14 du non † cenſentur ſubſtituti reciprocè cum vocatis in ſecundo gradu *lib. 4. Fuſar. de ſubſt. qu. 472. num. 217. Rot. deciſ. 698. nu. 3. par. 1. diuerſ. alijque relati à Modern. Lucano conſ. 60. nu. 69.* vbi
15 quod hoc procedit † etiam ſi ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti, & adſit perſona, quæ ex præſumpta voluntate Teſtatoris ſubſtitutum excludat *Seſſe deciſ. Aragon. 371. ſub num. 4.* præſertim quia Hortentius vigore facultatis ei à Teſtatore conceſſæ poterat inſtituere extraneum, & ſic magis excluditur reciproca
16 neceſſitas † ſucceſſionis inter patruum, & nepotes, vt in puncto ratiocinatur *Decian. conſil. 26.*

ſil.26. ſub num.61. verſ.at in caſu lib.2. & in du-
17 bio pronunciandum eſt† non adeſſe recipro-
cam *Dec.conſ.511.num.3. Aym.conſil.180. in fin.*
Seraph.dec.1023.n.1

Sed his non obſtantibus Rota cenſuit Hor-
tenſium authorem Andreæ ſucceſſiſſe in por-
tione Pauli Emilij, per obitum omnium eius
deſcendentium maſculorum vigore tacitæ
18 reciprocæ, quæ cenſetur inducta† etiam de
linea ad lineam inter omnes vocatos, quando
concurrunt tria illa requiſita, nempè quod il-
li inter quos allegatur reciproca ſint omnes
vocati, quod poſtrema ſubſtitutio ſit facta
vltimo morienti, ac in tota hæreditate; cum
enim impoſſibile ſit, quod ſubſtitutus ſucce-
19 dat vltimo morienti in tota hæreditate † ab
initio in duas lineas diuiſa, niſi per reciprocã
linealem tota hæreditas ad vltimum linearũ
priùs deuenerit ex neceſſitate conſequentis re-
ſultat antecedens voluntas Teſtatoris indu-
cendi tacitam reciprocam inter lineas, *vt ex*
tex.in l.titia Seio §.Seia libertis ff.leg.2. notant ibi
Doct. & tradit *Socc.Iun.conſ.110.num.17.& 18.*
lib.3.Surd.conſ.329.ſub numer.7.Mantic.de coniect.
lib.7.tit.5.nu.3. Peregr.conſ.54.nu.7.lib.1. Decian.
conſ.28.num.15.& ſeqq.lib.2.Rot.deciſ.300.nu.10.
deciſ.361.num.15.deciſ.493.num.9.par.1.rec.

Quod omnes maſculi de vtraque linea ſint
vocati apparet, quia fuerunt in conditione
20 poſiti, † & vigore *Stat.Vrb.lib.1.cap.142.* hoc
importat diſpoſitiuam vocationem *Gabr.con-*
ſil.115.num.1.lib.1.Menoch.præſumpt.76.num.83.
lib.4.& in his terminis ponderauit *Rot.dec.105.*
num.13.par.4.recent.deciſ.266.nu.22.par.1.Peregr.
conſ.54.ſub num.7.lib.1.& in Romana fideicommiſſi
de Maximis 5.Martij 1638.coram bo.me. Pirouano
& in alia Romana Fideicommiſſi de Incoronatis 13.
Nouembris eiuſdem anni coram eodem, licet ſecus
21 ſit vbi ex diſpoſitione Statuti, † vel alijs co-
niecturis non adeſſet diſpoſitiua vocatio po-
ſitorum in conditione, in quibus terminis lo-
quuntur allegati exaduersò, vt aduertit *Rota*
deciſ.248.ſub num.12. verſ.quia retenta papr.7.rec.
Decian.conſ.26.num.56.verſ.neque præmiſſis libr.2.
Et quamuis regularitèr à vocatione actiua
non inferatur ad paſſiuam, ideoque poſiti in
22 conditione, & ſi cenſeantur vocati † non ta-
men dicantur grauati alteri reſtituere iuxtà
veriorem opinionem, de qua *Marzarius conſ.6*
num.7.Soc.ſen.conſ.104.num.2.& 3. lib.3. Criuell.
deciſ.Dolana 64.ſub nu.22.aliique relati à Moderno
Briſighellien.ad Stat.Vrb.d.cap.142.nu.19.fol.304
23 receditur ab hac regula † vbi ſubſtitutio eſt
compendioſa, & vltimo morienti fuit datus
ſubſtitutus in tota hæreditate, vel aliæ mili-
tant coniecturæ etiam leuiores *Curt. Iun. con-*
ſil.121.num.15. Corn.conſ.146.num.7.& ſeqq.lib.2
Rot.deciſ.181.ſub num.4.& deciſ.319.num.2.par.1
recent. & in puncto *in dicta Romana fideicommiſſi*
de Maximis coram bo.mem. Pirouano §.quoniam.

Subſtitutionem fœminarum, quæ poſtre-
ma eſt, factam fuiſſe vltimo morienti maſcu-
lo legitur in verbis teſtamenti, ibi, *maſculis*
deficientibus ab eis deſcendentibus, quæ verba
eſto quod aliquando ſint apta recipere poſſi-
bilem intellectum de ſucceſſione reciproca
24 ſuorum parentum, † non autem vtriuſque
lineæ; includunt tamen expreſſionem vlti-
mi morientis, quoties vt in caſu noſtro agi-
tur de deſcendentibus Teſtatoris: quidquid
ſit ſi ageretur de tranſuerſalibus, vel extraneis
in quibus terminis loquũtur allegati in obie-
cto, vt benè aduertit *Fuſar. de ſubſt.qu.472.ſub*
nu.2.verſ.vel loquuntur, & num.8.Mant.de coniect.
lib.7.tit.5.num.17.Socc.Iun.conſ.110.ſub num.18.
in fin.verſ.attentò maximè, & nu.35.lib.3.Decian.
reſp.3.nu.69.lib.1.Rot deciſ.266.ſub num.24. verſ.
nec etiam par.1.recent.deciſ.245.num.7. deciſ.649.
num.9. par.4.tom.2.recent. & in Peruſina fideicom-
miſſi de Baptiſtis 27. Martij 1626. coram bo. mem.
Pirouano §.penult. quia inter deſcendentes Te-
25 ſtatoris † faciliùs inducitur reciproca ob prę-
ſumptam illorum prædilectionem *Peregrin.*
conſ.54.num.8.lib.1.Seraph.deciſ.939.num.11.Rot.
d.dec.649.num.13.par.4.tom.2.recent. idemque
26 procedit† quando vltima ſubſtitutio eſt facta
in tota hæreditate *Simon.de Pret.de interp.vltim.*
volunt.lib.3.dubit.4.ſolut.1.ſub num.27. verſ.hanc
ego quoque fol.323.Rot.deciſ.105.ſub num.16.verſ.
nam contrariam par.4. recent. & ex coniecturis
27 colligitur † voluntas Teſtatoris ſubſtituen-
di vltimo, non enim eſt neceſsè quod ſubſti-
28 tutio fiat formalitèr, † & verbis expreſſis vl-
timo morienti, ſed ſufficit quod hoc inter-
pretatiuè colligatur *Socc.Iun.conſ.151.n.6.& 9.*
lib.2.Simon.de Pretis de interpetr.vlt.volunt.lib.3.
fol.323.ſub num.27. Rot.deciſ.361.num.16. par.1.
recent.

Loquitur tandem vltima ſubſtitutio de
tota hæreditate, quia fœminæ non ſubſtituun-
tur ſimplicitèr deficientibus maſculis, quo
caſu intraret forſan diſcretiua interpetratio
de portione, & deſcendentibus ſui parentis,
vt in exaduersò allegata *Florentina fideicommiſſi*
29 *28. Iunij 1638.coram R.P.D.Carillo,* † *& in alia*
Firmana fideicommiſſi de Caradoris 11. Nouembris
1630. coram Reuerendiſs. Domino meo Dunozetto
Decano, ſed conditionalitèr quatenùs in eum
caſum deſcendentes maſculi non ſibi adop-
taſſent, & inſtituiſſent extraneum, vndè ſicu-
tì ſubſtitutio adoptati intelligitur facta in to-
ta hæreditate, quia per ipſum voluit Teſtator
repreſentari ſuam familiam perpetuis futuris
temporibus, *in bonis, & cognomine familiæ*, &
illa dictio, ac ſubſtitutio indefinita in bonis,
30 quia † priùs Teſtator fecerat inſtitutionem
vniuerſalitèr omnium bonorum æquipollet
vniuerſali, ac refertur ad totam hæreditatem
Decian.conſ.3.ſub nu.70.verſ.accedat lib.1.Menoch.
conſ.397.ſub num.12.verſ.& cum inſtitutio Portius
Imolen.conſ.46.num.30. & 31. Socc. iun.conſ.110.
num.30.lib.3.Bellon.Iun.conſ.36.numer.92. & 93.
Peregr. conſ.32.num.44. verſ. & in omnibus lib.2.
Fuſar.qu.472. num.55.& ſub num.60. verſ.prima
opinio, & num.107. Rot.deciſ.266.ſub nu.23.verſ.
imò par.1.recent. deciſ.209.num.14. verſ.argumen-
tando igitur par.4.tom.2.rec. ita paritèr in tota
31 hæreditate intelligenda eſt ſubſtitutio† fœmi-
narum, quæ vniformitèr, & continuatiuè fuit
adiecta, vt in proximis terminis arguit *Bellon.*
Iun.d.conſ.36.num.92.& 93.verſ.ergo quemadmo-
dum poſt Curt.Iun.conſ.70.num.1.& alios ibi alleg.

Et

Et hæc faciliùs procedunt, quia concurrit
vlteriùs Teſtatoris erga Hortenſium dilectio
ſumma, ergà fœminas verò minima, cum
illis prætulerit etiam extraneum ſi à maſcu-
lis hæres inſtitueretur, nec proindè veriſimi-
le eſt; quod dum voluit fœminas excludi ab
32 extraneo † hærede inſtituto, vel à nepotibus
minùs dilectis noluerit magis excludi ab ipſo
Hortēſio prædilecto, vt benè ad rem noſtram
perpendit *Imol. in l. hæredes mei §. cum ita col. 3.
ante num. 2. verſ. ſed veriſimile ff. ad Trebell. Rip. in
l. ex facto §. ſi quis rogatus il 1. num. 41. verſ. ego ta-
men ff. eod. Add. ad Alex. conſ. 17. col. penult. circa fin.
verſ. adducebam aliud lib. 7.* & coniecturam prę-
33 dilectionis † ad effectum inducendi inter vo-
catos reciprocam conſiderauit *Couarr. in cap.
Rainutius §. 8. nu. 4. de teſtam. Mant. de coniect. lib. 7.
tit. 5. n. 14. Rot. coram Reuerendiſs. Vrgellen. dec. 451.
num. 5.* accedente præſertim, quod Teſtator
34 habuit † rationem conſeruandæ agnationis,
vt per *Soccin. iun. conſil.* 110. *nu. 39. lib. 3. Decian.
reſpon. 3. num. 67. lib. 1. Fuſar. de ſubſt. qu. 472. n. 22.
Rota deciſ. 492. numer. 2. par. 4. diuerſ. deciſ. 266. ſub
num. 24. verſ. & præcipuè par. 1. dec. 206. numer. 14.
par. 4. tom. 2. recent. & in Peruſina fideicommiſſi de
Baptiſtis 27. Martij 1626. coram bo. me. Pirouano
§. penult. verſ. & maximè.*

Vnde non obſtat, quod ſola prædilectio nō
ſit ſatis ad excludendum ſubſtitutum, niſi prę-
dilectus valeat ſuccedere vltimo grauato,
quodque ratio conſeruationis agnationis re-
ſtringi poſſit reſpectu deſcendentium vniuſ-
cuiuſque lineæ, quia in caſu noſtro tacita
reciproca nedum elicitur ex dictis coniectu-
ris, ſed etiam ex tribus illis requiſitis ſupra
deductis, & omnia ſimul iuncta reciprocam
pernecеſſe concludunt, itaut nullatenus ap-
35 plicentur † contrariæ opiniones vbi militant
tot argumenta voluntatis Teſtatoris, vt reſ-
pondit *Rota deciſ. 266. ſub num. 24. verſ. reſponde-
tur præterea par. 1. recent.* facit *Simon. de Præt. de
interpetr. vltim. volunt. lib. 3. numer. 33. in fin. verſ.
quando aliunde fol. 325. Fuſar. quæſt. 472. num. 38.*
Minus obſtant deciſiones *in Firmana fideicom-
miſſi de Caradoris* 11. *Decembris* 1630. *coram Re-
36 uerendiſs. D. meo Decano,* † *& in Terracinen. fi-
deicommiſſi* 30. *Martij* 1637. *coram R. P. D. meo
Ghiſilerio,* quia in caſu dictarum deciſionum
non aderant tria requiſita reciprocę, & poſita
iterùm dicta cauſa *Terracinen. fideicommiſſi 24.
Martij 1645. coram eodem D. meo Ghiſilerio,* Rota
mandauit, quod reuideatur dicta deciſio ędi-
ta 30. Martij 1637.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

VRBEVETANA LEGATI.

Mercurij 4. Iulij 1646.

ARGVMENTVM.

Sententia lata in prima inſtantia, quando eſt nulla non poteſt à Iudice ſecundæ inſtantiæ confirmari parte opponente, ſed debet ſuper nullitate in primis pronunciare, & plures in deciſione expenduntur nullitates primę ſententiæ, de quibus in Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla non poteſt confirmari parte opponente, ſed Iudex debet ſuper nullitate in primis pronunciare.*

2 *Sententia lata non præcedente formali libello, litis conteſtatione, ac ſeruatione terminorum ſubſtantialium nulla eſt, quia omnia prædicta neceſſaria ſunt in iudicio ordinario.*

3 *Via executiua non competit pro conſecutione legati de iure communi.*

4 Statutum Vrbeueteris lib. 2. de cauſis Summar. cognoſ. rubr. 28. *mandat cauſas vertentes inter affines cognoſci ſummariè ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij.*

5 *Clauſula,* Summariè ſimpliciter, & de plano &c. *remittit neceſſitatem libelli, & conteſtationis litis.*

6 *Statutum Laicale ſeruandum non eſt in foro Eccleſiaſtico contra Clericum, idque ex defectu poteſtatis, ac voluntatis ſtatuentium.*

7 *Statutum laicale concedens viam executiuam non habet locum contra Clericum.*

8 *Amplia quamuis ſtatutum alias ſit rationabile.*

9 *Statutum laicale, quamuis ſit à Sede Apoſtolica confirmatum, ſi in eo nulla ſit mentio Clericorum, vel adſunt verba apta illos comprehendere, nullatenùs comprehendit, ſed confirmatio reſtringitur ad terminos confirmati.*

10 *Fides Baptiſmatis ætatem probat.*

11 *Minor cum non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio deputari ei debet Curator.*

12 Text. in l. cum minores C. ſi aduerſus rem iudicat. *loquens de ſententia lata contra minorem intelligenda eſt de minore non habente Curatorem.*

13 *Minor adultus non habens Curatorem æquiparatur pupillo.*

14 *Minor adultus non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio de per ſe, ſiuè Curatorem habeat, ſiuè non.*

15 *Actus à minore geſtus ſine Curatore eſt nullus, ſi verò Curatorem habet ei competit reſtitutio in integrum, hæc tamen diſtinctio procedit in contractibus, non autem in iudicijs, & num. 16.*

17 *Minor adultus licet non cogatur recipere Curatorem cogitur tamen recipere ad lites.*

18 *Sententia lata contra minorem adultum carentem Curatore eſt nulla.*

19 *Amplia procedere quamuis proceſſus fuerit fabricatus contra procuratorem conſtitutum à minore ſine authoritate Curatoris.*

20 *Procuratoris ad lites conſtitutio facta ſine iuramento à minore non habente Curatorem non tenet.*

21 *Minor de ſtylo citari debet ad comparendum legitimè in iudicio.*

22 *Diſtinctio* Alexandr. in l. ſi ex legati cauſa 24. ſub num. 8. ff. verbor. obligat. *inter adultum, & pupillum, quod ſufficiat ſolum adultum citare non eſt tuta.*

23 *Prout nec tuta eſt* doct. Caſtren. in l. 2. num. 5. ff. de condict. furtiu. *vbi quod adultus ſi non habet Curatorem habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*

24 Deciſ.29.num.9. *Märtin. Andreæ declaratur*.
25 Deciſ. in Maceraten. Prædij 10. Iunij 1624. coram Remboldo *quo caſu loquatur?*
26 *Minor quando habet Curatorem, tunc eſt in electione actoris citare ipſum minorem, vel Curatorem hanc autem electionem non habet contra pupillum maiorem ſeptennio imò è conuerſo eſt in electione Tutoris, vel reſpondere tutorio nomine, vel exhibere pupillum num.27.*
28 *Sententia lata cõtra minorem indefenſum eſt nulla.*
29 *Sententia de nullitate argui nequit ex defectu mandati procuræ in eo, qui illam obtinuit ſi concurrit mandatum præſumptum, reſultans ex productione proceſſus primæ inſtantiæ.*
30 *Et de huiuſmodi defectu mandati procuræ proteſtatio in quolibet actu neceſſaria eſt.*

DECISIO CCLXXII.

LEANDRVM Marabottinum Ioannæ Marabottinæ hæredem, quia Clericus eſt in Curia Epiſcopali Vrbiſueteris conuenit Franciſcus Phebeus pro ſolutione legati ſcutorum 500. ſibì à defuncta vxore vltrà tertiam partem dotis de iure debitam relictorũ; & Vicarius generalis per ſententiam diffinitiuam legatum deberi pronunciauit, ac pro dictis ſcutis 500. mandatum executiuum relaxauit contra bona hæreditaria. Quam ſententiam in gradu appellationis confirmauit A. C. ſed propoſito per me hodie dubio in tertia inſtantia, an ſententia A. C. ſit confirmanda, vel infirmanda, infirmandam eſſe ex capite nullitatis Domini cenſuerunt.

Influunt enim in ſententiam A. C. nullitates primæ ſententiæ de partibus, cum ſententiam (quæ vt infrà dicam eſt nulla) non de-
1 buerit confirmare parte opponente † de nullitate, ſed ſuper ea in primis pronunciare *Bart. in l. ſi vt proponis in fin. C. quomodò, & quando Iud. Rot. deciſ.361. numer.3. par.1. diuerſ. deciſ.365. num.2. par.1. deciſ.599. num.43. par.4. tom.3. recent. deciſ.555. num.5 & 6. coram ſan. mem. Gregor. XV.*

Eſt autem nulla prima ſententia, Primò
2 quia lata fuit † non præcedente formali libello, litis conteſtatione, ac ſeruatione terminorum ſubſtantialium, quæ omnia neceſſaria erant in iudicio ordinario *l. prolatam C. ſenten. & ibi gloſſ. & Bart. in princ. Dec. conſ.483, num.3. Rot. deciſ.351. nu.1. par.4. diuerſ. & in Lucana Penſionis 28. Iunij 1617. coram bo. mem. Archiepiſcopo Seleucien.* quale eſt iudicium petitionis legati in actione perſonali ex teſtamento, cum de iure communi, quod in partibus ſeruari
3 debuit talis actio † non habeat viam executiuam *Gomeſ. in l.45. Thauri num.137. Suarez. in l. poſt rem iudicatam verſ. ſextus caſus eſt num.5. ff. re iudic. Alciat. in l. ſi pacto ſub num.39. Cod. pact. Facchin. contr. iur. lib.5. cap.31. per tot. Menoch. de adipiſc. remed.4. numer.694. & ſeqq. Theſa. deciſ.26. num.10. verſ ſed contra Rot. dec.359. num.1. & ſeqq. vſque ad* 14. vbi reſpondetur omnibus contrarijs *par.4. tom.2. recent. & in alijs pluribus deciſionibus relatis, approbatiſque in Romana quarti dotalis* 15. *Decemb.* 1634. *coram Eminentiſs. D. Card. Hieronymo Veroſpio.*

Nec releuat *Statutum Vrbiſueteris lib.2. de*
4 *cauſ. ſummar. cognoſ. rubr.28.* † mandans cauſas vertentes inter affines (quales eſſe litigantes prætenditur) cognoſci ſummariè ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, quæ clauſulæ vi-
5 dentur remittere neceſſitatem † libelli, & conteſtationis litis ex allegat. per *Barboſ. clauſ.173 num.10. & per tot.* Nam ſufficit reſpondere, quod cum Statutum ſit laicale ſeruandum
6 non fuit in Curia Eccleſiaſtica † contra Clericum, idque ex defectu tùm poteſtatis, tùm voluntatis ſtatuentium *cap. quod Clerici de for. compet. cap. Eccleſia S. Mariæ de conſt. & vtrobique notant Doct. Alex. conſ.209. num.2. & 4. lib.2.* & in terminis Statuti, ſeù Conſtitutionis laica-
7 lis † concedentis viam executiuam *Viu. deciſ.326. num.3.* vbi contra ſententiam Bartoli
8 hoc ampliat quamuis ſtatutum † alias eſſet rationabile, & allegat concordantes *Rota in Hydruntina pecuniaria 26. Iunij* 1642. *coram bo. mem. Merlino, in Regbinen. ſeù Salernitana Bonorum* 19. *Iunij* 1643. *coram R.P.D. meo Carillo, in Baren. ſeù nullius Pecuniaria* 1. *Iulij* 1644. *&* 26. *Maij* 1645. *coram R.P.D. meo Cerro*, in quibus deciſionibus articulus remiſſiuè diſcutitur, & plures concordantes allegantur, & in proximis terminis *Carolus de Graſſ. de effect. Cleric. effect.2. num.414. & num.419. Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ.191. n.2. Rota in Mantuana Iuriſpaſcendi* 15. *Iunij* 1628. *coram bo. mem. Card. Virili §. nec Dominis.*

Quamuis Statutum Vrbiſueteris fuerit à
9 Sede Apoſtolica confirmatum † quia cum in illo nulla habeatur mentio Clericorum, neque adſint verba apta illos comprehendere ſemper deficit voluntas ſtatuentium comprehendendi Clericos, quam confirmatio Apoſtolica non ſuplèt, aut aliquid de nouo concedit, ſed reſtringitur ad terminos confirmati *cap.1. vbi gloſſ. verb. confirmationem, & cap.2. de confirm. vtil. vel inutil. Bero. conſ.7. numer.37. lib.3. Menoch. conſil.75. num.32.* & in puncto Statuti laicalis confirmati à Sede Apoſtolica fuit deciſum *in Rom. relocationis domus 13. Martij* 1595 *coram Gipſio, in Romana relocationis Caſalis* 16. *Martij* 1615. *coram Cardinali Sacrato, in Romana Penſionis 4. Februarij* 1630. *coram Pirouano, in Romana fideiuſſionis 4. Martij eiuſdem anni coram Merlino, in Romana donationis de Caſtellanis* 23. *Iunii* 1631. *coram Coccino impreſſ. par.6. recent. deciſ.58. num.28. & ſeqq. vſque ad* 38. vbi conciliantur deciſiones, quæ in contrarium ſolent allegari.

Secundò ſententia prima eſt nulla, quia Leandro reo conuento tunc minori 25. annis
10 vt probat † fides Baptiſmatis *Caputaq. dec.314. par.1. Buratt. deciſ.65. num.1.* non fuit deputatus Curator, vt debuit pro validitate iudicij, cum minor 25. annis propter imbecillitatem æta-
11 tis † non habeat legitimam perſonam ſtandi in iudicio *l. acta 45. §. contra l. contra pupillum 54. ff. re iudic. l. cum & minoris C. ſi aduerſus rem iudic. Caldaſ. in l. ſi curatorem habens in princ. num.9. vbi notat quod text. in d. l. cum, & minores* loquens
12 de ſententia lata † contra minorem indenſum

ſum intelligenda eſt de minore non habente
Curatorem, quodque in hoc parificantur mi-
13 nor adultus, † pupillus *C. in integ. reſt. & de mi-*
nore adulto loquitur tex. in l. in rebus, ibi, *ſicuti*
pupillus tutore authore agere, & conueniri poteſt, ita
adultus curatore conſenſiente litem, & intendere, &
excipere debet C. qui legit. perſ. ſtan. in iudic. habeant
& in l. in vniuerſis, ibi, *in vniuerſis litibus placet*
non prius puberem iuſtam habere perſonam niſi inter-
poſito decreto &c. aut in litem fuerit Curator datus
C. qui dare tutor. poſſ. & in l. clarum, ibi, *ſanci-*
mus pulſatis &c. minoribus 25. annis ad eſſe tutores,
vel curatores C. auth. præſtan. gloſſ. in l. penul. verb.
nullum verſ. ſed die C. ſi aduerſus rem iudic. Auguſt.
Barboſ. ibid. num. 10. Anton. Faber. in C. lib. 2. tit. 12.
diffinit. 11. num. 5. Guttierr. in Auth. ſacram. puber. ſub
num. 128. verſ. quibus iuribus C. ſi aduerſ. vendit.
Dec. conſ. 559. ſub num. 1. ibi, proceſſus eſt nul-
lus, quia agitatus eſt contra Ioannem mino-
rem 25. annis ſine Curatore *Peregr. conſ. 70. nu.*
30. lib. 3. Aldouin. inter conſ. Peregr. conſ. 75. num. 2.
& ſeqq. lib. 4. Burſatt. conſ. 223. num. 1. Pancirol. con-
ſil. 11. num. 15. Bott. conſ. 8. num. 27. Rolan. conſ. 85.
num. 28. lib. 2. Chriſtophorus Paz ad leges ſtyl. l. 2.
num. 12. Giurb. deciſ. 109. num. 5. Surd. de alimen.
tit. 8. priuileg. 8. num. 1. vbi quod adultus non
habet legitimam perſonam ſtandi de per ſe in
14 iudicio † ſiuè Curatorem habeat ſiue non;
quia nimirum diſtinctio inter minorem ha-
15 bentem, & non habentem Curatorem, † vt
primo caſu actus ſine curatore ſit nullus ſe-
cundò verò competat reſtitutio in integrum,
quæ habetur *in l. ſi Curatorem habens C. in integ.*
16 *reſtit.* procedit in contractibus † non autem
in Iudicijs, vt aduertit *gloſſ. Caſtr. & alij relati*
à Vant. de nullit. ex defectu mandati nu. 33. Peregr.
17 *conſ. 9. lib. 3. num. 2.* Et licet minor adultus † Cu-
ratorem recipere regulariter non cogatur, co-
gitur tamen recipere ad lites, vt probat *tex. in*
§. 1. ibi item inuiti adoleſcentes curatorem non reci-
piunt præter quam in litem Inſt. de curat. & notat.
ibi gloſſ. verb. in litem Anton. Faber. in C. lib. 3. tit. 1.
diffin. 33. nu. 1. Guttier. de tutel. par. 2. cap. 4. ſub n. 9.
& num. 10. vbi tradit praxim deputandi huiuſ-
modi Curatorem.

Et hanc opinionem, quod ſcilicet ſenten-
18 tia lata contra minorem adultum † carentem
Curatore ſit nulla amplexa eſt *Rota apud Put.*
deciſ. 298. ſub num. 2. verſ. quia vel iſtud lib. 2. in
corr. Creſc. deciſ. 9. num. 3. de re Iudic. Arcbil. dec. 6.
num. 3. de dol. & contum. & nuper in Maceraten.
hæreditatis 2. Decembris 1639. coram R. P. D. meo
19 *Rojas*, eamque procedere quamuis † proceſ-
ſus fabricatus fuerit contra Procuratorem cō-
ſtitutum à minore ſine authoritate Curatoris
reſoluit Senatus Grationopolitanus apud *Gui-*
dopap. quæſt. 494. vbi reſpondetur omnibus con-
trarijs quem ſequitur *Peregr. conſ. 75. nu. 5. lib. 4.*
Ant. Faber. in C. lib. 2. tit. 17. diffin. 1. num. 7. quia
conſtitutio Procuratoris ad lites facta ſine iu-
20 ramento † à minore non habente Curatorem
non tenet *Anton. Faber. in C. lib. 3. tit. 1. diffin. 39.*
num. 13. ex tex. in l. vltim. C. de in lit. dand. Curat.
21 vnde inoleuerit ſtylus citandi minorem † ad
comparendum legitimè, vt teſtatur *Ang. in*
l. 1. num. 1. verſ. practica eſt C. qui pet. tutor. Suc.
Iun. conſ. 1. num. 81. verſ. & ibi Ang. lib. 4. Neuiz.
conſ. 17. num. 70. verſ. ideò Mandoſ. de commiſſ. for-
mul. 4. in verb. ad legitimè comparendum verſ. ex
his Creſcen. d. deciſ. 9. num. 4. de dol. & contum. alij-
que relati à Modern. Ceſenaten. de citat. to. 3. cap. 14.
num. 438. & ab Adden. ad Buratt. deciſ. 440. ſub
num. 9.

22 Ex quibus non videtur tuta diſtinctio † *Alex*
in l. ſi ex legati cauſa 24. ſub num. 8. vbi diſtin-
guendo inter adultum, & pupillum, ait ſuf-
ficere ſolum adultum citare *ff. verb. oblig. & do-*
23 *ctrina Caſtr. in l. 2. num. 5.* quod adultus ſi non
habet curatorem habet legitimam perſonam
ſtandi in iudicio *ff. condict. furt.* cui gratis dici-
tur aliquando adeſiſſe *Rotam coram Martino An-*
drea deciſ. 29. num. 9. quæ eſt repet. inter recent. deciſ.
674. nu. 6. par. 1. & coram bo. me. Remboldo in Ma-
ceraten. prædij 10. Iunij 1624. relata per Adden. ad
Buratt. deciſ. 440. ſub num. 9. Quia coram Mar-
24 tino Andrea † reſolutio fuit pro maiori parte
Dominorum alijs contradicentibus capta nō
ex hac ſola ratione, ſed etiam ex alijs, vt le-
gitur in fine deciſionis, ibi, *attamen de conſen-*
ſu maioris partis ex illa, & alijs rationibus obtinuit
eſſe ſtandum in deciſis, alia verò deciſio in Ma-
25 ceraten. prædii, † quæ ſequendo doctrinam
Cardinalis *in Clem. Religioſus num. 9. in fin. de pro-*
curat. ſubſtinet proceſſum eo quod eſt in ele-
ctione actoris citare minorem, vel curatorem
videtur loqui in caſu quo minor curatorem
26 habebat; † tunc enim dicta electio locum ha-
bet, vt probat *tex. quem eadem deciſio allegat. in*
l. 1. §. ſufficit ibi in cauſis autem adultorum licentia
erit agentibus, vel ipſum adultum præſentem in iu-
dicium vocare, vt conſenſu Curatoris conueniatur,
vel contra Curatorem agere, vt ipſe litem ſuſcipiat
ff. adminiſt. tutor. vbi Bart. in d. deciſione allegatus
num. 1. in fin. notat. ex hoc non lædi adultum cum lex
det illi electionem comparendi per ſe cum authoritate
Curatoris, vel per Curatorem tantum: Diſcrimen
autem inter adultum, & pupillum maiorem
27 ſeptenio in eo verſatur, † quia contra pupil-
lum actor non habet hanc electionem; imò
è conuerſo eſt in electione tutoris, vel reſpō-
dere tutorio nomine, vel exhibere pupillum
eique reſpondenti in Iudicio authorari, *vt ad*
litteram diſponitur in d. §. ſufficit, & notat ibid.
Bart. in princ. Et in caſu noſtro quicquid ſit de
prædictis ceſſat omnis difficultas, quia minor
ne dum Curatore caruit, ſed nec per ſe ipſum
aut alium fuit defenſus in meritis cauſæ cum
tamen defenſiones non deeſſent, adeoque
aplicatur receptiſſima ab omnibus concluſio,
28 quod ſententia lata † contra minorem inde-
fenſum eſt nulla *l. penul. C. ſi aduerſ. rem iudic. l.*
acta §. contra ff. re iudic. Anguiſ. conſ. 212. num. 8.
Odd. de reſt. in integ. par. 1. quæſt. 17. num. 66. &
quæſt. 72. num. 80. Maſtrill. deciſ. 44. nu. 2. Buratt. de-
ciſ. 440. num. 1. Greg. XV. felic. record. deciſ. 43. nu. 9.

Tertiò dicebatur prima ſententia attentata
in ſpretum Inhibitionis A. C. & contra ipſam
ſententiam A. C. latam in ſecunda inſtantia
obijciebatur vlterius defectus mandati procu-
ræ eius, qui obtinuit. Verum quia de atten-
tatis dubitari poterat, eo quod inhibitio ema-
nauit in gradu appellationis a ſententia lata

in-

inter alias perſonas, & in alia cauſa; pariter-
29 que mandati defectus videbatur † poſſe euitari ob illius præſumptionē orientem ex productione proceſſus primæ inſtantiæ iuncto,
30 quod ex aduerſo non fuit proteſtatum † in quolibet actu de defectu mandati, vt requirebatur *Mareſc.var.reſol.lib.1.cap.92.num.2.& 3 Seraph.deciſ.1407.num.2. Greg.XV.deciſ.44.nu.7. Coc.deciſ.169.num.11.*

Sufficere aliæ nullitates ſupra deductæ viſæ fuerunt vtraque parte informante.

COMPOSTELLANA PARROCHIALIS.

Mercurij 4. Iulij 1646.

ARGVMENTVM

Cardinalis Collator vigore indulti de conferendo reſeruata poſt conſtitutionem ſan.me.Vrni Octaui ſolus confert in menſibus reſeruatis abſque concurſu aliorum coniunctim Ius cōferendi habentium. Regula 8. reſeruatoria menſium comprehendit Beneficia Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici.

SVMMARIVM.

1 *Sententia valida, & iuſta eſt confirmanda.*
2 *Validitas ſententiæ reſultat ex reuolutione actorum.*
3 *Iuſtitia ſententiæ deducitur ex deciſionibus in cauſa editis.*
4 *Menſis Nouembris per Regulam 8. Cancellariæ eſt reſeruatus.*
5 *Cardinalis vigore indulti de conferendo reſeruata ſolus confert priuatiuè quoad alios Beneficia vacantia in menſibus reſeruatis, & hoc ex ſpeciali conſtitutione ſa.me.Vrbani Octaui.*
6 *Beneficium Iuriſpatronatus non cadit ſub regula reſeruatoria menſium.*
7 *Declara hoc procedere in beneficio Iuriſpatronatus laicalis ſecus verò Eccleſiaſtici.*
8 *Iuſpatronatus Eccleſiaſticum remanet tale non obſtante infeudatione facta laico, quia ſolùm operatur reſpectu vtilis dominij non autem directi, quod manet apud perſonam Eccleſiaſticam infeudantem*

DECISIO CCLXXIII.

Ecclesia Parrochialis Sancti Iuliani de Baſtaualles Petro Lopez adiudicata fuit per ſententiam Rotalem, à qua interpoſita appellatione per Gregorium Rodriquez, dubitaui hodie an illa eſset confirmanda, & cō-
1 firmandam eſse † Domini dixerunt, quia eſt
2 valida, & iuſta. Validitas deducitur † ex reuolutione actorum ex quibus apparet fuiſse ſeruata omnia requiſita *per Caputaq. deciſ.260. par.2. quam ſecuta eſt Rot.deciſ.174.num.1.dec.189 num.1.par.6.recent. & alias ſæpiſsimè.*

Iuſtitia fit euidens ex deductis in duabus de-
3 ciſionibus† æditis in hac cauſa *primo ſub die 17 Iunij 1644.coram Eminentiſsimo D.Cardinali Cecchino, deinde 10. Februarij 1645. coram R. P. D. m.Veroſpio* in quibus firmatur, quod valida eſt collatio huius beneficij facta Petro Lopez ab Eminentiſſimo Cardinali Archiepiſcopo Cōpoſtellano cum vacauerit in menſe Nouem-
4 bris, qui † eſt reſeruatus *per reg.8. hodie 9. Cancellariæ*, & Cardinalis habeat indultum conferendi etiam beneficia reſeruata, quod ipſi ſo-
5 li priuatiuè † ad omnes alios habentes alioquin ius conferendi ſuffragatur ſtante *Conſtitutione ſel.recordationis Vrbani Octaui* iuxta, quam ita pluries iudicauit *Rota, & nuper in Montisalti Beneficij 28. Iunij 1645. coram me.*

Nec obſtat, quod beneficium, quia eſt de
6 Iurepatronatus neque cadit † ſub indulto neque ſub regula reſeruatoria menſium *Seraph. deciſ.1234.num.6. Rot.deciſ.274.num.11.par.1. recent.* quia hoc benè procedit in Iurepatrona-
7 tus laicali†ſecus verò in Eccleſiaſtico, vt præter allegatos in deciſione huius cauſę coram D.Cardinali Cecchino tradit *Grat. diſcep.809. num.5. Rot.deciſ.541.num.4.par.2. recent. deciſ.48. num.4. coram ſa.me.Greg.XV.*

Quale eſſe Iuſpatronatus de quo agitur dubitari non poteſt cū ſpectet ad Priorem Beatæ Mariæ de Sar ratione Eccleſiæ, cui preeſt, & infeudatio, quæ dicitur facta ad fauorem
8 Laici†tranſtulerit ſolum dominium vtile manente penes Priorem dominio directo, cuius ratione manet adhuc qualitas Eccleſiaſtica in Iurepatronatus, vt tradunt *Anchar. Rimin. ſen. & alij allegati in deciſione huius cauſæ corā R.P.D. meo Veroſpio §.penult.*

Non obſtant recurſus ad Iudices Laicos; quia eſto quod probarentur fuerunt quatenus opus ſit purgati, & ſublati mediante abſolutione vigore ſpecialis Breuis Sanctiſſimi D.N. & renunciatione ampliſſima eiſdem recurſibus.

Et ita deciſum vna tantum parte informāte altera verò pluries citata.

ROMANA SVCCESSIONIS DE AMETIS.

Veneris 16. Nouembris 1646.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio Aegidiana locum non habet quoties res ſuper qua petitur immiſſio eſt de directo dominio Eccleſiæ, quamuis agatur de dominio vtili inter Laicos ob connexionem, quam vtile habet cum directo. Item nec locum habet quoad alia corpora mere laicalia quando ſub vnica verborum ſtructura vna cum re ad Eccleſiam ſpectante tam in libello, quam etiam in ſententia continentur, tunc enim ſententia, quamuis ratione materiæ ſit diuidua, efficitur tamen indiuidua ex voluntate partis, & Iudicis. Pater ſi hæres vna cū filio inſtituatur, filius cenſetur inſtitutus ordine ſucceſſiuo, quando ex coniecturis conſtat de voluntate teſtatoris, & ex quibus talis voluntas deſumatur? & late in deciſione diſcutitur illa ardua quæſtio inter DD. an quando Teſtator vocauit patrem, & filios ex eo naſcituros; An filij, qui tempore mortis teſta-

toris non erant nec nati nec concepti ſuccedant ſimul cum patre, vel ordine ſucceſſiuo?

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione aduerſarij petentis immiſſionem, nam petens immitti fatetur alterum poſſidere.*
2 *Poſſeſſor nō priuatur ſua poſſeſſione ex ſententia executioni non demandata.*
3 *Manutentio danda eſt anteriori poſſeſſori non obſtante ſententia contra ipſum executioni demandata, ſi executio eſt attentata, & non habuit ſe pro ſpoliato.*
4 *Executio facta pendente termino ad appellandum eſt attentata.*
5 *Appellatio datur ad vtrumque effectum in poſſeſſorio de Iure Canonico.*
6 *Aegidiana non intrat quoties agitur de re ſub directo dominio Eccleſiæ etiam reſpectu vtilis dominij inter Laicos ratione connexionis, quam vtile habet cum directo.*
7 *Item nec intrat reſpectu aliorum corporū mere Laicalium vna eademque actione petitorum, & ſub vnica verborum ſtructura tam in libello, quam in ſententia collectiuè contentorum, quia tunc ſententia, quæ ratione materiæ eſt diuidua fit indiuidua ex voluntate partis, vel Iudicis.*
8 *In indiuiduis pars appellabilis trahit ad ſe partem non appellabilem.*
9 Deciſiones in Romana Saluiani 18. Feb. 1619 coram bo. me. Remboldo in Bononien de Manzolij 16. Feb. 1629. coram bo. m. Cocc. in Rauuennaten. Cenſuum 19. Nouembris 1629. coram Reuerendiſſimo Dunozetto Decano, *declarantur.*
10 *Executio nulla in parte fit nulla in totum.*
11 *Aegidiana locum non habet quoties ſententia eſt nulla, vel iniuſta, ſed de Iure Canonico admittitur appellatio ſuſpenſiua.*
12 *Sententia lata abſque ſeruatione terminorum ſubſtantialium nulla eſt.*
13 *Sententia lata infra breuem terminum eſt nulla.*
14 *Pater, & filius ſi fuerunt hæredes inſtituti ab eo, in quo non cadit neceſſitas inſtituendi, ſed ſolus ordo charitatis, tunc inſimul non autem ordine ſucceſſiuo inſtituti cenſentur.*
15 *Limita non procedere, quando ex coniecturis conſtat de ſucceſſiua vocatione, & quod ita Teſtator voluit.*
16 *Voluntas ſucceſſiuæ vocationis educitur ſi Teſtator loquutus eſt in numero ſingulari, nam pater non non eſſet hæres vniuerſalis ſi cum filio ſuccedere deberet, quamuis hæc coniectura reprobetur à Cepolla num. 17.*
18 *Item ſi filius non fuit inſtitutus nomine proprio, ſed appellatiuo maioris natu neque ſimpliciter, ſed ſub conditionibus expreſsis in antecedentibus, & ſubſequentibus ſubſtitutionibus, ex quibus filius vocatur ſucceſsiuè poſt patrem.*
19 *Item voluntas vocandi ordine ſucceſſiuo vlterius educitur, ex vocatione deſcendentium maſculorum aut fœminarum vnius, vel alterius lineæ filiorum ſub perpetua primogenitura, tunc enim dicitur Teſtatorem illos vocaſſe vnum poſt alium cum prælatione primogeniti.*
20 *De natura maioratus eſt, quod non plures ſimul, ſed vnus ſucceſsiuè poſt alium admittatur.*
21 *In maioratibus vna ſubſtitutio ab alijs declaratur.*
22 *In maioratibus Bona non diuiduntur, ſed ad vnum tantum deferuntur.*
23 *Teſtator vocans patrem, & filios ex eo naſcituros an filij, qui nec tempore mortis Teſtatoris ſunt nati, aut concepti ſuccedant ſimul cum patre?*
24 *Negatiuam ſententiam, quam plures ſequuntur ea ratione, quia non erant cogniti teſtatori non præſumuntur dilecti; necnon etiam quod hæreditas deferenda ad filios, qui naſcentur ſtaret in ſuſpenſo, & num. 25. intellige tamen vt num. 27.*
26 *Affirmatiuam ſententiam alij tenent* ex text. in cap. Rainutius, & in cap. Rainaldus, de teſtam. *vbi quod vocatio patrui, & filiorum indeffinite dicitur ſimultanea, & num. 27. reſpondetur abſurdo in contrarium adducto de ſuſpenſione hæreditatis.*
Quod ſcilicet volente teſtatore ſtare poteſt in ſuſpenſo donec filij naſcantur; itaut omnia bona maneant apud patrem reuocabiliter tamen quoad portionem filiorum, & ex quibus talis voluntas deſumatur? num. 28. & 29.
30 *Rota tamen vtramque opinionem ſequuta eſt in deciſionibus hoc eodem numero allegatis.*
31 *In maioratibus ſucceſſio non poteſt ſtare in ſuſpenſo niſi ita voluiſſe Teſtatorem colligatur ex tenore diſpoſitionis, aut ex forma verborum quibus ſubſtitutiones conceptæ ſunt.*
32 *Ad quem effectum non ſufficit, quod teſtator filios naſcituros, aut deſcendentes vocauerit iuxta diſtinctionem traditam à Caſtillo inter fideicommiſſa, & maioratus.*
33 *Obſeruantia plurimum attenditur ad elicien. coniecturam, ſucceſſiuæ vocationis filij poſt patrem, ſi filius permiſit patrem ſolum poſſidere omnia bona hæreditaria.*

DECISIO CCLXXIV.

PER ſententiam diffinitiuam A.C. Carolo filio primogenito Io: Baptiſtæ de Ametis decreta fuit immiſſio in poſſeſſionem medietatis bonorum hæreditariorum q. Hieronymi Ameti à Io: Baptiſta Patre poſſeſſorum, à qua ſententia commiſſa mihi cauſa appellationis cum clauſula, *cum facultate manutenendi, quem de iure,* propoſui hodie dubium an Io: Baptiſta ſit manutenendus, & affimatiue reſolutum fuit.

Illius etiam anterior poſſeſſio reuocari non poteſt in dubium à Carolo, qui petendo, &
1 obtinendo immiſſionem † contra Patrem ipſum poſſidere confeſſus fuit *Mant. dec. 272. n. 2. fel. record. Greg. XV. dec. 200. vbi add. num. 5. Rot. inter recent. dec. 56. ſub num. 3. par. 2.* Neque eadem poſſeſſio amiſſa fuit ob ſentētiam A.C. exaduerſo reportatam, cum ſola ſententia ſine
2 executione † poſſeſſorem non priuet *Caſſad. dec. 7. in princ. & num. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Rot. dec. 225. num. 2. par. 1. recent.* executio verò eiuſdem ſententiæ, quia eſt attentata nullius
3 eſt momenti † ita vt adhuc ſit danda manutentio anteriori poſſeſſori, qui ſe pro ſpoliato non habuit *l. improba C. acq. poſſ. Buratt. dec. 491. num. 3.*

num.3. Reuerendiſſimus Vrgellen. dec. 240. *per tot. Rot. in recent. d. dec.*225. *num.* 4. *& fuit dictum in Romana Bonorum* 22. *Aprilis*, *&* 17. *Iunij* 1641. *coram R.P.D.m.Carillo nunc Præſide Valliſoletano.*

4 Eſt inquam attentata executio, † quia facta pendente termino ad appellandũ *cap.non ſolum de appell.in* 6.& ſententia A.C.lata in poſſeſſo-
5 rio adipiſcendæ erat appellabilis † ad omnem effectũ de iure Canonico *Contard.de momen.poſſ. lim.* 3*n*,6.*Bald.conſ.*141.*n.*1.*lib.*1.*Oſaſc.dec.*25.*nu.* 22.*Rot.dec.*32.*n.*2.*par.*1. *recent.& in alijs relatis in Romana fideicõmiſſi de Capite Ferro* 10. *Iunij* 1644 *coram R.P.D. meo Corrado*. Cumque inter bona hæreditaria Hieronymi adſit domus Emphytheotica ſub directo dominio Eccleſiæ Sancti Laurentij in Miranda, ſicuti illius reſpectu quamuis agatur de poſſeſſione, ſeù do-
6 minio inter laicos; † ratione connexionis, quam vtile habet cum directo non intrat Cõſtitutio Aegidiana, quia eſt merè laicalis *iuxta notiſſimam deciſionem in Romana Domus de Scappuccis coram bo.me.Coccino*, *quam ſecuta eſt Rot.deciſ.*326.*num.*5. *& ſeqq.par.*6.*recent. & in alijs pluribus allegatis in Ariminen. Saluiani* 19.*Iunij* 1643 *coram me*, ita nec intrat reſpectu aliorum cor-
7 porum merè laicalium † vna eademq; actione petitorum, & ſub vnica verborum ſtructura tam in libello, quam in ſententia collectiuè contentorum, quia tunc ſententia, quæ ratione materiæ eſſet diuidua fit indiuidua ex voluntate partis, & Iudicis, & in in-
8 diuiduis pars appellabilis † trahit ad ſe partẽ non appellabilem *Franc. in cap. ſi duobus nu.* 7. *de appellat. & in his terminis dixit Rot.dec.*257.*n.*3 *inter impreſſ. apud moder. de manut.& plene in Viterbien. fideicommiſſi*, *ſeù attentatorum* 13. *Maij* 1644. *coram R.P.D. meo Cerro*, *& in Ariminen. Saluiani* 30. *Maij* 1646. *coram me*. Et quamuis
9 contrarium videatur† deciſum *in Romana Saluiani* 18. *Febr.*1619. *coram bo. me. Remboldo & in Bononien.de Manzolis* 16.*Feb.*1629.*corã b.m.Coccino in Rauennaten.Cenſuum* 19.*Nouemb.*1631. *coram Reuerendiſs. D.m.Dunozet. Decano,& in alijs*; hæ deciſiones loquuntur,& intelligendæ ſunt in caſu, quo ſententia eſt aliquo modo diuidua, vel quia concepta eſt per capitula ſeparata,vel quia actiones intentatæ ſunt diuerſæ, vt benè aduertit *Rot.in d.Viterbien. fideicommiſſi ſeù attentatorum coram D. meo Cerro* §. *quia concluſio*, *&* §.*ſeq.* vbi dicitur, quod hoc nullam recipit dubitationem ſi vt in caſu noſtro non agitur ſimpliciter, de admittenda appellatione, ſeù committenda executione, ſed de exe-
10 cutione iam facta, quia executio nulla † in parte fit nulla in totum *iuxta deciſ. Afflict.*218. *quam in his terminis ſecuta eſt Rot. etiã in dicta Bononien. fideicommiſſi de Manzolis impreſſ. apud moder. de manut.deciſ.*257.*num.*5. *& in alijs relatis per Grat.diſcep.*162.*num.*20. *& ſeqq.*

Prædicta verò facilius procedunt cum ſententia A.C. ſit nulla, & iniuſta; nam ſtante
11 nullitate, vel iniuſtitia ſententiæ † non eſt locus conſtitutioni Aegidianæ, ſed iuri Canonico appellationem ſuſpenſiuam in Iudicijs poſſeſſorijs admittenti *Put. dec.*4. *de Aegid.Rot. dec.*391.*num.*6.*par.*2.*recent.& in alijs relatis in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis* 23.*Maii* 1644. *coram R.P.D. meo Corrado*. Nulla quia non præ-
12 ceſſerunt congruæ dilationes nec legittimè† fuerunt ſeruati termini ſubſtantiales, vt debuit *Bart. in l.*2.*num.*1. *C. ſent. ex breuiloq. recit. Put.dec.*334. vbi quod ſententia eſt nulla ſi la-
13 ta † fuit in termino vndecim dierum *lib.*1. *in corr. Buratt.dec.*134.*num.*12.

Iniuſta, quia ſupponit Carolum filiũ fuiſſe à Hieronymo teſtatore vocatũ ſimultaneè cum Io: Baptiſta Patre, cum tamen vocatus fuerit ſucceſſiuè poſt mortem patris: nam licèt teſtator copulatiuè vtrumque inſtituerit, ibi, *inſtituiſco, e nomino di mia bocca mio hærede vniuerſale Gio: Battiſta mio Nipote, e ſuo maggior figliolo maſchio legittimo, e naturale*, quæ verba prolata à patruo, quia in eo non cadit neceſ-
14 ſitas inſtituendi, ſed ſolus ordo charitatis, † importare ſolent ſimultaneam vocationem patris, & filij, vt reiecta contraria ſententia *Bart. in l. Gallus* §.*quidam rectè ff.lib. & poſth.tradit ibid.Iaſ.num.*24. *& ſeqq. Bald.conſ.*492.*num.*2. *verſ. alii dicunt lib.*2.*Menoch.præſump.*70.*num.*17 *lib.*4. *Mant. de coniect.lib.*4.*tit.*9. *num.*17. *& ſeqq. Rot.dec.*97. *num.*2.*dec.*574. *num.*4. *& ſeqq. par.*4. *recent.*

Etiam ex dictis verbis reſultat ſucceſſiua
15 vocatio † vbi ita voluiſse teſtatorem ex alijs coniecturis colligitur *Grat. diſcep.* 585. *num.*5. *Bellon. de Iur.accreſc.cap.*5. *quæſt.*26.*nu.*227.*verſ. planè Seſſ.dec.Arag.*366.*num.*7.*tom.*4.*Caſ.de Graſſ. dec.*2. *ſub num.*3. *de teſtam. Seraph.dec.*934.*num.*2. *Rot.dec.*97. *num.*10. *par.*4. *recent.* Quæ voluntas
16 in caſu noſtro educi poteſt † nedum ex eo, quod teſtator locutus eſt in numero ſingulari, ibi, *mio hærede vniuerſale*, vnde coniecturã ſucceſſiuè vocationis,quia pater non eſset hæres vniuerſalis ſi cum eo filius ſuccedere deberet deſumit *Dec. conſ.*502. *ſub num.* 2. *verſ.*1. *eſt quem ſequitur Menoch.d.præſump.*70.*nu.*33.*Bellon. d. quæſt.*26. *ſub num.* 320. *Hieronymus Palma conſ.*6. *ſub num.*18. *conſ.*95. *ſub num.*34. *Fuſar. de ſubſt.quæſt.*476.*nu.*74. hanc autem coniecturam
17 reprobat † *Cepoll, conſ.*52. *num.*2. eo quod nomen hæredis ſingularis numeri compræhendit omnes hæredes, & ſequitur *Peregr. de fideic.art.*17.*num.*26.*Oſaſc.dec.*81.*ſub num.*11. qui dicit hanc coniecturam ſaltem eſse equiuocã

Sed etiam, quia filius non fuit inſtitutus
18 nomine proprio, † ſed appellatiuo maioris natu, neque ſimpliciter, ſed ſub conditionibus ſupra, & infra in eodem teſtamento appoſitis, ibi, *con le conditioni ſopra, & infraſcritte* at in infraſcripta ſubſtitutione filiorũ Io: Antonij remotioris agnati teſtator expreſse diſpoſuit, quod primogenitus ſuccedat poſt patrem, ibi, *ſucceda detto Gio: Antonio, e poi ſuo figliolo maſchio maggiore*, & paulo infra, ibi, *e non eſſendone ſucceda detto Iacomo, e poi ſuo figliolo maſchio maggiore* idemque repetijt in ſubſtitutione filiorum Lucretiæ, ibi, *e morendo detta Lucretia con figlioli ſucceda il figliolo maſchio maggiore, poi ſeguitando vn figliolo al altro*, quod etiam ſupra in prima ſubſtitutione filiorum ipſius teſtatoris apparet implicite diſpoſitum cum alteri eorum decedenti ſine filijs ſubſtituerit om-

omnes maſculos de linea alterius fratris ſem-
per tamen maiorem natu, ibi, *e morendo vno*
ſenza figlioli &c. ſuccedino gl'altri, che reſtaranno
fin che in vna linea vi ſarà delli maſchi della ſtirpe ò
ceppo da quale verranno, e ſempre il maggior di età,
& infra, ibi, *e non vi eſſendo per il tempo figlioli*
legitimi, e naturali ſuccedino le figliole femine ſem-
pre però la maggiore, vocando enim deſcenden-
19 tes maſculos † aut fœminas vnius, vel alte-
rius lineæ filiorum ſub perpetua primogenitu
ra dicitur illos vocaſſe ſucceſſiuè vnum poſt
alium cum prælatione primogeniti, vt diſtin-
guendo inter primogenituram conſtitutam
cũ adiectione alicuius dictionis perpetuatiuè
vel ſine tradit *Peregr. conſ. 38. num. 3. & 6. lib. 5.*
quem ſequitur *Cancer. var. reſol. to. 1. cap. 1. n. 130.*
& facit Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. num. 7. & c. 5.
num. 33. Hieronymus Leo in reſpon. Iur. impreſſ. poſt
deciſionum Valentiæ 173. num. 28. lib. 2. ſiquidem
20 eſt de natura maioratus, † quod non plures
ſimul, ſed vnus ſucceſſiuè poſt alium admit-
tatur *Menoch. conſ. 211. num. 12. & 13. & conſ. 322*
num. 64. Rojas de ſucceſſ. cap. 27. num. 8. Larr. deciſ.
Granaten. 67. ſub num. 17.

Sicut igitur in antecedentibus, & ſubſe-
quentibus ſubſtitutionibus in quibus plures
deſcendentes, vel de linea copulatiuè vocan-
tur, Filius vocatus fuit ſucceſſiuè poſt patrem
ita vocatum fuiſſe dicendum eſt primogenitũ
Io: Baptiſtæ poſt Io: Baptiſtam, cum teſtator vo
luerit hanc vocationem ab alijs ſupra, & in-
fraſcriptis declarari, & ſub eiſdem conditio-
nibus factam eſſe, & regulariter in maiorati-
21 bus† vna ſubſtitutio ab alijs declaretur *Caſtill.*
contr. iur. tom. 3. cap. 15. num. 30. Burſat. conſ. 228. nu-
mer. 47. Larrea deciſ. Granat. 54. ſub nu. 6. in punct.
Fuſar. de ſubſt. quæſt. 478. num. 71. neque bona di-
22 uidantur, ſed deferantur † ad vnum tantum
Tiraquell. de primogen. quæſt. 64. ſub num. 2. & 3.
Menoc. conſ. 158. num. 42. & ſeqq. & conſ. 220. n. 141
Surd. conſ. 369. num. 10. & 11.

Quo magis, quia Carolus primogenitus Io:
Baptiſtæ nec tempore teſtamenti, nec tempo-
re mortis teſtatoris natus aut conceptus erat,
ſed prodijt in lucem quadriennio poſt purifi-
catam ſubſtitutionem ad fauorem Io: Baptiſtę,
& ab eo aditam hæreditatem: quamuis enim
ardua ſit quæſtio inter Doctores, an quando
23 teſtator vocauit patrem, & filios † ex eo na-
ſcituros, filij qui tempore mortis teſtatoris
ſunt nati aut concepti ſuccedant ſimul cum
24 patre plerique negatiuam ſententiam † ſe-
quentibus eo quod cum non eſſent cogniti
teſtatori non præſumuntur ab eo dilecti ſaltē
ea dilectione, qua dilexit eorum patrem, nec
non quia quo ad filios tempore purificatæ cō-
ditionis non natos aut conceptos vocatio ha-
betur pro non ſcripta, & alioquin ſequeretur
25 abſurdum, † quod vel hæreditas pro parte de-
ferenda ad filios, qui naſceantur ſtet in ſuſpen-
ſo, & ſic interim teſtator pro parte teſtatus,
& pro parte inteſtatus deceſſerit, aut pater qui
in totum ob nō exiſtentiam filiorũ fuit hæres
deſineret hæres eſſe in ea parte, quam filij po-
ſtea nati auocarent ita *Alex. conſ. 13. n. 4. verſ. ſed*
præmiſſis, & ſeqq. lib. 4. Socc. ſen. conſ. 113. nu. 5. lib. 1.
Dec. conſil. 253. n. 5. Fuſar. conſ. 77. n. 5. & de ſubſt.
quæſt. 476. num. 48. & ſeqq. Surd. conſ. 439. n. 2. & 3.
Peregr. de fideic. art. 17. num. 16. Surd. deciſ. 346. n. 16
Rot. apud Seraph. deciſ. 934. num. 3. & prius dec. 458
ſub num. 2. verſ. & tunc temporis par. 4. diuerſ.
26 Alijs verò contrarium opinantibus† *ex tex.*
in cap. Rainutius de teſtam. vbi Alteroca, & So-
boles, quam in vtero geſtabat vocata erat, &
quamuis nomen Soboles comprehendat vnũ
vel plures filios naſcituros, & ſic incertitudi-
nem illorum; nihilominus deciditur, quod
ſimul Soboles, & Alteroca vocata cenſetur,
nec non *ex tex. in cap. Rainaldus eod. tit. de teſtam.*
vbi pariter vocatio patrui, & filiorum inde-
finite ſimultanea dicitur ex quibus iuribus ita
ſenſerunt *Socc. in l. Gallus §. quidam rectè nu. 3.*
in fin. ff. de liber. & poſth. & conſ. 113. num. 4. verſ. ſed
his non obſtantibus libr. 1. Gabr. conſ. 130. num. 10.
lib. 1. & conſ. 101. nu. 14. lib. 2. Hond. conſ. 65. n. 14.
lib. 1. Peregr. d. art. 17. ſub nu. 26. verſ. verum Vinc.
de Franch. deciſ. 633. per tot. Rot. deciſ. 574. num. 11
par. 4. recent. vbi ſub num. 12. ad deciſionem Se-
raph. exaduerſo allegatam reſpondetur, quod
in illo caſu conſtabat de clara mente teſtato-
ris ex pluribus coniecturis: neque vrget ab-
ſurdum exaduerſo ponderatum, quia volen-
te teſtatore hæreditas ſtare poteſt in ſuſpenſo
27 itaut, donec filij naſcantur omnia bona ma-
neant penes patrem reuocabiliter tamen quo
ad portionem filiorum *Caſanat. conſ. 45. n. 195.*
& conſ. 49. num. 34. Cancer. var. reſol. tom. 1. cap. 1.
ſub num. 146. verſ. huic optime Molin. de primog.
lib. 3. cap. 10. num. 31. Caſtill. quotidian. contr. lib. 5.
cap. 91. num. 42. & filijs natis pater pro eorum
portione remaneat hæres directo, ſeu nomi-
ne; filij vero vtiliter, & quo ad effectum, vt
ponderat *Ciriac. contr. 550. num. 95. Bellon. d. Iur.*
accreſcend. cap. 7. quæſt. 17. n. 13. & ſeqq. Voluiſſe
28 autem teſtatorem, † quod portio filiorum
ſtaret in ſuſpenſo donec naſcerentur, & poſt
natiuitatem auocaretur à patre conſtat, eo
quod non ſunt vocati ſub aliqua conditione
extrinſeca, ſed ſimpliciter, & verbis directis,
vt aduertit *Gabr. d. conſ. 101. num. 14. lib. 2.* & licet
erga filium non natum aut conceptum in
vita teſtatoris non ſit aplicabilis illius affe-
29 ctio prout erga patrem iam natum † mili-
tat tamen dilectio erga ipſam primogenitu-
ram, quam fieri ob amorem illius qualitatis
tradunt *Decian. conſ. 16. nu. 42. & 43. lib. 4. Giurb.*
de ſucceſſ. feud. §. 1. gloſſ. 8. num. 41.

Quidquid ſit de veritate vtriuſque opinio-
30 nis † quarum poſteriorem amplexa fuit *Rot.*
in d. deciſ. 574. par. 4. recent. primam verò prius
ſecuta fuerat *in deciſ. 97. num. 10. & 11. ead. par. 4.*
recent. vbi in ſpecie reſpondendo *ad dictum con-*
ſilium Gabr. 101. dicitur, quod communis opi-
nio eſt in contrarium quodque *in cap. Rainal-*
dus de teſtam. non fit mentio de filijs naſcituris
& *in cap. Rainutius* diſpoſitio erat facta de filijs
de præſenti nempè de Sobole, quæ tunc in
vtero erat verſamur extra omnem quæſtionē
quia in caſu noſtro diſpoſitio teſtatoris extra
caſum exiſtentiæ alicuius fœminæ ex ſe deſcē-
dentis, quæ primogenito Io: Baptiſtæ nube-
ret, qui caſus non venit, nullam præſefert di-

lectionem erga dictum primogenitum naſciturum præponderantem, aut æqualem dilectioni erga Io: Baptiſtam eius patrē nominatim inſtitutum nec ex ſola vocatione primogeniti naſcituri, ſed vltro etiam ex verbis vocationis primogeniti aliiſque ſubſtitutionibus ſupra ponderatis, nec non ex indiuiduitate ipſius primogenituræ conſtat primogenitum eſſe vocatum ſucceſſiue poſt patrem iuncto præſertim, quod tempore delatæ ſucceſſionis, quod in maioratibus attenditur *Valaſqu. conſil.113.num.74. Decian.conſ.16.num.34.lib.4.n.32. Larrea dec.51.n.72.* primogenitus nō erat con-
31 ceptus quodque in maioratibus † ſucceſſio ſtare nō poteſt in ſuſpēſo aut ab eo, qui ſemel ſucceſſit hæreditas auocari donec vixerit *Molin. d.primog.lib.3.cap.10.num.38.num.39. & ſeqq. Larrea d.deciſ.51.ſub num.32.* niſi ita voluiſſe teſtatorem ex tenore diſpoſitionis aut ex forma verborum quibus ſubſtitutiones conceptæ ſunt colligatur manifeſtè ad quem effectū
32 non ſufficit, † quod teſtator filios naſcituros aut deſcendentes vocauerit, vt in puncto inter fideicommiſſa, & maioratus diſtinguit *Caſtill.contr.Iur.lib.5.cap.91.ſub num.42.col.3. verſ. vt ſcilicet, & col. 4. verſ. in fideicommiſſis col. 5. verſ. clarum autem, & num.43.* Et accedit obſeruantia ſubſecuta, quia Carolus primogeni-
33 tus longo tempore poſt natiuitatem † permiſit patrem pacificè omnia poſſidere, quam obſeruantiam in his terminis ponderat *Molin. de primog.lib.2.cap.6.nu.57.Caſtill.contr.Iur.lib.5. cap.93.§.7.num.1. & 2.Fontanell.deciſ.33.num.2.*
Et ita deciſum vtraque parte informante.

GERVNDEN. PARROCHIALIS.

Luna 26. Nouembris 1646.

ARGVMENTVM.

Exequutio litterarum Apoſtolicarum retardari nequit ſub prætextu vnionis, ſi illa detegitur euidenter nulla tā ex defectu poteſtatis vniētis, quam iuſtæ cauſæ. Clauſula *Arbitrio*, retardat ſolum executionem faciendam, non autem ritè, & rectè factam retractat.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium non intrat pro retardatione executionis litterarum Apoſtolicarum, quando ſunt iuſtificatæ*
2 *Litteræ Apoſtolicæ poſtquam ſunt iuſtificatæ habent executionem paratam.*
3 *Narratiua non facti concurſus coram ordinario, & notificationis perſonæ approbatæ in concurſu eſt plenè, & concludentur iuſtificanda.*
4 *Et ſufficienter probata remanet ex implicita confeſſione aduerſarij allegantis vnionem, quæ vacationem, & concurſum excludit.*
Vacatio non datur in beneficio vnito ibid.
5 *Concurſus, & notificatio perſonæ approbatæ fieri debent Eccleſia Parrochiali vacante iuxta diſpoſitionem Concil.Trid.ſeſſ.24. de reformat.cap.18*
6 *Confeſſio implicita probat in præiudicium confitentis.*
7 *Narratiua Papæ etiam in gratia ad inſtantiam partis emanata iuſtificatur ex ſeipſa circa ea, quæ cum ipſo Papa geſta fuerunt; quicquid ſit circa alia.*
8 *Vnio, quando eſt euidenter nulla retardare non poteſt executionem litterarum Apoſtolicarum.*
9 *Vicarius non poteſt vnire niſi de ſpeciali commiſſione Epiſcopi.*
10 *Et de commiſſione non creditur aſſertioni ipſius Vicarij.*
11 *Epiſcopus non poteſt ſine cauſa vnionem facere.*
12 *Et cauſa probanda eſt ab allegante vnionem.*
13 *Nec probatur ex aſſertione vnientis emiſſa in ipſo actu vnionis, nè alias aperiatur via eludendi diſpoſitionem legis, prohibentis vniones fieri ſine cauſa.*
14 *Adminicula adducta ad corroboran. aſſertionem vnientis ſuper cauſa vnionis non ſunt attendenda, quando concurrunt probationes contrariæ.*
15 *In dubio pronunciandum eſt contra vnionem, quia tendit in præiudicium cultus diuini ad quem pertinet, quod vnaquæque Eccleſia habeat ſuum Paſtorem.*
16 *Vnio non cenſetur effectuata ſi conſtat de ſtatu collatiuo, qui vnioni repugnat.*
17 *Epiſcopus poteſt vnionē à ſe factam ex cauſa reuocare ac diſſoluere.*
18 *Vnio non effectuata cadit ſub Regula Cancellariæ reuocatoria vnionum.*
19 *Vnio, vt dicatur effectuata, & ne cadat ſub Regula reuocatoria requiritur ſaltim, quod fuerit capta poſſeſſio ante editionem regulæ reuocatoriæ.*
20 *Vnio facta ex cauſa neceſſitatis ob tenuitatem redditaum, adhoc ne cadat ſub regula reuocatoria vnionum, tunc neceſsitas præciſe eſt probanda, & quidem in ordine ad ipſam Eccleſiam, non autem pro maiori commoditate Rectoris.*
21 *Sententia ſuper executione litterarum Apoſtolicarū eſt appellabilis, quando fuit ordinarie proceſſum ſeruatis terminis ſubſtantialibus, quod tamen declara num.25.*
22 *Clauſula,* Amoto, *appoſita in litteris Apoſtolicis facit executorem mixtum, declara num.26.*
23 *à Sententia mixti executoris datur appellatio.*
24 *Termini ad docen. ſe paruiſſe litteris Apoſtolicis ſeruari ſolent in Iudicio executiuo litterarum Apoſtolicarum.*
25 *Termini ſubſtantiales ſi fuerunt ſeruati in Iudicio executiuo ad cautelam talis cautela non nocet.*
26 *Clauſula,* Amoto, *non tollit viam executiuam, quando eſt appoſita in parte executiua, & gratia eſt iuſtificata, & litteræ non ſunt expeditæ ſub intruſione.*
27 *Contradictor legitimus non eſt ad effectum impediēdi executionem litterarum Apoſtolicarum habens titulum euidenter nullum, ſed reputatur merè intruſus.*
28 *Arbitrium retardat ſolum executionem faciendam, non autem ritè, & rectè factam retractat.*

DECISIO CCLXXV.

A [1] SENTENTIA lata ab executore ad fauorem Stephani Dauali prouiſi Apoſtolici ſuper illius immiſſione in poſſeſſionē Eccleſiæ Parrochialis loci de Orphens Hebdomadariæ Perticariæ nuncupatæ, com-
nulla

miſſa mihi fuit cauſa appellationis cum clau-
ſula *parito arbitrio Rotæ* ad inſtantiam Bal-
dilij Perpiniæ, qui eamdem Eccleſiam alteri
beneficio Curato Sacriſtia nuncupato, & à ſe
poſſeſſo vnitam vſque de anno 1618. præten-
dit. Ideoque propoſui hodie dubium an in-
tret arbitrium pro retardatione executionis
1 litterarum Apoſtolicarum? & non intrare †
reſponſum fuit, quia litteræ Apoſtolicæ poſt
2 quam fuerunt iuſtificatæ † habent executio-
nem paratam *cap. ſi capitulo vbi gloſſ. in verb. exequatur de conceſſ. præben. in 6. Mohed. deciſ. 13. vt lit. pendente Rot. coram bo. me. Coccino dec. 144. num. 3. & alias ſæpiſſimè.*

Iuſtificatio verò, quo ad narratiuam Par-
rochialitatis, vacationis in menſe Auguſti per
obitum Iacobi Segrere, valoris & originis ip-
ſius prouiſi nec exaduerſo controuertitur; ſo-
lum obijcitur, quod non fuit probata nega-
tiua non facti concurſus coram Ordinario, &
notificationis perſonæ in concurſu approbatæ
Sanctiſſimo faciendæ intra tempus præfixum
à Conſtitutione Piana, quæ negatiua conti-
netur in eiſdem litteris Apoſtolicis, & proba-
3 ri debuit † à prouiſo, vt in terminis dixit *Rot. deciſ. 260. num. 6. par. 5. recent.* Sed & iſta probata
apparet ex confeſſione ipſius Baldilii aduer-
4 ſarij, † qui in actu intimationis proceſſus ful-
minati reſpondit Eccleſiam non vacare ex,
quo eſt vnita Sacriſtię à ſe poſſeſſæ allegando
enim vnionem, quæ vacationem excludit
clem. frequens §. quidam etiam Eccleſias vbi gloſſ. verb. ad menſam de exceſſ. Prel. Oldr. conſ. 257. n. 24 & ſeqq, Greg. XV. deciſ. 419 num. 2. implicite faſ-
ſus fuit neque concurſum, neque notificatio
nem perſonæ in concurſu approbatæ factam
5 fuiſſe, cum hæc ſolum beneficio vacante †
fieri debeant iuxta diſpoſitionem *Conc. Trid. ſeſſ. 24. de reform, cap. 18.* ibi habita notitia vo-
cationis *Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 60. ſub n. 12*
6 taliſque confeſſio implicita † probat in præ-
iudicium confitentis *Aegid, deciſ, 683. ante nu. 1. Rot. deciſ. 430. num. 49, par. 5. recent. & in Marſicen. Iuriſdictionis 28. Ianuarij 1644. coram me §. primum adminiculum.* Iuncto præſertim, quod
vtraque negatiua non fuit narrata à parte, ſed
à Papa, & propterea ſecum fert iuſtificatio-
nem ſaltem reſpectu ei non factæ norificatio-
nis perſonæ in concurſu approbatæ: nam etiã
7 in gratia ad iſtantiam partis emanata † iuſtifi-
catur narratiua Papæ ex ſe ipſa circa ea, quæ
cum ipſo Papa geſta fuerunt: quicquid ſit
circa alia, vt diſtinguendo bene declarauit in
proximis terminis. *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 361. & 362. & generaliter firmauit Rot. in Meleuitana optionis 7. Maij 1640. coram bon. mem. Merlino §. nec aplicatur ex ſententia Feder. de Sen. conſ. 117. num. 2. Put. deciſ. 18. lib, 3. in corr. & ſeq.*

Non obſtat nullitas ſententiæ executoris,
ex quo non haberet poteſtatem plectendi cen
ſuris reum conuentum ob non paritionem
litterarum Apoſtolicarum, quia talis poteſtas
legitur conceſſa in ipſis litteris Apoſtolicis di
rectis executori etiam contra eos, quibus ab
Apoſtolica Sede fuiſſet indultum, quod in-
terdici, ſuſpendi, vel excommunicari non
poſſint, vt in Summ. Stephani num. 7. Minus
obſtat iniuſtitia eiuſdem ſententiæ educta ab
vnione, vt ſupra facta de anno 1618. quia
8 cum vnio ſit euidenter nulla retardare † non
potuit executionem litterarum Apoſtolicarũ
ex alleg. per modern. Bonon. de legit. contradict. qu. 2. num. 184. & quæſt. 7. num. 144. Rot. deciſ. 90. nu. 21. & 22. par. 4. tom. 2. deciſ. 174. num. 12. par. 7. recent.

Nullitas reſultat primo ex defectu poteſta-
tis; ſiquidem legitur facta à Vicario cui po-
9 teſtas vniendi non competit † niſi de ſpeciali
commiſſione Epiſcopi doceatur *Rebuff. in prax. tit. de form. Vicariatu num. 102. verſ. nona clauſula Sbroz. de Vic. Epiſcopi quæſt. 115. num. 3. & ſeqq. lib. 2. Garz. de benef, par. 12. cap. 2. num. 69. verſ. Vicarius autem Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 66. nu. 7. Rot. in Cõpoſtellana Parrochialis 10. Ianuarij 1625 coram bo. me. Manzanedo*, de qua commiſſione
10 non creditur † aſſertioni ipſius Vicarii *Bald. in l. vlt. num. 3. C. exhib. reis, & in l. 1. §. cura carnis num. 1. ff. offic. Præf. Vrb. Decian. conſ. 60. num. 17 lib. 3. Gratian. diſcept. 948. num. 15.*
11 Secundò ex defectu cauſæ, ſine qua † nec
ipſe Epiſcopus poterat vnire *cap. expoſuiſti de præben. Calder. conſ. 4. de reb. Eccleſ. non alien. Rebuff. in prax. tit. de vnione num. 43. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. §. 1. num. 113.* vbi quod vnio facta
ab Epiſcopo ſine cauſa, vel ex falſa cauſa eſt
nulla *Rot. dec. 294. num. 6. & 7. par. 5. recent.* &
12 cauſa probanda eſt † ab allegante vnionem
Rebuff. de reuocat. vnion. num. 10. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 120. Aegid. dec. 617 Caputaq. deciſ. 350. num. 3. par. 3. nec probatur ex aſſertione
13 vnientis † emiſſa in ipſo actu vnionis ne alias
aperiatur via eludendi diſpoſitionem legis
prohibentis vniones fieri ſine cauſa *Oldr. conſ. 261. per tot. Pariſ. conſ. 36. num. 11. lib. 4. Aegid. d. dec. 617. in princ. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 66. num. 23. Rot. dec. 716. num. 1. dec. 752. num. 3. par. 1. diuerſ. & inter praticabil. impreſſ. par. 2. diuerſ. tit. de vnione ſub num. 6. & in Narnien. Vnionis prima Iulij 1643. coram me.*

Quo minus, quia idem met Epiſcopus oc-
currentibus, vt infra dicam vacationibus hu-
ius beneficij noluit attendere vnionem, &
quia pro cauſa vnionis adducta fuit tenuitas
reddituum, & tamen ex teſtibus in hoc iudi-
cio examinatis conſtat de contrario, vnde vis
fieri non poteſt in adminiculis exaduerſo ad-
ductis ad corroborandam aſſertionem vnien-
14 tis † ſuper cauſa vnionis, quia euacuantur
contrario facto Epiſcopi ac depoſitionibus te-
ſtium, vt in his terminis *Rot. dec. 294. num. 10. & 13. par. 5. recent.* & in dubio pronunciandum
15 eſt contra vnionem, † quia tendit in præiu-
dicium Cultus Diuini ad quem pertinet,
quod vnaquæque Eccleſia habeat ſuum Re-
ctorem *Calder. conſ. 13. ante med. de reb. Eccleſ. non alien. Mandoſ. ſuper reg. 12. Cancell. quæſt. 6. num. 12. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 28. num. 86. & 87.* cum alijs quos in his terminis refert,
& ſequitur *Rot. in d. Narnien. Vnionis 16. Nouembris 1643. coram me §. fin.*

Dicebam, quod Epiſcopus occurrentibus
vacationibus non habuit rationem vnionis:
nam ab anno 1618. quo illa emanauit, bene-
ficium

ficium vacauit ſemel per reſſignationem, & bis per obitum, & Epiſcopus ſemper illud contulit, vnde reſultat primò, quod Vicarius proceſſit ad vnionem abſque mandato Epiſcopi. Secundò quod Epiſcopus non habuit pro probata cauſam vnionis. Tertiò,
16 quod voluit vnionem habere effectum, † quia vnioni plurimum repugnat ſtatus collatiuus *Aret.conſ.63. per tot.Lotther. de re benef.lib.1.q.28 num.104.* & bene potuit vnionis affectuationi obſiſtere quin & ipſam vnionem à ſe factam
17 ex † cauſa reuocare, & diſſoluere, vt aduertit *Azor.Inſt.moral.par.2.lib.6.cap 29.qu.5. Garz. de benef.par.12.cap.2.num.301. & ſeqq. Barboſ.de Iur.Eccleſ.lib.3.cap.16. in fin.*

Atque hinc vltro ſequitur, quod eadem
18 vnio tanquam non effectuata † ceciderit ſub regula Cancellariȩ reuocatoria vnionum ȩdita ſucceſſiuè à ſa.mem. Greg.XV. & Vrbano
19 Octauo, ad quam † euitare requirebatur, quod ſaltem fuiſſet capta poſſeſſio beneficij vniti ante editionem regulæ reuocatoriæ *Rot. dec.446.num.22. par.4 tom.2. recent.* quæ euitari nec poteſt ſub prætextu neceſſitatis ob tenuitatem redditinum, aut quia facta fuerit ex authoritate tributa à Concilio Tridentino, quia Concilij forma ſeruata non fuit, & neceſſitas non probatur; cum tamen ad hunc effectum
20 probanda ſit neceſſitas † præciſa, & quidem in ordine ad ipſam Eccleſiam; ita vt non ſufficiat cauſa commodioris ſubſtentationis ipſius Rectoris, *vt in cap. expoſuiſti de præben. notat Butr.num.2.Imol.num.1.Abb.num.4.in fin.aliique relati in annot. ad dec.576.nu.96. & 97. par.4. tom.3.recent.*& latè proſequitur *Rot. in Mediolanen. Cimiliarcatus* 10. *Martij* 1645. *coram R.P.D. meo Peutingerio.*

Tandem non obſtat, quod executioni lo-
21 cus non ſit, † quia ſententia ſit appellabilis, vel propter proceſſum ordinarie compilatum ſeruando terminos ſubſtantiales, vel propter clauſulam, *Amoto* appoſitam in litteris Apo-
22 ſtolicis, † quæ facit executorem mixtum ex allegatis *per add. ad Buratt.dec.171. num.8.* eiuſ-
23 que ſententiam † appellabilem reddit *Cocc.deciſ.196.dec.225.num.6. Rot. inter recent. deciſ.538. num.10.par.5.*

Nam, & ſi ex abbundanti ſeruati fuerint
24 termini ſubſtantiales ad articulandum, † ſeruati ſimul fuerunt termini ad docendum ſe paruiſſe litteris Apoſtolicis ſeruari ſoliti in Iudicio executiuo litterarum Apoſtolicarum, *vt per Mandoſ. in tract. de Monitor. quaſt.36. Rot. dec.791.par.3.diuerſ. dec.64.num.6. par.2. recent. dec. 66. num.37. coram Reuerendiſſimi Vrgellen.* & nimia cautela in ſeruando etiam quatuor ter-
25 minos ſubſtantiales † parti nocere non debet *l. pediculis §.Labeo ff. aur. & argent. leg. l.qui mutuam in princ.ff. manum l. teſtamentum Cod. teſtam. Roman.conſ.343. num.7.* clauſula autem *Amoto*
26 non tollit viam executiuam, † quandoque, vt in caſu noſtro eſt appoſita in parte executiua, & gratia eſt legitime iuſtificata, & litteræ non ſunt expeditæ ſub intruſione *Monet. de commut.vlt.volunt.cap.11.num.467.verſ.quod idem Gonz. ſuper reg.8. in adnot. contra nullit.num.237. Barboſ. clauſ.7. num.10.* cumque Baldilius aduerſarius ne dum non habeat parem titulum, ſed titulus vnionis, quem exhibuit ſit eui-
27 denter nullus † non eſt legitimus contradictor nec per appellationem impedire poteſt executionem litterarum Apoſtolicarum tanquam mere intruſus, vt reſpondit *Rot. in deciſ.333.num.2. & ſeqq.par.4. tom.2.recent. poſt rebuff. in praxi in forma nouæ prouiſionis verb. amoto verſ. nec virtute* & alios concordantes, ibi allegatos.

Et accedit, quod ſententia iam habuit totalem executionem mediante actuali immiſſione prouiſi Apoſtolici in poſſeſſionem beneficij poſt quam non eſt amplius locus arbi-
28 trio pro retardatione, cum arbitrium † habeat ſolumodo vim retardandi executionem faciendam non autem retractandi iam ritè, & rectè factam *Greg.XV.dec.70.num.1. Rot.dec.64. num.2.par.2.recent. dec.177.num.1. coram Coccino dec.138. num.1.coram Buratt. & in Terraconen. Canonicatus* 12. *Nouembris* 1607.*coram Scotto impreſſ. apud March. de commiſſ.tom. 1. fol.343. ſub num.1.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

VALENTINA RECTORIAE.

Lunæ 3. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Lis in beneficialibus an, & quando per mortem actoris, & quando per mortem rei extinguatur? Attentata non dicitur poſſeſſio capta lite pendente à gratioſè ſubrogato, cum talis poſſeſſio non dicatur noua, ſed potiùs continuatio antiquæ, dummodò ſubrogatus poſt obtentam ſubrogationem non fuerit inhibitus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta lite pendente eſt attentata.*
2 *Amplia etiamſi poſſeſſio ſit vacans, nam adhuc tanquam attentata ſaltim officio Iudicis eſt reuocanda.*
3 Rot.deciſ.10.vt lit. pendend. *in nonis, & aliæ deciſ concordan. in quibus caſibus procedant?*
4 *Lis in beneficialibus morte actoris extinguitur, eo quod cum eo moritur petitio, quæ eſt perſonalis.*
5 *Adeo vt reus re ipſa ſuum conſequitur intentum abſque alia ſententia.*
6 *Declara concluſionem indiſtinctè non procedere ad omnes effectus, ſaltem quando reus litem ſe nolle proſequi declarauit, quia etiam mortuo actore reus litem proſequi poteſt ſi ipſi expediat.*
7 *Et poteſt litem proſequi per audientiam contradictarum contra omnes intereſſe putantes.*
8 *Reus mortuo actore non incipit eſſe triennalis poſſeſſor niſi per aliquos actus conſtet, ipſum expreſſè, vel tacitè ceſſiſſe illi iudicio.*
9 *Voluntas collitigantis ſuperſtitis non proſequendi litem non elicitur ex taciturnitate per aliquod breue tempus, quia de iure canonico ius proſequendi litem non eſt præfixus.*

10 *Lis*

10 *Lis cæpta cum defuncto tranſit in ſucceſſorem, licet in eum aliquid de iure mortui non tranſeat.*

11 *Lis non dicitur extincta ſi ſucceſſor iudicium à defuncto cæptum continuat.*

12 *Lis per mortem rei non extinguitur, cum adhuc vigeat petitio actoris.*

13 *Et poteſt actor ad vlteriora procedere per audientiam contradictarum contra omnes, quorum intereſt ad effectum obtinendi ſententiam adiudicatoriam, & fructus decurſos.*

14 *Poſſeſſio capta vigore ſubrogationis gratioſæ non dicitur noua, ſed potius continuatio antiquæ, quam poſſeſſor habebat.*

15 *Attentare non dicitur, qui poſſeſſionem continuat.*

16 *Subrogatus, in quem Principis miniſterio fuit lite pẽdente translata poſſeſſio prædeceſſoris non dicitur attentaſſe dummodò poſt ſubrogationem non fuerit inhibitus.*

17 *Subrogatus gratioſè non attentat appræhendendo poſseſſionem, ſecus eſt in habente mandatum de ſubrogando.*

18 *Subrogatus ante captam poſſeſſionem ſi adiuit Iudicem, non poteſt poſſeſſionem capere abſque vitio attentatorum.*

19 *Poſſeſſionis cauſa mutata cenſetur ex ſuperuenientia noui tituli abſque alia declaratione.*

20 *Poſſeſſio defuncti, quando eſt attentata, vel vitioſa, cenſetur cum eodem vitio transfuſa in ſubrogatum.*

21 *Ad ſignaturam recurrens abſque ſuperſeſſoria non impedit appellatum, qui ſolum ab executione ſe abſtinere debet tribus vltimis diebus, nempe in die informationis, in vigilia, & in ipſa die Signaturæ.*

DECISIO CCLXXVI.

FRATRIS Laurentij Altiriæ Lauditius Pedro, Lauditij frater Laurentius poſſeſſionem attentatam eſſe prætendit, ambo enim ſunt poſſeſſores Parochialis Eccleſiæ Oppidi de Torrent, Lauditius tamen poſterior.

1 Illius, quia capta fuit † lite pendente iuxtà
*tex. in cap. 2. vt lit. pen. in 6. Rot. deciſ. 10. num. 1. eod.
tit. in nou. deciſ. 159. numer. 1. par. 2. recent.* & eſto
quod tunc eſſet vacans adhuc tanquam atten-
2 tata reuocanda eſt † ſaltem officio Iudicis, vt
conciliando opiniones concludit, *Lancell. de
attent. par. 2. cap. 4. num. 334.* vbi ſic declarat pro-
3 cedere deciſiones contrarias, † & præſertim
deciſ. 10. vt lit. pend. in nou. cumque ſecuta eſt,
*Rot deciſ. 386. num. 5. coram bon. memor. Buratt. &
prius deciſ. 305. num. 5. coram ſa. mem. Greg. XV. ibique add. litt. A.*

Fuerat ſiquidem vſque de anno 1633. introducta lis ſuper titulo beneficij ad iſtantiam Ioannis Ribo profeſſi in Religione Hieroſolymitana, & à commendatario eiuſdem Religionis prouiſi contrà Io: Baptiſta Cabreyas à Sede Apoſtolica præuio concurſu prouiſum, & producta per plures actus Iudiciales ad annum 1636. quo vita functo d. Ioanne, idem beneficium vti vacans per obitum obtinuit à Commendatario frater Laurentius, nec dici poteſt per mortem Ioannis litem fuiſſe extintam, quia & ſi regulariter in beneficiali-
4 bus † lis extinguatur morte actoris, eo quod
cum eo moritur ſua petitio cum ſit perſona-
lis *§. deinceps auth. de nupt.* ideoque reus conſe-
5 cutus eſt re ipſa ſuum intentum † abſque alia
ſententia, vt diſtinguendo inter mortem acto-
ris, & rei tradit, *Io. Andr. in cap. 2. num. 1. vt lit.
pend. in 6.* quem ſequitur *ibid. Gemin. nu. 8. Egid.
deciſ. 156. Caſſador. deciſ. 1. nu. 1. de ſent. & re iudic.
add. ad Mohed. deciſ. 8. litt. B. de appellat. Lancell. de
attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 263. & ſeqq. Rot.
deciſ. 109. numer. 2. verſ. quamuis regulariter part. 1.
6 recent.* hoc non procedit ad omnes † effectus
ſaltem quando reus litem ſe nolle proſequi
non declarauit, quia reus etiam mortuo acto-
re litem proſequi poteſt ſi ipſi expediat deſu-
per obtinere ſententiam, vt probat, *tex. in Clem.
1. §. ſi vero vt lit. pend. & per eum tex. admittit Gemin. d. num. 8. verſ. nec obſtat Egid. d. deciſ. 156. ſub
num. 1. verſ. niſi reus Caſſad. plene d. deciſ. 1. num. 2.
Mohed. deciſ. 8. num. 6. de appellat.* vbi quod po-
7 teſt litem proſequi † per audientiam contra-
dictarum contrà omnes intereſſe putantes *Achill. deciſ. 8. num. 1. & 2. vt lit. penden.* vbi ex hoc
8 infert quod mortuo actore, reus † non incipit
eſſe triennalis poſſeſſor niſi per aliquos actus
conſtet ipſum expreſsè, vel tacitè ceſſiſſe illi
iudicio, vel omnes ſuos procuratores reuo-
caſſe, ſic etiam, *Lancell. d. cap. 4. in præfat. nu. 269.
& 270. Rot. d. deciſ. 109. nu. 2. part. 1. recent. dec. 599.
num. 23. par. 4. tom. 2. & Caſſad. deciſ. 1. num. 3. & 4.
vt lit. pend.* ait voluntatem collitigantis ſuper-
9 ſtitis non proſequendi litem † elici non poſſe
ex eo ſolum, quod aliquo breui tempore tacuerit, quia de iure Canonico non eſt certum tempus præfixum ad proſequendam litem, quod etiam tradit *Miliſ. in repert. verb. litis pendentia non finitur fol. 250.*

Eoque minus lis per mortem actoris haberi debet pro extinta in præiudicium ipſius rei ſuperſtitis ad effectum, vt poſſeſſio, quam ipſe retinebat occupari potuerit à fratre Laurentio, qui deindè prouiſus fuit de eodem beneficio tanquam vacante per obitum actoris, cum in ſucceſſorem in beneficio licet ali-
10 quid de iure mortui non trasferatur, † tran-
ſeat tamen lis, & iſtantia cepta cum defuncto,
vt notat, *gloſſ. in extrauaganti ſuſcepti verb. vacantium. verſ. nec in beneficialibus ne ſed vacan. Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. limit. 24. num. 18. Grat. diſcep. 736. num. 19. & ſeqq. Rot. deciſ. 599. num. 33.
par. 4. tom. 3. recent. deciſ. 278. num. 7. & 8. coram bo. me. Buratt. & in Roſſanen. Decimarum 28. Nouembris 1639. coram me*, præſertim quia ipſe frater
Laurentius cauſſam reaſumpſit contrà eum-
dem Cabreyam reum conuentum à defun-
11 cto, † & per plures actus continuauit, vt in
his termininis aduertit, *Buratt. d. deciſ. 278. numer. 9.* adeò quod concludendum omninò ſit:
litem in caſu noſtro non fuiſſe extinctam per
12 mortem actoris † cum conſtet de contraria
voluntate ipſius fratris Laurentij, qui eamdẽ
litem conſtituendo illam pro extincta haberi
non declarauit.

Ex eiſdem rationibus attentata videretur poſſeſſio, quam deindè mortuo Cabreyas cepit Lauditius per eius obitum prouiſus, imò

fortius

fortiùs, quia dubio caret, quod per mortem rei conuenti qualis erat Cabreyas lis non extinguitur cum adhuc vigeat petitio actoris, & licet reus ſit ſublatus de medio per mortē, & ſic appareat ſibi amplius beneficium non deberi, non propter hoc ſequitur actori ſuperſtiti deberi, & quatenus debeatur poſſit actor procedere ad vlteriora per audientiam
13 contradictarū † contra omnes quorum intereſt ad effectum obtinendi ſententiam adiudicatoriam, & fructus decurſos, vt *Io. Andr. Gemin, & Aegid. ſupra allegati*, & tradit *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præf. num. 271. & ſeqq. Rot. deciſ. 8. num. 1. & per tot. vt lit. pend. in nou. Caſſad. deciſ. 1. numer. 1. de ſent. & re iudic.* & fuit dictum *in Vrgellen. Archidiaconatus 23. Aprilis 1592. corā bon. mem. Penia impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. part. 3. fol. 72.*

Niſi Laudutius obtinuiſſet ſubrogationem gratioſam in ius, & poſſeſſionem Cabreyæ;
14 cum enim poſſeſſio capta † vigore ſubrogationis gratioſæ non dicatur noua, ſed potiùs continuatio antiquæ, quam prædeceſſor habebat, *Gonz. ſuper reg. 8. §. 3. proemiali num. 90. Rot. in recent. deciſ. 449. num. 6. & ſeqq. par. 4. tom. 2. & in Senen. Canonicatus, & Præbendæ 13. Maij 1588. coram bon. mem. Bubalo impreſſ. apud Marcheſ. de commi par. 1. fol. 377. nu. 1.* ſicuti ſi prædeceſſor met
15 viueret continuando ſuam poſſeſſionem † lite pendente non attentaret, *iuxtà gloſſ. vltim. communiter receptam in cap. non ſolum verſ. dic tamen de appellat. in 6.* itâ nec attentat ſubrogatus, in
16 quem † miniſterio Principis fuit eadem poſſeſſio traſfuſa ſi lite pendente poſſeſſionem naturalem capit propria authoritate, dummodò poſt obtentam ſubrogationem non fuerit inhibitus, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. numer. 340. Mohed. deciſ. 11. nu. 1. vt lit. pend. Put. deciſ. 208. lib. 1. in corr. Mant. deciſ. 71. num. 3. Cocc. deciſ. 72. num. 1. Rot. inter recent. deciſ. 135. num. 7. & ſeqq.* vbi diſtinguit inter ſubrogationem gra-
17 tioſam, † & mandatum de ſubrogando, *deciſ. 469. num. 17. & 18.* vbi hoc limitat ſi ſubro-
18 gatus, ante quam poſſeſſionem caperet † adiuiſſet Iudicem *par. 4. tom. 2. recent.*

Non obſtat, quod Lauditius non apprehenderit poſſeſſionem vigore ſubrogationis gratioſæ, ſed aliarum litterarum Apoſtolicarum, quia eſto quod poſſeſſio ſic capta fuiſſet vitioſa tamē ſuperueniente ſubrogatione gratioſa
19 ad poſſeſſionem defuncti † remanet purgatū vitium, & ex nouo titulo mutata præſumitur cauſa poſſidendi etiam abſque noua declaratione, vt in his terminis, *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 20. num. 214. Mant. d. deciſ. 71. num. 2. & 10. Cocc. d. deciſ. 72. num. 4.* Gratis verò dicitur etiam poſſeſſionem Cabreyę defuncti fuiſſe attentam, quia fuerit capta 28. Decembris 1634. *Summ.* Lauditij *num. 1.* poſt quam die 5. Iunij præcedentis fuerat contra ipſum executa cita-
20 tio ideòque eandē poſſeſſionem, † traſfuſam fuiſſe in ſubrogatum cum ſuo vitio, vt dixit *Rot. deciſ. 251. num. 5. coram ſan. mem. Greg. XV. vbi add. num. 5. allegat. concord.* nam imò ex datis in Summariolo reſponſionis pro Lauditio nu. 1. apparet dictam citationem fuiſſe executam die 29. Octobris anni 1635. & ſic anno poſt apprehenſam poſſeſſionem.

Minus obſtat, quod poſſeſſio Lauditij fuerit capta in ſpretum Signaturæ Iuſtitiæ, & gratiæ, ad quas fuerat habitus recurſus. Quia Signatura Iuſtitiæ remiſit cauſam ad Sanctiſſimum, ſine ſuperſeſſoria, quam nec Signatura Gratię conceſſit, & ſolus recurſus ad Signa-
21 turam, vbi non adeſt ſuperſeſſoria † non efficit, vt appellatus lapſo termino citationis perpetuò debeat expectare, ſed ſufficit, quod abſtineat ab executione vltimis tribus diebus, nempè in die informationis in vigilia, & in ipſa die Signaturæ iuxtà ſtylum Signaturæ, ſuper quo vltimo loco emanauit etiam decretum Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, & in eiſdem terminis loquitur *deciſ. 136. ſub num. 4. in fin. par. 1. recent. deciſio autem 134. num. 6. coram bon. mem. Buratt.* procedit quando quis fuit citatus pro Signatura, & pro conceſſione ſuperſeſſoriæ coram D. Cardinali Præfecto, & non expectato illius, ſeù Auditoris Signaturæ decrero proceſſit ad vlteriora. Vndè cum recurſus ad Signaturam habitus fuerit die 21. Iunij Lauditius verò poſſeſſionem ceperit ſub die 7. Auguſti abeſt ſpretus Signaturæ.

Ex quibus propoſito per me hodiè dubio, an conſtet de attentatis, quæ veniant reuocanda conſtare de attentatis commiſſis à fratre Laurentio non autem à Lauditio reſponſum fuit vtraque Parte informante reijciendo ad aliam inſpectionem, quæ opponebatur circà validitatem iudicij moti à Lauditio coram executore litterarum Apoſtolicarum, earumque non iuſtificatione, & defectu citationis ipſius fratris Laurentij anterioris poſſeſſoris, quia non percutiunt articulum attentatorum, & ſuis loco, & tempore poterunt ad trutinam euocari.

Et itâ deciſum &c.

FESVLANA BENEFICII, ſeù ORATORII.

Mercurij 5. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Vicarius abſque ſpeciali mandato Epiſcopi non valet, nec explicitè, nec implicitè confirmare donationem Iuriſpatronatus, nec tale mandatum ex lapſu temporis præſumitur, niſi concurrat obſeruantia 30. vel 40. annorum. Conſenſus Epiſcopi, an & quando poſt mortem donatoris poſſit accedere, in præiudicium tertij? Donatio Iuriſpatronatus ante confirmationem Epiſcopi non abdicat Ius à donante, itaut interim poſſit præſentare. Qualitas Iuriſpatronatus, an & qnando alterari valeat in præiudicium vocatorum? Præſentatio facta ſub conditione, quod præſentatus conſenſiat penſioni ad fauorem præſentantis ſub reſeruatione beneplaciti Apoſtolici, tenet.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio quando ex lege fundationis alicui eſt debita, tunc ex ſola oppoſitione ille venit inſtituendus, quia habetur pro præſentato.*

2 *Donatio Iuriſpatronatus abſque confirmatione ordinarij eſt nulla, nec donatario aliquod ius acquiritur, & num. 12.*

3 *Vicarius abſque ſpeciali mandato Epiſcopi non poteſt donationem Iuriſpatronatus, nec explicitè, nec implicitè confirmare, & num. 5.*

4 *Actus voluntariæ iuriſdictionis poteſt ab Epiſcopo exerceri etiam extra territorium.*

6 *Inſtitutio Vicarij confirmantis donationem Iuriſpatronatus præſtat ſaltim titulum ad præſcribendum.*

7 *Mandatum Epiſcopi, vt præſumatur in Vicario confirmante donationem Iuriſpatronatus requiritur vltra temporis lapſum obſeruantia 30. vel 40. annorum.*

8 *Conſenſus Epiſcopi, an poſt factam donationem Iuriſpatronatus, & poſt mortem donatoris poſſit accedere? & num. 9. 10. & 11.*

13 *Confirmatio donationis Iuriſpatronatus, an & quando retrotrahatur in præiudicium ſecundi donatarij? & num. 15.*

14 *Donatio Iuriſpatronatus ante confirmationem Epiſcopi non abdicat Ius à donante, itaut ab eo præſentatus vel ab eius hærede interim veniat inſtituendus.*

16 *Iuſpatronatus in dubio præſumitur hæreditarium.*

17 *Iuriſpatronatus qualitas, an & quando poſſit alterari in præiudicium vocatorum nu. 18. 19. 20. 21. & 24. Et quid in præiudicium honoris Dei, & Eccleſiæ num. 23.*

22 *Diſpoſitio facta ſcienter à Teſtatore de re hæredis valet.*

25 *Iuſpatronatus non dicitur purificatum ad fauorem alterius niſi poſt mortem illius, pro quo fuit reſeruatum.*

26 *Donatio Iuriſpatronatus ſemper ſubſtinetur in vita donatoris licet per eius mortem ius illud extingueretur.*

27 *Filius viuente patre eſt quaſi Dominus ſubſtantiæ paternæ.*

28 *Filius non tenetur exhibere teſtamentum paternum, ſed ex ſola immixtione in paterna hæreditate hæres efficitur, quod non procedit in hærede extraneo, quem ſola geſtio, & immixtio heredem non facit, & num. 29.*

30 *Regreſſus non datur ad iura renunciata.*

31 *Conditio turpis, ſeu poſſibilis de Iure, aut de facto, an vitiet diſpoſitiones inter viuos, vel in vltimis voluntatibus.*

32 *Conditio reſeruationis penſionis præſentationi adiecta ſtante reſeruatione beneplaciti Apoſtolici non dicitur turpis, aut impoſſibilis de Iure, vel de facto.*

33 *Patronus non poteſt ſe ipſum præſentare poteſt tamen ſupplicare ordinario, vt ſibi beneficium conferat.*

34 *Ordinarius non tenetur ex debito gratificare patrono.*

DECISIO CCLXXVII.

IDEO Bartolomeum præſentatum ab Horatio de Lutis inſtituendum eſſe deciſum fuit ipſo ſolum informante ſub die 27. Iunij proximè præteriti, quia conſtitit eidem Horatio competiiſſe duas ex tribus vocibus Iuriſpatronatus, de quo agitur vigore donationis à Io: Franciſco de Caſſiolis exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi reportatæ pro deſcendentibus de Lutis, ac etiam, quia cum in eadem donatione demandetur, quod præſentari debeat aliquis de familia de Lutis qualis eſt Bartolomeus iſque ſe oppoſuerit, nec alter de familia concurrat, videbatur inſtituendus etiam circumſcripta præſentatione patronorum, non quidem ex vi ſolius oppo-
1 ſitionis, ſed ex lege, & vocatione † donatoris, quæ facit ipſum haberi pro præſentato, vt præter allegatos *in §. fin. primæ deciſionis* probat bonus *tex. in l. vnũ ex familia §. ſi falcidia ff. leg. 2.* & dixit *Rot. coram bon. mem. Buratt. deciſ. 559. nu. 1. & deciſ. 137. num. 5. & in Terraconen. Beneficij 10. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Carillo in Comen. Beneficij prima Iulij 1641. coram R. P. D. meo Rojas.*

Verum hodiè comparuerunt informantes pro Antonio Folſio Aduerſario, & obtenta contrà deciſionem editam audientia vtrumque deciſionis propugnaculum ſuper dicta donatione excitatum eradicarunt penitùs. Primò eliminando ipſam donationem ob de-
2 fectum confirmationis Ordinarij, ſine † qua in donatarium Iuſpatronatus traslatum non fuit, ſed manſit penès donatorem, vt notant communiter, *D.D. in cap. ſeculum, & in c. illud de Iurepatr.* & tradit, *Lamber. de iurepatr. par. 2. lib. 1. art. 2. q. 2. n. 3. Caputaq. dec. 287. par. 1. Mant. dec. 86. num. 6. Reuerendiſſimus Vrgellen. deciſ. 443. num. 1.*

Quam verò confirmationem, ſeu tacitum Ordinarij conſenſum eliciebat prima deciſio, ex quo de anno 1631. præſentatus à Franciſco Maria altero ex donatarijs, & nuper Bartolomeus præſentatus ab Horatio pariter donatario inſtitutus fuit, reiecerunt Domini, quia vtraque inſtitutio facta fuit non ab Epiſcopo, ſed ab eius Vicario, qui ſicuti abſque ſpeciali
3 Epiſcopi mandato † non poterat donationem confirmare explicitè, & diſpoſitiuè, *Ferr. conſ. 345. num. 5. & ſeqq.* & prius *conſ. 327. per tot. vbi num. 6.* ampliat etiam in abſentia Epiſcopi, quia abſentia Epiſcopi non auget facultatem Vicarij, niſi in caſibus expreſſis à iure, & confirmatio cum ſit actus voluntariæ iuriſdictio-
4 nis † fieri poteſt ab Epiſcopo etiam extrà territorium, *Rot. deciſ. 337. numer. 5. part. 2. recent. deciſ. 420. num. 2. & ſeqq. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 87. num. 14. deciſ. 415. num. 1. coram Reueren-*
5 *diſs. Vrgellen.* ità nec potuit implicitè, & ſuppoſitiuè inſtituẽdo, ſcilicet præſentatum à donatario cum ſuppoſita confirmatæ donationis, vt in puncto dixit, *Rot. in Placentina de Mirabel coram bon. mem. Orano relata per Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. ſub num. 117. verſ. quia ſententia, & deciſ. 555. num. 3. in fin. par. 3. recent. & in Gerunden. Beneficij 30. Aprilis 1[illegible]4. §. minus facit ac 18. Iunij eiuſdem anni §. quo defectu coram R. P. D. meo Rojas*, cumque à die dictæ inſtitutionis non ſit elapſum tempus ad præſcribendum præfixũ,
6 non releuat quod inſtitutio Vicarij † præbuerit

rit ſaltem titulum ad præſcribendum, vt per *Seraph.deciſ.884.num.2.* prout nec ab obſeruan-
7 tia eiuſdem inſtitutionis † educi poteſt præſumptio exiſtentiæ ſpecialis mandati Epiſcopi penès Vicarium, aut ratihabitionis Epiſcopi, quia ad hunc effectum requireretur obſeruantia 30.vel 40. annorum, vt per *Mant.* in his terminis *dec.86. num.10. Rocch.de iurepatr.verb. ipſe vel 15.ſub num.87. Put.deciſ.355.num.2.lib.1. in antiq. Rot.deciſ.122.n.6.deciſ.406.n.3.par.1.rec.*

Nec obſtat, quod conſenſus Epiſcopi poſſit quandocunque, ac etiam hodiè poſt mortem
8 donatoris accedere † in præiudicium Antonij Foſſi habentis cauſam à Leandro, qui cũ ſit hæres Io: Franciſci donatoris donationem impugnare non poteſt, vt in his terminis pro maiori parte Dominorum firmauit, *Rot. deciſ.17.ſub num.5.& 6.de iurepatr.in antiq.* quam ſequitur *deciſ.337.num.7. par.2.recent.* licet ſecus eſſet ſi ageretur de præiudicio alterius, cui alio titulo, quam hæreditario fuiſſet medio tempore quæſitum Iuſpatronatus, in quibus
9 terminis† loquitur, *Reuerendiſſ.Vrgellen.dec.463 num.9.* aliique ibi allegati. Nam omiſſis pro
10 nunc ijs quæ contrà *d.deciſ.17. in antiq.* tradit *Lamber.de iurepatr.2.par.lib.1.art.17.quæſt.1.nu.2. & ſeqq.poſt.Abb.quæſt.5.* incipit *Augerio in 1. dubio,* & latè proſequitur *Sanch.conſ.moral. libr.2. cap.3.dub.77.num.4.& ſeqq.*

Hoc procedit re integra ſi videlicet conſenſus Epiſcopi poſt mortem donatoris accedat, ante quam illius hæres iuſpatronatus alteri donauerit, & ipſe, vel eius donatarius aliũ præſentauerit, ſecus è conuerſo, vt in caſu noſtro quo Leander Io: Franciſci primi donatoris hæres non dum confirmata prima donatione ab Epiſcopo idem Iuſpatronatus cum conſenſu Epiſcopi donauit Antonio Foſſio, nam tunc intrat præiudicium ſecundi donatarij, cui ſicuti non obeſſet ſubſequens confirmatio primæ donationis ſi idem primus do-
11 nator † ei ſecundo loco de Epiſcopi conſenſu donaſſet, *Rocch.de iurepatr. verb. ipſe, vel is nu.36.verſ.ſed facilis Lambert.eod.tract.par.2.lib.1. quæſt.1.art.19.Sanch.conſ.moral.lib.2.c.3.dub.76. num.15.Rot.coram Reuerendiſs.Vrgellen.d. dec.463. num.7.& ſeqq.* ita ſi donauit primi donatoris hæres, ratio eſt quia ante confirmationem
12 primæ donationis † Iuſpatronatus non fuit abdicatum à defuncto, & per conſequens nec ab eius hærede *ad tex.in l.cum hæredes ff.acq.poſſ. l.hæreditas ff.verb.ſignif.in puncto Rot.deciſ.337.numer.7.in fin.part.2. recent.* nec ſubſequens con-
13 firmatio † retrotrhai poteſt in præiudicium ſecundi donatarij, cui interim fuit ius quæſitum ex ſupra allegatis, ob quam rationem dicimus in ſimili, quod ſi hæres donatoris
14 ante confirmatam ab Epiſcopo † donationẽ præſentet, & deindè confirmatio ſuperueniat adhuc inſtituendus eſt præſentatus ab hærede, vt in puncto, *Put. deciſ. 18. in princ. & numer. 1.* vbi aduertit quod *dec. 17. in antiq.* exaduerſo allegata firmat quidem poſſe conſenſum Epiſcopi interuenire poſt mortem donantis in præiudicium hæredis, non tamen dicit, quod donec interueniat interim hæres non poſſit præſentare, *lib.2. in corr.* quam ſequitur, *Rot.d.deciſ.337.ſub num.7.par.2.recent.& tradit Lamber.d.art.17.quæſt.1. par. 2. libr. 1. ſub nu.10.verſ.ſed ſi aliquis Sanch.d.lib.2.cap.3.dub.77 num.6.* quidquid dicendum eſſet ſi ante donationem, vel præſentationem factam ab hærede petita fuiſſet ab Epiſcopo confirmatio primæ donationis, & Epiſcopus ſine iuſta cauſa confirmare recuſaſſet, quo caſu ſubſequentẽ
15 confirmationem † retrotrhai etiam in præiudicium tertij cenſuit, *Rot.apud Mant.dec.86. num.7.& 8.* ex ſententia, *Lambert. de iurepatr. lib.1.par.2.qu.1.art.21.n.3.verſ.caſus autem noſter.*

Cum igitur prima donatio ſit nulla, ex ea Bartolomeus deducere non poteſt, aut pertinentiam Iuriſpatronatus pro duabus vocibus ad Horatium donatarium ſui authorem, aut prælationem tanquam vnus de familia de Lutis, de qua donator fieri præſentationes mandauit, quia quod nullum eſt nullum pariter producit effectum, & vlterius vnus ex Dominis ponderabat, quod cum ex lege fundationis Iuſpatronatus originaliter eſſet actiuè, & paſſiuè hæreditarium prout in dubio
16 præſumitur† *Clem.plures de iurepat.* & pluribus relatis fuit dictum *in Neapolitana Iuriſpatronatus 27.Ianuarij 1644.§.verum quia coram R.P.D. meo Otthobono* Io: Franciſcus de Caſſiolis ſucceſſor in duabus vocibus Iuriſpatronatus mediantè donatione reportata à Baldinis pro ſe, & hæredibus non potuit donando familiæ de Lutis præiudicare hæredibus in fundatione vocatis, aut præcipiendo quod præſentetur vnus de familia, aut imprimendo qualitatem gentili-
17 tiam † in iurepatronatus hæreditario, prout ex ſententia aliquorum ex Dominis latè deductum fuit in *Piſtorien.Iuriſpatronatus 31.Martij 1628.coram bon.mem.Merlino §.amplius, & per tot.* quam tamen opinionem nec ibi, nec in præſenti Rota pro conſtanti habuit cum non ſit opus, & plerique pro ea allegati loquantur de traslatione Iuriſpatronatus gentelitij in hæreditarium, quam negant fieri poſſe à patrono in præiudicium illorum de familia cum ſuccedant ex propria perſona non ex titulo ſibi proueniente à patrono præcedente in
18 gradu, † ſed à fundatore, & in his terminis reiecto *conſ.Calder.19.num.1.verſ.et etiam poſſunt de iurepatr.* loquitur *Garz.de benef. par.5. cap. 9. num.69.Caſtropal.oper.moral.tom.2.tract.13.diſp.2. punct.4.ſub num.8. verſ.ſed quid ſi Mant. deciſ.86. ſub num.11.Reuerendiſs.Vrgellen.deciſ.147.num. 14*
19 niſi fortè omnes de familia † conſentiant, vt per *Viuian.de iurepatr.lib.4.cap.9. num.28. & 45. cum. ſeqq.* at in iure patronatus hæreditario
20 militat diuerſa omninò ratio, vt diſtinguendo inter vtrumque caſum pluribus comprobat, *Sanch.conſ.moral.lib.2.cap.3.dub.91.ſub nu.1.* vbi ponderat quod iuſpatronatus eſſe hæreditarium inductum eſt fauore patroni, qui proptereà poteſt illi renunciare efficiendo gentilitium, & *dub.92.nu.1.& ſeqq. Rocch.de iurepatr. verb.ipſe, vel is num.71.verſ.et idem*, & addi po-
21 teſt † ſimile de emphiteuſi mere hæreditatia, *Serder.de feud.par.7.cap.2.num.68.Rot.in Vrbeuetana Fideicommiſſi 7. Februarij 1620. coram bon. mem.*

mem.Coccino, & deciſ.261.num.2.par.1.recentiorum necnon receptiſſima concluſio, quod tenet di-
22 ſpoſitio facta ſciētertá defuncto de re propria hæredis, *l.vnum ex familia §. ſi rem l. cum filius §.dominus ff.leg.2.l.hæredum C.fideicom. Rimin.iun. conſ.295.num.62.Gabr.conſ.85.num.6.lib.1.* quod multò magis videtur admittendum reſpectu pæſentationis paſſiuè, cum non tendat in preiudicium Eccleſiæ, quod præſentatio fiat de aliquo de familia dummodò ſit idoneus, licet ſecus eſſet ſi ageretur de mutāda aliqua qualite fundationis in præiudicium honoris Dei,
23 & † Eccleſiæ, quod fieri poſſe etiam de conſenſu patronorum negat, *Garz.de benef. part.7. cap.1.num.107.& ſeqq.vſque ad* 112. vbi allegat quinque declarationes Sacræ Congregationis Concilij, *Rot.in Cæſeraugustana Cappellaniæ 28. Nouembris 1631.coram bon.mem.Pirouano*, & inter qualitates reſpicientes principaliter fauo-
24 rem patroni, † necne diſtinguit, *Moder. Piſanus de iurep.lib.14.cap.3.num.6.8.& 9.*

Secundò non ſuffragatur Bartolomeo præſentatio Horatij, quia etiam ſuppoſita validitate donationis ius præſentandi in eadem donatione fuit reſeruatum Leandro Io: Franciſci donatoris filio donec vixerit, quo proindè vi-
25 vente non fuit purificatum † ius præſentandi ad fauorem Horatij, *Molin. de primogen. libr.3. cap.10. num. 16. & ſeqq.* & in his terminis *Rot. deciſ.521.num.1.& 5.par.1.recent.* Viuit autem Leander, vt hodiè probatum fuit, & ius ſuum donauit Antonio Foſſio, quæ donatio ſuppoſita validitate primæ donationis Io: Franci-
26 ſci ſuſtinetur ſaltem in vita Leandri † *Garz. de benef.par.5.cap.9.ſub num.70.Rocch.de iurepatr. verb.ipſe nolis num.35.Seraph.dec.456.nu.3.& 4. Acchill.deciſ.9.num.3.de iurepatr.* & data nullitate d.donationis Io:Franciſci tenet abſolutè, ac pertuò, quia Leander ne dum habet ius preſentandi vitalitium ex reſeruatione ad eius fauorem appoſita in donatione Io: Franciſci patris, ſed etiam perpetuum Iuſpatronatus ex præcedenti donatione facta à Baldinis de anno 1594.ipſi Io:Franciſco pro ſe, & ſuis hæredibus qualem eſſe Leandrum dubitari non poteſt cum ſit filius, & de iſto Iurepatronatus hæreditario diſpoſuerit:nā filio, quia hęreditas patris ei etiam ab inteſtato infertur, ſeù defer-
27 tur à lege, ac etiam viuente patre erat quaſi Dominus ſubſtantiæ paternæ, *l.in ſuis ff lib. & poſth.* neceſſariū non eſt exhibere teſtamentū
28 paternum, † ſed ſola immixtio in hæreditate illum facit hæredem, *Imol. in l. ſi cum dotem §.traſgrediamur ſub nu.26.ff.ſol.matrim. poſt Bald. ibid.num.3.& in l.1.num.38.in fin.C.commun.de legat.Surd.dec.319.numer.17. Card.Mant.de coniect. lib.12.tit.10.num.1.& 3.* Et in hoc differt filius
29 ab hærede extraneo, quem ſola geſtio † pro hærede non facit hæredem niſi, ſe probet à defuncto inſtitutum, quia alias à lege non defertur hæreditas *l.ſi quis extraneus 21.§.1.verſ. ſed ita demum.ff.acquir.hærede*.

Neque Bartolomeus iuuari poteſt alia præſentatione, quam habuit etiam ab Antonio, nedum quia illa hactenus vſus non fuit eique non vtendo, & acceptando præſentationem Horatij renunciaſſe videtur, & ad iura renun-
30 ciata † non datur regreſſus, vt in pūcto *Macer. var.reſol.lib.1.caſ.104.ſub numer.14.circa fin.* ſed magis quia ea præſentatio eſt conditionalis, dummodò nempè præſentatus conſentiret penſioni ad fauorem ipſius Antonii præſentantis, quam conditionem præſentatus omninò recuſauit, vt in Summ.Antonij num.2. nec allegare poteſt quod eadem conditio tan-
31 quam turpis, † ſeù impoſſibilis aut de iure tanquam ſimoniaca ex allegatis per *Pariſ.de conſid.quæſt.28.num.202.* aut de facto eo quod pendet à voluntate Papæ vitietur, & non vitiet præſentationem, nam præter quod conditio impoſſibilis de iure, aut de facto vitiat diſpoſitiones inter viuos, quicquid ſit in vltimis voluntatibus, *§. impoſſibilis Inſt. de inutil. ſtipulat.l.non ſolum ff.act.& obligat. l.impoſſibilis ff. verb.oblig.* cum alijs allegatis *per Duran.de condit & mod.impoſſ.cap.1.2 par.numer.1. & ſeqq. & cap.3.num.1.& ſeqq.* ceſſat obiectum, quia conditio penſionis cum habeat in ventre præſer-
32 uatiuam † beneplaciti Apoſtolici non dicitur turpis, aut impoſſibilis de iure, *Felin. in cap.ad audientiam il ſecondo num.3.verſ.quid autem de reſer. Nauar.conſ.48.num.3 libr.5. de Simo n. in antiq.* quod eſt in nouis *conſ.33. eod.tit.Duran. de cond.& mod.impreſſ.par.2.cap.1.nu.110.& 111 Rot.deciſ.538.num.7.par.4.tom.2.recent.& in puncto fuit dictum in Lucana Iuriſpatronatus* 25. *Iuny* 1638.*coram R.P.D. Carillo*, præſertim quia ante beneplacitum Papæ non fuit deuentum ad effectuationem dictæ præſentationis, vt per *Sanch.conſ.moral.lib.2.cap.3.dub.52.num.18.in fin.* nec pariter dici poteſt impoſſibilis de facto, quia Papa quandoque ſolet huiuſmodi penſiones admittere, vndè debuit præſentatus adimplere conditionē per modum poſſibilem faciendo honeſtam diligentiam pro obtinendo beneplacito Papæ, vt benè ad propoſitum reſpondit, *Rot.deciſ.52.num.10.verſ.quod licet p.3.rec.* & imputare ſibi debet ſi beneplacitum non obtinuit infrà quadrimeſtre iuxtà deducta in *d.Lucana Iuriſpatronatus corā D.Carillo*

Ex quibus informantes pro Antonio Bartolomeum non eſſe inſtituendum, & ſic eſſe à deciſis recedēdum inſteterunt, ſed vltrò inſteterunt pro inſtitutione ipſius Antonij, qui
33 licet ſe ipſum præſentare † non potuerit *cap. per noſtras de iurepatr.cap.fin. de inſtit. Lotth. de re benef.lib.2.quæſt.38.nu.22. Rot.in Barchinonen.Beneficij 4.Maij 1625.coram bon.mem.Pirouano*, potuit tamen ſupplicare, vt fecit Ordinario, vt ſibi beneficium conferret, *Abb.in d. cap. per noſtras nu.4.Lambert.de iurepatr.par.1.lib.2.quæſt.8. art.3.num.3.Sanch.conſ.moral.lib.2.cap.3. dub.74. num.5. Rot. in Cæſaraugustana Beneficij de Linares 26.Iuny 1645.coram me*. Verum quia Ordina-
34 rius noluit gratificare patrono; † neque ad id forſan tenebatur ex debito *Sanchez. d. dub. 74. ſub num.* 5. ibi quia fundens præces non poſſet ex debito alijque allegati à *Moder. Carpenſi contr.foren.cap.69.num.17.& 19.* poterit quatenùs opus ſit de hoc videri in alia diſputatione, & an hodie gratificari poſſit *Rota vigore clem.Auditor de reſcr.* & pro nunc Domini dixerunt recedendum eſſe à deciſis vtraque Parte informante.

BONO-

BONONIEN. FIDEICOMMISSI ſeù DOMVS.

Lunæ 10. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Laicus non poteſt cognoſcere ſuper re de directo dominio Eccleſiæ, poteſt tamen tanquam aſſeſſor Iudicis Eccleſiaſtici. Fideicommiſſum particulare in quo differat ab vniuerſali? legitima detrahi nequit ex fideicōmiſſo particulari, quando hæres Inuentarium non confecit, & quare?

SVMMARIVM.

1 *Appellans ſi non redijt pro Apoſtolis infra terminū iuris vel commiſſionem cauſæ non impetrauit ſententia tranſit in iudicatum.*

2 *Neque ad hunc effectum ſuffragantur diligentiæ adhibitæ pro adeundo Signaturam, & pro remouendo impedimenta ab appellato præſtita cum facile poſſit appellans impetrare à Iudice, vt ſibi de Apoſtolis reſpondeat.*

3 *Appellans ſi infra terminum Iuris nō redijt pro apoſtolis ſufficit tamen quod commiſſionem obtinuerit, eaque peruenerit ad bancum Curſorum, quamuis Iudici præſentata nō fuerit, cum ſatis hoc caſu conſtare dicatur de diligentia.*

4 *Iudex laicus non poteſt cognoſcere ſuper re de directo dominio Eccleſiæ.*

5 *Poteſt tamen tanquam aſſeſſor Iudicis Eccleſiaſtici cognoſcere, quod laico non eſt prohibitum.*

6 *Deficientia vocatorum ad fideicommiſſum probatur eo ipſo quod nemo comparet qui ſe vocatum prætendat, tunc enim præſumitur neminem extare ex vocatis.*

7 *Vocatus ad fideicommiſſum non ſufficit quod extet, ſed vlterius requiritur quod fideicommiſſum agnoſcat.*

8 *Vocatus ad fideicommiſſum ſi illud agnoſcere non vult tunc dicitur apertum ad fauorem ſucceſſiuè vocatorum ex vulgari contenta in compendioſa.*
Compendioſa ſubſtitutio continet vulgarem, ibidem.

9 *Fideicommiſſarius ſtante prohibitione alienationis poteſt bona alienata vindicare ab extraneo detentore.*

10 *Fideicommiſſum particulare diſtinguitur ab vniuerſali quando ad particulare vocantur perſonæ in vniuerſali non comprehenſæ, vel vocatio non eſt eo modo concepta, vel ad vniuerſale vocantur omnes deſcendentes, ad particulare vero ſolum primogeniti deſcendentium, & nu. 11. & 12.*

13 *Appellatione deſcendentium veniunt tam maſculi, quam fœminæ.*

14 *Appellatione lineæ fœmininæ non veniunt fœminæ, quando non eſt vocata linea, ſed maſculi deſcendentes per lineam fœmininam.*

15 *Fideicommiſſum particulare, niſi ab vniuerſali diſtinguatur ſequeretur quod fœmina in eodem fideicommiſſo eſſet incluſa & excluſa.*

16 *Legitima non detrahitur à filio fideicommittentis à fideicommiſſo particulari ſi inuentarium non confecit, non quia omiſſio inuentarij priuet filium à legitima ſed ex quo fideicommiſſa particolaria integre præſtare teneatur etiam de proprio.*

17 *Legitima detrahi debet à filio fideicommittentis qui inuentarium non confecit ex alijs bonis, quam ex fideicommiſſo particulari, quorum exiſtentia præſumitur dum exaduerſo non probatur contrarium.*

18 *Filius non tenetur legitimam recipere in bonis mobilibus, declara num. 19.*

20 *Bona fuiſſe teſtatoris probatur ex illius aſſertione emiſſa in teſtamento.*

21 *Aſſertioni teſtatoris plena fides adhibenda eſt contra illius hæredem.*

22 *Aditio hæreditatis inducta dicitur ſi hæres de bonis teſtatoris diſpoſuit.*

23 *Hæres tenetur inuentarium bonorum hæreditariorum conficere.*

24 *Hæres grauatus non conficiens inuentarium tenetur fideicommiſſum particulare integrum præſtare etiā de proprio, quāuis vires hæreditariæ non ſufficiant.*

25 *Hæres ob non confectum inuentarium tenetur legatariis de proprio non præcisè, ſed cauſatiuè, quia ſi dicat bona non extare, ei non creditur, ſed præſumitur illa ſubripuiſſe.*

DECISIO CCLXXVIII.

TRANSITVM ſententiæ A. C. in iudicatum deciſio in hac cauſa emiſſa corā me die 30. Aprilis proxime præteriti eduxit
1 ob non reditum appellantis† pro apoſtolis infra terminum iuris ſibi à Iudice conceſſum, vel commiſſionem cauſæ infra eumdem terminum non attentis diligentijs adhibitis, vt
2 commiſſio cauſæ proponeretur in Signatura Iuſtitiæ, & impedimentis in hoc præſtitis ab appellato; quia imputandum eſt appellanti ſi ſibi non cauit petendo à Iudice ſibi reſponderi de apoſtolis quod facilè impetrare poterat, vt in his terminis reſpondit *Rot. in Peruſina de Vbaldis impreſſ. apud March. de commiſſ. to. 2. fol. 13. §. finali* à qua non fuit receſſum *in dec. 43 coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* ſed in eo caſu contrariū deciditur, quia & ſi appellans redijſſet pro
3 apoſtolis † obtinuerat tamen commiſſionem, eaque infra terminum peruenerat ad bancum Curſoris, quod ſufficere dictum fuit, quia exinde ſatis conſtat de diligētia, quamuis commiſſio non fuerit præſentata Iudici aut pars citata ad dicendum contra, cum de his neq; *deciſio in dicta Peruſina de Vbaldis* mentionem faciat imo innuat ſufficere, quod intra iuris terminum cauſa committatur.

Ideò propoſita hodie cauſa ſuper eiſdem Domini reſpondendo ſtrictè ad obiecta contra validitatem & iuſtitiam dictæ ſententiæ dixerunt gratis allegari acta quibus ſententia innititur eſſe nulla ex defectu iuriſdictionis tanquam facta coram Auditore generali Bononiæ, qui cum eſſet Iudex laicus non pote-
4 rat † cognoſcere de hac domo, quæ eſt ſub directo dominio Eccleſiæ, *ex alleg. in deciſ. 305. num. 1. & ſeqq. poſt 2. volum. conſ. Farinacc.* quia ex datis in Summar. Elephantutij num. 1. & 2. apparet acta emanaſſe coram Vicario Generali Archiepiſcopi; Auditor vero generalis fuit deputatus tantum pro dando votū tanquā aſſeſ-

5 aſſeſſor † ipſius Vicarii quod laico non eſt pro-
hibitum, *Innoc.in cap.2.in fin.de Iudic. vbi etiam
Hoſtien.num.2.Io. Andr.num.4. Sbrozz.de offic. Vi-
car.lib.1.quæſt.31.num.12. Barboſ. de poteſt. Epiſc.
par.3.alleg.54.num.7. & allegat.108. num.6.*

Prout etiam gratis negata fuit deficientia
omnium maſculorum deſcẽdentium ex ma-
ſculis, & ſignanter Alexandri nepotis fidei-
committentis, quia cum nemo compareat,
6 qui † ſe prætendat vocatum & Fucellina ad-
uerſaria ſit extranea, vel præſumitur neminẽ
extare ex vocatis, vt dixit *Rot.deciſ.845.num.4.
coram bo.me.Buratto dec.71.num.13.coram bo.me.
Comitulo dec.79.num.12.par.5.recent.& in Romana
Domus ſeu Appartamenti 17. Decembris 1635. co-
ram Reuerendiſſimo Domino meo Decano*, vel qua-
7 tenus extarent † dum ipſi nolunt non agno-
ſcere fideicommiſsũ vt oportet *Soc.conſ.64.ſub
n.7.verſ.ad hoc reſpondetur lib.1.Bald.conſ.224.n.2.
lib.5.Pariſ.cõſ.49.n.35.& ſeq.lib.2.Pereg.de fideic.
art.41.ſub n*10. adhue illud apertũ eſſet ad fauo-
8 rem ſucceſſiuè vocatorum † ex vulgari con-
tenta in compendioſa, *Fuſar. quæſt.238. num.1.
& ſeqq.& conſ.127.num.3.Surd.dec.37. num.9. &
per tot.* & ſtante expreſſa prohibitione aliena-
tionis, vt domus conſeruetur in deſcenden-
tia maſculina eo magis licitum eſt ſucceſſiuè
9 vocatis † vindicare bona ab extraneo deten-
tore qualis eſt aduerſaria, vt poſt *Bald.Decian.
& alios Cocc.dec.166.num.4.*

Quo vero ad detractionem ſiue legitimę ex
perſona Laurentij filij fideicommittentis &
reſpectiuè patris Ioannis authoris Fuccellinæ
ſiue dotis Lauræ matris eiuſdem Ioannis põ-
deratum iterum fuit ſuper hac domo conſti-
tutum fuiſſe fideicommiſſum particulare di-
10 ſtinctum prorſus ab vniuerſali, † prout con-
tingere ſolet quoties ad fideicommiſſum par-
ticulare vocantur, aut perſonæ in vniuerſali
non comprehenſæ, vt præter allegatos in *pri-
ma deciſione dixit Rot.in Meleuitana Tenutæ 12.Ia-
nuarij 1646. coram R. P. D. meo Peutingerio*, aut
11 vocatio † non eſt eodem modo concepta *Rot.
dec.418.nu.*10. vbi ad vniuerſale vocati fuerant
12 omnes † deſcendentes ad particulare autem
ſolum primogeniti deſcendentium, *deciſ.421.
num.25.& ſeqq.par.5.recen.& in Romana retentio-
nis domorum 23.Maij 1642. coram R. P. D. meo
Ghiſilerio.*

Vtrumque enim applicatur caſui noſtro,
quia ad vniuerſale vocantur ſolum deſcendẽ-
tes maſculorum hæredum inſtitutorum *ibi.
& ſimiliter illorum ſucceſſores & deſcendentes*, in
particulari autẽ poſt deſcendentes à maſculis
hæredibus inſtitutis, ſubſtituuntur etiam ma-
ſculi deſcendentes à filiabus teſtatoris *ibi, alias
autem ad deſcendentes ipſius Domini teſtatoris per
fœminam & lineam fœmininam maſculos &c.* & vl-
terius ipſorum deſcendentium à maſculis hę-
redibus inſtitutis vocationem fideicõmiſsum
vniuerſale continet nulla habita diſtinctione
ſexus; ita vt æqualiter admittantur maſculi,
13 & fœminæ cum omnes † veniant appella-
tione deſcendentium, *l.vltim.iuncta authen. ſeq.
Cod.ſuis & legit.hæred.Alex.conſ.160.num.2.lib.2.
Pariſ.conſ.72.num.6.lib.4.Coccin.dec.127.num.19.
Rot.inter recent.dec.255.num.1.par.1.* particulare
vero admittit dumtaxat maſculos ex maſculis
& maſculos a fœminis deſcendentes, eoſque
in defectum maſculorum deſcendentium à
maſculis, fœminas autem nuſquam, cum nõ
veniant appellatione lineæ fœmininæ quando
14 vt † in caſu noſtro non eſt vocata linea, ſed
maſculi deſcendentes per lineam fœmininam,
*Peregr.de fideicom.art.26.nu.30. Menoch.conſ.205.
num.32. Gionagn.conſ.7.nu.34. lib.1. Buratt. deciſ.
272.num.3.aliique relati ab add.ad Buratt.dec.755.
num.*20. Vnde niſi fideicommiſſum particu-
15 lare diſtingueretur ab vniuerſali † ſequeretur
quod fœmina in eodem fideicommiſſo eſſet
incluſa & excluſa, quod dicendum non eſt, *l.
nam ad ea ff.condict.& demonſtr.Fuſar.conſ.25.n.29.
Mantic.de coniect.lib.12.tit.1.n.2.*

Ex bonis autem fideicommiſſo particulari
ſubiectis legitima non debetur Laurentio fi-
16 deicommittentis filio † qui inuentarium hæ-
reditarium non confecit, non quia omiſſio
inuentarij priuet filium legitima, ſed quia ef-
ficit vt filius fideicõmiſſa particularia tenea-
tur præſtare integrè etiam de proprio *l.fin.§.ſi
vero præfatam Cod.Iur.deliber. cum aliis allegatis in
prima deciſ.§.hoc poſito*, quibus additur *Caſtr.l.ita
tamen 27.§.ſi ex trebelliano num.2.verſ.ſed quod, ſi
hæres ff.ad Trebellian. & conſ.188.ſub num.2.verſ.
aut quæritur lib.2.Sarmien.Select. interpretr.lib.2.
cap.7.num.2.& ſeqq. Ciriac.contr.5.num.97. & ſub
num.101.verſ.quorum opinionem*, vtque legitimã
17 detrahere debeat ex aliis bonis † quorum exi-
ſtentia præſumitur ad fauorem fideicommiſ-
ſarij particularis dum exaduerſo nõ probatur
contrarium, *vt præter allegatos in prima deciſio-
ne tradit Aug.in l.Papinianus §.ſi conditioni col.pe-
nult.num.5.verſ. ad ipſum autem ſupplementum ff.
inoff.teſtam.Couarr.in cap. ſi hæredes numer.9. verſ.
quamobrem ni fallor de teſtam.Nonius conſ.16.n.18.
& 20.Grat.diſcept.570.num.19.& 20.Barz decis.
105.num.23.in fin.Surd.deciſ.316. num.14. & 15.
Rot.apud Giouag.conſ.20.nu.22. verſ.tamen his non
obſtantibus lib.2.deciſ.77.num.2.& 3.par.5. recent.*
Atque hinc non obſtat quod filius non tenea-
18 tur accipere legitimam † in ſolis mobilibus,
*Gabr.conſ.138.num.3.& ſeqq.lib.2.Peregr.de fidei-
com.art.10.num.*39. quia non dicitur eſſe detra-
19 hendam in mobilibus † ſed quod eius prætex-
tu non poteſt retardari immiſſio fideicom-
miſſarij particularis donec filius firmet ſtatũ
hæreditatis.

Minus debetur Ioanni dos Lauræ matris,
quia ipſe etiam eſt hæres Alexandri fideicom-
mittentis vt patet, quia ſignanter diſpoſuit in
ſuo teſtamento de duabus Altaribus, altero
exiſtente in Eccleſia S. Ioſephi extra Saragoz-
zam, altero in Eccleſia S. Bartholomæi, quæ
20 fuiſſe hæreditaria fideicommittentis † conſtat
ex eius aſſertione emiſſa in teſtamento cui cõ-
21 tra † Ioannem tanquam hæredem ipſius te-
ſtatoris, ac etiam Laurentij qui pariter fuit te-
ſtatoris hæres adhibetur fides, *Alex. conſil. 12.
ſub num.3.verſ.accedit.lib.5.Capr.conſ.10.num.10.
& ſeqq.Fuſar.quæſt.618.num.30.& 34.Barz.deciſ.
105.nu.27.Ioſeph Ludouic.deciſ.Lucen.28. ſub nu-
mer.41.& ſeqq.Rot.in Bonon. fideicommiſſi 7. Maij*
1640.

1640. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.* Teſtando
22 enim de bonis fideicommittentis † dicitur illius hæreditatem adiuiſſe, *l. ſi auia Cod. iur. deliber. Gabr. conſ. 128. num. 36. lib. 2.* cumque adiuerit non confecto inuentario quod conficere
23 tenebatur, vt comprobat *prima deciſio in d. §. hoc poſito*, non poteſt dotem matris detrahere ex fideicommiſſo particulari, quia illud præ-
24 ſtare † debet integrum etiam de proprio quãuis vires hæreditariæ non ſufficerent *§. hinc nobis ingreſſa verſ. ſi vero non fecerit inuentarium Auth. de hæred. & falcid. Surd. conſ. 459. nu. 16.* vbi declarat hæredem ob non confectum inuen-
25 tarium † teneri legatarijs de proprio non præciſè, ſed cauſatiuè, quia ſi dixerit non extare bona in hæreditate ſibi non creditur, ſed præſumitur illa ſurripuiſſe, *Laderch. conſ. 141. nu. 5. Sarmient. ſelect. interp. lib. 1. cap. 7. nu. 5. Fuſar. conſ. 74. num. 15. Rot. dec. 47. num. 10. & 11. par. 5. recent. Cum alijs alleg. à Bellon. Iun. conſ. 99. nu. 8. & ſupra in §. ex bonis.*

Ex quibus reſolutum fuit ſtandum eſſe in deciſis vtraque parte informante.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI

Veneris 14. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Neptes Teſtatoris quo caſu non veniant appellatione filiorum in fideicommiſſo vniuerſali? Nepotes non veniunt appellatione filiorum quoties fideicommiſſum legitur conſtitutum pro filijs primi gradus, & ponderantur in deciſione verba *filios ſuperuiuentes*, & reſpondetur coniecturis in contrarium adductis.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ regulariter comprehenduntur ſub conditione ſi ſine filiis.*

2 *Declara Concluſionem non procedere quando Teſtator expreſſe, declarauit fœminas non ſuccedere, niſi nõ exiſtentibus maſculis & tunc ſolum in medietate portionis patris.*

3 *Appellatione proximiorum cippi veniunt etiam deſcendentes maſculi ex aliis filiis Teſtatoris.*

4 *Appellatione hæredum & ſucceſſorum comprehenſæ cenſentur etiam fœminæ deſcendentes, Declara num. 5.*

6 *In ſubſtitutione fideicommiſſaria pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates ex præſumpta mente teſtatoris.*

7 *Amplia præſertim quando non ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta mente Teſtatoris excluderet ſubſtitutos.*

8 *Abbatinus abſolutus, licet faciat conditionem non tamen inducit formam obſtatiuam reſolutioni pluralitatis in ſingularitates, nec attenditur vis verborum, ſed iuris interpetratio.*

9 *Conditio non extantibus maſculis requirit deficientiam omnium maſculorum, quando ex aliis conſtat ſic voluiſſe Teſtatorem.*

10 *Et Teſtatorem voluiſſe dicitur, ſi in alia parte Teſtamenti conditionem concepit exprimendo nominatim caſum deficientiæ omnium inſtitutorum, & alicuius ex eis.*

11 *Verba* non extantibus maſculis *indeterminatè prolata quid importent?*

12 *Nepotes regulariter non veniunt appellatione filiorum etiam in fideicommiſſo aſcendentium.*

13 *Nepotes cenſentur vocati quando Teſtator filijs inſtitutis ſubſtituit ſimpliciter filios ſuperuiuentes, vel quando verbum* ſuperuiuentes *reſtringi non poteſt ad filios hæredes inſtitutos.*

14 *Secus vero quando tres fuerunt filii inſtituti, tunc enim verbum* ſuperuiuentes *cenſetur adiectum relatiue ad perſonas filiorum ſuperuiuentium, & priuatiuè quoad nepotes.*

15 *Verbum* filios ſuperuiuentes *habet vim expreſſionis proprii nominis filiorum ſupra inſtitutorum.*

16 *Nepotes cenſentur comprehenſi, quando Teſtator vltra verbum* filios ſuperuiuentes *addidit* maſculos, *ne tale verbum reddatur ſuperfluum.*

17 *Ad fideicommiſſum nouum inducendum ſola ratio euitandæ ſuperfluitatis non ſufficit.*

18 *Verbum* maſculos *operatur excluſionem fœminæ, quando Teſtator, vltra maſculum habebat etiam fœminam.*

19 *Filia, cui à patre fuit in teſtamento aliquid legatum cum prohibitione, ne plus petere poſſit ex ſuis bonis, ſi deinde fuit vocata à patre ad fideicommiſſum particulare admitti debet non obſtante dicta prohibitione.*

20 *Filia venit appellatione filiorum ſuperuiuentium, ſi non fuit addita qualitas maſculinitatis.*

21 *Teſtator ſi prohibuit ſuccedere in fideicommiſſo particulari non omnes perſonas vocatas in vniuerſali, ſed ſolum filios maſculos tunc nepotes vocati in vniuerſali, cenſentur à particulari excluſi ducto argumento à contrario ſenſu.*

22 *Fœminæ ſi ſunt excluſæ à fideicommiſſo particulari, & ſolum eis reſeruatus regreſſus ad domos ſuppoſitas fideicommiſſo particulari in caſu neceſſitatis, vel viduitatis, ita dicendum eſt nepotes ex filiis eſſe vocatos, & num. 23.*

24 *Declara ex dicta neptum excluſione non inferri ad grauamen filiorum reſtituendi nepotibus cum ipſis ſit reſeruata legalis ſucceſſio ab inteſtato; & ſic dicuntur melioris conditionis, quam neptes.*

25 *Fideicommiſſi extenſio ex ſola excluſione neptum quibus reſeruatur regreſſus in caſu neceſſitatis, vel viduitatis vt ſupra non operatur fauore nepotum cum dictus regreſſus poſſit verificari viuentibus filiis Teſtatoris, vel abſque alio fideicommiſſo.*

26 *Neptes Teſtatoris ſi habitare nequeunt cum extraneis in aliqua domo, ad quam in caſu neceſſitatis vocantur, poſſunt implorare officium Iudicis, vt earum honeſtati conſulat.*

27 *Neptes ſi ſunt Excluſæ in caſu deficientiæ filiorum ſine maſculis tunc nepotes ſub dicta conditione non extantibus maſculis cenſentur comprehenſi.*

28 *Declara concluſionem non procedere quando ex contextu teſtamenti apparet Teſtatorem aliter diſpoſuiſſe.*

29 Item *quando diuerſa militat ratio in conditione & diſpoſitione. Etenim in conditione nepotes veniunt appellatione filiorum, quia agitur de excludendo ſubſtitutum, at in diſpoſitione, ſi nepotes comprehen-*

henderentur adderetur grauamen parentibus, & extenderetur fideicommiſſum quod eſt odioſum.

30 *Plancta alicuius domus confecta ſecundum ſtatum præſentem non probat illius antiquum ſtatum tempore mortis Teſtatoris.*

31 *Affectio Teſtatoris elicitur ex qualitate rei.*

32 *Peritus ſuper ſtatu rei referre non poteſt, niſi illum viderit, & ſi eſt informatus, non tanquam Peritus ſed tanquam teſtis examinari debet.*

33 *Fideicommiſſum extendendi ad nepotes voluntas non deducitur ex quo res fideicommiſſaria proueniat à maioribus, niſi concurrat probibitio alienationis, vt conſeruetur in familia, vel alia cauſa ex qua motus fuerit Teſtator ad ita fideicommittendum.*

34 *Et cauſæ expreſſio eſt neceſſaria, alias ſufficeret ſemper, quod res eſſet maiorum.*

35 *Fideicommiſſi extenſio tunc admittitur, quando ex aliquibus demonſtrationibus apparet maxima affectio Teſtatoris & voluntas conſeruandi rem fideicommiſſariam in familia.*

36 *Voluntas Teſtatoris conſeruandi bona in agnatione non arguitur ex ſola vocatione maſculorum, niſi Teſtator digreſſus fuerit ad plures gradus ſubſtitutionum.*

37 *Coniecturis inhærendum eſt, quibus fauet regula contra nepotes.*

38 *Tranſmiſſioni fideicommiſſi conditionalis locus non eſt, ſtante vocatione ſuperuiuentium, vel ſaltem vrgentes coniecturæ requiruntur.*

39 *Tranſmiſſio fideicommiſſi ex coniecturis procedit ſolum ad excluſionem extraneorum, non autem deſcendentium Teſtatoris.*

DECISIO CCLXXIX.

VNIVERSALE alterum ſuper omnibus bonis, alterum particulare fideicommiſſum ſuper domo reliquit Petrus Benedictus Spada ſenior, & vtrumque per obitum Ioannis filij Teſtatoris defuncti ſine filijs maſculis, ſuperſtitibus tamen Arpalice & Antonia neptibus; cum peterent deſcendentes maſculi aliorum filiorum Teſtatoris nempe Proſper natus ab Angelo filio Bartholomæi, & Petrus Benedictus iunior filius Ioſeph, reportarunt ab A. C. ſententiam fauorabilem in vniuerſali, contrariam vero in particulari, eodemque ordine ſeruato Rota in gradu appellationis reſpondit cōſtare ad eorum fauorem de fideicommiſſo vniuerſali, non autem particulari ex rationibus egregiè deductis in deciſione edita ſub die 10. Februarij 1642. coram Reuerendiſs. D. meo Dunozet Decano, quæ hodie cauſa ſuper eiſdem ſexies propoſita confirmata fuit coram me ſubrogato in locum Domini Decani abſentis.

Quo enim ad fideicommiſſum vniuerſale illius purificatio per obitum Ioannis vnius ex filijs Teſtatoris negari non poteſt, quia Teſtator inſtitutis ſibi hæredibus Bartholomæo & Ioanne filijs mandauit, *quod caſu quo aliquem ipſorum mori contingerit ſine filijs ſuccedat vnus alteri, & eorum hæredes & ſucceſſores*, qui caſus euenit in portione Ioannis, quia deceſſit ſine filijs maſculis, & quamuis reliquerit neptes ex filio maſculo prædefuncto, quæ regulariter

1 ter † comprehenduntur in conditione ſi ſine filijs *Ceph. conſ. 107. num. 16. Hond. conſ. 49. nu. 70. lib. 2. Fuſar. conſ. 78. num. 3.* regula hæc non applicatur caſui noſtro, quia Teſtator infra declarauit quod filiæ fœminæ ex ſuis filijs natæ vel naſcituræ non ſuccedant niſi non exiſten-

2 tibus maſculis, † & tunc ſolum in medietate portionis patris ſui, alia vero medietas vadat ad proximiores cippi, quorum ſane appella-

3 tione † veniunt etiam deſcendentes maſculi ex alijs filijs Teſtatoris *Io. de Garronibus in l. 1. ſub num. 92. Cod. ſecund. nupt. Corn. conſ. 41. num. 3. & lib. 4. Fuſar. conſ. 107. num. 5. & in tract. de ſubſt. quæſt. 348. num. 4. Peregr. de fideicomm. art. 32. ſub nu. 83. Rota in Narnien. Fideicommiſſi prima Martij 1638. coram Eminent. D. Card. Hieron. Veroſpio.*

Eo magis quia ſunt expreſsè vocati in prima parte ſubſtitutionis ibi, *ſuccedat vnus alteri & alter alteri & eorum hæredes & ſucceſſores*, nec infra Teſtator fecit nouam diſpoſitionem fauore fœminarum in præiudicium deſcendentium maſculorum ſupra vocatorum, ſed imò animaduertens quod ſub nomine hæredum,

4 & ſucceſſorum † quos vt ſupra vocauerat in prima parte etiam fœminæ deſcendentes ſe comprehenſas eſſe prætendere potuiſſent ad tradita per *Ioſephum de Ruſticis in l. cum Auus lib. 2. cap. 5. & lib. 6. cap. 8. ff. condit. & demonſtr. Peregr. de fideicom. art. 32. num. 43. Fuſar. conſ. 79. n. 9.*

5 declarauit per verba negatiua † quod fœminæ deſcendentes non ſuccedant extantibus maſculis, & illis non extantibus non ſuccedant niſi in medietate, alia vero medietas vadat ad proximiores cippi; adeo quod nullatenus retorqueri poſſit in odium deſcendentium maſculorum quod ipſorum fauore diſpoſitum eſt, ipſique admitti debeant vel tanquam hæredes & ſucceſſores filiorum Teſtatoris: præſertim ne ſequatur abſurdum quod fœminæ à medietate portionis paternæ excludantur potius à remotiſſimo agnato tranſuerſali, quam à deſcendentibus maſculis ipſius Teſtatoris, vt bene animaduertit *deciſio Reuerendiſſimi Domini mei Decani ſub §. minus obſtat, verſ. alius enim.*

Ex quibus gratis dicitur non fuiſſe purificatam per obitum Ioannis ſine maſculis ſubſtitutionem, eo quod proximiores cippi ſunt vocati non extantibus maſculis, at extant maſculi deſcendentes ex alijs filijs Teſtatoris; nā hoc admiſſo nec pariter purificata eſſet ſubſtitutio fœminarum de alia medietate in eumdem caſum non exiſtentiæ maſculorum concepta, & deſcendentes maſculi totum caperent ex reciproca ſubſtitutione appoſita inter filios hæredes ſubſtitutos eorumque hæredes & ſucceſſores in caſum obitus alterius eorum ſine filijs: & verius eſt vocationē proximiorum cippi purificari per obitum cuiuslibet filij Teſtatoris ſine filijs maſculis quo ad portionem ſic decedentis accipiendo conditionē illam non extantibus maſculis non collectiuè ſed diſtributiuè, ac ſi proximiores vocati fuiſſent in medietate portionis cuiuslibet filij decedentis ſine maſculis, quia in ſubſtitutione fideicommiſſaria ex præſumpta mente Teſta-

6 toris pluralitas † reſoluitur in ſuas ſingularitates,

tates, vt præter allegatos in prima deciſ. tradit
Bart. in l. hæredes mei §. cum ita nu. 3. ff. ad Trebell.
Mant. de coniect. lib. 11. tit. 5. num. 17. Rot. deciſ. 145.
num. 3. & 4. vbi hoc ampliatur quando, vt in
7 caſu † noſtro, non ſupereſt perſona quæ ex
præſumpta mente Teſtatoris excluderet ſub-
ſtitutos *par. 1. recent. & deciſ. 246. num. 4. coram ſa.*
mem. Gregor. XV. & in terminis conditionis
conceptæ per ablatiuum non extantibus ma-
ſculis *Ruin. conſ. 52. numer. 3. lib. 3. alijque relati ab*
Altogrado conſ. 64. num. 10. & 11. nam ablatiuus
8 abſolutus † licet faciat conditionem, non ta-
men inducit formam obſtatiuam reſolutioni
pluralitatis in ſingularirates, nec attenditur
vis verborum, ſed iuris interpetratio, *Fuſar.*
de ſubſt. quæſt. 473. num. 81. Peregr. de fideic. art. 13.
num. 62. Menoch. præſump. 186. num. 12. lib. 4. Rota
Bonon. penes Giouagn. reſpon. 82. num. 45. lib. 1. & in
fortioribus terminis *Alex. conſ. 91. num. 5. & 7.*
lib. 1. Rot. dec. 804. num. 1. & ſeqq. par. 1. diuerſ.

Admittitur quod prædicta conditio non
9 extantibus maſculis † ſtat collectiuè omniũ-
que maſculorum deficientia requiritur quan-
do ex alijs conſtat ſic voluiſſe teſtatorem, vt
tradit *Bimius conſ. 297. num. 66. lib. 3. Caſtill. quo-*
tidian. controuer. lib. 5. cap. 121. num. 28. & 29. puta
10 quia in alia parte teſtamenti † Teſtator con-
ditionem concepiſſet exprimendo nomina-
tim in ipſa conditione caſum deficientię om-
nium inſtitutorum & alicuius ex eis in quibus
terminis loquitur *Honded. conſil. 60. ſub num. 36.*
lib. 1. quem ſequitur *Hieronymus Palma conſ. 94.*
ſub num. 72. Sed in caſu noſtro de tali volun-
tate non apparet, quin potius ex quo in pri-
ma parte teſtamenti facta eſt ſubſtitutio di-
ſtributiuè cuilibet ex inſtitutis decedenti ſine
filijs, colligitur aliam partem loquentem de
fæminis & de vocatione proximiorum cippi
cum ſtet conſecutiuè ad primam & illam, vt
dicebam declaret amplietque fauore deſcen-
dentiæ maſculorum intelligẽdam pariter eſſe
diſtributiuè; neque exinde remanet ſuperflua
quia vltra deſcendentes maſculos & caſum
obitus inſtitutorum ſine filijs comprehendit
etiam maſculos tranſuerſales & caſum defi-
cientiæ inſtitutorum tam ſine filijs, quam cũ
filijs quandocumque filij deficiant; hoc enim
important verba illa non extantibus maſculis
11 indeterminatè prolata, *Socc. in l. ſolemus nu-*
mer. 6. ff. condit. & demonſtr. Ruin. conſ. 132. num. 5.
Dec. conſ. 594. num. 5. & 6. Caſanatt. conſ. 4. n. 105.
& 106. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 19. Ca-
ſtill. controuer. lib. 5. cap. 89. num. 31. & 32. Buratt.
dec. 689. num. 1. & ſeqq.

Quo vero ad fideicommiſſum particulare
ſuper domibus ad quod in caſum obitus ali-
cuius hęredum inſtitutorum ſine filijs maſcu-
lis vocantur filij maſculi ſuperuiuentes. Ra-
tio reſolutionis fuit quia illud non egreditur
perſonas filiorum primi gradus cum appella-
12 tione filiorum † non veniant nepotes etiam
in fideicommiſſo aſcendentium, *l. quod ſi nepo-*
tes ff. teſtamen. tutel. §. fin. inſt. qui teſtam. tutor. dar.
poſſ. Bald. Alex. Rimin. & alii allegat. in prima de-
ciſione §. Quo vero & §. ſeqq. quibus additur *Me-*
noch. conſ. 215. num. 97. Seraph. dec. 1486. in Auenio-
nen. fideicommiſſi 7. Maii 1638. coram bon. mem. Pi-
rouano.

Ponderando maximè primo quod inſtituti
fuerunt hæredes plures filij & cuilibet eorum
decedenti ſine filiis ſubſtituti filij ſuperuiuẽ-
tes; nam quicquid ſit quando Teſtator ſub-
ſtituit ſimpliciter filios ſuperuiuẽtes, vel alias
13 verbum illud *ſuperuiuentes* † ſalua ratione re-
cti ſermonis reſtringi non poteſt ad filios hæ-
redes inſtitutos in quibus terminis loquitur,
Roman. conſ. 13. eiuſque ſequaces, vt aduertit Natt.
conſ. 551. ſub num. 28. verſ. ſimiliter reſpondeo Pariſ.
conſ. 37. num. 56. lib. 2. Hond. conſ. 63. ſub num. 15.
lib. 2. Menoch. conſ. 215. num. 107. Sanè vbi in ca-
ſu noſtro non duo tantum, ſed tres filij fue-
runt hæredes inſtituti, verbum filios ſuper-
14 uiuentes cenſetur adiectum † relatiuè ad per-
ſonas filiorum inſtitutorum ſuperuiuentium
& priuatiuè quoad nepotes, quamuis alia di-
ctio relatiua vel taxatiua non adſit, vt in pun-
cto diſtinguendo vtrumque caſum declarat,
Peregr. de fideicom. art. 21. nu. 27. verſ. primus eſt, &
num. 28. Ioſeph de Ruſticis in l. cum Auus lib. 6. c. 14.
num. 69. & 77. & præter allegatos in prima deciſio-
ne §. quæ regula tradit Pariſ. Honded. Menoch. &
Natt. loc. ſupra allegat. Socc. iun. conſ. 133. num. 11.
lib. 1. Iacobus Gallus conſ. 14. num. 8. Surd. conſ. 395.
ſub num. 37. Giouagn. conſ. 80. ſub num. 3. lib. 1. Fu-
ſar. de ſubſt. quæſt. 321. num. 77. & ſeqq. Robles de re-
præſent. lib. 3. cap. 9. num. 15. dec. 667. num. 7. vbi di-
cit quod verbum *filios ſuperuiuentes* habet vim
15 expreſſionis † proprij nominis filiorum ſu-
pra inſtitutorum *& deciſ. 693. ſub num. 4. verſ. ta-*
men in caſu par. 2. rec.

Nec obſtat, quod teſtator vltra verbum
filios ſuperuiuentes addiderit maſculos, ibi:
ſuccedant filij maſculi ſuperuiuentes, quo caſu ne
16 verbum † *maſculos* ſit ſuperfluum compre-
hendi nepotes voluit *Gabr. conſ. 121. ſub nu. 30.*
& num. 31. verſ. confirmatur lib. 1. quem ſequitur
Ioſeph de Ruſticis conſ. 2. ſub nu. 82. verſ. quinto di-
cebat, nam præter quod rario euitandæ ſuper-
17 fluitatis quandoque non ſufficit † ad inducẽ-
dum nouum fideicommiſſum, *Fuſar. conſ. 10.*
num. 25. conſ. 169. num. 76. Ciriac. contr. 522. nu. 79.
Rot. dec. 490. nu. 7. verſ. nec etiam obſtat par. 4. diuer.
ceſſat in caſu noſtro quo Teſtator vltra filios
maſculos habebat etiam filiam fæminam,
18 quia tunc verbum *maſculos* † operatur exclu-
ſionem filiæ, vt bene ad propoſitum ponde-
rat *Corn. conſ. 290. num. 6. in fin. & num. 7. lib. 4.*
animaduertendo, quod licet Teſtator initio
teſtamenti legaſſet filiæ fæminæ ducatos cen-
tum, cum hoc quod in ſuis bonis aliquid
19 plus petere non poſſit † hæc prohibitio ſicuti
non ligabat manus patris quo minus poſſet
deinde vocare filiam ad fideicommiſſum par
ticulare, ita non excludebat filiam ab eiuſdẽ
fideicommiſſi petitione, quatenus ad illud
vocata reperiretur, vt in ſimili *Alex. conſ. 131.*
num. 2. verſ. vnde præterea lib. 1. Rot. dec. 449. nu. 2.
par. 4. diuerſ. dec. 558. nu. 4. coram ſan. mem. Gregor.
XV. vbi add. num. 6. dec. 175. num. 2. par. 7. recent.
& in Romana hæreditatis de Fabijs 19. Iunij 1643.
§. his poſitis coram me, & vocata diceretur ſub
20 appellatione filiorum † ſuperuiuentium, niſi

addita

addita fuiſſet qualitas maſculinitatis *l. iuſta l.*
non eſt ff. verb. ſignif. Menoch. conſ. 496. n. 36. Fuſar.
conſ. 168. num. 1. Rot. dec. 132. num. 1. par. 4. diuerſ.
deciſ. 316. num. 2. par. 1. rec.

Secundo quod in fideicommiſſo particula-
ri noluit Teſtator ſuccedere omnes perſonas
21 vocatas ad vniuerſale, † ſed ſolum filios ma-
ſculos; cum ergo ad vniuerſale vocati ſint
etiam nepotes, illos à particulari excluſos eſſe
dicendum eſt, ducto etiam argumento à di-
ſcretiuo modo loquendi, quo in vtroque fi-
deicommiſſo Teſtator vſus fuit, quodque in
terminis ad excluſionem nepotum adducunt,
Socc. ſen. Peregr. Surd. & alii allegati in prima deciſ.
§. tum etiam, nec non Decian. conſ. 47. num. 16. lib. 3.
Odd. conſ. 90. num. 6. Berrett. conſ. 130. num. 3. verſ.
apparet ex his Caball. conſ. 181. num. 5. lib. 1. Ruſtic.
ad l. cum Auus lib. 6. cap. 14. n. 44. Seraph. dec. 1486.
num. 12. Rot. dec. 279. num. 9. & ſeqq. par. 6. recent. &
in Bononien. Tranſactionis 27. Februarij 1640. co-
ram Eminentiſſimo Cardinali Hieronymo Veroſpio.

Non obſtant coniecturæ in contrarium
adductæ, & ſignanter ex eo quod Teſtator fi-
liabus fœminis natis & naſcituris ex ſuis filijs
reliquerit regreſſum ad domos fideicommiſ-
22 ſo particulari ſuppoſitas † in caſum neceſſi-
tatis aut viduitatis, vnde infertur quod ſicuti
neptibus ex filijs Teſtatoris relictus eſt ſolum
regreſſus ad domos, & de cętero ſunt excluſę
à fideicommiſſo particulari, ita ad idem ſint
vocati nepotes ex eiſdem filijs, vt ad propo-
ſitum ratiocinatur; *Simon de Pret. conſ. 167. n. 24.*
& de interpetr. vltim. volunt. tom. 2. fol. 67. num. 24.
Anguiſſol. conſ. 134. ſub num. 4. verſ. quinto & vltimo
& nu. 5. Præſertim quia inueriſimile eſt quod
Teſtator voluerit domos eſſe liberas à fidei-
commiſſo, & ſic dari poſſe caſum quod ab ex-
traneo poſſideantur de tempore quo neptes
23 ad illas regrederentur cum honeſtum † non
ſit neptibus habitare cum extraneo *Aym. conſ.*
268. ſub num. 3.

Nam ab excluſione neptum non poteſt in-
ferri ad grauamen filiorum reſtituendi nepo-
24 tibus † cum nepotibus videri poſſit reſeruata
legalis ſucceſſio ab inteſtato & ſic dicantur
melioris conditionis quam neptes, vt bene
aduertit *Socc. conſ. 116. num. 6. poſt med. verſ. & ad*
primum dico, & num. 7. lib. 3. ex tex. in l. Lucino la 2.
ff. hered. inſt. Simon de Pret. d. conſ. 167. ſub num. 43.
verſ. ſed in teſtamentis Franc. Veggius conſ. 65. n. 77.
Regreſſus autem neptium cum poſſit purifi-
25 cari viuentibus filijs Teſtatoris † aut ſaltem
abſque alio fideicommiſſo non operatur ex-
tenſionem fideicommiſſi ad perſonas vel caſū
alioquin non comprehenſos, vt in puncto re-
ſpondit *Rot. in Ariminen. Fideicommiſſi 18. Maij*
1618. coram bon. me. Remboldo impreſſ. inter recent.
par. 4. tom. 2. dec. 24. num. 13. & coram bo. me. Burat.
deciſ. 387. num. 11. & ſatis eſt quod Teſtator co-
gitare potuerit futurum quod filij domum
non alienarent, vt ceſſet inueriſimilitudo ex
aduerſo ponderata, quæ vltro ceſſat, quia
eſto domus tranſirent ad extraneos, cum qui-
bus cohabitare neptes Teſtatoris honeſtas nō
26 pateretur, † poſſent eędem neptes implorare
officium Iudicis, vt ſuæ honeſtati & indemni-
tati conſuleret, *Natt. conſ. 425. per tot. Surd. de*
alim. tit. 4. quæſt. 4. num. 19.

Altera pariter coniectura reſultans ex quo
Teſtator non exiſtentibus maſculis iuſſerit fi-
lias non ſuccedere niſi pro medietate, pro alia
vero medietate ſuccedere proximiores cippus
arguendo exinde quod non ſecus ac in dicta
conditione non extantibus maſculis compre-
27 henduntur † nepotes *Rot. deciſ. 317. nu. 1. par. 5.*
recent. cenſeantur quoque comprehenſi in
præcedēti vocatione filiorum nullius eſt mo-
menti; tum quia à fideicommiſſo vniuerſali
non eſt bona illatio ad particulare dum ex
28 contextu teſtamenti † patet Teſtatorem di-
uerſimodè diſpoſuiſſe, vt tradit in ſpecie, *Hond.*
conſ. 60. num. 85. lib. 1. Rot. coram Gregor. XV. deciſ.
433. num. 19. & inter recent. dec. 249. num. 13. deciſ.
272. num. 17. par. 6. tum etiam quia diuerſa eſt
29 ratio in cōditione & diſpoſitione, † ſiquidem
in conditione filiorum appellatione veniunt
etiam nepotes, quia agitur de excludendo
ſubſtitutos & exonerando hæredem, quod eſt
fauorabile: at in diſpoſitione ſi nepotes com-
prehenderentur adderetur grauamen paren-
tibus & fideicommiſſum extenderetur, quod
eſt odioſum, vt aduertit *Mant. de coniect. lib. 11.*
tit. 8. num. 2. verſ. ſed diligenter Peregr. de fideicomm.
art. 22. num. 46. & 47. Grat. diſcep. 765. nu. 2. Ciriac.
contr. 8. num. 58. Rot. in his terminis dec. 667. ſub nu-
mer. 3. verſ. & in omnem euentum par. 2. rec.

Tertia ducta ex nobilitate & antiquitate
domorum non ſubſiſtit in facto, quia planta
30 ad id probandum † nuper delineata à peritis
iuxta præſentem ſtatum domus antiquum de
tempore teſtamenti ſeù mortis Teſtatoris ſe-
cuti de anno 1560. quod tempus debet atten-
di ad eliciendam ex qualitate rei affectionem
31 Teſtatoris † ergà ipſam *l. ſi ita l. fin. in princ. ff.*
aur. & arg. legat. Bart. in l. fin. §. 1. num. 1. & ſeqq. ff.
leg. 2. non probat cum periti ſtatum antiquum
32 non viderint, † & quatenus de eo fuiſſent ali-
unde informati deſuper non tanquam periti,
ſed tanquam teſtes examinari debuiſſent, vt
bene aduertit *Rot. dec. 253. nu. 19. & ſeqq. dec. 278.*
num. 5. & 6. par. 4. tom. 2. recent. & in Romana do-
mus ſeu Appartamenti 17. Decembris 1635. coram
Reuerendiſſ. D. meo Dunozet Decano.

Eoque minus probat planta; quia nec in
teſtamento, nec in inſtrumento inter filios
inito de anno 1561. dum diuiſerunt bona pa-
terna, vlla notabilis qualitas huius domus de-
ſcribitur; imò ex illo conſtat domum tunc
tēporis fuiſſe diuiſam in plures, quarum vna
pars erat noua, altera vetus, altera domun-
cula, & eſto quod in aliqua ex illis adeſſent in
ſignia & nomen Teſtatoris cum hæc ſoleant
apponi etiam in domibus non antiquis, aut
nobilibus vt experientia docet ex hoc ſolo, ſi-
ue etiam ex quo domus eſſet maiorum præ-
ſumi non poſſet voluntas Teſtatoris extendē-
33 di fideicommiſſum ad nepotes † dum ſimul
Teſtator nec prohibuit alienationem domus,
vt conſeruaretur in familia, nec ſe fuiſſe mo-
tum ad fideicommittendum ex cauſa nobili-
tatis ſeù antiquitatis domus & affectionis er-
ga ipſam expreſſit, vt requiri tradit *Alex. in l.*

filius familias §. *Diui num.* 1. *& num.* 26. *in fin. verſ. ſed hac limitatio, Crot. num.* 7. *ff. leg.* 1. *Bero. conſ.* 84. *num.* 11. *lib.* 2. *Socc. iun. conſ.* 13. *num.* 14. *lib.* 4. *Marcabr. conſ.* 85. *num.* 115. *Rimin. iun. conſ.* 632. *nu.* 113. *Grat. diſcept.* 280. *num.* 22. *& ſeqq. Surd. dec.* 225. *num.* 8. vbi dicit communem eſſe opinionem, quod excepto exemplo de Turri requiratur
34 cauſæ expreſſio, † alias ſufficeret ſẽper quod res eſſet maiorum eſt *text. in l. pater filium* 36. §. *Iulius Agrippa & in l. Lucius* 91. *ff. leg.* 3. quicquid dicendum eſſet quando ex alijs verbis vel demonſtrationibus appareret maxima affectio
35 Teſtatoris † & voluntas conſeruandi domũ in familia in quibus terminis loquitur *Eugen. conſ.* 81. *lib.* 1. *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 688. *num.* 75. *& ſeqq. Put. dec.* 438. *lib.* 2. *in corr. Rota in Maceraten. Fideicommiſſi* 26. *Ianuarij* 1634. *coram Eminentiſſ. Card. Panzirolo.*

Alijs coniecturis in contrarium adductis ſatisfacit prima deciſio & ſignanter negat ex ſola vocatione maſculorum in vno gradu
36 ſubſtitutionis argui poſſe † voluntatem conſeruandi bona in agnatione, niſi illa ex aliis colligatur, aut Teſtator digreſſus fuerit ad plures & plures gradus ſubſtitutionum ſemper vocando maſculos, vt præter ibi allegat. tradit *Decian. conſ.* 1. *num.* 185. *verſ. octauo etiam lib.* 2. *Giouagn. conſ.* 11. *num.* 33. *lib.* 2. *Rot. coram ſan. mem. Gregor. XV. dec.* 464. *num.* 17. *& in recent. dec.* 316. *num.* 5. *par.* 1. *& in Romana Fideicommiſſi de Colenis* 10. *Decembris* 1635. *coram Eminentiſſ. D. Card. Machiauello. Vt quæ ponderat eadem prima deciſio in* §. *fin.* coniecturæ exaduerſo deductę vel conquaſſantur ex alijs pro excluſione nepotũ ponderatis, vel ſaltem redduntur turbidæ, &
37 in dubio inhærendum eſt illis † quibus fauet regula contra nepotes, vt notat *Bart. in l. cum Auus in fin. ff. condit. & demonſtr. Port. Immolen. conſ.* 43. *num.* 13. *& ſeqq. Burſatt. conſ.* 1. *ſub nu.* 11. *&* 12. *Peregr. conſ.* 138. *num.* 8. *conſ.* 149. *num.* 11. *lib.* 5.

Non obſtat, quod nepotes ſaltem ſucce-
38 dant per viam tranſmiſſionis, † nam vocatio ſuperuiuentium repugnat tranſmiſſioni fideicommiſſi conditionalis vel ſaltem efficit, vt vrgentiores coniecturæ requirantur, *Bald. in l. quidam elogio nu.* 23. *Cod. iur. deliber. Alex. conſ.* 252. *num.* 1. *lib.* 6. *Socc. iun. conſ.* 30. *nu.* 7. *lib.* 4. *Natt. conſ.* 551. *& num.* 15. *& ſeqq. Menoch. conſ.* 200. *numer.* 102. *& ſeqq. Mantic. de coniect. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 28. *Rot. deciſ.* 502. *in fin. princ. par.* 4. *diuerſ.* quales viſæ non fuerunt adductæ pro maſculis præſertim cum non agatur de excludendo
39 extraneo † in quibus terminis loquitur *Buratt. dec.* 568. *num.* 6. *& per eum allegati*, ſed deſcendentibus ab eodem Teſtatore, cõtra quos plereque coniecturæ non admittuntur, vt per *Gabr. conſ.* 91. *num.* 14. *& ſeqq. lib.* 2. *Menoch. conſil.* 200. *nu.* 111. *Fuſar. quæſt.* 490. *num.* 99. *verſ. intellige tertio add. ad Gregor. XV. dec.* 551. *nu.* 16. *in fine, Rot. deciſ.* 100. *ſub nu.* 6. *par.* 1. *rec.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

AMPVRIEN. ſeù CIVITATEN. ARCHIPRESBYTERATVS.

Veneris 14. *Decembris* 1646.

ARGVMENTVM.

Vnio facta ab Epiſcopo vigore Concilij ex quibus probetur? Epiſcopus vnire poteſt beneficia vnius Diæceſis Beneficijs alterius quando vtraque Diæceſis eſt auctoritate Apoſtolica vnita & vnus eſt vtriuſque Epiſcopus. Poſſidens vigore vnionis eſt legitimus contradictor ad impediẽ prouiſo Apoſtolico executionem litterarum Apoſtolicarum quando reſeruatio non eſt notoria. Duæ Eccleſiæ Cathedrales quando ſunt principaliter vnitæ de vtraque eſt facienda mentio in prouiſionibus conſiſtorialibus Dignitates omnes Eccleſiarum Inſulæ Sardiniæ alijs vnitæ fuerunt à ſan. me. Pio V. ſuppreſſæ, ac redactæ ad Rectorias, & beneficia ſimplicia. Epiſcopus poteſt etiam dignitates vnire cum beneplacito Papę quamuis auctoritate ordinaria vnire nequeat, & beneplacitum probatur ex curſu temporis cum obſeruantia.

SVMMARIVM.

1 *Decretum irritans titulum decolorat.*
2 *Epiſcopus etiam vigore Concilij Tridentini non poteſt vnire beneficia continue reſeruata, licet vnire poſſit quorum reſeruatio eſt diſcontinua & pendet à futuro euentu qualis eſt reſeruatio Regulæ* 8. *ratione menſium.*
3 *Decretum irritans inficit poſſeſſionem, omnique Iuris effectu priuat, itaut ne ſit manutenibilis.*
4 *Intruſus non eſt citandus coram Executore litterarum Apoſtolicarum quamuis in litteris adſit clauſula* amoto.
5 *Vnio facta ab Ordinario ad praſcriptum Concilij Tridentini probatur ex publico inſtrumento.*
6 *Vnio probatur ex poſſeſſione quadragenaria cum titulo.*
7 *Amplia quamuis titulus vnionis aliquam pateretur difficultatem, quia ſuffragatur ſaltim ad præſcriptionem quæ curſu quadragenario completur.*
8 *Confirmatio Apoſtolica ex poſſeſſione quadragenaria præſumitur.*
9 *Epiſcopus ex cauſa tenuitatis prabendarum, ac diſtributionum vnire poteſt ad fauorem Capituli vnum, vel plura benefica ſimplicia iuxta diſpoſitionem Concilij Tridentini ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 15.
10 *Beneficia vnius Diaceſis vniri nequeunt beneficiis alterius Diaceſis, ne Eccleſiaſticus ordo peruertatur vt diſponitur in Concilio Trid. ſeſſ.* 14. *de reform. cap.* 9.
11 *Limita non procedere in Diæceſibus vnitis quarum vnus eſt Epiſcopus, & quoad ipsã pro vnica Diæceſi habentur.*
12 *Extractio facta à Notario ſiue Subſtituto in officio fidem meretur abſque alia compulſoria.*
13 *Poſſeſſio præſumitur continuata niſi probetur interrupta.*
14 *Vnio vacationem excludit.*

15 Re-

15 *Reſeruatio vt obſtet vnioni oportet quod ſit clara, & concludenter probata.*

16 *Reſeruatio quando eſt notoria tunc prouiſus Apoſtolicus neceſſe non habet citare poſſeſſorem beneficij vniti.*

17 *Secus vero quando reſeruatio non eſt notaria tunc enim poſſidens vigore vnionis eſt legitimus contradictor ad impediendam executionem litterarum Apoſtolicarum.*

18 *Dignitas quod ſit prima in Cathedrali probanda eſt ab impetrante nec ſufficit quod talis enunciatur in litteris Apoſtolicis.*

19 *Verbum* forſan *eſt dubitatiuum.*

20 *Supplicatio tanquam matrix potiùs, quam litteræ deſuper expeditæ, attendi debet.*

21 *Narratiua ſiue ſit partis ſiue Papæ quando emanauit in gratia ad inſtantiam partis, nec reſpicit rem geſtam cum ipſo Papa non probat, niſi aliunde iuſtificetur.*

22 *Affectio beneficij reſultat ex reſignatione in manibus Papæ.*

23 *Reſeruatio non probatur ex vnica enunciatiua, ſed duæ ſaltim requiruntur ſupra centum annos.*

24 *Archipresbyteratus de Iure communi non eſt prima dignitas, ſed Archidiaconatus.*

25 *Vnio Eccleſiarum Ampurienſis, & Ciuitatenſis fuit facta à Iulio II. anno 1506.*

26 *Eccleſiæ Cathedrales quando æque ſunt principaliter vnitæ, de vtraque in prouiſionibus Conſiſtorialibus facienda eſt mentio.*

27 *Cathedralitas alicuius Eccleſiæ non probatur ex quo in ea Epiſcopus ordinationes Clericorum celebrauit, quia nedum in Eccleſia Cathedrali, ſed etiam in illas illas fieri permittitur à Concilio Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 8.*

28 *Dignitates omnes Eccleſiarum Inſulæ Sardiniæ aliis vnitæ fuerunt à ſan. me. Pio V. in eius Conſtitut. in ordine 74. inter eius impreſſ. Bullar. to. 2. ſuppreſſa & redactæ ad Rectorias & beneficia ſimplicia.*

29 *Beneficium acceſſoriè vnitum extinguitur ex natura ipſius vnionis.*

30 *Epiſcopo tanquam informato de qualitate beneficiorum ſuæ Diæceſis creditur.*

31 *Dignitas per vnionem extincta, licet quoad illius qualitatem non ſit amplius in rerum natura, manet tamen eſſentia beneficij.*

32 *Obſeruantia quando non eſt clara non attenditur præſertim in concurſu obſeruantiæ contrariæ, numer. 33.*

34 *Epiſcopus quamuis auctoritate ordinaria non valeat dignitates vnire poteſt tamen cum beneplacito Papæ.*

35 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur curſu temporis cum obſeruantia.*

36 *Præſumptio beneplaciti Apoſtolici non tollitur ex diligentijs factis in regiſtris Datariæ & Cancellariæ, ſed ad hunc effectum diligentiæ fieri debent etiam vbicunque beneplacitum expediri poteſt.*

37 *Et ad hunc effectum deputari debent officiales à Iudice parte citata.*

38 *Decretum irritans manutentionem non impedit donec clarum ſit illi locum eſſe, quia poſſeſſori non reſiſtit.*

39 *Præſertim poſtquam poſeſſor per longiſſimum tempus titulo poſſedit.*

DECISIO CCLXXX.

ANTONIVS Vſai Archipresbyteratum de quo agitur vti vacantem per obitum Michaelis Prompta qui vſque de anno 1594. deceſſerat impetrauit à Sede Apoſtolica de anno 1644. narrando illum eſſe primam Dignitatem poſt Põtificalem in Eccleſia Cathedrali Ciuitatenſi; ideoque Sedi Apoſtolicæ reſeruatum ex regula 4. Cancellariæ & in executionem litterarum Apoſtolicarum beneficij poſſeſſionem cępit non citato Capitulo Ampurienſi. Quod propterea docto de ſua anteriori poſſeſſione capta de anno 1594. vigore vnionis factæ ab Ordinario & continuata ad hæc tempora, & contra eundem Antonium inſtructa lite coram R.P.D. meo Cerro petijt in poſſeſſione Archipresbyteratus manuteneri; ſed Rota cenſuit manutentionem eſſe dandam Antonio prouiſo Apoſtolico ſtante reſeruatione regulæ quartæ Cãcellariæ, quæ propter decretum irritans in

1 ea † præſumptiuè repetitum ne dum decolorat penitus titulum aſſertę vnionis, cum Epiſcopus etiam vigore Concil. Trident. vnire

2 non poſſit † beneficia continuo reſeruata, & ſic quæ tempore vnionis cadebant ſub reſeruatione: licet vnire poſſit quorum reſeruatio eſt diſcontinua & pendet à futuro contingẽti qualis eſt reſeruatio regulę octauæ ratione menſium *Garz. de beneſ. par. 12. cap. 2. num. 102. & num. 106. Rot. dec. 201. n. 3. par. 2. rec. add. ad ſan. me. Greg. XV. dec. 419. num. 7.*

3 At inficit etiam poſſeſſionem † omnique iuris effectu priuat, ita vt nec ſit manutenibilis, *Lotther. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 46. nu. 70. Cocc. dec. 51. num. 4. cum alijs alleg. per Moder. Peruſinum de Manut. obſer. 71. nu. 70.* nec poſſeſſor tanquam

4 merè intruſus debuerit citari † coram executore litterarum Apoſtolicarum, quamuis in litteris adeſſet clauſula *amoto, Caualer. dec. 278. num. 8. & 9* aliique quos refert & ſequitur *Rota in deciſ. huius cauſæ edita 24. Martij 1645. coram R. P. D. meo Cerro §. & ſi qua.*

Appellauit Capitulum à manutentione conceſſa Antonio, & committi mihi obtinuit cauſam appellationis cum *facultate manutenendi, quem de iure*: vnde ſub die 7. Maij proximè præteriti propoſui dubium, an & cui ſit dandum mandatum de manutenendo, & Rotã reſpondit quod videretur de bono iure etiam ad effectum manutentionis, ſuper quo aſſumpta diſputatione die 18. Iunij ſubſequẽtis ob diſcrepantiam opinionum fuit reſolutio dilata ad Kalendas, & poſita hodie iterum cauſa reſolutum fuit conſtare de bono iure Capituli.

Docuit enim Capitulum de vnione Archipresbyteratus facta ab Ordinario iuxta præ-

5 ſcriptum Sacri Concil. Trident. † per publicũ inſtrumentum ſigillo Epiſcopi munitum quod plenè probat *cap. 2. vbi notant omnes de fid. inſtr. Dec. in cap. poſt ceſſionem num. 31. verſ. prima concluſio de probat. Rot. dec. 1. num. 1. eod. tit. in nou. dec. 170. num. 1. & ſeqq. par. 4. tom. 2. recent.* quo magis quia Capitulum poſſedit Archypresbytera-

teratum per quinquaginta annos pacifice; cum tamen, ſufficeret poſſeſſio quadragena-
6 ria† cum titulo ad probandam vnionem iuxta opinionem *Felin. communiter receptam conſ.2. num.2.* quam ſequitur *Rebuff.in prax.tit.de vnione num.35.Garz.de benef.par.12.cap.2. numer.23. Cocc.dec.235.num.2.Rot.deciſ.448. num.14.& 15.* vbi quod hoc procedit quãuis titulus vnio-
7 nis pateretur aliquam difficultatem, †quia ſuffragatur ſaltem ad præſcriptionem, quæ curſu quadragenario completur, *par.4. tom.2. recent.& coram bo.me.Buratt.dec.734.num.7.*& ex
8 eadem poſſeſſione quadragenaria †præſumitur quatenus opus ſit confirmatio Apoſtolica, vt in ſpecie dixit *Rot.dec.222.num.4.dec.698. num.3.par.2.dec.177.num.8.par.4. recent. dec.857. n.5.coram Buratt.& in Barchinonen.Vicariæ 12.Decembris 1639.coram bo.me.Coccino*.

Qua tamen opus non eſt quia Epiſcopus ex cauſa tenuitatis præbendarum ac diſtributio-
9 num †potuit vigore *Concil. Trident.ſeſs.24. de reform.cap.15.* vnire ad fauorem Capituli Cathedralis Ampurienſis vnum vel plura beneficia ſimplicia; Nec reſiſtit quod Archipresbyteratus ſit in Diœceſi Ciuitatenſi ideoque intrare videatur prohibitio vnionis beneficiorum vnius Diœceſis beneficijs alterius, ne
10 Eccleſiaſticus † ordo confundatur, vt diſponitur in *Concil.Trident.ſeſſ.14.de reform.cap.9.& notat Gonz.ſuper regul.8.gloſ.5.§.7.nũ.62.& ſeqq. Barboſ.de poteſt.Epiſc.alleg.66.num.9.* Quia cum Diœceſis Ampurienſis & Ciuitatenſis eſſent
11 auctoritate Apoſtolica vnitę†vnus eſt vtriuſque Epiſcopus,& quo ad Epiſcopum pro vna Diœceſi habetur, *Anan.in cap. nouiter num.2. de offic.legat.Hoied.de incompat. benefic. cap.3. num.2. ad med. verſ. tertio modo inter tract. diuerſ. tom.15. par.1.fol.167.Grat.diſcep.655.nu.6. Barboſ.de iur. Eccleſ.lib.3.cap.16.nu.21.*

Quod Capitulum poſſederit pacificè per quinquaginta annos cõſtat ex publico inſtrumento poſſeſſionis captæ de anno 1594.quod cum fuerit extractum à ſubſtituto in officio cui ex conſuetudine illarum partium adhi-
12 betur fides † non ſecus ac ipſi officiali, plenam fidem facit abſque alia compulſoria *Caputaq.deciſ.354.num.2.Seraph. dec.1334. numer.4. Greg.XV. dec.454. num.1. Dec. in auth. ſi quis in aliquo num.26.Cod.eden.* iunctis præſertim teſtibus deponentibus de poſſeſſionis continua-
13 tione, quæ etiam præſumitur † niſi probetur interrupta *Innoc.in cap.ſæpe ſub num.2. verſ.item & quia de reſt.ſpol.Aret.conſ.103.ſub num.3. in fin. & num.ſeq. Natt.conſ.572.num.6.Rot.coram ſa.me. Gregor.XV.dec.166.n.9.dec.394.n.4.*

Quibus poſitis eliditur bonum ius Antonij prouiſi Apoſtolici qui de anno 1644. Archipresbyteratum impetrauit tanquã vacantem, ac reſeruatum vti primam dignitatem
14 poſt Pontificalem,quia vnio excludit vacationem *clem. frequens §. quidam etiam vbi gloſs.verb. ad menſam de exceſ.Prælat.Oldr.conſ.257.num.24. & ſeqq.Aret.conſ.63.per tot.Gregor.XV. deciſ.419. num.2.* & reſeruatio vt reſiſtat vnioni oportet
15 ſit † clara pleneque, & concludenter probata *Gonz.ad reg.8.gloſs.11.num.100.Rot.dec.46.num.3. dec.53.num.1.par.2.diuerſ.* & in puncto reſeruationis regulę quartę *dixit Rot.in Aſculana Plebaniæ 21. Iunij 1624. coram bo.me.Cocciuo in recent. dec.143.num.1.& per tot. par.7. & prius dec.633. per tot. par.4. tom.3. recent.* præſertim ad effectũ ne Capitulum poſſidens vigore vnionis de-
16 buerit citari † à prouiſo Apoſtolico, vt diſtinguendo inter reſeruationem notoriam nec ne declarauit, *Rot. in Nullius ſeu Spoletana Beneficiorum 20. Martii 1623. coram Nauarro*,
17 quia ceſſante notorietate † reſeruationis poſſidens in vim vnionis eſt legitimus contradictor ad impediẽdam executionem litterarum Apoſtolicarum, iuxta theoricam *Bart. in l.fin. num.21.Cod.edict.Diu.Adr.tollen.Dec.ibid.num.4. & ſeqq.Menoch.de adipiſc.remed.4. numer.585. & ſeqq.& in his terminis Rota in Caputaquen.Beneficij 23. Martij 1603.coram Card.Lugdunen.* vbi conciliantur deciſiones quæ videbantur contrariæ, *& dec.585.n.29.& ſeqq.par.5.rec.*

Igitur debuiſſet Antonius probare per neceſſarias probationes quod Archipresbytera-
18 tus ſit prima dignitas † in Cathedrali Ciuitatenſi, nec ſufficit quod talem ipſe narrauit in ſuis litteris *Marcſcot.var.reſol.lib.2.cap.1.n.1. & ſeqq.Rot.dec.20.de præben.in nou. Andreas deciſ. 25. ſub num.2.* ſiue quod ſub eadem narratiua Paulus IV. Archipresbyteratum contulerit de anno 1554. tum quia tunc huiuſmodi narratiua concepta fuit ſub verbo dubitatiuo *for-
19 ſan*, † vt legitur in ſupplicatione quæ tanquã
20 matrix † potius quam litteræ deſuper expeditæ debet attendi, *Mandoſ.ſuper reg.25.Cancel. quæſt.1.num.2.& ſeq.Lotther.de re benef.lib.3.qu.2. num.42.& ſeqq.Caputaq.deciſ.75.num.6.par.1. Reuerendiſſ.Vrgellen.dec.265.num.11.& ſeqq. & fuit dictum in Sipuntina ſeu Nullius Archipresbyteratus 25.Iunii & 19. Nouembris anni currentis coram R.P.D. meo Veroſpio*, tum etiam quia ſiue illa
21 ſit partis,ſiue Papæ† cum emanauerit in gratia ad iſtantiam partis,nec reſpiciat rem geſtã cum ipſo Papa non probat niſi aliunde iuſtificetur, *Garz.de benef. par.9. cap.2. num.361. & ſeqq.Feder.de Sen.conſ.117.nu.2.Put. dec.18. lib.3. in corr.Rot.in Melenitana optionis 7. Maii 1640. coram Merlino,& Gerunden Parochialis 26.Nouembris proximepræteriti coram me*, & in his terminis *Aret. conſ.23. ſub num.9.* Iuſtificata autem præſumi non poteſt ex eo quod prouiſio Apoſtolica habuerit effectũ, quia potuit hoc pro-
22 cedere ex capite affectionis† reſultãtis ex quo Archipresbyteratus fuerat reſignatus in manibus Papæ, vt per *Pariſ.de reſign.lib.10.quæſt.8. num.11.* & in omnem euentum ad probãdam
23 reſeruationem † non eſt ſatis vnica enunciatiua, ſed requirantur ſaltem, duæ ſupra centũ annos, vt in puncto ad probandam primam dignitatem requiri dixit *Rot.deciſ.143.num.14. par.7.recent.*

Fides autem extraiudiciales atteſtantium in inſula Sardineæ Archipresbyteratus eſſe primas dignitates, vel nihil probant maximè
24 quia de iure communi, non ille,† ſed Archidiaconatus eſt prima dignitas, *cap.1.cap.ad hæc de offic.Archidiac.cap.1. de offic. Archipreſ. Azzor. inſtit.moral.par.2.lib.3.cap.15.quæſt.2.& 3.Barboſ.*

de

de canon. & dignit. cap.5. num.38. & ſeqq. vel intelligenda eſt de Archipresbyteratibus exiſtentibus in Eccleſijs Catthedralibus, noſter verò exiſtit extrà muros Caſtri Terræ nouæ, quod eſſe recentèr conſtructum, nec eſſe Ciuitatem deponunt teſtes uniformiter examinati dati in Summ. vltimæ poſitionis pro Capitulo num.2. & accedunt plures aliæ atteſtationes datæ in eodem *Summ. num.11. & numer. 13. & ſeqq.*

Vndè opus non eſt repetere altius, an vnio
25 Eccleſiæ Ampurienſis, & Ciuitatenſis † facta à Iulio II. de anno 1506. fuerit facta acceſſoriè vnius Eccleſiæ ad alteram, vel æque principaliter, quia hic Archipresbyteratus non eſt ſitus in Ciuitate Ciuitæ, quæ Catthedralis erat, ſed in paruo Caſtro Terræ Nouæ nuper extructo: Et quamuis adhuc duraret denominatio Diœceſis Ciuitatenſis, de quo valdè dubitari poteſt, quia in pluribus prouiſionibus conſiſtorialibus Eccleſiæ Ampurienſis nuſquam ferè per centum annos facta fuit
26 mentio Ciuitatenſis prout fieri ſolet † quando duę Eccleſiæ Catthedrales ſunt æquè principaliter vnitæ, vt patet ex datis in vltimo, *Summ. Capituli num.17. & 18.* & conferunt tradita *per Pariſ. de reſig. lib.10. quæſt.2. num.36. Menoch. de arbitr. lib.2. caſ.201. num.93. Garz. de benefic. par.12. cap.2. num.43.* non tamen inferri poteſt quod maneat adhuc Catthedra in Ciuitate Ciuitæ, quæ à multo tempore fuit deſtructa, ſeù quod ea traslata ſit ad Caſtrum Terræ Nouæ, quod nuper extructum fuit, & Ciuitas non eſt.

Non obſtat, quod in Eccleſia Terræ nouæ Epiſcopi aliquando fecerint Ordinationes Clericorum, & in feſto Auguſtiſſimi Corporis Chriſti ſolemnem proceſſionem, nuperque in ea modernus Epiſcopus poſſeſſionem Epiſcopatus acceperit, quia actus hic poſſeſſionis emanauit ab Epiſcopo non dum informato, & ad inſtantiam Antonij, qui poſt quã Archipresbiteratum vti primam dignitatem obtinuerat curabat hoc modo Catthedralitatem Terræ nouæ promouere: proceſſio autem in feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti non probatur aliundè, quàm ex dicto vnius Teſtis, prout nec probatur quod hæc Eccleſia ſit ſolita celebrare feſtum ſuæ Dedicationis; Tandem Ordinationes Clericorum non pro-
27 bant Catthedralitatem, † quia nedum in Eccleſia Catthedrali, ſed etiam in alia Eccleſia Diœceſis fieri permittit, *Concil. Trident. ſeſſ.23. de reform. cap.8.* vt notat *Vgol. de offic. & poteſt. Epiſc. cap.26. §.24. numer.2. Barboſ. eod. tract. allegat.14. ſub num.12. & de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib.1. cap.33. num.198.* Minus obſtat relatio Epiſcopi in viſitatione Liminum de anno 1590. data in vltimo Summ. Antonij ſub num.5. quia ibi non dicitur, quod Eccleſia Catthedralis Ciuitatenſis, & illius Archipresbyteratus olim exiſteret in Caſtro Terræ Nouæ, ſed in Ciuitate de Terra Noua nuncupata, quod intelligi non poteſt de hoc Caſtro, quod olim non aderat, & Ciuitas nõ eſt, adeò quod ſemper eſt verum dicere, quod probationes Antonij ſunt ſaltem æquiuocę, & proptereà non releuant, *cap. in præſentia de probat.* cum alijs ſuprà allegatis.

Sed præterea ex duobus omnis prorſus difficultas euacuatur. Primò quia ex conſtitutione ſan. mem. Pij V. in ordine 74. inter eius
28 *impreſſ. Bullar. tom.2.* † omnes dignitates Eccleſiarum in inſula Sardineæ alijs vnitarum etiam maiores, & principales extinguntur, & abolentur, & in ſimplices Rectorias, ſeù beneficia eriguntur, ſub qua conſtitutione vtique caderent quatenùs adeſſent dignitates Eccleſiæ Ciuitatenſis alias vnitæ Ampurienſi quamuis vnita fuiſſent ęquè principaliter, quia imò in hac vnione verificatur conſtitu-
29 tio Piana cum in acceſſoria † extinctio veniat ex natura ipſius vnionis, *Barboſ. de iur. Eccleſ. lib.3. cap.16. num.7. & ſeqq. Garz. de benef. part.12. cap.2. num.12. Caputaq. deciſ.349. par.3. Rot. deciſ. 758. num.6. par.1. deciſ.133. num.16. par.2. diuerſ. deciſ.642. num.11. par.4. tom.3. recent.* prout etiam declarauit obſeruantia probata per ſupracitatã relationem Epiſcopi in viſitatione liminum
30 Apoſtolorum, cui tanquam informato † de qualitate beneficiorum ſuæ Diœceſis creditur *cap. Ordinary de offic. ordin. in 6. Gemin. conſ.87. ſub num.2. verſ. et eſt ratio Ancb. conſ.162. numer.4. verſ. tertio propter ſcientiam Caſſad. deciſ.2. nu.3. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. deciſ.233. num.2. part.1. recentiorum.*

Nec obſtat contraria obſeruantia eo quod idem ſan. mem. Pius V. necnon ſucceſſiuè Greg. XIII. contulit Canonicatus Ciuitatenſes, quia collationes non probantur effectuatæ, & verificari poſſunt in Canonicatibus, qui licet retinerent antiquam denominationem redacti deindè fuerant per conſtitutionem Pianam ad beneficia ſimplicia, cum eadem conſtitutio extinſerit ſolum qualitatem di-
31 gnitatis, † itaut amplius in rerum natura nõ ſit manente tamen eſſentia beneficij, *Felin. in cap. cum acceſſiſſent num.33. verſ. quando renouatur, & ibid. Abb. num.4. verſ. nam iſta dignitas de conſt. Garz. de benef. par.12. cap.1. num.1. Monet de comut. vltim. volunt. cap.12. num.2. & ſeqq. Rot. deciſ.99. num.1. & ſeqq. deciſ.140. num.1. & num.14. part.7. recent.* & ideò Canonicatus collatus à Pio V. denominatus fuit Rectoria, vt habetur in Summ. reſponſionis pro Capitulo num. 3. & Canonicatus, de quo prouidit Gregor. XIII. redactus fuerat ad Parochialem Summ. ibidẽ num.4. & ſufficit contrariam obſeruantiam
32 non eſſe omninò claram † *add. ad ſan. memor. Gregor. XV. deciſ.509. num.7. Rot. deciſ.37. num.36. par.2. diuerſ. deciſ.56. num. 40. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* Maximè in concurſu alterius obſer-
33 uantiæ pro ſuppreſſione probatæ, † Ordinariorum, tum teſtimonio, tum facto cum Archipresbyteratum hunc tanquam redactum in ſimplex beneficium vniuerint, & vnio per 50. annos habuerit effectum.

Secundò quia, & ſi ab initio Epiſcopus au-
34 thoritate ordinaria † Archipresbyteratum, quia prima dignitas eſſet vnire non potuiſſet, potuit tamen cum beneplacito Papæ, quod
35 ex quinquagenaria obſeruantia † vnionis præſu-

præſumitur, *ex allegatis ſupra in §.docuit* quibus addi poteſt *Gomeſ. ſuper reg. de trienn. quæſt.* 10. *col.6.ſub num.*17.*verſ.præſertim.Acchill.deciſ.*1. *de præſumpt.Mant.deciſ.*227.*num.*11.*Coccin.dec.*301. *num.*3. Neque talis præſumptio tollitur ex diligentijs factis in regiſtris Datariæ, & Cancel-
36 lariæ, † quia ad hunc effectum fieri debuiſſent etiam vbicumque beneplacitum huiuſmodi expediri potuiſſet, vt fuit dictum *in Ianuen.quarti dotalis* 27.*Aprilis* 1643.*coram R.P.D.*
37 *meo Ghiſilerio*, & Officiales † pro faciendis diligentijs eligendi eſſent à Iudice parte citata, *Caputaq.deciſ.*265.*par.*1.*add.ad ſan.me. Greg.XV. deciſ.*287.*num.*10.*Rot.deciſ.*323.*num.*4. *par.* 2. *recent.* & fuit dictum *in Aquilana Cappellaniæ* 4. *Iulij* 1646.*coram R.P.D.meo Rojas*.

Quæ omnia ſatis ſuperque comprobant bonum ius Capituli ſaltem ad effectum vt illi tanquam anteriori poſſeſſori debeatur manutentio, non obſtante decreto irritanti regulæ quartæ Cancellariæ, quod donec clarum om-
38 nino ſit illi locum eſſe, † hoc eſt Archipresbyteratum etiam hodie eſſe primam dignitatem & vnioni beneplacitum Apoſtolicum non acceſſiſſe, non reſiſtit poſſeſſori *Gonz. ſuper reg.*8.*gloſſ.*67.*num.*32.*& ſeqq.Lotther.de re beneſ.lib.*2.*quæſt.*8.*num.*77.*Caputaq.dec.*325.*nu.*8.*& ſeqq.par.*1. *Caual.dec.*8. *num.*4. quo minus poſt
39 quam poſſedit † per 50. annos cum titulo vnionis *Rot.dec.*439.*ſub nu.*2. *verſ.vlterius par.*4. *recent.*

Et ita deciſum vtraque parte Informante.

ROMANA SEV VELITERNA
Reſtitutionis in integrum.

Lunæ 17. *Decembris* 1646.

ARGVMENTVM.

Plures ſi ſunt hæredes omnes citandi veniunt, & defectus citationis vnius nullitatem parit, quoad citatos ea ratione, quia Ius omnium eſt connexum, & ex quibus Ius connexum dicatur? habens facultatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate, & bona debitoris diſtrahendi ſi adit Iudicem abſque vlla præſeruatiua, nec petit illius aſſiſtentiam, ſeu aſſociationem familiæ, ſed procedit Iuris ordine ſeruato ſibi præiudicat, quoad dictam facultatem. In eodem Inſtrumento plures poſſunt contractus contineri ſi ſunt inter ſe compatibiles, nec ex hoc dici poſſunt correſpectiui. In obligatione nouante, an & quando repetitæ cenſeantur qualitates, & priuilegia primæ obligationis? Solutio in dubio refertur ad cauſam grauiorem, ex qua reſultat reſolutio contractus. Creditor ſi recepit ſolutionem in cauſam expreſſam non poteſt deinde ab ea recedere abſque nouo conſenſu debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Decretum ſiue ſententia nulla eſt ex defectu citationis vnius ex pluribus hæredibus, præſertim quādo in actis proteſtatus fuit, nihil fieri, niſi ipſo citato.*

2 *Decretum, niſi ad primam cum intimatione, antequam intimatio fiat eſt ſuſpenſum, nec afficit.*

3 *Proteſtatio apud acta cauſæ pendente termino intimationis decreti afficit, quia terminus intimationis eſt communis vtrique parti.*

4 *Et tenetur victor ante expeditionem decreti ſcrutari acta, & perquirere quid reus in termino intimationis deduxerit, & præſumitur omnium proteſtatorum habuiſſe ſcientiam, abſque illorum notificatione.*

5 *Nullitas ex defectu citationis, quoad vnum reddit ſententiam, ſiue decretum nullum, etiam quoad citatos propter connexionem Iurium ad inuicem.*

6 *Ius dicitur connexum quando quilibet in qualibet parte Ius habet pro indiuiſo.*

7 *Locator ſi ex ſpeciali pacto in Inſtrumento locationis ſibi facultatem reſeruauit diſtrahendi bona conductoris propria authoritate, ſi Iudicem adiit abſque aliqua præſeruatiua cenſetur à via facti receſſiſſe, & viam Iuris elegiſſe, nec poteſt amplius Iudicium inchoatum euertere.*

8 *Secus vero dicendum eſt ſi Iudicem adiit, ac extraiudicialiter petijt aſſiſtentiam, & familiam ad euitandas rixas, & ſcandala.*

9 *Vel præſeruauit ſibi facultatem vendendi propria authoritate, non attenta productione Inſtrumenti, in quo talis facultas continetur, nam aliud eſt petere à Iudice executionem contentorum in Inſtrumento aliud præſeruare ſibi viam facti ex Inſtrumento competen.*

Seraph.deciſ.1003.n.1.*quo caſu loquatur?* *nu.*8.

10 *Clauſula* omni meliori modo *appoſita in Decreto Iudicis abſque dictione Et, non ſubſtinet proceſſum ex alio remedio diuerſo.*

11 *Locator habens facultatem diſtrahendi bona conductoris propria authoritate, ſi Iudicem adiit, non ex hoc dicitur remiſſa facultas, ſi nulliter proceſſit.*

12 *Declara concluſionem procedere, quando Iudex fuit aditus nemine citato, & ſic eius officium imploratur extraiudicialiter vrbanius agendo.*

13 Bartoli doctrina in l.Creditores C. de pign. de qua ſupra num. 11. *locum habet, quando quis ſolum petijt mandatum de aſſociando, quod petere poteſt extraiudicialiter, & ſine citatione partis, num.*14.

*Secus vero ſi produxit Inſtrumentum prauia citatione partis per talem namque productionem cenſetur creditorem declaraſſe velle iudicialiter procedere, num.*15.

16 *Regula ſi non valet quod ago, vt ago nec valet, vt valere poteſt declaratur.*

17 *Creditor de Iure communi non poteſt vendere bona debitoris propria authoritate, ſed procedere Iuris ordine ſeruato per captionem pignorum, eorumque ſucceſſiuam ſubhaſtationem.*

18 *Facultas vendendi bona conductoris fauore locatoris in caſu non ſolutionis adiecta in Inſtrumento locationis non debet, tanquam odioſa in dubio haberi pro repetita in alio Inſtrumēto poſtea cōfecto.*

19 *Pa-*

19 *Pacta adiecta vni contractui nunquam cenſentur repetita in alio diuerſo.*

20 *Contractus plures diſtincti, & ſeparati contineri poſſunt in vno, eodemque Inſtrumento, quando ſunt inter ſe compatibiles.*

21 *Itant ab vno contractu non poſſit ad alium inferri.*

22 *In eodem Inſtrumento ſi adeſt contractus venditionis, & locationis pactum adiectum venditioni, non cenſetur repetitum in locatione.*

23 *Tempus adiectum locationi non videtur repetitum in pacto franchandi appoſito in eodem Inſtrumento, quia eſt diuerſus à locatione.*

24 *Contractus in eodem Inſtrumento non ſunt confundendi, ſed ſeparatim accipiendi.*

25 *Contractus plures contenti in eodem Inſtrumento cenſentur correſpectiui, ſi vterque eodem contextu & ſub vnica clauſula actum celebratus fuit.*

26 *Declara huiuſmodi correſpectiuitatem non reſultare, quando contractus ſunt diuerſæ naturæ, & vnus non venit ad determinationem alterius, quia tot cenſentur eſſe ſtipulationes, quot res in ſtipulationem deductæ.*

27 *Amplia quamuis ſecundus contractus ſit celebratus occaſione primi, quoties vterque eſt independens quoad ſubſtantiam.*

28 *Correſpectiuitas inter contractus non inducitur ex ſola dependentia vnius ab altero, quando dependentia eſt ſolum occaſionalis, ſeù accidentalis.*

29 *Prima obligatio per nouationem extinguitur, & transfunditur in aliam ſpeciem contractus, vt fit quando cauſa vnius contractus in aliam conuertitur, & transfunditur.*

30 *In obligatione nouante cenſentur repetitæ qualitates & priuilegia primæ obligationis.*

31 *Declara concluſionem intelligi de qualitatibus, quæ actioni nouatæ inerant ex diſpoſitione legali, ſecus vero in his, quæ inerant ex diſpoſitione contrahentium in odium debitoris moroſi.*

32 *Pacta & Iura realia non extenduntur de re, ad rem.*

33 *Solutio in dubio cedit in cauſam grauiorem, & cauſa reputatur grauior, quæ parit reſolutionem contractus.*

34 *Solutio continens cauſam expreſſam, illa attendenda eſt, nec eſt ad coniecturas recurrendum.*

35 *Creditor ſolutionem recipiens in cauſam expreſſam non poteſt deinde ab ea recedere abſque nouo conſenſu debitoris.*

36 *Solutio quando eſt relatiua ad aliquod Inſtrumentum in quo plures cauſæ continentur cedit prius in primam, deinde in ſecundam.*

37 *Solutio ſi fuit promiſſa ante nundinas, tunc ante principium nundinarum dicitur contracta mora.*

38 *Promiſſio de ſoluendo in feſto Natiuitatis Domini, niſi aliud ſit adiectum intelligitur per totam octauam, & quid ſi deinde ſequantur verba, & per quindecim dies ante, an cenſeantur adiecta ad excluſionem octauæ? num. 39. & 43.*

40 *Verba* volo, nolo, condemno, abſoluo, *ſunt ad inuicem incompatibilia.*

41 *Verba quando aliquo modo ſaltim ad diuerſos effectus poſſunt ad inuicem conciliari per poſteriora non dicitur receſſum à primis.*

42 *Interpratatio qualibet ſumenda eſt ad euitandam correctionem, & repugnantiam verborum in eodem contractu.*

44 *Debitor antequam dies ſolutionis veniat conueniri non poteſt.*

45 *Limita niſi adſit timor decoctionis.*

46 *Obſeruantia non vniformis attendi non debet.*

47 *In dubio pronunciandum eſt pro debitore ad excluſionem moræ.*

48 *Mora debitoris completa pendente Iudicio prodeſt creditori ad victoriam, quod tamen procedit ante latam ſententiam.*

49 *Sententia ad effectum executionis debet iuſtificari ex eiſdem actis, non ex poſtea ſequutis.*

DECISIO CCLXXXI.

REVOCATA hodie fuit ad trutinam, &
confirmata deciſio edita in hac cauſa
ſub die 25. Iunij proximè præteriti ex quo Iudex
primæ inſtantiæ nec ritè, nec rectè decreuit
licere DD. Canonicis Baſilicæ Sancti Petri
diſponere de animalibus, alijſque effectibus
exiſtentibus in Caſali Campi Mortui, & ſpectantibus
ad Aloyſium Venturinum, & hæreditatem
Diomedis Papij, & Caroli Oliuerij, quibus
iidem Canonici dictum Caſale locauerant de
menſe Octobris 1644.

Non ritè, quia citati quidem fuerunt Venturinus,
& Papius, & aliqui hæredes Caroli Oliuerij
principalis conductoris, ſed non Euangeliſta
alter ex dictis hæredibus, † quem
1 talem eſſe Canonici non negant, & ſciuerunt
aut ſcire debuerunt etiam de tempore Decreti,
quia ille hoc declarauit, ideoque ſe citari
debere proteſtatus fuit, nedum ſub die
14. Iulij, & ſic per multos dies poſt decretum
verùm etiam priùs die 20. Iunij, & ſic ante
decretum; quamuis enim decretum emanaſſet
die præcedenti, quia conceptum erat
cum clauſula, *niſi ad primam cum intimatione*,
2 antequam † intimatio fieret erat ſuſpenſum,
nec afficiebat *Caualer. deciſ. 486. num. 1. & 10.
Greg. XV. deciſ. 31. num. 8. Buratt. deciſ. 124. nu. 23.
Reuerendiſſimus Vrgellen. deciſ. 37. num.* 10. prout
è conuerſo dicta proteſtatio affecit † ſtatim
3 Canonicos abſque alia notificatione cum
facta fuerit apud acta cauſæ, & pendente termino
intimationis decreti, ſiue quia terminus
huiuſmodi eſt communis vtrique parti,
*ad text. in l. ad peremptorium, & l. & poſt edictum,
ff. re iudic. Saluſt. Tiber. in praxi A. C. lib. 2. cap. 15.
num.* 7. & 8. Siue quia victor ante expeditio-
4 nem decreti † tenetur ſcrutari acta, & perquirere
quid reus in termino intimationis
deduxerit, omniumque propterea apud acta
proteſtatorum habuiſſe ſcientiam præſumitur,
licet ſibi particulariter notificata non
fuerint, vt ex *Paulo de Caſtr. in l. 1. col. 2. verſ. bene
tamen puto C. ſatiſd. dixit Rot. apud Put. dec. 109.
num. 4. lib. 2. in corr.*

5 Talis autem defectus citationis, quoad
citatos quoque † reddit decretum nullum
propter connexionem iurium ad inuicem
iuxta theoricam *Bald. in l. 1. num. 6. Cod. err. calc.
quam ſequuntur allegati in prima deciſ. §. eſt autem
in fine*, & connexio verſatur tàm circa reſolutionem
contractus locationis, quàm circa
licentiam vendendi effectus cōductorum
in

in Caſali exiſtentes; nam licentia pendet ab
eadem conditione à qua pendet reſolutio cõ-
tractus, & Canonici ex eodem capite ad re-
ſolutionem, & venditionem proceſſerunt,
neque actum fuit ſimplicitèr, ac primario ad
quantitatem affictuum decurſorum, quæ
diuidua eſt inter plures debitores, ſed ad bo-
na ipſa hoc eſt ad venditionem effectuum
communium, in quibus omnium conducto-
rum ius eſt omninò connexum, † quia qui-
6 libet in qualibet parte ius habet pro indiuiſo,
gloſſ. in l. ſi familia verb. pro parte Cod. famil. erciſc.
Io. de Amicis conſ. 20. n. 15. Grat. diſcept. 948. n. 43.
Seraph. deciſ. 957. num. 2. & in puncto add. ad Gre-
gor. XV. deciſ. 319. ſub num. 7. verſ. & ideo Reueren-
diſs. Vrgellen. deciſ. 37. nu. 9. Rot. inter recen. dec. 594.
num. 2. par. 4.

Hæc verò nullitas euitari non poteſt ex
quo locatores in Inſtrumento locationis re-
ſeruauerint ſibi facultatem † vendendi pro-
7 pria authoritate, dum ea facultate, vſi non
fuerunt, ſed adiuerunt Iudicem, & citatis alijs
conductoribus ab eo licentiam vendendi pe-
tierunt abſque aliqua præſeruatione dictæ fa-
cultatis; nam ex hoc cenſentur receſſiſſe à
via facti, & viam iuris elegiſſe, nec eſſe debet
in eorum poteſtate Iudicium inchoatum
euertere, ac eludere iuxtà veriorem opinio-
nem opinionem, quam præter allegatos in
prima deciſione §. nec releuat ſequitur Mantic. de ta-
cit. lib. 22. tit. 22. num. 15. & deciſ. 33. num. 16. Car-
pan. ad ſtat. Mediolan. cap. 155. num. 15. Neguzan. de
pign. 4. par. princip. num. 25. eamque in terminis
iudicij nulliter inchoati ſecuta eſt, *Rot. coram*
fa. mem. Greg. XV. deciſ. 105. num. 13. Licet ſecus
8 dicendum eſſet † ſi à Iudice ſolum aſſiſtentiã,
& familiam extraiudicialiter petijſſent fortè
ad euitandas rixas, & ſcandala in quibus ter-
minis loquitur *Seraph. deciſ. 1003. num. 1.* vel in
actu aditionis Iudicis præſeruaſſent † ſibi fa-
9 cultatem vendendi etiam propria authorita-
te, quæ præſeruatiua non adeſt in caſu noſtro,
nec reſultat ex productione Inſtrumenti lo-
cationis illam continentis, vel petitione de-
creti iuxtà formam eiuſdem Inſtrumẽti, quia
ſemper ità concipiuntur petitiones, & aliud
eſt petere à Iudice executionem contento-
rum in Inſtrumento, aliud præſeruare, ſibi
viam facti ex Inſtrumento competentem,
Alex. conſ. 131. num. 11. verſ. item reſpondeo lib. 4.
Rimin iun. conſ. 454. num. 27. & 28. Neuiz. conſ. 82.
numer. 28. vndè Cinc. de cenſib. part. 2. cap. 2. quæſt. 5.
art. 5. num. 26. monet creditorem cui talis fa-
cultas ex Inſtrumento competit ne petat à
Iudice executionem Inſtrumenti dicta facul-
tate muniti, nihilque curandum eſt de clau-
ſula *omni meliori modo* appoſita in decreto Iu-
10 dicis; † quia quatenus adeſſet in decreto, vel
in citatione tanquam appoſita ſine copula
non ſubſtineret proceſſum ex alio remedio
diuerſo iuxtà diſtinctionem *Caputaq. dec. 124.*
part. 1. Achill. deciſ. vnic. de verb. ſignific. quam Rota
ſequitur paſſim, vt in Mutinen. Hæreditatis 14.
Martij 1618. coram bo. me. Remboldo.

Non obſtat, quod ſi Iudex nulliter pro-
11 ceſſit † perindè eſt, ac ſi propria autho-
ritate locatores vendidiſſent, vt origina-
liter voluit *Bart. in l. creditores 3. ſub n. 26. verſ. de*
hoc eſt caſus Cod. pignor. quem ſequitur Imol. in c. po-
tuit nu. 65. ante med. verſ. dicit tamen de locat. Ruin.
conſ. 152. num. 10. verſ. nec prædictis lib. 4. Dec. con-
ſil. 460. n. 6. & ſeqq. Socc. Sen. conſ. 82. n. 8. verſ. ſexta
concluſio lib. 3. Alb. conſ. 131. num. 4. Nam præter
quod *Rota in dicta deciſ. 105. coram Gregor. XV.*
quæ allegat concordantes amplexa eſt con-
trariam ſententiam, ſumus extra omnem
difficultatem, quia *Bartolus* loquitur quan-
12 do Iudex aditus fuit † nemine citato, & ſic
eius officium imploratum fuit extraiudicia-
liter vrbaniùs agendo, vt aduertit *Iaſ. in l. 2.*
ſub numer. 113. verſ. volens tamen Cod. iur. emphyt.
Mant. d. deciſ. 33. nu. 16. & 17. vbi habetur, quod
doctrina *Bart. in d. l. creditores*, habet † locum,
13 quando quis ſolum petijt mandatum de aſ-
ſociando, quodq; petere poſſe à Iudice extra-
iudicialiter † ſine citatione partis tradit in his
14 terminis *Canc. var. reſolut. tom. 3. cap. 19. num. 19.*
ſecus verò eſt quando coram Iudice produ-
ctum fuit Inſtrumentum, & debitor citatus
15 fuit, † quia creditor producendo, ac citando
debitorem declaraſſe videtur, quod volebat
procedi iudicialiter, ac iuris ordine ſeruato,
vndè via quam elegit ei patere debet, cum
omnibus ſuis qualitatibus, *l. ſi mulier §. vltim.*
ff. quod met. cauſ. & intrat regula ſi non valet,
16 quod ago, vt ago, nec valet, vt valere poteſt
de qua *text. in l. multum intereſt Cod. ſi quis alter,*
vel ſibi Innoc. in cap. vltim. num. 3. de procur. Felin.
in cap. cum ordinem numer. 2. verſ facit pro de reſcr.
& in his terminis diſtinguendo vtrumque ca-
ſum declarat *Neguz. de pign. par. 3. princ. ſub n. 23.*
verſ. ſi Iudex iuncto nu. 25.

Hinc non ſubſiſtit dilegma, quod aut Ca-
pitulum egit validè, & ceſſat obiectum nul-
litatis, aut nulliter & cum Iudex proceſſerit,
tanquam priuatus non fuit ammiſſa facultas
vendendi propria authoritate, quia ſic eſſet
in poteſtate partis eludere Iudicem, cùmque
renunciatio dictæ facultatis reſultet ex ipſa
electione viæ iudiciariæ, & proceſſu iudicia-
liter inchoato, ſibi imputare debet creditor ſi
de cætero iuris ordinem non ſeruauit, rema-
netque proceſſus nullus, tàm quoad citatos,
quàm quoad Euangeliſtam non citatum
propter connexionem iuris ſupra pondera-
tam.

Pariter Iudex primæ inſtantiæ non decre-
uit rectè ſiue motus fuerit ex quo Venturi-
nus, & litis conſortes non ſoluerant ſcuta
11559. debita originaliter ab Arrigijs prio-
ribus conductoribus pro paghis affictus du-
rante eorum locatione decurſis, & non ſolu-
tis, & à Venturino, & ſocijs in Inſtrumento
locationis deinde ſibi factæ accollata, ſiue ex
mora eiuſdem Venturini, & ſociorum in
ſoluendo pagham Natiuitatis anni 1644. &
Reſurrectionis anni 1645. decurſas de tem-
pore eorum locationis.

Quo enim ad debitum ſcutorum 11559.
quidquid ſit an promiſſio fuerit pura, an ve-
ro collata in menſem Augusti anni 1645.
non ſecus ac extinctio cenſus debiti Eminen-
tiſſimo

tiſſimo Cardinali Ceuæ, eſto quod Venturi-
nus, & ſocij tempore emiſſi decreti eſſent in
mora ſoluendi, non ideò licebat locatoribus
procedere immediatè ad venditionem bono-
rum ſpectantium ad conductores, non qui-
17 dem de iure cõmuni, † quo ſolũ deueniẽn-
dum eſt ad captionem pignorum, eorumque
ſucceſſiuè ſubhaſtationem ſeruato ordine
iudiciario, *l. quæ ſpecialiter Cod. diſtr. pign. Neguz.
de pignor. par. 6. memb. 1. nu. 15. Hugo Donell. eodem
tract. cap. 10. col. 3. nu. 5. & ſeqq. Rot deciſ. 504. nu. 2.
ibi ſeruatis ſeruandis par. 3. recent. cum alijs allegatis
per Modern. Peruſ. de ſubhaſtat. inſpect. 20. num. 10.
& ſeqq.*

Non etiam vigore pacti in Inſtrumento
locationis appoſiti animaduertendo, quod
Inſtrumentum habet duas partes in prima
conductores promittunt ſoluere affictus de-
currendos, necnon certam quantitatem pro
Ciocchatis, & ſalarium Cappellano, & ſe
ſubmittunt omnibus pactis appoſitis in In-
ſtrumento affictus priùs facti Arrigijs, quorũ
alterum eſt, quod in caſum non adimple-
menti rerum promiſſarum, ac etiam moræ in
ſoluendo affictus liceat Canonicis propria
authoritate diſponere de effectibus ſpectanti-
bus ad conductores. Incipit deinde alia pars
Inſtrumenti independens, diuerſa, & ſepara-
ta à prima ſub his verbis. *E perche detti Signo-
ri Canonici ſono creditori di detti Signori Arrigij per
gl'affitti decorſi &c. della ſomma di ſcudi 11559. &
anco detti Signori Arrigij deuono eſtinguere vn cenſo
di ſcudi 5000. &c. per li quali detti Signori Cano-
nici hanno l'hipotheca, e retentione di tutti, e ſingo-
li animali, grani, & effetti, e crediti eſiſtenti in det-
to tenimento, & altri luoghi ſpettanti all'heredità di
detti Signori Arrigij. Perciò detti Signori Canoni-
ci &c. detti animali, crediti, & effetti actiuè, & paſ-
ſiuè tali quali ſono li cedono, renuntiano, trasferiſco-
no à detti Signori Conduttori &c. e dall'altra banda
detti Signori Conduttori accollano ſopra di ſe il det-
to Cenſo di ſcudi 5000. &c. e quello promettono
eſtinguere per tutto il meſe d'Agoſto proſſimo à veni-
re &c. & anco pagare à detti Illuſtriſſimi Signori
Canonici gli ſcudi 11559. ò altra più vera ſomma
da detti Signori Arrigij douuta per tutti li 15. Agoſto
proſſimo paſſato &c.*

In hac verò parte Inſtrumenti, nec expli-
citè, nec relatiuè ad præcedens Inſtrumentũ,
cum Arrigijs legitur adiectum pactum illud
rigoroſum, ſeù facultas in caſum non ſolu-
18 tionis † vendendi effectus conductorum, &
recedendi ab affictu; cumque ſit odioſa non
debet in dubio haberi pro repetita, *Alex. con-
ſil. 17. num. 12. lib. 4. & conſ. 76. num. 5. lib. 5. & ſeq.
Ruin. conſ. 114. num. 4. lib. 1. Valaſq. conſ. 179. nu. 51.
Menoch. præſcript. 85. nu. 22. lib. 3. Afflict. deciſ. 365.
num. 14.*

Maximè quia eſt adiecta contractui loca-
tionis, at ſecunda pars Inſtrumenti continet
contractum venditionis effectuum relictorũ
ab Arrigijs pro pretio dictorum ſcut. 11559.
ab illis vt ſupra debitorum Canonicis nuſquã
enim pacta adiecta vni contractui † cenſentur
19 repetita in alio diuerſo, *l. qui fundum ff. contrah.
empt. cum alijs allegatis per Neguz. quæſt. 546. nu. 1.
& 2. & 3.* quamuis vnicum ſit Inſtrumentum
20 cum etiam in eodem Inſtrumento † conti-
neri poſſint plures diſtincti, ac ſeparati con-
tractus inter ſe compatibiles, *l. ſcire debemus
29. ff. verb. oblig. l. cum eiuſdem ff. edil. edict. Alb. con-
ſil. 45. per tot. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 3. nu. 12. Rot.
deciſ. 763. num. 8. & ſeqq. par. 1. diuerſ.* & adhuc ab
21 vno non poſſit ad alium † inferri, vt per *Ri-
min. ſen. conſ. 177. num. 4.* vbi quod ſi in eodem
Inſtrumento adſit contractus venditionis, &
22 locationis † pactum adiectum venditioni,
nõ cenſetur repetitum in locatione ſequenti
lib. 1. Rot. Bonon. diuerſ. deciſ. 43. num. 24. vbi quod
23 tempus adiectum locationi † non videtur re-
petitum in pacto francãdi appoſito in eodem
Inſtrumento, quia eſt diuerſum à locatione,
Erneſt Cothman. conſ. 18. num. 18. vbi quod con-
tractus in eodem Inſtrumento contenti † non
24 ſunt confundendi, ſed ſeparatim recipiendi
ſunt, *& num. 19.* hoc ampliat quia non vno,
ſed diuerſo pretio conſtituto initi ſunt, *Dec.
conſ. 451. nu. 2. verſ. ſed in tali concluſione Surd. con-
ſil. 101. num. 38. Rota in Romana Cambij, ſeu Pecu-
niaria 22. Iunij 1639. coram Reuerendiſſ. D. meo
Dunozetto Decano*, in qua dictum fuit, quod
ſi in eodem Inſtrumento adſit contractus cã-
bij, & mutui pecuniæ ad cambium receptæ,
diuerſæ, & independentes ſunt vtriuſque cõ-
tractus obligationes, & ad obiectum correſpe-
ctiuitatis reſultantis † ex quo eodem con-
25 textu, & ſub vnica clauſula *actum* vterque
contractus celebratus fuit, reſpondetur non
reſultare huiuſmodi correſpectiuitatem,
26 quando † contractus ſunt diuerſæ naturæ, &
vnus non venit ad determinationem alterius,
quia tot cenſentur eſſe ſtipulationes, quot
ſunt res in ſtipulationem deductæ, *d. l. ſcire de-
bemus, & ibi DD. ff. verb. obligat. Alb. conſ. 45. ſub
num. 3. Surd. conſ. 101. numer. 39. Ciriac. controu. 90.
num. 20. & ſeqq. Put. deciſ. 213. num. 1. & 4. lib. 3. in
corr.* quamuis ſecundus contractus ſit cele-
27 bratus † occaſione primi, quia quoties vt in
caſu noſtro vterque contractus eſt indepen-
dens, quoad ſubſtantiam, & promiſſio facta
in ſecundo contractu habet ſuam cauſam ſpe-
cialem, & expreſſam, † ſola dependentia
28 occaſionalis, ſeu accidentalis non ſufficit ad
inducendam correſpectiuitatem, vt tradit
*Anchar. in cap. acceſſorium ſub num. 16. verſ. prætere-
rea iſti duo actus de reg. iur. in 6. Baptiſta de S. Blaſio
tract. de correlat. quæſt. 66. nu. 54. Pacian. de probat.
lib. 1. cap. 28. in addit. Litt. F. Rota in Eugubina Er-
roris Calculi 26. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo
Carillo.*

Quo faciliùs procedunt in caſu noſtro,
quia pactum de quo agitur eſt appoſitum in
fine primæ partis continentis contractum lo-
cationis, & ſecundus incipit per orationem
omninò ſeparatam, & independentem. Nec
obſtat, quod etiam dicta ſcuta 11559. proue-
niant originaliter ex locatione, & affectibus
debitis ab Arrigijs, & conſequenter conti-
neantur ſub tali pacto cũ Venturini ſe obli-
gauerint cum eiſdem pactis ſtipulatis, & con-
uentis cum Arrigijs. Quia hoc bene proce-
dit reſpectu pactorum ipſius contractus loca-

tionis, qui tantum celebratus fuit cum Ar-
rigijs; & licet verum ſit, quoad Arrigios,
quod dicta ſcuta 11559. debentur ex cauſa
locationis, quia tamen poſteà Canonici de
dicta ſumma ſibi ſatisfecerunt mediante ap-
propriatione effectuum eorumdem de Arri-
gijs, quos vendiderunt, & ceſſerunt Ventu-
rinis, & eamdem ſummam promiſerunt ex
alia cauſa; nempè venditionis, quoad illos
obligatio originalis Arrigiorum orta ex lo-
29 catione habetur pro extincta, † & eſt per no-
uationem tranfuſa in aliam ſpeciem contra-
ctus, vt fit quando cauſa vnius contractus in
aliam conuertitur, & transfunditur *Io. Faber. in §. præterea num. 3. inſtit. quib. mod. toll. obligat. Io. Franc. à Ponte conſ. 131. nu. 134. lib. 2. Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 7. num. 14. & ſeqq. Anton. de Amat. reſolut. 50. num. 5. Barz. deciſ. 20. n. 8.* Adeò quod
debitum quoad Venturinos non poſſit con-
ſiderari tanquam debitum pagharum aſſictus
ſed tanquam prętium venditionis dictorum
effectuum Arrigiorum, & ſic non cadit ſub
pacto, ſed remanet ſub mera diſpoſitione
iuris. Neque intrat regula, quod in obliga-
30 tione nouante † cenſeātur repetitę qualitates
& priuilegia primæ obligationis, vt notat
Bart. in l. ſi quis cum aliter 36. num. 4. verſ. præterea poſito ff. verb. oblig. quem ſequitur ibid. Alex. num. 3. Iaſ. num. 12. Caſtill. deciſ. 17. num. 34. lib. 1. Quia
intelligenda eſt de qualitatibus, † quæ actio-
ni nouatę inerant ex diſpoſitione legali fauo-
31 re creditoris, vel cauſæ, ſecus verò in his,
quæ inerant ex diſpoſitione contrahentium
in odium debitoris moroſi, *vt ex text. in l. nouatione, & in l. emptor, ff. nouat. bene declarat Bart. in l. aliam 29. in fin. ff. eod.* cuius opinionem com-
munem eſſe, & ſeruari in practica teſtatur,
Iaſ. in §. fuerat num. 124. Inſtit. act. vbi alios citat
eandemque diſtinctionem ſequitur *Surd. conſil. 269. numer. 18. & conſ. 445. ſub num. 56. & 57. Grat. deciſ. Marchiæ 117. in fin. Arias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 18. nu. 4. & 5.*

Non obſtantibus clauſulis præſeruatiuis,
quas Domini Canonici appoſuerunt in ſu-
pradicta ſecunda parte Inſtrumenti celebrati
cum Venturinis, ibi, *reſeruandoſi in prima, & auanti tutte le coſe il dominio, e ſpeciale hipoteca, che hanno ſopra detti animali, crediti, & eſſetti ſudetti ſino alla totale ſodisfattione di modo tale, che non s'intenda innouato, ne receduto dagl'altri oblighi cantanti à loro fauore*; quia præſeruatiua
aliarum obligationum prius cantantium ad
fauorem Canonicorum non poteſt referri,
niſi ad Arrigios, itaut contra ipſos non cen-
ſeantur nouatæ, vel ab illis receſſum, donec
ſequatur actualis ſolutio, ſed non contra
Venturinos; erga quos non eſt applicabilis,
quia alias obligationes pro hac ſumma ad fa-
uorem Canonicorum prius non fecerant, &
quatenus dici poſſint præſeruata iura realia
ſuper animalibus, & effectibus Arrigiorum
per Canonicos venditis Venturino, & ſocijs,
& per conſequens etiam manuum iniectio,
vt illa exerceri valeret probari debuiſſet idē-
titas rerum; nempè quod animalia alijque
effectus, qui tempore decreti Iudicis primæ
inſtantiæ exiſtebant in Caſali Campimorti
eſſent illi met, quos Canonici vendiderant
Venturinis cum pacta, & iura realia non
32 extendantur de re ad rem, *l. ſi vnus §. ante omnia ff. pact. Bald. in cap. 1. ſub nu. 2. tit. qualiter Dom. propr. feud. Imol. conſ. 13. nu. 1. Rimin. iun. conſ. 492. nu. 13. conſ. 782. n. 89. Neguz. q. 546. n. 8. Rimin. ſin. conſ. 70. nu. 10. lib. 1.*

Quo verò ad paghas aſſictus decurſas poſt
locationem factam Venturinis iterum Domi-
ni dixerunt non fuiſſe incurſam moram ſex
menſium poſt quos dumtaxat contrahentes
voluerunt purificari pactum reſolutiuum, &
licentiam vendendi propria authoritate: nam
à die Reſurrectionis anni 1645. qua matu-
rauit ſecunda pagha vſque ad diem decreti
vix effluxerant tres menſes, & reſpectu pri-
mæ paghę Natiuitatis anni 1644. ceſſat mora
ſemeſtrualis. Primò quia de menſe Aprilis
ſubſequentis, & ſic dumtaxat poſt tres men-
ſes Venturini ſoluerunt Canonicis ſcut. 5200.
excedentia ſummam debitam pro prima
pagha, & hæc ſolutio ſaltem pro concurrenti
quantitate dictæ paghæ referri nullatenus po-
teſt ad partitam ſcutorum 11559. debitorum
vt ſupra ex cauſa venditionis, ſed per neceſſe
referenda eſt ad ipſam pagham debitam ex
cauſa aſſictus; tùm quia debitum ex hac cau-
33 ſa eſt grauiùs † cum pariat reſolutionem cō-
tractus, & manuum iniectionem in bonis
conductorum, vt per *Bart. in l. 1. num. 3. ff. ſolut. Dec. in l. ſi in duabus 105. ff. regul. iur. Grat. diſcept. 224. numer. 2. & 3. Rot. Bononien. diuerſ. deciſ. 59. num. 8.*

Tum etiam quia ſoluentes in actu ſolutio-
nis declararunt ſoluere in cauſam aſſictus, vt
legitur in ordine directo ad banchum Sancti
Spiritus, & à Canonicis acceptato, ibi, *li piacerà pagare al Reuerendiſſimo Capitolo ſcudi 5200. moneta, quali li faccio pagare in conto dell'aſſitto di Campomorto* ſtandum enim † eſt cauſę expreſsè
34 à debitore *l. 1. ff. ſolut.* quam cum habeamus,
non eſt recurrendum ad coniecturas, *Rota deciſ. 717. num. 5. par. 2. recen.* multoque minus at-
tendendum quid deinde ratiocinator Capi-
tuli ſcripſerit in ſuis libris, cum nec ipſe, nec
Domini Canonici, qui ſolutionem in cau-
ſam aſſictus acceptauerant potuerint ab eadē
35 recedere † ſine nouo conſenſu debitoris,
Gabr. conſ. 75. nu. 10. & 11. lib. 2. Marcell. de Maur. alleg. 91. ſub num. 6. Scacc. de camb. §. 2. gloſſ. 5. n. 93. & 95. Grat. diſcept. 224. num. 62. Rot. deciſ. 113. n. 8. par. 1. diuerſ. Prout dicendum non eſt, quod
verba illa *in conto dell'aſſitto*, compræhendant
etiam debitum ſcutorum 11559. eo quia
prouenit ex eodem Inſtrumēto aſſictus, nam
vt ſupra dicebam in eodem Inſtrumento cō-
tinentur duo contractus omninò diſtincti lo-
cationis videlicet in prima parte, & venditio-
nis in ſecunda, neque debitores dixerunt ſol-
uere in cauſam Inſtrumenti aſſictus, ſed præ-
ciſè *in conto dell'aſſitto*, cum præterea eſto quod
36 ſolutio † eſſet relatiua ad Inſtrumentum ce-
deret priùs in primam illius partem deinde
in ſecundam *Aſin. de execut. cap. 44. nu. 18. & 20. & ſeqq. fol. 99. Grat. d. diſc. 224. n. 66. & 79.*

Secun-

Secundò quia die 19. Iunij, qua emanauit decretum lapſi non erant ſex menſes ſi calculentur à die 25. Decembris, vt debet, non enim fuit promiſſa ſimpliciter ſolutio ante Natiuitatem, vel per quindecim dies ante diem Natiuitatis, quo caſu antequam aduenirct dies feſtus Natiuitatis diceretur contracta mora non ſecus, ac dicitur contracta † an-
37 te principium nundinarum ſi promiſſa fuit ſolutio ante nundinas, vt tradit *Zaſius in l. 2. num. 22. ff. ſi cert. pet. Vulpel. in præpoſit. ante num. 4.* ſed fuit conuentum, quod pagha incipiat in
38 feſto Natiuitatis, † quæ verba, niſi aliud fuiſſet adiectum recipere poſſent latitudinem vſque ad totam octauam Natiuitatis, vt per *Gozzad. conſ. 66. num. 1. Ciriac. controu. 158. num. 2. & 28.*

Adiectio itaque verborum ſubſequentiũ, ibi, *& per quindecim dies ante* importat forſan
39 excluſionem Octauæ, † vt è conuersò tradit *Ciriac. d. controu. 158. num. 28. & ſeqq.* Cumque reſpectu diuerſorum effectuum dicta verba compatibilia ſint cum antecedentibus non debent interpretari, vt ſtet correctiuè ad præcedentia; quia hæc interpretatio admittitur quidem ſuppoſita incompatibilitate & vnicitate effectus, prout quando Teſtator priuauit hæredem delinquentem in ipſo momento delicti, & per 15. dies ante, quo caſu vtrumque tempus perneceſſe refertur ad vnicum, & eumdem effectum, nempè ad excluſionẽ fiſci, vel quando quis dixit, *volo, nolo, condemno, abſoluo,* † quæ ſunt ad inuicem incompati-
40 bilia vt notat *Bald. in l. quidam elogio ſub num. 2. poſt med. verſ. quid ergo ſi ſic dicit Cod. Iur. deliber.* At vbi verba aliquo modo, ſaltem in ordine
41 ad diuerſos effectus † poſſunt ad inuicem conciliari per poſteriora nõ dicitur receſſum à primis, vt diſtinguendo declarat *Dec. in l. pacta nouiſſima num. 4. Cod. pact. Ceph. conſ. 733. n. 47. Socc. iun. conſ. 144. num. 59. lib. 3. Aym. conſ. 70. ſub num. 26. Surd. conſ. 524. num. 3. & deciſ. 195. num. 7. deciſ. 288. num. 40.* & omnis interpretatio ſumenda eſt ad euitandam correctionem, † &
42 repugnantiam verborum in eodẽ contractu *l. non ad ea vbi gloſſ. verb. præſens ff. cond. & demonſtrat. Dec. in d. l. pacta nouiſſima num. 5. Surd. d. deciſ. 288. ſub n. 39. Rimin. iun. conſ. 551. nu. 15. Rimin. Sen. conſ. 177. nu. 13.*

43 Poſſunt autem conciliari in caſu † noſtro intelligendo quod dies 25. Decembris ſit inceptiua ſolutionis ad effectum moræ, ac termini ſex menſium præfixi reſolutioni contractus, & manuum iniectioni, dies verò 15. antecedens ad effectum petitionis, ſcilicet, vt extunc creditor agere poſſit contra debitorẽ, quod alioquin non licuiſſet, quia antequam
44 veniat † dies ſolutionis debitor conueniri nõ poteſt, *l. quod in diem ff. ſolut. Caualer. deciſ. 486. num. 4. Rota deciſ. 374. num. 38. part. 5. recent.* Niſi
45 adſit timor decoctionis, *iuxt. text. in l. quæſitum & ibi gloſſ. verb. quia intereſt ff. pign. Azor. in ſumma Cod. pignor. nu. 17. verſ. nam ſi dies, Stracc. d. decoct. par. 3. num. 56.* & in hac ſententia, verba, *& per quindecim dies ante* dicuntur appoſita fauore creditoris.

Neque huic intellectui repugnat obſeruãtia deducta ex eo, quod Canonici in Inſtrumento celebrato cum Arrigijs dixerunt Io: Sanneſium cui priùs Caſale ſub eadem formula verborum locauerant remanſiſſe debitorem pro paghis maturatis die 10. Decembris, quia non negatur paghas maturari die decima ad effectum, vt poſſint peti, & in hoc ſenſu verificatur dicta aſſertio. Imò obſeruantia retorquetur, quia in alio Inſtrumento nouiſſimè, ſtipulato cum Venturino, & ſocijs Domini Canonici aſſeruerunt Arrigios priores conductores remanere debitores in ſcuta 11559. per totam diem 15. Auguſti, quæ dies eſt præfixa tertiæ paghæ cum eadẽ clauſula, *& per quindecim dies ante,* ſi enim mora ad omnem effectum contraheretur in 15. die antecedenti dixiſſent Arrigios remanere debitores per totum menſem Iulij. Adeò quod vel obſeruantia confirmat hunc intellectum, vel in omnem euentum cum non ſit vni-
46 formis † non debet attendi ex allegatis in *Seguntina Beneficiorum 9. Iunij 1627. coram bo. me. Card. Virili, & in deciſ. 36. num. 40. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* & in dubio pronunciandum eſt,
47 pro † debitore ad excluſionem moræ, *l. ſi ſeruum §. ſequitur ff. verb. oblig. Alex. conſ. 23. n. 11. lib. 7. Gozzad. conſ. 56. num. 6. conſ. 78. num. 3. & 4. Surd. conſ. 97. n. 15. Alb. conſ. 182. n. 12.*

Non obſtat, quod etiam calculato ſemeſtri à die 25. Decembris decurſum eſſet de tempore decreti ſecundi Iudicis, & mora,
48 quamuis pendente iudicio † completa proſit ad victoriam, vt per *Ciriac. controu. 158. num. 26. & 27.* quia hoc bene procedit ante latã ſententiam, & ideò ſicuti mora incurſa poſt decretum primi Iudicis non poterat illud iuſtificare, ità neq; iuſtificare poterat ſubſequens decretum ſecundi Iudicis cum hic non decreuit ex integro, ſed ſolum mandauerit exequi decretum primi, quod facere non potuit, niſi ex mora incurſa ante idem decretũ primi Iudicis, quia ad effectum executionis ſen-
49 tentia † debet iuſtificari ex eiſdem non ex poſtea ſecutis, *Rot. deciſ. 142. num. 3. par. 1. recent. & in Romana Cenſus 4. Decembris 1595. coram clar. mem. Card. Pamphilio impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 757. n. 5.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

MONOPOLITANA PENSIONIS.

Lunæ 17. Decembris 1646.

ARGVMENTVM.

Recurrenti ad Iudices laicos vltra excommunicationis pœnam, quam incurrit ei denegatur audientia, & ex quibus recurſus ad Iudices laicos probentur?

SVMMARIVM.

1 *Recurrens ad iudices laicos in cauſis beneficialibus, ſeu Eccleſiaſticis incidit in excommunicationem.*

2 Non obſtante quacumque conſuetudine in contrariū, quia tanquam improbata à ſacris Canonibus eſt prorſus inualida.

3 Audientia denegatur recurrenti ad Iudices laicos, quamuis alleget recurſum fuiſſe habitum ad coadiuuandam iuriſdictionem Eccleſiæ.

4 Recurſus ad Iudices laicos probatur ex litteris hortatorijs expeditis à Curia ſæculari.

5 Recurſus ad laicos tanquam ad homines priuatos, vt præſtent auxilium, quemadmodum fieri ſolet à quolibet tranſeunte per vicum, & plateam licitus eſt.

6 Secus verò quando recurſus fit tanquam ad Iudices, & Superiores, vt compellant.

7 Prorex ac Regentes Conſilij Collateralis ſunt executores præceptorum Regis.

8 Recurſus ad Iudices laicos probatur ex intimatione litterarum hortatoriarum ab officiali Regio coram Notario, & teſtibus.

9 Citationes in locis longinquis exequi ſolent coram Notario, & teſtibus, ac deſuper illarum executione confici publicum inſtrumentum.

10 Litteræ hortatoriæ relaxatæ à Iudice laico ſi ſonant in citationem, & intimationem improbantur à ſacris Canonibus.

11 *Quamuis non vtantur verbo,* monemus, vel citamus, *dum ei æquipollent verba ibi poſita.*

12 Pœna contra recurrentem ad Iudices laicos incurritur ex ipſo actu recurſus, quamuis à laicis nullum decretum emanauerit.

13 Recurſus ad Iudices laicos ſunt prohibiti ratione materiæ, ratione litis pendentiæ coram Eccleſiaſtico, & ratione perſonæ Eccleſiaſticæ.

14 Iudex laicus nullam habet iuriſdictionem in perſonis Eccleſiaſticis.

15 Recurſus ad Iudices laicos cenſetur habitus ab eo, qui eſt nominatus in litteris hortatorijs.

16 Præſertim ſi ad illius inſtantiam coram Notario, & teſtibus fuerint præſentatæ, nam ex actu præſentationis dicitur illas ratificaſſe.

17 Ratificatio recurſus ad laicos reſultat, ſi ſtatim quis ſciuit illis non renunciauit.

18 Recurſus ad Iudices laicos ex quibus probetur?

19 Audientia denegatur recurrenti ad Iudices laicos.

20 Recurſus ad laicos probatur lenioribus probationibus in odium recurrentium quando plenæ probationes haberi nequeunt.

21 Recurſus ad Iudices laicos habiti præſumuntur ab eo, cuius principaliter intereſt præſertim ad effectum denegandi audientiam, licet ſecus ad effectum excommunicationis.

DECISIO CCLXXXII.

OBSTARENT necne Io:Thomæ Blanco recurſus ad Iudices laicos dubitatum hodie fuit, & reſolutum obſtare ad effectum vt ille donec purgentur, non audiatur, quia
1 recurrens ad Iudices laicos † in cauſis beneficialibus, ſeu Eccleſiaſticis incidit in pœnam excōmunicationis ex diſpoſitione tum *Bullæ in Cœna Domini* §. 16. *tum ſacrorum Canonum in cap. nouerit, & in cap. grauem de ſent. excom. & in cap. qualiter, & quando de Iudic.* vt dixit *Rot. inter impreſſ. poſt 2. volum. conſ. Farinac. dec. 121. & deciſ. 181. num. 1. dec. 212. num. 1. & ſeqq.* Non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium,
2 quia † tanquam improbata, & ſacris Canonibus inimica, eſt prorſus inualida, vt fuit deciſum in *Calazuritana Beneficij de Brantevilla 8. Iunij* 1607. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato, & in Oſcen. Canonicatus* 1. *Decembris* 1595. *coram bon. mem. Penia, quæ eſt penès Farinac. poſt conſ. dec.* 103. *num. 2.* ita vt indiſtinctè audientia recurrenti
3 denegetur † etiam ſi allegaret recurſum fuiſſe habitum ad coadiuuandam iuriſdictionem Eccleſiæ, vt fuiſſe pluries deciſū teſtatur *Rota dec. 175. n. 8. par. 4. tom. 2. rec.*

4 Recurſus autem in caſu noſtro † probantur. Primò ex litteris hortatorijs expeditis contra Epiſcopum ad inſtantiam ipſius Io: Thomæ Blanci à Regio Conſilio Neapolitano, quæ continent intimationē præciſæ voluntatis Sereniſſimi Regis Catholici, quod Epiſcopus penſionem non obſtante lite pendente ſoluat in executionem præcepti Regis, ibi, *volendo dare eſecutione à quel tanto che Sua Maeſtà ci commanda c'è parſo con queſta rappreſentarui non ſolo &c. ma la volontà della Maeſtà S. che preciſamente è, che la gratia fatta di detta penſione in perſona di detto Maſtro di Campo Gio: Tomaſſo Blanco habbia il ſuo debito effetto &c. e che con puntualità à quello ſi corriſponda in detto pagamento di penſione &c.* ex quibus verbis liquido apparet non fuiſſe recurſum ad laicos tanquam ad homines pri-
5 uatos, † iuuare tamen potentes non ſecus, ac ſi quis inuocaret auxiliū cuiuslibet tranſeuntis per vicum, & plateam ſi fortè de facto ab aliquo potentiori de facto è propria domo pelleretur, quod tanquam licitum videtur admiſiſſe *Rot. in Tuden. Beneficij* 5. *Aprilis* 1644. *coram Penia impreſſ. apud Farin. poſt Conſ. deciſ. 212. num. 11.* ſed tanquam ad Iudices, & Superio-
6 res, † vt compellant Epiſcopum intimando eidem Regiam voluntatem, & præceptum; iuncto præſertim, quod eædem litteræ ſubſcriptæ ſunt à DD. Regentibus Conſilij Collateralis, & ab Excellentiſſimo Pro Rege,
7 quos eſſe † executores præceptorū Suæ Maieſtatis tradit *Fabius Capicius Galeott. controu. iur. lib. 1. contr. 6. num. 55.* quodque eaſdem litteras
8 Blancus † ab officiali Regio præſentari fecit Epiſcopo degenti in partibus longinquis coram teſtibus, & deſuper publicum inſtrumētum confici à Notario, vt fieri ſolet in execu-
9 tione citationum † executarum in loco longinquo iuxta tradita per *Put. deciſ. 5. lib. 3. Rot. dec. 624. num. 10. par. 1. rec. & dec. 324. nu. 4. coram bon. memor. Buratt. vbi add. litt. A. allegat concordantes.*

Vnde cum in ſubſtantia dictæ litteræ hor-
10 tatoriæ ſonent † in citationem, & intimationem à ſacris Canonibus prohibitam, *Rot. deciſ. 103. num. 3. & d. dec. 212. num. 11. impreſſ. apud Farin. poſt conſ.* parum intereſt, quod non vtantur
11 verbo, *monemus, vel citamus,* † quia illi æquipollent verba ibi poſita, vt per *Mandoſ. in tract. de monitor. quæſt. 1. in princip. Mart. de iuriſdict. par. 2. cap. 52. num. 11.* prout nec intereſt, quod deinde à Miniſtris laicis aliquod aliud decretum
12 non emanauerit, † quia pœna contra recurrentes ad Iudices laicos incurritur ex ipſo actu

recurſus, vt reſpondit *Rot. in Valentina penſionis 3. Iunij 1602. coram bon. me. Litta impreſſ. poſt Conſ. Farinac. lib. 2. dec. 179. ſub numer. 5.* & per conſe-
13 quens verſamur in recurſibus † prohibitis, tum ratione materiæ, quia agitur de penſione Eccleſiaſtica, tum ratione litis pendentiæ ſuper eadem penſione coram Iudicibus Eccleſiaſticis nempè in Rota; tum demum ratione perſonæ ipſius Epiſcopi contra
14 quem † laici iuriſdictione penitùs carent, *cap. Sacerdotibus 11. q. 1. Abb. in cap. qualiter, & quand. num. 7. de Iudic. & in cap. nullum nu. 1. de for. comp. Socc. in cap. grauem num. 7. de exceſſ. Prælat. Rot. deciſ. 10. de conſuetud. in antiq.* Nec dubitari poteſt
15 quin recurſus habitus † fuerit ab ipſo Blanco penſionario, quia in dictis litteris eſt nominatus, vt ponderauit *Rot. dec. 107. num. 6. par. 6. recent. dec. 425. n. 3. coram bon. mem. Coccino*, ac etiam quia curando, vt fecit, quod eæ præſentarentur Epiſcopo coram Notario, & teſtibus di-
16 citur † illas ratificaſſe, & approbaſſe, quod ad eius inſtantiam emanauerunt *Rot. dec. 216. n. 3. verſ. tertiò quia penès Farinac. poſt Conſ.* & ſatis
17 eſſet, quod illis ſtatim ac ſciuit † non renunciauerit *Buratt. dec. 446. num. 8. add. ad ſan. mem. Greg. XV. dec. 336. num. 15.* & fuit dictum in *Hiſpalen. attentatorum 27. Februarij 1617. coram Sanctiſſimo D.N. Innocentio Decimo tunc noſtri Ordinis Auditore, & in Barchinonen. Adminiſtrationis 17. Martij 1645. coram R.P.D. meo Ghiſilerio.*

Secundò probantur recurſus, quia penden-
18 te lite in Rota, † ac edita cōtra penſionarium deciſione ob nō iuſtificationem valoris menſæ Eccleſiæ Cathedralis Monopolitanæ, Auditor Regius contulit ſe ad Ciuitatem Monopolis, vt extorqueretur ab hominibus illius loci fides de quantitate olei annuatim ab Epiſcopo colligi ſoliti, ſuper quibus deinde ijdem homines vigore remiſſoriȩ Rotalis examinarentur, & quoſdam recuſantes fidei huiuſmodi ſubſcribere carceratos duxit ad Ciuitatem Trani, vt deponunt Teſtes examinati tum ad inſtantiam penſionarij, qui non poſſunt intelligi de diligentijs factis ab Auditore Regio ob intereſſe gabbellæ, ſeù Douanæ, quia ſignanter tertius Teſtis ait, *che in Monopoli ſtaua il Signor D. Garzia di Nouera Regio Auditore di Trane à pigliare l'informatione della penſione del Signor Gio: Tomaſo Blanco*, tum examinati ad iſtantiam Epiſcopi in termino reprobatorio, qui iunctis dd. Teſtibus penſionarij videntur ſatis ad effectum, vt propter recurſum illi de-
19 negetur † audientia, donec à Sanctiſſimo abſolutionem obtinuerit, ad quē effectum pro-
20 pter difficultatē probationum, † & in odium recurrentium probationes imperfectæ, ac leuiores admitti ſolent, *Seraph. deciſ. 1094. nu. 2. deciſ. 1296. num. 10. Coccin. deciſ. 425. num. 3. Rot. in Ianuen. Cenſus 16. Ianuarij 1613. coram bon. mem. Patriarca Manzanedo*, vbi adhibita fuit fides teſtibus examinatis coram Iudice incompetenti, & *deciſ. 529. numer. 2. coram Caualer. deciſ. 632. num. 3. coram Buratt. deciſ. 173. numer. 8. part. 6. recentiorum.*

Et ad eumdem effectum denegandi audientiam, (licet ſecus ſit ad ferendam ſententiam excommunicationis) actus vt ſuprà geſti ab Auditore Regio emanaſſe præſumuntur ad inſtantiam Blanci penſionarij, nam, & ſi aliæ etiam penſiones ſuper menſa Epiſcopali impoſitæ reperiantur, quia tamen ipſe ſolus litem mouerat contrà Epiſcopum, & contrarias reſolutiones reportauerat ipſius principa-
21 liter intereſſe † reſpiciunt taliſque præſumptio ab intereſſe reſultans ſufficit, *Caualer. deciſ. 372 num. 4. Andr. deciſ. 66. num. 4. Buratt. deciſ. 335. numer. 4. deciſ. 632. num. 3. & ſeqq. add. ad ſan. memor. Gregor. XV. dec. 96. num. 7.* præſertim quia idem Blancus alium habuit recurſum ad Iudices Laicos, probatum vt ſuprà per litteras hortatorias.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

AVXIMANA PRAEDII.

Lunæ 14. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Depoſitum eſt nullum nulla præcedente oblatione, vel citatione ad recipiendum. Item nullum eſt ſi ſit factum, non apud ædem ſacram, ſed apud priuatam perſonam à Iudice non deputatam, & aſſertur diſtinctio inter depoſitum Iudiciale, & extraiudiciale. Depoſitum, vt ſuffragetur debet eſſe integrum tàm ſortis, quàm fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda non eſt anteriori poſſeſſori ſi facto proprio à poſſeſſione cecidit.*
2 *Clauſula* conſtituti *poſſeſſionem transfert in conſtitutarium.*
3 *Illiuſque poſſeſſionem probat in præiudicium conſtituentis.*
4 *Amplia etiam ad effectum manutentionis.*
5 *Aſſignatio alicuius prædij facta à debitore creditori, donec ſequatur debiti ſolutio, ſequuta ſolutione illico reſoluta remanet.*
6 *Declara non procedere, ſi loco ſolutionis fuit factum depoſitum non legitimè, quo caſu non ſuffragatur ad effectum reſolutionis aſſignationis, ſed eo non obſtante adhuc danda eſt aſſignatario manutentio.*
7 *Deponere nulliter, & non deponere paria ſunt.*
8 *Depoſitum factū non præcedente oblatione pecuniarum, & etiam viſitatione ad recipiēdum nullū eſt.*
9 *Amplia quamuis agatur de depoſito conuentionali, quia per conuentionem partes ſenſiſſe cenſentur de depoſito ſecundum formam legis.*
10 *Statutum permittens vicino, vt facto depoſito retrahere poſſit rem venditam intelligitur de depoſito iuxta diſpoſitionem Iuris communis, itaut depoſitum præcedere debeat oblatio.*
11 *A ſtatuto ad pactum licet arguere.*
12 *Depoſitum non ſuffragatur quoties realis ſolutio requiritur.*
13 *Deponere non eſt ſoluere.*
14 *De depoſito, vbi à contrahentibus fit mentio intelligitur, quod præcedat oblatio, & actualis ſolutio,*

tio, & ſi creditor recipere recuſet, tunc ei locus ſit.

15 *Voluntas contrahentium declaranda eſt, tum ab ordine ſcripturæ, tum ab abſurdo euitando, ne in eodem Inſtrumento repugnantia contineatur, & num.* 16.

17 *Depoſitum fieri poteſt non præcedente oblatione, quando actualis ſolutio pecuniarum interuenire non debet.*

18 Aymon conſ.705. nu.8.& 9.allegatus dicto num.17. *non negat, quod præcedere debeat oblatio.*

19 *In mora quietandi debitorem, quando creditor dici nequeat?*

20 *Depoſitum fieri nequit, antequam ſequatur oblatio.*

21 *Pactum quod à creditore fiat quietantia facto depoſito intelligitur, poſtquam præceſſerit oblatio, & creditor ad recipiendum recuſauerit, & locus ſit depoſito.*

22 *Depoſitum, vt ſit validum, requiritur quod fiat apud ædem ſacram, vel alium locum à Iudice deputatum, non autem penès priuatam perſonam.*

23 *Depoſitum extraiudiciale fieri poteſt apud locum, quem deponens ſibi ad libitum elegit.*

24 *Depoſitum ſi ſtare debet periculo creditoris, id conuenit depoſito iudiciali, non autem extraiudiciali, niſi creditor ſine cauſa recipere recuſet.*

25 *Depoſitum ſi recipere recuſet perſona à Iudice deputata, debet Iudex in eius locum alium idoneum eligere, alias depoſitum factum non releuat.*

26 *In depoſito Iudiciali Iudex eligere debet depoſitarium.*

27 *Depoſitum debet eſſe integrum, tam quoad ſortem, quàm quoad fructus.*

28 *Etſi fructus omnes non ſunt liquidi, deponi debet illorum pars, quæ liquida eſt, & pro reſiduo offerri cum præſtatione fideiuſſionis.*

29 *Licet præſtatio fideiuſſoris non requiratur in notorio diuite, requiritur ſaltim nuda cautio cum hypoteca bonorum.*

30 *Declara tamen procedere, quando offerens vult ſe excuſare à mora, vt euitet pœnam, quando vero vult conſtituere aduerſarium in mora ad effectum conſequendi lucrum, non ſufficit ſimplex oblatio ſine fideiuſſore.*

31 *Creditor ſi creditum à debitore exegit, ex hoc elicitur ipſum compenſare noluiſſe.*

32 *Depoſitum verbale, & ſimulatum non ſuffragatur.*

DECISIO CCLXXXIII.

DONEC Aſcanio fratri reſtituerent ſcuta tria millia pro dote, quam in ſumma ſcut. 4000. ille receperat à Maria Leoparda vxore, & in communem omnium fratrum vſum communiter viuentium conuerterat; iidem fratres R.P.D. Antonius Maria, Capitaneus Ludouicus, Silueſter, & Ioſeph Pranzonij aſſignarunt Aſcanio, & Mariæ Coniugibus fructus prædij nuncupati di Campo Cauallo ab anno 1639. imposterum percipiendos pacto adiecto, quod ſi dicti fratres velint recuperare dictos fructus prædij mediante actuali ſolutione ſcutorum 3000. antequam coniuges percipere poſſent frumentum, & bladas ex dicto prædio recolligendas tunc ſoluere illis debeant interuſuriú pro rata temporis ad rationem ſcutorum ſex pro centenario, & hæc ſolutio fieri debeat pro rata temporis illius anni in quo fiet fructuum redemptio; *con queſto però che detti Signori fratelli volendo pigliarſi li frutti di detta poſſeſſione ſiano tenuti far depoſito attuale, e reale in contanti, & intimarlo giuridicamente al raccolto, e ſubito ſeguita detta intimatione s'intendano li frutti di Campo Cauallo di detti Monſign. & altri fratelli nel modo che ſtà al preſente.*

Cuius pacti vigore prædicti fratres facto depoſito ſub die 8. Aprilis anni 1645. dictorum ſcutorum 3000. eoque intimato Mariæ, & Aſcanio coniugibus ſeſe in poſſeſſionem prædij, & fructuum perceptionem reintruſerunt, quod fieri non potuiſſe prætendens Aſcanius, litem contra fratres mouit coram A.C. & mandatum de manutenendo in poſſeſſione prædij, & fructuum perceptione obtinuit à quo cum Signatura Iuſtitiæ ad inſtãtiam fratrum commiſerit mihi cauſam appellationis cum facultate manutenendi, quẽ de iure, propoſui hodie dubium cui ſit dandum mandatum de manutenendo, & Rota cenſuit dandum eſſe Aſcanio, nam per aſſignationem prædij, illi vt ſupra factam alij fratres ceciderunt facto proprio † ab anterio-
1 ri poſſeſſione prædij, quam communiter retinebant, eamque quoad perceptionem fructuum transtulerunt in Aſcanium mediante
2 clauſula *conſtituti* † in Inſtrumento aſſignationis appoſita, *l.quod meo ff.acquir.poſſeſſ. Rimin. Sen.conſ.57.num.3. Afflict.deciſ.139. num.9.* quæ
3 ſola conſtitutarij poſſeſſionem † probat in præiudicium conſtituentium *Grat. reſponſ.42. ſub num.12.lib.2.Tiraquell.de conſtit.limitat.1.ſub num.23.Rot.deciſ.766.num.11.par.1.diuerſ.* etiam
4 ad effectum manutentionis † *Rot. deciſ. 549. num.1.par.1.diuerſ.deciſ.551.num.4.part.2.recent. deciſ.28. nu.1.& 2. impreſſ poſt Modern.Peruſinum de manut.*

Neque eadem poſſeſſio reſoluta fuit per depoſitum, vt ſupra factum ſcutorum 3000. quod in vim pacti ſupra recitati operatur re-
5 ſolutionem aſſignationis † non ſecus, ac eo circumſcripto, operaretur actualis reſtitutio pecuniarum ex diſpoſitione, *Text.in l.ſi debitor 11.ff.precar.* Quia cum depoſitum non ſit
6 legitimum † adhuc danda eſt manutentio aſſignatario, vt dixit *Rot.in Sabinen.Caſtri Mompei 7.Februarij 1618. coram clar.me. Card.Fabritio Veroſpio impreſſ.apud Moder.de manut.dec.670. num.14. & 15. ſecundum vltimam impreſſionem, & in Romana, ſeu Ianuen. Locorum Montium 4. Iuly 1635. coram bon.mem.Buccabella,* paria enim,
7 ſunt † non deponere, & deponere nulliter, *l.ſi quis ſtipulatus §.ſi quis ita ff.verb.obligat.Surd. conſ.3.nu.34.& 35.Oſaſch.deciſ.172. n.26.Buratt. deciſ.356.nu.3.*

Eſt autem depoſitum nullum. Primò quia non præceſſit citatio ad recipiendum, ſeu
8 oblatio † de reſtituendo dicta ſcuta 3000. vt debuit, *l. ſi creditrici, l.acceptam 19.Cod.vſur. Me-*

Menoch. conſ. 372. num. 25. Gabr. conſ. 57. n. 6. lib. 1. Valenz. conſ. 67. num. 49. Trentacinq. variar. reſolut. lib. 3. tit. de depoſit. reſolut. 22. ſub num. 2. verſ. tertio requiritur, Cancer. var. reſolut. par. 3. cap. 8. num. 17. Ciriac. controu. 158. num. 24. quamuis agatur de
9 depoſito conuentionali, † quia per conuentionem, quod facto depoſito fructus prædij reuertantur ad aſſignantes non cenſetur remiſſa neceſſitas oblationis, quam præcedere debere lex diſponit; imò partes cenſentur ſenſiſſe de depoſito ſecundum formam traditam à lege, l. 4. §. ſi ex conuentione, ff. re iudic. Cyn. in l. 2. in 6. quæſt. Cod. iur. emph. Gozzadin. conſ. 74. nu. 11. verſ. quarto adduco, & per tot. Surd. conſ. 34. num. 32. & ſeq. & in proximis terminis ſtatuti permittentis vicino facto depo-
10 ſito retrahere † rem venditam, quod intelligatur de depoſito iuxtà diſpoſitionem iuris communis, itaut depoſitum præcedere debeat oblatio tradit Rolan. conſ. 63. num. 29. & 30. lib. 1. quem ſequutur Grat. diſcept. 541. num. 16. Peregr. conſ. 75. num. 50. & 51. lib. 4. arguendo à ſta-
11 tuto † ad pactum vt licet Anchar. conſ. 102. n. 4. Roman. conſ. 399. num. 2. verſ. tertio Barboſ. in loc. comm. argum. loc. 105. num. 1. & 2. Peregrin. conſ. 75. num. 78. lib. 4.

Præſertim quia ante verba loquentia de depoſito contrahentes non ſemel expreſſerant, quod à fratribus pecuniæ actualiter reſtituerentur Aſcanio, vt in primo capitulo, ibi, *ſino à tanto che il ſudetto Monſignore, Signor Ludouico, e Silueſtro reſtituiranno alli ſudetti Signori Iugali le portioni contingenti à loro, &c.* & in quinto capitulo, ibi, *mediante l'attuale pagamento di tutti li ſudetti ſcudi 3000. &c.* iuxta quæ
12 cum requiratur actualis ſolutio † ideoque
13 non ſufficiat depoſitũ, quia deponere † non eſt ſoluere Bart. in l. item liberatur §. 1. ſub nu. 3. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol. Tiraquel. de retract. lignag. §. 9. gloſſ. 3. num. 3. Rot. deciſ. 623. nu. 2. par. 1. deciſ. 281. nu. 9. par. 2. diuerſ. dicendum eſt, quod inferius vbi partes locutæ fuerunt de depoſi-
14 to ſenſerint † quod illi locus eſſet, quatenus prius fuiſſet oblata Aſcanio actualis ſolutio, & ille recipere recuſaſſet ducto argumento
15 voluntatis contrahentium, † tum ab ordine ſcripturæ iuxt. text. in l. quoties 40. ff. vſufruct. Paſett. conſ. 22. num. 3. Rimin. iun. conſ. 151. n. 61. Surd. conſ. 450. num. 58. Seraph. deciſ. 24. num. 2. tum ab
16 abſurdo euitando † ne ſcilicet repugnantia in eodem Inſtrumento contineatur, vt per Dec. in l. vbi repugnantia ff. regul. iur. Honded. conſil. 33. numer. 58. & 59. lib. 1. Surd. deciſion. 49. numer. 6.

Nec obſtat ſeptimum capitulum Inſtrumenti in quo conuentum fuit, quod ſtatim facto à fratribus depoſito ſcutorum 3000. illos Aſcanius, & coniux quietare deberet de alijs ſcutis mille, quorum ſoluendi onus ipſi Aſcanio incumbebat, vndè infertur, quod cum pecuniæ ſolui non deberent Aſcanio, antequam dicta quietantia fieret, nec pariter
17 deberent offerri, ſed ſolum deponi, † vt arguit Aym. conſ. 705. num. 8. & 9. Nam Aymon non negat, quod præcedere debeat oblatio,
18 & poterant fratres offerre cum conditione, quod ipſis prius fieret quietantia promiſſa, antequam oblationem † ſicuti Aſcanius non
19 erat in mora quietandi, Dec. conſ. 2. num. 3. Caputaq. deciſ. 233. num. 5. par. 2. Rot. deciſ. 111. num. 5.
20 par. 1. recent. ità nec deueniri † poterat ad depoſitum Corn. conſ. 262. num. 13. ad fin. lib. 4. Iaſ. conſ. 9. ſub nu. 28. verſ. minus etiam valet, & nu. 29. lib. 1. Roland. conſ. 53. num. 34. & ſeqq. lib. 1. Rot. deciſ. 28. num. 5. apud Moder. Peruſ. de ſubhaſt. Adeò quod pactum, quod fiat quietantia facto de-
21 poſito † procedat in caſu quo depoſito locus eſſet, & ſic poſtquam præceſſiſſet oblatio, & creditor recipere ac quietare recuſaſſet ex ſupra allegatis.

22 Secundò depoſitum eſt nullum, quia non fuit factum † penès ędem ſacram, vel alium locum à Iudice deſtinatum, ſed penès priuatam perſonam contra diſpoſitionem, text. in d. l. acceptam Cod. vſur. & tradita per Curt. Iun. conſil. 28. ſub num. 1. Mantic. de tacit. lib. 10. tit. 2. nu. 2. Maur. de ſolut. cap. 98. nu. 18. Buratt. deciſ. 356. n. 2. & diſtinctio quæ affertur inter depoſitum iudiciale, & extraiudiciale aſſerendo, quod in
23 extraiudiciali † deponens eligere poſſit locũ, quem voluerit, vt videtur voluiſſe Bald. in d. l. acceptam ſub num. 3. verſ. & hoc verum, & nu. 4. Tiraquell. de retract. conuen. §. 4. gloſſ. 7. num. 11. ad med. verſ. in extraiudiciali autem Carocc. de depoſit. quæſt. 69. ad med. verſ. videtur fortaſſe diſtinguendum Grat. diſcept. 260. nu. 26. præter quod reprobatur ab Alex. conſ. 75. num. 7. verſ. ſed ita eſt lib. 7. Curt. Iun. conſ. 28. ſub numer. 1. verſ. ſi vero fiat extraiudicialiter, & hoc ſemper tutiùs eſſe tradit idem Carocc. de depoſit. d. qu. 69. in fin. verſ. & hoc ſemper. non applicatur caſui noſtro quo partes non dixerunt depoſitum fieri debere extraiudicialiter, quinimò voluerunt depoſitum intimari debere iuridicè, & deponentes in intimatione depoſiti proteſtati fuerunt, quod depo-
24 ſitum ſtaret † riſico, & periculo creditoris, id quod conuenit depoſito iudiciali, non autem extraiudiciali, niſi creditor ſine iuſta cauſa recipere recuſauerit, vt bene diſtinguit, & declarat Coſt. de portion. rat. quæſt. 121. ſub num. 7. verſ. primus eſt, ibi, ſecus in depoſito extraiudiciali, & facit Rimin. Iun. conſ. 666. ſub num. 41. Mareſcot. var. reſolut. lib. 1. cap. 7. numer. 6. & ſeqq. Fontanell. deciſ. 72. ſub n. 14. Gamma deciſ. Luſitan. 189. nu. 3.

Neque obſtat, quod Iudex mandauerit deponi penès Montem Pietatis, vel idoneam perſonam, & officialis Montis Pietatis depoſitum recipere noluerit, quia prætermiſſo, quod Iudex huiuſmodi decretum protulit abſque citatione, dum citatio cadebat pro prima die iuridica, quæ fuit longè poſt decretum, non tamen deponentes debebant eligere, & aſſumere in depoſitarium perſonam Viuani abſque declaratione Iudicis, ſed recuſante officiali Montis Pietatis depoſitum recipere, denuò debebant recurrere ad Iudicem vt perſonam idoneam eligeret, † alias depo-
25 ſitum non releuat ad text. in d. l. acceptam Cod. vſur. cum alijs ſupra allegatis, nam in depoſito
26 Iudiciali ipſe Iudex eligere † debet depoſitarium, Trentacinqu. var. reſolut. lib. 3. tit. de depoſit. reſol. 22. ſub nu. 2. verſ. & ipſe.

Ter-

Tertiò vrget contra depoſitum, quod non fuerunt depoſitati fructus, qui ex lege conuentionis erant reſtituendi,& per conſequens quatenus depoſito locus fuiſſet deponendi,
27 vnde depoſitum † tanquam non integrum non releuat *l.2.C. debit.vendit.pignor. imped. non poſſe Cancer.var.reſol.par.3.cap.8. num.5. Cinc. de Cenſib.quaſt.*111. *num.*42. *Caſtill. dec.*115. *num.*1. *& 2.Rot.coram ſa.me.Greg.XV.dec.*480.*num.*4. *& coram bo.me. Buratto dec.* 356. *num.*2. Nec intrat excuſatio ob illiquiditatem eorumdem fructuum ſiue ob compenſationē cum alio credito inſtantium, quia imò fructus fuerunt liquidati in eodem inſtrumēto ad rationem ſex pro centenario reſpectu ſummæ, & reſpectu temporis à die finitæ recollectæ,quæ terminatur die 15. Auguſti iuxta ſtylum notorium illarum partium, vt teſtantur pratici, & Curiales in fide data Summario Aſcanij num.6. & cum negari non poſſit, quod ſaltem in aliqua parte eſſent liquidi debuiſſent ſaltem pro
28 ea parte deponi, † & pro reſiduo offerri cum preſtatione fideiuſſoris iuxta theoricam *Bald. in l. ſi reſiduum num.*1. *ibi;tamen debet fideiuſſorem preſtare C.diſtract.pign.Imol. in l. ſi mora ſub nu.*2. *circa med.verſ. item Adde prædictis ff.ſol.matr. Contard. de moment.poſſ.quaſt.*24.*num.*26.*Cenc.d.quaſt.*111.*num.*48.*Alex.conſ.*14.*num.*9.*lib.*4*Turrett.conſ.*22.*num.*2.*lib.*2. *Milanen. dec.*18.*num.*28. vbi ſubdit, quod ſecundum opinionem *Io. Baptiſta Lupi in l.*2.*num.*104.*C. pact. inter empt. & vendit.* talis preſtatio fideiuſſoris licet non requira-
29 tur † in notorio diuite; exigitur tamen ſaltem nuda cautio cum hypotheca bonorum de ſuplendo quicquid debere conſtiterit, quod *ſub num.* 29. *&* 30. declarat procedere, quando offerens vult ſe excuſare à mora,vt euitet pæ-
30 nam, † quando verò vult conſtituere in mora aduerſarium ad effectum conſequendi lucrum, vel actionem, qui eſt caſus noſter non ſufficit ſimplex oblatio ſine fideiuſſore, & hanc diſtinctionem prius tradit *Neguz de pignor.par.*5.*princ. memb.*3. *par.*2. *ſub num.*5. *verſ.*2. *modo, & num.*6. *Tiraquell. de retract. Lignag.*§.1. *gloſſ.*19.*num.*3.

Quo verò ad compenſationem cum deinde ijdem Fratres creditum, quod habebant
31 contra Aſcanium exegerint † mediante executione mandati executiui pro eo obtenti,patet eos noluiſſe compenſare *Surd.dec.*191.*n.*16 *&* 17. Et accedit, quod valde dubitari poteſt de realitate depoſiti, quia vt apparet ex alio inſtrumento deinde celebrato deponētes promiſſerunt conſeruare indemnem depoſitariū occaſione confeſſionis, & obligationis per eum factæ ex quo pecuniæ non remanſerunt pœnes ipſum,ſed fuerunt repoſitę in quadam capſa, & aſportatæ in Monaſterium Monialium Sancti Benuenuti, & certum eſt, quod
32 depoſitum verbale, † & ſimulatum non ſuffragatur *Bart. in l. ſi ſolutorum num.* 5.*ff.ſolut.cum aliis allegatis in dec.*474.*num.*2.*par.*4. *recent. & per Maur. de ſolut.cap.*98.*num.*3.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

CALAGVRITANA BENEFICII DELLA CASA DELLA REYNA.

Mercurij 16. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Adiudicatio Beneficij Diæceſis Calaguritanæ debita eſt habenti qualitates requiſitas à Cōſtitutione Clementis Octaui ſuper prouiſione beneficiorum dictæ Diæceſis, & quis ad hunc effectum dicatur dignor?

SVMMARIVM.

1 *Validitas ſententiæ apparet ex reuolutione proceſſus*
2 *Iuſtitia ſententiæ reſultat ex deciſionibus in cauſa editis.*
3 *Adiudicatio Beneficij Diæceſis Calaguritanæ debita eſt habenti qualitates requiſitas à Conſtitutione Clementina.*
4 *Sententia lata ſuper patrimonialitate alicuius, tanquam ſuper ſtatu facit Ius quoad omnes.*
5 *Approbatio ad Curam animarum probatur ex relatione examinatorum, cui ſtandum eſt.*
6 *Oppoſitor ad Beneficium Diæceſis Calaguritanæ ſi ſolus renunciatur habilis ad curam animarum, & dum ex præſcripto Conſtitutionis Clementinæ ei debitum eſt beneficium,quamuis non habeat præſentationem Beneficiatorū debet nihilominus ab ordinario inſtitui.*
7 *Non attento, quod aduerſarius fuit etiam approbatus ad curata in gradu appellationis, quia ad hunc effectum attenditur approbatio priuatiuè quo ad alios oppoſitores tempore inſtitutionis ordinarij.*
8 *Motus proprius Clementis Octaui ſuper prouiſione Beneficiorum Diæceſis Calaguritanæ diſponit, quod vbi vnus tantum eſt approbatus ad curam animarum ille præſentetur, & ab Epiſcopo inſtituatur.*
9 *Item diſponit, quod Beneficiati ex pluribus approbatis ad curam animarum eligant quem maluerint, hoc tamen arbitrium locum non habet, quando vnus tantum eſt approbatus.*
10 *Lite pendente præſentatio fieri nequit.*
11 *Diſpoſitio* text. in cap.1. & 2. vt lit. pendent. *procedit etiam in præſentatione.*
12 *Ius præſentandi per appellationē deuoluitur ad Rotā* vigore Clementinę Auditor de reſcript. *mediāte commiſſione Papæ ſuper negotio principali.*
13 *Adiudicatio Beneficij debita eſt dignori, qui de Iure debet alijs præferri.*
14 *Et dignior ad effectum prælationis in concurſu, quis nam dicatur?*

DECISIO CCLXXXIV.

IVXTA diſpoſitionem motus proprij fæl. record. Clementis Octaui oppoſuerunt ſe dimidio beneficio in Eccleſia Parrochiali Oppidi *della caſa della Reina* vacanti per aſcenſionem ad integrum Petri Ruiz del Caſtillo tres filii patrimoniales dicti Oppidi, nempè Didacus Diaz,Franciſcus de San Clemente,& Petrus Gomez, quibus ad examen admiſſis ſolus Didacus fuit ad curam animarum approba-

probatus cui propterea ordinarius inſtitutio-
nem conceſſit.

Sed interpoſita per dictum Franciſcum, &
Petrum appellatione à mala relatione exami-
natorum, cauſaque coram Reuerendiſſimo
Hiſpaniarum Nuntio introducta, fuit appo-
ſitum ſequeſtrum ac reaſſumptum nouum
examen in quo etiam dictus Franciſcus ap-
probatus fuit ad curam animarum. Quare à
prædictis ſentiens ſe grauatum Didacus appel-
lauit, & commiſſa appellationis cauſa in Ro-
ta R.P.D. meo Veroſpio reportauit preuia
diſputatione particularis dubij ac deciſione
edita vtraque parte informante ſententiam
ſuper adiudicatione beneficij controuerſi,
quam hodie coram me, cui ad inſtantiam
Franciſci commiſſa fuit cauſa appellationis à
ſententia Rotali confirmandam eſſe Domini
1 cenſuerunt, quia de illius validitate † conſtat
ex reuolutione proceſſus *iuxtà vulg. deciſ. Capu-
taq. 262. par. 2.*

2 Iuſtitiam verò benè demonſtrat † deciſio
coram R.P.D. meo Veroſpio ſub die 4. Iulij
proximi præteriti; docuit ſiquidem Didacus
3 ſe preditum omnibus qualitatibus † ad obti-
nenda huiuſmodi beneficia à Conſtitutione
Clementina requiſitis, nempe ſe eſſe filium
patrimonialem per ſententiam alias deſuper
4 latam, † quæ tanquam emanata ſuper ſtatu
perſonę facit ius quo ad omnes ad *textum in l.
ingenuum ff. ſtat. homin. Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 9. §. 1.
num. 85. Seraph. dec. 1422. num. 8.*

Se ſubieciſſe examini, & fuiſſe ab examina-
toribus approbatum ad curam animarum
5 probauit ex relatione examinatorum † cui
ſtandum eſt vt ex diſpoſitione *Concil. Trident.
ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. dixit Rota in Sabinen. con-
curſus coram bon. mem. Cardinali Sacrato impreſſ.
penes Marcheſ. de commiſſion. tom. 1. fol. 291. num. 2.
& in deciſ. 223. num. 1. inter impreſſ. poſt ſecundum
vol. conſ. Farinaccij.*

Nec vltro probare debuit ſe fuiſſe Ordina-
rio preſentatum à Beneficiatis, quia cum ſe
6 oppoſuerit beneficio, † eique ex præſcripto
Conſtitutionis Clementinæ tanquam ſoli re-
nunciato habili ad curam animarum debere-
tur beneficium habetur ac ſi Ordinario à Be-
neficiatis preſentatus fuiſſet, vt probat *tex. in
l. vnum ex familia §. ſi falcidia ff. leg. 2. & tradit
Lotth. de re benef. lib. 2. quæſt. 38. num. 26. & ſeqq.
& quæſt. 51. num. 39. & ſeqq. fuitque deciſum apud
Put. dec. 252. ſub num. 2. & 3. lib. 3. in corr. apud
Buratt. dec. 55. num. 4. apud recent. dec. 97. num. 7.
par. 3. & in alijs relatis in Comen. Beneficij prima
Iulij 1641. coram R.P.D. meo Rojas.*

Non obſtat, quod in ſecunda inſtantia ab
examinatoribus deputatis à Domino Nuntio
Hiſpaniarum etiam Franciſcus aduerſarius
7 fuerit approbatus ad curata, † quia vt Dida-
cus habeatur pro preſentato coram Ordina-
rio, ſufficit quod ipſe ſolus tempore ſibi con-
ceſſę ab Ordinario inſtitutionis fuiſſet ab exa-
minatoribus ſinodalibus approbatus ad curā
8 animarum, † cum Conſtitutio Clementina
diſponat, quod vbi tantum vnus approbatus
fuit ab examinatoribus ſinodalibus ad curam
ille debeat Epiſcopo preſentari, & ab Epiſco-
po inſtitui. Poſt quam verò per appellatio
nem exaduerſo interpoſitam ab inſtitutione
Ordinarij, negocium deuolutum fuit ad Iu-
dicem appellationis licet Franciſcus quoque
fuerit approbatus ad curam non tamen eſt cu
randum de preſentatione beneficiatorum, nā
arbitrium, quod Conſtitutio Clementina tri-
9 buit beneficiatis † preſentandi, quem malue-
rint ex pluribus oppoſitoribus vbi plures
fuerūt approbati ad curam intelligendum eſt
pro vt de Iure hoc eſt in caſu, quo coram
Ordinario ab examinatoribus ſinodalibus plu
res oppoſitores approbati fuiſſent ad curam,
quo caſu nullum adeſt iuris impedimentum
prohibens beneficiatis, quo minus preſentent.
Secus vero, quando coram Ordinario vnus
tantum ex pluribus oppoſitoribus, & poſt
conceſſam ab eo inſtitutionem commiſſamque
deſuper appellationis cauſam etiam alter
ex oppoſitoribus fuit ab examinatoribus Iu-
dicis appellationis approbatus ad curam, quia
10 tunc propter litis pendentiam † ſuper titulo
beneficij ligatę ſunt manus beneficiatorum vt
non poſſint amplius preſentare, vt ſunt *tex.
expreſſi in cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* quos pro-
11 cedere † etiam in preſentatione tradit *Calder.
conſ. 1. vt lit. penden. & conſ. 18. de Iurepatr. Lapus
alleg. 22. num. 3. vbi add. teſtatur de communi Garz.
de Benef. par. 5. cap. 9. num. 218. Lotth. de re benef.
lib. 2. quæſt. 20. num. 2. & ſeqq. Creſc. deciſ. 10. de Iu-
repatr. Caualer. dec. 556. nu. 1. & fuit dictum in Bo-
nonien. Iuriſpatronatus 28. Martij 1639. coram me*

12 Ideo iſto caſu loco arbitrij beneficiatorū †
ſuccedit arbitrium Romanæ Rotæ vbi pen-
det cauſa appellationis *iuxta textum in clem. Au-
ditor de reſcr.* cuius diſpoſitionem procedere
ex ſuppoſitione commiſſionis Papæ ſuper to-
to negocio principali, & ad euitandos circui-
tus aduertit *Franc. in cap. bonæ num. 28. verſ. 2.
inſertur de appellat. Abb. in cap. ſuper eo ſub nu. 5.
col. 4. de offic. deleg. Lotth. de re benef. lib. 2. quæſt. 13
num. 71. gloſſ. 17. num. 3. Rot. dec. 81. num. 11. apud
Modern. de Iurepatr.* & per conſequens benefi-
13 cium adiudicandum eſt digniori, † qui de iu-
re debet alijs preferri *Gutier. conſ. 2. n. 22. conſ. 44
num. 9. Molin. de primog. lib. 2. cap. 5. ſub num. 58.
Garz. de benef. par. 7. cap. 16. num. 40. & ſeqq. Rot.
dec. 65. num. 8. par. 1. recent. dec. 654. num. 1. par. 4. di-
uerſ. & fuit dictum in Calaguritana beneficij de Lo-
grono 27. Aprilis 1645. coram R.P.D. meo Rojas,
& in alia Calaguritana Beneficij de Lumbreras 4.
Iulij eiuſdem anni coram R.P.D. meo Otthobono.*

Talis autem eſt Didacus, quia eſt Sacerdos
& in Philoſophia licentiatus, & in Sacra Teo-
logia Baccalaureus; quia fuit alias ad audien-
das fidelium confeſſiones admiſſus curamque
animarum exercuit, & eſſe ætate maior, quæ
14 omnia pro prelatione † in huiuſmodi bene-
ficijs pluries conſiderauit *Rot. in deciſionibus
quas adducit deciſio ædita in hac cauſa coram R.P.D
meo Veroſpiò, & in d. Calaguritana Beneficij de
Lumbreras coram R.P.D. meo Otthobono.*

Et ita deciſum vna tantum parte informā-
te altera tamen expectata diu ac pluribus ci-
tationibus laceſſita.

LVCANA VNIONIS.

Lunæ 28. Ianuarij 1647.

ARGVMENTVM.

Vnio beneficij acceſſoriè, vel æquè principaliter probatur per quadragenariam cum titulo iunctis etiam quampluribus enunciatiuis, & adminiculis, de quibus late in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Gratia apoſtolica non iuſtificata non eſt exequenda.*
2 *Narratiua vacationis concepta tam de præterito, quam de præſenti exigit probationes percutientes etiam tempus præſens.*
3 *Vnio vacationem excludit, cum beneficium vnitum non vacet.*
4 *Vnio ſiue facta fuerit acceſſoriè, ſiue æque principaliter probatur per quadragenariam cum titulo, & loco tituli ſufficit fama, & communis reputatio.*
5 *Publica vox, & fama, ex quibus probetur?*
6 *Vnio probatur ex enunciatiuis antiquis.*
7 *Amplia etiam ſi enunciatiuæ emanauerint à perſona ſuſpecta, & intereſſata, quando emiſſæ fuerunt præſente Ordinario, & Commiſſario Apoſtolico, à quibus fomentum recipiunt.*
8 *Concurrentibus præſertim adminiculis, de quibus num. 10. & 11.*
9 *Ordinarij præſumuntur informati de qualitate beneficiorum ſuæ Diœceſis.*
12 *Vnio temporalis, & ad vitam rectorum excludit perpetuitatem vnionis.*
13 *Declara concluſionem procedere quando titulus vnionis temporalis fuit productus ab ipſo Rectore, ſecus ſi fuit productus ad aduerſario, tunc enim titulus vnionis temporalis non excludit poſſibilitatem perpetuæ vnionis.*
14 *Titulus vitioſus elidit probationem immemorabilis, ſi fuit productus ab eo, qui in immemorabili ſe fundat, ſecus verò ſi ab aduerſario.*
15 *Vnio non probatur ex poſſeſſione quadragenaria, ſed requirtur immemorabilis.*
16 *Declara concluſionem procedere quando cum quadragenaria non concurrit titulus ſaltim præſumptus ex publica voce, & fama, & alijs adminiculis, & quando agitur de probanda vnione extinctiua tituli.*
17 *Secus verò ſi allegatur vnio æquè principaliter, quæ per ſolam quadragenariam cum bona fide etiam ſine titulo probatur.*
18 *Ratio diuerſitatis eſt, nam cum illi ius commune minus reſiſtat, quam extinctiuè admittuntur leuiores probationes.*
19 *Bona fides præſumitur, niſi probetur contrarium.*

DECISIO CCLXXXV.

VTI à centum quinquaginta annis, & vltra, ac etiam de præſenti vacantem impetrauit Alexander Trenta à Sede Apoſtolica Eccleſiam Parochialem Sancti Martini in Vignale Lucanæ Diœceſis, & productis litteris ſuæ prouiſionis coram executore ſucubuit, delata autem cauſa per appellationem ad Rotam, mihique commiſſa dubitaui
hodiè, an gratia Alexandri ſit exequenda,
& Rota cenſuit non eſſe exequendam; quia
1 non eſt iuſtificata, † vt requiritur ad effectum
executionis, *Felin. in cap. conſtitutus n. 1. in princ.*
de reſcr. Mohed. deciſ. 35. de renunc. Mareſc. var. re-
ſol. lib. 2. cap. 1. per tot. Rot. deciſ. 268. numer. 3. & 4.
par. 1. diuerſ. dec. 273. numer. 1. & 2. part. 1. recen-
tiorum.

Siquidem probata non fuit narratiua va-
2 cationis, † quæ cum ſit concepta tam de pre-
terito, quam de præſenti exigit probationes
percutientes etiam tempus præſens; vt dixit
Rot. dec. 379. num. 8. par. 1. dec. 323. numer. 1. ad fin.
part. 2. recent. & in Cæſerauguſtana Parochialis de
Maella 8. Nouembris 1599. coram clar. mem. Cardi-
nali Hieronymo Pamphilio in Conchen. Præſtimonij
27. Nouembris 1637. coram R. P. D. meo Carillo, &
in Naulen. Parrochialis 18. Aprilis 1644. coram
R. P. D. meo Cerro.

Tantum autem abeſt, quod vacatio probe-
tur, quin imò conſtat de vnione huius Ec-
cleſiæ Sancti Stephani, quæ vnio excludit va-
3 cationem † cum beneficium vnitum non
vacet, *Clemen. frequens vbi gloſſ. in verb. ad men-*
ſam de exceſſ. Prelat. Oldr. conſ. 257. num. 24. & ſeqq.
Aret. conſ. 63. per tot. Rebuff. in prax. tit. de vnion.
benef. num. 12. in fin. Greg. XV. deciſ. 419. n. 2.

Vnio autem ſiue facta fuerit acceſſoriè ſiue
4 æquè † principaliter ſatis probatur per qua-
dragenariam cum titulo, *Felin. conſ. 2. numer. 2.*
Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 3. cap. 16. §. 3. ſub
num. 61. Rot. deciſ. 672. num. 6. par. 1. deciſ. 642. nu. 4.
par. 4. tom. 3. recent. & coram ſan. memor. Greg. XV.
deciſ. 196. num. 1. & ſeqq. & loco tituli ſufficit
fama, & communis reputatio, *Garz. de benefic.*
part. 12. cap. 2. num. 246. Rot. inter recent. deciſ. 724.
nu. 2. verſ. et hac communis reputatio par. 2. dec. 642.
n. 6. par. 4. tom. 3. & coram Andrea deciſ. 11. n. 4. verſ.
quarto addebatur.

De qua communi reputatione, & publica
5 voce, & fama, necnon quadragenaria poſſeſ-
ſione deponunt plures Teſtes dati in Summ.
Plebani Sancti Stephani num. 1. quorum ſi-
gnanter ſextus, octauus, decimus ſecundus, &
decimus tertius teſtantur de viſu, & publicã
ſemper fuiſſe, & eſſe vocem, & famam, qui
eſt modus eam probandi, *Caſſad. deciſ. 3. de pro-*
bat. Caputaq. deciſ. 289. par. 3. Rot. deciſ. 702. num. 4.
par. 1. deciſ. 235. num. 3. & 351. num. 1. in fin. part. 2.
recent. deciſ. 724. num. 2. verſ. accedunt. par. 2. recent.
Et ex abbundanti adſunt plures enunciatiuæ
6 antiquiſſimæ vltra centum annos, † nempè
de anno 1498. 1531. & 1531. vt in Sum. Ple-
bani num. 2. in quibus aſſeritur huiuſmodi
beneficium eſſe perpetuò vnitum Plebaniæ
Sancti Stephani, quæ ſolæ enunciatiuæ ſatis
eſſent ad probandam vnionem *Lotth. de re be-*
nef. lib. 1. quæſt. 28. num. 106. & ſeqq. Barboſ. de
poteſt. Epiſc. alleg. 66. numer. 55. Caputaq. deciſ. 344.
num. 2. & 3. dec. 347. num. 5. part. 3. Put. deciſ. 204.
ſub num. 4. lib. 2. in corr. Seraph. dec. 1272. numer. 1.
Andr. deciſ. 11. num. 2. Caualer. deciſ. 599. num. 6. &
ſeqq. Rot. inter recent. d. dec. 724. num. 3. par. 2.

Nec obſtat, quod enunciatiuę emanauerint ab ipſo Plebano Sancti Stephani, & ſic à perſona

ſona

7 ſona intereſſata,& ſuſpecta,† quia cum emiſſę fuerint præſente Ordinario, & Commiſſario Apoſtolico in actu alienationis bonorum ad Eccleſiam Sancti Martini ſpectantium, de quibus citrà vnionem Plebanus S. Stephani diſponere non potuiſſet, & ſic recipiant fomentum tum à præſentia Ordinarij, tum ab ipſo actu, in quo fuit enunciatum adhuc probant non obſtante, quod enunciantes dici poſſent perſonæ ſuſpectæ, *Acchill.deciſ.7. nu.6. & ſeqq.de iurepatr.Put.deciſ.149. num.1. lib.3. in corr.Rot.deciſ.148.num.3.dec.224.num.5.par.1. re-*
8 *cent.* concurrentibus præſertim † alijs adminiculis, *Ruin.conſ.167.nu.25.lib.1.Grat.conſ.104. num.5.lib.1.Rimin.Iun.conſ.314. num.17. Rot. diuerſ.130.num.2.par.2.* nempè pluribus viſitationibus Ordinariorum de hac ipſa vnione
9 loquentibus † ab anno 1556.citrà Summ.ibidem num.4. quibus plurimum deferri ſolet, quia Ordinarij præſumuntur informati de qualitate beneficiorum ſuæ Diœceſis,& vnio tendit in præiudicium eorum collationis, *Gemin.conſ.87.ſub num.2. verſ.et eſt ratio Anchar. conſ.162.num.4.verſ.tertio propter ſcientiam Serap. dec.1127.num.3.& dec.1272.num.3. Rot.in recent. dec.724.nu.3.ad fin.par.2.* Necnon ſimili enun-
10 ciatiua emiſſa in Synodo † anni 1565. *Summ. ibid. num.* 8. & in taxa decimarum de anno 1595. *Summ.num.9.* quæ licet non antiquiſſimę faciunt ſaltem vehementem pręſumptionem, *Socc. conſ.187. num. 16. verſ. confirmantur præmiſſa lib.2.Decian.conſ.32.nu.90.& ſeqq.lib.2. Rot.dec.176.num.1.par.1.recent.* ac demum tol-
11 lerantia Epiſcoporum, † qui ſanè non tolleraſſent, quod Eccleſiæ S.Martini per 150.annos, & amplius deeſſet proprius, & particularis Rector, niſi vnita fuiſſet Eccleſiæ Plebaniæ S.Stephani, vt in his terminis ponderat, *Felin.conſ.2.num.23. Garz.de benef.par.12. cap.2. ſub num.242.col.penul.illius num.circa fin.verſ. vlterius.*

Non obſtant vniones temporales de annis 1466.1471.& 1478.factæ ab Ordinario ad vi-
12 tam Rectorum, tunc viuentium, † ex quibus exaduerſo infertur excludi perpetuitatē vnionis,& originem duxiſſe quadraganariam & publicam vocem, & famam,de qua Teſtes deponunt, ac omnia ſupra ponderata,& proptereà nullius eſſe momenti ex allegatis per *adden.ad Molin. de primogen.lib.2. cap.6. num.60. col.fin.* quia obiectum procederet ſi dd. vniones temporales produxiſſet Plebanus Sancti Stephani, cum autem productæ fuerint ab
13 aduerſario,† & expiraſſent ante annum 1498. à quo tempore Plebanus probauit longiſſimam poſſeſſionem vnionis, & publicam vocem, & famam, nec eadem poſſeſſio, nec publica vox, & fama, aliæque probationes Plebani referri poſſunt ad titulum vnionum tēporalium, ſed probant titulū perpetuæ vnionis eius poſſibilitatem non excludit titulus temporalis exaduerſo productus, *Creſc.dec.21. num.4.de probat.Buratt.dec.875.num.7.& dec.938. num.7.Reuerendiſs.Vrgellen.deciſ.143. num. 3. & deciſ.147.num.12.Rot.inter recent.deciſ.29.num.42 par.7.* & in proximis terminis benè declarat *add.ad Molin.de primog.in ſupra alleg. col.fin. verſ. quæ intellligi,* vbi ait quod titulus vitioſus eli-
14 dit probationem immmemorabilis † ſi fuit productus ab eo, qui in immemorabili ſe fundat, ſecus verò ſi ab aduerſario facilius in caſu noſtro, quo Teſtes deponunt Eccleſiam Sancti Martini fuiſſe ſemper vnitam, & quædam ex enunciatiuis ſupra ponderatis loquuntur de vnione perpetua,omneſque emanarunt longè poſt ceſſationem vnionum temporalium exaduersò productarum.

Tandem non obſtat, quod ad probandam vnionem non releuet poſſeſſio quadrage-
15 naria, ſed requiritur † immemorabilis, *Felin. conſ.2.num.3.Garz.de benef.par.12.cap.2. nu.231. & ſeqq.Caſtropal.oper.moral.tom. 2.tract.13.diſp.6. punct.9.§.4.ſub num.3.add.ad Greg.XV. dec. 196. num.3.* Nam hoc procedit, quando cum qua-
16 dragenaria non concurrit titulus † ſaltem præſumptus ex publica voce, & fama, & alijs adminiculis ſupra ponderatis, vt declarat idē *Felin.d.conſ.2.num.12.& aly alleg.in §.vnio*, vel quando agitur de probanda vnione extintiua
17 ſecus verò ſi allegatur vnio † facta æquè principaliter,quę vtique probatur per ſolam quadragenariam cum bona fide etiam ſine titu-
18 lo, & ratio diuerſitatis eſt,† quia cum illi ius commune minus reſiſtat,quam extintiuè admittuntur leuiores probationes, *Garz.de benef. d.par.12.cap.2.num.239.& ſeqq.add.ad Greg. XV. deciſ.196.num.3.in fin.Rot.deciſ. 642. numer.7.&*
19 *ſeqq.* vbi quod bona fides preſumitur, † niſi contrarium probetur *par.4.tom.3.recent.*& fuit dictum *in Abulen.Præſtimony 12.Nouembris 1638 coram bon.mem. Buccabella, & 20. Iunij 1639. coram bon.mem.Coccino.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

BENEVENTANA CANONICATVS.

Veneris 8.Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio ad publicandum reſignationem lite pendente obtenta, nulla facta mentione litis non dicitur ſubreptitia, quando illa non cedit in præiudicium alterius litigatoris, quo ceſſante Papa non ſe retraxiſſet à concedendo etiamſi litem ſciuiſſet. Beneficium reſignatum non ſequuta publicatione non vacat per obitum reſignantis, ſed ob non factam publicationem.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta authoritate Iudicis, eſt manutenibilis.*

2 *Amplia etiam in concurſu poſſeſſionis anterioris, ſi poſſeſſor àb ea fuit eiectus facto Iudicis ritè,& rectè procedentis.*

3 *Litteræ apoſtolicæ, poſtquam ſunt iuſtificatæ habent executionem paratā ad inſtar* l.final.C.de edict. Diu.

Diu. Adrian. tollen. *ex interdicto adipiſcenda.*

4 *Reſignatio beneficij facta in manibus Papæ probatur ex litteris ipſius reſignationis.*

5 *Presbyteratus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*

6 *Valor per non exceſſum probatur ex Teſtibus iunctis etiam alijs prouiſionibus apoſtolicis cum ſimili expreſſione valoris.*

7 *Valor per non exceſſum non requirit exactiſſimas probationes.*

8 *Titulus reſignantis non eſt iuſtificandus à reſignatario, ſi reſignans fuit triennalis poſſeſſor.*

9 *Poſſeſſio reſignantis ſemel capta præſumitur continuata vſque ad tempus reſignationis, non docto de alterius ſucceſſiua poſſeſſione.*

10 *Publicatio reſignationis facta in termino reſtitutionis ad publicandum conceſſi, ſuffragatur perindè, ac ſi ſecuta fuiſſet intra ſex menſes à Conſtitutione Gregoriana ad publicandum præfixos.*

11 *Gratia reſtitutionis ad publicandum obtenta lite pendente nulla facta mentione litis eſt ſubreptitia.*

12 *Lite pendente emanare non debent ſacræ iuſſiones.*

13 *Subreptitia dicitur gratia lite pendente obtenta, nulla de ea facta mentione, nam ſi Papa litem ſciuiſſet forſan non commiſiſſet cum non præſumatur velle præiudicare liti, ac iuri quæſito alteri litiganti.*

14 *Gratia reſtitutionis ad publicandum lite pendente obtenta, nulla de ea facta mentione præiudicat collitiganti, qui poteſt ſemper ad ſe confouendum in poſſeſſione obijcere de reſignatione non publicata, & num.16.*

15 *Reus, & poſſeſſor ex non iure actoris abſolui debet.*

17 *Publicatio eſt pars reſignationis.*

18 *Actio videtur propoſita cum exceptione, quæ obligationi ineſt.*

19 *De non publicatione ſi quandocunque exciperetur, talis exceptio ſiue oppoſitio retrotrahitur ad initiũ litis, declara vt num.33.*

20 *Litis pendentiæ expreſſio neceſſaria eſt, licet non impetretur ius in iudicium deductum, ſi impetratur aliquid, quod quantum ad ius cedit in præiudicium alterius litigatoris.*

21 *Litis mentio in ſecunda gratia reualidatoria non requiritur quando facta fuit in gratia principali.*

22 *Amplia præſertim, quando in ſecunda gratia non agitur de canonizanda, ſed de coadiuuanda prima aliquo defectu laborante.*

23 *Cauſæ dicuntur diuerſæ, ſi conſideratur diuerſitas, tam reſpectu actionis, quam perſonarum.*

24 *Litis mentio neceſſaria eſt in gratia reſtitutionis ad publicandum, ſi tempore obtentæ gratiæ fuit oppoſitum de non publicatione, ſecus verò quando non fuit oppoſitum, & num.25. & 26.*

27 *Litis mentio non requiritur in noua gratia quando non cedit in præiudicium Iuris alterius litigatoris.*

28 *Lite pendente nemo prohibetur aliquod ius impetrare, dum tamen hoc faciat, ſine præiudicio iuris alieni.*

29 *Et ceſſante præiudicio, Papa non ſe retrahit à concedendo etiamſi litem ſciat.*

30 *Litis mentio non eſt neceſſaria, quando non impetratur ius in iudicium deductum.*

31 *De non publicatione reſignationis excipi poteſt in quacunque parte iudicii.*

32 *Exceptiones ſunt opponendæ in ſpecie, & nominatim, non autem in genere.*

33 *De non publicatione ſi excipitur poſt obtentam reſtitutionem ad publicandum, talis exceptio vti intempeſtiua, & propter reſiſtentiam intermediæ reſtitutionis non poteſt retrotrahi.*

34 *Beneficium reſignatum non facta publicatione non vacat per obitum reſignantis, ſed ob non factam publicationem, & collatio eſt reſeruata Papæ.*

35 *Itaut ſi fuerit à Papa obtentum ob non factam publicationem collatio ſuffragatur impetranti.*

36 *Conſtitutio Gregorij XIII. de publicandis reſignationibus §.8. continet decretum irritans.*

37 *Poſſeſſio infecta ex decreto irritanti nullius eſt momenti.*

38 *Papa per reſtitutionem ad publicandum nihil detrahere dicitur à collitigante, nam concedit impetranti Ius, quod ipſi Papæ competebat ob non factam publicationem.*

39 *Lite pendente vnicuique permiſſum eſt ius ſuum meliorare.*

40 *Reſtitutiones ad publicandum reſignationem paſſim à Papa conceduntur.*

41 *Reſtitutio ad publicandum non datur in præiudiciũ iuris tertio acquiſiti.*

42 *Intellige de præiudicio iuris radicati ex impetratione ob non publicationem, vel ex ſpeciali oppoſitione facta in iudicio, non autem iuris inualidi, quod non comprehenditur ſub regula de iure quæſito &c.*

DECISIO CCLXXXVI.

LITI quę pendebat ſuper Eccleſia Parrochiali S. Paulinæ inter Thomam Toſſinum, & Ioannem Zettum dedit finem concordia, in cuius executionem Toſſinus Canonicatum, de quo agitur reſſignauit in manibus Sanctiſſimi ac fauorem Petri Peſchi, qui litteras Apoſtolicas ſuæ prouiſionis cum narratiua d. litis, & valoris per non exceſſum in ducatis 60. expediri obtinuit.

Sed alia poſt modum exorta lis, nam Peſchius ſuper executione dictarum litterarum iudicium inſtruxit coram A. C. contrà Antonium Bernallum electum à Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ S. Ioannis Terræ Montis Fuſculi ad eumdem Canonicatum tanquam vacantem, ex quo Toſſinus antiquus illius poſſeſſor aſſecutus eſſet Eccleſiã Parrochialẽ incompatibilẽ, & in poſſeſſionẽ immiſſum, in quo iudicio reportauit demum ſententiam fauorabilem, eiuſque vigore poſſeſſionem Canonicatus accepit expulſo Bernallo, cui tamen in gradu appellationis coram me interpoſitæ à d. ſententia ob illius iniuſtitiam Rota cenſuit diſputato deſuper particulari dubio per contradictas ſub die 14. Maij 1646. ex rationibus in deciſione tunc extenſa deductis, dandum eſſe mandatum de manutenendo, quo non longè poſt decreto, ac expedito comparuit Peſchius pariter coram me proceſſum per contradictas impugnans, & petens iterùm diſputari, cui ſit dandum mandatum

de

de manutenendo, vndè annuente Rota idem
dubium hodiè propoſui, & Domini dixerunt
Peſchio dandum eſſe mandatum de manute-
nendo.
Eius enim poſſeſſio non negatur, & tanquã
capta authoritate Iudicis manutenibilis eſt,
l.iuſte poſſidet ff.acq.poſſ.Caualer.deciſ.42. numer.1.
2 etiam in concurſu † poſſeſſionis anterioris
Bernalli, quia ab ea ille fuit eiectus facto Iu-
dicis ritè, & rectè procedentis, *l.clam. poſſidere
§.qui ad nundinas ff.acq.poſſeſſ. Agnel. in l.qui vni-
uerſitas 30.§.item cum prætor ff. eod. Seraph. deciſ.
1325.num.1.Rot.diuerſ.dec.641.num.1. part.1.* Si-
quidem debuit Iudex concedere immiſſio-
nem Peſchio prouiſo Apoſtolico, cum lit-
teræ Apoſtolicæ, poſt quam fuerunt iuſtifi-
3 catæ † habent executionem paratam, *cap. ſi
quando de reſcr. cap. ſi capitulo cum gloſſ. in verb.
exequatur de conceſſ.preben.in 6.*illamque ſortia-
tur ad iſtar *leg. fin. Cod.edict. Diu.Adr.tollen.* ex
interdicto adipiſcendæ, *Vitalin.in clem.1. n. 68.
de cauſ.poſſ. & propr. Menoch. de adipiſc. remed. 6.
num.35.Bald.in l.2.num.65.Cod.ſeru.& aqu. Rot.
coram ſan.mem.Greg.XV.deciſ.335.num.35.dec.69
num.1.inter impreſſ.apud Moder.de manutendo.*
Iuſtificatio autem omnium narratorum in
litteris Apoſtolicis Peſchij viſa eſt patens,
4 quia reſſignatio facta in† manibus Papæ pro-
batur ex litteris ipſius reſignationis, vt dixit
Rot.in deciſ.157.num.1,coram ſan.mem. Greg. XV.
5 Presbyteratum Peſchi † probant litteræ pa-
tentes Ordinarij, *Felin.in cap.poſt ceſſionem n. 3.
& 15.de probat.Coccin.deciſ.164.n.1.Rot.dec.158.
num.4.part.1.recent.* quod ille ſit oriundus è
Terra Montis Fuſculi deponunt tres Teſtes,
& defectus probationis valoris narrati, tituli
ſiue triemnalis poſſeſſionis Toſſini reſſignan-
tis, ac publicationis reſſignationis in tempore
alias oppoſitus à Bernallo, ſuper quo nititur
prima deciſio ipſi fauorabilis minus ſubſi-
ſtens hodiè detegitur, nam de valore depo-
nunt tres Teſtes, & ſignanter primus per non
6 exceſſum, † & conſonant aliæ duæ antecedẽ-
tes prouiſiones Apoſtolicæ cum ſimili ex-
preſſione valoris, ex quibus ſaltem ſimul
iunctis reſultat ſufficiens probatio, *Rot. coram
bon.mem.Buratto deciſ.303.num.6. & in Argentina
Canonicatus 22.Iunij 1622.coram Nauarro*, præ-
ſertim, quia narratiua valoris per non exceſ-
7 ſum † non requirit exactiſſimas probationes,
*Garz.de beneſ.par.5.cap.3. num.198.Caualer.deciſ.
533.num.6.& deciſ.596.nu.1.*
8 De titulo Toſſini reſſignantis † docetur
ex collatione huius Canonicatus illi alias fa-
cta, vt in Summ.num.7.nec eget ex parte reſ-
ſignatarij alia iuſtificatione cũ Toſſinus fue-
rit triemnalis poſſeſſor, *Acchill.deciſ.14. num.3.
& ſeqq.de probat.Caputaq.deciſ.27. num.3. part.1.
Seraph.deciſ.316.num.2.Rot.dec.51.num.13.par.7.
recent.* vt conſtat ex publico Inſtrumento poſ-
ſeſſionis captæ de anno 1639. ad *tex. in l.præ-
dia ff.acq.poſſ. l. non idcirco Cod. fid. inſtrum.* quæ
9 præſumitur continuata vſque ad tempus reſ-
ſignationis non docto de alterius ſucceſſiua
poſſeſſione, *Archidiac.in cap.Pontifices numer.2.
7.queſt.1.Roman.conſ.329.numer.11.in fin. & 12.
Alex.conſ.33.num.3.lib.1.Pariſ.de reſſign. libr. 13.
queſt.5.num.115. Rot.coram ſan.memor. Greg.XV.
deciſ.116.num.9.& dec.407.vbi add.nu.24.*
Tandem conſtat in actis de reſſignationis
publicatione, quæ quamuis fuerit omiſſa in-
frà ſex menſes præfixos in conſtitutione Gre-
10 goriana, quia facta fuit in termino aliorum
trium menſium per gratioſam Papæ reſtitu-
tiõnem ad publicandum conceſſo ſuffragatur
per indè, ac ſi in primis ſex menſibus ſecuta
fuiſſet, *Rebuff.in prax. beneſ. tit. de public. reſſign.
gloſſ.13.num.15.Pariſ.de reſſig.lib.11.queſt.7.n.68.
verſ.limita 2.& nu.ſeqq.Mant.deciſ.113.nu.1. Rot.
in Burgen. Canonicatus 19. Ianuarij 1598. coram
clar.mem.Cardinali Hieronymo Pamphilio impreſſa
penès Marcheſ.de commiſſ.par.1. fol.369. & inter re-
cent.deciſ.91.nu.8.par.4.tom.2. deciſ.63.numer.12.
part.6.*
Verum quia in gratia reſtitutionis ad pu-
11 blicandum facta non fuit mentio litis † tunc
pendentis inter ipſum Peſchium, & Bernal-
lum coram A.C.ſuper executione litterarum
Apoſtolicarum ab eodem Peſchio prius in-
troductæ, diſceptatum acritèr fuit, an gratia
eſſet ſubreptitia, & pro affirmatiua adduceba-
tur *deciſio in Placentina Cappellaniæ 16. Februarij
1598.coram clar.mem.Hieronymo Card.Pamphilio*,
quæ loquitur in ipſiſſimis terminis eamque
refert, & ſequitur, *Garz.de beneſ. par.11. cap.3.
12 num.304.* nam lite pendente † emanare non
debent ſacræ iuſſiones, *l. Diuus Pius ff. pet. hæ-
redit.gloſſ.in cap.1.verb.deferre vt lit. penden.* & ſi
Papa litem ſciuiſſet forſan non conceſſiſſet,
13 cum non præſumatur velle præiudicare li-
ti, & iuri in ea quæſito alteri collitiganti, quan-
do id non expreſſit, vt probat *tex.in cap.fin. vt
lit pend.& in cap. fin. de conſtit.* notat *Card. qu.6.
Imol.ſub num.10.verſ.et ſic ex prædictis Aret.nu.7.
verſ.per textum, & tradit Afflict. Caſſad. deciſ. 18.
num.6.de præben.Buratt.deciſ.776.num.10. Rot. in-
ter recent deciſ.665.num.20.par.4.tom.2.* Præiudi-
14 cat autem gratia reſtitutionis † Bernallo col-
litiganti, quia licet ob non factam publica-
tionem in tempore non acquiſiuerit actionẽ
acquiſiuit tamen exceptionem, quæ ſibi pro-
derat ad victoriã, & ad confouẽ ſe in poſſeſ-
ſione beneficij aduerſus Peſchiũ m actorem,
cum eo non docente de reſſignatione publi-
cata in tempore, vt tenebatur *Garz. de beneſic.
par.11.cap.3.num.307. Rot.deciſ.361.num.2.par.2.
recent.deciſ.278.num. 2.coram ſan.mem. Greg. XV.
deciſ.830.num.2.& 3.coram bon.memor. Buratto*,
15 ipſe Bernallus reus, & poſſeſſor † deberet ab-
ſolui ex non iure actoris, *Io.Andr.in cap.1. n.8.
vt lit.pend.Lotth.de re beneſ.lib.2.quæſt.42.num.25.
Caſſad.deciſ.3.num. 5.de reſt.ſpoliat.Buratt.dec.737
num.1.* quodque hoc præiudicium ſit conſi-
derabile voluit in puncto, *Bellam. deciſ. 748.
ſub n.3.col.3.verſ.quid dicendum*, vbi ait quod ſi
16 noua gratia præiudicat reo, † quoad poſſeſ-
ſionem puta, quia actor non habens ius in
beneficio, de quo litigat contrà poſſeſſionem
impetret de nouo ius, per quam impetratio-
nem adiudicandũ ſibi foret beneficiũ, & poſ-
ſeſſori poſſeſſio auferenda, prohibita eſt impe-
tratio, niſi faciat mentionem de lite ſicuti è

conuerſo non eſt prohibita, quando per eam non impeditur effectus litis reſpectu alicuius partis, nec etiam ex non iure, ſeù non intereſſe alterius, vt habetur in verbis finalibus dictæ deciſionis.

Nec obſtat quod tempore impetratæ reſtitutionis reus non excepiſſet coram A. C. de non publicatione, quia cum publicatio ſit
17 pars † reſignationis, *Seraph. deciſ. 1309. num. 1. Rot. deciſ. 190. num. 2. par. 2. diuerſ. & in recent. deciſ. 539. num. 14. par. 4. tom. 3.* ideoque exceptio non publicationis ineſſet ipſi rëſſignationi nõ videtur opus ſpeciali oppoſitione, nam actio
18 videtur propoſita † cum exceptione, quæ inerat obligationi, *Bart. in l. eum qui ita 56. §. qui ita ſtipulatur num. 4. ff. verb. oblig. & in l. lecta n. 21.* vbi etiam *Bald. nu. 13. ff. ſi cert. petat. Butr. in cap. exceptionem num. 15. verſ. ex quo tamen de except. & ibid. Abb. num. 14. verſ. et tunc aut inerat Imol. numer. 9. verſ. item aduerte, quia Buratt. deciſ. 151.*
19 *num. 7.* & quandocumque fieret oppoſitio † retrotraheretur ad initium litis, vt in *prox. term. Sarnen. ſuper reg. de annal. quæſt. 5. num. 1. & ſeqq. Mandoſ. ſuper reg. 31. Cancell. quæſt. 11. n. 9. Caſſad. deciſ. 12. num. 11. ſuper regul.* præterquod neceſ-
20 ſaria eſt expreſſio litis pendentiæ † licet non impetraretur ius in iudiciũ deductum ſi impetratur aliquid, quod quantum ad ius cedit in præiudicium iuris alterius litigatoris, *Oldr. conſ. 299. ſub num. 5. verſ. aut impetrat aliquid cum alijs allegatis infra in §. ratio eſt.*

Prout nec releuat quod fuerit facta mentio litis in ipſa gratia principali reſſignationis, quia receptiſſima concluſio, quod non requiritur mentio litis in ſecunda gratia reualida-
21 toria, † quando facta fuit in prima gratia principali, vt tradit *Prob. ad monach. in cap. cum in tua nu. 14. verſ. et pro huiuſmodi de conſuet. in 6. Rebuff. in prax. tit. de reſcr. etiam & perinde valere nu. 47. Rot. deciſ. 18. de præben. in nou. dec. 708. num. 13. coram Buratt. & in Placentina Cappellania 24. Iunij 1596. coram bon. mem. Penia vbi ſub numer. 2.* hoc ampliatur quando in ſecunda gra-
22 tia † non agitur de canonizanda, ſed de coadiuuanda prima aliquo defectu laborante *impreſſ. apud March. de commiſ. par. 1. fol. 135.* non aplicatur caſui noſtro, quo mentio litis facta in litteris reſſignationis refertur ad litem antea motam inter reſſignantem, & Zottum, ac terminatam per concordiam, vt dicebam initio, nec poteſt referri ad hanc litem cum Bernallo, quæ tunc non aderat, motaque
23 fuit longe poſt, penituſque eſt diuerſa † ab alia tam reſpectu actionis, quam perſonarum vt per *Guil. de Cuneo in l. item ad litem ff. procur. Vant. de nullit. ex defectu mand. num. 98. add. ad deciſ. 1. nu. 4. de procur. in nou. Grauat. ad veſtr. in praxi lib. 4. cap. 1. ſub num. 37. Buratt. deciſ. 226. num. 2.* & facit *Afflict. dec. 220. num. 14.*

Sed his non obſtantibus præualuit opinio negatiua diſtinguendo duos caſus, alter eſt quando tempore obtentæ gratiæ reſtitutionis
24 fuerat in actis ſpecificè oppoſitum † de non publicatione, qui eſt caſus *deciſ. in Placentina Cappellania coram Cardinali Hieronymo Pamphilio* exaduerſo allegata, alter quando non fuit
25 oppoſitum, † quam diſtinctionem alias amplexa, fuit *Rota in Meten. Canonicatus 8. Martij 1619. coram bon. mem. Pirouano impreſſ. par. 4. recent. tom. 2. deciſ. 91. num. 9. & 10.* vbi declarando
26 *deciſ. Cardinalis Pamphilij* dictum fuit † eam procedere in primo caſu, at in ſecundo, qui eſt noſter neceſſariam non eſſe mentionem litis pendentiæ, & ſequitur, *Lotth. de re benef. lib. 2. quæſt. 51. num. 26.*

Ratio eſt quia non requiritur mentio litis
27 in noua gratia † quando non cedit in præiudicium iuris alterius litigatoris, *Oldr. conſ. 299. ſub num. 4.* vbi dicit rationem, quia non eſt
28 prohibendus aliquis lite pendente † aliquod ius, ſeù rem impetrare, dum tamen fiat ſine præiudicio iuris alieni, *Corn. conſ. 17. num. 29. lib. 2. Miliſ. in repert. verb. gratia impetrata lite pendente Lotther. de re benef. libr. 3. quæſt. 9. num. 34. Rot. deciſ. 75. in fin. de appellat, in antiq. deciſ. 633. nu. 14. coram bon. mem. Caualer. dec. 670. num. 15. & 16.*
29 vbi additur quod ceſſante præiudicio † Papa non ſe retraxiſſet à concedendo etiam ſi litẽ ſciuiſſet, *par. 4. tom. 3. recent.* vel quando non
30 impetratur ius † iam in iudicium deductum, *Oldr. d. conſ. 299. ſub num. 5. verſ. aut impetrat aliquid Lotth. de re benef. d. lib. 2. quæſt. 51. ſub num. 26. & libr. 3. quæſt. 9. num. 34. Egid. deciſ. 528. num. 1. Put. dec. 362. ſub num. 8. verſ. ad conſ. Oldr. lib. 3. in corr. Rot. d. deciſ. 91. num. 10.* vbi quod ad hoc, vt de lite ſit facienda mentio in gratia ſuperueniente oportet pendeat ſuper eo, ſuper quo cadit gratia directo vel in conſequentiam, ſecus ſi ſuper re diuerſa *par. 4. tom. 2. recentiorum.*

At ſemota oppoſitione partis de non facta publicatione dici non poteſt fuiſſe per reſtitutionem ad publicandum impetratum ius in iudicium deductum, nec facit quod in
31 quacunque parte iudicij † poſſet excipi de non publicatione, aut quod ab initio fuerint adductæ exceptiones generales, quia exce-
32 ptiones ſunt opponendæ † in ſpecie, & nominatim; non autem in genere, *cap. vt circa de elect. in 6. clem. conſtitutione eod. tit. Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 64. num. 24. Vant. de nullit. cap. fin. nu. 29. Grat. diſcep. 2. num. 36.* Et quatenus exciperetur poſt obtentam reſtitutionem ad publicandum
33 intempeſtiua † eſſet exceptio, & propter reſiſtentiam intermediæ reſtitutionis non poſſet retrotrahi, *Curt. iun. conſ. 74. num. 8. & conſ. 76 num. 5. Menoch. conſ. 946. num. 34. & præſump. 9. numer. 15. lib. 2. Conſt. de retrotr. cap. 7. num. 3. & ſeqq. Monter. deciſ. Aragon. 50. nu. 21.*

Minus dici poteſt præiudicatum iuri Bernallo competenti, ſiue reſpectu tituli ſiue poſſeſſionis, quia eſto quod deficeret publicatio, non ideò ipſi prodeſſet titulus, quem habet ab inferiori collatore tanquam de vacanti per obitum reſſignantis cum non facta
34 publicatione † beneficium non vacet per obitum reſſignantis, ſed ob non publicationẽ & collatio ſit reſeruata ipſi Papæ, vt ſunt verba clara conſtitutionis *fel. record. Gregor. XIII. in ordine 85. inter eius impreſſ. Bullar. tom. 2.* & fuit dictum *in Abulen. Beneficij 14. Ianuarij 1596. coram Cardinali Blanchetto in Mediolanen. Præpoſituræ*

ſura 28. Iunij 1589. coram Platto, & in Leodien. Canonicatus Sancti Dioniſii 17. Maij 1624. coram Coccino impreſſ.par.4.tom.3.recent.dec.539.num.15 licet ſecus dicendum eſſet ſi ex hoc capite ha-
35 beret collationem à Papa † in quibus termi-nis loquitur Pariſ. de reſig.lib.11.quæſt.7.num.79. & 2.ſeqq. Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.3. cap.15.ſub num.194.

Cumque in eadem Conſtitutione Gregoria-
36 na §. 8. adſit † decretum irritans non mere-tur attendi præiudicium ex noua gratia reſul-tans poſſeſſioni Bernalli, quia eadem poſſeſſio
37 eſſet infecta à decreto irritanti dictæ Conſtitu-tionis Creſc.dec.1. de cauſ.poſſ. & propr. Mant.de-ciſ.40.num.8.Cocc.dec.31.num.4. Add. ad ſan.mem. Greg.XV.dec.268. num.9. Lotth. de re beneſ. lib.2. quæſt.46. num. 70. & in puncto declarat Egid. in exaduerſo allegata dec.748. col.3.ad med.verſ.exem-plum ibi, nec poſſeſſionem, quia ob decretum infici-tur etiam poſſeſſio adeo quod Papa per reſtitutio-
38 nem ad publicandum † nihil detraxit à colli-tigante, ſed impetratum fuit ius illud, quod ipſi Papæ competebat id quod litis pendentia non prohibet cum interea vnicuique permiſ-
39 ſum ſit † ius ſuum meliorare Pariſ. de reſig. lib.2.quæſt.3.num.34.verſ.ratio, quia & ſeqq. præ-ter Oldr. alioſque ſupra allegatos, & paſſim
40 huiuſmodi reſtitutiones † ſolent concedi, vt dixit Rot. in Argentina Præpoſituræ primæ Iulij 1626. coram Cardinali Virili relat. per add. ad Bu-ratt.dec.948.num.7.

Atque hinc neque obſtat, quod reſtitutio
41 non detur † in præiudicium iuris tertio ac-quiſiti iux.tex. in cap. quamuis in fin. de reſer. in 6 & in ſpecie tradit Pariſ.de reſig.lib.11.quæſt.17.ſub num.136.in fin. Mant.dec.113.num.2. quia vt re-ſpondit Lotther.lib.2.quæſt.51.num.26.hoc intel-
42 ligitur† de præiudicio iuris radicati ex impe-tratione ob non publicationem, vel ex ſpe-ciali oppoſitione facta in iudicio, non autem iuris inualidi, quod neque compræhenditur ſub regula de iur. quæſit. non tollen. Garz. de beneſ.par.4.cap.3.num.64. in fin. Rot.dec.492.n.10. par.3.diuerſ.dec.369.nu.9. coram Greg.XV.dec.280 & 333.num.2. coram Cardinali Caualer.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE ZEPHIRIS.

Veneris 8. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio reciproca linealis inter inſtitutos cẽ-ſetur inducta, nedum quando concurrunt tria ſolita requiſita ad illam inducendam, ſed etiã aliæ coniecturæ late in deciſione ponderatæ.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fœminarum in defectum maſculorum, & niſi maſculi alium ſibi hæredem inſtituerint non purificatur, niſi vtraque conditio verificetur nempè, quod maſculi defecerint, & hæredem non inſtituerint.*

2 *Facultas à Teſtatore conceſſa eius filijs ſine filijs decedentibus inſtituendi ſibi ad libitum, quem voluerint, talis facultas purificata dicitur per obitum ſine filijs maſculis de quibus Teſtatorem ſenſiſſe educitur dum fœminas ſubſtituit in defectum maſculorum, & niſi maſculi ſibi hæredem inſtituerint.*

Et talis facultas inſtituendi hæredem intelligitur quod filij inſtituant ſibi hæredem aliquem ex deſcendentibus à maſculis, vel fœminis &c. ibidem.

3 *Contrarium, quod talis facultas non ſit limitata, ſed abſoluta attento verbo*, ad libitum, *quod tribuit abſolutam poteſtatem inſtituendi hæredem, quem maluerint, quamuis extraneum.*

Verbum, ad libitum, *quid importet? ibidem.*

4 *Facultas inſtituendi ſibi hæredem conceſſa à Teſtatore eius filijs non egreditur filios primi gradus.*

5 *Subſtitutio reciproca educta ex illis verbis*, quos inuicem ſubſtituit, *poteſt reſtringi ad ſubſtitutionem per vulgarem non autem per fideicommiſſariam.*

6 *Subſtitutio vulgaris expirat per aditionem hæreditatis.*

7 *Subſtitutio reciproca linealis reſultat ſi concurrunt tria ſolita requiſita, nec non etiam plures coniecturæ.*

8 *Quinimo ad illam inducendam ſufficere vnicam coniecturam.*

9 *Subſtitutio reciproca cenſetur inducta ex coniectura prædilectionis Teſtatoris erga filios primi gradus, qui prædilecti cenſentur.*

10 *Filij primo loco nominati, & inſtituti cenſentur à Teſtatore prædilecti.*

11 *Prædilecti in inſtitutione tales præſumuntur in ſubſtitutione.*

12 *Subſtitutio reciproca linealis inter filios Teſtatoris reſultat ex facultate tributa vltimo morienti, vt poſſit adoptare extraneum, qui familiam Teſtatoris repreſentaret in cognomine, & bonis, quia veriſimile non eſt, quod voluerit repreſentare in bonis dimidiatis.*

13 *Præſertim ſi Teſtator voluit per hanc diſpoſitionem repreſentari perpetuis futuris temporibus.*

14 *Alias enim verificari non poſſet, quod vltimus maſculus adoptaret in tota hæreditate, ſi idem pariter ex lineali reciproca non ſucceſſiſſet.*

15 *Voluntas Teſtatoris, quando abſque reciproca adimpleri non poteſt, cenſetur in neceſſarium antecedens inducta.*

16 *Subſtitutio reciproca reſultat ex agnatione, ex qua elicitur voluntas teſtatoris ſubſtituendi vnam lineam alteri.*

17 *Agnatio cenſetur à Teſtatore conſiderata ex eo dum voluit omnes deſcendentes maſculos præferri fœminis.*

18 *Item ſi fœminis prætulit extraneos à maſculis adoptandos, vt per ipſos adoptatos repreſentetur perpetuis futuris temporibus familia ipſius Teſtatoris*

19 *Agnatio per fœminas non conſeruatur ſi in defectum maſculorum vocantur.*

20 *Vocatio fœminarum in caſu deficientiæ omnium maſculorum non excludit, quin inter maſculos donec ſuperſint dicatur contemplata conſeruatio agnationis.*

21 *Item Agnationis conſeruatio non excluditur ex licentia tributa à Teſtatore inſtituendi aliquem hæredem extraneum ſi vltimus maſculus ea vſus non*

fuit, quia in hunc caſum præſumitur Teſtatorem reſpexiſſe ad agnationem.

22 *Fideicommiſſum agnatitium, & perpetuum eſt compatibile cum licentia alienandi cum cenſeatur inductum in euentum in quem talis licentia non producatur ad actum.*

23 *Subſtitutio reciproca de linea ad lineam deſumitur ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus.*

24 *Subſtitutio reciproca expreſſa inter filios primi gradus, concurrentibus coniecturis facit præſumi ſimilem ſubſtitutionem inter omnes maſculos vtriuſque lineæ.*

25 *Teſtator ſi grauauit proprios filios, eo magis dicendum eſt, quod grauare voluerit liberos remotioris gradus.*

26 *Filij, & deſcendentes in conditione poſiti ex ſtatuto Vrbis lib.1.cap.142. cenſentur diſpoſitiuè vocati.*

27 *Amplia præſertim concurrentibus coniecturis.*

28 *Subſtitutio fœminarum vltimo maſculo deprahenditur ex illis verbis*, maſculis deficientibus, *quæ æquipollent expreſſioni vltimi morientis, quando agitur de deſcendentibus Teſtatoris.*

29 *Quamuis contrarium ſentiat Fuſarius cum alijs allegatis.*

30 *Pro reciproca lineali inducenda, quando concurrunt coniecturæ tunc ſupradictæ opinioni Fuſarij, & ſequacium inhærendum non eſt.*

31 *Coniecturæ ad inducendam reciprocam linealem facilius ſuffragantur inter deſcendentes Teſtatoris.*

32 *Coniecturæ coniungendæ ſunt, quando ſingula de per ſe non ſufficiunt.*

DECISIO CCLXXXVII.

BONA hæreditaria Siluij Zephiri nõ ſpectant ad Monaſterium Sancti Laurentij in Pane & perna ex perſona Deodatæ filiæ Pauli Emilij filij Siluij, ſed ad Andream Leoninum hęredem inſtitutum ab Hortenſio pariter filio eiuſdem Siluij; ſiquidem Siluius licet in defectum deſcendentium maſculorum
1 ſubſtituerit deſcendentes fœminas, † hæc tamen ſubſtitutio nedum pendet à deficientia maſculorum, ſed etiam ab alia conditione, nempe niſi alium hęredem ſibi inſtituerint dicti Hortenſius ſiue Paulus Emilius filij fideicommittentis, quibus idem Siluius fideicommittens dederat facultatem ſi ſine filijs decederent inſtituendi hæredem, quem voluerint ad libitum ipſorum, & hæc facultas purificata fuit, quia Hortenſius deceſſit ſine filijs maſculis de quibus ſolum ſenſiſſe teſtatorem euidens eſt, quia fœminas vt dicebam ſubſtituit in defectum deſcendentium maſculorum & niſi filij maſculi alium ſibi hæredem inſtituerint *Rot.dec.215.num.3.par.6.recent. Fuſar. de ſubſt. quæſt.140. num.9.* Vnde nec eadem facul-
2 tas intelligi poteſt limitata, † dummodo ſcilicet filij fideicommittentis inſtituant ſibi hęredem aliquem ex deſcendentibus à maſculis, vel à fœminis pro vt ſolet intelligi, quando teſtator habuit rationem maſculinitatis, vel agnationis, & adhuc ſuperſunt agnati in quibus terminis loquitur *Pariſ.conſ.44. num.20 lib.3. Rot. in Bononien. de Elephantutiis coram Bubalo impreſſ. apud Giouag. conſ.39. num.38. & 39. lib.1. & in Interamnen. fideicommiſſi 15. Ianuarii 1644. coram R.P.D. meo Meltio.* Quia in caſu noſtro non adſunt deſcendentes ex maſculis; quin imò facultas inſtituendi conceſſa eſt filijs teſtatoris ſi ſine filijs maſculis deceſſerint; deſcendentes verò ex fœminis, vel ipſæ fœminæ non ſunt ſubſtitutæ niſi in caſum, quo filij primi gradus alium hæredem nõ inſtituiſſent ad libitum ipſorum, & ponderandum
3 enim eſt verbum † *ad libitum*, quod tribuit abſolutam poteſtatem inſtituendi hęredem, quẽ voluerint quamuis extraneum. *Ruin. conſ.27. num.1.lib.1. Alex.conſ.207. in fin.lib.3. Menoch.de arbitr.lib.1. quæſt.7.num.32.& 33. Surd. dec.272. num.15.*

Non obſtat, quod Deodata fuerit inſtituta hæres vſufructuaria à Ludouico nepote Siluij ex Paulo Emilio filio, quia ſupradicta facul-
4 tas inſtituendi ſibi hæredem † non egreditur filios primi gradus, vt pluribus comprobatur in prima deciſione edita *in hac cauſa 30. Maii 1639. coram me §.fin.*

Igitur ſolum videndum eſt an Andreas inſtitutus ab Hortenſio ſuccedat tantũ in portione eiuſdem Hortenſij, vel conſequi debeat etiam portionem Pauli Emilij, id quod pendet ex alia inſpectione nimirum an Hortenſius, & Paulus Emilius fuerint ad inuicem reciprocè ſubſtituti in caſum mortis alterius ipſorum ſine filijs maſculis, vel cum filijs, qui poſtea deceſſerint, qui caſus euenit, quia filij maſculi Pauli Emilij prædeceſſerunt Hortenſio. Et quidem res non careret maxima difficultate ſi reciproca educeretur tantum ex verbis ſubſtitutionis, ibi, *quos inuicem ſubſtituit*
5 quia † hæc verba poſſent forſam reſtringi ad ſubſtitutionem per vulgarem non autem per fideicommiſſariam, vt voluit *Bart. in l. Lucius 45.num.20.ff.vulg. Caſtr.conſ.14.num.2.verſ.reſtat reſpondere lib.1. Menoch.conſ.85.num.6. Surd.conſ.329.num.3. & ſeqq. & conſ.554. num.24.* Vulga-
6 ris verò expiraſſet † ex quo Paulus Emilius hæreditatem adiuit *l. ſi mater 33. §. ſi filius ff. vulg.* At ceſſat omnis dubitatio, quia vlterius
7 concurrunt tria requiſita † reciprocæ ſubſtitutionis linealis conſtitutiua; nec non plures coniecturę ex quibus pariter reciproca huiuſmodi reſultat, vt tradit *Iaſ. in l. poteſt. num. 9. ff. vulg. & pupill. Rip. in l. hæredes mei §. cum ita num.17.ff. ad Trebell. Eugen.conſ.21.num.19.lib.2.*
8 vbi quod ſufficit † vnica coniectura *Mant. de coniect.lib.7.tit.5. ſub num.15. Rot. coram Reuerendiſſimo Vrgellen.dec.451.num.4. & par.6.recent.deciſ.284.num.17.*

Et inter coniecturas vehemens eſt, Primò
9 quæ educitur ex prædilectione teſtatoris † erga Hortenſium, & Paulum Emilium filios primi gradus, qui prædilecti cenſentur, tum
10 quia ſunt filij, † tum quia ſunt primo nominati, & inſtituti *ad tex. in l. iſti quidem in fin. ff. eo quod met. cauſ. Aym. conſ.147.n.2. Ciriac.contr.13.num.43. Rot.dec.627.num.3.par.2.recent.* & ſi-
11 cuti prædilecti ſunt in inſtitutione † tales præſumuntur etiam in ſubſtitutione *l. Lucius 78. §. menia ff. ad Trebell. l. cohæredi 41. §. qui diſcre-*

11 ff.vulgar. Anchar.conſ.68. ſub nu.1. Alb.conſ.57
num.5. præſertim in concurſu cum deſcendē-
tibus fœminis, quibus teſtator prætulit ne dū
maſculos, ſed etiam extraneos quos filij pri-
mi gradus inſtituiſſent hæredes, vel vlteriores
deſcendentes maſculi adoptaſſent; ſi enim te-
ſtator noluit fœminas ſuccedere niſi poſt ex-
traneos; quo mágis dicendum eſt noluiſſe
eas poſſe concurrere cum maſculis deſcendē-
tibus, & fortius cum ipſis filijs primi gradus,
quos propterea dicendum eſt fuiſſe ſubſtitu-
tos reciproce in omnem caſum deficientiæ
ſiue ipſorum ſiuè deficientiæ maſculorum ab
ipſis ne ſequatur abſurdum, quod portio præ-
morientium potius deuoluatur ad fœminas,
quam ad filios, vt ſupra prædilectos contra
voluntatem teſtatoris, vt benè perpendit Imol.
in l. hæredes mei §. cum ita col. 3. ante num.2. verſ.
ſed veriſimile eſt Rip. & Add. ad Alex. loc. allega-
tus in deciſione edita 4. Iuly 1646. coram me §. &
hac quibus additur Aym.conſ.130.ſub num.8. in fin.
& ſub num. 10. infra med. verſ. cum teſtator Pariſ.
conſ.41.num.48.lib.2.Caſanatt.conſ.47.num.27. &
ſeqq.Rot. in Terracinen. fideicommiſſi 14. Decem-
bris 1643. coram R.P.D. meo Otthobono §. 3. erat.
Secundò, quod niſi adeſſet reciproca lineа-
12 lis inter filios, & deſcendentes † maſculos te-
ſtatoris eius voluntas adimpleri non poſſet;
nam voluit, quod deſcendentes maſculi, &
ſic etiam vltimus ex eis, qui ſub tali appella-
tione comprehenditur Dec.conſ.584.num.6.De-
cian.conſ.41.num.84.verſ. extat enim lib.1.Rot. de-
ciſ.125.num.3. & 10. par.1. recent. & in Peruſina
fideicommiſſi de Bigazzinis 14. Nouembris 1605.
coram Litta poſſit adoptare extraneum, qui fa-
miliam de Zephiris repreſentet in cognomi-
ne, & bonis teſtatoris, quod intelligitur in
omnibus bonis, tum propter dictionem illā
indefinitam in bonis ex allegatis in alia deci-
ſione §. loquitur, tum quia veriſimile non
eſt, quod teſtator voluerit repreſentari ſuam
familiam in bonis dimidiatis, præcipue, quia
13 voluit† repreſentari perpetuis futuris tempo-
ribus ex latè adductis per Cutell. deciſ. Sicil.29.
nu.11.Fuſar.conſ.154.n.17. Panzirol conſ.91. n.20.
Rot.deciſ.284.num.36. & 37. par.6. recent. at ve-
rò verificari non poſſet, quod vltimus maſcu-
14 lus adoptaret in tota hæreditate † ſi idem in
tota pariter ex lineali reciproca non ſucceſſiſ-
ſet, vt notant Doctores in l. Titia Seio §. ſeia li-
bertis ff.leg.2. & tradit Socc.Surd. Mant. & alij al-
legati in præcedenti deciſ.§. ſed his, quando autem
voluntas teſtatoris abſque reciproca adimple-
15 ri non poteſt † illa cenſetur in neceſſarium
antecedens inducta Aym. d.conſ.130.ſub num.6.
verſ. itaque vt voluntas Pariſ.conſ.30. num.22. &
ſeqq.lib.2.Ruin.conſ.164.num.9.lib.3. Laderch. con-
ſil.169.num.3. Surd.conſ.96. num.15. Coccin. deciſ.
493.num.10. Rot. in recent. dec.319. num.1. & 2.
par.1.
Huic adnectitur alia cōiectura ducta ex re-
16 ſpectu ad agnationem, † quem ad eliciendā
voluntatem teſtatoris ſubſtituendi vnam li-
neam alteri perpendit Aym. d. conſ.130. num.9.
Menoch.conſ.397.num.18. Surd. conſ.344. num.18.
Fuſar.conſ.24.num.43. Trentacinq. de ſubſt. par.5.
cap.2.num.8. Mant. de coniect.lib.7. tit.5. ſub nu.15.
17 & habitum fuiſſe à teſtatore colligitur † tam
ex quo voluit omnes deſcendentes maſculos
præferri fœminis Fuſar. in his terminis conſ. 24.
num.43. vbi allegat concordantes, & num. 44. quā
18 etiam, quia fœminis pretulit extraneos † à
maſculis adoptandos exprimendo rationem,
vt ſcilicet per ipſos adoptatos repreſentetur
perpetuis futuris temporibus familia ipſius
teſtatoris Fuſar.quæſt.499.num.2.Theſaur.dec.96.
num.19.Rot.dec.14.num.2.dec.49.num.1. in fin. de-
ciſ.181.num.5.dec.193.num.2. & ſeqq.par.1.recent
dec.518.num.11.par.4. Nec obſtat, quod filijs
primi gradus fuerit data poteſtas inſtituendi,
quem maluerint, quodque vltimo loco ſint
19 vocatæ fœminæ, & deſcendentes † ab eis per
quos agnatio non conſeruatur l.pronunciatio §.
fœminæ ff. verò ſign. quia vocatio fœminarum
20 in† caſum deficientię omnium maſculorum
non excludit, quin inter maſculos donec ſu-
perſunt dicatur contēplata conſeruatio agna-
tionis Gerard.Mazzol.conſ.6.num.9.Gabr.conſ. 1
num.13.lib.2. Peregr. de fideic.art.25.num.26.verſ.
in iſta controuerſia Molin. de primogen. lib.3. cap.5.
ſub num.50.circ.fin.verſ.2. quod cenſeatur Fuſar. de
ſubſt.quæſt.499. ſub num.24. quam neque exclu-
dit ſupradicta licentia inſtituendi hæredem
21 extraneum, † quando vt in caſu noſtro filij
ea vſi non fuerunt, quia in hunc caſum teſta-
tor preſumitur reſpexiſſe ad agnationem, vn-
de dicimus, quod fideicommiſſum agnatitiū
22 & perpetuum † eſt compatibile cum licen-
tia alienandi cum cenſeatur inductum in euē-
tum in quem talis licentia non perducatur ad
actum l. Titius ff. ad Tribell.Alex.conſ.66.nu.11.
lib.9.Anchar.conſ. 365.n.9.Cephal.conſ.16.num.58
& ſeq.Surd.conſ.395.num.2.Peregr. de fideic.art.40
ſub num.40.Oſaſch.dec.85. ſub num.4. Rot. in San-
cti Seuerini fideicommiſſi 25. Iunij 1646. coram
R.P.D. meo Veroſpio.
Quarto ponderandum eſt, quod teſtator
primo ſubſtituit ad inuicem filios, deinde de-
ſcendentes maſculos, tertio adoptatos, quar-
to fœminas, quinto à fœminis deſcendentes
ex quo digreſſu ad plures gradus ſubſtitutio-
23 num † reſultat coniectura ſubſtitutionis reci-
procæ de linea ad lineam Bart.in l. quidam nu.7
ff.vulg.Pariſ.conſ.43.nu.13.lib.2.Menoch.conſ.661.
num.1.Rot.dec.320.num.18. & ſeqq.par.1.recent.in
Terracinen. Fideicommiſſi ſupra allegata coram bo.
me. Otthobono §.2. reſultabat, & ipſa reciproca
24 expreſſa inter filios primi gradus † concur-
rentibus tot alijs coniecturis facit preſumi ſi-
milem ſubſtitutionem inter omnes maſculos
vtriuſque lineæ: ſi enim teſtator grauauit pro-
25 prios filios, † magis dicendum eſt, quod vo-
luerit grauare liberos remotioris gradus, vt
arguit Aym.conſ.130. ſub num.6.verſ.3. Conſidero
Odd.conſ.45.num.43.Rot.dec.266.num.20. ad med.
& num.21.dec.300.nu.9.dec.320. num.15. in princ.
par. 1. recent. & in dicta Terracinen. fideicommiſſi
coram D.me. Otthobono §. plures.
Quod autem concurrant tria requiſita cō-
ſtitutiua reciprocæ, patet ex latè deductis in
præcedenti deciſione §.quod omnes & ſeqq. in qua
dictum fuit, quod omnes deſcendentes ſunt

26 vocati, † quia ſunt in conditione poſiti, & ex diſpoſitione *Stat. Vrb. lib. 1. cap. 142.* ex inde ſequitur diſpoſitiua vocatio; præſertim ſtan-
27 tibus ſupradictis coniecturis; † vt in his terminis reſpondit *Ioſeph. Ruſt. in tract. an & quan. liber. in cond. poſit. lib. 6. cap. 5. ſub num. 17. verſ. vt non procedat Capic. Latro dec. 1. num. 73. vltra allegatos in d. deciſione* Quodque ſubſtitutio fœminarum eſt facta vltimo maſculo in tota hæreditate, nam eſſe in tota ſatis deprehenditur quia fœminæ ſubſtitutæ ſunt niſi maſculi inſtituerint, vel adoptauerint extraneum vnde ſicuti adoptio, & inſtitutio comprehenderet omnia bona, vt ſupra demonſtrabam, ita omnia comprehendit ſubſtitutio fęminarum quæ vniformiter, & continuatiue fuit adiecta.

Eſſe autē fœminas ſubſtitutas vltimo ma-
28 ſculo † demonſtrant verba teſtamenti, ibi, *maſculis deficientibus*, quæ equipollere expreſſioni vltimi morientis, quando agitur de deſcendentibus teſtatoris voluerunt *Fuſar. Mant. Socc. Decian. & Rot. loc. allegatis in alia deciſ. §. ſubſtitutionem*; & quamuis contrariam ſenten-
29 tiam † videatur amplexus idem *Fuſar. conſ. 57 num. 34. Peregr. de fideic. art. 13. nu. 41. Franc. Barry de ſucceſſ. legal. lib. 7. tit. 2. num. 9. Rot. apud Seraph. dec. 1023. num. 3. & par. 1. recent. dec. 316. n. 4. par. 4. tom. 2. dec. 287. num. 16. & ſeqq.* Tamen quicquid ſit de hoc articulo ceſſat omnis du-
30 bitatio, † quando vt hic concurrunt aliæ cōiecturæ pro inducenda reciproca lineali, vt in puncto reſpondit *Rot. dec. 467. num. 9. & num. 11 & 12. par. 5. recent.* quæ coniecturæ facilius ſuf-
31 fragantur † inter deſcendentes teſtatoris *Socc. ſen. conſ. 249. num. 11. lib. 2. Socc. Iun. conſ. 151. nu. 4. lib. 2. Menoch. conſ. 1071. num. 3. Giouag. conſ. 81. n. 7 lib. 1. Fuſar. conſ. 24. num. 45. Rot. dec. 305. num. 3.*
32 *par. 1. recent.* & coniungendæ ſimul ſunt † eſto quod ſingulæ de per ſe non ſufficerent *Ceph. conſ. 259. num. 11. & ſeqq. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 5. ſub num. 5. Rot. dec. 453. num. 7. par. 1. recent. dec. 389. num. 13. par. 4. tom. 2. & in dicta Terracinen. fideicommiſſi coram D. meo Otthobono §. quæ coniecturæ*.

Ex quibus Domini confirmarunt deciſionem in hac cauſa emanatam ſub die 4. Iulij 1646. coram me cauſa hodie ſuper eiſdem propoſita vtraque parte informante.

ROMANA DOTIS.

Lunæ 11. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Statutum *Vrbis lib. 1. cap. 85.* tribuens Inſtrumentis dotalibus viam executiuam contra tertium poſſeſſorem non habet locum, quando poſſeſſor appellauit, & infra triduum à die repreſentationis appellationis curauit rem poſſeſſam poni ſub ſequeſtro ſic diſponente alio *Statuto lib. 1. cap. 169.* à quo dictum *Statutum 85.* declarationem, & modificationem recipit. Item dictum *Statutum 85.* locum non habet ſtante iniuſtitia ſententiæ, ſiuè decreti contra tertium poſſeſſorem, Item nec locum habet contra perſonas Eccleſiaſticas, quamuis principaliter non diſponat de perſonis, ſed de bonis, quia forum ſortiri, & ſtatutis ligari puria ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua non competit contra tertium poſſeſſorem, quamuis competat contra principalem debitorem, quia perſonalis obligatio non ſequitur ſingularem ſucceſſorem.*

2 *Dos reſpectu viæ executiuæ nullum de Iure communi priuilegium habet.*

3 *Dos vigore Statuti Vrbis lib. 1. cap. 85. quamuis habeat viam executiuam contra tertium poſſeſſorem, illa locum non habet, quando à decreto de exequendo fuit appellatum.*

4 *Appellatio executionem ſententiæ ſiuè decreti ſuſpendit.*

5 *Appellatio datur à mandato de exequendo Inſtrumentum dotale vigore Statuti Vrbis cap. 85. lib. 1 quando appellans infra triduum curauit rem mobilem deponi, & immobilem ſequeſtrari ſic diſponente alio Statuto lib. 1. cap. 169.*

6 *Dictio, niſi, iuncta dictioni negatiuæ affirmat in caſu contrario.*

7 *Statutum generaliter prohibens vel permittens appellationem intelligitur tam ad effectum deuolutiuum, quam ſuſpenſiuum.*

8 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. tribuens indiſtincte viam executiuam Inſtrumentis dotalibus declaratur à Statuto 169. diſponente quomodo, & quando ſi fuit appellatum procedendum ſit ad executionem Inſtrumenti dotalis.*

9 *Statutum præcedens indiſtincte loquens declaratur ac modificatur per ſtatutum poſterius loquens cum diſtinctione.*

10 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. intelligendum eſt cum diſtinctione Statuti 169. eodem lib. 1.*

11 *Et qui dicto Statuto 85. vtitur, eo vti debet cum declarationibus, & limitationibus in Statuto 169 contentis, & num. 14.*

12 *Statutum, ſiue conſtitutio dans viam executiuam Inſtrumentis recipi debet ab eo, qui illo vti vult cum ſuis declarationibus, & modificationibus.*

13 *Statuta Vrbis ordinatoria extra forum Capitolinū non ſeruantur.*

15 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. non debet in alio foro latius extendi, quam in foromet Capitolino.*

16 *Et dictum Statutum 85. in dubio ſtricte debet interpretari, quia eſt contra ius.*

17 *Statutum Vrbis 169. lib. 1. mandat poſt appellationem interpoſitam fieri ſequeſtrum infra triduum penes perſonam parte citata eligendam per Iudicem appellationis, & triduum à qua die incipiat num. 20.*

18 *Et verba dicti Statuti*, infra triduum à die repræſentationis appellationis computan, *intelligenda ſunt de repræſentatione, ex qua Iudici ad quem tribuitur exercitiuum Iuriſdictionis.*

19 *Item intelligenda ſunt, vt ſuppoſitum electionis ſequeſtratarij per Iudicem parte citata facienda verificati poſſit.*

20 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 169. mandans infra triduum à die repræſentationis appellationis computan.*

tan. fieri ſequeſtrum, tunc triduum in foro Capitolino incipit à die qua Inſtrumentum appellationis traditur Notario, qui illius præſentationem in actis adnotat, & ſupra num. 18.

21 *Iuriſdictio Iudicis ad quem incipit à die præſentationis appellationis illiuſque ad notationis penes acta.*

22 *Iuriſdictio non prius dicitur Rota firmata, niſi poſt quam fuit pars citata ad dicen. contra commiſſionem.*

23 *Appellatus in Curia poteſt appellantem præuenire in committendo cauſam appellationis, quia diſpoſitio* cap. Oblatæ de appellationibus *in Curia locum non habet.*

24 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. tribuens viam executiuam contra tertium poſſeſſorem procedit quatenus decretum Iudicis ſit validum, & iuſtum.*

25 *Per ſolutionem actio qualibet remanet extincta.*

26 *Cenſus ſuper pluribus corporibus impoſitus, vno ex illis euicto, adhuc remanet ſuper alijs, quatenus illius capacia ſunt.*

27 *Et capacia præſumuntur, niſi incapacitas probetur ab eo, qui in ea ſe fundat.*

28 *De euictione agere nequit, qui ſententia contra ſe lata acquieuit, nec ab ea appellauit, vt tenebatur.*

29 *Mulier tanquam tutrix filiorum, & hæredum mariti debitoris poteſt bona hæreditaria cum ſolemnitatibus inſolutum dare creditoribus.*

30 *Actio de dote extincta per dationem inſolutum non reuiuiſcit euictione ſequuta.*

31 *Actio de dote, quod reuiuiſcat euicta re inſolutum data procedit, quando euictio ſequuta eſt ſine facto & negligentia mulieris, ſecus vero in caſu contrario, & num. 32. vbi quod ſibi imputare debet, qui facto proprio euictionem patitur.*

Text. in l. qui res in principio ff. de ſolut. quo caſu loquatur? *ibid. num. 31.*

33 *Mulier de euictione agere nequit ſi bona dotalia tueri neglexit.*

34 *Mulier adminiſtrans bona viri, ex quibus de eius dote potuit ſatisfieri donec de bonis adminiſtratis rationem reddat intrat præſumptio ſatisfactionis, quæ iudicium repetitionis dotis excludit.*

35 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. cum non faciat mentionem de perſonis Eccleſiaſticis nec vtatur verbis vniuerſalibus aptis illos comprehendere eos nõ afficit non ex defectu poteſtatis cum ſit conditum à perſonis à Papa deputatis, ſed voluntatis.*

36 *Statutum conditum à laicis non ligat perſonas Eccleſiaſticas ex defectu voluntatis ſtatuentium, qui non cenſentur voluiſſe diſponere contra perſonas Eccleſiaſticas.*

37 *Amplia quamuis ſtatutum ſit rationabile.*

38 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. non exprimit in verbis, quod ſeruetur inter Ciues, & incolas, & in omnibus Curiis.*

39 *Statutum Vrbis deciſorium ſeruatur in omnibus Curiis.*

40 *Forum ſortiri ac ſtatutis ligari paria ſunt.*

41 *Bona patrimonialia Eccleſiaſticorum quemadmodum non ſunt de foro laicali, ita nec ſtatutis laicalibus ligant.*

42 Rot. deciſ. 296. num. 1. & ſeqq. par. 5. recent. *declaratur.*

43 Deciſ. in Romana Dotis 20. Aprilis 1643. coram R.P.D. Carillo *pariter declaratur.*

44 *Bona Eccleſiaſtica penes tertium poſſeſſorem exiſtentia, ſiue ſint ſub pleno, ſiue ſub directo dominio Eccleſiæ non ſubiacent Iuriſdictioni, & Conſtitutionibus laicorum.*

45 *Equites de Calatraua verè Religioſi non ſunt.*

46 *Sunt tamen perſonæ Eccleſiaſticæ ac fori priuilegio gaudent.*

DECISIO CCLXXXVIII.

EXEQVENDVM non eſſe Rota cenſuit
mandatum executiuum, quod ad iſtan-
tiam Dominæ Settimiæ Iuſtinæ viduæ q. An-
dreæ Capranicæ pro ſcutis 2500. prætenſis ex
cauſa reſtitutionis dotis relaxauit A.C. contra
Excellentiſſimum Dominũ Principem Sul-
monis vti poſſeſſorem cuiuſdam vineæ, olim
à dicto Andrea dotis debitore poſſeſſæ. Quia
1 contra tertium poſſeſſorem † qualis eſt Do-
minus Princeps agi non potuit executiua
actione perſonali quamuis principalis debi-
tor executiua obligatione teneretur cum per-
ſonalis obligatio non ſequatur ſingularem
fundi poſſeſſorem *Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap.
fin. 4. par. §. 5. num. 2. & ſeqq. Zacch. de Oblig. Cam.
quæſt. 5. num. 36. Add. ad ſa. me. Greg. XV. dec. 302.*
2 *num. 12.* neque reſpectu viæ executiuæ † dos
priuilegium aliquod habet de iure communi
*Alex. in l. ſi cum dotem 23. §. eo autem tempore n. 6
ff. ſol. matrim. Angel. ibid. nu. 2. Ro.. in Bononien. Do-
tis 27. Nouembris 1596. corã Litta in Lucana Do-
tis 19. Ianuarij 1629. coram bo. me. Cardinali Viri-
li, & coram Reuerendiſſimo Vrgellen. dec. 37. num. 4.
ad med. & num. 6.*

Quod autem habet à Statuto Vrbis lib. 1.
3 cap. 85. † non militat in caſu noſtro. Primò
quia à mandato A.C. fuit interpoſita appella-
4 tio, quæ impedit † ne ad executionem proce-
datur *l. 1. §. fin. ff. Ad Sen. Conſ. Tertull. cap. veniens
il ſecondo de Iuriur. Boer. deciſ. 284. num. 24. & ſeqq.
Rot. apud Picum ad Stat. Vrb. deciſ. 51. num. 10.* &
etiam in terminis *d. Stat. cap. 85.* cenſetur per-
5 miſſa quoties appellans infra triduum † à die
repræſentationis appellationis curauit, vt fe-
cit Dominus Princeps rẽ poſſeſſam poni ſub
ſequeſtro ſic diſponente alio Statuto Vrbis
lib. 1. cap. 169. quod loquitur in terminis exe-
cutionis inſtrumentorum dotalium executio-
nem paratam vigore dicti cap. 85. habentium
ibi, *à Sententiis vero per quas inſtrumenta etiam
dotalia &c. iuxta formam ſupra traditam exequi mã-
dantur &c. vel pro illis exequendis mandatum rela-
xatur nulla recipiatur appellatio, niſi appellans &c.
intra triduum à die repræſentationis appellationis cõ-
putandum deponat &c. & ſi de re mobili, vel immo-
bili actum ſit teneatur rem mobilem deponere, & im-
mobilem ſequeſtrare &c.* prohibendo enim, vt
nulla recipiatur appellatio niſi fiat ſequeſtrũ
dicitur illam permittere facto ſequeſtro pon-
6 derata dictione, *niſi*, quæ † iuncta præceden-
ti dictioni negatiuæ *nulla* affirmat in caſu con-
trario *Ruin. conſ. 132. num. 1. lib. 2. Decian. conſ. 78.
num. 5. & 12. lib. 3. Cæneda ſingular. 23. num. 1. Bu-
ratt. deciſ. 84. nu. 3. cum aliis allegatis in puncto per
Moder. Briſighellienſem ad Stat. Vrb. d. cap. 169. n. 13*
& quidem ad vtrumque effectum: nam Sta-

tutum

7 tutum generaliter prohibens, † vel permit-
tens appellationem intelligitur tam de deuo-
lutiua; quam de ſuſpenſiua *Grat.conſ.163.nu.8.*
lib.2.Alderan.Maſcard. de interpetr.Statut.concluſ.5
num.3.Rot.deciſ.330.num.4.par.2.diuerſ.
Cumque per dictum Statutum 169. quod
8 eſt poſterius, † & diſtincte diſponit quomodo
& quando ſi fuit appellatum procedendum ſit
ad executionem inſtrumenti dotalis, præce-
cedens Statutum 85. in quo indiſtincte datur
via executiua inſtrumentis dotalibus declare-
tur ac modificetur, vt ſolet prius indiſtincte
9 loquens † per poſterius cum diſtinctione di-
ſponens *Bertazz. conſ.ciuil.15.num.3. Rimin. Iun.*
conſ.631. num.10. & ſeqq. Giurb. ad conſuet. Meſ-
ſane cap.2.gloſſ.1.par.1.nu.14.& in puncto duo-
rum ſtatutorum diſponentium de executione
inſtrumentorum *Antonin. de Amat. reſol.8.nu.7.*
in fin. & num.8. & reſol.58.num.18. & 19.vbi al-
10 *legat concordantes*; ita vt Statutum 85. † reci-
piendum ſit cũ diſtinctione Statuti 169. *Giurb.*
dec.111. ſub num.11.verſ. ſiquidem. Hinc ſequi-
tur quod aduerſaria, quæ viam executiuam
educit ex Statuto 85. illo vti non poſſit niſi
cum declaratione, & modificatione contenta
in Statuto 169. non ſecus ac ſi ea ineſſet ipſi
11 *Statuto* 85. quia vti debet ſtatuto † cum limi-
tationibus, & declarationibus in alio ſtatuto
contentis, vt in puncto ſtatuti, ſeù conſtitu-
12 tionis dantis † viam executiuam inſtrumen-
to *Franc. in cap. poſſeſſor num.10.verſ. ſed benè vi-*
detur, & num. 11. de reg. iur. in 6. Suarez de Paz
in prax.par 4.tom.1.cap.3.num.11.verſ. quia virtus
Nunez de Auendano de exequen.mand.2.par.cap.30.
num.12.verſ. commodum aliique, quos refert, &
ſequitur *Moder. Hiſpanus Baecenſis in tract. de*
Iudic.tom.2.lib.1.tit.3.diſput.4.num.4.fol.135.
Ideo nihil intereſt an *Statutum* 169. reſpiciat
deciſoria, vel ordinatoria iudicij, quia appli-
cabilis eſſet diſtinctio ſi diceretur illud de te
eſſe ſeruandum extra forum Capitolinum cũ
13 extra illum forum † ſeruari non debeant ſta-
tuta ordinaria *Scacc. de Iudic.lib.2.cap.2.nu.650.*
& 651.Seraph.dec.208. num.2. Add. ad Greg.XV.
dec.352.num.11. ſed in caſu noſtro allegatur tã-
quam modificatio, & qualitas inhærens *Sta-*
14 *tuto* 85. † cui pars aduerſa innititur, quoque
iuxta ſuperius deducta vti debet cum ſua qua-
litate ac modificatione, & valde in congruum
15 eſſet, quod ſtatutum 85. † in alio foro latius
extenderetur, quam in foro met Capitulino
in quo dubium non eſt, quod reciperetur cũ
modificatione *Statuti* 169. debetque in dubio
16 ſtricte interpretari † cum ſit contra ius *l. mi-*
nor annis viginti quinque ff. minor. cum alijs rela-
tis *à Moder. Hiſpan. de Iudic.tom.2.lib.1.tit.3. di-*
ſput.5.num.3.fol.145.
Quod verò Dominus Princeps non ſerua-
uerit formam *Statuti* 169.eo quod ſequeſtrum
curauit fieri multo poſt appellationem inter-
poſitam, gratis obijcitur: cum enim ſtatutũ
17 mandet ſequeſtrum † infra triduum fieri pe-
nes perſonam parte citata eligendam per Iudi-
cem appellationis, *vt notat modern. Collenſis in*
gloſſ. ad d.Stat.169. num.50. fol.380. conſequens
18 eſt quod verba illa ſtatuti † *infra triduum à die*
repreſentationis appellationis computandum: intelli-
genda ſint de repreſentatione ex qua Iudici
ad quem tribuatur exercitium Iuriſdictionis,
19 & ſuppoſitum electionis † ſequeſtratarij per
eum parte citata faciendæ verificari poſſit, *vt*
ex gloſſ. in l. mancipia 5. verb. auocandum C. ſeru.
fugit.notat Roman.Singul.495. Marſil.ſingul.339.ſub
num.1.Ciriac.contr.67.num.28. & 29.Surd.dec.65.
num.9. & 10. verificari autem non poteſt niſi
poſt quam dicti Iudicis Iuriſdictio fuerit fir-
mata, vt ſenſui patet, vnde ſicuti in foro Ca-
20 pitulino † triduum incipit à die qua inſtru-
mentum appellationis traditur Notario Iudi-
cis ad quem, qui illius præſentationem in
21 actis adnotat, quia ex tunc dicti Iudicis † Iu-
riſdictio firmatur, vt tradit *Luc.Pet. in prax.fo-*
ri Capitul.lib.5.cap.4.num.6. iuncto num.1. ita in
Rota incipit ſolum à die citationis ad dicen-
22 dum contra commiſſionem, † quia non prius
Rotæ Iuriſdictio firmata fuit *Cocc.dec.169.nu.4*
dec.319.num.7.Buratt.dec.138.num.2.dec.871.n.2.
Neque exinde aperitur via appellatis eludendi
ſtatutum differendo citationem ad dicendum
contra, quia aut non fuit appellatum, & ſta-
tim procedetur ad executionem aut fuit ap-
23 pellatum, & eſt in poteſtate appellati † præ-
uenire appellantem committẽdo cauſam ap-
pellationis cum in Curia non ſeruetur diſpoſi-
tio *cap. oblate de appellat.Scacc. de appell.quæſt.14.*
num.46. ſufficit itaque Principi ſequeſtrum
procuraſſe in Rota infra triduum à die citatio
nis ad dicendum contra, vt feciſſe conſtat
Summ. Principis penultimæ poſitionis nu. 8.
Secundò non militat beneficium Statuti 85
quia mandatum A. C. eſt iniuſtum, & ſtatu-
24 tum † concedens viam executiuam contra
tertium poſſeſſorem procedit quatenus man-
datum ſit iuſtum, & validum *Ruin.conſ.87.n.1*
& ſeqq.lib.4.Bott.conſ.37.num.9. Caſ.Manen.deciſ.
16. n.32. actum ſiquidem fuit pro ſc. 2500. ex
cauſa reſtitutionis dotis, quam fuiſſe ſemel
reſtitutã conſtat cum in eam cauſam aduerſa-
ria acceperit Cenſum ſcutorum 5000. qui pro
fundo dotali ſtabat, & in caſum reſtitutionis
dotis reddi promiſſus fuerat, nec non loca
nouem cum dimidio Montis Vrſini loca 14.
cum dimidio Montis Barberini dicto Summ.
Princ.num,4. & alia ſcuta 830. ex bonis hæ-
reditarijs Andreæ viri, quæ ipſa aduerſaria
vendidit, nempe ſcuta 450. ex iocalibus, &
ſcuta 350. ex auleis, vt in Summario Prin-
cipis vltimæ poſitionis num, 4. item alia ſcu-
ta 30. Summario ibid. num.7. quæ omnia ſi-
mul coaceruata excedunt ſummam ſcutorum
8000. quot ſunt aduerſariæ reſtituẽda ex cau-
ſa dotis; igitur aduerſaria egit ſine actione,
25 quia † ſublata fuerat per ſolutionem *§. 1. In-*
ſtit.quib.mod.tollit. oblig. Franc.Ant. Coſta conſ.58.
num.40.Capic. Latro deciſ.20.num.11.
Nec obſtat, quod dictus Cenſus receptus
in ſolutum dotis fuerit euictus, tum quia de
euictione non apparet, & ad hunc effectum
non ſufficit fuiſſe euicta aliqua corpora cen-
ſualia cum adhuc cenſus ſuſtineatur in alijs
26 corporibus † ſuper quibus fuit impoſitus qua-
tenus illius capacia ſunt *Cinc. de Cenſib.quæſt.36*
num.8.

num.8. Rot. apud eumdem dec.71. num.8. dec.90. n.8.
& 9. & in Imolen. Saluiani 5. *Maii* 1634. *coram*
bo.me. Coccino in eadem 11. *Maii* 1635. *coram E-*
minentiſſimo D. Cardinali Macchiauello in Firmana
Cenſus 2. *Decembris* 1635. *coram bo.me. Merlino*,
27 vt præſumitur † niſi incapacitatem probet,
qui in ea ſe fundat, vt dixit *Rot. in Romana Cen-*
ſus 10. *Iunii* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro*, *&*
in Fulginaten. Saluiani 20. *Iunii* 1644. *coram me*.
Tum etiam, quia euictio dicitur ſecuta ob
creditum anterius Iacinti Priuigni Settimiæ,
cui cum Settimia acquieſcendo mandato ad
28 filij † priuigni fauorem decreto à quo ta-
men appellare tenebatur *l. herennius ff. euict. Ca-*
ballin. eod. tract. 83. *num.* 8. *& ſeqq. Dec. conſ.* 74. *n.* 2.
Rimin. Sen. conſ. 274. *num.* 24. *Scacc. appell. quæſt.* 5.
num. 14. *aliique allegati à Moderno Piſaurien. de*
euict. quæſt. 14. *num.* 2. *& ſeqq.* maluerit dimittere
bona ſubiugata cenſui à ſe recepti in ſolutum
Summ. Principis penultimæ poſitionis n. 16.
quam ſoluere ex alijs bonis hæreditariis, & ſi-
gnanter ex rubris 27. terreni poſitis in tenuta
29 Campi Aſcolani, vt poterat tanquam tutrix †
heredũ debitoris adhibitis debitis ſolẽnitatibus
in illis vendendis *iuxt. tex. in l. ob es C. præd. min.*
vel dando in ſolutum creditũ *iux. Auth. hoc ſi de-*
bitor C. ſolut. agere non poteſt primæua actio-
30 ne de dote, † quia fuit extincta per dictam
dationem in ſolutum ei factam, & euictione
ſecuta non reuiuixit *Bart. in l. eleganter num.* 2.
verſ. ſed contra hoc oppono ff. pignorat. Pappon. conſ.
130. *num.* 14. *Surd. conſ.* 145. *num.* 34. *& deciſ.* 51.
num. 4. *dec.* 266. *num.* 6. *Anton. de Amat. reſol.* 50. *n.* 9.
Mart. vot. 109. *num.* 4. *vot.* 144. *num.* 1. *& ſeqq. Ca-*
ſtill. deciſ. 5. *num.* 4. *Muta dec.* 626. *Rot. dec.* 278. *n.* 21.
par. 5. *recent.* fauor enim dotis, quo euicta re
31 data in ſolutum † introductum eſt, vt reui-
uiſcat primæua actio de dote procedit, quan-
do euictio ſequitur ſine facto, & negligentia
mulieris in quibus terminis loquitur *tex. in l.*
qui res in princ. ff. ſolut. & notat. ibi Bart. in primo
notab. Caſtr. num. 1. *Fab. de Anna conſ.* 11. *lib.* 1. *Surd.*
conſ. 145. *ſub num.* 34. *Caſtill. dec.* 5. *num.* 7. *& ſeqq.*
Rot. in Fulginaten. Saluiani 13. *Iunii* 1646. *coram*
32 *me* ſecus verò in caſu contrario, † quia ſibi
imputare debet, qui facto ſuo patitur euictio-
nem *l. emptor fundi l. ſi parentes l. cum quæſtio C.*
euict. l. fundum meum 20. *l. ſi fundo tradito* 53. *§. ſi*
cum poſſit ff. eod. cap. fin. de empt. & vendit. Bart. in
l. qui Romæ §. duo fratres num. 10. *verſ. quarto di-*
cit male ff. verb. oblig. at. Becc. conſ. 24. *num.* 31. *Surd.*
conſ. 15. *num.* 24. *Rimin. iun. conſ.* 1. *num.* 45. *Peregr.*
deciſ. Patauin. 89. *num.* 4. *& ſeqq. Fontanell. in termi-*
33 *nis* mulieris, quæ neglexit bona dotalia † tue-
ri aut dotem recuperare cũ poſſet *de pact. nupt.*
clauſ. 6. *gloſſ.* 1. *par.* 2. *num.* 66. *Barz. dec.* 72. *num.* 21.
& ſeqq. & præcludenda eſt via fraudibus, quæ
inter coniunctos poſſent committi in præiu-
dicium tertij poſſeſſoris.

Minus obſtat, quod loca Montis Vrſini, ac
Barberini empta fuerint per Andream Setti-
miæ virum dum vixit ex prætio dicti Cenſus
ſcutorum 5000. & ſic in dicta ſumma inclu-
dantur; animaduertendum enim eſt in facto,
quod cenſum originaliter impoſuit ipſe An-
dreas, & prætio ſcutorum 5000. vendidit Hie-
ronymo Iuſtino pro cuius maiori ſecuritate
idem prætium inueſtiuit in locis montium, &
in alijs rebus deinde idem Hieronymus in ſo-
lutum dotis, quam debebat ipſi Andræ ge-
nero, illi nec non Settimiæ filiæ pro rata ſcu-
torum 5000. aſſignauit dictum Cenſum adeo
quod loca montium ſunt diſtincta à cenſu, &
Settimia habet in Cenſu ſcuta 5000. & vltro
loca montium, ex quorum nec non Cenſus ac
pecuniarum ſupra memoratarum retentione
reſultat realis ſatisfactio ac reſtitutio dotis; ſi-
mulque, quia Settimia tanquam tutrix filio-
rum adminiſtrauit omnia alia bona hæredita-
ria viri tam mobilia, quam immobilia enu-
merata per informantes pro Principe, eaque
retinere velle declarauit vſque de anno 1634.
ac potuit etiam ex illis ſibi de dote ſatisfacere
34 donec † dictæ adminiſtrationis rationem red-
diderit, intrat ſatisfactio præſumpta, quæ iu-
dicium repetitionis dotis excludit iuxta diſtin-
ctionem, quam alijs relatis ſecuta eſt *Rot. pe-*
nes Seraph. deciſ. 1455. *num.* 3. *& ſeqq. in deciſ.* 14.
num. 8. *& 9.* vbi quod ſufficit mulierem potuiſ-
ſe ſatisfieri ex fructibus bonorum *par.* 5. *recent.*
& prius deciſ. 275. *num.* 4. *verſ. tamen omnes concor-*
dant par. 4. *recent. deciſ.* 258. *num.* 14. *coram Reueren-*
diſſimo Vrgellen. Grat. diſcep. 129. *num.* 40. *&* 41.
quo magis, quia contra bona propria ipſius
Settimiæ ob non redditam rationem admini-
ſtrationis fuit ad inſtantiam aliorum credito-
rum viri obtentum exequatur mandatorum
relaxatorum contra virum Summ. Principis
num. 5.

Addebant aliqui ex Dominis ceſſare in ca-
35 ſu noſtro diſpoſitionem Statuti 85. † quia cũ
non faciat mentionem de perſonis Eccleſia-
ſticis nec vtatur verbis vniuerſalibus aptis illas
compræhendere illa non afficit, non quidem
ex defectu poteſtatis cum ſtatutum ſit condi-
tum à deputatis à Papa, & ab eo confirmatũ,
ſed voluntatis ſtatuentium quippe cum eſſent
36 laici non cenſentur voluiſſe diſponere † de
bonis ſpectantibus ad perſonas Eccleſiaſticas,
vt in terminis ſtatuti laicalis concedentis viã
executiuam *Viuius dec.* 326. *num.* 3. vbi contra
37 ſententiam Bart. hoc ampliat † quamuis ſta-
tutum alias eſſet rationabile *Rot. in Iduntrina*
pecuniaria 26. *Iunii* 1642. *coram bo. me. Merlino in*
Regbinen ſeu Salernitana bonorum 19. *Iunii* 1643.
coram R. P. D. Carillo in Baren. ſeu Nullius pecu-
niaria prima Iulii 1644. *&* 26. *Maii* 1645. *coram*
R. P. D. meo Cerro, in quibus deciſionibus arti-
culus remiſſiuè diſcutitur, & plures concor-
dantes allegantur; *in Vrbeuetana Legati* 4. *Iulii*
1646. *corã me* & in puncto Statutorũ Vrbis *fuit*
deciſum in Romana relocationis domus 13. *Martii*
1595. *coram Giptio in Romana relocationis Caſalis*
16. *Martii* 1615. *coram Cardinali Sacrato*, *in Ro-*
mana Penſionis 4. *Februarii* 1630. *coram Pirouano*
in Romana fideiuſſionis 4. *Martii eiuſdem anni coram*
Merlino in Romana Donationis de Caſtellanis 23. *Iu-*
nii 1631. *coram Coccino impreſſ. par.* 6. *recen. dec.* 58.
num. 28. *& ſeqq. vſque ad* 38. vbi conciliantur
deciſiones, quæ in contrarium ſolent allegari
& quæ non aplicantur caſui noſtro, quia ſta-
38 tutum hoc in verbis non exprimit, † quod
ſer-

ſeruetur inter ciues, & incolas, & in omni-
39 bus curijs in quibus ſeruatur ſolum, quia
deciſorium eſt, vt aduertit *Rot. in deciſ. 161. n. 4*
verſ. quod ſtatutum par, 4. recent. in deciſ. 51. in fin.
impreſſ. poſt Fenſon. ad Stat. Vrbis & in Romana do-
tis 4. Febr. 1642. coram Reuerendiſſimo D. meo De-
cano.

Nec obſtat, quod ſtatutum non diſponat
principaliter de perſonis, ſed de bonis, quia
40 cum à pari procedant † forum ſortiri, & ſta-
tutis ligari, ſicuti bona etiam patrimonialia
41 perſonæ Eccleſiaſticæ † non ſunt de foro lai-
cali ita nec laicalibus ſtatutis ligantur, vt be-
ne argumentatur *Dec. in cap. Eccleſ. Sanctæ Ma-*
Maria num. 176. de conſt. vbi Abb. num. 21. & 22.
teſtatur, quod ita ſeruatur in Curia, & illum reſe-
rendo ſequitur Fælin. ibid. num. 8. & ſeq. Anton. de
de Butr. in cap. fin. num. 3. de vit. & honeſt. cleric.
alijque relati ab Alderano Maſcard. de Interpetr.
Stat. concluſ. 1. nu. 93. & ſeqq. Neque contrarium
dixit *Rot. in dec. 296. num. 14. & ſeqq. par. 5. recent.*
42 quia † ibi Iudex ſæcularis cognouerat ſolum
de quantitate crediti dotalis pro quo deinde
fuerat facta aſſignatio bonorum authoritate
Apoſtolica, vt patet in princ. *Deciſio autem in*
Romana Dotis 20. Aprilis 1643. coram R.P.D. meo
43 *Carillo*, quæ ait Statutum de quo agitur ha-
bere locum etiam contra bona Emphyteotica
ſub directo dominio Eccleſiæ, obiter loquitur,
ſupponitque ſtatutum diſponere ſolum de cre
dito dotali, cum tamen in verbis diſponat etiã
44 de bonis à tertio poſſeſſis, † quæ ſiue ſint ſub
pleno ſiue ſolum ſub directo dominio Eccle-
ſiæ non ſubiacent Iuriſdictioni, & Conſtitu-
tionibus laicorum iuxta opinionem ſuam ſe-
quendo magiſtralem deciſionem *in Romana*
Domus de Scapuccis coram bon. me. Coccino impreſſ.
apud Pacif. de Saluiano dec. 238. per tot, *ſemper am-*
plexa eſt Rot. vt pluribus relatis dictum fuit in deciſ.
42. num. 8. & ſeqq. par. 6. recent. in Romana Domorũ
19. Ianuary 1643. coram R.P.D. meo Ghiſilerio, &
in Ariminen. Saluiani 19. Iunij eiuſdem anni coram
me.

Quod autem Dominus Princeps ſit perſo-
na Eccleſiaſtica ijdem Domini deducebant,
quia eſt eques ordinis de Calatraua, cuius or-
45 dinis Equites † licet vere Religioſi non ſint,
vt dixit *Rot. penes Seraph. deciſ. 587. num. 1. penes*
Duranum deciſ. 95. nu. 2. & inter impreſſ. apud Mo-
dern. de manut. deciſ. 326. num. 3. ſunt tamen per-
46 ſonæ Eccleſiaſticæ, † ac vti tales gaudent
priuilegio fori, vt diſtinguendo tradit, *Flores*
de Mena var. quæſt. lib. 2. quæſt. 21. num. 205. Garz.
de beneſ. par. 1. cap. 5. numer. 21. Lotther. de re beneſ.
lib. 1. quæſt. 36. num. 36. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1.
cap. 39. num. 46. vbi allegat plurimos concor-
dantes, quibus adduntur *Franc. Ant. Coſta con-*
ſil. 42. per tot. Seraph. deciſ. 549. nu. 1. alijque relati à
Sperello deciſ. 2. nu. 98. & 99.

Et ita vtraque Parte Informante deciſum
fuit cauſa ter propoſita poſtquam bis ob diſ-
cordiam opinionum fuerat reſcriptum non
liquere.

MONOPOLITANA IVRISDICTIONIS.

Lunæ 11. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Arbitrium pro reintruſione excommunicati in cẽſuras ſemper intrat quoties à Iudice abſolutus ab inobedientia non recedit. Et plura contra validitatem, & iuſtitiam ſententiæ declaratoriæ adducta latè in hac deciſione diluuntur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*

2 *Excommunicatus à cenſuris abſolutus, ſi ab inobedientia non recedit, in eaſdem cenſuras reintrudendus eſt.*

3 *Arbitrium pro concedenda abſolutione à cenſuris, quamuis latis in Curia intrat concurrentibus nullitate, & iniuſtitia ſententiæ declaratoriæ.*

4 *Item eo magis intrat pro retardanda reintruſione in cenſuras, & vlteriori executione declaratoriæ.*

5 *Intimatio mandati Rotalis ad effectum declaratoriæ contra Communitatem, vel Clerum fieri debet Vniuerſitati Collegialiter, vel Clero capitulariter congregato, limita, vt nu. 11.*

6 *Vel ſaltem inſtari debet apud eum, qui facultatem habet congregandi, vt congreget, quo caſu niſi vniuerſitas, vel Clerus congregetur valet intimatio etiam non collegialiter, vel capitulariter executa.*

7 *Intimatio mandati de manutenendo, vt valeat continere debet inſertionem tenoris mandati, vt intimatus certificari poſſit, in quibus parere teneatur.*

8 *Intimatio ſeu citatio perſonalis neceſſaria eſt, vt feratur ſententia excommunicationis.*

9 *Sententia excommunicationis ob non paritionem mandati de manutenendo ferri nequit contra non citatos in relaxatione eiuſdem mandati de manutenendo.*

10 *Quaſi poſſeſſio viſitandi non acquiritur ex vnico actu, quando fuit contradictus, & dedit cauſam liti.*

11 *Intimatio mandati de manutenendo, quamuis facta non ſit Vniuerſitati collegialiter, vel Clero capitulariter, valet quando concurrit nedum ſcientia præſumpta, ſed certa, & indubitata omnium contentorum in mandato, & ex quibus talis ſcientia probetur? num. 13. & 15.*

12 *Citationis finis eſt deducere ad notitiam citati, quæ in ea continentur, vndè ſi id aſſequimur per citationem minùs legitimè executam arctatur citatus non ſecus ac ſi citatio eſſet legitimè executa.*

14 *Iura extracta ex ſcripturis productis ab aduerſario contra ipſum plenè probant.*

16 *Relationi Nuncij, ſiue executoris fides adhibenda eſt.*

17 *Declaretoria contra ſingulos de vniuerſitate, ſiue Collegio fertur, contra vero ipſam vniuerſitatem, ſiue Collegium loco ſententia excommunicationis fertur interdictum.*

18 *Quaſi poſſeſſio viſitandi ex quibus quæſita dicatur*

Epiſco-

Epiſcopo, tanquam viciniori, & vti Sedis Apoſtolicæ delegato?

19 *Quaſi poſſeſſio viſitandi acquiritur ex vnica viſitatione.*

20 *Scripturis potiùs ſtandum eſt, quam teſtibus.*

21 *In ſummariſſimo poſſeſſorio, nudum factum poſſeſſionis attenditur reiectis ad petitorium exceptionibus reſpicientibus titulum, ſiue proprietatem.*

22 *Probatio per teſtes non excludit contrariam probationem factam, vel faciendam per alios teſtes.*

23 *Exceptio probata per teſtes in ſummariſſimo poſſeſſorio reycitur ad petitorium.*

24 *Declaratoria ob non paritionem mandatis Rotalibus retardari nequit ſub prætextu nullitatis, vel iniuſtitiæ.*

25 *Declaratoria contra perſonas Eccleſiaſticas eo magis danda eſt, quia ipſæ præ cæteris obedire tenentur mandatis Rotalibus.*

DECISIO CCLXXXIX.

PRAEVIIS duabus Deciſionibus Rotæ coram R.P.D. meo Peutingerio relaxauit ad fauorem Domini Epiſcopi Monopolitani tanquam vicinioris, ac ideò Sedis Apoſtolicæ delegati iuxtà diſpoſitionem *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reformat. cap. 9.* mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione viſitandi Eccleſiam Parochialem Caſtri Faſani, quo deindè formiter intimato reis conuentis, ſeruatiſque terminis de ſtylo ſeruari ſolitis ſuſcepta fuit diſputatio ſuper relaxatione declaratoriæ eamque vtraque parte Informante reſolutum dandam eſſe, prout ſucceſſiuè data fuit per ſententiam Rotalem.

A qua Signatura Iuſtitiæ commiſit cauſam appellationis Reuerendiſsimo D. meo Decano, cum clauſula *præuia abſolutione ab Eminentiſſimo, cum reincidentia arbitrio Rotæ*, vndè eliciendo dubium è corpore commiſſionis vt ſolet, ego propter abſentiam Domini mei Decani in cauſa ſuffectus ſubſcripſi partibus hinc indè conſentientibus dubium, An intret arbitriũ pro reintruſione in cenſuras, quod deinde vtrimque informantibus propoſui ſub die 10. Decembris proximè præteriti, fuit tunc dilata reſolutio, & mihi oretenus demandatum, vt reis conuentis, ſiue eorum Procuratori ſignificarem ad aures mentem Rotæ eoſdemque amicabiliter hortarer, vt feci ne contrariam reſolutionem expectarent, ſed obediendo præuenirent, quibus illi cum obſorduerint idem dubium hodie repropoſitum fuit affirmatiuè reſolutum.

1 Nam de iure à quo regulari debet † arbitrium, *Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. videbitur num. 7. & 8. Caſ. de Graſſ. deciſ. 7. num. 7. deciſ. 8. nu. 2. de ſent. & re iudic. Rot. deciſ. 365. n. 1. in fin. par. 1. recent.* excommunicati ſi per Iudi-

2 cem abſoluti † ab inobedientia non recedunt in eandem excommunicationis ſententiam reintrudendi ſunt, *cap. ſacro §. verum de ſent. excommun. cap. ad noſtram in fin. & ibi Felin. num. 2. verſ. nota quod abſolutus de Iureiur. Abb. in cap. ad reprimendam n. 4. verſ. vltimo nota de offic. ord. Rota deciſ. 11. de ſent. excomm. in nou.*

Et quoniam rei conuenti allegarunt declaratoriæ vt ſupra latæ nullitatem, & iniuſtitiam, quæ mouere ſolent arbitrium † Rotæ

3 pro concedenda abſolutione à cenſuris, quãuis latis in Curia, *Put. deciſ. 39. circa med. verſ. licet à cenſuris lib. 1. in corr. Caualer. deciſ. 544. nu. 1.*

4 eoque magis pro retardanda † reintruſione, & vlteriori executione, *Cocc. deciſ. 177. num. 2. Gregor. XV. deciſ. 70. num. 1. Buratt. deciſ. 247. numer. 1. & 3.*

Nullitas autem deducebatur, tum ex defectu legitimæ intimationis mandati de manutenendo; quippè facta fuit Gubernatori Terræ Faſani Sindico Communitatis, & Priori Clericorũ, tamen vt Communitas & Clerus poſſent cenſurari debuiſſet fieri vniuer-

5 ſitati † Collegialiter, vel Clero capitulariter congregato, *gloſſ. in cap. ſi capitulo verb. factam de conceſſ. præbend. in 6. Seraph. dec. 857. num. 7. deciſ. 1116. ſub num. 1. Caualer. deciſ. 435. num. 1. Rota deciſ. 628. num. 4. par. 3. recent.* aut ſaltem inſtari

6 apud eum † qui habet facultatem congregãdi, vt congreget pro certa hora, quò caſu niſi congregetur valet citatio etiam non capitulariter, ſeu collegialiter executa, vt dixit *Rot. d. deciſ. 628. ſub num. 4. part. 3. recent. deciſ. 262. num. 2. inter impreſſ. apud Modern. Peruſ. de manut. add. ad Greg. XV. deciſ. 584. ſub nu. 6.*

Tum ex quo in intimatione non fuit inſertus tenor mandati de manutenendo, † vt

7 requiritur, vt intimatus poſſit certificari in quibus parere teneatur *Rip. reſp. 118. nu. 3. alias reſp. 1. ſub num. 3. de appellat. Surd. deciſ. 5. numer. 4. Rot. in Elboren. Decimarum 26. Iunij 1623. coram bon. mem. Pirouano.* Tum tertiò quia in ſententia declaratoria fuerunt nominati multi, neque conſtat contra illos præceſſiſſe intima-

8 tionem perſonalem, † quæ neceſſaria eſt, vt feratur ſententia excommunicationis *Innoc. in cap. ſi aduerſarius n. 1. de eo qui mitt. in poſſ. Alter. de cenſur. diſput. 3. lib. 3. cap. 2. in princ. Caſſad. deciſ. 6. nu. 10. de cauſ. poſſ. & propr. Mohed. deciſ. 1. in princ. de ſent. excomm.* quæ multò minùs ferri pote-

9 rat contra illos † qui non fuerant citati in relaxatione mandati de manutenendo, *Rota deciſ. 36. ſub n. 4. deciſ. 512. nu. 2. & 3. inter impreſſ. poſt Moder. Peruſ. de manut.*

Iniuſtitia quia non conſtitit, quod Epiſcopus eſſet in quaſi poſſeſſione viſitandi, niſi ex vnico actu viſitationis, qui fuit contradi-

10 ctus, † & dedit cauſam liti; imò teſtes dati *in Summ. Sacra Religionis Hieroſolymitanæ, nu. 5. & 7.* deponunt Caſtrum Faſani conſtituere Territorium ſeparatum regique in ſpiritualibus à Vicario exercente munia Epiſcopalia.

Ideò Domini euacuando ſingula obiecta dixerunt defectum Collegialis, ſeù Capitu-

11 laris intimationis † ceſſare ob ſcientiam, ne dum præſumptam, ſed certam, & indubitatam, quam illius habuerunt ſinguli in declaratoria nominati, tam de Clero, quam de Vniuerſitate, cum enim finis citationis ſit deducere ad notitiam citati, † quæ in ea continen-

12 tinentur, ſi id aſſequimur per citationem minùs legitimè executam, arctatur, citatus non ſecus, ac ſi citatio legitimè executa fuiſſet, vt ex *text.in clem.cauſam in fin.de elect. tradit in terminis cenſurarum, Alter.de cenſur.diſputat.3. lib.3.cap.2.col.2.verſ.tertius caſus poſt Felin.in capit.cum ſit Romana nu.15.de appellat.Modern.Mediolanen.de cenſur.in communi diſp.1.qu.1.punct.9. ſub num.9.verſ.tertius eſt, Caputaq.deciſ.249.in fin. lib.1.in manuſcr. Rot.deciſ.11. in fin.de dol.& contum.in nou.deciſ.194. num.4.penès Card.Seraph.& in Cæſarauguſtana Diſtributionum, ſeu Attentatorum 25.Maij 1646.coram R.P.D.meo Cerro.*

13 Hæc autem ſcientia probatur, † quia poſt executam intimationem mandati de manutenendo ſinguli de Clero, necnon alij de Vniuerſitate, quorum nomina continet ſententia declaratoria conſtituerunt Procuratorem ſpecialem in hac cauſa ad comparendum, & proteſtandum coram Domino Epiſcopo Polignani delegato à Rota pro exequutione dicti mandati, & Procurator ſic conſtitutus faciendo intimationis executionem, comparuit coram eodem Epiſcopo allegauitque idem mandatum, vtpotè ſubreptitium non eſſe exequendum, vt legitur in ſcripturis datis *in Summ. nouo Epiſcopi Monopolitani nu.2.* quæ cum ſint extractę ab exaduer-
14 ſo productis coram Epiſcopo Polignani plenè probant contra aduerſarios *Surd.deciſ.267. ſub nu.1. verſ.qua concluſio procedit Cocc.dec.127. num.4.& deciſ.235 num.1.Rot.inter rec.deciſ.274. num.12.par.2.* Quod verò ex dictis actibus reſultet indubitata ſcientia † intimationis dixit
15 in terminis excommunicationis *Felin. in dicto cap.cum ſit Romana num.15.de appellat.Rot.dicta deciſ.11.de dol.& contum.in nou. quam ſequitur Gregor.XV.deciſ.27.num.4. Caualer.deciſ.500.ſub num.2.Rot.inter recent.deciſ.48. num.22.& 23. ac num.37 .par.4.tom.2.recent. deciſ.389.num.3.apud Modern.Peruſ.de manut.cum alijs allegatis ab eodem Moder.d.tract.obſer.107.ſub n.14.*

Secunda nullitas tollitur ex facto, quia intimationem factam fuiſſe cum inſertione decreti Rotalis retulit nuncius, ſiue executor, *Summ ibidem num.1.* ibi, *notificaui perſonaliter citationem cum inſerta forma Decreti Sacræ Rotæ lati ſub die 4.Iulij proximè præteriti anni 1644.pro manutentione Iuriſdictionis Viſitationis dictæ Terræ,*
16 cui † de hoc eſt adhibenda fides, *gloſſ.in c.cum parati verb.ſuus in fin.de appellat.Bart.in extrauag. ad reprimendum verb.per nuncium num.10.Roman. conſ.497.nu.5. Rot.coram Greg.XV.deciſ.426.n.6.* iuncto præſertim quod Procurator aduerſariorum oppoſuit in ſpecie de ſubreptione mandati Rotalis, cuius propterea copiam habuiſſe dicendum eſt.

Gratis pariter dicitur non omnes in ſententia declaratoria nominatos fuiſſe prius perſonaliter citatos, cum nominati fuerint illi met Clerici numero, necnon ſindicus, & Electi Vniuerſitatis, quorum nomina deſcripta ſingulariter ſunt in conſtitutione Procuratoris, vt ſupradictum eſt facta ad proteſtandum, & opponendum contra mandatum Rotale, vt patet ad oculum in ſecundo *Summ. Epiſcopi num. 1. & 2.* & potuerunt ſinguli ex-
17 communicari, † quia mandato Rotali reſiſtendo culpabiles ſe reddiderunt, licet contra ipſam Vniuerſitatem, vel Collegium ſententia excommunicationis ferri non poſſit, ſed interdicti, vt ad litteram diſponit, *text.in cap. Romana Eccleſia, §. in Vniuerſitatem de ſent. excommun.in 6.& notat Butr.in cap.capitulum 30. num.21.de reſcript.Imol.ibid.nu.12.Socc.in cap.dilectus il ſecundo num.67.de Simon.Couar.var.reſol. lib.2.cap.8.num.9.alijque relati à Moder.Pedemont. diſquiſit.clerical.part.1. tit.de fauor.cleric.can. §.5. num.61.& 62. Rot.deciſ.48.num.37.par.4.to.2.rec. & fuit dictum in Tridentina Decanatus, & Canonicatus 23.Maij 1642.coram R.P.D.meo Royas.*

Quo verò ad iuſtitiam, quaſi poſſeſſionem viſitandi tanquam vicinior, & delegatus Se-
18 dis Apoſtolicæ † Epiſcopus Polignani educit ex viſitatione in vim litterarum Sacræ Congregationis ſuper negotijs Epiſcoporum & Regularium facta de anno 1616. pacificè, & cum acquieſcentia tum Cleri, & Vniuerſitatis, tùm Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ Dominæ Caſtri Faſani, vt legitur in dictis litteris, ibi, *eſſendo quella Religione apparecchiata di riceuere detta viſita ne ricuſa tal ſorte di ſuperiorità,* & in Inſtrumento viſitationis, ibi, *fuit receptus à ProVicario presbyteris, &c.* & infra, ibi, *receptus fuit in ſuum Viſitatorem cum omni reuerentia, &c. Summ.primo Epiſcopi num.1. & 2.* & bene ponderant *Deciſiones æditæ coram R. P. D. meo Peutingerio.* Aſſerta autem contradictio de qua deponunt teſtes Religionis, *num.6.* emanauit in Viſitatione anni 1621. vt conſtat ex ſcripturis datis *in Summ.ibid. num.2.* Eſto itaque quod hęc ſecunda viſitatio dederit cauſam liti, ſuffragatur Epiſcopo alia pręcedens anni 1616. quæ licet vnica † ſatisfuit
19 ad acquirẽdam quaſi poſſeſſionem viſitandi, *Ripa in cap.cum Eccleſia Sutrina num. 91. de cauſ. poſſ.& propr.Roman.conſ.311. num.7. Oldrad.conſil.312.num.2. Dec.conſ.117.ſub num.2. verſ.quod autem quaſi poſſeſſio, Garz.de benef.part.5. capit.5. num.59.*

Non obſtant teſtes Religionis deponentes quod Vicarius Faſani exercet in hac Terra munia Epiſcopalia, quia ſatis eſt reſpondere quod non deponunt in ſpecie de viſitatione, ac iure viſitandi, cuius eſſe in quaſi poſſeſſione Epiſcopum Monopolitanum conſtat ex ſcripturis ſupra recenſitis, † quibus potiùs
20 ſtandum eſt, quam teſtibus, *l.cenſus ff.probat. gloſſ.in cap.tertio loco verb.teſtium eod. tit. Roman. conſ.319.num.1.Caſſan.conſ.16.num.1.Rot.dec.64. num.17.par.5.recent.* Et in hoc ſummarijſſimo poſſeſſorio inhærendum, tantummodò eſt
21 poſſeſſioni, † reiectis ad petitorium exceptionibus reſpicientibus Iuriſdictionem Religionis, ſiue eius Vicarij in hoc Caſtro, *Menoch.de retinen.remed.vltim.num.18.Rot.deciſ.641. num.8.par.1.diuerſ.deciſ.660.num.3.part.1.recent.* Præſertim quia prætenſa Iuriſdictio proba-
22 tur ſolum per teſtes, † qui non excludunt contrariam probationem ab Epiſcopo factã,

vel

vel faciendam per alios teſtes *Aegid.deciſ.624. num.2.Rot.deciſ.661. num.4. part.2.recent.* & in puncto quod ex hac ratione exceptio proba-
23 ta per teſtes † reſeruanda ſit in petitorio fuit dictum *in S. Marci Penſionis 30. Ianuarij* 1612. *coram bon.mem.Card.Sacrato impreſſ.apud March. tom.2.fol.487.num.8. in fin.& in Abulen.Penſionis 15.Decembris* 1610. *coram bon. mem. Pirouano in Cremonen.Penſionis 25. Februarij* 1622. *coram bo. mem. Vbaldo Seniori in Romana Penſionis 3. Iulij* 1645. *coram me.*

Igitur cum ritè, & rectè relaxatum fuerit, tum mandatum de manutenendo, tum ſententia declaratoria contra Terræ Faſani Gubernatorem, ſindicum, officiales, & Clericos, ibi nominatos, non poteſt illius effectus re-
24 tardari † ſub mendicato prætextu nullitatis, vel iniuſtitiæ, ſed aduerſarij debent parere mandatis Rotalibus, eoque magis perſonæ Eccleſiaſticæ quales ſunt Equites Hieroſoly-
25 mitani, & Clerici; † quæ præ cæteris tenentur Apoſtolicæ Iuriſdictioni obedientiam, & obſequium præſtare, vt ſequendo *text.in cap. memoriam 19. diſtinct. fuit dictum in Toletana Canonicatus 18.Iunij 1646.coram R.P.D. meo Otthobono, §.hic vero.*

Et ità deciſum vtraque parte primum deindè ſolo Epiſcopo Informante præuijs tamen pluribus citationibus contra aduerſarios.

MARSICEN. IVRISDICTIONIS.

Luna 18. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Sententia ſecunda lata contrà primam ea non reuocata ſubſtinetur, quando ſecundus Iudex pronunciauit tanquam in prima, nec in actis de prima ſententia fuit oppoſitū. Acta primi Iudicij non ſunt tranſportanda in ſecundo Iudicio omninò à primo diuerſo. Tranſactio inita à Prælato ſine beneplacito apoſtolico ſi eſt Eccleſiæ, & ſucceſſoribus præiudicialis poteſt ab ipſomet Prælato tranſigente nomine Eccleſiæ impugnari. Immemorabilis quaſi poſſeſſio exercendi actus iuriſdictionales in locis ſitis intrà fines Diœceſis, ex quibus contrà Epiſcopum probata non dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Validitas ſententiæ, ex quibus reſultet?*
2 *Sententia prima reuocanda eſt per ſecundam contrariam.*
3 *Limita non procedere, quando ſecundus Iudex pronunciauit, vt in prima.*
4 *Item nec procedere quando coram eo non fuit oppoſitum de prima ſententia.*
5 *Item limita non procedere quando appellationis cauſa à prima ſententia fuit commiſſa tanquam in prima, & ſecunda ſententia lata fuit ſuper nouo proceſſu, & probationibus deindè factis.*
6 *Acta primi iudicij tranſportanda ſunt, quamuis coram ſecundo Iudice cauſa pendeat per viam auocationis, declara nu.7.*
8 *Iudicium petitorium diuerſum eſt à poſſeſſorio.*
9 *Acta tranſportanda non ſunt in iudicio diuerſo.*
10 *Amplia quamuis acta alterius iudicij multum conferrent ad cauſam, de qua agitur.*
11 *Periurus audiri non debet in iudicio.*
12 *Nec obtinere poteſt ſententiam fauorabilem contrà formam iuramenti.*
13 *Tranſactio iurata ligat tranſigentem, vt non poſſit contrà eam venire, nec ſententiam obtinere quamuis fuerit abſolutus num.14.*
15 *Prælatus ſi tranſegit nomine Eccleſiæ non poteſt deinde nomine proprio tranſactioni contrauenire, ac agere.*
16 Deciſio 152. Buratti, *quo caſu intelligenda eſt?*
17 *Tranſactio inita à Prælato ſi caret confirmatione apoſtolica, & eſt Eccleſiæ præiudicialis non obligat.*
18 *Itaut valeat idem Prælatus nomine Eccleſiæ à tranſactione recedere, & ea non obſtante agere.*
19 *Præſertim ſi altera pars tranſactioni contrauenerit.*
20 *Prælatus quod obtinuerit ſententiam contra tranſactionem non expreſſo proprio nomine, ſed dignitatis; ex quibus verbis eliciatur?*
21 *Tranſactio inita à Prælato anteceſſore non ligat ſucceſſores.*
22 *Epiſcopus in locis ſitis intrà fines ſuæ Diœceſis habet intentionem fundatam ſuper omnimoda Iuriſdictione iuncto præſertim exercitio actuum iuriſdictionalium, de quibus infrà remiſſiuè, num. 33. & ſeqq.*
23 *Iuriſdictio competere poteſt inferiori ex immemorabili etiam in locis exiſtentibus intra fines Diœceſis Epiſcopi.*
24 *Nec talis immemorabilis ſublata fuit per* Sac.Cōcil. Tridentinum ſeſs.24.de reform. c.20
25 *Immemorabilis prætenſa ab inferiori contra Epiſcopum, quoad exercitium iuriſdictionis; ex quibus probetur? & ex quibus eliſa remaneat? numer.28. & 29.*
26 *Confeſſio Prælati concurrentibus adminiculis probat in præiudicium ſucceſſorum.*
27 *In tranſactione narrata aliunde iuſtificanda ſunt, quam ex aſſertione tranſigentium.*
28 *Confeſſio voluntaria Prælati non nocet Eccleſiæ.*
29 *Immemorabilis contra Epiſcopum habentem intentionem fundatam in exercenda iuriſdictione in ſua Diœceſi debet eſſe canonizata per tres ſententias conformes, nec ſufficit vnica.*
30 *Immemorabilis excluditur per actus contrarios.*
31 *Vniuerſalis iuriſdictio, vt conſeruata dicatur per Epiſcopum ſufficit minimum actum iuriſdictionis exercuiſſe.*
32 *Immemorabilis per vnicum actum interrumpitur.*
33 *Confirmatio electionis eſt actus iuriſdictionis.*
34 *Iura producta non poſſunt deinde à producente impugnari.*
35 *Solutio Cathedratici, quarta funeralium, ac decimarum arguit fauore Epiſcopi iuriſdictionem.*
36 *Iuriſdictio Epiſcopi in ſua Diœceſi probatur ex proceſſibus, ſententijs, præceptis, mandatis, atque edictis aditis contra ſubditos.*
37 *Extractio facta à Notario actuario lite pendente, & abſque partis citatione valida eſt.*

38 *Iuriſdictio Epiſcopi probatur ex deputatione Vicariorum Foraneorum in loco controuerſo, qui inibi Epiſcopi iuriſdictionem exercuerunt, tranſmittendo proceſſus ad Curiam Epiſcopalem.*
39 *Probatio facta ad coadiuuationem primæ non dicitur noua.*
40 *Teſtes in concurſu præualent, qui habent pro ſe iuris aſſiſtentiam.*
41 *Scripturæ nulliter compulſatæ probant concurrentibus adminiculis.*
42 *Præſertim quando in ſui facie apparent antiqua, & originales.*
43 *Sententia ob non interpoſitam appellationem tranſit in iudicatum.*
44 *Præſertim quando non conſtat de cauſis reſtitutionis in integrum aduerſus illam petita.*

DECISIO CCXC.

PRO Reuerendiſſimo Epiſcopo Marſici
de anno 1614. emanauit ſententia Rotalis coram bon. mem. Manzanedo Patriarcha Hieroſolymitano declarans Archipresbiterũ Terræ Saponariæ nullam habere Iuriſdictionem in d. Terra Saponariæ, ſed omnimodam iuriſdictionem in omnibus cauſis ciuilibus, criminalibus, mixtis, matrimonialibus, & & alijs quibuſcunque ſpectare ibidem ad Epiſcopum Marſicen. priuatiuè ad d. Archipresbyterum, cuius ſententiæ habentis om-
1 nia requiſita *in deciſ. Caputaq. 260. part. 2.* validitatem, & iuſtitiam impugnauit hodiè modernus Archipresbyter, ſed gratis.
Quo enim ad validitatem nil refert, quod in ſententia Rotali non fuerit reuocata alia
2 contraria † pro Archipresbytero lata de anno 1578. vt requirebatur, *l. 1. C. quan. prouoc. non eſt neceſſe, Caſſad. deciſ. 1. numer. 4. de ſequeſt. poſſ. Rot. deciſ. 188. num. 1. & ſeqq. par. 5. recent.* Quia ceſſat huiuſmodi neceſſitas, quando ſecundus
3 Iudex † pronunciat vt in prima *Gabr. conſ. 54. num. 8. lib. 1. Rot. deciſ. 161. num. 2. in fin. par. 1. rec.* neque coram eo fuit ex aduerſo oppoſitum
4 de † prima ſententia, *Gabr. d. conſ. 54. numer. 8. Oſaſc. dec. 1. num. 49. Rot. d. dec. 161. num. 2. & in Bononien. Legati de Mareſcottis 24. Nouembris 1627 coram Reuerendiſſimo D. meo Decano,* vt in caſu noſtro, in quo concurrit vlterius, quod cauſa in Rota fuit comiſſa tanquam in prima ad
5 inſtantiam † ipſius Archipresbyteri, quodque ſententia Rotalis fuit lata ſuper nouo proceſſu, & probationibus ab Archipresbytero factis in Rota, vndè ex vtroque hoc capite eo minus requirebatur reuocatio prioris ſententiæ, vt de primo *Felin. in cap. inter monaſterium nu. 20. de re iud.* & de ſecundo *Gabr. d. conſ. 54. ſub n. 8. verſ. tertiò lib. 1.*
Atque hinc tollitur etiam aliud obiectum ſeu defectus traſportationis actorum primi
6 iudicij, quæ traſportanda ſunt † quamuis coram ſecundo Iudice cauſa penderet per viam auocationis *in Guidopap. deciſ. 420. num. 2. Rot. in Placentina Decimarum 29. Nouembris 1632. coram bon. mem. Pironano.* Quia vt dicebatur cauſa non fuit commiſſa in Rota in gradu appella-
7 tionis à prima ſententia, † quæ imò per ipſum 30. & amplius annorum obdormiuerat, ſed ipſemet Archipresbyter, qui ab Epiſcopo moleſtabatur coram alijs Iudicibus in poſſeſſorio cauſam, præuia auocatione à quibuſcumque Iudicibus committi fecit Rotæ in petitorio tantũ tanquam in prima, adeò quod auocatio non cadit ſuper lite, in qua Archipresbyter reportauerat ſententiam fauorabilem de anno 1578. ſed ſuper alijs iudicijs poſſeſſorijs poſteà motis ex integro, quorum nec acta traſportari debuerunt in iudicio Rotali, cum illud introductum fuerit in prima inſtantia in petitorio tantum, vt fuit deciſum *in Zamoren. Iurium Parrochialium 23. May 1644. coram R. P. D. meo Peutingerio,* ea ratione,
8 quia iudicium petitorium † eſt diuerſum à
9 poſſeſſorio, nec fit traſportatio actorum † in diuerſo iudicio, *Rot. deciſ. vltimum. 24. par. 4. to. 3. recent. deciſ. 413. num. 1. coram bon. memor. Buratt. deciſ. 70. nu. 4. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. dec. 300. num. 1. coram ſan. mem. Greg. XV.* etiamſi acta
10 alterius † iudicii multum conferrent ad cauſam, de qua agitur *Gratian. diſcep. 121. num. 16. & 17. Rot. deciſ. 55. numer. 2. coram ſan. memor. Gregor. XV.*
Pariter non vrget, quod Epiſcopus Pariſius ad cuius fauorem emanauit ſententia Rotalis eſſet periurus quippe petendo declarari ſibi ſoli competere iuriſdictionem in Terræ Saponariæ contrauenit tranſactioni iuratæ initæ de anno 1604. cum Archipresbytero, per quam eidem Archipresbytero concedebatur iuriſdictio ciuilis, criminalis, & mixta cumulatiuè cum Epiſcopo, vndè infertur, quod idem Epiſcopus Pariſius tanquam periurus
11 non debebat audiri *gloſſ. in cap. paruuli verb. cauſam. 22. quæſt. 5. Alex. in l. ſi quis maior num. 15. C. tranſact. Butr. in c. intelleximus num. 25. in fin. de iudic. Hond. conſ. 18. num. 5. libr. 1.* eoque minus
12 obtinere ſententiam fauorabilem † contra formam eius iuramenti, & tranſactionis, quæ
13 ſine dubio † ipſum tranſigentem, & iurantem ligabat, *cap. veniens vbi Abb. nu. 1. verſ. item nota il primo de tranſact. Ceſ. de Graſſ. dec. 1. num. 6. & deciſ. 2. num. 2. de iure iur.* itaut neque ſucceſſoribus in Epiſcopatu d. ſententia ſuffragari poſſit, quamuis Epiſcopus Pariſius abſolutionẽ
14 à iuramento obtinuiſſet, † vt in puncto huius tranſactionis fuit deciſum *coram bon. mem. Buratt. deciſ. 152. num. 2. & ſeqq.*
Nam periurii incurſum preuenit dicta abſolutio, & licet tranſactio obſtaret Epiſcopo
15 Pariſio quominus nomine proprio † poſſet contrauenire, & agere, in quibus terminis in-
16 telligenda † eſt *deciſ. 152. Buratti* mox allega-
17 ta, quia tamen eadem tranſactio † carebat confirmatione Apoſtolica & erat præiudicialis Eccleſiæ Marſicenſi, quam propterea non obligabat, *c. veniens de tranſact.* vtique potuit idem Pariſius nomine Eccleſiæ à tranſa-
18 ctione recedere, † & ea non obſtante iudicialiter hoc nomine obtinere. *Bald. in l. iubemus [illegible] C. ſacroſ. Eccleſ. Caputaq. deciſ. 18 [illegible] Seraph. deciſ. 417. num. 3. Rot. deciſ. 78. num. 1. & ſeqq. deciſ. 139. num. 28. par. 6. recent. deciſ. 84. num. 8. deciſ. 294. num. [illegible] par. 7.* &
magis.

magis, quia ipſe Archipresbyter prius con-
19 traueuerat † committendo cauſam in petitorio ſuper omnimoda iuriſdictione *l. cum proponas la ſeconda C.pact.cap.peruenit il ſecondo de iuriur Decius conſ.* 380. *num.*2. & Epiſcopum Pariſium obtinuiſſe nomine Eccleſię apparet, quia in ſententia Rotali non fuit eius nomen
20 proprium expreſſum, † ſed dignitatis tantum ibi *omnimodam iuriſdictionem &c. ſpectare ad Dominum Epiſcopum Marſicenſem priuatiuè &c.* vt in puncto tradit, *Gonz.ſuper reg.8.gloſſ.*12.*num.*72. ex probat *tex.in cap.quoniam Abbas ibique gloſſ. verb.ſubſtitutum Panor.nu.*4.*Bero.num.*91.*&* 106. *de offic.deleg.Bart.in l. quod principi in fin. ff. leg.*2. *Mant.de coniect.lib.*8.*tit.*17. *num.*2. facit *Grat. diſcep.*248.*num.*38. Igitur ſententia profuit Eccleſiæ etiam in vita Epiſcopi Pariſij, & eodem nomine prodeſt facilius Epiſcopis ſuc-
21 ceſſoribus, quos † tranſactio nullatenus ligat, *Abb.conſ.*56.*num.*2.*lib.*1.*Feder.de ſen.conſ.*94 *per tot add.ad Greg.XV.deciſ.*152. *num.*3. *Grat. in* terminis tranſactionis inter duas Eccleſias *diſcep.*674.*num.*1.*& ſeqq.*

Quo verò ad iuſtitiam ſententiæ Rotalis informantes pro Archipresbytero non negãt Terram Saponariæ eſſe intra fines Diœceſis Marſicenſis, quod abundè comprobatum fuit *deciſ.*578.*per tot.coram bon.mem. Buratto*, & ſufficeret Epiſcopo ad fundandam ſuam in-
22 tentionem † ſuper omnimoda iuriſdictione *cap.cum perſonæ* 7.*in fin.de priuileg.in* 6.*cap.conſtitutus de relig.domib.cap.conquerente* 16. *de offic. ordin.cap.cum Epiſcopus eod. tit. in* 6. *cum* aliis allegatis *in Brixinien.Iuriſdictionis* 11. *Aprilis* 1639. *coram R.P.D.Carillo*, iuncto præſertim exercitio plurium actuum iuriſditionalium, de quibus infra, ſed nituntur conſuetudini im-
23 memorabili,† per quam inferiori acquiritur iuriſdictio etiam in loco exiſtente intra fines
24 Diœceſis alterius Epiſcopi,† nec ſublata fuit *per Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.* 24. *de reform.cap.*20. vt ſæpè declaraſſe ſacram Congregationem Concilij Interpetrum refert, *Gonz. ſuper reg.*8.*gloſſ.*33. *Barboſ. in collect. ad d. cap.*20.*num.*85.*Grat.diſcep.*492.*num.*6. *Buratt.de-*
25 *ciſ.*278.*in princ.* eamque probatam † aſſerunt ex Summario proceſſus anno 1578. fabricati in Curia Marſicenſi facto à Procuratore Epiſcopi Summ.Archipreſ.num.15. ex voto bo. mem.Orani Sacræ Rotæ Auditoris teſtantis immemorabilem fuiſſe probatam Summar. ibid.num.2.ex ſententia lata de d. anno 1578. ab eodem Pariſio, qui tunc temporis Vicarij generalis munere fungebatur, & ſubſcripta ab Epiſcopo Marſici tunc viuente Summar. ibid.num.1. ex relatione Marſilij Columnæ Archipresbyteri Salernitani, & Cardinalis Sanſeuerini, qui teſtantur vidiſſe proceſſus cauſarum cognitarum ab Archipresbytero Saponariæ d.Summ.nu.18. & 19. & licet ijdẽ proceſſus atque acta fabricata in Curia Marſicenſi de anno 1578.hodiè non exhibeantur; tamen cum ſint deperdita, & quod magis eſt culpa Epiſcopi anteceſſoris, prædictæ atteſtationes geminatæ tam inſignium virorum, videntur ſatis probare immemorabilem in-

odium Epiſcoporum, *Felin. in cap. accepimus numer.*13. *& ſeqq.de fid. inſtr.* alijque allegati *à Mant.deciſ.*251.*num.*9.accedente maximè confeſſione Epiſcopi Pariſij in iſtrumento ſuprà memoratæ tranſactionis emiſſa Summ. ibid. numer.16. quæ concurrentibus adminiculis
26 probat † etiam in præiudicium ſucceſſorum, *Mant.deciſ.*39.*num.*1.*Gregor.XV.dec.*506. *num.*3. *&* 4. necnon Teſtibus ſuper immemorabili pro Archipresbytero examinatis.

Verum (omiſſis Teſtibus examinatis, vt dicitur in Curia Marſicenſi de anno 1578. quorum depoſitiones non exibentur, & vt infrà dicam attendi non debent) alij examinati in Rota coram bon. mem. Manzanedo immemorabilem non probant, vt pluribus comprobat *deciſ.*248.*per tot.par.* 2.*recent.* Confeſſio Epiſcopi Pariſij in tranſactione nil facit
27 quia narrata in tranſactione † aliunde iuſtificanda ſunt, quam ex aſſertione tranſigentiũ, *Pariſ.conſ.*12.*num.*33.*& ſeqq.lib.*2. *Dec.conſ.*351. *ſub num.*3.*verſ.et non ſtatur Aym.conſ.*175.*num.*4. *Grat.conſ.*133.*num.*2.*lib.*2. *Rot. deciſ.*28. *num.* 13. *par.* 4. *to.*2. *rec.* & confeſſio voluntaria Prælati
28 Eccleſiæ † non nocet *gloſſ. in cap.* 2. *verb. conuentum de teſtib.in* 6.*Grat. diſcep.*796. *num.*6. *Seraph.dec.*1278.*num.*3.*Rot.deciſ.*334.*num.*2.*part.*1. *recent.* & in ſpecie fuit dictum *in Aprutina Iuriſdictionis* 8.*Aprilis* 1639.*coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, neque uis fieri poteſt in adminiculis cum contraria, de quibus infrà concurrant relationes Archiepiſcopi Salernitani, & Cardinalis Sanſeuerini, necnon votum Orani ſunt actus merè extraiudiciales, & in eodẽ voto Oranus cenſuit reſpondendum eſſe pro Epiſcopo ſi probetur (prout probatur) ipſum aliquando cognouiſſe cauſas Clericorum, vt legitur in Summ. poſitionis ſub die 28. Ianuarij 1644.num.35.neque Congregatio ſuper negocijs Epiſcoporum poſt dd.relationes & votum decreuit diffinitiuè Iuriſdictionem competere Archipresbytero priuatiuè ad Epiſcopum, ſed ſolum per modum prouiſionis dixit competere vtrique cumulatiuè, vt legitur in Summ.Epiſcopi dato in reſponſionibus num.2. & ſucceſſiuè de anno 1601. Sacra Congregatio Concilij reſpondit ad Epiſcopum Marſicenſem ſpectare priuatiuè iuriſdictionem donec Archipresbyter plenè probet immemorabilem Sum.ibid.nu.3.

Tandem ſententia lata, vt ſuprà de anno 1578.non eſt lata ſuper prætenſa immemorabili, de qua nihil in ea; & ad fundandam intentionem contrà Epiſcopum, non ſufficit vnica ſententia; ſed requiritur, quod immemorabilis ſit canonizata per tres conformes,
29 vt † declaraſſe *Sacram Congregationem Concilij* refert *Barboſ.in collect.ad concil.ſeſſ.*24.*de reform. cap.*20.*ſub num.*91. *Rot.dec.*491. *num.*11. *part.*1. *recent.deciſ.*248.*num.*1.*par.*2.*deciſ.*126.*ſub num.*2. *par.*4.*rec. & in Aprutina Iuriſdictionis* 18. *Martij* 1637.*&* 8.*Aprilis* 1639. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, Et quod dicitur immemorabilẽ fuiſſe comprobatam per examen 22. Teſtium & proceſſus tunc exhibitos; & omnia acta fuiſſe per Epiſcopum anteceſſorem occultata

nullibi iuſtificatur, imò contrarium firmant
deciſiones hactenus æditæ in hac cauſam co-
ram me, in quibus etiam ponderatur, quod ſi
ex dictis actis, & Teſtibus probata fuiſſet im-
memorabilis, Archipresbyter ad eam pro-
bandam non dediſſet nouos articulos, nec
nouos Teſtes cum impendio non modico
examinari feciſſet in Rota, vbi deindè cauſam
vt ſupra introduxerat, & non dum sõniauerat
acta eſſe deperdita facto Epiſcopi. Omniſq;
penitus difficultas ceſſat, quia Epiſcopus pro-
bat plurimos actus iuriſdictionales ab Epi-
ſcopis pro tempore exercitos in Terra Sapo-
nariæ, vel immediatè, vel per Archipresby-
teros Saponariæ tanquam Vicarios Foraneos
ab illis deputatos, ex quibus euertitur pror-
30 ſus aſſerta immemorabilis † contraria *Greg.
XV. deciſ. 51. numer. 3. & 4. vbi add. litt. B. allegat.
concord. Rot. in puncto deciſ. 248. num. 7. par. 2. recent.*
cum pro conſeruatione vniuerſalis iuriſdi-
31 ctionis † ſufficiat Epiſcopo etiam minimum
actum exercuiſſe, vt in terminis dixit *Rot. co-
ram Buratto deciſ. 912. num. 8. & in Adrien. Iuriſ-
dictionis 27. Iunij 1622. coram bon. memor. Pirouano*
quæ eſt *deciſ. 310. nu. 9. poſt tract. Moder. de manu-
ten. & in d. Aprutina Iuriſdictionis 18. Martij 1637.
32 coram D. meo Decano,* & vnicus actus † imme-
morabilem interrumpat, *Scrader. de feud. p. 10.
ſect. 20. nu. 157. Bero. conſ. 5. num. 23. lib. 1. add. ad
Gregor. XV. deciſ. 162. nu. 15.*

Probat inquam Epiſcopus fuiſſe ab Epi-
ſcopis pro tempore confirmatas electiones
33 Archipresbyteri † factas à Capitulo Colle-
giatæ eiuſdem Terræ, qui eſt actus iuriſdi-
ctionis, *cap. ex frequentibus de inſtit. Lotther. de re
benef. lib. 2. quæſt. 18. num. 2. & 3. Seraph. deciſ. 637.
num. 1. Buratt. in his terminis deciſ. 578. num. 8. & 9.*
vt conſtat ex relatione Archiepiſcopi Saler-
nitani Summar. Epiſcopi num. 3. quæ cum
34 fuerit exaduerſo producta † coram Manza-
nedo impugnari non valet, *Aym. conſ. 201. n. 5.
Caputaq. deciſ. 188. numer. 4. par. 1. Mant. deciſ. 75.
num. 1. & ſeqq.* item Epiſcopos concordaſſe cũ
Clero Saponariæ ſuper ſolutione Catthedra-
35 tici, & caritatiui ſubſidij, † atque ſuper quar-
ta funeralium, & decimis Summ. ibid. nu. 13.
quod in terminis ponderat, *Buratt. d. deciſ. 578.
num. 10.* item exhibet plurima acta iudicaria,
36 & ſententias latas in prima inſtantia † inter
homines Terræ Saponariæ, necnon præcepta,
& mandata atque Edicta ab Epiſcopis ędita in
eadem Terra, etiam contrà ipſos Archipre-
sbyteros *Summ. ibid. num. 12. num. 14. & ſeqq. & in
Summ. iurium per tot.* quæ ſanè ad iuriſdictionẽ
pertinent *l. imperium ff. iuriſd. omn. iudic. Dec. conſ.
694. num. 12. Rota deciſ. 325. n. 19. coram Greg. XV.
deciſ. 368. num. 9. par. 4. tom. 2. recent.*

Inſuper exhibitus fuit proceſſus fabricatus
in Curia Neapolitana ſuper condemnatione
hominum Terræ Saponariæ ad ſoluendas de-
cimas de omnibus fructibus Epiſcopo Marſi-
ſici *d. Summ. Iurium in fin.* qui proceſſus cum ſit
originalis, & datus ab actuario dictæ Curiæ
37 probat licet extractus lite pendente abſque
citatione, *Bart. in auth. ſi quis in aliquo in ſecunda
oppoſit. C. eden. & ibid. Iaſ. num. 3. Dec. nu. 15. Cocc.
deciſ. 404. num. 4. Greg. XV. deciſ. 59. num. 4.* & ac-
cedunt plures Teſtes examinati, nempè duo
ad inſtantiam Archipresbyteri coram A. C.
de anno 1590. Sum. Epiſcopi num. 1. alij plu-
res coram bon. mem. Manzanedo deponentes
quod Epiſcopi præſentes, & pręteriti depu-
tarunt in Terra Saponariæ Vicarios Foraneos
38 qui † Epiſcoporum nomine iuriſdictionem
ibi exercebant, coercebant Presbyteros, &
laicos, & proceſſus ad Curiam Marſici re-
mittebant Summ. Epiſcopi num. 4. & ſeqq.
quodque Epiſcopi proceſſerunt contrà A-
chipresbyteros in iuriſdictione nomine pro-
prio ſe intromittentes, vt ponderat *deciſ. 248.
ſub num. 6. verſ. facit etiam par. 2. recent.* necnon
alij coram me examinati affirmantes Epiſco-
pos tam antè annum 1580. quam poſtea fe-
ciſſe in Terra Saponariæ proceſſus ciuiles, &
criminales, Moniales velaſſe, viſitaſſe Eccle-
ſias, alioſque actus iuriſdictionis exercuiſſe,
Summ. ibid. nu. 8. & 9. & Archipresbyteros
Terræ Saponariæ iuriſdictionem exercuiſſe
tanquam Vicarios Epiſcoporum, & non tan-
quam Archipresbyteros Sum. ibid. num. 10.
Ex quibus Teſtibus, & iuribus quamuis nu-
per examinatis, & compulſatis ad coadiuuan-
das probationes factas coram Manzanedo ſen-
tentiæ Rotalis iuſtitia magis elucet, cum pro-
39 batio facta † ad coadiuuationem primæ non
dicatur noua, & sẽper attendatur; *Ceſ. de Graſs.
deciſ. 20. num. 11. de probat. Rot. deciſ. 272. nu. 6. co-
ram Greg. XV. deciſ. 19. num. 7. & 8. part. 7. recent. &
in Cæſaraugustana Canonicatus 12. Februarij 1638.
coram bon. mem. Buccabella,* magiſque ſit ſtandũ
iuribus, ac Teſtibus deponentibus pro Epi-
40 ſcopo quia habent pro ſe iuris † aſſiſtentiam,
quam pro Archipresbytero, vt in his termi-
nis admittit *Innoc. in cap. auditis ſub num. 4. verſ.
hinc colligunt, & in verſ. præferentur de præſcr.*
quem ſecuta eſt, *Rot. in recent. deciſ. 560. num. 1.
ad fin. par. 3. & in d. Aprutina Iuriſdictionis 18.
Martij 1637. coram Reuerendiſſimo Decano §. non
obſtant Teſtes.*

Non obſtat, quod iura pro Epiſcopo com-
pulſata de anno 1641. nulliter compulſata fue-
rint, quia adſunt alia iura compulſata in Ter-
ra Saponariæ vigore ſecundæ compulſatoriæ
Summar. Epiſcopi num. 11. & ſeqq. hiſque
concurrentibus, necnon tot Teſtibus, & pro-
ceſſu originali ſupra memorato alijſque pon-
41 deratis *in deciſ. 578. Buratti*; vtique probant †
etiam ſcripturæ nulliter compulſatæ, *Caputaq.
deciſ. 234. num. 2. par. 1. Rot. deciſ. 98. num. 2. part. 1.
deciſ. 418. num. 5. par. 2. deciſ. 723. num. 7. & 8. par. 4.
tom. 3. recent.* præſertim cum ſcripturæ ſint
42 quamplurimæ, & in ſui facie † appareant an-
tiquæ, & originales, *Rot. deciſ. 470. nu. 5. part. 4.
deciſ. 341. nu. 4. p. 5. recent.*

Cum igitur non coſtet de nullitate, vel
iniuſtitia ſententiæ Rotalis ſequitur, quod il-
43 la ob non interpoſitam appellationem † tran-
ſierit in iudicatum, *cap. Romana §. ſi verò de ap-
pellat. in 6. cap. quoad conſultationem de ſent. & re
iudic. Auth. hodie C. appellat.* neque conſtet de
44 cauſis reſtitutionis in integrum † aduerſus
illam petitæ, *Mohed. dec. 2. de appellat. Rot. dec. 1*

de

de reſt. in integ. in nou. deciſ. 590. numer. 1. par. 5. recent. deciſ. 94. num. 2. coram Reuerendiſs. Vrgellen.

Prout Domini cenſuerunt vtraque Parte informante.

ROMANA PERMVTATIONIS.

Mercurij 20. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Periti licet in ſumma non conueniant circà quantitatem, dicuntur tamen concordes in ſumma minori, quia in maiori ſumma ineſt minor. Aeſtimatio rei per Peritos, de quo tempore facienda eſt? Valor inſpici debet de tempore euictionis, vel in quod executio contractus confertur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniuſta nunquam tranſit in iudicatum.*
2 *Obligatio de adimplendo alias ad omnia damna &c. adimplemento non ſequuto operatur, vt ſtatim cõmiſſa dicatur ſtipulatio in eum caſum concepta.*
3 *Aqua iuxtà naturalem curſum modo fluere modo diſinere ſolet.*
4 *In materia aquarum partium conuentionibus ſtandum eſt.*
5 *Teſtes examinati inter alias perſonas, & in diuerſo iudicio probant indiſtinctè quando ſunt adminiculati.*
6 *Appellans à relatione periti taxatiuè in aliqua parte tantum, reliquis d. relatione contentis conſentiſſe videtur.*
7 *Confeſſio Iudicialis etiam inter alios emiſſa probat contra confitentem.*
8 *Periti ſi diſcordant in quantitate dicuntur tamen concordens in ſumma minori, quia in maiori ſumma ineſt minor.*
9 *Relationi periti à Iudice electi ſtandum eſt, quamuis ab alijs diſcordet.*
10 *Aeſtimatio valoris rei facienda eſt per Peritos de tempore contractus.*
11 *Fieri tamen poteſt etiam poſt contractum, quando ſtatus rei non eſt mutatus.*
12 *Euicta quodammodo res dicitur, ſi illius vſus impeditur.*
13 *Valor rei inſpiciendus eſt de tempore euictionis.*
14 *Contractus permutationis ſi tranſit ex conuentione partium in caſu euictionis in venditionem, tunc valor rei attendi debet de tempore euictionis, in quod venditio collata fuit.*
15 *Valor non eſt attendendus de tempore conuentionis, ſed de tempore, in quod confertur executio contractus.*
16 *Beneplacitum apoſtolicum præſumitur per lapſum triginta annorum cum obſeruantia.*
17 *Ad damna, & intereſſe tenetur, qui pacta promiſſa non adimpleuit.*
18 *Electio eſt creditoris agendi ad vnum, vel ad alterum, quando duo copulatiue ei fuerunt promiſſa.*

DECISIO CCXCI.

PERMVTATIONIS titulo Reuerendi Monaci Oliuetani de Vrbe tradiderunt bon. mem. Cardinali Lanfranco Margotto duas petias vineæ, ſeù Arboreti propè eorum Monaſterium exiſtentes, & vice verſa receperunt ab eodem Cardinali mediam vnciam aquæ ex bottino ſito in Viridario Cardinalis proximo fontibus d. Monaſterij; quam aquæ quantitatem idem Cardinalis promiſit ſemper manutere, & in euentum, in quem ea in totum, ſeù in partem deficeret ex quauis cauſa, voluit teneri ad ſoluendum Monacis prætium dictorum duorum petiorum terreni permutati, necnon ad omnia damna, & intereſſe.

Hinc ob deficientiam aquæ, Monaci egerunt contrà Laurentium d. Cardinalis heredem, tum ad prætium prædicti terreni tum ad damna, & ſententias modo fauorabiles, modo contrarias reportarunt, nempè pro ſe in prima, & tertia inſtantia, & contra ſe in ſecunda, & in quarta, cumque hęc vltima ſententia in iudicatum lapſa prætenderetur, hodie in quinta inſtantia dubitaui an conſtet de re iudicata, quæ veniat exequenda, & negatiuè fuit reſolutum ob eiuſdem ſententiæ
1 iniuſtitiam, quæ † rem iudicatam excludit, *Seraph. deciſ. 1123. num. 3. Caualer. deciſ. 000. nu. 7.* cum alijs allegatis *ab adden. ad ſan. me. Greg. XV. deciſ. 1. nu. 6.* ſiquidem debuit Laurentius condemnari ad ſolutionem ſcut. 550. pro prætio terreni, & aliorum ſcutorum 150. pro damnis, & intereſſe cum pro vtroque ob deficiẽtiam quantitatis aquæ promiſſæ commiſſa
2 fuerit ſtipulatio † in eum caſum concepta iuxtà *tex. in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. verb. oblig. l. fenerator verſ. ſi nauis ff. naut. fenor. Caſtr. in l. in naui num. 4.* ibi *quando ſiculum euenit ff. locat. Rot. deciſ. 479. num. 1. & 2. apud Cinc. de cenſib. & in recent. dec. 246. num. 1. par. 6.* neque promiſſor excuſari poſſit, ex quo aqua iuxta naturalem
3 curſum modo fluere † modo deſinere ſoleat vt per *Bimium conſ. 97. num. 46.* quia in caſu, quo conſulit Bimius fuerat promiſſa aquæ defenſio iuxtà ſolitum, at in noſtro verbis expreſſis conuentum fuit, quod promiſſor excuſare ſe non valeat eo quod aqua forſan diminuiſſet, aut alio quocunque prætextu, & in ma-
4 teria aquarum † ſtandum eſt conuentionibus *Menoch. conſ. 226 num. 125. Burſatt. conſ. 156. n. 45. Rauden. conſ. 12. nu. 35. lib. 2. Schanard. conſ. 74. n. 37 Theſaur. deciſ. 245. n. 6.*

Deficientia verò aquæ ſatis probatur tum ex duobus teſtibus datis in Summ. Monacorum num. 2. deponentibus de viſu aqam nedum defeciſſe in magna quantitate, ſed multoties fontes Monacorum ea penitus carere, idque non vitio aqueductuum Monacorum, qui imò inſteterunt, quod viridarius Cardinalis aquam fluere permitteret, ſed ille reſpondit, *che non ci era acqua*, & quamuis d. Teſtes examinati fuerint inter alias perſonas, quia ta-
5 men adminiculantur † ex infrà dicendis vtique probant etiam contra Laurentium, *Felin.* *in*

*in cap.cauſam, quæ il primo num. 19. de teſtib. Rot.
Rot.deciſ.237.ſub num.3. par.1. recent. deciſ. 252.
num. 5. verſ. præſertim coram ſan.mem. Greg.XV.
deciſ.225.n.11.par.6.rec.*

Tum ex conſenſu præſtito à Laurentio,
quod eligerentur Periti ad æſtimandum præ-
tium Terreni,& damna paſſa ob aquę deficiē-
tiam, nam ſi aqua non defeciſſet non erat lo-
cus peritorum electioni. Tum ex relatione
per eoſdem peritos facta; & ſignanter tertij
periti, ibi, *per la mancanza dell'acqua permuta-
tali* Summ.Monacorum num. 4. animaduer-
tendo præſertim, quod Laurentius à d. rela-
tione tertij periti, ac decreto Iudicis iuxtà
eam amanato appellauit taxatiuè in ea parte
tantum, in qua peritus liquidauit valorem
terreni in ſcut. 550.vt in Summ. reſponſionis
pro monacis num. 2. vndè reliquis in d. rela-
6 tione contentis † conſenſiſſe videtur *l.ab eo C.
quom.& quan.iud.cà ſollicitudinem de appellat.Rot.
deciſ.380.ſub num.9.par.1.recent.* tum quia ex
proteſtationibus ab ipſo Laurentio ter atque
iterum iudicialiter factis contra Dominos de
Pijs vti hæredes bon.mem.Cardinalis Pij cui
ille viridarium vendiderat, in quibus Lau-
rentius ingenuè, & purè fatetur aquæ defi-
cientiam, eamque tribuit non negligentiæ
Monacorum, ſed culpæ eorumdem de Pijs;
quia aquam Monacis debitam denegarunt
Summ. Monacorum num. 3. idemque faſſus
fuit procurator Laurentij in poſitionibus ibi,
*Qualmente detto Sig. or Cardinal Pio hà fatta mu-
tar la fiſtola del condotto dell'acqua di dd. Monaci*,
Summ.reſponſionis Monacorum num. 3. in
in fin. & confeſſionem ratificauit idem Lau-
rentius ſpecificando ſucceſſiuè materias in
articulis & poſitionibus pro eius parte in actis
datas, & iurando deſuper de calumnia Sum.
ibid. nu.3. Hæ autem confeſſiones quamuis
emiſſæ contrà Dominos de Pijs, quia iudicia-
les ſunt, & cohærent iudicio præſenti à Mo-
7 nicis introducto plenè probant † etiam ad fa-
uorem Monacorum, *Dec.in l.2.nu.62. C.edend.
Aegid.dec. 3.Guidopap.dec.254.in princ. Surd. deciſ.
325.num.12.Caputaq.deciſ.210.num.6. par.2. Rot.
in Boianen.Penſionis 27.Octobris 1600.coram Penia
impreſſ. apud March. de comiſſ. par.1. fol.617. ſub
num.3.*

Quod autem valor terreni aſcendat ad ſcu-
ta 550. & damnorum ad ſcuta 150.conſtat ex
relatione tertij periti à Iudice electi, cui
obijci non poteſt quod non concordet cum
aliqua ex relationibus aliorum peritorum
electorum à partibus, quià imò adheret re-
lationi periti Monacorum tam in æſtimatio-
ne damnorum cum vterque æſtimauerit in
ſcutis 150. quam in prætio terreni cum enim
peritus electus pro Monacis illud liquidaue-
rit in ſcutis 700.& tertius in ſcutis 550.dicun-
8 tur concordes † in hac minori ſumma, quia
ineſt in maiori, *l.diem proferre §.ſi plures & ibi
gloſſ.verb.conſenſerunt ff.recept.arbitr.l.1.§.ſi ſtipu-
lanti ff.verb.obligat.* cum pluribus ibi citatis ab
*Gotfred.Salyc.in l.rem maioris nu.28. & ſeqq.Cod.
reſcin.vendit. Alex.conſ.64.num.9.lib.2.Grat.diſcep.
137.num.5.& 6.Rot.dec.111.num.2. par.7. recent.
& in Romana Saluiani interdicti 10.Ianuarij 1618.
coram Vbaldo ſeniori impreſſ.penès March. de com-
miſſ.tom.1.fol.159.num.2.in Romana Conſignationis
ſequeſtri 22.Maij 1620.coram Sanctiſſimo D.N.In-
nocentio X.* Præter quod agitur de relatione
9 periti à Iudice electi, † cui ſtatur quamuis ab
alijs diſcordet, *Gabr.de arbitr. concluſ. ſub prima
num.1.& 4.Surd.conſ.452.num.59.& ſeqq. Rot. in
Romana redditionis rationis 5. Martij 1646. coram
R.P.D.meo Peutingerio.*

Minus obijci poteſt quod tertius peri-
tus non ęſtimauerit terrenum iuxtà valo-
10 rem currentem † de tempore contractus; vt
debuit *l. bonitatis l.ex mille ff. euict.* quia non
conſtat poſt contractum fuiſſe mutatum
11 ſtatum terreni, cuiuſque æſtimatio petitur,
ex quo moderuus poſſeſſor viridarij aquę eu-
12 ſum denegando illam euiciſſe † videtur, vt
per *Anchar.in cap.querelam ſub num.6.verſ. quan-
doque denegat de elect.Hoſtien.ibid.num.14.Ferrett.
conſ.204.num.3.Rot in Romana Saluiani 30.Ianua-
rij 1645.coram me,* & ſic in æſtimatione veniat
etiam id quod intereſt euictionem paſſi, benè
fecit peritus æſtimando terrenum iuxtà va-
lorem temporis præſentis, tum quia inſpi-
13 ciendus eſt † valor de tempore euictionis,
*l.euicta re la 2.ff.euict.l.ſi Titius la prima verſ. non
autem ff.act.empt.Odofred.in d.l.bonitatis in fin.verſ.
ſed ſi ageretur ff.euict.Vinc.de Franch.deciſ.297.ſub
num.1.Surd.conſ.52.num.50.Rot.deciſ.378.ſub n.2.
par.4.diuerſ.dec.227.num.1.deciſ.381.nu.17.par.4.
tom.2.recent. & in Bononien. Prædij 13. Febrarij
1640.coram R.P.D.meo Ghiſilerio*, tum etiam,
quia de tempore præſenti incepit contractus
venditionis terreni; antequam enim aqua
euinceretur, ſeù diminueretur non poſſide-
batur exaduerſo terrenum titulo venditionis
ſed permutationis: venditio verò collata fuit
14 in tempus † euictionis, ſeù diminutionis
aquæ; in quod partes conuenerant, quod ter-
renum æſtimaretur, & præcium ſolueretur,
*ad tex.in §.prætium Inſt empt.& vendit.l.quod ſæpe
§.1.ff.contrb.empt.l.fin.C.eod.tit.bene Surd.conſ.52.
ſub num.51. in fin.verſ.et ex hoc infertur, & n. 52.*
nec debet attendi valor currens de tempore
15 conuentionis, † ſed temporis futuri, in quod
confertur executio contractus, vt poſt *Panom.
Alex.* & alios ibi allegatos tradit *Arr. Pinell.in
l.2.par.3.cap.4.numer.16.Cod.reſcind.vend.Surd.d.
conſ.52.num.49.*facit *Bald.in l.1. nu.30. C. Com-
mun.de legat.*

Non obſtat nullitas contractus ex defectu
beneplaciti Apoſtolici, nam per lapſum tri-
16 ginta annorum†cum obſeruantia contractus
illud præſumitur obtentum, *Seraph.dec. 1042.
num 2.& 3.& deciſ.1228.n.1.Rot.in recent.dec.21.
num.9.par.4.tom.2.deciſ.191.num.9.deciſ.277.n.5.
par.5.deciſ.32.num.3.par.6.* Et aduerſarius, qui
ſub obligatione camerali in ſe aſſumpſit
onus impetrandi, & totaliter expediendi be-
neplacitum ſuis ſumptibus, niſi impetraſſet
allegaret propriam turpitudinem; & ob pa-
17 cta non impleta † teneretur ad damna, & in-
tereſſe, & ſic ad prætium, & æſtimationem
terreni venditi *l. ſi controuerſia l. cum ſucceſſores
C.euict.Ruin.conſ.141.nu.9.in fin.lib.1.*

Tan-

Tandem non obſtat, quod Cardinalis Lanfrancus ſe obligauerit in euentum defectus aquæ illam manutenere, & caſu quo Monaci totam aquam habere non poſſent teneri voluerit ad præcium terreni; vnde infertur, quod prius cõtra Laurentium Cardinalis hæredem debebat agi pro manutentione eiuſdẽ aquæ ad effectum, vt poſſet dici purificata conditio impoſſibilitatis habendi aquam ſub qua promiſſum fuerat prętium terreni. Quia Cardinalis & manutentionem aquæ & prætiũ terreni æquè principaliter promiſit, in euentum in quem aqua diminueretur, & illam Monaci in quantitate promiſſa habere non poſſent, prout non poſſe conſtat ex teſtibus, & alijs ſupra ponderatis: cumque vtrumque
18 copulatiuè ſit promiſſum† fauore Monachorum ad illos ſpectat electio agendi ad vnum vel alterum, *Purpur. conſ. 287. num. 1. Aſin. de execut. §. 7. cap. 267. num. 5. Caldas de nominat. Emphiteh. quæſt. 10. numer. 53. lib. 2. Cancer. var. reſolut. tom. 2. cap. 6. numer. 98. Monter. deciſ. Aragoniæ 48. num. 14.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ANCONITANA BONORVM.

Lunæ 25. Februarij 1647.

ARGVMENTVM.

Bona dotalia marito data æſtimata in eius dominium tranſeunt; itáut ſi illorum conſumptio contingat, cedat illius damno non mulieris, & in caſu reſtitutionis maritus tenetur ad illorum æſtimationẽ; ſi non extant ſi vero extant poteſt in illis dotem reſtituere pro eodemmet prætio, quo fuerunt æſtimata, ſi ita inter partes ſit conuentum. Onus dotandi filiam ſpectat ad matrem ſtante inopia patris debet tamen de inopia conſtare, alias mater dotare non tenetur Filius poteſt in præiudiciũ creditorum non acceptare legitimam, ſibi debitam in bonis patris, & quare?

SVMMARIVM.

1 *Mobilia in dotem ſi fuerunt viro data æſtimata, & ipſe promiſit in eadem quantitate æſtimata dotem reſtituere, ſi illorum conſumptio contingat non cedit damno mulieris ſed viri, in cuius dominium fuerunt tranſlata.*

2 *Quamuis adſit conuentio, quod maritus in caſu reſtitutionis dotis poſſit pro eodem met pretio æſtimato reddere mobilia, quia hoc tribuit viro electionem, ſed non excludit quin mobilium æſtimatorum dominium in maritum tranſierit.*

3 *Maritus tenetur in caſu reſtitutionis dotis ad integram mobilium æſtimationem ſibi aſſignatorum in dotem mediante illorum æſtimatione ſi non extant.*

4 *Verbum* poteſt *non importat neceſſitatem; ſed facultatem.*

5 *Maritus ſi in caſu reſtitutionis dotis promiſit mobilia ſibi in dotem aſſignata reſtituere, quatenus extent hoc ſolum ei tribuit facultatem reſtituendi, vel in mobilibus, vel in pecunia quatenus extant, quatenus vero non, tenetur ad illorum æſtimationem.*

6 *Iocalia extare penes mulierem tempore reſtitutionis dotis non probatur; ex quo initio matrimonij illa habuit ad ſui ornatum, ſi medio tempore superuenit aliquid, quo poſſibile reddatur marito fuiſſe reſtituta.*

7 *Interuſuria dotalia debita ſunt mulieri ex diſpoſitione ſtatuti Anconitani.*

8 *Interuſuria dotalia ſi apparent mulieri ab hæredibus viri perſoluta exinde oritur præſumptio, quod interpellatio præceſſerit, niſi contrarium probetur.*

9 *Mater tenetur in ſubſidium dotare filiam ſtante inopia patris.*

10 *Debet tamen de inopia conſtare tempore dotationis, alias mater de proprio dotare non tenetur; & numer. 12.*

11 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis non tranſit in iudicatum.*

13 *Mater, vna cum filijs hæredibus patris promittens dotem filiæ & ſorori reſpectiuè nõ præſumitur promiſiſſe animo donandi de proprio.*

14 *Imputatur in diminutionem crediti, quicquid ex bonis debitoris peruenit ad creditorem.*

15 *Confeſſio eſt acceptanda cum ſua qualitate.*

16 *Confeſſio mulieris, ex qua obligata remanet non eſt attendenda.*

17 *Creditor ſi efficitur hæres debitoris, tunc actiones confunduntur.*

18 *Teſtamentum in quo filius eſt præteritus, tenet ſi illud approbauit.*

19 *Aditio hæreditatis eſt quid facti, ideoque non præſumitur, ſed probanda eſt ab allegante.*

20 *Legitima debita eſt filijs in bonis matris.*

21 *Filius renunciare nequit legitimæ ſibi debitæ in præiudicium creditorum, & redditur ratio.*

22 *Ius adeundi ante aditionem non dicitur in bonis noſtris.*

23 *Debitor non adiens, vel repudians hæreditatem ſibi delatam, non dicitur fraudem inferre creditoribus.*

24 *Filius in vita patris eſt quaſi Dominus ſubſtantiæ paternæ.*

25 *Filio competit actio ad legitimam conſequendam.*

26 *Legitima debita filio in bonis patris, eo mortuo dicitur Ius quæſitum non quærendum, & cadit ſub hypotheca contracta fauore creditorum. Declara num. 28.*

27 *Contrariam ſententiam tuentur alij, rationem reddentes quod edictum fraudatorium pertinet ad eos qui diminuunt, non ad eos qui acquirere volunt.*

28 *Ius quod habet filius ad legitimam, ſeu eius ſupplementum, quamuis ipſo iure ſit debitum, & cadat ſub hypoteca creditorum habet tacitam conditionem ſi à filio acceptetur, & ante acceptationem dicitur Ius quærendum, & acceptatione non ſecuta reſoluitur in non Ius.*

29 *Nec poſſunt creditores ratione hypoteca cogere filiũ, vt tale Ius acceptet niſi id ſit expreſſe promiſſũ ea ratione quia nemo cogitur acquirere licet redundet in fraudem creditorum. num. 30.*

31 *Acceptatio ex parte filij neceſſaria eſt; etiam in le-*

gitima

gitima; vel eius ſupplemento ad effectum realis, & incommutabilis acquiſitionis, itaut facta illius repudiatione, fingatur nunquam fuiſſe in bonis filij.

32 *Lex concedens aliquid alicui ipſo iure intelligitur eo volente, & antequam ſit agnitum non poteſt dici Ius quaſitum, ſed quærendum.*

33 *Acceptatio ſeu petitio legitimæ, vel illius ſupplementi neceſſaria non eſt pro parte filij ad effectum tranſmiſſionis ad hæredes, ſecus ad alios effectus & ſupra num. 31.*

34 *Legitima eſt triens ſi duo tantum extant filij.*

35 *Sententia iniuſta non tranſit in iudicatum.*

DECISIO CCXCII.

BINAE deciſiones quæ in hac cauſa emanarunt coram me prima Iulij 1643. & 22. Aprilis 1644. probant dotem Nicoloſæ fuiſſe conſtitutam in ſcut. 4356., nec de eius integra reſtitutione conſtare. Quibus non obſtant exaduerſo hodie deducta.

Nam quo ad primum ex ipſo inſtrumento dotali apparet, quod pro dote Nicoloſæ ſoluta fuerunt ſcuta 3000. in pecunia numerata & alia ſcuta 1356. in iocalibus, veſtibus & arneſijs muliebribus ita concorditer æſtimatis quodque Camillus Nicoloſæ vir promiſit eãdem ſummam ſcutor. 4356. reſtituere in caſũ reſtitutionis dotis, ibi, *quam dotem ſcut. 4356. monetæ dictus Camillus promiſit, & conuenit dictæ Nicoloſæ dare, reddere, ſoluere, & reſtituere ſine aliqua lite &c.* Vnde nihil refert, quod veſtes, & arneſia muliebria per lapſum viginti fere annorum quibus matrimonium cõſtitit præſumantur conſumpta, quia cum fuerint data
1 æſtimata, † & maritus promiſerit reſtituere dotem in tota quantitate ſcutor. 4356. dicta conſumptio non cedit damno mulieris, ſed viri in cuius dominium veſtes, & arneſia per æſtimationem fuerunt tranſlata, vt ad literã in terminis mobilium probat *text. in l. æſtimata 52. vbi Bart. & alij ff. ſol. matrim. & in l. plerumque verſ. eueniet ff. iur. dot. & tradit Bald. in l. promittendo 42. in princ. verſ. ſecundo caſu ff. iur. dot. Campeg. de dot. par. 2. quaſt. 79. num. 1. Couarru. practic. quaſt. cap. 28. ſub num. 5. verſ. quinto ſi mentem Rot. in Romana reſtitutionis dotis 9. Aprilis 1612. coram Sanctiſs. D. N. & in Anconitana reſtitutionis dotis 27. Febr. 1617. coram bo. me. Remboldo.*

Minus refert, quod infra in inſtrumento quietantiæ dotis conuentum fuerit quod ma-
2 ritus † poſſit in caſum reſtitutionis dotis reddere pro eodem met pretio æſtimato omnia iocalia nec nõ alias res quatenus penes ipſum reperirentur, quia hoc tribuit quidem viro electionem reſtituendi, vel in pecunia, vel in rebus, ſed non excludit quin iocalium, & rerum æſtimatarum dominium tranſierit in maritum, & per cõſequens adhuc ille tenea-
3 tur † ad earum integram æſtimationem niſi extent, vt eſt textus expreſſus in *d. l. plerunque in fin.* ibi ſed ſi rès non extet æſtimationem omnimodo maritus præſtabit *ff. iur. dot.* & notat *Barboſ. in l. ſi æſtimatis num. 35. ff. ſol. matrim. Couarr. d. cap. 28. ſub num. 5. verſ. ſed & in hoc Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſs. 8. par. 13. num. 64.*
4 præſertim ponderando verbum † poſſit, ibi, *poſſit dictus Camillus &c.* quod non importat neceſſitatem, ſed facultatem reſtituendi dotẽ in rebus &c. *l. ſæpe cũ ibi notat. ff. off. præſid. gloſs. in cap. 1. verb. poteſt de reg. iur. in 6. Rot. deciſ. 329. num. 3. par. 2. recent. deciſ. 85. num. 7. coram ſa. mem. Gregor. XV.*

Igitur aut iocalia extant penes maritum, & poteſt in illis dotem reſtituere pro eodem met pretio quo fuerunt æſtimata, aut non extant & tunc debet ſoluere æſtimationem, neque excuſari poteſt ſub prætextu, quod iocalia penes ipſum non reperiantur, promiſerit vero reſtituere quatenus reperirentur; quia
5 conditio † huiuſmodi adiecta dictæ conuentioni reſtituendi in iocalibus, quæ vt dicebam tribuit ſolum marito electionem, & facultatem ſoluendi, vel in pecunia, vel in iocalibus reſtringit ipſam facultatem, & electionem ita vt illi locus non ſit niſi quatenus iocalia penes maritum reperirentur, ſi vero non reperiantur intrat pura, & indefinita obligatio ſupra poſita reſtituendi dotem in ſumma ſcut. 4356. ibi, *quam dotem &c.* vt in puncto reſpondit *Petr. Barboſ. in l. ſi æſtimatis 51. num. 31. circa fin. verſ. & hæc ff. ſol. matrim. facit text. in l. ſi quis ſtipulatus in fin. ff. verb. oblig. Rot. in d. Anconitana reſtitutionis dotis coram Remboldo §. non obſtat il ſecondo.*

Et gratis dicitur iocalia extare apud mulierem cum hoc inferri non poſſit ex quo mulier illa habuerit ad ſui ornatum initio matri-
6 monii, † niſi ſimul probetur, quod haberet etiam de tempore proximo diſſolutioni quãdo, vt in caſu noſtro, medio tempore ſuperuenit aliquid, quo poſſibile reddatur marito reſtituta & ab eo vendita fuiſſe, *Rot. deciſ. 266. num. 11. dec. 297. num. 6. & ſeqq. par. 6. recent. cum alijs allegat. in 2. deciſ. §. fin.* in qua ponderatum fuit ſuperueniſſe in caſu præſenti pragmaticã prohibentem mulieribus vſum iocalium, & maritum paulo poſt emiſſe prædia.

Quo vero ad ſecundum caput admiſerunt Domini imputandum eſſe in creditum mulieris prædium ei datum in ſolutum ab hæredibus viri vna cum mobilibus in eo exiſtẽtibus de anno 1626. ſed hoc neque extinguit, neque reddit illiquidum creditum mulieris; ſiquidem tam prædium, quam mobilia ibi exiſtentia data fuerunt pro ſcutis 4200. quorum ſcuta 1200. ceſſerunt in cauſam ſortis principalis dotis & reliquum, in cauſam interuſuriorum decurſorum, vt legitur in inſtrumento dationis in ſolutum, ibi, *ſcilicet ſcuta 1200. pro reſiduo interuſuriorum decurſorum, & hucuſque non ſolutorum.* Nec dubitari poteſt
7 quin interuſuria † deberentur ſtante expreſſa diſpoſitione ſtatuti Anconitani, ea ſolui præcipientis nec non illorum ſolutione facta ab
8 hæredibus viri, † quæ quatenus opus eſſet, facit præſumi præceſſiſſe interpellationem mulieris contra hæredes viri, donec contrariũ exaduerſo probetur, *Grat. d. ſcept. 829. num. 54. & 55. & diſcep. 920. num. 14. add. ad ſan. me. Greg. XV. dec. 269. ſub num. 8. cum alijs allegat. per add. ad.*

ad Buratt. deciſ.10. ſub num.30. & fuit dictum *in Romana Cambij 17. Februarij 1642. coram me.*

Non tamen admiſerunt eſſe imputanda ſcuta 800. quæ fuerunt ſoluta in cauſam dotis per Nicoloſam ac eius filios promiſſę Mariæ eius filiæ ſupponendo, quod ſtante ino-
9 pia patris † onus dotandi filiam ſpectaret ad Nicoloſam matrem, vt per *Iaſ. in l.1.num.28. ff.ſol.matrim. Reuerendiſs.Vrgellen. deciſ.26.num.8. alioſque relatos à Moder. Lucano conſ.59.num.2. & ſeqq.* Tum quia ſuppoſitum inopiæ patris nō fuit probatum de tempore dotationis, & pro-
10 bari † debuiſſet coram Gubernatore Anconæ, ad hoc vt eius ſententia tanquam ex eiſ-
11 dem actis iuſtificata † tranſire potuiſſet in iudicatum, *Buratt. deciſ.276. numer.11 cum alijs allegat.in 2. deciſ.huius cauſæ §.quæ tamen*, citra inopiam autem patris mater non tenetur fi-
12 liam dotare de proprio, *l. neque mater pro filia. Cod.iur.dot. Barboſ.in l.1.par.4.num.82.ff.ſol.matr. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.2.num.1.& ſeqq.* cumque dotem promiſerit vna cum filijs,
13 qui erant patris hæredes,& cum quibus alios contractus ſuper rebus hæreditarijs patris celebrauerat, non præſumitur promiſiſſe animo donãdi de proprio, *l.fin.Cod.vbi gloſs. verb. parentum, Cod.dot.promiſſ. Bald.in l.neſennius nu.5. ff.negoc.geſt. Rip.in l.1.num.90.ff.ſol.matrim. Surd. conſ.119 num.25.conſ.324.n.11. Antonin.de Amat. reſolut.64. num.10.*

Tum etiam quia cum prædicta ſumma exceptis ſcutis 200. ſolutis in mobilibus non fuerit redacta ex bonis hæreditarijs viri, ſed ex impoſitione cenſus & ſoluta fuerit filię & genero à Franciſco fratre Mariæ altero ex patris hęredibus ad cuius manus eadem ſumma peruenerat, fruſtra obijcitur Nicoloſæ eiuſdem ſummæ imputatio, quæ ad ea tantum con-
14 grue refertur quæ † ex bonis debitoris peruenerunt ad creditorem, *ex allegat. à Modern. Piſaurien. de imputat. in præfat. num.2.& ſeqq.*

Pariter imputanda non ſunt alia ſcuta 200. quæ Nicoloſa in inſtrumento celebrato de anno 1631. confeſſa fuit recepiſſe ex prætio terrarum ſpectantium ad hæreditatem viri Summar. Societatis num.7. quia confeſſio non eſt pura, ſed qualificata, ibi, *cum quibus fuerunt extincta non nulla debita cenſualia Camilli,*
15 *&c.* ideoque acceptanda eſt † cum hac qualitate, cum qua proximiores Nicoloſæ, qui iuxta formam ſtatutorum interuenerunt dicto inſtrumento confeſſionis, eidem confeſſioni conſenſum præſtiterunt, & alioquin, quia veriſimiliter non conſenſiſſent mulierem ex propria confeſſione remanere obliga-
16 tam, † ipſa confeſſio corrueret *Lamberteng. de contract.gloſſ.1.num.329. & 4. ſeqq. Picus ad Stat. Vrb.lib.1.cap.151.gloſſ.7.num.41. Put.dec.7.& numer.1.& per tot.& deciſ.55.ſub num.3.& per tot. lib.3. in corr. aliiſque allegati in voto dd. de Aſſettamento relat. à Moderno Briſighellen. ad Stat. Vrb. fol.351. num.54. & 55.*

Non obſtat, quod filij Nicoloſæ ſint etiam hæredes Camilli patris qui eſt debitor dotis,
17 & proinde † actiones ſint confuſę, iuxta *text. in l.debitori Cod. pact.* quia procederet obiectũ ſi dicti filij eſſent etiam hæredes Nicoloſæ, quod eſt falſum, quia Nicoloſa in ſuo teſtamẽto inſtituit hęredes vniuerſales Camillum, Marinum, & Bernardinum eius nepotes, filijs autem reliquit ſcuta 10. pro quolibet pro omni eo, quod poſſet prætendere ex eius hæreditate ipſiſque poſtea approbantibus te-
18 ſtamentum † tenet, *l. poſthumos §. fin. ff. in off. teſtam. l.filio præterito vbi gloſs.final. Bart. & alij ff. iniuſt. rupt. irritoq. teſtam. Guttier. in cap. quamuis pactum nu.25.de pact.in 6. Facchin.contr.iur.lib.13. cap.68. Cancer.var.reſol.lib.1.cap.4.num.30. Cabed. deciſ.63.ſub num.6.lib.1. Magon.deciſ.Lucen.84.numer.16. Monter.deciſ.Aragoniæ 35.num.83.* & circumſcripto etiam teſtamento ſatis eſt, quod non probetur ipſos adiuiſſe matris hæreditatem prout exaduerſo probandum eſſet, quia
19 aditio cum ſit facti † non pręſumitur *Bald.conſ. 273.num.8.lib.1. Purpur.conſ.253.num.2.lib.1. Neguz.quæſt.297.num.24. Surd.deciſ.154.nu.18.*

Rurſus non obſtat, quod dicti filij hæredes patris ſucceſſerint Nicoloſæ matri in credito
20 dotali ſaltem pro rata legitimæ † illis debitæ in bonis maternis, cui acquieſcendo dicto teſtamento, vel maternam hæreditatem repudiando renunciare non potuerunt in pręiudi-
21 cium † ſuorum creditorum, & ſic aliorum creditorum patris habentium obligatos etiã ipſos filios vti patris hæredes nō beneficiatos, vt diſtinguendo inter hæreditatem, & legitimam tradit poſt alios *Peregr. de fideicom. art.3. num.128.& ſeqq.* dicens rationem diuerſitatis eſſe, quia hæreditas ſiue ius adeundi ante adi-
22 tionem † non dicitur eſſe in bonis noſtris, vt plenè fuit firmatum in *Firmana Fideicommiſſi de Formonibus 9. Iunij 1634. coram Eminentiſſimo D. Card. Panzirolo,* & per conſequens debitor
23 non adeundo † ſiue repudiando hęreditatem ſibi à lege, vel ab homine delatam non dicitur fraudem inferre creditoribus, ſecus vero eſt in legitima ſiue eius ſupplemento, quia
24 cum filius etiam in vita patris † ſit quaſi Dominus ſubſtãtiæ paternę *l.in ſuis ff.de liber.& poſth.* & ad legitimam conſequendam ei compe-
25 tat † actio *Rubeus conſ.156.num.2.* mortuo patre legitima dicitur ius quæſitum non autem
26 quærendum, & cadit ſub hypotheca contracta ad fauorem creditorum filij *Ancaran.conſil. 101.num.8. Fab.de Ann.conſ.76.num.3. & 5. Menoch.conſ.77.nu.1.& ſeqq. Peregr.de Iur.fiſc. lib.6. tit.7.num.39.& conſ.71.num.3.lib.1. Mantic.de tacit. lib.13.tit.38.num.19. Fontanell.de pact.nupt. clauſ.4.gloſs.9.par.5.num.122.* alijque plena manu congeſti à *Moder. Foroliuien.de legit.lib.3.tit.3. quæſt.29.per tot.* vbi remiſſiuè hanc opinionem tuetur *Magon.deciſ.Floren.10. num.12.*
27 Nam contrariam ſententiam † defendit, ac ſequitur *Guttier.in cap.quis pactum nu.24.de pact. in 6. Facchin.controuer.iur.lib.13. cap.46.* vbi dicit rationem, quia edictum fraudatorium pertinet ad eos, qui diminuunt, non autem ad eos, qui acquirere nolunt, *l.qui autem 6. in princ. ff.quæ in fraud.credit. l.non fraudatur 177.ff.reg.iur.*
28 & ius quod habet filius † ad legitimam, ſeu eius ſupplementum, quamuis ipſo iure ſit de-
bi-

bitum, & cadat ſub hypotheca creditorum, habet ab initio tacitam conditionem ſcilicet, ſi poſtea à filio acceptetur, ita vt ante acceptationem dicatur ius quęrendum, & acceptatione non ſecuta reſoluatur in non ius; ne-
29 que creditores ratione hypothecæ † cogere poſſint filium, vt illud acceptet niſi id promiſſum fuiſſet, vt bene aduertit *Cancer. var. reſol. tom. 1. cap. 3. ſub num. 69. verſ. indiſtinctè & numer. 70. & 71.* vbi quod hæc ſententia procul dubio eſt verior, quia nemo cogitur acquire-
30 re † licet id redundet in præiudicium creditorum, *l. poſtulanti 44. l. ſi poſtulante 67. ff. ad Trebell.* & etiam in legitima, vel eius ſupplemen-
31 to requiritur acceptatio, † ſeù petitio reſpectu realis, affectualis & incommutabilis acquiſitionis, ita vt facta eius repudiatione fingatur nunquam fuiſſe in bonis filij cum lex
32 concedens aliquid† alicui ipſo iure intelligatur eo volente & ante quam ſit agnitum non poſſit dici quæſitum, ſed quærendum ſic etiam *Theſ. Iun. quæſt. foren. lib. 3. quæſt. 74. num. 2. Curt. Iun. conſ. 47. ſub num. 7. Gratian. diſcep. 271. nu. 13. & 14.* vbi ait quod Doctores dum præſuppo-
33 nunt non requiri petitionem in legitima, † vel eius ſupplemento loquuntur ad effectũ tranſmittendi ad hæredes, *Modern. Cuſentin. de patr. poteſt. cap. 4. num. 174. verſ. verius tamen eſt, Monter. d. deciſ. Aragon. 35. ſub num. 83. verſ. eſtque ſimile cum alijs allegat. à Cancer. d. nu 69. & 70. & à Modern. Piſaurienſe de Impnt. quæſt. 4. num. 18. & ſeqq. vſq. ad 25. & à Moder. ſicul. de donat. contempl. matr. tom. 1. diſcur. 2. part. 2. num. 34. & 35. fol. 84.*

Et quid quid ſit de veritate vtriuſque opinionis ſatis eſt reſpondere, quod eſto filijs ſeù illorum creditoribus deberetur creditum dotale matris pro rata legitimæ, quæ cum ſint
34 duo filij aſcenderet † ad trientem *Auth. nouiſſ. Cod. inoff. dot. §. hac nos Auth. trient. & ſemiſſ. Neguz. quæſt. 13. num. 27.* adhuc pro reliquis duabus partibus dotis non reſtitutæ hæredes Nicoloſæ declarari debuiſſent creditores, vnde ſemper verum eſt dicere, quod ſententia Gubernatoris Anconæ illos totaliter excludens eſt
35 iniuſta † & in iudicatum ex hoc capite tranſire non potuit.

Qua propter Domini ſteterunt in deciſis vtraque parte informante.

BONONIEN. SVCCESSIONIS.

Veneris 15. Martij 1647.

ARGVMENTVM.

Ex diſpoſitione *leg. hac ædictali Cod. de ſecund. nupt.* mulier non poteſt plus relinquere ſecundo viro, quàm filijs primi matrimonij, quibus debita eſt legitima detrahenda ante diuiſionem bonorum inter ipſos, & ſecundum virum, cum legitima ſit debita Iure naturæ, reſiduum vero ex beneficio Imperatoris in dicta *l. hac ædictali* in recompenſam iniuriæ illatæ ob tranſitum ad ſecundas nuptias. In calculanda legitima debet haberi ratio omnium bonorum tàm dotalium, quàm extradotalium. Statutũ Bononiæ deferens viro lucrum medietatis dotis non compræhendit bona extradotalia, & quando fuit contrauentum *l. hac ædictali* prius eſt detrahenda legitima, quam lucrum ſecundi viri.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ex diſpoſitione* l. hac ædictali Cod. de ſecund. nupt. *non poteſt plus relinquere ſecundo viro, quam cuilibet ex filijs primi matrimonij.*

2 *Amplia concluſionem procedere etiam in nepotibus ex filio ſeu filia prædefuncta.*

3 *Nepotes quando non concurrunt cum patruis, tamquam obtinentes primum locum ſucceſſionis ſuccedunt ex propria perſona in capita, non autem in ſtirpes.*

4 Cyn. in repetit. l. hac ædictali *contrarium ſentiens, loquitur in concurſu cum patruis.*

5 *Legitima debita filijs, ſiue nepotibus in bonis auiæ detrahenda eſt, antequam fiat diuiſio hæreditatis inter ſecundum virum, & ipſos filios.*

6 *Legitima ac beneficium* l. hac ædictali *conſiderantur duo diſtincta, ac ſeparata, & vtrumque ex diuerſis titulis debetur filijs, ſiue nepotibus ex primo matrimonio.*

7 *Legitima debita eſt filijs, ſiue nepotibus de Iure naturæ, reſiduum vero ex diſpoſitione* l. hac ædictali *in recompenſam. iniuriæ ſibi à matre illatæ ob tranſitum ad ſecundas nuptias.*

8 *Et cum hæc duo ad inuicem nõ confundantur prius detrahenda eſt legitima, & reliquum inter illos, & ſecundum virum in capita.*

9 *Et hanc opinionem perpetuo amplexa eſt Rota Romana.*

10 *Mulier relinquens medietatem hæreditatis filijs primi matrimonij comprahenſa legitima, & alteram medietatem ſecundo viro dicitur contraueniſſe diſpoſitioni* l. hac ædictali.

11 *Diſpoſitio* l. hac ædictali *locum habet, nedum quando mulier reliquit filijs, ſeu nepotibus minus, quam vitrico, ſed etiam quando æqualiter ſunt inſtituti, cum tunc adſit inæqualitas propter legitimam filiorum.*

12 *Et redditur ratio, nam alias daretur anſa matri, forſan indulta à ſecundo viro fraudandi filios primi matrimonij eos æqualiter inſtituendi, & hoc modo declinandi diſpoſitionem* l. hac ædictali.

13 *Legitima detrahenda eſt ex toto aſſe hæreditatis mulieris tàm bonorum dotalium, quam extradotalium.*

14 *Non obſtante Statuto Bononiæ deferente viro lucrum medietatis dotis, quia ſtant ſimul, quod maritus lucretur dimidiam dotis, & legitima portio calculetur habita ratione totius dotis, & n. 16.*

15 *Legitima eſt ſpeciali nota digna, & ideo ſub diſpoſitione ſtatuti ſpecialem mentionem de ea non facientis, non cenſetur comprahenſa.*

17 *Statutum. Bononiæ loquens de dote, non porrigitur ad bona, extradotalia, & reſtringendum eſt, vt minus deroget Iuri communi, & diſpoſitioni* l. hac ædictali.

18 *Legitima debita duobus nepotibus eſt tertia pars totius hæreditatis.*

19 *Lucrum dotis debitum viro ex Statuto Bononiæ detra-*

detrahendum eſt ex bonis dotalibus, non autem extradotalibus.

20 *Legitima nepotum prius eſt detrahenda, quam lucrum ſecundi viri, quando fuit contrauentum diſpoſitioni* l. hac ædictali.

21 *Legitima eſt debita de Iure naturæ, lucrum vero ex pacto, vel ſtatuto.*

DECISIO CCXCIII.

IN vltimis tabulis Camilla Bonfiola DD. Merchioni Hieronymo, & Comiti Ioanni Baptiſtę de Albergatis nepotibus ex Hippolita filia prædefuncta, quam in primo matrimonio pepererat, reliquit legitimam, & hæredem inſtituit Dominum Aurelium Maluetium tertium virum grauando eumdem ad tradendum dictis Dominis de Albergatis tot alia bona hæreditatis ipſius Teſtatricis, quæ compræhenſa dicta legitima aſcendant ad dimidiam dictæ ſuæ hæreditatis. Adſunt autem in hęreditate bona duplicis generis, nempè dotalia conſiſtentia in libr. 121226. & extradotalia valoris librarum 37960. & in omnibus contraueniſſe Teſtatricem diſpoſitioni legis prætendentes Domini de Albergatis ſuſceperunt, primo diſputationem ſuper extradotalibus ad dotalia deinde progreſſuri. Hinc hodie propoſui dubium, an & pro qua parte debeantur bona extradotalia Dominis de Albergatis?

Pro cuius dubii reſolutione duo præmittenda ſunt. Primò quod ex diſpoſitione, *l. hac ædictali Cod. ſecund. nupt.* † mulier non po-
1 teſt plus relinquere ſecundo viro, quam cuilibet ex filijs primi matrimonij, idemque
2 procedit in nepotibus † ex filio, ſeu filia prædefuncta, itaut quilibet ex nepotibus habere debeat ex hæreditate auiæ, quantum ſecundus illius vir, quia nepotes niſi concurrant
3 cum patruis, tanquam obtinentes primum locum ſucceſſionis ſuccedunt ex propria perſona in capita, non autem in ſtirpes, vt tradit *Bertrand. in repet. d. l. hac ædictali, verſ. quam obſeruationem num.* 4. vbi aduertit quod *Cyn.* ibi-
4 dem contrarium ſentiens † loquitur in concurſu cum patruis, *Ruin. conſ. 8. ſub nu. 4. verſ. & primo lib. 5. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 1. par. 4. num. 53. Molpheſ. ad conſuetud. Neapol. par. 3. quæſt. 18. num. 1. & per tot. Cancer. var. reſolut. lib. 3. cap. 2. num. 197. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 35. num. 12. Io. Vincent. de Anna allegat. 117. num. 14. Surd. decis. 73. nu. 10.*

Et antequam inter nepotes ex primo matrimonio, ac ſecundum auiæ virum fiat diuiſio hæreditatis in capita, detrahenda eſt à
5 nepotibus legitima ipſis debita de iure naturæ in hæreditate auiæ, *iuxt. text. in l. Papinianus, §. quoniam in fin. ff. inoffic. teſt. l. omnimodo, vbi gloſſ. verb. alijs perſonis Cod. eod. §. optimè, verſ. hoc idem obſeruando auth. de nuptijs.* quia verior, æquior, & communior eſt ſententia; quod legitima, ac
6 beneficium dictæ *l. hac ædictali* † conſiderantur tanquam diſtincta, ac ſeparata, & vtrumque ex diuerſis titulis habent filij, ſiue nepotes ex primo matrimonio, legitimam ſcilicet ex iu-
7 re naturæ, † reſidui vero ſucceſſionem in capita cum ſecundo viro ex beneficio Imperatoris *in d. l. hac ædictali* in recompenſam iniurię ſibi illatæ propter tranſitum parentis ad ſecundas nuptias, & propterea cum hæc duo ad inuicem non confundantur † prius pro
8 filijs, ſeù nepotibus detrahitur legitima, & reliquum inter illos, & ſecundum virum in capita diuiditur, *ita gloſſ. in d. §. optimè verb. quippè Bart. in l. vnica ſub num. 2. Cod. inoff. dotib. & ibi etiam Bald. ſub nu. 3. verſ. quanti dicunt. Rip. in l. in quartam num. 219. ff. ad leg. falcid. Fulgoſ. conſ. 96. num. 2. & 3.* vbi ait ſibi videri duriſſimum recedere in hoc articulo ab opinione *gloſſ. Bartoli, & Baldi, Dec. conſ. 245. num. 2. & 3. alijque plurimi relati à Moder. Neapolitano in repet. d. l. hac ædictali quæſt. 7. num. 14. & 15. & pluribus ſeqq.* &
9 hanc opinionem † perpetuo amplexa eſt *Rota vt apud Creſc. deciſ. 4. de teſtam. deciſ. 432. numer. 1. par. 1. diuerſ.* alijſque relatis *in Fauentina dotis, ſeu Succeſſionis 21. Februarij 1639. coram Reuerendiſs. D. meo Decano in Vrbeuetana Reſtitutionis dotis 6. Februarij 1640. coram bo. me. Merlino, vbi reſpondetur omnibus contrarijs, & in Romana Succeſſionis 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Corrado.*

Vndè in caſu noſtro quo mulier duobus nepotibus ex primo matrimonio reliquit medietatem hæreditatis compræhenſa legiti-
10 ma, † & aliam medietatem ſecundo viro, tàm reſpectu legitimæ, quàm diuiſionis bonorum in ſtirpes inter nepotes, & ſecundum virum dicitur contrauentum diſpoſitioni, *l. hac ædictali,* quæ locum habet, nedùm quando mulier reliquit filijs, ſeù nepotibus † mi-
11 nus quam vitrico, ſed etiam quando æqualiter ſunt inſtituti, cum & tunc adſit inæqualitas propter legitimam à filijs vt ſupra detrahendam, & alioquin daretur anſa matri
12 forſan † inductæ à ſecundo viro fraudandi filios prioris matrimonij æqualiter eos inſtituendo, & hoc modo declinandi diſpoſitionem, *l. hac ædictali,* vt bene in his terminis ponderauit *Rota in dicta Vrbeuetana Reſtitutionis Dotis 14. Decembris* 1640. *coram bon. mem. Merlino, & plenius in eadem 6. Februarij* 1640. *coram eod. §. quoniam hæc opinio, & per tot.* & firmant Doctores congeſti per *Modern. Piſaurienſem de Imputat. quæſt. 7. num. 54. & 56. Mart. de ſucceſſ. par. 3. q. 11. art. 1. n. 4. & per tot.*

Secundò præmittendum eſt, quod in calculanda portione debita nepotibus pro legi-
13 tima † haberi debet ratio omnium bonorũ relictorum ab auia tàm dotalium, quàm extradotalium, cum legitima detrahatur ex toto aſſe hæreditatis *auth. nouiſſima C. inoff. teſtam. l. Papinianus §. quarto ff. eod. tit. alijque relati à Modern. Foroliuienſi de legit. lib. 1. tit. 1. quæſt. 1. num. 3. & quæſt. 2. num. 1.* Non obſtante Statuto Bono-
14 niæ † deferente viro lucrum medietatis dotis, quia ſtant ſimul quod maritus lucretur dimidiam dotis, & legitimæ portio calculetur habita ratione totius dotis, vt in terminis huius Statuti, *Bero. conſ. 26. ſub numer. 2. & ſeqq. vſque ad num. 17. lib. 2. Rot. Bononien. diuerſ. dec. 68. num. 4.* Non enim exindè minuitur lucrum delatum viro; cumque Statutum nihil dicat

de

de quantitate legitimę, & ſuper quibus bonis calculanda ſit, de ea non cenſetur diſpo-
15 ſuiſſe, quia eſt ſpeciali † nota digna, *Roland. conſ.97.num.14.& ſeqq.lib.2. Surd.conſ.461.nu.7. in fin.& ſeqq. Rot.coram ſa.me.Greg.XV.deciſ.489. num.18.cum alijs allegatis à Modern. Forolinien. de legit.lib.5.tit.1.quaſt.5.num.3.& 8.Berò.in his terminis d.conſ.26.numer.3.lib.2.* & ſatis eſſe poteſt
16 viro, † quod ſibi in lucro non præiudicetur *Bero.d.conſ.26.ſub num.8.verſ.cum vtrumque, & num.11.verſ.quia per huiuſmodi, & in ſimili Dec. conſ.19.num.6.Bellon.Sen.conſ.13.numer.21.Surd. conſ.401.num.25.Grat.diſcept.300.num.13.& 14. Phanucc.de lucr.dot.gloſſ.5 n.35.fol.426.*

An autem dictum ſtatutum deroget, *l.hac adictali* diſcutiendum erit quando agetur de legitimæ detractione in bonis dotalibus eorumque diuiſione inter nepotes, & ſecundũ virum. In præſenti verò agitur ſolum de bonis extradotalibus, ad quæ non porrigitur
17 ſtatutum loquens ſolum de dote, † quia non debet extendi de re ad rem, & reſtringendum eſt vt minùs deroget iuri communi, & corrigat *l.hac adictali diſpoſitionem, Fulgoſ.conſil.88. num.2.Rimin.Iun.conſ.484.num 26.Tortus ad ſtat. Papien.rubr.121.n.140.& ſeqq.*

His poſitis ſequitur quod omnia bona extradotalia Camillæ debeantur Dominis de Albergatis iure legitimæ, quia non excedunt libras 38000. legitima verò habito reſpectu ad totam dotem, & bona extradotalia, quæ ſimul iuncta ſunt valoris librarum 159186. excedit libras 50000. cum duobus nepotibus
18 debeatur pro legitima tertia pars totius hæreditatis, *§.1.auth.de trienn.& ſemiſſ. §.optimè, verſ. nunc autem, auth. de nupt. cum alys relatis à Modern.de legit.lib.1.tit.3.q.1.n.2.& 3.*
19 Nec obſtat, quod ſecundo viro debeatur lucrum dotis, † quia illud detrahendum eſt de bonis dotalibus, non autem de extradotalibus, & quando vt in caſu noſtro fuit contrauentum diſpoſitioni *l.hac adictali*, prius detrahenda eſt legitima nepotum, † quam lu-
20 cri ſecundi viri, vt fuit deciſum *in Imolen.Luceri Dotalis 3.Maij 1635.coram bon.mem. Merlino in Romana Quarti Dotalis 15. Maij 1635. coram Eminentiſs.D.Card.Hieronymo Verospio in Vrbeuetana Reſtitutionis Dotis 31.Ianuarij 1641.coram R.P.D.meo Royas,* & in terminis ſimilis ſtatuti tradit *Eugen.conſ.76.nu.87.& ſeqq.lib.2.Franc. Molin.de ritu nupt.lib.1.quaſt.37.num.6.& ſeqq.& num.20.& ante omnes Caſtr.in l.1. num.4. ad med. Cod.inoff.dot.* vbi dicit temerarium eſſe ab hac opinione recedere, nam vt aduertit *Bero.dicto conſ.26.num.22.verſ.ſed iſtud æs alienum lib.2.* legitima eſt debita de iure naturæ † lucrum
21 verò ex pacto, vel ſtatuto.

Rurſus non obſtat, quod Domini de Albergatis teneantur in legitimam imputare, quidquid habuerunt ex bonis dotalibus, quia conſtare non poteſt, an habuerint vltra ſummam ſibi debitam donec diſcutiatur, quæ rata bonorum dotalium ipſis debeatur, & interim Domini firmarunt illis competere pro legitima omnia bona extradotalia cum ſuppoſito, quod ex bonis dotalibus nil fuerint conſecuti, quod legitimæ quantitatem abſorbeat, cuius ſuppoſiti veritas pendet à reſolutione dubij ſuper bonis dotalibus ſuo loco particulariter diſcutiendi.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

VRBEVETANA LEGATI.

Veneris 5. Aprilis 1647.

ARGVMENTVM.

Teſtator ſi prædium alicui legauit retinendum, ac poſſidendum donec ab hærede, fuerit ei conſignata tertia pars hæreditatis, poteſt legatarius fructus ex prędio perceptos facere ſuos, præſertim quando ex verbis teſtamenti colligitur Teſtatorem ità voluiſſe, & ex quibus huiuſmodi voluntas deſumatur? & ponderantur ad hunc effectum verba *donec & quouſque.* Falcidia an ſit detrahenda ex legato, quod Teſtator ſolui mandauerat liberè, & abſque vllo onere? Falcidia vt detrahi valeat ab hærede, conſtare debet legata excedere dodrantem.

SVMMARIVM.

1 *Legatario pro conſecutione legati competit actio, tum perſonalis, tum hypotecaria.*
2 *Legato prædio à Teſtatore retinen.& poſſiden. à legatario donec ab hærede tertia pars hæreditatis conſignaretur, fructus ex prædio perceptos legatarius facit ſuos ex vi verbi* poſſidere, *quod ſecum trahit acquiſitionem.*
Fructuum perceptio eſt effectus poſſeſſionis, ibid.
3 *Et fructus acquiruntur legatario à die mortis, quando ab ipſo, & non ab alio fuerunt percepti.*
4 *Hypoteca competit etiam pro lucro dotis.*
5 *Legatarius quod ex prædio retento, donec tertia pars hæreditatis ſibi ab hærede conſignetur fructus percipiat reſultat, ſi Teſtator mandauit legatarium ſuper dicto prædio non moleſtari, quæ prohibitio ad cauſam fructuum referri poteſt.*
6 *Item ſi Teſtator mandauit legatarium retinere, & poſſidere prædium, donec integra tertia pars hæreditatis conſignaretur, alias enim ſi fructus perceptos imputare teneretur, non integra, ſed diminuta tertia pars ſibi eſſet conſignanda.*
7 *Ad legatum inducendum ſufficit omne verbum ſignificans ſenſum legare volentis.*
8 *Legatum ſi ſit prædium ſub dictionibus* donec & quouſque *legatario conſignetur ab hærede tertia pars hæreditatis tale relictum importat dationem in pignus.*
9 *Nec legatarius hoc caſu facit fructus ſuos, donec prædium retinet, ſed illos imputare tenetur.*
10 *Declara concluſionem non procedere quando conſtat de voluntate Teſtatoris legandi prædium, eiuſque fructus, quæ voluntate ſtante dictiones* donec & quouſque *non reſtringunt legatum quoad ſubſtantiam, ſed ſolum ad tempus, & temporalitatem important.*
11 *Legatis temporalitas adyci poteſt.*
12 *Legatarius fructus perceptos ex prædio legato non*

pro

pro ſecuritate, ſed vt illo fruatur facit ſuos, nec illos imputare tenetur.

13 *Vxor poteſt ex mara liberalitate legare eius marito fructus bonorum dotalium.*

14 *Legatum fructuum donec res legata præſtetur eſt vſurarium. & illicitum.*

15 *Declara concluſionem procedere, quando purè legata eſt quantitas, quam legatarius ſtatim conſequi poteſt, tunc enim fructus legati videntur ob retardatam ſolutionem, & virtualiter ineſt tacita pactio ſoluendi vſuras pecuniarum.*

16 *Secus vero quando fructus fuerunt legati ex mara liberalitate, non autem propter moram hæredis in præſtando legatum, & redditur ratio, nu. 17.*

18 *Suſpicio vſuræ ceſſat vbi nulla poteſt conſiderari mora.*

19 *Fructuum acquiſitio pendet à Iure dominij.*

20 *Legatarius licitè percipit fructus ex prædio ſibi legato, donec tertia pars hæreditatis ab hærede ſibi conſignetur, ſi dicta tertia pars conſiſtit in ſtabilibus, quæ de ſui natura, eſt fructifera.*

21 *In legato alternatiuo vſura non cadit, quia de natura vſuræ eſt multiplicatio obligationum, & alternatio.*

22 *Legatum ex quibus dicatur alternatiuum?*

23 *Legatum tertiæ partis omnium bonorum hæreditariorum, quando eſt à Teſtatore relictum, tunc eſt in electione hæredis, vel dare partem, ſi commodam patitur diuiſionem, vel æſtimationem.*

24 *Legatarius declaraſſe cenſetur prædium legatum poſſidere loco pignioris, ſi coram Iudice comparuit, & aſſeruit ſe creditorem hæreditatis, inſtetitque pro conſignatione bonorum hæreditariorum inſolutum.*

25 *Falcidia prohibita cenſetur quoties Teſtator mandauit legatum ſolui liberè, & abſque vllo onere.*

26 *Falcidia etiam tacitè prohiberi poteſt.*

27 *Falcidia cenſetur prohibita. ſiue Teſtator mandauerit, quod legatum præſtetur liberè, ſiue abſque diminutione.*

28 *Contrarium, quod Falcidia non ſit prohibita, etiam ſi adſint verba liberè, & abſque vllo onere tenent alii, ea ratione quia dicta verba poſſunt intelligi de libertate ab oneribus intrinſecis, & ab hypotecis.*

29 *Falcidia vt prohibita cenſeatur oportet verba eſſe, adeò clara, vt aliam interpretationem habere non poſſint.*

30 *Falcidia detrahi nequit non conſtito legata excedere dodrantem.*

31 *Et onus probandi ſpectat ad hæredem falcidiam detrahere prætendentem.*

DECISIO CCXCIV.

PER hæc verba Ioanna Morabottina legauit Franciſco Phæbeo eius viro. *Item iure legati reliquit, & legauit d. per Illuſt. D. Franciſco Phæbeo eius viro ſcuta 500. monetæ currentis paulorum decem pro ſcuto liberè, & abſque vllo onere vltra tamen tertiam partem dotis dictæ Teſtatricis dicto D. Franciſco de iure debitam, & modo, & forma hic infra deſcribendis per dictum Franciſcum,* & paulò infra poſtquam declararunt, quod Franciſcus poſſidebat ratione dotis tria prædia ibi nominatim expreſſa ſubdidit, *quæ quidem prædia, & bona dicta Domina Teſtatrix voluit, & mandauit quod idem Dominus Franciſcus poſſit, & valeat eique liceat retinere, & poſſidere pro tertia parte dictæ dotis Dominæ Teſtatricis etiam quod dicta bona eſſent valdè maioris valoris, & pretij donec tamen, & quouſque eidem D. Franciſco conſignata fuerit per infraſcriptum eius hæredem integra pars omnium, & ſingulorum bonorum tam q. Gaſparis Patris, quàm q. Virginiæ matris dictæ Teſtatricis, & aliorum bonorum quorumcumque &c. ita tamen quod dictus D. Franciſcus habeat, & habere debeat tertiam partem omnium bonorum dictæ Teſtatricis vt ſupra, & interim ac donec, & quouſque dicto D. Franciſco non fuerit conſignata dicta tertia pars omnium dictorum bonorum voluit, & mandauit dicta D. Teſtatrix, quod dictus D. Franciſcus ab aliquo ſuper dictis tribus prædijs, & bonis deſuper deſcriptis quouis ſub prætextu, & cauſa moleſtari minimè poſſit, nec debeat &c.*

Quorum occaſione defuncta vxore Teſtatrice Phæbeus duo ſeparata iudicia introduxit contra Leandrum Teſtatricis hæredem; alterum ſuper conſecutione tertiæ partis bonorum, alterum ſuper ſolutione ſcutorum quingentorum, cuius proſequendo hodie diſcuſſionem propoſui dubium, An legatum ſcutorum 500. debeatur integrum, & affirmatiuè reſolutum fuit, quia legatum huiuſmodi legitur oculariter in verbis teſtamenti ſupra recitatis, ex quibus legatario competit
1 actio † tum perſonalis, tum hypothecaria, *l. 1. vbi notant omnes Cod. commun. de legat. § noſtra inſtit. de legat. Surd. de alim. tit. 3. qu. 4. nu. 2. & ſeqq. & deciſ. 76. num. 4. & ſeqq.*

Duo autem obiecta exaduerſo excitata, nempè quod Phæbeus teneatur imputare in ſortem dicti legati fructus trium prædiorum hæreditariorum, quos per quinquennium percepit, quodque ex legato ſit detrahenda falcidia viſa fuerunt nō releuare, animaduertendo quoad primū quod in teſtamento tria fuerunt legata Phæbeo. Primo ſcuta quingenta. Secundo tertia pars omnium bonorum, ibi, *vltra tertiam partem &c.* hoc enim importat dictio *vltrà, Iacob de Arena in l. qui ità ff. dot. præleg. Bart. ibid. num. 2. Cuman. conſ. 112. n. 1. Grat. diſcept. 116. num. 41. Surd. deciſ. 285. num. 10. Rota in Mutinen. Dotis 16. Ianuarij 1641. coram Eminentiſſ. D. Card. Panzirolo.*

Tertio, ibi, *quæ quidem prædia* legata fuerunt tria prædia eorumque fructus † ad tempus,
2 quouſque per hæredem conſignaretur Phæbeo integra tertia pars omnium bonorum, vt conſtat, tum quia Teſtatrix mandauit, quod Phæbeus poſſit prædia, nedum retinere id quod ſignificaret forſan retentionem in pignus, ſed addidit & *poſſidere*, quod verbum eſſet otioſum, niſi referretur ad titulum poſſeſſionis pro ſuo, & ſecum trahit fructuum acquiſitionem cum ſit effectus poſſeſſionis legatæ, *l. bona fidei ff. acq. rer. domin. Grat. diſc. 615. num. 32. Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 34. num. 112. Rot. deciſ. 1. ſub num. 1. de reſtit. ſpoliat. in nouis aliјque relati à Modern. Peruſ. de manut. obſeru. 23. nu. 8. & 9.* acquiranturque fructus legatario à die mor-
3 tis † quādo vt in caſu noſtro ab ipſo percepti fue-

fuerunt, *Anton. Faber. de coniect. lib. 7. cap. 3. ſub num. 8. ex text. in l. nihil proponit* 120. *§. vlt. ff. leg. 1. Mattienz. lib. 5. recopill. titul. 4. l. 1. gloſſ. 14. num. 25. limit. 4.* quo magis quia inutiliter retentio, & poſſeſſio bonorum legata fuiſſet niſi fructuū liberam acquiſitionem importaret cum maritus, qui prædia viuente vxore poſſidebat eorumdem defuncta vxore retentionem loco pignoris quouſque tertia pars omnium bonorum ſibi pro lucro dotis à ſtatuto delata conſignaretur haberet ratione propriæ hy-
4 pothecæ, quæ † competit etiam pro lucro dotis, *Anton. Gomez in l. 52 Thauri num. 41. Petr. Barboſ. in 6. par. l. 1. numer. 15. in fin. ff. ſolut. matrim. Roder. Suarez in l. 1. lib. 3. fori tit. de Arris num. 60. Gaſpar Roder. de annuis reddit. lib. 3. q. 7. ſub nu. 54. verſ. amplia ſecundo, Caſtill. controu. Iur. lib. 3. cap. 4. num. 31. Rot. deciſ. 383. num. 13. par. 5. rec.*
5 Tum quia prohibuit Teſtatrix † ne Phæbeus ſuper dictis tribus prædijs quouis ſub prætextu, & cauſa moleſtari poſſit, vnde reſultat legatum fructuum, quia talis prohibitio illorum cauſa fieri ſolet, *Dec. conſ. 278. num. 5. & 6. Cephal. conſ. 37. num. 36. Bertazzol. conſil. 51. num. 3. Menoch. præſumpt. 134. num. 17. lib. 4. Caſtill. controu. iur. par. 1. cap. 30. n. 53.*
Tum tertio quia retentio, & poſſeſſio præ-
6 diorum legata fuit † quouſque conſignaretur legatario integra tertia pars omnium bonorum ponderando verbum *integra*, cum enim Teſtatrix cogitare potuerit conſignationem huiuſmodi ſecuturam poſt aliquod tempus arbitrio hæredis, & ſic poſtquam legatarius perceperat fructus prædiorum, & nihilominus voluerit ei tertiam partem omnium bonorum integram conſignari, ſatis exinde apparet Teſtatricis voluntas, quod fructus prædiorum acquirerentur legatario, nec in legatum ſortis imputarentur, quia alioquin non conſignaretur integra tertia pars, ſed diminuta ex dictorum fructuum perceptione, vt in ſimili arguit *Surd. conſ. 291. num. 16. poſt Bertrand. conſ. 75. nu. 6. part. 2. lib. 2.* & ad inducendum legatum † ſufficit omne ver-
7 bum ſignificans ſenſum legare volentis, *l. 2. in princ. Cod. commun. de legat. Cyriac. controu. 548. num. 74.*
Non obſtat quod prædia fuerint legata ſub
8 dictionibus *donec & quouſque* † quibus ſignificari ſolet datio in pignus, *Pacif. de Salu. inſp. 4. cap. 1. numer. 216. & 217. Caſtill. controu. Iur. lib. 3. cap. 23. ſub num. 60. Surd. conſ. 243. num. 7. Rot. deciſ. 261. num. 15. par. 7. recent.* & per conſequens
9 fructus imputandi veniant in ſortem, *l. 1. & 2. iuncta l. fin. Cod. pign. act. l. 1. Cod. diſtract. pign. Cuman. conſ. 19. num. 4. Surd. conſ. 194. num. 10.* quia procederet obiectum, niſi ex alijs ſupra ponderatis conſtaret de voluntate Teſtatricis legandi ipſa prædia eorumque fructus † traſfe-
10 rendi in liberam diſpoſitionem legatarij, qua voluntate ſtante verba *donec & quouſque* non reſtringunt legatum quoad ſubſtantiam, vti in ſimili dicimus de legato facto mulieri, donec, & quouſque vitam vidualem ſeruauerit vel alteri donec, & quouſque cum hæredibus habitauerit, ſed ſolum reſtringunt quoad tempus, & important temporalitatem † quæ
11 legatis adijci poteſt, *l. fin. Cod. legat. Cancer. var. reſol. tom 3. cap. 20. nu. 45.* adeo quod cum præ-
12 dia non ſint legata † pro ſecuritate tantum, ſed vt maritus illis interim fruatur, & fructus ſuos faciat nullatenus computandi ſint fructus in ſortem *Leſſ. de iuſtit. & iur. lib. 2. capit. 20. dub. 16. num. 141. Filliuc. quaſt. moral. to. 2. tract. 34. par. 2. cap. 5. num. 110. Martha conſ. 17. nu. 16.* quia
13 potuit † Teſtatrix prediorum fructus ex mera ſua liberalitate legare marito, *Surd. de alim. tit. 9. q. 18. ſub nu. 12. verſ. poſtremò.*
14 Minus obſtat quod legatum fructuum, donec † præſtetur res legata ſit vſurarium, & illicitum, *Barboſ. in 1. par. l. 2. numer. 41 ff. ſol. matrim. Neguſ. de pign. par. 5. membr. 5. num. 10. verſ. 6. amplia, Menoch. conſ. 441. num. 32. verſ. reſpondetur Surd. conſ. 23. num. 3. Buratt. deciſ. 144. num. 8. & 9.* Quia vera eſt concluſio, quando purè lega-
15 ta eſt quantitas, † eamque legatarius ſtatim conſequi poterat, cum tunc fructus videantur legati ob retardatam ſolutionem, & virtualiter inſit tacita pactio ſoluendi vſuras pecuniarum in quibus terminis loquūtur quot quot exaduerſo allegari poſſunt, ſecus verò eſt, quando vt in caſu noſtro fructus legati
16 fuerunt † ex mæra liberalitate, non autem propter moram hæredis in preſtando rem legatam, quod vltra ſupra deducta comprobatur, quia Teſtatrix prædia voluit per maritum poſſideri, quamuis eorum fructus longè excedant annuum redditum tertiæ partis bonorum marito legatæ, vt in his terminis ponderat *Surd. de alim. tit. 9. qu. 16. nu. 53. verſ. vel etiam*, vbi dicit rationem, quia tunc non eſt
17 veriſimile, † quod Teſtator cum tam graui iactura reſpexerit ad moram hæredis argumento, *l. cum de indebito, ff. probat.* & ceſſante
18 reſpectu ad moram, † ceſſet ſuſpicio vſuræ, *vt per Socc. in l. 2. num. 7. vſque ad 10. ff. his quæ pœna nom. Surd. conſ. 23. num. 12. Grat. diſcept. 34. numer. 35.*
Præſertim dum non fuerunt legati ſoli fructus correſpectiuè ad debitum quantitatis ſed ipſa prædia de ſui natura fructifera, & ſic fructus veniunt conſecutiuè ex prædiorum
19 legato, ac dominio † à quo pendet fructuum acquiſitio *ad text. in l. bona fidei ff. acquir. rer. dom. l. fructus ff. vſur. Cancer. var. reſolut. tom. 3. cap. 20. num. 20. Monter. deciſ. Aragon. 17. numer. 63.* & ad propoſitum ponderat *Cribell. deciſ. Dolana 145. num. 12. in fin. & num. 13. Anton. de Amut. reſol. 83. ſub num. 14. in fin. & num. 15.* Et quod plus eſt etiam legatum tertiæ partis bonorum omniū quod donec præſtetur legata fuerunt prædia,
20 conſiſtit † plerumque in ſtabilibus, quæ cum eſſent de ſui natura fructifera iudicandum eſt, non ſecus ac de legato ſpeciei, & fructus debentur. *Menoch. conſ. 441. ſub num. 32. verſ. nec repugnat Cephal. conſ. 133. num. 138. Rot. poſt Modern. de legitim. deciſ. 29. num. 2. Ciriac. controu. 542. n. 33.*
Prout debentur quando legatum eſt alterna-
21 tiuum † in quo non cadit vſura, cum de natura vſuræ ſit multiplicatio obligationum non alternatio *Bald. in l. vnica num. 38. Cod. his quæ pen. nom. Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 7. nu. 39.*

Lu-

Lupus in l.curabit comment. 1. §. 4. *nu.* 73. *circa med. ff. act. empt. Rot. d. deciſ.* 29. *num.* 9. *apud Moder. de legitima*, & in caſu noſtro dicebat vnus ex Dominis legatum eſſe alternatiuum, tum quia
22 Teſtatrix videtur legaſſe, vel tertiam partem omnium bonorum, vel tria prædia à marito poſſeſſa eorumque fructus *ad text. in l.* 1. *ff. penul. legat. l. cum ſiue præfinitione iuncta gloſſ. in prin. ff. quando dies legat. ced. Surd. conſ.* 156. *nu.* 19. tum etiam quia legata parte omnium bonorum quotitatiua nempè tertia parte, † vel ſimili
23 eſt in electione hæredis, vel dare partem cuiuslibet rei ſi patiantur commodam diuiſionem, vel æſtimationem, *vt ex text. in l. non amplius §. fin. ff. leg.* 1. *tradit Aldobrad. conſ.* 115. *nu.* 25. *lib.* 1. *Ciriac. contr.* 390. *n.* 43. & 44.

Tandem gratis dicitur legatarium declaraſſe ſe poſſediſſe tria prędia loco † pignoris,
24 dum coram A.C. in prima inſtantia aſſeruit ſe creditorem tertiæ partis pro lucro dotali, & inſtetit pro conſignatione bonorum in ſolutum ad tradita per *Surd. deciſ.* 92. *ſub numer.* 6. *verſ. tertio omnes*, & *num.* 7. quia legatarius ſolum inſtetit pro conſignatione tertiæ partis bonorum iuxta formam iurium in actis productorum, adeoque iuxta legata ſibi ab vxore relicta in bonis vt ſupra. Et in omnem euentum dato (nuſquam tamen conceſſo) quod prædia legata eſſent in pignus pro ſecuritate mariti, quouſque ei tertia pars omnium bonorum conſignaretur, fructus ex prædijs percepti imputandi eſſent in ſortem dictæ tertiæ partis bonorum de qua hodie non agitur, ſed de legato ſeparato ſcutorum 500. Nec verificatur quod iam conſignata fuerat dicta tertia pars bonorum integrè reſeruato iure imputandi fructus ex prædiis perceptos in legatum ſcutorum 500. quia imò adhuc alia lis principaliter pendet coram me per ſeparatam commiſſionem ſuper eo an tertia pars bonorum integrè conſignata fuerit.

Quantum vero attinet ad detractionem Falcidiæ, pręrendebant informantes pro Phæbeo illam fuiſſe prohibitam † ex quo Teſta-
25 trix mandauit ſolui ſcuta 500. *liberè, & abſque vllo onere*, quæ verba importare prohibitionem falcidiæ cenſuit, *Petra de fideicomm. qu.* 15. *numer.* 194. *verſ. quintum exemplum*, & *num.* 199. *verſ. decimum quartum exemplum*, quia Falci-
26 dia etiam tacitè prohiberi poteſt, *Mantic. de coniect. lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 10. *Boer. deciſ.* 44. *num.* 33. & idem eſt mandare, quod legatum præſte-
27 tur liberè, † ac mandare, quod pręſtetur abſq; diminutione, quo caſu Falcidiam cenſeri prohibitam tradit, *Mant. d. tit.* 12. *num.* 16. *Rota deciſ.* 421. *num. vlt. coram ſan. mem. Gregor. XV. cum alijs allegatis per add. ad Buratt. deciſ.* 480. *num.* 20. ſed contrariam ſententiam tuetur, *Peregr. de fideicomm. art.* 3. *num.* 94. & 96. vbi allegat concordantes, & dicit ab hac opinione non eſſe recedendum, quia verba illa † intelligi poſ-
28 ſunt de libertate ab oneribus intrinſecis, & hypothecis, vtque cenſeatur prohibita Falcidia oportet verba eſſe adeò clara † vt aliam
29 interpretationem habere non poſſint *Ciriac. controu.* 326. *num.* 29. *Marth. de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 28. *art.* 3. *num.* 19. *Oldrad. conſ.* 243. *numer.* 4. *verſ.* & *talis prohibitio alyque relati à Modern. Piſaurienſi de imputat. q.* 113. *n.* 17. & *ſeqq.* & *q.* 115. *num.* 31.

Ideò Domini omiſſa diſcuſſione vtriuſque opinionis ex alio fundamento cenſuerunt nō
30 eſſe in locum detractioni Falcidiæ, † quia ſcilicet non fuit probatum legata excedere dodrantem hæreditatis, vt oportet, *§. hinè nobis auth. hæred. & falcid. Rot. deciſ.* 88. *nu.* 21. & 22.
31 *par.* 5. *recen.* & probandum eſt ab hærede † falcidiam prætendente, *§. ſancimus igitur auth. hæred. & falcid.* cum alijs adductis per *Modern. Bonon. de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 8. *art.* 31. *numer.* 965. & *pluribus ſequentibus.*

Et ita deciſum vtraque parte Informante.

BARCHINONEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 8. *Aprilis* 1647.

ARGVMENTVM.

Confirmatio concordiæ à Sede Apoſtolica ex quibus probetur? & illius obſeruātia ex quibus reſultet? obſeruantia concordiæ in parte præſumitur etiam in reliquis. Obſeruantia proxima quæ dicatur? obſeruantia ad inducendam præſumptionem beneplaciti Apoſtolici probanda eſt plenè, & concludenter, non autem præſumptiuè.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuerſalia declarantur ab alijs verbis ſubſequentibus ſpecificè, ac diſtinctè loquentibus.*
2 *Tenor concordiæ eſt attendendus.*
3 *Concordia vim habet rei iudicatæ. Concordia confirmata à Sede Apoſtolica ligat etiam ſucceſſores, ibidem.*
4 *Confirmatio Apoſtolica, quod emanauerit de mandato Papæ probatur ex aſſertione Cardinalis, cui creditur iuncta præſertim longa obſeruantia, & num.* 14.
5 *Confirmatio Apoſtolica præſumitur ex curſu* 30. *annorum cum obſeruantia.*
6 *Confirmatio Apoſtolica præſumpta non excluditur ex productione confirmationis expreſſæ, niſi fuerit facta in ſpecie ad effectum docendi de confirmatione Apoſtolica.*
7 *Confeſſio voluntaria Procuratoris principali non nocet.*
8 *Geſta à Benedicto XIII. ante requiſitionem Principum fuerunt approbata in Concilio Conſtanſienſi.*
9 *Obſeruantia concordiæ initæ inter Epiſcopum, & Abbatiſſam ex quibus reſultet? & num.* 10. 13. & 15.
11 *Abbatiſſæ de Iure communi competit Ius præſentandi ad beneficia in Eccleſijs ad monaſterium ſpectan. fundata.*
12 *Abbatiſſa de Iure communi nullam exercere poteſt Iuriſdictionem ſpiritualem.*
13 *Obſeruantia concordiæ ſpatio plurium annorū nō deſtruitur per aliquos actus cōtrarios recenter geſtos.*

16 Ob-

16 *Obſeruantia probata in parte præſumitur etiam in reliquis in eadem concordia contentis, quæ ſunt ſimilia cum ijs, quæ probantur obſeruata.*
17 *Obſeruantia intra annos 40. non dicitur remota, ſed proxima.*
18 *Præſertim quando exaduerſo non docetur de aliquo actu contrario.*
19 *Viſitationes intermediæ præſumuntur probatis viſitationibus antecedentibus, & ſubſequentibus.*
20 *Media præſumuntur probatis extremis.*
21 *Ad inducendam præſumptionem confirmationis, ſeu beneplaciti Apoſtolici non ſufficit probare obſeruantiam præſumptiuè, ſed requiritur probatio certa.*
22 *Actus poſitiui, ex quibus obſeruantia reſultat ad inuicem adminiculantur.*
23 *Titulus præſcriptionis concurrere poteſt cum titulo concordiæ, quando ſe compatitur.*
24 *Obſeruantia contraria non inducitur ex actibus geſtis lite pendente.*
25 *Appellatio non diuerſificat cauſam, ſed inſtantiam.*
26 *Viſitatio æquiuoca non ſuffragatur.*
27 *Item nec ſuffragatur Viſitatio impugnata, ac contradicta.*
28 *Concilium Tridentinum ſeſſ.24. de reform. cap.20. non derogat concordijs à Sede Apoſtolica confirmatis.*
29 *Abbatiſſa poteſt mediante perſona à ſe deputanda facere, quæ ſibi competunt, etiamſi extra clauſtrum verſentur.*

DECISIO CCXCV.

CONCORDIA inita de anno 1401. inter tunc Epiſcopum Barchinonenſem, & Capitulum atque Canonicos Eccleſię Cathedralis ex vna, & Abbatiſſam, ac Moniales Monaſterij Sancti Petri Puellarum ex altera admittit, primo totalem, & plenariam exemptionem dicti Monaſterii ab ordinaria correctione, & viſitatione Epiſcopi, & ſubiectionem omnimodam Eccleſiæ Romanæ; deinde tribuit Abbatiſſæ ius conferendi, & inſtituendi hebdomadarios, & alios beneficiatos Monaſterij, quodque hebdomadarij, & alij beneficiati teneantur ei præſtare obedientiam: tertio diſponit quod hebdomadarij dicti Monaſterij præſtent obedientiam Epiſcopo ratione curæ animarum, & totius ſpiritualis boni; Abbatiſſę vero in & pro temporalibus, ſintque ſubmiſſi plenariæ Iuriſdictioni Epiſcopi ab eoque teneantur habere commiſſionem curæ animarum, debeant interuenire Synodo, & in eo ſe ſubmittere viſitationi, correctioni, & Iuriſdictioni, ac procurationi pro viſitatione, & omnimoda alia Iuriſdictione tàm ciuili, quàm criminali, prout ſeruatur communiter in alijs Curatis Barchinonæ; Poſt hæc concordia præſcribit modum quo Epiſcopus viſitationem facere debet in Eccleſia Parochiali Sancti Petri, nempè quod intimatis hebdomadarijs viſitet Altare Sanctæ Mariæ in quo eſt Parochialis, & recognoſcat chriſma aliaque concernentia curam animarum, necnon Eccleſiam in quantum eſt neceſſarium pro receptatione Parochianorum, & attinet ad eorum ſeruitium, declarando ſtatim, & immediatè quod Epiſcopus non viſitet aliquod aliud Altare dictæ Eccleſiæ, niſi prædictum Parochiale, quodque in actu viſitationis, nec minus in alio tempore faciat aliquam inquiſitionem ratione ſeruitij beneficiorum Portionariorũ, eo quia cum ſit in arbitrio Abbatiſſæ priuare beneficiatos portionibus ſi nõ faciunt ſeruitium prout decet, iſtud committitur, & remanet oneri animæ ſuæ: Inſuper ſi hebdomadarij, & beneficiati ſe propter maleficium vel aliam cauſam abſentauerint ſine licentia Abbatiſſæ ſit illi poteſtas eoſdem citari faciadi ad reſidendum, & priuandi beneficijs ex hac ſola ratione, ac hebdomadariorum, aut beneficiatorum cauſas in quibus illi sũt actores dumtaxat cognoſcendi, ſi quæ aliquis, vel aliqui ex ſupradictis beneficiatis noluerint portare ea, quæ eis commendabuntur in proceſſionibus, vel in diebus Dominicis, & ſolemnibus mulctandi, obedientes vero remunerandi.

Ex quibus latiùs in Inſtrumento concordiæ recenſitis, eſt in claris circa quæ verſetur Iuriſdictio Epiſcopi ſuper hebdomadarijs illorumque obedientia erga Epiſcopum ratione curæ, & totius ſpiritualis boni, declarando verba hęc *totius ſpiritualis boni* alioquin vni-
1 uerſalia † ex ſubſequenti ſpecifica enumeratione rerum, & caſuum Iuriſdictioni Epiſcopi, vel Abbatiſſæ reſpectiuè erga hebdomadarios ſuppoſitorum, vt debet, *l. quæſitum, §. mania ff. leg. 3. Bart. ibidem in fin. & in l. generali, §. vxori num. 1. ff. vſufruct. leg. Ruin. conſ. 78. num. 4. verſ. præterea lib. 1. Oldrad. conſ. 8. num. 2. Rot. deciſ. 428. nu. 16. part. 4. tom. 2. recent. deciſ. 194. n. 94. par. 5.* Pariterque eſt in claris, quod Epiſcopus viſitare non poteſt, niſi circa concernentia curam animarum, & ſeruitium Parochianorum, neque aliquod aliud Altare, niſi Altare Parochiale; adeò quod ipſe concor-
2 diæ tenor, † qui eſt attendendus *cap. 1. de duobus fratribus à Capitan. inueſt. cap. 1. in fin. de ſucceſſ. feud. Surd. conſ. 440. num. 58. Peregr. conſ. 24. num. 6. lib. 2. Rot. deciſ. 603. numer. 19. part. 4. tom. 3. recent.* oſtendat malum ius Epiſcopi ſuper viſitatione extra concernentia curam animarum perſonarum ſæcularium bonumque ius Abbatiſſæ in ijs, quæ ad eius fauorem ſunt, vt ſu-
3 pra diſpoſita, quia concordia habet vim † rei iudicatæ, *l. non minorem Cod. tranſact.* cumque ſit confirmata à Sede Apoſtolica ligat etiam Epiſcopos ſucceſſores, vt præter allegatos in alia deciſione tradit *add. ad Greg. XV. deciſ. 152. num. 24.*

Hæc autem confirmatio adeſt expreſſa organo Cardinalis Tiraſonenſis de mãdato Be-
4 nedicti XIII. de quo conſtat † ex aſſertione eiuſdem Cardinalis, cui creditur; iuncta præſertim longa obſeruantia, vt comprobat alia *deciſio edita in hac cauſa 4. Iulij 1646. coram me, §. confirmatio,* necnon præſumpta ex lapſu pluſquam 150. annorum cum obſeruantia, cum
5 tamen triginta ſufficerent: † ad præſumendã confirmationem Apoſtolicam, *Mohed. deciſ. 2. de*

de tranſact. Put. deciſ. 365. num. 1. & 7. lib. 2. Rot. de-
ciſ. 179. num. 1. par. 2. diuerſ. deciſ. 21. num. 9. part. 4.
tom. 2. recent. deciſ. 32. num. 3. par. 6. Vndè gratis
dicitur Benedictum XIII. fuiſſe Antipapam
ac Tiraſonenſem Ante Cardinalē, quia adhuc
ſuffragaretur cōfirmatio præſumpta, † quam
6 non excludit productio expreſſæ, niſi fuerit
facta in ſpecie ad effectum docendi de confir-
matione Apoſtolica, vt declarauit, *Rota de-*
ciſ. 191. ſub num 9. & ſeqq. deciſ. 225. nu. 10. part. 5.
recent. Eo minus ſi productio fuit facta à pro-
curatore, non autem à principali, quia non
poteſt plus operari, quam explicita Procura-
7 toris confeſſio, † quæ cum ſit voluntaria
principali non nocet, *Caſtr. in l. non ſolum nu. 2.*
ff. procur. Egid. deciſ. 119. num. 1. & in his terminis,
Rot. deciſ. 285. ſub num. 4. verſ. accedit par. 2. recent.
Et prætereà geſta à Benedicto XIII. ante re-
8 quiſitionem Principum, † & ſic promotio
Tiraſonenſis ad Cardinalatum, & confirma-
tio noſtræ concordiæ fuerunt approbata in
Concilio Conſtanſienſi ſeſſ. 20. §. quinto, vt ponderat
alia deciſio huius cauſæ loc. ſupra alleg.
9 Obſeruantia verò concordiæ † reſultat
etiam reſpectu viſitationis, nedùm ex actibus
negatiuis, nempè quia Epiſcopus ab anno
1401. vſque ad annum 1520. nuſquam viſi-
tauit, & duas viſitationes, quas abindè citra
factas producit, non fecit tanquam ordina-
rius, vt infra dicitur quod in puncto ponde-
rauit *Rot. deciſ. 396. num. 11. verſ. vt imò, & nu. 12.*
par. 5. recent. & prius in deciſ. 534. ſub n. 4. verſ. non
obſtat par. 1. diuerſ. Sed etiam ex actibus poſi-
10 tiuis pro parte Abbatiſſæ † videlicet primo
ex ſexdecim collationibus beneficiorum hu-
ius Eccleſiæ factis ab Abbatiſſa per annos fe-
rè centum, & nonagintà à die emanatæ con-
cordiæ, quæ non poſſunt referri ad ſimplicē
titulum Iuriſpatronatus, ſeu Iuriſpræſentan-
di, aut conferendi quod Abbatiſſæ compe-
11 tit de iure communi ſuper beneficijs in Ec-
cleſia ad monaſteriū ſpectante fundatis iuxtà
notata *in cap. ea noſcitur de his, quæ fiunt à Præl.*
ſin. conſ. capit. cap. dilecta de maior. & obed. cum alijs
allegatis in deciſ. huius cauſæ edita 9. Iunij 1638. co-
ram Reuerendiſs. D. meo Decano, quia Abbatiſſa
non contulit ſimpliciter beneficia, ſed vltrò
voluit quod prouiſi ſibi præſtent obedientiā,
ac promittant, quod non contrauenient in
viſitatione, ſeu inquiſitione per ipſam Ab-
batiſſam facienda, prout in effectu promiſe-
runt, quæ cum non competant † Abbatiſſæ
12 de iure communi, vt per *Mirand. in Manuali*
Prælat. tract. de ſacris monial. quæſt. 7. art. 5. concl. 4.
col. penultim. infra med. verſ. quod intelligendum eſt,
Sanch. in præcept. decal. lib. 6. cap. 1. num. 17. ſed ex
diſpoſitione concordiæ ad eam per neceſſe
referuntur eiuſdemque obſeruantiam pro-
13 bant, † licet de concordia explicitam men-
tionem non faciant, *vt ex text. in l. quædam mu-*
lier cum ibi notatis ff. rei vindic. dixit ferè in termi-
nis, Rot. in Roſſanen. Exemptionis 20. Aprilis 1640.
coram R. P. D. meo Carillo, §. penult. & in Elboren.
Iuriſconferendi 4. Iuly 1640. coram eodē §. & quod
dicta obſeruantia, & facit deciſ. 295. num. 3. par. 3.
recent.

Nec refert, quod in aliquibus collationi-
bus nouiſſimè factis poſt annum 1600. non
fuerit facta mentio dictæ obedientiæ, vel pro-
miſſionis, quia eædem collationes nihil con-
trarium continent, & in omnem euentum
non nocerent, aut deſtruerent antecedentem
14 obſeruantiam concordiæ † per annos ferè
centum, & nonaginta, *iuxt. theor. Bart. in l. de*
quibus num. 16. in ſecunda lect. ff. de legib. quam ſequi-
tur Socin. conſ. 6. num. 2. conſ. 145. num. 2. libr. 1. Rota
deciſ. 36. nu. 38. & 39. coram Reuerendiſs. Vrgellen.
& in Barchinonen. Canonicatus 15. Decembr. 1645.
& 26. Februarij 1646. coram R. P. D. meo Royas, &
ſufficit dicta obſeruantia, imo longè breuior
ad præſumendam confirmationem † Apo-
15 ſtolicam, vel mandatum Pontificis in per-
ſona Cardinalis Tiraſonenſis, qui concordiā
expreſſo hoc nomine confirmauit iuxtà ſu-
periùs allegatos, aduertendo præſertim, quod
in dictis collationibus expreſsè fit ſermo de
viſitatione beneficiatorum, & ſicut dicebam
exindè reſultat obſeruantiā † concordiæ etiā
16 reſpectu viſitationis, vt in ſimili *Caputaq. de-*
ciſ. 158. par. 2. Rot. deciſ. 573. num. 4. par. 2. recent. de-
ciſ. 23. nu. 4. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. ad quam
præterea probandam ſatis eſſet, quod con-
cordia fuiſſet obſeruata quoad collationes,
17 quia probata obſeruantia in parte † præſumi-
tur etiam in reliquis in eadem concordia
contentis, quæ ſunt ſimilia cum ijs, quæ pro-
bantur obſeruata, vt vltra allegatos in alia
deciſione coram me, §. ſiquidem in fin. tradit, Pariſ.
conſ. 90. numer. 4. & 5. lib. 1. Garz. de benef. part. 12.
cap. 2. numer. 240. Rot. deciſ. 396. num. 13. par. 5. re-
centiorum.

Secundò ſpecificè quoad viſitationem pro-
batur obſeruantia ex viſitatione facta ab Ab-
batiſſa de anno 1429. quæ etſi emanauerit
poſt 25. annos à die concordiæ, inſeruit ta-
men pro illius obſeruantia proxima, cum
18 non dicatur remota obſeruantia † ſi ſit in-
tra 40. annos, vt fuit dictum *in Tiraſonen. Sa-*
criſtiæ 9. Iunij 1600. coram bon. mem. Iuſto, & in
Maioricen. Iuriſdictionis 3. Martij 1636. coram R.
P. D. meo Ghiſilerio impreſſ. par. 7. recent. deciſ. 105.
num. 12. Præſertim cum exaduerſo non doce-
19 tur † de aliquo actu contrario *Seraphin. deciſ.*
1334. num. 3. Coec. deciſ. 469. nu. 6. verſ. & iſta ob-
ſeruantia add. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 325. ſub
num. 26. & accedit alia viſitatio Abbatiſſæ de
anno 1585. quæ facit præſumi etiam viſita-
20 tiones temporis intermedij † licet de illis nō
conſtet iuxtà regulā, quod probatis extremis
media præſumuntur de qua *Menoch. de præ-*
ſumpt. 36. num. 1. & ſeqq. lib. 6. Seraphin. deciſ. 1141.
num. 3. deciſ. 1334. num. 3. Rot. inter recent. dec. 221.
num. 10. par. 6. & in terminis probationis ob-
ſeruantiæ centenariæ, *Buratt. deciſ. 885. num. 3.*
Nec obſtat quod ad inducendam præſump-
tionem confirmationis, ſeu beneplaciti Apo-
21 ſtolici † non ſufficiat probare obſeruantiam
præſumptiuè, ſed requiratur probatio certa,
Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 13. num. 14. add. ad
ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 354. num. 18. quia in ca-
ſu noſtro dantur actus certi, ac poſitiui, tum
22 viſitationum, tum collationum per tempus

lon-

longiſſimum, qui ad inuicem adminiculãtur
Soccin.ſen.conſ.187.n.16. verſ.confirmatur libr. 2.
Soccin.iun.conſ.67.n. 11.& ſeqq.nu.64. Alb.conſ.9.
num.11.& ſeqq. Rot.deciſ.472.ſub num.7.par.1.rec.
& ſunt ſatis ad probandam obſeruantiam
centenariam, & vltrà productiuam præſum-
ptæ confirmationis Apoſtolicæ, imò, & præ-
23 ſeruationis, quæ ſe compatitur, † & concur-
rere poteſt cum titulo concordiæ, vel alijs
Abbatiſſę competentibus, *Rot.deciſ.218.nu.21.*
par.6.recent. Gonz.ſuper reg.8.gloſſ.53.num.45. &
ſeqq.

Minus obſtant actus contrarij geſti ab Epi-
ſcopo, nam omiſſis, qui emanarunt poſt an-
num 1600.dati in Summ.Epiſcopi nu.3. & 4.
quique cum tunc penderet lis ſuper hoc iu-
re viſitandi introducta vſque de anno 1599.
24 non inſeruiunt † pro inducenda obſeruantia
contraria, aut aliquo iure in fauorem Epiſco-
pi vt per *Abb.in cap licet ex quadam 47. num. 3.*
Anchar.num.5.de teſtib.Dec.conſ.82.n.1.Greg.XV.
deciſ.325.num.12.Rot.dec.288.num.1. par. 6. rec.
& dicta litis pendentia negari non poteſt, af-
ficitque modernum Epiſcopum, qui à ſen-
tentia de d.anno lata ad fauorem Abbatiſſæ,
introduxit in Rota per appellationem cau-
ſam nunc pendentẽ quæ ideò dici non poteſt
noua, ſed eadem pendens de anno 1599. cum
25 appellatio † non diuerſificet cauſam, ſed in-
ſtantiam, *Bald.in rubr.C.appell.nu.2. verſ. quæro*
numquid Dec.in c.veſtrum. n.7.de reſcr. Rot.Bonon.
diuerſ.dec.138.nu.117.& dec.139.num.16.Caſſad.
dec.8.num.4.de reſcr.Coccin.deciſ.123.n.9.

Omiſſis inquam dd.actis geſtis poſt annum
1600 remanent duæ viſitationes, quæ Epiſco-
po non ſuffragantur, nam prima de anno 1504
26 eſt ſaltem æquiuoca † cum fuerit facta titu-
lo delegationis Apoſtolicæ iuxtà allegatos in
alia *deciſione edita prima Iulij* 1644. *coram me §.*
fin. quibus additur *Rot. inter recent. deciſ. 635.*
*nu.2.verſ.et quamuis par.3.*alijque relati *ab add.*
ad Buratt. deciſ. 578. num. 18. eodemque no-
mine emanauit altera de anno 1520.quæ non
eſt diuerſa à prima, ſed illius continuatio, vt
legitur, ibi, *Reuerendiſſimus &c. viſitator prædi-*
ctus continuando d.viſitationem viſitauit &c. Sum.
Epiſcopi num 2.altera pariter anni 1587. eſt
æquiuoca, quia facta fuit ab Epiſcopo vti Se-
dis Apoſtolicæ delegato, & vltrò fuit contra-
27 dicta ab † Abbatiſſa, vt ponderat *vltima deciſ.*
*§.fin.*poſt quam contradictionem non fuit cõ-
tinuata niſi quo ad altare parrochiale, & Ec-
cleſiam in quantum eſt neceſſaria pro recep-
tatione parochianorum, & eorum ſeruitio vt
habetur in Summ.Abbatiſſæ num.10. in fin.

Comprobata ex prædictis confirmatione
concordiæ non fauet Epiſcopo diſpoſitio
*Sacr.Concil.Trident.ſeſſ.24.de reform.cap.20.*quia
28 non derogat † concordijs à Sede Apoſtoli-
ca confirmatis, & præter allegatos *in vlti-*
ma deciſione §. adeo quod tradit. Barboſ. in collect.
Bullar.verb.concordia num.2. Ludouicus à Sarauia
de Iuriſdictione adiuncti quæſt.25.num.6.Armendar.
in addit.ad recopil.leg.Nauarr.lib.1.tit.18.l.7.de
Epiſc.nu.67. & propterea ſatis remanet pro-
batum malum ius Epiſcopi, & bonum Ab-
batiſſæ etiam reſpectu viſitationis, quæ in iis
29 quæ verſantur extrà clauſtrum † fieri ab ea
poteſt mediante perſona à ſe deputanda,
Cucchus inſt. canon. libr. 4. tit. 8. numer. 42. Az-
zor. inſt. moral. lib.3. cap. 40. quæſt.9. verſ.ſi quæ-
res & quæſt. 11. verſ. quod verò concurrentibus
præſertim alijs ponderatis in vltima deciſio-
ne, quam hodie cauſa ſuper eiſdem propoſi-
ta Domini confirmandam cenſuerunt vtra-
que parte informante.

CALAGVRITANA BENEFICII DE CORNAGO.

Lunæ 13. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Manutentio etiam in gradu reſtitutionis in inte-
grum conceditur anteriori poſſeſſori. Decre-
tum irritans manutentionem non impedit,
quando dubitatur, an ei locus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur ex ſententia priuationis contra poſſeſſorem.*

2 *Sententia ex defectu citationis eſt nulla.*

3 *Confeſſio valida etiam ex actu nullo reſultat in præiudicium confitentis.*

4 *Manutentio non impeditur ob defectum tituli, niſi ſit incontinenti probatus per confeſſionem partis, vel rem iudicatam.*

5 *Sententia in iudicatum tranſacta ob non interpoſitam appellationem in tempore ſuſpenſa dicitur per commiſſionem reſtitutionis in integrum.*

6 *Manutentio conceditur pendente cauſa reſtitutionis in integrum antiquo poſſeſſori, & num.8.*

7 *Reſtitutio in integrum omnia in priſtinum ſtatum reponit.*

9 *Manutentio in gradu reſtitutionis in integrum facilius conceditur, quando poteſt ſuſpicari de iuſtitia rei iudicatæ.*

10 *Manutentio datur non obſtante decreto irritanti, quãdo dubitari poteſt an ei locus ſit.*

DECISIO CCXCVI.

MANVTENTIONI Ioannis de Peralta,
& Ioſepho de Baroxa Domini annue-
runt pro tertia vice cauſa hodie ſuper eiſdem
propoſita: nam illorum poſſeſſio anterior eſt
in claris ex confeſſione ipſius Vallexi aduerſa-
rij, qui eoſdem per ſententiam beneficijs de
1 quibus agitur priuari obtinuit, † cum priua-
tio præſupponat poſſeſſionem antecedentem
Menoch.conſ.1014.num.19. in fin. Rot coram ſa.me.
Greg.XV. deciſ.402,num.1. deciſ.458.num.2. & in
Rauennaten. Saluiani 10. Iunij 1639. coram me.
2 Et quamuis dicta ſententia ſit nulla † ex
defectu citationis, vt comprobat *prima deciſio*
huius cauſæ edita 3. Iunij 1644 *coram Eminentiſſi-*
mo D. Cardinali Cecchino tunc Sacræ Rotæ Au-
ditore, adhuc ex ea educi poteſt confeſſio ad-
uerſarij ad probandam poſſeſſionem inſtan-

tium,

3 tium, cum etiam ex actu nullo † reſultet va-
lida confeſſio in præiudicium confitentis *Bar.
in l. decem ſtipulatus num. 8. ff. verb. oblig. Abb. in
cap. 2. num. 14. de Cappell. Monac. Rot. deciſ. 117. n. 2
deciſ. 271. num. 4. par. 1. recent.*

Neque inſtantibus obiici poteſt defectus ti-
tuli, quia nempe horum beneficiorum poſ-
ſeſſionem apprehenderint titulo optionis tan-
quam poſſidentes in eadem Eccleſia alia bene-
ficia minus pinguia, quæ tamen ad ipſos non
ſpectabant, vt fuit declaratum per ſententiam
Rotalem, quia defectus tituli non impedit
4 manutentionem † niſi ſit in continenti pro-
batus per confeſſionem partis, vel per rem
iudicatam, aut publicum inſtrumentum *Se-
raph. deciſ. 876. num. 2. Rot. deciſ. 3. ſub num. 1. verſ.
quando hæc notorietas de reſt. ſpoliat. in nou. cum alijs
allegatis in Iuuenacen. & Melphiten. bonorum 8.
Iunij 1646. coram R.P.D. meo Corrado*. Dicta
5 verò ſententia Rotalis, † & ſi ob non inter-
poſitam appellationem in tempore lapſa fue-
rit in Iudicatum, fuit deinde ſuſpenſa per cō-
miſſionem reſtitutionis in integrum, qua
6 pendente conceditur † manutentio antiquo
poſſeſſori *Buratt. deciſ. 604. num. 14. Greg. XV. de-
ciſ. 458. num. 8. Rot. diuerſ. deciſ. 350. in fin. par. 1. de-
ciſ. 436. num. 2. par. 4. & fuit dictum in Anagnina
Penſionis 18. Martij 1630. coram Eminentiſſimo D.
Cardinali Hieronymo Veroſpio, & nuper in Sipon-
tina Penſionis 8. Aprilis proxime præteriti coram
R.P.D. meo Peutingerio*, vbi allegantur concor-
dantes, & dicitur ratio, quia reſtitutio in in-
7 tegrum † omnia in priſtinum ſtatum reponit,
& quemadmodum ſi ſententia in iudicatum
non tranſijſſet danda eſſet manutentio in gra-
8 du appellationis ita dari debet † in gradu reſti-
tutionis in integrum.

Quo magis, quia in gradu reſtitutionis in
integrum coram R.P.D. meo Veroſpio reuo
cata fuit dicta ſententia Rotalis, & ſatis eſſet,
quod de illius iuſtitia poſſet ſuſpicari, tunc
9 enim facilius † pendente iudicio reſtitutionis
in integrum Rota ſolet concedere manuten-
tionem, *vt habetur in deciſ. 458. num. 8. coram ſa.
me. Greg. XV. deciſ. 821. ſub num. 8. coram bo. mem.
Buratt. & in Romana Subcollectoriæ 17. Martij 1645
coram me*.

Minus vrget decretum irritans appoſitum
in Conſtitutione Clementis Octaui emanata
ſuper optione horum beneficiorum, quia di-
cta Conſtitutio potius fauet inſtantibus, quip-
pe qui alia beneficia in eadem Eccleſia poſſi-
debant legitimo titulo canonizato per dictam
vltimam ſententiam coram R.P.D. meo Ve-
roſpio, & ſatis eſſet; quod de hoc poſſet du-
10 bitari, † vt interim præfatum decretum irri-
tans non reſiſteret manutentioni ex allegatis
in vltima deciſione huius cauſæ coram me §.
aut reſiſtere quibus addi poteſt *Cocc. dec. 354.
num. 7. & ſeqq. alijque plures relati à Moder. Peruſ.
in tract. de manut. obſer. 46. num. 14. & ſeqq.*

Et ita deciſum informantibus ſolum Ioan-
ne Peralta, & Ioſepho de Baroxa citato ta-
men pluries Vallexo aduerſario.

BONONIEN. BONORVM, ſeù FIDEI-COMMISSI DE SANCTIS.

Veneris 17. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſi exceptio non retardat immiſſionem hæredi ex interdicto quorum bonorum, ſaltim quando ei competit aliqua detractio legitimæ, vel fideicommiſſum non eſt omnino clarum. In fideicommiſſis regulariter appellatione filiorum non veniunt nepotes. & in hac deciſione reſpondetur coniecturis adductis pro vocatione nepotum.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio competit filijs in bonis patris ab inteſtato defuncti ex interdicto quorum bonorum.*

2 *Identitas bonorum hæreditariorum probatur ex Inuentarijs, quæ contra illa ſcribentem plene probant.*

3 *Ad recognoſcendum nonnullas partitas ſiquis fuerit citatus, & ipſe aliquas tantum negauit, reliquæ vero habentur pro recognitis.*

4 *Iudex ſi in citatione ad recognoſcendum ſcripturas pronunciauit illas pro recognitis, etiam nulla facta recognitione habentur pro recognitis.*

5 *Laudi executionem petens, omnia in eo contenta approbaſſe cenſetur.*

6 *Et talis approbatio ſe extendit etiam ad ea, quæ propter aliud prolata fuerunt.*

7 *Probationes, quæ percutiunt ſtatum rei fidem faciunt inter omnes, & in omni iudicio.*

8 *Confeſſiones iudiciales contrà confitentem plenè probant.*

9 *Amplia præſertim quando ſunt adminiculatæ, & veriſimiles.*

10 *Sub fideicommiſſo maiorum non cadunt bona aliundè per hæredes acquiſita.*

11 *Fideicommiſſi exceptio non retardat immiſſionem legitimi hæredis ex interdicto quorum bonorum, ſaltim quando hæredi competit aliqua detractio.*

12 *Legitima competit filijs ex perſona patris in bonis aui.*

13 *Fideicommiſſum quando non eſt omninò clarum, ſed illius diſcuſſio requirit altiorem indaginē, tunc hæredi non retardatur immiſſio ex interdicto, quorum bonorum.*

14 *Nepotes appellatione filiorum regulariter non veniunt in fideicommiſſis, nec minus pronepotes.*

15 *Filii in conditione poſiti, vt cenſeantur vocati, requiruntur coniectura.*

16 *Filij in conditione poſiti, licet cenſeantur vocati, non tamen cenſentur grauati ad inuicem reſtituere, nam à vocatione actiua non infertur ad paſſiuam.*

17 *Coniecturæ ad eliciendam voluntatem fideicommittentis grauandi pronepotes ad inuicem, ex quibus attendendæ non ſint?*

Coniectura excluſionis fœminarum ad hunc effectum leuis reputatur ibidem.

18 *Item coniectura qualitatis legitimitatis, ſub qua liberi ſunt poſiti in conditione.*

19 *Præſertim quando Teſtator nō fuit digreſſus ad plures gradus, ſed omnes ſubſtitutiones pendent ab*

vnico

vnico euentu obitus inſtitutorum, ſine filijs.

20 *Item leuis etiam reputatur coniectura prohibitionis alienationis, quæ non ampliat fideicommiſſum, ſed reſtringitur ad terminos præcedentis diſpoſitionis.*

Participium, prohibens, *eſt continuatiuum præcedentis diſpoſitionis ibid.*

21 Amplia *præſertim, quando eſt adiectum verbo*, dictis *quod reſtringit prohibitionem ad perſonas ſupra grauatas.*

22 *Teſtator poſt prohibitionem alienationis ſi ſtatim ſubiecit ſuæ intentionis eſſe, vt bona hæreditaria in domo, & agnatione conſeruentur, dicta ratio non eſt latior ipſa prohibitione.*

23 *Verba* cum intentio ſua ſit &c. *veniunt continuatiuè, & illatiuè ad prætendentem prohibitionem.*

24 *Amplia quamuis Teſtator vſus fuerit verbis perpetuitatem denotantibus, quia operantur perpetuam durationem fideicommiſſi in caſu diſpoſito.*

25 *Agnationis ratio quando eſt nominatim reſtricta ad filios Teſtatoris non excludit fideicommiſſum vltrà perſonas expreſſe vocatas, ſed reſtringitur, & declaratur ſecundum qualitatem ipſius diſpoſitionis, cui adnectitur.*

26 *Verbum* ſignanter *ſtat expoſitiuè.*

27 *In ratione agnationis ſi eſt adiecta clauſula* ordine, quo ſupra *cenſentur repetitæ perſonæ grauatæ, necnon ordo ſuccedendi ſuprà diſpoſitus, itaut vltra illas fideicommiſſum non extendatur.*

28 *Confeſſio in his, quæ iuris ſunt non nocet confitenti.*

29 *Exceptio iuris dubij, in quo opiniones adſunt hinc inde æquiparatur exceptioni facti.*

DECISIO CCXCVII.

PETIERVNT Monaſteria Sanctiſſimæ Trinitatis, & Ieſus Mariæ exiſtentia in Ciuitate Bononiæ ex perſonis Victoriæ Felicis, & Catherinæ ibi profeſſis, ac filiabus Dionyſij de Sanctis immiſſionem in poſſeſſionem bonorum per eumdem Dionyſium tempore mortis poſſeſſorum pro indiuiſo cũ Galeatio eius fratre, quo contradicente propoſui hodiè diſcutiendum, an &, pro qua rata ſit danda immiſſio dd. Monaſterijs, fuitque reſponſum dandam eſſe pro duobus octauis partibus. Competit enim filiabus in bonis patris, qualem fuiſſe Dionyſium non dubitatur, tanquam hæredibus ab inteſtato
1 immiſſio in bonis paternis † eorum identitate probata ex interdicto, quorum bonorum iuxtà *tex. in l. 1. & tot. tit. ff. & C. quor. bonor. ac tradita per Menoch. de adipiſc. rem 1. nu. 98. & ſeqq.*

Identitas autem bonorum apparet ex duo-
2 bus inuentarijs † altero intitulato, *Stato del Signor Dion ſio Santi*, altero, *Inuentario di varij acquiſti fatti co'l patto di francare per il Reu. Don Galeazzo, & anco il magnifico Dioniſio Santi fratello, mentre viueua*, datis in Summ. Monaſterij numer. 5. & 7 quæ contrà Galeatium aduerſarium probant, quia ſunt eius manu cõſcripta *l. fin. C. arbitutel Bald. conſ. 407. nu. 6. lib. 1. Rot. coram Gregor. XV. deciſ. 575. nu. 3. coram Cardinali Caualer. deciſ. 357. nu. 2. inter recent. dec. 407. num. 2. par. 2. & in Romana Pratenſi Fideicommiſſi de Fuſchis 8. Maij 1643. coram Reuerendiſſimo D. meo Dunozett. Decano*, vt conſtat, quia idem Galeatius citatus ad recognoſcendum manũ
3 ſuam, illam in aliquibus ſolum partitis, † quæ hodiè non petuntur negauit, ideoque in non negatis videtur confeſſus, vt probat *tex. in cap. non ne de præſump. cap. qualis 25. diſt. l. cura prætor 12. ff. iudic. Petr. Barboſ. ibid. num. 53. Matthesil. ſingul. 76.* vel ſaltem ſi non recognouit ſuffragatur decretum Iudicis, qui præuia citatione ad
4 recognoſcendum pronunciauit † ſcripturas pro recognitis, *Rebuff. in ordinat. Reg. Gall. tit. de chirograph. recogn. ſub num. 2. verſ. 6.* ſi non comparuerit, *& num. 40. Gaill. pratic. obſer. lib. 1. obſer. 80. num. 6. & de pac. publ. lib. 1. cap. 15. num. 14. & ſeqq. Coler. de proceſſ. execut. par. 3. cap. 1. num. 95. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 1055.*

Accedente præſertim, quod eadem inuentaria eſſe propria manu Galeazij conſcripta pronunciatum alias fuit in laudo lato ad fauorem ipſius Galeatij Summ. ibid. numer. 8.
5 cuius cum ille executionem petierit † omnia in eo contenta approbaſſe cenſetur *l. filius familias 18. vbi notant omnes ff. ad Macedon. Bart. in l. cum tabernam §. idem quæſiuit in fine ff. pignor. Matthesil. ſingular. 22. Caualer. deciſ. 20. num. 4.* vbi
6 quod talis approbatio † ſe extendit etiam ad ea, quæ propter aliud prolata fuerunt, *Rot. inter rec. dec. 101. ſub nu. 2. par. 3.* necnon inſtruſtrumento concordiæ initæ de anno 1642. cum Iacoba altera ſorore dictarum Monialiũ, in quo Galeatius coſeſſus fuit poſſidiſſe bona pro indiuiſo cum Dionyſio dicto Summar. num. 3.

Nec obſtat, quod hæc omnia non emanauerint cum Monaſterijs, tum quia probatio-
7 nes, † quæ percutierunt ſtatum rei, hoc eſt an bona ſint hæreditaria nec ne fidem faciunt inter omnes, & in omni iudicio, *Anchar. conſ. 336 num. 1. & 2. Acchil. deciſ. 5. de re iudic Ceſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 5. de iudic. Rot. deicſ. 352. ſub nu. 3. p. 3. recent.* tum etiam, quia id ipſum præſtant cõ-
8 feſſiones iudiciales † Galeattij ſuprà ponderatæ, *Aegid. deciſ. 3. num. 1. Caputaq. deciſ. 210. num. 6. par. 2. Guidopap. deciſ. 254. in princ. Surd. deciſ. 325. num. 12. Rot. in Boianen. Penſionis 27. Octobris 1600 coram Penia impreſſa apud Marcheſ. de commiſſ. p. 1. fol. 617. ſub num. 3.* quo magis, quia ſunt ad-
9 miniculatæ, † & veriſimiles, vt per *Surd. d. deciſ. 325. num. 5. Rot. deciſ. 334. numer. 8. par. 1. recentiorum.*

Quoniam verò informantes pro Galeatio aſſerebant bona ad Galeatium ſpectare vigore antiqui fideicommiſſi relicti à Ghinatio eiuſdem Galeatij; & Dionyſij proauo paterno, viſum fuit Dominis hanc exceptionem euitari primò, quia nullatenus aplicari poteſt bonis, quæ ex ſupra memoratis inuentarijs, vel aliundè probantur acquiſita à Dionyſio, vel ſolo, vel vna cum Galeatio fratre, quia hæc
10 non † cadunt ſub fideicommiſſo maiorum, *l. cohæredi §. cum filiæ ff. vulgar. gloſſ. in l. conficiuntur §. ſi poſt factum verb. teſtantur in fin. ff. iur. Codicill. Bald. conſ. 492. numer. 1. lib. 2. Fuſar. conſ. 68. numer. 9.*

numer.9.conſ.147.num.4. Peregr.conſ.37.nu.23.
libr.1.

11 Secundo quia exceptio fideicommiſſi † nõ
retardat immiſſionem legitimi hæredis ex
interdicto, quorum bonorum ſaltem, quan-
do hæredi competit aliqua detractio, *Menoch.*
de adipiſc.remed.4.ſub num.638.verſ.quartus eſt ca-
ſus Surd.deciſ.333.ſub num.8.& ſeqq.add. ad Gre-
gor.XV.deciſ.206.ſub num.11 Rot.deciſ.115. in fin.
par.1.recent.& in Bononien. Bonorum 31. Ianuarij
1646.coram Reuerendiſſimo D.meo Decano, & in
his terminis *coram Buratt. deciſ.262. numer.11.*
prout competit dd. Monialibus detractio le-
12 gitimæ † ex perſona patris deſcendentis a
fideicommittente niſi probetur hactenus de-
tracta *§.primo auth.de hæred.ab inteſt Craſſ.in §.le-*
gittima quæſt.4.num.1.Peregr.de fideic.art.36.nu.39.
cum alijs allegatis *à Moder.Foroliuienſi de legit.*
lib.1.tit.2. quæſt.10. num.2. & 3. vel quando fi-
13 deicommiſſum non eſt omninò clarum, † ſed
illius diſcuſſio requirit altiorem indaginem
Rip.in l.prima num.12.ff.quor.bonor.Dec.conſ.424.
num.20.Roland.conſ.1.num.73. lib.1.Menoch. de
adpiſc.remed.1.num.103. & alijs relatis dictum
fuit in *Bononien.Fideicommiſſi de Naſcentorijs 27.*
Februarij 1640. *coram R. P. D. meo Ghiſilerio*
§.fin.

Vt requirit in caſu noſtro quin potius fi-
deicommiſſum non adeſſe videtur, quia Ghi-
natius inſtituit hæredes *Anibalem Ioannem, &*
Matthæum eius filios, quibus, & eorum cuilibet dece-
dentibus abſque filijs maſculis ligitimis, & naturali-
bus, & ex legittimo matrimonio natis, tunc ſuperui-
uentem, & ſuperuiuentes, & præmortui filios maſcu-
los ligittimos, & naturales de legittimo matrimonio
natos inſtituit ſubſtituit vulgariter pupillariter, &
per fideicommiſſum in ſtirpes, & non in capita ipſis
verò omnibus decedentibus abſque liberis maſculis
legittimis, & naturalibus, ac ex legittimo matrimo-
nio natis filias fœminas legittimas, & naturales di-
ctorum eius filiorum pro dimidia, & filias ipſius te-
ſtatoris pro alia dimidia ſubſtituit &c. Neque
enim Galeatius, qui eſt pronepos fideicom-
mittentis comprehenditur in prima ſubſtitu-
tione filiorum natorum ex aliquo filio teſta-
toris præmortuo, aut in conditione ſi ſine fi-
lis adiecta primo gradui ſubſtitutionum, quia
14 in fideicommiſſis appellatione filiorum † re-
gulariter non veniunt nepotes *l.quod ſi nepotes*
ff.teſtam.tutel.Bart.in l.liberorum in princ.& nu.10.
& 11.ff.verb. ſignif. Bald.in l. Gallus §. inſtituens
nu.6.ff.liber.& poſth.& de communi Hond.conſ.60.
num.61.libr.1.Menoch.conſ.215. numer.95. Fuſar.
conſ.2.num.8.Rot.deciſ.272.nu.3.& ſeqq.deciſ.279.
num.1.& ſeqq.par.6.recent. eoque minus pro-
nepotes qualis eſt Galeatius *Rot.deciſ.473.n.23*
par.4.tom.3.rec.

Et quamuis comprehendatur in conditio-
ne ſi ſine liberis, ſub qua vocantur filię fœ-
minę ipſius teſtatoris, ac eius filiorum, præ-
ter quod non concurrunt coniecturæ neceſ-
15 ſariæ † ad hoc, vt poſiti in conditione cen-
ſeantur vocati, *Gabr.conſ.91.num.7. libr.2. Bel-*
lon.iun.conſ.26.num.46.Theſaur.deciſ.96.num.3.&
ſeqq.Fontanel.deciſ.151.nu.11. eſto etiam quod
tam ipſe, quam Dioniſius eius frater vti poſi-
ti in conditione ſi ſine liberis vocati præſu-
16 merentur † ad excluſionem fœminarum ſub
ea conditione ſubſtitutarum, non ideò ſeque-
retur, quod eſſent ad inuicem grauati; ita vt
mortuo Dioniſio eius portio non deberetur
proprijs filiabus ab inteſtato ſuccedentibus,
ſed Galeatio in vim prætenſi fideicommiſſi
Ghinatij, quia à vocatione actiua non infer-
tur ad paſſiuam iuxtà veriorem opinionem,
de qua *Marzar.conſ.6.num.7. Socc.ſen. conſ.104.*
numer.2.& 3.Pariſ.conſ.31.numer.23. lib.2. Aym.
conſ.98.num.5. Rouit.conſ.5.num.11. lib.2. Cribill.
deciſ.Dolana 64.ſub num.22.Rot.deciſ.538.num.8.
par.2.recent.deciſ.389.num.2.par.4.tom.3.dec.249.
num.5.& ſeqq.par.6. deciſ.95. verſ. non obſtat quod
ex ſtatuto inter impreſſ.poſt Fenſon. ad ſtat. Vrb. &
in Romana Fideicommiſſi de Zephiris 4. Iulij 1646.
coram me.

Coniecturæ autem exaduerſo deductæ ad
eliciendam voluntatem fideicommittentis
17 grauandi † etiam pronepotes ad inuicem nõ
ſunt momenti cum leuis ſit, quæ deducitur
ab excluſione fœminarum, *Mant. de coniect.*
lib.11.tit.14.num.14.verſ.ſed tamen dec.151. nu.8.
par.5.recent. & in Spoletana Bonorum 13. Aprilis
1646.coram R.P.D.meo Corrado, ſiue à qualita-
18 te legittimitatis † ex legittimo matrimonio,
ſub qua liberi ſunt poſiti in conditione, *The-*
ſaur.deciſ.96.num.26. Rot.apud Buratt deciſ.385.
num.8.& inter recent.deciſ.538.num.7.par.2. d.de-
ciſ.221.nu.12.par.5. neque in caſu noſtro adſit
19 digreſſus ad plures gradus, † cum omnes
ſubſtitutiones pendeant ab vnico euentu obi-
tus inſtitutorum ſine filiis. *Bellon. iun. conſ.26.*
num.60.& 62.Giouagn.conſ.82.num.20. verſ.ſext.
Pariſius libr.1.Rot.d.deciſ.221.num.10. & in Ro-
mana Fideicommiſſi de Ferrantis 19. Nouembri
1645.coram R.P.D.meo Pentingerio.

20 Prohibitio pariter alienationis, † quia non
ſtat principaliter, & de per ſe, ſed acceſſoriè,
& continuatiuè ad præcedentes ſubſtitutio-
nes, vt denotat participium illud *prohibens*,
quod eſt continuatiuum præcedentis diſpo-
ſitionis, ibi *prohibens, & expreſſe vetans d.teſtator*
dd.eius hæredibus, & ſubſtitutis quamcumque detra-
ctionem &c. non ampliat fideicommiſſum,
ſed reſtringitur ad terminos præcedentis di-
ſpoſitionis, vt in his terminis ponderat, *Gabr.*
conſ.124.num.12.conſ.138.numer.25. verſ.id quod
claré lib.2.Giouag.conſ.39.num.16. libr.1. Rot.de-
ciſ.294.num.7. coram bon. mem. Coccino, & in Bo-
nonien. Fideicommiſſi de Elephantutijs coram Buba-
lo impreſſ.apud Giouag.poſt d.conſ.39. num.38. &
ſeqq.in Bononien.Fideicommiſſi de Boaterijs 17.Fe-
bruarij 1642.coram bon.mem. Merlino in Bononien.
Fideicommiſſi de Pancaldis 10. Iunij eiuſdem anni
coram R.P.D. meo Cerra. Maximè ponderato
21 verbo *dictis*, quod reſtringit prohibitionem
ad perſonas ſupra grauatas *Ruin. conſ.96. n.12.*
lib.2.Fuſar.de ſubſt.quæſt.449. num.12. Seraph.de-
ciſ.482.num.2.Rot.deciſ.15.num.8.par.7.recent.&
in d.Bononien.Fideicommiſſi de Pancaldis §. minus
obſtat.

Atque hinc minus releuant, quod teſtator
22 ſtatim poſt prohibitionem addiderit † *cum in-*
tentio ſit ipſius teſtatoris quacunque illius bona here-

ditaria

ditaria ſemper , & continuo conſeruari in domo, & agnatione d. teſtatoris, & ſignanter in eius filios , & liberos maſculos prædictos, donec ſuperuixerint , & illis non extantibus , & quandocunque deficientibus ad eorum filios maſculos prædictos , & illis non exiſtentibus ad dd. filias fœminas ordine , quo ſuprà , quia hæc ratio non eſt latior ipſa prohibitione, vt in puncto reſpondit *Rot. in d. Bononien. Fideicommiſſi de Elephantutijs apud Giouag. d. conſ. 39 num. 46. & 47.* vbi dicitur , quod illa verba

23 eum intentio &c. † veniunt continuatiuè , & illatiuè ad præcedentem prohibitionem alienationis, *& deciſ. 15. num. 12. & ſeqq.* vbi vltrò num. 15. & 16. dicitur hoc procedere

24 quamuis † teſtator vſus fuerit verbis perpetuitatem denotantibus, quia operantur perpetuam durationem fideicommiſſi in caſu diſpoſito *par. 7. recent. & prius deciſ. 300. num. 20. par. 1. recent. Gabr. conſ. 132. num. 21. & ſeqq. lib. 1. Fuſar. conſ. 2. num. 43.* præſertim ; quia & ipſa

25 ratio agnationis † reſtricta nominatim fuit ad filios teſtatoris inſtitutos, & illorum filios, ibi, *ſignanter in eius filios &c.* quo caſu ratio huiuſmodi non extendit fideicommiſſum vltrà perſonas expreſsè vocatas, ſed reſtringitur & declaratur ſecundum qualitates ipſius diſpoſitionis, cui adnectitur, vt benè diſtingendo declarauit *Rot. in Romana Fideicommiſsi de Coronis 28. Ianuarij proximi præteriti coram R. P. D. meo Cerro per Bellon. iunor. conſ. 12. num. 65. & ſeq. Giouagnon. conſ. 97. num. 9. lib. 1. Odd. conſ. 66. ſub num. 53. Peregr. conſ. 45. num. 8. lib. 1. Fuſar. conſ. 2. num. 9. Surd. deciſ. 85. num. 1. verſ. Senatus & nu. 2.* aliaſque plurimas *allegationes , & deciſiones* ibi relatas, quibus *add. Ioſeph Romon. conſ. 61. nu. 30. & optima deciſio Aragon. Ioſephi de Seſſe 245. n. 20 & 21. & per tot.*

Et ponderandum eſt quod teſtator vſus fuit

26 verbo *ſignanter* † expoſitiuè ad denotandum perſonas de agnatione, in quibus voluit bona conſeruari, vt apparet tum, quia poſt filios & eorum filios nominauit filias proprias , ac filiorum, ad quas ſanè bona non poſſent deuenire immediatè poſt filios teſtatoris , & filiorum filios ſi teſtator ſub nomine agnationis intellexiſſet de tota deſcedentia maſculina, tum quia ſtatim adiecit clauſulam *ordine ,*

27 *quo ſupra,* † quæ repetit in ratione agnationis perſonas grauatas , & ordinem ſuccedendi ſuprà diſpoſitum, itaut vltrà illas fideicommiſſum non extendatur, *Alex. conſ. 59. num. 21. verſ. non obſtat lib. 3. Berrett. conſ. 108. num. 17. Bellon. iun. conſ. 1. num. 55. & conſ. 35. num. 27.* in ſpecie *Rot. in d. Bononien. Fideicommiſsi de Elephantutijs apud Giouagn. conſ. 39. num. 48.*

Non obſtat, quod Dioniſius viuens faſſus fuerit adeſſe fideicommiſſum , & hoc nomine tranſegerit, quia in ijs, quę ſunt iuris pro

28 vt † eſt an fideicommiſſum adſit nec ne confeſſio non nocet, vt in terminis *Socc. iun. conſ. 112. num. 3. lib. 1. Decian. conſ. 33. numer. 69. libr. 1. Menoch. conſ. 91. nu. 39. & conſ. 895. num. 3.* Gratis verò dicitur hoc nomine tranſigiſſe cum inſtrumentum datum in Summ. Galeatij nu. 7. contineat ſolum tranſactionem ſuper bonis liberis Marcij Antonij, nec fiat aliqua mentio fideicommiſſi Ghinatij.

Tandèm, quod Rota de exiſtentia huius fideicommiſſi dubitauerit , quando lis pendebat cum Iacoba ſorore Monialium, ideoq; reſcripſerit, quod placeret concordia potius retorqueetur, quia ſi tunc opiniones fuerunt , diſcordes, exindè colligitur , quod fideicommiſſum ſaltem eſt dubium, & intricatum vnde aplicatur receptiſſima concluſio, quod ex-

29 ceptio iuris dubij, † in quo opiniones adſunt hinc indè æquiparatur exceptioni facti , & propterà immiſſionem non retardat , *Capic. deciſ. 10. num. 19. & 20. Seraph. in term. exceptionis fideicommiſsi deciſ. 271. ſub num. 6. verſ. nam etiam Rot. deciſ. 64. num. 7. inter impreſſ. apud Pacif. de Saluian.* cum alijs allegatis *ab eod. Pacif. inſpect. 2. cap. 2. num. 85. & ſeqq.*

Et ità deciſum vtraque &c.

BARCHINONEN. EXEMPTIONIS.

Lunæ 20. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Sententia lata ſub conditione non eſt nulla , quando conditio non continetur in parte ſubſtantiali, ſed in ea parte, quæ reſpicit modum exequendi. Ad euitandam contrarietatē ſententiæ quilibet intellectus ſumendus eſt .

SVMMARIVM.

1 *Sententia iuſtitia reſultat ex deciſionibus in cauſa editis .*

2 *Validitas ſententia deſumitur ex reuolutione proceſſus .*

3 *Sententia valida, & iuſta confirmanda eſt .*

4 *Ablatiuus abſolutus facit conditionem .*

5 *Sententia ſub conditione concepta tanquam nulla venit reuocanda .*

6 *Præſertim, quando agitur de illius confirmatione , & conditio non dum purificata apparet .*

7 *Clerici cum ſint immunes , & exempti a gabellis conſequi debent à laicis gabellas exigentibus quicquid in fine cuiuslibet anni importatare poteſt rata onerum, & gabellarum impoſitarum ſuper bonis inſeparabilibus hoc eſt , quæ Clerici à mercatoribus emunt iuxta praxim traditam ab* Azzor. inſtit, moral. par. 2. lib. 9. cap. 11. §. quintum priuilegium .

8 *Clauſula ſaluo, & reſeruato beneplacito contenta in ſecunda parte ſententiæ non cenſetur reſtringere , ac limitare diſpoſita , & expreſſa in prima parte .*

9 *Sententia lata ſub conditione non eſt nulla , quando conditio non eſt adiecta in parte ſubſtatiali, ſed tantum in parte reſpiciente modum , & executionem .*

10 *Ratio eſt, quia ſententia in parte ſubſtantiale remanet certa, nec illius diſpoſitio ſuſpenditur per ea quæ fuerunt adiecta circa ordinem exequendi .*

11 *Clerici poſſunt vſque ab initio iuxtà eorum immunitatem recuſare ſoluere pro bonis inſeparabilibus ratam pretij, quam auget ſolutio gabellæ facta per venditorem .*

12 Sen-

12 *Sententia continens aliquam præſeruatiuam, quæ illius executionem reſpicit poteſt confirmari prout iacet, cum ſufficiat de præſeruatiua rationem haberi, quando tractatur de illius executione.*

13 *Sententiæ contrarietas, vt euitetur quilibet poſſibilis intellectus accipiendus eſt.*

DECISIO CCXCVIII.

ROTALIS ſententiæ à R.P.D.meo Corrado latæ confirmatio hodiè in gradu appellationis reuocata fuit in dubium; & pro confirmatione reſponſum, quia ex deciſionibus æditis in prima inſtantia coram bon. mem. Coccino, & coram eodem D. meo
1 Corrado latis eius iuſtitia depræhenditur † vt dixit *Rot.deciſ.325.num.4.par.5.recent.* & validi-
2 tas apparet † ex reuolutione proceſſus iuxtà vulgarem, *deciſ. Caputaq. dec.260. par.2.* con-
3 currente autem validitate, & iuſtitia † ſententia eſt cōfirmanda *Marc.Ant.de Amat.dec.41. num.31. Rot.deciſ.207.num.1.deciſ.295.num.1.p.5. recent.*

Neque vrget vnicum exaduerſo deductum obiectum nullitatis, ex quo ſententia ſit concepta per ablatiuum abſolutum, ibi, *ſaluo tamen, & reſeruato Sanctæ Sedis beneplacito*, qui
4 ablatiuus † facit conditionem *l. à teſtatore ff. cond.& demoſtr.Surd.deciſ.268.num.11. Cocc. deciſ.47.num.1.* conditio verò efficit, vt ſenten-
5 tia † tanquam nulla veniat reuocanda, *l. cum Iudex vbi gloſſ. in verb. palam eſt circa fin. ibique Bart.nu.2.C.ſenten.& interloc.omn.iudic. l.1. §.biduum ibi ſane quidem ff.quan.appellan.ſit cap.biduū 2.quæſt.6. Franc.in cap.præterea num.1.de appellat. Guidopap.deciſ.67.num.1. Oſaſc.deciſ.146. num.2.*
6 quo magis, quia hactenus † conditio beneplaciti Apoſtolici purificata non fuit, vt per *Io.Andr.ad ſpecul.tit.de ſenten.§.iuxta nu.17.verb. ſi Iudex Bald.in d.l.cum Iudex num.8. Cod.de ſent. & interloc.omn.Iudic. Burſatt.* in terminis ſententiæ conceptæ per ablatiuum abſolutum *conſ.155.nu.6. & ſeqq.*

Nam pro reſponſione Domini animaduerterunt, quod ſententia in parte ſubſtantiali nullam habet conditionem, ſed purè, & abſolutè declarat Capitulum,& Canonicos Eccleſiæ Catthedralis Barchinonenſis, & ſingulos eorum fuiſſe, & eſſe immunes penitus, plenaque, ac libera gaudere, & frui debere immunitate, & exemptione ab omnibus, & ſingulis gabellis, impoſitionibus,& oneribus per Ciuitatem Barchinonæ, ſeù illius Gubernatores, Rectores, Conſiliarios, Miniſtros, & alios quoſcunque pro ea impoſitis, & imponendis, tam ratione quarumcumque rerum, ac bonorum ſeparabilium idest, quæ à Mercatoribus, vel alijs Laicis, poſt quam in Ciuitate fuerunt introducta Clerici emunt pro victu, veſtitu, ac cæteris quibuſcumque ipſorum,ac familiarium vſibus.

Conditio autem illa, ſaluo, & reſeruato &c. adiecta eſt in Capitulo ſeparato, in quo firma ſemper remanente totali immunitate Canonicorum ſuperius diſpoſitiue, ac purè declarata Iudex pro faciliori executione huiuſmodi immunitatis reſpectu bonorum inſeparabilium pronunciauit Ciuitatem teneri in fine cuiuſlibet anni reſtituere eiſdem Capitulo & Canonicis quidquid importabit rata onerum, & gabellarum impoſitarum pro tempore ſuper bonis inſeparabilibus hoc eſt, quę Clerici à Mercatoribus; ſeù alijs, quibuſuis venditoribus pro ipſorum,ac familiarium,&
7 & Capituli vſu emiſſent in Vrbe, † ſequendo in hac parte praxim traditam ab *Azzor. inſtit. moral.part.2.libr.9. cap.11. §.quintum priuilegium verſ.in dubium vocatur*, quæ cum recipienda ſit quatenùs Cleri conſenſu,& Sedis Apoſtolicæ beneplacito fuerint approbata ideò Iudex præfatam approbationem,& conſenſum reſeruauit, nec tamen exindè dicitur reſtrin-
8 xiſſe, † aut aliquo modo alteraſſe liberam immunitatem Clericis de iure competentem ſuperius pronunciatam ac declaratam *d. Ponte conſ.49.num.15.lib.1. Menoch.conſ.422. numer.33. Ant.de Amat.reſol.5.num.25.Gramat.deciſ.66. numer.5.*

Cum igitur ſententia in parte ſubſtantiali
9 declaratoria immunitatis † Clericorum dirimat prorſus controuerſiam, omnemque habeat euidentem certitudinem,& nullam conditionem intrinſecam, vel extrinſecam, conditio illa adiecta ſecundæ parti pro faciliori executione, ibi, *inſuper pro faciliori præfatorum executione*, cum reſpiciat ordinem, & modum exequendi ſententiam illam conditionalem, & per conſequens nullam non reddit, vt probat *tex in l.cum eorum 5.Cod.ſent.& Interloc.omn. Iudic* & notant ibi *gloſſ. verb. præſtarent Bart. in princ.Burſatt.conſ.155.num.9.conſ.219. ſub num.2. in fin.Gabr.de ſenten.concluſ.1.num.3.& 4. Vantius de nullit.ſent.ex defect.proceſſ.nu.116.& 117. Scac. de ſent.& re iudic.gloſſ.14.quæſt.7.n.181.& qu.14. num.8. & 60.* qui omnes dicunt rationem,
10 quia tunc adhuc remanet ſententia certa † in parte ſubſtantiali, & principalis eius diſpoſitio non ſuſpenditur per ea, quæ fuerunt adiecta circà ordinem exequendi, & faciliorem executionem, ſatiſque eſt quod pars ſubſtantialis ſit vndique libera; ac ſecundum iuſtitiam, & iudicij rectitudinem probata.

Et abſonum videtur, quod Ciuitas in hac parte impugnet ſententiam, quando potiùs gratias agere deberet, cum praxis illa reſpiciat non tam fauorem Clericorum, quam ipſius Ciuitatis, quia Clerici iuxtà eorum im-
11 munitatem † recuſare poſſunt ſoluere ab initio pro bonis inſeparabilibus ratam prætij, quam auget ſolutio gabellæ facta per venditorem. Atque hinc neque informantes prò Ciuitate allegare deberent, quod non dum ſit obtentum beneplacitum Apoſtolicum, & conſenſus Capituli, quia vtroque non eſt locus prædictæ praxi fauorabili ipſi Ciuitati, & Clerici gaudent vt ſupra totali immunitate ab initio, & in limine emptionis bonorum inſeparabilium: præter quod cum conſenſus, & beneplacitum præfatum reſpiciat executionē non impedit, quo minus interim ſententia
12 poſſit † confirmari prout iacet, & ſufficiet quod vtrunque interceſſerit, quando agetur

de

de d.praxis execũtione, vt *per Concer.var.reſol. tom.3.cap.17.de ſent.& ear.execut.num.499.Peregr. de fideic.art.50.num.82.& 83.Surd.conſ.186.n.17. conſ.410.num.54.& ſeqq.Hond.conſ.98.numer. 16. libr.2.Rot.in Bononien.Fideicommiſſi de Bologninis 15.Martij 1641.coram bon.mem.Merlino §.imo, & in eadem 27.Nouembris eiuſdem anni coram R.P.D. Carillo §.quinimo.*

Rurſus non obſtat, quod ſententia videatur continere contrarietatem, eo quod in prima parte declarat Canonicos abſolutè immunes abſque aliqua reſeruatione beneplaciti Apoſtolici tam reſpectu bonorum ſeparabilium, quam inſeparabilium, in ſecunda verò reſeruato d.beneplacito declarat Ciuitatem teneri reſtituere in fine cuiuslibet anni eiſdẽ Canonicis, & Capitulo quidquid importabit rata gabellarum ſuper mercibus, & rebus per ipſos emptis, ſi enim iuxtà tenorem primæ partis Canonici non tenentur ſoluere, nullaque actio competit Ciuitati contra illos pro gabellarum exactione fruſtrà compellitur Ciuitas ad reſtitutionem vigore ſecundæ partis, & è contrà ſi Ciuitas tenetur ad reſtitutionem præſuponitur in neceſſarium antecedens, quod potuerit exigere, id quod repugnat primæ parti ſententiæ. Nam fuit reſponſum euitari contrarietatem põderando, quod ſecunda pars non excludit liberam exemptionem firmatam in prima, ſed quia accedente beneplacito Papæ poſſunt Canonici conuenire cũ ciuitate, vt pro bonis inſeparabilibus ſoluant quidem venditoribus integrum præcium, ſed Ciuitas teneatur in fine anni reſtituere cuilibet illiud plus, in quo creuit prętium ratione gabellæ, ideò in euentum, in quem huiuſmodi conuentio fieret Iudex condemnauit Ciuitatem ad reſtituendum, vt ſuprà, & hic
13 omniſque alius poſſibilis intellectus, accipiendus eſt ad euitandam contrarietatem ſententiæ, *c.cum tu de teſtib.c.cũ expediat de elect.in 6. Alex.conſ.185.num.4.& ſeqq.lib.7.Buratt.dec.932. num 10.Rot.deciſ.167.num.52.par.1.deciſ.730.n.8. par.4.tom.3.recent.*

BONONIEN. BENEFICIORVM.

Veneris 24. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Beneficia Subcollectorum, vt dicantur reſeruata, requiritur quod deputatio fiat cum omnimoda iuriſdictione, non autem ad nudum miniſterium, & ex quibus deducatur deputionem fuiſſe factam in caſu deciſionis ad ſimplex miniſterium abſque iuriſdictione?

SVMMARIVM.

1 *Prothonotariatus acceptatio probatur ex Breui Apoſtolico ad inſtantiam ſupplicantis expedito.*

2 *Item probatur ex teſtibus deponentibus de vſu nominis, inſignium, & indumentorum à Prothonotarijs deferri ſolitorum.*

3 *Expreſſum dicitur quod includitur in relatione ad expreſſum.*

4 *Collectoris deputatio an ſit probanda per litteras patentes Cardinalis Camerarij à Notario, ac teſtibus ſubſcriptas; an verò ſufficiant litteræ committentis cum eius ſigillo abſque manu Notarij, ac teſtium ſubſcriptione? & num.5. & 6.*

7 *Subcollectores duobus modis deputantur vno cum Iuriſdictione, altero ad nudum miniſterium exigendi.*

8 *Reſerkatio beneficiorum ſubcollectorum reſultat ex deputatione cum omnimoda iuriſdictione, non autem ad ſimplex miniſterium exigendi, & num.9.*

10 *Subcollectorum deputationes fieri ſolent per acta Notarij Cameræ Apoſt.*

11 *Atteſtatio Notarij Cameræ; necnon Secretarij Cardinalis Camerarij circa ſolitum, & conſuetum Cardinalis Camerarij deputandi Collectores cum iuriſdictione, vel ſine fidem meretur, quia teſtantur de re ſpectante ad eorum officium.*

12 *Deputatio Subcollectoris, an fuerit facta cum iuriſdictione attendi debet ſolitum Cardinalis Camerarij.*

13 *Iuriſdictio an fuerit conceſſa attendi debet ſolitum concedentis.*

14 *Iuriſdictio quod non fuerit demandata Subcollectori reſultat eo ipſo quod Epiſtola Cardinalis Camerarij non eſt ipſi directa, ſed alteri cum facultate deputandi Subcollectorem, & n.15.*

16 *Iuriſdictio demandata non dicitur ex ſimplici commiſſione continente nudum factum exactionis nam iuriſdictio diuerſa, ac ſeparabilis eſt ab exactione.*

17 *Iuriſdictio regulariter conceſſa non cenſetur ex conceſſione rei.*

18 *Iuriſdictio vt data cenſeatur, requiritur expreſſio alicuius vocabuli, per quod illa ſignificetur.*

19 *Maximè quando iuriſdictio prætenditur ratione officij iuxtà diſtinctionem traditam inter feudum, & officium.*

20 *Iuriſdictio non emanat niſi à Principe mediatè, vel immediatè.*

21 *Deputatus à Principe ad aliquod officium intuitu, & contemplatione alicuius habetur, ac ſi deputatio ab ipſo eſſet facta.*

22 *Confirmatio electionis, facultatem eligentium non auget.*

23 *Confirmatio tribuere poteſt honorantias, ſed non iuriſdictionem.*

24 *In petitionibus attenditur concluſio.*

25 *Inſtantia ſiue petitio quamuis ſit generalis, tamen inſpici debet quid à concedente fuerit conceſſum.*

26 *Deputatio Subcollectoris cum iuriſdictione non reſultat ex communicatione facultatum à Cardinali Camerario cum intelligi poſſit de facultatibus neceſſarijs pro exactione, vt videlicet Subcollector exigere valeat decimas, & quietare ſoluentes &c.*

27 *Verbum,* facultas, *denotat merum factum ſeiunctum à iuriſilictione.*

28 *Iuriſdictio probatur ex deputatione actuarij, & erectione Tribunalis pro iuriſdictione exercenda.*

29 *Item ex promulgatione publicorum edictorum, licet edicta effectum non habuerint.*

30 *Subcollector quod fuerit deputatus cum iuriſdictione non elicitur ex obſeruantia reſultan ex actibus iuriſdictionalibus ab eo geſtis; niſi geſti prabentur*

cum

cum ſcientia, & patientia Cardinalis Camerarij, & redditur ratio n. 31.

32 *Subcollectoris deputatio ad effectum reſeruationis probanda eſt plenè, & concludentèr cum iuriſdictione, præſertim contra prouiſum ab ordinario.*

DECISIO CCXCIX.

NOVITER deducta per informantes pro D. Comite Carolo Antonio de Fibulis tollere viſa ſunt primum fundamentum deciſionis contra ipſum editæ ſub die 29. Maij 1645. nam acceptatio Prothonotariatus, quę
1 tunc † negabatur, probatur abundè tùm ex Breui nuper producto, quod ad inſtantiam Papazzoni expeditum fuit, & ab eodem inter ſcripturas proprias conſeruatum *Rot. dec. 407. num. 7. par. 1. recent. dec. 706. num. 5. & ſeqq. par. 3. deciſ. 236. num. 10. par. 7. cum alijs alleg. ab adden. ad Buratt. deciſ. 706. num. 12.* Tùm ex vſu nominis
2 inſignium, † & indumentorum à Prothonotarijs ſolitorum deferri probato per teſtes, & publica inſtrumenta *Ferrett. conſil. 371. num. 1. prope fin. verſ. & ipſemet num. 2. verſ. deponunt etiam num. 4. & 5. poſt Bart. in tract. de inſignib. & armis num. 2. Rota dicta deciſ. 407. nu. 4. & 6. in fin par. 1. recent.*

Sed nihilominus Domini ſteterunt in deciſis, ex ſecundo fundamento nempe defectu reſeruationis inductæ à Regula quinta Cancellariæ ſuper beneficijs Subcollectorum. Quamuis enim hodie fuerit exhibita epiſtola clar. mem. Cardin. Hypoliti Aldobrandini tunc Camerarij directa Vicario Nonantulæ tenoris ſequentis. *Il Clero di Coſtà non poteua procedere all'elettione del Succollettore ſenza riceuere la facoltà da me, nondimeno acciò non ſi retardi per tal conto il buon ſeruitio di N. S. mi contento di eleggerlo io come faccio in virtù della preſente; e gli communico etiamdio le facoltà neceſſarie per far l'eſigenza delli due per cento &c. Potrà però V. S. incaricargli la ſubita eſazzione &c.* quæ Epiſtola cum ſit relatiua ad perſonam prius electam à Clero, à quo Papazzonus in Subcollectorem deputatus fuerat; haberi debet ac ſi eumdem Papazzonum expreſsè nominaſſet, cum ex-
3 preſſum dicatur, † quod includitur in relatione ad expreſſum *l. certum ff. reb. credit. l. ait Prætor vbi Bart. ant. num. 1. ff. re iudic. Piccar. in §. 1. nu. 40. in fin. inſt. teſtam. Rota deciſ. 1152. num. 2. lib. 3. par. 3 diuerſ.*

Adhuc exinde non reſultat talis electio, ſeù deputatio qualis requiritur, vt ſic electi beneficia dicantur reſeruata. Omiſsio enim an ad hunc effectum commiſſio Subcollectoriæ
4 probanda ſit per litteras patentes Cardinalis Camerarij à Notario, ac teſtibus ſubſcriptas, an verò ſufficiant litteræ committentis cum eius ſigillo, abſquę manu Notarij, ac teſtium ſubſcriptione, in quo articulo ſufficere litte-
5 ras † ſecundo modo conceptas, voluit *Bellencin. de charit. ſubſid. qu. 114. nu. 1. & 2.* vbi loquitur in ſpecie de deputatione Subcollectoris cum iuriſdictione, & paulò infrà ait id faciliùs
6 procedere quando deputatur † ſine iuriſdictione *Monet. de decimis cap. 9. qu. 5. num. 233. & ſeqq. Maſcard. de probat. concl. 317. num. 3. & 4. Rota deciſ. 265. num. 1. par. 2. recent.* qui omnes loquuntur de litteris patentibus munitis ſolùm ſigillo deputantis non autem de litteris miſſiuis, quales ſunt exaduerſo exhibitæ. Conſtàns eſt apud omnes quod requiratur deputatio cum omnimoda iuriſdictione itaut non ſit ſatis, quem fuiſſe deputatum in Subcollectorem,
7 quia vt tradit † *Mandoſ. ſuper Regula quarta Cancellariæ qu. 8. num. 2.* duobus modis deputantur Subcollectores, vno cum iuriſdictione, altero ad nudum miniſterium exigendi, reſerua-
8 tio † autem non reſultat ex ſecundo modo, ſed ex primo *Bellencin. de charit. ſubſid. qu. 109. n. 1. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 380.* vbi ex ſententia Rotæ *in Ferent. Parochialis 9. Maij 1558. coram Rubeo*, ait requiri Subcollectorem eſſe
9 deputatum cum omni iuriſdictione, † nec ſufficere eſſe deputatum ad nudum miniſterium ad exigendum abſq; iuriſdictione *Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 32. num. 158. cum alijs alleg. in prima deciſ.*

Epiſtola verò ſupra recitata continet ſimplicem deputationem ad exigendum abſque iuriſdictione, quia vt conſtat ex fide Notarij
10 Cameræ Apoſt. per cuius acta † ſolent huiuſmodi deputationes fieri, necnon ex alia fide Secretarij tunc inſeruientis Cardinali Al-
11 dobrandino Camerario, quibus † vti de re ſpectante ad eorum officium credendum eſt *Bart. in l. 2. num. 1. C. ponder. lib. 10. Ruin. conſil. 56. num. 5. lib. 1. Alba. conſ. 318. num. 36. Rot. deciſ. 644. nu. 3. par. 1. rec. deciſ. 525. nu. 15. par. 2.* depuationes Subcollectorum cum iuriſdictione Cardinalis Aldobrandinus non conſueuit facere niſi per litteras patentes loquentes explicitè de iuriſdictione, quando ergo deputauit per litteras miſſiuas non facta mentione Iuriſdictionis, non cenſetur voluiſſe demandare iuriſdictionem, eſto quod illa etiam per ſimiles litteras poſſet de iure demandari arguēdo vo-
12 luntatem deputantis ab eius ſolito † vt debet vt in terminis iuriſdictionis *Ioan. Koppen quæſtion. Illuſtr. Germaniæ qu. 48. num. 23.* vbi ait at-
13 tendendum eſſe ſolitum † ad dignoſcendum an iuriſdictio fuerit conceſſa *Bald. conſil. 439. ſub num. 1. col. 2. verſ. & in electione lib. 3. Aym. conſil. 238. num. 7. Gabr. de conſuet. concl. 1. nu. 38. Cammill. Medic. conſ. 18. n. 15.*

Quo minùs quia Epiſtola non eſt directa
14 Papazzono Subcollectori, † quod ad excludendam delegationem iuriſdictionis, ponderat *Bellon. de mand. iuriſdict. cap. 8. qu. 16. num. 14. in fin. & num. 15. ex text. in l. 3. ff. offic. Præſid. l. ſolet §. vlt. ff. offic. Proconſ. & legat. §. 1. auth. de mandat. Princ.* & quia reſoluitur in ſimplex manda-
15 tum † directum Vicario Nonantulæ, quod Papazzonum deputet, ibi, *Potrà V. S. incaricargli la ſubita eſazzione*, quæ verba cum denotent nudum factum exactionis non includunt
16 iuriſdictionem, quia eſt † ab exactione diuerſa, ac ſeparabilis *Rota deciſ. 145. num. 4. & ſeqq. par. 5. rec. & in Cęſaraug. de Caſpe 11. Maij 1643. §. poſthæc, & 4. Martij 1644. §. communicatio coram me, Parlador. in ſim. quotid. rer. lib. 2. cap. fin. 2. par. §. 3. ſub num. 8. circa fin.* & regularitèr data,

17 non † cenſetur re conceſſa *Bald. in cap.1. §. e*
contrario num.4. verſ. contrarium de inueſt. de re
alien. capt. Oldr. conſ.121.num.6. Scrader. de feud.
par.2.qu.1.princ.ſect.2.qu.5.num.12.Pelaez.d.maio-
rat.par.1.qu.10.num.142.Rot.deciſ.763.nu.3.par.2
18 *recent.* vtque data cenſeatur † requiritur expreſ-
ſio alicuius vocabuli, per quod illa ſignifice-
tur *Bald.conſil.130. ſub num.1. verſ.in contrarium*
lib.1.ex text.in cap.1. de capitan. qui cur vendid. &
conſ.243.num.1.ad fin.lib.3. Roman.conſ.444.nu.6.
verſ.ad hoc Pariſ.conſ.20.num.73.lib.1. Io: Franc.
à Ponte. conſ.63.num.31.lib.1. maximè quando
19 iuriſdictio † prætenditur ratione officij, vt di-
ſtinguendo inter feudum, & officium benè
aduertit *Capic. Galeott.controu.iur.lib.1.controu.8.*
num.5.poſt Io. Vinc.de Anna ſing.52.num.12. ſtri-
ctiùs enim proceditur in officijs *Scip. Theodor.*
alleg.41.Rouit.conſ.104. nu.3.lib.2. à Ponte dec.28.
num.6.Capic.Latro dec.26.n.6.

Id ipſum prætetea conuincitur animaduer-
tendo, quod originalitèr Papazzonus fuerat
deputatus Subcollector a Clero Nonantulæ,
& hoc nomine ei competere tantum poterat
nudum miniſterium abſq; iuriſdictione cum
20 hæc † non niſi à Principe mediatè, vel im-
mediatè emanet *Bald.conſ.439.ſub num.1. verſ.*
nam cum lib.3.Alex.conſ.24.num.1.lib.5. Reg.Ta-
pia deciſ.1.num.5.cum aliis alleg.à Moderno ex Co-
mit. Caſerte in Theatro feudal. tom.2.par.11. dilu-
cid.38.num.5. Nec obſtat quod deinde Cardi-
nalis Camerarius in præfata Epiſtola negaue-
rit potuiſſe Clerum procedere ad electionem
Subcollectoris, quia cum nihilominus Cleri
21 voluntate gratificando † eumdem Papazzo-
num elegerit, adhuc perinde eſt ac ſi à Cle-
ro fuiſſet electus, vt in *prox. term. Io: Franc. à*
Ponte conſ.5.num.33.& 34. verſ.vnde quicquid Rex
& num.37.in fin.lib.2.

Iuncto præſertim quod Vicarius Nonan-
tulæ, cui vt ſupra dicebam Cardinalis Came-
rarius direxit mandatum ad fauorem Papaz-
zoni, non proceſſit per viam nouæ electio-
nis, ſed ſimplicis confirmationis electionis
prius factæ à Clero, ibi, *Qui Reuerendiſs. D.*
Vicarius primum dictum Reuerendiſs. D. Thomam
Papazzonum in Subcollectorem confirmauit, & ſic
22 non auxit facultatem † quam electio Cleri
tribuebat *ad text. in c.inter dilectos de fide inſtrum.*
cap.examinata de confirm.vtil. vel inutil. Seraphin.
dec.615.num.8. Rot.dec.569. num.2.par.2.recent. &
in puncto *Bald.conſil.130.ſub nu.1.verſ.præterea*,
23 vbi quod confirmatio † tribuere poteſt hono-
rantias, ſed non iuriſdictionem *lib.1.* Nec
refert quod Papazzonus coram Vicario exhi-
buerit Epiſtolam Camerarii, quæ continet
etiam nouam electionem, *tùm* quia vt ſupra
dicebam hæc noua electio famulatur volun-
tati Cleri, & Papazzonus coram Vicario ſo-
lùm inſtetit in concluſione petitionis pro cō-
firmatione, ibi, *inſtetit, ac petijt ſe in Subcolle-*
ctorem prædictum confirmari, & in petitionibus
24 attenditur † concluſio *Bald.in l.donum ſub n.1*
C. rei vind. Angel.conſ.36.num.3. Natt.conſil.120.
num.22.Giouagn.conſ.22.num.9.lib.1.Menoch.d.re-
cuper.rem 15.num.248. tùm etiam quia inſpici
25 debet † quid Vicarius conceſſerit eſto quod
petitio eſſet generalis, vt per *text. in l.1. C.di-*
uerſ.reſcr.trad. Camill.Medic.conſ.62.nu.6.conſ.71.
num.53.

Quare nil facit, quod Cardinalis Camera-
rius in ſepe memorata Epiſtola direxit ſe eli-
gere, & communicare facultates neceſſarias,
ibi, *mi contento d'eleggerlo come faccio, e gli com-*
munico etiam Dio le facoltà neceſſarie, quia ſtanti-
bus ſupra ponderatis æquiuocum ſaltem eſt,
an ſub nomine, *facoltà neceſſarie*, includatur
Iuriſdictio cum intelligi poſſit de facultatibus
26 neceſſarijs ad exactionem, † prout facti eſt vi-
delicèt quod Subcollector poſſit nomine
Cameræ recipere decimas, & quietare ſoluen-
tes, moroſoſque coram Iudicibus Ordina-
rijs eodem nomine conuenire, nec eſt nouum
27 quod verbum, *facultas*, † denotet merum fa-
ctum ſeiunctum à iuriſdictione *Luc. de Penna*
in l.omnes 33.col.5. infra med. verſ.facultas propriè
C.decurion.lib.10.Bart.in l.1.nu.4.ff.condict.ex lege
aliјque relati à Moderno Beneuentano de offic.Baron.
lib.2.ſuper pragmat.1.cap.6.n.2.

Non obſtat, quod Papazzonus in vim ſu-
pradictæ deputationis elegerit actuarium, ac
28 Tribunal † pro exercenda iuriſdictione, qui
eſt actus iuriſdictionis *Bald.conſ.137.nu.1.lib.3.*
Rouit. deciſ.72. num.52. vbi allegat concord. nec
29 non edicta publica † promulgauerit contra
debitores moroſos, quod pariter eſt argu-
mentum iuriſdictionis, quamuis non probe-
tur illis obtemperatum fuiſſe *Anton. Capic. de-*
ciſ.27.n.30.in fin. Marcell.de Mauro alleg.2. nu.11.
Capic.Latro deciſ.77.num.12.& 13.cum alijs alleg.
à Modern.Peruſ.de manut.obſeru.31.num.32. quia
hæc geſta fuerant in partibus, nec erat in po-
teſtate Papazzoni iuriſdictionem ſibi non cō-
ceſſam ſuo marte vſurpare, cumque an fuerit
conceſſa, nec ne pendeat ab interpretatione
voluntatis Cardinalis Camerarij, vt obſeruan-
30 tia ad eam interpretandam ſuffragetur † pro-
bandum eſſet, quod dicti actus iuriſdictiona-
les exerciti fuerint cum ſcientia, & patientia
eiuſdem Cardinalis Camerarij, vt bene ad-
uertit *Rota deciſ.697.num.16.& 17.* vbi dicit ra-
31 tionem † ne alias ſit in poteſtate vnius par-
tis facere obſeruantiam ad ſui fauorem *p.4.*
tom.3.recent.

Et in omnem euentum ſufficit dubitari
poſſe, an Camerarius voluerit iuriſdictionem
concedere, quia cum iuriſdictio deducatur
ad effectum reſeruationis beneficiorum à
32 Subcollectore deputato poſſeſſorum † neceſ-
ſaria eſt certa, & concludens probatio, quod
conceſſa illi fuerit iuriſdictio, ex qua naſcitur
reſeruatio, prout debet eſſe certa, & per ne-
ceſſe cōcludens probatio reſeruationis ad ex-
cludendos Dominos Podericum, & Colum-
nam prouiſos ab Eminentiſs. Ordinario, vt
ponderat *prima deciſio in fine, & ibi alleg. additur*
deciſ.143.num.1.deciſ.216.num.1.par.7.recent.& in
Abulen.Portionis 17. Decemb. 1646.coram R.P.D
meo Ghiſilerio.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

VALEN-

VALENTINA RECTORIAE.

Veneris 24. *Maij* 1647.

ARGVMENTVM.

Subrogatus gratioſè poteſt propria authoritate abſque vitio attentatorum poſſeſſionem defuncti apprehendere, quando eſt vacans, ac etiam quando eſt plena, ſi dicta poſſeſſio à tertio apprehenſa eſt nulla, & attentata, vel aliquo decreto irritanti infecta. Regula 8. reſeruatoria menſium continet decretum irritans, & comprehendit etiam beneficia S. Religionis Hieroſolymitanæ.

SVMMARIVM.

1 Put. deciſ. 208. lib. 1. in correctis *diſtinguit inter ſubrogationem gratioſam, & rigoroſam.*

2 *Subrogatus in forma gratioſa poteſt etiam lite pendente capere poſſeſſionem beneficij abſque vitio attentatorum, ſecus verò ſubrogatus in forma rigoroſa. Declara vt n. 5.*

3 *Ratio diuerſitatis eſt, quia in ſubrogatione gratioſa ipſe Papa ſubrogat, ac poſſeſſionem iuris transfert; In ſubrogatione rigoroſa papa mãdat vt alius ſubroget, qui ſubrogare non poteſt, niſi diſcuſſis iuribus ſubrogandi.*

4 *Subrogatus rigoroſè abſque licentia Iudicis poſſeſſionem ingrediens attentat.*

5 *Subrogatus gratioſè poteſt propria authoritate lite pendente poſſeſſionem capere abſque vitio attentatorum, quando poſſeſſio eſt vacans, ſecus verò ſi eſt plena. Declara quoad poſſeſſionem plenam, vt num. 17.*

6 *Subrogatio gratioſa antequam ſubrogatus poſſeſſionem capiat importat facultatem eam apprehendendi, & operatur effectum continuationis quoad poſſeſſionem non facti, ſed iuris.*

7 *Poſſeſſio vigore ſtatuti continuata dicitur ciuiliſſima, & interuertitur, eo ipſo quod alius medio tempore occupat naturalem.*

8 *Subrogatio gratioſa æquiparatur poſſeſſioni continuatæ vigore ſtatuti.*

9 *Poſſeſſio defuncti continuatiua in hæredem vigore ſtatuti interuertitur, ſi naturalis poſt mortem poſſeſſoris fuit ab alio capta antequam hæres illam apprehendat.*

10 *Continuatio poſſeſſionis vigore ſubrogationis gratioſæ ceſſat quoties actualis poſſeſſio fuit ab alio occupata, & ſolum peti poteſt immiſſio.*

11 *Poſſeſſio capta a ſubrogato poſtquam ab alio fuit apprehenſa, eſt attentata.*

12 *Poſſeſſio capta non citato poſſeſſore eſt attentata.*

13 *Intruſus eſt etiam citandus, niſi ex actis conſtet ipſum eſſe talem, cui nulla competat defenſio.*

14 *Et poſſeſſio aliter capta eſt nulla, & attentata.*

15 *Detentor, ſeù iniuſtus poſſeſſor ex ſuperuenienti noua cauſa efficitur verus poſſeſſor, ex quo præſumitur voluiſſe poſſidere ex nouo titulo magis proficuo, Concluſio tamẽ procedit ſi res ab alio non poſſidetur.*

16 *Secus verò ſi alius poſſidet, tunc enim non poteſt ſolo animo quis effici poſſeſſor, niſi actus interueniat, quo prior poſſeſſor poſſeſſione priuetur, vel poſſeſſionem dimittat.*

17 *Subrogatus gratioſè poteſt propria authoritate poſſeſſionem capere, etiamſi poſſeſſio ſit plena, ſi dicta poſſeſſio ab alio capta eſt notoriè attentata, vel infecta à decreto irritanti, quia habetur pro non poſſeſſione.*

Poſſeſſio attentata habetur pro non poſſeſſione dicto num. 17.

Prout pro non poſſeſſione habetur poſſeſſio infecta à decreto irritanti d. n. 17.

18 *Subrogatus gratioſè quemadmodum quando poſſeſſio eſt vacua non impeditur ad capiendam poſſeſſionem propria authoritate, ita impediri non poteſt quando eſt plena, ſed eſt improba, & infecta.*

19 *Poſſeſſio beneficij reſeruati ratione menſium vigore tituli habiti ab inferiore eſt infecta à decreto irritanti appoſito in regula reſeruatoria menſium.*

20 *Reſeruatio ratione menſis abſq; lite ſuffragatur ſubrogato.*

21 *Beneficium aliud eſt eſſe reſeruatum, aliud eſſe litigioſum, cum lis non inducat reſeruationem, ſed ſolùm donec durat ſuſpendit collationem ordinarij.*

22 *Regula reſeruatoria menſium propter verborũ pregnantiam comprehendit etiam beneficia Religionis Hieroſolymitanæ.*

23 *Regula reſeruatoria menſium non comprehenditur ſub indultis Religionis Hieroſolymitanæ.*

24 *Status vltimus in beneficialibus ſemper attenditur, quando per probationes perfectas non conſtat de anteriori contrario.*

25 *Decretum irritans contentum in cap. 2. vt lite pendente non operatur, quando beneficium cadit ſub indulto conferendi beneficia litigioſa.*

26 *Subrogatus gratioſè poteſt lite pendente poſſeſſionem apprehendere etiam non citato poſſeſſore, quia citatio non eſt neceſſaria quando poſſeſſori obſtat decretum irritans.*

27 *Subrogatus gratioſè poteſt per ſuperuenientem ſubrogationem poſſeſſionem captam in vim noui tituli mutare, & vitium purgare.*

Poſſeſſor ex ſuperuenienti nouo titulo poteſt cauſam poſſeſſionis vitioſæ mutare. d. n. 27.

28 *Cauſa poſſidendi præſumitur mutata ex ſuperuenienti ſubrogatione, & deſinit eſſe vitioſa.*

29 *Titulus nouus ad effectum mutationis cauſæ poſſidendi requiritur quod ſuperueniat poſt apprehenſam poſſeſſionem.*

30 *Subrogatus ſi poſt emanatam inhibitionem rotalem poſſeſſionem capit attentat, & n. 34.*

31 *Item attentat, ſi poſſeſſionem capit poſtquam ſubrogatio fuit iudicialitèr producta.*

32 *Poſſeſſio naturalis ſtatim à ſubrogato apprehenſa efficit, vt poſſeſſio ciuiliſſima continuata in ſubrogatum vigore ſubrogationis gratioſæ euaneſcat ad inſtar poſſeſſionis à Statuto continuatæ.*

33 *Subrogatio deſumpta ex clauſulis gratiæ principalis ante expeditionem competit ſolùm in potentia, eius verò vſus incipit à die expeditionis.*

34 *Subrogatus ſi fuerit inhibitus poſt obtentam ſubrogationem non poteſt abſque vitio attentatorum poſſeſſionem capere.*

35 *Declara inhibitionem antea emanatam afficere dumtaxat Iudicium tunc pendens ſuper executione gratiæ principalis, non autem impedit quin poſſint expediri ad partes litteræ ſubrogationis gratioſæ.*

36 *Litteræ plures ſuper eadem ſupplicatione expediri poſſunt diuerſis formis conceptæ.*

37 *Iudicium ſubrogationis expedita ad partes eſt diuer-ſum a primo iudicio ſuper gratia principali.*

38 *Lis quando non eſt ſuper ipſa gratia ſubrogationis, non ceſſant ſubrogationis effectus.*

39 Gomeſ. in l. 45. Thauri num. 115. *declara-tur.*

40 *Poſſeſſio attentata tanquam nulla, nullum producit iuris effectum.*

41 *Poſſeſſio ſubrogati ne dicatur vitioſa, ſufficit poſſe dubitari quod poſſeſſio defuncti non ſit attentata, nec capta lite pendente.*

42 *Subrogatus gratioſè quemadmodum valet lite pen-dente poſſeſſionem capere, multò magis poteſt cau-ſam poſſeſſionis prius captæ etiam abſq; alia decla-ratione mutare, vt feciſſe præſumitur.*

DECISIO CCC.

PVTEVS *deciſ. 208. lib. 1. in cor.* diſtinguen-do inter ſubrogationem conceſſam in
1 forma gratioſa, vel rigoroſa † firmat quod ſubrogatus in forma gratioſa poteſt etiam li-
2 te pendente † capere propria authoritate poſ-ſeſſionem beneficij abſque vitio attentati, ſe-cus verò ſubrogatus in forma rigoroſa, & ra-
3 tio diuerſitatis eſt† quia in ſubrogatione gra-tioſa ipſe Papa eſt qui ſubrogat, ac poſſeſſio-nem iuris transfert, & continuat in ſubroga-tum, cui ſtatim ſine alia diſputatione de iure authoris danda eſt poſſeſſio facti, quia ita man-dat Papa cui eſt obtemperandum, & poſtquā ſubrogatus cepit actualem poſſeſſionem ita coniungitur poſſeſſio facti cum poſſeſſione iuris, vt potiùs cenſeatur continuatio poſſeſ-ſionis defuncti, quam noua apprehenſio. At in rigoroſa litteræ diriguntur Auditori, vt ſubroget, neque ille ſubrogare poteſt, niſi diſcuſſis iuribus ſubrogandi eiuſque authoris;
4 vnde ſi pars abſque licentia Iudicis† poſſeſſio-nem ingrederetur attentaret; hanc ipſam di-ſtinctionem priùs amplexa fuerat *Rota apud Mohed. deciſ. 11. vt lit. penden.* & ſecuta fuit penes eundem *Put. dec. 423. in princ. lib. 1. & in dec. 135. num. 7. & ſeqq. deciſ. 449. n. 4. & ſeqq. par. 4. tom. 2. recent.*

Recipit autem hæc diſtinctio ſubdiſtinctio-nem, videlicet quod ſubrogatus gratioſè poſ-
5 ſit quidem† abſque vitio attentati capere poſ-ſeſſionem propria authoritate lite pendente, ſi tunc poſſeſſio erat vacans, ſecus verò ſi poſt mortem prædeceſſoris fuerat ab alio medio tempore apprehenſa: nam ſubrogatio gratio-
6 ſa ante quam † ſubrogatus capiat actualem poſſeſſionem importat facultatem eam ap-prehendendi, & operatur effectum continua-tionis quoad poſſeſſionem non facti, ſed iu-ris *Sarnen. in reg. de triemn. qu. 14. num. 8. in fin. & num. 11. Gonzal. ſup. reg. 8. gloſ. 34. nu. 110. Capuaq. deciſ. 231. num. 2. par. 3. Rot. deciſ. 449. nu. 4. & ſeqq. par. 4. tom. 2. recent.* quæ cum ſit ciuiliſſima fuit
7 interuerſa† eo ipſo quod alius medio tempo-re occupauit naturalem, vti dicimus de poſ-ſeſſione ciuiliſſima continuata vigore ſtatuti,
8 cui † in hoc ſubrogatio æquiparatur *Gonz. ſup. reg. 8. §. 3. proemial. num. 90. Rot. deciſ. 258. num. 6. deciſ. 307. num. 4. coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 159. num. 3. par. 4. diuerſ. deciſ. 449. num. 8. par. 4. tom. 2. recent.* quæ interuertitur ſi poſſeſſio naturalis
9 ab alio † capiatur poſt mortem poſſeſſoris an-te quam hæres illam apprehendat *Cuman. in l. Pomponius §. quæſitum ſub num. 3. verſ. ego dixi ff. acq. poſſeſſ. Alex. conſ. 83. num. 3. lib. 2. Pariſ. conſil. 1. num. 158. lib. 1. Dec. conſ. 467. num. 8. Gabr. de acq. poſſ. concluſ. 9. num. 18. Coccin. deciſ. 483. num. 3. Rot. deciſ. 263. num. 2. par. 2. recent.* itaut ceſſet effectus
10 continuationis† poſſeſſionis vigore ſubroga-tionis gratioſæ quoties poſſeſſio actualis fuit ab alio occupata, & ſolum peti poſſit immiſ-ſio *Ruin. conſ. 27. num. 6. lib. 5. Rota in Lucana Ma-iuſculatus 27. Aprilis 1587. coram Orano in Bene-uentana Parochialis 17. May 1606. coram ſa. mem. Greg. XV. quæ eſt deciſ. 258. nu. 5. inter eius impreſſ. in Boiaren. Beneficij 29. Nouembris 1619. coram b. me. Coccino impreſſ. apud Modern. de manut. dec. 480. num. 3. & ſeqq. in Vlixbonen. Beneficij 26. Iunij 1623. coram bo. me. Vbaldo ſeniori impreſſ. ibid. dec. 174. nu. 2. ſecundum 1. impreſſ.* & in puncto quod
11 poſſeſſio actualis poſtea capta † a ſubrogato ſit attentata, fuit deciſum *in Firmana Altaris 20. Martij 1623. coram eod. Cocc. impreſſ. par. 4. to. 2. recent. deciſ. 469. num. 7. & ſeqq. vſque ad 16.*

Hinc informantes pro fratre Laurentio Aſturia impugnando hodie deciſionem in hac cauſa editam 3. *Decembris* 1646. *coram me* inferebant quod poſſeſſio lite pendente capta
12 à Lauditio † Pedro de menſe Auguſti excu-ſari non poteſt ab attentatis ſub pretextu ſub-rogationis gratioſę per ipſum obtentæ, quia tunc poſſeſſio non erat vacua, cum idem fra-ter Laurentius eam apprehendiſſet de menſe Februarij præcedentis, debuiſſet ideò Laudi-tius iudicialitèr poſſeſſionem apprehendere, citato fratre Laurentio antiquo poſſeſſore, iuxtà text. *in cap. licet Epiſcopus de preben. in 6.* quamuis (quod negatur) frater Laurentius
13 eſſet intruſus, quia etiam intruſus † eſt citan-dus, niſi conſtet ex actis ipſum eſſe talem, & habere cauſam à litigante, & nullam ei pror-ſus defenſionem competere *Franc. in cap. ex ra-tione num. 29. de appellat. Gabr. conſ. 31. nu. 20. lib. 2. Rota deciſ. 211. num. 1. par. 2. recent. deciſ. 234. nu. 1. apud Modern. de manut.* alioquin Lauditius ca-
14 piendo poſſeſſionem lite pendente † attenta-uit, cumque non priuauerit ſua poſſeſſione anteriori fratrem Laurentium non potuit, mutando ſibi cauſam poſſeſſionis ex ſuperue-nienti ſubrogatione effici verus poſſeſſor, quia quod dicitur detentorem, ſeù iniuſtum poſ-
15 ſeſſorem† ſuperueniente noua cauſa reddi ve-rum poſſeſſorem, eo quod præſumitur vo-luiſſe poſſidere ex nouo titulo iuſto, & magis proficuo procedit cum res ab alio non poſſi-detur, in his terminis *Rot. deciſ. 200. nu. 18. & 19.*
16 *par. 4. tom. 2. recent.* ſed alio poſſidente† non po-teſt animo ſolo quis effici poſſeſſor niſi actus interueniat, quo prior poſſeſſor† poſſeſſione priuetur, vel poſſeſſionem dimittat, vt bene declarat *Gabr. conſ. 51. num. 38. verſ. quinto quod di-citur lib. 1.*

Sed pro reſponſione ad obiectum Domi-ni dixerunt ſubdiſtinctionis ſupra deductæ, ſecundum caput eſſe declarandum, vt proce-

Eat

dat quando poſſeſſio medio tempore ab
17 alio capta † non eſt notoriè attentata, vel infecta à decreto irritanti, ſecus è conuerſo talis enim poſſeſſio habetur pro non poſſeſſione *l.improba C.acq.poſſeſſ.Rot.in terminis poſſeſſionis attentatæ deciſ.10.vt lit.pend.in nou. deciſ.1106. nu.3. deciſ.1262.num.3.apud Seraph. & deciſ.16. num.3. apud Modern.de manut.cum alijs alleg.ab eodem Moderno obſer.48.num.11.& 12.* & in terminis poſſeſſionis infectæ à decreto irritanti, quod habeatur pro vacua *Coccin.deciſ.51.num.4. Put.deciſ.179.num.3.lib.2.Lotther.de re beneſ.lib.2.qu.46. num.64. aliique relati à Moder. de manuten obſer.71 num.70.* Vnde ſicuti non impediretur effectus gratioſæ ſubrogationis ſi poſſeſſio eſſet vacua,
18 ita † impediri non poteſt, quando eſt quidem plena, ſed improba, vel infecta, vt in puncto poſſeſſionis improbæ dixit *Rota in Pampilonen. Prioratus 27. Martij 1625. coram bo. me. Pirouano impreſſ.apud Moder. de manut. deciſ.313.num.5.* & in puncto poſſeſſionis infectæ *Lotther. de re beneſic.lib.2.qu.20. num.196. 197. & 198. Rota in ſupra allegata Boianen.Beneficij coram bo. me. Coccino, quæ eſt apud dictum Moder. deciſ.480. num.8. & 9.*

Et hic eſt caſus noſter, quia vt conſtat ex prima deciſione, quæ in hac parte exaduerſò non impugnatur, poſſeſſio fratris Laurentij eſt notoriè attentata; Cumque pariter notorium ſit, quod capta fuit titulo collationis habitæ ab inferiori collatore, quod beneficiũ hoc vacauit in menſe reſeruato, eſt etiam in-
19 fecta à decreto irritanti † appoſito in regula reſeruatoria menſium, vt in his terminis aduertit *Rota dicta deciſ.480.num.8.* quæ ſola re-
20 ſeruatio † ratione menſis etiam abſque lite ſuffragatur ſubrogato *Rota deciſ.187.nu.4.par.2. recent.deciſ.71. num.11.par.6. deciſ.769. coram bo. me. Buratto Garz.de beneſ.par.6. cap.4.nu.8.* Nec fuit ſublata per aſſertum indultum conferendi beneficia litigioſa conceſſum Religioni Hyeroſolimitanæ, ad quam ſpectare dicitur hoc beneficium, quia aliud eſt beneficium
21 eſſe reſeruatum † aliud eſſe litigioſum cum lis non inducat reſeruationem, ſed ſolum donec durat ſuſpendat collationem Ordinarij, vt declarat *Sarnen. in reg.de triemn.qu.31. num.9. Simonet.de reſeruat.q.10.nu.5.verſ.ex prædictis Rot. in deciſionibus relatis à Garz. de beneſ.par.5. cap.1. §.1.num.135.verſ.non obſtat, & 136. verſ.non ob-*
22 *ſtante*, & regula reſeruatoria menſium † propter pregnantiam verborum, comprehendit etiam beneficia Religionis Hieroſolymitanæ, *Gonz.ſup.reg.8.gloſſ.8.num.61.& ſeqq.* neq; com-
23 prehenditur † ſub indultis eiuſdem Religionis, vt fuit reſolutum, ac pluribus rationibus comprobatum *in deciſ.569.num.1. num.7. & per tot.par.2.recent.* vbi reſpondetur omnibus contrarijs.

Præter quod ad probandam pertinentiam huius beneficij ad Religionem Hieroſolymitanam, datur tantùm ſententia arbitramentalis lata de anno 1243. quæ nec probatur aliquando effectuata, & in contrarium adſunt plures collationes factæ non à Religione, ſeù Commendatarijs, ſed ab Epiſcopis præuio concurſu per annos 190. decurſos ab anno 1443. vſque ad annum 1618. Summ. nouo Lauditij per tot. cum tamen ſufficeret vlti-
24 mus ſtatus † qui ſemper attenditur, quando per probationes perfectas non conſtat de anteriori contrario *Cald.conſ.23.de probat. Rot.dec.2. de præben.in nou. deciſ.465.num.7.par.4.tom.2. rec.* Vnde dici forſan poteſt obſtare poſſeſſioni fratris Laurentij, nedùm decretum irritans
25 regulæ † reſeruatoriæ menſium, ſed etiam aliud appoſitum *in cap.2.vt lit.penden.in 6.* licet iſtud non obſtaret, ſi beneficium ſpectaret ad Religionem, & caderet ſub indulto conferendi beneficia litigioſa, quia *Rota deciſ.1.num.18. coram Mant. Andr.& in alijs allegat. in Neapolitana Cimiliarcatus 5. Maij 1631. coram Me.*

Igitur non obſtante intermedia poſſeſſione fratris Laurentij potuit Lauditius vigore ſubrogationis gratioſę abſque vitio attentati pendente lite, vel poſſeſſionem actualem ex integro apprehendere, etiam abſque aduerſa-
26 rij citatione, quia neceſſaria non eſt † quando liquido apparet obſtare poſſeſſori decretum irritans *Lotther.in puncto d.lib.2. qu.20. num.199. & 200. Beſignett.deciſ.4.ſub num.2.de reſt.ſpol. Rota deciſ.472.num.3.par.3.lib.3.diu. deciſ.469.n.22. par.4.tom.2. recent. deciſ.278. num.8. & 9. coram Cardinali Caual.& in Ampurien.ſeu Ciuitaten. Archipresbiteratus 24. Maij 1645. coram R.P.D. meo Cerro, in Mediolanen.Cimiliarcatus 15. Maij 1646. coram R.P.D. meo Peutingerio.* Vel ſemel in vim alterius tituli apprehenſę cauſam ſibi
27 mutare, † licet prima poſſeſſio eſſet vitioſa, quia per ſuperuenientem ſubrogationem vitium remanſit purgatum, vt tradit *Lotther.d. lib.2.qu.20.num.214.ſequendo deciſ.Mant.71.* quæ vt patet in princ. loquitur de poſſeſſione attentata, qualis exaduerſo prætenditur poſſeſſio prius capta à Lauditio in vim litterarum ſuæ prouiſionis, & nihilominus firmat quod
28 ſuperueniente ſubrogatione † præſumitur mutata cauſa poſſidendi, & poſſeſſio deſiit eſſe vitioſa, camdem deciſ. *Mant. ſecuta fuit Rot. in deciſ.108.num.9. deciſ.142.num.8.par.5. recent. & in alijs relatis ab adden. ad Buratt.deciſ.221.num.6.*

Non obſtat primo, quod ad effectum mutationis cauſæ poſſidendi requiritur, quod no-
29 uus titulus † ſuperueniat poſt apprehenſam poſſeſſionem *Gabr. conſ.51. num.30. verſ. tamen id, non obſtat lib.1. Put. deciſ.287. num.4. lib.3. in corr.Rot.diuerſ.deciſ.100.num.22.& ſeqq.par.1.* at in caſu noſtro litteræ Apoſtolicæ prouiſionis, ex quarum clauſulis eſt deſumpta ſubrogatio Lauditij præceſſerunt per duos, & ampliùs menſes antequam ille poſſeſſionem in vim eiuſdem prouiſionis apprenderet, & ſubrogatio expedita eſt ſub eadem data dictarum litterarum. Secundò quod emanauit inhibi-
30 tio Rotalis, quæ efficit † vt ſubrogatus capiendo poſſeſſionem attentet *Lancell. de attent. par.2.cap.4.num.373.Cocc.deciſ.72.num.2.* Tertiò quod ſubrogatio fuit iudicialitèr producta,
31 quo † caſu ſubrogatus non poteſt propria authoritate poſſeſſionem capere, & capiendo attentat *Lotther.d.quæſt.20.num.215.Rot.dec.469. num.17. & ſeqq. par.4.tom,2.rec.* Quartò quod dum

dum ſemel fuit à Lauditio apprehēſa poſſeſsio
32 naturalis † euanuit ſtatim poſſeſsio ciuiliſsi-
ma continuata in ſubrogatum, per ſubroga-
tionem gratioſam, & omnis eius effectus. vt
ingenioſè in terminis ſtatuti de continuanda
probat *Gomeſ.in l.45.Thauri num.115.* Tandem
quod etiam poſſeſſio Cobreyas in cuius locū
Lauditius fuit ſubrogatus, eſt attentata ob li-
tem motam coram Iudice compulſorè die 3.
Iunij 1634.

Nam ad primum reſpondetur, quod licet
ſubrogatio ſit deſumpta ex clauſulis gratiæ
33 principalis, † & habeat eamdem datam diei 9
Kal. Iunij, tamen vt eſt in confeſſo apud par-
tes non fuit expedita niſi de menſe Octobris
ſubſequenti, & ſic perinde eſt ac ſi superueniſ-
ſet poſt poſſeſſionem captam de mēſe Augu-
ſti, quia ante expeditionem ſubrogatio com-
petebat ſolùm in potentia eius verò vſus cæ-
pit à die expeditionis *Put.deciſ.423.num.1.& 2
lib.1.Seraph.deciſ.236.num.2. Lotther. de re beneſ.
lib.3.qu.13.num.28.& ſeqq.& latius quaeſt.2.num.8
& ſeqq.*

Ad ſecundum negatur inhibitionem ema-
34 naſſe poſt expeditam ſubrogationem † vt re-
quiritur *Coccin.deciſ.72.num.2.& 3.Mandoſ.ſuper
reg.de ſubrogan.qu.8.nu.5.Lotther.de re beneſ.lib.2.
quaeſt.20.ſub 214.verſ.niſi ſuperueniſſet* nam inhi-
35 bitio antea emanata † afficit dumtaxat iudi-
cium tunc pendens ſuper executione gratiæ
principalis, quod non impedit quo minus
poſſint deinde expediri ad partes litteræ ſub-
rogationis gratioſæ, cum ſuper eadem ſup-
36 plicatione licitum ſit † expedire plures litte-
ras diuerſis formis conceptas *Rota decis.514.
num.4.lib.3.par.3.diu.deciſ.302.n.10 & ſeqq.par.4
tom.2.recent.* & iudicium ſubrogationis expe-
37 ditæ ad partes † eſt diuerſum à primo *Lotther.
d.quaeſt.20.num.202.& 207. Rot. dec.411. num.3.
par.3.recent.* Tertium obiectum ceſſat, quia
ſubrogatio fuit iudicialitèr producta ad oſtē-
dendam multiplicitatem titulorum, non au-
tem vt in controuerſiam deduceretur, eiuſ-
que executio obtineretur à Iudice; cum imò
iam Lauditius beneficij poſſeſſionem cepiſſet
& in ipſo inſtanti expeditionis ſubrogationis
præſumeretur ex ea voluiſſe poſſidere ex ſu-
38 prà allegatis, quoties autem lis non eſt † ſu-
per ipſa gratia ſubrogationis non ceſſant ſub-
rogationis effectus, *Rot.deciſ.159.num.8. par.4.
diuer.Lotth.lib.2.q.20.num.213.* Ad quartum re-
ſpondetur, quod poſſet aplicari ſi poſſeſſio
eſſet ritè, & rectè capta, in quibus terminis
39 loquitur *Gomeſ.exaduerſo alleg.* † ſecus verò ſi,
40 vt in caſu noſtro fuit attentata, † quia tunc
tanquam nulla nullum producit iuris effe-
ctum *l.4.§.condemnatum vbi Doct. ff.re iudic.* &
benè ad propoſitum, *Surd.dec.51.nu.12.& ſeq.
Rot.deciſ.569.n.32.par.5.recent. deciſ.29. num.26.
par.7.* vltimum tollitur ex facto, quia poſſeſ-
ſio Cabreias capta fuit die 28. Nouembris
1634.& ſic per quinque menſes ante litem
motam coram Iudice compulſore calculan-
do initium anni à die Natiuitatis D. N. Ieſu
Chriſti, vt ſolet, & ſufficit de hoc poſſe du-
41 bitari, vt interim poſſeſſio ſubrogati ex
hoc capite non dicatur vitioſa, vt in termi-
nis *Rot.deciſ.91.num.2.p.3.rec.*

Quoad ſpretum Signaturæ placuit Domi-
nis reſponſio primæ deciſionis, nec refert,
quod Signatura iuſtitiæ remiſerit cauſam ad
Signaturam gratiæ, quia ſemper ſubeſt excu-
ſatio, ex quo non fuit conceſſa ſuperſeſſoria,
nec altera pars debet ad arbitrium aduerſarij
continuò expectare. Et prætereà ex dicta re-
miſſione, aut ex eo, quod commiſſio fuerit
ſubſcripta ab vtraque parte poſſet ſolum in-
ferri, quod poſſeſſio actualis capta poſtea à
Lauditio de menſe Auguſti eſſet attentata,
quod non releuat, quia vt ſuprà dicebatur vi-
tium huiuſmodi fuit purgatum per superue-
nientem ſubrogationē, ex qua ſicuti non ob-
42 ſtante pendentia litis † poterat ſubrogatus
poſſeſſionem capere multò magis potuit ſibi
animo mutare cauſam poſſeſſionis prius ca-
ptæ. vt feciſſe præſumitur etiam abſque ali-
qua declaratione, *Dec.conſ.400.nu.5.Acchil.de-
ciſ.4.nu.1.de cauſ.poſſ.& propr.Ceſ.de Graſſ.dec.19.
num.6.de probat.in puncto Mant deciſ.71. numer.2.
Cocc.deciſ.72.num.4.* cum alijs allegatis *in Ro-
mana Fideicommiſſi de Guidis 20.Februarij proxi-
mè præteriti coram R.P.D.meo Otthobono.*

Ex quibus vtraque Parte informante reſo-
lutum fuit ſtandum eſſe in deciſis.

BENEVENTANA CANONICATVS.

Lunæ 27. Maij 1647.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio ad publicandum reſignationem obtenta lite pendente ſubreptitia dici nequit, quoties ius ex non publicatione reſultans nō fuit in iudicio deductum, neque ad hunc effectum ſufficit, quod pro parte rei fuerit oppoſita exceptio generalia contrà, ſed illa in ſpecie proponenda eſt. Vacatio ob non publicationem reſignationis eſt ſpecialiter inducta à Conſtitutione Gregoriana, & beneficium ſic vacans reſeruatur Papæ. Decretum irritans etiam appoſitum in lege generali tollit inſiſtentiam facti, quando ei locus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Gratia lite pendente obtenta de ea non eſt facienda mentio, niſi gratia cadat ſuper iure in iudicium deducto, vel alias præiudicium inferat colliti-ganti.*

2 *Ratio eſt, quia alioquin litis pendentia non retraxiſſet Papam à concedendo, aut difficiliorem reddidiſſet.*

3 *Exceptio generalia contra, & nihil fieri, niſi ſer. ſer. ver.ver.efficit, vt quandocunque poſſit reus generalitatem deducere ad ſpeciem.*

4 *Non tamen operatur, vt interim deducta dicantur iudicium exceptiones particulares, & iura competentia excipienti.*

5 *Exceptio non publicationis reſignationis non in genere in ſpecie proponenda eſt.*

6 *Ex-*

6 *Exceptio debet eſſe ita clara ſicuti actio.*
7 *Ad reſignationem publicandam ſex menſes ſunt à Conſtitutione Gregoriana præfixi.*
8 *Publicatio reſignationis fieri debet infrà ſex menſes præfixos in Conſtitutione Gregoriana, computan. à die datæ.*
9 *De non publicatione reſignationis excipi poteſt poſt ſex menſes.*
10 *Reus poteſt quandocunque excipere de iure ſibi ſuperueniente pendente iudicio.*
11 *In exceptione comprehenſum non cenſetur ius futurum.*
12 *Iudex poteſt ex officio ſupplere quamlibet exceptionem, quæ ipſo iure actionis carentiam reſpicit.*
13 *Lis ſuper non publicatione reſignationis nullatenus pendere dicitur ſi de ea, nec agendo, nec excipiendo fuit oppoſitum.*
14 *Ob non publicationem reſignationis eſt ſpecialiter inducta à Conſtitutione Gregoriana vacatio, ac reſeruatio ad fauorem Papæ.*
15 *Reſeruatio ligat manus inferiorum collatorum.*
16 *Reo ſufficit vincere per non ius actoris.*
17 *Decretum irritans appoſitum in Conſtitutione Gregoriana de publican. reſignationibus inficit nedum titulum, ſed etiam poſſeſſionem prouiſi ab inferiori collatore.*
18 *Poſſeſſio infecta à decreto irritanti habetur pro non capta, & nullius eſt momenti.*
19 *Item habetur pro vacua, & pro non poſſeſſione.*
20 *Decretum irritans appoſitum non ſuper certo corpore beneficij, ſed in lege generali non ſtatim afficit, nec tollit inſiſtentiam facti.*
21 *Fallit quando clarum eſt illi locum eſſe quamuis ſit appoſitum in lege generali.*
22 *Et adeo priuat omni iuris effectu, vt etiam inſiſtentia facti habetur pro vacua.*
23 *Publicatio reſignationis facta intra tempus prorogatum habetur, ac ſi intra primos ſex menſes facta fuiſſet.*

DECISIO CCCI.

NIHIL contrà deciſionem editam in
hac cauſa 8. Februarij proximè præte-
riti, cuius hodiè aſſumpta fuit remiſſio oppo-
ſuerunt informantes pro Bernallo præter
ſubreptionem gratiæ obtentæ à Peſchio ad
publicandam reſſignationem Canonicatus
controuerſi poſt tempus à Conſtitutione
Gregoriana ſtatutum, eo quod impetrans nõ
narrauit Papæ litem, quæ tunc pendebat ſu-
per hoc ipſo Canonicatu, & executione lit-
terarum d.reſſignationis coram A. C.
Sed viſum eſt Dominis tolli obiectum ex
reſponſionibus adductis in d.deciſione, non
1 enim in gratia pendente lite † obtenta facien-
da eſt mentio litis pendentiæ, niſi gratia cadat
ſuper iure in iudicium deducto, vel alias præ-
iudiciũ inferat collitiganti, tradit *Oldr. conſ. 299*
ſub num. 5. quem ſequuntur allegati in alia
deciſ. §. ſed his non obſtantibus, & §. ſeqq. & addi
poteſt *Menoch. de arbitr. caſ. 202. nu. 17.* ea ſoli-
diſſima ratione, quia alioquin litis penden-
2 tia † non retraxiſſet Papam à concedendo aut
difficiliorem reddidiſſet iuxtà theoricam, quã
poſt gloſſ. in cap. ſuper litteris verb. litteras dediſſe-
mus in fin. de reſcr. tradit. ibid. Felin. num. 8. Caſſad.
deciſ. 12. num. 14. de praben. Buratt. dec. 510. num. 7.
vbi add. litt. A. allegat. concord.
At in caſu noſtro de tempore gratiæ non
fuerat in iudicum deductum ius reſultans ex
non publicatione, cum nuſquam Bernallus
reus conuentus de non publicatione excepiſ-
ſet, ſed ſolum oppoſuiſſet generalem exce-
3 ptionem generalia contrà, † & nihil fieri ni-
ſi ſer. ſer. & vereficatis verificandis, quæ licet
efficiat, vt quandocunque poſſit reus genera-
litatem deducere ad ſpeciem, *Grat. diſcep. 268.*
nu. 20. & ſeqq. diſcep. 363. num. 13. Caputaq. dec. 323
num. 1. par. 1. non tamen operatur, vt interim
4 dicantur deductæ in iudicium † exceptiones
particulares, & iura excipienti competentia,
5 & ſic exceptio non publicationis, † ſiue ius
ex non publicatione reo conuento acquiſitũ,
cum ad hunc effectum exceptio non in ge-
nere, ſed in ſpecie proponenda ſit, & ita cla-
6 ra debeat eſſe † ſicuti actio, vt *ex tex. in l. ſcire*
§. ſcire autem oportet ff. excuſ. tut. tradit Felin. in cap.
Paſtoralis num. 13. de except. Bald. in l. prima nu. 44.
C. vnde vi Suarez de Paz in praxi Eccleſ. 1. par.
tom. primi tempor. 7. num. 23. Manent. deciſ. 15. nu-
mer. 45. cum alijs allegatis in *vltima deciſ. §. ſe*
mota.
Eo magis, quia de tempore, quo fuit, vt
ſupra oppoſita exceptio generalis non dum
lapſi fuerant ſex menſes ad publicandum
præfixi in Conſtitutione Gregoriana intrà
7 quos † poterat publicatio fieri computando
8 illos à die datæ, vt † debet, *Pariſ. de reſſign.*
lib. 1. quæſt. 6. num. 40. lib. 11. quæſt. 2. num. 14. & ſeq.
lib. 12 quæſt. 8. num. 6. & propterea cum exce-
ptio non publicationis reo conuento non
prodeſſet, quando generaliter excepit, non
eſt dicendum voluiſſe ſub ea generalitate in-
cludere exceptionem, quæ neque tunc pro-
derat neque forſan competitura erat in futu-
rum. Nec obſtat quod deinde lite pendente
expirauit ſemeſtre Gregorianum, nec intrà
illud actor publicauerit reſſignationem, quia
9 licet poſt d. tempus † reus potuiſſet validè
excipere de non publicatione, quamuis ab
initio ea exceptio non potuiſſet cum reus
10 poſſit quandocumque excipere † de iu-
re ſibi ſuperueniente pendente iudicio *gloſſ.*
in cap. Paſtoralis verbo de nouo de except. Felin. ibid.
num. 16. verſ. dum dicitur Bart. in l. 1. num. 9. in fin.
ff. eod. tit. Surd. conſ. 514. num. 9. Grat. diſcep. 546.
num. 45. Manent. deciſ. 13. num. 56. ſatis eſt quod
nunquam exceperit de non publicatione,
quodque de tempore propoſitæ exceptionis
generalis ſibi hoc ius efficaciter nõ compete-
11 ret, nam comprehenſum in † exceptione
non cenſetur ius futurum *l. non poteſt 23. l. non*
quemadmodum 35. ff. iudic. Pappon. conſ. 22. num. 13.
Giurb. dec. 17. num. 18. in fin. & num. 19. Manen. d.
deciſ. 13. ſub num. 58. verſ. quia in veteri.
Minus obſtat, quod Iudici liceret hanc ex-
ceptionem etiam non oppoſitam ſuplere ex
12 officio † prout quamlibet aliam, quæ ipſo iu-
re actionis carentiam reſpicit *l. cum fideicom-*
miſſum 7. ff. de confeſſ. Giurb. d. deciſ. 17. nu. 15. Decian.
conſ. 1. num. 69. lib. 3. Oliban. de action. tom. 2. par. 2.
lib. 1.

*lib.*1.*cap.*14.*num.*37. quia non ideò dici poteſt, quod iudicium penderet ſuper non publica-
13 tione, de qua † nec agendo, nec excipiendo fuit oppoſitum, vt debebat, *Pichard.in rubr.inſtit.de except.num.*11.*Zanger.de except.*3.1.*cap.vlt. num.*6.*& ſeqq.* & conferunt tradita in *Illerden. Decimarum* 23.*Iunij* 1631.*&* 16.*Decembris* 1639 *coram bon.mem.Pirouano*.

Ex quibus liquido apparet, quod gratia reſtitutionis ad publicandum conceſſa Peſchio non cecidit ſuper iure in iudicium deducto, pariterque non attulit præiudicium alicui iuri competenti reo conuento nō quidem reſpectu tituli, quem habebat ab inferiori collatore, quia vt ponderat *alia deciſio in* §. *minus dici poteſt* talis titulus eſt infectus à decreto irritanti poſito in Conſtitutione Gre-
14 goriana inducente † ob non publicationem ſpecialem vacationem, & reſeruationem ad
15 fauorem Papæ, quæ ligat † manus inferiorū collatorum, *Pariſ.in his terminis de reſſig.libr.*11. *quæſt.*7.*num.*37.*&* 38.*& ſeqq. Rot.deciſ.*32.*num.*2. *de preben.in antiq.deciſ.*141.*ſub num.*4.*par.*1.*rec.& in Montiſalti Beneficij* 28. *Iunij* 1645. *coram me* §. *primo*.

Non etiam reſpectu poſſeſſionis nam quamuis Bernallus ob non factam publicationem potuiſſet ſe in poſſeſſione ne confouere exclu-
16 dendo actorem † ob non ius illius *ad tex.in l. qui accuſare C. edend. Manen. deciſ.*69. *numer.*10. tale præiudicium non eſt conſiderabile, quia
17 decretum irritans, † vt ſupra appoſitum in Conſtitutione Gregorij inficit nedum titulū, ſed etiam poſſeſſionem prouiſi ab inferiori
18 collatore, itaut pro non capta † habeatur, & nullius ſit momenti, *Lotther.* in punct. poſſidentis beneficium reſeruatum in vim collactionis obtentæ ab inferiori collatore *de re benef.lib.*2.*q.*46.*num.*63.64.*&* 70.vbi quod poſſeſ-
19 ſio habetur pro vacua, †& pro non poſſeſſione, *Rot.deciſ.*1438.*nu.*1.*par.*3.*diuerſ. deciſ.*177. *num.*2.*&* 3.*par.* 4. cum alijs plurimis allegatis *à Moder.de manut.obſer.*46.*num.*5.*& ſeqq.* & in his terminis *Bellamera deciſ.* 748. *col.* 3. ibi nec poſſeſſionem, quia ob decretum inficitur etiam poſſeſſio.

Neque obſtat, quod decretum irritans appoſitum non ſuper certo corpore beneficij,
20 ſed † in lege generali non ſtatim afficiat neque tollat ſaltem inſiſtentiam facti, *Put. dec.*1. *lib.*1.*Seraph.deciſ.*1471. *num.*5. quia etiam ap-
21 poſitum in lege generali operatur, † quando illi locum eſſe, vt in caſu noſtro conſtat, vt declarat *Gonz.*in terminis reſeruationis beneficiorum ſuper *reg.*8.*gloſſ.*67.*num.*32. *&* 39. *Lotther. de re benef.lib.*2.*quæſt.*8.*num.*77.*Caputaq. dec.*325. *numer.*8.*& ſeqq.part.*1. & inſiſtentia facti adeò
22 priuat omni iuris effectu, † vt habeatur pro vacua, *Lotther.de re benef.lib.* 2. *quæſt.*46. *num.*70. *lib.*3.*quæſt.*24.*num.*25. *Rot.in Legionen. Beneficij* 4. *Iulij* 1640.*coram R.P.D. meo Ghiſilerio* §. *primo & in Leodien.Beneficij* 22.*Maij* 1643. *coram me* §.1.*&* 2.*vbi alleg.concord.*

Tandem non obſtat, quod Bernallus nouiſſimè obtinuerit prouiſionem huius Canonicatus tanquam vacantis ob non publicationem reſignationis; quia intempeſtiuè obtinuit cum iam præceſſiſſet ad fauorem Peſchij gratia reſtitutionis ad publicandum, & publi-
23 catio intrà tempus prorogatum † facta fuiſſet, vnde haberi debet per inde, ac ſi in primis ſex menſibus emanaſſet ex allegatis *in alia deciſione* §.*tandem*.

Ex his, & alijs in præcedenti deciſione Domini ſteterunt in deciſis vtraque Parte informante.

CALAGVRITANA BENEFICII DE CORNAGO.

Lunæ 27.*Maij* 1647.

ARGVMENTVM

Prouiſio Apoſtolica de beneficio patrimoniali nulla facta mentione dictæ qualitatis eſt nulla, & ſubreptitia, nam ſi Papa ſciuiſſet non conceſſiſſet, vel difficilius. Beneficium Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici cadit quidem ſub reſeruatione regulæ, ſed cum ſua qualitate, hoc eſt cum onere conferendi perſonis in fundatione vocatis. Beneficia patrimonialia Diœceſis Calaguritanæ ſtante motu proprio Clementis VIII. cum clauſulis ampliſſimis non cadunt ſub reſeruatione regulæ 8.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio beneficij Diœceſis Calaguritan. debita eſt habenti præſentationem Beneficiatorum, ac collationem ordinarij iuxtà motum proprium Clementis VIII.*

2 *Beneficia Diœceſis Calaguritanæ conferenda ſunt ad præſcriptum Conſtitutionis, ac motus proprij Clementis VIII.*

3 *Prouiſio Apoſtolica, quando eſt ſubreptitia non meretur attendi.*

4 *Subreptio in gratioſis vitiat ipſo iure.*

5 *Subreptio reſultat quoties Papæ narrata non fuerunt ea quæ ſi ſciuiſſet, vel non conceſſiſſet, vel difficilius.*

6 *An autem quod fuit tacitum retraxiſſet Papam à concedendo inſpici debet ex veriſimilitudine, & coniecturis.*

7 *Item inſpici debet, an gratia præiudicium alicui inferat.*

8 *Motus proprius Clementis VIII. ſuper prouiſione beneficiorum Diœceſis Calaguritanæ emanauit ob vtilitatem publicam, & reſpicit etiam vtilitatem priuatam Beneficiatorum, quibus competit ius præſentandi.*

9 *Filius patrimonialis ſi ſe oppoſuit ad beneficium, & habet qualitates requiſitas à Conſtitutione Clementis VIII. habetur pro præſentato ſi nemo alius concurrit.*

10 *Beneficia Diœceſis Calaguritanæ cadunt ſub regula* 8.*reſeruatoria menſium, vt poſt editum motum proprium Clementis VIII. videtur ſenſiſſe Rotam. Contrarium firmatur nu.*13.

11 *Beneficium Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici cadit ſub reſeruatione regulæ* 8.

12 De-

12 *Declara concluſionem eſſe veram, ſed cadere qui-
dem cum ſua cauſa, hoc eſt cum onere conferendi
eidem generi perſonarum in fundatione vocatorum
nam Papa per regulam 8. voluit ſolum praiudica-
re collatoribus, non autem perſonis, quibus benefi-
cium debitum eſt.*

13 *Reſeruatio regulæ 8. in beneficijs Diœceſis Calagu-
ritanæ cenſetur ſublata propter clauſulas ampliſ-
ſimas appoſitas in motu proprio Clementis VIII.*

14 *Subreptio inducitur ex ſola taciturnitate iuris acti-
ui præſentandi alicui competentis.*

15 *Beneficia poſſunt eſſe patrimonialia, non autem de
iure patronatus.*

16 *Papa, quando non vult concurrere cum ordinario
collatore, ſed prouidet tanquam de reſerua..., non
cenſetur voluiſſe prouidere, niſi quatenus ... re-
ſeruatio.*

DECISIO CCCII.

DIEBVS proximè elapſis Ioanni de Pe-
ralta, & Ioſepho de Beroxa Rota dan-
dam eſſe manutentionem in poſſeſſione di-
midiorum beneficiorum, de quibus agitur
hodiè aſſumpta cognitione petitorij eadem
beneficia adiudicanda eſſe cenſuit.

1 Habent enim canonicum † titulum
cum de illis fuerint prouiſi ab Ordinario pre-
mijs concurſu, preſentatione Beneficiatorum,
alijſque ſeruandis in huiuſmodi prouiſioni-
bus ex *Conſtitutione fel. record. Clem. VIII. adita
de menſe Aprilis* 1596. iuxtà quam in Diœceſi
2 Calaguritana † beneficia conferri debent,
*Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 9. §. 1. num. 80. Lotther. de re
benef. lib. 2. quæſt. 31. num. 121.* & ita prouiſis be-
neficia adiudicauit *Rot. in alia Calaguritana Be-
neficij de Cornago* 10. *Decembris* 1646. *corā R. P. D.
meo Veroſpio in Calaguritana Beneficij della caſa
della Reyna* 16. *Ianuarij* 1647. *coram me*, & alias
paſſim.

Neque obſtat prouiſio Apoſtolica ad fauo-
rē Petri Vallexo, quia cum ſit ſubreptitia non
3 meretur † attendi, & in gratioſis ſubreptio vi-
4 tiat ipſo iure, *cap. ad aures cap. conſtitutus de reſcr.
cap. ſi motu proprio de praben. in* 6. & diſtinguen-
do inter reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ *gloſſ. fin. in
cap. ad audientiam Il 2. in fin. de reſcr. & ibid. Abb.
num. 14. Felin. num. 22. Garz. de benef. par. 8. cap. 3.
num. 2. & ſeqq. Sanch. de matrim. lib. 8. diſput. 21. n. 3
Canaler. deciſ. 92. nu. 2.* cum alijs allegatis *per add.
ad Buratt. deciſ. 74. num. 6.*

5 Subreptio autem eſt clara † cum intret
quoties quæ non fuerunt narrata ſi Papa
ſciuiſſet, aut non conceſſiſſet gratiam, aut
difficilius conceſſiſſet *Felin. in cap. ſuper litteris
num. 8. de reſcr. Sanch. d. diſp. 21. num. 11. & 17. ex
text. in cap poſtulaſti de reſcr. Put. deciſ. 41. numer. 1.
lib. 3. in corr. Rot. deciſ. 1. ſub num. 8. de reſcr. in nou.
deciſ. 214. num. 2. penès Mant. deciſ. 55. nu. 6. dec. 510
num. 7. penès Buratt. deciſ. 739. num. 1. par. 2. recent.
deciſ. 68. num. 6. deciſ. 161. num. 15. deciſ. 432. nu. 1.
par. 4. tom. 2. deciſ. 24. num. 4. deciſ. 496. num. 2. par. 5*
An autem aliquid, quod fuit tacitum retra-
6 xiſſet, † aut difficiliorem reddidiſſet Papam
ad concedendum petendum eſſe ex veriſimi-
litudine, & coniecturis tradiderunt *Lotther. de
re benef. lib. 3. quæſt. 11. num. 57. Sanch. d. diſput. 21.
num. 19. Gabr. conſ. 200. num. 10. verſ. ad dignoſcen-
dum lib. 1. add. ad Greg. XV. deciſ. 150. num. 10. Rot.
in Narnien. Canonicatus* 12. *Februarij* 1593. *coram
clar. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio impreſſ.
apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 451. deciſ. 24.
num. 8. part. 5. recentior. deciſ. 83. numer. 25. part. 7.*
7 & præcipuè inſpicitur an gratia † præiudicium
alicui inferat, quia tunc præſumitur Papa
non conceſſurus, vel difficilius, vt dixit *Rot.
in Caputaquen. Iuriſpatronatus* 10. *Maij* 1600. *coram
Iuſto in d. Nouarien. Canonicatus coram Cardinali
Pamphilio ſub num. 1. verſ. et præſertim, & coram
ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 150. num. 5.*

At in caſu noſtro, in quo hæc beneficia
ex ſupracitata Conſtitutione Clementis VIII.
conferenda ſunt ad præſentationem Benefi-
ciatorum, ne dum filijs patrimonialibus, ſed
illis, qui alia beneficia minus pinguia in ea-
dem Eccleſia poſſident, quatenus ſe oppo-
ſuerint, prouiſio Apoſtolica his non narratis
obtenta à Vallexo infert præiudicium vtili-
8 tati, tū publicæ, † ob quam d. Cōſtitutio ema-
nauit, vt ponderauit *Rot. in deciſ. 102. numer. 4.
coram bon. mem. Buratto*, & prius *in Tiraſonen. Vi-
cariæ* 13. *Octobris, &* 4. *Decembris* 1595. *coram
bon. mem. Litta*, tum priuatæ Beneficiatorum,
quibus competit ius præſentandi, & aliorum
Beneficiatorum nempè Petaltæ, & Baroxæ,
qui ſe beneficia, de quibus agitur, oppoſue-
9 runt, quique cum habeant qualitates † omnes
requiſitas à Conſtitutione Clementina, nec
alij concurrant habentur pro præſentatis, vt
*per Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 38. num. 26. &
ſeqq. & quæſt. 51. num. 39. & ſeqq. Put. deciſ. 252. ſub
num. 2. & 3. lib. 3. in corr. & in puncto Gonz. d. gloſſ. 9.
§. 1. num. 92. Buratt. deciſ. 55. num. 4. Rot. in d. Cala-
guritana beneficij della caſa della Reyna* 16. *Ianuarij
proxime præteriti coram me §. nec vltro.*

Tantique eſt momenti præiudicium huiuſ-
modi, quod fit perſonis, quibus ex Conſti-
tutione Clementina beneficia conferri debent
10 vt quamuis eadem caderent † ſub regula
Cancellariæ reſeruatoria menſium, vt etiam
poſt æditam dictam Conſtitutionem videtur
ſenſiſſe *Rot. penès Seraph. deciſ.* 1246. *num. 3. ſequen-
do aliam deciſionem in Calaguritana de Ariola* 24.
Ianuarij 1596. *coram Penia*, & tradit *Lotther. de
re benef. lib. 2. quæſt. 39. numer. 20. & ſeqq.* & per
conſequens non eſſet conſiderabile præiudi-
cium reſultans beneficiatis, quibus competit
ius præſentandi, quia illud quoque tanquam
11 Eccleſiaſticum † caderet ſub eadem regula
*Gonz. gloſſ. 18. num. 6. & 7. Seraph. deciſ. 1420. n. 2.
Buratt. dec. 103. num. 3.* adhuc propter præiudi-
cium, quod infertur beneficiatis habentibus
iuſpatronatus paſſiuum prouiſio Valexij eſſet
ſubreptitia, nam beneficia Iuriſpatronatus,
quæ ex aliqua Conſtitutione, vel fundatione
12 debentur certo generi perſonarum † cadunt
quidem ſub regula reſeruatoria, ſed cum ſua
cauſa, hoc eſt cum onere conferendi eidem
generi perſonarum, cum Papa per dictam re-
gulam voluerit ſolum præiudicare collato-
ribus, ſed non perſonis, quibus beneficia cō-
ferri debent, *Eneas de Falcon. de reſeruat. quæſt. 3.
num. 22.*

num.22.Lotther.de re beneſ.lib.1.quæſt.34.num.17. Caſtropal.oper.moral.tom.2.tract.13.diſp.2.punct.1. ſub num.17.Rot.deciſ.97. num.4.par.3.recent.& in Tarraconen.Beneficij 10. Ianuarij 1639. coram R. P.D. meo Carillo, in Gerunden.Beneficij 27.Iunij 1644.coram me.

Quatenùs verò admittendum ſit, prout vnus ex Dominis ſentiebat, quod propter
13 clauſulas ampliſſimas † appoſitas in dicta Conſtitutione Clementis VIII. ſublata ſit reſeruatio etiam regulæ menſium, vt voluit Gonz.ſuper reg.8.gloſſ.9.§.1.num.72.& ſeqq.Garz. de beneſ.par.5.cap.1. num.562.& ſeqq. Buratt.deciſ.102.n.2.& 3.repetita in recent.deciſ.657.par.2.
14 Sola taciturnitas iuris actiui † præſentandi competentis beneficiatis induceret ſubreptionem, Felin.in tract.quand.litt.Apoſtol.limit.5. verſ.contraria opinio, Lapus alleg.96.num.4.Caputaq.deciſ.189.par.3.Reuerendiſſ.Vrgellen.deciſ.100. num.7. Rot.deciſ.29. nu.12.inter impreſſ.apud Modern. Piſan. de Iurepatr. nec ſufficeret narraſſe, quod beneficia debentur filijs patrimonialibus, cum exindè non inferatur perneceſſe, quod cōferenda ſint ad præſentationem, quia
15 poſſunt aliqua beneficia † eſſe patrimonialia non tamen Iuriſpatronatus, Mareſc.var.reſol. lib.1.cap.53.n.10.Caputaq.deciſ.66.nu.2.par.1.deciſ.89.nu.2.par.2.

Et vltrò iuxtà hunc intellectum prouiſio Vallexi corrueret ex defectu reſeruationis, cum enim Papa noluerit concurrere cum
16 Ordinario collatore, † ſed prouiderit tamquam de reſeruato, non cenſetur voluiſſe prouidere, niſi quatenus adſit reſeruatio, Gemin.conſ.92.ante num.1.verſ.nam ſi apparet Garz. de beneſ.par.5.cap.4.nu.44. Rot.deciſ.7.de præben. in nou.deciſ.615.ſub num.2.par.4.diuerſ.deciſ.585. num.44.par.5.recent.

Et ità deciſum vna tantum parte Informāte altera tamen poſt decem, & ampliùs citationes expectata diu & non comparente.

BONONIEN. PECVNIARIA DE LAMBERTINIS.

Lunæ 3. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Obligatus facere aliquod Inueſtimentum, eo non ſequuto tenetur ad fructus, qui ex inueſtimento percepti fuiſſent tanquam damna, & intereſſe, neque hoc caſu probanda ſunt requiſita, Caſtren.in l.3.ff.de eo quod cert. loc. vt in deciſione declaratur, & ſupradicta cōcluſio procedit, nedùm contra principalem debitorem, ſed militat etiam contra fideiuſſorem principaliter, & inſolidum obligatum. Mora debitoris quo caſu contracta dicatur abſq; alia interpellatione? Mora debitoris nocet fideiuſſori, qui tanquam principalis principaliter, & inſolidùm interceſſit, & ſe obligauit. Mora commiſſa in vita debitoris continuatur in eius hæredem abſque alia interpellatione.

SVMMARIVM.

1 *Deciſiones Rotales iuxta ſtylum ſupponendæ ſunt etiam in diſputatione diuerſi dubij.*

2 *Inueſtimentum ſi quis facere promiſit, nec adimpleuit ſuccedit obligatio ad fructus, qui ex inueſtimento percepti fuiſſent tamquam damna, & intereſſe.*

3 *Præſertim quando promiſſio de inueſtiendo continet obligationem Cameralem, quæ includit etiam obligationem ad damna, & intereſſe.*

4 *Neque ad hunc effectum probanda ſunt requiſita,* Caſtren. in l.3. ff.de eo quod cert. loc. *ſed ſufficit adfuiſſe generaliter occaſiones inueſtiendi, & quo caſu dicta requiſita requirantur? num. 5. & 6.*

7 *In obligationibus facti ex natura rei ſequitur obligatio ad intereſſe.*

8 *Pecunia reinueſtienda in ſtabilibus reputatur tamquam ſpecies nec de illa iudicatur, ſicuti de quantitate, ſed ſicut de ſpecie.*

9 *Ad inueſtiendum ſi quis mandatum ſuſcepit docere debet ſe adimpleuiſſe mandatum faciēdo ſaltim diligentias, nec inuenire potuiſſe ſaltim occaſionem inueſtiendi.*

10 *Fideiuſſor non tenetur ad damna, & intereſſe ob moram debitoris, eo quod fideiuſſor videtur tantum ſe obligaſſe pro principali debito non pro vſuris.*

11 *Limita non procedere vbi fideiuſſor acceſſit toti cōtractui tanquam principalis principaliter, & inſolidum.*

12 *Fideiuſſor accedens tanquam principalis principaliter, & inſolidum habetur pro principali, & reſpectu creditoris dicitur correus debendi non ſecus, ac ipſe debitor principalis in omnibus, & per omnia.*

13 *Amplia præſertim quando in inſtrumento adeſt Iuramentum, & fideiuſſor ſe obligauit in eodem Inſtrumento, quo principalis debitor.*

14 *Mora dicitur contracta abſque interpellatione per lapſum diei adiecti promiſſioni.*

15 *Secus eſt in mora quæ contrahitur per interpellationem, quæ non conſtituit ſtatim ad vnguem, ſed cum ſpatio temporis limitando arbitrio Iudicis.*

16 *Ratio eſt, quia quando dies eſt certa debitor potuit ſe præparare ad faciendum, quod non contingit, quando conſtituitur in mora per interpellationem, quia non poteſt diuinare, quando creditor ipſum interpellaturus ſit.*

17 *Iuramentum promiſſorium licet non habeat vim interpellationis ad effectum, vt debitor propter moram incidat in pœnam, habet tamen ad effectum, vt ratione moræ teneatur ad intereſſe.*

18 *Mora principalis debitoris nocere non debet fideiuſſori, Declara num.21.*

19 *Mora non contrahitur per hæredem abſque interpellatione, etiamſi dies certa eſſet appoſita propter iuſtam ignorantiam obligationis defuncti.*

20 *Vel ſaltim ex capite probabilis ignorantiæ ei competit reſtitutio in integrum.*

21 *Mora principalis debitoris nocet fideiuſſori, qui tanquam principalis principaliter, & inſolidum interceſſit.*

22 *Et tunc dicitur obligatus in omnem caſum, qui venire poteſt ex natura contractus, non ſecus ac ipſe principalis debitor.*

23 *Fideiuſſor promittens quod debitor principalis inueſtiet, non ſequuto inueſtimento ipſe videtur in mora.*

24 *Fideiuſſor qui tanquam principalis principaliter, & inſolidum intercеſſit, non tam factum aliorum, quam proprium ſuſcepiſſe cenſetur.*

25 *In mora conſtitutus dici nequit fideiuſſor, ſi debitor principalis ante lapſum diei deceſſit, Declara num. 27.*

26 *Fidcinſſor non ſecus ac hæres principalis debitoris alligare poteſt ignorantiam.*

27 *Fideiuſſor qui principalis principaliter, & inſolidum interceſſit caſum obitus debitoris ante lapſum diei ſuſcepiſſe videtur, & vti correus debendi tenetur non ſecus, ac ſi factum proprium commiſiſſet.*

28 *Hæres fideiuſſoris ex lapſu diei adiectæ obligatione defuncti non conſtituitur in mora, vel ſaltim in integrum reſtituitur abſque interpellatione.*

29 *Declara hoc poſſe procedere, quando dies obligationis non venit in vita fideiuſſoris, & ſic agitur de mora committenda, ſecus è conuerſo, & ratio redditur, num. ſequenti.*

30 *Mora contracta in vita fideiuſſoris continuatur in hæredem etiam ignorantem abſque aliqua interpellatione,*

31 *Vſuræ vt perpetuo debeantur, ſufficit moram ſemel fuiſſe commiſſam.*

32 *Liquidatio crediti facta cum principali debitore opus non eſt quod iterum fiat cum fideiuſſore principaliter obligato.*

33 *Fructus ſtabilium taxantur ad rationem quinque pro centenario.*

34 *Fructus ex inueſtimento faciendo in ſtabilibus eo non ſequuto taxari debent in ea quantitate, quæ percepta fuiſſet ex ſtabilibus, in quibus fieri debebat.*

35 *Stipulatio ad duplum in caſu contrauentionis tollit actionem ad damna, & intereſſe, quod tamen procedit, quando creditor duplam conſecutus fuit.*

36 *Alias enim eſt in electione creditoris agere ad duplem actione ex ſtipulatu, vel ad damna, & intereſſe actione ex contractu.*

37 *Stipulatio duplæ accedere ſolet non minuendæ, ſed corroborandæ magis obligationi.*

38 *Fructus cenſentur remiſſi per receptionem ſortis principalis.*

39 *Declara concluſionem non procedere, vbi fructus petuntur ex contractu, & Iure actionis, quia peti poſſunt etiam poſt exactam ſortem, & contraria procedunt quando debentur officio Iudicis.*

DECISIO CCCIII.

IVXTA Decretum Domini Vice Legati Bononiæ Iulius Cæſar libras 14000. quas pro dote Imeldæ Nurus accipiebat, promiſit infra ſex annos proximos inueſtire in aliqua re ſtabili, & promiſſioni acceſſit tanquam principalis principaliter, & in ſolidum Marcellus Lambertinus. Cuius iam defuncti hæredes ob non factum prædictum inueſtimentum Auditor generalis Bononiæ condemnauit de anno 1643. ad ſoluendum Imeldæ libras 10628. reliquum enim reperiebatur penès Imeldam in tot gemmis, eamdemque condemnationem, ſiue præceptum in ea relaxatum Rota in gradu appellationis præuijs duabus deciſionibus coram R.P.D. meo Veroſpio exequendum eſſe pronunciauit. A qua pronuncia, ſeù ſententia Rotali commiſſa mihi cauſa appellationis in tertia inſtātia per Signaturam Iuſtitiæ cum clauſula *ſine præiudicio executionis*, hæredes Lambertini acquieſcendo condemnationi, quoad ſortem dictarum librarum 10628. negarunt ſe teneri ad illarum fructus, quos Imelda petebat, atque ideò propoſui hodie dubium, an Imeldæ debeantur fructus, à quo tempore, & ad quam rationem? & reſolutum fuit quo ad primam partem fructus deberi, quoad ſecundam deberi à die lapſi ſexennij, quoad tertiam ad rationem quinque pro centenario.

Ratio primæ partis eſt, quia ſuppoſita obligatione Iulij Cæſaris de inueſtiendo, & quidem independenter à venditione iocaliū, ſcilicet ſiue Iulius Cæſar illa vendiderit, ſiue non, vt firmant duæ deciſiones *coram R.P.D. meo Veroſpio, altera ſub die 29. Februarу 1644. §. hoc enim, & ſeqq. altera ſub die 13. Febru. 1645. §. & licet, verſ. quod vero*, quæ iuxtà ſtylum in-
1 concuſſum huius Sacri Tribunalis in diſputatione diuerſi dubij ſupponendæ ſunt, *Buratt. deciſ. 596. nu. 1. deciſ. 857. nu. 4.* niſi doceatur de inueſtimento promiſſo ſuccedit obligatio
2 ad fructus, † qui ex inueſtimento percepti fuiſſent tanquam damna, & intereſſe ſoluenda ab eò, qui vel ex diſpoſitione legis, vel propria promiſſione inueſtire tenetur, *l. Tutor §. ſi poſt ff. adminiſt. tut. l. ſi Procuratorem, §. mand. ati actio ff. mand. Gabr. conſ. 26. num. 1. & ſeqq. lib. 1.* & in his terminis, *Honded. conſ. 39. num. 3. & ſeqq. lib. 2. Grat. diſcept. 920. num. 26. & 27. diſcept. 932. num. 34. Rot. deciſ. 479. numer. 1. inter impreſſ. apud Cinc. de Cenſib. quæ eſt etiam impreſſa par. 4. tom. 2. recent. deciſ. 85. deciſ. 29. num. 6. & 7. apud Moder. de legit. & in Romana Inueſtimenti 22. Iunij 1629. coram R.P.D. meo Ghiſilerio*, Quo magis quando vt in caſu noſtro tenetur ſub obligatione Ca-
3 merali † cum ea includat etiam obligationē ad damna, & intereſſe, *Rota deciſ. 197. num. 5. apud Cinc. de Cenſib. ſecundum primam impreſſ. deciſ. 140. num. 2. apud Zacch. de oblig. Camer. & deciſ. 389. nu. 12. deciſ. 549. ſub nu. 6. apud Cinc. ſecundum vltimam impreſſ.*

Neque ad hunc effectum probanda † ſunt
4 requiſita *Caſtr. in l. 3. ff. eo quod cert. loc.* ſed ſufficit adfuiſſe generaliter occaſiones inueſtiēdi, prout in inſigni Ciuitate Bononiæ, quotidie adeſſe negari non poteſt; illa enim requiſita neceſſaria quidem ſunt, † quando in-
5 tereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis petitur contra eum, qui ſimpliciter eſt obligatus ad dandum, ſecus vero contra eum, qui
6 eſt † obligatus ad faciendum, & ſuſcepit in ſe mandatum, ſeu onus inueſtiendi, & ratio diuerſitatis eſt, quia in obligationibus fa-
7 cti † ex natura rei ſequitur obligatio ad intereſſe, *Iaſ. in l. bonæ fidei num. 7. ff. eo quod cert. loc. Burſat. conſ. 100. num. 38. & 39. Roland. conſ. 69. num. 25. & ſeqq. lib. 3.* & pecunia reinueſtienda in

8 in ſtabilibus † reputatur tanquam ſpecies,nec
de illa iudicatur ſicut de quantitate, ſed ſicut
de ſpecie, *l.talis ſcriptura in fin.ff.legat.1.l.ſi ſer-
ſeruus 111.§.quicunque ff.eod.Grat.d.diſcept.920.
num.26. Rot.deciſ.159.num.2.apud Pacif.de Salu.*
quique ſuſcepit mandatum ad inueſtiendum
9 docere † debet ſe adimpleuiſſe mandatum
faciendo ſaltim diligentias, nec inuenire po-
tuiſſe occaſionem inueſtiendi, *l.ſi Procurato-
rem 8.l.idemque 10.§.ſi Procurator ff.mand.l.ad cō-
parandas 16.Cod.eod.* & in puncto ita diſtinguit
*Grat.diſcept.240. num.35.& ſeqq.Rot.d.deciſ.479.
num.9.& 10. apud Cinc.de Cenſib. & in Romana,
ſeu Ianuen. Pecuniaria* 1. *Iulij* 1644. *coram me,
§.aut petit.*
Quæ omnia ſicuti procedunt aduerſus
principalem debitorem, militant æquè ad-
uerſus fideiuſſorem principaliter, & inſolidū
obligatum, vt in caſu noſtro, quod enim
dicitur fideiuſſorem non teneri † ad damna,
10 & intereſſe propter moram debitoris, vt per
eum textum notant Doctores, *in l.centum Ca-
puæ ff.eo quod cert. loc.* eò quod fideiuſſor vide-
tur tantum ſe obligaſſe pro principali debito
non pro vſuris, *l.1.ff.in lit.iuran. Aretin.in §.ſe-
quens num.3.Inſtit.actionib. Neguſ.quæſt.338.n.20.*
11 Non habet locum † vbi fideiuſſor acceſſit
toti contractui, tanquam principalis princi-
paliter, & inſolidum, vt poſt *Alex. conſil.* 54.
num.5.lib.2.Crauett.conſ.45.numer.6. firmat arti-
culo plenè diſcuſſo, *Bero.conſ.193.n.34.verſ.ag-
gredior vſque ad num.56.lib.1.quem ſecuta eſt Rota
deciſ.549.num.6.apud Cinc.de Cenſib. & in Roma-
na Cenſus* 10.*Iunij* 1641.*coram R.P.D.meo Cerro,
§.nec relevat,& bene diſtinguit Neguſ.d.q.338.n.21.*
12 Sic enim obligatus † habetur pro principali,
& reſpectu creditoris dicitur correus deben-
di non ſecus, ac ipſe debitor principalis in
omnibus,& per omnia *Decian.reſp.72.ſub n.5.*
vbi ampliat quando vt † in caſu noſtro adeſt
13 iuramentum,& fideiuſſor ſe obligauit in eo-
dem Inſtrumento, quo principalis debitor,
*lib.2.Rot.Bononien.diuerſ.deciſ.102.nu.20.& ſeqq.
& num.39.Arias de Meſa var.reſolut.lib.2.cap.13.
num.17.verſ.cæterum Rot.deciſ.299.num.4.part.1.
recent.deciſ.321.nu.7. deciſ.560.nu.1.coram ſa.me.
Greg.XV.*
Quo verò ad ſecundam partem ratio re-
ſolutionis fuit, quia ſtatim finito ſexennio
Iulius Cæſar debitor conſtitutus fuit in mora
inueſtiendi abſque aliqua interpellatione, cū
prima dies poſt vltimam ſexennij infra quod
14 promiſſum † fuit reinueſtimentum vim ha-
beat interpellationis, & conſtituat in mora,
l.magnam Cod.contrah.empt.Pacian.conſ.157.n.22.
vbi quod dies conſtituit in mora ſtatim
abſque alio ſpatio temporis, licet ſecus ſit in
15 mora contracta per interpellationem, quæ
non conſtituit in mora ad vnguem, ſed cum
ſpatio temporis limitando arbitrio Iudicis,
16 eo quod vbi dies eſt certa † debitor potuit ſe
præparare ad faciendum, quæ ratio ceſſat,
quando conſtituitur in mora per interpella-
tionem, quia non potuit diuinare, quando
debitor eſſet ipſum interpellaturus, *Put. de-
ciſ.259.num.5.lib.1.in corr.& in his terminis Hon-
ded.conſ.39.num.7.& 8.lib.2. Rot.deciſ.479.n.12.
apud Cinc.de Cenſib.deciſ.29. num.6.apud Modern.
de legit.* eo fortiùs accedente iuramento pro-
17 miſſorio, † quod etſi non habeat vim inter-
pellationis ad effectum, vt debitor propter
moram incidat in pœnam, habet tamen ad
effectum, vt ratione moræ teneatur ad inte-
reſſe, vt bene declarat *Gozzad.conſ.27.num.10.
Menoch.conſ.1052.n.24. Erneſtus Cotman.conſ.18.
num.260.Neguſ.quæſt.312.nu.12. Grat.diſcept.67.
num.3. Rot.deciſ.26.ſub num.5. verſ.accedit par.2.
diuerſ.deciſ.85.num.16.par.4.tom.2.recent.& in his
terminis d.deciſ.479. num.11.apud Cinc.de Cenſib.*
Nec obſtat quod mora principalis debito-
18 ris † nocere non debet fideiuſſori, *l. fin. ff.eo
quod cert.loc. Honded.conſ.50.nu.34.lib.1.Hering.
latiſſimè de fideiuſſ.cap.34.nu.152.& ſeqq.* quod-
que agatur contra hæredes, qui etiam quan-
do dies certa eſt appoſita obligationi defun-
19 cti, † non contrahunt moram abſque inter-
pellatione propter iuſtam ignorātiam,quam
habere poſſunt de obligatione defuncti, *Rip.
in l.quod te num.59. ff.ſi cert.pet. Honded.conſ.38.
num. 25. & 26.* vbi loquitur in ſpecie ad effe-
ctum euitandi ſolutionem damnorum,& in-
tereſſe *lib.2.Rimin.Iun. conſ.815. num.46.& 47.
Surd.deciſ.240.n.9.* aut ſaltem ex capite igno-
20 rantiæ † reſtituuntur in integrum, vt voluit
*Trentacinqu.var.reſol.vol.1. lib.3.tit.de ſolut.reſo-
lut.32.num.16.*
21 Quia mora debitoris † nocet fideiuſſori,
qui in omnem cauſam, & tamquam prin-
cipalis principaliter,& in ſolidum interceſſit,
*vt ex text.in l.ſi quis 24.§.1.ff.vſur.l.mora rei 88.
l.ſi ſeruus 91.§.nunc videamus in fin. ff.verb.oblig.*
declarat *Hering.d.cap.24. num.158.Honded.dicto
conſ.50.num.34.verſ.cum ſe non obligauerint lib.1.*
Dicitur enim obligatus in omnem caſum,
22 qui † venire poſſit ex natura contractus,non
ſecus, ac ipſe principalis debitor, *Aym. con-
ſil.272.ſub num.3.verſ.ergo,& ſub num.4.Cæſ.Ma-
nen.deciſ.38.num.20.cum alijs ſupra allegatis*; imò
fideiubendo quod principalis debitor inue-
23 ſtiet † ipſemet fideiuſſor videtur in mora nō
ſecuto inueſtimento, cum non tam factum
24 alienum, quam proprium ſuſcepiſſe, † &
caſum ſuum proprium feciſſe cenſeatur, qui
tanquam principalis in ſolidum interceſſit,
*Caldas de empt.& vendit.cap.33.ſub n.47.verſ.ta-
men non alienum, Bellon.deciſ.Ianuen.65.num.2.&
deciſ.66.in princip. Rot.Bonon.diuerſ.deciſ.102.nu-
mer.22.*
Et ob eandem rationem nil refert, quod
25 Iulius Cæſar principalis debitor † deceſſerit
ante ſexennium ad tradita per *Dec.conſ.2.nu.3.
in fin.& num.4. Menoch.conſ.481.num.49.* quod-
26 que fideiuſſor non ſecus, ac hæredes princi-
palis debitoris allegare poſſit ignorantiam,
l.qui in alterius ff.reg.iur.Cæſ.Manen.deciſ.45.n.10.
Quia fideiuſſor qui vti principalis, & inſoli-
27 dum acceſſit † hunc quoque caſum obitus
debitoris ſuſcepiſſe videtur, ac vti correus
debendi tenetur non ſecus ac ſi factum pro-
prium promiſiſſet, vt præter allegatos, bene
huic obiecto reſpondet *ſecunda deciſio coram D.
meo Veroſpio, §.non obſtat, & §.ſeq.* Pariterque
nil

nil refert, quod hodie agatur contra hæredes
28 fideiuſſoris, † qui ex lapſu diei adiectæ obligationi defuncti non conſtituuntur in mora, aut ſaltem reſtituuntur in integrum, niſi fue-
29 rint interpellati, quia hoc poteſt procedere, quando † dies obligationis non venit in vita fideiuſſoris, & ſic agitur de mora committenda in quibus terminis loquuntur allegati in obiecto, ſecus è conuersò, & ratio diuerſitatis eſt, quia hoc ſecundo caſu mora con-
30 tracta fuit in vita fideiuſſoris, † & mora iam commiſſa continuatur in hæredem etiam ignorantem abſque aliqua interpellatione, vt probat *text. in l. cum Pater familias 27. ff. vſur. vbi gloſſ.* 1. notat quod ſufficit ſemel moram fieri
31 vt vſuræ † perpetuo debeantur, & tradit *Franc. Schanard. conſ. 62. num. 76. & ſeqq.* vbi loquitur in ſpecie de mora contracta ex lapſu diei *Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 43. num. 12. Vinc. de Franc. deciſ. 16. nu. 9. &* 10. *aliyque relati ad Altograd. conſ. 32. ſub num. 9. &* 10. *Gamm. deciſ.* 110. *nu. 39.* In caſu autem noſtro mora fuit commiſſa in vita fideiuſſoris, quia deceſſit longè poſt ſexennium.

Minùs euitari poteſt mora inueſtiendi ex quo creditum eſſet illiquidum, & debitor habuerit iuſtam cauſam credendi ſe non eſſe obligatum, quia hoc ſecundum tollitur ex deciſionibus coram R.P.D. meo Veroſpio; primum autem ceſſat ex facto, cum ex publico Inſtrumento conſtet, quod Iulius Cæſar accepit libras 14000. cum obligatione inueſtiendi, condemnatus vero fuit ſolum pro rata librarum 10628. quia pro reliqua ſumma Imelda retinebat iocalia, nec opus eſt vl-
32 teriori ſolidatione † crediti cum ipſo fideiuſſore principaliter obligato, *Rot. deciſ. 359. n. 10. & 11. par. 4. to. 2. recent.*

Quo demum ad tertiam partem Domini taxarunt fructus ad rationem quinque pro centenario, quia totidem † reddere ſolent
33 bona ſtabilia *iuxt. gloſſ. in auth. perpetua verb. iuſta Cod. Sacroſ. Eccleſ.* quam ſecuta eſt in terminis ſtabilium Bononiæ, *Rota in Bononien. Fructuum Dotis 23. Maij 1629. coram R. P. D. meo Ghiſilerio, & in Bononien. Prædij 28. Ianuarij, & 8. Iunij 1641. coram R.P.D. meo Peutingerio.* Et fru-
34 ctus præſtandi ſunt in ea quantitate, † qui percepti fuiſſent ex ſtabilibus, in quibus inueſtimentum fieri debebat, vt tradit, *Bart. in l. Tutor 8. §. ſi poſt num. 2. ff. admin. Tut. Gabr. conſil. 26. num. 8. in fin. lib. 1. Honded. in his terminis, conſ. 39. num. 4. lib. 2. Grat. diſcept. 240. nu. 35. & 36. Rot. in ſæpius allegat. deciſ. 479. num. 13. apud Cinc. de Cenſib. deciſ. 29. nu. 7. apud Moder. de legit.*

Non obſtat, quod in caſu contrauentionis
35 adſit expreſſa ſtipulatio ad duplam, † quia huiuſmodi ſtipulatio tollit actionē ad damna, & intereſſe, eo tantum caſu quo creditor duplam conſecutus fuit, alias eſt in electio-
36 ne creditoris † agere ad duplam actione ex ſtipulatu, vel ad damna, & intereſſe actione ex contractu, vt ad litterā diſtinguit Iuriſconſultus *in l. emptorem 12. §. Caſſius ait ff. act. empt. & probat text. in l. ſed etſi 18. ff. euict. l. ſi tibi liberam 25. Cod. eod. tit. Oſual. in addit. ad Donel. lib. 13. commen. cap. 4. Lit. F.* vbi dicit rationem, quia
37 ſtipulatio duplæ accedere ſolet, † non minuendæ, ſed corroborandæ magis obligationi, *Molin. de iuſt. & iur. diſp. 380. num. 13. Arias de Meſa var. reſolut. lib. 2. cap. 32. num. 4. & ſeqq.* vbi reſpondet omnibus contrarijs.

Tandem non obſtat, quod Imelda petendo & recipiendo ſortem principalem cenſeatur
38 remiſiſſe fructus, eoſque ideo hodie petere non poſſit, *l. ſi depoſita 4. Cod. depoſit.* maximè poſt lapſum plurium annorum, quia vbi vt in caſu noſtro fructus debentur ex contractu
39 & iure actionis † peti poſſunt etiam poſt petitam, & exactam ſortem, & contraria procedunt, quando debentur officio Iudicis, *Honded. conſ. 30. num. 52. & 53. lib. 1. Franc. Ant. Coſt. conſ. 86. num. 5. Surd. conſ. 500. nu. 5. Mut. deciſ. 52. num. 34. Buratt deciſ. 159. nu. 5.* & in puncto eius qui actione ex contractu tenetur ad damna, & intereſſe *Ant. de Amat. reſol. 43. nu. 75.* vbi allegat innumeros concordantes.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE VIZZANIS.

Veneris 7. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Dos detrahenda non eſt ex bonis fideicommiſſi niſi in ſubſidium deficientibus alijs bonis, quamuis Teſtator expreſsè mandauerit fœminas dotari, quia ſubintelligitur ſub conditione deficientię aliorum bonorum, & cui nam incumbat onus probandi non exiſtentiam bonorum liberorum? Fideicommiſſario quo caſu non eſt retardanda immiſſio ob detractionem melioramentorum?

SVMMARIVM.

1 *Dotes filiarum fideicommittentis detrahendæ non ſunt ex bonis fideicommiſſi, niſi in defectum aliorum bonorum, ex quibus dotari poſſint.*

2 *Amplia procedere quamuis fideicommittens mandauerit fœminas dotari, quia ſubintelligitur ſub conditione deficientiæ aliorum bonorum.*

3 *Et hæc conditio etiam non expreſſa ſubintelligitur.*

4 *Pater tenetur dotare filias.*

5 *Dos data filia præſumitur ex bonis Patris, cum ad id illius hæres compelli poſſit.*

6 *Negatiua exiſtentiæ bonorum liberorum probanda eſt à muliere allegante dotem non aliundè potuiſſe ſibi conſtitui, quam ex bonis fideicommiſſi, præſertim quando contrarium apparet ex probatione actoris.*

7 *Amplia procedere, quamuis mulier ſit rea, & poſſideat bona fideicommiſſi, quia nihilominus non releuatur ab onere probandi negatiuam.*

Et ſufficit ad hunc effectum ſola præſumptio exiſtentiæ aliorum bonorum extra fideicommiſſum, vt onus probandi negatiuam transferatur in negantem, & num. 10.

8 *Reus & poſſeſſor non releuatur ab onere probandi* pro-

probandi propoſitam exceptionem poſtquam actor ſuæ intentionis fundamentum probauit.

9 *Poſſeſſor cogi non poteſt dicere titulum ſuæ poſſeſſionis ad inſtructionem intentionis actoris, ſed ſolum ad ſui releuationem, & probationis aduerſarij excluſionem.*

11 *Melioramenta probata in ſpecie impediunt fideicommiſſario immiſſionem donec reficiantur, quia pro illis melioranti competit retentio.*

12 *Nec admittitur cautio de illis reficiendis.*

13 *Melioramenta quando ſolum ſunt probata in genere, tunc de ſtylo Rotæ præfigitur terminus ad liquidandum in ſpecie.*

14 *Et interim non eſt procedendum ad immiſſionem, quamuis detur cautio, niſi fortè poſſeſſor terminum aſſignari non petat, aut aſſignatum non acceptet.*

15 Deciſ. 185. num. 4. coram Reuerendiſs. Vrgellen. *in quibus terminis intelligenda eſt?*

16 *Melioramenta ſi non fuerunt liquidata in termino præfixo, tunc non retardatur immiſſio, ſed ſuccurritur poſſeſſori mediante cautione de illis reficiendis, & redditur ratio, nu. 17.*

18 *Melioramenta ſi non fuerunt probata, nec minus in genere, tunc proceditur ad immiſſionem, etiam ſine cautione de illis reficiendis, num. 19. & redditur ratio diuerſitatis, nu. 20.*

21 *Melioramenta tanquam facti non præſumuntur, ſed probari debent.*

22 *Melioramenta aduerſus fideicommiſſarium petentem immiſſionem non probantur, nec minus in genere ex libro memoriæ exiſtente penès meliorantem, cum ad hunc effectum concludenter probari debeant.*

Liber priuatus non probat contra tertium, ibid.

23 *Melioramentorum probatio in genere, & in ſpecie in quibus differat inter ſe ſecundum materiam, & ſecundum ſubſtantiam, & formam, & nu. 24.*

25 *Melioramenta quando non ſunt plenè probata in genere Rota conſueuit ad immiſſionem procedere data cautione ſi illam actor obtulit, vel præſtare non recuſet.*

DECISIO CCCIV.

ACERRIMAE diſceptationi ſuper exiſtentia reciprocæ de linea ad lineam in teſtamento Iaſonis ſexies inſtauratæ, tandem ſub die 28. Maij 1646. ſucceſſit reſolutio affirmatiua, nec multo poſt concordiæ ſpes, qua allectus, ſuſpenſo litis progreſſu indixi vtrinque extraiudiciales congreſſus, & quoniam illorum infœlicitatem remorabatur articulus, quarumdam detractionum, placuit vt deſuper ad effectum tantum concordiæ conſuleretur Rota: ideò reſeruata noua audientia ſuper articulo reciprocæ, & ſine illius præiudicio & non alias, & præſuppoſitis pro nunc detractionibus medietatis bonorum Lamolæ, & Villæ Fontanæ, ac trium ex quatuor partibus mobilium, & excluſa etiam pro nunc detractione medietatis poſſeſſionis Caſtenaſij: propoſui hodie dubium, An & quid aliud ſit detrahendum, cumque plura deducerentur capita detractionum, nec in omnibus Dominorum vota conuenirent reſponſum fuit nō competere detractiones dotium à Pompeo Iuniori ſolutarum quatuor monialibus filiabus Conſtantij, ac melioramentorum, reſeruato quod de reliquis particulariter videatur.

Non tamen ex fideicommiſſo Iaſonis detrahi poſſunt dotes fœminarum ab eo deſcen-
1 dentium, † niſi in ſubſidium deficientibus,
ſcilicet alijs bonis ex quibus fœminæ dotari
poſſint, vt notant omnes *in auth. res quæ Cod.
comm. de legat.* & tradit *Burſatt. conſ. 179. num. 20.
Tiraquell. de Iur. primogen. quæſt. 61. num. 10. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 1. par. 2. n. 9.* quamuis
ipſe Iaſon expreſsè mandauerit fœminas do-
2 tari, † quia mandauit ſub conditione deficientiæ aliorum bonorum, ibi, *che in euento
che li ſuoi heredi pro tempore non haueſſero modo, e
commodità di maritare ò nel Signore, ò nel ſecolo le
loro figliuole femine legittime, e naturali, ò che non
fuſſero dotate altroue, ò non gli fuſſe da altre perſone prouiſto di dote all'hora, & in tal caſo, e non altrimente, ne in altro modo poſſino alienare de' beni
dell'heredità tanta rata, e parte ſufficiente per dar la
3 dote,* quæ conditio † etiam non expreſſa ſubintelligitur, *Caſtr. conſ. 64. num. 4. lib. 2. Io. Franc.
à Ponte conſ. 45. nu. 3. lib. 1. Molin. de primog. lib. 4.
cap. 7. num. 2. Grat. diſcept. 996. num. 10. add. ad Gregor. XV. deciſ. 543. n. 5. Rota penès Seraph. dec. 440.
num. 4. & in Romana Saluiani de Caſalibus 4. Martij 1644. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

At in caſu noſtro dictæ Moniales filiæ
Conſtantij potuerunt dotari ex bonis † Patris
4 cui hoc onus primo loco incumbit, *l. vltim.
§. vtramque Cod. dot. promiſſ. Socc. Iun. in l. 1. n. 162.
ff. ſolut. matrim. Giurb. deciſ. 45. num. 27. Caualer. deciſ. 600. num. 2.* Imò ex illius bonis Pompeius
5 dotem dediſſe præſumitur † cum ad id tamquam hæres Patris poſſet compelli, *Aym. conſil. 219. num. 2. Alb. conſ. 300. num. 16. Sola ad Conſuetud. Sabaud. tit. de feud. gloſſ. 1. part. 2. numer. 11.
Giurb. ad conſuet. Meſſanæ cap. 3. gloſſ. 6. par. 1. n. 43.
Rot. deciſ. 58. n. 2. & ſeqq. par. 5. recent.*

Præſertim quia conſtat in hereditate Conſtantij extitiſſe ſaltem prædia ei liberè prælegata à fideicommittente, & quidquid aliud
ex perſona Conſtantij ab hoc fideicommiſſo
veniat detrahendum. Vndè aduerſariæ, quæ
6 negant potuiſſe dotes † conſtitui aliundè,
quam ex bonis fideicommiſſi, vel conuincuntur contraria probatione actoris, vel ſaltem plenè, & concludenter hanc negatiuam
probare tenentur licet ſint reæ conuentæ, † &
7 poſſideāt bona fideicommiſſi de quibus agitur, nam præter quod non poſſident ex cauſa dotium, poſſeſſio non releuat ab onere
8 probandi propoſitam exceptionem, poſtquā
actor † ſuæ intentionis fundamentum probauit, *Bald. in l. ſiue poſſidetis num. 15. Cod. probat.
Calder. conſ. 10. ad fin. eod. tit. Seraphin. deciſ. 1422.
num. 12.* vbi aduertit, quod facta per actorem
plena probatione poſſeſſor non cogitur † ad
9 inſtructionem intentionis actoris, ſed ad ſui
releuationem, & probationis aduerſarij excluſionem, *Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 46. n. 26.
Rota deciſ. 409. n. 4. verſ. poſſeſſio enim par. 2. recent.
& in Mediolanen. Beneficij 31. Ianuarij 1646. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Quin

Quin imò quia vt dicebam aduerſariæ nō
poſſident bona ex cauſa dotium, neque illa,
ſoluerūt monialibus in bonis fideicommiſſi
aut mediante eorum alienatione, ſed in pe-
cunia numerata de propria, vt aſſerunt cru-
mena, & ſic euenerunt ad ſummum credi-
trices fideicommiſſi pro rata ſoluta, ſufficeret
10 actori extare præſumptiones † exiſtētiæ alio-
rum bonorum extra fideicommiſſum, vt
onus probandi negatiuam transferretur in
negantem, vt in his terminis *Ciriac.controu.5.
nu.62.& 115. ex gloſſ.magna in princ.in l.2.ff.pro-
bat.Couar.var.reſolut.lib.2.cap.6.num.4.Natt.con-
ſil.199.ſub num.13.& conſ.238.ſub num.11.Gabr.
conſ.118.n.7.lib.1.& conſ.138. n.19.lib.2.Viu.de-
ciſ.528.ſub nu.28.*

Melioramentorum verò detractionem nō
competere ad retardandam immiſſionem
fideicommiſſarij Domini dixerunt ſequendo
diſtinctionem communiter receptam, quod
aut melioramenta ſunt probata in ſpecie, † &
11 non datur immiſſio, niſi illis refectis, quia
melioranti competit retentio, *l.ſi in area,
ff.condict.indeb. l.Paulus ff.dol.except. Menoch con-
ſil.454.num.2.& 3.Caualer.deciſ.54.n.1.deciſ.23.
num.7. apud Modern de manuten.* nec admittitur
12 cautio † de illis reficiendis, *Eugen.conſ.85.nu-
mer.103.& 114.lib.2.Rot.coram bon.mem.Buratto
deciſ.169. num.11.& inter recent.deciſ.363.num.8.
par.4.to.2.deciſ.188.nu.7.par.5.* aut ſunt proba-
13 ta ſolum in genere, † & tunc de ſtylo Rotæ
præfigitur terminus ad liquidandum in ſpe-
cie *iuxtà deciſ. Put.461.in fin.lib.2.in corr.* quam
paſſim ſecuta eſt, *Rota penès Caualer. deciſ.86.
num.5.& deciſ.543.num.5. deciſ.306. numer.1.de-
ciſ.387.num.9.& 10.* vbi quod interim non eſt
admittenda cautio, *par.4.tom.2.deciſ.711.nu.1.
par.4.to.3.deciſ.188.n.6.rec.* vbi quod niſi præfi
gatur terminus ad immiſſionē nō proceditur,
14 quamuis † detur cautio *par.5.* niſi fortè poſ-
ſeſſor terminum aſſignari non petat, aut aſſi-
gnatum non acceptet, in quibus terminis in-
15 telligenda eſt, *deciſ.385.nu.4.& 8.verſ.& tan-
dem coram Reuerendiſſ.Vrgellen.vt latè per Moder.
de manut.obſer.12.num.51.& ſeqq.* quo termino
elapſo, niſi ſpecifica melioramentorum li-
16 quidatio facta fuerit † nō retardatur immiſ-
ſio, ſed ſuccurritur poſſeſſori mediante cau-
tione de illis reficiendis, quia iura dant qui-
17 dem retentionem pro melioramentis, † ſed
non dicunt, quod data cautione fieri non
debeat bonorum reſtitutio ſi reus eſt in mo-
ra liquidandi, *Put.d.deciſ.461. col.1. circa med.
verſ.& tanto magis, & col.2.in princ. Rot.dec.127.
num.6.& ſeqq.deciſ.217. num.6.deciſ.306. num.2.
par.4.tom.2.recent.deciſ.48.num.16.par.7.dec.441.
num.7.coram bon.mem. Buratto.* Aut neque in
genere melioramenta ſunt probata, & pro-
18 ceditur † ad immiſſionem, *Rot.deciſ.312. n.4.
par.2.diuerſ.deciſ.610.num.3.par.1.recent.dec.276.
num.3.par.6. deciſ.45. numer.28.coram Comitulo,*
19 Etiam ſine cautione de illis reficiendis, † vt
diſtinguendo bene declarauit, *Rot.in Romana
de Theſauris 11.Ianuarij 1613. coram bon.memor.
Card.Sacrato impreſſ.apud Marcheſan. de commiſſ.
tom.1.fol.1087. nu.2.* vbi dicit rationem diuer-
20 ſitatis, † quia quando de melioramentis con-
ſtat in genere ſumus certi, quod ſi daretur
immiſſio ille, qui meliorauit pateretur dam-
num cumque illi non æquè bene ſuccurratur
per cautionem de reficiendis melioramentis
ſicut per retentionem inoleuit ſtylus præfi-
gendi terminum ad liquidandum in ſpecie
per quem conſulitur tàm melioranti, quàm
actori, ne eius immiſſio in longum protra-
hatur differente reo probare in ſpecie, at quā-
do nec in genere de melioramentis conſtat,
ceſſat certitudo damni; imò præſumitur quod
non adſit cum melioramenta, tamquam fa-
21 cti † non præſumantur, vt fuit dictum in
*Aquitanien.Prioratus 19. Aprilis 1624. coram bon.
memor. Pirouano, & in Meleuitana Commendæ de
Mazzara 23. Iunij 1634.coram bon.mem. Merlino,
quæ eſt inter recent.deciſ.193.n.7.par.7.*

In caſu autem noſtro, nec in genere me-
lioramenta probata ſunt cum ad ea proban-
22 da ſolum exhibeatur liberculus memoriæ
Pompei Senioris, qui contra fideicommiſſa-
rios Iaſonis nullam fidem meretur, *l.exemplo,
l.Inſtrumenta Cod.probat.Seraph.deciſ.889.num.2.
deciſ.1073.num.7.Rot.inter recent.deciſ.259.n.13.
par.4.tom.2.* & debeant concludenter probari,
neque enim probatio in genere, & in ſpecie,
licet differant inter ſe ſecundum materiam,
23 eo quod materia genericè eſt ipſa meliora-
tio hoc eſt rei in meliorem ſtatum redactio,
ſpecificè vero eſt vltrò impenſa facta in me-
liorando, & meliorationis æſtimatio vt quod
minus eſt melioranti reficiatur, *l.in fundo ff.rei
vindic.Peregr.de fideicomm.art.50.num.70.& ſeqq.
Valaſc.de iur.emphit.qu.25.nu.23.Seraph.dec.898.
num.1.Rot.deciſ.349.num.47.par.5.recent.dec.541.
nu.1.& 2. apud Cenc. de Cenſib.* differunt ſecun-
24 dum ſubſtantiam, † & formam itaut generi-
ca ſufficiat informis, ſed vtraque plena requi-
ritur, & ideò *Rota in ſupracit.Romana de Theſau-
ris coram Card.Sacrato, num. 3.* non habuit pro
probatis in genere melioramenta de quibus
deponebat vnicus teſtis quæque mater com-
munis litigantium fuerat confeſſa. Aliquan-
25 do tamen quamuis † non ſint plenè probata
in genere Rota conſueuit ad immiſſionem
procedere data cautione ſi illam actor obtu-
lit, vt in *deciſ.276.num.4. par.6.recent.* vel præ-
ſtare non recuſet, vt in *Romana Vineæ 19. Fe-
bruarij 1644. coram me, & in alijs.*

Et ità deciſum vtraque parte Informante.

MELEVITANA TENVTAE.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Procurator pendente lite ſine cauſa reuocari ne-
quit diſſentiente aduerſario, & quare? In
donatione verbis vniuerſalibus cōcepta com-
prehenduntur etiam bona fideicommiſſi do-
natori competentia. Dementia donatoris pro-
banda eſt tempore donationis, & ex quibus
excludatur? Alienans partem bonorum fidei-

commiſſi non cadit à toto fideicommiſſo etiamſi adſit alienationis prohibitio, ſed à parte alienata.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ante litem motam poteſt abſque alterius conſenſu reuocari, ſecus verò poſtea niſi reuocatio fiat ex iuſta cauſa, quippè aduerſarij intereſt, vt procurator ſine cauſa non reuocetur, nec varietur Iudicium mutatione perſonarum.*

2 *Ratio eſt, quia per litis conteſtationem procurator quaſi contraxit cum aduerſario, & principalis non poteſt eo inuito tunc quaſi contractum diſſoluere.*

3 *Procuratoris reuocationi factæ poſt motam litem Aduerſarius diſſenſiſſe dicitur, ſi cauſam contra eumdem Procuratorem non obſtante reuocatione proſecutus fuit.*

4 *Iuſtitia ſententiæ reſultat ex deciſionibus in cauſa æditis.*

5 *Clauſula*, Conſtituti, *transfert in conſtitutarium poſſeſſionem ciuilem, & naturalem.*

6 *Poſſeſſio acquiritur Domino, ex facto adminiſtratoris, cui ipſe adminiſtrator poſſidere dicitur.*

7 *Donatio cum clauſula*, Conſtituti, *ac reſeruatione vſusfructus pro donatore operatur tranſlationem poſſeſſionis in donatarium cum iure propria vſusfructus non cadat.*

8 *Donatio verbis vniuerſalibus concepta comprehendit etiam bona donatori obuenientia ex fideicommiſſo.*

9 *Iuncta præſertim obſeruantia ſubſecuta, quæ mentem donatoris declarat.*

Obſeruantia ſubſecuta declarat, quid fuerit in donatione comprehenſum ibid.

10 *Locatio facta nomine proprio excludit actum titulo adminiſtratorio, illumque tribuit ipſi locatori.*

11 *Continuatio poſſeſſionis probatur ex actibus poſſeſſoriis, quales ſunt locationes, & exactiones aſſictus.*

12 *Poſſeſſio probatur ex actibus poſſeſſoriis ſimul iunctis etiam contra tertium.*

13 *Nullitas donationis, ex quo fuerit facta à minore, de qua nec ipſe minor dum vixit, nec eius ſucceſſores oppoſuerunt, nullatenus opponi poteſt à non habentibus cauſam à donatore.*

14 *Dementia donatoris probanda eſt non ſolum in genere, ſed in ſpecie, videlicèt de tempore donationis cum donator potuerit habere dilucida interualla.*

15 *Dementia donatoris excluditur ex ſeriè donationis, illiuſque præordinatione, prout homines ſanæ mentis facere ſolent.*

16 *Poſſeſſio iunior præſumitur clandeſtina.*

17 *Poſſeſſio ſemel acquiſita non amittitur ſine acquieſcentia poſſeſſoris, quamuis ab alio fuerit occupata.*

18 *Poſſeſſio tranſlata in conſtitutarium mediante clauſula*, Conſtituti, *ſuffragatur etiam ad effectum manutentionis.*

19 *Hæres renuncians hæreditati, ad quam eius filius eſt vocatus ex propria perſona, ei non præiudicat.*

20 *Affectio Teſtatoris quando eſt æqualis erga omnes deſcendentes maſculos, par etiam debet eſſe omnium deſcendentium in ſucceſſione conditio.*

21 *Verba*, hæredum vniuerſalium, *quamuis poſita in eadem oratione ſtant demonſtratiuè ad perſonas filiorum, de quibus Teſtator mentionem fecit, non autem taxatiuè ad eorum qualitatem hæreditariam.*

22 *Fideicommiſſum particulare licet ſtatim ſubſequatur poſt conceſſam à Teſtatore facultatem diuidendi, quando non eſt reſtrictum ad filios, de quibus facultas loquitur, ſed latè ſe habet ad omnes deſcendentes maſculos in infinitum ſtat independentèr ab eadem diuiſione.*

23 *Præſertim quandò fuit relictum pro conſeruatione agnationis, quo caſu non famulatur diuiſioni, ſed ipſi famulatur diuiſio.*

24 *Hæres grauatus, ſi vltrà portionem legitimæ ſibi debitam bona alienauit contra eumdem alienantem vocatis competit actio.*

25 *Donatarius particularis non poteſt conueniri à creditoribus donatoris actione perſonali.*

26 *Nec minus reali, ſi ſuper bonis donatis fuit conſtitutum particulare fideicommiſſum, quod non cadit ſub hypothecis creditorum donantis.*

27 *Pater, & filius, ſi inſimul vendunt, præſumitur pretium ad manus patris perueniſſe.*

28 *Alienans bona fideicommiſſi non dicitur à fideicommiſſo cecidiſſe etiam ſi adſit prohibitio alienationis, quando non conſtat quod explicitam ſcientiam huiuſmodi prohibitionis habuerit, vt requiritur.*

29 *Alienans partem bonorum fideicommiſſi, ſuper quibus pœna caducitatis eſt adiecta non cadit à fideicommiſſo, ſed ſolum à parte alienata.*

DECISIO CCCV.

CENSVIT Rota confirmandum eſſe mandatum de manutenendo ad fauorem Angeli Hieronymi Manducc relaxatum in prima inſtantia a R. P. D. meo Peutingero, quia validum, & iuſtum.

Validitas apparet ex proceſſu, nec vrget quod in relaxatione mandati citatus fuerit Procurator Mariæ, & Barbaricæ Habelæ, quem pendente lite eędem principales reuocauerant apud acta, quia multum intereſt,
1 an reuocatio Procuratoris fiat † ante litem conteſtatam, vel poſt; primò enim caſu tenet abſque alterius conſenſu, ſecundò verò caſu niſi fiat ex iuſta cauſa non tenet ſine conſenſu Aduerſarij quippè eius intereſt, vt Procurator ſine cauſa non reuocetur, nè varietur iudicium mutatione perſonarum, vt diſtinguendo notat *Abb. in cap. auditis nu. 8.* vbi concludit quod tenet ſententia lata cum Procuratore reuocato, *& in cap. non iniuſtè nu. 4. in fin. de procurat. Felin. in cap. ex parte il 3. num. 27.* vbi addit aliam rationem, quia, ſcilicèt per litis
2 conteſtationem † Procurator quaſi contraxit cum Aduerſario, quem quaſi contractum non poteſt Dominus diſſoluere Aduerſario inuito *de reſcript. Caſtr. in l. vnica nu. 3. in fin. verſ. tertiò caſus eſt C. ſatiſd. Mant. de tacit. lib. 7. tit. 21. num. 9. & 19. Gaill. obſer. 74. num. 10. lib. 1. Mohed. deciſ. 4. de procur. Rot. in Aquilana Expenſarum 4. Martij 1596. coram rec. mem. Hieronymo Cardinali*

Pamphi-

Pamphilio, *& in alijs relatis ab adden. ad Buratt. deciſ.440.num.10.* Nos autem verſamur in ſecundo caſu, quia non negatur præceſſiſſe litis conteſtationem, neque conſtat de conſenſu Angeli Hieronymi Aduerſarij; imo idem
3 ſatis dicitur diſſenſiſſe † proſequendo cauſam contra eumdem Procuratorem non attenta illius reuocatione, vt in terminis fuit deciſum *in Romana Laudi 23. Iunij 1633. coram Buratto, quæ eſt inter eius impreſſ.deciſ.723.num.2.& in Romana Pecuniaria 29. Apr. 1624. coram Patriarcha Manzanedo.*
4 Iuſtitia elucet ex deductis † in duabus deciſionibus editis *coram R.P.D. meo Peutingero 26. Iunij 1645. & 12. Ianuarij 1646.* Siquidem tenuta nuncupata, *Tauenetia*, de qua eſt quæſtio, quęque data fuerat in ſolutum Angelo, ab eodem retroceſſa fuit Petropaulo, & Mauritio fratribus, ſiuè Catherinæ eorum Matri, & Curatrici Sum. Angeli Hieronymi num.2. & per ingreſſum Petripauli in Religionem bonorum incapacem cōſolidata in ſolo Mauritio, à quo fuiſſe poſſeſſam probatur, tùm ex clauſula, *Conſtituti*, eius fauore appoſita in d. retrociſſionis inſtrumento, quæ cùm ſit in confeſſo apud partes, quod tunc Angelus conſtituens poſſidebat tranſtulit in Mauritium
5 Conſtitutarium † naturalem, ac ciuilem poſſeſſionem *l.quod meo 18.ff.acq.poſſ.Iaſ. in §.actionum num.139. Inſt.de act. Neniz.conſ.82. num.13. Grat.diſcep.954.num.2.& ſeqq. Rot.deciſ.551.nu.4. par.2.recent.* Tùm ex locatione cum perceptione penſionis, quam ſucceſſiuè de anno 1620. fecit Angelus tanquam adminiſtrator bonorum eiuſdem Mauritij à Iudice deputatus Sum.ibid. num.5. & 6. nam ex facto admini-
6 ſtratoris † acquiritur poſſeſſio principali, cui ipſe adminiſtrator dicitur poſſidere *Bart. in l. quod meo num.9.ff.acq.poſſ. Alex.in l.qui vniuerſas §. quod per colonum nu.2.ff.eod.tit. Rot.deciſ.196.n.6. dec.250.n.9.inter impreſſ. apud Moder. de manuten.*

Poſſeſſio autem Mauritij iterum reuolauit ad Angelum mediante donatione ei poſtmodum facta ab ipſo Mauritio cum ſimili clauſula, *Conſtituti*, ac reſeruatione vſusfructus
7 pro donatore † quæ operatur translationem poſſeſſionis in donatarium cum in re propria ſeruitus vſusfructus non cadat *l.quis quis C. donat.Alex.in l.3.num.14.ff.acq.poſſ. Hond.conſil.18. num.2. & 3. lib.2. Rota deciſ.58.num.2.deciſ.299. num.4.apud Modern.de manut.* Nec dubitari poteſt quin ſub eadem donatione comprehendatur hæc tenuta quamuis ſubiecta fideicom-
8 miſſo paterno† ſtantibus verbis vniuerſalibus donationis, ibi, *omnia, & ſingula bona &c.iura, actiones, prætenſiones, & ſucceſſiones quaſcunque, & quouis iure &c.tàm iure paterno &c. ſibi quomodolibet competentia &c. vigore quorumuis iurium &c. teſtamentorum &c.* nam verba huiuſmodi vniuerſalia cum explicitā mentione teſtamenti paterni denotant mentis donatoris fuiſſe, donare etiam bona, quæ ſibi ex fideicommiſſo patris obueniſſent *Menoch.conſ.87.nu.27. & 28. & conſ.289.num.5.& ſeqq.Surd.conſ.308. num.28. & 29. Ceph. conſ.622. num.22. & ſeqq. Marcabr. conſil.66.num.210. Neguſ.qu.10. num.50. Gratian. diſcept.568.num.27.Rot.deciſ.714.ſub 14.ſub nu.1 verſ.ſed vlterius num.2.& num.7.verſ.& præſertim par.2. recent. cum alijs alleg. ab Altogrado conſ.66. num.1.& ſeqq.*

Iuncta maximè ſucceſſiua obſeruantia,
9 quæ† quatenùs opus ſit declarauit hanc etiam Tenutam in donatione comprehendi *l.ſi de interpetratione ff.leg. Aym.conſ.101.n.3.Rot.dec.419. num.6.par.1.recent.* Cum ſecuto obitu Mauritij donatoris ſine filijs, & ſic purificata conditione, ſub qua donatio concepta erat Angelus donatarius hanc tenutam, quam priùs poſſidebat tanquam adminiſtrator, cæperit poſſidere nomine proprio, vt conſtat ex locationibus ab eo factis de anno 1622. 1629. & 1638. Sum.ibid. num.12. quas gratis exaduersò dicitur eſſe referendas ad titulum adminiſtrationis; licet enim etiam mortuo Mauritio donatarius aliquos actus iudiciales geſſerit tanquam adminiſtrator Sum. Habele num.6. tamen locationes prædictæ leguntur factæ nomine proprio, ibi, *nomine eius proprio*,
10 quod † excludit titulum adminiſtrationis, actumque tribuit ipſimet Angelo donatario, ac locatori *l.poſt mortem 5. & ibi gloſſ. verb. rectè verſ.ſecus autem Bart.num.1.ff.quan.ex fact.tut. Rot. in Ceſaranguſt. Beneficij de Linares 22. Iunij 1643. coram Me §.ſaltem quia*: quidquid dicendum eſſet niſi expreſſiſſet ſe contrahere nomine proprio, in quibus terminis loquuntur allegati exaduersò.

Adeo quod Angelus nedum vigore clauſulæ, *Conſtituti*, & reſeruationis vſusfructus poſitæ in donatione Mauritij nactus fuit poſſeſſionem tenuræ, ſed eamdem actualitèr
11 continuauit † locando tenutam, & affictus exigendo, qui ſunt actus poſſeſſorij *Socc. conſil.13.ſub num.15.lib.4. Afflict.deciſ.325.nu.1.Ceſ. de Graſſ.deciſ.10.num.3.de cauſ.poſſ. & propr. Rota apud Moder. de manut. dec.243. num.2.* & ſimul
12 iuncti † poſſeſſionem probant etiam contra tertium *ex alleg.in §. fin. ſecundæ deciſionis coram D. meo Peutingero.* Atque hinc non eſt cur exaduersò impugnetur d. donatio tanquam facta à minore, & mentis non compote, quia Angelus vltrà clauſulam, *Conſtituti*, & reſeruationem vſusfructus ibi appoſitā habet etiam actualem poſſeſſionem, & præterea de nulli-
13 tate ex capite minoritatis, de qua † nec ipſe minor dum vixit, nec eius ſucceſſores oppoſuerunt dare non poſſunt aduerſariæ, quæ à donatore cauſam non habent, vt fuit deciſum *in Ciuitatis Caſtelli Cenſus 30. Ianuarij 1630. coram bo.me. Pirouano.* Dementia verò vt noce-
14 ret probari debuiſſet † non ſolum in genere, ſed in ſpecie de tempore donationis, cum donator potuerit habere dilucida interualla *Flam. Rubeus conſ. 5.num.71.lib.2.Socc.conſ.42.n.9 lib.1.Caualer.deciſ.366.num.7. Rot.inter recent. deciſ.298.nu.8.par.7.& in Meleuitana hæreditatis 15. Aprilis 1644. coram R.P.D. meo Cerro, §.idque & ſeqq.* quod probatum non fuit; imò ipſa pars aduerſa in ſecunda poſitione huius cauſæ coram D. meo Peutingerio, vſa eſt alijs contractibus celebratis à Mauritio, & ſignantèr mādato procuræ in perſonam Angeli ad alie-

nandum, quod tunc dedit in Summ. num.9.
15 Et vltrò ſeries donationis,† de qua agitur, quia
emanauit ad fauorem fratris germani, & col-
lata eſt in euentum obitus donatoris ſine filijs
reſeruato vſufructu ipſi donatori, prout ho-
mines ſanæ mentis facere ſolent talem fuiſſe
donatorem demonſtrat *Bald.in l.furioſum nu.2.
C.qui teſtam.facer.poſſ.Corn.conſ.216.nu.14. ad fin.
& num.15.lib.3.Rimin.Iun.conſ.376.nu.33.& 34.
lib.4. Reuerendiſs.Vrgell.deciſ.178.n.13.*

Ex quibus ſicuti in poſſeſſione huius tenu-
tæ danda eſſet manutentio Angelo, niſi vt in-
frà dicam donaſſet Angelo Hieronymo filio
non obſtante poſſeſſione deinde capta de an-
no 1638. à Maria, & Barbarica aduerſarijs,
16 quia cum ſit iunior † præſumitur clandeſtina
*Felin.in cap.licet cauſam nu.8.& 9. de probat.Surd.
conſ.168.num.16. Rot.deciſ.322.nu.2.par.1.recent.*
Et licet aſſeratur continuata per triennium
vſque ad tempus motæ litis, quia tamen ex
datis in Summ. Habelæ num.9. & in Summ.
reſponſionis Angeli Hieronymi per totum
apparet illam fuiſſe contradictam, ac turbatam
ab Angelo antiquiori poſſeſſore, non eſt con-
ſiderabilis cum non releuet actus, qui dedit
cauſam liti, & contradictio primi poſſeſſoris
excludat illius acquieſcentiam, ſine qua poſ-
17 ſeſſio ſemel acquiſita † non amittitur quam-
uis ab alio occupetur *Innoc.in cap.bonæ il 2.n.1.
verſ.item de illo, & ibid.Abb.nu.20.de poſtul. Præl.
Put.dec.350.lib.1.in corr.Rot.in Volaterana Priora-
tus 16. Martij 1646. & in Montis Alti Beneficij 18
Maij eiuſdem anni coram Me.*

Ita danda eſt Angelo Hieronymo cui An-
gelus pater de anno 1640. hanc tenutam do-
nauit cum clauſula, *Conſtituti*, translatiua vt
ſupra dicebam poſſeſſionis, quæ erat penes
18 conſtituentem † in Conſtitutarium etiam ad
effectum manutentionis *Put. & alij allegat. à
Modern.de manut.obſer.11. num.7. & à Rot. in de-
ciſ.265.num.2.impreſſ.poſt d.tract.*

In quam ſententiam Domini venerunt li-
bentiùs, quia tenuta hæc ſubiecta eſt particu-
lari fideicommiſſo Io: Pauli Manduce ad,
quod vocati ſunt deſcendentes maſculi ex
maſculis ipſius teſtatoris qualis eſt Angelus
Hieronymus, cum deſcendat ab Angelo Te-
ſtatoris filio. Nec vrget quod Angelus eius
pater renunciauerit hæreditati Io: Pauli; voca-
ti verò fuerint deſcendentes maſculi hæredū
vniuerſalium Teſtatoris: nam & ipſe Ange-
lus Hieronymus deſcendit ab hærede vniuer-
ſali Teſtatoris, cum in eo teſtamento Ange-
lus eius Pater eſſet inſtitutus hæres vniuerſa-
19 lis, † neque deinde renunciando hæreditati
præiudicare potuerit filio ex propria perſona
ad fideicommiſſum vocato, vt bene aduertit
prima deciſio coram D. meo Peutingero §.*non obſtat*.
Et ſanè quando Teſtator vocauit deſcenden-
tes ipſorum hæredum vniuerſalium, voluit
ſolùm aſſignare ſtipites deſcendentiæ hoc eſt
proprios filios demonſtrando illos ſub nomi-
ne hæredum vniuerſalium, quia hæredes vni-
uerſales ſupra inſtituerat; itaut in deſcenden-
tibus inſpici tantum debeat, an deſcendant ab
vnō ex vniuerſalibus hæredibus inſtitutis non
attento, an ille hæreditatem adiuerit, cum
de cetero Teſtator reſpexerit dumtaxat ad cō-
ſeruationem huius tenutæ in ſua familia, &
agnatione maſculina, quæ verificatur ęquè in
deſcendentibus maſculis ab omnibus filijs te-
ſtatoris, vti filijs eſto quod ab hæreditate ab-
ſtinuerint; vnde attenta voluntate, & affectio-
ne Teſtatoris, quæ ęqualis fuit erga omnes
20 ſuos deſcendentes maſculos † par etiam eſſe
debet omnium deſcendentium in ſucceſſione
conditio *Rimin.iun.conſ.283.num.30.& 39. Aym.
conſ.43.ſub num.1.verſ.quia per eas Peregr.de fideic.
art.20.num.12.& 19. Rot.in Firmana fideicommiſſi
28. Nouembris 1646. coram R. P. D. meo Otthob.*
21 & verba illa hæredum vniuerſalium † quam-
uis poſita in eadem oratione ſtant demonſtra-
tiuè ad perſonas filiorum, non autem taxati-
uè ad eorum qualitatem hæreditariam, vt de-
clarando *tex.in l.in conditionibus* §.*1.in fin.ff.cond.
& demonſt.* dixit *Rot.deciſ.11.num.10.verſ.non ob-
ſtat text.de teſtam.in antiq.*

Non obſtat, quod fideicommiſſum parti-
culare videatur relictum in caſum, in quem
Caterina mater, cui Teſtator paulò ſupra de-
derat facultatem diuidendi bona omnia inter
filios maſculos, & fœminas æqualiter hære-
des vniuerſales inſtitutas, cum hoc quod iſta
tenuta aſſignaretur maſculis, ad hanc diuiſio-
nem deueniſſet, præſertim quia alioquin inter
maſculos, & fœminas non ſeruaretur æqua-
litas à Teſtatore contemplata. Nam licet fi-
deicommiſſum ſubſequatur ſtatim poſt con-
22 ceſſionem dictæ facultatis diuidendi† quia ta-
men non eſt reſtrictum ad filias, de quibus d.
facultas loquitur, ſed latè ſe habet ad omnes
deſcendentes maſculos in infinitum ſtat inde-
pendentèr ab eadem facultate, ſeù diuiſione
facienda, vt benè aduertit ſecunda deciſio D.
mei Peutingerij §.1.& *ibi alleg. additur Petr. de
fideic.qu.6.n.26.& 27.qu.11.nu.559.& ſeqq.Grat.
diſcept.828.num.15. Menoch. conſ.348.num.43.&
præſump.194.num.15.& 16. lib.4. Rota deciſ.421.
num.25.& 26.par.5.recent.& in Bononien.fideicom.
ſeu Domus 30.Aprilis 1646. coram Me.* Quo ma-
gis quia relictum fuit pro cōſeruatione agna-
23 tionis† & ſic non famulatur diuiſioni; imò ipſi
famulatur diuiſio, in qua Teſtator mandauit
Tenutam aſſignari maſculis, quia voluit con-
ſeruari perpetuò per fideicōmiſſum in agna-
tione, vt in terminis diuiſionis *Neguſ.qu.300.
num.69.* qua propter quoad tenutam, quia ſo-
lis maſculis relicta fuit, patet noluiſſe Teſta-
torem æqualitatem ſeruare inter maſculos, &
fœminas.

Quibus fœminis, ſi Angelus frater aliena-
uit vt exaduerſò aſſeritur alia bona vltrà por-
24 tionem legitimæ † ei debitam competit actio
contra eumdem Angelum iuxtà text. *in l.qui-
dam* §.*fin.ff.ad Trebell. l.planè 97.* §.*qui rogatus ff.
leg.1.alioſque relatos à Fuſar.de ſubſt.qu.558. nu.1.*
ſed non contra Angelum Hieronymum, qui
non eſt hæres Angeli patris, & tanquam do-
25 natarius particularis† pro eius debitis conue-
niri à creditoribus non poteſt actione perſo-
nali *Dec.conſ.237.num.7.* vbi reſpondit contra-
rijs *Celſus Vgo.conſ.96.nu.1.Cancer.var.reſol.lib.1.
cap.8.*

cap.8.num.70.Mierſ.de maiorat.par.1.qu.24.n.112
Guidopap.qu.460.nu.2.& 3.Rot.coram Reuerendiſs.
Vrgellen.dec.348.ſub num.3. aut reali quia cum
bona donata ſubiecta, vt dicebam particu-
26 lari fideicommiſſo fl o: Paulj non cadunt ſub
hypothecis creditorum Angeli *Socc.conſil.75.*
num.2.& 3.lib.1.Molin.de primogen. lib.1.cap.10.
num.29.Gomeſ.in l.40.Thaur.ſub num.72.
Et quatenus aſſeritur etiam Angelum Hie-
ronymum alienaſſe aliqua bona, reſpondetur
quod ex inſtrumentis datis in Summ. Habele
non probatur quod ipſe alienauerit, ſed ſo-
lùm quod fideiuſſit de euictione; pretiumque
27 bonorum peruenit ad manus patris † vendi-
toris, vt etiam in dubio præſumitur *Aym.con-*
ſil.91.num.3.Surd.conſ.290.num.18.& dec.47.n.5.
Oſaſch.deciſ.43.num.2. neque exinde inferri po-
teſt, quod ille contrauenerit prohibitioni alie-
28 nationis appoſitæ à Teſtatore, † ideoque ce-
ciderit à fideicommiſſo, quia non conſtat,
quod habuerit ſcientiam explicitam huiuſ-
modi prohibitionis, vt ad hunc effectum re-
quiritur *Alex. conſ.114.num.4. verſ.accedit lib.1.*
Ancar.conſ.174.num.5.Rot.deciſ.95.num.2.dec.161.
ſub num.8.par.1. recent. & in omnem euentum
caducitas reſtringeretur quoad bona alienata
29 ſubiecta vniuerſali fideicommiſſo, † in quo
teſtator pœnam caducitatis adiecit hanc verò
tenutam nuſquam alienatam, & particulari
fideicommiſſo ſubiectam non caperet iuxtà
opinionem magis æquam, & communitèr re-
ceptam, quam ſecuta eſt *Rot. deciſ.219.num.1.*
& per tot. coram ſa.me. Greg.XV. & in alijs pluri-
bus ibi alleg. ab add.num.7.

Quæ omnia reſpicientia petitorium Domini deduxerunt, quia etiam in prima inſtantia petitorium diſcuſſum fuit; cum alias ſuperflua ſint pro confirmatione mandati de manutenendo, quod eſſe confirmandum vtraque parte informante deciſum fuit.

DISCVRSVS IN CAVSA FIRMANA PECVNIARIA.

Veneris 14. Iunij 1647.

ARGVMENTVM

Bulla ſuper bono regimine §.16. prohibens nè qui ſemel bona Communitatis adminiſtrarunt iterum ad officia publica admittantur antequam rationem adminiſtrationis reddiderint, non annullat obligationes, & fideiuſſiones præſtitas pro ſecundi officij adminiſtratione ab eo, qui de facto ad nouum officium fuit admiſſus, illudque exercuit. Soluens ſpontè tenetur plenè, & concludentèr probare ſe indebitè ſoluiſſe, ſecus verò ſi coactè, tunc enim is qui exegit pecunias fuiſſe debitas probare debet, & ex quibus ſolutio dicatur ſpontanea, vel coacta latè in deciſione declaratur Reliqua deſume ex Summmarijs.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor adminiſtratoris ſi vti principalis acceſſit huiuſmodi acceſſio includit obligationem ad reſtitutionem reliquatus non ſecus ac ſi ipſe adminiſtrator reſtituere promiſiſſet.*

2 *Solutum in vim rei iudicatæ repeti nequit, nam iudicatum quatenus opus ſit, facit de indebito debitum.*

3 *Bulla ſuper bono regimine in §.16. prohibet ne qui ſemel bona Communitatis adminiſtrarunt iterum ad officia publica admittantur, antequam rationem adminiſtrationis reddiderint.*

Non tamen ſi ſic admiſſus nouum officium de facto exercuit Bulla annullat obligationes, & fideiuſſiones ab eo præſtitas pro ſecundi officij adminiſtratione, num.7.

4 *Obligatio fideiuſſoris ſub certa forma concepta ea nõ ſeruata non tenet.*

5 *Decretum iniuſtum non tranſit in iudicatum.*

6 *Soluens de mandato Iudicis poteſt deinde repetere ſolutum tanquam indebitum, ſi in eo iudicio eius iura non potuerunt examinari.*

8 *Obligatio naturalis vbi viget repetitionem ſoluti tanquam indebiti impedit.*

9 *Soluens ſponte tenetur probare plenè, & concludenter indebitè ſoluiſſe, ſecus verò ſi coactè tunc enim is qui exegit probare debet pecunias fuiſſe debitas.*

10 *Solutionem fuiſſe ſpontaneam, ex quibus deducatur? remiſſiuè num.ſeqq.*

11 *Approbatio ſententiæ, ſeu decreti reſultat eo ipſo quod quis in illius executionem ſoluit.*

12 *Solutio dicitur ſpontanea nullo præcedente iuſſu Iudicis, ſeu relaxatione mandati.*

13 *Solutio vt coacta dicatur neceſſaria eſt proteſtatio in actu ſolutionis quamuis mandatum Iudicis præceſſerit. Declara num.23.*

14 *Solutio facta diuerſis vicibus coacta dici nequit.*

Coactio ſiue error non præſumitur in actu geminato ibid.

15 *Soluens liberè, & abſque nulla proteſtatione cenſetur à præcedentibus proteſtationibus receſſiſſe.*

16 *Proteſtationes emiſſæ poſt ſolutionem ſpontè factam non releuant, nec valent liberum conſenſum antea præſtitum reuocare.*

17 *Agnitio debiti fauore alicuius ex quibus educatur?*

18 *Solutio ex quibus coacta probetur? & remiſſiuè num.ſeqq.*

19 *Cauſarum pluralitas non præſumitur, ſed probanda eſt.*

20 *Solutio coacta dicitur, ſi tempore ſolutionis adhuc coactionis cauſa, ſiue iuſtus metus durabat.*

21 *Præſertim concurrentibus iteratis proteſtationibus antea emiſſis, quæ repetitæ cenſentur in ſequentibus ſolutionibus.*

22 *Item & alijs ſubſequenter, ac contemporaneè ad ipſas ſolutiones.*

23 *Solutio dicitur coacta quamuis in actu ſolutionis proteſtatum non fuerit quando præceſſerunt proteſtationes de coacta ſolutione.*

24 *Obligatio Cameralis paratam habet executionem.*

25 *Via executiua competit pro re frumentaria.*

26 *Solutio præſumitur coacta, & per metum quando ſoluens dubitare poterat ne executionis moleſtias ſubiret.*

27 *Agni-*

27 *Agnitio debiti, ſiue negligentia in excipiendo, ex quibus excludatur?*

28 *Frumentum vetus priùs conſumi debet, quam nouum.*

29 *Notario aſſerenti de actu ab alio geſto non creditur.*

30 *Solutio cedit in cauſam antiquiorem.*

31 *Solutio in quam cauſam cedat, attendi debet contrapoſitio partitarum.*

32 *Contrapoſitio partitarum quando pro maiori parte iuſtificatur vera, præſumitur vera in reliquis.*

33 *Debitor declarare poteſt tempore ſolutionis in quam cauſam ſolutio cedat.*

34 *Soluens de pecunia aliena extinguit proprium debitum quamuis obligatus remaneat Domino pecuniæ.*

35 *Fideiuſſor vti principalis principalitèr, & inſolidum obligatus dicitur correus debendi.*

36 *Factum debitoris principalis nocet fideiuſſori principaliter, & inſolidum obligato.*

37 *Obligatio correorum debendi vna eſt, & indiuidua.*

38 *Producens ſcripturam, omnia in ea contenta vera eſſe fatetur.*

39 *Solutio non debet cedere ad computum debiti iam expirati, vel reſoluti.*

40 *Perito à Iudice electo plena fides adhibenda eſt.*

41 *Actus geſtus lite pendente eſt nullus, & attentatus.*

42 *Res inter alios acta non nocet tertio, cuius conſenſus non interuenit.*

43 *Iuſtificatio aliquarum partitarum non facit præſumi iuſtificationem aliarum diuerſi generis, ac omninò ſeparatarum.*

44 *Contrapoſitio partitarum, quæ dicitur quædam compenſatio non datur in diuerſis negociationibus, licet ab eodem homine exercitis.*

45 *Partitæ continentes certam cauſam non poſſunt in aliam conuerti.*

46 *Obligatio correorum per ſolutionem in certam cauſam extincta remanet.*

47 *Obligatio Correorum per ſolutionem extincta reintegrari nequit per factum vnius, referendo ſolutiones in aliam cauſam.*

48 *Fideiuſſor, & debitor principalis an reſpectu creditoris dicantur correi debendi?*

DECISIO CCCVI.

FRVMENTARIAM quam vocant depoſitariā Ciuitas Firmi bis locauit Leonardo Bentiuolo, & in primà locatione, cæpta die 23. Auguſti 1629. deſitura ſub eadem die anni 1630. fideiuſſor acceſſit Paccaronus, in ſecunda proximè ſubſequenti tanquam principalis principaliter, & inſolidum ſe obligauit Sauinus, eaque completa fuit de menſe Auguſti anni 1631. Et quoniam durante ſecunda depoſitaria Bentiuolus frumentum Ciuitatis vſui neceſſarium non subminiſtrabat, inſtante Ciuitate tam contra ipſum, quàm contra Sauinum fideiuſſorem Dominus Vicegubernator Firmi non attentis proteſtationibus Sauini decreuit ſub die 17. Maij d. anni 1631. licere Ciuitati emere frumentum ſumptibus dictorum Bentiuoli, & Sauini eo pretio, quo inueniri poterit iuxta petita, & pro Sauino retorqueri executionem contra Bentiuolum, & alios prout de iure. Cuius decreti in termino intimationis, necnon alterius ſubſecuti die 22. eiuſdem menſis Sauinus proteſtationes alias factas repetijt aſſerendo deficientiam frumenti referri debere non ad ſecundam, ſed ad primam depoſitariam, & propterea cogendos eſſe Bentiuolum, & Paccaronum illius fideiuſſorem, necnon Regulatores, & Priores Ciuitatis, qui contra formam Bullæ ſuper Bono regimine admiſerunt Bentiuolum ad ſecundam depoſitariam antequam præcedentis rationem redderet.

Vtque magis ſibi conſuleret curauit de menſe Iulij vendi à Bentiuolo prædium pretiumque exinde redactum numerari ſibi ad effectum ſoluendi Ciuitati, necnon ſuæ indemnitatis releuatorem accedere Hieronymum Bentiuoli fratrem; Ac tandem de menſe Octobris cum cæpiſſet ſoluere Ciuitati de proprio antequam reſiduum ſolueret comparuit iudicialiter ſub die 29. d. menſis contra Paccaronum, & alios, ac repetitis proteſtationibus alias factis, illiſque ſemper ſaluis, & firmiter inhærendo, dixit ſe fuiſſe coactum ſoluere ipſi Ciuitati animo repetendi à dicto Paccarono, & à Bentiuolo, fuitque proteſtatus, de omnibus damnis, & intereſſe: ſoluit autem in totum ſc. 2005.

Viſis tamen poſtmodum computis vtriuſque depoſitariæ, & exinde conſtare prætendens indebitè ſe Ciuitati ſoluiſſe ſcuta 1814. pro illorum repetitione pulſauit coram Iudice tùm Ciuitatem ipſam, tùm Paccaronū, & ſententiam fauorabilem reportauit, quæ confirmata fuit in ſecunda inſtantia præuijs duabus deciſionibus huius ſacri Tribunalis coram Eminentiſſimo D. Cardinali Panzirolo *impreſſ. par. 5. recentior. deciſ. 592. & 612.* eamdemque confirmādam eſſe deciſum fuit in tertia inſtantia coram bon. mem. Merlino ex rationibus adductis in deciſione extenſa ſub die 28. Iunij 1638. A qua Ciuitas noua iura deducendo obtinuit recedi ſub die 29. Nouembris 1639. & 14. Martij 1642. coram eodem bon. memor. Merlino, eo præcipuè fundamento, quia ex nouiter deductis apparuit rubra frumenti circiter 534. conſignata tribus piſtoribus de tempore ſecundæ depoſitariæ calculanda eſſe in creditum primæ depoſitariæ, vel ſaltem de hoc poſſe dubitari; & propterea deficere plenam, & concludentem probationem indebiti, ad quam tenetur Sauinus, qui pecuniam tanquam indebitè ſolutam condicit.

Acquieuit Sauinus hiſce rationibus, ſed alias cumulauit, quibus ac Ciuitatis reſponſionibus Domini in diuerſas ſententias tracti cum cauſa quater propoſita vota hinc inde reſolutioni capiendæ deficerent, ac negocium calculorum diuerſitate, ſcripturarumque mole inuolui ſemper magis videretur, litigantium, ac iuſtitiæ bono ſtudentes, mandarunt à me fieri diſcurſum, hoc eſt facti, & rationum vtriuſque partis compendium, vt aliquandò, licet raro, Rota mandare conſueuit.

Eo

Eo itaque obſequio, quod voluntati Do-
minorum ſemper debere me ſentio deman-
datum diſcurſum ad tres inſpectiones redigo.
Primo, An Sauinus debitum ſecundæ depo-
ſitariæ ſoluere teneatur. ſecundo, An ipſi in-
debitum, ſeù potius Ciuitati onus probandi
debitum incùmbat; tertio, quæ probationes
hinc inde afferantur?

Primam extra dubium ponere videntur
verba instrumenti, in quo Sauinus pro admi-
niſtratione ſecundæ depoſitariæ commiſſa
1 Bentiuolo vti principalis acceſſit; † nam ac-
ceſſio huiuſmodi includit obligationem ad
reſtitutionem reliquatus non ſecus, ac pro-
miſſio ipſius adminiſtratoris, *l. ſi quis pro eo, §. ſi nummos, l. ſi à colono, §. fin. ff. fideiuſſ. l. centum capue, ff. eo quod cert. loc. Alex. conſ. 34. numer. 5. & per tot. lib. 2. Surd. conſ. 359. num. 33.* Itaut ſicuti
ad ſoluendum debita ſecundæ depoſitariæ
potuit compelli, fortiùs arceri debeat à re-
2 petitione in eam cauſam ſoluti, † accedente
præſertim decreto Iudicis in iudicatum tran-
ſacto, quod quatenus opus ſit fecit de inde-
bito debitum *Bart. in l. 1. num. 26. ff. condict. & indeb. Socc. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum ſub n. 4. ff. eod. Maur. de ſolution. cap. 21. numer. 15. Buratt. deciſ. 26. num. 1. & per tot.*

Sed exaduerſo Sauinus allegabat ſuam ob-
ligationem eſſe qualificatam cum hoc nem-
pè quod obſeruaretur Bulla ſuper Bono re-
gimine, ibi, *con l'oſſeruanza della Bolla ſopra il buon gouerno delle Communità*, quæ cum non
3 fuerit obſeruata, quia in §. 16. prohibet † ne
qui ſemel bona Communitatis adminiſtra-
runt iterum ad officia publica admittantur,
antequam rationes adminiſtrationis reddide-
rint; Bentiuolus verò non reddita ratione
adminiſtrationis primæ depoſitariæ, quæ pe-
tenda erat nō à Graſſeriis qualis erat Sauinus,
ſed à Regulatoribus admiſſus fuit ad ſecun-
dam, inde ſequitur quod ob non ſeruatam
4 formam, † & qualitatem ſub qua fideiuſſit
nullatenus ad debita ſecundæ depoſitariæ Sa-
uinus teneatur, vt benè ad propoſitum *Surd. conſ. 460. num. 46. Decian. reſpon. 72. ſub num. 23. verſ. ſeptimo conſidero, & ſeqq. lib. 2.* Cumque
proindè iniuſtum fuerit decretum Iudicis il-
5 la ſolui præcipiens rei iudicatæ † vim habere
non potuit, *Seraph. dec. 1127. num. 6. Caualer. de ciſ. 600. num. 6. Add. ad Greg. XV. deciſ. 1. num. 6.*
manetque Sauino actio repetendi ſolutum
docto de iuribus ſuis, quæ in eo iudicio exe-
6 cutiuo, vt infra demonſtrabitur † examinari
non potuerunt iuxta diſtinctionem *Bart. in l. 1. §. & parui refert ad fin. ff. quod vi aut clam,* quam
ſecuta eſt *Rota Ianuen. apud Bellon. deciſ. 3. ſub num. 3. verſ. nam ſi vera, & num. 10. relata ab add. ad Buratt. deciſ. 592. num. 9.*

Aduertendum tamen eſt, quod obſeruan-
tia Bullæ in Inſtrumento vt ſupra enunciata
non qualificat fideiuſſionem Sauini purè, &
abſque vlla mentione Bullæ præſtitam pro
Bentiuolo iam ad ſecundam depoſitariam
admiſſo, ſed oblationem, ſeu ædictum antea
æditum à Ciuitate ſuper ſecundæ depoſita-
riæ locatione ad ipſius Ciuitatis fauorem.

Præterea licet Bulla in d. §. 16. eius qui prius
adminiſtrauit, nec rationem reddidit admiſ-
ſionem, ſeu electionem ad nouum officium
7 irritet, & nullam declaret; non tamen † ſi ſic
admiſſus nouum officium de facto exercuit,
annullat obligationes, & fideiuſſiones ab eo
præſtitas pro ſecundi officij adminiſtratione.
Et in omnem euentum viget ſemper ſaltem
8 obligatio naturalis, † quæ repetitionem ſoluti
tanquam indebiti regulariter impedit. *Rota deciſ. 177. num. 12. par. 1. recent.*

Secundæ inſpectionis diffinitio pendet ex
eo, an Sauinus ſponte, vel coactè ſoluerit, quia
9 ſi ſponte † ipſi incumbit onus probandi ple-
nè, & concludenter indebitè ſoluiſſe; ſi coa-
ctè, is qui exegit pecunias fuiſſe debitas pro-
bare debet, vt diſtinguendo benè declarauit,
Bellon. deciſ. Ianuen. 3. à num. 3. vſque ad 10. & deciſ. 103. num. 9. verſ. nec obſtare, Flauius de Amendola in addit. ad deciſ. Franch. 319. num. 2. Rota in Romana Cambij 17. Februarij 1642. §. ſed ad primum coram me.

10 Quod autem Sauinus ſponte ſoluerit † de-
ducitur, tum quia de menſe Auguſti ſponte
exhibuit ſe paratum ſoluere Ciuitati, dum-
modo ſibi eius iura cederentur contra Ben-
tiuolum, vt conſtat ex decreto publici conſi-
lij habiti die 20. Auguſti, ibi, *Stante l'offerta, che fà il Sig. Franceſco Sauini ſigurtà del Bentiuogli di ſodisfare alla Città, & Abbondanza ſenza penſiero di litigare &c.* Summ. Ciuitatis num. 3.
& quamuis d. decreto Sauinus præſens fuiſſe
non probetur, quia tamen in illius executio-
nem ſucceſſiuè ſoluit de menſe Octobris, &
ceſſionem iurium contra Bentiuolum à Ci-
11 uitate reportauit idem decretum, † & in eo
contenta approbauit, *ad text. in l. Paulus, ff. rem rat. haber. Put. deciſ. 336. num. 2. lib. 2. Rota deciſ. 331. ſub num. 10. coram ſa. me. Greg. XV. dec. 252. ſub num. 6. par. 1. recent. deciſ. 55. num. 3. apud Zacc. de ſociet. offic.*

Tùm quia non præceſſerat relaxatio man-
12 dati † ſine qua ſolutio dicitur ſpontanea *Graſcept. 310. num. 38. & 39. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 38. num. 205. & ſeqq. Rot. deciſ. 250. num. 2. inter impreſſ. apud Cinc. de cenſib.* Tùm quia etiā
ante ſolutionem debitum agnouit curando
vendi prædium Bentiuoli, & ſibi pretium
conſignari ad effectum ſoluendi Ciuitati de-
bitum ſecundæ depoſitariæ pro qua ipſe fi-
deiuſſit, Summ. Ciuitatis num. 5. & 6. ac re-
portando à fratre Bentiuoli promiſſionem
indemnitatis, Summar. ibid. num. 7. Tum 4.
13 quia ſoluit abſque aliqua proteſtatione † quæ
in actu ſolutionis requirebatur vt ſolutio co-
acta diceretur, quamuis mandatum Iudicis
præceſſiſſet, *Aym. conſ. 114. num. 6. Rot. deciſ. 196. num. 3. par. 1. diuerſ. deciſ. 250. num. 1. dec. 389. n. 5. apud Cinc. de cenſib. cum alijs alleg. Modern. Peruſ. de manuten. obſeruat. 35. num. 43.* Tùm tandem
14 quia ſoluit in diuerſibus vicibus; † in actu
enim geminato coactio, aut error non præ-
ſumitur, *l. cum de indebito, verſ. qui enim ſoluit, ff. probat. Rota deciſ. 613. num. 18. par. 5. recent.*

Nec relenat, quod die 6. Maij præcedentis
Sauinus fuerit arreſtatus in Palatio Guberna-
toris

toris Sum. Sauini *num.3.* ac die 17. & 21. eiuſ-
dem in termino intimationis decretorum
contra ſe latorum proteſtatus fuerit ſe non te-
neri Summ. ibid. *num.5.& 7.* Quia non appa-
ret arreſtum emanaſſe ex cauſa huius debiti;
& quicquid aſſerat priuata fides in id exaduer-
sò producta quæ fidem non facit, contrarium
præſumitur ex quo nondum detecta erat de-
coctio Bentiuoli, & arreſtum ſubſcriptum
fuit à Notario criminali, fuitque Sauinus illi-
cò dimiſſus abſque aliqua cautione ad fauo-
rem Ciuitatis, vel eiuſdem Ciuitatis conſen-
ſu: imò Ciuitas poſt vndecim dies ſtatim ac
habuit notitiam decoctionis Bentiuoli iudi-
cium ciuiliter inchoauit ex integro. A pro-
15 teſtationibus verò cēſetur receſſum † eo quod
Sauinus poſt quinque menſes nempe de men-
ſe Octobris ſoluit liberè, & abſque vlla pro-
teſtatione *l.cum in plures §. locator. horrei ff.locat.*
Felin. in cap.cum M. Ferrarienſis num.77. de conſt.
Surd.conſ.8.num.28. Bellon.dec.Ianuen.6.nu.2.& 3.
& num.20.circa med.verſ.tamen ab illa proteſtatione
Rota deciſ.193.num.5.par.4.recent.& in Ariminen.
nullitatis obligationis 6. Iunij 1629. coram bo.mem.
Pirouano. Animaduertendo quod aliæ prote-
ſtationes emiſſæ de d. menſe Octobris nempè
ſub die 25. & die 29. poſtquam Sauinus itera-
tis actibus ſupra recenſitis debitum non coa-
16 ctus agnouerat † reuocare non valent liberũ
conſenſum antea præſtitum *Lotther.de re benef.*
lib.1.q.38.num.210.aliyque alleg. à Moderno Peruſ.
de manut.obſeru.35.num.49. præſertim quia non
ſunt directæ contra Ciuitatem, ſed ſolùm
contra Leonardum Bentiuolum, & Gaſpa-
rem Paccaronum primæ depoſitariæ fideiuſ-
ſorem, vt legitur, ibi, *Pro Domino Franciſco*
Sauino cōtra Dominum Gaſparem Paccaronum &c.
& infrà ibi, *ſuum principalem* (nempe Sauinum)
fuiſſe coactum ſoluere ipſi Ciuitati, & nunc velle
ſoluere reſiduum animo repetendi, & recuperandi,
tàm à dicto Gaſparo, quàm à dicto Leonardo, Sum.
Sauini *num.8. & 9.* vnde potius comprobant
17 agnitionem debiti † fauore Ciuitatis *Gratian.*
diſcept.310.num.43.

E conuersò Sauinum metu, ac neceſſitate
18 impulſum ſoluiſſe † demonſtrat totius facti,
ac temporum series. Primum enim die 6.
Maij de mandato Gubernatoris ille detentus
fuit in Palatio ſub graui præcepto pœnali ex
hac quidem cauſa, vt duo teſtes deponunt in
Sum. Sauini ſub *num.7.* quorum fides admini-
culatur, quia tunc ferè temporis detecta fuit
19 deficientia frumenti, & alia cauſa † aſſertæ rixę
pro parte Ciuitatis adducta nullatenùs iuſtifi-
catur, vt debet ad text. *in cap. in præſentia de*
probat. Rot.deciſ.344.num.4. coram ſan. mem. Gre-
gor.XV.

Deinde ſub die 17. eiuſdem menſis aliud
emanauit præfati Gubernatoris decretũ, quo
conceſſa fuit licentia Ciuitati emendi frumē-
tum ſumptibus, & periculo Bentiuoli, ac ip-
ſius Sauini eius fideiuſſoris pro prætio quo
reperiri poſſet: quare licet poſt aliquot men-
ſes Sauinus ſoluerit abſque præciſa coactione;
cum tamen hæc omnia præceſſerint, per quæ
Sauinus ſciebat ſe poſſe ad ſoluendum cogi,
cenſetur coactè, aut metu coactionis (quæ
20 paria ſunt) ſoluiſſe † cum eadem coactionis
cauſa, & iuſtus metus omninò duraret *Bald.*
in l.nouiſſimè ſub num.2.verſ.nota quod paria ſunt ff.
quod falſ.tutor.author. Dec.conſ.178.ſub nu.4. circa
med.verſ.quia faciens Grat.diſcept.222.num.12. &
ſeqq.& num.19. Caualer.deciſ.612.num.46. Buratt.
deciſ.482.num.2.& deciſ.526.nu.4. & in puncto
Rota Ianuen.dec.103. ſub num.9.verſ.nec dicatur.
21 Maximè concurrentibus † reiteratis prote-
ſtationibus *Cancer.var.reſol.tom.2.cap.6.num.48.*
emiſſis tum antecedenter de tempore decre-
torum, quæ durante eadem cauſa metus cen-
ſentur repetitæ in ſequentibus ſolutionibus
Grat.diſcept.319.nu.40.add.ad ſan.mem. Greg.XV.
deciſ.365.ſub num.4.verſ.ſufficit autem Acchill. de-
ciſ.11.num.3.de penſion.Caputaq.deciſ.406. num.1.
22 *par.2.* tùm ſubſequenter, † & contempora-
neè ad ipſas ſolutiones, in quibus Sauinus ne
dum proteſtatus fuit explicitè contra Benti-
uolum, & Paccaronum, vt exaduersò ponde-
ratur, ſed etiam repetijt proteſtationes alias
factas contra ipſos, & Ciuitatem, ibi, *repeti-*
tis proteſtationibus alias factis, illiſque ſemper ſaluis,
& firmiter inherendo, Sum. Sauini *num.8. & 9.*
itaut gratis dicatur fuiſſe à prioribus proteſta-
tionibus receſſum, nec vrgeat quod in ipſo
23 actu ſolutionum proteſtatũ non fuerit, † dum
antea, & ſtatim adſunt proteſtationes de coa-
cta ſolutione, vt ſignanter legitur in vltima
proteſtatione diei 29. Octobris, ibi, *fuiſſe coa-*
ctum ſoluere ipſi Ciuitati &c. dicto Sum. *num.9.*
24 & propter paratam executionem † quam ha-
bebat obligatio Cameralis Sauini, & Ciuitas
25 ipſa in materia frumentaria † iuxtà text. *in l.2.*
§.frumentariè ff.admin.rer.ad Ciuit. pertin.l.1. & 2.
C.debitor.Ciuit.lib.11, Grat.diſcept.626.numer.10.
proteſtatione opus non fuit, ſed præſumitur
26 ſolutio † facta per metum, nè videlicèt debi-
tor caperetur, & executionis moleſtiam ſubi-
ret *Buratt.deciſ.482.num.2.& 3.* & in puncto ad
effectum repetitionis indebiti tradit *Gratian.*
diſcept.501.num.1.& ſeqq.& diſcept.824.ſub n.19.
& dixit *Rota coram Reuerendiſs.Vrgellen.dec.373.*
ſub num.18.

Minus vrgent exaduersò ponderatæ agni-
tiones debiti, ſiue quod Sauinus tunc non
deduxerit iura ſua pro excluſione debiti ſe-
cundæ depoſitariæ, in qua fideiuſſit. Quia
ſciendum eſt quod Sauinus licet pluries inſte-
tiſſet, vt Ciuitas exhiberet libros, ex quibus
cui nam depoſitariæ debitum adſcribi deberet
apparere poterat obtinere non potuit, quod
exhiberentur, niſi poſtquàm ſoluerat, cumq;
propterea antea ignoraret iura ſibi competē-
tia, & iudicium motum eſſet executiuum ex-
27 cluditur prorſus cōſenſus in debitum, † & ne-
gligentia in excipiendo *Alex.conſ.57.in princip.*
lib.1. Mant.de tacit.lib.16.tit.15.num.2.& 3. Grat.
diſcept.227.nu.26. & in ſpecie ponderauit *Rota*
deciſ.612.ſub num.12.par.5.rec.

Quoad probationes vtrinque allatas, quæ
eſt tertia, & vltima inſpectio fuit à Ciuitate
exibitus Calculus, in quo referendo ad credi-
tum primæ depoſitariæ frumentum tempore
ſecundæ conſignatum tribus Piſtoribus, vt
refer-

referri debere firmatum fuit in vltimis deci-
ſionibus in hac parte exaduersò nõ impugna-
tis, ſecunda depoſitaria pro qua Sauinus fide-
iuſſit apparet debitrix Rubror. frumenti 180.

Neque è dicto Calculo demenda eſt partita
ſalmarum 133. conſtituentium Rubra 100.
frumenti tradita Communitati Sancti Gineſij:
quamuis enim traditum fuerit de tempore
ſecundæ depoſitariæ, cedere in creditum pri-
mę ſuadetur, primò quia d. partita, ſeù ordo
cuius vigore frumẽtum traditum fuit non di-
cit frumentũ eſſe nouum, & ſic ad ſecundam
depoſitariã ſpectans, & inuerisimilitudo quod
Cõmunitas S. Gineſij emere voluerit frumẽ-
tum vetus ceſſat cũ emerit de menſe Ian. tem-
pore penurioſo, eſſetq; frumẽtũ intactũ, citoq;
conſumendũ quin è conuersò intrat vehemẽs
veriſimilitudo, quod Ciuitas Firmi vendide-
rit Communitati frumentum vetus, quia eſt
28 priùs conſumendum † ante quam tangatur
nouum, vt præter allegatos in deciſ. tradunt
*Pont. de poteſt, Proreg. tit. 2. fol. 47. num. 19. Muta in
conſuetud. Panorm. cap. 61. num. 1.*

Argumentum autem contrarium deſum-
ptum, ex eo quod in regiſtro Ciuitatis ſigna-
to *L* Bentiuolus creatus fuerit creditor ſalma-
rum quinque, & amplius frumenti propter
defalcum illi debitum ſimilis quantitatis, cu-
ius fuerat creatus debitor pro creſcimento di-
ctorum Rubrorum 100. quod non verifica-
tur, niſi in frumento nouo, & defalcatum fuit
quia nòn debebatur niſi de frumento conſi-
gnato poſt menſem Martij, dicta verò rubra
centum conſignata fuerant antea: facilè cor-
ruit cum non conſtet defalcum fuiſſe factum
de ordine Regulatorum hanc facultatem pri-
uatiuè ad alios habentium, de quo ordine
29 non † creditur aſſertioni Cancellarij *Felin. in
cap. quoniam contra num. 41. de probat. Grat. diſcept.
948. num. 15. Boer. deciſ. 281. num. 6. & ſeq. Rota de-
ciſ. 535. ſub num. 1. in fin. par. 1. recent. & in Tiburti-
na aſſignationis dotis 9. Decembris 1626. §. non ob-
ſtat coram bo. mem. Piron.* Vel ſaltem eſto quod
frumentum eſſet nouum potuit ſpectare ad
primam depoſitariam, eo quod ea durante
mutuata fuerant diuerſis perſonis rubra 129.
frumenti reſtituenda in frumẽto nouo, quod
fuit deinde reſtitutum tempore ſecundæ de-
poſitariæ, ſufficitque hæc poſsibilitas ad ex-
cludendam plenam, & concludentem proba-
tionem indebiti, quam facere tenetur Saui-
nus agens condictione indebiti. Et in omnem
euentum cum Sauinus ex effectibus Bentiuo-
li ad inſtantiam Ciuitatis ſequeſtratis habue-
rit ſcuta 1049. longe excedentia prætium fru-
menti Communitatis S. Gineſij, quęque in
cauſam debiti primæ depoſitariæ, quia alias
Ciuitas non conſenſiſſet reuocationi ſequeſtri
30 & eſt antiquiùs † cedere debent *l. in his in princ.
l. cum ex pluribus ff. ſolut. Menoch. præſumpt. 136.
num. 10. & ſeq. lib. 3. Surd. deciſ. 186. num. 5.* quate-
nùs prima depoſitaria non eſſet creditrix di-
ctorum rubrorum 100. creditrix eſſet præfa-
tæ ſummæ ſcutorum 1049. à Sauino exacto-
rum.

Secundò tàm dicta Rubra 100. quam om-
nem aliam quantitatem tempore ſecun-
dæ depoſitariæ conſignatam per Bentiuolum
& in Calculo Ciuitatis relatam ad creditum
primæ depoſitariæ, eiuſdem credito verè ad-
ſcribi debere euidens eſt attenta contrapoſi-
tione, quæ in libris Ciuitatis in huiuſmodi
31 creditum facta fuit, † ac debet attendi ad di-
gnoſcendum in quam cauſam cedat ſolutio,
*Alex. conſ. 85. num. 5. lib. 3. Socc. conſil. 65. ſub num. 5.
circa med. lib. 4. Menoch. conſil. 121. num. 43. Bellon.
deciſ. Ianuen. 16. num. 7. & 8. Rot. dec. 366. num. 3. co-
ram ſan. mem. Greg XV. & ibi add. num. 8. dec. 165.
num. 1. coram bo. mem. Card. Caual. deciſ. 520. ſub n. 5
par. 3. recent.*

Dubitandum enim non eſt quin excep-
tis quinque partitis importantibus rub. 78.
quæ in libro *L* fol. 337. contrapoſitæ fuerunt
credito primæ depoſitariæ de ordine Regula-
torum, quia tunc Bentiuolus decoxerat, & cõ-
ſtitit frumentum conſignatum fuiſſe vetus, re-
liquarum contrapoſitio ſecuta fuerit cum
conſenſu Bentiuoli: tùm quia id narrat ter-
tius articulus pro parte Ciuitatis exhibitus
die 30. Martij 1637. coram D. Card. Panzi-
rolo in diſputatione dubij, an Ciuitati ſit dã-
da remiſſoria, & à Sauino confeſſatus Sum.
tertio Ciuitatis *num. 9.* tùm quia bullettinos
frumenti conſignati, quod contrapoſitum
fuit Cancellarius habere non potuit niſi à Bẽ-
32 tiuolo: tùm quia iuſtificatur † pro maiori
parte videlicèt in frumento conſignato Piſto-
ribus, vnde iuſta etiam in reliquo præſumi-
tur *Surd. dec. 799. num. 3. lib. 3. Caual. dec. 552. nu. 2
Rota diuerſ. deciſ. vlt. num. 15. & ſeqq. par. 1.* Tùm
denique quia non præſumitur delictum Can-
cellarij in contraponendo partitas contra cõ-
ſenſum ſoluentis: maximè quia eius non in-
tererat quod in vnius, vel alterius depoſitarię
computum ſolutio cederet ad text. *in l. merito
ff. pro ſoc. cum vulgar.* & alioquin plus reſtituiſ-
ſet Bentiuolus decoctus, quam accepiſſet in
ſecundo anno, vt ponderant vltimæ deciſio-
nes.

Pariterque dubitandum non eſt quin Ben-
tiuolus conſentire potuerit, quod frumentum
à ſe conſignatum, ſiue fuerit vetus, ſiue nouũ,
& à ſecunda depoſitaria proueniens ponere-
retur in creditum primæ, ſicuti poterat idem
frumẽtum proijcere in Mare, & in alios vſus
ſibi bene viſos conuertere, nam ad debitorem
33 ſpectat declarare tempore ſolutionis † in quã
cauſam illam cedere velit *l. 1. vbi notant omnes
ff. ſolut. Pariſ. conſ. 122. nu. 6. lib. 4. Grat. diſcept. 224.
num. 1. Burat. deciſ. 284. num. 3.* & licet ſoluat de
pecunia aliena, remanetque proinde obliga-
34 tus domino pecuniæ, † extinguit tamen de-
bitum in quod ſoluit *Rot. deciſ. 26. num. 3. & de-
ciſ. 262. nu. 7. par. 1. rec. Neguſ. de pignor. 3. membr. 5.
par. num. 45. Oſaſc. dec. 140. n. 6.*

Quo magis quia non verſamur in depoſito
regulari, in quo numericè idem reſtituendũ
eſt deponenti, ſed huiuſmodi depoſitariæ ad
accenſionem Candelæ locari ſolent vltimo, &
plus offerenti qui ſuo riſico, & periculo reci-
pit frumentum, & in ſuis horreis cum pro-
prio commiſcet: & quia cum Sauinus vti

princi-

principaliter & inſolidum obligatus cũ Ben-
35 tiuolo † dicatur correus debendi erga Ciui-
tatem, *Salyc.in l.1.quæſt.3. Cod.duob.reis, Natt.*
conſ.52.num.6.Surd.conſ.20. num.28.& deciſ.308.
num.11.& ſeqq. factum Bentiuoli hoc eſt con-
trapoſitionem partitarum de eius conſenſu
in libris Ciuitatis deſcriptam impugnare non
36 poteſt, ſed illi nocet, *l.penult.Cod.duob.reis, l.ſi*
diuiſa Cod.locat.Cod.Fabr.lib.8.tit.27.de duob.reis
diffin.7.in princ.& poſt med. verſ.ſic & factum, vbi
37 dicit rationem,† quia correorum debẽdi vna
& indiuidua eſt obligatio, *Ronchegall. in l. 2.*
nu.97.ff.eod.Cancer.var.reſol.to.2.cap.5.ſub nu.42.
quicquid dicendum ſit in ſimplici fideiuſſo-
re de quo loquuntur allegati in deciſionibus
pro Sauino editis.

Cæterum informantes pro Sauino debitũ
ſecundæ depoſitariæ adſcriptum in calculo
Ciuitatis euaneſcere affirmabant detractis è
dicto Calculo tribus partitis frumenti ibi re-
latis in creditum primæ depoſitariæ,quamuis
frumentum conſignatum fuerit tempore ſe-
cundæ. Altera eſt rubrorum 100. conſigna-
torum Communitati Sancti Ginneſij, quæ
fuiſſe frumẽtum nouum conuincitur ex ipſo
libro Ciuitatis ſignato L cum in eo pro dicta
quantitate Bentiuolus creatus fuerit debitor
creſcimenti, quod ſolum ex frumento nouo
debebatur, quatenus poſt menſem Martij
conſignaretur, vndè comperto poſtmodum
quod frumentum Sancti Ginneſij conſigna-
tum fuerat antea nempè de menſe Ianuarij
Ciuitas in eodem libro, & è conſpectu par-
titæ dicti creſcimenti fecit Bentiuolo defalcũ
creando illum creditorem tot rubrorũ, quot
ratione creſcimenti creatus fuerat debitor, &
hoc defalcum fuiſſe correſpectiuum ad cre-
ſcimentum oculariter legitur in libro Ciui-
tatis,ibi, *e più deue hauere ſome cinque, quarte cin-*
que è coppie vna è mezza di grano per eſſergli defal-
cato da i Signori Regolatori per hauer miſurato le
rubbia cento di grano alla Communità di S.Ginneſio
per eſſergli fatto debito come all'incontro, vt in
Summ.tertio Sauini num. 2. Gratis verò negatur
hanc partitam defalchi fuiſſe deſcriptam de
ordine Regulatorum cum talis ordo in dicta
partita exprimatur, & Ciuitas producendo
poſtmodum & vtendo dicto libro omnia
38 ibidem expreſſa,& contenta † vera eſſe con-
feſſa fuerit, *Surd.conſ.151.numer.16. Rimin.Sen.*
conſ.583.ſub num.15.verſ.nam producens,Caputaq.
deciſ.188.num.4.par.1.Buratt.deciſ.622.num.3.de-
ciſ.934.num.4. Rot.in recent.deciſ.123. ſub num.5.
par.1.

Præterea dictum frumentum fuiſſe nouũ
teſtantur Vannarellus deputatus à Commu-
nitate Sancti Ginneſij ad illud recipiendum,
& Caruccius qui præſens fuit, & frumentum
onerari fecit, addentes quod non recepiſſent
frumentum, niſi fuiſſet nouum *dicto Summ.3.*
Sauini num.3.& 4. Aduertendumque eſt quod
hoc verificari non poteſt in frumento mu-
tuato anno antecedenti, vt in ſequenti toti-
dem noui reſtitueretur, quia non dum fue-
rat à mutuatarijs reſtitutum, quando Com-
munitas Sancti Ginneſij frumentum accepit;
imò mutuatarij ſub die 24. Maij 1631. & ſic
longè poſt tanquam moroſi fuerunt inter-
pellati ad reſtituendum. Non obſtat, quod
ſi dictum frumentum, tanquam nouum tri-
bueretur credito ſecundę depoſitariæ Sauinus
deberet primæ ſcuta 1049. exacta ab effecti-
bus Bentiuoli pro credito primæ depoſitariæ
ſequeſtratis, quia hoc etiam admiſſo, & de-
tracta dicta ſumma è ſcutis 2905. quæ Saui-
nus de proprio ſoluit Ciuitati adhuc remanet
creditor ſcutorum 1814. pro quibus agit, &
quæ tanquam indebitè ſolum ei ſunt à Ciui-
tate reſtituenda.

Eſt ſecundo detrahenda è credito primæ
depoſitariæ creato in calculo Ciuitatis ea
quantitas frumenti, quæ alijs, quam tribus
piſtoribus ex Inſtrumento inito cum prima
depoſitaria frumentũ recipere obligatis con-
ſignata fuit à ſecunda depoſitaria de ordine
officialium Ciuitatis abſque aliqua expreſſio-
ne noui, vel veteris. Admittit enim Saui-
nus quod rubra 440. dictis piſtoribus tradita
tranſeant in creditum primæ depoſitariæ, etiã
ſi in ordinibus expreſſum non fuerit; quod
frumentum eſſet vetus, eo quod pendent ab
Inſtrumento tempore primæ depoſitariæ ini-
to, vt ponderant vltimæ deciſiones; Sed in
frumento alijs perſonis conſignato in quibus
ratio dicti Inſtrumenti nõ militat, intrat prę-
ſumptio, quod frumentum fuerit nouum,
cumque ſingulæ partitæ ſint cum ſua data, &
relatione ad mandata graſſeriorum directa
Bentiuolo, vti depoſitario abundantiæ refer-
ri debent in creditum ſecundæ depoſitariæ,
39 quæ extabat, non autem primæ, quæ iam
expirauerat,† & fuerat reſoluta in ſimplicem
reliquatum, vt ponderat *deciſ.592. num.20. in*
fin.& deciſ.612.n.6.par.5.recent.

Ad aſſertam contrapoſitionem in qua pars
aduerſa magnam vim facit reſpondetur. Pri-
mò quod non adeſt, quin partitas vtriuſque
depoſitariæ non fuiſſe contrapoſitas, ſed in
fine confuſim cumulatas refert Sergius Ven-
tura peritus à me electus, † cui plena fides eſt
40 adhibenda, *Pariſ.conſ.96. num.32.lib.1.Rot.de-*
ciſ.220. num.4.coram ſan.mem. Greg.XV. & alias
ſæpè neque eſt momenti aſſerta ſolidatio cõ-
putorum facta à Ciuitate de menſe Iunij an-
ni 1631. abſente Bentiuolo, quia cum tunc
Bentiuolus eſſet decoctus,& penderet lis con-
tra Sauinum de menſe Maij præcedẽtis mo-
ta, ſolidatio illa eſſet attentata, † & Sauinum
41 non afficeret, *clem.1.& 2.vt lit.penden.nihil in-*
nouat cum vulgar.

Secundò quatenus conſtaret de contrapo-
ſitione facta à Cancellario etiam de ordine
regulatorum, ea non noceret Bentiuolo,aut
42 Sauino, † quorum conſenſus non interue-
nit *ad text.in l.fin.ff.pact.l.qui cum Ermes C.locat.*
Surd.deciſ.266.numer.11. Conſenſus namque
Bentiuoli, nec vt exaduerſo aſſeritur proba-
tur ex quo Sauinus confeſſus fuerit verum
eſſe articulum id continentem cum nullibi
de hoc appareat, & deciſio Domini Cardina-
lis Panziroli, edita ſuper dubio remiſſoriæ
die 30.Martij 1637. non deneget ſuper eo ar-
ticulo

ticulo remiſſoriam eo quod à Sauino fuerit
habitus pro vero, ſed quia viſus fuit confictus
ſolum ad euitanda fundamenta prioris deci-
ſionis vt legitur in §. *& propter*. Nec ex quo
Cancellarius bullectinos frumenti conſigna-
ti habere non potuerit, niſi à Bentiuolo,
quia exindè reſultat quidem quod Bentiuo-
lus voluerit ſe in libris creari creditorem di-
cti frumenti, ſed non quod illud intellexerit
contraponi primæ depoſitariæ, cum vigeret
ſecunda, & prima reſoluta eſſet in reliqua-
tum. Et licet præſumi poſſet conſenſus in
contrapoſitione frumenti traditi tribus piſto-
ribus in quo vt dicebam vrget ratio Inſtru-
menti præcedentis, eadem præſumptio non
militaret in reliquo frumento ſimili ratione
non compræhenſo, ſicuti dicimus quod iu-
43 ſtificatio aliquarum partitarum † non facit
præſumi iuſtificationem aliarum diuerſi ge-
neris, ac omninò ſeparatarum magnique
præiudicij, *Dec. in l. 1. nu. 4. Cod. eden. Rip. in l. ad-
monendi num. 124. & ſeqq. ff. iureiur. Rimin. Sen. con-
ſil. 583. ſub num. 15. Rot. in Romana Pecuniaria, ſeu
Cambiorum 20. Maij 1611. coram bon. mem. Man-
zanedo, & in alijs relatis ab adden. ad Greg. XV. de-
ciſ. 79. ſub num. 7. verſ. hoc tamen*. Tandem mo-
tiuum euitandi delictum Cancellarij retor-
quetur, quia alias deliquiſſet ipſe Bentiuo-
lus conſentiendo dictæ contrapoſitioni, cui
vt infra dicam conſentire non potuit in præ-
iudicium Sauini. Ceſſatque argumentum,
quod niſi contrapoſitio vera eſſet Bentiuolus
decoctus plus reſtituiſſet ſecundo anno, quam
accepiſſet; quia relato in creditum primæ
frumento menſurato tribus piſtoribus modi-
cus, & fermè nullus eſt exceſſus frumenti
ſecundo anno conſignati. His accedit quod
Bentiuolus in atteſtatione iurata ſub die 29.
Auguſti 1631. quæ data fuit in calce tertiæ
reſponſionis facti pro Sauino declarauit, *non
hauer ſaldato, ne fatto conto, e ſaldo con la Città, e
Signori Regolatori del dare, & hauere intorno all'
amminiſtratione fatta da lui dell'offitio della depoſi-
taria de' grani di doi anni compiti il preſente meſe di
Agoſto* 1631. *e nè meno hauer dato commiſſione ad
altri che faccia ſaldi, ò conti ne trouarſi preſente ne
conſentito tacitamente ne eſpreſſamente à liquidatio-
ne alcuna.*

Tertiò reſpondetur, quod Bentiuolus, nec
volens potuit contraponere in præiudicium
Sauini fideiuſſoris obligati ſolum in ſecunda
44 depoſitaria; ſiquidem contrapoſitio, † quæ
dicitur quædam compenſatio non datur in
diuerſis negotiationibus, licet ab eodem
homine exercitis, *Caſtr. conſ. 285. ſub nu. 3. circa
med. verſ. alias eſſet in poteſtate lib. 1. Eſcobar. de ra-
tioc. cap. 36. num. 6. Grat. diſcept. 948. num. 2. & ſeqq.
Magon. de Lucen. prima per tot. Seraph. deciſ. 1214.
num. 1. cum alijs allegatis in deciſ. 592. num. 17. &
deciſ. 612. num. 10. par. 5. recent. & in deciſione huius
cauſa coram bon. mem. Merlino 28. Iunij 1638. §. ne-
que Paccarono*. Eo minus quando vt in caſu
noſtro ex particulari conuentione debuit pro
ſecunda depoſitaria conſignari illud met fru-
mentum, quod fuit receptum, & partitæ ha-
45 bent certam datam, & cauſam, † quia non
poſſunt in aliam cauſam conuerti, *vt ex text.
in l. 1. ff. & Cod. ſolut. dixit, Rot. penes Mant. dec. 77.
num. 4.* & magis in terminis probat *text. in l. 2.
§. ad frumenti ff. adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.*

Idque etiam ſi Bentiuolus, & Sauinus fuiſ-
ſent correi debendi, quia cum ex ſolutioni-
bus factis à Bentiuolo continentibus datam,
& cauſam ſpectantem ad ſecundam depoſi-
46 tariam eſſet proportionabiliter † extincta
obligatio vtriuſque correi, *l. ſi rem §. ſi duo,
ff. nouat. l. & per ius iurandum, §. vltim. in fin. l. ſi ex
pluribus ff. acceptilat. l. ſi is qui ff. liberat. legat.* non
47 potuit reintegrari † per factum vnius refe-
rendo ſolutiones in aliam cauſam, *Bart. in l. ex
duobus 16 num. 32. ff. duob. reis, & in auth. hoc ità,
num. 51. Cod. eod. Rochegall. in d. l. ex duobus nu. 71.
& ſeqq. Bald. conſ. 43. nu. 2. verſ. & poſito lib. 5. Rota
Iannen. deciſ. 65. numer. 5. & 6. Rota noſtra deciſ. 96.
ſub num. 2. part. 3. recent.* Sed veriùs quia nego-
tium depoſitariæ ſpectat ſolum ad Bentiuo-
lum; & Sauinus pro eo fideiuſſit, † quicquid
48 ſit reſpectu Ciuitatis creditricis inter ſe cor-
rei debendi dici non poſſunt, *Bart. in l. eamdem
in 5. quæſt. ff. duob. reis & in l. cum quis, §. ſi quis pro
reo ſub nu. 6. ff. ſolut. Oinot. in princ. tit. Inſtit. de duob.
reis num. 8. Balb. de præſcript. 3. par. 6. par. principa-
lis in 4. quæſt. num. 5. Put. deciſ. 500. num. 1. & ſeqq.
lib. 2. in corr.*

Poſtrema partita demenda è calculo Ciui-
tatis eſt rubrorum 98. cuius in libro L Ben-
tiuolus fuit creatus debitor, non quia illud
receperit, ſed quia ſimilis quantitatis in libro
ſignato B fuerat deſcriptus creditor, *Summ.
tertio Sauini num. 5. & 6.* habet enim hæc par-
tita vt Sergius peritus adnotauit dependen-
tiam ab illa Communitatis Sancti Ginneſij,
quia nimirum Ciuitas, poſtquam in creditū
ſecundæ depoſitariæ ſcripſerat Bentiuolum
creditorem frumenti conſignati dictæ Com-
munitati credens deinde in hoc erraſſe, eo
quod dictum frumentum referendum eſſet
ad primam depoſitariam voluit emendare
errorem, ac partitas adæquare creando in
libro L Bentiuolum debitorem eiuſdem
quantitatis. Cum itaque ex ſupra deductis
ſecunda depoſitaria verè eſſet creditrix fru-
menti Communitatis Sancti Ginneſij, errauit
quidem Ciuitas, ſed in libro L faciendo Ben-
tiuolum debitorem dictorum rubrorum 98.
fitque hic error Sauino grauior, quia nedum
in libro B fol. 129. Bentiuolus fuit deſcriptus
debitor dictorum rubrorum 98. ſed vltrò in
eodem libro fol. 151. Ciuitas pro pretio eiuſ-
dem frumenti deſcripta eſt creditrix Benti-
uoli in ſcutis 785. & 50. prout diſertè legitur
in libro L fol. 318. ibi, *E più à di 15. detto deue
hauere ſome 130. quarte cinque, e coppie due di gra-
no per eſſergli dato debito di detta ſomma à regiſtro B
carte 129. nella ſomma di rubra 98. quarta vna, e cop-
pie due, e poſto hauere la Città al regiſtro B car. 151.
della ſomma di ſcudi 785. e 50.* adeò quod quãuis
ſecunda depoſitaria in calculo Ciuitatis de-
ſcribatur dictorum rubrorum 98. debitrix, &
creditrix, & ſic nullum videatur adeſſe gra-
uamen, adeſt reuera, tum quia debitrix dicti
frumenti, quod non recepit ſcribi non de-

buit, tum quia occaſione eiuſdem frumenti duplicatur debitum etiam in pretio.

Quæ omnia creditum Ciuitatis ex eius calculo ſecundæ depoſitariæ conſtitutum in rubris 180. frumenti, vel conuincunt erroneũ, vel ſaltem poſſibile hoc eſſe demonſtrant, ità vt Ciuitas non ſit in probatis ſi ipſi in hoc iudicio onus probandi debitum incumbit. Pro vt è conuersò per poſſibile debiti excluderetur plena probatio indebiti, quatenùs eſſet ab actore facienda. Et ideò à ſecunda inſpectione plurimorum pendet dubij principalis reſolutio.

Hæc ſunt quæ bis gemina tulit vtrimque Informantium diſceptatio.

BONONIEN. SVCCESSIONIS.

Lunæ 17. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Deſcendentes omnes compræhenduntur ſub nomine filiorum, quando Teſtator vtroque verbo tanquam Sinonimo vſus fuit, & ex quibus deſumatur Teſtatorem vtroque verbo tanquam Sinonimo vſum fuiſſe? Maſculi Deſcendentes ex fœminis, an & quando veniant appellatione fœminarum? Donans poteſt verba dubia donationis declarare.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum nomen comprehendit omnes deſcendentes, vbi Teſtator vtroque verbo tanquam ſinonimo vſus fuit.*

2 *Amplia eo magis ad excluſionem ſubſtituti ſub conditione ſi ſine filijs.*

3 *Deſcendentes omnes in conditione ſub verbo filijs includuntur quicquid ſit in diſpoſitione.*

4 *Teſtatorem vſum fuiſſe vtroque verbo pro ſinonimo* filios, & deſcendentes *deſumitur ex verbis, præcedentibus, & ſubſequentibus.*

5 *Verba probemialia declarant, & dilucidant omnem ambiguitatem, ſi quæ adeſt in parte diſpoſitiua.*

6 *Dictio relatiua,* vt ſupra *ponit in claris diſponentis voluntatem.*

7 *Relatio ſe habet ad omnia præcedentia, ceſſante ſpeciali determinatione in contrarium.*

8 *Teſtator ſi ſubſtituit maſculos, & fœminas, ſicuti ſub verbo* maſculis *intellexit de omnibus deſcendentibus, ita ſub verbo* fœminis.

9 *Amplia concluſionem eo magis procedere, quando agitur de diſpoſitione facta à fœmina, quæ præſumitur æquè dilexiſſe deſcendentiam maſculinã, & fœmininam.*

10 *Maſculi deſcendentes ex fœminis veniunt appellatione filiarum fœminarum ceſſante diuerſitatis ratione, imò concurrente conſimili predilectione.*

11 *Maſculinum comprahenditur ſub fœminino ſinon ex vi verbi, ſaltim ex vi identitatis rationis.*

12 *Maſculinum regulariter non concipit fœmininum.*

13 *Maſculi deſcendentes ex fœminis in materia indifferenti; & vbi non militat fauor agnationis includitur ſub vocatione filiorum maſculorum tanquam habentes qualitatem maſculinitatis à Teſtatore requiſitam.*

14 *Maſculi ex fœminis deſcendentes etiam ex vera naturali, & propria verborum ſignificatione continentur ſub vocatione Deſcendentium maſculorum.*

15 *Quæ concluſio facilius procedit, dum non agitur in concurſu maſculorum ex maſculis.*

16 *Nec aliquod reſultat inconueniens, quando Teſtator primum vocauit Deſcendentes maſculos, & deindè fœminas.*

17 *Voluntati Teſtatoris, quomodocumque de illa conſtet inhærendum eſt.*

18 *Voluntatem Teſtatoris ſeruare iuſtum, & æquum eſt.*

19 *Excluſiò ſubſtituti, quæ fit ex voluntate Teſtatoris non eſt contra ius, & æquitatem, ſed immò ſecundum ius.*

20 *Coniecturæ contrariæ reddunt rem dubiam, & obſcuram.*

21 *Donans poteſt verba donationis dubia declarare, & tali declarationi ſtandum eſt.*

22 *Donans non poteſt alterare donationem iam perfectam, poteſt tamen verba dubia declarare.*

23 *Declarans, quod dubium eſt non dicitur de nouo dare.*

24 *Declaratio, quando fit ſuper re clara, tunc importat nouam diſpoſitionem, per quam præiudicari non poteſt iuri quæſito ex primo contractu.*

25 *Citatio non eſt neceſſaria in actibus extraiudicialibus.*

26 *Et quid in declaratione facta à Principe?*

27 *Tribellianica detractio cenſetur probibita, ſi Teſtator voluit bona in totum peruenire ad ſubſtitutum.*

28 *Fructus bonorum fideicommiſſi contra voluntatem Teſtatoris alienatorum, debentur vocatis, & ſuccedunt loco bonorum alienatorum.*

29 *Donans alicui, vt decentius nubere poſſit, videtur conceſſiſſe facultatem dandi bona in dotem.*

30 *Declara donantem ſolum facultatem dediſſe dandi in dotem bona inæſtimata, non autem æſtimata.*

31 *Fructus rei donatæ debentur ad rationem, ad quam ex confeſſione donantis bona erant locata, cuius confeſſioni inhærendum eſt potius, quam præſumptioni maioris quantitatis.*

DECISIO CCCVII.

PROVT alias in deciſione edita ſub die 4. Maij 1646. coram me comprobatum fuit, etiam hodiè reaſſumpta deſuper diſputatione Rota cenſuit DD. de Albergatis nepotes Camillæ ex Hipolita eius filia prædefuncta eſſe ad fideicommiſſum Dorotheæ vocatos ſub nomine, vel filiorum Camillæ, vel deſcendentium maſculorum eiuſdem.

1 Quandoquidem nomen filiorum † compræhendit omnes deſcendentes, vbi Teſtator vtroque verbo tanquam ſinonimo vſus fuit *ex alleg. in prima deciſ. §. quod vero, & ab Altograd. conſ. 58. num. 70. & 71.* quo magis ad exclu-

2 ſionem ſubſtituti † ſub conditione ſi ſine filijs,

lijs, cum regulare ſit, quod in conditio-
3 ne ſub verbo filijs † includantur omnes,
deſcendentes; quid quid ſit in diſpoſitione,
Socc.conſ.249.num.2.lib.2. Ruin.conſ.144. num.5.
num.5.lib.2.Hond.conſ.49.num.70. vbi quod ca-
ret contradictione *lib.2.Fuſar.de ſubſt.quæſt.413*
num.3.Odd.de compend.par.6.art.3.num.4. vbi te-
ſtatur *Rot.deciſ.243.num.4.part.2.diuerſ.deciſ.467*
num.1.coram bon.me.Coccino, & in Auximana Fi-
deicommiſſi 22. Maij 1638. coram Reuerendiſſimo
D.meo Decano §.et quo ad exiſtentiam.
Et in caſu noſtro vtroque verbo tanquam
4 ſinonimo teſtatricem vſam fuiſſe demóſtrant
verba tam præcedentia, quam ſubſequentia
vocationem filiorum Camillæ, & clarius de-
ducitur *in prima deciſione §.habuiſſe, & ſeqq.* Vn-
dè nil facit, quod in præcedentibus ageretur
de deſcendentia maſculina, hic verò de fœ-
mina, quia vtramque fuiſſe æqualiter dile-
ctam à teſtatrice cum prælatione tamen ma-
ſculorum colligitur primo ex verbis proe-
mialibus donationis ibi, *bona perueniant ad fi-*
lios, & deſcendẽtes maſculos Camillæ ſi habuerit alias
ad fœminas æqualiter &c. ex quibus verbis proe-
mialibus æqualitatem inter vtramq; deſcen-
dentiam demoſtrantibus omnis ambiguitas
5 ſi quæ adeſſet † in parte diſpoſitiua repellitur
ac dilucidatur, *Bart. in l.fin.num.3.ff.hæred.inſtit.*
Io. Garz.de nobilit.in diuiſ.numer.2.& ſeqq. Peregr.
conſ.36.num.12.lib.2.Rimin.iun. conſ.310. num.1.
Rot.dec.184.numer.4.in fin.par.1.recent.
Secundò ex quo in parte diſpoſitiua de-
ſcendentia fœminina eſt vocata poſt maſcu-
6 linam cum dictione relatiua, *vt ſuprà*, † quæ
ponit in claris pariformem donatricis volun-
tatem ergà vnam, & alteram, vt ponderatur
in *prima deciſ.§.tum infrà*, nec poteſt reſtringi
ad diuiſionem portionum, vt ſcilicet fœmi-
næ ſuccedere debeant æquis portionibus, vt
ſuprà dictum fuerat de maſculis, quia ſic re-
latiua eſſet otioſa cum explicitè fuerit diſpo-
ſitum, quod fœminæ ſuccedant æqualiter,
ibi, *ſpectent ad filias fœminas æqualiter, vt ſuprà*,
& ceſſante ſpeciali determinatione in contra-
7 rium † relatio latè ſe habet ad omnia præce-
dentia, *Caſtr.in l.1.num.2.C.liber.præt.Gabr. de*
clauſ.concluſ.9.num.1.Peregr.de fideic.art.16.nu.17
Menoch.præſump.181.nu.6. & ſeqq.lib.4. Buratt.
deciſ.161.num.13.
Tertiò quia infrà in conditione, ſub qua
vltimo loco ſubſtituit patruos maſculos, &
fœminas pariter poſuit ibi, *vbi autem continge-*
ret ipſam Camillam decedere ſine maſculis, & fœ-
minis &c. & ſicuti ſub verbo *maſculis* intel-
8 lexit † de omnibus deſcendentibus, ita ſub
verbo *fœminis*, vt benè ad propoſitum pon-
derat, *Ioſeph Ramon.conſ.16.ſub num.49. verſ. et*
tandem Hieron. Leo in reſpon.iuris impreſſ. poſt de-
ciſ.173.Valentiæ ſub num.13.verſ.ſi igitur, & n.14
tanto magis, quia agitur de diſpoſitione facta
9 à fœmina, † quæ citrà prælationem ibi ſpe-
cialiter conceſſam maſculis præſumitur in
reliquis æquè dilexiſſe deſcendentiam maſcu-
linam; & fœmininam *cap.1.ibi niſi ſit fæmineum*
de nat.ſucceſſ.feud. Dec.in l.generaliter 6.numer.19.
C.inſt.& ſubſt.Strader.de feud.par.7.cap.4.num.48.

Paleaz.de maiorat.par.1.quæſt.51.nu.196. & quia
vocatio incipit à fœmina, nec aſſignari po-
teſt diuerſitatis ratio cur patrui vltimo loco
ſubſtituti excludi debeant per deſcendentes
maſculos potius, quam per fœminas, quarum
deſcendentiam, vt ſupra probabam, dona-
trix æquè prædilexit ad excluſionem patruo-
rum.
Ceſſante autem diuerſitatis ratione, imò
10 concurrente conſimili † prædilectione, non
eſt incongruum, quod etiam maſculi deſcen-
dentes ex fœminis veniant appellatione filia-
rum fœminarum, nam tunc maſculinum
11 comprænhenditur † ſub fœminino ſi non ex
vi verbi ſaltem ex vi identitatis rationis, vt
egregiè declarat, *Rebuff.in l.1. verſ.limitate non*
procedere, & verſ.ſeqq.ff.verb.ſignif.pag.14. Imola
in l.ſi ita ſcriptum num.8.ff leg.2.Iaſ.in l. ſi quis id
quod num.24.ff.iuriſd.omn.iudic. Gabr.conſ.96. ſub
num.27.lib.1. quem ſequitur *Fuſar. in addit. ad*
tract.de ſubſt.impreſſ.poſt conſ. quæſt.312. numer.5.
cum alijs allegatis *ab Altograd. conſ.86 .num.44.*
12 licet regulariter maſculinum † non conci-
piat fęmininum *d.l.ſi ita ſcriptum Peregr.conſ.42*
ſub num.9.lib.3.Fuſar.d.quæſt.312. numer.1. & 3.
ſeqq.Seraph.deciſ.1486.num.11.
Fauet quoque Dominis de Albergatis vo-
catio deſcendentium maſculorum Camillæ
quales illi ſunt, quia in materia indifferenti,
13 & vbi non † militat fauor agnationis inclù-
dit etiam maſculos deſcendentes ex fęminis
cum veniant ex propria perſona tanquam ha-
bentes qualitatem maſculinitatis à donatrice
requiſitam ex allegatis *in prima deciſ.§.ſed qua-*
tenus, quibus additur *Rub.conſ.22. numer.11. &*
ſeqq.verſ.quartus caſus Caball.conſ.118.ſub num.1.
14 *verſ.cæterum* vbi quod maſculi † ex fęminis
deſcendentes etiam ex vera naturali, & pro-
pria verborum ſignificatione continentur,
lib.1.Gionag.reſpon.11.num.43.& 44.lib.2. Fonta-
nell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſſ.25. num.15. & ſeqq.
Hier.Leo d.reſpon.iur.num.49.verſ. licet.Palaez. de
maiorat.par.2.quæſt.6.num.238.
15 Ideque facilius procedit, † dum non agitur
in concurſu maſculorum ex maſculis, *Ruin.*
conſ.120.num.9.lib.1.Caball.d.conſ.118. ſub nu.3.
poſt med.verſ.quod præſertim lib.1. Fab. Anna conſ.
53.num.117.lib.1. Nec refert, quod iuxtà hunc
intellectum filię fęminæ Camillæ excluderen-
tur per maſculos deſcendentes ab ipſis, quia
16 nullum exindè reſultat inconueniens, † dum
teſtator primo vocauit deſcendentes maſcu-
los, & deindè filias fœminas, *Bero.conſ.96. ſub*
num.11.verſ.et ideo lib.1.Alciat.in l.gallus §. nunc
de lege num.18.ff.liber.& poſth. Negherol.alleg.iur.
23.num.173.Buratt.deciſ.272. num.15. inheren-
17 dũ † enim eſt voluntati Teſtatoris quommo-
docunque de illa conſtet, *Caſtr.conſ.123.nu.2.*
in fin.lib.1.Mant.de coniect.lib.3.tit.3. num.2. Rot.
deciſ.363.ſub num.13. par.1.recent. nihilque ma-
18 gis eſt equum, † quam illam ſeruare *l.1. C.*
ſacroſan.Eccleſ.l.ſi pars ff.in off.teſtam.l.in conditio-
nibus in princ.ff.condit.& demoſtr.gloſſ. in cap. tua
nobis verbo voluntatem de teſtam.Rot.dec.388.nu.2.
19 vbi quod excluſio ſubſtituti, † quæ fit ex vo-
luntate Teſtatoris non eſt contrà ius, & æqui-
tatem,

tatem, ſed imò ſecundum ius *part.* 1. *recen-*
tiorum.

Coniecturæ contrariæ exaduerſo adductæ
ſatis tolluntur ex ſupradictis, & alijs in prima
deciſione ponderatis, quæ vel præualent,
vel in omnem euentum negari non poteſt
20 quin ſaltim † res ſit dubia ad tradita per *Ray-*
nerium de Forolivio in l. an inutilis numer. 1. *ff. acce-*
ptilat. gloſſ. in l. 3. *verb. dubium Cod. duib. ad libert.*
proclam. non licet Capic. Galeott. contr. 63. *num.* 21.
& 42. *lib.* 1. & propterea ſit locus declaratio-
21 ni; † quam poſtea fecit ipſa donatrix ad fa-
uorem maſculorum deſcendentium ex fę-
minis, *Aym. conſ.* 234. *num.* 4. *Buratt. dec.* 228. *n.* 2.
quamuis enim donatrix non poſſit donatio-
nem iam perfectam alterare *l. poſt perfectam C.*
22 *donat.* vtique † tamen poteſt verba aliquo
modo dubia declarare, vt præter allegatos in
prima deciſ. §. quæ opinio tradit. Decian. conſ. 7. *n.* 99.
qui loquitur in his præciſis terminis *libr.* 1.
Boer. deciſ. 172. *numer.* 22. *in fin. Cancer. var. reſol.*
lib. 1. *cap.* 8. *num.* 180. nam qui declarat, quod
23 eſt dubium † non dicitur alicui de nouo da-
re, vel auferre *l. hæredes palam §. ſi quid poſt in fin.*
ff. teſtam. Decian. d. conſ. 7. *num.* 100. *Cartar. deciſ.* 16
num. 19. licet ſecus ſit, quando declaratio ca-
24 dit ſuper re clara, † quia tunc importat no-
uam diſpoſitionem, per quam præiudicari
non poteſt iuri quæſito ex primo contractu,
vt diſtinguendo declarat *Caſtr. Becc. Rimin. iun.*
Surd. alleg. in prima deciſ. Menoch. conſ. 160. *ſub nu-*
mer. 49. cumque per huiuſmodi declarationē
habeamus apertiſſimam voluntatem donatri-
cis fauore maſculorum deſcendentium ex
fęminis nullius prorſus momenti ſunt conie-
cturæ contrariæ. Nec obſtat, quod tempore
declarationis non fuerint citati aduerſarij,
25 quia in actibus extraiudicialibus † qualis eſt
iſte non requiritur citatio, *Innoc. in cap. cum qui-*
dem ſub num. 9. *verb. indulſerit de renunc. Felin. in*
cap. cum olim ſub num. 6. *verſ. et firmat de re iudic.*
Roman. conſ. 309. *ſub num.* 29. *Rot. deciſ.* 166. *nu.* 16.
& 17. *par.* 5. *recent.* quicquid ſit in declaratio-
26 ne facta à Principe, † de qua loquitur, *Bel-*
lam. deciſ. 723. *n.* 6. *Mierſ. de maiorat. par.* 1. *quæſt.* 44.
num. 61.

His poſitis tenetur D. Aurelius aduerſarius
reſtituere Dominis Albergatis tanquam vo-
catis ad fideicommiſſum Dorotheæ medie-
tatem prætij bonorum fideicommiſſi, quæ
Camilla eius autrix alienauit pro libris
15165. & ſic libras 7585. è quibus detrahen-
da non ſunt onera à donatrice impoſita, nem-
pè annuus redditus ad eius fauorem donec
vixerit, dos tradenda Monaſterio, quod fuit
ingreſſa, libræ quingentæ vltrà dotem ſol-
uendæ Monaſterio, & libræ centum ſibi re-
ſeruatæ cauſa teſtandi, quia annuus redditus
ſolutus fuit ex fructibus viuente donatrice,
dos verò, & alia onera fuerunt accollata per
Capacellum primum virum Camillæ, & a-
dimpleta ex alijs bonis donatricis in dotem
aſſignatis vna cum ſtabilibus valoris librarū
35. mill. inſimul aſcēdentibus ad libras 42350.
adeò quod omnibus oneribus detractis abun-
dè ſuperſit liberum, & immunè prętium bo-
norum alienatorum aſcendens vt ſuprà ad
ſcuta 15160. cuius ſola medietas petitur, quia
bona hæreditaria Camillæ ſolum pro medie-
tate ad Aurelium peruenerunt. Et gratis al-
legatur detractio Trebellianicæ cum cenſea-
27 tur prohibita, † ex quo donatrix voluit ad
ſubſtitutos peruenire bona in totum, *Iaſ. in l.*
decem num. 48. *ff. fideicom. libert. Rip. in l. Centurio*
num. 130. *verſ. contrarium ff. vulg. & pupill. Menoch*
conſ. 1084. *num.* 20. *&* 21. *conſ.* 1145. *ſub num.* 18.
cum alijs allegatis *per Moder. Piſaurienſem de*
imputat. quæſt. 115. *num.* 6. *Rot. deciſ.* 453. *ſub num.* 3.
par. 1. *recent.*

23 Tenetur pariter Aurelius ad fructus † pro-
portionabiliter ad ratam dd. librarum 7585.
quia ſuccedunt loco bonorum ſtabilium à
Camilla alienatorum, quæque alienari non
poterant ſtante fideicommiſſo deſuper con-
ſtituto à donatrice, vt latiùs *in prima dec. §. fin.*
Nec obſtat, quod cum donatrix bona dona-
uerit Camillæ, vt decentiùs nubere poſſit,
29 videatur † conceſſiſſe facultatem dandi bona
in dotem *Roſental. de feud. c.* 9. *memb.* 1. *concluſ.* 9.
ſub lit. B. vndè infertur, quod ſub fideicom-
miſſo cadit ſolum prætium bonorum in do-
tem datorum. quod fructus non parit. Quia
donatrix voluit ad ſubſtitutos deuolui ipſa
bona non autem prætium vt patet ibi, *cum*
pacto, quod dicta bona &c. & infrà ibi *ipſa omnia*
bona perueniant &c. & ibi, *voluit ipſa omnia bona*
deuenire &c. & per conſequens donando Ca-
millæ, vt decentiùs nubere poſſit cenſetur
30 ſolum dediſſe † facultatem dandi in dotem
bona ineſtimata, non autem æſtimata, vt in
proximis terminis tradit *Iacobus de Arbizone*
in Summar. feud. cap. 130. quem ſecutus eſt,
Iſern. in. §. donare col. 2. *in princ. & ibi Afflict. n.* 17.
& 19. *qualiter olim feud. poter. alien. Roſentall.*
de feud. cap. 9. *concluſ.* 8. *num.* 5. *& concluſ.* 9. *num.* 7.
cum alijs allegatis *per Borell. in Sum. deciſ. tit.* 34
nu. 77. *& per Moder. in Theatro feud. tom.* 2. *par.* 12.
dilucid. 85. *num.* 4.

Quo verò ad quantitatem fructuum, Do-
mini reformando in hac parte deciſionem il-
los reduxerunt ad rationem, ad quam ex con
feſſione ipſius donatricis in inſtrumento do-
nationis, tunc erant locata, quia inhærendum
31 potius eſt quantitati veri redditus † confeſ-
ſatæ à donatrice, quam præſumptioni maio-
ris quantitatis, *Neguſ. de pignor. part.* 3. *memb.* 2.
num. 19. *verſ. ſi tamen fructus Seraph. deciſ.* 480. *nu-*
mer. 3. *&* 4. *Rot. in Maceraten. redditionis rationis* 17.
Martij 1645. *coram R. P. D. meo Meltio.*

Et ità deciſum vtraquè parte informante.

MARSICEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 17. *Iunij* 1647.

ARGVMENTVM.

Iuriſdictio vniuerſalis in omnibus locis Diœ-
ceſis ſpectat ad Epiſcopum ex aſſiſtentia iuris
communis, ac diſpoſitionis Sac. Concilij Tri-
dentini. Actus iuriſdictionales ab Epiſcopo
exer-

exerciti in ſua Diœceſi ſuffragantur etiam abſque ſcientia, & patientia inferioris prætendentis iuriſdictionem ad ſe ſpectare, quando illos deducit non ex præſcriptione, ſed ex diſpoſitione iuris. Immemorabilis contrà Epiſcopum ab inferiori pretenſa ſuper exercitio iuriſdictionis in locis Diœceſis, ex quibus nō ſuffragetur?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ex diſpoſitione iuris communis, ac Sacri Concilij Tridentini habet intentionem fundatam ſuper vniuerſali iuriſdictione in omnibus locis exiſtentibus intrà fines ſuæ Diœceſis.*

2 *Concurrente præſertim exercitio actuum iuriſdictionalium quamuis particularium, per quos conſeruatur Epiſcopo totalis Iuriſdictio propter cauſam vniuerſalem.*

3 *In iuriſdictionabilibus, alijſque iuribus incorporalibus magis attenditur cauſa vniuerſalis actus, quā ipſius actus exercitium.*

4 *Acta iudicialia faciunt rem notoriam, & manifeſtam.*

5 *Epiſcopus actus iuriſdictionales in ſua Diœceſi non deducit ex præſcriptione, ſed ex diſpoſitione iuris communis, ideoque ei ſuffragantur abſque ſcientia, & patientia alterius.*

6 *Scientia, & patientia aduerſarij neceſſaria non eſt quoties conſtat de titulo poſſidentis.*

7 *Immemorabilis pratenſa ab inferiori contrà Epiſcopum ſuper exercitio actuum iuriſdictionalium in Diœceſi, vt interrupta dicatur ſufficit Epiſcopum aliquando iuriſdictionem exercuiſſe.*

8 *Siue actus iuriſdictionales exercuerit per ſe ipſum, ſiue per eius Vicarios.*

9 *Actus tribuendus eſt potius mandanti, quam exequenti.*

10 *Sententia in iudicatum tranſacta, vt retractetur in gradu reſtitutionis in integrum probationes debent eſſe luce clariores.*

DECISIO CCCVIII.

VALIDITATI, & Iuſtitiæ ſententiæ Rotalis latæ de anno 1614. à bon. me. Manzanedo inherentes Domini dixerunt ſub die 18. Februarij proximè præteriti conſtare de re iudicata non autem de cauſis reſtitutionis in integrum petitæ ab Archipresbytero Terræ Saponariæ, & deciſio extenſa fuit per Me paulò poſt ſequendo veſtigia noſtrorum maiorum, qui partibus inſtantibus, quod primum ocij concedebat neceſſitas reſpondendi in cauſis Rotalibus bis in qualibet hebdomada proponi ſolitis inſumebant extenſioni deciſionum ſuper dubijs coram ſe reſolutis, idemque laudabilis mos etiam hodiè viget.

Fuit poſtmodum de menſe Aprilis Archipresbytero petenti, & perſonalitèr pro ſuæ Eccleſiæ iurium tuitione dumtaxat, vt ipſe aiebat in Vrbe reſidenti, conceſſa noua audientia, ille tamen licet laceſſitus impoſterū continuis citationibus Domini Epiſcopi, vt in arenam deſcenderet, detractauit pugnam ſub prætextu, quod habere non poſſet à Notario huius cauſæ proceſſum, quem Epiſcopus anteceſſor produxerat coram bon. mem. Manzanedo: qui prætextus viſus fuit nullius ponderis, quia Modernus Dominus Epiſcopus, & ſi non teneretur, & cura exigendi ſcripturas productas è manibus Notarij incumberet aduerſario, ſtudendo nihilominus celeritati diſputationis commodauit Archipresbytero Summarium eiuſdem proceſſus, quem apud ſe, vt ſolent prouidi litigantes, aſſeruabat, necnon quia Epiſcopus nedum fundat intentionem ſuam in d. proceſſu ab eius anteceſſore, vt ſuprà producto, ſed etiam in aſſiſtentia iuris communis in diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ. 7. & ſeſſ. 21. de reform.* vtrobique *cap. 8.* cuius meminit *Rot. deciſ. 501. num. 1. part. 2. recent.* & in iuribus, ac probationibus ad coadiuuandas antiquas factas coram me, ideò tandem poſt quindecim contrà Archipresbyterum executas citationes ad informandum propoſui hodiè cauſam ſuper iam reſolutis, à quibus non eſſe recedendum Rota reſpondit.

Siquidem, vt dicebam Epiſcopus habet intentionem fundatam † ſuper iuriſdictione vni-
1 uerſali in omnibus locis exiſtentibus intrà fines ſuæ Diœceſis, & ſic in Terra Saponariæ, ex aſſiſtentia iuris communis, ex diſpoſitione Concilij Tridentini, & ex Teſtibus examinatis, tum ad inſtantiam Archipresbyteri de anno 1590. coram A.C. tum coram Manzanedo, tum coram me deponentibus iuriſdictionem fuiſſe ſemper exercitam ab Epiſcopis Marſici in Terra Saponariæ, vel per ſe ipſos, vel per Vicarios Foraneos, & quandoque eoſdem met Archipresbyteros hoc nomine ſcilicet vti Vicarios Epiſcopi iuriſdictionem exercuiſſe, & vltrò accedunt iura nedum nulliter, vt primo, ſed formiter ſecundo loco compulſata probantia particulare exercitium plurium actuum iuriſdictionalium tam in prima, quam in alijs inſtantijs, per quos
2 actus † conſeruata fuit Epiſcopo totalis iuriſdictio propter cauſam vniuerſalē, quam habet intrà fines ſuæ Diœceſis, quia in iuriſdictiona-
3 libus, alijſque iuribus incorporalibus † magis attēditur cauſa vniuerſalis actus, quam ipſius actus exercitium, *Bald. in repet. leg. primæ nu. 24. verſ. tu dic C. emancip. liber. Felin. in cap. auditis numer. 19. de præſcr. Giouag. conſ. 9. num. 44. libr. 1. Rot. dec. 139 num. 12. par. 2. diuerſ. dec. 79. num. 3. & 4. coram Cardinali Caualer.*

Quo magis aduerſus Archipresbyteros, quorum ſcientia, & patientia negari non poteſt cum aliqui actus iuriſdictionales contrà ipſorummet perſonam exerciti fuerint, &
4 de pleriſque adſint acta iudicialia, † quæ faciunt notorium *cap. cum olim vbi Abb. ſub nu. 3. & per tot. de verb. ſignif. Innoc. in cap. ex inſinuatione num. 1. in fin. de appellat. Dec. conſ. 356. ſub num. 4. verſ. ſecundo reſpondetur Vrſill. ad Affl. dec. 50. ſub num. 1. Rot. in Romana ſpolij 21. Februarij 1603. coram Ortembergo*, præter quod cum Epiſcopus
5 non egeat præſcriptione, † ſed ſolum actus iuriſdictionales deducat ad docēdum ſemper ſe conſeruaſſe quaſi poſſeſſionem exercendi iuriſ-

iuriſdictionem in Terra Saponariæ de iure
communi, & conciliari competentem non
requiritur ſcientia, & patientia Archipresby-
6 teri aduerſarij non ſecus, ac † quando conſtat
de titulo poſſidentis, *Rebuff.in Conſt.gallic. to.3.
tit.de mater.poſſ.in præfat.num.145.& ſeqq. & nu-
mer.153.poſt Caſtr.in l. ſeruitutis prædiorum.nu.9.
verſ.licet ipſi ff.ſeruit. Balbus de preſcr.par.2.par.5
principalis quæſt.7.num.4.Grat.diſcep.570.num.33.
Rot.deciſ.533.numer.3.par.1.rec.*

His alijſque latius deductis in vltima de-
ciſione poſitis, non ſuffragatur Archipresby-
tero aſſerta immemorabilis cum nō probetur
& ad eam interrumpendam, euertendamque
7 ſufficiat † Epiſcopos aliquando etiam ſemel
iuriſdictionem exercuiſſe iuxtà theoricam,
Bartol.in l.de quibus in ſecunda lect.num.16. ff. leg.
quam ſequitur *Serhad.& alij allegati in d. deci-
ſione §.tandem in fin.* ſiue exercuerint per ſe
8 ipſos † ſiue per Vicarios *ad tex.in cap. non puta-
mus* ibi cum ſit idem auditorium vtriuſque
*de conſuet.in 6.l. 1.in fin.ff.quis, & à quo Barboſ.de
poteſt Epiſcopi alleg.54.num.21.& 143.Scacc. de
appell.quæſt.8. num. 53. & ſeqq.* Eoque minus
ſuffragantur Archipresbytero ad probandam
immemorabilem actus iuriſdictionis, quos
eius anteceſſores exercuiſse prætendit, quia
vt Teſtes deponunt exercuerunt tanquam
Vicarij deputati ab Epiſcopo, cui propterea
9 vti mandanti dd.actus tribuendi ſunt † non
autem exequenti *l.item eorum §. ſi decuriones ff.
quod cuiuſ.vniuerſ.nom.cap.cum aliquibus de reſcr.
in 6.Surd.deciſ.292.num.9.& deciſ.297.n.1. Mant.
deciſ.161.num.2.Rot.dec.167.num.2.par.2. diuerſ.
deciſ.352.num.11.par.4.tom.2.recent.*

Et ſatis eſt Epiſcopo dubiam reddere pro-
bationem immemorabilis exaduerſo præten-
ſæ ne ſententia Rotalis, quam reportauit, &
ob non interpoſitam appellationem in iudi-
catum tranſijt retractetur in gradu reſtitutio-
10 nis in integrum, † quia ad hunc effectum
probationes petentis reſtitutionem aduerſus
ſententiam debent eſſe luce clariores, vt plu-
rimis allegatis dixit *Rot.coram Buratt.deciſ.323.
ſub num.4.verſ.et probationes.*

Et ità deciſum Reuerendiſſimo Epiſcopo
tantum informante.

BONONIEN. MANVTENTIONIS.

Mercurij 19. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio titulata in concurſu eſt manutenibilis,
& præferenda, quando non conſtat de priori-
tate temporis. *Statutum Bononiæ libr.2. ſub ru-
bric. quod nullus occupet poſſeſſionem rei hæredita-
riæ §. ſtatuimus* diſponit, quod nemò alius,
quam hæres mortuo poſſeſſore bona hære-
ditaria occupet ſub quouis quæſito colore,
etiam authoritate Iudicis, & qui contrafece-
rit cadat à commodo poſſeſſionis, vndè fit
quod poſſeſſio capta contrà formam dicti
Statuti manutenibilis non eſt. Statutum præ-
dictum locum habet quamuis quis poſſeſſio-
nem ingreſſus fuerit tanquam hæres ex Te-
ſtamento, vel ab inteſtato ſi reuera talis non
eſt, nam cum diſponat per verba negatiua,
quod nemini liceat, quam hæredi poſſeſſionē
ingredi permittere non cenſetur niſi ingreſ-
ſum veri, & iuſti hæredis, & qui poſſeſſionem
contrà formam Statuti ingreſſus eſt, nec mi-
nus petere valet retentionem etiam ex cauſa
legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio habens adnotatam horam præſumitur an-
terior.*
2 *Intellige, quando adnotatio horæ legitur in Inſtru-
mento captæ poſſeſſionis, ſecus verò in relatione
Executoris, qui poſſeſſionem tradidit facta ex
interuallo, cui de actu de præterito fides non adhi-
betur.*
3 *Præſertim, quando caret teſtibus.*
4 *Poſſeſſio potior illa eſt, quæ magis iuſtificatur per
viam rationis, & illa videtur per viam rationis
magis iuſtificari, quæ eſt titulata.*
5 *Manutentio potius danda eſt hæredi ex teſtamento,
quam ab inteſtato in concurſu vtriuſque poſſeſſio-
nis quicquid dicendum eſt ſi dubitaretur de viri-
bus teſtamenti nu.6.*
7 Statutum Bononiæ libr.2. ſub rubric. quod
nullus occupet poſſeſſionem rei hæredita-
riæ §. Statuimus *expreſſe prohibet, quod nemò
alius mortuo poſſeſſore bona hæreditaria occupet
ſub quouis colore etiam authoritate Iudicis &c.*
8 *Poſſeſſio capta contra formam d.Statuti dicitur ini-
qua occupatio non autem poſſeſſio, & proinde ma-
nutenibilis non eſt.*
9 *Iudex ſine citatione partis procedens dicitur proce-
dere, vt priuatus.*
10 *Immiſſio conceſſa per Iudicem, ſine citatione partis
tantum operatur, quantum ſi quis authoritate pro-
pria intraſſet.*
11 *Mandatum de immittendo in poſſeſſionem ſine ci-
tatione partis eſt actus extraiudicialis.*
12 Berou.conſ.47. numer.25. & 26. libr. 3. *de-
claratur.*
13 *Poſſeſſor vt dicatur iuſtè poſſidere iuſſu Iudicis re-
quiritur quod præcedat iuſſus Iudicis iudicialiter,
ac ritè, & rectè procedentis.*
14 Statutum Bononiæ d.lib.2.ſub rubric.quod
nullus occupet &c. *non comprehendit ingre-
dientem tanquam hæredem ex teſtamento, vel ab
inteſtato.*
15 *Declara Statutum permittere ingreſſum titulo pro
hærede, dummodo tamen ingrediens ſit iuſtus, &
verus hæres.*
16 *Vel ſaltem habet probabilem apparentiam hæredis,
ſecus verò ſi conſtat notoriè ingredientem non eſſe
hæredem.*
17 *Alias enim ſub mendicato titulo hæreditario aperi-
retur via eludendi ſtatutum.*
18 *Proximior defuncti non eſt hæres ab inteſtato ſi de-
functus cum teſtamento deceſſit.*
19 *Hæres ab inteſtato poſſeſſionem bonorum ingrediens
ignorante hærede teſtamentario clam ingredi di-
citur.*

20 Deciſio Caputáquen. 201. num. 2. & 4. par. 2. *declaratur.*

21 *Retentio competit filijs pro legitima debita matri in bonis eius patris, & aui reſpectiuè.*

22 Statutum Bononiæ di lib. 2. ſub rubr. quod nemò occupet &c. *denegat in verbis poſſeſſionem ingreſſo non ſeruata forma Statuti retentionem etiam ex cauſa legitima.*

23. *Secus verò dicēdum videtur ſi petatur retentio poſſeſſionis acquiſita in vita prædeceſſoris, quo caſu Statutum locum non habet.*

24 *Retentio non datur pro ſupplemento legitima antequam liquidetur ſtatus hæreditatis.*

25 *Item nec minus datur retentio, quia capi debet de manu hæredis.*

26 *Ligitima quando fuit relicta in quantitate, tunc pro illius ſupplemento non competit retentio pro diuiſo, ſed pro indiuiſo proportionabiliter ad ratā legitimæ ex quolibet corpore hæreditario detrahendam.*

DECISIO CCCIX.

IPSA die 18. Iulij 1645. qua deceſſit Comitiſſa Clara Margarita Anguiſſiola de Elephantutijs, bonorum hæreditariorum, & ſignanter prædij poſiti in communi Saiecti, præuio mandato Iudicis extraiudicialiter, vt ſolet relaxato poſſeſſionem cępit D. Iſotta filia tanquam hæres ab inteſtato, & D. Marchioniſſa Camilla Elephantutia de Spadis neptis tanquam hæres ex teſtamento, tum dictæ Claræ Margaritæ auiæ, tum Senatoris Federici Elephantutij aui, inter quas mota deinde lite in ſummarijſſimo poſſeſſorio, Auditor generalis Bononiæ in prædio Salecti D. Iſottę, in alijs vero bonis hæreditarijs Dominę Marchioniſſæ Camillæ manutentionem decreuit.

Cui decreto acquieuit Procurator Iſottæ,
ſed appellauit Procurator Marchioniſſæ, &
appellationē proſequendo coram me contra
DD. de Herculanis Iſottæ interim defunctæ
filios & hæredes, dubitaui hodie, cui ſit dan-
dum mandatum de manutenendo in poſſeſ-
ſione prædij Salecti, dandumque eſſe Domi-
nę Marchioniſſæ reſponſum fuit, vtrinque
enim poſſeſſio eſt æqualis quo ad ordinem
probationem, ac tempus, cum vt dicebam
eadem die capta fuerit, nec aliunde appareat
de alicuius præuentione, quæ gratis educitur
ab Herculanis ex quo Iſotta poſſeſſionem cę-
perit hora duodecima, & poſſeſſio, quæ habet
1 adnotatam horam † præſumatur anterior,
*Bald. in l. Imperator la prima in prima lectura n. 24.
verſ. & nota ff. ſtat. hom. Gom. aliq; relati in dec. 49.
n. 2. & 3. deciſ. 612. n. 1. penes Modern. Peruſinum de
manut.* quia horæ adnotatio non legitur in in-
2 ſtrumento captæ poſſeſſionis † ſed ſolum in
relatione Executoris, qui poſſeſſionem tradi-
derat facta poſt tres ferè menſes, cui de actu
de præterito non adhibetur fides *Bald. in l. pri-
ma ante fin. verſ. quæro Cod. re Iudic. Innoc. in cap. 1.
num. 6. verſ. ſi enim de fid. inſtrum. Put. deciſ. 61. nu. 1.
lib. 1. in corr. Mart. Andr. dec. 40. num. 2. & 3.* & ma-
gis in terminis *Buratt. dec. 270. num. 3.* Eo mi-
3 nus † quia caret teſtibus, vt ponderant deci-
ſiones mox allegatæ; nec non *Rot. dec. 15. nu. 2.
verſ. tamen hoc erat lib. 1. par. 3. diuerſ.* & amplius
quia emanauit hac lite pendente ad *textum in
l. qui comeatus ff. re milit. Rot. dec. 479. num. 12. coram
bo. me. Buratto dec. 367. num. 9. par. 4. rec.*

Secluſa autem prioritate temporis præfe-
renda eſt poſſeſſio Marchioniſſæ. Primo quia
fulcitur titulo teſtamentorum, aui, & auiæ
de quibus cōſtat per publica inſtrumēta nulli
vitio ſubiecta; nam potior eſt poſſeſſio, quæ
4 magis iuſtificatur per viam rationis, & illa
videtur per viā rationis magis iuſtificari, quæ
eſt titulata vt poſt *Bart. Ang. Caſtr. & alios ratio-
cinatur Maluaſ. conſ. 122. numer. 13. Natt. conſ. 419.
num. 9. Menoch. de retin. remed. 3. num. 733. Grat. di-
ſcept. 402. num. 1. & 2. add. ad Greg. XV. deciſ. 323.
num. 5. Rot. deciſ. 118. in fin. poſt Moder. de manut.*
5 & in puncto quod hæredi ex teſtamento dan-
da ſit manutentio in concurſu poſſeſſionis hæ-
redis ab inteſtato *Cæſ. Barz. dec. 71. ſub num. 32.
verſ. tamen quia titulus ex text. in l. 2. Cod. edict.
Diu. Adr. tallen.* quidquid dicendum eſſet ſi du-
6 bitaretur de viribus teſtamenti in quibus ter-
minis loquitur *Seraph. deciſ. 810. num. 4. Buratt.
dec. 186. num. 6.*

Secundo quia poſſeſſioni Iſottę reſiſtit ſta-
tutum *Bonon. lib. 2. ſub rubr. quod nullus occu-
pet poſſeſſionem rei hæreditaria, §. ſtatuimus,* di-
7 ſponens † quod nemini alij quam heredi li-
ceat mortuo poſſeſſore bona ſub quouis quæ-
ſito colore occupare, vel ingredi, & occu-
pata vel ingreſſa retinere etiam authoritate
Iudicis, & ſi quis contrafecerit ipſo iure, &
facto cadat ab omni iure & commodo ipſius
8 poſſeſſionis vnde poſſeſſio exaduerſo † capta
ob reſiſtentiam ſtatuti dicitur iniqua occu-
patio non autem poſſeſſio, cumque poſſeſſor
vigore eiuſdem ſtatuti ſit ipſo iure priuatus
omni commodo poſſeſſionis, conſequenter
non poteſt ex ea reportare commodum ma-
nutentionis, vt in terminis ſimilis Statuti,
*Signorol. conſ. 262. num. 4. Dec. conſ. 467. num. 18.
Alex. conſ. 83. num. 4. lib. 2. Berard. Mazzol. conſ. 105.
num. 8. & in puncto Rot. deciſ. 777. num. 2. & 3. p. 3.
recent. repetita inter deciſ. Buratti deciſ. 201. num. 2.
&; in Bonon. Bonorum 3. Aprilis 1645. coram Re-
uerendiſſimo D. meo Dunozetto Decano §. hæc autem,*
quæ loquitur in ſpecie contra poſſeſſorem,
qui cum mandato Iudicis ſine citatione tamē
relaxato, vt in caſu noſtro poſſeſſionem appre-
henderat nam Iudex ſine citatione procedens
9 dicitur procedere, vt priuatus *Bald. in l. nec ex
ex vera num. 1. in fin. Cod. acquir. poſſeſſ. Corn. conſ.
193. num. 4.* vbi ait, quod immiſſio conceſſa
10 per Iudicem ſine citatione partis † tantum
operatur quantum ſi quis authoritate propria
intraſſet, *lib. 3. Rot. deciſ. 802. num. 7. verſ. quia pro
reſponſione par. 1. diuerſ. deciſ. 359. num. 2. par. 1. rec.*
& mandata huiuſmodi ſunt actus extraiudi-
11 ciales, † vt fuit dictum *in Aſſiſien. Hæreditatis
26. Iunij 1645. coram me.* Neque *Berous in ex-
aduerſo allegato conſil. 47. numer. 25. & 26. lib. 3.*
12 loquitur † in his terminis, ſed ſupponit ta-
lem eſſe Iudicis iuſſum, vt poſſeſſor dicatur
13 iuſtè poſſidere † quod verificetur ſolum in
iuſſu

iuſſu Iudicis procedentis Iudicialiter, ne ritè & rectè *l.iuſte poſſidet vbi not.omnes ff. acquir.poſſ. Monteren. in gloſſ. huius ſtat. verb. Iudicis.*

Euitari vero non poteſt ſtatutum ex quo non comprehendat ingrediente poſſeſſio-
14 nem † tanquam hæredem ex teſtamento vel ab inteſtato, vt voluit *Berou.quæſt.71.nu.4.& 5.* quem ſequitur *Rot.Bonon.diuerſ.deciſ.14.nu.31.* & in puncto effectum manutentionis *Barz. deciſ. Bonon.46.num.5. vbi vt patet num.6.* loquitur de eo qui ingreſſus eſt poſſeſſionem tamquam hæres ab inteſtato, prout ingreſſa eſt Iſotta, quia cum Statutum diſponat per verba negatiua, quod nemini alij quam hæredi liceat poſſeſſionem ingredi permittit quidem
15 ingreſſum † titulo pro hærede, ſed dummodo ingrediens ſit iuſtus & verus hæres, vt in terminis ſtatuti loquentis de poſſeſſione hæredis *Bald.in rubr.de cauſ.poſſ.& propr.ſub num. 13. circa fin.verſ.& not.* quem ſequitur *Alex. conſil. 82.num.6.lib.2.Ruin.conſ.27.ſub nu.5.verſ.ad confirmationem lib.5.Monterent.in gloſ.huius ſtat.verb. colore quæſito in fin.* vel ſaltem habeat probabi-
16 lem † apparentiam hæredis, vt in puncto *Barz. deciſ.Bonon.71. numer.35. ibi manutenendus eſt, qui apparentiam hæredis habet, & poſtea diſceptabitur.* Secus vero ſi conſtat notoriè ingredientem non eſſe hæredem, vt in proximis termis *Chriſtoph. Paz de tenuta cap.13.n.50. facit Plot.in repetit. l. ſi quando num.111.Cod.vnd. in Menoch.de adipiſc. rem.4. num.381. Portius Immolens conſ.1.num.65.Oſaſch.deciſ.26.num.3.Grat. diſcep.870.num.18.* alioquin aperiretur via elu-
17 dendi ſtatutum † & ſub medicato titulo hæreditario vnuſquiſque ſibi ius diceret contra iuſtiſſimam equitatem, cui hoc ſtatutum innititur, vt ponderat *Rot.Bonon.diuerſ.d.dec.14.ſub num. 92.*

Qui eſt caſus noſter nam & Senator Federicus, & Clara Margarita obierunt condito teſtamento, in quo ſcripta eſt hæres Marchioniſſa Camilla, & vtrumque teſtamentum eſt vndequaq; ſolemne, ac in forma probanti, ſatiſque erat notum, quia illud Federici approbauerat Clara Margarita viuens & inuentariũ hæreditarium confecerat *Summar. Marchioniſſ. num.1. 2. & 11.* aliud autem Claræ Margaritæ apertum fuerat hora nona illius diei qua Iſotta tamquam eius hæres ab inteſtato poſſeſſionem cępit, & ſic antequam caperet, vt in proc.fol.1. adeo quod Iſotta nullo modo prętendere ſe poterat hæredem ab inteſtato cum ſcriptis in teſtamento alijs hæredibus proxi-
18 miores † defuncti non ſint hæredes *l. quamdiu 39. ff.acquir.hæred.l.antequam de ſucceſſ.Bened. Capra in terminis ſummariſſimi poſſeſſorij conſil.63. ſub num.6.verſ.non enim & in punct. Barz. dicta deciſ.71.ſub num.29.& 30.* & ingrediendo poſſeſſionem ignorante hęrede teſtamentario cuius
19 futuram † controuerſiam metuebant dicantur clam ingreſſi, vt ad litteram declarat text. *in l.clam poſſidere 6. in fine princ.ff.acqu.poſſ.*

Non obſtat quod ſtatut. Bon. tollat effectũ poſſeſſionis iuris, nõ autem naturalem poſſeſſionem ideoq; poſſeſſio apprehenſa per Iſottam non ſeruata forma ſtatuti impediat ſaltẽ ne detur manutentio Marchioniſſæ, vt in ſpecie noſtri ſtatuti *Caputaq.deciſ.201.nu.3.& 4.*
20 *par.2.* † Quia in caſu huius deciſionis petens manutentionem non apprehenderat poſſeſſionem ſed allegabat in ſe poſſeſſionem defuncti continuatam fuiſſe vigore huius ſtatuti, quod ſanè non inducit huiuſmodi continuationem. vt aduertit eadem *deciſ. Caputaqu. num.1.relata à Moderno Peruſino deciſ.Bonon.prima num.8. & ſeqq.* In caſu verò noſtro Marchioniſſa nititur poſſeſſioni actuali, quam apprehendit, quæque non eſt poſterior in tempore poſſeſſione Iſottę imò præualet, quia eſt titulata, aduerſariæ verò infecta à ſtatuto iuxta *Doctores & dec. Rotæ ſupra allegatos §.ſecundo quia.*

Quatenus autem Herculani fundant ſe in retentione ſibi competente ſibi competente
21 ratione legitimæ † debitæ Iſottæ in bonis Federici patris & Claræ Margaritæ matri pro qua regulariter poſſunt bona hæreditaria retineri *Gabr. conſ. 36. num. 11. lib. 2. Buratt. deciſ. 115.num.12.12.* Neutra ſuffragatur. Tum quia ſtatutum alijquã vero hæredi ingreſſo poſſeſſionem non ſeruata forma ibi præſcripta denegat in verbis retentionem ibi *vel ingreſſa ſeu*
22 *inuaſa retinere* † quæ verba includunt retentionem etiam ex cauſa legitimæ, quia referũtur ad ingreſſum paulo ante prohibitum prohibitus autem fuerat ingreſſus verbis vniuerſalibus, ibi *ex quouis quæſito colore*; comprehendentibus etiam colorem, & cauſam legitimæ, vt per *allegatos à Moderno Foroliuienſi de legitima lib.3.tit.1.quæſt.2.nu.46.& 47.& in punct. Alex.conſ.134.in princ.& num.4.in fin.lib.4.* quem ſequitur *Monterent. ſuper hoc ſtat. verb. parte in fine Buratt.deciſ.67. num.10.* Licet ſecus dicen-
23 dum eſſet ſi peteretur retentio poſſeſſionis acquiſitę in vita prædeceſſoris in quibus terminis ſtatutum, nõ habere locum voluit *Alex. conſ.83. num.4.lib.2. Monterent.ibid.verb.ratione.*

Tum etiam quia in bonis Federici Iſotta, quę imputare in legitima debet libras 50.mil. ſibi in dotem à patre aſſignatas petere non poteſt niſi ſupplementum legitimæ, pro quo
24 cum † liquidum non ſit antequam exaduerſo liquidetur ſtatus hæreditatis, vt debet *Bart. conſ.17.lib.1.Rot.in Romana ſupplem.legit.18. Iunij 1642.coram me*, & capi debeat de manu hære-
25 dis † non competit retentio *Rot.dec.184.n.14. par.4.diuerſ.dec.60.num.8.inter impreſſ.apud Paciſ. de Salu. deciſ.121.num.9.par.6.rec. Grat.dec.694. num.11.12. & 16.* In bonis autem Claræ Margaritæ legitima relicta fuit in quantitate li-
26 brarum 15.mil.& in omnem euentum † eius occaſione non cõpeteret retentio ſuper toto prædio vel eius parte pro diuiſo, ſed ſolum pro indiuiſo proportionabiliter ad ratam legitimæ ex quolibet corpore hæreditario detrahendam, vt per *Reuerendiſs. Auenionen. de legitim. contradictore quæſt.13. art.4. num.39.* quod in ſpecie ponderat *Alex.conſ.134.num.3.verſ.& prædicta lib.4.*

Et ita deciſum vtraque &c.

RO-

ROMANA CENSVS.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM

Aſſociatio competit cenſuario ad fundum cenſitum vigore clauſulæ conſtituti, & facultatis capiendi poſſeſſionem propria authoritate Cenſus ſuper re fideicommiſſo ſubiecta validè poteſt imponi pro ſoluenda dote vigore *auth. res quæ*, & fideicommiſſarius prætendens adeſſe bona libera, ſuper quibus cenſus imponi debuit illorum exiſtentiam probare tenetur. Verſio pecuniarum cenſualium in ſolutionem dotis, ex quibus probata remaneat?

SVMMARIVM.

1 *Clauſula conſtituti in inſtrumento cenſus adiecta ſuffragatur pro obtinenda aſſociatione non quia in cenſuarium ſit translatum dominium vel poſſeſſio cum hoc reſpectu non reſpiciat rem cenſitam, ſed cenſum, ſed quia dat facultatem capiendi fructus rei cenſitæ, num. 3.*

2 *Cenſus venditor per impoſitionem non dicitur vendere rem cenſuariam quam poſſidet etiam poſt venditum cenſum, & cenſum quem vendidit non poſſidet ipſe, ſed emptor.*

3 *Clauſula conſtituti tribuit cenſuario facultatem capiendi propria authoritate fructus rei cenſuatæ ad effectum ſibi ſatisfaciendi de fructibus cenſus.*

4 *Et vigore dictæ clauſulæ competit cenſuario aſſociatio contra tertium poſſeſſorem fundi cenſiti, prout etiam competit fideiuſſori cenſus, & n. 5.*

6 *Clauſulæ ceteratæ extenſionem recipiunt iuxta formularium inſtrumentorum Vrbis.*

7 *Clauſula* Dans & Concedens *continet in ventre explicitam licentiam capiendi poſſeſſionem fundi cenſualis propria authoritate.*

8 *Aſſociatio competit vigore facultatis capiendi poſſeſſionem propria authoritate.*

9 *Conſtituti virtus amiſſa dicitur ſi poſt mortem impoſitoris cenſus alius poſſeſſionem fundi cenſiti cæpit, non reclamante cenſuario.*

10 Amplia *adhuc effectum ſufficere, quod conſtitutarius ſciat ab herede conſtituentis occupatam poſſeſſionem naturalem per modicum tempus.*

11 *Declara concluſionem procedere ſi conſtitutarius aſſociationem petat vigore ciuilis poſſeſſionis per cõſtitutum translatæ, quia patiendo poſſeſſionem ab alio occupari amiſit poſſeſſionem ſuſpicans ſe poſſe repelli, ſecus vero quando aſſociationẽ petit vigore facultatis capiendi poſſeſſionem, quia hæc compatibilis eſt cum poſſeſſione alterius.*

12 *Facultas capiendi poſſeſſionem propria authoritate non amittitur ex ſola patientia, & negligentia modici temporis, ſed præſcriptione 30. annorum*

13 *Saluianum datur probatis ſolitis extremis.*

14 *Hypotheca ſuper fundo cenſito oritur ad fauorem emptoris cenſus.*

15 *Saluianum competit emptori cenſus non ſolum ſuper re cenſita, ſed etiam ſuper re ſubrogata in locum rei cenſitæ.*

16 *Hypotheca non contrahitur ſuper re fideicommiſſo ſubiecta.*
Cenſus ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis nullus eſt dicto n. 16.

17 *Vel per mortem impoſitoris hypotheca, & cenſus expirauit.*

18 *Cenſus impoſitus ſuper bonis fideicommiſſi pro ſoluenda dote neptis fideicommittentis vigore auth. res quæ validus eſt.*

19 *Creditor agens pro conſecutione ſui crediti ſuper bonis fideicommiſſi ſub prætextu, quod pecuniæ credita fuerint, verſæ in cauſa dotis probare tenetur tempore contractus non adfuiſſe bona libera.*

20 *Ratio eſt quia fideicommiſſarius habet regulam pro ſe, quod bona fideicommiſſi non poſſint hypothecari, & qui excipit de non exiſtentia bonorum liberorum tenetur hanc negatiuam probare.*

21 *Sufficit tamen creditori allegare bona libera non adeſſe, quia de iure pluralitas non præſumitur.*

22 *Et iuxta hanc opinionem iudicatum fuit in Senatu Valentin.*

23 *Fideicommiſſarius prætendens dotem ex bonis fideicommiſſi conſtitui non potuiſſe, ſed ex bonis liberis illorum exiſtentiam probare tenetur.*

24 Amplia *præſertim, quando pro negatiua concurrit aliqua præſumptio.*

25 *Cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis.*

26 *Dos non eſt conſtituenda ſuper creditis difficilis exactionis.*

27 *Dos præſumitur congrua, & qui exceſſum allegat probare tenetur.*

28 *Verſio pecuniarum in ſolutionem dotis probanda eſt à creditore.*

29 *Et ex quibus probata remaneat? & numer. 30. & 31.*

32 *Verſionis plena probatio reſultat ex vicinitate contractuum, & num. 33.*

34 *Verſio ex diuerſitate ſummæ non excluditur, dum ex alijs coniecturis probatur.*

35 *Cenſus impoſitus ſuper bonis fideicommiſſi vltra ſummam verſam in ſolutione dotis, eſt nullus.*

36 *Alienatio bonorum fideicommiſſi tenet ſolum pro concurrenti quantitate æris alieni ex bonis fideicõmiſſi detrahendi.*

37 *Immiſſio non eſt retardanda quoties exceptio fideicõmiſſi non eſt omnino clara.*

DECISIO CCCX.

ASSOCIANDI pro fructibus cenſus decurſis ad loca montium ſubrogata loco domus cenſualis & poſſeſſa à Io: Franciſco Atauante ſiue in eorum poſſeſſionem an ſint R.P.D. Amadeus & Felix frater dubitaui, & quo ad aſſociationem ponderatum fuit, quod in inſtrumento cenſus adeſt clauſula conſti-
1 tuti ad fauorem cenſuarij, † quæ ſuffragatur ad obtinendam aſſociationem, non quia in cenſuarium tranſtulerit dominium, aut poſſeſſionem fundi cenſualis cum hoc reſpectu non reſpiciat rem cenſitam, ſed cenſum, vt *dixit Rot. in Interamnen. manutentionis 3. Aprilis 1620. coram Vbaldo ſeniori, & in Romana domorũ de Scãdeleris 4. Aprilis 1636. coram Eminentiſs. D. Card. Panzirolo impreſ. par. 7. recent. dec. 114. n. 20.* & videatur inepta, quia venditor cenſus non vendit

2 vendit † rem cenſuariam nec minus eam
poſſidet poſt venditum cenſum quam antea;
& cenſum quem vendidit nullo modo poſſi-
det ipſe, ſed emptor, vt bene aduertit *Nauarr.*
*in Comentar.de vſur. numer.*137. quem ſequitur
*Grat.diſcep.*420.*num.*7.*Cinc.de cenſib. quæſ.*98.*nu-*
*mer.*24.*Mauſon.de cauſ.execut. lib.*1.*ampliat.*6.*nu-*
*mer.*82.*idem Grat.dec.*20. *num.*8. *Rot.Marchiæ in-*
*ter deciſ.impreſſ.poſt Cinc.dec.*499.*num.*13.

Sed quia cenſuario præbet facultatem ca-
3 piendi propria authoritate fructus rei cenſua-
tæ ad effectum ſibi ſatisfaciendi de fructibus
cenſus, vt notat *Cinc.de cenſib. quæſt.*94.*num.*13.
*Mauſon.d.ampliat.*6.*num.*86. vbi ponderat quod
d. clauſula non eſt inepta reſpectu fructuum
4 ac dictæ facultatis, cuius vigore † cenſuario
competit aſſociatio contra tertium poſſeſſo-
rem fundi cenſualis, vt in his terminis dixit
*Rot.dec.*338.*num.*1.*verſ.conſtat etiam par.*1.*recent.*
& inter impreſs.apud Moder. Manicalciatenſem poſt
*Coment.in extrauag. Pij V. de cenſib.dec.*149. *nu.*2.
& 3.*dec.*150.*num.*1. quas licet loquantur ad fa-
5 uorem fideiuſſoris † æque prodeſſe emptori
cenſus aduertit *Cinc.d.quæſt.*94.*num.*13. *& ſeqq.*
& in puncto pro emptore cenſus, fuit *deciſum*
in Romana Cenſus 5.*Iuly* 1627. *coram bon. memor.*
*Merlin.quæ eſt inter impreſs.poſt Cinc.dec.*542. *n.*2.
& 3. *in alia Romana Cenſus* 5.*Marty* 1636. *coram*
R.P.D.Carillo & in Reatina Cenſus 23.*Iuny* 1642
coram Illuſtriſs.D.Epiſcopo Patauino.

Quo magis in caſu noſtro quo vlterius præ-
ter clauſulã conſtituti, & alias trãslatiuas om-
nium iurium ac procuræ irreuocabilis in rem
propriam adeſt clauſula *Dans, & Concedens &c.*
6 quæ † iuxta formularium inſtrumentorum
Vrbis à quo clauſulæ ceteræque in inſtrumentis
ibidem ſtipulatis appoſitæ recipiunt extenſio-
nem *Menoch.conſ.*844. *num.*18. *Corn.conſ.*225. *in*
*fin.lib.*3.*Rot.apud Pacif.de Salu.deciſ.*137.*numer.*2.
continet in ventre explicitam licentiam ca-
7 piendi † poſſeſſionem fundi cenſualis propria
authoritate, vt in puncto inſtrumenti cenſua-
lis tradit *Saluſt.Tiber. in formular. inſtrum.lib.*3.
*fol.*296.*in princ.& prius lib.*1. *cap.*2. *num.*14. nec
8 dubitari poteſt quin hæc ſola facultas † in
omni contractu ſufficiat pro obtinenda aſſo-
ciatione, *Alex.conſ.*131.*num.*3.*&* 9.*lib.*4.*Menoch.*
*de adipiſc.remed.*6.*num.*6.*& ſeqq. Afflict.deciſ.*326.
*num.*1.*Magon.dec.Lucenſi* 87.*num.*13.*Rot.dec.*229.
*num.*6. *par.*5.*recent. dec.*247. *numer.* 20. *verſ. cum*
præterea apud Moder. Peruſin. de Manuten.

Nec obſtat quod poſt mortem impoſito-
9 toris cenſus † aduerſarius ceperit poſſeſſionẽ
fundi cenſualis nec cenſuarij reclamauerint,
quod ſufficere ſolet, vt virtus conſtituti dica-
tur ammiſſa *Tiraquell.de Iur. conſt. par.*3.*limit.*
21.*num.*9. *vbi poſt Bart.in l.ſi de eo §.primo ff.acq.*
poſſeſſ. ſubdit adhunc effectum ſufficere quod
10 conſtitutarius † ſciat ab hærede conſtientis
occupatam poſſeſſionem naturalem per mo-
dicum tempus *Pacif.de Saluian. inſpect.*3. *cap.*2.
*num.*1026. *&* 1027. *Rot.dec.*694. *ſub num.*8. quæ
loquitur in terminis ad effectum denegandi
aſſociationem *par.* 1. *recent. & in Camerinen. do-*
nationis de Calcaris 7.*Aprilis* 1631.*coram bon. me.*
Coccino. Nam præter quod ex facto tollitur
negligentia cenſuarii, illa noceret quidem ſi
11 aſſociatio † peteretur ratione ciuilis poſſeſ-
ſionis, alias in petitorem per conſtitutum
translatæ, quo caſu intrat ratio ponderata in
*d. dec.*694. & in alijs quod conſtitutarius aſſo-
ciari non poteſt, patiendo ab alio rem natu-
raliter poſſideri amiſit ciuilem poſſeſſionem
ex quo videtur ſuſpicatus ſe poſſe repelli, &
in his terminis loquuntur quotquot exaduer-
ſo allegari poſſent. Secus verò quando vt in
caſu noſtro petens aſſociationem nititur fa-
cultati capiendi poſſeſſionem propria autho-
ritate, quia hæc compatibilis eſt cum poſſeſ-
ſione alterius; imò alium poſſidere ſupponit
*Rot.dec.*26.*n.*4.*apud Modern.de manut.* nec amit-
12 titur ex ſola † patientia & negligentia modici
temporis, ſed præſcriptione triginta annorũ
*Rot.deciſ.*398.*num.*3.*& ſeqq.apud Cinc. de cenſ. ſe-*
*cundum vltimum impreſſ. deciſ.*5.*num.*5.*coram Car-*
*dinali Caual. deciſ.*300. *num.*10.*apud Pacif.de Sal-*
uiano, & in puncto fuit dictum in Bonon. Cenſus 4.
May 1643.*coram R.P.D.meo Ghiſilerio.*

Quo vero ad immiſſionem ex vtili Saluia-
no interdicto nõ negantur extrema poſſeſſio-
nis ex parte impoſitoris cenſus & rei conuẽ-
13 ti quibus probatis † nec non credito cum
hypotheca ſolet cõcedi immiſſio, vt pluribus
relatis tradit *Menoch.de adipiſc. rem.*3. *num.* 161.
*& ſeqq.& dixit Rot.dec.*407.*numer.*1.*par.*5. *recent.*
etiam ſuper fundo cenſuali non obſtante cõ-
ſtituto in inſtrumento cenſus appoſito, quia
cum non transferat in cenſuarium poſſeſſio-
nem fundi cenſiti vt ſupra probabam non ex-
cludit quin ſuper eodem fundo oriatur hypo-
14 theca † ad fauorem emptoris cenſus, vt be-
ne declarat *Cinc.de cenſib.quæſt.*98.*nu.*24.*& ſeqq.*
vbi concludit competere emptori Saluianum
15 interdictum † quod hodie intentari poteſt
ſuper locis montium in locum fundi ſubro-
gatis, quia per inde eſt ac ſi ſuper ipſis locis
montium fuiſſet ab initio impoſitus cenſus
*Grat.diſcep.*43.*num.* 24.*& ſeqq. Rot. coram ſan. me.*
*Greg.XV.dec.*60.*n.*1.

Solum excitata fuit difficultas circa hypo-
thecam, quia domus cenſualis ſeù loca mon-
tium ſubrogata arctiſſimo fideicõmiſſo ſub-
iacent, ita vt vel ab initio reiecerint omnem
16 hypothecam † & cenſus ſit nullus *Felician.de*
*cenſib.tom.*2.*lib.*2.*cap.*4. *num.*4. *Grat. diſcep.*175.
*num.*14.*& ſeqq.Seraph.dec.*757. *num.*5. *deciſ.*785.
*num.*1. vel per obitum Dominici impoſitoris
17 hypotheca & cenſus expirauerit, *l.lex vectigali*
ff.pignor. & in his terminis *Rot. apud Cinc. dec.*
15.*n.*10. *dec.*41.*num.*4.*&* 5.

Sed fuit reſpõſum quod cenſus fuit impo-
ſitus pro ſoluenda filiæ impoſitoris, & reſpe-
ctiuè neptis fideicommittentis parte dotis,
18 pro † qua valide potuit imponi ſuper bonis
fideicommiſſo ſubiectis in ſubſidium vigore
Auth.res quæ Cod. comm. de legat. vt in terminis
cenſus *Grat.diſcep.*43.*num.*31. *& ſeq. diſcep.*420.
*ſub num.*14.*verſ.putarem Cenc. de cenſib. quæſt.*19.
*num.*31.*& ſeqq.Cancer.var.reſol. par.*1. *cap.*9. *nu-*
*mer.*185.*& ſeqq.Cocc.deciſ.*244. *num.*3. Neque
emptor cenſus probare debet non adfuiſſe
19 alia bona libera † idonea ſolutioni dotis;
nam

nam quidquid ſit an creditori agenti pro cõſecutione ſui crediti ſuper bonis fideicommiſſi ſub prætextu,quod pecuniæ creditæ fuerint verſæ in cauſam neceſſariam dotis, vel alias ſibi ex bonis fideicommiſſi creditum exigere, licet incumbat onus probandi,quod tempore contractus non adeſſent bona libera in quo articulo affirmatiuam ſententiam ſequitur *Natt.conſ.199.num.8.& ſeqq.& conſ.248. num.6.& ſeqq.* quia fideicommiſſarius habet
20 regulam pro ſe, † quod bona fideicommiſſi non poſſint creditoribus hypothecari, vel ab illis capi, & qui excipiendo dicit ſe eſſe in caſu limitationis eo quod bona libera non adſunt, hanc negatiuam tanquam ſuæ exceptionis fundamentum probare tenetur, *Molin.de primog.lib.4. cap.7. nu.34.& 35.quem refert Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5.gloſſ.1.part.2.nu.18. Io.Franc.à Ponte conſ.45.n.4.alioſque allegat Queſa.l.in addit.ad Molin.d.cap.7.num.32.verſ.primus caſus, Caualer. deciſ. 246. num. 3.* Contrariam vero ſententiam quod imò creditori ſufficiat
21 allegare † non adeſſe bona libera,quia pluralitas de iure non præſumitur, tuetur in puncto creditoris ex cauſa dotis, *Cancer. var. reſolut. lib.1.cap.9.n.174.verſ.cenſeo tamen per gloſſ.in l.cũ de lege verſ.hæredis probatio ff. probat. Hieron. Leo deciſ.Valent.171.nu.7.& ſeqq.* vbi allegat plures concordantes, & dicit iuxta hanc opinionem
22 fuiſſe iudicatum † in eo Senatu *lib.2.Rot.apud Mant deciſ.152.ſub n.5.dec.66.n.4.par.1.rec.& in Auximana Dotis 6.Februarij 1623.coram bon.me. Remboldo, in Romana dotis de Montorijs 31.Martij eiuſdem anni coram eod.*

Conueniunt ferè omnes ſcribentes in hanc vltimam ſententiam, quando iam fuit deuentum ad dotationem ex bonis fideicommiſſi, ſiue eorum alienationem, quia tunc non agitur de dote conſtituenda, ſed conſtituta,&
23 fideicommiſſarius, † qui vult dotationem, ſeu alienationem infringere allegando potuiſſe dotem conſtitui, aut ſolui in bonis liberis illorum exiſtentiam in qua ſe fundat probare debet, vt poſt *Socc. Curt. Sen. & alios tradit Petra de fideicomm.quæſt.8. numer.460.in fin. verſ.non omitto, Peregr.eod.tract.art.42.nu.73.Molin.ex aduerſo allegatus de primog.lib.4.cap.7. n.36. Gabr.conſ.138. numer.40.& ſeqq.lib.2.Ciriac.controu.5.num.49.& ſeqq.& num.110.& ſeqq.Raudenſis deciſ.Piſan.29.num.177.Milanen.deciſ.Siciliæ 5. num.56.lib.1.Hieron.Leo deciſ.Valentiæ 171.n.10. & 11.lib.2. Rot.coram bon.mem. Buratt.deciſ.920. numer.7.& in Bononien.fideicommiſſi de Rubeis 15. Ianuarij 1620. coram bon.mem. Vbaldo Seniori, in Romana fideicommiſſi de Victorijs 2.Iunij 1627. coram bon.mem.Merlino impreſſ.apud Cinc.de Cenſib. deciſ.494. num.1.in Romana Caſalis Auguzani 27. Iunij 1640.coram R.P.D.meo Royas, §.detractio in Romana Hæreditatis 14. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Arguelles, §.& licet.* Quo magis
24 quando pro negatiua † concurrit aliqua præſumptio, *Caualer.in ex aduerſo allegata deciſ. 246. nu.3.Ciriac.d.controu.5.n.115.& ſeqq.*

Qui eſt caſus noſter, quia ex teſtibus examinatis conſtat Patrem puellæ dotatæ fuiſſe pauperem, & mulier iam dotata fuit, & dotem habuit ex bonis fideicommiſſi mediante impoſitione Cenſus, quæ eſt ſpecies aliena-
25 tionis, *Buratt.deciſ.410.num.3. Rot.inter recent. deciſ.678.num.2.par.1.deciſ.456.nu.5.in fin.par.2. deciſ.309. num.3. apud Cinc.de Cenſib.* Nec allegari poteſt exiſtentia quarundam ſocietatum officij, aut exceſſus dotationis, quia vel ſocietates officij erant difficilis exactionis, & habentur ac ſi non extitiſſent cum dos non
26 debeat † conſtitui in huiuſmodi creditis, *Caſtr.conſ.219.ad.fin.lib.1.Mantic.deciſ.152.nu.5. Reuerendiſſimus Vrgellen.deciſ.145.num.42.& fuit dictum in Bononien. Fideicommiſſi de Maluetijs 10. Martij 1642.coram R.P.D.meo Peutingerio in Romana Dotis 23.Iunij 1645. coram R.P.D. meo Ottbobono,* vel fuerunt exigibiles cumque aduerſarius illas penès ſe retineat, & forſan exegerit dolere non poteſt,quod ex illis non fuerit dos conſtituta. Exceſſus verò dotis non pro-
27 batur, † vt debet ab aduerſario, quia congrua præſumitur, *Fontanell.deciſ.560.num.22.* & in terminis contra fideicommiſſarium reſpondit *Seraph.deciſ.666.ſub num.4. Rota inter impreſſ.apud Modern. Foroliuien.de legit.deciſ.110. ſub num.5.verſ.& demum, & in dicta Romana Caſalis coram D.meo Royas, §.minus obſtat.*

Verſio autem pecuniarum cenſualium in
28 ſolutionem dotis, † quæ probanda eſt à creditore *Cinc.de Cenſib.qu.19.ſub num.33. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.531.nu.175.Rot.in Bononien.fideicommiſſi de Formagliaris impreſſ.apud Giouag.reſp.22. num.21.& 22.* ſatis probatur attenta ſerie facti nam cenſus fuit impoſitus die 22. Auguſti,cũ expreſſione, quod imponebatur pro ſoluẽ-
29 da parte dotis, † quæ expreſſio præbet coniecturam verſionis in eam cauſam, quia ſatis eſt conſonum veritati, quod cum Pater pecunias cœperit ad cenſum cum expreſſione, quod accipiebat ad effectum ſoluẽdi partem dotis, quam poſtea ſoluit, ſoluerit de iſtis pecunijs, & emptor cenſus curauerit de illis ſolui pro maiori ſua cauthela, vt bene ratiocinatur, *Grat.diſcept.897. num.10. Alex.conſ.84. num.4.lib.7.Seraph.deciſ.1093.numer.1.Buratt.deciſ.920.nu.4.* Biduo poſt fuit celebratum matrimonium, de quo tempore iuxta capitula matrimonialia debebant ſolui ſponſo ſcuta 500. in pecunia numerata quot ſunt, quæ ex cenſu retracta fuerunt, & ſoluta tunc præſu-
30 muntur, † licet poſt menſem ſponſus fecerit confeſſionem de recepto, quia talis confeſſio non coarctata ad certum tempus, refertur etiam ad ſolutionem factam de præterito tẽpore celebrati matrimonij, & ſtante præcedenti conuentione, quod pecuniæ ſoluerentur,quando matrimonium celebrabatur præſumptio eſt, quod tunc fuerint ſolutæ, perin-
31 deque eſt, † ac ſi confeſſio explicaret, quod pecuniæ fuerunt ſolutæ in continenti in actu celebrationis matrimonij, *ad text. in l.modeſtinus ff.ſolut.Ancbar.conſ.7.ſub nu.2.Seſſe deciſ.Aragon.252. nu.7.& 8.* Præſertim quia ſub eadem confeſſione de recepto ſponſus confeſſus fuit receptiſſe vetium perlarum pro ornatu vxoris promiſſum, quod ſanè quis negauerit fuiſſe traditum in actu matrimonij? vndè attenta

vici-

vicinitate contractus cenſualis, & matrimo-
32 nij † reſultat plena probatio verſionis, *Menoch. de arbitr. caſ. 432. nu. 38. & praſumpt. 55. nu. 8. lib. 3. Grat. d. diſcept. 897. nu. 11. Rot. deciſ. 335. n. 2. par. 4. recent. deciſ. 114. num. 6. & 7. par. 5 deciſ. 31. num. 3. coram ſan. mem. Gregor. XV.* quam ſufficit
33 eſſe veriſimilem, † & coniecturis probari ex allegatis *per Grat. d. diſcept. 897. numer. 14. add. ad Greg. d. deciſ. 31. num. 11. Buratt. deciſ. 546. num. 4. Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 256. num. 6.* Quo magis quia vt ſupra dicebam per teſtes probatur dotantem fuiſſe pauperem, *vt per gloſſ. Bald. & alios alleg. ab add. ad Buratt. deciſ. 546. n. 9.*

Nec obſtat quod ſumma confeſſata ſit ſcutorum 450. cenſus vero ſcutorum 500. quia
34 diuerſitas ſummæ † nõ excludit verſionem ex alijs coniecturis probatam *Alex. conſ. 84. n. 4. lib. 7. Grat. d. diſcept. 897. n. 15.* & aduertendum eſt, quod accidit ſolui pro dote ſolum ſcuta 450. non quia à principio non fuiſſet conuentum de ſoluendis dictis ſcutis 500. in cõtanti, ſed quia bonorum ſtabilium, quæ in ſolutum reliquæ dotis tradenda erant pretiũ, præter contrahentium opinionem creuit de tempore traditionis. Vnde minus dici po-
35 teſt, quod cenſus, vt impoſitus ſuper bonis fideicommiſſi alienari prohibitis vltrà ſummam verſam in dotem ſit nullus in totum, vt *per Cenc. in addit. ad tract. de Cenſib. part. 1. capit. 2. qu. 1. art. 6. num. 15. & ſecundum vltimam impreſſ. quaſt. 19. ſub num. 33. verſ. ad hoc autem*, quia vt dicebam ab initio nullus aderat exceſſus, ſed contigit poſtmodum ex cauſa mox adducta, ſentiebat tamen vnus ex Dominis cenſum ſubſtineri ſolum pro rata ſcutorum 450. verſa in ſolutionem partis dotis, quia alienatio
36 bonorum fideicommiſſi † tenet ſolum pro concurrenti quantitate æris alieni ex bonis fideicommiſſi detrahendi, *Gabr. conſ. 118. nu. 5. verſ. ſecundo lib. 1. Decius conſ. 403. num. 18. Bellon. deciſ. Gen. 4. n. vlt. Hier. Leo in reſp. iur. impreſſ. poſt deciſ. Valent. 173. n. 179. lib. 2.*

Ex quibus reſolutum fuit vtraque parte informante dandam eſſe immiſſionem, maximè quia ad hunc effectum ſufficit † excep-
37 tionem fideicommiſſi non eſſe omninò claram, *Seraph. deciſ. 1200. num. 6. Buratt. deciſ. 853. nu. 4. Fontanell. deciſ. 165. nu. 7. Rot. inter recent. deciſ. 704. n. 1. ad med. par. 3.*

ROMANA CENSVS, SEV SALVIANI.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Saluianum datur emptori Cenſus ratione hypothecæ ſibi ſuper fundo cenſito competentis. Præſcriptio hypothecæ allegari nequit à tertio poſſeſſore habente cauſam à debitore titulo vniuerſali propter malam fidem authoris. Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 158.* excipit in verbis contractus cenſuales, ſub qua exceptione comprænenditur etiam pactum præſtandi fideiuſſorem in Inſtrumento Cenſus appoſitum, ſiue illud conſideretur, tamquam informatum à contractu cenſuali, & illius pars, ſiue vti acceſſorium contractui, & redditur ratio Statutum Vrbis *d. cap. 158.* Inducens præſcriptionem, etiamſi creditor habeat hypothecam generalem, & ſpecialem, niſi pignoris, & hypothecæ poſſeſſionem adeptus fuerit, & per conſequens tollere videtur etiam actionem hypothecariam, quia intelligitur de hypothecaria, quæ adhæret actioni perſonali, & ſic de directa contra ipſum debitorem, non autem de competenti contra tertium poſſeſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Pro fructibus cenſus, nedum decurſis, ſed etiam in futurum decurrendis agere poteſt creditor cenſus, vt ſibi adueniente tempore ſoluantur.*
2 *Fideiuſſoris præſtatio, ſeu renouatio in caſu obitus debitoris cenſus licitè promitti poteſt in inſtrumento cenſus.*
3 *Emptor cenſus agere poteſt in caſum moræ debitoris non præſtandi, ſeu renouandi fideiuſſorem ad damna, & intereſſe, & loco illorum ad ſortis reſtitutionem.*
4 *Saluianum conceditur probatis ſolitis extremis.*
5 *Clauſula* conſtituti *in Inſtrumento cenſus non transfert in cenſuarium poſſeſſionem, aut dominium fundi cenſualis, nec illum reſpicit, ſed cenſum.*
6 *Saluianum datur emptori cenſus ſuper fundo cenſito ratione hypothecæ ſibi competentis.*
7 *Inſtrumentum facit probationem probatam.*
8 *Hypoteca omnium bonorum continetur ſub obligatione Camerali.*
9 *Hypoteca competens emptori cenſus ſuper fundo cenſito prodeſt etiam eius hæredi.*
10 *Hæredem quem eſſe negare nequit, qui alias eum, vti talem agnouit.*
11 *Dictio* quondam *mortem ſignificat.*
12 *Poſſeſſio debitoris de tempore impoſitionis cenſus probatur ex clauſula* conſtituti *contra habentem cauſam ab ipſo debitore.*
13 *Poſſeſſio donatarij probatur ex clauſula* conſtituti *appoſita in Inſtrumento donationis.*
14 *Poſſeſſio rei conuenti probatur ex ſubſtentatione litis.*
15 *Hypotheca præſcribitur à tertio poſſeſſore ſpatio decennij inter præſentes.*
16 *Saluianum non datur ſine hypotheca.*
17 *Poſſeſſio authoris non ſuffragatur ad effectum allegandi præſcriptionem à poſſeſſore.*
18 *Poſſeſſio cum mala fide non eſt apta ad præſcribendum.*
19 *Præſcriptio allegari nequit ab habente cauſam à debitore titulo vniuerſali, quicquid ſit in ſucceſſore titulo ſingulari.*
20 *Præſcriptio allegari debet in actis.*
21 *Statutum Vrbis de præſcript. inducit per lapſum temporis præſumptionem ſolutionis.*
22 *Præſcriptio ſtatutaria allegari debet à debitore non ſimpliciter, ſed cum grano ſalis, ſcilicet quod creditor Ius non habet, quia quod petit ei ſolutum eſt, alias ſi dicit Ius eſſe præſcriptum nihil agit.*

23 Sta-

23 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. excipit in verbis contractus cenſuales.*

24 *Et ſub dicta exceptione cenſetur etiam comprehenſum pactum dandi fideiuſſorem in contractu cenſus appoſitum, ſiue illud conſideretur, tanquam informatum à contractu, & tanquam pars illius, ſiue tanquam acceſſorium accidentale contractui, num. 28.*

25 *Et tale pactum cenſetur preſeruatum, quouſque durat ipſe contractus.*

26 *Statutum quando preſeruat contractum, preſeruat etiam obligationem, & actionem ex ea reſultantem quæ eſt ipſi obligationi coniunctam.*

27 *Et per conſequens preſeruatum cenſetur pactum, ibi appoſitum, pro quo eadem actio competit.*

29 *Acceſſorium quando de per ſe ſtare non poteſt, non ſubiacet præſcriptioni, à qua immunis eſt contractus principalis.*

30 *Acceſſorium præſcribitur cum ipſo principali.*

31 *Diſtinctio inter acceſſorium accidentale independens, ac dependens refertur.*

32 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 158. inducens præſcriptionem, etiamſi creditor habeat hypothecam generalem, & ſpecialem, niſi pignoris, & hypothecæ poſſeſſionem adeptus fuerit, videtur tollere etiam actionem hypothecariam.*

33 *Intellige de hypothecaria, quæ adhæret actioni perſonali, & ſic de hypothecaria directa competente contra ipſum debitorem bona hypothecata poſſidentem, non autem de competenti contra tertium poſſeſſorem, & num. 36.*

34 *Contra tertium poſſeſſorem actio perſonalis exerceri nequit.*

35 *Contra tertium poſſeſſorem actio hypothecaria eſt realis, & in rem ſcripta.*

37 *Præſcriptio ſtatutaria locum non habet in actione reali.*

38 *Præſcriptio ſtatutaria diuerſimodè quoad hypothecariam procedit contra debitorem, & contra tertium poſſeſſorem.*

39 *Actio nedum perſonalis, ſed etiam hypothecaria oritur ex pacto dandi fideiuſſorem.*

40 *Emptor cenſus agere poteſt contra tertium poſſeſſorem fundi cenſualis hypothecaria, vel Saluiano interdicto.*

41 *Præſcriptio ſtatutaria à tertio poſſeſſore fundi cenſualis allegari nequit, quamuis actio contra debitorem ſit præſcripta, contra quem datur immiſſio pro præſtatione fideiuſſoris promiſſa, ac pro ſolutione fructuum, quia vtrumque eſt compatibile.*

42 *Fideiuſſoris præſtatio in Inſtrumento cenſus per receptionem fructuum cenſetur tantum remiſſa pro tempore præterito, non autem pro futuro.*

DECISIO CCCXI.

TAM pro fructibus Cenſus ad fauorem Mariani Perbenedicti vti hæredis claræ mem. Cardinalis nuncupati de Camerino ab Antonio Franciſco Bonino impoſiti decurſis & decurrendis, quam pro præſtatione fideiuſſoris promiſſi in caſum obitus eiuſdem Antonij Franciſci, Rota cenſuit dandam eſſe R. P. D. Perbenedicto immiſſionem ex vtili Saluiano in poſſeſſionem domus cẽſualis poſſeſſæ à Mario Iuccio.

Cum hac tamen diſtinctione, quod pro fructibus, qui etiam in futurum decurrendi, quando ſimul adſunt aliqui in præteritum decurſi peti poſſunt, † vt ſcilicet aduenienti-
1 bus temporibus ſoluantur, *Cinc. de Cenſib. q. 96. num. 15. & 16. & quæſt. 98. ſub num. 25. & 26. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 18. par. 4. nu. 18. & ſeqq. Surd. deciſ. 120. num. 13. & deciſ. 151. num. 12.* immiſſio ſuffragetur ad effectum ſibi ſatisfaciendi, pro præſtatione vero fideiuſſoris cuius
2 præſtatio, ſeu renouatio in caſum obitus debitoris, vel alterius fideiuſſoris potuit in Inſtrumento Cenſus licitè promitti, *Cinc. de Cenſib. quæſt. 52. ſub nu. 30. verſ. quod pactum, Grat. diſcept. 301. num. 6. Rot. deciſ. 542. num. 9. inter impreſſ. apud Cinc. ſecundum vltim. impreſſ.* Fructus qui impoſterum ex domo cenſuali percipientur, debeant deponi vſque ad concurrentẽ quantitatem ſortis principalis ipſius Cenſus, ac ſub depoſito manere, donec promiſſus fideiuſſor præſtetur, ad quem effectum permittitur em-
3 ptori Cenſus † in caſum moræ debitoris non renouantis, aut præſtantis fideiuſſorem promiſſum agere ad damna, & intereſſe, & loco illorum ad ſortis reſtitutionem, *Grat. diſc. 301. num. 6. Cinc. d. quæſt. 52. ſub nu. 30. verſ. nam ſi tempore, & qu. 106. num. 12. Scacc. de Camb. §. 1. qu. 7. par. 2. ampliat. 8. numer. 295. Rot. deciſ. 741. numer. 1. verſ. ſicut dicimus par. 1. diuerſ. deciſ. 87. num. 5. apud Cinc.*

Conſtat enim de actoris credito cum hypotheca, ac de poſſeſſione huius domus olim penes Antonium Franciſcum impoſitorem Cenſus, nunc penès Iuccium reum conuentum, quibus extremis probatis † conceditur
4 immiſſio ex vtili Saluiano interdicto, *Menoch. de adipiſc. remed. 3. num. 161. & ſeqq. Rot. deciſ. 141. num. 1. inter impreſſ. poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 407. num. 1. par. 5. recent.* etiam in fundum cenſualem non obſtante clauſula *conſtituti* in Inſtrumento cenſus appoſita, quia cum ea
5 clauſula † non transferat in cenſuarium poſſeſſionem, aut dominium fundi cenſualis, nec illum reſpiciat, ſed Cenſum vt aduertit, *Rota in Interamnen. Manutentionis 30. Aprilis 1620. coram bon. me. Vbaldo Seniori, & in Romana Domorum de Schandelerijs 4. Aprilis 1636. coram Eminentiſs. D. Card. Panzirolo impreſſ. part. 7. recent. deciſ. 114. num. 20.* non excludit, quin ſuper eodem fundo oriatur hypotheca ad fauorem
6 emptoris Cenſus, † & intentari poſſit remedium Saluiani, vt bene explicat *Cinc. de Cenſib. quæſt. 98. nu. 24. & ſeqq.*

Omnia inquam dicta extrema probantur ex publico Inſtrumento impoſitionis, ac vẽ-
7 ditionis cenſus, quod facit probationem probatam, *Dec. conſ. 36. num. 2. Ruin. conſ. 128. num. 1. lib. 4.* continet ſiquidem explicitam promiſſionem ſoluendi fructus Cenſus, ac dandi fideiuſſorem moriente impoſitore ſub hypo-
8 theca omnium bonorum, † quæ etiam ineſt obligationi Camerali, *Zacch. de obligat. Camer. quæſt. 31. num. 8. Barz. deciſ. 108. num. 29. Buratt. deciſ. 905. numer. 2.* & prodeſt tam emptori Cen-
9 ſus, † quam eius hæredi, *l. ſolutum §. ſi creditori ff. de pignor. act. aliyque relati à Modern. Veneto de*

transmiſſ.caſ.25. nu.2.& 3. qualem eſſe R.P.D. Perbenedictum, reus conuentus qui alias in Inſtrumento accollationis Cenſus, dato in *Summ. num.* 2. illi hoc nomine † promiſit ſol-
10 uere fructus Cenſus,negare non poteſt, *Bald. in l.ſi ponas §.1. verſ.item qui contrahit ff. inoff. teſtam. Dec.conſ.665.num.2.Neuiz.conſ.17.numer.8. Gozzad.conſ.3.nu.19.Surd.deciſ.133.nu.16.& 17.* Prout negare non poteſt purificatam fuiſſe promiſſionem dandi fideiuſſorem per obitū impoſitoris cum in eodem Inſtrumento cenſum accollauerit ad inſtantiam Marci Aurelij, tanquam hæredis d. impoſitoris cum inſuper nominando cum dictione *quondam*,
11 quæ mortuum † ſignificat *Bald.conſ.407.n.9. lib.1.Aym.conſ.148.nu.9.Grat.diſcept.895.nu.73. Peregr.de fideic.art.43 ſub nu.41.*

Continet vltrò idem Inſtrumentum Cenſus clauſulam *conſtituti*, ex qua contra aduerſarium habentem cauſam à conſtituente me-
12 diante donatione reportata ab eius hærede probatur ipſius conſtituentis poſſeſſio de tempore impoſitionis, *Grat.reſponſ.42. ſub numer.12.lib.2. Tiraquell.de conſtit.poſſeſſ.limit.1.numer.23.verſ.ſed quod diximus, Rot.deciſ.766.n.11. par.1.diuerſ.deciſ.150. num.5.in impreſſ.poſt Cinc. de Cenſib.* Ac tandem poſſeſſionem aduerſa-
13 rij † probat ſimile conſtitutum appoſitum in dicta donatione, *l. quod meo ff. acquir. poſſeſſ. Rimin.Sen.conſ.87.num.13. Afflict.deciſ.139.nu.9. Rot.deciſ.83.nu.1.par.1.recent.deciſ.520.n.2.par.2.* Concurrente præſertim ſubſtentatione litis,
14 licet hæc ſola ſine adminiculis non ſufficeret *Cæſ.de Graſſ.deciſ.4.de reſtit.ſpoliat. Anton.Auguſt. in Epithome tit. de vtroque extremo Pacif. de Salu. inſp.1.c.6.n.7.Rot.dec.488.n.8.apud Cinc.de Cenſ.*

Non obſtat præſcriptio ſtatutaria ſexdecim annorum inducta à ſtatuto Vrbis *c.158. lib.1.* vel decennalis † per quam de iure com-
15 muni tertius poſſeſſor vindicat libertatem aduerſus hypothecam creditoris inter præſentes, *l.1.& 2. Cod.ſi aduerſ.cred. præſcr.oppon. Aym.conſ.148.num.6.Neguſ.de pignor.2.membr.6. par.num.1.& ſeqq. Afflict.deciſ.139.numer.1.& ibi*
16 *Vrſill.num.1.* & per conſequens † excluditur Saluianum, *Rot.deciſ.85. num. 2. apud Pacif.de Saluian.* vtraque autem videtur intrare ſaltem reſpectu præſtationis fideiuſſoris in locum impoſitoris demortui,ex quo ille obijt de anno 1628. & ab eo tempore nuſquam petita fuit fideiuſſoris præſtatio.

Nam decennalis non adeſt cum reus conuentus non poſſederit domum de qua agitur niſi ab anno 1641. de quo tempore fuit illi donata ab Aurelio hærede impoſitoris Cenſus, nec iuuari poteſt acceſſione poſſeſſionis
17 ab eodem hærede eius † authore per lōgum tempus antea cōtinuatæ iuxtà diſpoſitionem, *tex in l.Pomponius §.præterea,ibi alij emptorum acceſſione venditoris 2 ſurum, §.ſi is qui & l.ſi ſeruus, ff.acq.poſſeſſ.ac tradita ab Alex.conſ.219. n.6.lib.3.*
18 Quia talis poſſeſſio † non eſt idonea præſcriptioni propter malam fidem impoſitoris, vtpotè gnari ſe non adimpleuiſſe promiſſa trāsfuſam in rei conuenti authorem ſucceſſorem
19 impoſitoris titulo vniuerſali, † quidquid ſit in ſucceſſore titulo ſingulari, vt diſtinguendo bene declarauit, *Rot.deciſ.85. num.9.& ſeqq.deciſ.86. numer.2.& 3. impreſſ.poſt Pacif.de Salu.deciſ.112.num.21.coram Comitulo, ac tradit Scappuc. de Saluian.lib.2. quæſt.21.num.1. verſ.& quamuis, & ſub n.7.verſ.tertio declaranda eſt Pacif.eod.tract. inſpect.2.cap.2.n.269.& ſeqq.*

Præſcriptio item ſtatutaria, præter quod
20 non fuit in actis oppoſita,† vt debuit *Azeued. in Regias Conſt.Hiſpan.lib.4. tit.15.leg.6.ſub n.64. & 65.* vbi in terminis ſimilis Conſtitutionis
21 inducentis per lapſum temporis † præſumptionem ſolutionis, prout inducit ſtatutum Vrbis *Gabr.conſ.8.nu.3.& ſeqq.lib.2.* monet debitorem vt præſcriptionem alleget, non ta-
22 men ſimpliciter, † ſed cum grano ſalis, ſcilicet quod creditorius non habet, quia quod petit ei ſolutum eſt, & ſic præſumitur per lapſum temporis ſtatutarij, alias ſi diceret, quod præſcriptum eſt ius, nihil ageret, *Gutier.in repet.l.nemo poteſt num. 200.& ſeqq. ff.leg.1. Cancer.var.reſol.to.1.cap.18.n.28.*

Non intrat quia in verbis ſtatuti 158. exci-
23 piuntur contractus cenſuales, † ibi, *exceptis dotibus, donationibus propter nuptias, ac cenſibus, &c.* ſub qua exceptione comprænditur etiā
24 pactū dandi fideiuſſorem] † in contractu cenſus appoſitum, ſiue illud conſideretur tanquam informatum à contractu cenſuali, & illius pars, prout verè eſt, *l. fundi partem 79. ff.contrah.empt.l.ſi ſterilis 22. §.ſi tibi, ff.act.empt. Fab.de error.pragmat. decad.9. error.10. num.1.& in Cod.lib.4. titul.36. deffin.1.* nam ſic cenſetur
25 præſeruatum, quouſque durat ipſe contractus, *Auend.de exequend.mandat.part.2.cap.30.ſub nu.10.verſ.tamen eſt verum, Cancer.var.reſol.to.1. cap.14. nu.86.* cumque ſtatutum præſeruando
26 contractum, † præſeruet ſimul obligationem, & actionem ex ea reſultantem, quæ eſt ipſi obligationi coniuncta, *l.licet §.ea obligatio ff.procurat.Oliban.de act.par.1.lib.1. cap.6.n.2.& cap.8. num.22.* conſequens eſt vt præſeruatum dica-
27 tur † etiam pactum, ibi appoſitum pro quo eadem actio competit, *Mant.de tac.lib.1.tit.14. num.12.& 13.* cum eiſdem qualitatibus, *Angel. in §.actionem autem num.58.verſ.quæritur numquid Inſt.de act.Iaſ.ibid.n.94.& ſeq.Oliban.de act.par.1. lib.2 ad d.§.actionum autem ſub nu.36.verſ.retinet.*
28 Siue conſideretur † tanquam acceſſorium accidentale contractui, acceſſorium enim præſertim, quod per ſe ſtare non poteſt, non
29 ſubiacet † præſcriptioni à qua immunis eſt contractus principalis, *vt ex text. & ibi Abbas num.6. in cap.cum ex officij de præſcript.notat. Azeued.in Conſt.Regias lib.4.tit.15.l.1.num.31.* ſicuti
30 è conuersò † cum ipſo principali præſcribitur, *l.eos in princ.Cod.vſur.Gomeſ.var.reſol.tom.2. cap.11.nu.45.Pelaez.d.maiorat.part.1.quæſt.10.ſub num.57.Azeued.ibid.ſub numer.30.Mantic.de tacit. lib.1.tit.14. num.8.circa fin.* vbi diſtinguit inter acceſſorium accidentale independens, † ac
31 dependens quale eſt in cōtractu cenſuali pactum præſtandi fideiuſſorem pro ſecuritate ſortis, & fructuum Cenſus.

Et addebat vnus ex Dominis, quod licet ſtatutum Vrbis 158. inducat præſcriptionem etiam

32 etiam † ſi creditor habeat hypothecam generalem, & ſpecialem, niſi pignoris, & hypothecæ poſſeſſionem adeptus fuerit; vnde videtur tollere etiam actionẽ hypothecariam;
33 hoc tamen intelligendum eſt † de hypothecaria, quæ adhæret actioni perſonali, vt in puncto aduertit *Gabr.conſ.148.ſub num.5. verſ. cum igitur, & num.8. lib.2.* atque ità de hypothecaria directa competente contra ipſum debitorem bona hypothecata poſſidentem, non autem de competenti contra tertium
34 poſſeſſorem, contra quem † cum exerceri non poſſit actio perſonalis producta à contractu cenſuali, vt in terminis *Cancer.var.reſolut.tom.1.cap.15.ſub num.57.& text.in l.1.§.ſi hæres ff. ad Trebell.* illi adhærere huiuſmodi hypothecariam dici non poteſt, ſed eſt realis,
35 ſeu in rem ſcripta, vt egregiè diſtinguit *Alber. in l.3.§.1.nu.3.ff.ad exhib.& in rubr. ff.pignor.n.1. Tiraquell.de retract.conſang.§.8.gloſſ.5.nu.11. Menoch.conſ.1161.num.6.& 7.Altograd.conſ.3.nu.28. & 29. ac ſeq.* vbi ex hoc infert, quod hæc hy-
36 pothecaria † non cadit ſub diſpoſitione Statuti, eamdemque opinionẽ videtur amplexa, *Rot.in Romana Saluiani interdicti coram Penia impreſſ.apud Pacif.deciſ.9. num.5.* vbi conceſſa fuit ex Saluiano interdicto ratione hypothecæ immiſſio creditori contra tertium poſſeſſorem, & ad obiectum præſcriptionis ſtatutariæ, reſpondetur quod non habet locum † in
37 actione reali, quod etiam notat, *Mareſc.var. reſol.lib.2.cap.67.num.27.& 28.* vbi loquitur in terminis actionis realis orientis ex contractu cenſus; quodque præſcriptio inducta à Statuto diuerſimodè quoad hypotecariam pro-
38 cedat † contra debitorem, & contra tertium poſſeſſorem tradit *Gomeſ.in l.Thaur.63.ſub n.2. verſ.ex qua lege Azeued.in Conſtitut. Regias lib. 4. tit.15.num.67.& 68.*

Cum igitur ex pacto dandi † fideiuſſorem
39 oriatur nedum actio perſonalis, ſed etiam hypothecaria, *Negaſ.quæſt.412. num.19.* & creditor elegerit agere hypothecaria, vel Saluia-
40 no interdicto contra tertium † poſſeſſorem fundi cenſualis, vt eligere potuit, *Gabr. conſil.47.nu.13.in fin.lib.1.cum allegatis Cinc.de Cenſib.quæſt.98.num.41.Mareſcott.in punct.ad excluſionum præſcriptionis ſtatutariæ var.reſolut.lib.2.c.67. ſub numer. 28.* eſto quod præſcripta eſſet actio
41 contra debitorem † allegari non poteſt præſcriptio à reo conuento tertio poſſeſſore, cõtra quem propterea eſt danda immiſſio pro præſtatione fideiuſſoris, ſeu depoſito eius loco, ac ſimul pro ſolutione fructuum, quia vtrumque eſt compatibile, vt dixit *Rota deciſ.542.num.9. apud Cinc.de Cenſib.* non obſtante quod poſt mortem impoſitoris creditor
42 aliquos fructus receperit, † exindè enim cenſetur remiſſa præſtatio fideiuſſoris pro tempore præterito dumtaxat non autem pro futuro, *Grat.diſcept.301.num.53.deciſ.192.n.16. par.5.recen.& in alijs relatis in adnotat.ad dec.542. nu.36.par.4.to.2.recent.*

Et ità deciſum vna tantum parte Informãte cum altera diù expectata, & citationibus, laceſſita informare noluerit.

Pars Prima.

NEAPOLITANA CIMILIARCATVS.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Cimiliarcatus non ſignificat dignitatem ſed officium Theſaurarij, ſiue Sacriſtæ. Regula 4. Cancellariæ reſeruat ſolum primam dignitatem in Cathedrali, & principalem in Collegiata, niſi adſint duę ęquè maiores, & æquè principales, & huiuſmodi qualitas plenè, & concludenter probanda eſt. Cimiliarcatus ex quibus excludatur, quod non ſit prima dignitas in Eccleſia Neapolitana? Reſeruatio Regulę 4. Cancellarię non comprehendit principales dignitates exiſtentes in Collegijs, ſed in Collegiatis.

SVMMARIVM.

1 *Regula 3. hodie 4. Cancellariæ reſeruat dignitates maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis Eccleſijs. Intellige vt num.6.*
2 *Cimiliarcatus nomen à lingua Græca deriuat, nam Cimilia ſunt vaſa Sacra Sanctorum reliquiæ, & alia pretioſa, in quibus conſiſtit theſaurus Eccleſiæ.*
3 *Cimiliarcatus nihil aliud ſignificat, quam officium theſaurarij, vel Sacriſtæ, & de Iure communi non ſonat in dignitatem, nu.4.*
5 *Nomina officij Eccleſiaſtici de Iure communi non ſonant in dignitatem, præterquam Archidiaconatus, & Archipresbyteratus.*
6 *Regula 4. Cancellariæ non reſeruat omnes dignitates, ſed vnam tantum, illam videlicet, quæ in Cathedrali ſit prima poſt Pontificalem, vel principalis in Collegiata, niſi adſint duæ æquè maiores, & æquè principales.*
7 *Dignitas prima poſt Pontificalem in Cathedrali, & principalis in Collegiata eſt plenè, & concludenter probanda ad effectum reſeruationis inductæ à Regula 4. Cancellariæ.*
8 *Prima dignitas in Eccleſia Cathedrali Neapolitana eſt Primiceriatus, vt probatur ex enunciatiuis Summorum Pontificum, necnon ex ſententijs Rotalibus, licet in vltima ab illis recedendo pronunciatum fuerit primam dignitatem reſidere penes primum Diaconum, num.10.*
9 *Enunciatiuæ plures, & excedentes metam centum annorum ſunt magni momenti in antiquis, præſertim ad probandam qualitatem beneficij, n.10.*
11 *Tertius venire poteſt ad cauſam ad excludendum vtrumque collitigantem.*
12 *Sententia antiqua probat etiam ſine actis.*
13 *Et contra tertium non citatum maximam facit præſumptionem boni Iuris.*
14 *Res iudicata pro veritate habetur.*
15 *Prima dignitas dignoſcitur ex ordine ſeſſionis, & quæ in vltimo loco ſedet reputatur inferior.*
16 *Ex ordine ſeſſionis infertur ad ordinem dignitatis, quia dignioribus prima ſedes debetur.*
17 *Viſitationibus Ordinariorum multum deferendum eſt, quia tunc inquirunt de qualitate, & ſtatu beneficiorum ſuæ Diœceſis.*

18 *Status vltimus in beneficialibus attenditur pro cognoſcenda qualitate beneficij ad effectum includendæ, vel excludendæ reſeruationis.*

19 *Præſertim quando vltimo loco prouiſus beneficium per 40. annos pacificè poſſedit, nam ex hoc actu quamuis vnico habente ſucceſſiuam, ac temporis requiſiti continuationem, ſufficiens inducitur præſumptio ſtatus beneficij, & nu.20.*

21 *Status vltimus in beneficialibus non attenditur, vbi conſtat de anteriore contrario.*

22 *Declara concluſionem procedere quando conſtat de anteriori ſtatu contrario per probationes perfectas ſecus ſi per imperfectas.*

23 *Dignitas quod ante alias fuerit erecta arguit ſolum prioritatem originis, ſed non dignoritatem, vbi aliæ dignitates adſunt maioris præheminentiæ.*

24 *Auditor Cameræ nullam habet Iuriſdictionem in beneficialibus.*

25 *Fama etiam in antiquis non ſuffragatur concurrentibus contrarijs coniecturis.*

26 *Fama debet eſſe conſtans, & inconcuſſa apud omnes.*

27 *Teſtes de fama deponentes conuincuntur, quando contra eam plura concurrunt in contrarium, vel tamquam non ſufficienter informati fidem non merentur.*

28 *Scripturis in concurſu potius ſtandum eſt, quam teſtibus.*

29 *Dignitas quamuis aliquibus fruatur prærogatiuis exinde reputari nequit dignior alijs dignitatibus eiuſdem Eccleſiæ, habentibus alias præheminentias, ac prærogatiuas.*

30 *Prima dignitas poſt Pontificalem in Cathedrali, ſi expers eſt reſeruationis, tunc ſequens dignitas reputatur prima ad effectum reſeruationis regulæ 4. Cancellariæ.*

31 *Optio vt competat concurrere debet, vel conſuetudo optandi, vel particulare ſtatutum Eccleſiæ, vel priuilegium Apoſtolicum.*

32 *Reſeruatio impedit optionem.*

33 *Dignitas exiſtens in cathedrali non maior poſt Pontificalem, ſi ex indulgentia Sedis Apoſtolicæ habet ſub ſe Canonicos in Eccleſia Collegiata, ibique principalis dignitas ſit cadit ſub reſeruatione Regulæ 4. Cancellariæ.*

34 *Declara procedere, ſi Collegiata eſt actu diſtincta à Cathedrali.*

35 *Secus quando Collegium, cuius talis dignitas eſt caput exiſtit in ipſa Eccleſia Cathedrali, quia Papa non reſeruauit principales Dignitates in Collegijs, ſed in Eccleſijs Collegiatis.*

36 *Reſeruatio Regulæ quartæ Cancellariæ, vt intret inſpiciendum eſt, an Eccleſia ſit Cathedralis, vel Collegiata non attento, an in Cathedrali vltra Capitulum Canonicorum adſit etiam Collegium, quia Papa in eadem Eccleſia vno tantum lumine voluit priuare ordinarios collatores.*

37 Lotther. de re benefic. lib. 2. qu. 33. num. 58. *reprobatur.*

DECISIO CCCXII.

REGVLA tertia, hodie quarta Cancellariæ in prima parte reſeruat collationi
1 Summi Pontificis † dignitates maiores poſt Pontificales in Cathedralibus, necnon principales in Collegiatis Eccleſijs, & ex vtroque capite Informantes pro Domino Abbate Vrſio, qui fuit prouiſus de Cimiliarcatu Cathedralis Eccleſiæ Neapolitanæ, tanquam de reſeruato illius reſeruationem deducebant; nempè quia Cimiliarcatus ſit in Cathedrali maior dignitas poſt Pontificalem vel principalis in Collegiata, ideò propoſui hodie diſcutiendum, An Cimiliarcatus cadat ſub reſeruatione? & negatiuè Rota reſpondit.

Omiſſo enim an Cimiliarcatus de ſui natura ſit dignitas, vel officium cum in lingua
2 greca à qua deriuat, † Cimilia ſint vaſa ſacra Sanctorum Reliquiæ, & alia pretioſa, in quibus conſiſtit theſaurus Eccleſiæ, vndè Cimi-
3 liarcatus nil aliud ſignificat, † quam officium Theſaurarij vel Sacriſtæ, *gloſſ. in l. fin. verb. in Ciminiliarchio Cod. bon. auth. Iud. poſſid. Hoſtieu. in ſum. de offic. Sacriſtæ poſt princ. verſ. vocatur, & in cap. ea quæ numer. 1. de offic. Archidiac. Petrus Gregor. Syntagmat. Iur. lib. 15. cap 39. nu. 4. Marſil. de Eccleſiaſt. reddit. par. 2. cap. 12. num. 18.* quod de Iure com-
4 muni non † ſonat in dignitatem, *Aret. conſ. 23. num. 4.* vbi quod nulla nomina officij Eccle-
5 ſiaſtici de iure † communi ſonant in dignitatem, niſi Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, *Germon de Indult. Card. §. etiamſi ſecularia num. 19. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 27. numer. 27. fol. 450.*

Quia regula quarta non reſeruat omnes di-
6 gnitates, † ſed vnam tantum, illam videlicet quæ in Cathedrali ſit prima poſt Pontificalem, vel principalis in Collegiata, niſi adſint duæ æquè maiores, & æquè principales, vt *in reg. 3. Cancellariæ notat Mandoſ. quæſt. 3. num. 2. verſ. contrarium, & per tot. quæſt. 4. ſub nu. 7. & per tot. Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 2. num. 7. Garz. de beneſ. par. 5. cap. 1. nu. 202. & ſeqq. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 57. num. 100. & ſeq. Caſtropal. oper. moral. to. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 19. nu. 3.* Non ſufficit probare, quod Cimiliarcatus ſit dignitas, ſed vl-
7 trò probandum eſt, † quod ſit prima poſt Pontificalem in Cathedrali, aut principalis in Collegiata, vel coequalis primæ, ac principali, & quidem per probationes plenas, & neceſſarias, *Put. deciſ. 265. lib. 3. Caualer. deciſ. 266. num. 6. deciſ. 46. num. 3. & 4. par. 4. diuerſ.* & in terminis huius regulæ, *Add. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 411. num. 5. in fin. Rot. deciſ. 143. num. 1. par. 7. recent.*

Tantum autem abeſt huiuſmodi probatio quod imò in contrarium dantur. Primò tres enunciatiuæ, quod prima dignitas in Eccle-
8 ſia Cathedrali Neapoli ſit † Primiceriatus altera videlicet in litteris Leonis X. de anno 1521. *Summ. Iuenis num. 1.* altera Pauli III. de anno 1538. *Summ. ibid. num. 2.* Tertia Vincentij Cardinalis Caraffæ Archiepiſcopi Neapolitani de anno 1539. *Summ. num. 3.* quæ cum ſint plures diuerſarum perſonarum, & excedant metam centum annorum maximi mo-
9 menti ſunt, *Felin. in cap. cum cauſam nu. 4. de probat. Seraph. deciſ. 1334. num. 2. Put. deciſ. 149. nu. 2. lib. 3. Rot. deciſ. 91. num. 2. in fin. par. 1. recent.* & in
10 terminis ad probandam † qualitatem beneficij

ficij, *deciſ.163.num.2. deciſ.202.numer.1.part.1. ibidem.*

Secundò tres ſententiæ Rotales latæ ſuper maioritate inter Primicerium, & primum Diaconum eiuſdem Cathedralis, in quarum Prioribus dictum fuit Primiceriatum eſſe primam dignitatem, in tertia verò ab illis recedendo ex nouiter deductis pronunciatur coram Mohedano, quod prima dignitas poſt Pontificalem reſidet penes primum Diaconum, & quamuis latæ fuerint non citato Cimiliarcha, quia tamen ob rei qualitatem, ac diuturnitatem temporis, quo lis durauit, impoſſibile eſt, quod Cimiliarcha illarū ſcientiam non habuerit, & admodum inueriſimile, quod ſi ſibi in Eccleſia maioritas fuiſſet
11 debita ad cauſam † vtrumque excluſurus ſe admitti non feciſſet, vt poterat *Io.Andr.in c.2. numer.1.verſ.ſi vero, & ibi Gemin. verſ.ſi vero ſub num.9.vt lit.pend.in 6. Facchin.controu.Iur.lib.1. cap.5.add.ad Greg.XV.deciſ.259.num.7.* multùm deferendum videtur dd.ſententijs, quæ propter antiquitatem ferè cētum annorum pro-
12 bant † etiam ſine actis, *Caſſador.deciſ.3.num.5. de procur.Put.deciſ.328.lib.2.in corr.Rot.deciſ.143. num.8.par.2.diuerſ.& in Auximana Sepulturæ 28. Maij 1646.coram R.P.D.meo Arguelles,* ac etiam contra tertium non citatum † faciunt vehe-
13 mentiſſimam præſumptionem boni Iuris, *Seraph.deciſ.1422.ſub num.8.* Præſertim ſtante antiquiſſima poſſeſſione primi Diaconi, & re
14 iudicata, † quæ pro veritate habetur, *l.res iudicata 208.ff.reg.iur.Surd.conſ.106.num.13.Rot. deciſ.404.num.1.par.1.recent.* Necnon pluribus actibus capitularibus ab anno 1502. datis in *Summ. Iuenis num. 6.* in quibus ipſo Cimiliarcha præſente, & acquieſcente poſt primum Diaconum, Primicerium, & alios nominatur ſexto, vel ſeptimo loco Cimiliarcha,
15 quod † eſt ſignum eius inferioritatis, *Mandoſ. conſ.27.nu.5.Caſſan.in Catal.glor.mund.par.1.conſider.17.Gonz.ſuper reg.8.Cancel.gloſſ.5.§.7.n.31. Grammat.deciſ.64.n.28.add.ad Greg.XV.dec.411. ſub num.5.verſ.& nominatio, Rot.deciſ.322.num.5. par.6.recent.*

Tertiò accedit viſitatio Ordinarij de anno 1582. *Summ.num.5.* in qua habetur, quod Cimiliarcha habet dignitatem, non tamen inter Canonicos, ſed tantum inter hebdomadarios, quodque ille ſedet in ſua ſede; ex or-
16 dine enim ſeſſionis † infertur ad ordinem dignitatis, quia dignioribus primæ ſedes debentur, *Card.conſ.30. num.7. Lotther.de re benef. lib.2.quæſt.33.num.50. Grammat.d.deciſ.64.nu.20. Seraph.deciſ.1445.num.3. Rot.deciſ.518.ſub nu.3. par.1.diuerſ.deciſ.310. num.3.& ibi add.num.9.coram ſan.mem. Greg.XV.* & multum deferri ſolet viſitationibus Ordinariorum, † quia tunc
17 inquirunt de qualitate, & ſtatu beneficiorum ſuæ Diœceſis, *Caſſad.deciſ.2.num.3.de cauſ.poſſ. & propr.Seraph.deciſ.780.nu.1.Greg.XV.dec.482. num.6.& in his terminis Rot.deciſ.465.nu.3.par.4. tom.3.recent.*

Quartò dirimit omnem controuerſiam vltima prouiſio huius Cimiliarcatus facta à Gregorio XIII. in perſonam Octauij Floriani cum explicita aſſertione, quod Cimiliarcatus non eſt dignitas maior poſt Pontificalem, *Summ.num.11.* nam vltimus ſtatus attenditur
18 pro † dignoſcenda qualitate beneficij ad effectum includendæ, vel excludendæ reſeruationis, *Calder. conſ.23.de probat. Put.deciſ.206. num.1.Caualer.deciſ.639.nu.9.Rot.deciſ.2.de præbend.in nou.deciſ.154.nu.3.& ſeqq par.1.dec.340. num.5.par.3. recent.& in punct.regul.4. deciſ.465. num.1.deciſ.633.num.4. par.4.tom.3.& 4.dec.143. num.2.& 20.par.7.* Quo magis quia Florianus
19 ſic prouiſus † poſſedit Cimiliarcatus per 40. & ampliùs annos ad tradita per *Abb.in cap.fin. numer.18. verſ.diſtingue tamen de conſuet.* vbi ait, quod vnus actus ſi habet cauſam ſucceſſiuā,
20 ac temporis requiſiti continuationem † inducit ſufficientem præſumptionem, eumque ſequitur *Dec.conſ.134.ſub num.1.circa finem verſ.vt notat Abb.Rot.deciſ.290. nu.8.& 9.part.5. recent.* & quia agitur contra Abbatem Vrſiū, qui cum veniat ex vacatione per obitum d. Floriani prouiſi de Cimiliarcatu, vti non maiori dignitate videtur agnouiſſe huius aſſertionis aliorumque in litteris Apoſtolicis Floriani narratorum veritatem, ac iuſtificationem.

21 Non obſtat, quod vltimus † ſtatus non attendatur, vbi conſtat de anteriori contra-
22 rio, quia hoc procedit † quando de anteriori ſtatu cōtrario conſtat per probationes perfectas; ſecus ſi per imperfectas, vt bene declarauit *Rota d.deciſ.465. num.7.par.4.tom.3.rec.* quales ſunt exaduerſo adductæ. Siquidem antiquus Codex Eccleſiæ, quem ſecuti fuerunt aliqui Scriptores hiſtoriarum refert ſolum quod Cimiliarcatus fuit à S.Silueſtro, ante alias dignitates erectus, † quòd conuin-
23 cit prioritatem originis, ſed non dignioritatem, vbi aliæ dignitates adſunt maioris præheminentiæ, *Io.de Anan.in cap.de multa num.21. in fin.de præbend.Pacian.de probat.lib.2.cap.27.numer.11.*

Teſtes deponentes de communi reputatione, & fama, quod Cimiliarcatus ſit prima dignitas, præter quod patiuntur exceptiones perſonales, & fuerunt examinati vigore remiſſorialium A.C. carentis prorſus Iuriſdi-
24 ctiones in beneficialibus † *Acchill.deciſ. 24. de appell.Coccin.deciſ.169. num.1.Rot.inter recent.deciſ.271.num.4.par.1.* non releuant, quia contrarium apparet ex ſcripturis ſupra deductis, & communis reputatio, & fama, quantum-
25 cumque in antiquis † non ſuffragatur concurrentibus contrarijs coniecturis, tunc enim
26 non eſt inconcuſſa, † & conſtans apud omnes vt requiritur, & teſtes de ea deponentes
27 conuincuntur † ſi non de mendacio, ſaltem de non ſufficienti informatione, *Rot.dec.176. num.6.part.1.diuerſ.deciſ.182.num.7.part.1.recent. deciſ.325.num.17.& 18.coram Gregor.XV.deciſ.6. nu.5.coram Card. Caualerio,* magiſque ſtandum
28 eſt ſcripturis, † quàm teſtibus, *l.Cenſus ff.de probat.gloſſ.in cap.3. loco verb.teſtium eod.tit. Roman. conſ.319.num.1. Caſſan.conſ.16.num.1.Rot.dec.64. num.17.par.5.recent.*

Tandem quod Cimiliarcatus gaudeat ali-

quibus prærogatiuis recenſitis in libro Eccleſiæ Neapolitanæ *Summ.Vrſy num.*10. non ef-
29 ficit, † vt ſit dignior alijs dignitatibus eiuſdem Eccleſiæ habentibus alias præheminentias ſuperiùs adductas, vt in puncto ad effectum regulæ quartæ reſpondit, *Gonz.ſuper regul.8.gloſſ.51.num.56.* quo minus dum in vltimo ſtatu continuato vltra 40. annos Cimiliarcatus non fuit collatus, & poſſeſſus tamquam prima dignitas.

Rurſus non obſtat, quod cum Primiceriatus, & primus Diaconatus ſint expertes reſeruationis regulæ quartæ, ille quia eſt de iurepatronatus laicorum, hic quia ſubiacet
30 optioni ſequens dignitas, † & ſic Cimiliarcatus cadat ſub regula, vt bis Rota reſoluit in Deciſionibus relatis *à Garz. de benef. part.5. cap.1.num.270.& in his terminis tradit Lotther. de re benef.lib.2. quæſt.33. num.43.* tum quia non fuit probatum, quod Cimiliarcatus ſit tertia dignitas; imò apparet Cimiliarcam ſedere quinto ſexto, & ſeptimo loco, & ipſe liber Hiſtoriæ Cioccarelli exaduerſo relatus *Summ. Vrſii num.7.* narrat Cimiliarcam habere vltimum locum inter ſeptimos Canonicos presbyteros præbendatos, tum etiam quia quoad primum Diaconatum actus, qui dantur in *Summ.Vrſii num.* 22. non concludunt optandi conſuetudinē, ſine quà aut particulari ſtatuto,
31 ſeu priuilegio Apoſtolico † optio non competit, vt notant Doctores *in cap.fin. de conſuet. in 6.Gonz.ſuper reg.8.gloſſ.14. num.12.& 13.Mouet.de option. cap.2. num.1.* & in dubio reſerua-
32 tio † impedit optionem, *Parıſ.conſ.10.num.5. lib.4.Gonz.dicta gloſſ. 4.num.2. Azor.inſtit.moral. par.2.lib.6.cap.26.quæſt.14. verſ.Porrò, Paul.Granut.in addit.ad Simonett.de reſeru.quæſt.45. Litt.B. & quæſt.54.nu.6.Put.deciſ.4.lib.2.* cum alijs pleno calamo congeſtis *à Moneta de option. cap. 3. num.41.& ſeqq.*

Quo verò ad aliud caput reſeruationis ex quo Cimiliarcatus ſit principalis dignitas in Collegiata admiſerunt Domini, quod digni-
33 tas exiſtens in Cathedrali † non maior poſt Pontificalem ſi ex Indulgentia Sedis Apoſtolicæ, aut aliquo alio iure habet ſub ſe Canonicos in Eccleſia Collegiata, ibique principalis dignitas ſit cadit ſub regula quarta, quan-
34 do Eccleſia Collegiata † eſt actu diſtincta à Cathedrali, in quibus terminis loquitur *Garz, de benef.par.5.cap.1.num.260.Gonz.gloſſ.51.n.55, Barboſ.de poteſt. Epiſcopi alleg.57.num.98.Lotther. lib.2.quæſt.33.num.2.& 22.Monet.de option.cap.3. ſub num.59.* non autem quando Collegium,
35 cuius talis † dignitas eſt caput exiſtit in ipſa Eccleſia Cathedrali, prout exiſtit Collegium hebdomadariorum cui præeſt Cimiliarca, quia Papa non reſeruauit principales dignitates in Collegijs, ſed in Eccleſijs Collegiatis ibi, *principales in Collegiatis Eccleſijs*, vndè vt intret reſeruatio inſpiciendum tantummodò
36 eſt, † an Eccleſia ſit Cathedralis, vel Collegiata non attento, an in Cathedrali vltra Capitulum Canonicorum adſit etiam Collegium beneficiatorum, cum Papa in eadem Eccleſia vno tantum lumine voluerit pri-

uare ordinarios collatores, vt poſt *Mandoſ. tradit Gonz.gloſſ.21. numer.7. Garz.& alij relati à Caſtr.Palao oper.moral.tom.2. tract.13.diſp.2.puncto 19.num.3.*

Ex quibus reiecta opinione *Lotther.d.qu.33.*
37 *num.58.* † qui fuit Aduocatus pro Cimiliarca in cauſa tunc pendente in Rota, deciſum fuit vtraque parte Informante Cimiliarcatum non cadere ſub reſeruatione.

GERVNDEN. BENEFICII.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Incompatibilitas non inducitur de Iure reſpectu acquiſitionis, ſed retentionis, quod tamen non procedit, quando contrarium fuit in fundatione diſpoſitum, quia tunc Teſtatoris voluntas ſeruanda eſt. Per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, ſuper quo pendet lis non tenetur quis dimittere primum pacificè poſſeſſum durante lite ſuper ſecundo, licet è conuersò lis ſuper primo non efficit, vt illud poſſit retineri cum ſecundo, abſque controuerſia deindè obtento.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentia à fundatore an ſit probanda genericè, vel per gradus diſtinctos, quando alius concurrit, qui eſt de genere eiuſdem fundatoris?*

2 *In gradu remotior dici nequit, qui ex vno tantum latere talis eſt, niſi ex vtroque latere idem probetur, cum poſſibile ſit, quem ex vno eſſe proximiorem, licet ex altero remotior.*

3 *Incompatibilitas plurium beneficiorum non reſultat reſpectu acquiſitionis, ſed retentionis.*

4 *Limita non procedere quando contrarium deſumitur in fundatione, à qua non eſt recedendum.*

5 *Habilitas à Teſtatore requiſita in præſentato adeſſe debet tempore præſentationis, quando verba fundationis reſpiciunt tempus præſentationis, ſecus vero ſi reſpiciunt præſentationis proſecutionem, tunc enim ſuſſicit, quod habilitas adſit aptitudine & deinde actu ſuperueniat, nu.6.*

7 *Incompatibilitas etiam reſpectu acquiſitionis reſultat, quando lex fundationis obſtat, & agitur de aſſecutione beneficij fundati à laico, qui non præſumitur ſe conformare voluiſſe cum diſpoſitione iuris canonici admittentis compatibilitatem reſpectu acquiſitionis, prout præſumitur in fundatore Eccleſiaſtico.*

8 *Beneficia plura obtinens ſi ad aliud præſentetur, & ex lege fundationis cauetur, quod obtinens vltra vnum beneficium, aliud renunciare teneatur intelligitur de renunciatione facienda ante præſentationem.*

9 *Habilitas quoties à principio requiritur, ſatis non eſt quod poſtea interueniat.*

10 *Præſertim poſtquam alteri fuit ius quæſitum.*

11 *Per aſſecutionem ſecundi incompatibilis litigioſi, quis non tenetur dimittere primum beneficium, quod tamen procedit in caſu incompatibilitatis in-*

ductæ

ducta à Iure communi, cui in dubio fundator cenſetur ſe velle conformare.

12 *Secus quando incompatibilitas eſt inducta ab homine, eaque ex lege fundationis reſiſtit principio acquiſitionis, nam mitiùs agitur cum diſpoſitione iuris communis quam fundatoris.*

13 *Aſſequens ſecundum incompatibile litigioſum non tenetur dimittere primum abſque controuerſia poſſeſſum, & è converſò lis ſuper primo non efficit vt illud poſſit retineri cum ſecundo pacificè obtento.*

14 *Obtinens plura beneficia, ad ſubſtentionem ſufficientia, vel alias incompatibilia non poteſt abſq; diſpenſatione Apoſtolica prouideri de alio incompatibili, quia litigioſum eſt.*

15 *Diſpenſatio ad plura beneficia non ſuffragatur, ſi Papæ narratum non fuit incompatibilitatem prouenire ex lege fundationis, cui Papa non cenſetur voluiſſe derogare per clauſulas generales.*

DECISIO CCCXIII.

LEX fundationis reſiſtit, (eſt enim beneficium de Iurepatronatus,) & prouiſio Apoſtolica non ſuffragatur Raymundo, cui propterea inſtanti adiudicari ſibi beneficium amoto Antonio Guillot prouiſo pariter Apoſtolico, & in illius poſſeſſionem ab executore immiſſo adiudicandum non eſſe reſponſum fuit.

Prima pars viſa eſt probari ex verbis ipſius fundationis, omiſſo enim pro nunc, an ſtante quod fundator voluit præſentari clericum
1 de ſuo genere † ſufficiat Raymundo probaſſe genericè ſuam deſcendentiam, an verò neceſſaria ſit probatio per gradus diſtinctos, dũ concurrit Antonius Guillot, qui eſt de ge-
2 nere, nec dici poteſt eſſe in gradu † remotior ex quo ex vno latere ſit talis, niſi ex vtroque latere idem probetur, cum poſſibile ſit quem ex vno eſſe proximiorem, licet ex altero remotior ſit *ad text. in cap. licet ex quadam, ibi, & ab vtroque latere ſingulos gradus clara computatione diſtinguat de teſtib. Lanfranc. de Orian. de teſtib. ſub num. 99. verſ. item debent ſubijcere, Lotther. de re benef. lib. 2. q. 11. n. 110. verſ. & debent.*

Incapax eſt huius beneficij, qui prout Raymundus vnum, & aliud beneficium obtinuit vt apertiſſimè diſponitur in fundatione, ibi, *dum tamen non obtineat vltra vnum aliud Eccleſiaſticum beneficium, quod habeat, & teneatur renunciare ipſa beneficia vno tantum penes ſe retento &c. alias nolo nec conſentio quod ille talis presbyter præſentetur, & præſentari poſſit &c.* & infra, ibi, *nolo nec conſentio quod aliquis presbyter, ſiue Clericus, ſiue ſit de genere, & conſanguinitate noſtris, ſiue non qui obtineat vltra vnum aliud beneficium Eccleſiaſticum poſſit, ſeu debeat præſentari, ſeu eligi ad prædictum beneficium ſacerdotale obtinendum, nec etiam poſt ipſam præſentationem ipſo tenente ac poſſidente dictum beneficiũ poſſit, nec valeat vltra vnum aliud beneficium Eccleſiaſticum obtinere.* Eſto itaque quod de Iure communi etiam poſt diſpoſitionem *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 17.* habens alia beneficia ſufficiẽtia pro congrua ſubſtentatione præſentari poſſit, eo quod il-
3 la non faciunt incompatibilitatem † reſpectu acquiſitionis, ſed retentionis, *Garz. de benef. par. 11. cap. 5. num. 286. aliique relati à Modern. Piſan. de Iurepatr. lib. 6. cap. 10. num. 2.* nos verſamur in caſu limitationis, quia contrarium
4 fuit diſpoſitum in fundatione † à qua non eſt recedendum, ſed ibi cum authoritate Ordinarij demandata, debent ad vnguem, & immutabiliter ſeruari, vt præcipit *S. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 5. ibi, eis non derogetur, ac tradit Monet. de commutat. vlt. volunt. cap. 10. n. 61. & ſeqq. Rot. deciſ. 155. num. 1. in fin. part. 1. recent. & in puncto Moder. Piſan. d. cap. 10. ſub num. 1. ibi, niſi lex fundationis aliud diſpoſuerit, Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 23. nu. 1. Gonz. ſuper reg. 8. cancell. gloſſ. 15. in princ. nu. 130. Caputaq. deciſ. 292. in princ. & n. 3. & ſeqq. par. 2.*

Et ad hunc effectum ponderandum eſt, quod verba prohibitiua ſupra relata reſpiciunt actum, ac tempus præſentationis, ideo-
5 que reſiſtunt principio acquiſitionis; quidquid dicendum eſſet ſi reſpicerent præſentationis proſecutionem; nam primo caſu habilitas à fundatore requiſita in perſona præſentanda adeſſe actu debet tempore præſentationis; altero vero ſufficit, † quod tunc
6 adſit aptitudine, & deinde actu ſuperueniat iuxta diſtinctionem, quam ex doctrina *Abb. in cap. cum in cunctis, §. inferiora num. 10. & 11. de elect. refert Guttier. conſ. 1. num. 12. verſ. quia reſpondetur Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 10. nu. 137. & 138. Modern. Piſanus de Iurepatron. lib. 6. cap. 7. n. 47. & 49. Barboſ. de poteſt. epiſc. alleg. 72. nu. 104. Macer. var. reſol. lib. 1. reſol. 19. num. 1. Sanch. reſp. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 48. numer. 3. & amplexa eſt Rota deciſ. 216. num. 3. par. 2. recent. deciſ. 680. nu. 3. verſ. nec dubitarunt coram bon. mem. Buratto, & in Cremonen. Præpoſituræ 23. Maij 1644. §. quia licet beneficium coram R. P. D. meo Corrado*, eo magis, quia agitur de beneficio fũdato à laico, † qui
7 non præſumitur voluiſſe ſe conformare diſpoſitioni Iuris Canonici admittentis compatibilitatem reſpectu acquiſitionis, licet non reſpectu retentionis, prout præſumitur fundator Eccleſiaſticus, vt bene ad propoſitum diſtinguit *Guttier. d. conſ. 1. num. 12. verſ. vel ab homine Eccleſiaſtico, Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 47. num. 15. poſt Barbat. conſ. 33. numer. 24. in fin. lib. 2. quem ſequitur Lambert. de Iurepatr. 1. par. 2. libr. 7. q. 29. articul. ſub nu. 2. & 4. Rot. d. deciſ. 216. num. 5. par. 2. recent.*

Non obſtat, quod fundator mandauerit, quod ille qui obtinuerit vltra vnum aliud Eccleſiaſticum beneficium teneatur renunciare, *ibi, & ſi obtinuerit vltra vnum aliud Eccleſiaſticum beneficium, quod habeat, & teneatur renunciare ipſa beneficia vno tantum penès ſe retento, quod ſibi magis placuerit,* vndè infertur quod ex mente fundatoris habens plura beneficia poſſit, & hoc acquirere, dummodò poſt illius acquiſitionem alia renunciet, & ſic quod incompatibilitas ſit inducta ſolum reſpectu retentionis. Quia hanc renunciationem fun-
8 dator † voluit præcedere antequã fieret præſentatio vt patet, tum quia ſtatim ſubdidit: *alias nolo nec conſentio, quod ille talis presbyter præ-*

præſentetur, *nec præſentari poſſit ad prædictum beneficium*, tum quia alioquin dicendum eſſet, quód fundator in continenti mutaſſet voluntatem, & contraria in eodem Capitulo fundationis diſpoſuiſſet, cum pauló infra prohibuerit abſolutè præſentationem Clerici habentis duo alia beneficia; ad quam contrarietatem euitandam diſpoſitum circa renunciationem intelligendũ eſt de renunciatione facienda ante præſentationem, vt in terminis incompatibilitatis beneficiorum reconciliando *Textus Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 4. & ſeſſ. 24. de reform. cap. 17. aduertit Garz. de benef. par. 11. cap. 5. numer. 77. Barboſ. in collect. ad Concil. d. ſeſſ. 24. cap. 17. nu. 54.* Tum tertio quia in fine d. Capituli diſponitur quod ſi præſẽtatus poſt præſentationem alia beneficia obtineat, non poſſit vltrà duo beneficia retinere, atque ità quod alterum renunciare teneatur; ne igitur hæc vltima pars loquens de renunciatione facienda poſt præſentationem in caſu quo præſentatus deindè aliud beneficium obtinuiſſet ſit ſuperflua ſequitur, quod prima pars cogat poſſidentem duo alia beneficia ante præſentationem obtenta ad renunciandum alterum ex illis antequam præſentetur ad iſtud, vt non ſufficiat, quod Raymundus hodie renunciet, quia quoties à principio re-
9 quiritur † habilitas non eſt ſatis, quod poſtea interueniat, *cap. ſi eo tempore de reſcript. in 6. Pariſ. de reſign. lib. 4. quæſt. 1. num. 14. Guttier. conſ. 1. num. 15. Roder. Suarez alleg. 12. nu. 23.* Præſertim poſtquam per defectum huius qualitatis quæ-
10 ſitum fuit † ius alteri prouiſo ad tradita per *Pariſ. de reſign. lib. 11. quæſt. 13. num. 136. in fin. Caſanatt. conſ. 26. num. 13. Bart. in tract. minorit. lib. 4. diſt. 3. cap. 2. num. 9. verſ. contrarium alioſque relatos à Modern. Siculo de donat. inter patr. & fil. tract. 1. diſcur. 2. par. 4. num. 42. & 43. & par. 6. numer. 119. & ſeqq.*

Nec Raymundus venit excuſandus ſi antea non renunciauit eo quod beneficium hoc
11 eſt litigioſum, † quia hæc excuſatio prodeſſet in caſu incompatibilitatis inductæ à iure communi *Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 20. nu. 40. & ſeqq. & quæſt. 23. num. 24.* cui in dubio fundator cenſetur ſe velle conformare, *Sanchez conſ. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 48. numer. 15. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 10. num. 149.* ſed non
12 quãdo incompatibilitas † eſt inducta ab homine eaque ex lege fundationis, apertiſſimè reſiſtit principio acquiſitionis, vt ad propoſitum diſtinguit *Rot. deciſ. 216. ſub nu. 5. verſ. quia hæc bene procedunt par. 2. rec. Lotth. lib. 2. q. 47. n. 15.* qui ait quod mitiùs agitur cum diſpoſitione iuris communis, quam fundatoris, *Sanchez d. dub. 48. ſub nu. 15. verſ. ſecus ſi dicat.* Et quamuis Rota hanc excuſationem, ac etiam compatibilitatem reſpectu acquiſitionis admiſerit in deciſione inter Raymundum, & Franciſcum Blanc ſuper hoc ipſo beneficio edita die 27. Iunij 1644. coram me; id euenit, quia tunc exhibitum non fuerat integrum Inſtrumentum fundationis.

Præter quod etiam de iure commu-
13 ni lis ſuper ſecundo beneficio excuſat † quidem donec durat à dimiſſione primi pacificè poſſeſſi, licet è conuerſo lis ſuper primo beneficio non efficiat vt illud poſſit retineri cum ſecundo abſque controuerſia deinde obtento, *Leſſ. de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 34. numer. 141. Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 13. n. 173. in fin. Garz. de benef. par. 11. cap. 5. num. 89. vbi refert deciſum in Conchen Archipresbyteratus de Nuete 19. Maij 1593. coram Penia.* Sed non ideò ſequitur quod poſſidens plura beneficia, etiam
14 ſimplicia, quæ ſunt ad ſubſtentationem ſufficientia, vel alias incompatibilia poſſit abſq; diſpenſatione Apoſtolica, quæ (vt infra dicam) in caſu noſtro non ſuffragatur, prouideri de alio incompatibili, quia litigioſum ſit, vt notant Doctores *in cap. de multa de præbend. & tradit Roſſiniacc. de benef. cap. 5. numer. 37. Coraſ. eod. tract. cap. 5. nu. 2. inter tract. diuerſ. to. 15. par. 2. fol. 256. & 288. Hoyeda de incompatib. benef. par. 1. cap. 19. n. 1. Io. de Ligniano de pluraritate benef. num. 13.*

Quod verò Raymundo non ſuffragetur prouiſio, ſeù diſpenſatio Apoſtolica ſequitur ex prædictis, nam in illa non fuit narrata Papæ reſiſtentia, & incompatibilitas fundatio-
15 nis, † cui Papa non cenſetur voluiſſe derogare per clauſulas generales appoſitas in litteris Apoſtolicis, *Abb. in cap. cum in cunctis §. inferiora ſub num. 11. verſ. quia non eſt veriſimile de elect. & in cap. cum dilectus ſub nu. 11. verſ. ſed vbi Papa de Iurepatr. Rot. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 147. num. 6. & ſeqq. deciſ. 285. num. 9. & ſeqq. & fuit dictum in ſupracitata Cremonen. Præpoſituræ 23. Maij 1644. coram R. P. D. meo Corrado, §. Primò quia.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA PERMVTATIONIS, SEV PECVNIARIA.

Merc. 26. Iunij 1647.

Argumentum patet ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Aquæ promiſſæ diminutio ex quibus probetur?*
Ex probatione ſubſequentis neceſſario reſultat probatio antecedentis, ibid.
2 *Valor rei per Peritos æſtimari poteſt etiam ſecundum valorem temporis currentis, & ſic ſecutæ euictionis.*
3 *Item quando ad tempus futurum fuit collata executio contractus, quod attendi debet, non autem tempus conuentionis.*
4 *Vna ac eadem res poteſt ex partium conuentione modo vno, modo alio titulo poſſideri.*
5 *Contractus plures diuerſæ ſpeciei poſſunt in eodem Inſtrumento contineri.*
6 *Debitor citatus ad implendum factum promiſſum, niſi adimpleat, ſuccedit condemnatio ad damna, & intereſſe.*

DECISIO CCCXIV.

EXTREMA Iudicij à Venerabilibus monacis Oliuetanis Vrbis moti cõtra Laurentium Cardinalis Margotti alias Lanfranchi nuncupati hæredem occaſione aquæ permutatæ cum terreno Monacorum, vt latiùs in Inſtrumento celebrato die 7. Septembris 1610. circa duo verſantur; nempè probationem deficientiæ,ſeù diminutionis aquæ promiſſæ, & valorem d.terreni; vtrumque autem ſatis iuſtificatum Rota cenſuit in Deciſione edita coram me die 20. Februarij proximè præteriti cuius fundamenta ſuper eiſdẽ hodie cauſa repropoſita Domini iterum approbarunt.

Deficientia ſiquidem ſeù diminutio aquæ promiſſæ abundè probatur ex teſtibus deponentibus de viſu ad fontes Monachorum aquam è bottino viridarij Cardinalis non defluxiſſe penitus, vel quandoque fluxiſſe in minori quantitate,& parum refert,quod ijdẽ teſtes ſubdant vidiſſe, tunc temporis dictum bottinum aqua plenum, quia non fuit promiſſa aqua in bottino, ſed aquæ fluxus ad fontes Monaſterij, quem propterea ſatis eſt probaſſe fuiſſe diminutum abſque culpa monachorum; imò cum culpa Cuſtodis, vel Dominorum d.viridarij Cardinalis, vt patet tàm ex teſtibus, quàm ex proteſtationibus iudicialibus Laurentij aduerſarij, necnon ex cõfeſſione iudiciali eius Procuratoris ab ipſo Laurentio ratificata aliiſque in dicta deciſione ponderatis, §.*Deficientia, &* §.*ſequenti*, quibus additur, quod Laurentius interpellatus à Monacis ad tradendam, & manutenendam aquam promiſſam, non docuit, vt tenebatur de aquæ decurſu in quãtitate promiſſa,quodque ipſæ ſententiæ pro Laurentio latæ, & ab eo acceptatæ, dum concedunt monacis ad terras permutatas regreſſum, cui locus eſſe non poteſt, niſi aqua diminuta fuiſſet, hunc
1 aquæ diminutionem † tanquam neceſſarium antecedens agnouiſſe videntur, ac probant *Dec.conſ.*135.*ſub numer.*2. *verſ.& ex tali, Bald.in l.*2.*num.*1.*Cod.dot.promiſſ. Rot.deciſ.*400. *num.*10. *par.*1.*recent.*

Valor autem terreni Monacorum probatur ex relatione tertij periti iudicialiter electi, qui in æſtimando habuit ſolum rationem quantitatis, & ſituationis terreni; *ibi, viſto è beniſſimo conſiderato la ſituatione di detto terreno, e la quantità di eſſo &c.* & potuit illud æſtimare
2 etiam † ſecundum valorem temporis currẽtis, ſiue quia attenditur valor de tempore euictionis, ſiue etiam quia non debet atten-
3 di valor currens † de tempore conuentionis, ſeu temporis futuri in quod confertur executio contractus ex allegatis in prima deciſione, §.*minus obijci poteſt*, at executio contractus venditionis collata fuit in tempus futurum, quo aqua decreuiſſet cum partes conuenerint, quod tunc terrenum æſtimaretur, & prętium ſolueretur, antea vero idem terrenum aduerſarius poſſideret titulo permutationis, neque incongruit, quod eadem res
4 ex partium conuentione, † modo vno titulo, modo alio poſſideatur, & in eodem In-
5 ſtrumento † contineantur plures contractus diuerſæ ſpeciei, *l.ſcire debemus* 29.*ff.verb.oblig. l.cum eiuſdem ff.edil.edict.Alb.conſ.*45.*per tot.Dec.conſ.*421.*ſub num.*2. *Surd.conſ.*101.*num.*38.*Mant. de tacit.lib.*2.*tit.*3.*n.*12.*Rot.deciſ.*763.*n.*8.*& ſeqq. par.*1.*diuerſ.*

Non obſtat, quod antequam Laurentius condemnaretur ad prætium terreni debuiſſent Monaci agere contra ipſum ad manutentionem aquæ, nam vltra reſponſionem datam in prima deciſione §.*fin.* obiectum corruit ex facto cum ſub die 7. Nouembris 1642. Monaci iudicialiter interpellauerint Laurentium ad tradendam, & manutenendam aquam iuxtà formam obligationis Domini Cardinalis Lanfranchi alias videndum relaxari mandatum executiuum pro certa quantitate pecuniæ, vt potuit ſequendo ordinem conuentionis, ac iuris communis diſpoſitionẽ,iuxtà quã debitore citato ad adim-
6 plendum factum promiſſum, † niſi adimpleat ſuccedit condemnatio ad damna, & intereſſe, *Iaſ.in l.in bonæ fidei numer.*7. *ff.eo quod cert.loc.Burſatt.conſ.*100.*num.*38.*&* 39.*Rolan.conſil.*69.*num.*25.*& ſeqq.lib.*3. *Rot.deciſ.*58.*num.*25. *par.*6.*recent.*

Et ità deciſum Informantibus ſolum Monacis altera tamen parte citata pluries, ac reſolutionem, imò & dubij propoſitionem differri ad Kalendas petente, quam petitionẽ tanquam iuſtitiæ, ac æquitatis fomento deſtitutam Rota reiecit vt ſolet mendicatas litigantium dilationes.

MEDIOLANEN. BONORVM.

Mercurij 26. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Euictio debita ex contractu, & promiſſa ſub obligatione omnium bonorum operatur, vt pro ea competere poſſit, nedum actio perſonalis, ſed etiam hypotheca bonorum. Emptor, qui euictionem paſſus eſt agere poteſt, nedum ad reſtitutionem prętij ſoluti,ſed etiã ad damna, & intereſſe. Emptor non tenetur denunciare litem ſibi motam venditori,quãdo ipſe ſciuit litem fuiſſe motam, & in Iudicio non comparuit, tunc enim vel dicitur fuiſſe in culpa, vel præſumitur, non habuiſſe quid opponeret, & quando conſtat de Iure euincentis Emptor agere poteſt de euictione, quamuis litem non denunciauerit. Subſtitutio fœminarum in caſu deficientiæ maſculorum ſi ſine filijs non expirat, ſi alter ex filijs maſculis deceſſit cum filijs iuxtà *conſ. Oldrad.* 21. à quo paſſim receditur ex contrarijs coniecturis, quæ in deciſione ponderantur.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum datur probatis ſolitis extremis.*

2 *Venditor tenetur de euictione ex natura contractus, quamuis non ſit promiſſa.*

3 *Pro euictione debita ex contractu datur à iure communi tantum actio perſonalis,non autem hypoteca bonorum.*

4 *Fallit, quando euictio fuit expreſsè promiſſa ſub obligatione omnium bonorum,tunc enim competit hypoteca.*

5 *Emptor qui paſſus eſt euictionem agere poteſt nedũ ad pratium ſolutum, ſed etiam ad damna, & intereſſe.*

6 *Emptor ob euictionem ſepnutam agere poteſt vtili Saluiano interdicto etiam pro damnis, & intereſſe.*

7 *De euictione vt agi poſſit ſufficit ſolam rei poſſeſſionem fuiſſe ablatam.*

8 *Emptor tenetur litem ſuper re empta ſibi motam denunciare venditori.*

9 *Limita non procedere quando venditor ſciuit litem fuiſſe motam, & non comparuit in Iudicio, quo caſu dicitur in culpa,vel præſumitur non habuiſſe quid opponeret.*

Item limita non procedere quando conſtat de Iure euincentis, tunc abſque denunciatione litis, emptor agere poteſt de euictione, nu.15.

10 *Subſtitutio fœminarum in caſu deficientiæ maſculorum ſine filijs expirat ſi alter ex eis cum filijs deceſſit iuxtà conſ.Oldrad.21.*

11 *A Conſilio Oldrad. receditur ex contrarijs coniecturis.*

12 *Fideicommiſſum nouum ac ſeparatum à præcedenti cenſetur à Teſtatore inductum ſi poſt ſubſtitutionem maſculorum, & fœminarum proceſſit per verbum* vlterius, *quod eſt nouæ orationis inceptiuum.*

13 *Item inductum cenſetur ſtante prohibitione alienationis, ac obligationis bonorum quouis modo independenter concepta.*

14 *Fideicommiſſum in caſu alienationis ſtatim purificatur, facta per grauatum alienatione contra prohibitionem Teſtatoris.*

16 *Poſſeſſio debitoris tempore obligationis ex quibus probetur?*

17 *Inuentarium probat bona inibi deſcripta non ſolum contra conficientem, ſed etiam contra habentem ab eo cauſam.*

18 *Poſſeſſio arguitur ex Inſtrumentis acquiſitionum.*

19 *Poſſeſſio rei conuenti probatur ex ſubſtentatione litis, licet hæc ſola non ſufficiat ad probandum ſecundum extremum in iudicio Saluiani, ſufficit tamen concurrentibus adminiculis, nu.20.*

DECISIO CCCXV.

CAPITVLVM Scholæ S.Mariæ ad Sanctum Satirũ, quia ſedimen propè d.Eccleſiam poſitum quod emerat à Nicolao, & Octauiano filijs Io:Pauli Beſutij,fuit euictum per duas ſententias executioni demandatas vigore fideicommiſſi eiuſdem Io:Pauli ad fauorem Angelicæ eius filiæ, & nepotum ex Anna altera filia purificati, egit pro reſtitutione prætij ſoluti, & refectione damni occaſione euictionis paſſi vtili Saluiano Interdicto, & obtinuit immitti in poſſeſſionem annui redditus librarum 1000. fundati ſuper datio,& augumentis datij mercantiæ Mediolani, necnon domus ſitæ in Parochia S.Laurentij maioris, ac perticarum 90. prati nuncupati della Guiglielmetta contra Collegiũ S.Barnabæ Mediolani dictorum bonorum poſſeſſorem.

Quo inſtante commiſſa mihi cauſa appellationis, quoniam in gradu appellationis à ſententijs extra Rotam latis maiores noſtri conſueuerunt non ſubſcribere dubia generalia ſuper illarum confirmatione, vel infirmatione, niſi de nullitate opponatur, ſed merita negocij principalis ad trutinam euocare, dubitaui hodie an ſit danda immiſſio Capitulo S.Mariæ ſuper bonis de quibus agitur, fuitq; affirmatiuè reſponſum, quia conſtat de Capituli credito cum hypotheca, de poſſeſſione Nicolai debitoris tempore obligationis, vel poſtea, ac de moderna poſſeſſione Collegij
1 rei conuenti, quibus probatis † debetur immiſſio ex vtili Saluiano interdicto, vt pluribus relatis tradit *Menoch.de adipiſc.remed.3.numer.161.& ſeqq.Cinc.de Cenſib.q.98.n.16.& dixit Rot.dec.491.n.6,coram ſan.me. Greg.XV.dec.407.nu.1.par.5.recent.*

Creditum prouenit ex cauſa ſupramemoratæ euictionis ad quam venditor tenetur ex
2 natura † contractus,etiam ſi non promiſiſſet, *l.in vendẽdo 66.in princ.ff.contrah.empt.l.2.ff.euict.l.non dubitatur 6.Cod.eod. Surd.conſ.421.num.12.Ciriac.controu.196.num.9.* Et quamuis pro eui-
3 ctione debita ex contractu † ſiue minoris, ſiue maioris dari à iure communi tantum actionem perſonalem, non autem hypothecam bonorũ *dixerint Rip.Menoch.Cabal.& alij quos refert, & ſequitur Caſ.manen.dec.22.num.17.* In caſu noſtro quo euictio fuit expreſsè pro-
4 miſſa † ſub obligatione omnium bonorum dubitari non poteſt de hypotheca *Burſatt.conſil.39.num.37.Cephal.conſ.41.num.19.Rimin.Sen.conſ.99.num.10.& 12.lib.2.* quæ competit tàm pro reſtitutione prætij, quam pro damnis,&
5 intereſſe, † cum vtrumque emptori euictionem paſſo debeatur, *l.creditor 54. §.prædium ff.act.empt.gloſſ.in l.ex ijs prædijs verb.exempto in fin.C.euict.Menoch.conſ.104. num.66.Ceph.conſ.168.num.22.Gabr.Mudeus de act.empt.cap.quando committitur ſtipulatio num.2.& ſeqq. Rot.deciſ.7.nu.2.par.3.recent.deciſ.88.n.7.coram Greg.XV.* Idque propterea etiam pro damnis, † & intereſſe
6 emptor ob euictionem ſecutam agere poſſit vtili Saluiano interdicto *dixit Rot.deciſ.407.in princ.& num.9.par.5.recent. repetita apud Cinc.de Cenſib.deciſ.532.num.9.*& euictio eſt clara,quia fideicommiſſarij Io:Pauli abſtulerunt rei emptæ dominium, & poſſeſſionem,cum tamen
7 ſufficeret † ſolam poſſeſſionem fuiſſe ablatã, vt agi poſſit de euictione,*l.emptorem §.idem neratius, l.datio in princ.ff.act.empt. l.ſi ſeruus venditus §.1.l.habere ff.euict. Bero conſ.158.nu.34.lib.1. Aym.conſ.682.n.6.Surd.deciſ.22.num.7.Rot.coram Greg.XV.deciſ.88.n.6.*

Non obſtat quod Capitulum litem ſibi

mo-

motam à fideicommiſſarijs non denuncia-
8 uerit venditori, † vt tenebatur, *l. ſi parens verſ.*
empti l. emptor fundi C. euict. l. ſi fundo ff. eod. Bart.
in l. 2. §. morte numer. 52. ff. non oper. nunc. Alex. con-
ſil. 117. num. 7. verſ. non probauit lib. 7. Rot. dec. 69.
num. 11. par. 2. diuerſ. cum enim Capitulum, &
Collegium aduerſarium in eodem iudicio
fuerint ſimul conuenti à d. fideicommiſſarijs
qui rem euicerunt, denunciatione opus non
fuit ea quod etiam nō facta agi poteſt de eui-
ctione, quia tunc aduerſarius, nedum ſciuit
9 litem, & emptorem egere defenſione, ſed
ipſemet tamquam æquè principaliter citatus
debuit comparere, & non comparendo, vel
fuit in culpa, vel præſumitur non habuiſſe
quid opponeret, vt voluit *gloſſ. in l. ſi dictum §. ſi*
præſente verb. poſſet ff. euict. quam ſingularem dicit
Bald. in l. libera in princ. C. ſent. & interlocut. omn.
Iudic. & in l. fin. §. 1. ſub num. 5. verſ. nam ipſi ſemel
ff. vſur. rei iudic. Alex. in l. 2. §. voluntatem num. 15.
ff. ſolut. matrim. Dec. conſ. 102. ſub numer. 2. verſ. ſed
quando venditor Decian. conſ. 69. nu. 17. lib. 4. Vin.
deciſ. 510. num. 8. & 9. lib. 3. Rot. inter recentior. de-
ciſ. 395. numer. 15. par. 4. tom. 2. deciſ. 390. numer. 6.
par. 5.

Quo magis quia non vna, ſed plures ſen-
tentiæ in eo iudicio latæ fuerunt, & de fidei-
commiſſo Io: Pauli cuius vigore actum fuit
apparet ex publico Inſtrumento, ac teſtamē-
to non abolito aut Cancellato in quo filiæ fi-
deicommittentis earumque filij legūtur ſub-
ſtituti in defectum filiorum maſculorum eo-
rumque deſcendentium, quos defeciſſe non
controuertitur, nec expirauit ſubſtitutio † ex
10 quo alter ex filijs maſculis Teſtatoris deceſ-
ſerit cum filijs; filiæ vero ſubſtitutę fuerint ſi
omnes filij maſculi deceſſerint ſine filjs iuxtà
11 celebre conſil. Oldrad. 21. quia ab eo † rece-
ditur ex contrarijs coniecturis, *Fuſar. latiſſimè*
de ſubſtit. quæſt. 480. num. 20. Theſaur. deciſ. 96. nu-
mer. 14. & deciſ. 270. nu. 29. Rot. deciſ. 489. num. 1.
par. 4. diuerſ.

Quorum plures enumerantur ab informā-
tibus pro Capitulo, & ſignanter ponderatur,
quod poſt ſubſtitutiones maſculorum, & fæ-
minarum ſub dicta conditione ſi ſine filijs
12 conceptas teſtator † per verbum *& vlterius*,
quod eſt nouæ orationis inceptiuum, oſten-
ditque voluiſſe teſtatorem vltra precedens fi-
deicommiſſum aliud nouum, & ſeparatum
ſubiungere. *Beru. conſ. 80. num. 4. verſ. præmiſſis*
& num. ſeq. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 482. num. 38. Gio-
uagn. conſ. 39. num. 15. in fin. lib. 1. Rot. dec. 21. n. 35.
par. 5. recent. & in Bononien. fideicommiſſi de Pan-
caldis 10. Iunij 1642. §. nec refragantur, & §. ſeq.
coram R. P. D. meo Cerro, prohibuit in perpetuū
bona quouis modo alienari obligari, & hy-
pothecari ex qua prohibitione ſic indepen-
13 denter concepta † reſultat fauore omnium
vocatorum nouum fideicommiſſum ſepara-
tum à præcedenti relicto ſub conditione de-
ficiente maſculorum ſine filis, vt late *Gratian.*
diſcep. 828. num. 7. & ſeqq. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 351.
num. 23. & quæſt. 480. num. 37. add. ad Greg. XV. de-
ciſ. 433. num. 22. verſ. ſi tam prohibitio, Rot. dec. 133.
num 5. & 6. par. 4. diuerſ. dec. 21. num. 31. & ſeqq. de-
ciſ. 180. num. 9. & ſeqq. par. 5. recent. & in d. Bonon.
fideicommiſſi de Pancaldis 16. Februarij 1640. co-
ram Eminentiſſ. D. Card. Panzirolo, cōfirmata deinde
vt ſupra coram D. meo Cerro, quod fideicommiſ-
14 ſum fuit purificatum † etiam per controuen-
tionem hæredum grauatorum, qui non ob-
ſtante dicta prohibitione prædium, de quo
agitur alienarunt, *Ruin. conſ. 23. numer. 13. lib. 5.*
Theſaur. dec. 96. num. 2. Coccin. deciſ. 166. numer. 1.
Rot. inter recent. deciſ. 243. num. 1. par. 1. & fuit
dictum *in Tudertina fideicommiſſi 3. Iulij 1606.*
coram Manzanedo.

Adeo quod filiæ fideicommittentis ad fi-
deicommiſſum vocatæ vtique potuerunt hoc
hoc prædium euincere à Capitulo S. Mariæ
quod illud emerat ab hæredibus grauatis, &
idem Capitulum etiam ex quo conſtat de iu-
15 re euincentis † agere poſſit de euictione, quā-
uis litem non denunciauerit, *Imol. in cap. vlt.*
in fin. de empt. & vendit. Aym. conſ. 179. nu. 6. Surd.
dec. 22. num. 8. & 9. Rot. dec. 630. num. 4. par. 1. rec.
dec. 18. num. 36. par. 4. tom. 2. dec. 390. n. 3. par. 5.

Quod vero Nicolaus, qui prædium Capi-
tulo vendidit, bona de quibus agitur poſſe-
16 derit † quo ad redditum annuum librarum
mille, ac perticas 90. prati della Guiglimetta
ex inſtrumentis acquiſitionum ab eodem
Nicolao factarum, quorum alterum cele-
celebratum fuit cum ipſo Collegio aduer-
ſario *Summar. numer. 5. & 7.* & reſpectu do-
mus in Parochia S. Laurētij maioris adeſt in-
uentarium bonorum Nicolai *Summar. num. 8.*
17 quod † contra aduerſarium ab eo cauſam
habentem plenè probat *l. fin, vbi notant omnes*
Cod. arbit. tut. Pariſ. conſ. 45. num. 20. lib. 2. Surd. con-
ſil. 290. num. 27. Capic. dec. 107. num. 13. Rot. deciſ.
426. ſub num. 2. par. 1. recent. non ſecus ac ipſa
18 inſtrumenta † acquiſitionum *Peregr. de fideic.*
art. 44. num. 4. Fuſar. qu. 618. num. 3. verſ. ex inſtru-
mentis Peregr. conſ. 48. num. 6. & ſeqq. lib. 1. Seraph.
dec. 828. num. 4.

Tandem quod eadem bona poſſideantur à
19 Collegio reo contento probatur † ne dum
ex ſubſtentatione litis, quæ ſola non ſufficit
ad probandum ſecundum extremum in Iu-
dicio Saluiani *Pacif. de Saluian. inſpect. 1. cap. 6.*
nu. 7. Caſ. de Graſſ. dec. 4. de reſt ſpol. Anton. Auguſt.
in Epithome tit. de vtroque extremo Rot. in Romana
Saluiani 26. Iunij 1633. coram recol. mem. Coccino,
tunc Decano, impreſſ. apud Cinc. de cenſib. dec. 488.
num. 8. ſed etiam ex adminiculis proteſtatio-
num à Collegio factarum *Summar. num. 9.* qui-
20 bus concurrentibus † ſubſtentatio litis probat
ſecundum extremum *Pacif. de Saluian. d. cap. 6.*
num. 6. & 7. Rot. apud eumdem dec. 19. nu. 2. dec. 26.
num. 16. & dec. 202. num. 1. & apud Cinc. de cenſib.
dec. 489. num. 2.

Et ita deciſum informante ſolum Capitu-
lo S. Mariæ præuijs tamen ſex citationibus
Collegij aduerſarij.

ROMANA, ſeù VELITERNA AFFICTVS.

Veneris 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Concordia nedum per inſtrumenta, ſed etiam per teſtes probari poteſt, præſertim concurrentibus alijs adminiculis, & ſignanter illius obſeruantia, & ex quibus obſeruantia probetur? Procurator habens mandatum generale poteſt tranſigere, quando tranſactio eſt proficua, & vtilis principali. Procurator an & quando valeat appellationi à principali interpoſitæ renunciare etiam abſque ſpeciali mandato? Nouatio non dicitur inducta per tranſactionem, quæ emanauit in executionem contractus, prout nec minus inducta dicitur ſi debitori fuit concceſſa dilatio ad ſoluendum.

SVMMARIVM.

1 *Concordia eſt contractus, qui ſolo conſenſu perficitur nec ſcripturam requirit.*
2 *Concordia cum non requirat ſcripturam probari poteſt per teſtes non ſecus ac per inſtrumenta.*
3 *Concordia probatur ex atteſtatione Cardinalium, quorum authoritate fuit inita, & num. 5.*
4 *Aſſertioni Cardinalium plurimum eſt deferendum.*
6 *Concordia probatur ex obſeruantia ſubſecuta.*
7 *Ex probatione conſequentis probatum remanet antecedens.*
8 *Concordia in parte effectuata dicitur eſſe in obſeruantia etiam quo ad omnia capita,*
9 *Effectuatio concordiæ, ex quibus probetur?*
10 *Actus geſti in executionem concordiæ quamuis contineant clauſam præſeruatiuam ſine præiudicio Iurium nihilominus talis præſeruatiua illam non excludit.*
11 *Sed referenda eſt ad præiudicium aliundè, quam ex concordia eiuſque executione deriuans.*
12 *Poſſeſſio alicuius rei probatur ex moleſtijs ſuper eadem re deſuper illatis.*
13 *Ratificatio æquiparatur mandato etiam in requirentibus ſpeciale mandatum.*
14 *Ratificatio concordiæ, ex quibus eliciatur? & numer. 20.*
15 *Procurator habens mandatum generale poteſt tranſigere quando tranſactio eſt proficua, & vtilis principali.*
16 *Ratio eſt nam in mandato quamuis ſimplici veniunt ea, quæ mandanti vtilia ſunt.*
17 *Procurator renunciare nequit appellationi interpoſitæ à principali abſque mandato ſpeciali.*
18 *Limita non procedere quando abſque vlteriori lite, & impenſa procurator conſequitur id, quod litigando conſequi non poteſt, & redditur ratio numer. 19.*
21 *Spolians purgato ſpolio agere poteſt pro ſuo iure.*
22 *Nouatio non dicitur inducta per tranſactionem cum præſeruatiua iurium.*
23 *Præſertim, quando tranſactio emanauit in executionem, & pro obſeruantia contractus.*
24 *Nouatio non reſultat ex ſola dilatione debitori conceſſa ad ſoluendum.*
25 *Tranſactio litem extinguit, & lites per tranſactionem extincta reſtaurari non debent.*
26 *Spolium purgatum dicitur per reintegrationem ad priſtinum ſtatum.*
27 *Locator non dicitur conductorem ſpoliare ſi ex ſpeciali pacto in Inſtrumento locationis propter moram conductoris in ſoluendo affictum vtitur facultate vendendi bona eiuſdem conductoris.*
28 *Debitor non poteſt agere ſpolio ſtante facultate creditori conceſſa ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate.*

DECISIO CCCXVI.

DVBIVM per me hodiè propoſitum; An obſtet concordia duas habuit inſpectiones, alteram ſuper probatione concordiæ, alteram ſuper eius effectu.

Quoad primum concordia iuxtà folium præſentibus Eminentiſſimis Dominis Cardinale Barberino Archipresbytero Baſilicæ, Sancti Petri, & Cardinale Cornelio mediatore per Sanctiſſimũ deputato conſcriptum ſub die 9. Septembris anni 1645. viſa fuit ſatis probari. Primo ex Teſtibus formiter examinatis quorum primus iuxtà quinquageſimum primo recitat contenta in folio. Secundus fuit præſens, & iuxtà 37. & 38. teſtatur folium fuiſſe publicatum, & acceptatum ab vtraque parte, prout etiam deponit quartus vltrà tertium, qui idem affirmat de auditu Summ. Capituli num. 6. cum enim concordia ſit contra-
1 ctus, † qui ſolo conſenſu perficitur neque ſcripturam requirit *l. cum te tranſigiſſe C. tranſact. l. conſenſu ff. act. & oblig. Decian. reſpon. 64. n. 2. lib. 3. Grat. conſ. 107. numer. 6. libr. 1. Rot. deciſ. 113. num. 7. part. 5. recent.* vtique probatur per Teſtes
2 non ſecus, † ac per inſtrumenta, vt tradit *Decian. d. reſponſ. 64. numer. 8. ex tex. in l. in exercendis C. fid. inſtr. cap. cum Ioannes Eremita extra eod. tit. Afflict. deciſ. 398. num. 2. Rot. in Romana Affictus Caſalis 29. Nouembris 1627. coram bon. mem. Cardinali Vbaldo confirmata coram eodem die 28. Ianuarij 1628. quæ eſt dicta deciſ. 113. num. 14. & deciſ. 136. in princ. part. 5. recent.*

Secundo ex atteſtatione dictorum Cardina-
3 lium † nempè Domini Cardinalis Barberini, ibi, *vn accordo ſtabilito*, & Domini Cardinalis Cornelij ibi, *li Capitoli d'accordo ſtabiliti trà li Signori, &c. Summ. ibid. num. 11.* quibus integri-
4 tate æquè ac purpura conſpicuis † deferendum omninò eſt *ad tex. in cap. nobiliſſimis 97. diſtinct. Roman. conſ. 59. num. 6. Lapus alleg. 32. ſub numer. 3.* & aliàs *Rota* vnius tantum Cardinalis atteſtationi fidem exibuit *in deciſ. 339. numer. 1. deciſ. 656. num. 9. part. 2. recent. & in Barchinonen. Iuriſdictionis 4. Iulij 1646. & 8. Aprilis 1647. coram me*. Iuncto præſertim, quod ambo te-
5 ſtantur de facto proprio † cum ipſis præſentibus, & mediantibus concordia ſtabilita fuerit, vt in terminis tranſactionis ponderauit, *Rot. d. deciſ. 113. num. 11. part. 5. recent.*

Tertio indubitatam reddit concordiam
6 ipſius obſeruantia, & † executio, quia illam ſupponit tanquam neceſſarium antecedens
7 quod † probatum remanet ex probatione cõſequen-

ſequentis *Bald.in l.2.n.2. in prima lectura C. de promiſſ.Dec.conſ.35.ſub n.2.verſ.nā probato Morot. conſ.97.n.14.Theſaur.dec.197.n.8. Rot. deciſ.400. num.10.part.1.rec.* Siquidem ex datis in Sum. Capituli numer.7.& ſeqq. conſtat per miniſtros Capituli die 11.Septembris,& ſic biduo poſt folium concordatum conſignatam fuiſſe Bernardino Martello procuratori Venturini, & ſociorum vnam ex duabus clauibus horrei exiſtentis in Vrbe propè plateam fori Boarij, & die 17.conſignatos fuiſſe Euſebio Baſſano procuratori eorumdem ſociorum omnes effectus exiſtentes in Caſali Campi mortui, nec non Franciſco Sfortiæ illorum inſtitutori claues horreorum, & frumentum exiſtens in area dicti Caſalis, & die 18. dicti menſis Capitulum conſenſiſſe reuocationi omnium ſequeſtrorum factorum debitoribus Dominorum de Sanneſijs Arrigijs, & Venturinis, eorumque aliquos ſoluiſſe dicto procuratori diebus proximè ſequētibus par-
8 tem debiti, quæ licet modica ſufficit † ad probandum obſeruantiam concordiæ, *add.ad Greg.XV.deciſ.557.ſub nu.9.verſ. prout etiam vbi refert deciſum in Terracinen. Sacriſtiæ 9. Iunij 1600.coram Iuſto,* ac demum à Dominis Canonicis traditam fuiſſe præfato Bernardino Martello notulam effectuum perFranciſcum Antonium de Comitibus diſtractorum, & expenſarum ab eo factarū occaſione affictus, quæ omnia cum in præfato folio concordiæ eſſent conuenta, & pleraque mentionem fa-
9 ciant concordiæ, illius effectuationem concludenter probant *Socc.conſ.15.num.7.lib.4.Neuiz.conſ.37.num.18.Surd.deciſ.71.num.9. Rot. deciſ.104.num.5. par.2. diuerſ.* cum alijs allegatis *in Ceſenaten. Cenſuum 9.Iunij 1645.coram R.P.D. meo Corrado.*

Nec obſtat, quod Martellus clauem horrei ad plateam Fori Boarij, ac dictam notulam effectuum, & expenſarum receperit ſine præiudicio iurium ſuis principalibus competentium, quia cum vtrunque traditum fuerit in
10 executionem concordiæ † reſeruatio huiuſmodi illā non excludit *Gabr.conſ.151.ſub n.30*
11 *verſ.vbi ait lib.2.* & referenda eſt † ad præiudicium aliunde quam ex concordia eiuſque executione deriuans vt per *Oldrad.conſ.330. in fin.Pariſ.conſ.70.n.12.lib.1.Caputaq. deciſ.284. lib.1.in manuſcr.Put.dec.183. num.1. lib.3.in corr. Barboſ.clauſ.157.numer.5.* præter quod in alijs conſignationibus ſupra recenſitis non legitur aliqua præſeruatiua iurium.

His poſitis exaduersò dicitur concordiam non potuiſſe effectuari eo quod Capitulum effectus exiſtentes in CaſaliCampimortui tradiderat priùs Franciſco Antonio de comitibus nouo conductori, nam actus poſitiui mox deducti realis conſignationis dictorum effectuum factæ Venturio, & ſocijs contrarium conuincunt, nec mirandum,quia idem Franciſcus Antonius de Comitibus ſub die 13.Septembris per manus Benedicti de Benedictis illos reſtituerat Horatio Sanctorio Miniſtro Capituli, vt in eius Summ. numer.8. quamuis deinde die 25. dicti menſis verbo proteſtatus fuerit de damnis, & intereſſe ob moleſtias ſuper illis illatas à Venturino, &
12 ſocijs, quod eo magis comprobat † quod dicti ſocij effectus caſalis poſſidebant ex allegatis per *Moder.de manuten.obſer.19.nu.26. & ſeqq. Buratt.deciſ.270.num.2.*

Pariterque gratis negatur eos, qui interuenerunt concordiæ tam ex parte Capituli, quā aduerſariorum habuiſſe poteſtatem concordandi cum effectuatio concordiæ ſecuta de ordine totius Capituli ſolemnitèr congregati Summ.num.9.præſeferat quatenus opus ſit illius ratificationem, quæ mandato æquipa-
13 ratur † etiam in requirentibus ſpeciale mandatum, *Dec.in l.ſemper qui non prohibet numer.7. ff.reg.iur.Cagnol.ibid.num.15.Hond.conſ.38.ſub numer.4.lib.1.Natt.conſ.142.num.4. Surd.deciſ.159. num.11.& ſeqq.Rot.deciſ.275. num.4. part.1. rec. deciſ.525.num.5.coram ſan.mem.Greg.XV.* & procuratores, ac Miniſtri aduerſariorum recipiēdo in executionem concordiæ ſuprà memoratos effectus ac de illis diſponendo, vt probant teſtes dati in Summ.Capituli ſub nu. 8.
14 dicantur ſimiliter concordiam † ratificaſſe *l.Paulus ff.rem rat.haberi l.quidam ex parte ff.euict. Bald.conſ.184.num.4.& 5.lib.2.Aym.conſ.276.numer.6.* vt potuerunt etſi haberent ſolum mandatum generale,quia concordia nullam continet aduerſariorum nouam obligationem, ſed pacta ipſis omninò vtilia, ad quæ mandatum generale porrigitur,vt in terminis quod
15 procurator generalis† poſſit tranſigere quando tranſactio eſt proficua, & vtilis principali tradit, *Anchar.in cap.qui ad agendum nu.3. de procurat.Franc.Curt.in addit.ad Alex.in l. tranſactiones litt.B. Cod.tranſact. Aldobr.conſ.63.nu.8.libr.1.* in
16 mandato enim quantumuis ſimplici † veniunt ea que mandanti vtilia ſunt *l. diligenter. §.fin.l.ſi quis pro eo 46.in fin.ff.mandat.§. 155. qui exequitur in fineinſt.eod. Connan.comment.iur. ciuil. lib.7. c.14.col.22.in princ.Reg. Galeott. controu.29. num.3.lib.2. Buratt.deciſ.561. numer.1.*

Neque vrget, quod acceptatio concordiæ includat renunciationem liti pendenti, & appellationi à decreto Iudicis interpoſitæ, cui
17 procurator renunciare † non poteſt abſque ſpeciali mandato, *Marcabr.conſ.30. numer.231. Bero.quæſt.33.num.2.&7. Cancer.var. reſolu.to.2. cap.14.ſub num.40.& tom.3. cap.15.num.326. & 327.Caputaq.deciſ.29. num.2. par.1.* Quia hoc limitatur quando vt in caſu noſtro abſque vl-
18 teriori lite,† & impenſa procurator conſecutus fuit id imo plus quam litigando conſequi potuiſſet, vt probat *tex.in l.contra iuris 29.§.fin. in fin.* ibi *quod ſi pro eo; vt ita paciſceretur aliquid, in quo non minus, ſed etiam amplius eſſet, conſecutus fuerit, rata habenda eſt pactio, ff.pact. & tradit Alex. conſ.22. ſub numer. 7. verſ. primo quia libr.1.* quem ſequitur *add. ad Bart. in d.l.contra iuris §.fin.verbo donatio verſ.et ibi ad materiam Iaſ.ibid.num.8.& 18.* vbi dicit rationem
19 quia tunc procurator non dicitur † donare aut detrimentum afferre imò vtilitatem, *Anton.Faber.circa fin.verſ.ratio decidendi Angel.in ſimili in l.ex dobus 18.ſub num.3.verſ.nam, & tutor ff.duob.reis Gallerat.de renunc.lib.3. cap.5. ſub num.8.*

num.8.verſ.intellige tamen. Et ex abundanti cũ concordia tractata fuerit de mandato Sanctiſſimi edito in publica Signatura gratiæ, & ab eo tempore effluxerit tempus, quo commodiſſimè de tractatu cõcordiæ, & illius cõcluſione ſtabilita, palam coram pluribus perſonis certiorari ſaltem per Procuratorem potuerunt principales commorantes in Ciuitate Peruſiæ, hæc veriſimilis notitia iuncto adimplemento concordiæ per actuales conſignationes vt ſupra factas eorum Miniſtris inducit ipſorum principalium præſumptam rati-
20 ficationem, vt in puncto *Rot.deciſ.197.ſub numer.9.& 10.par.4.tom.2.recent.* Præſertim quia concordia ipſis eſt vtilis, & plures deſuper habiti fuerunt tractatus.

Non obſtat quod poſtmodum de menſe Octobris Capitulum propria authoritate iterum effectus Caſalis vendiderit Franciſco Antonio de Comitibus, quia tunc lapſus fuerat terminus 20. dierum in folio concordato præfixus aduerſarijs ad ſoluendum ſummam conuentam, quo termino elapſo, quia per concordiam non eſt, vt infra dicam nouatus contractus locationis factæ aduerſarijs de anno 1644. & completa fuit conductorum mora ſemeſtrualis in ſoluendo paghas decurſas affictus potuerunt locatores exercendo ex integro facultatem ſibi ex dicto contractu in hunc caſum reſeruatam vendere effectus caſalis, & purgato per reſtitutionem alias factã
21 prætenſo ſpolio † vti iure ſuo propter moram conductorum nuper completam, *Rota deciſ.117. num.16. par.4. tom.2.recent.* Maximè quia in ipſo folio *verſ. che per il credito* partes conuenerunt quod ſeruari debeant pacta, & conuentiones contentæ in Inſtrumento locationis, quæ per concordiam nouata non fuit nedum ob præſeruatiuam mox ponderatam
22 conuentionum † ibi contentarum, *Capic.Galeott.contron.32.num.11.& ſeqq.lib.1.Surd.dec.23. ſub num.9.Theſaur.deciſ.125.num.5.* Sed etiam quia concordia reſtituit conductores ad iura competentia in vim locationis, & ſic cum
23 emanauerit † pro locationis executione, & obſeruantia non importat nouationem, *Bart. in l.ſingularem nu.10. verſ.quandoque ff.ſi cert.pet. Decian.conſ.11.nu.51.lib.1. Anton.de Amat.reſolut.57.num.18. Fontanell.deciſ.560.nu.16. Menoch. deciſ. Bonon.54. numer.22.& ſeqq.Capic.Latro deciſ.38.num.42. Rot.deciſ.471. num.6.part.1.recent.* Eo minus quia Inſtrumento locationis nihil aliud addit quam longiorem dilationem ad
24 ſoluendum, † ex qua de iure nouo non reſultat nouatio vt ad litteram diſponit, *text.in l.fin.ibi ſeu tempus addiderit Cod.nouat. & poſt Iacob. de Beluiſ. Cyn. & alios ibi allegatos tradit Rimin.Iun.conſ.201. num.8.& ſeqq. conſ.520.nu.34. & 36.Gabr.de nouat.concl.1.n.3.& 65.verſ. contrarium, & num.66. Hering.de fideiuſſ. cap.20. §.12. nu.11.& ſeqq.Ciriac.contr.249.n.2. aliyque relati à Modern.Luc an.conſ.4.nu.46.*

Quo verò ad ſecundam inſpectionem cõcordia efficit, vt exaduerſo non poſſit in gradu reſtitutionis in integrum procedi ad vlteriora in iudicio ſpolij, & lite antea cæpta
25 quia ipſam extinxit, † & lites ſemel per concordiam extinctæ inſtaurari non debent, *L.ſi maiores 25. L.quamuis 39. C.tranſact. Bald.in l.incoinata ſub num.1 in 2.notabili Cod.fruct.& lit.expen.Rot.deciſ.86. numer.5.& 7.* vbi hoc ampliat quando concordia fuit obſeruata *par.6. recentiorum.*

Nec obſtat quod ſicuti expirata concordia per lapſum termini conceſſi ad ſoluendum, licet locatoribus redire ad primęua iura contractus locationis, ità licere debeat conductoribus redire ad primęua iura litis ceptæ. Quia diſpar eſt ratio cum partes concordando noluerint recedere à contractu locationis, imò illum adimplere; voluerint vero recedere à lite mota, & prætenſo ſpolio, quod fuit ſu-
26 blatum † non minùs quam per concordiam per effectiuam reintegrationem conductorum ad priſtinum ſtatum, *Abb.in cap.conquerente num.1.de reſtit.ſpoliat. Mohed.deciſ.8.num.1. eod.tit.Caputaq.deciſ.171.par.3.Menoch.conſ.758. num.15.& 16.Rot.deciſ.363.num.12.par.4.tom.3. recent.* neque conductores, quorum culpa concordia expirauit allegare poſſunt nouum ſpolium ob vltimam venditionem effectuũ Caſalis à locatoribus factam vt ſupra Franciſco Antonio de Comitibus, quia vt dicebam locatores potuerunt propter moram
27 conductorum de nouo completam † vendere in vim facultatis ſibi competentis ex pacto appoſito in Inſtrumento affictus, quo vtẽdo contra debitores non reſiſtentes de facto non dicuntur ſpoliaſſe *Bart.in l.creditores n.18. verſ.iſtud enim C.pign. Menoch.de adipiſc.remed.5. num.2.& 3.& de recuper.remed.9.n.208.ex text.in in l.qui rationario 30 ff.pign.act. Pariſ.conſ.5.n.27.* vbi infert quod debitor non poteſt dicere
28 modo aliquo ſe ſpoliatum, † nec poteſt dari de ſpolio *lib.4.Ruin.conſ.127. num.5.lib.5.Surd. conſ.221.num.22.& 39.*

Quare vtraque parte Informante deciſum fuit obſtare concordiam.

CARPENTORATEN. HAEREDITATIS.

Veneris 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Hæres fiduciarius vt quis inſtitutus dicatur copulatiuè concurrere debent cauſa, ob quam Teſtator filios rectà via hæredes non inſtituit, ſed mediante alio hærede fiduciario, nec non etiam verba teſtamenti reſtitutionem hæreditatis proprijs filijs inducentia, & ex quibus vtrumque requiſitum in caſu deciſionis ceſſet?

SVMMARIVM.

1 *Hæres fiduciarius vt inſtitutus dicatur duo copulatiuè concurrere debent, nempè cauſa ex qua motus fuit Teſtator ad vocandum ad ſuam hæreditatem proprios filios non rectà vera, ſed mediante*

alio

alio hærede, nec non etiam verba ex quibus talis voluntas eliciatur.
2 Et vtrumque probandum eſt ab allegante.
3 Inſtitutio fiduciaria excluſa remanet ex verbis teſtamenti importantibus plenariam, ac liberam inſtitutionem tàm in proprietate, quàm in fructu.
4 Quamuis hoc ſolum non ſufficeret, ſi alia adeſſent ſigna fiduciæ.
5 Item inſtitutio fiduciaria excluſa cenſetur, ſi relicto filijs legato Teſtator expreſsè prohibuit, ne plus prætendant, vndè penitus excluſi dicuntur ab vniuerſali ſucceſſione.
6 Item ſi expreſsè etiam prohibentur petere ex cauſa legitimæ Tribellianicæ, falcidiæ, aut quocumque Iure.
7 Inſtitutiò fiduciaria vt excluſa dicatur ſufficit in teſtamento non adeſſe aliquod verbum confidentiæ indicatiuum.
8 Inſtitutio fiduciaria inducta cenſetur ſi filij Teſtatoris tempore conditi teſtamenti erant impuberes.
9 Declara non procedere quando non omnes filij tempore teſtamenti erant impuberes, & in omnibus non militat cauſa pupillaris ætatis, quo caſu ne eadem inſtitutio, quoad alios cenſeatur fiduciaria quoad alios vero libera, inſtitutio nullatenus fiduciaria dici poteſt.
10 Teſtator poteſt eius hæredi demandare adminiſtrationem, & gubernium filiorum aliter, quam per inſtitutionem fiduciariam.
11 Hæres præſumitur à Teſtatore inſtitutus non ex alia cauſa, quam dilectionis in teſtamento expreſſæ.
12 Cauſa ſimulandi inſtitutionem, ac inducendi fiduciam debet eſſe certa, non autem dubia.
13 Fiducia non probatur ex teſtibus ſi de cauſa fiducialitatis non deponunt, nec teſtamento interfuerunt.
14 Fiducia probari poteſt à Teſtibus deponentibus de verbis prolatis longè poſt teſtamentum à Teſtatore vel eius hærede.
15 Teſtes examinati ſine citatione partis non probant.
16 Appellatio interpoſita à decreto admiſſionis articulorum, quando eſt interlocutorium non impedit, quominus Iudex à quo poſſit ad vlteriora procedere in examine, donec per Iudicem appellationis ſit inhibitus.
17 Secus vero quando decretum eſt diffinitiuum, & vltro fuit verificata cauſa appellationis coram Iudice ad quem.
18 Appellatio admiſſa ad vtrumque effectum operatur vt vi retrotractionis reddantur attentata omnia geſta coram Iudice à quo à die decreti, ſiue ſententiæ.
19 Voluntas Teſtatoris quando agitur inter liberos duobus teſtibus probatur.
20 Fiducia ſiue conuentio inter Teſtatorem, & hæredem de reſtituendo hæreditatem duobus Teſtibus probatur.
21 Verba Teſtamenti quando non ſunt clara, ſed dubia ad illa declaranda duo teſtes ſufficiunt.
22 Verba vbi ſunt clara declarationi locus non eſt.
23 Diſpoſitio Teſtatoris probanda eſt per ſeptem Teſtes.
24 Verba Curialia, & honorifica non obligant, aut diſponunt.
25 Amiſſio Inſtrumenti probanda eſt, qui illius tenorem probare intendit.
26 Fiducia probatur per teſtes ſingulares.
27 Confeſſio extraiudicialis non probatur per Teſtes ſingulares etiam ſingularitate adminiculatiua.
28 Teſtes ſingulares ſufficiunt, quando non agitur de probanda ſubſtantia diſpoſitionis, ſed ad illam declarandam.
29 Teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua fidem non merentur.
30 Fiducia etiam coniecturis probari poteſt, & quanam coniecturæ ad hunc effectum ſufficiant? n. 31. 32. & 33. Declara nu. 35. & ſeqq.
34 Coniecturæ admittuntur, vbi verba Teſtamenti clara non ſunt, at in claris locus non eſt coniecturis.
35 Pater relicta filijs legitima poteſt de eius bonis ad libitum diſponere, & in eis præſumitur magis, quam filios dilexiſſe eum, quem hæredem vniuerſalem inſtituit, nu. 36.
37 Teſtator poteſt ad libitum inſtitutionem hæredis reuocare.
38 Teſtamentum primum per ſecundum reuocatur.
39 Hæres ſoluens filijs Teſtatoris vltra quantitatem à Patre legatam, talis ſolutio cedit in cauſam ſupplementi legitimæ filijs debiti non obſtante Patris prohibitione.
40 Hæredem eſſe conſentire videtur, qui illum pro tali approbat, & agnoſcit.
41 Scientia præſumitur in filijs circa diſpoſita per Patrem ſtante publica voce, & fama.
42 Fiducia excluditur ex obſeruantia ſubſecuta in contrarium.
43 Inſtitutio quando eſt fiduciaria, tunc ſubſtitutio non ſufficit, quod fiat in euentum incertum.
44 Coniecturæ ad probandam fiduciam adducta contrarijs coniecturis confunduntur.
45 Pro poſſeſſore in dubio pronunciandum eſt.

DECISIO CCCXVII.

CVILIBET ex filijs tam natis, quam naſcituris Bernardus Fabro in teſtamento quod condidit de anno 1584. legauit Iure particularis inſtitutionis florenos 600. certis temporibus ſoluendos, & vlterius mandauit illos enutriri, veſtiri, & educari in omnibus bonis moribus, & virtutibus, maribuſque de bona arte prouideri ſumptibus hæreditatis, addito quod nihil aliud habere, aut petere poſſint ſuper eius bonis, & hæreditate, ſiue iure legitimæ, quartæ Trebellianicæ, falcidiæ, aut quocunque alio iure, quia vult dicto legato eſſe contentos.

Deindè ſcripſit hæredem vniuerſalem Claudium fratrem germanum ſolum, & pro toto, per quem voluit, & ordinauit ſupradicta legata realiter ſolui, & ſatisfieri, qui Claudius ab anno 1596. quo deceſſit Teſtator bona hæreditaria, tamquam verus, ac ſolus hæres pacificè poſſedit vſque ad annum 1620. & ſucceſſiuè poſſederunt eius filij, & hæredes vſque ad annum 1641. tunc enim & ſic elapſis 45. annis Ioanna filia Bernardi Teſtatoris, & Franciſcus eiuſdem nepos ex Theofredo filio contra illos petierunt immitti

mitti ſub prætextu quod Claudius vt ſupra inſtitutus hæres vniuerſalis à Bernardo fuerit dumtaxat hæres confidentialis, ſeù fiduciarius cum onere reſtituendi hæreditatem filijs Teſtatoris. Prodijt hæc lis coram Iudice de partibus in Ciuitate Carpentoratē, donec per appellationem à decreto admiſſionis articulorum à Domino Vicelegato ad vtrumque effectum admiſſam deuoluta ad Curiam finem primæ inſtantiæ recepit à ſententia abſolutoria contra actores lata, & nunc ſecundam inſtantiam ſortitur in Rota, vbi propoſito à me hodie dubio an actoribus ſit danda immiſſio, non eſſe dandam Domini cenſuerunt.

Vt enim hæres fiduciarius quis inſtitutus
1 dicatur, copulatiuè inter cætera requiritur cauſa ob quam Teſtator proprios filios non potiùs recta via, ſed mediante alio hærede fiduciario ad ſuam hæreditatem vocauerit, & verba teſtamenti, ex quibus fidei hæredis inſtituti hæreditatis reſtitutionem committere voluiſſe deducatur, vt notat *Bald. in l. in fideicommiſſi 3. §. cum Pollidius ff. vſur. ibidemque Ciriac. verſ. ergo duplici Bertazz. conſ. ciuil. 8. nu. 8. Honded. conſ. 51. num. 88. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 3. num. 19. verſ. & fiduciarium, & de Iur. fiſci lib. 3. tit. 19. nu. 3. Rot. deciſ. 381. nu. 2. coram bo. me. Card. Cavaler. deciſ. 616. nu. 15. & 23. coram bo. me. Buratto deciſ. 351. num. 13. par. 4. tom. 2. recen. & in Bononien. Iuriſpatronatus 4. Iulij 1640. coram me, §. 1. deſumiturque ex textu in d. l. in fideicommiſſi, §. cum Pollidius ff. vſur. l. quidam cum filium famil. 46. ff. hæred. inſtit. in l. Seius Saturninus 46. ff. ad trebellian.* in quibus vtrumque concurrebat, &
2 probandum † autem vtrumque eſt ab allegante, vt habetur *in d. l. quidam cum filium familias, ibi, non aliter ab eo fideicommiſſum peti poſſe quam ſi & ipſum Teſtatorem fidem eius ſecutum eſſe probaretur.*

At in caſu noſtro non probarunt actores, imò verba teſtamenti excludunt penitus fi-
3 duciariam † ſiue attendamus inſtitutionem hæredis, *ibi, inſtituit hæredem ſuum vniuerſalem Claudium Fabre eius fratrem dilectum ſolum, & pro toto* ponderando præſertim verba illa ſolum & pro toto, quæ importare videntur plenum dominiū tàm in proprietate, quàm in fructu, & per conſequens plenariam, ac liberam inſtitutionem, vt ad propoſitum ponderat, *Ioſeph Ramon. conſ. 67. ſub numer. 17.*
4 quamuis hoc ſolum † non ſufficeret, *Bertazz. d. conſ. ciuil. 8. num. 17. verſ. ſecundo per facultatem, Cancer. var. reſolut. tom. 1. cap. 1. num. 219. & ſeqq.* ſiue attendamus præcedens legatum factum filijs cum expreſſa prohibitione plus petendi,
5 per quam dicuntur † penitùs excluſi ab vniuerſali ſucceſſione *Bart. in l. quoties §. ſi duo n. 1. & 5. ff. hæred. inſtit. Ruin. conſ. 90. nu. 11. lib. 2. Gabr. conſ. 132. num. 42. lib. 1. Rouit. conſ. 47. num. 14.* vbi ait ex dicta prohibitione reſultare claram mentem Teſtatoris, quod taliter inſtituti in nullo caſu poſſint plus habere *lib. 1. Rota deciſ. 635. num. 4. par. 1. recen.* præſertim quia pro-
6 hibiti ſunt petere † ex cauſa legitimę Trebellianicæ, & falcidiæ, aut quocumque alio iure, atque ità nec Iure fiduciariæ inſtitutionis, quod ac omne aliud ſub vniuerſalitate verbi *quocumque* compræhenditur, *Ruin. conſ. 98. num. 11. lib. 2. Cephal. conſ. 13. num. 2.* cum tamen
7 ſufficeret † non adeſſe aliquod verbum confidentiæ iudicatiuum, *Buratt. d. deciſ. 616. n. 18. verſ. maximè Rot. d. deciſ. 351. num. 13. verſ. nam de verbis par. 4. to. 2. recent.*

Cauſa pariter non eſt exaduerſo probata, nec allegare ſufficit, quod filij Teſtatoris eſ-
8 ſent † impuberes ad tradita per *Peregr. de fideicomm art. 3. num. 19. verſ. quia impuberes, Neguzan. quæſt. 310. num. 53. verſ. minor ætas Moder. Neapol. in l. hac edictali quæſt. 28. ſub num. 35. verſ. item poteſt Cod. ſecundis nupt.* Aut quod Teſtator hoc modo prouidere voluerit filijs de adminiſtratore eidemque Claudio adminiſtratori filiorum ſucceſſiuam obedientiam, de qua alioquin verebatur conſeruare. Quia cum non
9 omnes filij eſſent impuberes, † aderat enim Franciſcus ætate maior tempore teſtamenti, in omnibus nō militabat cauſa pupillaris ętatis, ſiue timoris inobedientiæ, qui in impuberibus cadere non poterat, & per conſequens ne eadem inſtitutio quoad aliquos filios cenſeatur fiduciaria; libera vero quoad alios dicendum eſt nullatenus fiduciariam eſſe, vt in his terminis aduertit *Buratt. dicta deciſ. 616. ſub num. 23. verſ. cauſa non conueniebat, & num. 24.* Eo minùs quia Teſtator aliter poterat Claudio fratri hæredi inſtituto † filiorum
10 adminiſtrationem, ac gubernium, & filijs obedientiam erga Claudium iniungere, *Bertrand. conſ. 47. ſub num. 7. verſ. ſi enim vol. 3. part. 2. Cuman. conſ. 108. numer. 1. verſ. iuſtius tamen, Grat. diſcept. 446. num. 5.* Prout ſpecialiter per Capitulum ſeparatum iniunxit; vndè inſtituendo poſtea Claudium hæredem vniuerſalem,
11 tamquam fratrem dilectum, † *ibi, eius fratrem dilectum* præſumitur, non ex alia cauſa, quam dilectionis motus ad inſtituendum, vt in proximis terminis, *Dec. conſ. 601. ſub nu. 4. verſ. & in puncto Rot. in ſupracitata Bononien. Iuriſpatronatus coram me, §. neque pro cauſa, verſ. quin potius,* vel in omnem euentum negari ſaltem non
12 poteſt † quin allegata cauſa ſimulandi inſtitutionem fratris, ac fiduciæ ſit dubia, ſed certa requiritur, *Alb. conſ. 9. num. 1. & 8. Natt. conſ. 628. num. 17. & ſeqq. Honded. conſ. 46. num. 3. & 4. lib. 1. Farinacc. conſ. 40. ſub numer. 60. lib. 1. & fuit dictum in Bonon. Bonorum de Monterentijs 27. Iunij 1611. coram bo. me. Penia.*

Hinc non obſtant teſtes exaduerſo exami-
13 nati, quia nemo deponit † de cauſa fiducialitatis, nec interfuerunt teſtamento, & quatenùs deponunt de verbis longè poſt teſta-
14 mentum † prolatis à Bernardo Teſtatore, vel à Claudio hærede ex quibus fiducialitas probari poteſt, *Caſtill. quotid. controu. lib. 5. cap. 69. num. 8. & 9. Rot. deciſ. 765. num. 10. par. 2. recentior.* non merentur fidem. Primò quia aliqui ex
15 illis examinati fuerunt † vigore monitorialium abſque citatione partis, *Surd. conſ. 129. num. 33. Giurb. deciſ. 95. num. 1. Rot. deciſ. 250. n. 23. par. 6. recent.* alij examinati fuerunt poſt interpoſitam appellationem à decreto admiſſio-

nis

16 nis articulorum, † quæ licet quando tale
decretum interlocutorium eſt, non impedit
quo minus Iudex à quo poſſit ad vlteriora
in examine procedere, donec per Iudicem
appellationis fuerit inhibitus, *Lancell. de attent.
par. 2. cap. 12. limit. 1. num. 1. & ſeqq. Rot. deciſ. 17. de
appellat. in antiq. & in Mantuana Bonorum 20. Maij
1611. coram Vbaldo Seniori impreſſ. apud Marcheſ.
de commiſſ. par. 1. fol. 1221. numer. 1.* obeſt in caſu
noſtro, quo decretum eſt diffinitiuum, † vt
17 patet ex lectura, *ibi, ſeruatis terminis, & con-
cluſione in cauſa &c. Chriſti nomine &c. dicimus,
&c. Summ. Ioannæ & lit. conſortum numer. 12.* &
vltrò verificata fuit cauſa appellationis corã
Iudice Superiore, nempe Vicelegato Aue-
nionen. ad cuius Signaturam ſpectant appel-
lationum admiſſiones, illeque appellationem
18 ad vtrumque effectum admiſit, † nam talis
admiſſio vi retrotractionis ad diem decreti,
reddit attentatum examen teſtium, & quid-
quid medio tempore geſſit Iudex à quo *Lan-
cell. de attent. part. 2. cap. 12. ampliat. 19. nu. 1. Reue-
rendiſſ. Vrgellen. deciſ. 96. num. 4. cum alijs allegatis
ab add. ad Buratt. deciſ. 902. nu. 6. & in Collen. De-
canatus 7. Maij 1640. coram R. P. D. meo Royas.*

Secundò quia eſto, quod ſufficerent duo
Teſtes eo quod agitur de probanda, ſiue vo-
19 luntate Patris inter liberos, † quæ duobus
Teſtibus probatur, *l. hac conſultiſſima, §. ex im-
perfecto vbi Iaſ. num. 6. Cod. teſtam. Gabr. de teſtam.
concl. 7. nu. 1. & 2. Michael Graſſ. in §. teſtamentum
quæſt. 11. num. 4. Seraph. deciſ. 1302. num. 6.* Siue
conuentione inter Teſtatorem, & hæredem
20 de reſtituendo hæreditatem filijs Teſtatoris,
quæ pariter non vltra duos teſtes requirit, vt
in his terminis, *Iaſ. in l. fin. num. 17. & 18. Cod.
fideicom. Alb. conſ. 529. num. 5. & 6. Grat. diſc. 650.
nu. 32. alijque relati per Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4.
quæſt. 3. art. 4. num. 19. & 20. Modern. Bononien. de
acquir. poſſeſſ. quæſt. 15. ſub num. 69. Buratt. dec. 616.
num. 7.* Prout plures non requiruntur ſi pro-
21 batio tendit ad declaranda † verba teſtamẽ-
ti, vbi dubia ſunt, nam vbi ſunt clara, vt in
22 caſu † noſtro non eſt locus declarationi, ſed
inducitur ex verbis poſt teſtamentum ſerio
prolatis noua diſpoſitio teſtamentaria ad quã
probandam ſeptem omninò Teſtes neceſſa-
23 rij † ſunt non ſecus ac ad illam inducendam
iuxtà Magiſtralem diſtinctionem, quam alijs
relatis tradit *Surd. conſ. 129. num. 29. Honded. con-
ſil. 51. num. 76. & ſeqq. lib. 2. Io. Franc. à Ponte con-
ſil. 63. num. 9. & ſeqq. lib. 1. Cancer. var. reſol. par. 3.
cap. 20. num. 408. & ſeqq. & in his terminis ſecutus
eſt Gratian. d. diſcept. 650. num. 25. & ſeqq. Rot. co-
ram Buratt. d. deciſ. 616. num. 4. & par. 2. recent. de-
ciſ. 765. num. 6. & 7.* Licet in eo caſu Rota duos
tantum Teſtes admiſerit, quia in teſtamento
aderant verba confidentialia, vt patet *nu-
mer. 13.*

Eſto inquam quod duo Teſtes ſufficerent,
tot in caſu noſtro non adſunt, nam ſolum
ſextus Teſtis deponit audiuiſſe longè poſt te-
ſtamentum à Bernardo Teſtatore, & Claudio
hærede ipſius Claudij factam fuiſſe inſtitutio-
nem ſub promiſſione reſtituendi filijs Teſta-
toris, tertius autem Teſtis deponit audiuiſſe
à Claudio quod quamuis teneret, & poſſi-
deret bona Bernardi fratris nihilominus red-
deret contentos, & ſatisfactos eius filios, &
poneret illos in quiete, & pace, quæ verba
non important, per neceſſe promiſſionem
reſtituendi bona, cum verificari poſſint reſ-
pectu ſupplementi legitimæ, quod deinde
Claudius ſoluit filijs Teſtatoris; Cumque
ſint admodum generica, & ferè honorifica,
24 & curialia † non obligant, aut diſponunt
*cap. cum veniſſent circa med. verſ. ipſæ vero de inſt.
Iaſ. in l. ita ſtipulatus num. 5. ff. verb. oblig. Seraph.
deciſ. 136. num. 3. Andreas deciſ. 92. num. 8.* Secun-
dus pariter teſtis nullius prorſus eſt momen-
ti, quia ait Bernardum, & Claudium fratrẽ
conueniſſe ſimul de faciendo donationem re-
ciprocam, & Claudium recepta per publicũ
Inſtrumentum donatione à fratre finxiſſe ſe
ægrotum ne ſimilem fratri faceret; de quo
Inſtrumento donationis Bernardi erga Clau-
dium nullibi conſtat, & quatenus dicatur de-
perditum non probatur eius tenor † per Te-
25 ſtes non docto de Inſtrumenti amiſſione,
*Caſtr. in l. 1. num. 3. Cod. fid. inſtrum. Bart. in auth. ſi
quis in aliquo n. 6. Cod. eden. Cephal. conſ. 171. n. 48.
Surd. conſ. 06. num. 10. Afflict. deciſ. 274. n. 4. Rot. in
Bituntina Cenſus 24. Maij proximi præteriti §. pri-
mo quia coram R. P. D. meo Corrado.*

Vnde non vrget quod ad probandam fi-
26 ducialitatem † admittuntur etiam Teſtes
ſingulares *Caſtr. conſ. 395. num. 1. verſ. iſti quidem
teſtes par. 2. Aym. conſ. 73. numer. 33. Simon. de Pret.
conſ. 67. nu. 12. Mant. de coniect. lib. 12. tit. 16. nu. 20
Seraph. deciſ. 1302. num. 1. Rot. deciſ. 765. nu. 7. & 8.
par. 2. recent.* Quia vt dicebam vnicus Teſtis,
nempè ſextus deponit de confeſſione extra-
iudiciali ad quam probandam † regulariter,
27 nec ſufficiũt Teſtes ſingulares etiam ſingula-
ritate adminiculatiua, *Alex. conſ. 68. nu. 8. lib. 3.
Put. deciſ. 466. num. 1. lib. 2. in corr. Buratt. dec. 117.
num. 8.* & præterea quamuis Teſtes deponé-
rent de ipſa diſpoſitione, ſeu pacto confiden-
tiali eorum ſingularitas non poſſet admitti,
28 niſi vbi verba teſtamenti eſſent dubia, vt in
puncto reſpondendo contrarijs declarat *Bu-
ratt. d. deciſ. 616. num. 16. Grat. diſcept. 650. nu. 24.
& pluribus ſeqq.* & teſtes deponerent de diuer-
ſis actibus tendentibus ad eumdem finem, ſe-
cus vero quando deponunt de eodem actu,
ſed diuerſimodè prout in caſu noſtro depo-
nit ſecundus, & ſextus Teſtis, & ratio diuer-
ſitatis eſt, quia primo caſu ſingularitas eſt
adminiculatiua, ſecundo vero obſtatiua, quæ
29 dicta † Teſtium deſtruit, itaut nullam om-
ninò faciant probationem, *Farinacc. de Teſtib.
quæſt. 64. num. 5. & 6. & num. 54. Ciriac. contr. 487.
num. 1. & ſeqq.* vbi allegat concordantes.

Rurſus non obſtat, quod etiam coniectu-
30 ris † fiducialitas probari poſſit, *Salyc. in l. etiam
numer. 7. verſ. item dico Cod. ad leg. falcid. Rot. d. de-
ciſ. 765. num. 11. par. 2. recent.* cum alijs allegatis
à Modern. Bononien. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 15. n. 70.
& hic cõcurrat, tum præſumptio maioris di-
31 lectionis † erga proprios filios, quam erga
fratrem quam in puncto ponderat *Bertazz.
conſ. ciuil. 8. num. 9. Pacian. conſ. 66. num. 14. & ſeqq.*

*Alb.conſ.*529*.num.*37. *Cancer.var.reſolut. tom.*1.
*cap.*1.*num.*217. tum ſucceſſiua declaratio facta
per Bernardum Teſtatorem † quod Claudius
32 ſcuta 600. quæ ei debet Bernardus detrahere
in primis poſſit ſi quando mortuo Bernardo
ad diuiſionem cum eius filijs deueniret, id
quod ſupponit bona Bernardi ad filios eſſe
deuoluenda, tum obſeruantia, nam Claudius
poſtea in ſuo teſtamento æquè inſtituit
33 cum † proprijs filijs filios Bernardi, vt in his
terminis ponderat *Bertazz.conſ.*8.*nu.*12.*verſ.*4.
& *nu.*13. & idem Claudius viuens ſoluit filijs
Bernardi vltrà quantitatem florenorum 600.
à Patre legatam.

Coniecturæ enim admittuntur vbi verba
34 teſtamenti clara non ſunt, at in claris non
eſt locus coniecturis, *l. continuus §. cum ita ff.
verb.oblig.l.ille aut ille §.cum in verbis ff.leg.*3. &
in his terminis *Ioſeph Ramon.conſ.*67. *numer.*17.
Præter quod exaduerſo adductæ nō releuant,
nam paterno amori, & obligationi erga fi-
35 lios ſatisfactum fuit † mediante legato in
cauſam legitimæ vltrà quam potuit Pater ad
libitum de bonis diſponere, *Dec.conſ.*246.*ſub
num.*4.*conſ.*547.*num.*1. *Pariſ.conſ.*34.*nu.*24.*lib.*2.
*Menoch.conſ.*685. *numer.*4.*& ſeqq.* & in reliquis
bonis præſumitur magis quā filios dilexiſſe
36 cum, † quem hæredem vniuerſalem inſtituit
*Simon.de Pret.de interpetr.vlt.volunt. dub.*2. *lib.*4.
*num.*7.*Gratian.diſcept.*565.*num.*11. aliter dicen-
dum eſſet, quod teſtamentum Patris ſemper
eſſet fiduciale, quando filios hæredes vniuer-
ſales non inſtituit. Declaratio debiti detra-
hendi in caſum diuiſionis procurata fuit à
Claudio vt ſibi ſuffragaretur in euentum in
37 quem Bernardus inſtitutionem † de eo fa-
ctam reuocaret, vt poterat *Oldrad. conſil.* 174.
*num.*2.*Guttier.conſ.*2.*numer.*6. *Ciriac.controu.*168.
*num.*5. *& per tot.* Obſeruantia eſt pro Claudio
quia prius teſtamentum in quo ille etiam
nepotes ex Bernardo fratre hæredes inſtitue-
rat non habuit effectum, ſed per ſecundum
38 continens † dumtaxat inſtitutionem pro-
priorum filiorum reuocatum fuit *l.*1.*§.penul-
tim.ff.ſi tabul.teſtam. null.extab. Bald.in l ſancimus
num.*2.*Cod.teſtam. Bart.in l.ſi iure* 18. *num.*3 *ff.le-
gat.* 3. *cum alijs allegatis in Nepheſina Hæreditatis*
27.*Martij* 1626.*coram bon.mem.Remboldo,* quod-
que Claudius ſoluit filijs Bernardi vltrà quā-
titatem legatam à Patre † ceſſit in cauſam
39 ſupplementi legitimæ eiſdem filijs debiti nō
obſtante Patris prohibitione, *l.quoniam in prio-
ribus Cod.inoff.teſtam. Dec.conſ.*495. *numer.*22. *&
conſ.*688.*num.*7. *Peregr.de fideicom.art.*39.*num.*2.
*aliyque allegati, per Modern.de legit.lib.*3.*tit.*3.*q.*6.
*num.*3. & per hanc ſolutionem factā à Clau-
dio tanquam hærede Bernardi ipſum † d.filij
40 in verum hæredem agnouerunt ad tradita
*per Surd.conſ.*212. *num.*10. *& deciſ.*104.*n.*7.*&* 8.
*Rot.deciſ.*338.*nu.*8.*par.*4.*to.*2.*recent.* Quo magis
contrahendo pluries cum Claudio, tanquam
vero hærede, ac permittendo, quod ille hæ-
reditario titulo omnia alia bona Bernardi
poſſederit per 45. annos, intra quos gratis
negatur eos ignoraſſe aſſertum pactum con-
fidentiale cum Teſtes exaduerſo inducti de-
41 ponant fuiſſe de hoc † publicam vocem, &
famam, *Peregr.de fideicom.art.*52.*num.*104.*verſ.
quintus Farinac.in fragm.Litt.Y.num.*138.*Trenta-
cinq.var.reſolut.lib.*3.*titul.de tranſact.reſolut.*1.*nu-
mer.*20.
42 Hæc autem obſeruantia ſubſecuta † confi-
dentiam excludit *Buratt.d.deciſ.*616.*numer.*20.
Concurrentibus præſertim in idem alijs co-
niecturis, nempè quod Bernardus certos exe-
cutores ſui teſtamenti reliquit, nec reliquiſſet
ſi de fide hæredis integrè confidiſſet, quod
Claudium hæredem filijs in quantitate illis
legata ſubſtituit, nec è conuerſo eoſdem in
hæreditate ſubſtituit Claudio in certum tem-
pus, aut euentum, vt ſolet quando inſtitu-
43 tio eſt fiduciaria, † itaut non ſufficiat ſub-
ſtitutio in euentum incertum, *Alex. in l.ſeius
Saturninus* 46. *num.*3. *&* 4.*ff.ad Trebell.Iaſ.in l.ſi
cui legatur, § hoc autem num.*10. *ff.legat.*1.*Neguz.
queſt.*310.*num.*53.quod licet Claudius tempo-
re teſtamenti conditi à Bernardo filijs, &
vxore careret, nupſit tamen poſtea, & filios
ſuſcepit, nec Bernardus qui diù ſuperuixit
teſtamentum reuocauit, aut aliquam reuoca-
tionem fauore filiorum ipſius Bernardi à
Claudio fieri procurauit, vt veriſimiliter fe-
ciſſet ſi fidei Claudij hæreditatis reſtitutionē
ſecreto commiſiſſet, cum eadem fides ſuſpe-
cta reddita eſſet ob ſuperuinentiam dictorū
filiorum, ex quibus coniecturis, necnon ob-
ſeruantia, & verbis teſtamenti initio ponde-
44 ratis confunduntur † coniecturæ in contra-
rium adductę, *l.Diuus ff.præſumpt. Surd.conſ.*16.
*num.*23.*& in his terminis Grat.diſcept.*650.*nu.*33.
*Buratt.deciſ.*616. *num.*23. & in dubio pronun-
45 ciandum † eſt pro poſſeſſore, *Caſanatt.conſ.*45.
*ſub num.*162. *verſ.quia in dubio iudicandum.*

Et ita deciſum vtraque &c.

PERVSINA BENEFICII.

Veneris 28. *Iunij* 1647.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio beneficij appræhenſa per contactum hoſtij Eccleſiæ ſuffragatur, quando fuit prohibitus ingreſſus in Eccleſia. Epiſcopus ſequuta vacatione beneficij poteſt ſolum deputare ęconomum, qui cuſtodiat, & ſeruet fructus ſucceſſori in beneficio, non autem valet abſque licentia Papæ occupare bona beneficij, ac fructus ſibi appropriare.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio beneficij per tactum parietum, & hoſtij Eccleſiæ capta ſuffragatur, vbi facto alterius prohibitus eſt ingreſſus intra Eccleſiam, & num.* 3. *& redditur ratio num.*4.

2 *Et prohibitio ingreſſus probatur ex aſſertione Notarij de appræhenſione poſſeſſionis rogati, cui in hoc fides adhibetur.*

4 *Hoſtium eſt pars rei.*

5 *Pro poſſeſſore beneficiatus haberi debet ſi per eum*

non

non ſtet, quo minus Eccleſiam ingrediatur in odiũ impedientis ingreſſum.

6 *Poſſeſſio per tactum hoſtij Eccleſiæ probatur ex publico Inſtrumento etiam ad effectum manutentionis, quando tunc temporis poſſeſſio erat vacans.*

7 *Poſſeſſio vacua præſumitur, niſi exaduerſo probetur plena.*

8 *Epiſcopus nequit bona beneficij vacantis occupare, & ſine cauſa illius fructus ſibi applicare abſque licentia Papæ, alias dicitur in dolo.*

9 *Epiſcopus ſequuta vacatione beneficij poteſt prouidere de œconomo, qui fructus ſucceſſori ſeruet, ac cuſtodiat.*

10 *Poſſeſſio beneficij vacantis capta per deputatos ab Epiſcopo referenda eſt ad modum licitum.*

11 *Et ſecum trahit ſimplicem œconomatum, ac cuſtodiam bonorum, & redditũum, non autem veram poſſeſſionem beneficij.*

12 *Poſſeſſio beneficij vacantis exiſtens penès œconomum non impedit, quominus prouiſus deinde de beneficio per ſubſequentem poſſeſſionem Inſtrumentalem efficiatur verus, & manutenibilis poſſeſſor.*

13 *Poſſeſſio vt dicatur plena non ſufficit ſola cuſtodia, ſed oportet aliquem intus eſſe animo poſſidendi.*

14 *Deputatio œconomi ad cuſtodiam beneficij vacantis ſtatim expirat per prouiſionem veri ſucceſſoris in beneficio.*

15 *Exceptiones reſpicientes petitorium non admittuntur in iudicio poſſeſſorio.*

16 *Exceptio reſpiciens pertinentia vt retardet manutentionem poſſeſſori debet probari incontinenti per rem iudicatam per confeſſionem partis, vel per publicum Inſtrumentum.*

17 *Alias datur manutentio poſſeſſori abſque alia cognitione tituli.*

18 *Manutentio danda eſt anteriori poſſeſſori.*

DECISIO CCCXVIII.

CAEPIT Don Anſelmus de Peruſia Monacus Sancti Benedicti Congregationis
Caſſinenſis ſub die 19. Ianuarij proximè præteriti beneficij ſimplicis ſub inuocatione Sãcti Ioannis Caſtri Boneſij poſſeſſionem per
tactum parietum, & hoſtij Eccleſiæ, † qui vbi
1 facto alterius prohibitus eſt ingreſſus intra
Eccleſiam prout prohibitum fuiſſe in caſu
2 noſtro conſtat † ex aſſertione Notarij de apprehenſione poſſeſſionis rogati, cui in hoc
adhibuit fidem, *Rot. in Concordien. Concurſus* 18. *Martij* 1611. *coram bo. mem. Pirouano impreſſ. apud Farinacc. poſt conſ. deciſ.* 319. *num.* 3. *verſ. de quo atteſtatur, & num.* 4. ſufficit ad acquirendam poſ-
3 ſeſſionem beneficij † eiuſque pertinentiarũ,
Rebuff. in prax. benef. tit. de miſſion. in poſſeſſ. nu. 34.
4 vbi dicit rationem, quia hoſtium † eſt pars
rei, *l. fundi ff. act. empt.* & quia cum non ſtet per
5 appræhendentem † quo minus Eccleſiam ingrediatur, ille in odium impedientis debet
haberi pro poſſeſſore, vt probat *text. in cap. contingit* 9. *de dol. & contum. l. in iure Ciuili ff. reg. iur. l. quamuis Cod. bonis author. iudic. poſſiden.* & in his terminis tradit *Guidopap. conſ.* 71. *num.* 7. *Rot. deciſ.* 175. *num.* 3. *inter impreſſ. apud Moder. de manut. dicta deciſ.* 319. *nu.* 3. *apud Farin. & prius apud Biſignettum deciſ.* 8. *de reſtit. ſpoliat. apud Accbill. deciſ.* 1. *&* 3. *de cauſ. poſſeſſ. & propr. alijſque relatis fuit dictum in Tullen. Prioratus* 6. *Iunij* 1642. *coram me in §. fin.*
6 Tactus verò hoſtij Eccleſiæ † probatur ex
publico Inſtrumento quod probat poſſeſſionem manutenibilem quando tunc temporis
poſſeſſio erat vacua, *l. prædia ff. acqu. poſſ. Put. deciſ.* 650. *num* 4. *lib.* 1. *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 5. *num.* 2. *de cauſ. poſſeſſ. & propr.* vt præſumitur, niſi exad-
7 uerſo probetur quod eſſet plena, *Seraphin. deciſ.* 322. *num.* 3. *deciſ.* 1065. *num.* 2. *add. ad Greg. XV. deciſ.* 268. *ſub num.* 10. *Rot. deciſ.* 109. *numer.* 4. *inter impreſſ. poſt tract. Modern. Piſani de Iurepatr. & in Florentina Parochialis* 27. *Iunij* 1642. *coram me.*
Neque ad hunc effectum ſatis eſt probaſſe,
quod ſtatim ſecuta vacatione beneficij, &
antequam Monacus ad Eccleſiam accederet,
fuerit nomine Curiæ Epiſcopalis per deputatos ab Epiſcopo capta poſſeſſio, quia cum
Epiſcopus non poſſit occupare bona benefi-
8 cij vacantis, † nec ſibi applicare fructus ſine
cauſa, & licentia Papæ alias diceretur eſſe
in dolo, *vt in cap. vnico, verſ. & circa inhoneſtatem, vt benef. Eccleſ. ſine dimin. conferan. notat Anchar. num.* 16. *Henricus Boich. num.* 8. *Ioan. de Imol. ſub num.* 27. *& ſequitur Aret. conſ.* 63. *ſub numer.* 5. *verſ. ex his patet, Rot. in Ciuitaten. Archipresbyteratus* 24. *Martij* 1645. *coram R.P.D. meo Cerro, §. prout etiam, verſ. idque eo magis*, ſed ſolum ſe-
9 cuta vacatione † prouidere poſſit de oeconomo, qui cuſtodiat & ſeruet fructus poſſeſſori
donec aliquis de beneficio prouideatur, vt
diſponitur in *Sac. Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 18. *& notat DD. in cap. bonæ* 51. *de appellat. gloſſ. in cap.* 1. *verb. defenſore de reb. Eccl. non alien. in* 6. *Aret. vbi ſupra ſub num.* 5. *Rot. in d. Ciuitaten. Archipresbyteratus coram R.P.D. meo Cerro.*
10 Propterea referendo dictam deputationem
& poſſeſſionem † per deputatos captam ad
modum licitum vt debet, *add. ad Greg. XV. deciſ.* 7. *num.* 13. *& deciſ.* 98. *ſub num.* 7. *verſ. & nota*,
illa trahit ſecum ſimplicem œconomatum,
11 & cuſtodiam † bonorum, & redditũum, non
autem poſſeſſionem Eccleſiæ, *Innoc. in cap. ex parte num.* 3. *de arbitr. Ioan. Andreas ibid. numer.* 9. *verſ. quamuis tales, Lapus allegat.* 81. *num.* 8. *Rot. in d. Tullen. Prioratus coram me*, & per conſequens
12 non reſiſtit † quominus prouiſus deinde de
beneficio per ſubſequentem poſſeſſionem
Inſtrumentalem efficiatur verus, & manutenibilis poſſeſſor *Biſignett. deciſ.* 8. *verſ. nec obſtat de reſtit. ſpoliat. Rot. deciſ.* 5. *de cauſ. poſſeſſ. & propr. in antiq. & in Celſonen. Parochialis* 27. *Iunij, &* 17. *Nouembris* 1642. *coram R.P.D. meo Peutingerio in Florentina Parochialis* 19. *Ianuarij* 1643. *coram me & in Peruſina Parochialis* 4. *Iulij* 1646. *coram R.P.D. meo Cerro*, quæ duæ vltimæ deciſiones
loquuntur in puncto poſſeſſionis Inſtrumentalis captæ per Monacum huius Religionis,
poſtquam œconomus deputatus ab Epiſcopo beneficij bona retinebat, & reddunt optimam rationem, quia ſcilicet vt dicatur ple-
13 na poſſeſſio, † non ſufficit ſola cuſtodia, ſed
oportet aliquem intus eſſe animo poſſidendi
Accbill. deciſ. 1. *num.* 2. *de cauſ. poſſeſſ. & propr. & in d. Peruſina Parochialis* additur alia ratio, nempè

quod

quod per prouiſionem veri ſucceſſoris in be-
14 neficio † expirauit deputatio Oeconomi depu-
tati ad cuſtodiam beneficij vacantis, vt fuit di-
ctum *in Naulen. Parochialis 31. Martij 1642. co-
ram bo. me. Merlino, & in Treueren. Archidiacona-
tus 13. Iunij 2644. coram eodem R.P.D. meo Cerro.*
Non obſtant quæ dicuntur de pertinentia
collationis ad Epiſcopum, quia tanquam reſ-
15 picentia † petitorium non admittuntur in hoc
Summarijſſimo poſſeſſorio *Lotther. de re benef.
lib. 1. qu. 33. num. 23. Seraph. deciſ. 287. num. 4.* & in
puncto fuit deciſum *in Peruſina Parochialis 10.
Iunij 1641. coram me §. penult. & in d. Florentina
Parochialis §. fin.* præſertim quia pro parte Ab-
batis S. Petri de Peruſia, qui prouidit Don
Anſelmum dantur plurimæ ſimiles prouiſio-
nes factæ ab Abbatibus eius prædeceſſoribus,
vtque exceptio defectus pertinentiæ collatio-
16 nis retardet manutentionem poſſeſſori † opor-
tet ſit probatus in continenti per rem iudica-
tam, per confeſſionem partis, vel per publi-
cum Inſtrumentum, vt fuit dictum *in Iuuena-
cen. & Melphiten. bonorum 8. Iunij 1646. coram
R. P. D. meo Corrado*, aliàs datur manutentio
17 poſſeſſori † abſque alia cognitione eius tituli
*Rota deciſ. 698. num. 3. par. 2. recent. deciſ. 242. nu. 16.
poſt Cinc. de cenſib. deciſ. 323. num. 2. coram ſa. mem.
Greg. XV. & in his terminis deciſ. 328. num. 8. apud
Moder. de manut.*
Ex his propoſito hodie dubio, An & cui
ſit dandum mandatum de manutenendo in
concurſu Don Anſelmi, & Hieronymi Pa-
ganelli de eodem beneficio poſtea prouiſi ab
Epiſcopo, Rota cenſuit dandum eſſe Don
18 Anſelmo anteriori poſſeſſori † iuxta notata
*per Felin. in cap. licet cauſam num. 8. & 9. de probat.
Surd. conſ. 168. num. 6. Rot. dec. 106. num. 1. dec. 293.
num. 8. par. 1. recent. & aliàs ſæpiſſimè.*
Et ita deciſum vtraque parte informante.

LEODIEN. PECVNIARIA.

Veneris 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM

Regula alteri per alterum inutilitèr ſtipulari de-
claratur quo caſu non procedat? Creditor re-
cta via agere poteſt contra accollatorem,
quando partem debiti ſoluit ad euitandum
inutiles circuitus.

SVMMARIVM.

1 *Solidatio creditum probat inter ipſos ſolidantes.*
2 *Communitas, ſiuè Vniuerſitas per eius officiales re-
preſentatur, ac regitur.*
3 *Accollatio nihil aliud eſt, quam alienæ obligationis in
ſeipſum translatio.*
4 *Conſenſus ex accollatione reſultans operatur tacitam
obligationem ad fauorem creditorum.*
5 *Accollatio facta abſentibus creditoribus, & nemine
pro eis ſtipulante operatur, vt contra accollantem
agi nequeat recta via abſque ceſſione debitoris.*
6 *Contra debitorem debitoris agi nequit non præceden-
te primi debitoris condemnatione, & diſcuſſione.*
7 *Regula alteri per alterum inutilitèr ſtipulari non
procedit, quando intereſt ſtipulatoris, & intereſſe
non eſt affectionis, ſed pecuniarum, & n. 8.*
9 *Debitor ſtipulari ab altero poteſt quod ſoluat credi-
tori ſuo, quia ſua intereſt vt liberetur.*
10 *Ex ſtipulatione alteri facta actio regulariter acqui-
ritur ſoli ſtipulatori non creditori ſiue alteri. De-
clara vt num. ſequenti.*
11 *Soluens in vim accollationis partem debiti totum de-
bitum agnouiſſe videtur.*
12 *Creditor recta via agere poteſt contra accollatorem,
qui partem debiti ſoluit.*
13 *Præces porrectæ debitori in magna dignitate conſtitu-
to vim habent interpellationis.*
14 *Contra accollatorem de æquitate recta via agi poteſt
ad euitandos inutiles circuitus.*
15 *Proceſſus per contradictas ſeruatur etiam cōtra Vni-
uerſitates, & Rempublicam, quia ſibi imputari de-
bet, ſi per legitimum procuratorem non comparuit,
neque Iudex poteſt illam inuitam cogere ad ſuſci-
piendum Curatorem ad lites.*
16 *Minor cogi poteſt à Iudice ad ſuſcipiendum defenſo-
rem, ſiuè Curatorem ad lites, non autem cogi po-
teſt Reſpublica.*

DECISIO CCCXIX.

CONTRA tres Ordines, ſeu vt vocant
ſtatus Ciuitatis Leodij nempè Clerico-
rum, Nobilium, & Ciuium latæ fuerunt in
partibus duæ ſententiæ condemnatoriæ ad
ſummam petitam ab Antonio Roſmarin,
quam originaliter debebat occaſione mercium
receptarum clar. mem. Erneſtus Princeps, &
Epiſcopus Leodienſis, & deinde ipſo inſtante
ſoluere promiſerant dicti tres ſtatus.
Quorum per appellationem à præfatis ſen-
tentijs interpoſitam cauſa ad me deuolutam,
eamque proſequentibus hæredibus ſupradicti
Antonij, dubitaui hodie, An conſtet de eorum
credito, & pro qua ſumma, & Rota cenſuit
conſtare in ſumma Florenorum 18650. Prin-
cipem enim Erneſtum debuiſſe Antonio flo-
renos 29639. apparet ex ſolidatione compu-
1 torum † inter eos facta, & data *in Sum. num. 1.
in fin.* quæ inter ipſos ſolidantes creditum pro-
*Rebuff. de litter. oblig. art. 6. gloſſ. 3. num. 37. Gratian.
diſcept. 391. nu. 1.* ex quibus florenis 29639. de-
trahendo florenos 10979. ad bonum compu-
tum ſolutos, vt hæredes actoris faſſi fuerunt
in præcibus porrectis moderno Eminentiſs.
Principi, & Epiſcopo Leodij *Sum. num. 9.* re-
manet creditum in dicta ſumma florenorum
18650. prout rei conuenti agnouerũt in quo-
dam computo reſiduorum debitorum credi-
toribus Principis Erneſti dato *in Sum. num. 10.*
plenam fidem faciente contra ſtatus reos con-
uentos, quia compilatum fuit per eorum of-
2 ficiales † per quos repreſentantur, ac regun-
tur *l. 1. §. municipes ff. acq. poſſeſſ. Io. Franc. à Ponte
conſ. 158. num. 16. lib. 2. Buratt. deciſ. 691. num. 8.*
Tranſijt autem hoc debitum in tres ſtatus;
quia illi inſtante eodem Principe Erneſto in
ſe ſuſceperunt omnia debita deſcripta in liſta
per Principem porrecta inter quæ, & iſtud re-
peri-

peritur *Sum. nu.2. & 3.* fueruntque propterea
ſubrogati in locum Principis principalis debi-
toris cum ſuſceptio huiuſmodi, ſeu accolla-
3 tio † nihil aliud ſit quam alienæ obligationis
in ſe ipſum translatio *Cinc. de cenſib.qu.73.n.16.*
Coſt.de remed.ſubſid.remed.54.num.2. Felic. record.
Greg.XV.dec.386.num.1.Rot.inter.recent.deciſ.490.
num.10.par.4.tom.2. & conſenſus ex accollatio-
4 ne reſultans † operatur tacitam obligationem
ad fauorem creditorum, *Giurb.dec.62.ſub nu.27.*
Surd.dec.32.nu.10.

Nec obſtat quod creditores eſſent abſentes,
neque horum nomine aliquis ſtipulatus fue-
rit, ſed dicta accollatio emanauerit ſolùm in-
ter Principem, & ſtatus qui proinde non poſ-
5 ſunt recta via † à creditoribus conueniri, niſi
obtinuerint ceſſionem à Principe *l.2.Cod.pact.*
l.2.C.heredit.vel act.vendit.l.cum res 22.C. donat.
l.poſſeſſio 49.§.etſi poſſeſſio ff.acq. poſſeſſ. Anton.de
Amat.var.reſol.tom.1.reſolut.45. num. 22. Gratian.
diſcept.49.num.10. Cancer.var.reſolut.tom.3.cap.7.
num.260.& ſeqq. Minuſque conueniri poſſunt
6 tanquam debitores debitoris, † quia non præ-
ceſſit primi debitoris condemnatio, & diſcuſ-
ſio vt ad hunc effectum requiritur *Surd.conſ.4*
num.1.& 2.& deciſ.306.nu.15.Aſin.in prax. §.31.
cap.2.ampliat.20.Capic. Galeotta controu.lib.2.con-
trou.63.num.4.Rot.dec.468.num.3.par.1.rec.

Nam ipſe Princeps Erneſtus petendo à ſta-
tibus, vt velint eius creditoribus ſatisfacere,
iuncta ſtatuum reſponſione, & accollatione
videtur creditoribus ſtipulatus fuiſſe vt potuit
7 cum quod dicitur † alteri per alterum inuti-
liter ſtipulari *l.ſtipulatio iſta §.alteri ff. verb.oblig.*
l.certi conditio §.quoniam ff.ſi cert.petat §.ſi quis alij
§. alteri inſtit. de inutil. ſtipulat. ibique latè Picard.
nu.1.Mattienz.in l.Hiſpan.lib.5.tit.16.leg.2.gloſ.5.
8 *num.1.& ſeqq.* non procedat † quando intereſt
ſtipulatoris, & intereſſe non eſt affectionis,
ſed pecuniarum, vt declarat *Gloſſ.in l. fideiuſſo-*
ris verb.neque enim ff.pact. Bart.in l.ſtipulatio iſta §.
ſi ſtipuler ſub num.3.ff.verb.oblig.Caldas.recept.ſen-
tent.lib.1.qu.1.num.8. Surd.deciſ.264. num.23. &
in ſpecie quod debitor ſtipulari ab altero poſ-
9 ſit quod † ſoluat creditori ſuo, quia ſua inte-
reſt vt liberetur probat *ex text. in d. l. ſtipulatio*
iſta §.ſi ſtipuler, & §.ſi quis inſulam l.liber homo §.
fin.ff.verb.obligat.l.debitori C.pact.Gomeſ.var.reſol.
tom.2.cap.11.ſub num.18.verſ.ſecundus caſus Iaſ.in
d.§.ſi ſtipuler num.8.Gabr.de verbor.oblig.concluſ.1
num.62.verſ.ſecundò infertur Card.Mantic.de tacit.
lib.14.tit.28.num.4.& 5. & num.14. vbi declarat
valere hanc ſtipulationem dummodò verba
obligatiua ſint collata in perſonam ſtipulato-
ris, & executiua in perſonam creditoris.

10 Et licet ex ea ſtipulatione † actio regulari-
tèr acquiratur ſoli ſtipulatori non creditori,
ſiuè alteri, vt obſeruat *Duaren. in d. l. ſtipulatio*
iſta col.fin.verſ.ex his ff.verb.oblig.Gomeſ.d.cap.11.
ſub num.18.verſ.non vt quæratur Caldaſ. d.quæſt.1.
ſub num.8.verſ.ſtipulatio autem. In caſu tamen
noſtro vtique ipſi etiam creditores agere poſ-
11 ſunt, † quia cum illis deinde accollatores in
vim accollationis partem debiti ſoluerint eoſ-
dem in creditores totius agnouerunt *l.ſi cui res*
ibique Bart.ff.leg.2. l.ſi quidem 24. verſ.ſi verò cer-
tam C.tranſact.Dec.conſ.618.n.2.Grat.diſcept.524
num.34. & ſeqq. Reuerendiſ. Vrgellen. deciſ.324.
num.4.& 5. & fuit dictum *in Romana Reintegra-*
tionis 23. Iunij 1642. coram Illuſtriſ. Epiſcopo Pa-
tauino, & in puncto quod creditor agere poſ-
12 ſit contra † accollatorem, ſi ſoluit partem
debiti *Giurb deciſ.62.num.32.* Præſertim quia
porrigentibus hæredibus moderno Sereniſſi-
mo Principi pro obtinenda ſolutione preces,
quæ vbi agitur cum debitore in magna digni-
13 tate conſtituto † vim habent petitionis, ac
interpellationis *Molin.de contr.diſput.315.num.4.*
verſ. illud eſt obſeruandum Capic. Latro deciſ.106.
num.24. Dominus Princeps eos remiſit ad ſta-
tus, & hi ſucceſſiuè rogati pariter ab hæredi-
bus reſcripſerunt ſe ſoluturos facta recolle-
ctione onerum *Sum.num.9.* & ſuggerit æqui-
14 tas quod recta via † agatur contra accollato-
res ad euitandos inutiles circuitus, vt in pro-
ximis terminis *Grat diſcept.532.nu.1. & 2.Arias*
de Meſa variar.reſol.lib.3.cap.50.num.38. Vinc. de
Franch.deciſ.273.num.1.& ſub num.4. verſ.diſcur-
ſus.

Ex quibus ita fuit deciſum informantibus
ſolùm hæredibus præuio proceſſu per contra-
dictas in contumaciam ſtatutuum iuxtà ſtylū
15 Curiæ qui ſeruatur † etiam contra Vniuerſita-
tes, & Rempublicam, quia ſibi imputare de-
bet, ſi per legitimum procuratorem non cō-
paruit, neque Iudex poteſt illam inuitam co-
gere ad ſuſcipiendum defenſorem, ſeù Cura-
16 torem ad lites † vt diſtinguendo inter mino-
rem, & Rempublicam benè aduertit *Fonta-*
nell.dec.273.nu.15.& 16.

VRBINATEN. SVCCESSIONIS.

Veneris 28. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Tranſmiſſio iuris non agniti fit tantum in tri-
bus caſibus nempè iure ſuitatis, iure ſangui-
nis, & ex capite iuris deliberandi, & egregiè
in deciſione declaratur, quo caſu in ſupradi-
ctis tribus caſibus locum habeat? Legitima
filio debita etiam non agnita tranſmittitur ad
quoſcumque hæredes etiam extraneos ex ſpe
ciali priuilegio legitimæ. Reliqua circà hanc
materiam tranſmiſſionis deſume ex Summa-
rijs.

SVMMARIVM.

1 *Tranſmiſſio iuris non agniti, ac conditionalis non fit per filiam ad eius hæredes, quando eſt excluſa à ſtatuto ab hæreditate patris, & dos non ſuccedit loco legitimæ.*

2 *Tranſmiſſio iuris quod tempore mortis penes tranſmittentem non exiſtit fieri nequit.*

3 *Tranſmiſſio locum nō habet quoties in certum caſum adeſt expreſſa ſubſtitutio ex voluntate teſtatoris:*

4 *Conſtitutio Ducalis Ciuitatis Vrbini excluſiua fœminarum in verbis filias excludit ſolùm propter deſcendentes maſculos, non autem propter maſculos tranſuerſales.*

- *Statutum excluſiuum fœminarum intelligitur de maſcu-*

maſculis deſcendentibus, non autem tranſuerſalibus ibid.

5 *Dos quando ſuccedit loco legitimæ, tunc purè debetur, nec vllum recipit onus, ſiuè conditionem, non ſecus ac ipſa legitima.*

6 *Et perconſequens non obſtante onere ſiue conditione ad hæredes tranſmittitur.*

7 *Tranſmiſſio iuris non agniti fit tantum in tribus caſibus, nempe iure ſuitatis, iure ſanguinis, & ex capite iuris deliberandi.*

8 *Tranſmiſſio iure ſuitatis locum habet dumtaxat in filijs erga patrem ſub cuius poteſtate exiſtunt.*

9 *Tranſmiſſio iure ſanguinis non fit, niſi in deſcendentes ipſius tranſmittentis.*

10 Text. in l. vnic. Cod. his qui ante apert. tabul. *tranſmiſſionem inducens, vt triſtitiæ ſuæ ſolatium habeant ſuperſtites loquitur de deſcendentibus.*

11 *Nec æquè conſulit aſcendentibus, cum non æquè hæreditas deſcendentium illis debita ſit, ſicuti, è conuerſò.*

12 *Tranſmiſſio iure ſanguinis vt locum habeat requiritur quod hæreditas tranſmittēda ſit alicuius aſcēdentis, quodque ille, in quem fit tranſmiſſio ſit de deſcendentibus tranſmittentis.*

13 *Tranſmiſſio ex iure deliberandi vt locum habeat tria requiruntur nempe quod tranſmittens ſciat ſibi delatam hæreditatem, quod decedat intra annum, quodque prætendens tranſmiſſionem adiuerit intra reſiduum d. anni. Declara vt n. 31.*

14 *Et annus ad hunc effectum non incipit à die mortis Teſtatoris, ſed à qua tranſmittens ſciuit hæreditatem ſibi eſſe delatam.*

15 *Tranſmiſſio ex iure deliberandi nihil aliud eſt quam tranſmiſſio reſidui temporis ad deliberandum conceſſi tranſmittenti, ac deliberationis ab eo inceptæ, quæ tamen in ignorantem non cadit.*

16 *Deliberatio eſt quædam animi præmeditatio, quæ in ignorantem cadere non poteſt.*

17 *Reſtitutio in integrum ex beneficio legis quemadmodum competit ex capite ignorantiæ tranſmittenti ſi viueret ad ius, ac tempus ad deliberandum, & mediante reſtitutione poſſet adire, ita competere poteſt tranſmiſſario, & ea mediante adire.*

18 *Beneficium reſtitutionis in integrum ad effectũ trāſmiſſionis tranſit nedum ad deſcendentes, ſed etiam ad quoſcunque hæredes extraneos.*

19 *Ceſſat tamen quando ignorantia probabilis non concurrit.*

20 *Reſtitutio in integrum ad adeundum ex capite ignorantiæ, vt concedi valeat requiritur, quod ignorantia ſit iuſta, & legitima hoc eſt ex omni parte probabilis.*

21 *Et probanda eſt à tranſmiſſario.*

22 *Ignorantia quamuis de iure præſumatur, non ſufficit quando eſt fundamentum intentionis agentis.*

23 *Tranſmiſſio ex iure deliberandi vt locum habeat requiritur quod Ttranſmiſſarius infra annum adiuerit, præſertim quando conſtat tranſmittentem vltrà annum ſuperuixiſſe, nec probatur illius aditio vt debet.*

24 *Reſtitutio in integrum tranſmittitur etiam ad hæredes hæredis.*

25 *Ius deliberandi tranſmiſſum ad primum hæredem tranſit etiam ad hæredis hæredem, quia ſemel eſt factum tranſmiſſibile.*

26 *Declara concluſionem procedere, quando primus hæres obijt infrà annum conceſſum ad deliberandum, & infrà tempora reſtitutionis in integrum, alioquin ſicuti defunctus non poterat reſtitui, aut adire, multò minus poteſt hæres.*

27 *Legitima etiam non agnita tranſmittitur ad hæredes eo quod beneficio legis ſtatim à morte patris acquiritur filio ſine aliqua agnitione.*

28 *Legatum dotis, quod iure legitimæ filiæ relictum eſt etiam ſub conditione, ſi nubet tranſmittitur ad hæredes.*

29 *Et hæc tranſmiſſio fit abſque aliquo onere ad quoſcunque hæredes extraneos ex priuilegio legitimæ, eo quod tranſmittatur etiam ad hæredem hæredis.*

30 *Legatum dotis quæ ſuccedit loco legitimæ tranſmittitur ad hæredes quamuis non agnitum, nam ad effectum trānſmiſſionis habetur pro agnito.*

31 *Tranſmiſſio quando non fit ex iure deliberandi, ſed ex priuilegio legitimæ non attenditur lapſus anni ad deliberandum, eo quod ſtatim, ac fuit agnita acquiſita fuit tranſmittenti.*

32 *Statutum excluſiuum fœminarum habet tacitam cōditionem quatenùs maſculi velint eſſe hæredes.*

DECISIO CCCXX.

IVRE inſtitutionis, & omni meliori modo Io: Baptiſta Roſa reliquit Franciſcæ filiæ ſcu. 4000. ei ſoluenda cum nubet, & quatenùs decederet ante nuptias ſubſtituit in eodem relicto Franciſcum Mariam ipſius Teſtatoris fratrem germanum, quem etiam hæredem vniuerſalem in omnibus alijs bonis inſtituit. Defuncto Teſtatore dicta Franciſca innupta obijt ſuperuiuente Madalena Benia Auia Materna, quæ poſt quatuor annos deceſſit ſuperſtitibus tribus filijs, nempè Marco Antonio qui ſuperuixit vſq; ad annum 1636. & Caterina, ac Flauia profeſſa in Monaſterio S. Luciæ adhuc viuentibus, quæ Catarina ac Monaſterium ex perſona Flauiæ prætendentes dotem ſcut. 4000. vt ſupra à Io. Baptiſta patre relictam Franciſcæ fuiſſe tranſmiſſam ad Madalenam Auiam, & ab hac ad ſe, illius hæredes deſuper introduxerunt iudicium contra præfatum Franciſcum Mariam Teſtatoris fratrem, & proſequuntur contra Ioannem Baptiſtam eius filium, & hæredem quo inſtāte diſputatum hodie fuit, An ſit locus tranſmiſſioni? & negatiua ſententia placuit.

Non quia conditio nuptiarum appoſita relicto facto Franciſcæ fuerit impedimento quo minus illa relictũ huiuſmodi nuſquam agni-
1 tum tranſmittere potuerit† ad hæredes vt cōtingit quando filia eſt per ſtatutum excluſa ab hæreditate patris, & dos non ſuccedit loco legitimæ cum conditionis effectus in vltimis voluntatibus ſit impedire acquiſitionem iuris *l. is cui ff. act. oblig. l. ſubſtitutio 42. ff. de acquir. rer. domin. Giouagn. in his terminis reſp. 40. num. 1. lib. 1.*
2 nec poſſit tranſmitti † ius quod tranſmittenti tempore mortis deeſt *l. 1. §. ſin autem ſub conditione C. caduc. tollen. cum alijs alleg. in Romana fideicommiſſi de Marianis 16. Martij 1643. coram Reuerendiſs. D. meo Dunozetto Decano §. nec releuat, & §. ſeqq.* & in puncto *Angel. conſil. 349. per tot. Pariſ. conſ. 110. num. 8. lib. 4. Gramat. conſil. ciuil. 57. num. 15.*

num.15. Giouagn.conſ.54.nu.7.lib.1. Gerius Spinus
conſ.81.nu.16. Aut quia in hunc ipſum caſum
obitus Franciſcæ ante nuptias adſit expreſſa
3 ſubſtitutio † Franciſci Mariæ patrui, quæ ex
voluntate Teſtatoris excludit tranſmiſſionem
Cur.Iun.conſ.69.numer.2.Gozzad.conſ.29.num.17.
& 33. Giouagn.conſ.79.num.4.conſ.80.nu.13.lib.1
Peregr.de fideic.art.31.n.16.

Nam exclusioni ſtatutariæ Franciſcæ ab
hæreditate paterna non eſt locus in caſu no-
ſtro, quo pater deceſſit ſine filijs, aut deſcen-
dentibus maſculis etiam ſi ſuperſint maſculi
tranſuerſales, cum Conſtitutio Ducalis exclu-
4 ſiua fœminarum propter maſculos † quippe
in verbis filias excludit ſolùm propter deſcen-
dentes maſculos, ibi, *donec & quouſque maſculi*
ſuperfuerint per lineam directam deſcendentes ſucce-
dere non poſſint, & infrà, ibi, *& perpetuò cenſe-*
antur excluſæ donec, & quouſque vt ſupra dictum eſt
maſculi in infinitum per lineam rectam deſcendentes
ſuperfuerint, nolit excludere propter maſculos
tranſuerſales *Dec.conſ.688.num.2.vſque ad 4.Pa-*
riſ.conſ.49.num.18.lib.3. Socc.conſ.241.num.8. &
ſeqq.lib.2.Purpurat.conſ.145.num.3.lib.1. Honded.
conſil.8.num.15.& ſeqq.lib.1.Rot.dec.223.num.15.
& 16. dec.321.num.9.par.5.recent. Ceſſante au-
tem excluſione, relictum dotis proportiona-
5 biliter ad quantitatem legitimæ† reiicit omnē
conditionem, ſeù ſubſtitutionem, ac purè de-
betur non ſecus, ac legitima cuius loco ſuc-
cedit *Ceph.conſ.22.nu.12.& ſeqq. Decian.conſ.43.*
num.14.& ſeqq.lib.3.Theſ.Iun.lib.1.qu.63.nu.12.
& 13. Mareſc.var.reſol.lib.1. cap.28.num.1. & 2.
& per conſequens non obſtante conditione,
6 ſeù † ſubſtitutione adiecta etiam non ſecutis
nuptijs tranſmittitur *Laderch. conſ.25.num.8. in*
fin.& num.ſeq.Giouagn.conſ.40.num.17.& conſ.41
ſub num.23.& conſ.54.ſub nu.7.verſ.quia ſi in caſu
noſtro lib.1.Menoch.conſ.251.nu.33.& ſeq.Anchar.
qu.51.num.3.& ſeq.par.2. cum alijs alleg. à Moder.
Veneto de tranſmiſſ.caſ.17.n.16.

Sed quia Franciſca relictum paternum ali-
quandò agnouiſſe non probatur, & iuris non
7 agniti tranſmiſſio † fit tantum in tribus caſi-
bus, nempè iure ſuitatis, iure ſanguinis, &
ex capite iuris deliberandi *Angel. conſ.83. nu.1.*
verſ.ſolum autem hoc Craſſ.in §.tranſmiſſio q.17.n.2
Cancer.var.reſol.lib.3.cap.21.num.4.num.6.& 16.
Rot.deciſ.22.nu.40.par.6.recent. Ius ſuitatis non
applicatur, quia ſolùm reſidet in filijs erga pa-
8 trem † ſub cuius poteſtate ſunt *l. lege Cornelia*
in fin.ff teſtam.§.ſui inſt.de hæred.qualit. & differ.§.
emancipati Inſt.de hæredit. quæ ab inteſt. defer. Ex
9 iure autem ſanguinis† non fit tranſmiſſio niſi
in deſcendentes ipſius tranſmittentis nam *tex.*
10 *in l.vnica C.his qui ante apert.tabul.*† huiuſmodi
tranſmiſſionem inducens ea ratione vt triſti-
tiæ ſuæ ſolatium habeant ſuperſtites, quibus
eſt meritò conſulendum loquitur de deſcen-
dentibus, ibi, *in liberos ſuos cuiuſcunque ſint ſe-*
xus, vel gradus derelictam ſibi hæreditariam portio-
nem poſſit tranſmittere, nec æquè conſulendum
11 eſt aſcendentibus, † cum non æquè hæredi-
tas deſcendentium illis debeatur, ſicuti è con-
uerſo, vt in puncto benè ponderat *Cyn.in l.2.*
num.3.C.ad Senat.Conſul.Orfic. Alber.ibid.num.2.
Natt.conſ.656.num.4.Altograd.conſ.82.num.47.&
ſeqq.Neguſ.qu.450.num.4.& 5.Cancer.var.reſolut.
lib.3.cap.21.num.6.&7.Magon.dec.florent.104.n.6.
alijq; relati à Moder.Veneto de tranſmiſſ.caſ.8.n.83.
& 99. vbi ad effectum tranſmiſſionis iure ſan-
12 guinis † dicit requiri, quod hæreditas tranſ-
mittenda ſit alicuius aſcendentis, quodque
ille in quem fit tranſmiſſio ſit de deſcenden-
tibus tranſmittentis: at Madalena ad quam
prætenditur facta tranſmiſſio, & ex cuius per-
ſona exaduersò agitur, erat auia materna Frã-
ciſcæ tranſmittentis.

Tandem quia Franciſca inſtituta vt ſupra
à patre, deceſſit poſt quatuor, & ampliùs an-
nos à die mortis patris deeſt alterum ex re-
quiſitis ad tranſmiſſionem ex iure deliberan-
13 di neceſſarijs, † quæ tria ſunt, nempè quod
tranſmittens ſciat ſibi delatam hæreditatem,
quod decedat intrà annum, quodque præten-
dens tranſmiſſionem adiuerit intrà reſiduum
dicti anni, vt ex eo text. notant *Doct.in l.cum in*
antiquioribus, & ſignantèr *Alex.num.5. verſ.item*
nota C.Iur.deliber.& in l.vnica §.in nouiſſimo Cod.
caduc.tollen. Socc Iun.conſ.14.num.9.lib.3. Eugen.
conſ.25.nu.95.& ſeqq. lib.1.Gomeſ.var.reſol.lib.1.
cap.9.nu.50.& 51.verſ.aliquando Rot.dec.22.n.40.
& 41.par.6.rec.

Nec obſtat quod annus incipiat non à die
14 mortis Teſtatoris, † ſed à qua tranſmittens
ſciuit hæreditatem ſibi eſſe delatam *Cancer.*
var.reſol.lib.3.cap.21.numer.16. & 17. quia aut
Franciſca ſciuit ius ſibi delatum, & tranſmiſ-
ſioni obſtat lapſus anni, aut ignorauit, & ceſ-
15 ſat tranſmiſſio ex iure deliberandi † cum hæc
nil aliud ſit quam tranſmiſſio reſidui tempo-
ris ad deliberandum conceſſi tranſmittenti, ac
deliberationis ab eo inceptæ, at ſi ignorauit
dici non poteſt quod cœperit deliberare, quia
16 deliberatio;† quæ eſt quædam animi præme-
ditatio in ignorantem cadere non poteſt, vt
probatur ex text.*in d.l.cum in antiquioribus verſ.*
& ſiquidem, & notat *Bart.in l. qui duos num.7. ff.*
reb.dub.relat.à Moder.de tranſmiſſ.cap.8.num.119.
& 120. Alex.conſ.36.num.1. verſ.nec minus lib.3.
Surd.conſ.232.nu.40.Cancer.d.cap.21.n.17.& 18.
Mart.de ſucceſſ.legal.par.1.qu.24.art.1.num.7.Fon-
tanell.dec.484.n.8.& 9.

Et quamuis dicto caſu ex æquitate legis
tranſmittatur beneficium reſtitutionis in in-
17 tegrum † vt ſcilicet ſicuti ſi tranſmittens vi-
ueret ex capite ignorantiæ, vel alterius im-
pedimenti reſtitueretur in integrum ad ius,
ac tempus ad deliberandum, & mediante re-
ſtitutione poſſet adire, ita adire poſſit tranſ-
miſſarius, vt eſt text. *in l.Pantonius ff.acq.hæredit.*
& notat *Emanuel Coſt.in cap. ſi pater par.1. verb.*
habens ſub num.28. vbi hanc reſtitutionem irre-
gularem appellat tanquam à regulis commu-
nibus deuiam *de teſtam in 6.& in l. gallus §. &*
quid ſi tantum num.vltim.ff.liber. & poſth. Canc. d.
cap.21.num.19.Bellon.de Iur.accreſc.cap.7.qu.41.
ſub num.51.verſ.tertium exemplum Theſaur. Iun.
qu.78.num.12.lib.4.Fontanell.dec.484.num.11. &
18 in puncto † quod hoc beneficium tranſmit-
tatur ad aſcendentes *Odd.de reſt.in integr. par.1.*
qu.50.num.63. imò etiam ad quoſcunque hæ-
redes

redes extraneos *Rota Bononien. diuerſ. deciſ.* 28. *num.* 37.

Deficit in caſu noſtro ignorantia probabi-
19 lis † quæ neceſſaria eſt vt ex capite ignoran-
tiæ beneficium reſtitutionis in integrum ad
adeundum tranſmittatur; cum enim hæc re-
ſtitutio concedatur ex æquitate, & benigni-
20 tate, † cauſa etiam illius quæ eſt ignorantia
debet eſſe æqua legitima, & iuſta, hoc eſt ex
omni parte probabilis, & ineſcuſabilis, vt in
his terminis benè ratiocinatur *Fontanell. deciſ.* 485. *num.* 11. 12. *&* 13. *Ioſeph. Vela deciſ. Hiſpalen.* 11. *num.* 112. *Barboſ. in l. quia tale num.* 61. *ff. ſol. matr. & generaliter Alb. conſ.* 18. *n.* 1. *Surd. conſ.* 489. *num.* 37. *& deciſ.* 4. *num.* 7. *Ceph. conſ.* 314. *num.* 19. *& ſeqq. Grat. diſcept.* 118. *num.* 10. eaque proban-
21 da eſt à tranſmiſſario, † regula enim quod
22 ignorantia † præſumitur *cap. præſumitur de reg. iur.* non ſufficit quando ignorantia eſt funda-
mentum intentionis agentis; vt in ſpecie *Felin. in cap. vigilanti nu.* 1. *circa fin. verſ. ad argumentum de præſcr. Caualer. dec.* 151. *num.* 2. *Rot. in Rom. Diuiſionis* 15. *Iunij* 1640. *coram Me*.

Et vlteriùs deficit aliud requiſitum nempè
23 quod tranſmiſſarius † infrà annum adiuerit
cum Madalena Auia ſuperuixerit quatrien-
nio, nec exaduersò probetur aditio, vt debet *Bald. conſ.* 273. *num.* 8. *lib.* 1. *Neguz. qu.* 297. *num.* 24 *Surd. dec.* 154. *num.* 18. Vnde nil facit quod re-
24 ſtitutio in integrum † tranſmittatur etiam
ad hæredes hæredis *Berous in cap. cum ſit Romana num.* 46. *verſus fin. de appellat. Odd. de reſt. in integr. par.* 1 *qu.* 50. *num.* 15. *cum alijs alleg. à Modern. Veneto de tranſmiſſ. caſ.* 43. *num.* 4. quodque ius
deliberandi tranſmiſſum ad primum hæredē
25 tranſeat † etiam ad hæredis hæredem, quia
ſemel eſt factum tranſmiſſibile *Bart. in l. qui duos nu.* 11. *ff. reb. dub. Gomeſ. var. reſol. tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 52. *Bald. & Sebaſt. Sapia allegati à Moder. de tranſmiſſ. caſ.* 8. *num.* 122. *&* 144. quia vtrunque
26 benè procederet † ſi primus hæres obijſſet in-
frà annum conceſſum ad deliberandum, &
infrà tempora reſtitutionis in integrum; alio-
quin ſicuti defunctus non poterat reſtitui, aut
adire, multò minùs id poteſt hæres *Bart. in l. non ſolum num.* 2. *&* 3. *ibique Ang. num.* 2. *ff. in integr. reſt. Bald. conſ.* 226. *num.* 1. *lib.* 2. *Modern. de traſmiſſ. caſ.* 43. *num.* 27.

Vnus tamen ex Dominis ponderabat pro
contraria parte, quod omnia ſuprà deducta
ad excludendam tranſmiſſionem, locum ha-
berent, ſi ageretur de tranſmiſſione hæredi-
tatis; ceterum hic agitur de relicto particula-
ri certæ quantitatis, quod proportionabilitèr
ad quantitatem legitimæ debetur purè, & ſuc-
cedit loco legitimæ, quæ etiam non agnita
27 tranſmittitur † eo quod beneficio legis ſtatim
à morte patris acquiritur filio ſine aliqua
agnitione, vt in puncto inter hæreditatem, &
legitimam diſtinguit *Rota deciſ.* 648. *ſub num.* 3. *verſ. ex quibus par.* 1. *diuerſ.* & tradit *Craſſ. in §. legiti. qu.* 37. *Alex. conſ.* 150. *nu.* 8. *lib.* 2. *Rolan. conſ.* 78. *num.* 6. *lib.* 1. *Theſ. Iun.* in puncto legati dotis,
28 quod † iure legitimæ relictum eſt filiæ etiam
ſub conditione, ſi nubet *qu.* 78. *nu.* 10. *verſ. ſicut etiam lib.* 4. *Grat. diſcept.* 447. *num.* 23. *& ſeqq. alijq;* relati *à Moder. Forolinien. de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *qu.* 8. *num.* 4. *& ſeqq. & à Moder. Siculo de donat. inter Patrem, & filium tom.* 1. *diſcur.* 2. *partic.* 2. *n.* 31. *& ſeq.*
qui omnes ſubdunt hanc tranſmiſſionem fie-
ri abſque aliquo onere ad quoſcunque hære-
29 des quamuis extraneos, † ex ſpeciali priuile-
gio legitimæ, & quod tranſmittatur etiam
ad hæredem hæredis tradit *Natt. conſ.* 199. *nu.* 5. *Pariſ. conſ.* 25. *num.* 29. *lib.* 2. *Peregr. de fideic. art.* 3. *num.* 4. *allegatus à Moder. de legit. d. qu.* 8. *num.* 9.

Adeo quod legatum, de quo agitur tranſ-
miſſum fuit in Madalenam primam hæredem
Franciſcæ legatariæ, & ſucceſſiuè in alios vl-
30 teriores hæredes † non ſecus ac ſi agnitum
fuiſſet, quia ad effectum tranſmiſſionis habe-
tur pro agnito, licet ſecus ſit ad alios effectus,
vt diſtinguendo declarat *Grat. diſcept.* 271. *n.* 14.
Et proinde nec obſtat quod lapſus fuerit an-
nus ad deliberandum, quia iſta tranſmiſſio
31 non fit ex iure deliberandi, † ſed ex priuile-
gio legitimæ eo quod ſtatim, ac ſi fuiſſet agni-
ta acquiſita fuit tranſmittenti. Minus obſtat
quod Madalenæ non fuerint hæredes filiæ ho-
die actrices, ſed Marcus Antonius filius maſ-
culus quippè qui vigore Conſtitutionis Du-
calis excluſiuæ fœminarum propter maſcu-
los illas excludebat, quia non conſtat quod
Marcus Antonius hæreditatem Matris adiue-
rit vt requiritur; cum excluſio ſtatutaria ha-
32 beat † tacitam conditionem quatenùs maſ-
culi velint eſſe hæredes *Becc. conſ.* 107. *num.* 18. *Surd. conſ.* 85. *num.* 9. *&* 10. vbi allegat concor-
dantes *Rot. deciſ.* 375. *num.* 14. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Cœterum negari non poteſt quin ad omne peius vltrà quantitatem legitimæ ſuis loco & tempore liquidandæ tranſmiſſioni locus non fuerit ſaltèm propter conditionem nuptiarum adiectam legato, & ſubſtitutionem Franciſci Mariæ iuxtà ſuperiùs deducta, vt fuit deciſum informante ſolùm Io. Baptiſta hærede Franciſci Mariæ citatis tamen pluries prætenſis tranſmiſſarijs.

CIVITATIS PLEBIS SALVIANI.

Lunæ 1. *Iulij* 1647.

ARGVMENTVM.

Saluianum interdictum competit contrà obligatum ad extinctionem cenſus extinctione non ſecuta tam pro extinctione, quam pro ſolutione fructuum decurſorum. Stipulatio pro omnibus, quorum intereſt, quibus ſuffragetur? Oblatio ſolutionis impedit immiſſionem creditori ex Saluiano, ſi ſolutio eſt libera ſecus ſub cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, & an & quando creditor teneatur præſtare cautionem? plures caſus in deciſione referuntur.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum competit creditori probatis ſolitis extremis.*

2 *Cre-*

2 *Creditum probatur ex publico inſtrumento, quod facit probationem probatam.*

3 *Hypoteca expreſſa continetur ſub verbis generalibus ibi* pro quibus &c. bona omnia præſentia, & futura obligarunt.

4 *Hypotheca bonorum continetur ſub obligatione camerali.*

5 *Contra promiſſorem de extinguendo cenſum agi poteſt pro illius extinctione, maximè quando promiſſio de extinguendo non fuit facta creditori cenſus ſed debitori ex interuallo.*

6 *Promiſſori de extinguendo cenſum concedi debet cōpetens interuallum ad cenſum extinguendum.*

7 *Stipulatio pro omnibus quorum intereſt contenta in obligatione camerali non intelligitur de habentibus intereſſe ſecundario.*

8 *Fideiuſſores habent intereſſe ſecundarium.*

9 *Intellige de fideiuſſoribus, qui tempore promiſſionis de extinguendo nondum acceſſerunt.*

10 Rot. deciſ. 27. num. 12. coram Reuerendiſs. Vrgellen. *declaratur.*

11 *Stipulatio pro omnibus, quorum intereſt inhærens obligationi camerali prodeſt omnibus cauſam habentibus de tempore ſtipulationis à perſonis in inſtrumento nominatis.*

12 *Hypotheca generalis competens contra impoſitorem cenſus comprehendit omnia iura, & hypothecas in præteritum, vel in futurum impoſitori acquiſitas.*

13 *Et poſſunt dicta iura, & hypothecas fideiuſſores cenſus, illiorumque creditores exercere vtiliter, non ſecus ac ipſe impoſitor poſſit directo.*

14 *Saluiano interdicto agi poteſt contra bona debitorum debitoris.*

15 *Creditor ſi bona debitoris deliberari fecit, debet ex prætio bonorum deliberatorum ſatisfieri, nec poteſt ad aliud pignus tranſire.*

16 *Amplia etiamſi creditor electionem habeat.*

17 *Intellige concluſionem procedere, quando ex prætio rei deliberatæ potuit eſſe conſultum creditori, ei imputari poterit cur non exegerit, ſecus verò ſi certum non eſt an ex primo iudicio potuerit ſatisfieri.*

18 *Hypothecaria non tollitur, niſi ſolutione.*

19 *Creditor cogi non poteſt ad præſtandam cautionem reſtituendi pecunias exactas creditoribus prioribus, & potioribus.*

20 *Fallit concluſio in actione tributoria, & inter mercatores, aut in caſu concurſus aliorum creditorum, qui videtur adeſſe, quando agitur de debitore ſuſpecto de decoctione.*

21 *Saluiano creditor agens repellitur oblatione ſolutionis.*

22 *Intellige concluſionem procedere ſi pecuniæ oblatæ liberè exigi poſſunt, alias ſecus, & redditur ratio num. 25. & 26.*

23 *Ius offerendi conceſſum à lege cenſetur ſine damno primi creditoris.*

24 *Creditor ſi teneretur cautionem præſtare eſſet in damno.*

27 Ferdinādus Arias de Meſa *plures enumerat cauſas, quibus creditor tenetur præſtare cautionem.*

28 *Creditor cautionē præſtare dūmtaxat tenetur, quando inſtat pro ſubhaſtatione bonorum debitoris, ſecus ſi pecuniæ offerantur à poſſeſſore vel poſteriori creditore tunc enim cauere non tenetur cum inuitus cogatur pecunias recipere.*

29 *De euictione cauere non tenetur, nec in damno eſſe debet, qui compellitur ob retractum rē reſtituere.*

30 *Pignus vendens iure creditoris tenetur præſtare ſe potiorem cæteris creditoribus.*

31 *Iura ſua qui cedere cogitur offerenti pecunias, cedere tantum debet iura, quæ penès eum reperiuntur.*

32 *Creditor agens hypothecaria, cui poſſeſſor reus conuentus ſolutionem obtulit tenetur ſe præſtare anteriorem.*

33 *Concluſio facilius procedit, quando creditor ſi egiſſet cogi non poſſet ad recipiendum præſtita cautione, alioquin ſua diligentia ei noceret.*

34 *Mala fides defuncti ad effectum præſcriptionis tranſit ad ſucceſſorem vniuerſalem.*

35 *Creditor hæreditarius in concurſu præferendus eſt creditori hæredis ſuper bonis defuncti.*

DECISIO CCCXXI.

DVOS quos de anno 1597. ſub fideiuſſione Curtij de Vbaldis, & Bernardini Sēſij Griffonus de Balleonibus impoſuerat cenſus promittendo fideiuſſoribus indemnitatē, alterum ſcutorum 3000. alterum 900. in ſorte, accollauit paucos poſt menſes, ac promiſit extinguere Marchio Aſcanius à Cornea mediante publico inſtrumento obligatione camerali vallato in excomputationem prætij bonorum Montiſacrei alias Montalera ſibi vna cum iuriſdictione venditorum ab hæredibus d. Grifonis prædefuncti, nuſquam tamen extinſit.

Ideò Domini de Senſiis, & de Vbaldis hæredes præfatorum Curtij, & Bernardini, qui in inſtrumento cenſus, vt ſuprà fideiuſſerunt, tam pro dicta extinctione cenſuum, quam pro ſolutione fructuum decurſorum, & decurrendorum, quos pariter Marchio Aſcanius ſoluere promiſerat, egerunt iudicio vtilis Saluiani interdicti ad eadem bona Montiſacrei detenta hodiè à Dominabus Maria Madalena Caetana vidua q. Fabij à Cornea, ac Druſilla eius filia, & reportarunt ab A. C. ſententiam fauorabilem declarantem ipſos eſſe immittendos in poſſeſſionem dictorum bonorum per eos retinen. ad effectum illorū fructus percipiendi, & deponendi in Monte Pietatis atque ex eis extinguendi præfatos cēſus, necnon ſoluendi omnes fructus decurſos, & decurrendos vſque ad effectualem extinctionem. A qua ſententia comiſſa mihi cauſa appellationis, dubitatum hodiè fuit an ſit locus petitæ immiſſioni, et affirmatiuè reſponſum.

Conſtat enim de credito cum hypotheca, de poſſeſſione Marchionis Aſcanij tempore ſupramemoratæ promiſſionis, ac de poſſeſ-
1 ſione rearum conuentarum, † quibus probatis concedi ſolet immiſſio ex vtili Saluiano interdicto, vt pluribus relatis tradit, *Menoch. de adipiſc. remed. 3. num. 161. & ſeqq. & dixit Rot. deciſ. 491. num. 6. penes ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 407. numer. 1. part. 5. recent.* aliaſque ſæpiſſimè. Extre-

Extrema poſſeſſionis non controuertun-
tur. Crediti probationem probatam facit
2 publicum inſtrumentum vt per *Bald. in l. gene-
ralis num. 5. C. ſacroſ. Eccleſ. & in l. qui ſemel n. 24.
in fin. C. quom. & quan. iud. Dec. conſ. 423. numer. 10.*
3 quod continet expreſſam hypothecam † re-
ſultantem tum ex verbis generalibus, ibi, *pro
quibus &c. bona omnia præſentia, & futura obliga-
runt &c. Burſatt. conſ. 39. num. 37. Ceph. conſ. 41. nu-
mer. 19. Rimin. ſen. conſ. 299. num. 10. & 12. libr. 2.*
4 tum ex obligatione camerali, quæ † in ven-
tre includit bonorum hypothecam, *Zacch. de
oblig. camer. quæſt. 31. nu. 8. Cæſ. Barz. deciſ. 108. nu-
mer. 29. Buratt. deciſ. 905. nu. 2. Rot. in Romana Sal-
uiani de Caſalibus 21. Iunij 1641. coram R. P. D.
meo Cerro, & in Romana Saluiani 3. Iunij 1644.
coram R. P. D. meo Veroſpio,* Nec dubitari poteſt
quin agi poſſit vigore promiſſionis de extin-
5 guendo cenſus † cum non fuerit facta ipſis
cenſuum creditoribus, ſed debitori ex inter-
uallo citrà aliquam colluſionis ſuſpicionem,
quo caſu eſt licita, & parit actionem, *Gaſpar.
Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 13. numer. 24.* vbi
6 quod ſolum concedi debet promiſſori† com-
petens interuallum ad eſtinguendum cenſum
*& num. 28. in princ. Felician. de cenſib. lib. 1. cap. 7.
num. 17. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 18. p. 3.
num. 9. & 10. Cinc. de cenſib. quæſt. 60. num. 52. &
ſeqq. Giurb. deciſ. 85. numer. 7. & ſeqq. Rot. inter im-
preſſ. apud eumdem. Cinc. deciſ. 531. num. 15.*

Prout dubitandum non eſt quin hypothe-
cam ex dicta promiſſione competentē exer-
cere poſſint hæredes fideiuſſorum obligatorū
in inſtrumentis cenſuum, quamuis in eadem
promiſſione nominati non fuerint: nam &
ſi dd. fideiuſſoribus non ſuffragaretur ſtipu-
7 latio pro omnibus, quorum intereſt † con-
tenta in obligatione camerali, eo quod non
intelligitur de habentibus intereſſe ſecunda-
8 rio quales ſunt † fideiuſſores vt in his termi-
nis fuit deciſum *coram Reuerendiſſimo Vrgellen.
deciſ. 27. num. 12. & 13. & in Romana Cenſus, ſeu
Depoſiti 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Meltio,
§. et quatenus,* quod tamen videtur intelligen-
9 dum † de fideiuſſoribus, qui tempore pro-
miſſionis de extinguendo non dum acceſſe-
rant, vt declarando dictam *deciſionem 27. nu-
10 mer. 13. Reuerendiſſimo Vrgellen.* † quam ſequi-
tur *deciſio coram D. meo Meltio dixit Rota in Ro-
mana Fructuum Cenſus 11. Decembris 1645. co-
ram R. P. D. meo Cerro §. et hinc*, qui non eſt ca-
ſus noſter quia fideiuſſores acceſſerant longè
ante, & regulariter ſtipulatio pro omnibus,
11 quorum intereſt† inherens obligationi came-
rali prodeſt omnibus cauſam habentibus de
tempore ſtipulationis à perſonis in inſtru-
mento nominatis, *Zacch. de oblig. camer. quæſt. 5.
num. 6. Buratt. deciſ. 788. num. 3. Rot. inter. recentior.
deciſ. 285. num. 9. & 10. part. 6. deciſ. 45. num. 7. p. 7.*
& in alijs relatis *in d. Romana Fructuum cenſus
§. dupliciter.*

Suffragatur abſque omni prorſus dubitatio-
ne hypotheca generalis propria, quam habent
12 contra impoſitorem cenſuum,† ſub qua ve-
niunt omnia iura, & hypothecæ in præteritū,
vel in futurum acquiſitæ impoſitori: ità vt
13 eaſdem dd. fideiuſſores, † ac illius creditores
exercere poſſint vtilitèr, non ſecus ac ipſe
impoſitor poſſet directò *l. nomen 4. & ibi gloſſ.
verb. vtilius C. quæ res pignor. oblig. poſſ. Caſtr. in l. ſi
cui num. 1. C. non numer. pecun. Mandell. conſ. 447.
num. 32. Surd. conſ. 4. nu. 38. Rot. deciſ. 80. nu. 4. apud
Moder. Peruſin. de ſubhaſt. dec. 425. num. 1. 2. & 3.*
14 vbi infertur quod poteſt agi† Saluiano inter-
dicto contra bona debitorum debitoris *par. 5
recent. & in puncto coram ſan. mem. Greg. XV. de-
ciſ. 362. num. 8. & 10.*

Non obſtat quod actores egerint contrà
alia bona debitoris eaque deliberari fecerint,
& proindè debeant ex præcio indè retracto
15 curare ſatisfactionem, † nec poſſint ad aliud
pignus tranſire, *Guidopap. deciſ. 328. nu. 2. Mila-
nen. deciſ. 14. num. 13. & 14.* vbi loquitur in ter-
16 minis creditoris † habentis electionem,
*Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 8. par. 8. ſub nu-
mer. 51. verſ. et conſequenter Surd. conſ. 413. num. 18.
Capic. deciſ. 33. num. 3. verſ. ſecundo facit Seraph. de-
ciſ. 1033. num. 4. & 7.* quia omnes loquuntur
17 quando ex præcio rei ſubhaſtatæ† potuit eſſe
conſultum creditori eique imputari non po-
teſt cur non exegerit, vt declarauit *Rot. deciſ.
161. numer. 23. & ſeqq.* vbi aliud ſtatuitur ſi cer-
tum nō eſt an ex primo iudicio creditor poſ-
ſit ſatisfieri, & dicitur ratio quia hypotheca-
18 ria non tollitur niſi ſolutione *part. 6. recentior.*
nos autem verſamur in ſecundo caſu, quia
actores non poſſunt ſatisfieri ex prætio bono-
rum ſubhaſtatorum cum ſit vinculatum ſub
cautione reſtituendi prioribus, & potioribus
19 ad quam † præſtandam regulariter creditor
cogi non poteſt *Arias de Meſa var. reſol. libr. 1.
cap. 16. num. 27. & ſeqq. Menoch. de arbitr. caſ. 232.
num. 4. Rot. deciſ. 173. num. 7. dec. 389. num. 8. in fin.
& num. 9. inter impreſſ. apud Cinc. de cenſib. ſecundū
vltimam impreſſ. & deciſ. 421. nu. 10. & ſeqq. vſque
ad finem coram Reuerendiſſimo Vrgellen.* vbi quod
20 contraria procedunt in actione † tributoria
& inter mercatores aut in caſu concurſus
aliorum creditorū, qui videtur adeſſe quādo
agitur de debitore ſuſpecto de decoctione,
in quibus terminis loquitur exaduerſo alle-
gata *deciſio in Romana concordiæ 12. Februarij
1618. coram bon. mem. Cardinali Sacrato.*

Ex eadem ratione non prodeſt reis con-
uentis oblatio ſolutionis, per quam regu-
21 lariter † repellitur agens ex vtili Saluiano
*l. Paulus §. qui pignoris ff. quib. mod. pig. vel hypoth.
ſoluat. Menoch. de adipiſ. remed. 3. num. 181. & ſeq.
Afflict. deciſ. 259. num. 3. Rot. deciſ. 383. ſub num. 2.
par. 1. recent.* quia obtulerunt pecunias exiſten-
tes in Monte Pietatis, quæ exigi non poſſunt
niſi præſtita cautione de reſtituendo priori-
bus, & potioribus, cum tamen ad repellendū
22 Agentem in Saluiano requiratur † quod pe-
cuniæ oblatæ liberè exigi poſſint non ſecus,
ac liberè ab ipſo perciperentur fructus bono-
rum ſi concederetur immiſſio, quia oblatio
non debet efficere creditorem, cui offertur
deterioris conditionis, ac obligare ad id ad
quod non obligaretur ſi eſſet immiſſus *Lanar.
conſ. 29. num. 8.* vbi quod lex, quæ conceſſit ius
23 offerendi † voluit quod primus creditor non
ſit

ſit in damno *ex tex.in l.debitor* 3. ibi *neque enim*
damno debet afficere creditorem ff. ſeparat. Salyc.
in l.2.num.3.C.ſi ant.cred.Arias de Meſa var. reſol.
lib.1.cap.5.ſub num.27. eſſet autem in damno
24 ſi teneretur † præſtare cautionem cum hôc
vnicuique ſit graue, *Bald.in l.2 num.7.C.hæred.*
vel act.vend.Hering.de fideiuſſor.cap.6. num. 141.
& ſeqq.Surd.deciſ.279.numer.13. vndè ſicut cre-
ditor ſi eſſet immiſſus ſatisfactionem ex fru-
ctibus conſequeretur abſque aliqua cautione
25 ita † ſine cautione ſatisfactionem conſequi
poſſit ex pecunijs oblatis neceſſe eſt, & alio-
quin oblatio non releuat, vt in puncto fuit
deciſum *in Romana Vineæ de Panzlinis 29.Octobris*
1599.coram bon. mem. Cardinali Mellino impreſſ.
apud Pacif.de Saluian.dec.276.in princ. & num. 1.
& 4.& in Rômana Cenſus 5.Iunij 1628. coram bo.
mem.Coccino §.tertio & denique vbi hoc amplia-
26 tur quamuis cautio de reſtituendo † veniret
præſtanda ex decreto Iudicis, & in proximis
terminis ita ratiocinatur *Reuerendiſſimus Vr-*
gellen.d.deciſ.421.num.10.verſ.dum volunt ſequen-
do deciſiones mox allegatas.

Quæ confirmantur ex traditis à *Ferdinando*
Arias de Meſa var. reſol. libr.1.cap.17. numer.27.
& ſeqq.& num.34. vbi poſtquam *numer. 30. 31.*
27 *& 32.*enumerauerat caſus,† in quibus credi-
tor tenetur præſtare cautionem, dicit illos ha-
bere locum dumtaxat quando creditor inſtat
28 pro ſubhaſtatione bonorum debitoris† ſecus
verò ſi ei pecuniæ offerantur à poſſeſſore, vel
poſteriori creditore, quia tunc cauere non
tenetur cum inuitus cogatur pecunias recipe-
re argumento *tex.in l.qui hæres erat 50.verſ.pri-*
mo videamus, ibi *qui ſponte diſtrauunt tenentur*
ad promiſſionem duplæ, ſecùs qui à Prætore
diſtrahere coguntur ff. famil. erciſc. eademque
diſtinctionem tradit *Io: Vinc.de Anna alleg. 78.*
numer.1.& ſeqq. ideò in ſimili,qui compellitur
29 ob retractum rem reſtituere † non debet eſſe
in aliquo damnò, nec tenetur cauere de eui-
ctione, *Ann.d.alleg.78.num.3.Peregr.deciſ.Pataui-*
na 72.ſub num.4.verſ.tertio adducebam Tiraquell.
de retract.Lignaier.ad fin.tit.num.48. Et quamuis
30 pignus vendens iure creditoris † teneatur
præſtare ſe potiorem cæteris creditoribus *l. 1.*
in fin.C.credit.pignor.euict. is tamen qui iura ſua
31 cedere cogitur † offerenti pecunias, cedere
tantum debet iura, quę penès eum reperiun-
tur *Bart.in l.iubemus num. 3.* vbi loquitur in
terminis creditoris ag...tis hypothecaria,
32 cui poſſeſſor † reus conuentus ſolutionem
obtulit *C.ad Senat.Conſul.Velle. Bald.ibid.ſub n.3.*
verſ.ſufficit ergo & conſ.109.num.1.lib.3.Vinc.de
*Franch.deciſ.427.num.9.*vbi quod talis creditor
non tenetur præſtare ſe eſſe anteriorem *Ann.*
d.allegat.78.ſub num.2. Grat.deciſ. March.215.nu-
33 *mer.21.& 22.*Et hæc facilius procedunt† quã-
do vt in caſu noſtro niſi creditor egiſſet cogi
non poſſet ad recipiendum præſtita cautione,
nam alioquin ſua diligentia ei noceret quod
eſſe non bebet *gloſſ.in l.1.verb.obtulerit C.ſi an-*
tiq.creditor.Grat.diſcep.269.ſub nu.29.

Non obſtat præſcriptio aut anterioritas hy-
pothecæ propter dotem Franciſcæ Sfortiæ
vxoris Marchionis Aſcanij delatam iure hæ-

reditario ad Fabium, cui ſucceſſerunt Domi-
na Maria Madalena, & Druſilla reæ conuen-
tæ: nam ad præſcriptionem ſatis eſt reſpon-
dere; quod Domina Maria Madalena non
poſſidet niſi ab anno 1644.anteà verò poſſedit
Fabius, qui cum eſſet hæres Marchionis A-
ſcanij principalis debitoris non poterat præ-
34 ſcribere obſtante mala fide defuncti, † quæ
tranſit in ſucceſſorem vniuerſalem *Couar. in*
cap.poſſeſſor malæ fidei par.2.relect.§.8.numer.3. &
ſeqq.Surd.conſ.296.num.10. Facchin.controu.foren.
lib.8.cap.27.Rot.deciſ.85.num.10.apud Pacif. de
Saluian.& in Romana diuiſionis 15.Iunij 1640. co-
ram me. Anterioritas verò ceſſat, quia hæc
tenuta Montiſacrei erat hypothecata pro cen-
ſu, ante quam perueniret ad manus Mar-
chionis Aſcanij debitoris d. dotis, & in ipſo
inſtrumento, quo vendita fuit Aſcanio hy-
pothecata rurſus fuit pro cenſuum extintio-
ne, & fructuum ſolutione adeo quod in ipsũ
tranſiit affecta hypothecis contractis ad fauo-
rem cenſuariorum, & venditoris, cuius ideò
35 creditores † præferendi ſunt ſuper hac tenuta
creditoribus Marchionis Aſcanij *Fontanell. de*
pact nupt.clauſ.4.gloſſ.9.par.2.nu.51.Rot.deciſ.269.
num.1.par.6.recent.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

CARPENTORATEN. DECIMAE CROCI.

Lunæ 1. Iunij 1647.

ARGVMENTVM.

Decimæ prædiales debentur Eccleſiæ Cathe-
drali,quando eſt parochialis ex omnibus fru-
ctibus, qui intrà fines percipiuntur nulla ha-
bita diſtinctione inter vnam, & alteram ſpe-
ciem fructuum cum omnes proueniant ex
Dei munificentia, & deſeruiunt ad ſubſten-
tionem miniſtrorum, & ad Dei cultum pera-
gendum. Ius decimandi eſt reale nec muta-
tur mutatione ſeminis, ac plantationis. Ec-
cleſiæ parochiali debentur etiam decimæ
noualium. Conſuetudine induci poteſt ne
decimæ ex certis fructibus ſoluantur, hæc ta-
men conſuetudo debet eſſe quadraginta an-
norum, ac concludenter probari.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus eſt Iudex competens in cauſis ſuæ Ec-*
cleſiæ.
2 *Eccleſia Cathedralis quando eſt parochialis, & cu-*
ra animarum à Capitulo exercetur habet intentio-
nem fundatam ſuper decimis prædialibus ex fru-
ctibus, qui intrà fines parochiæ percipiuntur.
3 *Decimæ omnium fructuum debentur Eccleſiæ par-*
rochiali abſque vlla diſtinctione inter vnam, &
alteram ſpeciem.
4 *Decima croci debetur Eccleſiæ parrochiali.*
5 *Pro exactione decimarum agi poteſt, vel actione*
confeſſoria, vel condictione ex canone, vel officio
Iudicis.

particulari reſtricto ad certam ſpeciem fru-
ctuum, vt benè diſtinguit, *Rot.d.deciſ.333. nu-
mer.11.& 12.& numer.15.& 16.part.5.recent.*
Siue percipiatur ex terris incultis, & nuper
ad culturam redactis, quia Eccleſia Parro-
10 chialis † etiam in noualibus habet intentionē
fundatam, vt ad litteram diſponit *tex.in cap.cū
contingat de decim.* ibi *cum perceptio decimarum ad
parrochiales Eccleſias de iure communi pertineat, de-
cima noualium, quæ fiunt in parrochijs earumdem ad
ipſas procul dubio pertinere noſcuntur*, & notant,
*Felin.in cap.auditis num.19.de præſcr. Couarr. var.
reſolut.lib.1.cap.37.num.5.Mareſc.var.lib.2.c.95.
num.15.Monet.de decim.cap.4.num.52. Seraph. de-
ciſ.18.per tot.Rot.deciſ.178.num.2.deciſ.223.nu.3.
part.1.recent.deciſ.333.ſub num 9.par.5.* Quo ma-
gis quia teſtes examinati ad inſtantiam Capi-
tuli, & dati in eius Summ.num.1. & per tot.
deponunt quod Capitulum ab antiquo tem-
pore eſt in poſſeſſione percipiendi exceptis
hortis decimas omnium fructuum recolle-
ctorum etiam in terris nuper ad culturam
redactis, & conſuetudo in ſoluendis decimis
11 maximè † ſpectanda eſt *Couar.var.reſolut.lib.1
cap.17.num.8.verſ.tertio Mant. deciſ. 341. num.8.
Rot.inter recent.deciſ.333.ſub numer.16. verſ. tum
etiam par.5.*
Neque aduerſarij excuſare ſe poſſunt à ſo-
lutione huius decimæ ſub prætextu contrarię
12 conſuetudinis qua poteſt induci † ne decimæ
ex certis fructibus ſoluantur *gloſſ.in cap. in ali-
quibus de decim.Rebuff.eod.tract. quæſt.13. num.51.
Monet.cap.5.num.93.& 94. Seraph. deciſ.124.* &
fuit dictum *in Hiſpalen.Decimarum de Almonte
4.Iulij 1642.coram me*, tum quia iidem teſtes
affirmant crocum in Territorio Carpentora-
tenſi cępiſſe plantari à decem, & octo annis,
& ſic deeſt lapſus 40. annorum ante motam
litem ad huiuſmodi conſuetudinem inducen-
13 dam † neceſſarius *gloſſ.in cap.in aliquibus §. fin.
verb.loci conſuetudine de decim.c.1. de præſcr.in 6.
Rebuff.de decim.quæſt.13.nu.80.* vbi quod ità de-
14 bet intelligi † *tex.in cap.ad aures de præſcr.* cum
alijs iuribus antiquis de præſcriptione deci-
marum loquentibus *Monet.cap.5.nu.112. Grat.
diſcep.595.num.16.Caſtropal.oper.moral.tom.2.tit.
de decim.diſput.vnica punct.4.nu.* 6. vbi loquitur
in ſpecie contrà Communitatem allegantem
conſuetudinem non ſoluendi decimam *Lay-
man.theolog.moral.par.4.tract.6.cap.6. num.9. Mo-
lin.de iuſt.& iur.tom.1.diſput.75. verſ. eadem modo
Couar.var.reſol.lib.1.cap.17. num.10. Seraph. de-
ciſ.1102.num.6.* Tum quia nullatenus proba-
15 tur talis conſuetudo, quæ exaduerſo proban-
da eſſet *Bart.in l.2.num.31.C.quæ ſit long.conſuet.
Alex.conſ.173.num.9.& 10.lib.6. Buratt. deciſ.3.
num.7. deciſ.735. num.6.* & quidem per teſtes
16 coarctantes negatiuam ſolutionis † decimæ
ità vt ſufficiat quod deponant ſe non vidiſſe
ſolui *Seraph.d.deciſ.1102.nu.8.Mant.in punct. de-
ciſ.341.n.5.Buratt.dec.572.n.12.Rot.inter rec. de-
ciſ.591.n.16.p.5.& in Abulen.Decimarum 15.Ia-
nuarij 1644.coram.R.P.D.meo Peutingerio.*
Et ità deciſum informante ſolum Capitulo
præuijs tamen pluribus citationibus partis
aduerſæ.

VERCELLEN. DECIMARVM.

Lunæ 1.Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Compulſoria ſpecialis, quæ pari paſſu ambulat cū remiſſoria conceditur data releuantia ſcripturarū compulſandarū Laicus incapax eſt iuris decimādi, ac proindè cogi poteſt ad docendum de ſuo titulo, & de titulo conſtare dicitur docto de infeudatio ne facta per Epiſcopum ante Concilium Lateranenſe.

SVMMARIVM.

1 *Compulſoria ſpecialis retardat vlteriorem proceſſum.*

2 *Compulſoria ſpecialis non ſolet concedi, aut denegari abſque diſputatione, & cauſæ cognitione.*

3 *Cauſa decimarum in materia remiſſoria reputatur prophana.*

4 *Remiſſoria conceditur in materia prophana ex ſola releuantia articulorum.*

5 *Compulſoria ſpecialis, quæ pari paſſu ambulat cum remiſſoria conceditur ſi ſcripturæ compulſandæ ſunt releuantes.*

6 *Laicus incapax eſt iuris decimandi.*

7 *Poſſeſſor, cui ius reſiſtit cogi poteſt ſub pæna caducitatis ad docendum de ſuo titulo.*

8 *Decimæ infeudatæ laicis ante Concilium Lateranen. præſtant legitimum titulum.*

9 Tex.in cap.prohibemus de decimis *dicens laicos cum periculo animarum ſuarum ius decimandi detinere declaratur, quo caſu procedat?*

10 *Laicus, qui decimas in feudum recepit ante Concilium Lateranen. tenetur iuxtà leges feudalis conuentionis exhibere ſeruitia, obſequia, ac miniſteria Eccleſiæ.*

11 *Ex hac eſt communis, ac receptiſſima ſententia omnium ſcribentium, ac contraria opinio Rebuffi declaratur.*

12 *Infeudationes decimarum factæ ab Epiſcopis antè Concilium Lateranen. ideò validæ reputantur, quia ante illud tempus poteſtas infeudandi erat illi conceſſa, & Epiſcopus poteſt in ſuo Epiſcopatu quicquid poteſt Pontifex in Eccleſia.*

13 *Infeudationes decimarum factæ ante Concilium Lateranenſe non fuerunt ab eodem Concilio reuocatæ, ſed ſolum prohibuit fieri in futurum.*

14 *Compulſoria ſpecialis, vt concedenda veniat ſufficit releuantia ſcripturarum compulſandarum, & tales ſint, quæ negocium principale diffiniat.*

15 *Immo ſufficit quod quoquomodo conducant ad cauſæ victoriam, nam in diſcuſſione negocij principalis illarum merita maturius examinabuntur.*

16 *Compulſoria peti poteſt in qualibet inſtantia non ſecus ac remiſſoria, nam in gradu appellationis poſſunt non deducta deduci, & non probata probari & num.17.*

18 *Productio nouorum iurium releuantium impediri nequit ob tarditatem in producendo etiam artificioſè commiſſam, cum poſſint ſaltem admitti refectis expenſis.*

19 *Vaſſallus cecidiſſe dicitur ab omni iure nedum ob non exhibitionem tituli, ſed etiam ſi dominium*

*directum Domino denegat, & ex quibus excludatur denegatio dominij & num.*20.

21 *Interpetratio qualibet ſumenda eſt ad excludendum negationem dominij, & caducitatis incurſum.*

DECISIO CCCXXIII.

MONITA Communitas, & homines
Oppidi Confluentiæ vſque de anno
1612. quo Modernus Dominus Epiſcopus
Eccleſiæ Cathedralis Vercellenſis poſſeſſio-
nem cæpit, & iterum de anno 1622. & 23. ad
docēdum de titulo, quo duas partes decima-
rum in Territorio d. Oppidi ad Epiſcopum
ſpectantes poſſideat alias videndum mandari
procedi ad caducitatem, quia de titulo nuſ-
quam docuit fuit iudicio deindè formitèr
inchoato ad inſtantiam promotoris fiſcalis
menſę Epiſcopalis declarata per ſententiam
latam de anno 1644. cecidiſſe ab omni iure
decimarum, & vtile dominium ipſarum de-
cimarum, ac iuris decimandi in dictis duabus
partibus fuiſſe conſolidatum cum directo
ipſius menſę, necnon condemnata ad reſtiten-
dum decimas exactas poſt intimationem ca-
ducitatis.

Quæ ſententia confirmata fuit in ſecunda
inſtantia coram Vicario Metropolitano; ſed
reuocata in tertia ab alio Iudice delegato;
cumque in quarta inſtantia pendente in Ro-
ta Epiſcopus inſtaret cognoſci de iuſtitia prio-
rum ſententiarū ſibi fauorabilium, & è con-
uerſo Communitas aduerſaria peteret ad
compulſanda in partibus inſtrumenta com-
1 pulſoriam ſpecialem, de cuius natura eſt † re-
tardare proceſſum ad vlteriora, *Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num.* 839. *Caputaq. deciſ.* 177. *lib.* 1. *in*
2 *manuſc.* & concedi aut denegari † non ſolet
abſque cauſæ cognitione *Scacc. d. cap.* 11. *n.* 840.
propoſui hodiè dubium an ſit danda com-
pulſoria ſpecialis, quod affirmatiuè reſolu-
tum fuit.

Sicuti enim in cauſa profana qualis dicitur
3 cauſa † decimarum, *Put. deciſ.* 324. *in fin. libr.* 2.
Rot. inter recent. deciſ. 677. *num.* 1. *par.* 1. *deciſ.* 174.
num. 1. *coram ſan. mem. Gregor. XV. vbi add. num.* 7.
4 *allegat. concord.* conceditur remiſſoria † ſi arti-
culi ſunt releuantes, *Put. deciſ.* 201. *lib.* 1. *Caputaq.*
deciſ. 68. *par.* 3. *Greg. XV. d. deciſ.* 174. *num.* 2. ità ſi
5 ſcripturæ compulſandæ releuant † concedenda compulſoria ſpecialis, quæ pari paſſu am-
bulat cum remiſſoria, & illi æquiparatur,
Veſtr. in prax. lib. 6. *cap. primo num.* 12. *&* 13. *Scacc.*
d. cap. 11. *num.* 841. *Buratt. deciſ.* 555. *num.* 4. *&* 5.
& fuit dictum in *Cæſeraunguſtana Camerariæ* 17.
Martij 1624. *coram bon. mem. Pirouano, & in Bonon. Fideicommiſſi de Naſcentorijs* 14. *Aprilis* 1639
coram R.P.D. meo Ghiſilerio.

Releuantiam autem ſcripturarum adſtruit
ipſa inſtantia Epiſcopi, ille ſiquidem contrà
communitatem prætendentem habere in
feudum ius decimandi egit pro exhibitione
tituli, eoque non exhibito meritò obtinuit
pronunciari ſuper caducitate; quia poſſeſſor
cui ius reſiſtit prout reſiſtit laicis in iure de-
6 cimandi, † cuius ſunt prorſus incapaces *cap. fin.*
16. *quæſt.* 1. *cap. ſacroſancta de elect. cap. prohibemus de decim. cap. cum & plantare §. Eccleſias igitur de priuileg. Rebuff. de decim. quæſt.* 13. *num.* 78. *& ſeqq. Couarr. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 5. *Rot. dec.* 545. *num.* 1. *par.* 4. *recent. deciſ.* 103. *num.* 10. *par.* 7. cogi
7 poteſt † ſub comminatione caducitatis ad
docendum de ſuo titulo, *Iſern. in ca. imperialem §. illud quoque præcipimus nu.* 66. *& ſeqq. de prohib. alien. per Federic. vbi Afflict. num.* 28. *& ſeqq. Bald. in cap.* 1. *§. Vaſſallus num.* 9. *ſi de feud. defunct. contr. & in l.* 2. *num.* 7. *Cod. quom. & quand. Iudex Rolan. conſ.* 89. *num.* 23. *lib.* 2. *Scrader. de feud. par.* 6. *cap.* 6. *num.* 111. *Roſental. eod. tract. cap.* 7. *concluſ.* 33. *nu.* 8. *&* 13. *ac per tot.* cum alijs allegatis *à Moder. ex Comitibus Caſertæ in ſuo Theatro feud. par.* 10. *dilucid.* 75. *per tot. & in puncto decimarum Fulgoſ. conſ* 226. *ſub nu.* 1.

Igitur cū Cōmunitas parendo præcepto, ac
intimationi Epiſcopi velit cōpulſare inueſti-
turas de hoc iure decimandi ſibi factas ante
Conciliū Lateranēſe ab Epiſcopis illius tēpo-
8 riſ † que procul dubio titulū ſufficientē prębet
vt probat *tex. in c.* 2. *§. ſane verſ. illas autē de decim in* 6. ac tradit *Couarr. var. reſol. d. lib.* 1. *c.* 17. *ſub n.* 5
verſ. olim ſane, & verſ. et dubio procul circa fin. vbi
notat quod decretum Concilij Lateranenſis
ſub Alexandro III. relatum in *cap. prohibe-*
9 *mus de decim.* † dicens laicos cum periculo ani-
marum ſuarum ius decimandi detinere, licet
loquatur de decimis cęptis poſſideri antè Cō-
cilium, intelligendum eſt de decimis à laicis
antè Concilium illud obtentis abſque legit-
timo infeudationis iure, aut de laicis, qui de-
cimas in feudum obtinuerunt; minimè tamen
impendunt Eccleſijs, à quibus eas receperunt
10 ſeruitia, obſequia, & miniſteria, quæ † ſe-
cundum feudalis conuentionis leges exhibe-
re tenentur, ſic etiam *Guttier. pratic. quæſt. lib.* 1.
quæſt. 14. *numer.* 5. *& quæſt.* 15. *num.* 4. vbi quod
11 hęc eſt communis, † & receptiſſima ſententia
omnium ſcribentium *& num.* 5. ſubdit con-
trariam opinionem *Rebuff. in tract. de decim. quæſt.* 10. *num.* 12. *& ſeqq. & nu.* 23. ſaluari poſſe
in decimis ante Concilium obtentis abſque
legittima infeudatione *Azzor. inſtit. moral. tom.* 1
par. 1. *lib.* 7. *quæſt.* 12. *verſ. olim tamen Suarez. de leg. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 2. vbi ait ideò infeu-
12 dationes † ab Epiſcopis factas ante Conciliū
Lateranenſe validas eſſe, ac tuta conſcientia
poſſe retineri, quia cum antè illud tempus
facta non fuiſſet talis prohibitio intelligeba-
tur poteſtas infeudandi conceſſa Epiſcopo
quippè, qui in ſuo Epiſcopatu poteſt quic-
quid poteſt Pontifex in Eccleſia niſi prohibea-
tur, maximè in his quæ ordinariè fieri con-
tingunt abſque diſpenſatione aliqua in iure
communi, ſed ex generali, vt ità dicam, &
communi Prælatorum prouidentia quales
ſunt in feudationes perpetuæ decimarum,
neque decretum Concilij Lateranenſis reuo-
13 cauit † infeudationes ante licitè factas, ſed
tantum prohibuit fieri in futurum *Monet. de decim cap.* 5. *quæſt.* 3. *ſub numer.* 66. *Facund. in ſept. Eccleſ. præcept.* 5. *lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 32. *& ca.* 4. *num.* 2. *Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat.* 121. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 103. *num.* 12. *par.* 7. *recent.*

Negari

Negari non poteſt quin inueſtituræ cõpulſandæ ſint releuantes cum ad effectum obti-
14 nendæ compulſoriæ tales dicantur † quæ negocium principale diffiniunt *Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ.36.nu.1.deciſ.121.ſub num.42.* & fuit dictum *in Spoletana Bonorum 1.Februarij proxime præteriti coram R.P.D. meo Royas* : imò ſufficiat
15 quod † quoquo modo conducant ad cauſæ victoriam, quia in diſcuſſione negocij principalis illarum merita maturiùs examinabũtur *Caualer.deciſ.232.num.2.cum alijs alleg. in Fanen. fideicom. 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Royas, in Spoletana bonorum 28. Nouembris 1646. coram eodem, & in Maceraten. pecuniaria 27. Ianuarij 1645. coram R.P.D. meo Otthobono*.

Nec obſtat quod in prima, & ſecunda inſtantia dictæ inueſtituræ non fuerint exhibitæ, vel ad eas compulſandas petitæ litteræ com-
16 pulſoriales, quia compulſoria † peti poteſt in qualibet inſtantia non ſecus ac remiſſoria *Caputaq.deciſ.68.num.1.par.3. Coccin.deciſ.149.nu.1. Greg.XV.deciſ.403.num.3. Buratt.deciſ.551.nu.4.*
17 *&* 5. & in gradu appellationis † poſſunt non deducta deduci, & non probata probari *l. per hanc C. temp.& reparat.appellat. Rot.Bononien.diu. deciſ.142.num.13.Scacc.de appellat.qu.3. ſub nu.1. verſ.fuit etiam Rot.deciſ.240.nu.7.par.4.tom.2.rec.*
18 Nec ob tarditatem in producendo † etiam artificioſè commiſſam excluditur nouorum iurium releuantium productio, ſaltèm refectis expenſis *Scacc.de Iudic.lib.2.cap.11.num.486.poſt Marſil.in prat.criminal.§.oportunè ſub nu.90.& 91.*

Tandem non obſtat, quod Communitas
19 ceciderit ab omni iure† nedùm ob non exhibitionem tituli, ſed etiam quia dominium directum Eccleſiæ negauit *ad tex.in §.Vaſſallus ſi de feud.defunct.contr.ſit inter dom.& agnat. Roſental.de feud cap.10.concluſ.32.num.1.* quia in Sum. dato pro parte Epiſcopi non adeſt talis negatio, ſed ſolùm ſub *num.*5.habetur quod Communitas oppoſuit contra petitionem Epiſcopi, & in cauſa ab eo mota conſtituit procuratorem ad litigandum quod non includit per-
20 neceſſe negationem dominij † cum adhuc eo admiſſo poſſet Communitas in lite mota excludere petitam caducitatis declarationem petendo vt nunc fecit à Iudice facultatem compulſandi inueſtituras obtentas ante Conciliũ Lateranenſe ſub Alexandro III. vel probando illas penès Epiſcopum reperiri, eiuſque culpa exhiberi non poſſe, *vt per allegatos à Modern.ex Comitibus Caſertæ in Theatr.feudal.par.*10 *dilucid.76. ſub num.4.* omniſque interpetratio
21 ſumenda † eſt ad excludendam negationem dominij, & caducitatis incurſum *gloſſ.in c.veniens il primo vbi Abb.num.4.Decius num.8. de teſtib. & in cap. cum dilecti verbo dilapidatione de accuſat. Alex.conſ.183.numer.5. verſ.nec obſtat.lib.5. Mohed.deciſ.2. de reſtit.ſpoliat. Rot.deciſ.115.nu.1. & 3. inter impreſſ.poſt conſ.Farinac.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

NVLLIVS, SEV SVBLACEN. ATTENTATORVM.

Lunæ 1. Iulij 1647.

ARGVMENTVM.

Inhibitio emanata vigore cõmiſſionis à Signatura Iuſtitiæ circumductæ mediante reſcripto vt Iudex à quo iterùm audiat non cauſat attẽtata. Appellans ſi rediit coram Iudice à quo cenſetur appellationi renunciaſſe, quando præceſſit reſcriptum Signaturæ, vt Iudex à quo iterum audiat.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio reſpicit futura non autem præterita.*
2 *Commiſſio appellationis ligat manus Iudicis à quo itaut non poſſit amplius ſe in cauſa ingerere.*
3 *Commiſſio appellationis cenſetur circumducta per reſcriptum Signaturæ, vt Iudex à quo iterum audiat.*
4 *Decretum primum per aliud ſubſequens circumducitur.*
5 *Appellans non cenſetur appellationi interpoſitæ renunciaſſe, ſi adiuit primum Iudicem pro reuocatione dumtaxat grauaminis illati ex primo decreto.*
6 *Limita non procedere quando præceſſit reſcriptum ſignaturæ mandans Iudici à quo vt iterum audiat, tunc enim appellans redeundo ad Iudicem à quo dicitur renunciaſſe appellationi, quia acceptauit reſcriptum Signaturæ.*
7 *Accedente præſertim quod idem Iudex primum decretum deinde confirmauit.*
8 *Pro attentatorum reuocatione agi poteſt etiam poſt renunciationem appellationis.*
9 *Declara concluſionem procedere quoad geſta appellatione pendente ante illius renunciationem, non autem quoad poſtea ſubſecuta.*
10 *Geſta poſt appellationem de medio ſublatam dici nõ poſſunt attentata, minuſque quod emanauerint appellatione pendente.*

DECISIO CCCXXIV.

GRATIS Dominica Marina, & litis conſortes mandati de manutenendo ab A.C. ſiue R. P. D. Caballetro relaxati executionem factam die 24. Aprilis anni currentis dixerunt attentatam ob ſpretum Inhibitionis Rotalis; nam duæ emanarunt Inhibitiones, quarum poſtrema, quia poſterior eſt dicta executione illam non afficit cum reſpiciat fu-
1 tura † non autem præterita *Lancellott. de attent. par.2.cap.20.in præfat.num.11.aliyque relati ab add. ad Buratt.deciſ.902.num.5.*

Prima verò emanata in vim appellationis à d. mandato Domini Caballetti per Signaturam commiſſæ ſublata fuit per ſubſequentia reſcripta eiuſdem Signaturæ, in quorum altero iuſſit lacerari dictam commiſſionem, altero mandauit vt Iudex à quo iterùm audiret, quod cum ſit incompatibile cum præce-
2 denti commiſſione appellationis, † quippè quæ

14 *Papa faciliùs confert beneficia ſimplicia quam curata.*

15 *Prouiſio de beneficio tanquam dignitate ſubſtinetur, ſi non eſt dignitas, ſed officium.*

16 *Et in terminis beneficij ſimplicis obtenti tanquam curati hanc opinionem amplexa eſt Rota.*

17 *Et hæc Rotæ opinio faciliùs recipienda eſt in beneficijs Hiſpaniarũ in quibus largiùs proceditur propter multitudinem beneficiorum, & carentiam deſeruientium Romanæ Curiæ, quibus Papa prouidere intendit, ac libentiùs in beneficijs ruralibus, num. 18.*

19 *Regula 57. Cancellariæ mandans exprimi in impetratione qualitatès beneficiorum intelligenda eſt de qualitatibus quæ poſſunt retrahere Papam à concedendo, cum ſecundum qualitatem perſonarum ſingulis beneficia ſint conferenda.*

20 *In impetratione quando maior qualitas fuit expreſſa, non poteſt dici omiſſa qualitas, quæ Papam à conferendo retrahere poſſet.*

21 *Regula 57. Cancellariæ de ſtylo non rigidè ſeruatur in beneficijs ruralibus.*

22 *Subreptio ex taciturnitate eorum, quæ de iure communi ſunt exprimenda redditur inexcuſabilis ſecus quæ de ſtylo, qui variabilis eſt, & omnibus non eſt notus, tunc enim intrat excuſatio ex capite ignorantiæ.*

23 *Dolus impetrantis excluditur quoties in impetratione maiorem qualitatem expreſſit.*

24 *Subreptio faciliùs excuſatur ceſſante dolo.*

25 *Papa ſi prouidit de beneficio credens eſſe curatum præſumitur quod faciliùs prouidiſſet, ſi sciuiſſet eſſe ſimplex.*

26 *Papa faciliùs prouidet Sacerdotibus, quàm ſimplicibus Clericis.*

37 *Gratia perinde valere quamuis obtenta lite pendente deſeruit pro declaratione voluntatis Papæ vſque ab initio, & in dubio ita eſt præſumendum ad ſubſtinendam gratiam, & nu. 28.*

Ad gratiam ſubſtinendam in dubio præſumendum eſt Papam à concedendo non ſe retraxiſſe ibid.

29 *Valor per non exceſſum probatur per teſtes de publica voce, & fama iunctis etiam prouiſionibus beneficij effectum ſortitis cum ſimili expreſſione declara vt nu. 31.*

30 *Valor per non exceſſum probatur leuioribus probationibus.*

32 *In Summariſſimo poſſeſſorio licet vnicus teſtis ſufficiat, non tamen admittitur, ſi aliquid in contrarium deducatur.*

33 *Rota ſolet è valore narrato detrahere ſextum partem ad euitandam ſubreptionem.*

34 *Subreptio non euitatur, quando etiam detracta ſexta parte è valore narrato adhuc remanet exceſſus.*

35 *Teſtes de valore deponentes, deponere debent deductis oneribus.*

36 *Fructus beneficij debent æſtimari quantum valent in loco eiuſdem beneficij, non quantum valent in portatis deducto Cambio, alias vno modo Beneficium valeret, quando quis eſſet in Vrbe, & alio quando eſſet alibi.*

37 *E valore beneficij ſunt deducendæ expenſæ neceſſariæ pro recollectione fructuum.*

DECISIO CCCXXV.

EX pluribus obiectis contra executionem
prouiſionis Apoſtolicæ de hoc Prioratu
tanquam reſeruato à Franciſco Bompar obtentæ
diſcuſſis in deciſione ædita 29. Ianuarij
1646. coram Me, duo tantùm hodierna diſputatio
ad trutinam euocauit; nam defectus
reſeruationis viſus fuit minùs ſubſiſtens ſtantibus
litteris ſecularizationis fel. rec. Clementis
VIII. & vltimo ſtatui diſpoſitio pariter re-
1 gulæ Cancellariæ 29. † contra impetrantès
beneficia Senum, vel quibus imminebat vitæ
periculum, viſa eſt non applicari cum emanauerit
ad euitandas fraudes impetrantium,
quæ ceſſat in caſu noſtro propter famam publicam,
quod Prioratus iſte haberet curam
animarum, ex quo capite illum impetrauit
Bompar viuente Petro Caſes Prioratus poſſeſſore
vt potuit, eſto quod Petro vitæ periculum
immineret, quia dicta Regula Cancella-
2 riæ non † damnat impetrationes beneficiorum
in vita poſſeſſoris morti proximi, ſi tunc beneficium
verè vacabat, prout vacabat Prio-
3 ratus ratione incompatibilitatis † cum alio beneficio
curato per eundem Petrum obtento,
ſi prout fama publica ferebat ipſe quoque
Curatus erat iuxta diſpoſitionem *text. in cap. de multa de præben. in extrauagan. execrabilis eod. tit. in clem. gratiæ de reſcript.*

Diſceptatum inquam fuit. Primò an prouiſio
Apoſtolica eſſet ſubreptitia, vel obreptitia,
ex quo Papæ narratum fuit beneficio
ineſſe curam animarum quod non probatur;
opinantibus aliquibus ex Dominis impetra-
4 tionem beneficij ſimplicis † ſub expreſſione,
quod eſſet Curatum non ſubſtineri, ſed narrari
debuiſſe quod beneficium eſt ſimplex attenta
ſaltem Regula Cancellariæ 57. ac Stylo
Datariæ, vt in fide officialium ipſius data in
5 Sum. Pejoan, † quæ vti de re ſpectante ad eorum
officium videtur attendenda, vt in terminis
ſimilis fidei dixit *Rota penes Bur. dec. 910. num. 8.*

Regula ſiquidem 57. Cancellariæ mandat
6 in impetrationibus † beneficiorum exprimi
illorum qualitates nè ſub verborum inuolucro
aliquid contra mẽtem Papæ ab ipſo extorqueatur,
vt notat *Lotther. de re benef. lib. 3. qu. 4. ſub num. 38.* quod accidere poſſet ſi beneficium
ſimplex ſub expreſſione Curati impetraretur;
quia etſi idoneus Curato multò magis talis ſit
ſimplici, & Papa in prouidendo de beneficiis
7 Eccleſiaſticis † idoneitatem perſonæ in primis
reſpicere debeat, vt dixit *Rot. deciſ. 4. ſub num. 7. de reſcript.* ſæpè contingit plures adeſſe perſo-
8 nas ęqualis idoneitatis † inter quas ſi Papa ſciuiſſet
beneficium eſſe ſimplex alium ſibi magis
carum, ac de ſe benemeritum prælegiſſet
vt potuit, præſertim in beneficiis ſimplicibus
Guttier. Canon. quæſt. lib. 2. cap. 11. n. 12. Ledeſ. in Summa 2. par. tract. 7. cap. 2. concluſ. 7. maximè in princ. & 9. & 15. diffic. Garz. de benef. par. 7. cap. 16. num. 16. cum alijs relatis à Moder. Bononien. de elect. dub. 33. ſub num. 5. & quotidie videmus beneficia
ſimplicia conferri perſonis idoneis quidẽ

ſed

ſed in concurſu quibus magis fauet Pontifi-
cia Charitas.
Stylus paritèr introduxit quod exprimi de-
9 beat, an beneficium ſit ſimplex † taciturnitas
verò qualitatum de ſtylo exprimendarum
reddit gratiam ſubreptitiam, quia ab illo mē-
tem concedentis metimur *Felin.in cap.ſuper lit-
teris num.8. verſ.prima regula, & in cap. in noſtra
num.19.de reſcript.Lap.alleg.89.num.6. Menoch.de
arbitr.caſ.201.num.28. Sanch.de matrim.lib.8. diſ-
put.21.num.16. Io: à Cokier ſuper reg.63.Cancell.
ſub num.8.Caſſad.deciſ.12.num.14.de præben.Cocc.
deciſ.327.num.2.* & alios refert *add. ad Buratt.
deciſ.510.num.11.in fin.* Magiſque vrget ſub-
reptio in caſu noſtro, quia cum Bompar be-
neficium hoc tanquam ſimplex impetraſſet
de anno 1637. videtur in noua impetratione
10 Curatum aſſeruiſſe cum dolo†qui ſubreptio-
nem aggrauat *Bero.in repetit.d.c.ſuper litteris n.1.
& 5. de reſcript.Egid.deciſ.4.ſub num.1.verſ.alia ex
text.in l.fin.C.diuerſ.reſcr. Rot.deciſ.288.num.5.in-
ter impreſſ.poſt conſ. Farin.lib.2.*
Neque ſuffragatur gratia perinde valere ob-
11 tenta † hac lite pendente, quia etſi retrotrahi
ſoleat ad diem gratiæ principalis, ac ſi tunc
quod debuerat expreſſum fuiſſet *Calder.conſ.12
de reſcript.Menoch.conſ.316.num.15. Lotther. de re
benef.lib.2.qu.54.n.58.& ſeqq.* id procedit dum-
modò facta fuerit mentio litis pendentiæ, cū
12 alioquin † Papa non cenſeatur velle præiudi-
care iuri ex ea quæſito collitiganti *Garz. de be-
nef.par.5.cap.3.num.34.& 35.* vbi quod nec ſuf-
ficit quod clauſula, *& ſuper eo inter aliquos lis*
13 *&c.* adſit † in litteris principalibus, quæ per
gratiam perinde valere reualidantur, quia per
eam clauſulam dicitur ſolùm facta mentio li-
tis, quæ alias eſt ſuper beneficio, non verò li-
tis quæ eſt occaſione litterarum principalium
ſuper quibus impetratur perinde valere *Rot.in
Aquilana Iuriſpatronatus 17. Iunij 1588. coram b.
me. Comitulo inter eius impreſſ. deciſ.30. num.5. &
penes Seraph.dec.1110.num.2.*
Alijs verò Dominis contrarium ſentienti-
bus ſequēdo opinionem *Couarr.Guttier.& alio-
rum allegatorum in vltima deciſione §.cura,* quibus
additur *Bero.in cap.ſuper litteris num.44.* vbi di-
14 cit quod Papa faciliùs concedere ſolet † ſim-
plicia quam curata *de reſcript. & rurſus in repet.
eiuſdem cap.nu.54. adden.ad Abbatem in eodem cap.
ſuper litteris num.6. Litt.C. verb. falſa demonſtratio
Archid.in cap.cum in illis nu.1.circa fin.* ibi multò
fortiùs curam non habeat *de præb.in 6.* quem
ſequitur *Io. Andr. ibid.in princ.verb.etiam ſi Ge-
min.in d.cap. cum in illis §. illis verò num.4.* ſicut
in ſimili prouiſio de beneficio tanquam di-
15 gnitate † ſuſtinetur, ſi non eſt dignitas, ſed
officium *Bero.loc.mox alleg.Rot.deciſ.4. ſub nu.5.
& per tot.de reſcript.in antiq.* & hanc ſententiam
16 quicquid†exaduerſò amplexa eſt Rota in ter-
minis beneficij ſimplicis obtenti tanquā cura-
ti *penes Puteum dec.293.ſub nu.4.lib.1.in corr.* quæ
licet loquatur de prouiſione facta ab Ordina-
rio, innititur præſumptæ intentioni conferen-
tis æquè militanti in prouiſione Papæ, *& penes
Seraph.deciſ.1026.num.2.* vbi hoc admittitur in
ipſis his terminis expreſſionis quod beneficiū
eſſet curatum cum eſſet ſimplex, vt patet in
verſ.qui licet, ibi *nempe quod ſit curatum;* faci-
liuſque recipienda eſt hæc opinio in benefi-
17 cijs Hiſpaniarum † in quibus largiùs proce-
ditur propter multitudinem beneficiorum,
& carentiam deſeruientium Romanæ Curiæ,
quibus Papa intendit prouidere, vt per hæc
ipſa verba dixit *Rota in Conchen. Beneficy 10.
Maij 1610. coram bo. mem. Cardinali Sacrato ſub
num.9.verſ.tertio quia impreſſ.apud March. de com-
miſſ.par.1.fol.465.* quo libentiùs in beneficijs
18 ruralibus † quale eſt iſtud, vt per *Seraph. de-
ciſ.947.num.2.*
19 Non vrget *Reg.57. Cancellariæ*† quia videtur
intelligenda de qualitatibus, quæ potuiſſent
retrahere Principem à concedendo, cum ſe-
cundum qualitatem perſonarum ſingulis be-
neficia ſint conferenda; itaut maiores perſo-
næ maioribus beneficijs decorentur, vt aduer-
tit *Queſada in not.ad d. Reg.57.* At facta expreſ-
20 ſione qualitatis maioris† non dicitur omiſſa
ſed imò expreſſa qualitas, quæ Papa à confe-
rendo retrahere potuiſſet, vt reſpondet *Rota
d.deciſ.4.ſub nu. 6.in fin.& ſub nu.7.circa fin verſ.
quia non eſt verum de reſcr.in antiq.* præter quod
21 de ſtylo Cancellariæ reg.57.† non rigidè ſer-
uatur in beneficijs ruralibus, quæ carent cura
animarum *Seraph.dec.947.num.2.*
Ad ſtylum Datariæ exaduerſò deductum,
reſpondetur non ſatis probari ex ſubſcriptio-
nibus paucorum, quos nec conſtat eſſe offi-
ciales; & in omnem euentum cum ſtyli hu-
22 iuſmodi variabiles ſint, † & vix praticis Cu-
riæ innoteſcant, intrat excuſatio ex capite
ignorantiæ, vt diſtinguendo inter ea, quæ ex-
primenda ſunt de iure communi, vel de ſtylo
tradit *Lotther.de re benef lib.2. qu.54.ſub num.27.
ac ſeqq.* Et gratis dicitur dolo fuiſſe expreſ-
ſum quod beneficium eſſet curatū, cum imò
23 dolus excludatur, † quia maior qualitas fuit
expreſſa *Rota dec.4.ſub num.6.in fin.* ibi, *nec vi-
detur feciſſe doloſè in dubio, ex quo expreſſit qua-
litatem potiùs Principem retrahentem de reſcript.
in antiq.* & quia ex fama publica curæ in-
hęrentis huic beneficio Bompar credere
potuit per errorē alias narraſſe illud eſſe ſim-
24 plex; ceſſante autem dolo † faciliùs excuſa-
tur ſubreptio *Egid.deciſ.600.nu.1. Seraph.dec.19.
num.1.dec.1432.num.9. verſ.maximè cum non adſit
Rota apud Farinac.poſt conſ.lib.2. deciſ.288.num.5.*
Maximè propter præſumptionē quod Papa,
25 ſi conceſſit credens Curatum † faciliùs con-
ceſſiſſet vbi ſciuiſſet eſſe ſimplex, quæ præſū-
ptio augetur in caſu noſtro, tùm quia non
conſtat de tempore impetrationis adfuiſſe
alios competitores, & Papa faciliùs prouidet
26 Sacerdotibus†qualis eſt Bompar, quam ſim-
plicibus Clericis, vt dixit *Rot. d. deciſ.288.ſub
num.10.verſ.nempe poſt conſ.Farin.* tùm etiam
quia deinde conceſſit gratiam reualidatoriam
27 quæ licet obtenta lite pendente† deſeruit ſal-
tem pro argumento intentionis Papæ; quod
contuliſſet Bompar etiam ſi ab initio benefi-
cium eſſe ſimplex ſciuiſſet, vt paritèr ponde-
rauit *Rot.d.deciſ.288.ſub num.10.verſ.quarto quia*
28 & in dubio ita eſt præſumendum † ad ſuſti-
nend: m

nendam gratiam, *Gabr.conſ.200.num.13.lib.1. Rota deciſ.65.ſub numer.1. verſ.quod autem par.3. recent.*

Secundo controuerſiam mouit probatio valoris narrati per non exceſſu in ſcu. 50.& computatis incertis in ſcu.80.videbatur enim
29 valor probatus † ex primo præſertim teſte, & vltimo nuper examinato deponentibus de publica voce, & fama, quæ iunctis quatuor alijs prouiſionibus beneficij effectum ſortitis cum ſimili expreſſione valoris ſatis probat, *Rota coram bon.mem.Buratto, deciſ.303.num.6.& fuit dictũ in Argentina Canonicatus 22.Iunij 1622. coram Nauarro, & in Beneuentana Canonicatus 8. Februarij 1647. coram me,* nam ad probandum
30 valorem negatiuè narratum regulariter admittuntur † leuiores probationes, *Garz.de benef.par.5.cap.3.num.198.cum alijs allegatis in Placentina Beneficij 27.Maij 1646.coram R.P.D. meo Ghiſilerio.*

31 E contra dicebatur hæc locũ habere, † niſi concurrant alij teſtes de maiori valore deponentes, ſicut in ſimili dicimus, quod leuis probatio ex vnico teſte deducta ſolita admit-
32 ti in ſummariſſimo poſſeſſorio, non admittitur ſi aliquid in contrarium deducatur, vt fuit deciſum *in Boianen.Penſionis 27.Octob.1610. coram bon.me. Penia impreſſ.apud Marcheſ.de commiſſ.tom.1.fol.617.in fin.in Auguſtana Decimarum 19. Nouembris 1635. coram Eminentiſſ. D. Card. Machiauello, & in eadem 27. Iunij 1639. coram Me.*

At plures ex Teſtibus pro Bompar examinatis, nempè ipſe primus iuxtà nonum Teſtis, necnon tertius, & quartus iuxtà 15.*Summar.Bompar num.2.* atque etiam ſecundus Teſtis iuxtà quintum, ac tertius ſuper quarto, & quintus iuxtà 15. *Summ.Peioan. nu.4.5.& 7.* deponunt de valore librarum 200. Barchinonenſium conſtituentium ducatos 200. E qui-
33 bus detracta etiam ſexta parte † vltrà ſummam narratam, vt Rota ſolet ad euitandam ſubreptionem, *Caputaq.deciſ.337.lib.1.in manuſcript.Mantic.deciſ.182.num.5.deciſ.327.numer.7.*
34 remanet adhuc exceſſus † in maiori ſumma qui nullo modo ſaluari poteſt, vt in terminis firmauit *Rota in Aueniouen. Canonicatus 7. Iunij 1621. coram bon.mem.Patriarcha Manzanedo, §.ſecundo fuit.*

35 Neque euitatur exceſſus, vel ex quo Teſtes prædicti non deponant † deductis oneribus, vt per *Seraph.deciſ.1009.num.6.* vel quia lib.200. Barchinonæ tranſmiſſæ ad Vrbem Romam dempto cambio non excedant ducatos 80. nam fructus debent æſtimari † quã-
36 tum valent in loco beneficij, & cambium quod ſoluitur in pecunijs tranſmittendis nõ eſt in conſideratione, alias vno modo valeret beneficium, quando quis eſſet in Vrbe, alio quando eſſet Venetijs, alio quando in Ciuitate Conſtantinopolitana, itaut certus valor haberi non poſſet, vt in puncto ratiocinatur, *Put.deciſ.210. num.2.& 3.lib.3.in corr.* Cumque tertius,& quartus Teſtis deponant, quod tanti redditus beneficij locabantur remanet probatus valor in quantitate per eos depoſita
37 demptis expenſis † pro recollecta fructuum neceſſariis, *Rot.deciſ.273. num.3.coram ſan.mem. Greg.XV.deciſ.444.num.5.part.2.recent.& in dicta Placentina Beneficij coram R. P. D. meo Ghiſilerio.*

Præualuit poſterior ſententia, ideoque ex capite non iuſtificati valoris Domini ſteterunt in deciſis vtraque Parte Informante.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI, SEV DOMVS.

Mercurij 4. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hæredibus tranſit etiam ad deſcendentes fœminas, quando ſunt hæredes. Emphyteuta poteſt diſponere de bonis emphyteoticis in compræhenſos in inueſtitura, illorum accedente conſenſu.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hæredibus in perpetuum non eſt ſimpliciter hæreditaria.*
2 *Appellatione hæredum in emphyteuſi Eccleſiaſtica veniunt deſcendentes fœminæ, dummodo ſint hæredes.*
3 *Appellatione hæredum in materia emphyteuſis Eccleſiaſticæ veniunt ſolum hæredes ſanguinis,& deſcendentes ab inueſtitis.*
4 *Dominus directus non valet antiquas inueſtituras alterare in præiudicium compræhenſorum.*
5 *Exceptio tua non intereſt repellit ab agendo, & excipiendo.*
6 *Emphyteuta diſponere poteſt de bonis emphyteoticis in compræhenſos in inueſtitura illorum accedente conſenſu.*
7 *Aditio hæreditatis reſultat ſi quis de bonis hæreditarijs depoſuit.*
8 *Aditio hæreditatis Notarij demortui reſultat ex retentione rogituum, quia ad hæredem ſpectant.*
9 *Aditio hæreditatis probari poteſt etiam coniecturis, ac ex pluribus ſimul iunctis.*

DECISIO CCCXXVI.

DVM Ioannes Elephantuccius inſtabat pro expeditione cauſæ iuxtà duas deciſiones ad eius fauorem editas ſub die 30. Aprilis, & 10.Decembris 1646. fuit ab Informantibus pro Catherina aduerſaria oppoſitũ, quod domus de qua agitur cum ſit emphyteotica Eccleſiæ non potuit particulari fideicommiſſo grauari ab Alexandro, qui non erat primus acquirens in præiudicium Laurentij, & Ioannis eius filiorum, & in inueſtitura compræhenſorum; Quod obiectum facili negotio diluitur, ſed quia nuſquam hactenus fuit deductum, Domini demandarunt mihi, vt quæ pro illius euacuatione ponderata oretenus fuerunt calamo panderem, & ad

expe-

expeditionem cauſæ deuenirem.

Ponderarunt inquam quod eſto emphyteuſis, vti conceſſa pro ſe, & hæredibus in perpetuum, † quia Eccleſiaſtica eſt, non ſit ſimpliciter hæreditaria iuxtà magis communem opinionem, quam alijs relatis ſecuta eſt, *Rot.deciſ.381.num.4.& ſeqq.par.5.recen.& in Caietana Bonorum 3.Decembris 1646.§.hinc etiam coram R.P.D. meo Cerro*, tranſijt nihilominus ad Elephantutium genitum ex fœmina deſcendente ab Alexandro inueſtito pro ſe, & hæredibus quorum appellatione † etiam in emphyteuſi Eccleſiaſtica veniunt deſcendentes fœminæ, dummodo ſint hæredes, *Clar.in §.emphyteuſis quæſt.32.verſ.hæc tamen, Bero.q.18. in princ.& conſ.93.n.26.lib.1.Rimin.Iun.conſ.44. num.20.Seraph.deciſ.604.num.4.cum alijs allegatis à Modern.Fulginatenſi in tract.de Iur.emphyt.tit.de ſucceſſ.in bonis emphyt.quæſt.9. numer.13.&* 20. E conuersò autem tranſire non poteſt ad Catharinam aduerſariam,quæ eſt extranea,cum hæredum appellatione † in hac materia veniant ſolum hæredes ſanguinis, & ſic deſcendentes ab inueſtitis, *Rimin.Sen.conſ.437.num.2. Cephal.conſ.400. num.5.& 6.Gabr.conſ.84.nu.51. lib.2.Seraph.deciſ.868. num.1.& 2.Rot.deciſ.211. num.3.& ſeqq.par.6.recen.& in dicta Caietana Bonorum 3.Decembris 1646.§.iuſtitia coram R.P.D. meo Cerro.*

1 (perpetuum) — 2 (hæredibus) — 3 (hæredum)

Vndè ſequitur quod Ioannes vltimus maſculus ex maſculis deſcendentibus Alexandri non potuerit hanc domum relinquere Catherinæ aduerſariæ in præiudicium deſcẽdentium ex fœminis ſuper extantium, non obſtante conſenſu, ſeu noua inueſtitura eidẽ Catherinæ facta à Rectore Eccleſiæ S.Lucæ de Caſtello Domino directo, quia nec ipſe
4 valuit antiquas inueſtituras alterare cum præiudicio ibi compræhenſorum, quidquid ſit in præiudicium ipſius Eccleſiæ, *Ruin.conſ.37. nu.18.lib.1.Menoch.conſ.61.nu.20.& 24.conſ.975. num.19.& ſeqq.Bertazz.conſ.73. numer.16.Rot.in Bononien. Bonorum Emphyteuticorum 18. Aprilis 1597. coram clar.mem. Card.Hieronymo Pamphilio, & inter recen:deciſ.750.n.3.par.3.*

Et per conſequens reiicienda eſt ſupradicta exceptio oppoſita à Catherina, tum quia
5 eius non intereſt † *ad text.in l.1.ff.appellat.recip. l.illa à quo §.ſi de teſtamento ff.ad Trebell. Cephal. conſ.133.num.39.Rot.deciſ.396. num.3.coram ſan. mem.Greg.XV.* Tum quia Elephantuccius eſt compræhenſus in inueſtitura, ipſoque conſentiente tenet fideicommiſſum ſuper domo emphiteotica conſtitutum ab Alexandro Seniore, cum liceat emphyteutæ † diſponere
6 de bonis emphyteoticis in compræhenſos in inueſtitura illorum accedente conſenſu, *Bart. in l.qui Romæ, §.duo fratres num.23. ff.verb.oblig. Iaſ.ibid.num.75.Alex.in l.ſi domus §.ſi fundus numer. 7. ff. leg.1. Calder.conſ.10. de locat. Mantic. de tacit. lib.22. titul.21.numer.6. Rota in Romana Domus 20. Maij proximi præteriti coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Altera vero exceptio, quam hodie informantes pro Catherina iterum decantabant, negando quod Ioannes fuerit hæres Alexandri fideicommittentis, tollitur ex quo vt ponderat ſecunda deciſio *in §.fin.* ille diſpo-
7 ſuit † de duobus Altaribus hæreditarijs Alexandri, imò vlterius diſpoſuit etiam de rogitibus, quæ negari non poteſt ſciuiſſe eſſe hæreditaria cum id expreſſerit,ibi, *Laſcia tutti li rogiti tanto di eſſo Sig.Teſtatore, quanto delli ſuoi anteceſſori*, & ex diſpoſitione imò ſola retentione rogituum, quia ad hæredem ſpectant, reſultat aditio, *Azeued.ad nou.recop.lib.4.tit.25. l.24.num.1. Guidopap.deciſ.19. numer.6.ex text.in §.quæ vero aguntur auth.de defenſor. Ciuit. Borell. in Summ.deciſ.tit.18 num.235.& 275.& 276.Rot. in Bononien. Pecuniaria 19. Ianuarij 1646. coram Me.* Accedit, quod legati à Ioanne relicti Catherinæ ſe debitorem conſtituit, vt probatur, quia illud deſcripſit in quadam notula tradita perito deputato ad diuidendum bona communia cum Alexandro Iuniore, & debitum ex partitis in eadem notula deſcriptis conflatum in eadem ferè ſumma accollauit in diuiſione, ex quibus omnibus præſertim ſimul iunctis euidens fit, quod Ioannes Alexandri Senioris hæreditatem adiuit ad quod probandum ſufficerent coniecturæ, *Menoch. præſumpt.99.ſub num.1. lib.4.Rot.coram ſan.mem. Greg.XV.deciſ.7.num.8.*

Et ità reſolutum vtraque parte per memorialia informante.

VERCELLEN. PRAEPOSITVRAE.

Mercurij 11. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria ad probandum reſignationem fuiſſe mætu factam non denegatur, præſertim quando concurrit fumus articulati mætus.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio quod fuerit mætu facta ex quibus probetur?*
2 *Reſignatio facta iuſto mætu non tenet.*
3 *Mætus iuſtus ad hunc effectum dicitur, ſi fuit carceratus reſignantis frater.*
4 *Declara concluſionem procedere, dummodo frater non fuerit carceratus ex alia cauſa, & probetur, quod non fuiſſet è carceribus liberatus,niſi ſequuta renunciatione.*
5 *Contumelia, quæ fratri infertur nobis inferri videtur.*
6 *Mætus ad effectum nullitatis reſignationis parum intereſt, an inferatur ab ipſo reſignatario, vel ab alio eius contemplatione.*
7 *Fumus pro obtinenda remiſſoria in beneficialibus requiritur.*
8 *Præſertim quando materia articulata eſt obiectiua, licet ſit de Iure dantis, & fumus ex quibus reſultet? num.9.& 10.*
11 *Mætus etiam coniecturis, & inditijs probatur.*
12 *Mætus poteſt à reſignante allegari, & probari non obſtante quod in litteris reſignationis dicatur reſignantem liberè, & ſponte reſignaſſe.*

13 Am-

13 *Amplia etiamſi fuerit additum iuramentum, quando obtenta fuit abſolutio.*
14 *Matus ex acquieſcentia reſignantis per tempus conſiderabile purgatus cenſetur.*
15 *Declara acquieſcentiam nihil operari; nam donec vixit qui matum incuſſit, cenſetur duraſſe eadem cauſa matus.*
16 *Poſſeſſor non dicitur triennalis, ſi intra triennium fuit contra eum mota lis.*
17 *Remiſſoria nunquam denegatur, data relevantia articulorum.*
18 *Quamuis articuli contineant obiectus ſi ſint de Iure dantis, & datur fumus articulorum.*

DECISIO CCCXXVII.

VT mætu ſe renunciaſſe Præpoſituram Eccleſiæ Collegiatæ S. Stephani oppidi Bugellæ ad fauorem Abbatis Bertodani, probet Auguſtinus Riccardus exhibuit nuper articulos petijtque deſuper ſibi concedi remiſſoriam, quam propoſito particulari dubio concedendam eſſe Domini dixerunt.

Continent ſiquidem articuli, quod anno 1626. de mandato Magnatis carceratus fuit Clemens Riccardus Auguſtini articulantis frater germanus, vt publicè dicebatur ad effectum vt idem Auguſtinus Præpoſituram hanc reſignaret ad fauorem Bertodani, quodque de anno 1627. ſecuta fuit d. Clementis excarceratio, quia præceſſerat Præpoſituræ
1 reſignatio. † Id ipſum legitur in diuerſis epiſtolis ad Auguſtinum ante excarcerationem miſſis, & formiter recognitis, in quarum altera habetur *s'è fatto ogni poſſibile per liberar da Caſtello il Signor ſuo fratello &c. è impoſſibile d'vſcirne ſe V. S. non renuntia quella ſua Prepoſitura di Biella al Sig. Bertodano, &c.* in altera *dopo hauer tentato tutti i mezzi poſſibili per la liberatione di voſtro fratello quale ſi ritroua ancora preſentemente detenuto ad iſtanza de Conti Bertodani, che pretendono la Prepoſitura che hauete ottenuta di Biella, non c'è altro rimedio, ne ſi può ottener detta liberatione ſe prima non fate renuntia di detto beneficio à fauore di Felice Bertodano,* & accedit fides iurata fratris Thomæ Leuini Prioris Riuoli, necnon fratris Iſidori Calcanei Ordinis Prædicatorum, qui in recognitione fidei interrogatus reſpondit, *La verità fù, & è che detto Signor Clemente fù carcerato d'Ottobre 1626. d'ordine ad iſtanza però del Signor Conte Bertodano à fine di ridurre il Signor Agoſtino Riccardi ſuo fratello alla rinuntia della Prepoſitura di San Stefano di Biella &c. e ne ſeguì poi detta renuntia in virtù della quale detto Signor Clemente fù liberato dalle carcere.*

Ex quibus reſultat materiæ articulatæ, tum releuantia, quia reſignatio facta † iuſto mæ-
2 tu non tenet, *cap. 2. cap. ad audientiam de his, quæ vi metus cauſ. fiunt Calder. conſ. 1. de renunc. Rolan. conſ. 100. num. 112. & ſeqq. lib. 4. Rot. deciſ. 5. de renunc. in nou. & in Poſnanien. Abbatiæ 15. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Celſo,* diciturque iuſtus mæ-
3 tus † ſi fuit carceratus reſignantis frater, *Felin. in cap. Eccleſia S. Mariæ ſub numer. 99. verſ. & loquuntur de conſtit. Ruin. conſ. 121. num. 3. lib. 4. Pariſ. de reſign. lib. 13. quæſt. 1. num. 158. & ſeqq.* vbi
4 declarat hoc procedere † dummodò frater non fuerit carceratus ex alia cauſa, & probetur quod non fuiſſet liberatus è carceribus, niſi Clericus renunciaſſet *Rot. deciſ. 7. de renunc. in nou. alijque relati à Modern. Matritenſi in Methodita delineatione de metu lib. 2. cap. 18. numer. 92.*
5 nam contumelia, † quæ infertur fratri nobis inferri videtur vt notat *Iaſ. in l. 1. num. 2. C. in diſt. viduit. tollen. Pariſ. d. quæſt. 1. num. 159. Papazzon. in addit. ad d. deciſ. 7. de renunc. in nou. Surd. deciſ. 101. num. 12.* Nec intereſt an mætus † in-
6 feratur ab ipſo reſignatario, vel ab alio eius contemplatione vt probat *text. in l. metum autem 9. §. fin. & leg. ſeq. ff. eo quod met. cauſ. ac tradit add. ad deciſ. 5. nu. 5. de renunc. in nou. Dec. conſ. 219. nu. 4. verſ. quod illi, Pariſ. d. q. 1. n. 199.*
7 Tum fumus, † qui neceſſarius eſt pro obtinenda remiſſoria in cauſis beneficialibus, *Mandoſ. in prax. commiſſ. formul. 25. verb. remiſſoriā verſ. non tamen, Cocc. deciſ. 165. num. 6. Buratt. deciſ. 23. num. 4.* & maximè quando materia ar-
8 ticulata eſt obiectiua, † licet ſit de iure dantis *Caputaq. deciſ. 62. num. 1. par. 3. Rot. deciſ. 687. nu. 3. par. 3. diuerſ. deciſ. 302. num. 15. part. 5. recent.* nam
9 Epiſtolę formiter recognitæ † inſeruiunt pro fumo, *Dec. conſ. 219. ante fin. verſ. ſeptimo quæritur, Ruin. conſ. 121. num. 11. lib. 4. Pariſ. de reſignat. d. lib. 13. quæſt. 1. num. 81.* iunctis præſertim rei-
10 teratis proteſtationibus † emiſſis à reſignante tam ante quàm poſt conſenſum preſtitum reſignationi, quæ multum operantur, vt in terminis tradit *Dec. d. conſ. 219. num. 2. poſt med. verſ. & hoc comprobatur, Ruin. d. conſ. 121. num. 24. & ſeqq. lib. 4. Pariſ. d. quæſt. 1. num. 191.* Cum mæ-
11 tus etiam coniecturis, & inditijs probetur, *Anchar. conſ. 299. num. 1. Socc. Iun. conſ. 47. num. 33. lib. 3. Rimin. Iun. conſ. 404. numer. 60. Natt. conſ. 50. n. 9. & ſeqq. Oſaſch. deciſ. 179. n. 1.*

Non obſtat quod in litteris reſignationis dicatur quod reſignans ſponte, & liberè reſi-
12 gnauit, quia adhuc † poteſt allegari, & probari mætus, *Ruin. d. conſ. 121. num. 21. verſ. nec obſtat lib. 4. Pariſ. d. quæſt. 1. num. 213. & 214.* etiam
13 ſi additum fuerit iuramentum ſaltem quando † vt in caſu noſtro obtenta fuit abſolutio, *cap. ſi vero ibique gloſſ. verb. meruerunt de Iureiur. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 110. ſub num. 16. verſ. ſi ergo velit, Pariſ. d. q. 1. n. 28. & 29.*

Minus obſtat quod mætus non fuerit probatus dum pendebat hæc lis in partibus, vel
14 in omnem euentum purgatus fuerit † per acquieſcentiam reſignantis ab anno 1627. vſque ad tempus motæ litis. Quia imputari non poteſt Auguſtino, quod lite pendente in partibus mætum non probauerit, dum ibi probare incæpit, ſed Iudex inſtante aduerſario cauſam remiſit ad Curiam. Acquieſcen-
15 tia verò reſignantis, † donec vixit qui mætum intulit, & ſic durante cauſa mætus non ſuffragatur, *Dec. d. conſ. 219. ſub num. 4. Seraphin. deciſ. 373. num. 4. & 5. ſa. mem. Greg. XV. deciſ. 392. num. 3. Buratt. deciſ. 86. num. 27. deciſ. 205. num. 29. & in his terminis, Pariſ. d. quæſt. 1. nu. 206.* Eo autem mortuo de anno 1630. ſtatim vel paulò poſt incępta fuit hæc lis, quæ excludit acquie-

16 ſcentiam efficitque † vt poſſeſſor non dica-
tur pacificus, itaut nec abindè citra allegari
poſſit regula de triennali, *Mant.deciſ.46.nu.4.*
deciſ.79. num.9. Tandem non obſtant priuile-
gia allegata, quia non fuerunt exhibita, pro
vt neceſſarium erat vt dignoſci poſſet, an
compræhendant caſum de quo agitur, & po-
terunt maturiùs ponderari in diſputatione
negocij principalis non retardata interim cõ-
17 ceſſione remiſſoriæ, † quæ ſemper conceditur,
quando materia articulata eſt releuans,
Buratt.deciſ.656.num.4. Greg.XV.deciſ.191.nu.1.
Rot.inter recent.deciſ.661. nu.4.par.2. & alias ſæ-
piſſimè; quamuis articuli contineant obie-
18 ctus † ſi ſunt de iure dantis, & datur magnus
fumus articulatorum, *Grat.diſcept.803.num.13.*
& ſeqq.Caualer.deciſ.512. num.1.cum alijs allega-
tis in Ianuen.Pecuniaria 28.Nouembris 1642. co-
ram Reuerendiſſ.D.meo Decano.

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

MARSICEN. IVRISDICTIONIS.

Mercurij 11. Decembris 1647.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus non obſtante tranſactione inita ſuper Iuriſdictione agere poteſt nomine Eccleſiæ, quoties tranſactio caret beneplacito Apoſtolico, & ex quibus deſumatur egiſſe nomine Eccleſiæ, & dignitatis, non autem proprio? Iuriſdictio non præſcribitur contra Epiſcopum ab inferiori, niſi præſcriptio immemorabilis concurrat, & ex quibus in caſu deciſionis excludatur?

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio inita à Prælato carens beneplacito Apoſtolico non afficit Eccleſiam.*

2 *Penès Eccleſiam reſidet proprietas, ac poſſeſſio Iuriſdictionis Epiſcopalis.*

3 *Prælatus non attenta tranſactione inita ſuper Iuriſdictione carente beneplacito Apoſtolico agere poteſt nomine Eccleſiæ, & ſententiam obtinere.*

4 *Et Eccleſiæ nomine egiſſe cenſetur, quando non proprium, & appellatiuum nomen, ſed dignitatis expreſſit.*

5 *Iuriſdictio Epiſcopalis ad Eccleſiam ſpectat.*

6 *Contractus à Prælato celebratus ſub nomine Dignitatis, vel officij ſuper re ad Eccleſiam ſpectante dicitur celebratus nomine Eccleſiæ, quod etiam in dubio præſumitur, nu.7.*

8 *Immemorabilis probanda eſt cum requiſitis,* gloſs. verb.memoriam de præſcript.in 6.

9 *Itaut ſi vnum requiſitum deficiat, probatio nullius eſt momenti.*

10 *Teſtes ad probandam immemorabilem habere debent ætatem legitimam, vt poſſent deponere de viſu per 40.annos ante motam litem.*

11 *Immemorabilis ab inferiori prætenſa contra Epiſcopum ſuper Iuriſdictione excluditur ex pluribus actibus Iuriſdictionalibus per Epiſcopum exercitis.*

12 *Eoque magis quando actus geſti apparent cum ſcientia, & patientia aduerſarij.*

13 *Præſcriptio non inducitur concurrente mala fide reſultan. ex ſcientia rei alienæ.*

14 *Præſcriptio acquiſitiua Iuris alieni ſine poſſeſſione non procedit.*

15 *Ad legem Iuriſdictionis quænam pertineant?*

16 *Præſcriptio Iuriſdictionis contra Epiſcopum non inducitur, niſi illius ſcientia, & patientia concurrat.*

17 *Confeſſio voluntaria Prælati Eccleſiæ non nocet.*

18 *Sententia, quæ non habuit effectum non meretur attendi.*

19 *Sententia ſuper Iuriſdictione non eſt attendenda, ſi non probatur effectuata.*

20 *Sententia prouiſionalis nullum firmat ſtatum, nec etiam in poſſeſſorio.*

21 *Et illicò euaneſcit per ſubſecutam ſententiam diffinitiuam.*

22 *In concurſu probationum illis potius inhærendum eſt, quæ habent pro ſe Iuris aſſiſtentiam, quam alijs.*

23 *Ad præſcriptionem iuriſdictionis impediendam ſufficit poſſeſſio conſeruata etiam in minimo.*

DECISIO CCCXXVIII.

NON obſtantibus deductis ab Informante pro Archipresbytero Terræ Saponariæ in memoriali die 31. Iulij anni currentis porrecto pro obtinenda noua audientia aduerſus deciſiones emiſſas ſub die 18. Februarij, & 17. Iunij eiuſdem anni, rurſus ipſę deciſiones cõfirmatæ hodie fuerunt particulari dubio deſuper propoſito.

Nam quod attinet ad validitatem ſententiæ Rotalis, quia obiecta tranſactio cum Ar-
1 chipresbytero prius inita † à Pariſio Epiſco-
po Marſicenſi, & iuramento firmata carebat
beneplacito Apoſtolico, ideoque non afficie-
bat Eccleſiam penès, quam reſidet proprie-
2 tas, † & poſſeſſio Iuriſdictionis Epiſcopalis,
Alex.conſ.81. num.17.lib.3. Pariſ.conſ.24. num.5.
lib.1.Rot.deciſ.290.nu.14.& ſeqq.par.4.to.2.recen.
vtique potuit idem Pariſius poſt abſolutionẽ
à iuramento, dicta tranſactione non atten-
3 ta † ſententiam fauorabilem obtinere nomi-
ne Eccleſiæ, vt præter alias allegat. probat
text.in cap.intellecto de Iureiur.Rot.deciſ.410.n.11.
par.5.deciſ.275.num.17.par.6.recent. quo nomi-
4 ne egiſſe cenſetur, † quia non proprium, &
appellatiuum nomen, ſed dignitatis expreſſit
5 & Iuriſdictio ad Eccleſiam ſpectat, † vt per
Gonzal.& alios allegat. in penultima deciſione huius
cauſæ, §.& Epiſcopum, ſicut in ſimili dicimus,
6 quod contractus Prælati † ſub nomine digni-
tatis, vel officij ſuper re ad Eccleſiam ſpectã-
te dicitur celebratus nomine Eccleſiæ, *Socc.*
conſ.34.nu.3.lib.3.Card.Mant.de tacit.lib.5.tit.13.
num.15.& ſub num. 17. relatus à Modern.Lucano
conſ.28.numer.77. quod etiam in dubio † præ-
7 ſumitur, *Abb.in cap.littera tuæ n.7. circa fin.verſ.*
vnde in hoc caſu de dilat.

Quo verò ad iuſtitiam immemorabilis per quam Archipresbyter prætendit acquiſiuiſſe Iuriſdictionem in Terra Saponariæ ſita intra

fines

fines Diœceſis Marſicenſis, quæque probanda eſt † cum requiſitis *gloſſ.in cap.1.verb.memoriam de præſcript. in* 6. itaut ſi vnum deficiat,
8
9 concidat † probatio, *Seraph.deciſ.*1102.*num.*2. *& ſeqq.Greg.XV.deciſ.*252.*num.*3.*deciſ.*449.*nu.*9. *Caualer.deciſ.*174 *ſub num.*1.*& ſeqq.Rot.inter recent.deciſ.*248.*num.*2.*& ſeqq.deciſ.*272.*ſub num.*4. *par.*2. Non probatur ex Teſtibus ab Archipresbytero examinatis in Iudicio Rotali, quia vltrà alias exceptiones non habent ætatem
10 neceſſariam, † vt poſſent deponere de viſu per 40. annos ante motam litem, prout requiritur *iuxt.gloſſ.in d.cap.*1.*verb.memoriam, Caputaq.deciſ.*290.*par.*3.*Mart.Andr.deciſ.*56.*num.*5. *& ſeqq.*

Minùs probatur ex teſtibus vt dicitur examinatis in proceſſu alias fabricato in Curia Marſici de anno 1578. quia non exhibetur proceſſus, & prætenſa illius occultatio non nocet Eccleſiæ Marſici eiuſque Epiſcopis, vt pluries deciſum fuit, præter quod ſi ex dictis Teſtibus probata fuiſſet immemorabilis Archipresbyter non aſſumpſiſſet, iterum onus eam probandi in iudicio Rotali cum magno diſpendio, & labore, & prorſus excludi-
11 tur aſſerta immemorabilis † ex pluribus actibus Iuriſdictionalibus per Epiſcopum pacificè exercitis publicè palam, vt pluribus comprobat *penultima deciſio* §.*tandem*,*& additur Rota deciſ.*739.*num.*7.*penès Buratt.deciſ.*254.*num.*3.*deciſ.*324.*nu.*13.*par.*1.*recent. deciſ.*58.*ſub num.*2.*deciſ.*256.*num.*8.*par.*2.

12 Eo magis quia dicti actus, † nedũ geſti fuerunt ſcientibus, & patientibus Archipresbyteris pro tempore, quinimò & ipſis aliquando mediantibus tamquam Vicarijs foraneis, eiuſdem Epiſcopi, vndè fortiùs eliditur obiecta præſcriptio, tum propter malam fidem
13 Archipresbyterorum † reſultantem ex eo, quod exercendo Iuriſdictionem nomine Epiſcopi ſciuerunt ad illum Iuriſdictionem ſpectare iuxta notat.per DD.*in cap.ſi vigilanti, & cap.fin.de præſcript.Oſaſch.deciſ.*101.*n.*27.*Rota deciſ.*372.*num.*3.*par.*4.*tom.*2.*recent.deciſ.*505.*n.*6. *coram bon. mem. Buratto*, tum quia exercendo Iuriſdictionem alieno nomine ſi quam prius illius poſſeſſionem nomine proprio habuiſſent interrumperunt, vel nullam hoc nomine habuerunt, ſine poſſeſſione autem, aut ea interrupta non procedit præſcriptio † acqui-
14 ſitiua iuris alieni, *cap. ſine poſſeſſione de reg. iur. in* 6.*Oldrad.conſ.*254.*num.*1. *Alex.conſ.*228.*nu.*6. *lib.*6.*Bellon.ſen.conſ.*1.*ſub nu.*14.

Et aduertendum eſt, quod actus Iuriſdictionis quorum probatio data fuit in Summ. Domini Epiſcopi, nedùm verſantur circa delicta reſeruata in ſententia anni 1578. aut circa reſpicientia legem Diœceſanam, ſed etiam circa obedientiam, audientiam in alijs cauſis, ſubiectionem,& morum reformatio-
15 nem, † quæ pertinent ad legem Iuriſdictionis, *Azor.inſtit.moral. par.*2. *lib.*3.*cap.*32. *quæſt.*2. *Barboſ.de poteſt.Epiſcop.titul.*1. *cap.*1.*ſub num.*14. *verſ. ex quorum dictis Eraſmus à Chokier de Iuriſd.in exempt.par.*1.*quæſt.*15. *num.*7. Pariterque ponderandum eſt, quod inter dictos actus connumerantur aliqui geſti contra ipſoſmet Archipresbyteros nempè plures contra Lutium Pulcinellam de anno 1541. & ſeqq. alij de anno 1570. & 1571. contra Archipresbyterum illius temporis, qui actus eliminant omninò aſſertam præſcriptionem Iuriſdictionis vel priuatiuè, vel cumulatiuè, quia cum Epiſcopi proceſſerint contra Archipresbyteros in Iuriſdictione ſe intromittentes, ac etiã in alijs cauſis dici non poteſt, quod Archipresbyteri Iuriſdictionem poſſederint pacificè,& cum ſcientia, & patientia Epiſcopi con-
16 tra † quem præſcripſiſſe aſſerunt, vt requiritur, *l.quamuis* 46.*ff.acquir.poſſeſſ. Lotther.de re beneſ.lib.*1.*quæſt.*24. *num.*211.*&* 212.*Rot.deciſ.*912. *num.*6. *coram Buratto, & in his terminis, deciſ.*248. *ſub nu.*6.*verſ.facit etiam par.*2.*recent.*

Hinc nullatenus attendi debet, quod Epiſcopus Pariſius in ſupra memorata tranſactione inita cum Archipresbytero faſſus fuerit vtrique competere Iuriſdictionem cumulatiuè, quia ex prædictis conſtat de contra-
17 rio, & confeſſio voluntaria Prælati † Eccleſiæ non nocet, *Angel.conſ.*245. *nu.*8.*verſ.& tunc cum iſta confeſſio, Rot.deciſ.*290. *n.*19.*&* 20.*par.*4. *tom.*2. *recent. cum alijs allegatis in penult.deciſione*, §.*verum*. Eo minùs quia adminicula in idem exaduerſo deducta coruunt, nam ſententia anni 1578.non habuit effectum cum ipſemet Epiſcopus Angelus Medices, qui eam proferri mandauit, & approbauit omnimodam Iuriſdictionem in Terra Saponariæ exercuerit ſine contradictione, idemque per duos annos poſt illius mortem fecerit Epiſcopus Fera ſucceſſor, qui deinde de anno 1585. incipiente Archipresbytero moleſtias inferre, obtinuit à Sacra Congreg.Conc.Trid. Interpretrum Epiſtolam declarantem, quod donec Archipresbyter probauerit ſuam immemorabilem per tres conformes Iuriſdictio ſpectet ad Epiſcopum, & licet poſtmodum Archipresbyter à Sacra Congregatione ſuper negocijs Epiſcoporum decreta prouiſionalia, ac alia ab A.C. obtinuerit, illa tamen non emanarunt in executionem dictæ ſententiæ, & ab illis fuit appellatum per Epiſcopum ad Rotam, à qua ſententiam diffinitiuam fauorabilem obtinuit: adeò quod ſemper verum eſt dicere, quod dicta ſententia anni 1578.
18 non habuit effectum † ideoque non meretur attendi, *Aym.conſ.*10. *num.*5.*& conſ.*266.*ſub n.*9. *Gabr.conſ.*149.*num.*52.*lib.*2. *Rot.deciſ.*240.*nu.*11. *in fin.verſ.tanto magis par.*7. *recent.* & in puncto
19 ſententiæ † ſuper Iuriſdictione *deciſ.*709.*nu.*8. *verſ.tertio fuit reſponſum par.*4.*diuerſ.*

Ad votum Orani, & relationem Salernitani Archiepiſcopi reſpondet *penultima deciſio*, §.*verum*, & vlterius hodie ponderatum fuit, quod ipſa Sacra Congregatio Epiſcoporum votum Orani attendere noluit, quippè nihil iuxtà dictum votum diffinitiuè reſoluit, ſed ſolum per modum prouiſionis ſine præiudicio Iurium ambarum partium mandauit Iuriſdictionem exerceri cumulatiuè, quod nul-
20 lum firmat ſtatum † ad fauorem Archipresbyteri, nec etiam in poſſeſſorio, *vt dixit Rota in*

in Monopolitana adminiſtrationis 15.Maij 1634. co-
21 ram bon.mem.Merlino,& euanuit † per ſenten-
tiam diffinitiuam Rotalem latam ſucceſſiue ad fauorem Epiſcopi, *Rebuff. de ſenten, prouiſional.in præfat.num.35.*

Tandem parum refert quod aliqui teſtes deponant Archipresbyterum, dùm aberat deputaſſe in Terra Saponariæ Locumtenentem qui eius nomine iuriſdictionẽ exerceret, vt in Sum. Archipresb. n.7. quia non ſufficit quod aliquando Archipresb. iuriſdictionẽ exercuerit ſed quod eam exercuit per tempus immemorabile cum ſcientia, & patientia Epiſcopi, quæ ex ſupradictis excluditur, & in concurſu
22 inhærendum potiùs eſt † probationibus Epiſcopi, qui habet pro ſe aſſiſtentiam iuris,necnon actibus iuriſdictionalibus ab ipſo geſtis, cum ad impediendam præſcriptionem iuriſ-
23 dictionis † ſufficiat poſſeſſio conſeruata etiã in minimo, *Bald.in c.querelam nu.16. de elect. & in puncto Rot. in Adrien. Iuriſdictionis 22. Iunij 1622.coram bon.mem.Pirouano impreſſ. apud Moder.de manuten.deciſ.310.num.9.*

Et ità deciſum informante ſolum Reuerendiſſimo Epiſcopo Marſici expectatis tamen per plures menſes informationibus Archipresbyteri, ipſoque pluries citato.

ROMANA CENSVS.

Lunæ 16.*Decembris* 1647.

ARGVMENTVM.

Sub promiſſione indemnitatis continetur releuatio ab omni damno, & intereſſe. Datio inſolutum, quod ceſſerit, potiùs in vnam, quam in aliam cauſam, ex quibus iuſtificatum remanet?

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio indemnitatis includit releuationem ab omni damno ſiue ſortis ſiue fructuum.*
2 *Releuatio ab omni damno venit ex natura promiſſionis.*
3 *Cenſus extinctio probatur ex publico inſtrumento,*
4 *Solutio fructuum trium vltimorũ annorum probationem inducit etiam de præterito alios fructus fuiſſe ſolutos.*
5 *Dictio* prout *ſtat reſtrictiuè.*
6 *Solutio quoties habet cauſam expreſſam, ad aliam referri non poteſt.*
7 *Creditum poteſt à partibus haberi pro extincto, quamuis non omnia requiſita delegationis interuenerint.*
8 *Debitum accollatum reſpectu principalis creditoris ſemper viget licet inter accollantem, & accollatarium expirauerit obligatio, ob quam facta fuit accollatio,cũ hac quoad ipſos habeat vim ſolutionis.*
9 *Accollatio habet vim ſolutionis.*
10 *Datio inſolutum referenda eſt in executionem debitorum,pro quibus fuit facta contrapoſitio in aliquo calculo.*
11 *Datio inſolutum obligationem extinguit.*
12 *Fructus poſt extinctam obligationem illos ſoluendi amplius exigi nequeunt abſque labe vſurarum.*
13 *Stipulatio Notarij pro abſente irreuocabilis eſt etiam ante acceptationem abſentis.*
14 *Diuerſitas debitorum ac ſummarũ oritur ex diuerſitate cauſæ, perſonarum, ac ſcripturarum.*
15 *Promittens ſoluere alicui ſummam ab alio debitam per dictam promiſſionem efficitur debitor illius, ad cuius fauorem fuit facta promiſſio.*
16 *Error ab allegante plenè, & concludenter probandus.*
17 *Calculus ſubſcriptus non poteſt à ſubſcribente impugnari.*
18 *Cenſus mediante redemptione remanet extinctus, quamuis ceſſio iurium tranſlatiuè fuerit reportata, ſi talis ceſſio fuit reportata ad certos effectos in inſtrumento expreſſos.*
19 *Ceſſio iurium reportata à debitore cenſus non poteſt operari tranſlationem iurium, ſed habet vim extinctionis, ne in eodem ſubiecto detur actio, & paſſio.*

DECISIO CCCXXIX.

TENERI Corſios ad ſolutionem ſcutorum mille vna cum fructibus cenſus decurſis, & non ſolutis vſque ad annũ 1623. ab indè verò citrà iuxtà liquidationem faciendam Rota cenſuit; ſiquidem illi de anno 1606, in ſatisfactionem ſimilis ſummæ,quam tunc ex cauſa ſublocationis terrarũ, ac ſiluarum exiſtentium in Caſtro Ciſternę debebant Bernardino Maffeo, accollarunt in ſe pro rata ſcutorum mille cenſum ſcutorum 3000. ab eodem Bernardino debitum Iuliæ Balleonæ, cumque infrà ſex annos extinguere, ac Bernardinum indemnem penitùs tam pro ſorte, quam pro fructibus facere promiſerunt; vndè cum nuſquam cenſum extinxerint,eiuſque fructus ſoluerint Balleonæ creditrici: imò vtrumque ex proprijs pecunijs adimpleuerit Maffeus commiſſa fuit contrà ipſos ſtipulatio pro dicta ſorte, & fructibus à Maffeo ſo-
1 lutis, quia promiſſio indemnitatis † includit releuationem ab omni damno, ſiue ſortis,ſiuè fructuum *Bart.in l.quæro in princ. & numer.1. ff.locat.Salyc.in l.2.nu.3.C.ſent.quæ ſine cert. quant. Surd.conſ.150.num.3.Rot.in term.cenſus deciſ.373.*
2 *num.2. part.1.recent.* eademque releuatio † venit ex natura promiſſionis facti, cuius loco ſuccedunt damna, & intereſſe vt tradunt cõmuniter *Doct.in l.ſtipulationes non diuiduntur ff. verb.obligat.Hond.conſ.39.num.3.& 4.lib.2.Surd. conſ.330. num.5.* & in his terminis *Caualer. deciſ.210.num.1.& 2.Buratt.deciſ.913.num.1. Rot.in Bononien.nullitatis concordiæ 12.Iunij 1646.& 11. Martij anni currentis coram R.P.D.meo Cerro.*

Quod verò Maffeus de proprio extinxerit
3 cenſum, † & fructus ſoluerit apparet ex publico inſtrumento anni 1623. ibi, *volens prædictus Bernardinus de dd.ſcutis 3000. & fructibus decurſis, & non ſolutis ſatisfacere &c. Summ.Corſij num.3.* necnon ex calculo dato in Summ.ibid. num.5. in quo Corſij conſtituunt ſe debitores Maffei in ſcutis 225. pro fructibus cenſus trium annorum vſque ad annum 1614. neq;

enim

enim ſe debitores conſtituiſſent niſi Maffeus ſoluiſſet de proprio, & hæc ſolutio fructuũ
4 trium annorum probat etiam de præterito fructus fuiſſe à Maffeo ſolutos ad *tex. in l. quicunque C. apoc. publ. lib.* 10. *Alex. in l. qui in aliena num.* 17. *ff. acquir. hæred. Aym. conſ.* 313. *num.* 3. *Ceph. conſ.* 96. *num.* 20. *Caucer. var. reſol. tom.* 1. *cap.* 14. *numer.* 71. *& ſeqq.*

Neque Corſij ſupradictæ eorum promiſſioni ſatisfeciſſe dici poſſunt, ex quo de anno 1613. Maffeo dederint in ſolutum animalia bubalina pro prætio ſcutorum 5920. quia datio huiuſmodi non ceſſit in cauſam huius cenſus, ſed aliarum partitarum tunc à Corſiis debitarum, cum in verbis ſit reſtricta ad credita Maffei deſcripta in libris exiſtentibus penes Io: Baptiſtam de Bardis eiuſdem Maffei inſtitorem ibi, *quam ſummam &c. promiſit ex computare & facere bonam cum creditis, quæ prædictus Illuſtriſſimus D. Bernardinus habet contra ipſos Alexandrum, & Paulum venditores per diuerſas occaſiones prout in libris penes ipſum Io: Baptiſtam exiſtentes ad quos &c.* ponderando dictionem
5 *prout*, † quæ ſtat reſtrictiuè, quando refertur ad aliquid quod ſit de præterito, ac de illo conſtet *l. edita ibi prout edicti perpetui monet. authoritas C. eden. Alex conſ.* 46. *numer.* 9. *lib.* 1. *Ruin. conſ.* 50. *num.* 6. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 336. *num.* 16. quo-
6 ties enim ſolutio † habet cauſam expreſſam ad aliam referri non poteſt *l.* 1. *ff ſolut. Roman. conſ.* 94. *ſub num.* 2. *Aym. conſ.* 158. *num.* 16. *Decian. conſ.* 60. *num.* 24. *lib.* 2. *Muta dec.* 42. *num.* 6.

Inter credita autem deſcripta in dd. libris nullatenus legitur partita ſcutorum 1000. pro qua Corſij accollauerant vt ſupra cenſum, de quo agitur, imò nec poterat deſcribi, quia creditum hoc partes inter ſe habebant prò extincto longè antè, mediante d. accollatione cenſus, ac ſi in pecunia numerata ſolutio facta fuiſſet vt apparet ex parcella libri à Corſijs producta, in qua dicitur Corſios dictum creditum ſcutorum 1000. ſoluiſſe de anno 1606. ibi, *E più Meſer Marco, e Meſer Aleſſandro hanno pagato ſcudi* 1000. *per altri tanti ſi ſono adoſſati in vn cenſo di ſcudi* 1000. *in Roma come per gl'atti del Grillo Notaro Capitolino ſotto il dì* 23. *di Gennaro* 1606. Summ. Maffei num. 4. nec obſtat quod per dictam accollationem Maffeus non fuerit liberatus à debito cenſus ergà Balleonam, ideoque illum ipſemet redemerit de anno 1623. quia non dixi accollatione fuiſſe extinctum cenſum vel Maffeum ab eius obligatione ergà Balleonam liberatum, ſed quod accollatio extinſit creditum ſcut. 1000. prò quo Corſij cenſum in ſe aſſumpſerunt: adeò quod idem creditum ſic ſemel extinctum, & in aliam cauſam traſfuſum non vigebat de tempore dationis in ſolutum bubalarum,
7 ſufficitque illud à partibus † habitum fuiſſe pro extincto, quamuis non omnia requiſita delegationis interuenerint *Aret. conſ.* 5. *num.* 1. *Dec. conſ.* 107. *num.* 1. *Afflict. deciſ.* 353. *num.* 5. nam ſtant ſimul quod vigeat debitum accollatum
8 reſpectu principalis † creditoris, & nihilominus inter accollantem, & accollatarium expirauerit obligatio, ob quã facta fuit accolla-
9 tio cum hæc, † quo ad ipſos habeat vim ſolutionis *Grat. diſcep.* 326. *num.* 14. *Martrill. dec.* 37. *num.* 7. *add. ad Greg. XV. dec.* 386. *litt. A. Rot. inter impreſſ. apud Cinc. de cenſ. dec.* 547. *num.* 2. *deciſ.* 559 *num.* 26.

Et clariùs dationem in ſolutum non ceſ-
10 ſiſſe in cauſam huius crediti † conuincitur, tum quia in calculo ſubſcripto, & approbato à Corſijs prætium bubalarum contrapoſitum fuit alijs debitis Corſiorum, in quorum proptereà extinctionem referenda eſt, *Greg. XV. dec.* 366. *ſub numer.* 3. *& ſeqq. Caualer. deciſ.* 165. *numer.* 2. *Rot. inter recentior. deciſ.* 520. *verſ. quæ omnes part.* 3. *recentiorum*, tum etiam, quia datio in ſolutum emanauit de anno 1613. at in dd. libris, & calculo exindè compoſito ponuntur in debitum Corſiorum fructus cenſus vſque, & per totum menſem Ianuarij anni 1614. quorũ ſanè Corſij alioquin debitores non fuiſſent, quia ſicuti per datio-
11 nem in ſolutum † extincta fuiſſet obligatio ſcut. 1000. in quorum excomputationem cẽſum accollauerant, *Bald. in l. fin. circ. fin. C. ad l. falc. Pacif. de ſal. inſpect.* 3. *cap.* 1. *num.* 370. *Cinc. de cenſ. quæſt.* 108. *ſub nu.* 13. *Seraph. deciſ.* 1333. *nu.* 2. ita ceſſaſſet obligatio fructuum in futurum
12 cum † abſque labe vſuræ amplius deberi nõ poſſent, *Rot. deciſ.* 336. *num.* 1. *deciſ.* 540. *numer.* 1. *int. impreſſ. apud Cinc. de cenſ. deciſ.* 651. *numer.* 1. *coram bon. mem. Cardinali Caualer.* Atque hinc nil refert, quod in dicto calculo ponatur partita ſcut. 1857. & alia ſcut. 1531. prouenientes ex antecedentibus ſolidationibus, quia in dictis partitis includi eam ſcut. 1000. de qua agitur probandum exaduerſo eſſet; & manifeſtè contrarium demonſtratur, ex quo eadem ſcut. 1000. fuerunt alias excomputata in affictibus decurſis mediante inſtrumento accollationis cenſus de anno 1606. & Corſij recognouerunt ſe debitores fructuum cenſus etiam poſtea decurſorum.

Accedit maxima inueriſimilitudo, quod Corſij poſt accollationem cenſus voluerint illius ſortem principalem ſoluere ipſi Maffeo cum per talem ſolutionem non remanſiſſent liberati ab obligatione ad fauorem Iuliæ Balleonæ creditricis cenſus contracta mediante ſtipulatione Notarij in inſtrumento accolla-
13 tionis appoſita, † quæ irreuocabilis erat etiã antequam Balleona illam acceptaret, *Ciriac. latiſſimè controu.* 322. *numer.* 8. *& ſeqq. contr.* 425. *num.* 22. *& ſeqq. Laderch. conſ.* 76. *num.* 1. *Ruin. conſ.* 119. *ſub num.* 8. *conſ.* 126. *ſub num.* 10. *conſ.* 172. *numer.* 16. *lib.* 1. *Oſaſc. deciſ.* 33. *ſub numer.* 12. *Rot. in Romana Cenſus* 25. *Iunij* 1640. *§. tertio quod dicitur coram me.*

Non obſtat quod ſtante errore calculi exhibiti eo quod in debitum Corſiorum ponitur partita ſcut. 1531. quæ includitur in præcedenti ſcut. 1857. necnon alia partita ſcut. 1100 pro totidem, quæ Maffeus promiſit ſoluere Fragotto Salſamentario, nec tamen ſoluta probantur Corſij remaneant creditores dictæ ſummæ ſcut. 1531. & alterius ſcutorum 1100 quæ proindè veniant compenſandæ cum cẽſu, & fructibus, pro quibus agit Maffeus.

Quia error duarum priorum partitarum excluditur aduertendo, quod licet vtraque proueniant ex ſolidationibus antecedentibus hæ ſolidationes ſunt omninò diſtinctæ, & continent debita penitùs ſeparata, cum altera facta fuerit cum Paulo, & Alexandro ſub die 30. Auguſti 1613. partita verò ſcut. 1531. proueniat à ſolo Alexandro, & à ſolidatione cum ipſo ſolo facta poſt viginti octo dies, quæ di-
14 uerſitas cauſæ † perſonarum, ſcripturarum, ac temporis demonſtrat diuerſitatem debitorum, ac ſummarum *l. quingenta in fin. ff. probat. l. ſi is qui ducenta in princ. & ibi gloſſ. ff. reb. dub. Aym. conſ. 282. num. 1. & 2. Surd. conſ. 80. num. 10. & ſeqq. Menoch. de arbitr. caſ. 213. num. 11. & ſeqq. Rot. in Romana, ſeù Camerinen. Pecuniaria. 6. Febr. 1626. coram bon. mem. Remboldo*.

Alia ſimiliter partita ſcutorum 1100. quæ de mandato Corſiorum Maffeus promiſit ſoluere Fragotto illorum creditori debuit in eorum debitum, & reſpectiuè creditum
15 Maffei adſcribi, quia talis promiſſio † efficit Maffeum debitorem Fragotti ſummæ a Corſijs debitæ, *Cinc. de cenſib. quæſt. 73. numer. 16. Gregor. XV. deciſ. 386. num. 1.* quæ vlteriùs præſumitur a Maffeo ſoluta dum tanto tempore nuſquam Fragottus Corſios moleſtauit, & Corſij ex eadem cauſa ſe debitores Maffei in dicto calculo agnouerunt; ità vt hodiè negari non poſſint ſolutionem, quam agnoſcendo debitum ſemel faſſi fuerunt, niſi ipſi probent
16 hanc negatiuam, in quâ fundatur error † ab allegante plenè, & concludentèr probandum, *Buratt. deciſ. 419. numer. 1. deciſ. 592. num. 1. Rot. inter recent. dec. 128. num. 13. par. 6.*

Quæ tandem opponuntur contrà fidem librorum, & partitarum calculi poterant omitti quià cum Corſij ſubſcripſerint calculo ex
17 libris † extracto illos amplius impugnare nō poſſunt *l. ſi ità ſtipulatus 126. §. Chriſogonus ff. verb. oblig. Caputaq. deciſ. 363. num. 7. par. 2. Rot. in recent. deciſ. 186. numer. 1. deciſ. 302. numer. 6. par. 5.*

Quo verò ad fructus poſt annum 1623. Domini cenſuerunt illos non deberi ad rationem cenſus, quia cenſus de d. tempore fuit à
18 Maffeo redemptus † mediante ſolutione Balleonæ creditrici facta, quæ peperit extinctionem cenſus quamuis in inſtrumento deſuper celebrato Maffeus reportauerit ceſſionē iurium translatiuè, quia talis ceſſio fuit reportata ad certos effectus ibidem expreſſos, cumque ipſe Maffeus eſſet impoſitor, ac principa-
19 lis debitor cenſus, † illa operari non poteſt traslationem iurium, ſed habet vim extinctionis ne in eodem ſubiecto detur actio, & paſſio, *Bart. in l. modeſtinus ſub num. 4. verſ. aut ſoluens ff. ſolut. Peregr. de fideic. art. 52. num. 34. add. ad Greg. XV. deciſ. 75. num. 3. in fin. Rot. diuerſ. dec. 123. numer. 8. par. 2. deciſ. 426. ſub numer. 3. part. 2. recent. deciſ. 547. numer. 4. apud Cinc. de cenſ. & in Romana Cenſus 1. Iulij 1641. coram me*.

At quoniam Maffeus vt ſolueret cenſuario vendidit Caſale nuncupatum Arcionis & ſic amiſit fructus, quos ex Caſali percepiſſet, eoſdem conſequi debet à Corſijs, quibus extinguendi cenſum onus incumbebat, & à quibus indemnitas ſibi promiſſa fuit: erit autem dictorum fructuum facienda liquidatio, quia hactenus non conſtitit quot ex Caſali perciperentur.

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

CIVITATIS PLEBIS SALVIANI.

Lunæ 13. Ianuarij 1648.

ARGVMENTVM

Immiſſio non poteſt retardari creditori agenti Saluiano mediantè oblatione, ſi illa non eſt pura, ſed ſub cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus creditoribus. Dominium rei emptę ante ſolutionem pretij in emptorem non transfertur, niſi de illo habita fuerit fides de pretio. Hæres creditor defuncti ſi inuentarium non confecit cenſetur adeundo ſibi ſatisfeciſſe de bonis hæreditarijs, nec poteſt de ſuo credito excipere aduerſus alios creditores hæreditarios.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus extinctio probanda eſt ab allegante.*
2 *Creditor agens Saluiano repelli nequit per oblationem pecuniarum ſi pecunia oblatę exigi nō poſſunt abſque cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, ſed ad hunc effectum oblatio debet eſſe pura.*
3 *Venditor coactus ad vendendum non tenetur cautionem præſtare quia non vendit liberè, & ſecundum eius voluntatem.*
4 *Dominium rei venditæ ante ſolutionem pretij non transfertur in emptorem, niſi de illo habita fuerit fides, quamuis in inſtrumento venditionis venditor ſibi dominium non reſeruauerit, cum hoc proueniat ex naturâ ipſius contractus.*
5 *Hypotheca non cadit niſi in bonis exiſtentibus ſub dominio debitoris.*
6 *Aditio hæreditatis cum beneficio legis, & inuentarij probanda eſt ab allegante.*
7 *Creditor ſuccedens debitori ſi inuentarium bonorum hæreditariorum non confecit videtur adeundo ſibi ſoluiſſe ex bonis hæreditarijs.*
8 *Hæres ſine beneficio legis, & inuentarij tenetur de proprio etiam vltra vires hæreditarias.*
9 *Hæres creditor defuncti ſi hæreditatem abſque inuentario adiuit non poteſt de ſuo credito excipere contrà alios creditores.*
10 *Amplia hoc procedere etiam de iure canonico.*
11 *Exceptio, quæ defuncto ſi viueret non competebat, nec minus competere poteſt eius hæredi.*
12 *Hypotheca rei inhærens tranſit in emptorem eiuſdem rei.*

DECISIO CCCXXX.

NVLLIVS viſa ſunt momenti, quæ contrà deciſionem editam ſub die prima Iulij proximè præteriti deducta fuerunt hodiè cauſa ſuper eiſdem poſita: allegata namque

extin-

1 extinctio cenſuum, † pro quorum fructibus, & extintione agitur non prodeſt niſi ab allegante probetur *l.quingenta ff.probat. Natt. conſil. 569.numer.1.& ſeqq.Menoch.præſump.135.num.1. & ſeqq.libr.3.Surd.deciſ.105. numer.9. Buratt. deciſ.199.num.12.*

Oblatio, quæ repellere ſolet agentem in
2 Saluiano non releuat † quia pecuniæ oblatæ exigi non poſſunt abſque cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus, cum tamen ad hunc effectum debeat eſſe pura ne per eam præiudicetur liberę ſatisfactioni, quam creditor conſequi poſſet ex fructibus bonorum, poſtquam fuiſſet immiſſus vt pluribus comprobat *prima deciſio §.ex eadem ratione, & § ſeqq.* & vltrà ibi allegatos dixit *Rot.deciſ.219.num.1. & ſeqq.inter impreſſ.poſt Pacif.de Salu.vbi num. 5.* ponderatur, quod qui cogitur recipere non
3 tenetur præſtare cautionem, quam † in ſimili nec tenetur præſtare venditor coactus ad vẽdendum, quia non vendit liberè, & ſecundum eius voluntatem *gloſſ. in l. emptori duplam ff.euict.*

Exceptio anterioris crediti ob dotem Franciſcæ Sfortiæ vxoris Marchionis Aſcanij, qui hos cenſus extinguere promiſit delatam ad Fabium eiuſdem Franciſcæ filium, & hæredem, ex cuius perſona reæ conuentæ excipiunt, eliditur pluribus replicationibus. Primò quia Franciſca ſiuè quiuis alius creditor Marchionis Aſcanij non potuit ſuper his bonis hypothecam aliquam acquirere, antequã Marchio Aſcanius extingueret hos cenſus deſuper impoſitos à Balleonibus, à quibus eadem bona ille emit: ſiquidem emit, & loco prætij promiſit hos cenſus extinguere, vndè cum antè extinctionem purè promiſſam, non fuerit acquiſitum emptori bonorum dominium quod non trasfertur in emptorem
4 ante ſolutionem prætij niſi de illo habita fuerit fides quamuis in inſtrumento venditionis, venditor ſibi dominium non reſeruauerit cum hoc proueniant ex natura ipſius contractus venditionis *l.quod vendidi 19.ff.contrh.empt. §.vendita inſt.rer.diuiſ. Bart.in l. fiſtulas 78. §. quo fundum ff.contrh.empt.Alex.conſ.121.num.1. lib.4. Surd.conſ.101.num.12.& deciſ.220.num.11 & 12* paritèr antè extinctionem acquiri non potuit ſuper bonis emptis hypotheca ad fauorem
5 creditorum emptoris, quia illa non cadit † niſi in bonis exiſtentibus ſub dominio debitoris *l.1.§.1.ff.pignor.l.rem alienam ff pignor.act.gloſſ. fin.in l.Caius 39.ff.eod. Neguſ.de pignor.3. memb.2. par.num.52.& in puncto Rot.in Romana Saluiani 8. Aprilis 1639.§.1.& §.non obſtat quod Archioſpitale in fin.coram Reuerendiſſimo D.meo Decano, & in Romana Saluiani 30.Ianuarij 1645. §. tum ex quo coram me.*

Secundo quia vt ex teſtibus plenè probatur Fabius aduerſariarũ author eſto quod eſſet hæres Franciſcæ creditricis dotis, eſt etiam hæres Marchionis Aſcanij illius debitoris; Cumque non doceatur adiuiſſe cum benefi-
6 cio legis, & inuentarij, † vt exaduerſo docendum eſſet *Rot.deciſ.39.num.9.par.6.recent.* omiſſio inuentarij inducit tum extinctionem hypothecæ dotalis, quia creditor ſuccedens de-
7 bitori † videtur adeundo ſibi ſoluiſſe de bonis hæreditarijs *l.debitori C.pact.Roman.conſ.276 num.2.Aſſlict.deciſ.237.num.2.Monticul. de inuent. quæſt.234.num.198.in tract.diuerſ.d.inueut. Rot. in Cæſarauguſtana Penſionis 20.Februarij 1592.coram clar.mem.Cardinali Hieronymo Pamphilio in Tiburtina Caſtri Viuarij 19. Februarij 1596. coram eodem,* & in his terminis *in Anconitana Bonorum 25.Februarij 1647.§.non obſtat coram me,* tum obligationem ſoluendi debita hæreditaria
8 Marchionis de proprio † etiam vltrà vires hæreditarias *l. fin. §. ſin verò poſt quam adiuerint C.iur.delib.§.hinc nobis verſ. ſi verò non fuerint auth.de hæred.& falc.Iaſ.in l.more num.14.ff.acqir. hæred.Rolan.in tract.diuerſ.de inuent.quæſt.191.n.1. & ſeqq.Neguſ.de pignor. prim. memb.5.par. ſub numer. 53.verſ.quintus caſus Vinc.de Franch.deciſ.82 numer.7.Rot.deciſ.39.num.1.& 6.part.6. recentior.* & in puncto hæredis, qui eſt creditor defun-
9 cti † quod non poſſit de ſuo credito excipere contrà alios creditores hæreditarios fuit deciſum in *Bituntina Cenſus 27. Nouembris 1645. §.quia præter quod, & 24. Maij 1647.§. quia cum pariter, & §.fin.* ubi quod hoc procedit etiam
10 de † iure canonico *coram R.P.D.meo Corrado:*
11 adeò quod ſicuti Fabius ſi viueret † non poſſet excipere de anteriori hypotheca dotali ità nec poſſint reæ conuentæ ex eius perſona *l.hæreditas ff.verb.ſignif.l.nemo plus iuris ff. reg.iur. cum vulgar.*

Accedit quod hypotheca Cenſuariorum
12 ſuper his bonis eſt anterior † quia contracta fuit ante quam bona venderentur Marchioni Aſcanio debitori dotis, ac tranſijt in emptorem *l. 1. Cod.ſi vnus ex plur.hæred.Surd.conſ.209. ſub num.5.Neguſ.de pignor.1.memb.8. par.nu. 48. Rot.deciſ.301.numer.17.deciſ.362.numer.6. part.1. recent.*

Ex quibus, & alijs in prima deciſione deductis illi ſtandum eſſe reſolutum fuit informantibus ſolum Vbaldis, ac Senſijs citata tamen altera parte, quæ porrexit memoriale cum obiectis ſuprà euacuatis.

NVLLIVS SEV SVBLACEN. ATTENTATORVM.

Mercurij 15. Ianuarij 1648.

ARGVMENTVM.

Inhibitio emanata vigore commiſſionis cum clauſula, *Ita quod inhibitio non afficiat quatenus actum ſit vigore obligationis cameralis, vel alterius proceſſus executiui,* ſi actum non fuit vigore obligationis cameralis, ſed iudicio ſummariſſimo manutentionis, an appellatione proceſſus executiui veniat etiam ſummariſſimum itaut poſteà geſta reddat nec ne attentata. ‡ Geſta poſt inhibitionem non ſunt attentata quando emanarunt continuatiue in executionem actus geſti ante inhibitionem.

SVM-

pellatus non ſine diſpendio obtineret commiſſionem reformatoriam.

Reſponſum tamen exaduerſo fuit nullatenus dici poſſe comprehenſum iudicium ſummariiſſimum ſub præſeruatiua proceſſus exe-
11 cutiui, † attenta tum natura vtriuſque iudicij, quæ diuerſa eſt *Curt.iun. in l. tale pactum §.qui prouocauit ſub num.28.verſ.et ſi etiam* vbi ait
12 cauſam, & ſi ſummaria † ſit non ideò dici poſſe executiuam *ff.pact.Coler.de proceſſ. execut. par. 3. cap. 1. ſub num. 20. verſ. reſpondit Curtius Scacc. de Iudic. lib.1. cap. 63. ſub num.10.* tum mente Signaturæ elicita ex omiſſione clauſulæ dummodo nō fuerit actum iudicio poſſeſ-
13 ſorio, † quàm ſolet apponere, quando præſeruare vult executionem iudicij poſſeſſorij, *Marchesſ.loc.ſupra alleg.* eliciendo videlicet mē-
14 tem reſcribentis † à ſolito iuxta tradita per *Afflict.deciſ.116.num.4. Put.deciſ.45.num.2. deciſ. 347.num.2. lib.3. in corr. Rot. in Valentina ſubſidij 4. Maij 1611. coram bo.me. Penia*, & ex non fa-
15 ctof vt poteſt *Rot.dec.647.n.3.par.4.diuerſ.deciſ. 56.num.7. par.6. recent. & in Ceſenaten. Cenſus 3. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado, & in his terminis*, quod ob omiſſionem dictæ clauſulæ dummodo non cenſeatur præſeruatum iudi-
16 cium poſſeſſorium† etiam ſi adſit præſeruatiua proceſſus executiui videtur ſenſiſſe *Rota in Romana fideicommiſſi de Marianis 11. Martij 1647 coram R.P.D. meo Roias §. fin.* vel in omnem euentum negari non poteſt, quin ſaltem res
17 ſit dubia,† & propterea debuit ab actibus executiuis abſtineri, vt benè ad propoſitum *Seraphin.deciſ.53. in princ. verſ.3. caſus* cum ad Iudi-
18 ces inferiores non ſpectet cognoſcere † de viribus Inhibitionum Rotalium, ſed illis in dubio parere teneantur quouſque aliter iudicauerit Rota aut Signatura ad quam facilis eſt aditus *Rot.deciſ.26.de appell. in antiq.deciſ.29.n.6. eod. tit. penes Acchill. de Graſſ. deciſ. 74. num. 3. deciſ. 124. in fin.par. 1. recent. deciſ. 119.num. 8. deciſ. 435. num. 4. coram ſan. me. Greg.XV. & fuit dictum in Calaguritana beneficij 19. Apr. 1613. coram bo.me. Cardinali Sacrato, & in Bononien. Iuriſpatronatus 28. Martij 1639. coram me.*

Ideò Domini quidquid ſit de ſubſiſtentia huius primi fundamenti ex alio geſta poſt inhibitionem Rotalem attentata non eſſe cen-
19 ſuerunt, quia nēpè continuatiua ſunt † poſſeſſionis ante emanatam inhibitionem captæ ſub die 24. Aprilis, quàm attentati vitio non ſubiacere probat prima deciſio huius cauſæ ſequendo receptiſſimam concluſionem, quod
20 qui continuat † non attentat *gloſſ. vltim. verſ. die tamen in cap. non ſolum de appellat. in 6. Bero. conſ.118.num.8. & 24.lib.3.Gabr. de acq.poſſ. concluſ.6.num.1.Lancell. de attent.par.2. cap.4. in præfat.num.541. & num.546. Mantic. deciſ.71.num.3.*
21 quodque inhibitio generalis † non impedit continuationem poſſeſſionis *Farinac. in fragm. par.2.verb. Inhibitio num.324. & ſeqq. Rot. in Mediolanen. optionis 27.Iunij 1608.coram bo.me.Manzanedo, & magis in terminis in Romana Domus 5. Maij 1621. coram eodem.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 24. Ianuarij 1648.

ARGVMENTVM

Pater promittens contemplatione filij ſoluere creditori certam pecuniarum ſummam pro omni,& toto eo quod creditor contra filium prætendere poteſt, ſi creditor recepta pecunia fecit generalem quietantiam, ex ea cenſetur debitor liberatus, tàm quo ad ſortem, quàm quoad fructus, & talis quietantia ſuffragatur tàm Patri promittenti, quàm etiam filio etiamſi tempore conuentionis non interuenerit.

SVMMARIVM.

1 *Quietationem generalem faciens pro omni ſua prætenſione cenſetur debitorem liberaſſe nedum de ſorte, ſed etiam de fructibus decurſis, & decurrendis, quando vtrumque ſub eius prætenſione continebatur.*

2 Text. in l. Aurelius §. 1. ff. de liberat. legat. *declaratur.*

3 Cancer. var. reſolut. tom.2. cap.11.num.91. & ſeqq. *pariter declaratur.*

4 *Liberatio legata, quando eſt concepta verbis ſimplicibus tunc ſolum reſtringitur ad debitū exiſtens tempore teſtamenti, ſecus vero, quando eſt concepta verbis vniuerſalibus.*

5 *Quietationis verba vniuerſalia, quando non ſunt reſtricta præſumi faciunt, quod de omnibus cogitatum fuerit, niſi contrariū exaduerſo probetur operanturque comprehenſionem omnis debiti ex qualibet cauſa.*

6 *Facilius comprehenſum cenſetur debitum Vſurarū, & fructuum, quod eſt acceſſorium ad principale.*

7 *Præſertim, quando alioquin verba vniuerſalia eſſent otioſa.*

8 *Ius de futuro cenſetur ſub diſpoſitione vniuerſali comprahenſum, quando habet cauſam de præſenti.*

9 *Verba vniuerſalia*, per ogni pretenſione, *inducunt liberationem, tàm ſortis, quàm fructuum.*

10 *Sub generali liberatione ſiuè quietatione cenſentur comprehenſi fructus, & vſuræ decurſæ poſt conuentionem, quando illæ habent cauſam de præterito.*

11 *Contrahentium mens ex prohemio inſtrumenti declaratur.*

12 *Appellatione cambij veniunt, tàm ſors, quàm cambia decurſa, & decurrenda.*

13 *Contractus, quando eſt correſpectiuus non recipit ſeparationem.*

14 *De tranſactionis natura eſt, quod aliquid hinc inde remittatur.*

15 *Debiti partem recipiens reliquum remittere cenſetur, ſi eſt ambiguum.*

16 *Quietantia generalis comprehendit omne id quod eſt dubium.*

17 *Quietantiæ verba generalia, vbi certa cauſa eſt expreſſa illam non ampliant.*

18 *Declara non procedere, quando conſtat de contraria contrahentium voluntate comprehendendi omne debitum, tunc enim non admittitur reſtrictio.*

19 Quie-

19 *Quietantia quamuis generalis prodeſt tantum ei, cui promiſſa fuit nec ſuffragatur alteri, qui conuentioni non interuenit.*

20 *Fallit in quietantia reportata à Patre pro filio, cuius intereſt pro eo illam ſtipulari.*

Pater poteſt pro filio ſtipulari ibid.

21 *Verba conuentionis, & liberationis imperſonaliter concepta reddunt conuentionem, & liberationem realem.*

22 *Et comprehendunt nedum patrem ſtipulantem pro filio, ſed etiam ipſum filium debitorem, quamuis non nominatum, cum patris paciſcentis interſit vt filius liberetur.*

23 *Contrahentium mens magis inſpicienda eſt, quam verba.*

24 *Bona filij ſunt bona Patris, nec filius aliquid ſoluere poteſt abſque damno Patris.*

25 *Exceptio doli datur patri, quod doloſe facit creditor, qui quod pactus eſt à Patre non petere, petit à filio.*

26 *Decretum iniuſtum non eſt exequendum.*

DECISIO CCCXXXII.

PVLSATVS Guido Iordanus vti fideiuſſor Franciſci Roſolini à Io: Antonio Patriarca pro ſolutione ſortis principalis ſcutorum 1400. & cambiorum decurſorum, à quibus abſolui iudicialiter inſtetit, tum ex quo ſtatutum Vrbis lib.1. cap.152. irritat obligationes nedum filiorum familias qualis erat Franciſcus, ſed etiam fideiuſſorum, qui ipſis acceſſerunt, tum quia ex eo contractu cãbia licite peti non poterant; videns ſibi quatenus ſuccumberet ſpem omnem releuationis eripi à paupertate Franciſci principalis debitoris, niſi à Hieronymo eius Patre alias nõ obligato promitteretur, paternam charitatem aliorum creditorum exemplo excitauit, & cum eodem deuenit ad conuentionem in qua Hieronymus conſentit, *che ogni volta che detto Sig. Guido hauerà pagato il ſudetto preteſo credito al ſudetto Sig. Gio: Antonio Patriarcha, e riportatane generale quietanza, in tal caſo s'intenda eſſere ammeſſo detto Sig. Guido per li ſudetti ſcudi 1400. all' accordo, & inſtromento ſudetto* (ſtipulatum videlicet cum alijs creditoribus filij) *& viceuerſa detto Sig. Guido promette, e s'obliga accettare per ogni ſua pretenſione detto accordo &c.*

Solutis deinde dicto Patriarchæ creditori ſcutis 1400. pro ſorte, & alijs ſcutis 500. pro cambijs ſic ex concordia Rotæ ſuaſu inita taxatis poſt quam eadem non deberi ter deciſũ fuerat coram R.P.D. meo Peutingero, totidem ſibi reddi iuxta formam dictæ Conuentionis petijt à Hieronymo, à quo contradicta non fuit reſtitutio ſortis principalis ſcutorum 1400. quatenus ſibi, & filio generalis quietantia fieret: imo interpellatus Guido ad recipiendum ſc.200. monetæ pro reſiduo, & integrali ſolutione, & faciendum quietantiam finalem pro omni, & toto eo, quod prætendere poteſt, ac pro omni ſuo prætenſo iure, & intereſſe alias videndum mandari deponi, & quietantiam fieri per Dominum ex officio.

In cuius interpellationis termino A.C. niſi pro die, & hora certis intimandis Guido receperit ſupradictam ſummam, & fecerit generalem quietantiam ad fauorem Hieronymi tàm pro dictis ſcutis 1400. quàm pro alijs quibuſcunque prætenſionibus occaſione dictorũ ſcutorum 1400. reſeruato tamen iure dicto Guidoni agendi contra Franciſcum Roſolinum pro prætenſis cãbijs ſolutis dicto Io. Antonio Patriarchæ pro vt de iure, mandauit deponi in Sacro Monte Pietatis Vrbis.

Ab hoc decreto ſenſit Hieronymus ſe grauatum, quia non debuit reſeruari Guidoni ius agendi pro cambijs contra Franciſcum, & ob id interpoſita appellatione illius cauſam Signatura mihi commiſſit cum clauſula, *ſi quid exequendum*; cumque hodie propoſuerim An decretum A.C. ſit exequendum, negatiuè reſponſum fuit ex capite iniuſtitiæ; nãque ſupra memorata conuentio inita inter Hieronymum, & Guidonem & Patris, & filij debitum reſtrinxit ad reſtitutionem ſortis dumtaxat, attentis tum verbis, tum mente contrahentium.

Verbis, quia Guido acceptando promiſſionem ſcutorum 1400. pro omni ſua prætenſione cenſetur hac ſumma recepta quietaſſe de-
1 bitorem † nedum de ſorte principali, ſed etiã de cambijs decurſis, & decurrendis cum vtrũque ſub eius prætenſione contineretur, & cãbia ſint acceſſoria ad ſortem, vt in terminis ſimilis quietantiæ legatæ probat *tex. in l.fin. §. Caio Seio ff.liberat.legat.* ibi *Caio ſeio &c. lego cõcedique volo neque ab eo peti &c. quidquid à me mutuo accepit, vel fidem meam pro eo obligaui; quero vtrum id ſolum, quod eo tempore, quo teſtamentum fiebat debebatur legatum ſit an, & ſi quid vſurarum nomine poſtea acceſſit legato cedat, reſpondit ſecundum ea, quæ proponerentur videri omnem obligationem eius debiti ſolui voluiſſe.* Conſonat *tex. in l. Aurelius 29.§. legatum ff. eod. & per hæc iura tradit Menoch.præſump.164.num.15. & 30.lib.4. Ciriac.contr.351.num.8. & ſeqq. Marta de ſucceſſ. legal.par.4.queſt.18. art.6.nu.58. & 59.* & in puncto quietantiæ factæ in contractu *Corn. conſ.29. num.3.lib.1.Menoch.conſ.496.nu.58. & ſeqq.Surd. deciſ.217. ſub num. 11.& ſeq. relatus à Moderno Lucano deciſ.228.num.3. & ſeqq.*

Nec obſtat *tex. in eadem l. Aurelius §.1.ff.libe-*
2 *rat.legat.* † vbi legatum liberationis reſtringitur ad debitum exiſtens tempore teſtamenti; quia ibi ac etiam *in §. menia*, liberatio erat legata verbis ſimplicibus in quibus etiam termi
3 nis † loquitur *Cancer.var.reſol.tom.2.cap.11.n.91*
4 *& ſeqq.* aliud verò eſt † quando eſt concepta verbis vniuerſalibus, vt in puncto reſpondit *Corn.d.conſ.29. ſub num.6.verſ. non obſtantibus lib. primo Gozzad.conſ.94.num.18.verſ. decimo pondero Menoch.d.conſ.596. ſub num.75.verſ.non obſtat tertium.*

5 Verba enim vniuerſalia quietationis† niſi ex aliquo adiuncto ſint reſtricta pro vt reſtricta erant in caſu, quo conſuluit *Abb.conſ.10.lib.1 vt patet ſub num.1.verſ. & quod hæc liberatio præſumi faciunt*, quod de omnibus cogitatum fuerit niſi cõtrarium exaduerſo probetur operanturque comprehenſionem omnis debiti

ex qualibet cauſa, *vt ex tex. in l. ſub prætex-
tu C. tranſact. notat Valaſc. conſult. 39. num. 6. Me-
noch. d. conſ. 496. num. 60. Rimin. Iun. conſ. 343. n. 24.
Alex. conſ. 17. num. 2. lib. 1.* quem refert & ſequi-
tur *Modern. Lucanus dicta deciſ. 228. nu. 5. & ſeqq.
Fontanell. deciſ. 393. num. 21. & ſeqq.* facilius
debiti, quod prout ſunt vſuræ, & fructus eſt
6 acceſſorium † ad principale *Iaſ. in l. ſi de certa
num. 4. verſ. limita niſi C. tranſact. poſt Bart. in d.
l. Aurelius §. legatum ff. de liberat. legat. Gabr. de reg.
iur. concluſ. 4. num. 38. & 39. Menoch. præſump. 151.
num. 12. lib. 3.*

Eoque magis, quando alioquin verba vni-
7 uerſalia † eſſent otioſa *Bald. in l. liberti num. 34.
C. oper. libert. Ruin. conſ. 79. num. 8. lib. 2. Surd. conſ.
112. num. 18. & 19. & conſ. 267. num. 28. & ſeqq.
vbi ſignanter num. 33. ait allegantem in alijs verifi-
cari poſſe teneri id probare, & num. 34.* & quando
acceſſorium licet in futurum contigerit, ha-
8 bet cauſam de preſenti, † quia tùnc etiam ius
futurum in diſpoſitione vniuerſali compræ-
henditur *Dec. in l. 1. num. 32. C. pact. Surd. d. conſ.
267. ſub num. 31. verſ. facit etiam Decian. conſ. 3.
num. 122. lib. 6. Hond. conſ. 36. num. 18. & 19. lib. 1.
Burſatt. conſ. 347. num. 19. Rot. deciſ. 480. nu. 7. par. 5
recent.*

Qui eſt caſus noſter, nam cum expreſſe fue-
rit promiſſa reſtitutio ſcutorum 1400. & ſic
integre ſortis cambij verba, *per ogni pretenſione*
9 non † poſſunt verificari niſi in cambijs, & vſu-
ris ſuper quibus tunc pendebat lis, vnde eſt ac
ſi in indiuiduo de illis nominatim actum fuiſ-
ſet, vt in terminis liberationis ab omni præ-
tenſione ponderauit *Rot. coram ſa. me. Greg. XV.
deciſ. 90. num. 3.* Et licet cambia decurſa fuerint
poſt conuentionem, quia tamen debentur ex
10 contractu antea inito † dicuntur habere cau-
ſam de preterito ad effectum, vt ſub generali
liberatione compræhendantur, vt tradunt *Ri-
pa Peregr. Surd. Marcabr. Bardell. & alij relati ab
Altogrado conſ. 66. ſub num. 17.*

Mens contrahentium id ipſum ſuadet, quia
11 vt legitur in prohemio, † quod illam totam-
que conuentionem declarat *Bart. in l. fin. nu. 3.
ff. hæred. inſtit. Decian. conſ. 72. num. 49. lib. 2. Buratt.
deciſ. 543. num. 11.* promiſſioni Hieronymi cau-
ſam dedit obligatio Franciſci filij, & fideiuſ-
ſio pro eo facta in contractu cambij à Guido-
ne, ibi, *eſſendo che altre volte il Sig. Guido Gior-
dani &c. habbia fatto ſicurtà al Sig. Franceſco Ro-
ſolini per ſcudi 1400. preſi à cambio,* cuius appel-
12 latione † cum veniat tàm ſors, quàm cam-
bia decurſa, & decurrenda *Scacc. de camb. §. 1.
quæſt. 7. par. 2. ampl. 8. num. 287.* inde aſſequimur
partes voluiſſe ea cõuentione complecti tàm
ſortem, quàm cambia, & Hieronymũ, quem
nulla neceſſitas adſtringebat ad promittendũ,
pro filio ſummam ſcutorum 1400. Guidoni
fideiuſſori, promiſiſſe ſolum ad effectum exi-
mendi filium à moleſtijs totius crediti. Pon-
derando præſertim conditionem ibi adiectã,
nempè quod Hieronymus non poſſit à Gui-
done conueniri pro reſtitutione ſcutorum
1400. niſi poſtquam ille generalem quietan-
tiam à Patriarcha creditore reportaſſet; dum
enim Hieronymus voluit per Guidonem re-
portari à creditore principali generalem quie-
tantiam, quæ dubio procul extinguit ſortem
& cambia, euidens redditur, quod intellexit
ſcuta 1400. ſoluere correſpectiuè ad extintio-
nem totius debiti ſortis, & cambiorũ à Gui-
done factam; ita vt Guido acceptationem,
quàm fecit ſcutorum 1400. pro omni ſua præ-
tenſione reſtringere non valeat ad prætenſio-
13 nem ſortis ſicuti ſeparare non poteſt † pro-
miſſionem Hieronymi ab onere correſpecti-
uò extintionis totius debiti *Aym. conſ. 461. n. 39.
in fin. Pappon. conſ. 88. num. 2. Ponte conſ. 10. nu. 13.
& 14. Grat. diſcept. 14. num. 4. & diſcept. 301. n. 57.
Giurb. deciſ. 85. ſub num. 20. verſ. ideo Rot. dec. 428.
num. 7. par. 1. recent.* maximè quia alioquin Gui-
do nihil remiſiſſet Hieronymo cum non ha-
beret, quid remitteret niſi cambia ſuper qui-
bus pendebat lis in Rota, & eſt de natura trã-
14 ſactionis, † quod fiat aliquid hinc inde dato,
vel remiſſo *l. tranſactio nullo dato C. tranſact. Rot.
deciſ. 447. num. 3. par. 2. deciſ. 271. num. 25. par. 6.
recent.*

Quæ omnia libentius recipienda ſunt, quia
valde vtile fuit Guidoni etiam ſi cambiorum
iacturam faceret aſſecurare recuperationem
ſortis mediante promiſſione Hieronymi, ſine
qua ob paupertatem Franciſci principalis de-
bitoris, & ſortem & cambia amiſiſſet, ac
quia cum ſperaret ſe ad cambia creditori prin
cipali non teneri, prout ter deciſum fuit pro-
cliuior fuiſſe preſumitur ad remittendam il-
lorum repetionem, ob quam rationem dici-
mus in ſimili, quod recipiens partem debiti
15 reliquum remittere cenſetur ſi eſt ambiguũ,
vt bene declarat *Surd. conſ. 224. ſub num. 13. verſ.*
16 *reſpondeo*, quodque vbi aliquid eſt dubium †
generalis quietantia illud comprænhendit *Me-
noch. conſ. 496. num. 70. poſt Socc. conſ. 200. col. penul.
in fin. verſ. & ad ſupradictorum confirmationem lib.
2. Aym. conſ. 294. num. 7. circa fin. verſ. ſed magis.*

Atque hinc non obſtat, quod vbi certa
17 cauſa eſt expreſſa † verba vniuerſalia quietan-
tiæ, ſeù tranſactionis illam non ampliant *Ca-
ſtren. in l. ſi de certa num. 2. C. tranſact. Aret. conſ.
161. num. 4. & ſeq. Surd. deciſ. 217. num. 15.* Quia in
caſu noſtro cauſa expreſſa in prœmio comple-
ctitur ſortem, & cambia & ex ſupra pondera-
18 tis conſtat de voluntate contrahentium † cõ-
præhendendi omne debitum, qua concurren-
te non admittitur reſtrictio ad expreſſa *Salyc.
in l. age num. 4. in fin. C. tranſact. Natt. conſ. 546.
num. 13. Surd. conſ. 418. ſub nu. 15. Gratian. diſc. 568.
num. 45. & 46. Fontanell. deciſ. 393. num. 13.*

Minus obſtat, quod quietantia quantum-
19 uis generalis prodeſſe debeat † ſolum Hiero-
nymo cui promiſſa fuit non autem Franciſco
eius filio, qui conuentioni non interuenit ex
allegatis per *Gallerat. de renunc. lib. 1. cap. 10. n. 3*
nam vt dicebam pater nil aliud cogitauit,
20 quam reportare quietantiam pro filio, † ea-
que ac verba *per ogni pretenſione* filio dumtaxat
applicari poſſunt, cum contra patrem Guido
prætenſionem aliquam aut actionem nullate-
nus haberet, & intererat Patris quietantiam
ſtipulari filio, vt tradunt allegati à *Modern.
Cuſentin. de patria poteſt. par. 1. cap. 6. ſub num. 14.*

verſ.

verſ.notandum, & Modern. Aquilan. de cauſ.execut. lib.1.ampliat.10.num.46.& 65. cui dubium non eſt quin vtilitèr ſtipulatus fuerit *l. quod dicitur la 2. ff.verb.obl.l.ſtipulatio iſta §.alteri ff.eod. Gabr. de verb.oblig.concluſ.1.nu.27.& ſeqq.Surd.dec.322. num.1. Cancer.* in fortioribus terminis pacti liberatorij ad fauorem tertij abſentis *var. reſol. tom.3.cap.7.num.339.*

Adeo quod liberatio, & conuentio ſuffragetur filio tùm ex vi verborum ipſi ſoli applicabilium, quæque cum ſint concepta im-
21 perſonalitèr, † & perſona Hieronymi patris ſit adiecta verbo obligatiuo, quia nempè Guido promiſit patri *accettare per ogni ſua pretenſione,* reddunt conuentionem, ac liberationem realem *text.eſt expreſſus in terminis pacti de non petendo in l.iuriſgentium §.pactorum,* ibi, *in rem ſunt quoties generalitèr paciſco ne rem petam ff.pact. Bertazzol.clauſ.35.gloſ.6.num.4.* & proinde etiam
22 ex hoc capite fauorabilem † ipſi filio debitori quamuis ibi non nominato, aut ſtipulanti quem patris paciſcentis intereſt liberari, vt in eiſdem terminis notat *Duaren.Comen.lib.2.tit.14 fol.60.col.1. verſ.cum ergo Connan.comen.iur.lib.5. cap.4.nu.4. Donell.coment.lib.22.cap.4.col.1.in fin. verſ.& generaliter, & ibidem Oſuald.in addit.col.3. circa med. verſ.nempe quo ad alterum Galler. de renunc.d.lib.1.cap.10.num.4. ex tex.in l. non ſolùm 9. §.ſi liberationis ff.liberat leg.*

23 Tùm ex mente contrahentium † quæ magis inſpicienda eſt, quam verba *d. l. iuris gentium §.pactorum,* ibi, *vtrum autem in rem, an in perſonam pactum factum eſt ex mente conuenientium extimandum eſt, ff.pact. Duaren. dicto fol.60. verſ.ex mente.* Tùm ex natura rei, nam cùm bona
24 filij † ſint bona patris, nec filius ſoluere poſſit ſine damno patris, ideò datur patri excep-
25 tio doli † quod doloſè facit creditor, qui quod pactus eſt à patre non petere, petit à filio, vt egregiè aduertit *Connan. coment. iur. dicto lib.5.cap.4.num.5.in fin.Oſuald.ad Donell.d.lib.22 cap.4.col.5.ante med. verſ.nam bona filij Anton.Faber.de error.pragmat.decad.33.error.9. ſub num.20. verſ.ſed vt detur.*

Cum igitur quietantia generalis ſortis, & cambiorum fieri debuerit patri, & filio, non rectè in decreto A.C. fuit reſeruatum Guidoni ius agendi pro cambijs contra filium, & condemnatus pater ad ſoluendum reſiduum ſortis, quam promiſit, & obtulit contemplatione dumtaxat totalis, & effectiuæ liberationis ipſius filij, & propterea idem decretum
26 tanquam † iniuſtum non eſt exequendum, *Gabr.conſ.43.num.44.lib.1. Buratt.deciſ.361.nu.3.*

Vt non eſſe exequendum, niſi facta finali quietantia deciſum fuit vtraque parte informante.

BONONIEN. NVLLITATIS CONCORDIAE.

Lunæ 27. Ianuarij 1648.

ARGVMENTVM.

Promittens ſoluere aliquam pecuniarum quantitatem ad effectum cenſum extinguendi puta infra triennium non ſequuta ſolutione, ac cenſus extinctione an teneatur ratione moræ ad fructus loco damnorũ, & intereſſe? Solutio ex quibus deſumatur quod potiùs ceſſerit in cauſam fructuum, quàm in extinctionem ſortis?

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio de ſoluendo infrà certum tempus aliquam quantitatem ad effectum extinguendi cenſum, non efficit vt ſolutione non ſequuta promiſſor condemnari poſſit ad fructus tanquam damna, & intereſſe loco facti promiſſi.*

2 *Fructus, vt debeantur ab eo qui factum non promiſit, ſed certam quantitatem ratione damni emergẽtis, non ſufficit ſtipulatorem damnum fuiſſe paſſum niſi vltrò probetur quod ex defectu pecuniæ promiſſæ cenſum non extinxit, & extinxiſſet ſi ſoluta fuiſſent.*

3 *Nec dici poteſt quod ſola mora debitoris in ſoluendo damnificet creditorem cum potuerit cõtingere, quod is licet habuiſſet pecunias promiſſas, non tamen eas implicaſſet in extinctionem cenſus.*

4 *Confeſſio adminiculata contra confitentem plenè probat quamuis de ſe in materia vſurarum non probaret.*

5 *Mora in ſoluendo aliquam quantitatem promiſſam infrà certum tempus per requiſitionem, ac lapſum diei obligationi adiecta dicitur commiſſa.*

6 *Itaut promiſſor ratione damni, quod ex mora non ſoluendi emerſit tenetur ad illius emendationem, & ſic ad fructus cenſus non extincti.*

7 *Debitor non tenetur ad fructus durante dilatione ad ſoluendum aliquam quantitatem, niſi alitèr ſit expreſſum.*

8 *Obligatio ad omnia damna, non cenſetur per conceſſionem dilationis nouata.*

9 *Fructus ratione damni emergentis ob contractam moram non extinguendi cenſum debentur etiam ex ſpeciali conuentione, quæ licita eſt.*

10 *Obligatio Cameralis includit obligationem ad damna, & intereſſe.*

11 *Nec ſunt probanda requiſita* Caſtrenſ.in l.3.ff.eo quod certo loco *quia procedunt in illo, qui petit vſuras tanquam lucrum ceſſans, ſecus quando petuntur ratione damni emergentis, & in vim ſpecialis conuentionis.*

12 *Solutio quod potiùs ceſſerit in ſatisfactionẽ fructuum quam in extinctionem ſortis, ex quibus probetur? & num.14.*

13 *Creditor cenſus non tenetur pro extinctione ſortis recipere ſolutiones minutatas.*

15 *Tranſactio tàm ex falſa cauſa, quàm ex capite læſionis non ſubſtinetur.*

16 *Error tollit conſenſum ab actu, & inficit quemcumque contractum ſiue mulieris, ſiue minoris.*

17 *Quie-*

17 *Quietantia non nocet ei qui quietauit, ſi error concurrit, vel enormiſſima læſio.*

DECISIO CCCXXXIII.

IVSTITIA ſentẽtiæ Rotalis latæ à R.P.D.
meo Cerro, quam confirmandam eſſe ho-
die reſponſum fuit, ab vnius potiſſimum arti-
culi diſcuſſione pendet, nempè an Comes
Alemannus qui de anno 1614. libras bis mil-
le Gozzadino debitas à Comite Rudulpho
eius authore promiſit ſoluere intra trienniũ
eidem Gozzadino, ac pro eo Vincentio Ban-
cio, & Pirro de Blanchis ad effectum extin-
guendi cenſum ſimilis ſummæ à d. Pirro con-
templatione Gozzadini aliàs impoſitum, &
venditum Congregationi Pauperum puero-
rum S.Mariæ Magdalenæ Ciuitatis Bononiæ,
& interim ſoluere medietatem fructuum pręfati cenſus teneatur ob non factam ſolutionẽ
dictarum librarum bis mille ad omnes fructus
eiuſdem cenſus imposterum decurſos.

Quod negabant informantes pro Comite
Alemanno, quia eius promiſſio quo ad fru-
ctus eſt limitata ad triennium, cumque ipſe
non promiſerit extinguere cenſum, ſed ſolùm
1 ſoluere † illius impoſitori certam quantitatem
vt ex ea cenſum extingueret, condemnari nõ
poteſt ad fructus tanquam damna, & intereſ-
ſe debitum loco facti promiſſi iuxtà notata
per *Doct. in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. verb. oblig. Surd. Guttier. & alios relatos in deciſ. Buratt. 913. num. 1. & in deciſione huius cauſæ edita 11. Martij 1647. §. 1. coram R.P.D. meo Cerro*: non
enim promiſit factum, ſed quantitatem, ob
2 cuius † non ſolutionem vt debeantur fructus
ratione damni emergentis non ſufficit, quod
ſtipulator damnum huiuſmodi paſſus fuerit,
niſi vltrò probetur quod ex defectu pecuniæ
promiſſæ cenſum non extinxit, & extinxiſſet
ſi ſolutæ fuiſſent, vt reprobata opinione *Rum.*
tradit *Grat. diſcept. 987. num. 15. & 16.* vbi loqui-
tur in puncto creditoris conquerentis de cen-
ſu à ſe non redempto ob moram ſui debitoris
in ſoluendo debitum, & priùs *diſcept. 829. ſub num. 10. & ſeqq.* vbi dicit rationem quia dici
3 non poteſt quod ſola mora debitoris † in ſol-
uendo damnificet creditorem, cum potuerit
contingere, quod is licet habuiſſet pecunias
promiſſas, non tamen eas implicaſſet in extin-
ctionem cenſus *Rota deciſ. 498. num. 3. coram bo. me. Coccino deciſ. 325. num. 5. inter impreſſ. poſt conſil. Farinac. deciſ. 350. num. 7. poſt Cinc. de cenſib.*

Verùm retorquetur obiectum, quia cenſũ
non fuiſſe ab impoſitore extinctum ob defe-
ctum pecuniarum à Comite Alemanno in
hanc cauſam ſoluendarum confeſſus fuit ipſe
met Comes in dicto Inſtrumento anni 1614.
ibi, *ſciens, & cognoſcens ſe requiſitum fuiſſe ad ſoluendum dictas libras 2000. pro facienda francatione dicti cenſus &c.* & infrà, ibi, *ex quo ex defectu ſolutionis prædictæ in præſentiarum huiuſmodi francatio fieri non poteſt*, quæ confeſſio adminiculata
4 à præcedenti † aſſignatione harum pecuniarũ
per Comitem debitarum facta de anno 1608.
ad effectum extinguendi cenſum de quo agi-
tur necnon à ſucceſſiuis ſolutionibus fructuũ
infrà ponderandis plenè probat contra confi-
tentem, quamuis de ſe in hac materia vſura-
rum non probaret *Rot. deciſ. 775. num. 2. par. 4. diuerſ. deciſ. 51. num. 5. deciſ. 559. num. 2. par. 1. recent. deciſ. 292. num. 3. & 4. par. 7.* Vnde dubitari non
5 poteſt quin ſtante mora † Comitis in ſoluen-
do dictas libras bis mille per dictam requiſi-
tionem, ac lapſum diei obligationi adiectæ
commiſſa *l. magnam ff. contrah. empt. Rot. in his terminis deciſ. 20. ſub num. 3. verſ. quia principalis inter impreſſ. apud Cinc. de cenſib. poſt addit. deciſ. 85. n. 17*
6 *par. 4. tom. 2. recent.* ac probatione damni † quod
vt ſupra emerxit ex mora, idem Comes te-
neatur ad illius emendationem *gloſſ. in l. vnica verb. poſſibile C. ſent. quæ pro eo Rebuff. ibid. in præfat num. 47. verſ. ſecundo quæro Alex. conſ. 168. num. 4. lib. 2. Coler. de proceſſ. execut. par. 1. cap. 10. num. 100 num. 102. & 104. Scac. de camb. §. 1. qu. 7. par. 2. ampliat. 8. num. 269. & 282. & ſeq.* & ſic ad fructus
cenſus non extincti *Innoc. in cap. 1. nu. 2. de vſur. Anchar. conſ. 376. n. 2. in fin. Azzor. inſt. moral. par. 3. lib. 5. tit. de vſur. cap. 4. quæſt. 3. Caualer. deciſ. 210. num. 1.*

Animaduertẽdo præſertim quod hæc mo-
ra iam incurſa, & obligatio ad damna exinde
reſultans non fuit in eodem inſtrumento an-
ni 1614. remiſſa niſi temporalitèr, conceden-
do videlicèt Comiti debitori triennium ad
ſoluendum; & quoniam durante hac dilatio-
7 ne ni † aliud expreſſum fuiſſet, debitor ad fru-
ctus non teneretur *Dec. conſ. 119. num. 7. Hieron. Gabr. conſ. 57. num. 5. lib. 1. Hond. conſ. 44. nu. 4. lib. 1. Ant. Gabr. de empt. & vendit. concluſ. 4. num. 21. add. ad Greg. XV. dec. 297. num. 10. Rot. in terminis damni emergentis dec. 185. num. 6. par. 3. recent.* ideò adie-
ctum fuit pactum ſoluendi interim fructus
quos gratificando magis debitori, creditor ab
eo ſolui conſenſit pro medietate tantùm.
Lapſo igitur triennio reuiuixit mora, & pri-
8 ma obligatio ad omnia damna, † cum non
fuerit per conceſſionem dilationis nouata *l. fin. C. nouat. Rimin. Iun. conſ. 201. nu. 8. & ſeqq. conſ. 520. nu. 34. & 36. Gabr. de nouat. concluſ. 1. nu. 3. Hering. de fideiuſſ. cap. 20. §. 12. num. 11. & ſeq. Ciriac. controu. 249. num. 2.*

Quod confirmatur ex verbis inſtrumenti
inferiùs poſitis, ex quibus conſtat quod Goz-
zadinus intendebat ſe penitùs liberare ab one-
re huius cenſus, & ideò ad dictum effectum
non ſolùm relaxauit libras 225. quas ipſe ex
conuentione per triennium ſoluere debebat,
ſed inſuper declarauit, & addidit, *& hoc ad effectum vt d. Comes Alemannus in totum ſoluat, & ſoluere debeat omnes dd. annuos cenſus*; neque his
contentus, voluit ſibi à Comite promitti in-
demnitatem pro fructibus cenſuum in totum
ibi, *Cenſuum prædictorum à quibus in totum iterũ promiſit d. Comes Alemannus alios prædictos indemnes conſeruare*: adeo quod Comes ad ſolutio-
9 nem fructuum cenſus in totum † ratione dam-
ni emergentis ob eius moram, teneatur etiam
ex ſpeciali conuentione; quæ licita eſt *Iaſ. in l. 1. num. 52. C. Summ. Trinit. Anchar. conſ. 376. nu. 2. Alex. conſ. 31. num. 9. lib. 6. Nauarr. de vſur. num. 42. verſ. 3. Scacc. de camb. §. 1. qu. 7. par. 2. ampl. 8. n. 281*

*Gratian.diſcept.67.num.24.Rot.dec.185.nu.1.par.3
recent.* accedente vlteriùs obligatione Came-
10 rali, † quæ paritèr includit obligationem ad
damna, & intereſſe *Rot.dec.389.num.12.dec.549
ſub num.6.apud Cinc.de cenſib.deciſ.275.nu.3. apud
Zacch.de oblig. Camer. ſecundum vlt. impreſſ.* nec
11 oportet probare † requiſita *Caſtren. in l.3. ff. eo
quod cert.loc.* quia procedunt in illo, qui petit
vſuras tanquam lucrum ceſſans, ſecus quan-
do vt in caſu noſtro petuntur ex capite dam-
ni emergentis in vim ſpecialis conuentionis,
vt benè diſtinxit *Rota d. deciſ.185.num.5. par.3.
rec.dec.1284.ſub num.2.& 3.penes Seraph.Gratian.
diſc.67.n.22.& 23. Scacc.de camb.d.ampl.8.n.283.*

Et rem ponit in claris obſeruantia ſubſecu-
ta, quia ſucceſſiuè vſq; ad annum 1630. Co-
mes continuò ſoluit fructus cenſus in ſumma
librarum 2100. in pluribus vicibus, quas li-
12 bras 2100. ceſſiſſe in cauſam fructum † non
autem ſortis apparet, tùm ex quantitate quæ
excedit ſortem, tùm quia ſolutæ fuerunt mi-
nutatim in pluribus vicibus, quod benè con-
gruit fructibus non autem extinctioni cenſus
13 in ſorte, † cum illam creditor ſic recipere
non teneatur *Guttier.pratic.quaſt.cap.174.num.3
lib.2.Roder.de ann.reddit.lib.1.qu.18.nu.36. & 38.
Rot.dec.354.num.9.par.5.recent.* Tùm tertio ex
14 confeſſione ipſius Comitis† emiſſa in inſtru-
mento tranſactionis initæ de anno 1630. vbi
explicitè ait ſe ſoluiſſe libras 2100. pro cenſi-
bus decurſis, vt benè ponderat *ſecunda deciſio
coram R.P.D. meo Cerro ſub die 13. Iunij* 1646. §.
comprobatur, ac tertia ſub die 11. *Martij* 1647. §.
quæ veritas, & ſeqq.

His poſitis euidens eſt error, & enormiſſi-
ma læſio d. tranſactionis, in qua Comes me-
diante ſolutione librarum 375. reportauit à
Comitiſſa Iuliana hærede Vincentij Bancij ge-
neralem quietantiam cum ſuppoſito quod
vltrà non teneretur, eo quod ſoluit creditori
cenſus libras 2100. & eſt hæres beneficiatus
Comitis Rodulphi originalis debitoris in cu-
ius hęreditate non adſunt bona ſufficientia
pro ſolutione ęris alieni; nam imò ex propria
obligatione contracta, vt ſupra de anno 1614
ipſe eſt debitor,& vltrà libras 2100. ſolutas in
cauſam fructuum cenſus, debet alias libras
2000. pro ſorte, & ſic tàm ex capite erroris,
15 quàm † lęſionis enormiſſimæ vltrà dimidiam
tranſactio corruit *Afflict.dec.220.nu.2.& 3.Rota
recent.deciſ.511.num.8.& 9.par.4. tom 3. cum alijs
alleg.in prima deciſ. coram R. P. D. meo Cerro* 12.
Iunij 1645. §.1. & §. *fin.* nedùm reſpectu Co-
mitiſſæ Iulianæ, ſed etiam Pirri quia error cũ
16 tollat † conſenſum ab actu inficit quemcun-
que contractum, ſiuè mulieris, ſiuè maioris
*Pariſ.conſ.12.num.96.& ſeqq.lib.2. Caſ.Manen.de-
ciſ.7.num.46.& ſeqq.Rot.dec.419.numer.18.par.4.
tom.2.recent. deciſ.519.num.21. par.4. tom.3. & in
Camerinen. tranſactionis* 10. *Maij* 1602. *coram Iu-
17 ſto*. Vnde fruſtrà allegatur quietantia † repor-
tata à Pirro vno ex Correis credendi, quia
etiam quoad Pirrũ illa non ſubſtinetur prop-
ter errorem, & enormem lęſionem, vt benè
reſpondet *ſecunda deciſ. coram R.P.D. meo Cerro*
13. *Iunij* 1646. §. *fin.*

Cum itaque ſententia Rotalis ſit iuſta, & de validitate non dubitetur merito eam confirmandam eſſe hodie reſponſum fuit vtraq; parte informante.

FESVLANA BENEFICII, SEV ORATORII.

Veneris 31. Ianuarij 1648.

ARGVMENTVM.

Conſenſus ordinarij poteſt quandocunq; interuenire in donatione Iuriſpatronatus. Repetitio oneris adiecti locum non habet quotiès concurrit diuerſitas perſonarum diſpoſitionis ac rationis, & ex quibus huiuſmodi diuerſitas deſumatur?

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio præſentati à donatario vim habet confirmationis ordinarÿ.*

2 *Confirmatio donationis Iuriſpatronatus poteſt quandocunque poſt donationem interuenire in præiudiciũ donatoris, eiuſque hæredum.*

3 *Ius præſentandi alicui, ſi ſit reſeruatum tunc donec ipſe viuit, non debet ad illud admitti ſucceſſiuè vocatus.*

4 *Pro præſentato haberi debet habens qualitates requiſitas in fundatione, ſi nemo alius cum eo concurrit.*

5 *Onus præſentandi vnum de familia, ſi ſit à fundatore aliquibus iniunctum, adiecto quod non poſſint præſentare alium quam ex prædictis deſcendentibus iſta verba quamuis imperſonalia ad eaſdem perſonas paulòante vocatas reſtringuntur.*

6 *Repetitio oneris adiecti excluditur ex diuerſitate perſonarum, diſpoſitionis, ac rationis num.7. 10. 11. & 12. vbi quod in dubio ita eſt iudicandum.*

8 *Reſeruatio intelligi ſemper debet ad fauorem reſeruantis, & nu.9.*

13 *Clauſula,* ordine prædicto ſeruato, *quomodo intelligatur?*

14 *Relatio non fit ad perſonas ſupra expreſſas quando contraria concurrit voluntas diſponentis.*

15 *Patronus poteſt ſupplicare Ordinario, vt ipſum ad beneficium inſtituat.*

16 Rot. vigore Clementinæ Auditor de reſcr. *poteſt inſtituere quoties Ordinarius inſtitutionem denegauerit.*

DECISIO CCCXXXIV.

DECISIONES hinc inde reportatas variatio facti diſcordes fecit; fuit enim prima vice ſuppoſita mors Leandri, quem deinde in ſecunda cauſæ propoſitione viuere probatum fuit; hodie paritèr noua facti variatione ſublata fuerunt duo fundamenta ſecundæ deciſionis, quæ ex tunc deductis negat Vicarium Feſulanum, qui donationem factam à Io. Franciſco de Caſſiolis confirmauit habuiſſe ad id ſpeciale mandatum, vt requiritur, ac dictæ cõfirmationis effectum, ex quo me-
dio

dio tempore emanaſſet alia donatio facta Antonio Foſſio à Leandro ſpernit, cum tamen vtrunque erroneum demonſtrarent iura nouitèr exhibita, ex quibus apparet dictam donationem Leandri ſecutam fuiſſe de anno 1644. & ſic longè poſt confirmationem primæ donationis Io. Franciſci eductam ex præſentatione effectuata anni 1631. quæ præſentatio: quidquid exaduersò dicatur, facta fuit nominatim in vim donationis, ac præuia eiuſdem donationis productione, vt legitur in Sum. Philippi num.8. & in Summariolo nu.1. Vicarium verò habuiſſe ſpeciale mandatum ad confirmandas donationes Iuriſpatronatus ocularitèr exhibent verba facultatū ipſius Vicarij, ibi, *item Inſtrumenta quacunque donationum Iuriſpatronatus confirmandi &c.* Sum. ibid.num.7. Et gratis negatur dictam præſentationem anni 1631. fuiſſe admiſſam ab ipſo Vicario prædicta facultate ſuffulto, videlicèt Laurentio Capponio, cum contrarium appareat ex d. Sum.num.7.& 8.& ex Summariolo
1 num.2. Quod autem de iure † vim confirmationis habeat inſtitutio præſentati à donatario præuia donationis productione, potue-
2 ritque confirmatio† ſubſequi quandocunque poſt donationem in præiudicium donatoris, & eius hæredum, probant *Lambert. Abb. Pariſ. & Rota in pluribus deciſionibus allegatis in prima deciſione huius cauſæ §.pertinentiam*.

Sed manet adhuc alterum ſecundæ deciſionis fundamentum *in §.ſecundo non ſuffragatur*, quia nimirum ob ſuperuenientiam Leandri, cui donec viuit eſt reſeruatum ius præſentan-
3 di, idem † non fuit purificatum ad fauorem Horatij ſucceſſiuè vocati, qui Bartholomeum præſentauit *Rota deciſ.521.num.1.& 5. par.1.rec. & facit text.in l.ſi quis ſub conditione ff.ſi quis omiſſa cauſ.teſtam.l.legata ſub conditione ff.de cond.& demonſtr.l.ſubſtitutio, & ibid gloſſ. verb. ſubſtitutio ff. de acq.rer.domin.Menoch.de adipiſc.remed.4.n.306. & de recup.remed.9.num.232.*

Nec obſtat, quod Leander, ſiuè Antonius Foſſius ab eo cauſam habens non præſentauerit vnum de familia de Lutis, prout Io. Franciſcus in donatione præcepit, haberique propte-
4 rea debeat pro præſentato† dictus Bartholomeus cum ſit de dicta familia, & alium competitorem non habeat *ex allegatis in prima deciſione §.fin. & in ſecunda §.1.*

Quia Domini animaduerterunt onus præſentandi vnum de familia de Lutis eſſe impo-
5 ſitum † dumtaxat Sebaſtiano, Andreæ, Petro, Paſquino; & alijs deſcendentibus de eadem familia de Lutis, quibus Io. Franciſcus Iuſpatronatus actiuum donauit; ſiquidem donator immediatè poſt eorum vocationem adiecit, *quod non poſſint præſentare alium, quam ex prædictis deſcendentibus*, quæ verba vt ſenſui pater directa ſunt in perſonas paulò ante vocatas, & quatenùs impersonalia eſſent ad eaſdem reſtringerentur, vt in *l.fin. §.ſcio not. Alber.Bart.& alij ff.leg. 2.& in l.mulieri, & Titio ff. de cond.& demonſtr.Caſtr.n.2.verſ.ſed contrarium eſt Gabr. conſ.117. num.34.& ſeqq.lib.1.Mant.de coniect.lib.8.tit.2.n.6 Buratt.dec.161.num.4.*

Neque idem onus ex vi præſumptæ repetitionis extendi poteſt ad ipſum Io. Franciſcū donatorem ad Franciſcum Mariam, & Leandrum eius filios, quibus infrà donec vixerint ius præſentandi eſt reſeruatum, quia præſum-
6 ptionem repetitionis† excludit diuerſitas tùm perſonarum vtrobique vocatarum *Decian.conſil.1.num.144.lib.2.Menoch.conſ.420.nu.20.& ſeq. Peregr.conſ.36.nu.23. verſ.ſecundo declaratur lib.1. Hond.conſ.57.num.33.lib.1.Fuſar.conſ.174.num.7 & 175.num.5.& 8. Rot.inter recent. dec.354.nu.2.*
7 *in fin.par.2.* Tùm diſpoſitionis,† nàm ſupra Io. Franciſcus diſpoſuit per viam donationis, hic verò per viam reſeruationis, quæ cum idem ius præſentandi reſeruatarijs competeret ex alia donatione ipſis facta à Baldinis de anno 1594. ſicuti non importat nouam acquiſitionem *Bart.in l.ſi quis legauerit 95.ante fin. ff.de leg.1.Add.ad Abb. conſ.134. Litt.F. Honded. conſ.84.num.33.lib.2.Peregr.de fideic.art.16.n.101 in fin.Rot.deciſ.25.ſub num.8.par.2.recent.* ita dicendum non eſt quod præſeferat nouum onus ſed imò quod conſeruet reſeruatarijs ius præſentandi liberum, prout ante hanc vltimam donationem habebant interpetrando reſerua-
8 tionem † ad eorum fauorem, vt ſemper debet *Rot.deciſ.299.num.12.par.5.recent.ex text.in l. ſi debitor §.ſi in venditione ff.quib.mod.pign. vel hypoth.ſoluat.l.ſi fundum ſub conditione 83. §.qui fundum ff.de leg.1.Bald.conſ.390.nu.1.lib.4.* alioquin
9 reſeruatio appoſita † fauore reſeruatariorum nè videlicèt per huiuſmodi donationem ipſorum ius quoad vixerint diminutum cenſeatur, eiuſdem iuris diminutionem operaretur contra regulam deſumptam *ex text.in l.hæreditas ad Statium l.ex facto ff. de hæred. inſt. l. legata inutilitèr ff.de adim.legat.* quam eleganter explicant *Iaſ.in l.centurio num.57.verſ.tertiò quia teſtator ff.de vulg.& pup.Pariſ.conſ.71.num.2.lib.2.*
10 Tùm tertiò diuerſitas rationis,† & præſumptæ voluntatis donatoris, quæ paritèr efficit, vt onus ſupra appoſitum non cenſeatur repetitum *Menoch. poſt alios conſ.130. num.12. Fuſar. conſ.190.num.8.Mant.de coniect.lib.10.tit.6.nu.22.* Siquidem cum in reſeruatione donator ſibi quoque ius præſentandi reſeruauerit, præſumendum non eſt quod voluerit ſe ipſum pregrauare nouo onere in præiudicium libertatis præſentandi antea competentis, eademque præſumptio militat quoad Franciſcum Mariam, & Leandrum eius filios, quibus in eadē oratione ius præſentandi eodem modo reſeruauit; itaut quoad omnes ceſſet præſumpta
11 repetitio oneris † ſuperiùs impoſiti alijs perſonis *iuxtà reg.tex.in l.iam hoc iure ff. vulg. & pupill.Menoch.conſ.304.nu.6. Peregr.conſ.34.num.13. lib.3.Surd.conſ.471.num.42.* & ita etiam in du-
12 bio † iudicandum eſſe tradit *Menoch.conſ.130. num.15.conſ.326.num.55. Fuſar.conſ.190.num.11. & 12. Peregr.de fideic.art.16.num.53.*

Non obſtat, quod poſt reſeruationem donator ſtatim adiecerit ordine prædicto ſerua-
13 to, quia † ſtantibus ſupra ponderatis clauſula hæc nō reperit in reſeruatione omnes qualitates præcedentis diſpoſitionis, ſed intelligenda eſt de ordine ſuccedendi; hoc eſt quod

inter reſeruatarios vnus ſuccedat poſt mortē alterius, prout ſupra inter alios donatarios diſpoſuerat, ac ſi dixiſſet ordine ſucceſſiuo, vt per *Peregr. conſ. 26. num. 4. lib. 4. Bellon, Iun conſ. 35. num. 26. in fin. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 18. ſub n. 68.* Minus obſtant ſubſequentia verba, ibi, *volens ſe de hoc Oratorio inſtitui, & inueſtiri teneatur vnum ex prædictis deſcendentibus à Laurentio ad idem Oratorium præſentare, & eligere.* Quia ſunt appoſita ad qualificandam, ac declarandam conditionem adiectam donatarijs, quibus videlicèt cum ſupra donator præcepiſſet indefinitè, & abſolutè quod præſentent vnum de familia de Lutis voluit per dicta finalia verba declarare, quod hoc intelligatur quatenùs ſe ipſos nolint præſentare, vnde non poſſunt referri
14 ad reſeruatarios † quibus paulò ante ius præſentandi liberè reſeruatum fuit, & pro quibus iuxtà ſuperius deducta militat præſumpta voluntas donatoris, vt benè ad propoſitum *Fuſar. conſ. 178 num. 9. Aym. conſ. 70. num. 9. Decius conſ. 379. num. 12. Palaez. de maiorat. par. 2. quæſt. 12. num. 62. Buratt. dec. 21. num. 15. & 16. vbi allegantur concordantes.*

Ex quibus nedùm excluditur ius Bartholomei præſentati ab Horatio, cui ius præſentandi non competere viuente Leandro in ſecunda deciſione firmatum fuit, ſed vlteriùs remanet probata pertinentia iuris præſentandi liberè ad Antonium Foſſium durante paritèr vita Leandri, à quo cauſam habet; adeò quod
15 cum ille pro ſui ipſius inſtitutione † ſupplicauerit, vt potuit *ex allegatis in ſecunda deciſione §. fin.* etſi ab Ordinario non obtinuerit veniat
16 exaudiendus à Rota inſtituēdo illum † ſaltèm in vigore *Clem. Auditor de reſcript.* quæ præbet Auditori hanc facultatem etiam quando inſtitutio ſpectat ad Ordinarium, ſi is inſtituere recuſet *Sylua de benef. par. 2. qu. 13. num. 3. Gonz. ſuper reg. 8. Cancell. gloſſ. 31. num. 53.*

Quapropter reſolutum fuit vtraque parte informante ſtandum eſſe in ſecundo loco deciſis, & Antonium eſſe inſtituendum.

MONOPOLITANA PENSIONIS.

Veneris 7. Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria non datur poſt didicita, & teſtificata ſuper articulis de directo contrarijs, & quāuis hæc concluſio duas recipiat limitationes, alteram quando noui articuli continent materiam magis ſpecificam, ac diſtinctam, alteram verò quando agitur fauore Eccleſiæ, cui nè culpa defenſoris remaneat læſa datur remiſſoria per viam reſtitutionis in integrum, vtraque tamen limitatio declaratur procedere dummodò maior diſtinctio, ſeù ſpecificatio materiæ non ſit in ſolo cortice verborum, ſed in ſubſtantia, ac etiam pro obtinenda reſtitutione in integrum, nedùm probatio læſionis requiritur, ſed etiam magna, & exacta diligentia propter timorem ſubornationis. Didicita an, & quando dicantur dicta teſtium ad effectum denegandi remiſſoriam latè in deciſione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Penſio non amittitur à penſionario non incedente in habitu clericali, ſi eſt miles Lauretanus.*

2 *Penſio reſeruata non in titulum beneficij, ſed pro aliquo officio, ſeù ſeruitio impenſo non amittitur per militiam.*

3 *Teſtes ſimpliciter deponentes ſuper valore deductis expenſis non comprahendunt onera, nam expenſæ reſpiciunt culturam, & alia neceſſaria pro colligendis fructibus, onera verò concernunt grauamina ordinaria ipſius Eccleſiæ.*

4 *Remiſſoria non datur ad probandum id, quod probatum non releuat.*

5 *Remiſſoria non datur poſt didicita, & teſtificata dicta teſtium ſuper articulis de directo contrarijs propter timorem ſubornationis.*

6 *Limita primò non procedere, quando noui articuli continent materiam magis explicitam, ac diſtinctam.*

Quod tamen declara dummodò maior diſtinctio, ac ſpecificatio non ſit in ſolo cortice verborum, ſed in ſubſtantia num. 8.

7 *Limita ſecundò non procedere, quando agitur fauore Eccleſiæ, cui nè culpa defenſoris remaneat læſa datur remiſſoria per viam reſtitutionis in integrum poſt didicita teſtificata.*

Declara ad effectum reſtitutionis requiri probationē læſionis, ac etiam cauſæ cognitionem, ac exactam diligentiam propter timorem ſubornationis nu. 10.

9 *Articuli de directo contrarij non ſunt admittendi poſt didicita, & teſtificata.*

11 *Remiſſoria ob ſuſpicionem calumniæ denegatur.*

12 *Teſtium dicta dicuntur didicita, ſi pars habuit in poſſe nedùm Summarium ſed etiam proceſſum originalem, cum ad hunc effectum non requiratur ſolemnis publicatio, ſed quod pars ſcrutari potuerit dicta teſtium.*

13 *Nec refert an proceſſus originalis deuenerit ad manus procuratoris, vel principalis? quicquid ſi ex alijs circumſtantijs elideretur timor ſubornationis, & concedenda eſt remiſſoria num. 14.*

15 *Remiſſoria non datur ad probandas exceptiones perſonales contra teſtes aduerſarij.*

16 *Remiſſoria cenſetur calumnioſè petita, ſi aliàs ſuper materia articulata fuerunt in partibus examinari teſtes, qui præſumuntur meliores.*

17 *Calumniæ præſumptio ad effectum denegandi remiſſoriam reſultans ex aliquibus articulis, militat etiā reſpectu aliorum, quando deteguntur irreleuantes, & contrariantur ſcripturis.*

Item calumniæ præſumptio reſultat, ſi remiſſoria petitur in limine propoſitionis dubij ſuper negocio principali num. 19.

18 *Valor beneficij probatur ex inſtrumentis locationum iunctis etiam teſtium depoſitionibus.*

DECISIO CCCXXXV.

PLVRIBVS citationibus Thomæ penſionarij laceſſitus Dominus Epiſcopus Monopolitanus ad nouam diſputationem dubij ſuper

ſuper negocio principali aliàs propoſiti de
menſe Iunij proximepræteriti,eiuſque immi-
nente repropoſitione , exhibuit nuper articu-
los petens deſuper ſibi concedi remiſſoriam ,
cuius conceſſioni, quia Thomas contradixit ,
dubitatum hodie de more fuit,an illa ſit con-
cedenda, itumque in negatiuam ſententiam .

Nàm duo primi articuli de non inceſſu
Thomæ in habitu , & tonſura Clericali , ac
exercitio militiæ ſecularis, non egent vlterio-
ri probatione, cum vtrunque Thomas fatea-
tur, ſed exinde non poſſe inferri ad priuationē
1 penſionis prætendat tùm ex priuilegio † mili-
tiæ Lauretanæ cui eſt adſcriptus , de quo *Rota
coram ſa.me.Greg.XV.dec.*18.*&* 20. tùm ex quo
penſio hæc fuerit ad eius fauorem reſeruata
2 non in titulum beneficij † ſeù beneficij loco ,
ſed pro ſeruitio impenſo; quo caſu non amit-
titur ex aliquo ex capitibus articulatis, vt poſt
*Imol.in clem.*1.*nu.*26.*Card.in ead.clem.* §.*eadem de
ſuplen.neg.Prælat.* diſtinguit *Caccialup. de penſion.
qu.*15.*Giganſ.eod.tract.qu.*55.*num.*4. *& ſeqq.* quæ
an applicentur caſui noſtro , videri poterit in
diſcuſſione negocij principalis .

Onera ordinaria Eccleſiæ , quæ annuatim
aſcendere ad ſcuta 500.refert tertius articulus
& à Teſtibus pro Thoma examinatis de eo
3 ſimplicitèr deponentibus † deductis expenſis
non videntur contemplata, cum expenſæ reſ-
piciant culturam, & alia neceſſaria pro colli-
gendis fructibus , at onera referantur ad gra-
uamina ordinaria ipſius Eccleſiæ , vt diſtin-
guendo declarat *Lotther. de re benef.lib.*1. *qu.*43.
*num.*13.*ac ſeqq. Rot.deciſ.*444.*num.*5.*par.*2.*recent.*
non ſunt ſatis pro obtinenda remiſſoria: nam
præter quod nonus , decimus , & vndecimus
Teſtis penſionarij ſuper primo dati in eius
Summ.num.5. de valore deponunt explicitè
deductis , tàm expenſis , quàm oneribus eſto
quod probarentur in quantitate articulata
probatio non releuaret : nàm illis etiam de-
tractis de valore annuo ſcutor.3400. quem te-
ſtes penſionarij exponunt , adhuc remaneret
valor in ſc.2900. & ſic eſſet in probatis, quod
aliæ penſiones ſuper hac ipſa Eccleſia impoſi-
tæ in ſcut.900. non excedunt tertiam partem
fructuum in quo conſiſtit victoria cauſæ, nec
4 verò danda eſt remiſſoria ad probandum id ,
quod probatum non releuat *Caputaq. deciſ.*66.
*& deciſ.*68.*num.*2.*par.*3. *Cæſ.de Graſſ.deciſ.*1.*nu.*5.
*& deciſ.*2.*de dilat.Rot.inter recent. dec.*589. *num.*1.
*par.*2. *& in Vlixbonen.nullitatis profeſſionis* 27. *Iu-
nij* 1646. *coram R.P.D. meo Arguelles .*

Quartus articulus ſuper quantitate opera-
rum terræ oliuatæ, earumque redditu. Quin-
tus ſuper redditu Cancellariæ . Septimus ſu-
per fructibus Viridarii . Octauus ſuper reddi-
tu feudorum, cum ſint de directo cõtrarij ar-
ticulis aliàs datis à penſionario,quorum dicta
5 vt infrà dicam didicita fuerunt,† non poſſunt
admitti propter timorem ſubornationis:etiam
ſi didicita fuerint ab Epiſcopo,contra quem
teſtes examinati fuerũt *auth.at qui ſemel in princ.
vbi gloſſ.verb.didicerit Bart.n.*22.*C.probat.Butr. in
cap.fraternitatis ſub num.*14. *verſ. in quantum dixi
de teſtib.Farinac.de teſtib.quæſt.*75. *num.*68. *&* 89.

*Rota deciſ.*41.*num.*1.*& ſeqq.par.*7.*recent.& in Fir-
mana Penſionis* 12. *May* 1642. *coram Me .*

Neque Domino Epiſcopo ſuffragãtur duę
limitationes dictæ concluſionis , altera quan-
6 do noui articuli † continent materias magis
explicitè diſtinctas, & ſpecificatas *Caualer. de-
ciſ.*469.*num.*2.*Cocc.dec.*23.*nu.*2.*Greg.XV.dec.*191
*num.*3. Altera quando agitur de fauore Eccle-
7 ſiæ , cui † nè culpa defenſoris remaneat læſa
datur remiſſoria per viam reſtitutionis in in-
tegrum poſt didicita teſtificata *Gabr. de teſtib.
conluſ.*21.*num.*48.*Rot.deciſ.*715.*num.*2.*in fin.par.*3
recent. & fuit dictum *in Hiſpalen.Decimarum* 26
Iunij 1647. *coram R.P.D.meo Corrado* §.*quia præ-
ter quod verſ.nec eorum publicatio .*

Vt enim applicetur prima non ſufficit
8 quod † maior diſtinctio , & ſpecificatio ſit in
ſolo cortice verborum, ſed oportet ſit in ſub-
ſtantia *Abb.in cap.fraternitatis* 17.*num.*8.*de teſtib.
Caſtr.conſ.*193.*ſub num.*1.*verſ. & ſic videtur lib.*1.
*Aym.conſil.*134.*num.*47.*Rot.coram ſa.me.Greg.XV
deciſ.*497.*num.*3.*deciſ.*235.*num.*15.*par.*5.*recentior.*
At in ſubſtantia articuli Epiſcopi nil continēt
præter contenta in articulis penſionarij,à qui-
bus diſcordant in minori expreſſione fructu-
9 um, vnde oritur contrarietas † ob quam arti-
culi Epiſcopi admittendi non ſunt *gloſ.in clem.
fin. verb.directo contrarijs verſ. eſſent autem directè
contraria de teſtib.Imol.ibid.num.*8. *Vitalin.nu.*121.
*Abb.in d.cap.fraternitatis nu.*11. & in his termi-
nis *Rota deciſ.*41.*num.*12.*par.*7.*recent.* Reſtitutio-
10 ni verò in integrum, † vt ſit locus requiritur
probatio læſionis, & vlteriùs non ſolùm cau-
ſæ cognitio, ſed magna diligentia, & exacta
propter timorem ſubornationis,vt in puncto
declarauit *Rota coram ſa.me.Greg.XV. deciſ.*583.
*num.*6. ſequendo *Egid.dec.*38. *Caputaq. deciſ.*50.
*num.*5.*&* 6. *par.*3. Quo magis in caſu noſtro
quo ex infrà dicendis petitio remiſſorię non
11 caret ſuſpicione calumniæ propterquam † de-
negari ſolet remiſſoria *Felin.in d.cap.fraternita-
tis num.*3.*& in cap.de cætero num.*12. *de re re iudic.
Caſſad.deciſ.*3.*num.*1.*de dilat.Rot.deciſ.*620.*num.*3.
*par.*4.*diuerſ.deciſ.*571.*ſub num.*2.*par.*2.*rec.dec.*575
*num.*1.*par.*5.

Didicita autem fuiſſe dicta teſtium à pen-
12 ſionario examinatorum apparet , † quia pro-
curatori Epiſcopi nedùm illorum Summariũ
ſed ipſe proceſſus originalis traditus fuit,quod
ſufficit cum ad hunc effectum non requira-
tur ſolemnis publicatio, ſed quod pars origi-
nalitèr perſcrutari potuerit dicta teſtium *Bart.
in d.auth.at qui ſemel num.*18.*verſ.ſed ſi propter Vi-
tal.in d.clem.fin.nu.*113.*& ſeqq.Greg.XV. dec.*583.
*num.*2.*Rot.d.dec.*41.*num.*8.*par.*7.*recent.*& fuit de-
ciſum *in Camerinen.Penſionis* 4. *May* 1640. §.*ſe-
cundo quia coram Me .* Nec refert an proceſſus
13 originalis † deuenerit ad manus procuratoris,
vel principalis,vt probat *tex.in* §.*quia verò verſ.
ſi verò*, ibi , *aut omninò pro ea agens Auth.de teſtib.
& in Auth.at qui ſemel* , ibi , *vel alias pro eo agens,
vbi gloſſ.verb.accepit C .probat. in cap. penult.* ibi ,
*neque per alium de teſtib.Vitalin.in d.clem.fin.n.*114.
*verſ.nam qualitercunque Farinac.de teſtib. quæſt.*75
*num.*86. *Rot.d.dec.*41.*num.*4. *&* 5.*par.*7.*recentior.*
quidquid dicendum eſſet , ſi ex alijs circum-

14 ſtantiis † eliderctur timor ſubornationis, & concedenda eſſet remiſſoria in quibus terminis loquitur *deciſio in Anconitana Pecuniaria 13. Maij 1647. coram R.P.D. meo Arguelles.*

Sextus, & nonus articulus continet excep-
15 tiones perſonales † contra Teſtes Penſionarij ad quas probandas non datur remiſſoria, *Caputaq. deciſ. 54. part. 3. Rot. in Vicen. Prioratus 4. Nouemb. 1611. coram Sanctiſſ. D.N. Innocentio X.*

Eo minùs, quia articulatæ fuerunt ab Epiſcopo in partibus in termino reprobatorio remiſſoriæ conceſſæ Penſionario, & deſuper examinati plures Teſtes, vndè reſultat præſumptio, quod calumnioſe iterum repetan-
16 tur, cum præſumantur, † tunc examinati teſtes meliores, qui poſſint reperiri, *Greg. XV. deciſ. 23. num. 2. & 3. Buratt. deciſ. 453. ſub num. 1. Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 462. n. 2. & 3.*

Militatque præſumptio calumniæ, etiam
17 reſpectu aliorum articulorum, † tum propter illorum irreleuantiam, tum ob contrarietatem cum articulis Penſionarij, quinimò aliqui contrariantur etiam ſcripturis locatio-
18 num, quæ iuncto Teſtibus † probant valorẽ *Rot. deciſ. 186. nu. 8. & 11. par. 6. recent.* tum quia
19 remiſſoria petitur † in limine propoſitionis dubij ſuper negocio principali, neque hactenus per plures menſes lapſos à die alterius propoſitionis articuli fuerunt exhibiti.

Ex quibus omnibus ſimul iunctis Domini denegarunt remiſſoriam vtraque parte Informante, & ſuo loco diſcutient, an Teſtes Penſionarij probent.

PERVSINA BENEFICII.

Lunæ 10. Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

Vnio Eccleſiæ facta Monaſterio probatur ex enunciatiuis antiquis alijſque adminiculis, de quibus vt in Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Vnio Eccleſiæ facta Monaſterio probatur ex pluribus enunciatiuis emiſſis in Inſtrumentis antiquiſſimis.*

2 *Quamuis enunciatiuæ vnionem explicitè non exprimant, ſed ſolum quod Eccleſia eſt pleno Iure ſubiecta monaſterio, ſiue illius membrum, quia exinde reſultat virtualiter vnio.*

3 *Enunciatiuæ quamuis emanauerint à perſonis intereſſatis fidem merentur concurrentibus adminiculis.*

4 *Vnio Eccleſiæ facta Monaſterio probatur ex deputationibus Rectorum factis ab Abbatibus pro tempore, & num. 6. maximè quando conſtat deputationes fuiſſe effectum ſortitas, ex quo deputati poſſeſſionem cœperunt, nu. 7.*

5 *Media præſumuntur probatis extremis, præſertim quando nullus actus contrarius medio tempore interceſſit.*

8 *Item vnio Eccleſiæ facta monaſterio probatur ex taxa annua Eccleſiæ tanquam monaſterio ſubiectæ & num. 10.*

9 *Libri monaſterii fidem merentur, ſi ſunt antiqui, & ex alijs comprobantur.*

11 *Item vnio probatur ex viſitationibus Eccleſiæ factis ab Abbatibus Monaſterij pro tempore cum aſſertione, quod Eccleſiæ collatio, prouiſio, & viſitatio ſpectat ad Abbatem, & Monaſterium.*

12 *Status vltimus beneficij non attenditur, quando conſtat de anteriori contrario.*

13 *Status beneficij mutari nequit ab ordinario ex defectu poteſtatis.*

14 *Status beneficij non præſumitur à Papa mutatus mediantibus prouiſionibus Apoſtolicis, niſi illius ſcientiam habuerit, & mutare voluerit.*

15 *Nomen Rectoris conuenit etiam Vicario deputato ad nutum.*

16 *Vacatio largo modo verificatur etiam in beneficijs manualibus cum vacare dicantur per remotionem, & per obitum.*

DECISIO CCCXXXVI.

TERMINATO ſummariſſimo poſſeſſorio ad fauorem Patris Don Anſelmi de Peruſia, aſſumpta hodie fuit cognitio petitorij, ac diſcuſſum an conſtet, quod Eccleſia S. Ioannis Caſtri Boneſij ſit vnita monaſterio S. Petri de Peruſia Ordinis S. Benedicti, & conſtare Rota cenſuit.

1 Ex pluribus videlicet enunciatiuis emiſſis in † Inſtrumẽtis antiquiſſimis de anno 1331. 1341. 1387. 1476. 1477. 1480. & 1561. quę propter earum antiquitatem, ac multiplicitatem vnionem probant, vt præter *Lottherium & alios allegatos in Lucana Vnionis 28. Ianuarij 1647. §. de qua communi coram me, tradit Caſtropal. quæſt. moral. tract. 13. diſp. 6. punct. 12. §. 4. num. 3. verſ. item cenſent, ac dixit Rota deciſ. 16. num. 2. part. 6. recent. & in Fanen. Parochialis 1. Iulij 1647. §. quod autem coram R.P.D. meo Ottbobono.* Quamuis vnio-
2 nem explicitè non exprimant, † ſed ſolum quod Eccleſia eſt pleno Iure ſubiecta Monaſterio ſiue illius membrum, quia exinde reſultat virtualiter vnio, quod ſufficit, vt in his terminis *Seraph. deciſ. 1246. ante num. 1. & num. 1. deciſ. 1272. ſub num. 1. Mart. Andr. deciſ. 11. num. 1. Rot. inter recent. deciſ. 724. ſub numer. 2. verſ. & quod vna par. 2. deciſ. 485. num. 10. part. 4. tom. 2. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. ſub num. 256. verſ. vbi enunciatur.*

Quo magis concurrentibus in idem alijs
3 adminiculis † per quæ enunciatiuarum ſtabilitur fides eſto, quod ille emanauerint ab Abbatibus Monaſterij, & ſic à perſonis intereſſatis *Achill. deciſ. 7. num. 8. de Iurepatr. Rot. dec. 91. num. 2. in fin. deciſ. 148. in fin. deciſ. 405. nu. 3. part. 1. recent. deciſ. 352. ſub num. 5. verſ. & licet,* quæ loquitur in terminis vnionis factæ Monaſterio, & enunciatiuarum emiſſarũ à fratribus eiuſdem Monaſterij *par. 4.*

4 Concurrunt in quam primo deputationes Rectorum huius Eccleſiæ † factæ ab Abbate, & Monacis Monaſterij ab anno 1331. & continuatæ ſine aliqua interruptione vſque ad annum 1561. vt conſtat ex Inſtrumentis da-

tis *in Summ.Abbatis num.2.& ſeqq.& numer.8.& ſeqq.* ex quibus licet non contineant deputationes intermedias ab anno 1341. vſque ad annum 1476. illarum quoque probatio re-
5 ſultat, quia probatis extremis † media præſumuntur, dum nullus actus contrarius interceſſiſſe docetur *Serap.deciſ.1141.num.3. Rota penès Buratt.deciſ.172.num.10.deciſ.875.num.2.& par.1.diuerſ.deciſ.545.num.1.part.4.deciſ.577.n.1. & in Mediolanen.Prioratus 14.Martij 1646.§.præſentationes in fine coram R.P.D.meo Corrado*. Tot
6 autem deputationes† ſatis eſſe ad probandam vnionem, ac pertinentiam Eccleſiæ ad Monaſterium *dixit Rota in ſupracitata Fanen.Parrochialis §.præſertim quia Abbas coram R. P. D. meo Otthobono,& prius in deciſ.626.num.5.par.1.recen.* vbi allegantur concordantes. Maximè quia
7 fuiſſe effectum ſortitas † conſtat ex quo ſic deputati Rectoriæ poſſeſſionem acceperunt, *Calder.conſ.12.de Iurepatr. Gonz.ſuper reg.8.Cancell.gloſſ.18.num.85.Caputaq.deciſ.133.nu.1.& 2. par.2.Rot.dec.147.nu.1.par.1.diuerſ.dec.111.nu.8. coram bo.me.Buratto.*
8 Secundò taxa annua huius Eccleſiæ † tanquam ſubiectæ Monaſterio S.Petri facta de anno 1387. ab Abbate, & Monacis eiuſdem Monaſterij, & confirmata per decretum Cōmiſſarij, & executoris Apoſtolici, quodque plus eſt obſeruata ſingulis annis vſque ad annum 1645. vt apparet ex partitis ſolutionum ſingulariter recenſitis *Summ.Abbatis numer. 7.* quæ licet extractæ fuerint ex libris Monaſte-
9 rij mereantur fidem † propter earum multiplicitatem lapſum tanti temporis, & præexiſtentiam præfati decreti,ac taxæ in cuius executionem emanarunt, *Dec. in cap.cum cauſam num.7.de probat.Floria de S.Petro in l.Cenſus n.4. ff.eod.Port.Imolen. conſ.22. num.23. & in terminis libri Monaſterij Cephal.conſ.508.numer.23.& ſeqq. Burſatt.conſ.330.num.101. Rot.coram bo.mem. Buratto deciſ.870.num.5.* Nec enim Monaſterium hanc Eccleſiam vti vnitam taxaſſet, †aut de-
10 legatus Apoſtolicus taxam confirmaſſet,ſiue Rectores pro tempore ſoluiſſent, niſi verè adeſſet vnio, quæ propterea nedum ſubiectio ex actibus huiuſmodi conuincitur, *cap. 2. de Cenſib.Rot.deciſ.37.num.10.par.4.recent.& in alijs relatis in Barchinonen.Parrochialis ſeù Vicariæ 10. Februarij 1645. §. tum quia conſtat coram R.P.D. meo Corrado.*

Tertiò viſitationes factæ ab Abbatibus Monaſterij S. Petri de Peruſia de anno 1560.
11 & 1562. cum aſſertione, † quod huius Eccleſiæ collatio, prouiſio, & viſitatio ad Abbatem, & Monaſterium ſpectat, quæ vnionem, & ſubiectionem denotant, *cap.1.de cenſib.in 6.cap.conquerente ibique gloſſ.& Doct.de offic. ordinar.ſan.mem.Gregor.XV.deciſ.4.num.4.& 18. Buratt.deciſ.504.num.1.Rot.inter recent.deciſ.724. ſub num.3.verſ.viſitatio par.2.* Præſertim quia pro parte Ordinarij per lapſum 300. & amplius annorum nulla datur viſitatio facta de hoc beneficio tanquam ſeparato, & independenti à Monaſterio.

Non obſtant duæ collationes huius beneficij, quos vti de vacanti fecit Ordinarius de anno 1560. & 1579. ſiue altera facta à Sede Apoſtolica de anno 1592. quia non ſunt de actis, nec attenditur vltimus ſtatus, † quan-
12 do vt in caſu noſtro conſtat de anteriori ſtatu contrario, *Lotther.de re benef.lib.1.quæſt.34. num.37.& 38. Greg.XV.deciſ.434.num.16.& ibi add.num.20. Rot.in recent.deciſ.2.numer 8.& 9.deciſ.238. num.5.par.5.* quem Ordinarij collatio-
13 nes † ex defectu poteſtatis ipſius Ordinarij mutare non potuerunt, vt notant *Doct.in cap.cum de beneficio de prabend. in 6. & dixit Rot.deciſ.308.num.4.in fin.par.1.recent.deciſ.636.num.8. & 9. coram bon.mem.Buratto,& in Peruſina Parochialis 19.Iunij 1641. coram me*, & Papa confe-
14 rendo non præſumitur † mutaſſe, niſi illius ſcientiam habuerit, & mutare voluerit *Lapus in d.cap.cum de beneficio num.2.Gemin.ibid.num.9. verſ.dicit tamen Lotther.d.quæſt.34.num.53.& ſeq. Accbill.deciſ.9.de præbend. Rot.deciſ.749.numer.8. par.1.diuerſ. deciſ.337.ſub numer.2.verſ.hic autem par.2.recent.*

Vndè nec refert, quod in dd.collationibus prouiſus nominetur Rector, & fiat mentio vacationis, quæ repugnare videtur manuali-
15 tati, præter quod nomen Rectoris † non excludit pertinentiam Eccleſiæ ad Monaſteriū, cum conueniat etiam ſimplici deputato ad nutum, vt in his terminis reſpondit, *Rot.deciſ.99.ſub num.4.verſ.quamuis etiam part.3.recent. deciſ.37.num.9.par.4.deciſ.887.nu.7.coram bon.me. Buratto, & in Barchinonen.Vicariæ Sanctæ Eulaliæ 12.Decembris 1639.coram recol.mem.Coccino*, &
16 vacatio largo modo † verificatur etiam in beneficijs manualibus cum vacare dicantur per remotionem, & per obitum, *gloſſ.in clem. vnica §.præmiſſa verb.reuocari propè medium verſ. & ſcias de ſupplen. neglig.Prælat. Card.ibid.num.8. Vitalin.num.9.Gonz.ſuper regul.8. gloſſ.15.§.2.ſub nu.24.Rot.deciſ.25.nu.5.par.2.recen.deciſ.296.n.8. coram bo.me.Coccino.*

Et ità deciſum cauſa bis propoſita ſub die 16.Decembris proxime præteriti traditis hinc indè informationibus, ac ſummarijs, & ſub die currenti Informante ſolum Abbate Monaſterij, ac Don Anſelmo, altera tamen parte legitimè citata.

INTERAMNEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 14. Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum particulare, & independens non cenſetur inductum ſi Teſtator per orationem ſeparatam aliquid particulariter diſpoſuit, ſi talis diſpoſitio reſpicit eadem bona,& perſonas in vniuerſali fideicommiſſo compræhenſas, quo caſu ab eo pendere dicitur, eique famulari. Ablatiuus abſolutus in ſubſtitutionibus reſoluitur in ſuas ſingularitates ex præſumpta mente Teſtatoris, quando agitur fauore deſcendentium, & vt abſurda euitentur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatione hæredum, & ſucceſſorum veniunt deſcendentes in fideicommiſſis.*
2 *Subſtitutio vniuerſalis omnia bona fideicommittentis comprehendit.*
3 *Conditio ſi ſine filijs tàm maſculos, quàm fœminas complectitur.*
4 *Fœminæ in materia indifferenti veniunt etiam ſub nomine hæredum, & ſucceſſorum.*
5 *Fideicommiſſum particulare non cenſetur inductum ex particulari diſpoſitione Teſtatoris reſpiciente bona, & perſonas in vniuerſali comprehenſa, ſed talis diſpoſitio, vti dependens exiſtimari debet.*
6 *Qualitas ſeu terminus diſtributiuus appoſitus in prioribus orationibus repetitus cenſetur in ſequentibus.*
7 *Relatio regulariter fit ad proxima.*
8 *Bona Teſtatoris efficiuntur propria hæredis per aditionem hæreditatis.*
9 *Exceptio eſt de regula, & ſecundum terminos regulæ intelligi debet.*
10 *Verbum* ſuum *in dubio refertur ad Teſtatorem, præcipuè quando ratio ſubiectæ materiæ non ſuadet relationem fieri ad perſonam hæredis.*
11 *Verbum* ſuum *prolatum in numero ſingulari etiã pluraliter quandoque accipitur.*
12 *Subſtitutio facta pluribus per ablatiuum abſolutum* non extantibus maſculis &c. *cenſetur diſtributiuè reſoluendo ablatiuum abſolutum in ſuas ſingularitates ex præſumpta mente Teſtatoris.*
Et reſolutio in ſingularitates facilius admittenda eſt fauore deſcendentium, & ad euitanda abſurda, num. 14. & 16.
13 *Et hæc opinio non habet contradictorem quando nõ ſupereſt perſona à Teſtatore prædilecta.*
15 *Voluntas Teſtatoris ſemper interpretanda eſt, vt abſurda euitentur.*
17 *Cippus accipitur effectiuè, & contentiuè.*
18 *Nomen familiæ accipitur effectiuè, & contentiuè.*
19 *Familia, & cippus æquiparantur.*
20 *Nomine cippus, quo caſu veniant, ſoli tranſuerſales?*

DECISIO CCCXXXVII.

IOANNE altero ex filijs Teſtatoris mortuo relictis Antonina, & Arpalice neptibus purificatum eſſe fideicommiſſum vniuerſale in portione paterna illi obuenta pro medietate ad fauorem dd. neptum, & pro alia medietate ad fauorem Proſperi, & Petri Benedicti Iunioris deſcendentium ab alijs Teſtatoris filijs pronunciauit A. C. cauſaque per appellationem deuoluta ad Rotam deciſum fuit coram Reuerendiſs. D. meo Decano, die 10. Februarij 1642. coram me, die 14. Decembris 1646. & iterum hodie articulo maturè diſcuſſo, conditionem illam non exiſtentibus maſculis, ſub qua deſcendentes fœminæ ex filijs inſtitutis, & proximiores cippi vocati ſunt intelligendo non collectiuè, ſed diſtributiuè, itaut quolibet filiorum Teſtatoris, qui tres fuerunt, decedente ſine maſculis, ſed cum fœminis, hæ portiones fideicommiſſi ad defunctum delatæ medietatem, aliam verò medietatem deſcendentes maſculi ab alijs filijs Teſtatoris deſcendentes conſequantur.

Cui intellectui totius teſtamenti contextus
concinit; ſiquidem initio adeſt vniuerſalis
ſubſtitutio reciproca inter filios, & cuiuslibet
1 eorum hæredes, & ſucceſſores, † quorum
appellatione in fideicommiſſis veniunt deſcendentes,
*Odd. conſ. 46. nu. 14. Menoch. conſ. 958.
num. 3. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 339. num. 63.
Rot. deciſ. 216. nu. 1. par. 5. recent.* verbis diſtributiuis
concepta, *ibi, caſu quo aliquis ipſorum mori
contigerit ſine filijs legitimis, & naturalibus voluit,
quod ſuccedat vnus alteri, & alter alteri ex eorum
hæredes, & ſucceſſores.* Et quoniam ſub hac vni-
2 uerſali ſubſtitutione † comprehendebantur
omnia bona fideicommittentis, *Menoch. conſil. 129. num. 11. Rot. deciſ. 154. num. 2. part. 1. diuerſ.
deciſ. 375. ſub num. 7. par. 1. recent.* Pariterque
3 conditio illa ſi ſine filijs † complectabatur
maſculos, & fœminas, *Peregr. de fideic. art. 22.
num. 46. & art. 28. num. 32. Mant. de coniect. lib. 11.
tit. 8. num. 20.*

Ideò Teſtator aperiendo magis circa vtramque voluntatem ſuam vniuerſalitatem hanc
verborum limitauit, declarauitque duabus
ſequentibus orationibus ſtatim appoſitis, in
quarum prima, quo ad domos hæreditarias
maſculos tantum in conditione poſuit, &
vocauit repetito termino diſtributiuo, ibi,
*caſu quo aliquis ex dictis ſuis filijs mori contigerit
ſine filijs maſculis &c. ſuccedant filij maſculi ſuperuiuentes in eius domibus, &c.* In altera fœminas
à filijs deſcendentes, quæ initio teſtamenti,
vt dicebam in vniuerſam prædecedentis hæ-
redis portionem vocatæ cenſeri poterant ſub
4 nomine hæredum, † & ſucceſſorum fœmi-
narum quoque comprehenſiuo in materia
indifferenti, *Auth. defuncto Cod. ad Tertull. Auth.
in ſucceſſione Cod. ſuis, & legitt. hæred. Celſus Hugo
conſ. 120. num. 45. & ſeqq. Rot. deciſ. 21. nu. 4. par. 1.
recent.* voluit eſſe vocatas ſolum, quoad medietatem
maſculis non exiſtentibus. Adeo
quod hæ poſteriores orationes non conſti-
tuunt, quoad deſcendentes à Teſtatore, ſiue
maſculos, ſiue fœminas caſus ſubſtitutionũ
independentes à prima vniuerſali, ſed cum
5 diſponant circa bona, † & perſonas in prima
vniuerſaliter comprehenſas ab illa pendere.
eidemque famulari dicendum eſt, *Rot. dec. 26.
nu. 3. & 4. deciſ. 433. nu 19. coram ſa. me. Greg. XV.*
& per conſequens etiam in tertia oratione
6 repetitum † cenſeri terminum diſtributiuum
in prioribus appoſitum, vt per *Surd. conſ. 21.
num. 10. conſ. 564. ſub num. 7. Menoch. conſ. 95. n. 83.
Mant. de coniect. lib. 6. tit. 13. num. 9. Peregr. de fideic.
art. 25. num. 30. verſ. attamen magis alioſque relatos
ab add. ad Buratt. deciſ. 282. ſub num. 19. verſ. item,
Rota deciſ. 237. num. 5. par. 5. recent.* tanto magis,
quia vtraque poſterior oratio adiecta fuit fa-
uore maſculorum, vt ponderat ſecunda deciſio, *§. eo magis.*

Gratis verò dicitur tertia oratio independens eo quod loquitur tantum de bonis, quæ Teſtatori ab eius Patre deuenerunt ponderatis verbis, *ibi, videlicet de bonis ſui Patris*, tum quia hæc quoque bona comprehendebantur

in

in prima vniuerſali ſubſtitutione, tum etiam quia verba mox adducta non referri ad Patrem Teſtatoris, ſed fœminarum ſucceſſionem prætendentium, ac ſi dictum fuiſſet, quod illi ſuccedant in medietate portionis ex hæreditate Teſtatoris ad earum Patrem delatæ demonſtrat, tàm natura relationis, † quę

7 regulariter † dirigitur ad proxima, & ſic ad Patrem fœminarum proximè nominatarũ, *iuxt.tex.in l.ſi ſeruus plurium §.vlt.in fin.ff.legat.1. Surd.conſ.271.num.68. Peregr.conſ.64.nu.1.lib.2. conſ.38. num.2. lib.5. Lauren.deciſ. Auenionen.37. num.2.verſ.ideo*, vbi loquitur in ſpecie de verbo *ſuis*, *Fuſar.conſ.174.num.19.* quàm ſubiecta materia; nam Teſtator nuſquam antea diſtinxerat bona propria à bonis paternis, quæ

8 per † aditionem hæreditatis propria effecta fuerant, nec aliqua diuerſitatis ratio ſuadere poteſt cur ſubſtitutionem fœminarũ reſtringere voluerit ad bona Patris ipſius Teſtatoris, quodque plus eſt in ipſa tertia oratione incœpit ab excluſione fœminarum indefinitè, *ibi, non poſſint eſſe hæredes*, vnde ſubſequens illarum vocatio adiecta per modum exceptionis, & limitationis indefinitè excluſionis, *ibi, niſi pro medietate* ad indefinitam Teſtatoris hæreditatem referenda eſt, vt exceptio ſit de

9 regula, † & ſecundum terminos regulæ intelligatur, vt debet *Calder.conſ.5.de iureiur.Rot. deciſ.144.num.6.deciſ.196.num.15.deciſ.391.n.14. par.1.recent.* Hinc non obſtat quod verbum

10 *ſuum* † in dubio referatur ad Teſtatorem, & cum ſit numeri ſingularis nõ conueniat plurium filiarum Patribus, quia primum procedit, vbi ex alijs de mente Teſtatoris non apparet, nec ratio ſubiectæ materiæ ſuadet relationem fieri ad perſonam hæredis, *Imol.in l.ex facto numer.1.ff.ad Trebell.Lauren.d.deciſ.37. Ser num.2.verſ.nec obſtat, Curt.Iun. conſ.71.nu.7. ſubaph.deciſ.553. num.7. verſ.& quamuis*, & ex eiſdem rationibus verbum ſuum prolatum

11 in numero ſingulari etiam pluraliter accipitur ex allegatis per *Barboſ.dict.397.n.7.*

Sed eſto quod tertia oratio non haberet neceſſariam dependentiam à prima, etiam de ſe ſumpta importaret diſtributiuam ſubſtitu-

12 tionem † reſoluendo ablatiuum abſolutum non extantibus maſculis in ſuas ſingularitates vt in fideicommiſſaria contenta in compendioſa ſolet ex præſumpta mente Teſtatoris, vt præter allegatos in deciſionibus voluit, *Fuſar.de ſubſtit.quæſt.473. num.81.& conſ.60. nu.18. Alex.Rauden.reſp.52.num.6. reſp.56.num.23.Rota penes Seraph.deciſ.1190. num.4. part.4.to.2.recent. deciſ.429. num.9.& ſeq.* Quæ opinio non habet

13 contradictorem † quando non ſupereſt perſona à Teſtatore prædilecta, vt in caſu no-

14 ſtro, quo reſolutio in ſingularitates † fit fauore deſcendentium maſculorum fœminis prædilectorum, & faciliùs admittenda eſt. Primò quia ſic euitantur duo, abſurda quę alias ſequerentur, alterum nempè quod fœminæ à medietate portionis paternæ excluderentur potiùs à remotiſſimo agnato tranſuerſali, quam à deſcendentibus maſculis, alterum quod fœminæ melioris eſſent conditionis exiſtentibus maſculis, quàm non exiſtentibus, nam dato caſu quod exiſterent fœminę ex vno filio Teſtatoris, nec ex alijs filijs maſculi adeſſent fœminæ, ſuccederent tantum pro medietate, ſuccederent vero in totum iuxtà ſenſum partis aduerſæ ſi ex alijs filijs adeſſent maſculi, ſemperque voluntas

15 Teſtatoris † eam recipere debet interpetrationem per quam abſurda euitantur, *Dec. conſ.433.num.17.circa fin.Surd.conſ.160.num.74. Rot.deciſ.215.nu.5. par.6.recent.& in Interamnen. Fideicommiſſi 6.Februarij 1645.coram R.P.D.meo Meltio.* Secundo quia Teſtator in fine ſubſtitutionis adiecit verba *videlicet de bonis Patris ſui*, quæ cum vt ſupra demoſtrabam referantur ad Patrem ipſarum fœminarum, ſicuti oſtendunt Teſtatorem ſenſiſſe de fœminis, cuiuslibet filij inſtituti ſic pariter arguunt ipſum intellexiſſe de maſculis cuiuslibet inſtituti vt optimè cõprobat *Deciſio coram Reuerendiſſ.D.meo Decano,§.prædictaque comprobantur*,

16 attenta præſertim dependentia † huius tertię orationis à prima diſtributiuè concepta, *Peregr.de fideicomm.art.13. num.63.Fuſar.de ſubſtit. q.473.num.134.Ruin.conſ.172. num.6.lib.2.Hond. conſ.60.ſub nu.30.lib.1.*

Non obſtat, quod accipiendo ſubſtitutionem diſtributiuè, tertia oratio eſſet contraria ſecundæ, quia ſcilicet in ſecunda Teſtator excluſiſſet fœminas à domibus tantum, & in tertia eaſdem excluſiſſet à medietate hæreditatis, nam aduertendum eſt, quod ſecunda excludit fœminas à domibus propter filios maſculos primi gradus dumtaxat, tertia verò excludit à medietate propter omnes maſculos cippi, & quatenus replicatur, quod ſic fœminæ in concurſu filiorum Teſtatoris habuiſſent exceptis domibus totam hæreditatẽ ſui Patris, at in concurſu nepotum, & deſcendentium ſolam medietatem; vndè melioris eſſent conditionis nepotes, ac deſcendentes, quam filij ipſius Teſtatoris: Reſpondetur non exindè reſultare aliquod inconueniens, dum Teſtator ſic voluit, & pluris fecit domos, quã dimidiam hæreditatis, ſeu veriùs filios maſculos primi gradus in ſecunda oratione ſubſtituit in domibus tantum non excluſiuè, ſed diſcretiuè ab alijs bonis de quibus diſpoſuit in tertia, & in quibus non ſolos maſculos primi gradus, ſed ipſos ſimul cum filiabus fœminis prædefuncti fratris pro dimidia vocauit promiſcuè cum alijs deſcẽdentibus maſculis ſub nomine collectiuo proximiorum de cippo, quod aptum eſt compræhendere etiam filios maſculos Teſtatoris, alioſque de-

17 ſcendentes, quia accipitur † effectiuè, & contentiuè, *Grat.diſcept.890. numer.4.Curt.Iun. conſ.172.num.3.Peregr.conſ.71. num.11.lib.3.conſil.58.num.9. lib.5.cum alijs allegatis in ſecunda de-*

18 *ciſione,§.quo vero*, non ſecus † ac accipitur nomen familiæ, *l.vlt,Cod.verb.ſignif.l.pronunciatio §.familia ff.eod.Bell.Iun.conſ.11.num.52.& 53.Peregr.conſ.42. num.5. lib.5*, cui † verbum cippus

19 æquiparat, *Fuſar.conſ.107.num.5.* non obſtante,

te quod proximiores Cippi vocentur non extantibus maſculis cum hæc verba intelligi poſſint diſtributiuè de non exiſtentia maſculorum fratris prædefuncti, iuxtà quem intellectum alij fratres maſculi, ſeù eorum deſcendentia maſculina appellatione Cippi continentur: quicquid dicendum eſſet ſi conditio nõ exiſtentiæ maſculorum ſumeretur collectiuè pro totius deſcendentiæ maſculinæ omnium filiorum teſtatoris non exiſtentia, & in hunc caſum teſtator ſuprà ſpecialiter diſpoſuiſſet,
20 In quibus terminis † nomine Cippus ſolos, traſuerſales venire dixit *Odd.conſ.66. numer. 90. & 91. Surd.conſ.241.n.28.& ſeqq.*

Ponderabat vlterius vnus ex Dominis, quod cum ſubſtitutio maſculorum in domibus tantum facta in ſecunda oratione caſu quo aliquis ex hæredibus inſtitutis decederet ſine filijs maſculis reſtringatur ad alios teſtatoris filios ſuperſtites, qui omnes prædeceſſerunt Ioanni de cuius portione hodiè agitur, ideò ſimus in caſu tertiæ orationis, quia re vera de tempore mortis Ioannis nulli extabant filij maſculi teſtatoris in præcedenti ſecunda oratione vocati, & ſubſtituti in domibus tantum, ac proindè purificata ſit vocatio fœminarum in portione patris pro dimidia, & pro alia dimidia proximiorum Cippi, quorum appellatione eo facilius continentur aliorum filiorum deſcendentes maſculi, quia de illis non fuit in ſecunda præcedenti oratione diſcretiuè diſpoſitum, ſed tantum de filijs maſculis primi gradus.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

CALAGVRITANA BENEFICIORVM.

Lunæ 17. Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

Appellatio ad vtrumque effectum admittitur quando quis fuit ab examinatoribus Synodalibus renunciatus habilis tantum ad ſimplicia, non autem ad curata. *Concil. Trident. ſeſſ.24.de reformat.cap.18.* prohibens appellationem ſuſpenſiuam à mala relatione examinatorum loquitur de Eccleſijs Parochialibus, nec procedit in beneficijs ſimplicibus. Motus proprius Clementis VIII. excludit appellationem quando fuit extraiudicialiter ad collationem deuentum, ſecus ſi iudicialiter fuit proceſſum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Diœceſis Calaguritanæ conferuntur ad præſcriptum Motus proprij felic. record. Clemen. VIII,*

2 *Ad examen fuiſſe iudicialiter proceſſum ex quibus probetur?*

3 *Appellatio à mala relatione examinatorum datur ad vtrumque effectum ſi quis fuit ab examinatoribus idoneus tantum ad ſimplicia denunciatus non autem ad curata.*

4 Concil.Trident. ſeſſ.24. de reformat. cap.18. *prohibens appellationem ſuſpenſiuam à relatione examinatorum loquitur ſolum de Parrochialibus, non autem de beneficijs ſimplicibus.*

5 *Motus proprius Clementis VIII. ſuper prouiſione beneficiorum Diœceſis Calaguritan. reijcit appellationem ſi ad collationem fuit extraiudicialiter deuentum, ſecus ſi iudicialiter fuit proceſſum.*

6 *Conſtitutiones Synodales attenduntur, quatenus ſunt in vſu, & à Summo Pontifice confirmatæ.*

7 *Attentata ſunt omnia geſta poſt appellationem interpoſitam.*

8 *Ex approbatione Examinatorum Vrbis detegitur grauamen illatum ab Examinatoribus de partibus.*

9 *Signatura admittens ſimpliciter appellationem reddit omnia medio tempore geſta attentata.*

10 *Approbatio ſeu renunciatio non trahitur ad futura, & ignorata.*

11 *Sequeſtrum apponitur ſiue poſſeſſio ſit vacans, ne fructus dilapidentur, ſiue ſit plena, quando eſt nulla & attentata.*

DECISIO CCCXXXVIII.

1 HAEC beneficia vt conferrentur † iuxta præſcriptum *motus proprij felic.record. Clementi VIII.* ſuper prouiſione beneficiorum Diœceſis Calaguritanæ emanati, Ordinarius publicauit ędicta, in quorum termino plures comparuerunt oppoſitores, & præuia probatione patrimonialitatis ſingulorum, lata fuit ſententia declarans eos eſſe legitimos oppoſitores, & ad examen admittendos, prout ſucceſſiuè fuerunt admiſſi, quę omnia cum
2 demonſtrent ad examen † proceſſum fuiſſe iudicialiter, *iuxta tex in cap.forus de verbor.ſignif. in cap.fin.de elect.in 6. & in his terminis dixit Rot. dec.515.num.1. coram ſan. mem. Gregor.XV. & in Calaguritana Beneficij de Cornago 14. Iunij & 19. Nouembris 1639. coram R.P.D. meo Ghiſilerio, & in alia ſimiliter de Cornago 24. Ianuarij 1642. coram R. P. D. meo Carillo, & in pluribus alijs deciſionibus relatis in Calaguritana beneficij de Lumbreras 20. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Ottbobono, §. quia ex publicatione.*

Licuit Michaeli de Gurrea quem Exami-
3 natores ad ſimplicia tantum † non autem ad curata idoneum renunciauerunt appellare ad vtrumque effectum, vt fecit à mala relatione Examinatorum, vt in puncto fuit deciſum *in Calaguritana Beneficij de Alexon 9. Febr. 1610. coram Sanctiſs. D. N. Innocentio Decimo in Calaguritana Beneficij de Guaccio prima Iulij 1611. coram ſan.mem.Gregor.XV. quæ eſt inter eius impreſſ. dec.515.num.2.in d.Calaguritana Beneficij de Cornago 24. Ianuarij 1642. coram R.P.D. meo Carillo & in d. Calaguritana beneficij de Lumbreras coram R.P.D. Ottbobono & tradit Gonz. ſuper reg.8.Cancellar.gloſſ.9.in adnot. contra nullit.nu.184.Garz.de benef.par.9.cap.2.num.24.*

Non obſtante diſpoſitione *Sac. Concil.Trid. ſeſſ.24.*

4 *ſeſſ. 24. de reform. cap. 18.* † prohibentis appella-
tionem ſuſpenſiuam à relatione examinato-
rum, ac ſupracitati Motus proprij Clemen-
tis VIII. continentis clauſulam *appellatione re-*
mota, ſeu Conſtitutionum Synodalium ap-
pellationem pariter prohibentium; quia Cõ-
cilium Tridentinũ loquitur de Eccleſijs Par-
rochialibus, nec procedit in beneficijs ſimpli-
cibus, qualia ſunt iſta vt diſtinguendo benè
aduertit *Gonz. de benef. in annot. contr. nullit. d. nu.*
185. Garz. de benef. d. cap. 2. num. 241. & ſeqq. Rot.
dec. 10. num. 1. par. 2. diuerſ. & in d. Calaguritana be-
neficij de Alexon coram Sanctiſſ. D. N. in Calagu-
ritana beneficij de la Braza 27. Maij 1641. coram
R. P. D. meo Peutingero, in Calaguritana beneficij de
Iecora 4. Decembris 1643. coram R.P.D. meo Ve-
roſpio, & in ſupracitatis deciſionibus Calaguritanis
coram RR. PP. DD. meis Carillo & Otthobono.
Motus autem proprius Clementinus excludit
5 appellationẽ † quando ad collationem deuen-
tum fuit extraiudicialiter ſecus ſi iudicialiter
fuit proceſſũ vt declarauit *Rot. in Calagurit. Bene-*
ficij 23. Iunii 1645. §. nec viſum fuit corã R.P.D. meo
Arguelles, eademque diſtinctione tollitur obie-
6 ctum conſtitutionum Synodalium † quate-
nus ſint in vſu & à Summo Pontifice confir-
matæ, vt reſpondit *Rot. in Calaguritana S. Ioan-*
nis de Molinar 3. Iulij 1643. coram recol. mem. Coc-
cino tunc Sac. Rota Decano, & in alijs relatis in di-
cta Calaguritana Beneficii de Cornago §. quia diſpo-
ſitio coram R.P.D. meo Carillo.
Hinc ſequitur, quod mandatum de præ-
ſentando, præſentatio, inſtitutio & quid quid
aliud infra decẽdium à die relationis Exami-
natorum, & poſt appellationem ab ea inter-
7 poſitam geſtum fuit † attentati vitio ſubiaceat
cap. non ſolum de appellat. in 6. Lancell. de attent. ap-
pellat. in 6. Lancell. de attent. appellat. penden. cap. 12.
limit. 49. per tot. Rot. dec. 488. num. 3. par. 3. dec. 613.
num. 1. par. 4. recent. & in puncto *in dictis Calagu-*
ritanis ſupra allegatis, quæ recenſentur in dicta Ca-
laguritana Beneficij de Lumbreras §. & propterea &
§. ſeq. coram R.P.D. meo Otthobono, & in eadem 4.
Iulii 1646. coram eodem, maximè quia appella-
tio eſt iuſtificata, cum appellans fuerit ab Exa-
minatoribus Vrbis renunciatus habilis ad cu-
8 rata, † qui eſt modus docendi de grauamine
illato ab Examinatoribus de partibus in refe-
rendo ſolum habilem ad ſimplicia *Rot. deciſ. 8.*
de probat. in non. deciſ. 527. num. 2. & deciſ. 538. n. 2.
coram ſan. me. Gregor. XV. & in Calaguritana San-
cti Ioannis de Molinar 15. Iunii 1612. coram bo. me.
Coccino in Calaguritana Beneficij de Cornago 19.
Nouembris 1638. coram R.P.D. meo Ghiſilerio, in
Calaguritana Beneficii de la Braza 27. Maii 1641.
coram R.P.D. meo Peutingero. Et amplius quia
ſuperuenit reſcriptum Signaturæ Iuſtitiæ ſim-
pliciter cauſam appellationis committens,
9 quod † vi retrotractionis ad diem interpoſi-
tæ appellationis efficit attentatum quid quid
medio tempore geſtum fuit *Rot. in recent. dec.*
305. num. 19. par. 6. deciſ. 96. num. 4. deciſ. 240. nu. 3.
coram Reuerendiſſ. Vrgellen. & in Cremonen. Præpo-
ſitura 27. Iunii 1644. coram R.P.D. meo Corrado,
cum alijs allegatis in dicta Calaguritana Beneficii de
Lumbreras coram R.P.D. meo Otthobono, & in alia
Calaguritana Beneficii coram R. P. D. meo Ar-
guelles.

Non obſtat prætenſa comparitio Michaelis
ſub die 10. Maij 1647. per quam prætenditur
approbatum examen & renunciatum appel-
lationi, quia illa non continet niſi ſimplicem
declarationem Michaelis, quod pro ſecundo
beneficio nõ intendebat ingredi nouum exa-
men, ex quo ſufficiebat examen factum pro
primo: vnde eſto quod inferri poſſet ad ap-
probationem examinis facti ad effectum, vt
inſeruiat etiam pro ſecundo beneficio, non
tamen reſultat approbatio relationis Exami-
natorumque nondum emanauerat & ſecuta
fuit triduo poſt, quamque illaturam graua-
men Michael diuinare non poterat; imo fa-
uorabilem ſperabat, prout fauorabilem obti-
nuit ab Examinatoribus Vrbis, quia approba-
10 tio ſeu renunciatio † non trahitur ad futura,
& ignorata; *Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres n. 11.*
ff. verb. oblig. & ibid. Alex. num. 27. Iaſ. num. 21. Ca-
pra conſ. 103. num. 5. Tob. Nonius conſ. 42. num. 21.
Ceph. conſ. 455. num. 81. Peregr. de fideic. art. 52. nu-
mer 20. Surd. conſ. 418. num. 10. Rot. dec. 485. nu. 3.
par. 2. recent.
Ex his corollarie ſequitur, quod ſit appo-
11 nendum ſequeſtrum, † cui locus eſt, ſiue
poſſeſſio horum beneficiorum ſit vacans ne
interim illorum fructus dilapidentur *iuxt. text.*
in cap. olim de reſcr. vbi Felin. num. 1. Abb. in cap. 2.
num. 14. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Archid. in cap. quia
res num. 9. verſ. quod ſi duo 11. quæſt. 1. Seraph. deciſ.
143. num. 5. Buratt. dec. 900. num. 1. ſiue fuerit ex-
aduerſo apprehenſa, quia cum apprehendi nõ
potuerit niſi poſt interpoſitam, vt ſupra ap-
lationẽ tanquam attentata venit ſequeſtrãda,
de ſtylo Rotæ de quo teſtatur *Caſſad. dec. 3. n. 6.*
de reſt. ſpoliat. Caputaquen. dec. 157. par. 3. Cæſar de
Graſſ. dec. 2. num. 1. de appellat. Reuerendiſſ. Vrgellen.
dec. 414. num. 4. Garz. de benef. par. 9. cap. 4. num. 22.
& in his terminis fuit deciſum *in cauſis Cala-*
guritanis ſuperius allegatis coram RR.PP.DD. meis
Arguelles & Otthobono.

Ideo propoſito per me hodie dubio ân cõſtet de attentatis, ita vt ſit apponendum ſequeſtrum affirmatiuè reſponſum fuit informãte ſolum Michaele, aduerſarijs tamen pluries citatis.

MONTIS CASSINEN. PAROCHIALIS.

Lunæ 17. Februarij 1648.

ARGVMENTVM.

In ſummariſſimo Iudicio manutentionis exhibitio tituli nec etiam in beneficialibus eſt neceſſaria, & contraria procedunt in Tribunalibus ſecularibus, quæ cum ſe interponant ad coadiuuandos prouiſos à Papa, vel ab Ordinario, conſequenter etiam titulum exhiberi expoſcunt. Manutentio, quando ius commune non reſiſtit, ſed ſolum quædam præſumptio, tunc conceditur poſſeſſori. Executor mixtus tenetur aſſumere partes Iudicis, & mi-

& mixtus efficitur Iudex ſtante clauſula *Dummodo, &c. & Amoto &c.*

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio non poſſidente ſuffragatur ad obtinendam manutentionem.*

2 *Amplia etiam abſque diſcuſſione, vel exhibitione tituli, quæ in ſummariiſſimo manutentionis neque in beneficialibus neceſſaria eſt.*

3 *Et contraria forſan procedunt in Tribunalibus ſecularibus, quæ cum ſolũ ſe interponant ad coadiuuandos prouiſos à Papa, vel ab Ordinario conſequenter tituli exhibitionem expoſcunt.*

4 *Beneficium dicitur ſeculare, quod Clerico ſeculari ſolet in titulum conferri, non attento an collator ſit ſæcularis, vel regularis.*

5 *Titulus etiam in ſummariiſſimo poſſeſſorio requiritur, quando ius reſiſtit.*

6 *Eccleſiæ omnes exiſtentes in Territorio Epiſcopi ad eum ſpectant.*

7 *Abbas regularis poteſt habere in Territorio Epiſcopi collationem beneficiorum ſecularium.*

8 *Aſſiſtentia Iuris pro Epiſcopo non impedit quominus aduerſus prætendentem ſe de aliquo beneficio prouiſum dari debeat manutenentio.*

9 *Pro manutentione obtinenda aliud eſt poſſidere Iure communi reſiſtente, & prohibente quaſi poſſeſſionem, aliud eſt poſſidere aduerſus quandam præſumptionem Iuris, quod non vetat eiuſdem Iuris quaſi poſſeſſionem, nec vehementer ei reſiſtit.*

10 *Beneficia ſecularia à ſecularibus poſſideri debent.*

11 *Parochiales ex diſpoſitione* Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18. *prouidentur per concurſum, quam diſpoſitionem ſub decreto irritanti ſeruari mandauit ſan. mem. Pius V. in conſtit. 13. inter eius impreſſ. Bullar. tom. 2.*

12 *Decretum irritans inficit titulum & poſſeſſionem.*

13 *Manutentio in poſſeſſionem beneficii danda eſt poſſeſſori non attento an Abbas illud conferre potuerit per concurſum, cum huiuſmodi exceptio ſit in petitorio diſcutienda.*

14 *Iudex nulliter procedens non priuat poſſeſſorem ſua anteriori poſſeſſione, in qua venit manutenendus.*

15 *Et nulliter proceſſiſſe dicitur non citato poſſeſſore.*

16 *Intruſus eſt etiam citandus, niſi ex actis conſtet de notoria intruſione, nullamque prorſus competere defenſionem.*

17 *Executor merus exiſtente poſſeſſore, tenetur eum citari facere.*

18 *Executor mixtus debet partes Iudicis aſſumere, & procedere ſeruatis ſeruandis.*

19 *Clauſulæ* Dummodo de tẽpore datę præſentium non ſit alteri ius quæſitum; necnon Amoto quolibet illicito detentore, *faciunt executorem mixtum.*

DECISIO CCCXXXIX.

IN poſſeſſione Parrochialis Eccleſiæ ſub inuocatione S. Martini ad Iudaicam dixerunt Domini dandum eſſe mandatum de manutenẽ Don de Franciſco Salſello prouiſo ab Abbate Montis Caſſini, quia ille ſe poſſidere ptobauit per publicum inſtrumentum appre-
1 henſionis poſſeſſionis † quod niſi exaduerſo probetur tunc alium poſſidiſſe ſuffragatur ad obtinendam manutentionem, *l. prædia vbi notant omnes ff. acq. poſſ. Rot. penes Greg. XV. dec. 138. num. 1. penes Coccin. deciſ. 14. num. 5. & alias ſæpiſſimè.*

Abſque alia diſcuſſione vel exhibitione ti-
2 tuli, † quæ in hoc ſummariiſſimo iudicio neque in beneficialibus neceſſaria eſt ne liceat cuicumque poſſeſſores moleſtare, *Abb. in cap. in litteris num. 27. de reſt. ſpoliat.* quem ſecuta eſt *Rota deciſ. 212. num. 8. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 13. num. 3. & ſeqq. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* vbi reſpondetur omnibus contrarijs & dicitur
3 illa forſan procedere † in tribunalibus ſecularibus, quæ cum ſolum ſe interponant ad coadiuuandos prouiſos à Papa aut ab Ordinario conſequentèr etiam titulum exhiberi expoſcunt *deciſ. 698. num. 3. part. 2. recent. dec. 242. numer. 16. inter impreſſ. apud Cinc. de cenſib. dec. 328 num. 8. deciſ. 402. nu. 10. & 11. deciſ. 589. apud Moder. de manuten.* & fuit dictum *in Montiſalti Beneficij 18. Maij 1646. §. itaque coram me.*

A qua receptiſſima concluſione non poteſt in caſu noſtro recedi eo quod cum agatur de
4 de beneficio ſeculari, quale dicitur † quod Clerico ſeculari ſolet in titulum conferri non attento an collator ſit ſecularis, vel regularis, *Felin. in cap. in noſtra ſub num. 44. de reſcr. Gonzal. ſuper reg. 8. Cancell. gloſſ. 8. numer. 38. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 34. num. 7.* ius reſiſtat collatio-
5 ni † de eo factæ ab Abbate Montis Caſſini ad *tex. in cap. omnes Baſilicæ 17. quæſt. 7.* ac tradita per *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 21. nu. 1.* & propter iuris reſiſtentiam in ſummariiſſimo poſſeſſorio tequiritur titulus ſaltem idoneus ad præſcribendum *cap. cum perſonæ de priuileg. in 6. Couarr. prat. quæſt. cap. 17. num. 6. verſ. ſecundo oportet, & verſ. quarto non ſic Guttier. prat. quæſt. lib. 3. q. 19. num. 11. Grat. diſcep. 870. num. 15. & ſeqq. Rot. deciſ. 646. nu. 9. apud Moder. de manuten.*

Quia licet ſecundum priorum canonum regulam omnes Eccleſiæ in eius Epiſcopi po-
6 teſtate conſiſtant, † in cuius territorio ſunt, vt habetur in *d. cap. omnes Baſilicæ*, exindè non
7 prohibetur quin etiam Abbas regularis † habere poſſit in eodem territorio collationem beneficiorum ſecularium, vt poſt Abbatem, & alios ibi allegatos dixit *Rot. deciſ. 578. ſub n. 2. verſ. nam eſto par. 1. recent. Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 34. num. 8.* ſed ſolum reſultat iuris aſſi-
8 ſtentia pro Epiſcopo, quæ non impedit, † quominus aduerſus priuatum, nempè Io: Baptiſtam Martuccium de hoc ipſo beneficio ſe prouiſum prætendentem dari debeat manutentio *Abb. in cap. 1. num. 4. vt lit. penden. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 11. ſub num. 46. verſ. qua propter*
9 vbi ait aliud eſſe poſſidere † iure communi reſiſtente, & prohibente quaſi poſſeſſionem, aliud poſſidere ius aliquod aduerſus quamdam præſumptionem iuris quod non vetat eiuſdem iuris quaſi poſſeſſionem, nec vehementer ei reſiſtit, *Seraph. deciſ. 970. numer. 5. deciſ. 1047. num. 10. Burat. deciſ. 222. num. 9. Rot. inter recent. deciſ. 752. num. 5. par. 2.* cum alijs allegatis *à Moder. Peruſino de manut. obſer. 44. num. 56. & ſeqq.*

ſeqq. Præter quod verſamur extrà terminos huius quæſtionis, quæ forſan caderet, ſi ageretur de manutenendo Abbate in quaſi poſſeſſione conferendi beneficium ſeculare exiſtens in Diœceſi alterius Epiſcopi, at beneficium hoc ſitum eſt in territorio Montis Caſſini, & agitur de manutentione Clerici ſecularis illud poſſidentis, cui nullatenus ius reſiſtit, imò fauet cum beneficia ſecularia à ſe-
10 cularibus † poſſideri debeant *cap.cum.de beneficio de præben.in 6.Menoch.de arbitr.caſ.*201.*n.*86. *&* 87. *Gonz. ſuper reg.*8.*gloſſ.*7. *numer.*6.*Aegidius deciſ.*172.

Nec paritèr reſiſtit poſſeſſioni Salſelli diſpoſitio *Sacri Concil.Trident. ſeſſ.* 24. *de reform.*
11 *cap.*18.†mandatis prouiſiones Parrochialium fieri præuio concurſu, quam diſpoſitionem *ſan.mem.Pij V.in conſtitutione* 13.*inter eius impreſſ. Bullar.tom.*2. mandauit ſeruari ſub decreto ir-
12 ritanti quod† inficit titulum,ac poſſeſſionem eius vigore ſubſecutam, *Mant.deciſ.*40. *num.*8. *recol.mem.Cocc.dec.*51.*num.*4. *Rot.inter recent. deciſ.*48.*num.*2. *&* *ſeqq. par.*5. Nam Salſellus fuit prouiſus præuio concurſu per Abbatem Montis Caſſini tamquam loci Ordinarium ; an autem idem Abbas potuerit indicere con-
13 curſum, † & beneficium conferre videndum erit in prætorio, & interim danda eſt manutentio Salſello poſſeſſori, *Menoch. de retin. remed.*3.*num.*723.*Lotther.de re benef. lib.*1. *quæſt.*33. *num.*23.*&* *lib.*5.*quæſt.*45.*num.*38. *Seraph.dec.*287. *num.*4.

Non obſtat poſterior poſſeſſio iudicis authoritate capta à Martuccio aduerſario, quia
14 cum Iudex nulliter proceſſerit, † non priuauit Salſellum ſua anteriori poſſeſſione, in qua proptereà venit manutenendus, *Felin.in c. dilectus il primo ſub num.*1.*verſ.fallit ſecundo de reſcr.ſan.mem.Greg.XV. dec.*9.*num.*8.*deciſ.*46. *nu.*5. *deciſ.* 105. *num.* 5. vbi allegat concordantes *Mart.Andr.deciſ.* 1. *numer.* 6. Et nullitas eſt eui-
15 dens,† quia proceſſit non citato Salſello poſſeſſore vt debuit *iux.tex.in cap.licet Epiſcopus de præben.in* 6.*l.fin.C.ſi per vim,vel alio mod.Menoch. de recuper.remed.*1.*num.*111. *Rot.dec.*172. *&* 412. *vtrobique num.*3. *par.*4. *diuerſ.* quamuis (quod negatur) Salſellus eſſet intruſus, quia etiam
16 intruſus † eſt citandus, niſi ex actis conſtet de notoria intruſione, nullamque prorſus competere defenſionem, *Franc.in cap.ex ratione num.*29.*de appellat.Gabr.conſ.*31.*num.*20. *lib.*2. *Rot.deciſ.*234.*nu.*1.*apud Moder.de manut. dec.*211. *numer.*1.*par.*2.*recent.deciſ.*187.*nu.*1. *par.*3. *recent.*
17 vbi dicitur quod etiam mærus † executor quando adeſt poſſeſſor tenetur eum citari facere.
18 Quo magis ergò executor mixtus, † qui debet partes Iudicis aſſumere, & procedere ſeruatis ſeruandis *Felin.in cap.de cætero numer.*9. *de re iudic.Card.conſ.*75.*num.*1.*Mohed.deciſ.*7.*n.*5. *de reſt.ſpoliat. Acchill.deciſ.*6.*num.*5.*ſuper reg. de trirennali Seraph.deciſ.*1056.*nu.*2. *Rot.inter recent. deciſ.*51.*num.*9.*part.*7. qualem fuiſſe eum, à quo in executionem litterarum Apoſtolicarum aduerſarius obtinuit immiſſionem conſtat, quia in dd.litteris adeſt clauſula *dummodo de tempore præſentium alicui non ſit ius quæſitum, necnon amoto quolibet illicito detentore*, quæ clauſulæ efficiunt, vt executor non ſit mærus,
19 ſed † mixtus vt de prima tradit *add. ad Gregor.XV.deciſ.*413.*ſub num.*4. *circa fin. Rot. coram eod.Greg.XV.deciſ.*91.*numer.*2.*coram bon. memor. Buratt.deciſ.*651. *num.*4. *&* 6. *&* *in Nullius, ſeù Baren.Beneficij* 20.*Martij* 1626.*coram Reuerendiſs. Vrgellen.in Piſtorien.Theſaurariæ* 31.*Ianuarij proximi præteriti coram R.P.D.meo Ghiſilerio, & de altera Caualer.deciſ.*478.*num.*4. *Buratt. deciſ.*746. *num.*6.*&* 7.

Et ita deciſum vna tantum Parte Informante præuijs tamen pluribus citationibus aduerſarij.

LEODIEN. PECVNIARIA.

Lunæ 2.*Martij* 1649.

ARGVMENTVM:

Sententia lata afficit Capitulum, ſi fuit obtenta præuia citatione executa contrà Secretarium eiuſdem Capituli, & præuia comparitione legitimi Procuratoris à dicta ſententia appellantis, per quam appellationem, ſententiam, ac omnia acta fecit ſua. Debitum ſemel agnitum non poteſt amplius impugnari.

SVMMARIVM.

1 *Sententia declarationem recipit ex actis, & commiſſio, ex proſecutis.*
2 *Citationem fuiſſe contrà aliquem executam probatur ex relatione executoris, cui tanquam de re ad eius officium ſpectante plena fides adhibenda eſt.*
3 *Sententia, vt afficiat Capitulum, ſufficit quod legittimus Procurator ab ea appellauerit, quia appellando ſuam fecit ſententiam, & omnia acta per prius geſta.*
4 *Approbatio omnium in ſcriptura contentatorum reſultat ex illius ſubſcriptione.*
5 *Debitum agnitum per accollationem, & ſolutionem partis non poteſt amplius impugnari.*
6 *Accollatio debiti operatur, vt in accollantem tranſeat obligatio, ac ſi ab initio debitum ab eo fuiſſet contractum, ac primordium obligationis in eo inchoatum.*
7 *Per contradictas proceditur conſtito in actis de obitu Procuratoris in Curia, quamuis non fuerit intimatus principali.*
8 Deciſ.Bellamer.494.*quæ contrà ſupradictam cõcluſionem facit in contrarium non ſeruatur in praxi.*

DECISIO CCCXL.

FERRETVR vt ſententia condemnatoria trium ordinum, quos ſtatus vocant Ciuitatis Leodij ad ſolutionem florenorum 18650.dum inſtabant hæredes Antonij Roſmarin, à quo eadem & maior ſumma mutuata fuerat olim Principi Erneſto, cuius poſtmodum debita dd. tres ordines accolla-

runt, vt latius narrat prima deciſio edita in hac cauſa ſub die 28. Iunij 1647. coram me. comparuit aſſertus procurator cum inſufficienti mandato Cleri alterius ex dd. Or ſinibus negando Clerum vtpotè in prioribus inſtantijs non citatum affici ſententijs ſuper hoc ipſo credito in partibus latis, quarũ in gradu appellationis petitur confirmatio; comparuit paritèr Gerardus Meitz tanquam procurator ſtatus ciuium.

Qua propter conceſſa noua audientia aduerſus primam deciſionem poſui hac die cauſam ſuper eiſdem, & ex eiſdem Domini ſteterunt in deciſis: nam obiectum ex parte Cleri mox excitatum facti ſeries euertit, cùm tam ſententiæ de partibus, quam commiſſio, & citatio, cuius vigore emanarunt loquantur explicitè de ſtatibus, ſeù Ordinibus patriæ Leodienſis, quorum appellatione tres venire, & ſic etiam Clerum, niſi aliud exprimatur teſtantur conciues eiuſdem Patriæ in fide extraiudiciali data in Summ. hæredum num. 2. idque clariùs apparet in caſu noſtro declarando
1 ſententias † ex actis vt debet *l. hac ſententia C. ſent. quæ ſine cert a quant. l. ait prætor §. primo §. re iudic. Caſtr. conſ. 91. numer. 12. lib. 1. Rot. deciſ. 207. num. 6. coram Reuerendiſſimo Vrgellen.* nec non commiſſionem ex proſecutis vt paritèr debet *Pariſ. conſ. 112. num. 55. libr. 1. & conſ. 113. num. 7. lib. 4. Roland. conſ. 79. num. 37. lib. 1. Menoch. conſ. 521. numer. 7. & in tract. de recuper. remed. 1. num. 177.*

Ex actis enim; & proſecutis apparet quod citatio præſentata fuit Secretario Capituli, & Secretarijs aliorum duorum Statuum, vt te-
2 ſtatur ipſe executor, † cui de hoc quia pertinet ad eius officium adhibetur fides *gloſſ. in cap. cum parati verſ. ſuus Nuncius de appell. & in cap. prudentiam verb. per certum Nuncium de offic. deleg. Mandoſ. conſ. 96. num. 10. Put. deciſ. 187. lib. 3.* Item quod in Congregatione, & coadunatione omnium ſtatuum deputatus fuit ſpecialis Procurator ad hanc cauſam, idemque pluries comparuit, & à ſententia lata interpo-
3 ſuit appellationem, quæ † modo pendet in Rota, vt latè habetur in Summ. hæredum ſub num. 1. itaut dubitari non poſſit quin ſententia afficiat Capitulum, cum ad hunc effectum ſufficeret, quod legittimus Procurator Capituli ab ea appellauerit, quia appellando ſuam fecit ſententiam; & omnia acta per prius geſta *Acchill. deciſ. 13. de appellat. Put. deciſ. 71. lib. 3. Rot. in recent. deciſ. 98. par. 5.* & alijs relatis *per add. ad ſan. memor. Greg. XV. deciſ. 259. num. 8.*

Et de cætero iuſtitia ſententiarum euidens eſt, quia debitum Principis Erneſti probatur ex ſolidatione computorum, & apocis
4 priuatis munitis illius ſubſcriptione, † quæ operatur omnium ibidem contentorum approbationem *l. ſicut §. non videtur, & ibi Bart. num. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluat. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus numer. 12. ff. verb. oblig. Felin. conſ. 2. numer. 19. Menoch. præſump. 66. nu. 7. libr. 3. Gabr. eod. tract. concluſ. 3. num. 1. & ſeqq. Rot. coram bon. mem. Buratt. deciſ. 750. numer. 1. & inter impreſſ. poſt Pacif. de Saluian. deciſ. 262. nu. 8.*

Idemque debitum agnouerunt tres ſtatus, ex quo illius ſolutionem in ſe aſſumpſerunt;
5 imò & partem ſoluerunt, † vt comprobat prima deciſio: adeò quod impugnare hodiè non poſſint, quod ſemel approbarunt *l. obſeruare §. vlt. ff. offic. proconſ. Becc. conſ. 6. nu. 18. & 19. Surd. conſ. 405. num. 34.* ſed quod ſupereſt debiti ſoluere teneantur in vim prædictæ aſſum-
6 ptionis, † per quam in ipſos obligatio tranſit, ac ſi à principio contraxiſſet; & primordium obligationis in eis inchoaſſet, vt præter allegatos in prima deciſione dixit, *Rot. deciſ. 533. num. 1. deciſ 547. num. 1. & ſeqq. verſ. et in terminis apud. Cinc. de cenſib. deciſ. 81. nu. 1. & 2. apud Zacch. de oblig. camer.*

Et ità deciſum informantibus ſolum hæredibus Antonij creditoris, aduerſarijs propter obitum Gerardi Meitz procuratoris in Curia à Statu Ciuium, vt ſupra conſtitutis citatis per audientiam contradictarũ, vt in eum caſum
7 ſolet conſtito in actis de obitu † procuratoris quamuis obitus non fuerit intimatus principali, *Rot. deciſ. 191. ſub num. 6. par. 2. recent.* vbi di-
8 citur *deciſ. Bellam. 494.* † quæ in contrarium facere videtur non ſeruari in praxi *add. ad ſan. mem. Greg. XV. dec. 430. nu. 8.*

ROMANA SOCIETATIS OFFICII.

Veneris 13. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Societas officij dicitur ſuperlucrata, non obſtante quod debitor fideiuſſorem non præſtitit, nam iſte defectus adimplenti cenſetur tacitè remiſſus per receptionem fructuum ſecundi ſemeſtris, etiamſi fructus à creditore fuerunt non ſimplicitèr, ſed cum præſeruatiua *ſenza pregiuditio della Sigurta* recepti, nam talis præſeruatiua operatur, vt creditor etiam in ſemeſtri, cuius fructus recepit, agere valeat contrà debitorem ad præſtationem fideiuſſionis, alias recedere à contractu reſtitutis fructibus receptis, ſed niſi agerit militat abſoluta voluntas remittendi implementi defectum.

SVMMARIVM.

1 *Mora quicquid ſit ad effectum euitandi pœnam contrahitur reſpectu lucri captandi etiam abſque aliqua interpellatione.*

2 *Lucrum ex contractu facere nequit, qui contractum non adimpleuit.*

3 *Societas dicitur ſuper lucrata etiamſi promiſſio fideiuſſoris non ſit præſtita, ſi defectus adimplenti tacitè, vel expreſſe fuit à creditore remiſſus, cum datio fideiuſſoris non ſit de ſubſtantia contractus ſocietatis.*

4 *Et talis defectus cenſetur remiſſus per receptionem fructuum pro tempore, quo fuerunt recepti, itaut deceden-*

decedente creditore. Debitor ſocietatem ſuperlucratur, ac ſi adimpleuiſſet.

5 *Societas, vt dicatur ſuperlucrata per receptionem fructuum, non obſtante, quod debitor fideiuſſorem promiſſum non praſtitit, valdè differt fructuum receptio primi, vel ſecundi ſemeſtris.*

6 *Fructuum receptio primi ſemeſtris non ſuffragatur debitori, quamuis creditor intra primos ſex menſes decedat.*

7 *Ratio diuerſitatis eſt, quia dans pecunias paciſcendo quod debitor fideiuſſorē praſtet voluit ſibi præcauere in futurum, vt adueniente ſecundo ſemeſtre eſſet tutus, alias non contraxiſſet, & nu. 9.*

8 *Adimplementum ſequi debet poſt contractum, & impoſſibile eſt, vt eodem momento oriatur promiſſio, & mora.*

9 *Ex fructuum receptione primi ſemeſtris reſultare non poteſt promiſſio implementi nondum purificati, & moræ hactenus contracta.*

10 *Ad ius de futuro cum remiſſio expreſſa non extendatur multominus extenditur tacita.*

11 *Societas dicitur ſuperlucrata per obitum creditoris per receptionem fructuum ſecundi ſemeſtris etiam ſi debitor non adimpleuit in præſtando fideiuſſorem, nam mora adimplendi per debitorem contracta, cenſetur per dictam receptionem remiſſa.*

12 *Creditor recipiendo fructus ſocietatis ſecundi ſemeſtris cenſetur in neceſſarium antecedens voluiſſe ſocietatem continuare attento adimplemento debitoris, qui ex tunc acquiſiuit potentiam lucrandi in caſu mortis alias fructus ſine vſuraria prauitate percipi non potuiſſent.*

Fructus ſocietatis officij nonniſi ratione periculi mortis licitè percipiuntur.

13 *Creditor ſocietatis officij fructus ſecundi ſemeſtris non ſimpliciter, ſed cum præſeruatiua* ſenza pregiuditio della ſigurta *recipiens, an per d. præſeruatiuam cenſetur voluiſſe adimplementum fideiuſſionis remittere.*

14 *Dicta enim proteſtatio præſeruat ius proteſtanti excipiendi de non implemento.*

Clauſula ſaluo Iure *eſt de ſui natura præſeruantia d.num.14.*

15 *Clauſula præſeruatiua iurium non dicuntur contraria facto, nec factum deſtruunt, ſed mentem, animumque declarant.*

16 *Fructus ſocietatis officij recipiens cum præſeruatiua iurium intelligitur illos recipere dummodo debitor præſtet fideiuſſores promiſſos.*

17 *Fructuum receptio cum præſeruatiua non contradicente debitore limitari debet ad limites proteſtationis.*

18 *Fructus ſocietatis officij ceſſante periculo amiſſionis ſortis lucrari non poſſunt.*

19 *Societas officij per receptionem fructuum lucratur non obſtante quod illos creditor cum præſeruatiua receperit, cum dicta præſeruatiua ſolum operetur, vt creditor agere poſſit pro præſtatione fideiuſſoris, vel recedere à contractu reſtitutis fructibus pro rata temporis, quo contractus ſocietatis non ſubſiſtit.*

20 *Dominus directus ſi poſt moram incurſam recepit ab emphiteuta fructus ſiue canones, dicitur velle in locatione perſeuerare, & moram remittere, quamuis illos cum præſeruatiuâ receperit, & redditur ratio.*

21 *Contraria procedunt in terminis ſolutionis fructuum decurſorum.*

22 *In ſocietatum officiorum contractibus pactum præſtandi nouum fideiuſſorem artificiosè apponi ſolet, ne eueniente caſu fiat locus lucro pecuniarum illos recipiendo cum præſeruatiua* ſine præiudicio fideiuſſoris.

23 *Vſuris præcludendus eſt aditus.*

DECISIO CCCXLI.

OBIISSE de anno 1644. Equitem Ludouicum Pompilium, ſuper cuius vitæ periculo currebat ſocietas officij ſcut. 500. cumque vſque ad diem obitus fuiſſe ſatisfactum de fructibus ſocietatis eſt in confeſſo apud partes, ſed nihilominus ne ſocietas eſſet ſupperlucrata videbatur efficere mora debitoris in adimplendo ex parte ſua contractum, quia non præſtitit fideiuſſorem in primo inſtrumento promiſſum, nec renouauit alium, vt promiſerat in ſecundo, quæ mora quid-
1 quid ſit † ad effectum euitandi pœnam contrahitur reſpectu lucri captandi etiam abſque aliqua interpellatione, cum non poſſit facere
2 lucrum ex contractu, qui † contractum non adimpleuit *l. Iulianus §. afferri ff. act. empt.* & in terminis *Zacch. de ſociet. offic. nu. 445. Grat. diſcep. 137. num. 8. diſcep. 143. nu. 49. & ſeqq. diſcept. 301. num. 11. nu. 12. & 35. Seraph. deciſ. 225. num. 1. & nu. 4. Rot. in Romana Societatis Officij 6. Iunij 1639. coram bon. mem. Piroſano, & in Piſaurien. Societatis Officij 30. Maij 1639. coram R. P. D. meo Rojas.*

Cæterum hoc non obſtante dubium per me hodiè propoſitum an ſocietas fuerit ſuperlucrata, fuit affirmatiuè reſolutum, quia
3 defectus implemēti † potuit à creditore tacitè, vel expreſsè remitti, cum datio, ſeù præſtatio fideiuſſoris non ſit de ſubſtantia contractus ſocietatis *Grat. diſcep. 302. num. 14. & 15. Rot. inter impreſſ. apud Zacch. de ſociet. off. deciſ. 1. num. 8. & 9. deciſ. 074. num. 4. coram bon. mem. Burratto, & in Romana Societatis Officij ſcut.* 1000. 5. *Iulij 1627. coram bon. mem. Merlino,* & cenſetur remiſſus per
4 receptionem fructuum † pro tempore, quo fuerunt recepti, itaut decedente intra illud perſona periculo deſtinata, debitor ſocietatem ſuperlucretur, ac ſi adimpleuiſſet *Hond. conſ. 38 ſub num. 5. lib. 1. Caſtracan. de ſociet. off. cap. 57. ex num. 15. Zacch. eodem tract. nu. 257. Grat. diſcep. 301 num. 36. diſcep. 302. num. 6. Rot. deciſ. 113. numer. 6. par. 1. diuerſ. deciſ. 674. num. 7. coram bon. me. Buratto & in Romana Societatis Officij 15. Maij 1645. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in alia Romana Societatis Officij 14. Ianuarij proximi præteriti coram R. P. D. meo Otthobono.*

Et in hoc differt receptio fructuum primi,
5 vel vlterioris † ſemeſtris: primi enim non
6 ſuffragatur debitori † quamuis perſona periculi intra primos ſex menſes decedat vt tradit *Grat. diſcep. 301. num. 17. & 18. & nu. 31. Scacc. de camb. §. 1. qu. 1. num. 364. & 369.* & dixit *Rot. dec. 5*

num.2.& ſeqq.apud Zacch.de ſociet. offic. ratio di-
7 uerſitatis eſt, † quia dans pecunias paciſcendo
quod debitor fideiuſſorem præſtet, voluit ſibi
præcauere in futurum, vt adueniente ſecundo
ſemeſtri eſſet tutus, nec alias fuiſſet contracturus:
cumque fructus primi ſemeſtris receperit
anticipatè in ipſo limine contractus ſocietatis,
& ſic de tempore, quo nondum officialis,
ſeu debitor diei poterat moroſus in
adimplendo quippe quod implementum ſe-
8 quidebebat † poſt contractum, & impoſſibile
eſt, vt eodem momento oriatur promiſſio,
& mora *Bart.in l. eum qui §. ſi iurauero numer. 3.
verſ.inconueniens ff.iure iur.Ruin.conſ.*113. *num.* 1.
*circa fin.lib.*1.*Put.dec.*259.*num.*4.*lib.*1.*in corr. Seraph.deciſ.*1427.*num.*4.
nullatenus ex tali rece-
9 ptione † reſultare poteſt remiſſio implementi
non dum purificati, & moræ hactenus non
contractæ; cum ad ius de futuro; nec remiſ-
10 ſio † expreſſa extendatur, multoque minus
tacita *Bald.in cap.*1.*num.*4.*tit. Imperator Lottharius
Caſtr.in l.in executione* 84.*§.item ſi ita num.* 2.
*verſ.nec obſtant leges contrariæ ff. verb.o blig. Zuccard.in l.*1.*num.*25.*&* 133.*C. pact. Surd. conſ.*70.
*num.*10.*vbi allegat.concord.* at de tempore, quo
recipiuntur fructus ſecundi, vel vlterioris ſe-
11 meſtris, † debitor iam erat in mora adimplendi,
& propterea illa remiſſa cenſetur, vt
in puncto benè diſtinguit, ac declarat *Scacc.de
camb.d.§.*1.*quæſt.*1.*numer.*367. *Grat.d.diſcep.*301.
*num.*53.*Surd.conſ.*104.*ſub num.*16. & in proximis
terminis *Corbul.de cauſ. priuat. ob non ſolut.
canon.ampliat.*5.*nu.*18.*Mant.de tacit. lib.*22. *tit.* 33.
*num.*3.*Surd.deciſ.*317.*num.*12.*&* 13. *Rot.in Bononien.prætenſæ caducitatis* 10. *Martij* 1570. *coram
Robuſterio*: nam creditor recipiendo fructus
12 ſecundi ſemeſtris, † voluit in neceſſarium antecedens
ſocietatem pro eo tempore continuare,
non attento non adimplemento debitoris,
& conſequenter ex tunc ipſe ſubijt periculum
perdendi pecunias ſociales, & debitor
acquiſiuit potentiam lucrandi in caſu mortis,
quia alias non potuiſſent recipi fructus ſine
vſuraria prauitate, cum illi nonniſi ratione
periculi mortis licitè percipiantur *Scacc. de
camb.d.§.*1.*quæſt.*1.*num.*377.*Caſtrac.de ſociet.c.*69.
*il primo num.*32.*in fin.& nu.*33.*& cap.*69. *il ſecondo
ſub num.*8.*verſ.hoc enim Grat.d.diſcep.*301. *numer.*51.*&* 57.*diſcep.*302.*nu.*6.*& ſeqq.Rot.dec.*332.
*numer.*1. *par.*4. *diuerſ. & dec.*192.*num.*11. *part.*5.
recentior.

Contigit autem dubitari an hæc procedant
ſolum quando creditor fructus recepit ſim-
13 pliciter, an etiam quando vt in caſu noſtro
recepit cum præſeruatiua fideiuſſionis ibi,
ſenza pregiuditio della ſicurtà, quia tunc videtur
conſtare de contraria mente creditoris, quod
ſcilicet noluit implementum fideiuſſionis remit-
14 tere, & ea proteſtatio † præſeruat proteſtanti
ius excipiendi de non implemento, vt in ter-
15 minis clauſulæ *ſaluo iure* † *Grat. d. diſcep.* 301.
*num.*58.*diſcep.*302. *num.*17. quem refert & ſequitur
*Zacch.de ſociet.off.num.*461. *verſ.et creditorem
Bero.in ſimili conſ.*200.*num.*11.*nu.*16.*& per
tot.lib.*1. neque huiuſmodi clauſulæ præſerua-
16 iurium dicuntur contrariæ facto, cū ni non
deſtruant factum, ſed ab illo tollant mentem,
animumque recipientis declarent, & compatibile
ſit cum ipſo facto, quod quis intendat
recipere fructus, dummodo debitor
præſtet fideiuſſores promiſſos, vt benè ad
propoſitum dixit, *Rot.deciſ.*218. *num.*2. *& ſeqq.
par.*5.*recent.Mareſc.var.reſol.lib.*2.*cap.*96.*num.*21.
& 22.*Grat.diſcep.*980.*num.*6.*& ſeqq.* quo magis
17 quia debitor non contradixit, † vndè exceptio
fructuum limitari penitus debet ad limites
proteſtationis *gloſſ. in cap. Cumana verb.
proteſtatione de electione Alex.in l.non ſolum §.morte
num.*13.*&* 14.*ff.non oper. nunciat. & conſ.* 130.
*num.*10.*lib.*4.*Gabr.conſ.*47.*num.*7.*&* 8.*lib.*2.*Grat.
diſcep.*751.*ſub num.*40.*& d. diſcep.*980. *numer.*6.
& ſeqq. adeò quod niſi fideiuſſor præſtetur,
mors ſuperueniens non aperiat viam lucro
ſocietatis, ſed creditor fructus receptos reſtituere
teneatur debitori, vel in ſortem imputare,
quia ceſſante ob non implementum de-
18 bitoris periculo amiſſionis ſortis † illos lucrari
non valuit, ſicuti in terminis ſolutionis
fructuum primi ſemeſtris tradit *Caſtrac. de ſociet.cap.*69.*il ſecondo num.*9.*&* 11. *Scacc. de camb.
d.§.primo quæſt.*1.*num.*375.*Rot.deciſ.*332. *ſub n.*3.
*par.*4.*diuerſ.*

Verum vtroque caſu ſocietatis lucrum
19 fieri † Domini cenſuerunt, cum præſeruatiua
fideiuſſionis operari poſſit, vt creditor etiā
in ſemeſtri, cuius fructus recepit agere valeat
contra debitorem ad præſtationem fideiuſſioris
promiſſi, & alias recedere à contractu reſtitutis
fructibus pro rata temporis, quo contractus
ſocietatis nō ſubſiſtit, *Caſtr. de ſociet. d.
cap.*69.*il ſecondo ſub num.*8.*circa fin. & nū.*9. hoc
itaque tantum voluit creditor ſibi præſeruare,
ſed niſi egerit militat abſoluta voluntas remittendi
implementi defectum reſultans ex
incompatibilitate receptionis fructuū, cū in
ſubſiſtentia ſocietatis, & ſecuritate Capitalis,
animaduertendo quod fructus recepti, fuerunt
anticipate ſoluti pro futuro ſemeſtri; &
ſic licet ceſſerit dies anticipatæ ſolutionis agitur
verè de fructibus decurrendis, quos in ſimili
ſi recipiat dominus directus ab emphi-
20 theuta † poſt moram incurſam, dicitur velle
perſeuerare in locatione, & moram remittere
quamuis receperit cum præſeruatiua iurium
ſuorum, quia receptioni incompatibilis eſt
limitatio contractus in futurum, & ineſt tacita
declaratio perſeuerandi in contractu iuxta
illius naturam, ac ſi debitoris implementum
non deficeret *Ruin.conſ.*110. *num.*4. *libr.*1.
*Clar.in §.emphiteuſis quæſt.*10. *num.*1. *Corbul. de
cauſ.priuat.ob non ſolut.can.limit.*21.*num.*1. *& ſeq.
Mareſc var.reſol.lib.*2.*cap.*137. *numer.* 6. *& ſeqq.
Surd.conſ.*86.*num.*14.*Mant.deciſ.*200.*num.*2.*& per
tot.Buratt.deciſ.*624.*numer.*10. *Rot.diuerſ.dec.*896.
*num.*4.*&* 5.*par.*4.cum alijs allegatis *per add. ad
Buratt. deciſ.*617. *ſub num.* 8. contraria autem
21 procedunt † in terminis ſolutionis fructuum
decurſorum, vt notat *Anton. Rubeus in repet.
l.*2.*§.morte num.*290.*in fin.ff.nou.oper.nunc.* quem
ſequitur *Corbul.d.limit.*21.*nu.*3. alijque relati à
Moder.

Moder. Fulginatenſi in tract. de iur. emphit. tit. de alientionibus quæſt. 1. numer. 324. verſ. ſextus caſus fol. 503. vel fructuum primi ſemeſtris, in quibus militat diuerſa ratio, vt ſupra demoſtrabam.

Quæ ſententia eo libentiùs recipienda eſt, quia artificioſè vt plurimum in contractibus
22 ſocietatum officij † apponitur pactum præſtationis alterius fideiuſſoris, non quia illo opus ſit, ſed ne eueniente caſu fiat locus lucro pecuniarum, & cautela recipiendi fructus ſine præiudicio fideiuſſionis ſterneret viã fraudibus, ac deteſtabili vitio vſurarum, quibus
23 omninò præcludendus † eſt aditus *Io: Andr. in cap. fin. num. 5. & ibid. Anchar. in fin. Butr. num. 8. de vſur. Rot. deciſ. 332. ſub num. 3. verſ. et ſi alias par. 4. diuerſ. deciſ. 301. num. 52. part. 5. recentiorum*, præter quod in caſu noſtro creditor in articulo mortis declarauit ſe velle vt debitores ſocietatum ſortem lucrentur in caſu eius obitus non obſtante promiſſione dandi fideiuſſores eo quod receperat fructus vlterioris ſemeſtris in quo moriebatur.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE SANCTIS.

Luna 16. *Martij* 1648.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione poſiti quamuis ſint vocati, vt grauati dicantur onere fideicommiſſi inter alias coniecturas requiritur, quod adſit inter eos reciproca adiecta ratione conſeruandi bona in agnatione, necnon etiam quod Teſtator ad plures ſubſtitutionum gradus fuerit digreſſus, & ex quibus vtraque qualitas in caſu deciſionis ceſſet?

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè vocati quando agitur de deſcendentibus Teſtatoris, pro quorum vocatione leuiores ſufficerent coniectura. Contrarium firmant allegati num.* 3.

2 *Filij in conditione poſiti vt cenſeantur vocati non ſufficit ſubſtitutio reciproca inter eos, ſed vltro requiritur, quod concurrat ratio conſeruandi agnationem.*

4 *Filij in conditione poſiti licet ſint vocati non tamen cenſentur grauati alijs reſtituere nam ex vocatione actiua non infertur ad paſſiuam.*

5 Deciſ. in S. Seuerini Fideicommiſſi coram R.P.D. Veroſpio declaratur.

6 *Coniectura ad inducen. grauamen filijs in conditione poſitis nullius ſunt momenti niſi vlterius concurrat ratio agnationis.*

7 *Digreſſio ad plures ſubſtitutionum gradus non dicitur adeſſe, quoties omnes ſubſtitutiones pendent ab vnico caſu obitus filiorum ſine filijs.*

8 *Item nec etiam adeſſe dicitur ſi poſt ſubſtitutionem conceptam cum conditione ſi ſine liberis, alius ſubſtitutionum gradus non adnectitur, vt ad hunc effectum requiritur.*

9 *Agnationis ratio à teſtatore expreſſa, quando ad aliquas perſonas tantum eſt reſtricta, vltrà illas non porrigitur.*

10 *Quicquid ſit vbi reſtricta non eſt.*

11 *Amplia quamuis adſint verba perpetuitatem denotantia.*

12 *Verba* ſignanter *ſtat expoſitiuè, & reſtrictiuè.*

13 *Agnationis ratio quando non eſt latior prohibitione alienationis reſtricta, & limitata ad perſonas ſuprà vocatas illas non egreditur.*

14 *Prohibitio alienationis, & ratio agnationis etiamſi ſtent conſecutiuè deſeruiunt tamen pro interpetrandis præcedentibus ſubſtitutionibus ad effectum inducendi grauamen.*

15 *Intellige concluſionem procedere quando ex alijs cõſtat de voluntate teſtatoris, & ex tenore teſtamenti reſultat grauamen.*

16 *Secus vero quando apparet de contraria voluntate Teſtatoris, & tam prohibitio, quam ratio agnationis nedum ſtant conſecutiuè, ſed ſunt reſtrictæ ad certas perſonas.*

17 *In dubio interpetratio ſumenda eſt pro excluſione fideicommiſſi.*

18 *Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor ad impedien immiſſionem hæredis, quando fideicommiſſum deducit ex coniecturis, tunc enim non dicitur docere de iure ſuo incontinenti.*

DECISIO CCCXLII.

GHINATII Fideicommiſſo dumtaxat inherentes informantes pro Galeatio de Sanctis, coniecturas vt illud inter pronepotes extenderet alias adductas, & in prima deciſione huius cauſæ reiectas, iterum decantarũt, addendo ſolum quod filij fuerunt poſiti in conditione pluries, quod inter filios primi gradus diſpoſitiuè vocatos adeſt expreſsè
1 reciproca, quodque agitur † de deſcendentibus teſtatoris, in quibus leuiores coniecturas ſufficere tradit, *Muntic. de cõiect. lib.* 11. *tit.* 3. *ſub num.* 1. alijque relati *à Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 437. *num.* 23.

Sed prima non ſubſiſtit in facto, quia ſemel tantum fuerunt poſiti in conditione liberi, quorum appellatione Galeatius comprehendi poteſt. Altera niſi concurrat ratio con-
2 ſeruandi agnationem, † plerumque reicitur à Doctoribus, quia ſubſtitutio inter poſitos in conditione à reciproca inter inſtitutos, diuerſa eſt, & quo ad caſum, & quo ad perſonas, vt in terminis fideicommiſſi aſcendentium dixit *Rot. penes Seraph. deciſ.* 1479. *numer.* 8. *quam ſecuta eſt in S. Seuerini fideicommiſſi* 27. *Maij* 1647. §. *et altera quoque coram R.P.D. meo Veroſpio*, & in alijs relatis *in Spoletana Fideicommiſſi* 18. *Februarij eiuſdem anni* §. *nec ſuffragari coram R.P.D. meo Arguelles.* Tandem quod agatur de deſcen-
3 dentibus teſtatoris, † præter quod parui eſſe momenti tradunt allegati per *Fuſar. d. qu.* 437. *num.* 24. & in eiſdem terminis pro excluſione fideicommiſſi reſpondit *Rot. deciſ.* 221. *par.* 5. *recent. & in d. Sancti Seuerini fideicõmiſſi cor. R.P.D. meo Veroſpio.* Eſto quod ſuffragaretur ad indu-

cendam vocationem poſitorum in conditione eo quod ob præſumptionem maioris affectionis veriſimilior eſt vocatio deſcendentiū non ità facilè ſuffragatur ad inducendum interpoſitos in conditione grauamen fideicom-
4 miſſi,† quia vocatio eſt fauorabilis,fideicommiſſum verò eſt onus,vndè à vocatione actiua inferri non poteſt ad paſſiuam, vt præter allegatos in *prima deciſione §.et quamuis reſpondit Rot.in deciſ.473. numer.4.& 10. part.4. tom.2. recentiorum.*

Ideò in *dicta S. Seuerini fideicommiſſi §. neque*
5 *vrgent coram R.P.D. meo Veroſpio* dictum † fuit deciſiones contrarias, in quibus pro incluſione fideicommiſſi approbantur aliquæ ex coniecturis in caſu noſtro reiectis loqui quando vltrò concurrebant tractus temporis ſucceſſiuus, vel digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, & præſertim agnationis ra-
6 tio,† qua deficiente nullius roboris aliæ coniecturæ ſolent à Doctoribus reputari, vt aduertit, *Giouag.conſ.82.num.24.& 25.lib.1. Rot.coram bon.mem.Buratt.deciſ.387.num.3.& in Tudertina fideicommiſſi 23.Ianuarij 1641.in princ. coram P.R.D.meo Rojas.*

In caſu vero noſtro, nec adeſt tractus temporis ſucceſſiuus, cum imo vltimo loco ſint vocatæ filiæ primi gradus ipſius teſtatoris,nec
7 digreſſus ad plures gradus, † quia vt ponderat prima deciſio *§.coniecturæ verſ. neque in caſu noſtro,* omnes ſubſtitutiones pendent ab vnico caſu obitus filiorum ſine filijs, & vlterius animaduertendum eſt quod poſt ſubſtitutionem conceptam cum conditione ſi ſine liberis,
8 alius gradus † ſubſtitutionum non adnectitur vt ad hunc effectum oportet, *Cancer.var.reſol. par.1.cap.1.num.133. poſt Ladercb.conſ.58.nu.31. Surd.conſ.370.nu.2.verſ.nec me turbat Rimin. iun. conſ.371.nu.162. Rot. in Aueuionen. fideicommiſſi 30.Aprilis 1646.coram R.P.D.meo Veroſpio §. altera ex digreſſu, ibi, nam poſt eoſdem filios Gabriellis ſubſequi debuiſſent alij ſubſtitutionum gradus, vt dici poſſent fideicommiſſo grauati.*

Nec paritèr adeſt ratio agnationis, quo ad liberos in conditione poſitos,quia legitur reſtricta ad filios primi, & ſecundi gradus ibi, *& ſignanter in eius filios &c.* adeò quod in pronepotibus qualis eſt Galeatius teſtator non curauit de conſeruatione bonorum in agnatione,cum eius contemplatio quamuis ſit ex-
9 preſſa, ſi reſtricta eſt ad aliquas perſonas vltrà
10 illas non porrigatur: quicquid ſit † vbi reſtricta non eſt, in quibus terminis loquuntur quotquot exaduerſo allegari poſſunt, vt diſtinguendo benè declarauit *Rot.in Romanà fideicommiſſi de Coronis 28. Ianuarij 1647. coram R.P.D.meo Cerro Ioſeph de Seſſe deciſ. Aragoniæ 245.num.20.& 21.& per tot.* cum alijs quos refert, & ſequitur *prima deciſ. §. atque hinc quibus addi poteſt Fuſar.conſ.17.numer.9. & 10.* vbi hoc
11 ampliat quamuis adſint verba † perpetuitatis, *& num.70.Rot.in Maceraten. fideicommiſſi 19. Ianuarij 1618.§.ex quibus intrat coram bo.me. Archiepiſcopo Seleucien.& deciſ.195.numer.5.& ſeqq. part.5.recent.*

Et reſtrictio eſt litteralis, quia nominatæ ſunt perſonæ, in quibus teſtator voluit conſeruare agnationem; animaduertendo quod
12 verbum illud *ſignanter* † ſtat expoſitiuè,ac reſtrictiuè ex ponderatis *in prima deciſ. §. antepenult.* cui intellectui non repugnat proprietas verbi ad notata *per gloſſ.in cap.diſcretionem verb. præſertim de eo qui cognou.conſang.Abb.in cap. licet num.12.de for.compet.& in cap.cum voluntate n. 6. de ſenten.excomun.Barboſ.dict.277.num.8.Menoch. præſump.100.num.17.lib.4.Alex.conſ.116. nu.16. lib.2.* eoque magis recipiendus eſt, quia ipſa
13 ratio agnationis † non eſt latior præcedenti alienationis prohibitione, quæ vt reſpondet prima deciſio *§.prohibitio cum* immediatè poſt factas ſubſtitutiones, & onus illis ſub eadem ratione adiectum ſit concepta per participiū *probibens*,& habeat dictiones taxatiuas ad perſonas ſuprà vocatas illas non egreditur, ſed ſtat conſecutiuè ad caſus ſupra diſpoſitos; Vndè non aplicantur in contrarium allegati, qui loquuntur quando participio *prohibens* fuit adiecta dictio aliqua ampliatiua, nec aderant verba taxatiua.

Non obſtat, quod prohibitio alienationis
14 & † ratio agnationis etiamſi ſtet conſecutiuè deſeruiat pro interpetrandis præcedentibus ſubſtitutionibus ad effectum inducendi grauamen vt fuit dictum *in Bononien. Fideicommiſſi de Naſcentoris 11.Maij 1639.coram R. P. D. meo Ghiſilerio, & in Tiburtina Fideicommiſſi 25. Maij 1646 & 14.Ianuarij 1647.coram R.P.D. meo Arguelles.* Quia in caſu harum deciſionum, & ſimilium ex alijs conſtabat de voluntate te-
15 ſtatoris, † in neceſſarium antecedens ex toto tenore teſtamenti reſultabat grauamen,in caſu verò noſtro apparet de contraria volunta-
16 te, quia prohibitio† & ratio agnationis nedū ſtant conſecutiuè, ſed etiam ſunt reſtrictæ ad certas perſonas nominatim, de quibus hodiè
17 non agitur. Et in dubio † ea recipienda eſt interpetratio, quæ fideicommiſſum, & onus excludit, *Rot.deciſ.490.num.1.verſ.ſiquidem p. 4. diuerſ.*cum alijs allegatis *in Spoletana fideicommiſſi 18.Februarij 1647.§.et quamuis corā R.P.D. meo Arguelles.*

Vel in omnem euentum, quia fideicommiſſum elicitur per interpetrationem verbo-
18 rum, & coniecturas,† eaſque ſaltem dubias, fideicommiſſarius non eſt ligittimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredis quia tunc non dicitur docere de iure ſuo incontinenti vt benè declarat, *Dec.conſ.467. num.12.verſ.præterea, & nu.13.& prius conſ.424. num.19.Natt.conſ.121.num.14.Roland.conſ.1. numer.73.& ſeqq.lib.1.Perſonalis de ad.piſcend.n.408 verſ.ſed ego n.411.verſ.et ius ſuum Seraph. dec.83. num.4.*

Non obſtat prætenſus exceſſus ob ſuperuiuentiam Angelinæ filiæ Marcij Antonij fratris Dioniſij, & Galeatij, quia Angelina non eſt in cauſa,& tranſegit cum Dioniſio,& Galeatio ſuper bonis poſſeſſis à Marco Antonio & hodiè agitur de immiſſione in bonis quæ Dioniſius poſſedit cum Galeatio aduerſario.

Ex quibus vtraq; parte informante prima deciſio edita 17. Maij 1647.confirmata fuit.

MEDIO-

MEDIOLANEN. BONORVM.

Mercurij 18. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Hypotheca licet in inſtrumento nō legatur verbis explicitis continetur ſub clauſula, *pacta executiua &c.* quæ tribuit facultatem ingrediendi bona debitoris propria authoritate, & poteſt à Notario iuxtà ſtylum loci extendi. Fideicommiſſum abſolutum dicitur inductū ex prohibitione alienationis, quādo ſtat de per ſe, & independens, & adeſt expreſſa prohibitio detractionis Falcidiæ, & Tribellianicæ, præſertim quando prohibitio alienationis non eſt nuda, ſed veſtita, eo quod eſt concepta in rem, & Teſtator declarauit in caſu alienationis illam eſſe nullam. Locus non dicitur pius, ex quo in eo opera charitatis exercentur, ſed oportet quod ſit erectus authoritate ordinarij, etiamſi in eo Miſſæ celebrentur.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca inducta nullatenùs dici poteſt quoties in inſtrumento non legitur obligatio omnium bonorum. Declara num.7.*

2 *Nec poteſt à Notario addi ex interuallo tanquam inducens diſpoſitionem, & nouum effectum. Declara num.8.*

3 *Fideicommiſſum relictum ſub conditione, ſi heres ſine filijs deceſſerit, mortuo herede cum filijs expirat iuxtà* conſ. Oldrad. 21.

4 *Fideicommiſſum in caſu obitus filiorum ſine filijs non dicitur purificatum per ingreſſum filiorum in conditione poſitorum in Religionem, cum in tali caſu purificatio conditionis ſuſpenſa remaneat donec naturaliter viuunt. Declara num.17.*

5 *Ratio eſt, quia in conditionibus merum factum attēditur, & ſufficit ſola exiſtentia naturalis, nec eſt inconueniens vt quis faciat deficere conditionem, & tamen non poſſit ſuccedere.*

6 *Quod fortiùs procedit, quando Religiones ſunt capaces bonorum in communi. Decla num.17. & ſeqq.*

7 *Hypotheca licet non legatur in verbis expreſſis ineſt tamen ſub clauſula,* pacta executiua &c.

8 *Et poteſt à Notario extendi iuxtà formularium loci contractus, & ſtylum Notariorum loci, quia non dicitur aliquid addere, ſed voluntatem contrahentium ſub clauſulis cæteratis inuolutam explicare.*

9 *Clauſula,* pacta executiua &c. *continet facultatem ingrediendi bona debitoris propria authoritate ſub qua ex ſui natura includitur hypotheca.*

10 *Item continet pactum retinendi bona iure pignoris pro defenſione emptoris, & ſic in verbis hypothecam.*

11 *Fideicommiſſum abſolutum, & independens inductum dicitur ex prohibitione alienationis concepta per verba ampliatiua, & inceptiua noua orationis.*

12 *Amplia præſertim quando prohibitio eſt directa ad ipſa bona, & imperſonalitèr per verba perpetuatiua.*

13 Item *amplia quando prohibitio eſt realis, quia tunc afficit omnes.*

14 *Fideicommiſſum independens inductum cenſetur, quando vna cum prohibitione alienationis concurrit ſpecialis prohibitio detractionis Falcidiæ, & Tribellianicæ.*

15 *Prohibitio alienationis, quando eſt concepta in rem non dicitur nuda, ſed veſtita.*

16 *Item dicitur veſtita, ſi Teſtator addit poſt prohibitionem, quod ſi fieret alienatio, & obligatio ſit nulla, & inualida, & pars alienata, vel obligata applicetur non alienanti, nec obliganti.*

17 *Fideicommiſſum dicitur purificatum per emiſſionem profeſſionis grauati in aliqua Religione capaci, quando conſtat de voluntate Teſtatoris excludendi Monaſterium.*

18 *Et ex quibus verbis Monaſterium dicatur excluſum?*

19 *Fideicommiſſum purificatum dicitur per alienationem factam ſtante illius prohibitione, quæ ſtatim aperuit ſucceſſionem ſubſtitutis.*

20 *Legitima non cadit ſub fideicommiſſo.*

21 *In legitimam imputatur alienatio facta à grauato.*

22 *Fallit quando tempore alienationis legitima iam erat conſumpta in præcedentibus exactionibus nominum debitorum, ac in alijs alienationibus.*

23 *Sententia lata à Iudice laico contra locum pium eſt nulla ex defectu iuriſdictionis.*

24 *Et ſibi imputet, ſi paſſus fuit contra ſe talem ſententiam executioni demandari.*

25 *Locus vt dicatur pius non ſufficit, quod exerceat opera pietatis, ſed oportet quod ſit erectus authoritate ordinarij.*

26 *Amplia etiamſi in eo Miſſæ celebrentur.*

27 *Emptor agere poteſt contra venditorem, ſi res vendita detegitur fideicommiſſo ſubiecta.*

28 *Venditor etiam ſi ignorauerit bona eſſe prohibita alienari tenetur de euictione, & ad damna, & intereſſe.*

29 *Venditor ſi ſciuit contra emptorem litem agitari tenetur illum defendere, etiamſi ab emptore non fuerit ei denunciata lis.*

DECISIO CCCXLIII.

FIDEICOMMISSI, ex quo ſecuta eſt euictio, & hypothecæ, cuius vigore agitur defectum allegarunt informantes pro Collegio Sanctæ Barnabæ: Hypothecæ, quia
1 in inſtrumento † non legitur obligatio omnium bonorum, vt ſupponitur in prima deciſione huius cauſæ, neque hodiè poteſt addi
2 à Notario † tamquam inducens diſpoſitionē & nouum effectum, *Grat. diſcep. 548. numer. 39 Rot. deciſ. 421. num. 11. & 12. par. 4. tom. 2. recentior.* cum alijs allegatis *à Moder. Neapolitano in tract. de credit. cap. 4. num. 239. & ſeqq. vſque ad nu. 261. num. 272. & ſeqq.*

Fideicommiſſi, vel quia expirauerit per
3 obitum hæredis inſtituti cum filijs, † eo quia fuerit relictum ſub conditione ſi hæres ſine filijs deceſſerit iuxta *celebre conſil. 21. Oldradi paſſim approbatum à Rot. in deciſ. 481. numer. 2. deciſ. 647. num. coram Cardinali Canaler.* & in alijs vel quia non dum purificatum fuit ad fauorem filiarum teſtatoris, quæ prędium, de quo agitur vti vocatæ ad fideicommiſſum Io: Pauli Beſutij euicerunt: ſiquidem illæ vocatæ

catæ fuerunt poſt reciprocam inter filios ad
fauorem ſuperuiuentium, & eorum filiorũ
4 ſi omnes deceſſerint ſine filijs, at de tempore,
quo egerunt viuebant duo filij Nicolai alte-
rius ex hæredibus inſtitutis, nempè Felix, &
Io: Paulus iunior, quorum ſuperexiſtentia, &
ſi alter profeſſus eſſet in Religione Barnabita-
rum, alter in Religione Sancti Franciſci ſu-
ſpendunt ſaltẽ, donec naturaliter viuunt puri-
ficationem ſubſtitutionis ad fauorem fœmina-
rum *l. filius familias miles §. cum qui rogatus ff. leg.
primo Surd. conſ.* 557. *num.* 15. *Decian. conſ.* 82. *n.* 10.
& ſeqq. lib. 4. *Rot. deciſ.* 151. *nu.* 1. *&* 2. vbi dicitur
5 ratio, quia in conditionibus † merum factum
attenditur, & ſufficit ſola exiſtentia naturalis,
nec eſt inconueniens, vt quis faciat deficere
conditionem; & tamen non poſſit ſuccedere,
par. 1. *recent. & plene Romana Fideicommiſſi de So-
ricij;* 22. *Maij* 1643. *coram R. P. D. meo Carillo*,
6 fortius † quia dictæ Religiones ſunt capaces
bonorum in communi, *Bald. conſ.* 407. *num.* 13.
lib. 1. *Peregr. de fideic. art.* 28. *nu.* 81. *Grat. diſcep.* 815
num. 18. *Rot. in Bononien. Fideicommiſſi de Blanchet-
tis* 26. *Ianuarij* 1632. *coram Eminentiſſ. D. Cardina-
li Hieronymo Veroſpio*.

Verum defectus hypothecę viſus fuit ceſſa-
re, animaduertendo quod licet illa non lega-
7 tur in verbis explicitis, ineſt tamen ſub clau-
ſulis *pacta executiua &c.* appoſita in inſtrumen-
to venditionis, quæ iuxtà formularium loci
8 contractus, & vniuerſalem † ſtylum Notario-
rum eiuſdem loci, ac extinſionem ab illis fa-
ctam, cui ſtandum eſt, quia non dicuntur ali-
quid addere aut inducere de nouo, ſed volun-
tatem contrahentium clauſulis cæteratis in-
inuolutam explicare, *Card. Mant. de tacit. lib.* 2.
tit. 10. *num* 16. *& ſeqq. Cocc. deciſ.* 76. *num.* 2. *& ſeqq.
deciſ.* 107. *num.* 1. *& ſeqq. Rot. inter recent. deciſ.* 483.
num. 2. *& ſeqq. par.* 4. *tom.* 2. continet facultatem
9 ingrediendi † bona debitoris propria authori-
tate, ſub qua ex ſui natura includitur hypo-
theca, vt probat *tex. in l. creditor* 3. *§. poſt diuiſio-
nem ff. qui pot. in pign. habeant*, quem dicit eſſe
ſingularem, & alibi non reperiri, *Bald. in l. cre-
ditor nu.* 3. *C. pignor. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 3. *nu-
mer.* 16. *Neguſ. de pignor.* 1. *memb.* 3. *par. num.* 4. *verſ.
ſimiliter Cremen. ſing.* 2. continet item pactum
10 retinendi † bona iure pignoris pro defenſio-
ne emptoris, & ſic in verbis hypothecam,
l. contrahitur ff. pignor.

Quod autem attinet ad fideicommiſſum
illud expiraſſe per obitum inſtitutorum cum
filijs dici non poteſt in caſu noſtro, quo vltrà
coniecturas pro exiſtentia fideicommiſſi ad-
ductas, adeſt in teſtamento fideicommittentis
expreſſa prohibitio alienationis, quæ cum ſit
concepta per verba ampliatiua, & inceptiua
11 nouæ orationis ibi, *& vlterius etiam probibeo*
inducit fideicommiſſum independens à con-
ditionibus præcedentium ſubſtitutionum ex
allegatis *in prima deciſione huius cauſæ §. quarum
12 plures*: quo magis quia directa eſt † ad ipſa
bona, & impersonaliter per verba perpetui-
tatiua loquitur, ibi, *& vlterius etiam prohibeo
bona mea vſque in perpetuum quouis modo alienari
obligari, & hypothecari*, & dictiones relatiuæ ad
hæredes inſtitutos, quæ paulo infrà ſubſecun-
tur ibi, *ſaluo quod dd. hæredes mei poſſint permuta-
re &c.* non reſpiciunt imperſonalem, ac rea-
lem prohibitionem ſuperiùs expreſſam, ſed
facultatem permutandi, quam ſolis hæredi-
bus inſtitutis teſtator voluit impertiri, cum
hoc tamen quod bona ex permutatione pro-
uenientia ſubiecta ſint fideicommiſſo in om-
nibus prout ſupra, & ſic etiã reali alienationis
13 prohibitioni, † ex qua tantò magis reſultat
fideicommiſſum, vt alijs relatis ſcribit *Pe-
regr. de fideic. art.* 13. *num.* 81. *Fuſar. conſ.* 114. *nu.* 36.
Molin. de primogen. lib. 1. *cap.* 4. *num.* 22. *Rot. dec.* 168
nu. 3. *par.* 3. *recent*, concurrentibus vltrò ſpeciali
prohibitione detractionis falcidiæ, & trebel-
14 lianicæ, & † alienationis, quæ ſequitur ex
confiſcatione, quæ iunctæ independenti pro-
hibitioni alienationis importãt fideicommiſ-
ſum *Petra de fideic. quæſt.* 5. *num.* 146. vbi alios
refert *Rot. in Peruſina Fideicommiſſi de Bigazinis*
14. *Nouembris* 1605. *§. vltimo omiſſis coram bo. me.
Litta impreſſ. apud Gionagn. conſ.* 75. *numer.* 78.
libr. 1.

Vndè non applicantur exaduerſo allegati,
qui loquuntur in terminis prohibitionis, vel
perſonalis, vel relatiuè ad præcedentes ſub-
ſtitutiones aut ad illas ſermonem continua-
tiuum habẽtis, nec alijs prohibitionibus, vt in
caſu noſtro roboratæ. Minus aplicatur quod
15 dicitur de prohibitione nuda, † quia in caſu
noſtro veſtiiur, nedum, ex quo eſt concepta
in rem, quo caſu ſatis ex ſe illam veſtitam
eſſe dixit *Crot. conſ.* 48. *num.* 17. *& ſeqq. Petr. de
fideic. quæſt.* 1. *num.* 54. *&* 55. *relat. à Moder. Lucano
conſ.* 92. *num.* 31. ſed etiam, quia teſtator addi-
16 dit, quod † vbi fieret alienatio, & obligatio
ſit nulla, & inualida, & pars alienata, vel obli-
gata aplicetur non alienanti, nec obliganti,
quorum vtrumque veſtit, & efficacem red-
dit prohibitionem vt de primo tradit *Anan.
conſ.* 47. *ſub nu.* 8. *verſ. ſed certè ego Corn. conſ.* 258.
num. 14. *lib.* 1. *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 685. *nu.* 20. *Rot.
in d. Peruſina Fideicommiſſi de Bigazinis impreſſ.
apud Gionagn. lib.* 1. *reſpon.* 75. *num.* 75. *& de ſecun-
do Ruin. conſ.* 128. *num.* 11. *lib.* 1. *Ceph. conſ.* 730. *nu-
mer.* 48. *& ſeqq. Rimin. Iun. conſ.* 456. *num.* 85. *&* 86
Vegg. conſ. 74. *nu.* 400. alijque relati *à Moder. Lu-
cano d. conſ.* 92. *num.* 29. quos ſecuta eſt, *Rot. in d.
Peruſina Fideicommiſſi de Bigazinis apud Gionagn.
reſpon.* 75. *num.* 76.

Purificationem verò fideicommiſſi ad fa-
uorem filiarum ſuſpenderet ſiquidem ſuper-
exiſtiſtentia filiorum ex hæredibus inſtitutis
17 in Religione profeſſorum, † niſi conſtaret de
contraria voluntate teſtatoris, in quibus ter-
minis loquuntur allegati in obiecto, ſecùs ve-
rò quando aliunde apparet teſtatorem vo-
luiſſe excludi Monacos, ſeù Monaſteria, in
quibus vocati profeſſionem emiſiſſent, vt in
terminis Monaſterij capacis bonorum benè
declarat, *Molin. de primogen. lib.* 2. *cap.* 12. *ſub nu-
mer.* 54. *verſ. ſed dubitari Palaez. de maiorat. par.* 2.
quæſt. 3. *num.* 15. *& ſeqq. Peregr. de fideic. art.* 28. *nu-
mer.* 82. *Grat. diſcep.* 481. *n.* 38. *&* 41. *& diſcep.* 815
num. 14. *Rot. deciſ.* 135. *num.* 15. *& ſeqq. par.* 7. *recent.*
& in exaduerſo allegata *Romana Fideicommiſſi
de*

de Sorieijs 22. Maij 1643. §. non obſtat corã R. P. D. meo Carillo; prout oculariter apparet in caſu
18 noſtro † ex verbis teſtamenti ibi, *ita quod Spurij etiam legitimati non ſuccedant nec aliquod Monaſterium*. Et ponderandum eſt, quod dicta verba ſunt appoſita in corpore ſubſtitutionis, & ſtatim, ac teſtator ſcripſerat conditionem ſi ſine filijs, ſub qua filias vocauit, declaran. ſcilicet ad fauorem filiarum, ſpurios, & Monaſteria in dicta conditione non eſſe comprehenſa, nec per ea retardari immediatam ſucceſſionẽ filiarum, vndè ſtatim ſubdit, *quod tunc ſuccedant filiæ meæ, & earum filij &c.* præter quod nos verſamur extrà omnem difficultatem, quia fideicommiſſum purificatum fuit non ſolum per
19 obitum, ſed etiam ob alienationem factam, quæ ſtante expreſſa prohibitione, ſtatim aperuit ſucceſſionem ſubſtitutis, *Molin. de primog. lib. 1. cap. 16. num. 32. & lib. 4. cap. 1. num. 3. Caſtell. de coniect. vltim. volun. lib. 5. cap. 65. num. 30. & 31. Schinard conſ. 2. num. 61.*

Non obſtat, quod etiam ſuppoſito fideicõmiſſo, eiuſque purificatione poterant filiæ repelli à prædio, de quo agitur ex capite legitimæ debitæ filijs fideicommittentis, quæ ſub
20 fideicommiſſo non cadit *l. quoniam in prioribus l. omnimodo C. in off. teſtam.* & in quam cenſetur
21 electum † hoc prædium ab ipſis filijs alienatum *l. Marcellus §. reſque ff. ad Trebell. Bald. conſil. 8. num. 4. lib. 4. Rot. penes Cent. de cenſib. deciſ. 64. numer. 4.* Quia legitima de tempore vendi-
22 tionis † iam erat conſumpta in præcedentibus exactionibus nominum debitorum, ac alienationibus bonorum hæreditatis ad ſummam librarum 27433. & ſic longè vltrà legitimam, quam aſcendiſſe ſolum ad libras 9144 pronunciatum fuit in ſententia Iudicis de partibus data in Summ. Capituli Scholæ Sanctæ Mariæ num. 2.

Tandem non obſtat quòd ſententiæ latę in partibus ad fauorem vocatarum ad fideicommiſſum contrà Capitulum Scholæ San-
23 ctæ Mariæ ſint nullæ, vti latè à Iudicibus Laicis carentibus prorſus iuriſdictione aduerſus dictum Capitulum quod eſt locus pius, *cap. decernimus de Iudicijs*, atque ideò imputare-
24 ſibi debeat idẽ Capitulum† ſi paſſus fuit contrà ſe huiuſmodi ſententias executioni demandari *iuxtà gloſſ. in l. ſi dictum §. ſi compromiſero ff. euict. Menoch. conſ. 361. num. 2.* cum alijs plurimis adductis *à Moder. Piſaurien. de euict. q. 8. num. 29.* Non enim probatur quod Capitulũ ſit locus pius, & immunis à iuriſdictione
25 laicali, ad quem effectum non ſufficit† quod exercerat opera pietatis *Gabr. de pia cauſa concluſ. 1. num. 13.* ſed oportet ſit erectum authoritate Ordinarij *Abb. in cap. ad hæc num. 2. de relig. domib. Bald. in auth. hoc ius porrectum num. 11. C. ſacroſan. Eccleſ. Zabarel. conſ. 13. numer. 2. verſ. contrarium eſt, & verſ. ſecundo ad hoc* vbi ampliat
26 etiamſi† habeat locum pro miſſa celebranda, *Roman. conſ. 477. num. 2. in fin. verſ. nec tunc locus Burſatt. conſ. 60. num. 27. Gabr. de pia cauſ. concluſ. 2. numer. 1. & ſeqq. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 11. ſub num. 78. & num. 80. & ſeqq. Caſtill. deciſ. 2. numer. 12. lib. 1.*

Et in omnem euentum cum ex prædictis conſtet prædium hoc eſſe ſubiectum fideicõ-
27 miſſo, hoc ſatis eſſet† vt emptor agere poſſit contrà venditorem *l. creditor §. prædium ff. act. empt. gloſſ. in l. qui rem verb. conuenire non poteſt C. euict. Alex. Iulianus §. qui fundum num. 2. in fin. ff. verbor. oblig. Oſaſc. deciſ. 24. num. 2. verſ. in contrarium Surd. deciſ. 22. num. 8. deciſ. 165. num. 6. Serap. deciſ. 321. num. 8. & ſeqq. & deciſ. 787. nu. 4.* vbi ait
28 quod venditor † etiamſi ignorauerit bona eſſe prohibita alienari tenetur de euictione, & ad damna, & intereſſe, *Rot. in Tudertina Tenutæ Montis Nigri 20. Febr. 1619. coram bon. mem. Coccino*. Facilius in caſu noſtro, quo emptor & venditor fuerunt ſimul, ac equè principaliter citati in iudicio moto à fideicommiſſa-
29 tijs & proindè opus non fuit † quod emptor litem motam denunciaret venditori, eidemque imputandum eſt ſi emptorem non defendit ex allegatis in *§. non obſtat* primæ deciſionis.

Quam hodiè Domini confirmarunt cauſa ſuper eiſdem propoſita vtraque Parte informante.

AVXIMANA PRAEDII.

Lunæ 23. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Quando agitur de reſtituendis fructibus non in genere, ſed ex certo prædio, perceptis, & conſumptis, tunc debitor condemnari non poteſt ad illorum reſtitutionem in ſpecie, ſed dumtaxat ad illorum æſtimationem, deſumendam de tempore conſumptionis, non attento, quod fructus poſt conſumptionem plus valuerint, quia arbitrium Iudicis non habet locum in non extantibus; Et licet regula limitetur, quando fructus fuerunt mala fide percepti non tamen procedit ſi poſſeſſor ab initio habuit iuſtam cauſam credendi fructus ad ſe liberè ſpectare.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum perceptorum quantitas probatur ex teſtibus perceptioni intereſſentibus, quibus fides adhibetur; & quando non dubitatur de perceptione leuiores probationes ſufficiunt.*
2 *Fructus ſi reſtituendi veniunt non in genere, ſed in ſpecie ex certo prædio percepti, & conſumpti tunc debitor non tenetur ad illorum reſtitutionem in ſpecie, ſed dumtaxat ad illorum æſtimationem.*
3 *Aeſtimatio fructuum conſumptorum deſumenda eſt de tempore conſumptionis limita, vt num. 8. declara, vt num. 9.*
4 *Nec attenditur an fructus poſt conſumptionem plus valuerint, quia arbitrium non habet locum in non extantibus.*
5 *Fructus reſtituendi veniũt officio Iudicis mercenario.*
6 *Fructus poſtquam fuerunt conſumpti, non poteſt admodum accreſcere aut decreſcere æſtimatio ex mora.*

7 Text.

7 Text. in l. vinum ff. certum petat. *in quibus caſibus loquatur?*

8 *Fructuum æſtimatio non eſt deſumenda tempore conſumptionis quando mala fide fuerunt percepti, & conſumpti.*

9 *Declara concluſionem non procedere ſi fructus à poſſeſſore fuerunt venditi eodem tempore, & prò eodem pretio, & poſſeſſor habuit iuſtam cauſam ab initio litigandi credens fructus ad ſe liberè ſpectare.*

10 *Poſſeſſor ad effectum, vt teneatur ad intereſſe quanti plurimi, non ſufficit mala fides contracta per conteſtationem litis cum id intelligatur fictè quoad moram cauſatiuam reſtitutionis fructuum, ſeu eorum valoris, nō autem quoad moram doloſam productiuam intereſſe quanti plurimi.*

11 *Conſumptio fructuum intrà triennium non præſumitur.*

12 *Et contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.*

13 *Conſumptio fructuum ad effectuum liquidationis, ex quibus probetur?*

14 *Probatio rigoroſa in materia conſumptionis fructuũ non eſt neceſſaria, ſed illa pendet à Iudicis arbitrio, qui pro qualitate fructuum perſonarum, ac temporis iudicare debet, an fructus conſumpti, vel extare dicantur.*

15 *Valor fructuum perceptorum ab actore probari debet.*

DECISIO CCCXLIV.

VENTVM eſt ad liquidationem fructuum à Ioſepho fratribus de Pranzonis perceptorum de anno 1645. 1646. quos ijdem fratres reſtituere tenentur Aſcanio pro purgatione ſpolij commiſſi, eorum autem quantita-
1 tem † bene probant duo teſtes formitèr examinati ad inſtantiam Aſcanij, quibus cum fuerint præſẽtes perceptioni plena fides adhibetur *Bald. in l. 1. num. 22. C. de fruct. & lit. expenſ. Coccin. deciſ. 459. num. 2.* quo magis quia non dubitatur de perceptione, ſed de quantitate, ad quam probandam etiam leuiores probationes admittuntur *Rayner. de Forolin. in l. certi conditio §. quoniam nu. 7. ff. ſi cert. pet. Dec. conſ. 536. num. 12. Menoch. conſ. 81. nu. 19.*

Quia tamen non agitur de reſtituendis fructibus in genere, ſed de illis, qui ex certo prędio nuncupato di Campo Cauallo fuerunt
2 percepti, & conſumpti, † cenſuerunt Domini pro quantitate conſumpta, non poſſe debitores condemnari ad reſtitutionem fructuum in ſpecie, ſed dumtaxat ad illorum æſtimationem iuxtà diſtinctionem, quam tradit, *Bart. in l. ex diuerſo §. primo in fine ff. de rei vend. & in l. vinum col. penult. verſ. condemnatio autem ff. ſi cert. pet. Aretin. in § ſi quis à non Domino num. 4. inſtit. de rer. diuiſ. Natt. conſ. 599. ſub num. 4. verſ. ſed in caſu, & num. 5. ac 6. Neguſ. quaſt. 129. num. 1. Menoch. conſ. 741. ſub num. 4. Dec. conſ. 464. ſub num. 1. Socc. ſen. conſ. 82. num. 26. & ſeqq. libr. 4. Card. Mantic. deciſ. 281. num. 1.* ſumendo æſti-
3 mationem † currentem de tempore conſumptionis, & voluit *Bald. in l. 2. num. 13. C. de fruct.*
4 *& lit. expenſ.* vbi ait † quod fructus poſt conſumptionem plus valuerint, quia arbitrium non habet locum in non extantibus, cumque fructus veniant officio Iudicis mercennario,
5 ſi vltrà † daretur quanti plurimi fuerit, daretur aliud officium mercennarium, & ſic eſſet officium mercennarium officij mercennarij, quod eſt impoſſibile idem *Bald. in leg. diuortio §. ob donationes numer. 5. verſ. dicit hic ff. ſolut. matrim.* vbi poſt *Bart.* ait quod poſtquam eſt facta conſumptio non
6 poteſt accreſcere † aut decreſcere æſtima-
7 tio ex mora non obſtante diſpoſitione † *text. in l. vinum ff. ſi cer. pet.* quia fructus ibi debebātur in genere, ſecus verò vbi debentur percepti ex certo fundo *Aretin. Natta, & Neguſ.* locis ſupra allegatis *Monac. deciſ. Bonon. 11. n. 57. & 58. Card. Mantic. d. deciſ. 281. in fine Rota inter recen. deciſ. 237. num. 9. par. 4. tom. 2.*

8 Et quāuis hoc limitetur, † quando fructus fuerunt mala fide percepti, & conſumpti, *Alex. d. l. diuortio §. ob donationes ſub numer. 6. verſ. item prædicta ff. ſolut. matrim. Aſin. de execut. §. 7. cap. 216. num. 25. & 26.* alijque relati à *Monaco d. deciſ. Bonon. 11. num. 54. & 55.* Limitatio non
9 applicantur caſui noſtro, † quo poſſeſſor hos fructus vendidit eodem tempore, & pro eodem prætio, quo alios ad ſe liberè ſpectare, & ab initio habuit ſaltem iuſtam cauſam litigādi, nam ad effectum, vt poſſeſſor teneatur ad
10 intereſſe quanti plurimi, † non ſufficit mala fides contracta per conteſtationem litis, cum id intelligatur fictè tantum quoad moram cauſatiuam reſtitutionis ipſorum fructuum, ſeù eorum valoris, non autem quoad moram doloſam productiuam d. intereſſe quanti plurimi, à qua iuſta cauſa litigandi excuſat, vt *ex gloſſ. in l. hac verbo mora poſt princ. ff. de condict. tritic. tradit Natt. conſ. 599. num. 1. & 2. Alexandr. conſ. 119. ſub num. 12. verſ. et ſimiliter lib. 2. Aymon, conſ. 837. num. 16. poſt med. & ſeqq. Plot. de in lit. iuran. §. 4. num. 71. Eſcobar. de ratioc. cap. 17. ſub n. 34. verſ. et ratio Gratian. diſcept. 42. num. 23. & 24. Monac. d. deciſ. Bonon. 11. nu. 61. & 62. & num. 77. & ſeqq.*

Conſumptio autem licet non dum ſit ela-
11 pſum trirennium, infrà quod non præſumitur, *Aretin. in d. § ſi quis à Domino nu. 7. poſt princ. inſtit. de rer. diuiſ. Lupus in ca. nauiganti comment. 3. §. 6. num. 144. de vſuris Capr. conſ. 45. num. 8. Rot. in Spoletana Fideicommiſſi 17. Decembris 1632. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Hieronymo Veroſpio,*
12 itaut dicenti contrarium † incumbat onus probandi *gl. in l. creditor §. ſi inter verbo negetur ff. mand. Alex. conſ. 102. num. 9. & 10. lib. 6. Neguſ. de pignor. 5. mebr. 5. part. num. 12.* ſatis proba-
13 tur † ex aſſignatione frumenti, aliorumque fructuum exhibita de anno 1646. & 1647. coram D. Gubernatore Marchiæ, quæ cum ſoleat fideliter exhiberi de mandato Gubernatoris rigoroſè procedentis contrà non aſſignantes fideliter, concurrentibus atteſtationibus extraiudicialibus duorum teſtium de facto proprio deponentium, & aſſertione iudiciali rei conuenti plenè probat iuxtà notata *per gloſſ. & DD. in leg. cum de lege ff. de probat. Rip. in l. ſi conſtante num. 20. & ſeqq. ff. ſolut. matr.*

Gabriel.

Gabriel.conſ.118.num.7.verſ.quia ea gloſſa lib.1.& in puncto liquidationis fructuum *Rota in Romana Nullitatis Contractus 6. Iunij 1618. coram bo.mem. Remboldo, §. vel quod ſaltem, & in Fauentina Pradij 27. Aprilis 1626. coram bo.me. Buratto, inter eius impreſſas deciſ.921. ſub nu.4. verſ. quodque concurrit*. Neque enim in hac materia vide-
14 tur neceſſaria probatio rigoroſa, † ſed multum in ea venit tribuendum arbitrio Iudicis, qui pro qualitate fructuum, perſonarũ, temporis, & cuiuſuis alterius circumſtantiæ iudicare debet an fructus conſumpti, vel extare dicantur, *Menoch.de præſ.lib.3.præſ.9.n.25.*

Igitur pro quantitate quę ex prędictis probatur conſumpta Domini liquidarunt frumentum in ſcutis quatuor pro quolibet rubro, quanti venditum fuiſſe recollectum de anno 1645.& 1646. apparet ex fide mediatoris, ſeu Proxenetæ data *in Summar. Fratrum de Praxzonijs num.4.* cui quatenus actor ſtare nolit deficit in ſalutari, quia non aliter apparet
15 de frumenti valore †, cuius probandi onus actori incumbit, vt dixit *Rota coram Reuerendiſſimo Vrgellen.deciſ.356.num.5.* cum vt dicebã non ſint reſtituendi fructus conſumpti, ſed illorum valor: Quouero ad valorem fructuum qui non probatur conſumpti nulla adeſt probatio, ideoque donec actor illum probet declarari non potuit ſumma, ad quam fructus aſcendant, quod eſt dubium hodie propoſitum.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

SPOLETANA FIDEICOMMISSI.

Veneris 27. Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Sententia non conformis libello quo caſu ſubſtineatur? Fideicommiſſario datur immiſſio vigore *leg.final.Cod.de edict.Diu. Adr.tollend.* vel ex vtili Saluiano interdicto probatis ſolitis requiſitis, & ex quibus illa probentur? Legitima ad effectum immutabilis acquiſitionis non dicitur delata, niſi poſtquam fuit agnita ſententia in iudicatum tranſacta venit exequenda, quamuis cauſa reſtitutionis in integrum fuerit commiſſa, quoties de cauſis reſtitutionis non conſtat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum ob lapſum biennij abſque prorogatione fatalium.*
2 *Amplia quamuis per appellantem fuerit expedita citatio cum inhibitione, quia ea operatur tantum vt cauſa non dicatur deſerta, niſi per biennium.*
3 *Validitas ſententiæ ex quibus reſultet.*
4 *Sententia lata in iudicio ſummario adipiſcendæ, vel in iudicio Saluiani interdicti, licet non ſit conformis libello ſubſtinetur, quia non attenditur, quid petitum, ſed quid in proſecutione Iudicij probatum?*
Sententia non conformis libello, quo caſu ſubſtineatur? ibid.
5 *Sententia ſubſtinetur ex clauſulis ſalutaribus contentis in libello.*
6 *Fideicommiſſario debita eſt immiſſio probatis ſolitis requiſitis vigore* leg. final. Cod.de ædict. Diu. Adrian. tollend. *vel ex vtili Saluiano interdicto.*
7 *Obitus hæredis grauati ſine filijs ciuiliter probatur per ingreſſum, & profeſſionem emiſſam in Religione Capuccinorum incapaci bonorum.*
8 *Conditio ſi ſine filijs ſtatim purificata dicitur per ingreſſum grauati in Religione incapaci bonorum, eiuſque profeſſionem emiſſam, quia mors ciuilis operatur eundem effectum ac mors naturalis.*
9 *Obitus grauati ſine filijs de Iure præſumitur.*
10 *Identitas bonorum hæreditariorum ex quibus probetur?*
11 *Confeſſio Procuratoris ſi apparet à principali ratificata contra eum probat, ac etiam contra habentem ab eo cauſam.*
12 *Sub fideicommiſſo à Teſtatore inſtituto non cadunt bona ſubiecta fideicommiſſis maiorum.*
13 *Negatiua à Teſtibus concludenda eſt, alias non dicitur probata.*
14 *Fideicommiſſario non retardatur immiſſio ſub prætextu quod bona non ſpectent ad fideicommittentem ſi probatio adducta, eſt æquiuoca, & inefficax.*
15 *Legitima ad effectum immutabilis acquiſitionis non dicitur delata, niſi poſtquam fuerit agnita.*
16 *Verba ſententiæ ſemper interpretanda ſunt ne contineant exceſſum.*
17 *Verba ſententiæ improprianda ſunt, vt illa ſubſiſtatur.*
18 *Sententia in iudicatum tranſacta venit exequenda.*
19 *Quamuis commiſſa fuerit cauſa reſtitutionis in integrum, quia non conſtito de cauſis reſtitutionis, adhuc eſt locus executioni, nec de ſtylo requiritur ſententia ſuper reſtitutione in integrum, nu.21.*
20 *Læſio eſt fundamentum reſtitutionis in integrum.*

DECISIO CCCXLV.

APPELLATVM quidem fuit ſtatim lata ſententia de anno 1629. & acta prioris inſtantiæ tranſportata coram Iudice appellationis de anno 1632. ſed abinde citra nihil actum, ideoque ob lapſum biennij abſq;
1 prærogatione fatalium ſententia tranſijt in iudicatum, *Auth.ei qui Cod. tempor. appellat.cap. cum ſit Romana de appellat. Buratt.deciſ.885.nu.1. Rot.in Narnien. Canonicatus 14. Decembris 1622. coram Patriarcha Manzanedo*, vbi quod hoc pro-
2 cedit † etiam ſi per appellantem fuerit expedita citatio cum Inhibitione, quia ea operatur tantum vt cauſa non dicatur deſerta, niſi per biennium, *idemque dictum fuit in Anconitana Dotis 15. Martij 1641. coram R.P.D. meo Carillo, nunc Preſide Valliſoletano.*
3 Et ſententia eſt valida † cum ſeruata fuerint omnia de Iure ſeruanda *iuxtà deciſ. Caputaq.260.par.2.* non obſtante quod in vno corpore bonorum excedat petitionem contentam in libello, quia lata fuit † in iudicio ſum-
4 mario

mario adipiſcendæ *ex remed.l.fin.Cod.edict.Diu.Adr.tollend.* ſiue Saluiani Interdicti, in quo nõ attenditur, quid petitum, ſed quid in proſecutione Iudicij probatum, *Felin.in cap.licet.numer.28.de ſimon.Pariſ.conſ.113.num.3.lib.1.Alex.conſ.114.num.6.lib.6.Rot.coram ſan.me.Greg.XV.deciſ.176.num.2. deciſ.123.num.1. par.2.recent.& in Romana Domus 25.Februarij 1641. coram R.P.D.meo Cerro,* quod etiam præſtant † clauſulæ
5 ſalutares appoſitæ in libello, *Dec. in l.vinum, num.22.ff.ſi cert.pet. Merot.conſ.56.num.9.Cephal.conſ.400.n.1.Bellon.Iun.conſ.23.n.5.& ſeqq.*

Eſt etiam iuſta, quia Cappellis S.Mariæ de Laureto, & S.Antonij de Padua, ſiue ex earum Iure Patribus Barnabitis, & fratribus Sãcti Simonis de Spoleto Ordinis S. Franciſci in teſtamento Eraclij ſubſtitutis Dionyſio teſtatoris filio legitimato in caſum eius obitus ſine filijs, probato d.obitu, necnon bonorum
6 identitate, † debuit concedi immiſſio in bonis ab Eraclio poſſeſſis tempore mortis, tum vigore *d.l.fin.Cod.edict.Diu.Adr.tollen.* tum Saluiani interdicti *Gabr.conſ.44. num.2.& 3.lib.2. Surd.deciſ.76.num.6.Seraph.deciſ.828.num.1.Rot.deciſ.368.num.1.par.5.recent. deciſ.88 num.1.& 2. par.7.*

7 Probatur autem obitus Dionyſij hæredis inſtituti, † non naturaliter, ſed ciuiliter per ingreſſum, & profeſſionem emiſſam in Religione Capuccinorum incapace bonorum,
8 quæ incapacitas efficit, † vt profeſſio ad effectum purificandi conditionem in ſubſtitutione appoſitam, operetur eundem effectum, quem mors naturalis, & propterea æquè aperiat ſucceſſionem ad fauorem ſubſtitutorum, vt in terminis, *Honded.conſ.62. num.16.& ſeqq. lib.1.Sanchez in præcept. Decal.lib.7.cap.3.nu.69. Caſtill.contr.lib.3.cap.12.num.93.& ſeqq.Rota deciſ.6.n.1. & ſeqq.par.5. recent.& in Recanaten.Bonorum 29.Aprilis 1641.coram R.P.D. meo Cerro,* nec vltrò probandum eſt, quod tempore profeſſionis Dionyſius filios non haberet, † quia
9 hoc præſumitur, niſi exaduerſo probetur filios aliquando extitiſſe, *Aldobrand.conſ.80. n.4. & ſeqq.lib.1. Seraph.deciſ.1458. nu.3.deciſ.1487. nu.1.Reuerendiſs.Vrgellen.deciſ.301.n.5.*

10 Identitas bonorum † apparet ex Teſtibus formiter examinatis datis *in Summ. num. 8.* & ex quo in eiſdem bonis tanquam hæreditarijs Eraclij vti eius hæredes ab inteſtato Bartholomæus, & fratres de Ancaianis petierunt, & obtinuerunt mandatum de immittendo *Summar.ibid.numer.12.* dicta enim petitio includit confeſſionem quod bona ſunt hæreditaria Eraclij, & licet facta fuerit à Procuratore, †
11 quia deinde principalis mandato per eum obtento vſi fuerunt, & ſic geſta à Procuratore ratificarunt contra ipſos probat, *Surd. deciſ.199.num.7.Rota deciſ.360.num.6.par.5.recent.* & contra Paulum reum conuentum ab ipſis cauſam habentem, *Buratt.deciſ.153. nu.2.Cocc.deciſ.98.n.4.Caualer.deciſ.267.n.2.*

Non obſtat contraria probatio elicita, ſiue ex Teſtibus deponentibus Eraclium Teſtatorem eiuſque Patrem non acquiſiuiſſe aliqua bona, ſed ſolum poſſediſſe re licta à maioribus, ſiue ex confeſſione iudiciali Eraclij met, qui pulſatus à Clara matre pro reſtitutione quintæ partis dotis, proteſtatus fuit ſe nulla bona poſſidere, quæ ſpectent ad hæreditatem Patris attento, quòd omnia ſint ſubiecta reſtitutioni fideicommiſſi q.Laurentij Ancaiani, & Ioanne parentum ipſius, vt in *Summ. num.9.* vnde infertur quòd hæc bona cum ſint
12 ſubiecta fideicommiſſo Laurentij aui † non cadunt ſub fideicommiſſo Eraclij, *l.ſequens quæſtio & ibi DD. ff.legat.2.Mantic.Peregr.& alij relati in deciſ.93.num.3.coram Reuerendiſſimo Vrgellen.*

13 Nam Teſtes non concludunt negatiuam, cum † illam non coarctent, vt oportet *Felin. in cap.in noſtra nu.8.de teſtib.Pariſ.conſ.162.nu.12. lib.4.Rot.penes Seraph.deciſ.1102.num.8.& par.1. recent. deciſ.419. num.8.* Eoque minus probant bona fuiſſe ſubiecta fideicommiſſo Laurentij dum hoc non exprimunt, & potuerunt in Eraclum deuenire ab alijs maioribus.

Confeſſio pariter Eraclij negat dumtaxat exiſtentiam bonorum paternorum, eo quod quę Pater poſſidebat ſubiecta ſunt fideicommiſſo Laurentij, & Ioannis, ſed non inde ſequitur quod Eraclius non haberet bona propria ab alijs maioribus relicta, vel à ſe acquiſita qualia eſſe ea de quibus agitur dicendum eſt, quia reperta fuerunt in eius hæreditate, & vti libera Eraclij capta, vt ſupra dicebam ab authoribus Pauli rei conuenti, adeo quod ſemper verum eſt dicere, quod contraria probatio, vel non tangit hæc bona, † vel ſal-
14 tem eſt æquiuoca, & altioris indaginis, ideoque inefficax ad retardandam immiſſionem ex fideicommiſſo Eraclij, *Honded.conſ.69.n.73. lib.2.Rot.deciſ.35.nu.20.deciſ.387.nu.3.deciſ.559. num.7.par.1.recent.deciſ.444.num.2.part.4.tom.2. & in Bononien. Fideicommiſſi de Manzolis 1. Decembris 1625.coram bo.me.Pirouano.*

Minùs obſtat exceſſus ſententiæ, eo quod non detrahit legitimam debitam filio in bonis Eraclij fideicommittentis, ac delatam ad filij hæredes legitimos, quia non conſtat fuiſſe exaduerſo oppoſitum de legitimę detractione vt requiritur cum reſpectu immuta-
15 bilis acquiſitionis legitima † non dicatur delata, niſi poſtquam fuerit agnita, *Theſ. Iun. quæſt.forenſ.lib.3.quæſt.74.num.2.Cancer.var.reſolut.tom.1.cap.3.ſub num.69.& nu.70.& 71.Grat. diſcept.271.numer.13.& 14.Curt.Iun. conſ.47.ſub num.7.Monter.deciſ.Arag.35.ſub num.33.cum alijs allegatis à Moder.Siculo de donat.contemp.matrim. tom.1.diſcur.2.par.2.nu.34.& 35.* Et in omnem
16 euentum verba ſententiæ † interpretanda ſunt ne contineant exceſſum, & iuxtà diſpoſitionem iuris, *cap.dilectus de offic.ordin.Roman. conſ.320.num.4. Buratt.deciſ.337.num.24.D.Vrgellen.deciſ.30.num.38. deciſ.60.num.44.* vbi infert quod verba ſententiæ vt litteræ exequerentur intelliguntur non in omnibus contentis, ſed in ea parte, quæ veniebant exequendę *Greg.XV.deciſ.74. num.7.& 8.Rot.in rec.deciſ.66. num. 2. par. 2.* etiam verba ſententiæ impropriando

17 priando † vt illa ſubſtineatur, *gloſſ.in l.& puto verb.non communicari ff.famil.erciſc. Socc.Sen.conſil.37.num.12.lib.4.& fuit dictum in Bononien.Fideicommiſſi de Cataneis 1. Februarij 1634. coram bo.me.Merlino.*

Cum igitur ſententia ſit iuſta, & valida, ac
18 in iudicatum tranſierit † venit exequenda, *l.ſi ſe non obtulit, §.ſi ex conuentione ff. re iudic. Franc.in cap.cum ſit Romana num.15.verſ.ſed certè de appellat.Rot.deciſ.69. num.3.part.6.recentior.* Quamuis commiſſa fuerit cauſa reſtitutionis
19 in integrum, † quia cum non conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum; imò propter validitatem, & iuſtitiam ſententiæ ceſſet læ-
20 ſio, † quæ cauſam reſtitutioni in integrum præbere ſolet, *Buratt.deciſ.323.num.1.deciſ.426.*
21 *num.1.* adhuc eſt locus † executioni rei iudicatæ, *Grat diſcep.762.num.22.Put.deciſ.7.de reſt. in integ.Mant.deciſ.219.num.4. Buratt. deciſ.885. num.2.& 3.* vbi quod de ſtylo Rotæ nec requiritur ſententia ſuper reſtitutione in integrum.

Ideò propoſito per me hodiè dubio an conſtet de re iudicata, quæ veniat exequenda ſeù potius de cauſis reſtitutionis in integrum affirmatiuè quoad primam partem, negatiuè quoad ſecundam reſpondit Rota informantibus ſolum actoribus, citato tamen pluries procuratore aduerſariorũ Domino litis effecto.

MONOPOLITANA PENSIONIS.

Lunæ 30.Martij 1648.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum, vt competat Eccleſiæ aduerſus omiſſam probationem etiam poſt publicatum examen alterius partis, quænam requirantur? Remiſſoria non datur ad proban.exceptiones contrà perſonas Teſtium.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ competit reſtitutio in integrum aduerſus omiſſam probationem etiam poſt publicatas atteſtationes alterius partis ne culpa defenſoris remaneat læſa.*

2 *Declara hoc procedere quoties de læſione conſtat; alias ſecus.*

3 *Læſio eſt fundamentum reſtitutionis integrum.*

4 *Eccleſiæ non eſt concedenda reſtitutio in integrum aduerſus omiſſam probationem non conſtito de læſione, alias enim dilatio eſſet calumnioſa.*

5 *Eccleſia præ cæteris iuſtitiam colit, & pietatem profitetur.*

6 *Reſtitutio in integrum aduerſus omiſſam probationẽ, vt Eccleſiæ ſit concedenda debet aliqualiter de eius bono iure conſtare, ac etiam de releuantia probationis, cum non reſultet læſio ex ſola omiſſione probationum.*

7 *Et vltrà probationem læſionis requiritur etiam cauſæ cognitio, ac magna, & exacta diligentia propter timorem ſubornationis.*

8 Deciſ.715.num.2.par.3.recent.) Deciſ. in Hiſpalen. Decimarũ 26.Iunij 1647. coram R.P.D. Corrado.) *declarantur.*

9 *Articuli de directo contrii articulis alterius partis iam probatis non ſunt admittendi.*

10 *Teſtes remiſſoriales validè examinati dicuntur, ſi conſtat citationem fuiſſe legitimè executam coram Iudice remiſſoriali.*

11 *Remiſſoria non datur ad probandum exceptiones contrà perſonas teſtium.*

DECISIO CCCXLVI.

QVAM aliàs ſub die 7.Februarij proximè præteriti Domini iterum hodiè cauſa ſuper eiſdem poſita denegarunt remiſſoriam petitam à Reuerendiſſimo Epiſcopo Monopolitano, quia articuli exhibiti, vel ſunt de directo contrarij teſtibus à Thoma de Blanchis penſionario examinatis, quorum dicta didicita fuerunt, vel non releuant, vt latiùs in deciſione extenſa ſub dicta die.

Nec primum obiectum euitari poteſt mediante reſtitutione in integrum, quæ compe-
1 tit Eccleſiæ aduerſus † omiſſam probationem etiam poſt publicatum examẽ alterius partis ne culpa defenſoris remaneat læſa *Aret. in cap. fraternitatis num.46.de teſtib.Caputaq.deciſ.50.n.2. part.3.* cum aliis allegatis *in prima deciſione §.ne-*
2 *que Domino,* quia hoc procederet ſi conſtaret de læſione, alias ſecus vt tradit, *Salyc. in auth. atqui ſemel num.2.verſ.Innocentius verò C. probat. Odd.de reſtit.in integr.par.2.quæſt.65.num.68.* vbi ait Doctores in hac ſententia concordare, *Farinacc.de teſtib.quæſt.75.num.453.Caputaq.d.deciſ.50.num.5.part.3.Rot.coram ſan.mem.Greg.XV.*
3 *deciſ.583.numer.6.* læſio enim † eſt fundamentum reſtitutionis in integrum: vndè ea non
4 probata † non debet cõcedi dilatio calumnioſa quamuis agatur fauore Eccleſiæ cũ ea præ
5 cæteris † iuſtitiam colat, & pietatem profiteatur *cap.vnico §.ſed diuerſum de alien. feud.gloſſ. in l.iubemus la ſeconda §.ſane verſ.acquirant C. ſacroſan. Eccleſ. Dec.conſ.282.num.4. Rot in Neapolitana Landemij 2.Februarij 1640.coram R.P.D.meo Cerro.*

6 Igitur vt reſtitutioni locus eſſet † aliqualiter ſaltem exaduerſo doceri deberet de bono iure Eccleſię, & quod probationes eius releuaſſent ſi illas feciſſet; cum enim contigere potuerit quod ille ſi factæ eſſent non releuaſſent, & propterea quod nec releuarent faciendæ non reſultat lęſio ex eo ſolum quod omiſſę fuerint *Imol.in cap.auditis num.16.de reſt. in integr. Rolan.conſ.10.num.8.& ſeqq.vbi ſub numero 15. teſtatur de communi lib.4. Boer.deciſ.79. num.6.Oſaſc.deciſ.158.num.13.* vbi de veriori, & communi opinione teſtatur, *Odd.de reſt. in integr.par.1.quæſt.36. num.61.& ſeqq.& d.qu.65. ſub num.70.& 71.* vbi ponit praxim probandi hanc læſionem, quem ſequitur, *Farinacc. de teſtib.d.quæſt.75.num.454. imo Rota in d.deciſ.583. num.6.coram ſan.mem.Greg.XV.* dixit ne dum
7 requiri probationem læſionis, † ſed vlteriùs

cauſæ cognitionem, magnamque, & exactam
diligentiam propter timorem ſubornationis,
fortiùs in caſu noſtro, quo ſuſpicio calumniæ
ex alijs circumſtantijs reſultat vt ponderat
8 prima decisio §. *fin.* vndè non applicantur† *de-*
ciſiones 715. *num.* 1. *par.* 3. *recent.* & *in Hiſpalen. De-*
cimarum 26. *Iunij* 1647. *coram R.P.D. meo Corra-*
do allegatæ in memoriali porrecto ab Epi-
ſcopo ſub die 16. currentis pro obtinenda no-
ua audientia, quia ibi non concurrebat aliun-
dè ſuſpicio calumniæ, & præterea deciſiones
non negant quin requiratur probatio læſio-
nis, quia in dicta Hiſpalen. Decimarum daba-
tur aliqualis probatio materiæ articulatæ vt
legitur *in* §. *nec refert. verſ. cum præſertim.*
9 Hinc nullatenus admitti poſſunt † quar-
tus quintus, & octauus, quia ſunt de directo
contrarij articulis productis, & probatis per
penſionarium, pariterque reiciendi ſunt ex
capite irreleuantiæ tertius, & quintus articu-
lus: nam eſto quod onera, ordinaria menſæ
aſcenderent ad ſcuta annua 500. vt narratur in
tertio articulo, ſiue quod pro manutentione
viridarij ſoluantur annuatim eius cultori ſcu-
ta 55. vt narratur in ſeptimo, adhuc remanerēt
pro Epiſcopo vltrà ſcut. 2800. cum teſtes pen-
ſionarij deponant quod fructus menſæ aſcen-
dunt ad ſcuta 3400. deductis expenſis, & ali-
qui addunt deductis oneribus ordinarijs, cum
quibus concordant arrendamenta data in
Summ. præteritæ poſitionis pro penſionario
num. 8. num. 11. & num. 15. & quatenùs repli-
catur dd. teſtes fuiſſe examinatos nulliter ex
defectu citationis, conſtat de contrario ex da-
tis in hodierno Summ. num. 2. vbi legitur ci-
10 tatio legitime executa † coram Iudice re-
miſſoriali, quæ ſufficit *Seraph. deciſ.* 1010. *nu.* 3.
Rot. in recent. deciſ. 686. *num.* 4. *par.* 1. & de hoc erit
videndum in diſputatione dubij ſuper nego-
cio principali.
Tandem non merentur attendi ſextus, &
nonus articulus continentes exceptiones con-
trà perſonas teſtium à penſionario examina-
torum, quia fuerunt alias articulatæ in parti-
bus in termino reprobatorio remiſſoriæ pen-
11 ſionarij, & ad illas probandas non† datur re-
miſſoria *Io. Andr. in cap. licet dilectus* 49. *numer.* 3.
de teſtib. & *ibi Felin. num.* 1. *verſ. fallit primo*, &
verſ. ad contrarium Matthæus Berlich. deciſ. 50. *nu.* 1.
& *ſeqq.* & præſertim num. 2. cum alijs allegatis
in prima deciſ. §. *penult.* in qua vlterius ſub §. *pri-*
mo reicitur primus, & ſecundus articulus, quia
facti probatione non egent.
Cui deciſioni ex ibi, & in hac deductis Do-
mini adhæſerunt informante ſolũ penſionario
ſed citato pluries Epiſcopi procuratore, qui
pugnam detractando dilationem abſque le-
gitima cauſa petijt.

CVRIEN. FEVDI.

Lunæ 27. Aprilis 1648.

ARGVMENTVM

Laicus non eſt incapax ſolius commoditatis, & emolumenti decimarum ſeiuncti à iure decimandi, & conceſſio facta laico ab Epiſcopo cenſetur, quoad ſolam commoditatem, non quoad ius decimandi. Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in rebus Eccleſiæ infeudari ſolitis. Decretũ irritans non impedit poſſeſſori manutentionem, quando dubium eſt, an ei locus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium quando pendet à titulo tunc Rota ſolet videri de bono iure.*
2 *Inueſtituræ Inſtrumentum ius tribuit inueſtito.*
3 *Ampliã tam in poſſeſſorio, quam in petitorio.*
4 *Confeſſio plenè probat contrà confitentem.*
Deuolutio feudi probatur ex confeſſione inueſtiti ex capite deuolutionis ibidem.
5 *Dominium directum Eccleſiæ probatur ex receptione inueſtituræ, illiuſque vſu.*
6 *De mandati nullitate ſeu viribus obijcere nequit, qui habet ſimile mandatum.*
7 *De nullitate examinis dare nequit, qui eodem modo ſuos teſtes examinauit.*
8 *Laicus non eſt incapax ſolius commoditatis, & emolumenti decimarum ſeiuncti à iure decimandi.*
9 *Verba* decimas, & prouentus poſſidere, illiſque frui, & gaudere, *non congruunt, niſi commoditati, & perceptioni fructuum decimæ.*
10 *Epiſcopus cõcedens laico decimas intelligitur dumtaxat de commoditate metiendo voluntatem à poteſtate non autem de iure decimandi.*
11 *Inueſtitura prior præfertur poſteriori ab eodem fonte emanata.*
12 *Prior in inueſtitura ſi poſſidet præfertur poſtea inueſtito.*
13 *Poſſeſſio anterior probatur ex teſtibus.*
14 *Item ex confeſſione partis, quæ ſuperat omne genus probationis.*
15 *Poſſeſſio anterior in concurſu poſſeſſionis poſterioris eſt manutenenda.*
16 Extrauagans ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. *continet decretum irritans.*
17 *Beneplacitum apoſtolicum non requiritur in rebus Eccleſiæ infeudari ſolitis.*
18 *Nec minus in decimis concedi ſolitis.*
19 *Solitum infeudandi decimas, ex quibus probetur?*
20 *Decretum irritans non impedit manutentionem, ſi adeſt dubietas an intret.*
21 *Præſertim quando contenditur inter priuatas perſonas ſuper poſſeſſione nullum habentes titulum.*

DECISIO CCCXLVII.

PROPTER delictũ illorum de Haldeſtain alias iure feudi inueſtitorũ de decimis in Monte Triſenenſe Reuerendiſſimus Epiſco-
pus.

pus Curienſis dominus directus feudum de-
uolutum eſſe prætendens eaſdem decimas ſi-
mili titulo conceſſit Capitaneo Zachariæ
Rainoldt expedita deſuper inueſtitura de an-
no 1623. atquè iterùm de anno 1626. Defun-
cto verò d. Epiſcopo, eius ſucceſſor in Epiſco-
patu ipſarum decimarum inueſtituram fecit
illis de Salis, & conſortibus, qui in iudicium
vocati à Zaccharia reportarunt à Iudice de
partibus ſententiam fauorabilem in ſumma-
rijſſimo poſſeſſorio, & in gradu appellationis
mihi cauſa commiſſa ſubſcripſi dubium an
Zachariæ ſit dandum mandatum de manu-
tenendo, quod propoſitum ſub die 13. Ianua-
rij proximè præteriti non fuit reſolutum,
ſed Domini mandarunt videri de bono iure,
1 vt ſolet † quando poſſeſſorium pendet à ti-
tulo, iſque meliorem cognitionem expo-
ſcit.

Aſſumpta itaque hodiè diſputatione ſu-
per bono iure reſponſum fuit pro informan-
te, hoc eſt conſtare de bono iure Zachariæ
ad effectum manutentionis: habet illæ ſiqui-
dem inſtrumenta geminatæ inueſtituræ ab
Epiſcopo Curienſi Dòmino directo tanquam
de feudo deuoluto ob delictum Vaſſali præ-
ceſſoris, quæ inſtrumenta omni vitio extrin-
2 ſecus vacua ius tribuunt † *Abb. conſ. 94. ſub n. 3.
verſ. ſed his non obſtantibus lib. 2. Alex. conſ. 9. nu. 9.
in fin. lib. 5. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. gloſſ. 14. nu. 4.
Giouagn. in punct. decimarum reſp. 27. nu. 22. & 23.
3 lib. 2.* tam in petitorio † quàm in poſſeſſorio,
*Aluarott. in cap. primo in princ. de controu. inueſt.
Rot. deciſ. 204. num. 6. par. 7. rec.*

Cumque in præſenti iudicio modernus
Epiſcopus Curienſis non inſtet pro recupe-
ratione bonorum ad fauorem Eccleſiæ, ac
illi de Videſtain non vocentur, & rei con-
uenti vtantur inueſtitura ſibi ab Epiſcopo ex
eodem capite deuolutionis conceſſa reſultat
4 exinde eorum confeſſio, quæ in † præiudi-
cium confitentium probat narratam feudi de-
uolutionem, *Bellam. deciſ. 268. Seraph. dec. 1296.
num. 6. Mant. deciſ. 132. nu. 1. Buratt. deciſ. 931. nu-
mer. 1.* necnon Eccleſiæ Curienſis directum
5 dominium, illud enim † magni feciſſe vide-
tur recipiendo inueſtituram ab Epiſcopo, ea-
que vtendo, vt notant, *Gratian. diſcep. 310. nu-
mer. 44. add. ad Put. deciſ. 333. verſ. et ratio libr. 1.
Rot. deciſ. 400. num. 11. par. 1. dec. 411. ſub numer. 2.
part. 3. recent. & in Compoſtellana Parrochialis 10.
Februarij 1645. §. fin. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Imò quia aduerſariorum inueſtitura ipſiſ-
ſimis concepta ſupponitur verbis, nec muni-
ta maiori ſolemnitate, illi qui pariter laici
ſunt obijcere inueſtituræ Zachariæ non poſ-
ſunt ſolemnitatis defectum, aut nullitatem
ex qualitate laicali inueſtiti incapaci iuris de-
cimandi, ſicut in ſimili dicimus quod obijce-
6 re non poteſt † de viribus mandati, qui habet
ſimile mandatum, *Gonz. ſuper reg. 8. Cancell.
gloſſ. 30. num. 35. Caputaq. deciſ. 184. num. 4. part. 2.*
7 nec dare de nullitate examinis, qui eodem
modo ſuos teſtes examinauit, *Gonz. ibid. gloſſ. 9.
§. primo in annot. contra null. & attent. num. 73. Rot.
deciſ. 393. numer. 5. & 17. par. 1. deciſ. 232. ſub nu-
mer. 4. verſ. vt in ſimili part. 4. recentiorum.*

Præter quod reſpectu incapacitatis duo ex
8 Dominis aduertebant laicos † non eſſe inca-
paces ſolius commoditatis, & emolumenti
decimarum ſciuncti à iure decimandi, *Bald.
conſ. 274. num. 1. & ſeqq. lib. 5. Bero. conſ. 84. nu. 41.
& ſeqq. lib. 1. Giouag. conſ. 27. num. 30. lib. 2. Rebuff.
de dec. quæſt. 10. num. 34. Suarez. de relig. lib. 1. c. 25.
num. 2. Rot. deciſ. 215. num. 5. par. 2. diuerſ. dec. 545.
num. 2. par. 4. recent. & in Rauennaten. ſeù Ferra-
rien. Decimarum 25. Februarij 1647. §. vnde nihil
coram R. P. D. meo Cerro*, ad quam commodi-
tatem videbatur reſtricta inueſtitura Zacha-
riæ, quia nullam mentionem facit iuris de-
cimandi, ſed vtitur verbis emolumentum, &
commoditatem importantibus, ibi *decimas, &
prouentus poſſidere recipere, illiſque frui, & gau-
9 dere &c.* quæ verba non congruunt † niſi cō-
moditati, & perceptioni fructuum decimæ,
vt in puncto ponderat, *Giouag. reſpon. 27. ſub
num. 30. verſ. tum, & quia lib. 2.* & quod plus eſt
inueſtitura continet expreſſam declarationē,
ac reſtrictionem ad id quod Epiſcopus con-
cedere poteſt, ac debet ibi, *quantum de illis con-
ferre poſſumus, & debemus*, vndè apparet, quod
Epiſcopus noluit concedere ius decimandi,
10 quod † laicis concedi non poteſt, ſed com-
moditatem dumtaxat, cuius concedendæ po-
teſtatem habebat, *Grat. diſcep. 238. num. 28. Gio-
uag. d. reſpon. 27. num. 30. Rot. in d. Rauennaten. ſeù
Ferrarien. Decimarum 26. Iunij 1647. §. primo, &
ſeqq. coram R. P. D. meo Cerro.*

Adeò quod cum vtrinque agatur inter lai-
cos ſimili modo inueſtitos inſpiciendum ſit
11 dumtaxat, quæ inueſtitura ſit prior, † quia
illa præfertur poſteriori ab eodem fonte
emanatæ, *Caſtr. conſ. 142. in fin. lib. 2. Dec. conſ. 193
num. 3. & conſ. 390. num. 2. in fin. Ceph. conſ. 367. nu-
mer. 1. & ſeqq. Surd. conſ. 5. num. 65. & conſ. 573.
numer. 24. Peregr. conſ. 19. num. 24. lib. 1. Rot. coram
ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 105. num. 19.* Eſt autem
12 prior inueſtitura † Zachariæ idemque exi-
ſtebat in poſſeſſione feudi, ante quam aduer-
ſarij inueſtituram reportarent, vndè eo ma-
gis præferendus eſt iuxtà *tex. in l. quoties Cod. rei
vendic.* & in terminis inter duos inueſtitos tra-
dit *Burſatt. conſ. 144. num. 23. Greg. XV. d. dec. 105.
num. 19. Rot. in Farſen. Bonorum 19. Iunij 1647.
§. ſublata coram R. P. D. meo Rojas.*

13 De qua priori poſſeſſione † Zachariæ cō-
ſtat cum ex teſtibus datis in Summ. num. 6.
14 tum ex aduerſariorum confeſſione † Summ.
ibid. num. 7. quæ ſuperat omne genus proba-
tionis *l. cum precum C. liber. cauſ. l. cum te la 2. Cod.
tranſact. cap. per tuas de probat. Greg. XV. deciſ. 143.
in fin. Cocc. deciſ. 494. num. 1.* & eadem prior poſ-
15 ſeſſio † ſuffragatur Zachariæ pro obtinenda
manutentione in concurſu poſſeſſionis po-
ſterioris aduerſariorum, *Felin. in cap. licet cau-
ſam num. 8. & 9. de probat. Surd. conſ. 168. num. 16.
Rot. deciſ. 268. num. 1. coram ſan. mem. Greg. XV. de-
ciſ. 206. nu. 8. par. 2. recent.*

16 Non obſtante decreto irritanti † appoſito
in extrauaganti ambitioſè *de reb. Eccleſ. non
alien.* aduerſus conceſſiones rerum Eccleſiæ
factas abſque beneplacito Apoſtolico, de

quo in caſu noſtro non apparet, quia bene-
17 placitum non requiritur in † rebus ſolitis in-
feudari *Abb. in cap. vt ſuper num. 11. de reb. Eccleſ. non alien. Curt. de ſeud. in prima par. 1. 2. par. princi-*
18 *palis q. 1. Giouagn. in terminis* conceſſionis † deci-
marũ *reſp. 27. n. 37. lib. 2. Rot. deciſ. 36. n. 6. part. 7.*
19 *recent.* ad quod ſolitum probandum † exhibit-
tæ fuerunt inueſtituræ alias factæ, quæ licet
ſatis non eſſent, ſi ageretur in petitorio con-
trà Eccleſiam, operantur ſaltem, vt donec
plenius de hoc ſolito cognoſcatur dubitabile
ſit an ſit locus prædicto decreto irritanti, &
20 propterea interim † ſit manutenendus Zac-
charias poſſeſſor, *Seraph. deciſ. 1471. nu. 5. Cocc. deciſ. 354. num. 7. & 8. Buratt. deciſ. 185. num. 8. & magis in puncto Rota in Toloſana Territorij 30. Martij 1648. §. quare coram R. P. D. meo Otthobono:*
21 præſertim contrà priuatas perſonas † paritèr
abſque beneplacito Apoſtolico inueſtitas, *Abb. in cap. 1. num. 4. vt lit. penden. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 11. num. 46. Buratt. deciſ. 222. numer. 9.* & fuit deciſum in *Montis Caſſinen. Parrochialis 17. Februarij currentis coram me.*

Ex quibus: quicquid dicendum eſſet ſi lis penderet cum Eccleſia inſtante ſibi bona reſtitui, ideoque conceſſionis nullitatem allegante, Zaccharię bonum ius, ac poſſeſſio manutenibilis viſa fuit probata in cõcurſu illorum de Salis, & conſortiũ ipſis per contractas citatis, & ſolo Zaccharia informante.

PISAVREN. PENSIONIS.

Mercurij 29. Aprilis 1648.

ARGVMENTVM.

Penſionarius ſi contrà titularem manutentionem obtinuit nulla appellatione interpoſita, licet deinde titularis ſententiam in petitorio ſuper nullitate penſionis reportauerit; à qua fuit appellatum, non obſtante dicta appellatione, & pendentia litis in petitorio poteſt redire ad Iudicem, à quo pro executione dicti mandati de manutenendo abſque vitio attẽtatorum, eo quod vtrumque iudicium per ſeparata monitoria fuit introductum, & ſic inter ſe diſtincta reputantur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium adeo connexum eſt petitorio, vt non poſſit coram diuerſo Iudice vnius vel alterius cauſa tractari.*

2 *Cauſa proprietatis nihil commune habet cum cauſa poſſeſſionis, quod intellige quoad cognitionem non autem quoad cauſarum connexionem.*

3 *Poſſeſſorium eſt adeo connexum cum petitorio, vt ratione connexitatis non poſſit coram A. C. intentari iudicium manutentionis, poſtquam commiſſa fuit in Rota appellatio à ſententia eiuſdem A. C. lata in petitorio.*

4 *Declara concluſionem non procedere quando fuit terminatum poſſeſſorium nulla interpoſita appellatione, & licet per ſeparatum monitorium fuit introductum iudicium in petitorio, & lata ſententia, à qua fuit appellatum, appellatio non impedit, quin poſſit coram primo Iudice agi pro executione decreti in ſummariſſimo obtenti.*

Appellatio à ſententia lata in petitorio non ſuſpendit executionem decreti in ſummariſſimo poſſeſſorio obtenti.

5 *Poſſeſſor etiam coram Iudice appellationis à ſententia lata in petitorio poteſt ex integro manutentionem petere, & de ea Iudex cognoſcere.*

6 *Executio mandati de manutenendo peti poteſt coram Iudice à quo ſi cauſa appellationis reperitur commiſſa cum clauſula* ſine præiudicio.

7 *Clauſula* ſine præiudicio *operatur ſolum, vt Iudex appellationis poſſit principaliter de poſſeſſione & manutentione cognoſcere non autem impedit, quin Iudex, à quo abſque vitio attentatorum valeat ad executionem procedere.*

8 *Iuriſdictio Iudicis, à quo non dicitur ſuſpenſa, ſi nulla fuit ab eius ſententia interpoſita appellatio, cum imo tunc victus dicatur acquieuiſſe, & ſententiam, ſiue decretum approbaſſe.*

9 *Lite pendente ſuper nullitate penſionis in petitorio poteſt Iudex ante latam ſententiam in petitorio ad effectiuam manutentionem poſſeſſoris citrà labem attentati deuenire.*

10 *Appellatio à ſententia lata in petitorio non impedit executionem decreti ante ſententiam obtenti in poſſeſſorio cum illa ſolum præſeruet rem in ſtatu, quo erat ante ſententiam.*

11 *Executio mandati de manutenendo poſt latam ſententiam ſuper nullitate penſionis detegitur iniuſta quia debet præferri cauſa petitorij tanquam dignior.*

12 *Intellige, niſi ſententia ſit ſuſpenſa per appellationem, nam ea pendente poſſeſſor non eſt ſua poſſeſſione priuandus.*

DECISIO CCCXLVIII.

PRIVS Abbas Franciſcus Tintus præuio monitorio vt ſolet petijt, & obtinuit ab A. C. mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi annuam penſionem ducatorum 64. auri de Camera ſibi authoritate Apoſtolica reſeruatam ſuper fructibus Eccleſiæ Parrochialis ſub inuocatione Sanctę Soffiæ Terræ Gradariæ aduerſus Ioſephum Angelinum d. Eccleſiæ Plebanum, qui ab huiuſmodi mandato non appellauit, deindè ab eodem Angelino fuit coram ipſo A. C. motum nouum iudicium ſuper nullitate penſionis, & reportata ſententia fauorabilis reſeruationem penſionis nullam eſſe declarans.

A qua interpoſita per Tintum appellatione, quia ea pendente in Rota idem Tintus redijt coram A. C. pro executione mandati de manutenendo vt ſupra relaxati, ac declaratoriam decerni obtinuit contrà Angelinum titularem, hic obſtare pendentiam appellationis prætendens, id omne tanquam attentatum reuocari petijt à me Iudice appellationis: ideo propoſui hodiè dubium an geſta coram A. C. poſt commiſſionem in actis præſentatam ſint attentata, & negatiuè reſponſum fuit.

Nam

Nam & ſi per appellationem pendeat in Rota iudicium petitorium, cui adeò connexum
1 dicitur poſſeſſorium, vt non poſſit coram diuerſo Iudice vnius, vel alterius cauſa tractari vt in verbis probat *tex. in l. nulli verſ. atque aliud C. iudic. cap. 1.* ibi, *tam momenti, quam proprietatis, cauſam ſub vno, eodemque Iudice debere cognoſci de cauſ. poſſ. & propr. vbi gloſſ. verb. momenti notat intelligi de momentanea poſſeſſione Barboſ. ibid. num. 4. & in d. l. nulli num. 8. Menoch. de recuper. remed. 15. numer. 219. vbi poſt Bero. in rubr. extra de iudic. num. 58. verſ. non obſtat* ſecundo explicando regulam deſumptam *tex. in l. naturaliter §. nihil commune & l. permiſcere ff. acq. poſſ.* nempè, quod
2 cauſa proprietatis † nihil commune habet cum cauſa poſſeſſionis, ait illam procedere quoad cognitionem, non autem, quoad cauſarum connexionem, *& in tract. de arbitr. caſ. 371. num. 3. & ſeqq.* cum alijs cumulatis à *Moder. Hiſpan. Baccenſi de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. diſp. 2. per tot.* & in puncto quod ob connexi-
3 tatem poſſeſſorij cum petitorio † inchoari nō poſſit coram A. C. iudicium manutentionis in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, poſt quam commiſſa fuit in Rota appellatio à ſententia, ſeù decreto eiuſdē A. C. lato in petitorio fuit deciſum *in Romana, ſeù Cartaginen. Pecuniaria 19. Nouembris 1629. coram bon. mem. Pirouano impreſſ. apud Moder. de manut. deciſ. 666. num. 3. & 4.*

Tamen quando vt in caſu noſtro poſt terminatum à Iudice nulla exaduerſo interpoſita appellatione ſummarijſſimum poſſeſſo-
4 rium, † fuit coram eodem Iudice per ſeparatum libellum, ſeù monitorium ab alia parte introductum petitorium, eiuſque cauſa per appellationem à ſententia deſuper lata deuoluta ad Iudicem ad quem, vtique licitum eſt poſſeſſori petere coram primo Iudice executionem decreti in ſummarijſſimo poſſeſſorio obtenti, quia illam appellatio à ſententia lata in petitorio non ſuſpendit, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 2 num. 18. & 19.* & magis in terminis *Pariſ. conſ. 54. lib. 2 lib. 3. Gabr. de acq. poſſ. concl. 6. num. 11. Veſtr. in praxi lib. 8. cap. 4. nu. 4. & ibi Granat. nu. 35. Grat. deciſ. March. 132. n. 18.* alijque relati *à Moder. Peruſino de manut. obſer. 6. num. 31. & ſeqq. & eſt tex. in cap. teneamur 17. vbi notant omnes de appellat.*

Neque exinde diuiditur continentia cauſarum, dum non negatur quin poſſeſſor
5 etiam † coram Iudice appellationis à ſententia lata in petitorio petere ex integro poſſit manutentionem, & de ea Iudex cognoſcere, nec incoatur coram A.C. nouum iudicium, ſed ſeruata diſtinctione iudicij poſſeſſorij, & petitorij per ſeparata monitoria à partibus moti, ac ſucceſſiuas ſententias à Iudice terminati, petitur coram Iudice à quo executio decreti primo loco lati in ſummariſſimo poſſeſſorio, à quo appellatum non fuit, ſicuti in fortioribus terminis peti poſſet ſi à dicto
6 decreto fuiſſet, † appellatio admiſſa cum clauſula *ſine præiudicio*, quo caſu certum eſt quod
7 Iudex appellationis † poteſt principaliter de poſſeſſione, ac manutentione cognoſcere, & nihilominus abſque vitio attentatorum proceditur coram Iudice, à quo ad executionem mandati de manutenendo per eum relaxati, *Gonz. in annot. contr. nullit. num. 224. & ſeqq. Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. limit. 13. nu. 2. Rot. deciſ. 609. num. 1. part. 2. recent. deciſ. 416. num. 2. par. 5. Coccin. deciſ. 144. num. 7. add. ad Greg. XV. deciſ. 32. num. 4.* & fuit dictum *in Anconitana Dotis 3. Aprilis 1609. coram bon. memor. Cardinali Millino impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 2. fol. 57. & in Vrbinaten. Iuriſpatronatus 3. Iulij 1617. coram bon. me. Archiepiſcopo Seleucien.*

Quia nimirum non eſt ſuſpenſa iuriſdictio
8 Iudicis à quo, eoque minus ſuſpenſa † eſt quando nullo modo fuit appellatum, cum imò tunc victus dicatur acquieuiſſe, ac decretum approbaſſe *l. ab eo C. quom. & quando Iudex Dec. conſ. 618. numer. 2. ad med. Aym. conſ. 108. num. 3. Rot. in Calaguritana Beneficij 7. Nouembris 1646. coram R. P. D. meo Ottbobono.* Et ſicuti pen-
9 dentia litis † in petitorio ſuper nullitate penſionis coram primo Iudice non erat impedimento, quominus idem Iudex ante latam ſententiam in petitorio ad effectiuam manutentionem poſſeſſoris citrà labem attentati deuenire, *Grat. diſcep. 113. num. 28. Rot. deciſ. 275. num. 11. & ſeqq. coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 142. num. 2. & 3. deciſ. 163. numer. 2. inter impreſſ. apud Moder. de manut. & in Romana Subcollectoriæ 17. Martij 1645. coram me*, ità nec impedimento eſſe poteſt appellatio à ſententia per primum
10 Iudicem in petitorio lata † cum ſolum præſeruet rem in ſtatu, quo erat ante ſententiam *leg. 1. §. propter eamdem ff. nich. in nou. appellat. interpoſ. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. in præf. nu. 87. & ſeqq. Monach. deciſ. Bononien. 30. num. 29. & 30. Rot. deciſ. 658. num. 2. par. 4. recen.* Præſertim quia à ſententia contrà ſe lata in petitorio appellauit poſſeſſor, quem veriſimile non eſt voluiſſe per appellationem huiuſmodi ſuſpendere decretum manutentionis quod fauorabile in iudicio ſeparato prius reportauerat.

Non obſtat quod iniuſte deuentum fuerit ad executionem mandati de manutenendo
11 poſt † quam lata fuerat ſententia ſuper nullitate penſionis, vt in terminis tradit, *Alex. conſil. 118. ſub num. 11. verſ. et attento* vbi dicit rationem, quia debet præferri cauſa petitorij tanquam dignior *libr. 2.* nam obiectum procede-
12 ret, † niſi ſententia eſſet ſuſpenſa per appellationem, ea namque pendente poſſeſſor non eſt ſua poſſeſſione priuandus, *Rot. deciſ. 275. numer. 13. coram ſan. mem. Greg. XV.* cum alijs allegatis *per Moder. Peruſinum de manut. obſer. 8. numer. 37. & 40.*

Et ità deciſum Informante ſolum Abbate Franciſco Tinto, quia pars aduerſa licet pluries inſtiterit pro huius dubij propoſitione mutato propoſito noluit informare etiam penſionarij citationibus laceſſita.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 4. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſor rei hæreditariæ non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredi ſcripto ſi eius titulus eſt euidenter nullus. Vſufructuario non licet res hæreditarias diſtrahere, & ex quibus verbis teſtamenti deſumatur, quem fuiſſe tantum hæredem inſtitutum in vſufructu; non autem in proprietate? Curator non valet rem minoris vendere abſque illius interuentu, præſertim ſi eſt pubertati proximus, & ſine debitis ſolemnitatibus. Venditio rei hæreditariæ non ſeruato præcepto Teſtatoris eſt nulla, & quando res diſtrahitur in perſonam executoris Teſtamentarij non caret vehementi ſuſpicione fraudis.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi ſcripto concedenda eſt immiſſio probatis extremis interdicti adpiſcenda.*

2 *Immiſſio denegatur hæredi contrà poſſidentem rem hæreditariam titulo venditionis ſequutæ ex præcepto Teſtatoris, quod operatur, ac ſi ipſe Teſtator vendidiſſet.*

3 *Poſſeſſor rei hæreditariæ habens titulum à defuncto eſt legitimus contradictor, itaut iudicio ordinario non autem immiſſionis debeat conueniri.*

4 *Declara concluſionem non procedere, quando titulus poſſeſſoris detegitur incontinenti nullus, tunc enim non eſt legitimus contradictor ad impediendam hæredi immiſſionem, & ex quibus tituli nullitas detegatur?*

5 *Teſtator prohibens, ne hæres poſſit rem hæreditariam alienare intelligitur talis prohibitio de alienatione voluntaria, non autem neceſſaria pro ſoluendo ære alieno ipſius Teſtatoris.*

6 *Vſufructuarius ex diſpoſitione iuris communis non valet res hæreditarias vendere.*

7 *Facultas alienandi permiſſa in certis caſibus, in reliquis cenſetur denegata.*

8 *Hæres in vſufructu tantum quod fuerit quis inſtitutus non autem autem in proprietate ex verbis teſtamenti colligitur.*

9 *Vſufructus relictus cenſetur ſi Teſtator mandauit,* che deua hauere l'alimenti vitto, e veſtito.

10 *Teſtator hæredẽ inſtituens poſt mortem vſufructuarij cenſetur purè, & liberè in proprietate inſtituiſſe itaut dilatio poſt mortem non ſuſpendat acquiſitionẽ proprietatis, & ſolum dicitur adiecta, ut interim vſufructuarius liberè fruatur, nec à proprietario vexetur.*

11 *Vxor quod fuerit à marito inſtituta hæres in vſufructu tantum reſultat ſi ex verbis teſtamenti apparet eam eſſe in pluribus contradiſtinctam ab hæredibus proprietarijs.*

12 *Verba* Donna Madonna, e padrona, *apta ſunt ſignificare abſolutum dominium.*

13 *Fallit, quando dicta verba reſtringuntur à verbo ſtatim adiuncto* vſufructuaria, *& ex alijs coniecturis, tunc enim ſolum important dominium vtile, & liberam diſpoſitionem fructuum cum præheminentia.*

14 *Curator de iure vendere non poteſt niſi cum interuentu minoris, præſertim quando eſt pubertati proximus.*

15 *Et adhibitis ſolemnitatibus in contractibus minorum neceſſarijs, etiamſi venditio fiat pro ſoluendo ære alieno.*

16 *Venditio rei hæreditariæ non ſeruata forma præcepti Teſtatoris eſt nulla.*

17 *Verbum* extinguere *importat debiti eradicationem, & ſubſtantiæ obligationis interemptionem.*

18 *Teſtator mandans vendi eius bona pro extinctione debitorum non ſequitur illorum extinctio, ſi venditio apparet facta habita fide, & reportata ſolum ab emptore accollatione debitorum.*

19 *Venditio rei hæreditariæ facta executori teſtamentario quando detegatur ſuſpecta?*

20 *Executori teſtamentario res hæreditaria vendi nequit.*

21 *Retentio non competit niſi pro credito vero, & liquido.*

DECISIO CCCXLIX.

HAERES quia eſt ex teſtamento Adriani Serlori, Carolus Adrianus in domum hæreditariam hodiè poſſeſſam à Domino Horatio Magalotto petijt immiſſionẽ, & concedendam eſſe Domini cenſuerunt,
1 quia docuit de † teſtamento non abolito, aut cancellato, de obitu teſtatoris, necnon Bernardinæ hæredis vſufructuariæ, ac de identitate domus, quæ ſunt extrema interdicti adipiſcendæ ex *remed l. fin. C. edict. diu. Adr. toll.* hęredi ſcripto competente, *Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 199. Rot deciſ. 206. nu. 1. coram ſan. me. Gregor. XV. deciſ. 35. numer. 20. & ſeqq. part. 1. recentiorum.*

Non obſtat, quod Magalottus habeat cauſam à Petro Paulo Lancellotto, cui Bernardina teſtatoris hæres vſufructuaria domum vendidit pro ſoluendo ære alieno ipſius teſtatoris, qui in hanc cauſam vendi præceperat; ideoque titulus huiuſmodi repellat hæredem
2 non † ſecus, ac ſi ipſe teſtator vendidiſſet cum idem operetur dictum eius præceptum *l. ſi hæres teſtamento ff. act. empt. Abb. in cap. in cauſis nu. 6. de elect. Grat. diſcep. 416. num. 2. Tiraquell. de legib. connub. gloſſ. 8. num. 184. Rot. deciſ. 445. num. 1. par. 1. recent.* vel ſaltem poſſeſſor vti habens titulum
3 à defuncto † ſit legittimus contradictor; itaut iudicio ordinario non autem executiuo immiſſionis debat conueniri, *Menoch. de adpiſc. remed. 4. num. 610. Rot deciſ. 127. num. 3. & 4. par. 7. recent.* cum alijs allegatis *per Moder. Bononien. de legitt. contrad. quæſt. 7. art. 1. num. 30. & ſeqq.*

Quia obiectum procederet ſi teſtatoris pręceptum fuiſſet adimpletum, vel alias de validitate tituli poſſet dubitari, ſed vbi vt in ca-
4 ſu noſtro titulus poſſeſſoris nullus † incontinenti detegitur legittimum contradictorem non facit, hæredique ius aut interdicti beneficium non adimit, *Rolan. conſ. 48. num. 12. lib. 1. Afflict. dec. 374. num. 7. Seraph. deciſ. 256. numer. 1.*

Rot.

*Rot.deciſ.755.num.5.par.2.recent.deciſ.415.nu.14.
par.5.deciſ.261.num.13.par.7. deciſ.430. num.11.
coram Reuerendiſſimo Vrgellen.& in Bononien. Fi-
deicommiſſi de Rubeis* 16. *Martij proximè præteriti
coram Reuerendiſs.D.meo Decano.*

Detegitur, in quam nullus titulus præfatæ
venditionis factæ à Bernardina primo ex de-
fectu poteſtatis; ſiquidem preceptum teſtato-
ris, ac poteſtas vendendi dirigitur ſolum ad
nepotes hæredes proprietarios ibi, *voglio, che
li miei heredi ſiano obligati ad eſtinguere i detti de-
biti con detta caſa vendendola, ò impegnandola &c.*
nec repugnant verba multo infra adiecta ibi,
non voglio, che loro (hoc eſt nepotes hæredes)
*à verun modo ſiano padroni, ne poſſino diſporre di
quello, che gli laſcio ſin che non ſiano arriuati all'età
di* 20.*anni*, quia intelliguntur de diſpoſitione
5 voluntaria, † nec includunt alienationem in
caſu ſupra permiſſo à teſtatore pro ſoluendo
ipſius ære alieno, *Bellon.iun.coſ.36. num. 10. &
ſeqq.Surd.deciſ.254.num.6.* Igitur Bernardina,
quæ vt infrà dicam fuit ſolum hæres vſufru-
6 ctuaria † nullatenus vendere potuit ſiue at-
tendatur præceptum teſtatoris ſiue iuris cõ-
munis diſpoſitio iuxtà *tex.in l.1. §. vſufructua-
rius ff.nou.oper.nunc.Pariſ.conſ.71.numer.3. libr.2.
Caſtill.de vſufr.cap.20.numer.12.& ſeqq.Grat.di-
ſcep.636.num.18.Giurb.deciſ.79.numer.14. Rot.in
Recanaten.manutentionis 24. Aprilis 1643. coram
R.P.D.meo Cerro.* Eo minus quia teſtator ca-
ſum, in quo Bernardinæ facultatem alie-
7 nandi competere voluit ſpecificè expreſſit,
nempè ſi redditus hæreditatis pro alimentis
illius non ſufficerent ibi, *per il vitto, e veſtito
poſſa alienare la ſorte principale* vndè in cæteris
caſibus denegaſſe cenſetur, vt in ſimili, *Surd.
conſ.294.num.9.& ſeqq.Rom.conſ.100.num.2. Rot.
deciſ.115.num.2.par.3.deciſ.651.nu.9.& ſeqq. p.4.
tom.3.recent.*

Fuiſſe autem Bernardinam hæredem vſu-
8 fructuariam domtaxat † patet ex lectura te-
ſtamenti nedum ibi, *alla qual Bernardina laſcia
il vitto, e veſtito, mentre viua caſtamente &c. an-
zi ordino, e voglio, che à lei ſia lecito ſubito dopo la
mia morte pigliare il poſſeſſo della mia heredità, e
ritenerlo mentre viua per il vitto, e veſtito* verum
etiam ibi, *heredi vniuerſali &c.inſtituiſco, e voglio
che ſiano la detta Bernardina, mentre però viua ca-
ſtamente herede vſufrutuaria*, & infrà ibi, *deua li-
beramente, & aſſolutamente hauer gl'alimenti, e vit-
9 to, e veſtito*, quæ verba, † vt ſenſui patet ſolius
vſusfructus relictum important licet hæredes
vniuerſales inſtituti fuerint poſt mortem
Bernardinæ, & poſtquam illius vſusfructus
ceſſauerit ibi, *dopoi, che ſarà finito l'vſufrutto di
detta Donna Bernardina ò per la morte di eſſa, ò per
altro modo legittimo &c.li detti Carlo, & Adriano
miei nipoti &c.ſiano miei heredi vniuerſali*, quia
dum ex alijs conſtar vxorem fuiſſe tantum in
vſufructu inſtitutam, hæredes vocati poſt eius
10 mortem † habentur tamquam purè, & libe-
ri inſtituti in proprietate; ità vt dilatio poſt
mortem vſufructuariæ non ſuſpendat acqui-
ſitionem proprietatis; ſed emolumenti, &
vſufructus donec vſufructuaria vixerit, &
cenſeatur appoſita, vt mulier interim liberè
fruatur, nec ab hærede proprietario vexetur.
Bald. conſ.26. lib.5. cum alijs, quos articulo
diſcuſſo ſecuta eſt *Rot. deciſ.22. num.8. & ſeqq.
part.6.recent.& in Eſina Bonorum 11. Iunij 1633.
coram Eminentiſſimo D.Cardinali Hieronymo Ve-
roſpio in Mutinen.Dotis 16.Iunij 1641.coram Emi-
nentiſſimo D.Cardinali Panzirolo, & in Recanaten.
Manutentionis 27.Iunij 1642. coram R. P. D. meo
Cerro.*

Eo magis, quia inſtitutio incipit à verbis
pluralis numeri ibi, *heredi vniuerſali &c.* ac te-
ſtator non ſemel Bernardinam vſufructua-
11 riam † contradiſtinxit ab hæredibus proprie-
tarijs, tum ipſam relinquendo illorum cura-
tricem ibi, *curatrice di detti mei heredi laſcio, &
iſtituiſco la detta Bernardina*, tum mandando
hæredibus, quod ipſi alimenta ſubminiſtrent
ibi, *voglio che li miei heredi ſiano tenuti, & obli-
gati a darglieli della mia heredità*, tum præcipiẽ-
do hæredibus in numero plurali, quod domũ
vendant, vt æs alienum ſoluant ibi, *voglio che
li miei heredi ſiano obligati &c.* quam contrà di-
ſtinctionem ponderauit in his terminis, *Rot.
d.deciſ.22.num.31.par.6.recent.* vndè nihil refert
12 quod teſtator Bernardinam reliquerit † *Don-
na, e madonna, e patrona*, quæ verba apta ſunt
ſignificare abſolutum dominium, quia cum
13 hoc caſu reſtringantur † à verbo ſtatim adiũ-
cto vſufructuaria ibi, *Donna madonna patrona, &
vſufructuaria*, & ab alijs ſuprà, & infrà appoſi-
tis idem importantibus inferunt ſolum do-
minium vtile, & liberam diſpoſitionem fru-
ctuum cum preheminentia, *Bald. in l. legem
Iuliam num.9.C.indic.vid.toll.Dec.conſ.476. nu.1.
& ſeqq.Pariſ.conſ.21.numer.9.libr.2.Surd.conſ.218
numer.14. Rot.deciſ. 162. numer. 6. par. 6. recen-
tiorum.*

Nec facultas vendendi videri poteſt Ber-
nardinæ conceſſa, ex quo relicta fuerit hære-
dum curatrix, quia tantum abeſt quod hoc
nomine includatur, quod imò teſtator man-
dauit, vt Bernardina fructus hæreditatis, qui
vltrà eius alimenta ſupereſſent inueſtiret pro
14 hæredibus, & de iure curator † vendere non
poteſt niſi cum interuentu perſonę ipſius mi-
noris, vbi ille vt in caſu noſtro erat proximus
pubertati *Caſtr.in l.nec tutores numer.5.C.procur.
Socc.conſ.24.num.45.lib.1. Peregr.conſ.74.ſub n.4.
lib.3.Gomeſ.var.reſol.tom.2.cap.14.num.1. Rot. in
Bononien.de Berois 28.Iunij 1641.coram R. P. D.
15 meo Carillo*, & adhibitis ſolemnitatibus † in
contractibus minorum neceſſarijs, etiamſi
venditio fiat pro ſoluendo ære alieno *l. magis
puto §.non paſſim, & §.in primis ff. reb. cor. Corn.
conſ.207.num.3.lib.3.Dec.conſ.60.ſub num.2.Aym.
conſ.336.nu.8. Pariſ.conſ.98.n.2.lib.1.Mant.de ta-
cit.lib.4.tit.6.num.8.*

16 Secundò venditio eſt nulla † ob non ſerua-
tam formam præcepti teſtatoris *l.ſi pupillorum
§.ſi pretor ff.reb.cor.Rimin.Sen.conſ.435.numer.17.
Bero conſ.182.num.9.& 10.lib.1.Rot.deciſ.83. nu-
mer.4.& ſeqq.coram.Reuerendiſs.Vrgellen dec.621.
ſub num.6.deciſ.773.ſub num.9.& ſeqq. part.3. re-
cent.deciſ.261.num.7.par.7.Mant. de tacit. d. tit.6.
num.9.* Voluit enim teſtator venditionem fie-
ri vt ex pretio extinguerẽtur debita, & exindè
eius

eius vinea ab hypothecis creditorum libera remaneret, *ibi, e col prezzo eſtinguere li detti debiti, e ſodisfare à i creditori acciò la vigna reſti libera,*
17 quod verbum *eſtinguere* † importat debiti eradicationem, & ſubſtantiæ obligationis interemptionem, *vt dixit Rot. in deciſ. 558. num. 2. inter impreſſ. apud Cinc. de Cenſib.* Hęc vero venditio facta fuit habita fide de prætio, † & re-
18 portata ſolum ab emptore accollatione aſſertorum debitorum Teſtatoris, per quam nō ſequitur illorum extinctio, & effectus liberationis vineæ à Teſtatore vnicè contemplatus *Bart. in l. ſingularia num. 19. ff. ſi cert. pet. Gabr. conſil. 155. num. 29. lib. 1. Surd. deciſ. 23. nu. 6. & 7. Rota deciſ. 26. num. 5. deciſ. 238. num. 2. poſt Cinc. de Cenſib. deciſ. 749. n. 17. coram bo. me. Buratto.*

19 Præter quod venditio nō vacat vehementi ſuſpicione fraudis, † quia Bernardina eadē die qua fuit apertum teſtamentum viri, & qua ipſa laborans in extremis Lancellottum, ſibi hæredem inſtituerat, domum hanc vendidit eidem Lancellotto executori teſtamentario, & vni ex aſſertis creditoribus viri, non iuſtificato eius credito, nec alijs quæ per ipſum accollari fecit, quibus in omnem euentum ſatisfieri potiùs debebat cum fructibus bonorum viri, qui ob imminentem mortem ipſius vſufructuariæ die ſequenti ſecutā erant vacaturi, vel mediante domus pignoratione dum creditores pro ſatisfactione non vrgebant, animaduertendo quod præceptum Teſtatoris eſt quidem præciſum circa æris alieni extinctionem, ſed circa modum loquitur alternatiuè de venditione, vel pignoratione domus, *ibi, vendendola, ò impegnandola nel miglior modo che poſſono*: adeò quod debuiſſet ſaltem inquiri an reperiretur qui domum in pignus acciperet, & an melius eſſet pignorare, quam vendere, non autem præcipitanter quo tempore grauitas morbi, & mors proxima venditricis mentem curis grauioribus occupabat, deueniri ad venditionem ad fauorē illiuſmet, quem venditrix hæredem inſtituerat, & vir reliquerat executorem teſtamen-
20 tarium, † cui nec regulariter vendi poteſt, *Bart. in l. ſi in exemptione 34. §. fin. in princ. ff. contrah. empt. Cald. de empt. & vendit. cap. 17. numer. 8. aliyque relati à Modern. Vrſaonenſi de execut. teſtam. lib. 3. cap. 3. n. 43. & ſeqq.*

Tandem non ſuffragatur D. Magalotto retentio ex hypothecis creditorum Teſtatoris, quibus aſſerit de proprio ſoluiſſe, vel aliorū ex perſona Lancellotto eius authoris, quia ſatis eſt reſpondere, quod de ſolutionibus nō
21 conſtat, quodque oportet credita ſoluta eſſe † nedum vera, ſed liquida, vt præbeant commodum retentionis, *vt ſæpiſſimè dixit Rot. in deciſ. relat. in Romana Retentionis Domorum 27. Maij 1642. coram R.P.D. meo Ghiſlerio,* multa enim ab Informantibus pro Carolo Adriano deducuntur, quæ Lancellottum ex bonis debitoris recepiſſe prætendunt.

Et ità deciſum vtraque parte Informante.

VRBEVETANA LEGATI.

Lunæ 4. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Prohibitio alienandi expreſſa vſque ad certum tempus non tollit eo elapſo prohibitionem tacitam reſultañ ex perpetuo fideicommiſſo conſtituto fauore deſcendentium Teſtatoris. Alienatio bonorum fideicommiſſi ſtante expreſſa prohibitione Teſtatoris, licet ſit nulla, ſubſtinetur ſaltim in vita alienantis. Dos quādo fuit promiſſa in quantitate, & bona deinde aſſignata præuia æſtimatione, quę faciunt emptionem, & venditionem non conſtituunt fundum dotalem, ſed illa verba *pro fundo dotali* important ſolum ſpecialem hypotecam, non tamen accipienda ſunt propriè, prout intelligitur fundus dotalis, & ex quibus fundus dotalis excludatur? Pater tranſiens ad ſecunda vota tenetur bona materna acquiſita filio prioris matrimonij reſeruare per obitum eiuſdem filij ſorori, quamuis ob exiſtentiam maſculi ſit per ſtatutum excluſa, quia ſtatutum locum non habet in caſu, quo Pater tranſit ad ſecundas nuptias. Statutum excluſiuum fœminarum propter agnatos non intrat, niſi agnati hæreditatem adeant.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommiſſo ſubiecta per hæredem grauatum poſſeſſa non cadunt ſub inſtitutione hæredis, nec vti hæreditaria illius reputantur.*
2 *Identitas bonorum hæreditariorum probatur ex inuentario per hæredem confecto, quod contra conficientem, & habentem cauſam ab eo plenè probat.*
3 *Teſtator prohibens hæredi ne vendat, donec peruenerit ad 25. annum videtur vltra illam ætatem alienandi facultatem conceſſiſſe.*
4 *Declara concluſionem procedere, quando in teſtamento non adeſt prohibitio tacita, ſed ſolum expreſſa, eaque limitata eſt ad certum tempus.*
5 *Secus vero quando Teſtator nedum expreſsè alienationem prohibuit, donec hæres certam ætatem expleuerit, ſed vlterius perpetuum fideicommiſſum inter deſcendentes inſtituit ex quo reſultat tacita prohibitio, quæ ſemper manet fauore vocatorum, licet per lapſum temporis expiret expreſſa, & numer. 6. & 7.*
8 *Alienatio contra prohibitionem expreſſam Teſtatoris eſt ipſo Iure nulla.*
9 *Subſtinetur tamen in vita ipſius alienantis.*
10 *Detractiones legitima, & Trebellianica præſumuntur conſumptæ quando vltra alienationes hæres Inuentarium non confecit, quo caſu tenetur probare alienationes factas non fuiſſe ſatis pro detractionibus.*
11 *Fundus dotalis ad quem ſpectet, & ex quibus verbis conſtituatur?*
12 *Fundus dotalis conſtitutus cenſetur quoties præceſſit dotis promiſſio in quantitate, & traditum fuit aliquod corpus extimatum in ipſo Inſtrumento dotali, vel in eodem inſtanti promiſſionis dotis.*

13 *Secus vero quando dos fuit promiſſa in quantitate purè, & ſimpliciter, & deinde ex internallo aliquid datur immobile inſolutum cum ſua exiſtimatione, quod illud ſit fundus dotalis.*

14 *Ratio eſt nam primo caſu promiſſio, ac æſtimatione cenſetur facta, non vt rei æſtimatæ dominiū traſferatur in maritum, ſed vt ſciatur eiuſdem rei valor.*

15 *Fundus dotalis vt conſtitutus dicatur ex re in dotem data ſatis eſt, quod ex præſumptionibus, & conte&turis conſtet de voluntate contrahentium.*

16 *Et ex quibus huiuſmodi contrahentium voluntas conſtituendi fundum dotalem deſumatur? & n.*17. 18.19.& 20.

21 *Dos promiſſa in quantitate prauia aſſignatione bonorum æſtimatorum facit emptionem.*

22 *Et verba* pro fundo dotali *important ſolum ſpecialem hypotecam.*

23 *Et non accipiuntur propriè, prout intelligitur fundus dotalis, ſed ita interpetrantur, vt res ſit data in ſolutum, & in fundum dotalem ſcilicet in dotem datum.*

24 *Fundus dotalis conſtante matrimonio, nec minus cum conſenſu vxoris abſque legitima cauſa alienari poteſt.*

25 *Dos non debet diuerſo Iure cenſeri.*

26 *Pro fundi dotalis excluſione interpetratio ſumenda eſt, cum hoc vtilius ſit vxori.*

27 *Dos materna ſpectat ad filios, vti illius hæredes ab inteſtato.*

28 *Bona extradotalia vxoris non tranſeunt in dominium viri.*

29 *Maritus ſi bona in dotem inſolutum accepit credens per errorem ea vera eſſe, & exiſtere, comperto quod non exiſtunt, puta quia fuerunt ante dationem in ſolutum diſtracta ei aduerſus promiſſorem ſubueniendum eſt.*

30 *Maritus non tenetur reſtituere quod ſine ſua culpa non exegit.*

31 *Statutum Vrbis Veteris* lib.2.rubric.56. *excludit fœminas ſignanter ab hæreditate matris propter maſculos.*

32 *Statutum Vrbis Veteris* eod.lib.2. rubr.55. *diſponit quod in defectum maſculi nullis ex eo deſcendentibus ſuperſtitibus excluſis fœminis ſuccedat proximior agnatus.*

33 *Appellatione proximioris agnati etiam Pater continetur.*

34 *Pater tranſiens ad ſecundas nuptias tenetur reſeruare bona materna ei per obitum filij ex ſucceſſione delata filiæ, ſiue ſorori reſpectiuè ex primo matrimonio.*

35 *Declara hoc procedere in terminis ſucceſſionis filij delatæ Patri ex diſpoſitione Iuris communis, ſecus vero in terminis ſucceſſionis ſtatutariæ, & redditur ratio, numer.*36. & 37. *Vbi quod Pater non tenetur per tranſitum ad ſecundas nuptias reſeruare filiæ, & ſorori reſpectiuè bona materna ſi eſt à ſtatuto excluſa propter agnatos.*

38 *Contrarium quod etiam in terminis ſucceſſionis ſtatutariæ Pater ſiue nuptias contraxerit ante, ſiue poſt ſucceſſionem filij teneatur bona materna reſeruare ſorori, ac filiæ reſpectiuè tenent plures hoc eodem numero allegati.*

39 *Statutum excluſiuum fœminarum ab hæreditate matris propter agnatos locum non habet Patre ad ſecundas nuptias tranſeunte, quia ſtatutum intelligitur de agnatis ad ſuccedendum habilibus de Iure communi qualis non eſt Pater ſecundas nuptias contrahens.*

40 *Item quia bona quæ reſeruantur filijs primi matrimonij in pœnam ſecundarum nuptiarum reſeruata ſunt filijs, vt filijs, & propterea illa acquirunt, licet non ſint hæredes.*

41 *Statutum generaliter loquens recipit interpratationem paſſiuam, ac reſtrictionem à Iure communi.*

42 *Statutum non cenſetur Iuri communi derogare, niſi inter vtrumque adſit ineuitabilis repugnantia, ita vt alias ſtatuti diſpoſitio locum habere non poſſit.*

43 *Soror vt excluſa dicatur à Patre vigore ſtatuti ab hæreditate fratris requiritur, quod Pater filij prædefuncti hæreditatem adiuerit, alias ſecus.*

44 *Statutum excluſiuum fœminarum propter agnatos non intrat, niſi agnati per quos fœminæ excluduntur adeant hæreditatem.*

45 *Statutum excluſiuum fœminarum propter agnatos locum non habet in ſorore, quia eſt agnata.*

46 *Statutum Vrbis Veteris* lib.2.rubric.57. *non excludit ſororem propter exiſtentiam fratris perpetuo, ſed temporaliter donec ipſe viuit, eoque ſine liberis defuncto hæreditas acquiritur ſorori excluſæ.*

47 *Filia dotem cōſequitur ex hæreditate Patris, quamuis habeat aliundè.*

48 *Et conſequi illam debet in ea quantitate, quam habuit alia ſoror.*

DECISIO CCCL.

QVAE comprahenduntur in hæreditatibus Gaſparis, & Ioannæ eius filiæ, an hæreditati dictæ Ioannæ ſit debita dos ab hæreditate eiuſdem Gaſparis, & in qua quantitate, hodierna diſputatio ſimul congeſſit, ne calculus hæreditatis Ioannę à quo pendet detractio falcidiæ è legato ſcut.500. ab eius hærede prętenſa per plura dubia compilatus, ipſius falcidiæ valorem abſumeret impendio diſputationum.

Et exordiendo ab hæreditate Gaſparis cenſuerunt Domini in illa comprahendi omnia bona deſcripta in Inuentario à Fauſtina Vaſchienſe eius vxore, ac Tutrice filiorum deſcripta tanquam hæreditaria, exceptis tamen prædio in contrata Ponte giulio, alio prædio nuncupato Fontana ſelua, ac domo ſita in Ciuitate Vrbeuetana, hæc enim dici non poſſunt hæreditaria Gaſparis, † quia ſpectant ad fideicommiſſum Vliſſis eius Patris deſcēdentibus omnibus relictum; *l.ſequens quæſtio, l.vnum ex familia §.ſi de falcidia ff.leg.2.l.fin.§.ſed quia Cod.commun.de legat.Surd.conſ.*112. *num.*81. *& deciſ.*93.*num.*19.*& ſeqq.Rot.deciſ.*93. *n.*3.*&* 5. *coram Reuerendiſſimo Vrgellen.* vt conſtat ex publico Inſtrumento teſtamenti Vliſſis, quod pro nunc partes admiſerunt iuncto Inuentario bonorum hæreditariorum eiuſdem Vliſſis facto ab ipſo Gaſpare, & Guidone fratre, quo

2 quo † contra confitentes, & habentes cauſam ab eis plenè probatur bonorum identitas, *l. fin. Cod. arbitr. tut. l. tutor qui repertorium ff. adminiſtr. tut. Caualer. deciſ. 357. num. 2. Rot. inter recent. deciſ. 96. nu. 2. & 3. par. 7.*

Nec releuat quod Gaſpar medietatem alterius ex dictis prædijs emerit à Guidone fratre, & cohærede, qui vendere potuit, quia excedebat vigeſimum quintum annum, ac Vliſſes Teſtator prohibendo hæredibus ne
3 vendant, † donec peruenerint ad 25. annum videtur vltrà illam ætatem alienandi facultatem conceſſiſſe ex allegatis per *Surd. conſ. 294. num. 5. & ſeqq. Bellon. Iun. conſ. 1. numer. 93. & 94. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 720. num. 1. & ſeqq.* Quia præſumptio huiuſmodi militat, quando in
4 teſtamento † non adeſt prohibitio tacita, ſed ſolum expreſſa eaque limitata eſt ad certum
5 tempus, ſecus vero † ſi vt in caſu noſtro Teſtator nedum expreſsè alienationem prohibuit, donec hæredes certam ætatem expleuerint, ſed vlterius perpetuum fideicommiſſum conſtituit inter deſcendentes eiſque deficientibus inter proximiores de agnatione, ac declarauit velle ſe bona conſeruari pro deſcendentibus, & in eorum defectum pro alijs de ſua agnatione, & cippo, nam tunc ab enixa voluntate Teſtatoris conſeruandi bona in familia effectiua, & contentiua, ſucceſſiuè per obitum ſubſtitutorum vocata reſultat tacita, ac indefinita alienationis prohibitio fauore vocatorum, quæ ſemper manet, licet per lapſum temporis expiret prohibitio expreſſa iuxtà diſtinctionem quam poſt *Caſtr. Ruin. Dec. Crot. & alios amplexà eſt, Rot. penes Seraph. deciſ. 829. num. 11. deciſ. 1244. nu. 5. & 6. & in Sancti Seuerini fideicommiſſi 25. Iunij 1646. §. 1. coram R. P. D. meo Veroſpio, & plenius in Romana Fideicommiſſi de Palatijs ſub eadem die, & anno ferè per tot. coram R. P. D. meo Arguelles,* vel quia vtraque
6 prohibitio † ordinata dicitur ad diuerſos effectus, expreſſa nimirum ne ſexus imbecillitate alienantes decipiantur, tacita vt ſucceſſuris poſt mortem hæredum bona fideicommiſſi deueniant, vel quia ne Teſtator ſibi nō
7 conſtans videatur, † expreſſæ prohibitionis limitatio non tendit ad limitationem fideicommiſſi in caſum mortis indefinitè relicti, ſed eius tantum quod purificaretur in caſum alienationis quandocumque factæ, niſi expreſſa prohibitio temporalis fuiſſet, *Ruin. conſil. 23. num. 13. lib. 5. Theſaur. deciſ. 96. num. 2. Schenard. conſ. 2. num. 61. Rot. inter recent. deciſ. 243. n. 1. par. 1. & in Mediolanen. Bonorum 26. Iunij 1647. coram me,* itaut præſumpta licentia alienandi educta à tempore limitato prohibitionis expreſſæ operetur dumtaxat, quod alienatio,
8 quæ nulla ipſo iure † ab initio eſſet ſi prohibitio expreſſa vigeret, *l. cum Pater §. libertis ibique gloſſ. ff. leg. 2. l. 2. Cod. pro empt. Cocc. deciſ. 166. num. 1. Caualer. deciſ. 81. num. 6. deciſ. 108. n. 1. & 2.*
9 ſubſtineatur † in vita alienantis, cum id tacita prohibitio non excludat, *l. vlt. §. ſin autem, Cod. commun. de legat. gloſſ. in d. §. liberis verb. ne id alienarent, Iaſ. in l. Marcellus §. res quæ numer. 13. ff. ad Trebell. Caual. deciſ. 141. num. 5. & deciſ. 532. num. 11.*

Minùs releuant detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, ac dotis maternæ Gaſpari debitæ in bonis Vliſſis Patris, ob quas corpora de quibus agitur inter hæreditaria Gaſparis poſſunt adſcribi; quia cum ipſe Gaſpar In-
10 uentarium non confecerit, † & alia bona paterna alienauerit detractiones præſumuntur conſumptæ, donec per hæredem Gaſparis concludenter probetur alienationes factas non fuiſſe ſatis pro ſatisfactione detractionũ prædictarum, *Giouagn. conſ. 20. num. 15. & ſeqq. lib. 2. Grat. diſcept. 570. num. 19. & ſeqq. add. ad Gregor. XV. deciſ. 266. num. 16. Rot. deciſ. 77. num. 2. deciſ. 399. num. 26. part. 5. recent. & in Romana Fideicommiſſi de Capite Ferreo 19. Februarij 1646. coram R. P. D. meo Corrado.*

Sunt autem cum hæreditarijs Gaſparis recenſenda prædia nuncupata del Pignarello, e della Fornace, quæ vti fundos dotales Virgi-
11 niæ eiuſdem hæreditati accreſcere affirmant Informantes pro Leandro *ex text. in l. 1. §. exactio, & §. & cum lex Cod. rei uxor. act. l. cum in fundo, §. planè, & §. quod ſi marito ff. iur. dot. l. ſi maritus, ff. fund. dotali Giurb. in conſuet. Meſſan. c. 15. gloſſ. 6. num. 1.* & fundos dotales eſſe probant, tum ex verbis Inſtrumenti dotalis, *ibi, dichiarando &c. che li ſopradetti beni ſtabili aſſignati per parte di dote al detto Signor Gaſparo ſiano, & eſſer debbano beni, e fondi dotali della detta Signora Virginia,* quę verba quamuis pręceſſerit promiſſio dotis in
12 quantitate, † & corpora tradita fuerint æſtimata fundum dotalem verè, & propriè conſtituunt, vbi appoſita fuerunt in ipſo Inſtrumento dotali, ſeù capitulis matrimonialibus ac in eodem inſtanti promiſſionis dotis, licet
13 ſecus eſſet † ſi dos fuiſſet promiſſa in quantitate purè, ac ſimpliciter, & deinde ex interuallo aliquid immobile daretur in ſolutum cum ſua æſtimatione, ac declaratione, quod illud ſit fundus dotalis, vt conciliando deciſiones pro vtraque parte ſolitas allegari bene diſtinxit, *Rot. in Romana Dotis, & Antephati 10. Ianuarij 1639. §. denique coram bo. mem. Merlino, ſequendo aliam deciſionem in Romana Domus 28. Nouembris 1638. §. nec releuat coram Reuerendiſs. D. meo Dunozetto, confirmatam 12. Nouemb. 1640. §. quoniam, & §. ſeq. coram eodem,* quia nimirum primo caſu promiſſio in quantitate, † ac æſti-
14 matio cenſetur facta non vt rei æſtimatæ dominium transferatur in maritum, ſed vt ſciatur eiuſdem rei valor, *Grat. diſcept. 745. nu. 89. facit Pariſ. conſ. 81. num. 16. lib. 3. Decian. conſ. 11. num. 52. lib. 4. Surd. deciſ. 305. num. 37. aliyque relati à Giurb. in conſuet. Meſſan. cap. 15. gloſſ. 1. n. 19.*

Tum ex alijs pactis, & coniecturis, quibus
15 ſatis eſt conſtare † de præſumpta voluntate contrahentium, quod res data in dotem ſit fundus dotalis, *Aretin. conſ. 84. numer. 1. & ſeqq. Socc. Iun. conſ. 141. num. 11. lib. 1. Grat. diſcept. 439. ſub num. 2. & d. diſcept. 745. nu. 97. Rot. in d. Romana Domus ſeu Laudi 12. Nouembris 1640. §. 1. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.* Siquidem conuentum fuit in eodem Inſtrumento, quod in ca-

16 caſum alienationis domus in dotem † datæ
prætium deponi debeat, penès idoneam per-
ſonam ad effectum illud inueſtiendi in Cen-
ſibus, vel bonis ſtabilibus, cum conſenſu vxo-
ris, & ſuccedat in locum domus; quod pa-
ctum cum denotet maritum non potuiſſe li-
berè alienare domum, ſatis elicitur dominiũ
dictæ domus in virum abſolutè non tranſi-
uiſſe, ac per conſequens illam fundum dota-
lem effectam fuiſſe, vt ponderauit, Rota de-
ciſ. 297. ſub num. 3. verſ. ex quo Iudex, & deciſ. 399.
num. 5. par. 3. recent. & in dicta Romana Domus 28.
Nouembris 1638. §. concurrente, & 12. Nouem-
bris 1640. §. tertia oritur coram Reuerendiſſ. D. meo
Decano. Inſuper licet maritus receperit in
dotem ſcuta 3000. partim in bonis æſtimatis
partim in pecunia, ſolum tamen pro rata re-
cepta in pecunia ſpecialiter bona ſua hypo-
17 thecauit in caſum reſtitutionis, † pro reſtitu-
tione vero valoris bonorum aſſignatorum,
quæ æſtimata accepit, nihil obligauit; vndè
reſultat vehemens præſumptio, quod illa
bona quamuis fuerint æſtimata ſint dotalia,
quæ in caſum dotis reſtituendæ ex diſpoſi-
tione legis debent reſtitui, & ob id hypotheca
bonorum viri opus non fuit, vt in terminis
aduertit Gabr. conſ. 60. num. nu. 3. & 4. lib. 2. Card.
Mant. de tacit. lib. 12. tit. 28. Grat. diſcept. 489. nu. 9.
Rot. in dicta Romana Domus, ſeu Laudi 12. Nouem-
bris 1640. §. ex coniecturis, & §. ſeqq. coram Reue-
rendiſſ. D. meo Decano. Fitque hæc præſumptio
18 fortior † animaduertendo, quod in pecunia
ſoluta fuerunt ſolum ſcuta 139. veriſimile
nemque non eſt, quod partes, quæ ſollicitæ
fuerunt, vt pro tam parua ſumma dos ſpe-
cialiter aſſecuraretur in bonis viri ſimilem
aſſecurationem non curaſſent de reliqua do-
te ſcutorum 2800. & vltra in bonis aſſignata,
niſi ea bona eſſent fundi dotales. Accedit
quod ipſa promiſſio dotis in quantitate eſt
19 qualificata, ibi, promette per dote ſcudi 3000. nel
modo infraſcritto per la ſomma di ſcudi 1850. pro-
mettendo gl'infraſcritti beni, cioè il podere di Pigna-
rello &c. & ſic bona nedum ſunt in ſolutione,
ſed etiam in obligatione, vt in ſpecie tradit,
Mantic. de tacit. d. tit. 28. nu. 26. quodque in fine
Inſtrumenti vir non promiſit ſimpliciter cõ-
20 ſeruare, & reſtituere dotem receptam, † ſed
vt ſupra habitam, & receptam, atque ita in
bonis ſupra ſibi aſſignatis, quod conuenit
fundo dotali, l. fin. ff. pact. dotal. Barboſ. in l. ſi æſti-
matis num. 35. ff. ſolut. matr. Ruin. conſ. 134. num. 4.
lib. 4. Grat. diſcept. 489. n. 7.

Sed nihilominùs Domini cenſuerunt hic
non agi de fundis dotalibus, quia dos promiſ-
21 ſa fuit in quantitate, † & bona aſſignata fue-
runt prævia æſtimatione, quæ facit emptio-
nem, l. æſtimatas, l. æſtimatæ, ff. ſolut. matrim. Natt.
conſ. 650. num. 2. Morot. conſ. 44. numer. 13. Pappon.
conſ. 106. numer. 1. Cancer. var. reſolut. tom. 1. cap. 9.
num. 60. Giurb. in conſuet. meſſan. cap. 15. gloſſ. 1. n. 6.
et ſeqq. Adeò quod verba illa pro fundo do-
22 tali † importent ſolum ſpecialem hypothe-
cam, Corn. conſ. 137. num. 4. & 5. lib. 1. Cephal. con-
ſil. 361. num. 37. & ſeqq. Honded. conſ. 41. num. 18.
& 22. lib. 1. Menoch. conſ. 1209. nu. 14. & ſeqq. Fac-
chin. contr. Iuris lib. 12. cap. 74. per tot. & præcipuè,
verſ. quia reſponſum fuit, Giurb. d. cap. 15. gloſſ. 1. ſub
num. 11. verſ. cum etſi add. ad ſan. mem. Greg. XV. de-
ciſ. 573. numer. 16. Rota in Interamnen. ſeu Romana
fundi dotalis 20. Februarij 1589. coram Card. Platto
deciſ. 257. ſub num. 6. coram bon. mem. Coccino, vbi
quod verba illa in fundum dotalem non ac-
23 cipiuntur † propriè prout intelligitur fundus
dotalis, ſed ità interprætantur, vt domus ſit
data in ſolutum, & fundum dotalem ſcilicet
in dotem datum, non tamen quod dos in ea
domo conſiſteret, & in Romana Hæreditatis de
Caualerijs 19. Decembris 1631. §. Neque etiam ob-
ſtat coram eodem bon. mem. Coccino, in Ceſenaten.
Prædij 16. Iunij 1631. coram bo. me. Merlino.

Eo magis quia alioquin non fuiſſet per-
miſſum viro, quod domum in dotem recep-
tam alienaret, & inueſtiret prætium cum con-
ſenſu vxoris cum fundus dotalis conſtante
matrimonio, neque cum conſenſu † vxoris
24 alienari poſſit abſque legitima cauſa, l. vnica,
§. & cum lex, verſ. nec conſentiente C. rei vxor. act.
Caſtr. in l. cum vir num. 4. ff. vſucap. Barboſ. in l. 1.
par. 5. num. 4. ff. ſolut. matrim. Surd. de alim. titul. 8.
priuil. 36. num. 1. Valaſch. deciſ. 150. nu. 6. Et quia
non fuit ſoluta integra dos in ſtabilibus, vndè
ſicuti vltrà ſtabilia dos conſiſtit in quantita-
te, ità illam etiam pro rata ſtabilium conſi-
ſtere contrahentes voluiſſe dicendum eſt † ne
25 diuerſo iure cenſeatur, Non. conſ. 52. numer. 7.
Giurb. in conſuetud. Meſſanen. d. cap. 15. gloſſ. 1. n. 14.
vbi allegat concordantes, Rot. in Bononien. Dotis 16.
Nouembris 1643. §. at in caſu in fin. coram me, &
26 in dubio recipienda eſt interpretatio † exclu-
ſiua fundi dotalis, quia vtilius eſt vxori, gloſſ.
communiter recepta in l. ſi inter virum, & vxorem,
verb. æſtimata, Cod. iur. dot. Bald. in l. 1. ſub num. 7.
Cod. eod. tit. Mant. de tacit. lib. 12. tit. 28. n. 31. Grat.
diſcept. 932. nu. 12.

E conuersò in debitum hæreditatis Gaſpa-
ris, & reſpectiuè creditum hæreditatis Ioan-
næ referenda eſt dicta dos Virginiæ in quan-
27 titate † conſiſtens, quia iure ſucceſſionis re-
ſtituenda eſt Ioannæ filiæ, & hæredi Virginię,
§. 1. Inſtitut. de Senat. Conſul. Orfic. §. 1. Auth. de hæ-
red. ab inteſt. venien. Giurb. in conſuet. Meſſan. cap. 7.
gloſſ. 17. num. 15. Rot. in Piſauren. Donationis 8. Fe-
bruarij 1647. coram R. P. D. meo Ottbobono, prout
etiam ad dictum Ioannem ſpectant bona ex-
28 tradotalia † eiuſdem Virginiæ, quæ nec vſ-
quam fuerunt in dominio Gaſparis viri, l. ſi ego
§. dotis, & ibi Bald. num. 1. ff. iur. dot. l. hac lege, &
l. fin. Cod. pact. conuen. Ruin. conſ. 222. in princ. lib. 1.
Surd. deciſ. 192. num. 7. & 8. Aduertendo tamen
quod non integra dos ſcutorum 3000. debe-
tur ab hæreditate Gaſparis, quia tantum ſcu-
ta 2400. ipſe recepit, cum pro reliquo ei fue-
rint aſſignata ſex loca montium, & cum ſup-
poſito illorum exiſtentię quietauerit promiſ-
ſorem de tota dote, aſſignatio vero huiuſmo-
di non potuerit habere effectum eo quod per
plures dies ante promiſſor eadem loca alteri
reſignauerat, vt conſtat Summ. Leandri num. 2.
iuncto num. 7. ſubueniendum enim eſt viro, †
29 qui per errorem, & credens bona aſſignata
exiſtere, ac ad promiſſorem ſpectare ea in
ſolu-

ſolutum accepit, *l.iure 7. §.ſi in dote ff.Iur.dot.*
Caſtr.in l.quia marito ſub numer.4. ff.ſolut.matrim.
Arias de Meſa var.reſolut. lib.3.cap.19. num.6.& ſeqq. neque vir tenetur reſtituere, † quod ſine
30 ſua culpa non exegit, *l.ſi extraneus, ff. iur. dot.*
Bart.in l.ſi ſocer §.Lucius num.3.ff.ſolut.matr. Rota
in Romana Dotis 8.Martij 1613. *coram bon. mem.*
Card.Fabritio Veroſpio. Et quamuis replicetur
quod deinde fuit ſolutum viro prætium dictorum locorum montium, hoc ex hactenus
deductis non probatur,& quando probabitur
deficiet obiectum.

Non obſtat, quod hæreditas Virginiæ non
fuerit delata ad Ioannam, ſed ad Papirium
eius fratrem, qui vigore *Statuti Vrbis Veteris,*
31 *lib.2.rubr.56.* † fœminarum ſignanter ab hæreditate matris excluſiui propter maſculos
ſororem excluſit; Papirio vero ſine filijs poſtea defuncto ſucceſſerit excluſa eadem ſorore Gaſpar Pater in vim alterius *ſtatuti rubr.55.*
32 diſponentis, † quod decendenti nullis deſcendentibus ſuperſtitibus ſuccedat excluſis
fœminis proximior agnatus, cuius appella-
33 tione † etiam Pater continetur, vt in his terminis *Ciriac.contr.137.ſub num.5.& ſeqq. Martha*
de ſucceſſ.leg.par.2.qu.4.art.2.num.4. Nec ex eo
quod Gaſpar ad ſecunda vota poſtea tranſie-
34 rit † proprietatem bonorum in quibus Papirio fuit hæres teneatur reſeruare Ioannæ filiæ
ex primo matrimonio, *iuxt.text.in l.fœmina,*
§.illud & auth.ex teſtamento Cod.ſecundis nupt.Menoch.conſ.806. num.13.& 14. cum alijs allegatis in
deciſ.51. num.2.& ſeqq.penes Mart.Andr. Quia
35 omnia Iura, & Doctores loquuntur † in
terminis ſucceſſionis filij delatæ Patri ex diſpoſitione iuris communis, ſecus verò eſt in
terminis ſucceſſionis ſtatutariæ; tum quia
36 ſtatutum † illam defert purè,& abſolutè Patri abſque aliquo onere reſeruationis, tum
quia idem ſtatutum nedum includit Patrem,
ſed vltrò nominatim excludit fœminas, quæ
propterea cum habeantur pro mortuis prætendere non poſſunt regreſſum bonorum
poſt mortem Patris binubi, non ſecus ac ſi
ante ipſum mortuæ naturaliter fuiſſent, tum
tertiò ne alioquin Pater ſit peioris conditionis, quam quilibet agnatus tranſuerſalis remotior ab eodem ſtatuto excluſis fœminis
vocatus, qui ſanè eſto quod ſecundas, & vlteriores nuptias contraxiſſet, non deberet fœ-
37 minæ † excluſæ proprietatem bonorum reſeruare, vndè nec intereſt excluſæ allegare
iniuriam ſibi illatam à Patre per tranſitum
ad ſecundas nuptias, quia niſi excluderetur
à Patre adhuc eſſet excluſa ab alijs agnatis citra ſpem aliquam regreſſus, vt per has rationes concludit in puncto, *Ruin.conſ.37.num.10.*
& ſeqq.lib.3. Io.Baptiſta de S.Blaſio inter conſ.vltim.volunt.lib.2.conſ.34.num.15.Socc.Iun.conſ.43.
num.9.lib.3.Peregr.conſ.71.nu.27.verſ.at qui lib.4.
& deciſ.Patauina 13.ſub n.16. verſ.praterea Mart.
de ſucceſſ.legali d.par.3.q.4.art.2.n.6.& 7.
38 Nam contrariam ſententiam, † videlicet
quod etiam in terminis ſucceſſionis ſtatutariæ Pater, ſiue ſecundas nuptias contraxerit
ante, ſiue poſt ſucceſſionem filij, bona materna acquiſita filio defuncto cui excluſis ſororibus fuit hæres reſeruare debeat eiſdem
ſororibus amplexus eſt, *Salyc.in l.fœmina,§.illud num.4.vbi in fine,* ait ita obtinuiſſe de facto,
& fuiſſe hanc inueſtigationem ſubtilem, &
pulchram, *Cod.ſecund.nupt.* eumque ſequitur,
Dec.conſ.87.ſub num.3.verſ.nec prædictus,& verſ.
tertio non obſtante,& conſ.396.num.1.Soc.conſ.34.
numer.3.verſ.inſuper lib.1. Franc.Aret.conſ.72.ſub
num.3. verſ.& ita dicit, Decian.conſ.44.num.6.&
ſeqq.per tot. vbi pluribus rationibus exornat, lib.5.
Cephal.conſ.501. num.47.& ſeqq. vſque ad 52.ipſo
Ruin.conſil.20.ſub num.4.verſ.& ibi lib.3.conſ.58.
ſub nu.3. verſ.& magis lib.5. Gabr.de ſecund.nupt.
concl.3. num.5. Carpan.ad ſtatut.Mediol. cap.288.
num.43.Michael Graſſ.in §.ſucceſſio qu.25. num.5.
Monach.deciſ.Lucen.64.in princ. verſ.& dicebatur
iuncto num.41. Rot.in Camerinen.Bonorum 10.Februarij 1620. coram clar. mem. Card. Veroſpio Seniori impreſſ.par.4. tom.2.recent. deciſ.177. num.1.
& ſeqq.& præſertim num.3.& 4. Vel quia ſtatu-
39 tum non excludit fœminas perpetuo à proprietate propter Patrem ad ſecunda vota
tranſeuntem cum ſolum intelligatur de agnatis ad ſuccedendum habilibus dicto Iure
communi, qualis reſpectu proprietatis non
eſt Pater, qui enim nuptias contraxit, vel
quia bona, quæ reſeruantur filijs *primi* ma-
40 trimonij † in pœnam ſecundarum nuptiarum reſeruata ſunt filijs, vt filijs, & propterea illa acquirunt, licet non ſint hæredes, vel
tandem quia ſtatutum generaliter † loquens
41 recipit interpetrationem paſſiuam,ac reſtrictiuam à Iure communi, *Corn.conſ.248.num.6.*
lib.2.Gozzad.conſ.19. num.6.Rota deciſ.69.num.5.
par.1. recent. omneſque limitationes, & declarationes, quas in eadem materia præcipit
ius commune, *vt ex tex.in l.2.Cod.noxal.act.l.1.*
§.lex falcidia ff.ad leg.falcid.notat Dec. conſ. 356.
col.2.in fin. nec cenſetur Iuri communi dero-
42 gare, † niſi inter vtrumque adſit ineuitabilis repugnantia, itaut alias ſtatuti diſpoſitio
locum habere non poſſit, vt in proximis terminis notat *Bertrand.in l.hac adictali n.47. verſ.*
quæ communis opinio ac ſeq.C.ſecund.nupt.Bald.conſil.495.ſub num.5.lib.5. Molpheſ.ad conſuet.Neap.
par.3.de ſucceſſ.ex teſtam. quæſt.12. per tot.Vinc.de
Franch.deciſ.435.num.24. Rot.in Romana Succeſſionis 14.Iunij 1647. ſub §.1. verſ. attamen coram
R.P.D.nico Corrado.

Verum quicquid ſit de vtraque opinione
caſus noſter extrà quæſtionem eſt,quia non
conſtat, quod Gaſpar Papirij filij prædefuncti
43 hæreditatem adiuerit, † vt exaduerſo probandum eſſet *Bald.conſ.273. num.8.lib.1.Neguſ.*
quæſt.297.num.24. Surd.deciſ.154. num.18.Rot.in
Reatina Iuris redimendi 27.Martij 1624.coram bo.
mem.Merlino, & requiritur ad effectum, vt
propter exiſtentiam Patris Ioanna dicatur excluſa ab hæreditate Papirij fratris cum ſtatu-
44 taria excluſio non intret, † niſi agnati per
quos fœminæ excluduntur adeant hæreditatem, *Becc.conſ.107.num.18.Surd.conſ.85.num.9.*
& 10.Honded.conſ.2. num.31.& ſeqq.lib.2.Rot.deciſ.375.num.14.par.4. to.2.recent.& in Vrbinaten.
Succeſſionis 28.Iunij 1647. §.penultim.coram Me.

Et

Et præterea vnus ex Dominis aduertebat,
quod Statutum non excludit fœminas agna-
45 tas † qualis eſt ſoror vtrinque coniuncta,
Bald.in l. quoties ſub num.6. C. ſuis & legit.hæred.
*Menoch.conſ.*317.*num.*9.*&* 10.*conſ.*318. *num.*10.
*Reuerendiſſim. Vrgellen. deciſ.*36. *num.* 3. & licet
ipſis præferat maſculos in pari gradu id in-
telligendum eſt de paritate in eadem ſpecie
lineæ & nuſquam ad perpetuam excluſionē
46 ſororis germanæ defuncti † quam imò per
ipſos fratres germanos ſtatutum excludit ſo-
lum temporaliter ab hæreditate fratris donec
illi viuunt, ſed ſi poſtea deceſſerint ſine libe-
ris vult hæreditatem defuncti fratris deueni-
re ad ſororem excluſam, *vt legitur ſub ru-*
*bric.*57.

Quo tandem ad dotem eiuſque quantita-
tem Ioannæ debitam ab hæreditate Gaſparis
patris, quæ eſt vltima pars dubij propoſiti,
Domini dixerunt eam deberi. quia onus do-
47 tandi filias, † quamuis aliunde habentes vti
annexum bonis tranſit cum ipſa hæreditate,
*Caſtr.conſ.*80.*num.*1.*lib.*1.*Rol.conſ.*85.*numer.*36.
*lib.*1.*Rot.deciſ.*66.*num.*5.*par.*1.*deciſ.*28.*n.*2. *&*.3.
48 *par.*5.*recent.* in quantitate tamen † quam
habuit alia Ioannæ ſoror ex adductis per *Al-*
*deran.Maſcard.de ſtatut.Interpetr.concluſ.*4.*numer.*
138. *Rot. coram Reuerendiſſimo Vrgellen. dec.*26.
*num.*15.*& in Romana hæreditatis* 14. *Decembris*
1646.*coram R. P. D. meo Arguelles.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

COLONIEN. DECANATVS.

Veneris 15. *Maij* 1648.

ARGVMENTVM.

Confirmatio electionis poſt appellationem interpoſitam eſt nulla & attentata. Sententia lata contra præſentatum, & patronum vim habet diffinitiuæ, & eſt appellabilis, præſertim quando appellans eſt legitimus, contradictor ad impediendam confirmationem electionis. Reſignatio Beneficij fieri nequit in manibus laici, etiam conſtituti in dignitate Ducali, Regali, vel Imperiali, & ex tali reſignatione nulla inducitur vacatio, ſed oportet vt accedat Superioris admiſſio; & ante ratificationem Superioris, vacatio ſtat impendenti, nec interim Beneficium reſignatum conferri poteſt. Regula de 20. locum habet etiam in reſignationibus extra Curiam, & tam in dignitatibus, quam in Beneficijs Iuriſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsio capta ab electo ante confirmationem electionis nullius eſt momenti attenta diſpoſitione* tex. in cap. Auaritiæ de elect. in 6.

2 Text.in cap.Auaritiæ *procedit tam in dignitatibus, quam in alijs beneficijs ob identitatem rationis.*

3 *Confirmatio electionis emanata poſt interpoſitam appellationem à ſignatura Iuſtitiæ ſimplieiter admiſſam eſt nulla & attentata, cum omnibus inde ſequutis.*

4 *Reſcriptum Signaturæ retrotrahitur ad diem latæ ſententiæ, & appellationis interpoſitæ.*

5 *Sententia lata contra præſentatum, & patronum vim habet diffinitiuæ, & eſt appellabilis.*

6 *Patronus poteſt appellare à ſententia ſuper beneficio Iuriſpatronatus & præſertim quando contra ipſum nominatim lata apparet.*

7 *Patronus eſt legitimus, contradictor ad impediendam confirmationem electionis & poſſeſſionem electi, ne ſua præſentatione neglecta alius admittatur.*

8 *Electio facta de beneficio non vacanti non tenet, & num.*17.

9 *Reſignatio beneficii in manibus laici eſt nulla.*

10 *Amplia primo etiam ſi reſignatio facta fuerit coram laico, conſtituto in dignitate Ducali, Regali, vel Imperiali.*

11 *Amplia ſecundo etiam ſi reſignatio ſit facta coram laico habente beneficij reſignati Iuſpatronatus quia fieri debet caram Superiore, qualis non eſt Princeps aut patronus laicus.*

12 *Reſignatio quando eſt nulla, tunc non inducitur beneficii vacatio ex ſolo actu reſignationis, niſi accedat Superioris admiſſio, cum non ſit in poteſtate beneficiati ſe liberare ab Eccleſia, cui erat obligatus per quaſi contractum acceptationis.*

13 *Renunciatio facta in manibus non Superioris tenet quoad renunciantem ad effectum, vt ex hoc capite priuari poſſit beneficio, ſed ante quam renuncians priuetur non amittit beneficii proprietatem.*

14 *Reſignatio facta in manibus perſonæ Eccleſiaſticæ inferioris, licet ſit nulla ob iniuriam, quæ fit Suriori, tamen cunualeſcit ſi Superior eam ratificauit, nam per ſubſequentem ratificationem iniuriã remittere videtur.*

15 *Reſignatio facta in manibus laici conualeſcit per ſubſequentem ratificationem Superioris.*

16 *Vacatio beneficij reſignati ante admiſſionem, ſeu ratificationem Superioris ſtat in pendenti; itaut conferri non valeat.*

18 *Vacationis ex cauſa reſignationis modo expreſſo non venit vacatio per obitum reſignantis.*

19 *Electio ſiue collatio facta de beneficio non vacanti ex cauſa reſignationis nullæ, licet poſt obitum reſignantis fuerit admiſſa, talis admiſſio non retrotrahitur.*

20 *In electionibus initium attenditur.*

21 *Tempus ad effectum deuolutionis collationis currit à die reſignationis, non autem admiſſionis per Superiorem.*

22 *Admiſſio reſignationis per Superiorem ſi emanauit in executionem ſententiæ ſuſpenſæ per appellationem nihil operatur.*

23 *Conſenſus lite pendente præſtitus reſignationi ante litem motam factæ non eſt attentatus.*

24 *Ius ad rem abſque Superioris authoritate renunciari poteſt.*

25 *Impetrans Beneficium vti vacans ex perſona alicuius, non poteſt poſtquam illum vti beneficiatum agnouit, aſſerere non eſſe talem.*

26 *Electio ſiue collatio per obitum reſignantis infra* 20. *dies eſt nulla & irrita ex diſpoſitione Regulæ Cancellariæ de* 20.

27 *Regula de 20. locum habet etiam in reſignationibus factis extra Curiam, cum generaliter loquatur, eiuſque ratio vbique militat.*
28 *Amplia primo, locum habere etiam in dignitatibus.*
29 *Amplia ſecundo etiam in beneficiis Iuriſpatronatus.*
30 *Aſſertioni renunciantis quando non ſit credendum?*
31 *In Beneficialibus nefas eſt dubitare de poteſtate Papæ.*

DECISIO CCCLI.

TANQVAM vacantem per reſignationem in manibus Sereniſſimi Ducis Neuburgi factam à Guilelmo Bont poſſeſſore Decanatus Collegiatæ Eccleſiæ Beatiſſimæ Virginis in Duſſeldorf, ad eumdem Decanatum Iacobus Marchen electus fuit à Capitulo dictæ Eccleſiæ ſub die 6. Decembris anni 1637. & ſequuto intra duodecim dies d. Guilemi obitu, idem Dux titulo hæreditario Ducum Montenſium quibus Bonifacius Pontifex eius nominis Nonus, huius Decanatus Iuſpatronatus conceſſerat, præſentauit Iacobum Liminchium; inter quem & Ducem illi adhærentem ex vna, & Marchen ex altera, moto deſuper iudicio coram Officiali Colonienſi, hic per ſententiam diffinitiuam pronunciauit electionē Capituli eſſe confirmandam & electum pro confirmatione obtinenda ad Eminentiſs. Archiepiſcopum Coloniæ remiſit ſaluo & reſeruato D. Duci Neuburgi aſſerto iure nominationis, ſeu præſentationis in petitorio; In cuius ſententiæ executionem electus Archiepiſcopi confirmationem ſucceſſiuè obtinuit.

Non obſtante appellatione ab huiuſmodi ſententia per Dominum Ducem interpoſita intra legitima tempora, quæ ex reſcripto Signaturæ Iuſtitiæ, ſimpliciter admiſſa eiuſque cauſa commiſſa Rotæ, prodijt in primis cognitio ſuper poſſeſſione Decanatus, capta à
1 Iacobo electo, † quæ viſa eſt nullius eſſe momenti ſiue capta fuerit ante quam Archiepiſcopus electionem confirmaret, quia tunc reſiſteret apertiſſima iuris diſpoſitio, *in cap. Aua-*
2 *ritiæ de elect. in 6.* quā procederet† tam in dignitatibus, quam in alijs beneficijs, ob identitatem rationis, *notat ibid. Archid. ſub num. 2. verſ. nullus Franc. num. 2. verſ. ſed certe,* & reiecta contraria opinione, *Gemin. & Lambert.* idipſum firmauit. *Gabr. conſ. 199. num. 4. lib. 1. Mareſc. variar. reſol. lib. 2. cap. 35. num. 47. Rot. penes Creſc. deciſ. 6. num. 11. de Iurepatr. deciſ. 261. ſub num. 3. verſ. neque etiam obſtat penes Card. Mant.*

Siue capta fuerit poſt obtentam confirmationem; cum enim confirmatio emanauerit in executionem ſententiæ, à qua victus intra legitima tempora appellauit, & deinde Signatura Iuſtitiæ, cauſam appellationis ſimpliciter
3 commiſit, † tam ipſa confirmatio, quam poſſeſſio ſubſecuta, & quicquid aliud medio tēpore geſtum fuit attentatum eſt, *cap. non ſolum de appel. in 6. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 49. num. 2. & ſeqq.* & in terminis electionis eſt, *text. in cap. ſi poſt quam de elect. in 6.* non ſecus ac ſi reſcriptum Signaturæ præceſſiſſet, quia re-
4 trotrahitur† ad diem latæ ſententiæ, & interpoſitæ, appellationis, *Rot. deciſ. 96. num. 4. dec. 240. num. 3. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 305. num. 19. par. 6. recent. & in alys relatis in Cremonen. Præpoſituræ 27. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Corrado, & in Calaguritana Beneficii de Lumbreras 20. Aprilis 1646. coram R.P.D. meo Otthobono.*

Quo magis quia ſententia vti lata in con-
5 tradictorio † iudicio contra præſentatum, & patronum habet vim diffinitiuæ, ac propterea eſt appellabilis, *Franc. in cap. Auaritiæ, nu. 5. de elect. in 6. Garz. de benef. par. 9. cap. 4. num. 16. & ſeqq. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. nu. 621. & cap. 12. limit. 40. num. 11. limit. 49. per tot. Rot. dec. 6. num. 2. par. 2. diuerſ.* Nec dubitandum eſt
6 quin D. Dux potuerit appellare † & impetrare appellationis commiſſionem, eamque proſequi valeat, cum contra ipſum nominatim lata fuerit ſententia, & ratione iuris patronatus, quod in hoc Decanatu ſe habere præten-
7 dit ſit legitimus contradictor † ad impediendam, ſeu impugnandam confirmationem & poſſeſſionem electi, ne ſua præſentatione neglecta alius admittatur, *c. 2. vbi gloſs. verb. intererat, vt lit pend. in 6. Gemin. in cap. vt circa §. 1. ſub num. 9. verſ. vel patronus de elect. in 6. Io. Andr. in cap. auditis num. 5. de elect. Felin. in cap. ſuper his numer. 15. de accuſat. Rot. deciſ. 2. de Iurepatron. in nouiſ.*

Ideo Domini dilata terminatione Summariſſimi poſſeſſorij mandarunt videri de bono iure Iacobi electi, eoque pluries ad trutinam euocato non cōſtare de bono Iure Iacobi hodie reſponſum fuit, ex quo nititur electioni dupliciter nullæ, & Primo quia Decanatus de
8 tempore electionis † non vacabat vt requiritur, *cap. 1. & 2. ſeqq. de conceſſ. preben. cap. deliberatione §. prohibemus de off. delegat. in 6. Egid. deciſ. 443. in princ. Pariſ. de reſig. lib. 8. quaſt. 7. num. 138.* ſiquidem viuebat Guilelmus antiquus illius poſſeſſor, & quamuis reſignaſſet, quia reſi-
9 gnauerat in manibus laici † & propterea nulliter, *cap. quod in dubijs vbi gloſſ. verb. manum laicam de renunc. Maiol. de irregularit. lib. 3. cap. 6. ſub num. 12. verſ. ille etiam Pariſ. de reſign. lib. 7. queſt. 9. num. 7. & ſeqq. vbi ſignanter num. 12.* hoc ampliat
10 etiam † ſi reſignatio facta fuerit, coram laico conſtituto in dignitate Ducali, Regali, vel Imperiali, *& num. 14.* idem dicit procedere,
11 quamuis † fieret coram laico, habente beneficij reſignati Iuſpatronatus, ea ratione, quia fieri debet coram Superiore, *cap. admonet cap. cap. vlt. de renunc.* qualis non eſt Princeps, aut Patronus laicus *Barboſ. in collect. ad d. cap. quod in dubijs num. 3. Fuſch. de viſit. lib. 2. cap. 28. numer. 12.*
12 ex huiuſmodi reſignatione† non fuit inducta vacatio quippe, quæ nec quo ad reſignantem inſurgit ex ſolo actu reſignationis, ſed oportet accedat Superioris admiſſio, cum reſpectu proprietatis, ac tituli non ſit in poteſtate beneficiati ſe liberare ab Eccleſia, cui erat obligatus per quaſi contractum acceptationis, vt bene aduertit *Io. de Imol. in d. cap. quod in dubijs num. 10, verſ. & ideo Compoſtell. ibid. num. 2.* vbi ait

quod

13 quod renunciatio facta † in manibus non Superioris tenet, quo ad renunciantem ad effectum, vt ex capite huius delicti priuari poſſit beneficio, ſed renuncians ante quam à Superiore priuetur non amittit beneficij proprietatem, *Caſtrop.oper.moral. tom.2. tract.13. diſp.6. punct.2.§.2.ſub num.1.Caldas conſ.8.ſub numer. 4. verſ. quod per ceſſionem. Lotther. de re benef. lib.3. quæſt.14.num.24.& 26. & quæſt.15. num.44. Biſignett.dec.4.ſub num.2.verſ.& licet de renunc.Caſſad. deciſ.2.ſub num.3.eod.tit.*

Nec releuat, quod poſtea Superior nempe Archiepiſcopus Coloniæ reſignationem ratificauerit electionem confirmando: quicquid enim ſit an ſicuti per ſubſequentem admiſſionem, ſeu ratificationem legitimi Superioris,
14 conualeſcit† reſignatio facta in manibus perſonæ Eccleſiaſticæ inferioris, eo quod nulla erat ob iniuriam, quæ fit ipſi Superiori, qui proinde poteſt illam remittere *Card. in clem. prima ſub num.17.de renunciat.Abb.in cap. vlt.n.4. eod.tit.cum aliis alleg.à Pariſ. de reſig. lib.7. quæſt. prima num.48.& ſeqq.* conualeſcat pariter reſi-
15 gnatio † facta in manibus laici, quæ videtur ipſo iure nulla iuxta diſtinctionem, *Hoſtien.* quam ſequitur *Abb.in d.cap. quod in dubijs nu.8. Anton.de Butr.ibid. num.9. de renunc. Bero. in cap. ſolicite num.16.verſ.poteſt, & num.19.de reſtit.ſpol. reprobat vero Pariſ.de reſig.d.lib.7. cap.1. num.34.* Certum eſt, quod donec Superior admittat,
16 ſeu ratificet, † vacatio eſt in pendenti, ideoque interim beneficium reſignatum conferri aut ad illud eligi non poteſt, *Butr.in d.cap.quod in dubijs ſub num.9. verſ. eſt tamen verum & ibid. Panorm.num.8.verſ.eſt tamen verum Imol.num.13. Pariſ.de reſign.d.quæſt.1.ſub nu.28.verſ. ideo inquit, Caſtropal.oper.moral.tom.3.tract.17.diſput.3. punct. 17.ſub num.1.Mohed.dec.22.de renunc.*

Cum itaq; electio ſecuta fuerit ante quam Superior Eccleſiaſticus reſignationem admitteret, ſeu ratificaret, verum eſt dicere, quod
17 tunc Decanatus non vacabat † & propterea electio non tenet, vt in puncto *Franc. Caldas conſ.8.ſub nu.5.verſ.ſed magis poſt Io. Andr. in cap. non firmatur 18.num.6.& 7.de reg.iur.in 6.* Cumque illa ſit reſtricta ad vocationem ex cauſa
18 reſignationis † ſubſtineri non poteſt, aut ex ſubſequenti vacatione per obitum reſignantis, *cap.ſuſceptum de reſcr.in 6.Mandoſ.ſuper regul. 19.Cancell.quæſt.17.num.3. Garz. de benef.par.11. cap.1.num.8. Menoch.de arbitr.caſ.201.numer.103. Buratt.dec.162.num.3. & ſeq.* aut ex ſucceſſiua poſt dictum obitum admiſſione reſignationis,
19 quia † ſemper vrget defectus vacationis de tempore electionis, ad quod cũ tunc electio eſſet nulla Superioris illius admiſſio non retrotrahitur, vt in puncto *Io.Andr.in ſuprac.cap. non firmatur num.4.verſ.illa tamen & num. 7.* vbi
20 dicit rationem quia in electionibus † ſpectatur initium *Franc.ſub nu.3.in fin.de reg. iur.in 6. Caldas d.conſ.8.ſub num.5.verſ. quamobrem, facit Calderin.in conſ.1.nu.3.de elect. Pariſ.de reſig.lib.9. quæſt.17.num.70.& 71.* licet ad effectum deuo-
21 lutionis † tempus currat à die renunciationis non autem admiſſionis ob rationes diuerſitatis, quas affert *Nauar.in cap.accepta in 7. oppoſitionis ſolutione n.31.& 32.de reſtit.ſpol. Rot.dec. 1. de elect.in antiquior.* Eoque minus ſuffragatur
22 admiſſio,quia emanauit in executionem ſententiæ ſuſpenſæ per appellationẽ, vt in terminis electionis admiſſę appellatione pendente, *Hoſtien.cap.auditis num.6.de elect.* & ex prædictis
23 hic non intrat retrotractio † ob quam cõſenſum lite pendente præſtitum reſignationi ante litem motam factæ attentatum non eſſe tradit *Lancell.de attent.par.2. cap.4.limit.29.*

Gratis autem dicitur admiſſionem Superioris non fuiſſe neceſſariã eo quod renunciãs non eſſet verè Decanus, ſed ſolum haberet ius
24 ad rem † quod abſque Superioris authoritate renunciari poteſt, vt tradunt *Zab. Archid: Gemin.& alii allegati à Pariſ.de reſig.lib.7.quæſt.1. numer.76. & ſeqq.* quia non probatur aſſumptum, & aduerſarius, qui deſumendo vaca-
25 tionem ex † perſona renunciantis ipſum inverum, ac legitimum Decanum agnouit cõtrarium aſſerere hodie non poteſt *add. ad Put. dec.333.lib.1.in corr. Rot.dec.411.ſub num.2. verſ. quam ex eo par.3. recent. & in Compoſtellana Parochialis 10.Febr.1645.coram R. P.D. meo Veroſpio in Neapolitana Cimiliarcatus 26. Iunij 1647. coram me.*

Secundo electio reddita fuit irrita per obi-
26 tum reſignantis infra 20. dies † ſic diſponente in verbis regula 20. Cancell. nuncupata de Infirm. ibi *collatio huiuſmodi ſit nulla ipſumq; beneficium nihilominus per obitum cenſeatur vacare,*
27 quæ locum habet etiam in reſignationibus factis extra Curiam, cum generaliter loquatur, eiuſque ratio vbique militet, vt reprobato *conſ.Dec.223.* quem ſecutus fuit *Mandoſ.ſuper dicta reg.quæſt.16.per tot.* latè tuetur *Sarnen. ſuper eadem regula quæſt.26.num.4. Rebuff.in tract. nominat.quæſt.17.ſub num.5.verſ.nec refragatur, & conſ.72.verſ.præterea regula Vameſ.conſ.257.n.12. Pariſ.de reſig.lib.12. quæſt.5. num.8. Azzor. Inſtit. moral.par.2.lib.7.cap.28. verſ.quarto quæritur Caſtropal.oper.moral.to.2.tract.13.diſp.6.punct.2. §.3. num.7.Creſc.dec.12.de renunc. Rot. in Leodien. Beneficii 25.Maii 1640. §.1. enim & 2. ſeqq. coram*
28 *R. P.D. meo Cerro*: pariterque locum † habet etiam in dignitatibus *Sarnen.ſuper hac reg.qu.6. ſub num.5.Pariſ.de reſig.lib.12.quæſt.3.nu.2.& ſeq.*
29 ac etiam † in beneficijs Iuriſpatronatus *Azor.d.cap.28.verſ.6.quæritur Caſtropal.d.§.3.nu.8. Pariſ.vbi ſupra num.22.& ſeqq. Caputaq. deciſ.36. num.12.& 13.par.3.*

Neque euitari poteſt eo quod in caſu noſtro ceſſet ſuſpicio fraudis militetque fidei fauor cum in reſignatione exprimatur eam fieri ne ſi beneficium vacaret per obitum Marchio Brandeburgi, qui eſt Acatholicus, & ad quem vigore alternatiuę inter ipſum & Dominum Ducem Neuburgi, ſeruari ſolitę ſpectaret præſentatio perſonam Acatholicam præſentaret, & in capitulo intruderet. Nam ſufficit reſpondere, quod de hoc non credi-
30 tur aſſertioni renunciantis † ne ſit in eius arbitrio regulę diſpoſitionem eludere, vt in fortioribus terminis, *Oldr. conſ. 261. per tot. Pariſ. conſ.36. num.11.lib.4. Egid.deciſ.617.in princ. Barboſ.de poteſt.Epiſc.alleg.56.num.23.Rot.deciſ.716.*

num.1.dec.752.num.3.par.1. diverſ. & in Narnien. Vnionis prima Iulij 1643.coram me. Imo eadem aſſertio mendicata & falſa apparet, quia impoſſibile erat, quod per præſentationem Marchionis Brandemburgi, perſona Acatholica Decanatum aſſequeretur, cum in priuilegio Bonifacij IX. ex quo idem Marchio, ac Dux Neuburgi, vti ſucceſſores Ducum Montenſium Iuſpatronatus deſumunt expreſsè cautũ fuerit, *quod nullus habeat Decanatum niſi Canonicus præbendatus.*

Tertio informantes pro D. Duce electionẽ impugnabant, quia & ſi à primæua erectione facta anno 1503. Decanatus electio competeret Capitulo, tamen poſtea de anno 1393. Bonifacius IX. ex certa ſcientia ius præſentandi ad Decanatum conceſſit Ducibus Montẽ-
31 ſibus, & nefas eſt in beneficialibus † præſertim dubitare de poteſtate Papæ, vt in terminis Iuriſpatronatus, *Azzor.inſtit.moral.p.2. lib.6. cap.19.verſ.duodecimo quæritur Caſtropal. oper.moral.tom.2.tract.13.diſp.2.punct.2.nume10. verſ. non eſt dubium.*

Verum quia plura hinc inde ſuper exiſtentia ac pertinẽtia Iuriſpatronatus deducta fuerunt altiorem indaginem requirentia, & pro excluſione boni iuris Iacobi à Capitulo electi priora duo argumenta ſufficiunt, ex illis dũtaxat ita deciſum fuit vtraque parte informante, cauſa quater propoſita.

ROMANA ATTENTATORVM.

Veneris 22. Maij 1648.

ARGVMENTVM.

Inhibitio emanata vigore commiſſionis ſimpliciter ſignatæ, licet deinde dicta commiſſio quoad aliqua tantũ reformetur, adhuc quoad reliqua contenta in prima commiſſione viget & reddit attentatum, quicquid poſtea geſtum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio reddit attentatum quicquid poſtea innouatur ſiue inhibitio præſentata fuerit parti, ſiue Iudici.*

2 *Clauſula ſine præiudicio præſeruat executionem factam ab attentatis.*

3 *Bona mobilia vxoris ſunt neceſſario annexa obſequijs, & operibus matrimonialibus.*

4 *Actus connexi, & conſecutiui ab actu licito non ſunt attentati.*

5 *In materia attentatorum attendi ſolet ſtructura ſententiæ an ſcilicet appellabile ſit incluſum acceſſoriè ad inappellabile, vel è contra.*

6 *Maritus tenetur vxori tradere bona pro eius neceſſario vſu, ac veſtitu.*

7 *Maritus in bonis paraphrenalibus vxoris dominiũ non habet prout habet in dotalibus.*

8 *Adminiſtratio bonorum paraphrenalium conceſſa ab vxore marito cenſetur tanquam Procuratori, ac proinde poteſt ad libitum eiuſdem vxoris reuocari.*

9 *Bona paraphrenalia vxoris non cadunt ſub obligatione præſtandi operas & obſequia matrimonialia.*

10 *Item nec cadunt alia bona, quæ vxor cum propria pecunia ex induſtria aliunde acquiſiuit.*

11 *Obligatio vxoris erga virum reſtringitur ad debitum carnis, & alias operas ac obſequia matrimonialia.*

12 *Signatura reſcribens quoad aliqua tantum, cenſetur quoad reliqua in commiſſione contenta reſcriptum denegaſſe.*

13 *Acceſſorium vbi militat diuerſa ratio conſideratur tanquam independens à principali.*

14 *Inhibitio ſemper eſt ſeruanda, quamuis dubium ſit an afficiat, donec habeatur recurſus pro declaratione.*

DECISIO CCCLII.

A Decreto quo R.P.D. Viceſgerens Dominicum manutenendum eſſe in pacifica poſſeſſione, vel quaſi conſequendi debita obſequia matrimonialia à Lucia Stefanella vxore, eamdemque Luciam teneri ad conſuetam cohabitationem cum omnibus bonis parafrenalibus redire pronunciauerat commiſſa mihi poſt quam fuerat cauſa appellationis ſimpliciter, & parti inhibitum perſonaliter, fuerunt in executionem dicti Decreti, & mandati ablata è domo Luciæ plura bona mobilia paraphrænalia, quod attentatum eſſe Domini dixerunt particulari dubio deſuper propoſito.cum quicquid poſt
1 inhibitionem Rotalem † innouatur attentati vitium contrahat ſiue inhibitio præſentata fuerit Iudici, ſiue parti *Caſ.de Graſſ.dec.6.n.3. & 5. de cauſ.poſſ.& propr.& fuit dictum in Romana Saluiani interdicti 14. Decembris 1598. coram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio impreſſ. apud Marcheſ.de commiſſ.par.2.fol.10.num.5.& in Lucana Canonicatus 30.Aprilis 1646.coram R. P. D.meo Peutingero.*

Nec releuat intermedia commiſſio reformatoria, in qua Signatura Iuſtitiæ mandauit primam commiſſionem afficere, ac ſi emanaſſet cum clauſula, ſine præiudicio mandati de manutenendo in obſequijs matrimonialibus; vnde infertur, quod ſicuti citra incurſum in attenta potuiſſet executio fieri pro
2 obſequijs matrimonialibus id † præſtante dicta clauſula ſine præiudicio, *Lancell. de attent. par.2. cap.20. limit.13. nu.2. Gonz.in annot. contra nullit.num.224.& ſeqq.add.ad Gregor.XV. deciſ.32.num.4.Rot.penes Cocc.deciſ.144. num.7. & rec.dec.609.nu.1. p.2. dec.416.nu.2.p.5.* ita ſuper
3 bonis mobilibus vxoris† quia ſunt neceſſario annexa obſequijs & operib. matrimonialibus vt probat *text. in l.ſuo victu 18.ff.oper.libert.* vbi habetur, quod obligatus ad præſtandas operas, prout eſt obligata vxor *l. ſicut 48. ff. eod. l.ſed ſi vir.in princ.ff.donat.inter vir.& vxor.* ſuo veſtitu præſtare debet; actus enim connexi,
4 & conſecutiui† ab actu licito non ſunt attentati, *Lancell.de attent.par.2.cap.4. num.9.& 10.*

Rot

Rot.deciſ.416.num.18. par.5.recent. Eo minus ,
quia decretum, à quo fuit appellatum loqui-
tur de bonis acceſſoriè ad obſequia ibi , *cum
omnibus bonis parafrenalibus*, & infrà ibi, *vna cum
bonis parafrenalibus*,& in materia attentatorum
5 attendi † ſolet ſtructura ſententiæ, an ſcilicet
appellabile fuerit incluſum acceſſoriè ad in-
appellabile, vel è contrà, vt per *Franc. in c. ſi
duobus nu.7.de appellat. Alber.in l.etiam.30. §.pri-
mo nu.3.ff.minor.Contrad.in l.vnica limit.24. n.10.
C.ſi de momen.poſſ.Rot.in Viterbien.Fideicommiſſi,
ſeu Attentatorum 13.Maij 1644.coram R.P.D.meo
Cerro.*

Nam procederet obiectum ſi bona mobi-
lia, ſuper quibus fuit facta executio eſſent
dotalia, vel à viro de proprio tradita vxo-
6 ri † pro eius neceſſario vſu, & veſtitu, ad quē
ipſe vir tenetur, *Alex.in rubr.ff.ſol.matr.num.26.
Cordub.in l.ſi quis à liberis §. non tantum num. 26.
ff.liber.agnoſc.Surd.de alim. tit.4. quæſt.2. num.29.
Franc.Molin.de ritu nupt. lib.3. quæſt.41. num.37.*
Secus verò in bonis parafrenalibus qualia
ſuponuntur, quæ in executionem capta fue-
runt, tum quia in bonis huiuſmodi maritus
7 dominium non habet,prout † habet in dota-
libus *l. doce ancillam C. rei vendic.* & eſto quod
illorum poſſeſſio, ſeù adminiſtratio fuiſſet
alias conceſſa viro, quia tamen conceſſio vi-
8 detur facta † tanquam procuratori potuiſſent
ad libitum mulieris reuocari, *tex. eſt expreſſus
in l.hac lege, & l.fin.C.pact.conuen. l.ſi ego §.plene
vbi iuriſconſul.*loqitur in ſpecie de bonis mo-
bilibus ad vſum mulieris *ff. iur. dot. Barboſ. in
l.1.par.1.num.29.verſ.ſed ſi parafrenalia,& nu.30
verſ.nam in primis*, vbi benè diſtinguit inter
hęc bona, & bona dotalia *ff.ſol.matr.Fontanell.
de pact.nupt.tom.2.clauſ.6.gloſſ 2.par.7. numer.12.
Surd.deciſ.192.num.7.& 8.*

9 Tum etiam quia non cadunt † ſub obli-
gatione præſtandi operas, & obſequia matri-
monialia, ſicuti in fortioribus terminis non
10 cadunt † alia bona, quæ mulier cum propria
pecunia ex induſtria, & operis artiſicialibus
aliundè quæſiuit, cum hæ operæ ab illis ſint
diuerſæ, & obligatio mulieris ergà virum
11 reſtringatur † ad debitum carnis operas, ac
obſequia matrimonalia, *Bald. in l. ſi vxorem
num.6.in fin.C.Cond.inſer.& in l.1.num.9.C.legat.
Caſtr.in l.diuortio num.10.verſ.ſed ſi peteret ff. ſol.
matr.Capr.conſ.72.n.15. Menoch. conſ. 154.n.15.
& 16.& præſump.51.n.32.& 33. lib.3. Felic. de
ſociet.cap.3.num.5.Giurb.ad conſuct.Meſſan. cap.1.
gloſſ.9.par.1.num.56.Gerard.ſing.99.num.4.Ioſeph
Ludouic.deciſ.Peruſin.28.num.10.& ſeqq. Rot. de-
ciſ.1.num.4. de donat. inter vir, & vxor in anti-
quiorib.*

Igitur reſcriptum Signaturæ cum clauſula,
ſine præiudicio directum ad obſequia matri-
monalia non porrigitur ad bona parafrenalia,
ſed in illis viget commiſſio appellationis ſim
pliciter prius ſignata aduertendo præſertim ,
quod licet decretum D. Viceſgerentis loque-
retur de obſequijs, & de bonis, & ſuper vtro-
que appellatus porrexiſſet commiſſionem
reformatoriam; nihilominus Signatura cautè
reſcripſit ſolum cum clauſula ſine præiudi-
cio quoad obſequia matrimonalia , vndè
12 quoad bona noluiſſe † reſcribere,& denegaſ-
ſe cenſetur *ad tex.in l.maritus in fin.C.procur.l in-
ter ſtipulantem §.ſi ſtipulante ff.verb.obligat.§.quo-
ties inſtit.de inutil.ſtipulat.gloſſ.in §. præterea verb.
non reſpondeat inſtit.eod.Mant.de tacit.lib.14.tit.10
num.16.Socc.conſ.131.ſub n 9. verſ.quia qui vnum
ibi hoc pro regula ponit lib.1.* non attento quod
in d.decreto condemnatio ad bona concipia-
tur acceſſoriè ad obſequia, quia ſemper mi-
litat mens Signaturæ non reſcribendi, quo ad
13 bona, & ratio diuerſitatis † ſuperius adducta,
quæ militat inter obſequia , & bona parafre-
nalia ſeparat acceſſorium à principali, *Gabr.de
clauſ.concluſ.10.num.9.& 10. Fontanell. deciſ.26.
num.9.Seraph.dec.787.num.17.*

Vel in omnem euentum quantumuis du-
14 bitari poſſet † an clauſula ſine præiudicio
porrigeretur ad bona debebat ab executione
abſtineri donec ad Principem pro declaratio-
ne haberetur recurſus , & interim inhibitio
ſeruari, *Lancell.de attent.poſt inhibit.limit.26.n.7.
Seraph.dec.53.verſ.tertius caſus Caualer.deciſ.611.
num.1.Buratt.deciſ.652.num.8. Rot. in Ariminen.
Bonorum 26.Iunij 1645. coram R.P.D.meo Vero-
ſpio, & in Nullius, ſeù Sublacen.Attentatorum 15.
Iunij proximè præteriti coram me.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

AVXIMANA PRAEDII.

Veneris 29. Maij 1648.

Argumentum deſume ex Summarijs.

1 *Remiſſoria denegatur ob irreleuantiam articulo-
rum , & ob vehementem præſumptionem ca-
lumniæ.*
2 *Mutuatarius tenetur ad reſtituendum tantumdem in
eadem ſpecie, & bonitate.*
3 *Fructus mutuati,& à Mutuatario debiti extare cen-
ſentur.*
4 *Calumniæ vehemens præſumptio ad effectum de-
negandi remiſſoriam ex quibus reſultet?*
5 *Fides Parrochi formiter extracta mortem eiuſque
tempus probat.*
6 *Teſtis ſemel mendax talis præſumitur etiam in fu-
turum.*

DECISIO CCCLIII.

ARTICVLI à fratribus de Pranſonis
exhibiti ad probandam conſumptioem
fructuum è prædio nuncupato Campo Ca-
uallo perceptorum viſi fuerunt Dominis non
admittendi ex capite tum irreleuantiæ tum
vehementis præſumptionis calumniæ , ob
1 quam etiā in prophanis reiciuntur articuli,
& denegatur remiſſoria, *Rot. deciſ.620. num.3.
par.4.diuerſ.deciſ.571.num.2.par.2.rec. deciſ.339.
num.1.coram bon.mem.Coccino deciſ.14.num.2. in-
ter impreſſ. apud Zacch. de ſociet. offic. add. ad
Greg.XV.deciſ.414.nu.13.*

Non enim releuat quod fructus ferint co-
lonis mutati,vt in articulis continentur,quia
in caſu noſtro conſumptio deducitur ad effe-

ctum euitandi fructuum reſtitutionem in ſpecie ob illorum non exiſtentiam, quam non importat mutuum, quia cum mu-
2 tuatarij † teneantur ad reſtituendum tantumdem in eadem ſpecie, & bonitate *l.2.& 3. ff.ſi*
3 *cert.pet.* fructus à mutuatarijs debiti cenſentur extare iuxta *tex.in l.idem ſeruandum verſ.non enim abſurdum ff.leg.2.l.pater inter filios verſ. non enim abſurdum videtur ff. adimen. legat. l. id apud ſe ff. verb ſignif. Bald.in l.vbi adhuc 29.ſub nu. 57. verſ. primo caſu C.iur.dot.Aret.conſ.159.ſub nu.5. verſ. illud tamen Socc.conſ.82.ſub num.24. verſ. ſecundo concludo lib.4.Menoch.conſ.254.ſub num.11.& 12. Bertazz.conſ.ciuil.56.ſub num.52.verſ.et res Grat. diſcep.737.num.6.& 7.*

Calumniæ verò præſumptio vehemens re-
4 ſultat.† Primo ex variatione ariculorum, alias enim ab eiſdem fratribus articulatum fuit fructus fuiſſe conſumptos per ipſorum venditionem factam Bartholomeo Viuano, & Iacobo Puditauro, modo autem allegatur conſumptio per mutuum factum Colonis. Secundò ex quo ad probandam alias articulatam venditionem exhibuerunt fides extraiudiciales, quæ à veritate conuincuntur alienæ cum Bartolomeus Viuanus, cui teſtantur vendita fuiſſe rubra 130. frumenti de menſe Nouembris 1646. iam obijſſet de menſe Augusti antecedentis, vt conſtat ex fide Parochi
5 formiter extracta, quæ mortem, eiuſque tempus probat, *Cocc.deciſ.428.num.1.Buratt.dec.11. num.2.deciſ.407.num.3.deciſ.540. num.1.* Et Antonius Matthei del Taſſo, qui alteram ex dd. fidibus ſubſcripſit, ſeù ſubſcribi fecit aſſerendo ſe de anno 1645. & 1646. fuiſſe inſtitutorem, & famulum fratrum de Pranſonibus contrarium hodiè medio iuramento affirma-
6 uit, vnde reſultat timor mendacij etiam in futurum, vt dixit *Rot.inter recent.deciſ.406.num.2. in fin.par.2.deciſ.20.num.5.coram recol. mem. Coccino, & in Calagurritana Beneficij de Cornago 27. Aprilis proximè præteriti §. eoque facilius coram R.P.D. meo Cerro.*

Et ita deciſum vtraq; parte informante.

CARPENTORATEN. HAEREDITATIS.

Veneris 5. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Fiduciaria inſtitutio, ex quibus excludatur? Remedium *l. final. C.de edict. Diu. Adrian.tollend.* non competit, vbi voluntas defuncti extrà actum teſtandi nuncupatiuè probatur ſolum per Teſtes. Confeſſio extraiudicialis de æquitate canonica probat, debet tamen cautè procedi in admittenda huiuſmodi confeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa inducendi fiduciariam inſtitutionem non reputatur ſufficiens ætas pupillaris filiorum Teſtatoris, quando inter eos adeſt, qui eſt ætate maior, nec adeſt timor quod hæreditatem diſſipet, prout probari debet, & num.2.*

2 *Dilapidatio, ſeu diſſipatio bonorum hæreditariorum non præſumitur, ſed probanda eſt ibid.num.2.*

3 *Cauſa inſtituendi hæredem fiduciarium cenſeri non poteſt timor dilapidationis, ſeu ætas filiorum, quando eadem ratio non militat in omnibus filijs, ne eadem inſtitutio fiduciaria quoad aliquos filios, quoad alios vero libera dicatur.*

4 *Voluntas Teſtatoris faciendi hæredem fiduciarium non probatur ex verbis teſtamenti, quoties clara, & aperta ſunt pro excluſione fiduciæ.*

5 *Nec minus ex teſtibus, ſi eorum examen nullum eſt, & attentatum.*

6 *A decreto admiſſionis articulorum datur appellatio.*

7 *Decretum admiſſionis articulorum vim habet diffinitiua.*

8 *Declaratio locum non habet in claris.*

9 *Remedium* l. final.C.de edict.diui Adrian. tollend. *non competit vbi voluntas defuncti extrà actum nuncupatiuè teſtandi probatur ſolum per Teſtes.*

10 *Voluntas vltima Teſtatoris non probatur niſi per ſeptem Teſtes.*

11 *Duo tamen ſufficiunt ad probandum pactum reſtituendi hereditatem.*

12 *Confeſſio extraiudicialis non ſatis probatur per Teſtes ſingulares ſingularitate obſtatiua, vel ſaltem adminiculatiua.*

13 *Confeſſio extraiudicialis de æquitate canonica probat, nec attenditur regula contraria iuris ciuilis.*

14 *Debet tamen cautè procedi in admittenda probatione confeſſionis extraiudicialis.*

15 *Fiducialitas probari poteſt per Teſtes ſingulares.*

16 *Confeſſio non procedit quando ſingularitas verſatur circa confeſſionem extraiudicialē fiducialitatis, nec de pacto, ſeu diſpoſitione fiduciali teſtes deponunt, & verba teſtamenti non ſunt dubia, vt requiritur.*

17 *Fiducia ſemper ceſſat quoties obſeruantia, ac coniecturæ in contrarium concurrunt.*

18 *Teſtator ſi fratrem hæredem inſtituit, & poſt plures annos filios ſuſcepit, nec teſtamentum mutauit præſumitur voluiſſe cum eodem teſtamento fauorabili fratri, eiuſque filijs decedere.*

DECISIO CCCLIV.

FVNDAMENTIS deciſionis in hac cauſa editæ ſub die 28. Iunij anni 1647. inherendum eſſe Domini cenſuerunt non obſtantibus, quæ pars aduerſa in memoriali porrecto die 31. Ianuarij anni currentis contrà illa deduxit.

1 Cauſam enim fiducialiter inſtituendi † hæredem vniuerſalem Claudium fratrem præbere Bernardo teſtatori non potuit eius filiorum pupillaris ætas, quia tempore teſtamenti ipſorum alter nempè Franciſcus erat ætate maior, cui gratis dicitur quia diſſipabat no-
2 luiſſe † teſtatorem fidere hæreditatis admini-ſtrationem, cum ſuppoſitum diſſipationis non probetur, nec præſumatur *cap fin. verſ. nos cauſam de ſucceſſ.ab inteſt.Mant.de coniect. vlt. vol. lib.2.*

lib.2.tit.5.num.2.Grat.diſcept.125.num.28.Rot.deciſ.34.num.7.par.5.recent. Et ſtante quod pupillorum indemnitati, illorumque ergà patruũ obedientiæ teſtator ſpecialiter in teſtamento
3 conſuluerat, ætatis ratio, † ſeù dilapidationis timor, qui in omnibus filijs non militabat cenſeri non poſſit cauſa motiua inſtituendi hęredem fiduciarium fratrem ne eadem inſtitutio fiduciaria quo ad aliquos filios, quo ad alios libera dicatur vt poſt *Buratt.deciſ.*616. *ſub num.23.& 24.aduertit prima deciſio in §. quia cum omnes & §.ſeqq.*

4 Voluntas verò teſtatoris† faciendi fratrem hæredem fiduciarium tantum, nec probatur ex verbis teſtamenti, quæ imò apertiſſima eſſe pro excluſione fiduciæ comprobat prima
5 *deciſio §.at* in caſu, nec ex teſtibus. † Primò quia primum eorum examen eſt nullum ex defectu citationis, alterum attentatum ob præcedentem appellationem interpoſitam à de-
6 creto admiſſionis articulorum, † quod appellabile eſſe merito fuit in Signatura R. P. D. Vicelegati Auenionis iudicatum ſic ſuadente ordine Iudicij, & ipſius decreti forma, ſiqui-
7 dem redolet decretum diffinitiuum, & citrà
8 declarationem † verborum teſtamenti non aplicabilem verbis penitus claris, *Caſtr.in l.hæredes palam §.ſi quid ſub num.4.ff.teſtam. Becc.conſil.3.num.44.Rimin.iun.conſ.*131.*nu.9.& conſ.*200 *num.13.Surd.deciſ.29.num.6.* articuli, ac teſtes deſuper examinandi, præſtare non poterant voluntatis probationem ſiue per viam vltimi elogij, ſiue per viam pacti pertinentem ad iudicium immiſſionis *ex remed.l.fin. C.edict.Diu.*
9 *Adr.tollen.* exaduerſo petitæ † cum remedium huiuſmodi non competat vbi voluntas defuncti extrà actum nuncupatiuè teſtandi probatur ſolum per teſtes, vt notant *Zuccard.in d. l.fin.num.*89.vbi reſpondet omnibus contrarijs *Bald.in l.generali num.4.& 5. Cod.ſacroſan.Eccleſ. Menoch.de adipiſc.remed.4.num.*107.*& ſeqq. & in ſimili Scacc.de appellat.quæſt.*17.*limit.9.ſub nu.64. verſ.tamen ita Galleſ.de oblig.camer. quæſt.26. ſub numer.3.*

Secundo quia teſtes non ſunt ſeptem nu-
10 mero, † vt requiritur ad probandam vltimã
11 voluntatem, & quamuis duo ſatis eſſent † ad probandum pactum de reſtituendo hæreditatem filijs Bernardi, totidem non adſunt in caſu noſtro, qui deponant de pacto, ſed aliqui conantur deponere de confeſſione extraiudi-
12 ciali, ſunt tamen † ſingulares ſingularitate, vel obſtatiua, vel ſaltem adminiculatiua, quæ efficit, vt confeſſio extraiudicialis non dicatur ſatis probata, *Alex.Put.& Buratt.alleg. in prima deciſ.§. vnde quibus additur Seraph. deciſ.* 1172. *num.5.* Equitas namque canonica quæ rece-
13 dendo † à regula contraria iuris ciuilis deſumpta *ex tex.in auth. rogati Cod. teſtib. §.et licet auth.eod.tit.gloſſ.in l. vnica verb. ſoluere C. confeſſ. Alciat.in rubr.ff.verb. oblig. num.13. Oldrad. conſil.291.num.3.* admittit quod confeſſio extraiudicialis plenè probet, expoſcit vt cautè
14 procedatur † in admittenda probatione huiuſmodi confeſſionis, *Rot.deciſ.466.num.4. p.3.*
15 *recentior.* Eſto itaque quod fiducialitas † probari poſſit per teſtes ſingulares, concluſio non aplicatur caſui noſtro, quo ſingularitas
16 verſatur † circa confeſſionem extraiudicialem fiducialitatis nec de pacto, ſeù diſpoſitione fiduciali teſtes deponunt, & quod plus eſt verba teſtamenti non ſunt dubia, vt ad hunc effectum requiri dixit *Buratt. deciſ.* 616. *num.16.Grat.diſcep.650.nu.24.& ſeqq.*

17 Tandem coniecturæ, & obſeruantia† præualent contrà fiducialitatem ex ponderatis *in prima deciſione §. rurſus & ſeqq.* adeò quod nullatenus filij Claudij inſtituti hęredis vniuerſalis in teſtamento Bernardi amouendi ſint à poſſeſſione bonorum hæreditariorum capta à Bernardo vſque de anno 1596. & per annos 45.continuos per ipſum, & ſucceſſiuè filios continuata in vim d. teſtamenti, quod filijs etiam Claudij teſtatorem ſuffragari voluiſſe deprehenditur quoque ex eo quod, poſt quam ſuſcepti fuerant illud non reuocauit li-
18 cet ſuperuixerit, ſignum euidens quod voluit cum eo teſtamento fauorabili Claudio, & filijs decedere *l.3.C.inoff.teſtam.gloſſ.in l. tractabatur verb.nichil noui ff.teſtam. milit. Pariſ. conſ.62. num.25.lib.2.Dec.conſ.490.num.7. Rot. deciſ.279. num.13.par.4.tom.2.recent.& in Romana Domuncularum 10. February 1648. coram Reuerendiſſimo D.meo Decano.*

Et ita deciſum informante ſolum Ioanne Fabri, & litis conſortibus altera tamen parte pluribus citationibus vocata, & expectata per quatuor, & amplius menſes poſt conceſſam nouam audientiam.

MEDIOLANEN. CANONICATVS, ſeu PRAEBENDAE.

Lunæ 8. *Iunij* 1643.

ARGVMENTVM.

Sequeſtro, vt locus ſit in caſu timoris, & ſcanduli quænam requirantur?

SVMMARIVM.

1 *A ſequeſtro incipiendum non eſt.*
2 *Limita in caſum timoris, & ſcandali. Declara num.6.*
3 *Quod amplia procedere etiam quod nulla ex partibus ſequeſtrum petat.*
4 *Declara limitationem procedere quando poſſeſſio eſt vacua, vel vterque ex litigatoribus poſſidet, vel incertum eſt penes quem poſſeſsio reperiatur.*
5 *Secus verò ſi ab vno tantum res poſsidetur, tunc enim armorum timor, ac rixæ euitari debent inhibẽdo nõ poſsidenti ne poſsidenti moleſtias inferat.*
6 *Sequeſtro vt locus ſit in caſum timoris, & ſcandali, præcedere debet cognitio, ſeu iuſtificatio timoris armorum, ac ſcandali parte citata, vel præſente, ne ſub hoc prætextu parti præiudicium fiat.*
7 *Poſſeſsio probatur ex publico Inſtrumento non docto de alterius poſſeſsione.*
8 *Poſſeſsio probatur ex recogoitionibus in Dominum*

num, ac poſſeſſorem factis per Inquilinos, ſeù Colonos.

9 *Aſſertioni Iudicis non creditur quoad iuſtificationẽ timoris armorum, & ſcandali ad effectum ſubſtinendi ſequeſtrum.*

10 *Clerici non præſumuntur rixoſi.*

11 *Sequeſtrum reuocari poteſt non expectato fine litis, quando conſtat iniuſtè Iudicem fuiſſe proceſſum, & ab eius decreto appellatum.*

DECISIO CCCLV.

CVRIA Archiepiſcopalis Mediolani, quod decreuit ſequeſtrum ad inſtantiã Aduocati Fiſcalis ſuper poſſeſſione præbendę temporalis, eiuſque bonorum, quæ in vim optionis cepit, & poſſidet Michael Bonfantus Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ ſub inuocatione Sancti Io: Baptiſtæ Oppidi Modoetiæ reuocandum eſſe in gradu appellationis ab eo decreto interpoſitæ Rota cenſuit ex regu-
1 la iuris vuulgata, quod non eſt incipiendum à ſequeſtro *l.vnica C.probib.ſequeſ. c.volumus* 16. *quæſt.4. Rebuff.tom.3.Regiar. Conſt.tit.de ſequeſ. per tot. Rot.deciſ.464.num.1.par.1.rec.dec.324.n.1.coram Cardinali Caualer.*
2 Neque d.regulæ limitatio † in caſũ timoris, & ſcãdali deſumpta *ex tex.in l.equiſſimum ff.* de eo per quẽ factũ erit quã affert *Menoch. de recuper.poſſ.in præludi.n.24. Ant.Fab.in C.lib.1.tit.10. diffin.9.Grat.dec.March.110.n.12.* & procedere
3 etiam † quod nulla ex partibus ſequeſtrum petat voluit *Paz.de tenut.cap.10.numer.39.Coler. de proceſſ. execut. par.1. cap.2. numer. 111. verſ. etiam.*

Aplicabilis eſt niſi duo concurrant. Pri-
4 mo † quod poſſeſſio ſit vacua, vel vterque ex litigatoribus poſſideat, aut ſaltem incertũ ſit penes quem poſſeſſio reperiatur, ſecus ve-
5 rò ſi ab vno tantum bona poſſideri certum ſit, quia tunc armorum timor, & rixæ euitari debent inhibendo non poſſidenti ne poſſeſſorem moleſtia afficiat *Bald.in l. quidam exiſtimarunt ſub num.5.verſ.aut vnus ibique Iaſ. ſub nu.4. ff.ſi cert.pet.Grat.conſ.10.num.11.lib.1. Guidopap. quæſt.578.Aufrer.in addit. ad deciſ. Cappell. Toloſan.quæſt.478.ſub num.4.poſt med.verſ.quod intellige ac ſeq.Curt.de ſequeſ.num.12.Pariſ. conſ.41. ſub num.35.lib.1.Capic.deciſ.96.ſub num.11. Rot.inter recent.deciſ.293.num.8.par.1.deciſ.9. num.3. penes Greg. XV. ibique add. num. 18.* Secundò quod
6 cognitio ſeu iuſtificatio allegati timoris † armorum, ac ſcandali præceſſerit parte citata, vel præſente ne ſub mendicato prætextu timoris huiuſmodi parti præiudicium fiat, *Dec.conſ.366.num.13.Pariſ.d.conſ.41.num.31.Menoch de adipiſc.remed.6.num.14. & ſeqq. Beninten. deciſ.73.num.3.& 4.Rot.deciſ.513.num.4. & ſeqq. part.1.recent.deciſ.186. numer.10.coram bon. mem. Buratt.*

Quæ duo deſunt in caſu noſtro, nam poſſeſſionem non fuiſſe vacuam, ac bona præbendæ poſſideri à ſolo Michaele conſtat ex
7 publico inſtrumento, † quod non docto de alterius tunc temporis poſſeſſione plenè probat *l.prædia vbi notant omnes ff.acq.poſſ. Rot.deciſ. 162.num.1.deciſ.171.num.1.par.4.diuerſ. dec.106. num.4.deciſ.516.num.1. par.1.recent.* præſertim
8 recognitionibus in Dominum, ac poſſeſſorẽ eidem Michaeli factis per Inquilinos, ſeù Colonos accedentibus *Afflict. dec.325. num.5. Rot.deciſ.681.num.3.par.1.diuerſor. & in Imolen. Bonorum 10.Aprilis 1592. coram recol. mem. Cardinali Hieronymo Pamphilio impreſſ.apud Marcheſ. de commiſ.par.1.fol.947.num.3.*

De iuſtificatione autem aſſerti timoris ri-
9 xarum † non apparet niſi ex aſſertione Iudicis, cui de hoc non creditur, *Ang.conſ.107. ſub num.3.circa fin. verſ.et in hoc diſcutiendo Perſonal. de adipiſc.remed.23 .num.21. Lotther. de re beneſ. lib.3.quæſt.11.num.181.Neuiz.conſ.31.nu.1.& 4. in fin.Grat.dec.March.110.num.11.Buratt.dec.186 num.10.* cum alijs allegatis *à Moder. Peruſian de manut. obſer.75. num.8.* Eo minus quia res
10 agitur inter Clericos, qui rixoſi non præſumuntur, vt in his terminis ponderant allegati per *Moder.Peruſ.d. obſer.75. ſub num.11. verſ. vel clarius.*

Cum itaque nulliter, & iniuſtè deuentum
11 fuerit ad decretum ſequeſtri, † & ab illo appellatum, vtique etiam non expectato fine litis reuocationi locus eſt; *Grat.diſcep.113. n.37. Put.deciſ.249.in fin. verſ.et quia lib.2. in corr. Seraph.deciſ.1335.num.4.& 6.*

Vt fuit deciſum informante ſolum Michaele præuijs tamen citationibus aduerſarij per contradictas.

AVENIONEN. SALVIANI.

Lunæ 8. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Præſcriptio non currit contra mentecaptum, qui pupillo æquiparatur. Contra fideicommiſſarium non incipit currere præſcriptio, niſi à die quo ad eius fauorem fuit apertum fideicommiſſum, & ſciuit bona à tertijs poſſeſſoribus poſſideri. Saluianum non datur non probata poſſeſſione debitoris tempore contractæ hypothecæ.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio ex Saluiano denegari nequit probato credito cum hypotheca, ac poſſeſſione debitoris de tempore hypothecæ, ac rei conuenti tempore motæ litis.*

2 *Creditum cum hypotheca probatur ex publico Inſtrumento obligatione Camerali vallato.*

3 *Obligatio Cameralis porrigitur etiam ad damna, & intereſſe.*

4 *Obligatio Cameralis includit in ventre hypothecã bonorum debitoris.*

5 *Hypotheca bonorũ reſultat ex illis verbis Inſtrumenti, ibi,* & pro obſeruatione ſupradictorum obligauit ſe, & omnia eius bona præſentia, & futura &c.

6 *Mala fides præſcriptionem impedit.*

7 *Præ-*

7 *Præſcriptio non currit contra mentecaptum, qui pupillo æquiparatur.*

8 *Præſcriptio bonorum fideicommiſſi non incipit contra fideicommiſſarium currere, niſi à die quo ad eius fauorem fuit apertum fideicommiſſum.*

9 *Contra fideicommiſſarium initium præſcriptionis deſumi debet à die, qua ipſe ſciuit bona hypothecata à tertijs poſſeſſoribus poſſideri.*

10 *Scientia crediti hypothecarij quod fuerit ad notitiã rei conuenti deducta, ex quibus deducatur?*

11 *Mala fides inducta ex ſcientia rei alienæ impedit, ac præſcriptionem interrumpit, ſiue reſultet ex ſola citatione legitimè executa.*

12 *Siue ex quocunque alio actu, ac interpellationibus etiam extraiudicialibus.*

13 *Poſſeſſionis ciuilis continuatio allegari nequit à tertio, cum illa pendeat ab animo, & voluntate poſſidentis.*

14 *Solutio Canonis non probatur ex libro Vicetheſaurarij in præiudicium tertij non habentis cauſam à ſoluente.*

15 *Poſſeſſio recens rei conuenti probatur ex ſubſtentatione litis iunctis etiam adminiculis.*

16 *Immiſſio ex Saluiano denegatur non probata poſſeſſione debitoris de tempore hypothecæ.*

DECISIO CCCLVI.

NISI ſcut.400. auri ſolis gratis ſibi mutuata à Nicolao Tertulli Franciſcus de Sceslas reſtitueret, vt promiſit infrà annum, vendidit ex nunc pro vt ex tunc eidem creditori medietatẽ vnius Coloniæ pro prætio quo æſtimabitur ab æſtimatoribus publicis cum promiſſione euictionis, ac defenſionis ſub obligatione Camerali de anno 1574. Et quoniam nec reſtitutum mutuum, nec tradita Coloniæ venditæ vacua poſſeſſio aliquando fuit, purificato per obitum filiorũ Nicolai creditoris ſecutum de anno 1614. eiuſdem Nicolai fideicommiſſo ad fauorem Franciſci Tertulli, idem vigore tàm dicti fideicommiſſi, quàm ceſſionis reportatæ ab Hectore confideicommiſſario iudicium mouit anno 1618. contra Gabriellem Bellum tertium poſſeſſorem Caſtri de Roas olim poſſeſſi à Franciſco de Sceslas debitore, quod proſecutum vſque ad annum 1623. cum ob varia impedimenta ſiluiſſet diù, fuit reaſſumptum anno 1631. atq; iterum de anno 1638. ac tandem difinitũ in partibus de anno 1646 per ſententiam latam ad fauorem Hectoris Belli hæredis præfati Gabriellis abſolutoriã ab impetitis ſaluo iure actori rectiùs agendi.

Appellauit Actor ab hac ſententia ad hoc Sacrum Tribunal, & commiſſa mihi cauſa appellationis petijt ſibi concedi immiſſionẽ, ex vtili Saluiano interdicto in poſſeſſionem Caſtri ſupra nominati ab Hectore aduerſario nunc poſſeſſi tàm pro ſorte principali ſcutorum 400. auri, quam pro damnis, & intereſſe; vnde propoſui hodie dubium an ſit dan-
1 da immiſſio, quæ denegari non ſolet † probato credito cum hypotheca, ac poſſeſſione tùm debitoris de tempore hypothecæ, tùm rei conuenti tempore motæ litis *Menoch. de adipiſc.remed.3.num.161.& ſeqq. Rota deciſ.491. num.7. penes ſa.me. Greg. XV. deciſ.407. num.1. par.5.recent. & alias ſepiſſime.*

Creditum autem cum hypotheca viſum
2 eſt probari ſatis † ex publico inſtrumento vallato obligatione Camerali, quæ porrigi-
3 tur † etiam ad damna, & intereſſe *Rota deciſ.197.num.5.deciſ.389.numer.12. deciſ.549. ſub num.6.inter impreſſ.apud Cinc.de cenſib.deciſ.275. num.3.apud Zacch.de oblig. Camer.* & includit
4 in ventre † bonorum debitoris hypothecam *Zacch.de oblig.Camer.qu.31.num.8.Barz.dec.108 num.29.Buratt.deciſ.905.nu.2.* inductam etiam
5 explicitè † ex verbis inſtrumenti, ibi, *& pro obſeruatione ſupradictorum obligauit ſe, & omnia eius bona præſentia, & futura Burſatt.conſ.39.n.37 Ceph.conſ.41.num.19.Rimin.Sen.conſ.299.nu.10. & 12. lib.2.*

Neque ſublata dici poteſt præſcriptione, nam ſubducto tempore vitæ Franciſci debitoris anno 1578.defuncti, qui dum vixit Caſtrum poſſedit, & cum ſciret ſe eſſe debito-
6 rem præſcriptionem incohare non † poterat obſtante eius mala fide *cap. vigilanti cap. ſi diligenti cap.fin.de præſcr.Buratt.deciſ.436.numer.5. Rota inter recent.deciſ.164.num.3.par.2.* ſubducto etiam tempore vitæ filiorum Nicolai creditoris anno 1614. mortuorum contra
7 quos cum eſſent mentecapti † currere præſcriptio non potuit, quia pupillis æquiparantur *l.3.ad fin.C.præſcr.30. annor. gloſ.in l.2. verb. ad agnatum C.curat.furioſi Bald.in l.fin.num.2. C. in quib.cauſ.Monteſperell.conſ.181.num.2.& ſeqq. Odd.de reſtit.in integr.par.2.qu.90.num.10.Ciriac. contr.329.num.70.& ſeqq.* Et dato quod cucur-
8 riſſet, † ea non noceret actori, cui fideicommiſſum creditoris nondum apertum fuerat, *Socc.Iun.conſ.52.num.3.lib.4.Gabr.de præſcr. concluſ.13.num.11.& 13.Fuſar.de ſubſt.qu.528. n.4. & ſeqq. Caualer.deciſ.213.num.7.Reuerendiſs.Vrgellen.deciſ.426.num.7.Rot.inter recent.deciſ.558. num.7.& ſeqq.par.5.& in Romana de Mellinis 15. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Cerro §.obiectum.*

Non adeſt tempus idoneum præſcriptio-
9 ni, cuius initium † deſumi debet ex die qua fideicommiſſarius ſciuit bona hypothecata à tertijs poſſeſſoribus poſſideri *iuxtà opinionem quam alijs relatis amplexa eſt Rota dec.407. nu.17. & 18. par.5. recent. in Spoletana Saluiani 3. Iulij 1639. coram bo.me. Merlino, in Ciuitatis Caſtelli Saluiani 18. Februarij 1641. coram R. P. D. meo Royas, in Bononien. Cenſus 4. Maij 1643. coram R.P.D. meo Ghiſilerio, & ſequitur Cancer.var.reſol.tom.1.cap.15.ſub num.55.* Ex ea autem die Franciſcus fideicõmiſſarius iudicialitèr conuenit Gabrielem, cuius Hector aduerſarius eſt hæres vniuerſalis, & ab anno 1618. vſq; ad 1623. multa acta iudiciaria contra eumdem Gabrielem fecit inſtrumentum crediti, & articulos etiam producẽdo crediti ſeriem continentes, per quæ ſaltèm negari non po-
10 teſt quin deducta fuerit † ad notitiam rei conuenti ſcientia crediti hypothecarij, & per
11 conſequens inducta mala fides † quæ præſcriptionem impedit, ac interrumpit, ſiue reſultet ex ſola citatione legitimè executa *l. ſi-*

cut,

eut, ibi, *niſi in iudicio poſtulatione depoſita ſubſecuta fuerit conuentio l. cum notiſſimi in princ.* ibi, *ideſt etiam per ſolam conuentionem C.præſcript.30. vel 40.annor.Bald.in d.l.ſicut in prima lectura ſub num.6.verſ.niſi ſubſecuta citatione, & in addit.n.3. & in lectura noua num.3. Buratt. deciſ.8. num.1.*
12 ſiue ex quocunque alio actu, † ac interpellationibus etiam extraiudicialibus *Felin.in c. illud nu.7.& 8.de præſcr.Balb.eod.tract.par.6.q.4. num.36.Put.deciſ.385.num.1.lib.3. in corr. Cocc. deciſ.172.nu.6.& deciſ.362.nu.2. Buratt.dec.457. num.3.Rot.in recent.dec.57.num.26. & ſeq.dec.94. num.22.& ſeqq.dec.191.in fin.par.7.*

Non tamen probatur poſſeſſio debitoris de tempore contractæ obligationis: nam in id affertur ſolùm inſtrumentum homagii, quod ille occaſione huius Caſtri præſtitit Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ anno 1555 à quo præſumptam poſſeſſionis ciuilis con-
13 tinuationem † vſque ad tempus hypothecę contractæ de anno 1574. allegare non poteſt tertius, qualis eſt actor cum pendeat ab animo, & voluntate poſſidentis, de qua tertius atteſtari non valet *Abb. in cap. cum ad Sedem num.16.de reſt.ſpoliat.Alciat.de præſumpt.regul.2. præſumpt.21. ſub num.9. verſ.tu dic Menoch. eod. tract.lib.6.præſumpt.64.ſub num.38. verſ.exiſtimo Lother.de re benef.lib.3.qu.11.num.87.Caualer.deciſ.531.num.5.* & fuit dictum *in Elnen. Canonicatus 5. May 1602. coram Card.Lancillotto.*

Nec releuat aſſerta ſolutio Canonis ab eodem debitore facta de anno 1575. quia de ea
14 non conſtat † niſi ex libro Vicetheſaurarij qui non probat in præiudicium Hectoris rei conuenti habentis cauſam mediatè non à ſoluente, ſed ab Alemanno eius fratre *Menoch.de arbitr.caſ.91.num.25. & ſeqq. lib.2. & de retinen.remed.3.num.570.Imol.conſ.96.in fin. Soc. conſ.208.num.2.lib.2. Afflict.deciſ.303. ſub nu.3. cum alijs alleg. à Modern. Patauino de ſcriptura priuat.lib.4.tit.de libr.rat.Gabbellar.n.12.& ſeqq.*

Ideò licet recens poſſeſſio rei conuenti ex
15 ſubſtentatione † litis iunctis adminiculis probata remaneat *Pacif.de ſalu.inſpect.1.cap.6.n.6. & 7. Rota apud eumdem deciſ.19.num.2. deciſ.26. num.16.& apud Cinc.de cenſib. deciſ.489. num.2.* nihilominus ob non probatam poſſeſſionem
16 debitoris † de tempore hypothecæ Domini cenſuerunt denegandam eſſe petitam immiſſionem ipſo tantum actore informante.

BONONIEN. SVCCESSIONIS.

Lunæ 15. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Mulier binuba ex diſpoſitione *l.hac edictali C.de ſecund.nupt.* non poteſt ſecundo viro plus relinquere, quàm filijs primi matrimonii, quinimò prius detrahenda eſt legitima filiorum, & reliquum diuiditur inter ipſos, & ſecundum virum. Diſpoſitioni *l. hac edictali* poteſt per ſtatutum derogari Statutum Bononiæ *lib.4. ſub rubr.de dot. reſtit.§.ſi verò il primo, & §.item dicimus* virtualiter derogat legi hac ædictali, vt pluribus rationibus comprobatur in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Legitima in terminis* l.hac ædictali Cod. de ſecund.nupt. *in primis debetur filijs, ſeu nepotibus primi matrimonij, & reliquum hæreditatis inter ipſos, & vitricum diuiditur in capita.*

2 *Amplia procedere ſiue mater filijs in teſtamento reliquerit minus legitima, ſiue illos æqualiter inſtituerit cum vitrico, nam ſemper interat inequalitas propter legitimam in primis detrahendam.*

3 *Legitima prius detrahenda eſt à filijs primi matrimonij, quam lucrum dotale ſecundi viri vbi fuit contrauentum diſpoſitioni* l.hac edictali.

4 Legi hac ædictali C. de ſecund. nuptijs *in dubio non cenſetur per Statutum derogatum.*

5 *Secus verò vbi adeſt ſtatutum derogans nominatim, vel repugnantia iuri communi præcipiendo, tunc enim d. legi derogatum cenſetur.*

6 *Statutum Bononiæ* lib.4.ſub rubric.de dot. reſtituend. *an virtualiter abroget diſpoſitioni* l. hac ædictali?

7 *Dictum Statutum abrogare videtur* l.hac ædictali dum in §.ſi verò il primo *mandat diuiſionem dotis inter plures filios primi matrimonij, & vitricum fieri in ſtirpes nulla deducta legitima, cuius contrarium ſtatuitur de iure communi.*

8 *Statutum loquitur in muliere ab inteſtato decedente, non tamen procedit in caſu teſtati.*

9 *Statutum abrogatorium in caſu inteſtati non ſe extendit ad caſum facti teſtamenti.*

10 *Statutum Bononiæ* lib.4.ſub rubr.de dot.reſtit. §.item dicimus il 2. *permittit vxori, vt poſſit de dote teſtari.*

11 *Mulier in terminis Statuti Bononiæ* d.§.Item dicimus, *an valeat inæqualiter teſtari erga filios primi matrimonii, ac vitricum? duæ afferuntur contrariæ Rotæ reſolutiones, & num.12.*
Caſus à Statuto omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis ibid.num.11.

13 *Statutum Bononiæ* lib.4.§.Item dicimus *concedit mulieri binubæ facultatem teſtandi non obſtante, quod liberos habeat ex quocunque matrimonio, dummodò ipſis legitima reſeruetur.*

14 *Et dicta facultas teſtandi excepta legitima cenſetur ſimpliciter, & abſolutè conceſſa, ex quo verba Statuti nullam habent reſtrictionem, & indeffinitè prolata æquipollent vniuerſalibus, & nu.15.*
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis ibid.n.15.

16 *Statutum Bononiæ* d. §.Item dicimus *dans facultatem mulieri binubæ liberè teſtandi excepta legitima filiorum, virtualitèr derogat* legi hac edictali *contrarium diſponenti.*

17 *Legitima non detrahitur à filiis, quando ſunt inſtituti hæredes vniuerſales.*

18 *Damnum nequis indebitè patiatur potius tolleranda eſt verborum ſuperfluitas.*

19 *Legitima dum filiis reſeruatur, & de reliquis bonis quod Parentes ad libitum teſtari valeant iuri, ac æquitati conſonum eſt.*

20 Text. in l. hac ædictali C. de ſecund. nupt. *exor-*

exorbitans eſt dum aufert liberam facultatem teſtandi cuicunque ingenuo.

21 *Mulier non præſumitur aliquid habere præter dotem.*

22 *Relatio de ſui natura repetit omnes qualitates relati, ac ſi expreſsæ eſſent in referente.*

23 *Statutum Bononiæ defert in caſu inteſtati ſecundo viro lucrum cum derogatione* l.hac ædictali *diuiditque bona mulieris binubæ abſque vlla deductione legitimæ filiorum.*

24 *Et hæc diſpoſitio locum habet etiam in caſu teſtati attenta tùm præſeruatiuà lucri dotalis, tùm relatione ad præcedentem partem eiuſdem ſtatuti, tùm præſumpta mente ſtatuentium, qui præſumuntur deferre lucrum æquè in caſu teſtati, & inteſtati, & nu.25. & redditur ratio nu.26.*

27 *Mulier nullo modo poteſt mediante teſtamento priuare maritum lucro dotis contra mentem ſtatuentium.*

28 *Statutum Bononiæ tribuens facultatem mulieri teſtandi de dote, non obſtante quod liberos habeat ex quocunque matrimonio, cum ſit conceptum per verba vniuerſalia comprehendit etiam caſum exiſtentiæ filiorum primi matrimonii.*

29 *Voluntas ſtatuentium arguitur ex clauſula derogatoria obſtantiarum.*

30 *Mater poteſt ſibi hæredem extraneum inſtituere dummodò filiis legitimam relinquat.*

31 *Mulier binuba poteſt ex diſpoſitione ſtatuti Bononiæ ſibi hæredes inſtituere tàm filios primi matrimonii,quàm maritum, vel quelibet extraneum dummodò ſi inſtituatur maritus reſeruetur filiis legitima, & è contra ſi inſtituantur filii reſeruetur lucrum marito &c.*

32 *Verba præſeruatiua ad ſingulos caſus contingentes congruè referri debent.*

33 Deciſ.432. coram Blanchetto par.1. diuerſ. *declaratur.*

Deciſ.61. Bononień diuerſ. *pariter declaratur ibidem.*

34 *Lucrum bonorum extradotalium non defertur viro ex diſpoſitione Statuti Bononiæ.*

35 *Bona extradotalia habent diuerſam naturam à dotalibus, ac etiam diuerſam ſuccedendi formam.*

36 *Dos maior conſtitui nequit à muliere ſecundo, vel vlteriori viro, quam fuit primo viro conſtituta in fraudem legitimæ filiorum primi matrimonii, & animo augendi lucrum ſecundo viro, & n.37. contra infra nu.40.& ſeqq.*

38 *Dos exceſſiua conſtituta ſecundo viro reducenda eſt ad menſuram congruæ dotis,& reſiduum applicatur filiis primi matrimonii.*

39 *Statutum expreſsè diſponens,quod ſecundus vir lucretur certam partem dotis etiam extantibus filiis primi matrimonii cenſetur voluiſſe hoc caſu derogare diſpoſitioni* l. hac ædictali, *& ſufficit filiis, quod ſit ſalua legitima.*

40 *Statutum Bononiæ dat lucrum ſecundo viro nedum dotis, ſed etiam augumenti, quod intelligitur tàm de augumento facto in eodem primo matrimonio, quàm in ſecundo, vel vlteriori.*

41 *Statutum Bononiæ non prohibet augeri dotes extantibus liberis primi matrimonii, ſed ſolùm fieri pactum de maiori parte lucranda vltrà medietatem.*

42 *Item etiam diſponitur, quod in ſecundo matrimonio cenſeatur conſtituta dos data in primo, niſi de alia dote conſtaret, quo caſu mandat ſeruari quod conuentum fuit, & ſic virtualitèr permittit augumentum dotis.*

43 Leg. hac ædictali de ſecund. nupt. *poteſt per Statutum derogari.*

DECISIO CCCLVII.

EXTRADOTALIA cuncta bona Camillæ Bonfiolæ non excedentia libras 38. mil. deberi titulo legitimæ Dominis de Albergatis eius Nepotibus ex Hipolita filia prædefuncta poſtquam reſolutum fuit ſub die 15. Martij 1647. reſeruato quod particulariter videretur de bonis dotalibus, vt in deciſione tunc extenſa, dubitaui hodie, An & quæ rata bonorum dotalium debeatur Dominis de Albergatis, & approbatis iterùm tribus concluſionibus in dicta deciſione adductis, nempè quod in terminis *l. hac*
1 *ædictali* † *Cod.2.nupt.* filiis, ſeù nepotibus primi matrimonij debetur in primis legitima, & reliquum hæreditasis inter ipſos, & vitricum diuiditur in capita, quod id procedit
2 ſiue † mater filiis in teſtamento reliquerit minus legitima,ſiuè illos æqualitèr inſtituerit cum vitrico; nam ſemper intrat inæqualitas propter legitimam in primis detrahendam, *vt vltra alios allegatos dixit Rota in Vrbeuetana Reſtitutionis dotis* 4. *Februarii* 1643.*§.certa eſt enim verſ. & hæc opinio coram R. P. D. meo Peutingero*. Quod tertiò vbi fuit contrauen-
3 tum diſpoſitioni *d. l.* priùs detrahenda † eſt legitima quam lucrum dotale ſecundi viri: quas cõcluſiones perpetuò amplexa eſt Rota vti rationum, ac ſectatorum pondere firmiores.

Quia illæ militant in terminis iuris communis,ac etiam municipalis quo diſpoſitio-
4 ni *l.hac ædictali* † non derogatur, vt in dubio præſumitur *Gabr.conſ.13.num.10.lib.2.Rota deciſ.255.num.7.par.4.diuerſ. & in Romana Succeſſionis 14. Iunii 1647. §.1. coram R. P. D. meo*
5 *Corrado*; ſilent verò vbi adeſt ſtatutum † derogans, vel nominatim, vel repugnantia iuri communi præcipiendo *Burſatt. conſil.211. num.5. Surd.conſ.401.num.25. & 31. conſil.422. num.22.Molfeſ.ad conſuet.Neapol.par.3.de ſucc.ex teſtam.qu.20.per tot.Gratian.diſcept.300. num.23. & ſeqq. Rot. in Vrbeuetana Reſtitutionis Dotis 6. Februarii 1640. §.Surdus verò, & 14. Decembris eiuſdem anni §. & Doctores coram bon. mem. Merlino, & in d. Romana Succeſſionis coram R.P. D. meo Corrado*. Ideò quæſtionis propoſitæ diffinitio viſa eſt pendere ab interpetratione
6 Statuti Bononiæ † *lib.4.ſub rubr.de dotib. reſtit.* an ſcilicèt virtualitèr ſaltem abroget diſpoſitionem *l.hac æditali*.

7 Et quidem abrogare † *in §.ſi verò il 1.* certum eſt, quia ibi mandat diuiſionem dotis inter plures filios primi matrimonij,& vitricum fieri in ſtirpes nulla deducta legitima, per quam pars vitrici minuatur, & in vtroque contrarium ſtatuitur de iure communi

vnde

vnde apertiſſima eſt vtriuſque iuris incompatibilitas, ac repugnantia quæ per neceſſe præſefert communis abrogationem, vt in terminis huius Statuti dixit *Rota deciſ. 15. n. 3. & ſeqq. par. 4. tom. 2. recent.* & de ſimili Statuto Terræ Centi fuit deciſum *coram bo. me Buratt. deciſ. 396. num. 7. vbi add. litt. B. allegat concord. Gratian. diſc. 300. ſub num. 23.* Sed informantes pro Albergatis negabant hanc partem Statu-
8 ti applicari caſui noſtro, quia loquitur† muliere decedente ab inteſtato, vt voluit *Monteren. in gloſſ. ibid. verb. legitima Rot. Bononien. diu. deciſ. 61. nu. 15. & 16. Rota noſtra in Bononien. hæredrtatis 9. Iuly 1576. §. quo verò coram Cardin. Blanchetto* facit *Rimin. Iun. conſ. 311. nu. 9. & 10. & conſ. 333. num. 8. & 9.* At Camilla deceſſit cum teſtamento, nec licet ſtatutum abroga-
9 torium† in caſu inteſtati extendere ad caſum facti teſtamenti *Cuman. conſ. 98. nu. 4. Caſtr. conſil. 348. num. 2. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 311. num. 10. Caualer. deciſ. 256. num. 7.* vnde inhærendum eſt alteri parti Statuti *in §. item dicimus il 2.* in
10 qua † permittitur vxori, vt poſſit de dote teſtari, & ſtrictè videndum, an ibi iuri communi derogetur.

In quo articulo duas habemus Rotæ no-
11 ſtræ reſolutiones, alteram negatiuam † in caſu quo mulier ſcripſerat hæredem ſecundum virum, & filijs primi matrimonij modicum reliquerat; caſus enim iſte tanquam à Statuto omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, & in his terminis loquitur *dec. Bononien. diuer. 61. num. 17. & 18. & Rota noſtra coram bo. mem. Card. Blanchetto deciſ. 432. par. 1. diuerſ. confirmata deciſ. 596. ibid. & rurſus 9. Iulij 1576. coram eodem Cardinali Blanchetto*, quas in eiſdem terminis approbarunt aliæ deciſiones *in Bononien. indemnitatis coram bo. me. Archiepiſcopo Seleucien. impreſſ. apud Giouagn. conſil. 10. num. 25. lib. 2 & par. 4. tom. 2. recent. dec. 15. num. 9. & ſeqq. dec. 66. n. 16. & 17.*

12 Alteram affirmatiuam † quando mulier filios primi matrimonij hæredes inſtituit, & ſecundo viro legauit id quod conſequi debebat vigore Statuti, ſuper quo caſu emanarunt *dictæ deciſiones Bononien. Indemnitatis coram Archiepiſcopo Seleucien. confirmatæ de anno 1621. coram bo. me. Card. Caualer. quæ eſt dec. 122 inter impreſſ. apud Modern. Peruſin. poſt compend. Statut. Peruſ. & rurſus de anno 1622. coram bo. me. Buratt. inter eius impreſſ. dec. 657.*

At neuter eſt caſus noſter, nam Camilla inſtituit quidem hæredem Aurelium tertiũ virum, ſed cum onere tradendi Dominis de Albergatis nepotibus ex primo viro legitimam, ac tot alia bona hæreditatis ipſius teſtatricis, quæ comprehenſa legitima aſcendant ad dimidiam totius d. ſuæ hæreditatis, itaut dicti eius nepotes de hæreditate tantũ conſequantur, & habeant quantum Aurelius eius maritus, & hæres habebit, & conſequetur comprehenſo etiam lucro dotali illi ex forma Statutorum Bononiæ debito. Viſum eſt tamen fraternizare hunc caſum cum *deciſo in dictis Bononien. Indemnitatis*, quia in rei veritate non fuit tertio viro relictum, niſi id quod conſequi debet ex forma Statuti eidemque caſui congruere fundamenta deciſionum æditarum in dicta Bononien. indemnitatis, ac proinde Aurelio medietatem dotis eiuſque augumenti, & aliam medietatem dd. nepotibus deberi iuxtà Teſtatricis voluntatem ſuffragante etiam hoc caſu ſtatutaria derogatione imperiali conſtitutioni *l. hac aedictali*.

Primò quia Statutum in ſupracitato *§. item*
13 *dicitur*, concedit † mulieri binubæ facultatem teſtandi non obſtante, quod liberos habeat ex quocunq; matrimonio, dum tamen ipſis legitima reſeruetur; dum enim filijs primi matrimonij reſeruauit tantum legiti-
14 mam, † & mulieri conceſſit ſimpliciter facultatem reſtandi, quæ in reliquis excepta legitima intelligenda eſt liberè, & abſolutè conceſſa ad libitum mulieris; tùm quia verba Statuti nullam habent reſtrictionem, & indefinitè prolata ęquipollẽt verbis vniuerſalibus, vt in terminis Statuti *Bart. in l. omnes populi nu. 57. ff. iuſt & iur. Socc. Iun. conſ. 118. nu. 3. lib. 3. Rol. coſil. 61. num. 28. lib. 3. Decian. conſil. 17. num. 20. & 21. lib. 1. Barboſ. axiomat. 123. num. 7.*
15 tùm quia id præſtat ſpecifica exceptio, † & reſeruatio legitimæ *Alex. in l. fin. num. 4. ff. quod quiſque iur. ex text. in l. quæſitum §. denique ff fund. inſtr. l. nam quod liquidè §. vlt. ff. penu. leg. Dec. conſil. 247. num. 8. Rot. deciſ. 51. num. 10. par. 1. recent.*
16 exinde reſultat virtualis derogatio† legi contrariæ prohibenti binubam arbitrio ſuo de bonis diſponere in ſtirpes inter filios, & ſecundum virum, vt in puncto *Cozzad. conſ. 88. ſub num. 7. verſ. tertiò quia Maluaſ. conſil. 39. ſub num. 10. verſ. & huiuſmodi interpetratio, & nu. 11. Monteren. in gloſſ. d. Statuti verb. mulier in princip. fol. mihi 245.*

Ponderato præſertim, quod reſeruatio legitimæ filiorum demonſtrat fuiſſe à ſtatuentibus cogitatum, quod mulier alios quam filios ſibi hæredes inſtitueret, & alioquin ſuperflua eſſet, quia vbi filij ſunt hæredes in-
17 ſtituti† non intrat deductio legitimæ *Couarr. in cap. Rainutius §. 11. num. 11. de teſtam. Craſſ. in § legitima quæſt. 1. ſub num. 4. verſ. ſed contraria Bera. quæſt. 87. num. 10. Giouagn. reſp. 10. num. 8. lib. 2.* & in terminis benè aduertit *Rot. d. deciſ. 15. n. 13. & ſeqq. & deciſ. 66. nu. 22. par 4. tom. 2. recent.* nec
18 obſtat, quod tolleranda potiùs ſit † verborũ ſuperfluitas, quam quod aliquis indebitè damnum patiatur, vt reſpondit *Rot. dec. 432. num. 12. par. 1. diuerſ.* Quia nullum damnum infertur filijs primi matrimonij dum ſalua
19 eorum legitima conceditur † matri de reliquis eius bonis teſtari, quod omni iuri, ac æquitati conſonum eſt *l. Papinianus §. quoniam autem ff. inoff. teſtam. cum alijs infrà allegandis*, ſed ipſa quidem mulier præſeruatur à damno,
20 ac pœna *l. hac aedictali*, quæ † exorbitans eſt, cum auferat liberam teſtãdi facultatem cuique ingenuo competentem *l. 1. in princ. ff. ad l. falc. l. teſtandi cauſa l. quoniam indignum C. teſtam. §. diſponat auth. de nupt.*

Secundò quia Statutum ibidem ne dum præſeruauit filijs legitimam, ſed etiam ſecundo

cundo viro partem quam lucrari debet ſecũdum formam Statuti nempè medietatem dotis, & hic duo ponderanda ſunt, alterum eſt quod ſi mulier non haberet aliud quam
21 dotem, † vt regularitèr lex præſumit *Ang. conſ.81.ſub nu.2.circa med. verſ.& maximè Greg. XV. deciſ.398.ſub num.5. Buratt.deciſ.906.nu.3.* & ex primo matrimonio ſupereſſent duo, vel plures liberi incompoſſibilis eſt diſpoſitio iuris communis vetantis binubæ, nè plus in teſtamento relinquat ſecundo viro, quam cuilibet filio cum diſpoſitione Statuti iubentis integram medietatem ſecundo viro à teſtatrice relinqui, vt ſenſui patet. Alterum quod verba illa ſecundum formam præſentis Statuti relatiua ad præcedentem Statuti partem, in qua vt omnes ſcribentes, ac deciſiones admittunt fuit derogatum *l. hac edictali* eamdem derogationem repetunt in hoc §.*item dicitur* cum ſit de natura ſimilium dictionum
22 repetere † omnes qualitates relati, ac ſi nominatìm eſſent expreſsæ in referente *Bald.conſ.212.num.1.lib.5. Alex.conſ.80. num.9. lib.1. Buratt.deciſ.61.num.6.* & in ſpecie *Rot.deciſ.15.num.7. verſ.idque tantò magis par.4. tom.2. recent.*

23 Itaut ſicuti in caſu inteſtati † ſuperiùs diſpoſito Statutum defert marito lucrum cum derogatione *l.hac edictali*, diuiditque in ſtirpes bona binubæ abſq; vlla deductione legi-
24 timę filiorum, ita defert in caſu teſtati † ſic ſuadente tùm præſeruatiua lucri dotalis, tùm relatione ad præcedentem partem eiuſdem Statuti, tùm præſumpta mente ſtatuentium qui præſumuntur æquè deferre lucrum in caſu teſtati, & inteſtati *Rol. de lucr.dot.qu.82. num.1. & ſeqq.* vbi quod in hoc omnes concordant *Rota in puncto d.deciſ.15.num.20.dec.66 num.19.par.4.tom.2.recent.& dec.657.num.2. coram bo.me. Buratto*; dumque in præcedenti § *ſi verò* voluerunt partiri æqualitèr dotem ab
25 inteſtato, † veriſimile non eſt voluiſſe auferre mulieri facultatem æqualitèr partiendi in teſtamento, vt ingenioſè in his terminis aduertit *Buratt.d.dec.657.ſub num.1.verſ.& addebatur, & num.2.* præſertim, quia alioquin
26 retorqueretur in odium maritorum † hæc poſtrema pars Statuti, quæ in illorum principalitèr fauorem ædita fuit, vt dixit *Rota dicta deciſ.66.num.6.verſ.conſideratum par.4.tom.2.rec.* dareturque anſa mulieri priuandi mediante teſtamento maritum medietate dotis contra
27 mentem ſtatuentium † quod nullo modo fieri poſſe per mulierem, probat *Caſtr. in l. ſi cum dotem num.11. ff.ſol.matr. Rolan. de lucr. dot. quæſt.82.nu.1.& ſeq. Dec.conſ.386.ſub nu.6. verſ. venio ad ſecundum Oſaſc.dec.20.numer.6.Theſ.deciſ.34.in princ.Rota in puncto d.deciſ.15.n.7.& 8. par.4.tom.2.recent.*

Neque hæc Statuti pars tribuens mulieri facultatem teſtandi de dote, ac eius augumẽto reſtringi poteſt ad caſum quo alium quã ſecundum virum hæredem inſtituat, vel nulli ex præcedenti matrimonio ſuperſint liberi. Quia contrarium probatur ex ipſis Statuti
28 verbis † quibus cauetur mulierem poſſe teſtari non obſtante, quod liberos habeat ex quocunque matrimonio, dum tamen illis legitima reſeruetur; huiuſmodi enim verba vniuerſalia compræhendunt etiam caſum exiſtentiæ filiorum primi matrimonij *Bellon. ſen.conſ.13.num.10.& ſeqq. Gozz.conſ.88.num.1. Rimin.ſen.conſ.118.nu.29. Rolan.de lucr.dot.q.29. num.6.& quæſt.30.ſub num.13. Rot.d.dec.66.nu.4. & 5.* ac teſtamenti, in quo ſecundus vir fue-
29 rit hæres inſtitutus, arguendo † ſtatuentium voluntatem à clauſula derogatoria obſtantiarum iuxtà theoricam *Bald.in l.eam quam ſub num.36.ad fin.verſ.dicas C.fideicom. Felin. in cap. nonnulli ſub num.27.de reſcrip. Seraph. deciſ.570. num.3.deciſ.1321.num.5.* Ea ſiquidem derogatio exiſtentiæ filiorum neceſſaria ſolùm eſt, vt mulier poſſit ſecundum virum hæredem inſtituere cum inſtitutioni alterius hæredis
30 extranei † de iure non obſtet exiſtentia filiorum ſalua eorum legitima *l.cum quæritur l.parentibus, & vtrobique gloſſ.& Doct.C.inoff.teſtam. Iaſ.conſ.127.num.4.lib.1.Monter.ad d. Statut.in § ſi verò ex vltimo matrimonio verbo lucratur verſ. non autem negatur fol.238.Fontanell.de pact. nupt. clauſ.5.gloſ.8.par.4.ſub num.9.*

Et quamuis in eadem Statuti periodo reſeruetur vlterius marito ea pars dotis, quam ſecundum Statuti formam lucrari debet; vnde exaduersò infertur quod ſtatuẽtes ſuppoſuerint maritum non fuiſſe hæredem vniuerſalitèr inſtitutum, ſed extraneum, quia aliàs inutilis eſſet dicta reſeruatio lucri dotalis quippè quod illud, & amplius vir conſequeretur ex vniuerſali inſtitutione. Animaduertendum eſt, quod ibidem reſeruata eſt pariter filijs legitima in bonis maternis, & tamen certum eſt quod non ideò excluditur quin liberi poſſint à matre hæredes inſtitui.
31 Verus itaque ſenſus eſt † quod tàm liberi ex prioribus nuptijs procreati quam maritus, vel quiuis extraneus hæredes inſtituti à muliere binuba poſſunt dummodò, ſi inſtituatur maritus reſeruetur legitima eiſdem liberis ſuperextantibus, ſi verò inſtituantur ipſi liberi reſeruetur marito lucrum ſtatutarium ſin autem extraneus inſtituatur, tunc paritèr reſeruetur ipſis liberis legitima, & marito lucrum ex eodem Statuto delatum: adeo
32 quod verba præſeruatiua † ad ſingulos caſus contingentes congruè referantur, vt debet *l.quoties C.famil.erciſc.gloſſ.fin.in l.ſi negocium verb.geſtorum C. neg.geſt.Aym.conſ.98.numer.11. Buratt.deciſ.715.num.5.Rot.inter recent.deciſ.578 num.3.par.1.dec.429.ſub num.3.par.2.*

33 His poſitis non aduerſantur † *dec. Cardinalis Blanchetti, & deciſ.61.Bononien.diuerſorum*, quia multum intereſt, an inſtituto hærede ſecundo viro liberis primi matrimonij mulier reliquerit minus legitima, vt in caſu dictarum deciſionum, an verò ipſis reliquerit medietatem bonorum, & aliam medietatem viro, quia primus caſus eſt omiſſus à ſtatuto, imò eidem contrarius, cum Statutum velit liberis legitimam præſeruari, ac diuiſionem bonorum cum viro fieri in ſtirpes. Alter verò eſt eidem Statuto conformis, ac litteralis in

verbis ſupra ponderatis, quia teſtatrix reue-
ra nihil plus reliquit ſecundo verò ex eius
dote, & augumento, quā importaret lucrum
ex diſpoſitione ipſius ſtatuti debitum, vt be-
ne in puncto diſtinguit, ac reſpondit *Rot. d.
deciſ. 15. num. 9. & ſeqq. deciſ. 66. num. 16. ac 17.
par. 4. tom. 2. recent. facit Gratian. diſc. 300. num. 37
& 47. in fin.* Et nos verſamur in ſecundo ca-
ſu, nec obſtat quod mulier reliquerit viro
etiam medietatem bonorum extradotalium,
34 quam ſtatutum † illi non defert *Rimin. iun.
conſ. 484. num. 26. Tart. ad ſtat. Papie. rubr. 121. nu-
mer. 140. & ſeqq.* quia de partitione extradota-
lium actum fuit particulariter in alia diſputa-
tione, ſtante quod habent diuerſam naturam
35 ac ſuccedendi formam, vt notat *Monter. in
gloſſ. ſtatuti §. ſi vero ex ea verb. cuilibet ſtipiti ad
fin. verſ. & quod ſi mulier fol. 236. & in verb. lu-
cretur in fin. verſ. ergo cum tantum fol. 238. & in
§. item dicimus verb. totius col. 3. in princ. verſ. de
alijs vero fol. 250.*

Vnica ſupereſt difficultas, quia dos data
primò, & ſecundò viro fuit librarum 20600.
tantum; tertiò verò librarum 121226. ad
quam ſummam videtur augeri non potuiſſe
cū mulier ſicuti nupſerat ſecundò viro eiuſ-
dem familiæ maluetiæ, ac tertius cum pri-
ma dote, cum eadem facile reperijſſet tertiū
virum aucta ad ſummum aliqua honeſta
quantitate reſpectu ſenilis ætatis, quam ipſa
iam attigerat. Qua propter tantus dotis ex-
36 ceſſus † ex quo lucrum dotale viri, quod
proportionabiliter ad primam dotem non
exceſſiſſet ſummam librarum 10600. aſcen-
dit ad libras 60600. & vltra quia cenſetur cō-
ſtitutus in fraudem legis, ac filiorum primi
matrimonij animo augendi lucrum tertij vi-
ri, non tenet *Caſtr. conſ. 462. verſ. præterea lib. 2.
Socin. ſen. conſ. 35. num. 4. lib. 4. Cuman. conſ. 110. n. 3
Zuccard. conſ. 43. num. 4. Camill. de Curte inter conſ.
Camill. de Medices conſ. 163. num. 14.* vbi ait,
quod nemo eſt qui ab hoc diſcrepet quod-
37 que conuenit naturali rationi † ne nimis mu-
lierum effrenatę inſaniæ Ceci amoris erga vi-
rum faueatur *Planucc. de lucr. dec. gloſſ. 5. verb.
ſi ſine liberis num. 38. verſ. in ſecundo autem Grat.
diſcep. 463. num. 3. verſ. maximè & 3. ſeqq. Vinc. de
Franch. deciſ. 435. num. 39. alijque allegati à Moder.
Neapol. in l. hac æditali quæſt. 5. num. 39. & 40. C.
ſecun. nupt. Bero. quæſt. 119. num. 7.* Sed ad menſu-
38 ram congruæ dotis † reducendus eſt, vt be-
ne probat *in d. l. hac æditali Bald. num. 2. verſ. ſed
pone Cuiacc. col. 485. in princ. to. 3.* & reſiduum
aplicandum filijs *Buratt. deciſ. 396. num. 5.*

Verum idem *Berous d. quæſt. 119. ſub num. 7.
verſ. niſi*, declarat hoc procedere niſi ſtatutū
39 expreſſe † diſponeret, quod maritus lucrari
debeat certam partem dotis etiam extantibus
filijs primi matrimonij, quia tunc certum eſt
ſtatuentes voluiſſe derogare diſpoſitioni *l. hac
edit.* & per conſequens ſufficit, quod filio
ſalua ſit ſua legitima, ſic etiam videtur ſen-
ſiſſe *Rolan. de dot. quæſt. 24. num. 3. & ſeqq. Mal-
uaſ. conſ. 39. num. 31. & 32.* & hic eſt caſus no-
ſter in quò prætereà *Laurentius de Pinu conſ. 47.
verſ. benè verum eſt Rot. d. deciſ. 66. num. 22. verſ.*
40 *nec viſum, & num. 23. ponderauit*, † quod ſtatu-
tum dat marito lucrum ne dum dotis, ſed
etiam eius augumenti, quod intelligendum
eſt tam de augumento facto in eodem primo
matrimonio, quam in ſecundo, vel vlterio-
ri *Monter. ad ſtat. Bonon. §. ſi vero il primo verb.
cuilibet ſtipt. circa fin. verſ. & caſu fol. 236.* ma-
ximè, quia ſtatutū *in §. & ijs caſibus verſ. ſaluo*
41 non † prohibet augeri dotes extantibus li-
beris primi matrimonij, ſed ſolum fieri pa-
ctum de maiori parte lucranda vltra medie-
42 tatem, & infra in §. *item dicimus* il tertio †
diſponendo, quod in ſecundo matrimonio
cenſeatur conſtituta dos data in primo, niſi
de alia dote conſtaret mandat in hoc ſeruari
quod conuentum fuerit, & ſic permittit do-
tem in ſecundo augeri, vt permittere potuit
43 non ſecus † ac derogare *l. hac æditali Bald. in
l. 1. ſub num. 8. C. in off. dot. Dolan. conſ. 72. num. 3.
lib. 1. Greg. XV. deciſ. 173. num. 7. Buratt. deciſ. 396
num. 7.* Deciſum igitur fuit dimidiam tantum
partem dotis Camillæ deberi Dominis de Al
bergatis vtraque parte informante.

TRIDENTINA PARROCHIALIS:

Lunæ 15. Iunij 1648.

ARGVMENTVM:

Gratia ſi neutri concipi ſolet ſub conditione, & vt ſuffragetur quænam requirantur? Beneficium reſignatum ob non publicationem non vacat per obitum reſignantis, ſed ob non factam publicationem, remanetque Sedi Apoſtolicæ reſeruatum, itaut ab ordinario cō-ferri non valeat. Prouiſio Apoſtolica ob nō publicationem debet publicari, vt expreſſe cauetur in Conſtitutione Gregorij XIII. vlterius præcipientis prouiſum teneri infra ſex menſes litteras Apoſtolicas expedire, eaſque coram executore preſentare, ac inſtare pro illarum executione? Conſtitutio Gregoriana dans prælationem primo publicanti, quamuis habeat gratiam poſteriorem quomodo intelligatur?

SVMMARIVM:

1 *Validitas ſententiæ reſultat concurrentibus requiſitis* Caputaq. deciſ. 262. par. 2.
2 *Iuſtitia ſententiæ educitur ex deciſione in cauſa edita.*
3 *Gratia ſi neutri quoad non Ius tàm impetrantis, quàm collitigantis ex quibus verificetur? & n. 5.*
4 *Gratia ſi neutri concipi ſolet ſub conditione.*
6 *Ordinarius conferre nequit Beneficium vacans per reſignationem factam in manibus Papæ.*
7 *Reſignatio non publicata operatur, vt reſignatario Ius irreuocabile non quæratur licet abdicetur à reſignante.*
8 *Reſignatio ad fauorem ſortiri non valet effectum ex impedimento perſonali, ex defectu conſenſus partium, quia conditiones, & pacta non fuerunt adimpleta, vel quia narrata non fuerunt iuſtificata vel ex defectu publicationis.*

9 *Re-*

9 *Reſignatio ad fauorem non abdicat Ius à reſignante, niſi illud perfectè acquiratur reſignatario.*

10 *Ius à Reſignante quoties abdicatum non fuit, tunc Beneficium vacat per obitum eiuſdem reſignantis & appoſitio manus Papæ non inducit affectionem ad effectum impediendi ne inferior collator prouidere poſſit per obitum.*

11 *Ratio eſt quia non cenſetur appoſita manus, niſi ad effectum, vt reſignatio ſequatur.*
Deciſ.413. num.1. & 2. par.1. diuerſ. *in quibus terminis loquatur ibidem.*

12 *Reſignatio redditur nulla ob non expreſſionem veri valoris, vel ob non adimpletas conditiones reſignationis, vel ex defectu conſenſus, vel non iuſtificationis, & num.13.*

14 *Beneficium reſignatum ob non factam publicationem attenta Regula Cancellariæ de publicandis necnon Conſtitutione ſa.me. Pij V. remanet penes reſignantem, & vacat per eius obitum.*

15 *Secus vero attenta Conſtitutione ſa.m.Greg.XIII. per quam conſtitutio Piana abrogatur, in qua decernitur Beneficium reſignatum reſoluto Iure reſignatarii ob non factam publicationem vacare ab ipſa die reſignationis, & ponderantur verba eiuſdem Conſtitutionis num.19.*

16 *Reſignatio ad fauorem à Papa admiſſa ex die admiſſionis perfectionem recipit.*

17 *Et ex tunc Ius cenſetur à reſignante abdicatum, & acquiſitum reſignatario etiam ante illius publicationem.*

18 *Ius reſignatarii ob non factam publicationem infra legitima tempora illico reſoluitur.*

20 *Beneficium ob non factam publicationem reſignationis eſt reſeruatum Sedi Apoſtolicæ.*

21 *Nec amplius vacat per obitum reſignantis, ſed ob non factam publicationem.*

22 *Collatio ordinarii nulla eſt ex falſa cauſa vacationis.*

23 *Reſeruatio ligat manus inferioris collatoris.*
Beneficium vacans ob non publicationem reſignationis attenta ſpeciali reſeruatione Sedi Apoſtolicæ ab ordinario conferri nequit ibidem.

24 *Concurſus eſt neceſſarius inprouiſione Parrochialium iuxta formam traditam* à Concil. Tridentin. ſeſſ.24, de reformat. cap.18.

25 *Prouiſio Apoſtolica ob non publicationem reſignationis debet iuxta Conſtitutionem Gregorianam publicari ac infra ſex menſes tenetur prouiſus expedire litteras, & iuſtare coram executore pro illarum executione, & num.26.*

27 *Gratia ſi neutri anterior præfertur ſimili gratiæ poſtea ab aduerſario obtentæ.*

28 *ConſtitutioGregoriana dans prælationem primo publicanti licet habenti gratiam poſteriorem in data intelligenda eſt, quando plures concurrunt impetrantes ex cauſa reſignationis, vel ob illius non publicationem nec extendenda eſt ad alias gratias diuerſas.*

29 *Gratia ſi neutri confert Ius nouum ac independens à quacunque gratia præcedenti.*

DECISIO CCCLVIII.

SIT nec no confirmanda Sententia Rotalis qua R.P.D.m.Cerrus pronunciauit gratiam ſi neutri à Franciſco Licinio obtentam eſſe exequendam hodierna diſputatione Rota cognouit, & pro confirmatione reſpon-
1 dit. Quæ enim ad validitatem † pertinere tradit *Caputaq. deciſ.262. par.2.* non deſideran-
2 tur, quæque ad iuſtitiam † exibet deciſio in prima inſtantia huius cauſę ædita *ſub die 5. Decembris 1646. coram R.P.D. meo Cerro*, cum
3 negatiua iuris vtriuſque colligitantis,† nempe ipſius Franciſci, & Bartolomei Gambe
4 aduerſarij ſub qua conditionaliter concipi † gratiam ſi neutri aduertit *Gemin. conſ.79. ſub num.7.verſ. ad dubium Rot.deciſ.1. de ſequeſ. poſſ. & fruct. in nou. & penes Acchill. deciſ.15. num.3. de præben. penes Cocc. deciſ.263.num.1.* probetur
5 quo ad Licinum† ex eius propria confeſſione, quo verò ad Bartolomeum ſingula illius iura ſpecialiter diſcutiendo.

Habet ſiquidem collationem ab Ordinario tanquam de vacanti per obitum Iacobi, prouiſionem Apoſtolicã ob non publicationem reſſignationis ab eodem Iacobo factę ad fauorem Franciſci,& ſimilem gratiam ſi neutri. Collatio Ordinarij nullius eſt momen-
6 ti † ſtante prçcedenti reſſignatione à Iacobo
7 facta in manibus Papæ ex qua † licet ob non ſecutam publicationem reſſignatario irreuocabiliter ius quæſitum non fuerit,abdicatum nihilominus fuit omne ius à Iacobo reſignãte;ita vt ex tunc non autem per eius obitum vacauerit: valde namque intereſt an reſigna-
8 tio non ſortiatur effectum † ex impedimento perſonali, item defectu conſenſus, vel quaſi conſenſus partium puta, quia pacta & conditiones ibidem appoſitę adimpletę non fuerint, vel Papæ, quia nempe reſignans in Sacris conſtitutus non habet aliunde quomo do viuat, aut narrata iuſtificata non fuerunt, & vno verbo gratia purificata non fuit, an verò ex defectu ſolius publicationis; primo
9 enim caſu procedit receptiſſima concluſio † negans in reſignationibus ad fauorẽ abdicari ius à reſignante niſi acquiratur reſignatario; vnde ſequitur, quod beneficium deinde va-
10 cet † per obitum ipſius reſignantis quodque appoſitio manus Papæ non inducat affectionem ad effectum impediendi ne inferior collator prouidere poſſit ex vacatione per obitũ *vt aduertit Acchill.deciſ.14.num.1. de reſt. ſpoliat.*
11 quia non cenſetur appoſita manus † niſi ad effectum, vt reſignatio ſequatur in quibus terminis loquitur *Rot.deciſ.417.num.1.dec.419. num. 1. & 2.* vbi agitur de reſignatione nulla
12 ob † malam expreſſionem valoris *par. 1. diuerſ. in Vercellen. Canonicatus 23. Ianuarii 1598. coram Corduba* vbi non erant adimpletæ con-
13 ditiones reſignationis *in Brixien. Parochialis 10. Maii 1589. coram Plato in Hiſpalen. & Corduben. Præſtimoniorum 14.Iunii 1600.coram Lancellotto* in quibus aderat defectus conſenſus,vt aduertit *Garz. de benef.par.12. cap.3. num.277. & ſeqq. in Leodien. Canonicatus Sancti Dioniſii coram recol.mem. Coccino impreſſ.par.4.tom.2.recen. deciſ.539.* vbi agitur de gratia non purificata & iuſtificata & quotquot aliæ in id allegari ſolent, quæque latiſſime tradit *Pariſ. de reſig. lib.1.quaſt.3.num.47. & ſeqq.*

Altero verò caſu quamuis inſpecto tempore *regulæ Cancellariæ de publicandis, & Conſtitutionis fel. record. Pii V. quæ eſt* 58. *inter eius im-*
14 *preſſ. Bullar. tom. 2.* † beneficium non facta publicatione remaneret penès reſignantem, & vacaret per eius obitum, ſic diſponentibus dicta regula, & Conſtitutione; attenta tamen poſteriori Conſtitutione fel. recor. Greg. XIII
15 inter eius impreſſ. num. 85. d. tom. 2. † per quam Conſtitutio Piana abrogata penitus fuit, vt plene comprobat *Mareſc. var. reſol. lib. 1 cap. 51. per tot. & lib. 2. cap. 40. num. 10.* aliique infra allegandi beneficium pure reſignatum
16 ad fauorem, quia reſignatio ex die qua Papa admiſit, perfectionē accepit *Caſſad. deciſ. 1. num. 1. de renunc. Boer. deciſ. 348. num. 4. verſ. in contrarium Mareſc. d. cap. 52. num. 9. & 27.* abdica-
17 tum ex tunc fuit à reſignante, & † acquiſitum reſignatario pure à die prouiſionis Apoſtolicæ deſuper obtentæ, & executæ etiam ante illius publicationem, cum onus faciendæ publicationis eiuſque incertitudo non efficiat, quod interim prouiſio ſit conditionalis, ſed
18 ſolum, quod ſit reſolubilis, quatenus publicatio infra legitima tempora non ſequatur *Caldaſ. conſ. 31. ſub num. 20. verſ. item poſt acceptationem Caſſad. deciſ. 24. num. 6. ſuper reg. de infirm. & public.* & reſoluto ob non publicationem
19 iure reſignatarii, † ipſa Conſtitutio Gregoriana in §. *quod ſi quidquam* decernit beneficium vacare ab ipſa die reſignationis, ibi; *illaque ſiue iura ab ipſa ſtatim prima reſignatione, ſeu ceſſione &c. vacauiſſe, & vacare cenſeantur &c.* & infra ibi, *ſed ipſa beneficia ſiue iura ſic à principio vacantia à Sede Apoſtolica prædicta impetrari valeant ac concedi*, adeo quod conſtitutio duo diſponit in caſum non factæ publicationis, nempè reſeruat Sedi Apoſtolicę collationem
20 beneficij † reſignati, & eliſa gratia prouiſiua facta reſignatario ſubſtinet vacationem ex præcedenti reſignatione ortam, & per con-
21 ſequens per obitum reſignantis † beneficium vacare amplius non poteſt, vt in his terminis benè ponderat *Lotth. de re benef. lib. 3. qu. 21. num. 26. Pariſ. de reſign. lib. 11. quæſt. 7. nu. 20. & 34 & num. 36.* vbi in ſpecie amplectitur hanc diſtinctionem inter caſum non publicationis, vel alterius defectus reſignationis *Mareſ. d. cap. 51. num. 26. Rot. in Mediolanen. Præpoſiture 28. Iunij 1589. coram Platto, & in Abulen. beneficij Monbeltran. 24. Ianuarij 1596. coram Cardinali Blanchetto impreſſis apud Garz. de Benef. par. 11. cap. 3. num. 305. & 307. in d. Leodien. Canonicatus Sancti Dionisii coram bo. mem. Coccino, quę eſt deciſ. 539. num. 15.* vbi quod beneficium non vacat per obitum reſignantis, ſed ob non publicationem *par. 4. tom. 2. recent. & in Legionen. Canonicatus 23. Ianuarij 1640. §. 2. fundamentum 27. Aprilis eiuſdem anni §. 1. circa fin. coram R. P. D. meo Rojas.*

Ex quibus reſultat euidens nullitas colla-
22 tionis † factæ ab Ordinario, tum ob falſam cauſam vacationis per obitum *cap. ex parte de conceſſ. præb. Io. Andr. in cap. dilectus num. 5. eod. tit. Aym. conſ. 171. ſub nu. 17. verſ. & pro hoc* tum
23 propter ſpecialem reſeruationem † in euentum non publicationis reſignationis, vt ſupra inductam, quæ ligat manus Ordinarij Collatoris *Anchar. conſ. 58. ſub nu. 4.* & in puncto *Pariſ. de reſign. lib. 11. d. quæſt. 7. num. 37. & 38 Lotth. d. quæſt. 21. num. 29. & 30. vltra alios allegatus in deciſione D. meo Cerro §. reſpectu vero.* Additur alia nullitas, quia ex eius lectura apparet præceſſiſſe ſolum examen prouiſi cum ta-
24 men, quia agitur de Parrochiali, † requireretur concurſus iuxta formam traditam *à Concil. Triden. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18.* quam Epiſcopus omittere non potuit *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 102. Parij. de reſign. lib. 8. quæſt 9. num. 83. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 60. num. 13. vbi allegat concordantes.*

Prouiſio pariter Apoſtolica, quam ob non publicationem reſſignationis obtinuit Gam-
25 ba nullum ei ius tribuit; † tum quia non fuit publicata, vt Conſtitutio Gregoriana requirit in §. *quinto verſ. quicunque*, & dixit *Rot. penes Seraph. deciſ. 1064. ſub num. 3. & 5.* tum quia Gamba infra tempus ſex menſium
26 ne † dum litteras non expediuit, ſed nec inſtetit coram executore pro illarum executione, vt præcipit eadem Conſtitutio, & bene aduertit *deciſio D. m. Cerri §. Apoſtolica, & ſeqq. vbi reſpondet omnibus contrarijs.*
27 Tandem ſimilis gratia ſi neutri † conceſſa Gambę non ſuffragatur in concurſu eiuſdē gratiæ prius conceſſę Licino *cap. ſi à Sede vbi gloſſ. verb. nec appareat de præben. in 6. cap. ſi eo tempore de reſcrip. ibid.* quamuis Gamba preuenerit in publicando: nam Conſtitutio Gregoriana dans prælationem primo publicanti
28 licet † habenti gratiam poſteriorem in data intelligenda, eſt in terminis quibus loquitur videlicet, quando concurrunt plures, qui impetrarunt ex cauſa reſignationis, vel ob illius non publicationem, neque extendenda ad alias gratias à prouiſionibus ex cauſa reſignationis, vel non publicationis non depen-
29 dentes, qualis eſt gratia ſi neutri, † quia confert ius nouum independens à quacunque gratia præcedenti *Roman. conſ. 362. ſub n. 4. verſ. ad hoc Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 54. num. 129. & ſeqq. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 41. num. 60. Put. deciſ. 46. num. 3. lib. 1. in corr. Cocc. deciſ. 139. num. 7.*

Et ita deciſum Informante ſolum Lucino poſt decem, & ſex citationes contra aduerſarij procuratorem executas.

ROMANA, ſeù SVTRINA PECVNIARIA.

Veneris 19. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Pactum de ſtando circa damna iuramento creditoris validum eſt, & intelligitur reſpectu æſtimationis, nam damni exiſtentia aliunde probanda eſt, & deinde pars admittitur ad iurandum ſuper illius æſtimatione, & quando agitur de ſumma conſiderabili, oportet Iuramentum adminiculari ex alijs coniecturis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ad omnia damna continetur ſub obligatione Camerali.*

2 *Clauſula*, de quibus quod Iuramentum &c. *appoſita in inſtrumento includit pactum deſtando circa damna Iuramento creditoris iuxta formularium Inſtrumentorum Vrbis.*

3 *Clauſulæ cæteratæ extenſionem recipiunt à formulario Inſtrumentorum.*

4 *Pactum, quod ſtetur Iuramento circa damna, & intereſſe validum eſt vbi non eſt appoſitum in contractu mutui, ſeù alias de vſura ſuſpecto, ſecus in alijs contractibus.*

5 *Pactum, quod ſtetur Iuramento circa damna, & intereſſe intelligitur reſpectu æſtimationis, nam exiſtentia damni aliunde probanda eſt.*

6 *Teſtis in cauſa propria repellitur.*

7 *Damnum paſſum prius eſt verificandum in genere, & deinde pars admittitur ad Iurandum ſuper illius æſtimatione.*

8 *Limita non procedere in caſu, quo ſitdata facultas iurandi ſuper ipſa ſubſtantia damni.*

9 *Hac tamen opinio recipienda eſt in terminis ſtatuti mandantis ſtari Iuramento damnum paſſi, ſed in terminis pacti contraria opinio eſt communis, vt ſcilicet in omnibus ſtandum ſit Iuramento.*

10 *Iuramentum circa damna, vbi ſumma eſt magna, & conſiderabilis non obſtante pacto adminiculari debet ex aliis coniecturis ac circumſtantiis.*

11 *Damna ſine mora non debentur.*

12 *Stipulatio damnorum concepta non ſimpliciter, ſed in caſu neceſſitatis locum non habet vbi neceſſitas deficit.*

13 *Et hæc neceſſitas probanda eſt ab eo, qui in ea ſe fundat.*

DECISIO CCCLIX.

SCLOPETARII pulueris quantitatem omnem, quam in eius ędificio puluerario in Terra Ronciglioni exiſtenti per annos tres continuos fabricari faceret, vendidit Alexander Ciancianus pro certo prætio Domino Horatio Magalotto, qui inter cætera promiſit, *dare & conſiguare ò fare dare è conſignare à detto Signor venditore tutta quella quantità di ſalnitro, che ſarà neceſſaria ſino alla ſomma di 25. migliara di ſalnitro.*

Hinc lapſo triennio aſſerens ob ſibi non conſignati ſalnitri pondus promiſſum minus pulueris fabricari potuiſſe; egit idem Cencianus contra Magalottum pro refectione damni, quod ex inde paſſus fuit, & iurato illud aſcendere ad ſcuta 2500. obtinuit pro ſcutis 892. mandatum executiuum ab A. C. qui in reliquis reum conuentum abſoluit per ſententiam diffinitiuam, à qua ſimpliciter cauſa appellationis à mandato verò executiuo cum clauſula ſit quid exequendum mihi cōmiſſa eliciendo, vt ſolet dubium ex ventre commiſſionis propoſui hodiè diſcutiendum an mandatum A.C. ſit exequendum, & negatiue reſponſum fuit, non quidem ex defectu promiſſionis damnorum, quæ litera-
1 lis eſt, & includitur † etiam in obligatione
Camerali *Rot. deciſ. 197. num. 5. deciſ. 389. num. 12 deciſ. 549. ſub num. 6. inter impreſſ. apud Cinc. de Cenſib. deciſ. 275. n. 3. apud Zacch. de oblig. Camer.*

Sed ex defectu probationis, tam circa moram Magalotti in conſignando ſalnitrum, quàm circa ſummam, ſeù liquidationem damni ob id prætenſi, quod ſolum iuramēto actoris probatum fuit eſto enim, quod
2 clauſula illa † *de quibus &c. quod iuramentum &c.*
appoſita in inſtrumento inter partes celebrato includat pactum de ſtando circa damna iuramento creditoris iuxta formularium inſtrumentorum Vrbis relatum *à Saluſt. Tiber. in formular. Inſtr. lib. 2. cap. 8. tit. de variar. vendit.*
3 *formid. col. 6.* à quo clauſulæ ceteratæ † exten-
ſionem recipiunt *Corn. conſ. 225. in fin. lib. 3. Menoch. conſ. 844. nu. 18. Rot. apud Pacif. de Saluian. deciſ. 137. num. 2.* eſto etiam, quod de huiuſmodi pacti validitate dubitari non poſſit vbi
4 vt in caſu noſtro non fuit appoſitum in con-
tractu mutui, ſeù alias de vſura ſuſpecto, ſecus è conuerſo, vt diſtinguendo inter vtrūque caſum tradit poſt alios *Plot. de in litem iurand §. 48. num. 1. & 8. Seraph. priuileg. iuram. 31. num. 8. & 18. Borgnin. deciſ. 2. nu. 31. & 32. par. 2. Seſſe deciſ. Aragon. 101. num. 19. & ſeqq. vſque ad 23. & num. 31. & deciſ. 400. num. 9. & 10.*

Illud applicabile non videtur niſi reſpectu
5 æſtimationis damni, † ita vt aliunde proban-
da ſit exiſtentia damni: nam ex quo vigore facultatis iurandi pars ſit teſtis in cauſa pro-
6 pria † contra regulam iuris *de qua tex. in l.*
nullus ff. teſtib. prius verificandum eſt damnū
7 eſſe † paſſum in genere, & deinde pars ad-
mittitur ad iurandum ſuper illius æſtimatione *Bart. in l. diuus num. 2. ff. teſtam. milit. Grat. conſ. 10. num. 7. & 12. lib. 2. Dec. conſ. 83. num. 3. verſ. & ideo ſolum & conſ. 410. num. 7. Hipol. de Marſil. ſingul. 338. num. 1. Plot. de in lit. iurando §. 49. n. 4. Grat. diſcept. 772. num. 20. & 21. Anton. de Amat.*
8 *reſolut. 27. num. 30.* vbi hoc limitat, † quando
data eſſet etiam facultas iurandi ſuper ipſa ſubſtantia damni *Maſtrill. deciſ. 60. num. 4. & 5.*
9 Hanc opinionem recipiendam eſſe † in ter-
minis ſtatuti mandantis ſtari iuramento damnum paſſi, ſed in terminis pacti contrariam eſſe communem, quod nempè in omnibus ſtandū ſit iuramento dixerunt aliqui ex *Dominis in deciſ. 467. num. 2. par. 1. diuerſ.* ſed omnes vnanimiter firmarunt, quod ſaltem vbi ſum-
10 ma eſt conſiderabilis † non obſtante pacto
oportet iuramentum adminiculari ex alijs coniecturis, & circumſtantijs, vt legitur ibidem *num. 4. & 6.* & faciunt allegati *per Moder. Neapol. in tract. de credit. cap. 2. tit. 7. quæſt. 2. num. 1835. & ſeq. Marſil. ſingul. 27. num. 1. Boer. dec. 86. num. 3. verſ. vel in cauſis, & num. 4. Grat. deciſ. March. 36. in addit. num. 1. Seraph. deciſ. 506. nu. 3.* Vnde cum in caſu noſtro nullatenus conſtet de exiſtentia damni, & actor iurauerit damna aſcendere ad ſummam conſiderabilem ſc. 2500, ſtari non poteſt ſoli ipſius iuramento eo minus, quia tantum abeſt quod vt ipſe aſſerit ob defectum ſalnitri ædificium puluerarium ocioſum aliquando fuerit, quod imò conſtat centena millia, & amplius pulueris

pondera fuiſſe ibi diſpoſita, & Cameræ Apoſtolicæ vendita.

Atque hinc excluditur etiam mora Maga-
11 lotti in tradendo ſalnitrum, ſine qua † damna non debentur *l. mora §. in bonæ fidei ff. vſur. Aret.conſ.155.n.11.verſ. ſi autem Grat.diſcep.250 num.9.* quin potius videtur, quod neque cõmiſſa aliquando fuerit ſtipulatio damnorum
12 quippe † quod promiſſio ſalnitri concepta fuit non ſimpliciter, ſed in caſum neceſſitatis, ibi, *quella quantità di ſalnitro, che ſarà neceſſaria*; neceſſarium enim non fuiſſe, quod Magalottus ſalnitrum traderet apparet eo, quod aliunde comparato, tormentarij pulueris vbertatẽ opificia ediderunt iuxta theoricam *Baldi quam ſequitur Menoch. præſump. 78. num.55.lib.4. Aym conſ. 241. ſub num.20. col.13. verſ.2. reſpondeo Rebuff. in l. impenſæ 79.§.vtiles col.9. in princ.ff. verb. ſignif,* & eſſe hæc neceſſi-
13 tas † probanda à Cenciano, qui in ea ſe fundat *Marcabr.conſ.66.num.254.Bald.conſ.332. ſub num.9.lib.1. Aym. dicto conſ.241.ſub nu.20.col.11 verſ.2. reſpondeo Simon.de Pret.de interpetr.vltim. vol.lib.1. interprtr.2. dubit.1. ſolut.12. ſub num.7. fol.72.Oſaſc.deciſ.171.num.13. & ſeqq.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

VERCELLEN. CANONICATVS.

Veneris 19. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Diſpenſatio obtenta ſub eadem parua data primæ gratiæ ſuffragatur etiam ex interuallo Plures ſupplicationes poſſunt expediri ſub eadem data primæ,quando eſt defectuoſa, & illæ tanquam dependentes tendunt pro ſanatione primæ Sub eadem data poſſunt plures gratiæ expediri, quando inter ſe ſunt compatibiles, & vna tendit ad corroborationem alterius ſecus verò, quando ſunt contrariæ Regularis tranſiens ad ſecundam religionem ibique profeſſionem emittens efficitur incapax ad obtinenda beneficia ſecularia etiã curata ſic diſponente *Conc. Trid. ſeſſ.14. de reformat.cap.11.* & diſpenſatio obtenta ſuper regularitate non facta mentione tranſitus nullatenus ſuffragatur, nam tot requiruntur diſpenſationes, quot ſunt obſtacula ſiue impedimenta.

SVMMARIVM.

1 *Regularis incapax eſt beneficij ſecularis ſiue ex natura inſtitutionis Beneficiorum, ſiue propter reſiſtentiam voti paupertatis, & num.3.*
2 *Beneficia ſecularia ſecularibus, & Regularia regularibus conferri debent.*
4 *Nec adhuc effectum ſufficit diſpenſatio Epiſcopi.*
5 *Collatio Beneficij Secularis facta Regulari abſque diſpenſatione Apoſtolica non ſubſtinetur.*
6 *Negatiua diſpenſationis probanda eſt per impetrantem, quando fuit narrata Papæ, ſecus quando narratiua continet factum, ex quo ſequitur incapacitas, quia tunc ſufficit impetranti iuſtificare factum narratum incapacitatis produttiuum. Deciſ. 353. Gregorij in quibus terminis loquatur ibidem.*
7 *Diſpenſatio non præſumitur, ſed probanda eſt à Reo Conuento.*
8 *Amplia quamuis reus poſſideat.*
9 *Actor poſtquam plene ſuam intentionem fundauit, ceſſat præſumptio, quæ eſt pro poſſeſſore, & tenetur reus plene ſuam exceptionem probare.*
10 *Diſpenſatio Apoſtolica obtineri poteſt etiam ex interuallo ſub eadem data prioris gratiæ.*
11 *Supplicatio prima ſignata ſub parua data ſi aliquo vitio laborat pro illius ſanatione poſſunt ſub eadem data ex ſtylo Curiæ aliæ ſupplicationes ſignari, quæ à prima dependere dicuntur.*
12 *Nec admittuntur articuli ad probandum, quod ſecunda ſupplicatio non fuit ſignata ſub data primæ*
13 *Minuſque obijci poteſt de Iure medio tempore quæſito, quia gratia prouiſi ſemper pendet à parua data primæ ſupplicationis.*
14 *Sub eadem data plures gratiæ expediri non poſſunt.*
15 *Declara hoc procedere in gratijs inter ſe contrarijs, & incompatibilibus, ſecus quando gratiæ compatibiles ſunt, & vna tendit ad maiorem corroborationem primæ.*
16 *Diſpenſatio Apoſtolica literis non expeditis in Iudicio, & extra ſuffragari nequit obſtante Regula 52. Cancellariæ.*
17 *Regula 52. Cancellariæ locum non habet in diſpenſatione conceſſa acceſſoriè ſimul cum prouiſione ſuper qua litteræ fuerunt expeditæ tunc enim ſufficit de diſpenſatione conſtet per ſupplicationem.*
18 *Diſpenſatio obſtaculum ſiuè impedimentum tollit.*
19 *Religioſus tranſiens ad ſecundam Religionem ibique profeſſionem emittens per huiuſmodi tranſitum & ſecundam profeſſionem liberatur à prima religione, & tanquam nouus homo transfertur in ſecundam.*
20 *Religioſus translatus ad ſecundam religionem efficitur incapax ad obtinen. beneficia ſecularia etiam Curata ita diſponente* Sac. Concil. Tridentino ſeſſ.14. de reformat.cap.11.
21 *Quod amplia etiamſi fiat tranſitus ad ſtrictiorem Religionem.*
22 *Ratio eſt quia concilium per hanc prohibitionem voluit nedum auferre intentionem manendi extra clauſtrum, ſed etiam quamcunque ſpem de libertate obtinen. mediantibus impetrationibus beneficiorum ſecularium quamuis tranſitus non ſit ad eum finem ordinatus.*
23 *Religioſus per tranſitum ad aliam Religionem duo habet obſtacula impeditiua pro aſſecutione beneficij ſecularis, nempè regularitatem, & tranſitum in ſecundam Religionem.*
24 *Diſpenſationes tot requiruntur, quot ſunt obſtacula ſiue impedimenta.*
25 *Gratia non iuſtificata reſpectu vacationis narratæ corruit.*
26 *Nec ſubſtineri poteſt ex alio vacationis capite non expreſſo.*
27 *Reo, & poſſeſſori ſufficit ad obtinendam abſolutoriam vincere ex non Iure actoris.*
28 *Quicquid ſit ſi ipſe reus petat ſuæ gratiæ Canonizationem.*
29 *Valor per non exceſſum non probatur ex fide extraiudiciali lite pendente, & abſque Iuramento ob-*

tenta, licet narratiua valoris per non exceſſum non requirat exactas probationes.

Fides extraiudicialis facta lite pendente abſque Iuramento fidem non facit ibidem.

DECISIO CCCLX.

CANONICATVM Pœnitentiarium in Eccleſia Cathedrali Vercellenſi prius à Sede Apoſtolica Collatum Antonio Mariæ Auogadro, & ab eodem poſſeſſum impetrauit Ioannes Munzonus tanquam certo modo vacantem ex quo dictus Auogadrus ob profeſſionem in Religione approbata emiſſam, & ab ipſa habitu dimiſſo egreſſum incapax eſſet beneficij ſecularis. † Et quidem

1 incapacitatem huiuſmodi contrahi profeſſione regulari dubitari non poteſt ſiuè ex natura, ſeu inſtitutione beneficiorum iuxta quā

2 beneficia ſecularia † ſecularibus pro vt regularia regularibus conferri debent *cap. ſuper eo de regular. cap. quod Dei timorem de ſtat. monacor. cap. placuit il 2. 16. quæſt. 1. Rot. deciſ. 772. num. 5.*

3 *par. 1. diuerſ.* ſiuè propter reſiſtentiam † voti paupertatis, vt voluit *Maceraten. var. reſol. lib. 1. reſolut. 20. ſub num. 12.* vbi ait quod ideo nec

4 ſufficit † diſpenſatio Epiſcopi ſic etiam *Lambert. quia loquitur in term. Canonicatus in Eccleſia ſeculari de Iurepatr. par. 1. lib. 2. quæſt. 7. art. 69. n. 4. & 24.* adeo quod opus eſt diſpenſatione A-

5 poſtolica, † & alioquin collatio eſt nulla *Suarez de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 19. num. 26. Pariſ. de reſig. lib. 4. quæſt. 5. num. 2. & 4. Rot. deciſ. 28. in prima. de præben. in nou.*

Cum igitur in confeſſo ſit apud partes, quod Auogadrus profeſſionem ſolemnem emiſit primo in Religione Patrum Bernabitarum, ſecundò in Religione Sancti Clemētis, ad quam legitime tranſierat videbatur ſatis fundata intentio Munzoni, & dubium per me hodie propoſitum an eius gratia ſit iuſtificata affirmatiuè reſoluendum; etiam ſi non probauerit negatiuam, quod nempe Auogadrus diſpenſationem non obtinuerit,

6 quia talis negatiua probanda quidem eſt, quando per impetrantem fuit narrata Papæ in quibus terminis loquitur *deciſ. 353. coram ſa. me. Greg. XV.* ſecus verò quando narratiua continet dumtaxat factum ex quo ſequitur incapacitas, quia tunc ſufficit impetranti iuſtificare factum narratum incapacitatis prædictuum, cumque diſpenſatio non præſuma-

7 tur, † & ſit de exceptione rei Conuenti illā probandi onus eidem incumbit, vt in puncto diſtinxit *Rot. coram ſa. me. Greg. XV. dec. 242. ſub num. 3. verſ. non obſtat, & num. 4.* quamuis

8 Reus † poſſideat, quia poſtquam actor ple-

9 ne ſuam intentionem fundauit † ceſſat præſumptio, quæ eſt pro poſſeſſore, & reus tenetur plene exceptionem ſuam probare *Calder. conſ. 10. ad fin. de probat. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 45. num. 26. Seraph. deciſ. 1422. num. 12. Rot. deciſ. 409. num. 4. verſ. poſſeſſio enim par. 2. rec. & in Mediolanen. Beneficij 31. Ianuarij 1645. coram Reuerendiſſimo D. meo Dunozet Decano.*

Sed obiectum tollitur, quia Auogadrus produxit diſpenſationem Apoſtolicam ob-

10 tentam † ſub eadem data ſuę prouiſionis, & obtineri potuit etiam ex interuallo; quia ex prima ſupplicatione ſignata ſub parua data

11 vtcunq; reſpectu beneficij impetrati obreptitia impetrāti ex ſtylo Curiæ cōpetit ius aliā atq; aliā ſuplicationē pro ſanatione, & confirmatione primę porrigendi donec perfecte expediat quæ omnes ſuplicationes, vt dicūtur dependere à prima ita ſub eadem data expediūtur vt bene explicat *Lotth. de re benef. lib. 2. quæſt. 23. nu. 18. & ſeqq. poſt Gabr. conſ. 193. n. 2. vſque ad 8.* vbi addit; quod nec admittuntur

12 articuli † ad probandum, quod ſecunda ſuplicatio non fuit ſignata ſub data primę *lib. 2.* cumque ſequitur *Grat. diſcep. 191. num. 1. & 2. Rot. deciſ. 514. num. 2. & ſeqq. vbi ſignanter num. 6. & 7.* dicitur non poſſe exaduerſo obijci de iu-

13 re medio tempore quæſito, † quia gratia prouiſi ſemper pendet à ſola parua data primæ ſuplicationis donec ipſe illam perfecte expediat *par. 3. diuerſ.*

14 Nec obſtat, quod ſub eadem data † non poſſint plures gratiæ expediri, quia hoc pro-

15 cedit † in gratijs inter ſe contrarijs, & incōpatibilibus, ſecus verò eſt, quando compatibiles ſunt, & ſecunda tendit ad confirmationem, ac maiorem corrobationem primæ, vt alijs relatis fuit deciſum *in Colonien. Canonicatus, ſeù Ferculi 16. Decembris 1647. coram R. P. D. meo Meltio, & in deciſ. 302. nu. 11. & 12. par. 4. tom. 2. recent.* Minus obſtat, quod ſuper

16 diſpenſatione † non fuerint expeditæ litteræ, ſine quibus eam in iudicio aut extra ſuffragari non poſſe diſponitur *in reg. 52. Cancellariæ,*

17 quia hæc regula † non habet locum in diſpenſati one conceſſà acceſſorie ſimul cum prouiſione ſuper qua litterę fuerunt expeditę tunc enim ſufficit de diſpenſatione conſtet per ſupplicationem, vt notat *Queſad. in addit. ad dictam regulam verſ. ſolum nota Garz. de Benef. par. 4. cap. 2. num. 33. Rot. deciſ. 85. num. 1. lib. 2. deciſ. 11. num. 1. lib. 3. par. 3. diuerſ.*

Stante itaque ſufficienti diſpenſatione ſuper obſtaculo regularitatis iniuſtificata remanet gratia Munzoni fundata in incapacitate Anogadri ob profeſſionem emiſſam in Reli-

18 gione, quia diſpenſatio † ſubſtulit impedimentum profeſſionis *Franc. Marc. quæſt. 1283. par. 1. Seraph. deciſ. 1165. num. 13.* neque vis fieri poteſt in egreſſu Auogadri è Religione Sancti Clementis habitu dimiſſo cum ſecutus fuerit ex ſpeciali indulto Apoſtolico poſtquam eadem Religio fuerat Canonice ſuppreſſa.

Maior nihilominus ſupereſt difficultas; quia in diſpenſatione fit ſolum mentio profeſſionis emiſſæ in religione Sancti Clementis, non autem alterius præcedenti in Religione Bernabitarum, & ab ea tranſitus in ſecundam Religionem, vt neceſſe erat; nam licet per huiuſmodi tranſitum, & ſecundam

19 profeſſionem † Auogadrus liberatus fuerit à prima Religione, & tanquam nouus homo traslatus in ſecundum *Nauar. conſ. 61. num. 5. de regular. Suarez de relig. tom. 3. lib. 6. cap. 8. ſub n. 8. & tom. 4.*

& tom.4. lib.3. cap.15. ſub num.2. Barboſ. de Iur.
*Eccleſ.lib.1. cap.42. num.*90. cum alijs relatis à
Moder. Mediolanen. operum moral. tom. 1. tit. de
clauſura quaſt.2. punct.9.§.4. difficult.1. per tot. ip-
20 ſe tamen tranſitus † ponit obſtaculum aſſe-
tioni beneficij ſecularis ſic diſponente *Concil.*
Trident. ſeſſ.14. de reform. cap.11. ibi ac taliter tra-
latus ad beneficia ſecularia etiam curata omnino in-
capax exiſtat, quæ verba apertiſſimè incapaci-
tatem ratione tranſitus inducunt, & quia
Concilium generaliter loquitur compræhen-
21 dunt quemcunque tranſitum licitum † etiam
ad ſtrictiorem Religionem, vt notat *Leſſ. de*
*Iuſt. & Iur. lib.2. cap.41. dubit.11. num.*105. *in fin.*
*Sanch. in pracep. decal. lib.6. cap.7. nu.*108. *Moder.*
Matriten. in ſum. quaſt. Regular. tit. de tranſeunt.
regular. cap.22. ſub num. 20. & ſi tranſiens non
tranſierit animo manendi extra clauſtrum;
22 voluit enim Concilium † tranſeuntibus ad
ſecundam religionem nedum auferre inten-
tionem manendi extra clauſtra, ſed etiam im-
pedire qualemcunque ſpem, quam concipe-
re poſſent de huiuſmodi libertate obtinenda
mediantibus impetrationibus beneficiorum
ſecularium, quamuis tranſitus non eſſet ad eũ
finem ordinatus, vt optime ponderat *Suarez*
*de relig. tom.4. lib.3. cap.15. num.*12. *&* 13. *quem ſe-*
quitur Moder. Matriten. d. cap.22. ſub num.30. verſ.
ratio huius deciſionis.

Vnde cum duo concurrant obſtacula im-
peditiua aſſecutionis beneficij ſecularis, nem-
23 pè † regularitas, & tranſitus in ſecundam
religionem eaque ſint æque principalia, &
ad inuicem ſeparata *Caſtropal. oper. moral. par.3.*
tit. de voto relig. obed. diſput.4. punc.27. ſub num.1.
verſ. at regulares, & Papæ narratum tantum
fuerit obſtaculum regularitatis, diſpenſatio
ſuper hoc obtenta alterum non ſubſtulit iux-
ta receptiſſimam concluſionem, quod tot
24 requiruntur diſpenſationes quot ſunt obſta-
cula, ſeù impedimenta *cap. ex tua:um de auth.*
& vſu pall. cap. paſtoralis de priuil. cap.2. de fil.
præsbit. in 6. Gonz. ſuper reg.8. gloſſ.12. num.97. &
*ſeq. Lotther. de re benef. lib.1. quaſt.40. nu.*192. *Rot.*
deciſ.87. nu.6. coram ſa. me. Greg. XV. & per con-
ſequens Auogadrus adhuc eſt incapax bene-
ficij ſecularis.

Huic obiecto ſanè validiſſimo reſponderi
poteſt, quod percutit validitatem collationis
factæ Auogadro de qua hodie non agitur, ſed
ſolum de iuſtificatione gratiæ, & prouiſio-
nis à Munzono obtentę tanquam de vacanti
ex quo Auogadrus prius prouiſus incapax
erat ob profeſſionem emiſſam in religione,
quod vacationis caput ad quod gratia Mun-
zoni eſt reſtricta cum non ſubſiſtat; quia im-
pedimentum profeſſionis diſpenſatione fue-
rat ſublatum verum eſt dicere, quod gratia
25 Munzoni † non eſt iuſtificata reſpectu vaca-
tionis narratæ, ideoque corruit *cap. ex parte*
de conceſſ. praben. Io. Andr. in cap. dilectus num.5.
eod. tit. Aym. conſ.171. ſub num.17. verſ. & pro hoc
Rot. in Tridentina Parrochialis 15. menſis curren-
26 *rentis coram me* Nec poteſt ſubſtineri † ex alio
incapacitatis, ſeù vacationis capite ibidem
nullatenus expreſſo *cap. ſuſceptum de reſcr. in 6.*
& fuit deciſum in Bononien. Canonicatus 19. Fe-
bruarij 1590. coram clar. mem. Cardinali Hierony-
mo Pamphilio impreſſ. apud Marcheſ. de Commiſſ.
*par.1. fol.*357. *ſub num.2. & in Paten. Canonicatu*
*coram Penia impreſſ. par.1. recent. deciſ.*379. *ſub*
num.5. verſ. quod maximè: ſufficitque Auo-
27 gadro reo, & poſſeſſori † ad obtinendam ab-
ſolutoriam vincere ex non iure Munzoni
28 Actoris; quicquid dicendum eſſet † ſi ipſe
peteret ſuæ prouiſionis Canonizationẽ *Caſ-*
ſad. deciſ.3. num.5. de reſt. ſpoliat. & deciſ.7. num.9.
ſuper reg. Lotther. de re benef. lib.2. quaſt.42. nu.25.

Et in omnem euentum deeſt vltro iuſtifi-
catio valoris à Munzono narrati per nonex-
ceſſum in ducatis 65. compræhenſis diſtribu-
tionibus quotidianis, nam ad illum proban-
29 dum datur ſolum fides extraiudicialis † facta
lite pendente abſque iuramento, quæ fidem
non facit licet narratiua valoris per non ex-
ceſſum non requirat exactiſſimas probatio-
nes *Garg. de benef. par.5. cap.3. num.*198. *Canaler.*
deciſ.533. num.6. & deciſ.596. num.1.

Ex quibus vtraque parte informante reſo-
lutum fuit gratiam Munzoni non eſſe iuſti-
ficatam.

MAIORICEN. BENEFICII.

Luna 22. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio præſentãdi ex vnico actu acquiritur, & ex præſentatione vnius ex patronis cenſetur præſeruata poſſeſſio aliorum non præſentantium quod intellige, quando conſtat de poſſeſſione non præſentantium, alias enim præſeruari non poteſt poſſeſſio, quæ nõ eſt. Iuſpatronatus cadit etiam ſub fideicommiſſo quando conſtat de præſumpta mente Teſtatoris, & ex quibus coniecturis de volũtate Teſtatoris conſtare dicatur? Patronus aduerſus alium compatronum Iuſpatronatus ſpatio 40. annorum præſcribit, ſi præſentationes fuerunt factæ priuatiuè ad compatronum, & ipſe ſciuit, & acquieuit.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio beneficij Iuriſpatronatus debita eſt ei, qui docet de vacatione, de Iurepatronatus eiuſque pertinentia, ac ſe fuiſſe in tempore præſentatum.*
2 *Vacatio beneficij probatur ex partium confeſſione. Iuſpatronatus probatur ex partium confeſſione, dum ordinarius non eſt in cauſa, & agitur ſolum de praiudicio confitentium, dicto nu.* 2.
3 *Præſentandi quaſi poſſeſſio attenditur inter plures præſentatos à diuerſis patronis.*
4 *Præſentatio dicitur ſortita effectum mediante poſſeſſione ſubſecuta.*
5 *Item ſi beneficium vacat per obitum præſentati.*
6 *Quaſi poſſeſſio præſentandi ex vnico actu acquiritur.*
7 *Præſentatio vnius ex pluribus patronis præſeruat aliorum compatronorum poſſeſſionem.*

Et

8 *Et præſentationi vnius ex patronis conſentire cenſentur alij compatroni eo ipſo quod non præſentarunt cum poſſent.*

9 *Declara principalem concluſionem procedere, quãdo conſtat de quaſi poſſeſſione compatronorum, alias enim præſeruari non poteſt poſſeſſio, quæ non adeſt.*

10 *Iuſpatronatus cadit ſub fideicommiſſo, quando itá ſuadet præſumpta Teſtatoris voluntas, & forma primæua acquiſitionis non repugnat.*

11 *Voluntas Teſtatoris quod Iuſpatronatus cadat ſub fideicommiſſo reſultat ſi Teſtator mandauit, quod vno ex hæredibus decedente ſine liberis ſuperſtes ſit hæres inſolidum ad omnimodas hæreditates, nã verbum* hæres *ex vi proprietatis porrigitur ad Iuſpatronatus.*

12 *Et de verbo* inſolidum, *quod denotat totalem translationem Iurium in ſuperſtitem.*

13 *Item voluntas Teſtatoris deſumitur non ſolum, quando agitur de fideicommiſſo vniuerſali, ſed vlterius ſi adſunt verba vniuerſalia,& geminata, nempè quod omnia deueniant ad ſubſtitutos.*

14 *Obſeruantia plurimum attenditur pro interpratatione verborum Teſtatoris.*

15 *Patronus erga alium compatronum ſpatio 40. annorum Iuſpatronatus etiam ſine titulo præſcribit, quicquid dicendum ſit, quando agitur de præſcribendo Iurepatronatus contra Eccleſiam liberam ſe eſſe prætendentem.*

16 *Patronus tunc Iuſpatronatus præſcribit ſi præſentationes fuerunt ab eo factæ priuatiuè ad compatronum, & ipſe ſciuit, & acquieuit.*

17 *Præſentatio Patroni priuatiuè quoad alium compatronum ex quibus deſumatur? & nu.18.& 19.*

20 *Scientia compatroni de præſentatione priuatiua alterius patroni præſumitur ex diuturnitate temporis, & præſentationum multiplicitatè.*

21 *Bona fides in præſentãte præſumitur accedente præſertim aliquo legitimo titulo.*

22 *Lis malam fidem inducit, ac præſcriptionem interrumpit.*

23 *Fallit quando lis per ſententiam in iudicatum trãſactam terminata fuit fauore rei,& poſſeſſoris.*

24 *Sententia lata contra hæredem grauatum non nocet fideicommiſſario non citato.*

25 *Sententia lata contra defunctum nocet hæredi.*

26 *Vltimus ſtatus quaſi poſſeſſionis præſentandi ſufficit vt præſentato ſit adiudicandum beneficium, quatenus etiam ſtatus antecedens eſſet difformis, & varius.*

DECISIO CCCLXI

DE beneficio ſimplici in Eccleſia Parrochiali Sancti Iacobi Ciuitatis Maioricẽſis vacante per obitum Matthiæ Galli contendentibus duobus præſentatis, nempè Petro Andrea Roſignol, quem præſentauit Nicolaus Pater, & Ioanne Ginard præſentato à Poliſena Serra Albert, Vicarius generalis Reuerendiſſimi Epiſcopi Maioricẽſis pronunciauit vtrique præſentãti æqualiter competere Iuſpatronatus, ac propterea locum eſſe gratificationi. Delata autem per appellationem cauſa ad Rotam mihique commiſſa, dubitaui hodiè cui ſit adiudicandum beneficiũ, & Domini cenſuerunt adiudicandum eſſe Petro Andreæ Ioſepho Roſignol † cum do-
1 cuerit de vacatione beneficij, de Iurepatronatus eiuſque pertinentia ad Nicolaum, ſeque fuiſſe præſentatum in tempore, & idoneum beneficio, quæ ſunt requiſita pro obtinenda illius adiudicatione, *c. Monaſterium 16. quæſt.7. cap. cum Bertoldus, vbi Abb. num.12. de re iudic. Rot. deciſ.337. nu.1. part.2. rec. deciſ.100. nu.1. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*
2 Vacatio ſiquidem † & ſeruitus beneficij eſt in confeſſo apud partes, nec vlteriori probatione eget, dum Ordinarius non eſt in cauſa, ſed agitur ſolum de præiudicio confitentium *Card. Mant. deciſ.318. nu.1. & ſeq. Mart. Andr. deciſ.5. ſub num.3. & 4. add. ad Greg. XV. deciſ.452. nu.22.* Habilitas pariter præſentati, ac tempus opportunũ præſentationis non impugnatur, pertinentia vero Iuriſpatronatus in qua dumtaxat diſceptatio reſedit viſa eſt abundè probari priuatiuè ad Poliſenam autricem aduerſarij.

Siue attendatur vltimus ſtatus, & quaſi
3 poſſeſſio præſentandi, † vt debet inter plures præſentatos à diuerſis patronis, *cap. conſultationibus de Iurepatr. cap. querelam de elect. cap. cum olim de cauſ. poſſ. & propr. Feder. de Senis conſ.234. ſub num.3. Rot. deciſ.13. num.19. & 20. par.6. recen. deciſ.280. num.3. coram Reuerendiſs. Vrgellen. & in alijs relatis ab add. ad Buratt. deciſ.776. numer.11.* in vltima enim vacatione ſequta de anno 1637. præſentauit ſolus Nicolaus, & præſentatio apparet ſortita effectum, † tum ex ſub-
4 ſecuta poſſeſſione capta à Matthia Gallo, tũc præſentato, *iuxtà conſil. Calder.12. de Iurepatr. Gonz. ad reg.8. Cancell. gloſſ.18. num.85. Buratt. deciſ.11. num.8.* tum ex quo beneficium hodie
5 vacat † per obitum eiuſdem Galli *Oldrad. conſil.229. Scraph. deciſ.337. num.1. & 2. & dec.1141. num.1. Caualer. deciſ.625. num.2. & ſeqq. Greg. XV. deciſ.215. nu.1. & ibi add. nu.8.*

Adeò quod ex vltimo ſtatu ſolus Nicolaus eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, quæ
6 etiam † vnico actu acquiritur, *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina numer.91. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Roman. conſ.311. num.7. Oldrad. conſ.312. numer.2. Dec. conſ.117. ſub nu.2. Garz. de benef. par.5. cap.5. num.59.* neque hic applicari poteſt receptiſſima concluſio, quod per præſentationem
7 vnius ex pluribus patronis aliorum † patronorum poſſeſſio præſeruatur, nec eorum poſſeſſioni fit præiudicium ex quo ſemel nõ præſentauerint, *Garz. de benef. d. cap.5. num.115.* alijque quos refert, & ſequitur *Rot. in Neapolitana Iuriſpatronatus 27. Ianuarij 1644. coram R. P. D. meo Otthobono, impreſſ. apud Modern. Piſan. de Iurepatr. deciſ.136. nu.11. & ſeqq.* vbi vltro ponderatur quod alij patroni potuerũt ſeparatim
8 præſentare, aut conſentire † præſentationi compatroni, quod cenſentur feciſſe eo ipſo, quod non præſentauerunt, cum poſſent *Acchil. deciſ.4. num.14. de præbend. Caualer. deciſ.197. num.5.*

Quia factum ſeparatæ præſentationis ex aduerſo probandum eſſet, cumque non conſtet, quod Poliſena aduerſaria aliquando fuerit

9 rit in quaſi poſſeſſione præſentandi, † prout cõſtabat in caſu ſupra allegatæ deciſionis coram D. meo Otthobono, non militat motiuum præiudicij, aut præſeruationis, præſeruari namque non poteſt poſſeſſio, quæ non eſt, vt bene declarauit, *Rot. in Placentina Cappellaniæ 30. Octobris 1615. coram recol. mem. Coccin. Decano relat. ab add. ad ſa. me. Greg. XV. deciſ. 417. ſub nu. 15. verſ. item.*

Siue ipſius Iuriſpatronatus proprietas, & pertinentia altiùs repetatur. Vtraque enim pars illam deſumit ex teſtamento Petri Ioannis Alberti, qui de anno 1532. inſtituit quidem hæredes vniuerſales æquis portionibus Ioannettam ſororem, & Eleonoram Albertinam, cuius Poliſena mediatè eſt hæres, ſed adiecit conditionem, quod poſt obitum dictarum Ioannettæ, & Eleonoræ omnia bona deueniant ad filios Andreæ Roſignol: vndè purificata dicta conditione per mortem hæredum inſtitutarum deuenit integrum Iuſpatronatus ad filios, & deſcendentes Andreæ, qualis eſt Nicolaus à Teſtatore ſubſtitutos
10 per fideicommiſſum ſub quo † cadit etiam Iuſpatronatus, quando ita ſuadet præſumpta voluntas Teſtatoris, & forma primeuæ acquiſitionis non repugnat, *Phanucc. inter tract. diuerſ. de inuent. quæſt. 243. numer. 6. verſ. ego autem Alphonſus de Leo de offic. cappell. 3. quæſt. 4. nu. 67. Ricc. de Iurepatr. reſol. 179. num. 2. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 18. ſua num. 8. verſ. poſteriori Rot. in Florentina Cappellaniæ 29. Maij 1634. coram Reuerendiſs. D. meo Dunozetto Decano in Ariminen. Iuriſpatronatus 16. Nouembris 1635. coram bo. mem. Pirouano, & in Bononien. Iuriſpatronatus 23. Ianuarij 1640. coram me impreſſ. apud Moder. Piſan. de Iurepatr. deciſ. 121. numer. 4. ſecundum vltimam impreſſ.*

11 Prout ſuadet in caſu noſtro, † quo in primo gradu ſubſtitutionis fideicommiſſariæ vna videlicet ex hæredibus inſtitutis decedẽte ſine liberis, voluit Teſtator alteram eſſe hæredem in ſolidum, *ibi, ac quæ remaneat, aut remanebit ſuperſtes ſit hæres in ſolidum ad omnimodas ſuas voluntates*, ponderando tum verbum *hæres* quod ex vi propriæ ſignificationis porrigitur etiam ad Iuſpatronatus, quia ex hæreditate eſt, vt notat *Bald. in l. fin. num. 60. C. edict. Diu. Adr. toll. & poſt eum Phanucc. de inuent. inter tract. diuerſ. quæſt. 243. num. 61. Rot. d. deciſ. 121. n. 8. apud Modern. de Iurepatr.* Tum verbum † *in ſo-*
12 *lidum* denotans totalem translationem iuriũ hæreditariorum abſque aliqua diminutione, *auth. hoc itaque Cod. duob. reis, Maceraten. var. reſol. lib. 2. reſolut. 8. num. 30. Barboſ. clauſ. 72. num. 9. Menoch. conſ. 272. nu. 79.* Tum tertiò quod nedum agitur de fideicommiſſo vniuerſali, † ſed vl-
13 terius verba vniuerſalia ſunt geminata, cum vltra mox ponderata infra dicatur, quod *decedente vtraque hærede, omnia deueniant ad ſubſtitutos*, vt in terminis ponderat, *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 11. num. 38. & 39. Rot. d. deciſ. 121. nu. 9. & 10.* Accedit quod ſubſtituti ſunt nepotes ex ſorore germana Teſtatoris, ad quos veriſimile eſt voluiſſe Teſtatorem Iuſpatronatus tranſire, potiùs quam ad hæredes Eleonoræ ex hæreditatibus inſtitutis nullo ſibi ſanguinis vinculo coniunctos, ac penitùs extraneos quodque ab anno 1582. quoties venit caſus vocationis fideicommiſſarij quater præſentarunt, earumque præſentatio dumtaxat fuit admiſſa, multum enim attenditur obſeruan-
14 tia † pro interpetratione verborũ teſtamenti, *Aym. conſ. 101. num. 3. Buratt. deciſ. 129. num. 5. Rot. inter recent. deciſ. 169. nu. 1. par. 1. & in puncto d. deciſ. 121. ſub numer. 25. verſ. tandem apud Modern. de Iurepatr.*

Imò cum talis obſeruantia excedat 50. annos nedum inſeruit pro interpetratione ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, & compræhenſione Iuriſpatronatus ad fauorem ſubſtitutorum, ſed illis quatenus opus ſit tribuit etiam
15 titulum præſcriptionis, † quæ contra compatronum quadragenario curſu completur etiam ſine titulo: quicquid dicendum eſſet ſi ageretur de præſcribendo Iurepatronatus aduerſus Eccleſiam ſe liberam eſſe prætendentem, *Couarr. in reg. poſſeſſ. par. 2. §. 10. num. 8. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. quæſt. 11. art. 5. num. 1. Rot. deciſ. 229. num. 1. deciſ. 407. nu. 1. part. 1. diuerſ. deciſ. 125. num. 6. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. & in Sulmonen. Beneficij 23. Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Peutingero.*

Neque hic deſunt duo illa ad hunc effectũ
16 requiſita, ſcilicet † quod præſentationes ſint factæ priuatiuè ad compatronos, & ipſi hoc ſciuerint *Ruin. conſ. 50. num. 9. & ſeqq. lib. 5. Rota deciſ. 452. num. 9. & ſeqq. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 145. num. 13. inter impreſſ. apud Moder. Piſan. de Iurepatron.* Nam primum apparet ex quo ſubſtituti præſentarunt, vti poſſidentes vniuerſam hæreditatem Petri Io: Alberti vnici
17 patroni † vt ſignanter legitur in præſentatione anni 1582. & ponderat *Garz. de benef. par. 5. cap. 5. num. 117.* Necnon ex quo illi in Iurepatronatus ſucceſſerunt titulo fideicommiſſi Petri Ioannis Alberti, aſſerti vero compatroni veniunt ex titulo hæreditario Eleonoræ, & ſic ex diuerſo iure, quo caſu præsẽtatio vnius
18 cenſetur † facta priuatiuè ad alium, *Rot. deciſ. 229. num. 5. & 6. par. 1. diuerſ. & in dicta Sulmonen. Beneficij, §. minuſque coram R. P. D. meo Peutingero,* ac tertio quia in vacatione ſecuta de anno 1616. diuerſæ hinc indè perſonæ fue-
19 runt præſentatæ, † & præſentatio hæredum Eleonoræ fuit reiecta per ſententiam diffinitiuam in iudicatum tranſactam inſtituendo præſentatum à fideicommiſſario, vti habente integrum Iuſpatronatus. Alterum requi-
20 ſitum hoc eſt ſcientia † hæredum Eleonoræ præſumitur ex diuturnitate temporis, & præſentationum multiplicitate, *Garz. de benef. dicto cap. 5. num. 129. & ſeqq. Seraph. deciſ. 306. numer. 5. & 7. Rot. deciſ. 166. num. 4. part. 1. diuerſ. deciſ. 332. num. 4. apud Modern. Peruſin. de manut. & in d. Sulmonen. Beneficij, §. Tabaſſio vero in fin. coram D. meo Peutingero.*

21 Minùs deeſt bona fides † præſentantium cum præſumatur accedente præſertim titulo ſæpè memorati fideicommiſſi, *l. penult. C. euict. Bart. in l. Celſus num. 17. ff. vſucap. Abb. in cap. ſi diligenti num. 14. & ſeqq. de præſcript.* Et quamuis

de

de anno 1616. mota fuerit lis contra præſentatum á fideicomiſſarijs,† quæ regulariter in-
22 ducere ſolet malam fidem, & interrumpere præſcriptionem, *l. cum notiſſimi vbi gloſſ. verb. ſolam conuentionem Cod. preſcr. 30. annor. Bart. in l. ex hoc edicto num. 4. ff. eo per quod fact. erit. Buratt. deciſ. 8. num. 1.* Quia tamen in ea lite aduerſarij
23 ſuccubuerunt, † & acquieuerunt ſententiæ in iudicatum tranſactæ de cuius iniuſtitia, aut nullitate non conſtat, nec mala fides inducta nec interrupta fuit præſcriptio *iuxt. theor. Felin. in cap. illud num. 17. de praſcript.* quam paſſim ſecuta eſt *Rot. deciſ. 534. num. 6. part. 1. diuerſ. deciſ. 1027. num. 11. deciſ. 1273. num. 3. deciſ. 1459. num. 15. penes Seraph. deciſ. 467. num. 1. penes Gregor. XV. deciſ. 172. n. 16. penes Buratt. deciſ. 285. n. 1. par. 2. recent.*

Non obſtat quod de anno 1569. præſentauerint hæredes Ioannæ, & Eleonoræ Albertinæ æquis portionibus, ac emanauerit ſententia declarans eiſdem hæredibus hoc nomine Iuſpatronatus competere pro virili, quia ex prædictis probatur vtrumque fuiſſe erroneum cum Iuſpatronatus non ad hæredes Ioannæ, & Eleonoræ, ſed ad fideicommiſſarios Petri Ioannis Alberti tranſierit, &
24 ea ſententia lata † inter hæredes dictarum fœminarum non nocet fideicommiſſarijs Petri Ioannis ibi non citatis, *Dec. conſ. 445. num. 41. Socc. Iun. conſ. 181. num. 85. lib. 2. Menoch. conſ. 688. num. 40. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 622. n. 37.* E conuersò autẽ ſententia lata de anno 1616. citato Franciſco de Puidorgſila † nocet Po-
25 liſenæ aduerſarię illius hæredi, *l. ſi à te §. vlt. l. exceptio ff. except. re iudic. Alex. in l. ſæpè numer. 6. ff. re iudic. Fuſar. de ſubſtit. qu. 502. nu. 4. & conſ. 39. num. 7.* Semperque vrget præſcriptio cœpta ſaltem de anno 1582. & vltimus ſtatus quaſi
26 poſſeſſionis præſentandi † in qua exiſtit Nicolaus, qui præſentauit Petrum Andream Ioſephum Roſignol, quæque ſola ſufficit, vt eidem præſentato beneficium adiudicetur, quatenus etiam ſtatus antecedens eſſet difformis, & varius *iuxt. text. in cap. conſultationibus de Iurepatr. cum alijs ſupra allegatis.*

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

CALAGVRITANA BENEFICIORVM.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Adiudicatio beneficij debita eſt digniori, & dignior ad hunc effectum, quis reputetur? Reprobatus in primo, & ſecundo examine, ſi in tertio ſit approbatus, talis approbatio non mæretur attendi, pręſertim quando emanauit parte non citata, & in eo habita ſolum fuit ratio litteraturæ, non autem aliarum qualitatum.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio beneficij Diœceſis Calaguritanæ debita eſt habenti qualitates requiſitas à Conſtitutione Clementina, quia in concurſu reputatur dignior.*
2 *Dignior eſt is dicitur, qui habet pro ſe Iudicium ordinarij, necnon relationem examinatorum.*
3 *Dignior in concurſu ſemper præferendus.*
4 *Reprobatus in primo, & ſecundo examine ſi in tertio ſit approbatus, talis approbatio non ſuffragatur attentis præcedentibus reprobationibus proximioribus tempori collationis beneficij, ac primæ relationis examinatorum, quod eſt attendendum.*
5 *Reprobatus in primo examine non poteſt ſe deinde alio examini ſubijcere non citato eo de cuius intereſſe agitur, & in præiudicium Iuris ex præcedenti reprobatione quæſiti.*
6 *In nouo examine dumtaxat habetur ratio litteraturæ, quæ ſola non ſufficit ad redarguendum iudicium examinatorum circa præcedentem reprobationem.*
7 *Examinatores Synodales vltra litteraturam præ oculis habere debent prudentiam mores, aliaſque qualitates.*
8 *Approbatus in examine præſumitur habere maiores qualitates, quam alij oppoſitores dum habet pro ſe iudicium ordinarij, & examinatorum Synodalium.*
9 *Litteratura ſola pro aſſecutione beneficij non eſt attendenda, niſi aliæ qualitates concurrant, ob quas minus litteratus debeat in concurſu præferri.*
10 *Pro aſſecutione beneficij ſimplicis non requiritur magna litteratura.*
11 *Dignior non dicitur ad effectũ adiudicationis beneficij, qui à teſtibus talis reputatur ſi deponunt de proprio Iudicio, quod erroneum detegitur ex contrario Iudicio ordinarij, & examinatorum Synodalium.*
12 *Iudicium ordinarij habet præſumptionem pro ſe.*
13 *Teſtes deponentes de publica voce, & fama non attenduntur, vbi plura in contrarium concurrunt.*
14 *Teſtes ſine citatione partis nulliter examinati dicuntur.*
15 *Citatio per affixionem, & diligentias fit contra latitantem per duos Curſores.*
16 *Priuilegium Baccalaureatus obtentum lite pendente non releuat.*

DECISIO CCCLXII.

DVORVM beneficiorum quorum alterum vacat per obitum Petri la Queſta, alterum per obitum Michaelis Munoz. Primum adiudicari Antonio Qualite conſenſit Michael de Gurrea, de ſecundo tantum ſollicitus aduerſus Ioſephum Venturam de Vidaureta, quem beneficiati in partibus præſentarunt, & Ordinarius inſtituit præuia examinatorum Synodalium relatione in qua idem Ventura approbatus, Michael vero reiectus fuerat. Ideò hodierna diſputatio quamuis vniuerſaliter concepta, & vtrique beneficio communis reſtricta fuit ad ſecundum beneficium illudque adiudicandum eſſe Venturæ Domini cenſuerunt.

Pol-

1 Pollet enim Ventura omnibus qualitatibus † à Conſtitutione Clementina requiſitis, & quia Michaeli de Gurrea eſt dignior, vt
2 conſtat † ex iudicio Ordinarij, & examinatorum ſynodalium relatione cui ſtandum eſſe ſic diſponente *Concil. Trid. ſeſſ.24.de reform. cap.18. dixit Rot.in Sabinen. Concurſus coram bon. mem. Cardinali Sacrato impreſſ. penes Marcheſ. de commiſſ.tom.1.fol.291.num.2.& in deciſ.223.nu.1. inter impreſſ.poſt ſecundum vol.conſil.Farin.in Calaguritana Beneficij della Caſa della Reina 16. Ianuarij 1647.coram me,* ipſi Michaeli † preferen-
3 dus eſt, *Gutier.conſ.2.num.22. conſ.44.n.9.Garz. de benef.par.7.cap.16. num.4.& ſeqq.Rot.deciſ.65. num.8.deciſ.654.num.1.part.4.diuerſ.deciſ.65.n.8. par.1.recent.& fuit dictum in Calaguritana Beneficij de Lumbreras 4.Iulij 1646. coram R.P.D. meo Otthobono.*

Quo magis quia Michael nedum fuit reiectus ab examinatoribus Synodalibus in partibus, ſed etiam prima vice ab examinatoribus Vrbis poſtquam per appellationem cauſa deuoluta erat ad Curiam, & quamuis reaſſumpto poſt aliquos dies nouo examine ap-
4 probatus fuerit,† hæc tamen approbatio non ſuffragatur, tum quia præceſſerunt geminatę reprobationes proximiores tempori collationis, & primæ relationis quod debet attendi *cap.ſi eo tempore cum gloſſ.in verb. effectus de reſcr. in 6.clem.litteras eod.tit. Abb.in cap.dudum num.8. de elect.& in punct. Gonz.ſuper reg.8.Cancell.gl.4. num.146. verſ.quia non eſt attendenda Rot.dec.625. nu.3.verſ.& iſta maior par.4.diuerſ.deciſ.505.n.4. par.2.recen.& in Calaguritana Beneficij de Logrono 27.Aprilis 1646. coram R.P.D.meo Roias,* nec
5 tertium examen † præiudicare poteſt Venturæ tunc non citato,cui ex prioribus fuerat ius quæſitum iuxtà tradita per *Bald. in l. ab eo numer.17. Cod.quomod.& quan.Iud. Felin.in cap.fin. num.3.& 4.de maior.& obed.Seraphin.deciſ.1241. nu.1.Rot.deciſ.198.nu.7. deciſ.118.vbi add.litt.C. allegat concord.par.1.recent.*

Tum etiam quia in tertio examine habita
6 fuit ratio † litteraturæ dumtaxat, quæ ſola nec ſatis eſt ad redarguendum iudicium præcedentium reiectionum, ac relationum, nec ad prælationem in concurſu Venturæ, vſque ab initio approbati cum priores relationes inhærere potuerint prudentiæ, morum in-
7 tegritati, & alijs qualitatibus,quæ vltra litteraturam debent ab examinatoribus, & ab Ordinario magni fieri in collatione beneficiorum, *Gonz.ſuper reg.8.gloſſ.4.numer.115.& ſeqq. Garz.de benef.par.9. cap.2. num.232.& ſeqq.Rota deciſ.537.num.14.par.1.recent.deciſ.149.numer.5. part.4. tom.2. & in Maioricen. Parochialis 28.Iunij 1647. coram R.P.D.meo Celſo.* Et præſumuntur præcellere in Ventura, cum habeat † pro
8 ſe iudicium duorum teſtium, vt in eius *Summar.num.3.* necnon Ordinarij, & examinatorum Synodalium relationem, quam non vitiant attentata poſtea commiſſa, vt in puncto reſpondit *Rot.deciſ.488.in fin.deciſ.579.nu.3. par.3.recent.*

Vndè non ſufficit Michaeli probare ſe lit-
9 teratum, imò & magis litteratum, † niſi vltrò probet præſtare ſe prudentia, integritate alijſque qualitatibus ob quas Ventura cum modica, & ſufficienti ſcientia potuit præferri, vt in his terminis reſpondit, *Rot.deciſ.551. num.2.& 3.par.3. recent.* Præſertim quia agitur
10 de beneficio ſimplici,† quod non maximam litteraturam requirit, *Lotther.de re benef.lib.2. quæſt.31.num.18.& 19.Seraphin.deciſ.942.num.5. & 6.Rot.deciſ.488.nu.2.verſ.vnde non obſtat par.3. recent.*

Atque hinc momenti non ſunt Teſtes ad eius inſtantiam examinati deponentes ipſum Philoſophiæ, ac Theologiæ ſtudijs operam nauaſſe,quia non concludunt, niſi maiorem litteraturam, & quatenus ſubdunt Michae-
11 lem digniorem † eſſe Ventura aduertendum eſt, quod non reddunt ſufficientem cauſam ſcientiæ, ſed deponunt, vel de proprio iudicio, quod erroneum conuincitur contrario iudicio examinatorum Synodalium, necnon ſexdecim ex beneficiatis, qui Venturam, vti digniorem præelegerunt, ac ipſius Ordinarij
12 pro quo † præſumitur, *cap. in præſentia de renunc.Gonz.ſuper reg.8.gloſſ.4.num.114.& ſeqq.Buratt.deciſ.635.num.8.Rot.inter recentior.deciſ.537. num.14.verſ.& adeo præſumitur par.1.dec.36.nu.1. verſ.pro iudicio par.2.deciſ.149. num.8.par.4.to.2. & in d.Maioricen. Parrochialis coram R.P.D. meo*
13 *Celſo*, vel de publica voce, & fama † de qua non bene eſſe informatos dictum examinatorum beneficiatorum, & ordinarij teſtimonium ex prælatione Venturæ reſultans demonſtrat, *Rot.deciſ.176.numer.6.par.1.diuerſ.deciſ.182.num.7.par.1.recent.deciſ.325.nu.17.& 18. coram ſan.mem.Greg.XV.deciſ.6.nu.5.coram Card. Cauoler. & in Neapolitana Cimiliarcatus 26. Iunij 1647.coram me.*

14 Accedit quod Teſtes fuerunt examinati nulliter † ſine partis citatione, quę eſto quod Procurator latitaret, ne citaretur fieri ſaltem
15 debuiſſet † per affixionem præuijs diligentijs per duos.Curſores faciẽdis iuxtà ſtylum Curiæ de quo *Modern.Ceſenaten.in tract.de citat.c.7. num.244.* Priuilegium autem baccalaureatus vltra quod reſpicit ſolam litteraturam, vti obtentum lite pendente, & ſic affectate non
16 releuat, vt in his terminis fuit dictum *in Calaguritana beneficij della Caſa della Reina 27.Martij proximè præteriti, §.penultim. coram R.P.D.meo Ghiſilerio*, prout nec præſentia Michaelis in Curia, quia acceſſit huius litis occaſione.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

FESVLANA BENEFICII, ſeù ORATORII.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Donatio Iuriſpatronatus facta non compatrono eſt nulla ex defectu conſenſus Ordinarij, vel eius Vicarij ad id ſpeciale mandatum habentis, & ex quibus tacita confirmatio donationis excludatur?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus donatio abſque conſenſu ordinarij, vel eius Vicarij ſpecialem ad id facultatem habẽtis eſt nulla.*

2 *Donatio Iuriſpatronatus confirmari non valet niſi ab habente iura Epiſcopalia.*

3 *Iura Epiſcopalia annexa non ſunt officio Vicariatus.*

4 *Vicarius non præſumitur habuiſſe ab Epiſcopo mandatum ſpeciale ad confirmandum donationẽ Iuriſpatronatus niſi probetur.*

5 *Ex productione donationis Iuriſpatronatus inualida ceſſat præſumptio melioris antea, vel poſtea obtenta.*

6 *Confirmatio tacita donationis Iuriſpatronatus non educitur ex inſtitutione reportata à Vicario in executionem ſententiarum latarũ ab alijs Iudicibus qui carendo facultate inſtituendi illam ad ordinarium remiſerunt.*

7 *Inſtitutio hoc modo conceſſa tribuenda eſt potius ipſis Iudicibus, qui inſtitutionem fieri mandarunt, quam Vicario exequenti.*

8 *præſertim quando Vicarius ante executionem rei iudicatæ præſentationem, & donationem reiecerat.*

9 *Conſenſus ordinarij requiritur etiam in donatione Iuriſpatronatus quam pater facit filio, cum is viuẽte patre, vbi Iuſpatronatus eſt hæreditarium, non dicatur compatronus, ſed ad hunc effectum reputatur extraneus.*

10 Rot. vigore Clement. Auditor de reſcript. *poteſt præſentatum inſtituere.*

11 Clement. Auditor de reſcript. *locum habet in Auditoribus tantum Romanæ Curiæ.*

12 *Donans Iuſpatronatus lege adiecta donatarijs præſentandi vnũ de familia, cenſetur quoad alios donatarios tale onus iniunctum præter donatoris filios, & in dubio talis interpetratio recipienda eſt ad excluſionem noui oneris.*

DECISIO CCCLXIII.

SVPERVIVENTIAE Leandri habentis ex donatione facta à Baldino de anno 1594. Iuſpatronatus plenum, & ex alia, quam fecit Io. Franciſcus Caſſiolus de anno 1622. ius præſentandi vita durante vnica innitur poſtrema deciſio reſtringendo onus præſentationis faciendæ de aliquo ex familia de Lutis iniunctum in dicta donatione anni 1622. ad alios donatarios, & per conſequens inſtitutioni Antonij Foſſij à Leandro cauſam ducentis annuendo, quoniam verò reſtrictionẽ hanc, de qua nullum verbum in præcedentibus deciſionibus repugnare donationis verbis aſſerentes informantes pro Bartolomeo iterum audiri ſupplicarunt, placuitque Dominis indulgere, reaſſumpta hodiè fuit ex integro diſcuſſio dubij originalis, quis nempè ex duobus præſentatis ſit inſtituendus, & pro eodem Antonio Foſſio confirmata reſolutio, cuius fundamentum aliqui ex Dominis in nullitate dictæ donationis anni 1622. alij in oneris ibidem apppoſiti reſtrictione, & Leandri vita poſuerunt.

Pars Prima.

1 Nullitas donationis † reſultat ex defectu conſenſus Ordinarij ſiue eius Vicarij ad id ſpeciali mandato ſuffulti, quod omninò requiri in donationibus Iuriſpatronatus ergà non compatronos præter allegatos in *ſecunda deciſione huius cauſæ §. primo & ſeqq. probat Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 75. & ſeqq. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 7. num. 2. & ſeqq. Rot. in Florentina Iuriſpatronatus 11. Martij 1644. coram R. P. D. meo Rojas.* Neque enim, vt in præcedenti diſputatione exaduerſo ſupponebatur vis fieri poteſt in tacito conſenſu Laurentij Capponij, tunc Vicarij Ordinarij Feſulani elicito ex inſtitutione, quam conceſſit Philippo de anno 1631. præſentato ab vno ex donatarijs: nam obſtant duo nouiter deducta, & ex actis probata.

Primò quod donatio apparet confirmata diſpoſitiuè, & expreſsè de anno 1623. à Pandolfino tunc Ordinarij Feſulani Vicario, cui

2 poteſtas confirmandi deerat, † quia non competit, niſi habenti iura Epiſcopalia, quæ non

3 ſunt annexa † officio Vicariatus *cap. 2. & c. fin. de off. Vicar. in 6.* & in ſpecie *Ferret. conſ. 327. n. 5. Rot. in Gerunden. Beneficij 18. Iunij 1640. §. primo coram R. P. D. meo Rojas* datam verò fuiſſe ab

4 Epiſcopo mediante ſpeciali mandato † exaduerſo probandum eſſet, quia non præſumitur, *Imol. conſ. 91. num. 1. Dec. conſ. 510. num. 2. Marſil. ſingul. 471. num. 2. & in rubr. C. probat. numer. 309. Grat. diſcep. 948. num. 15.* & ſtante in-

5 ſufficientia huius confirmationis † à donatario procuratæ, & productæ ceſſat præſumptio melioris antea vel poſtea obtentæ, *Aym. conſ. 134. ſub num. 44. Aegid. conſ. 10. num. 20. verſ. item, & aliter Caputaq. deciſ. 304. num. 1. par. 3. Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 467. num. 7. & in Cremonen. Penſionis 21. Maij 1607. coram Cardinali Sacrato,* & in his terminis fuit dictum *in deciſ. 555. ſub num. 2. verſ. quia id procederet par. 3. recent.*

Secundo quod tantum abeſt, quod Vicarius Capponius inſtituendo Philippum de anno 1631. præſentatum à donatario voluerit tacitè, & in neceſſarium antecedens donationem confirmare, quod imò prima vice donationem, & præſentationem reiecit denegando præſentato inſtitutionem, & licet de anno 1633. poſtquam in gradu appellationis à dicta denegatione interpoſitæ tres alij Iudices extra Curiam in diuerſis inſtantijs pronunciauerint præſentatum à donatario eſſe inſtituendum, eorumque ſententiæ in iudicatũ tranſierant, idem Vicarius Capponius in executionem rei iudicatæ eumdem præſentatum inſtituerit, exindè educi non poteſt illius con-

6 ſenſus in donationem, † quia inſtitutio illa tamquam facta in executionem rei iudicatæ, & ſic ex neceſſitate officij, & obligationis exequendi ſententias aliorum Iudicum, qui cũ carerent facultate inſtituendi inſtitutionem remittere debuerunt ad Ordinarium, *cap. ſuper eo de off. deleg. Franc. in cap. bona num. 27. de appell. in 6. Rot. penes Mant. deciſ. 231. num. 3. & in Mediolanen. Parrochialis 16. Martij 1585. coram Platto impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. part. 1.*

 fol. 310.

*fol.*310.*n*.5. non includit conſenſum ex iure
proprio ipſius Capponi, vt ex doctrina,
*Innocen.in cap.inter dilectos ſub num. 3. verb. inter
alios de fid.inſtr.Butr. in cap.ſuborta num.*5.*de ſent.
& re iudic.* dixit in proximis terminis *Rot. in
Montis Alti Beneficij* 18.*May* 1646. §. *nec facit co-*
7 *ram me*, ſed tribuenda eſt † ipſis Iudicibus, qui
inſtitutionem fieri mandarunt, & confirman-
di donationem ius non habebant, potius quã
Capponio exequenti *iuxta tex.in l.ſi hæres teſta-
mento ff.act.empt.Surd.conſ.*422.*num*.7. *alioſque re-
latos in deciſ.*167.*num*.5.*& ſeqq.par.*2.*diuerſ.*
8 Attento præſertim † quod Capponius;
ante quam rei iudicatæ executione cogeretur
donationem, & præſentationem, vt ſupra di-
cebam reiecerat, quodque, nec ipſe præſen-
tans quippe qui confirmationem expreſſam
à Vicario Pandulfino obtentam ſatis eſſe cen-
ſebat, voluit à Capponio tacitam petere. Qua
propter ſemota ab actu inſtitutionis ex inten-
tione tnm præſentantis, tum inſtituentis qua-
litate tacitæ confirmationis donationis, eadẽ
donatio vti carens legittimi ſuperioris con-
ſenſu neque traſtulit ius aliquod in donata-
rios authores Bartolomei aduerſarij, neque
onus pręſẽtandi vnũ de familia de Lutis inie-
cit Leandro donatoris filio, cui ibidem ius
præſentandi reſeruatur, quia conſenſus Ordi-
9 narij † requiritur etiam in donatione, quam
pater facit filio, cum is viuente patre, vbi vt
in caſu noſtro Iuſpatronatus eſt hęreditarium
non dicatur compatronus, vt ad hunc effe-
ctum tamquam extraneus habeatur in pun-
cto, *Grat.diſcep.*577.*num*.38. *Caputaq. deciſ.*132.
num.3.*par*.2. *facit Rocc.de Curt. de Iurepatr. verb.
competens nu*.19.*Lambert. eod. tract. lib*.1. *part*. 2.
quæſt.2.*art*.13.*num*.3. aliique relati *à Moder. Pi-
ſano in prax. Iuriſp.lib*.5.*cap*.2.*num*.10.

Potuit itaque Leander Iuſpatronatus ple-
num, quod ſibi ex alia donatione Baldini
competebat donare Antonio Foſſio, idemq;
Antonius quamuis non ſit de familia de Lu-
tis ſupplicare, vt ſibi beneficium conferatur,
quem propterea merito Domini inſtituendũ
10 cenſuerunt † vigore, *Clemen. Auditor de reſcr.*
11 cuius diſpoſitionem † in Auditoribus tan-
tum Romanæ Curiæ locum habere dixit, *Rot.
penes Mant.deciſ.*231.*nu*.3

Quod ipſum competere etiam ſupoſita
validitate donationis anni 1622. aliqui ex
Dominis cenſuerunt reſtrigendo ad alios do-
natarios præter Leandrum legem ibi adiectã
præſentandi vnum de familia de Lutis, cum
vt ponderat vltima deciſio veriſimile non ſit
12 quod donans voluerit ſibi, & filijs † liberum
ius habentibus legem huiuſmodi dicere, &
poſtrema verba donationis exaduerſo ponde-
rata congruam recipere poſſint interpetratio-
nem in alijs donatarijs præter donatoris filios
quæ etiam in dubio recipienda eſt ad exclu-
ſionem noui oneris, *Bald. conſ.* 343. *in princ.
lib*.1.*Gabr.conſ*.95. *num*.14. *lib*.2. *Fuſar. conſ*.42.
num.8.*&* 32.*Hieron.Leo deciſ*.60.*n*.34.*lib*.1.

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

BONONIEN. MANVTENTIONIS.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ *lib. 2. tit. quod nullus occupet* &c. priuat contraueniẽtem formæ in eo præſcriptæ omni iure, & commodo poſſeſſionis, ac etiam manutentionem impedit, prout in deciſione optimè ponderantur verba Statuti, ibi, *nemini liceat &c. bona ſua authoritate &c. occupare, ingredi, vel inuadere, vel occupata, vel retinere*, nam prohibita retentione dicitur prohibita manutentio, quę nihil aliud aliud eſt, quam retentio, & conſeruatio in ſtatu primeuo.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria denegatur data irreleuantia materia articulata, ne partes inutilibus expenſis pregrauentur.*
2 *Statutum Bononiæ* lib.2.tit.quod nullus occupet &c. *priuat contraueniẽtem formæ in eo præſcriptæ omni iure, & commodo poſſeſſionis.*
3 *Poſſeſſio non eſt manutenibilis concurrente reſiſtentia Statuti, niſi docto de legittimo titulo.*
4 *Statutum Bononiæ priuans poſſeſſorem, qui poſſeſſionem cæpit contrà formam Statuti commodo poſſeſſionis, illum quoque excludit à manutentione.*
5 *Manutentio dicitur prohibita ſi eſt prohibita retentio.*
6 *Manutentio nihil aliud eſt, quam retentio, & conſeruatio in ſtatu primeuo.*
7 *Manutentio regulatur ad inſtar interdicti retinendæ.*
8 *Retèntio poſſeſſionis tolli poteſt a ſtatuto.*
9 *Statutum quoad iuris effectum efficere poteſt, quod poſſeſſio de facto capta habeatur per non capta.*
10 Deciſ. Caputaquen. 201. part: 2. *declaratur.*
11 *Statutum priuans poſſeſſionem effectu iuris, remedium manutentionis tollere cenſetur.*
12 *Decretum irritans non tollit detentionem, & inſiſtentiam facti.*
13 *Declara hoc procedere donec dubitatur an ſit locus decreto.*
14 *Decretum irritans quando eſt clarum, licet non tollat inſiſtentiam facti poſſeſſionem priuat omni iuris effectu, itaut poſſeſſio habeatur pro vacua ad effectum manutentionis.*
15 *Statum Bononiæ* lib.2.tit. quod nullus occupet &c. *probibet in verbis retentionem, & declarat poſſeſſorem cadere ab omni iure, & commodo poſſeſſionis, & diſcretiuè loquendo de iure, & commodo poſſeſſionis videtur appellatione iuris ſenſiſſe de poſſeſſione prout habet iuris effectum, & appellatione commodi de ipſa poſſeſſione vt facti eſt.*
16 *Poſſeſſio vt quid facti eſt à iure eſt contradiſtincta, quod ſignificari ſolet per verbum* commodum, vel commododitas.
17 *Statutum Bononiæ probibet reſtitutionem poſſeſſionis ex quouis quæſito colore.*
18 *Aes alienum detrahendum eſt ante detractionem legittimæ.*

19 Legit-

19 *Legittima non eſt quota hæreditatis, ſed bonorum, & illiquida dicitur eius quantitas, donec expectatur liquidatio æris alieni.*

DECISIO CCCLXIV.

PETITA à Dominis de Herculanis filijs,
& hæredibus Iſottæ remiſſoria ad proban
dũ anterioritatem poſſeſſionis captę ab Iſotta
an concedenda fuit hodiè dubitatũ, & nega-
tiuè reſolutum propter irreleuantiam mate-
1 riæ articulatæ † ne partes inutili diſpendio,
ac litis diuturnitate prægrauentur iuxtà *reg.
tex. in leg. ad probationem la prima C. probat. Caſſad.
deciſ. 2. num. 1. de dilat. Caputaq. deciſ. 32. nu. 3. par. 2
Rot. deciſ. 647. numer. 3. par. 3. diuerſ. & alias ſepiſ-
ſimè.*

Siquidem eſto quod poſſeſſio, quam Iſot-
ta tamquam hæres ab inteſtato non ſeruata
forma Statuti Bononienſis *lib. 2. tit. quod nullus
occupet*, cepit, eſſet anterior, non tamen manu-
teneri poſſet in concurſu poſſeſſionis captæ à
Domina Marchioniſſa Elephantutia de Spa-
dis hærede teſtamentaria Claræ Margheritæ
auiæ, ac Senatoris Federici Elephantutij aui,
2 cum dictum Statutũ contrauenientem † for-
mæ ibidem præſcriptæ priuet omni iure, &
commodo poſſeſſionis ibi, *& ſi quis contrafece-
cerit ipſo iure, & facto cadat ab omni iure, & com-
modo ipſius poſſeſſionis*, & quando reſiſtentia Sta-
3 tuti eſt vehemens, & clara † non ſit manute-
nibilis poſſeſſio, niſi docto de legittimo titu-
lo *cap. cum perſona de priuil. in 6. Couarr. prat. quæſt.
lib. 3. quæſt. 19. num. 11. Grat. diſcep. 870. num. 15. &
ſeqq. add. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 370. ſub nu. 15.
Rot. deciſ. 646. num. 9. apud Moder. de manut. & in
Montis Caſſinenſis Parrochialis 17. Februarij pro-
ximè præteriti coram me*, & in ipſiſſimis his ter-
minis fuit deciſum *in Bononien. Bonorum 3. Apri-
lis 1645. §. hæc autem, & ſeqq. coram Reuerendiſſi-
mo Domino meo Decano.*

Eo magis, quia Statutum nedum reſiſtit
præcipiendo ne aliter capiatur poſſeſſio, ſed
4 vltrò † vtitur verbis excluſiuis manutentio-
nis qualia ſunt, tum mox adducta, eo quod
vniuerſaliter priuant poſſeſſorem omni poſ-
ſeſſionis commodo, cuius nomine venit etiã
manutentio, *Grat. diſcep. 113. ſub num. 30. verſ.
quia ſi non meretur, & diſcep. 384. num. 21. Rot. Ma-
ceratenſis apud Thomat. deciſ. 41. num. 28. Rot. noſtra
deciſ. 883. ſub num. 1. verſ. niſi enim part. 4. diuerſ.*
vt aduerſantium turbationes remoueantur,
*Couar. prat. quæſt. c. 17. in princ. Contard. de momen.
poſſ. in 5. ratione decidendi num. 7. Chriſtoph. Paz. de
Tenuta cap. 9. num. 1. Laderch. conſ. 95. num. 1. & 3.
Peregr. conſ. 84. ſub num. 7. lib. 6. Rot. deciſ. 471. n. 5.
apud Moder. de manut.*

Tum verba præcedentia poſt initium Sta-
tuti poſita ibi, *nemini liceat &c. bona ſua autho-
ritate &c. occupare ingredi, vel inuadere, vel occu-
pata, vel ingreſſa, vel inuaſa retinere*; prohibita
5 enim retentione † dicitur prohibita manutẽ-
6 tio, † quæ nil aliud eſt, quam retentio, & con-
ſeruatio poſſeſſionis in ſtatu primæuo.
*Surd. conſ. 121. num. 25. Menoch. de retinen. in præ-
lud. num. 3. & 18. Barz. deciſ. 47. num. 2.* alijque
relati *à Moder. de manut. obſer. 2. ſub numer. 19.* &
7 regulatur † ad inſtar interdicti retinendæ,
*Caputaq. deciſ. 200. par. 2. Rot. deciſ. 19. num. 9. apud
Moder. de manut.* nec dubitandum eſt quin ſta-
8 tuto tolli potuerit † poſſeſſionis retentio, &
commodum iuris communis beneficio com-
9 petens poſſeſſori cum Statutum, † quo ad ef-
fectum iuris efficere valeat, quod poſſeſſio de
facto capta habeatur pro non capta, *Bart. in
l. prima §. ſi vir in princ. ff. acq. poſſ. Dec. conſ. 467.
num. 18. Alex. conſ. 83. num. 3. in fin. lib. 2.*

Hinc non obſtat *deciſ. 201. Caputaq. par. 2.*
10 quia ibi non † agebatur principaliter de ma-
nutenendo eum, qui contrà formam Statuti
poſſeſſionem ingreſſus fuerat, ſed de exclu-
dendo à manutentione aduerſarium, qui poſ-
ſionem actualiter non apprehenderat, & in ſe
traslatam, ſeù continuatam prætendebat vi-
gore huius Statuti; imò eadem *deciſio num. 3.*
11 admittit quod Statutum † priuat poſſeſſio-
nem effectu iuris qualis eſt manutentio, vt
præter ſuprà allegatos dixit *Rot. in Romana, ſeù
Terracinen. Affictus 27. Ianuarij 1627. coram bon.
mem. Pirouano impreſſ. apud Moder. de manut. de-
ciſ. 215. num. 18.* & quatenus adducendo ſimi-
12 le † decreti irritantis *deciſ. Caputaq. ſubdit n. 4.*
quod ſtatutum non tollit poſſeſſionem natu-
ralem antea captam per alium, neque impe-
dit quin capiens eam habeat, & retineat in-
13 telligenda eſt in caſu, quo dubium ſit an
intret ſtatutum prout in eodem caſu decretũ
irritans manutentionem poſſeſſoris non im-
14 pedit, vtique tamen impedit † quando vt in
caſu noſtro euidens eſt locum eſſe Statuto, vel
decreto irritanti, quia & ſi aliquando Rota
dixerit per decretum irritans non tolli deſen-
ſionem, & inſiſtentiam facti declarauit dein-
de hoc procedere donec dubitatur an ſit lo-
cus decreto, at ſi clarum ſit contrariam ſen-
tentiam amplexa fuit, quia eſto quod decre-
tum non tollat inſiſtentiam facti illam tamen
priuat omni iuris effectu itaut poſſeſſio ha-
beatur pro vacua ad effectum manutentio-
nis, ſic diſtinguendo fuit deciſum in ſupra-
citata *Romana, ſeù Terracinen. Affictus impreſſ.
apud Moder. de manut. deciſ. 215. num. 18. & 19. in
Brixien. optionis 15. Iunij 1620. coram Patriarca
Manzanedo Vicen. Cappellaniæ maioris 7. Nouem-
bris 1629. coram bon. memor. Pirouano in Legionen.
Beneficij 4. Iulij 1640. coram R. P. D. meo Ghiſilerio
in Gerunden. Cappellaniæ 27. Ianuarij 1645. coram
me in Mediolanen. Cimiliarcatus 15. Maij eiuſdem
anni coram R. P. D. meo Peutingero in deciſ. 40. nu. 8
penes Mant. deciſ. 51. nu. 4. penes Cocc. deciſ. 48. n. 2.
& ſeqq. par. 5. recent.* & tradit *Lotther. de re benef.
lib. 2. quæſt. 46. num. 64. & ſeqq.* Quod fortius mi-
litat in terminis noſtri Statuti prohibentis in
15 verbis retentionem, † & declarantis poſſeſ-
ſorem cadere ab omni iure, & commodo
poſſeſſionis ponderato præſertim, quod di-
ſcretiuè loquendo de iure, & commodo poſ-
ſeſſionis videtur ne verba ſint ſuperflua ap-
pellatione iuris ſenſiſſe de poſſeſſione prout
habet iuris effectum, & fomentum, vt quæ
poſtquam fuit in eſſe producta ius quoddam
eſſe dicit, *Bart. in l. 1. num. 6. ff. acq. poſſ. Couarr. in*

regula poſſeſſor. in initio 2. par.num.3. verſ.ab hac, Fontanell.dec.342.nu.9. Commodi verò de ipſa
16 poſſeſſione, vt facti eſt, † & à iure cõtradiſtincta, quod ſignificari ſolet per verbum, *commodum, ſeu commoditas, vt notat Imol.in l. vſufructu 58.num.3. ff. ſol.matr. Franc.Aret.in l. filius à patre ſub num.3.col.5. poſt princ. verſ. confirmatur ff. lib. & poſth. Gomeſ.var.reſol.tom.2.cap.15. ſub num.17. verſ. ſecundo limita Caſtill.de vſufr.cap.69. num.7. Sanch.in præcep.Decal.lib.7. cap.13. ſub num.170. Aym.conſ.222.num.9.in fin.*

Tandem non obſtat prætenſa detractio legitimæ, quia vt põderat *prima deciſio huius cauſæ coram me edita 19. Iunij* 1647. Statutum prohi-
17 bet retentionem † ex quouis quæſito colore,
18 & antequam ad legitimæ deductionem † deueniatur detrahendum eſt æs alienum cum
19 legitima non ſit quota hæreditatis, † ſed bonorum, & illiquida dicatur eius quantitas donec expectatur liquidatio æris alieni, *Surd. plenè conſ.248.num.17. Vinc.de Franch. deciſ.127. num.1. Maſtrill.dec.64.num.7. Rota in Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ 30. Aprilis 1632. coram bon.mem. Pirouano impreſſ.apud Moder.Monac.Vallis Vmbroſæ poſt tract.de iur.Abbatiſſar. dec.10.n.2. & ſeq. & num.7. & ſeq.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

BONONIEN. HAEREDITATIS.

Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio domus capta ab hærede cenſetur etiam capta poſſeſſio mobilium in ea exiſtentium, quando ipſe inſtetit apud Iudicem pro manmandato de immittendo in poſſeſſione bonorum hæreditariorum tam ſtabilium, quam mobilium, & Iudex ſub hac forma mandatum conceſſit. Vendita domo non veniunt niſi mobilia affixa aut perpetuo ibi deſtinata non alia, & adducitur ratio diuerſitatis inter ſuccedentem titulo particulari, & vniuerſali.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio domus capta, cenſetur etiam capta poſſeſſio mobilium, quæ ſunt domi infixa, & eius pars dicuntur, vel quæ ſunt ibi appoſita, vt perpetuo ſtent.*

2 *Intellige etiam cenſeri captam poſſeſſionem omnium mobilium, quando domus poſſeſſio acquiritur de voluntate prioris poſſeſſoris, nam tradendo domum omnia ſub eius cuſtodia tradidiſſe præſumitur.*

3 Text. in l.clauibus 74. ff.de contrahen.empt. *declaratur.*

4 *Theſaurus abſconditus cum poſſeſſione domus non cenſetur traditus, quia à nemine poſſidetur.*

5 *Domus poſſeſſione capta facto executoris mobilium in ea exiſtentium tradita non cenſetur.*

6 *In poſſeſſione tradenda factum Iudicis, ſeu executoris non eſt tanti momenti, quanti voluntas, & factum poſſeſſoris.*

7 *Mobilia perpetuo vſui domus non deſtinata, cum ſint parata ad vſum perſonæ, potius ipſam perſonam quam domum concernere videntur.*

8 *Poſſeſſio in rebus de ſui natura diuiduis non extenditur de re ad rem.*

9 *Domus poſſeſſio apprehenſa non eſt manutenibilis reſpectu mobilium in ea exiſtentium.*

10 *Ratio eſt, quia in interdicto retinendæ ſolum inſpicitur, quod reuera poſſidetur, non quod ius vult me poſſidere.*

11 *Manutentio quoad poſſeſſionem domus ſuffragatur, etiam quoad mobilia, ſiue perpetuo, ſiue temporaliter in domo manſura ex interdicto vtrobiq; quod procedit ad inſtar interdicti retinendæ.*

12 *Præſertim quando non agitur de extendendo poſſeſſionem partis ad totum, aut de apprehenſione poſſeſſionis per modum fictum puta per aſpectum quo caſu inter factum Iudicis, & poſſeſſoris diſtinguit* Bartol. &c.

13 *Poſſeſſio capta de manu executoris quoad domum, capta quoque cenſetur quoad mobilia etiam non infixa, aut perpetuo vſui deſtinata cum non ſit præſcriptus certus modus capiendi poſſeſſionẽ mobiliũ. Poſſeſſio continentis includit contenta, ibid.*

14 *Diſtinctio tradita à Zaſio inter totum integrale, vniuerſale, & continentiæ refertur.*

15 Text. in l.qui vniuerſas ff.de acquir. poſſeſſ. *in quibus caſibus loquatur?*

16 *Poſſeſſio mobilium vna cum poſſeſſione domus tradita cenſetur, ſi conſtat de animo Iudicis illam tradendi, & immiſſi capiendi.*

17 *Animus Iudicis, & immiſſi reſultat ex inſtantia facta capiendi poſſeſſionem omnium bonorum, & ex mandato de immittendo in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum conceſſo.*

18 *Actus poſſeſſionis ſubſecutæ regulatur à mandato, in cuius executionem emanauit.*

19 *Poſſeſſio capta in vim reſcripti comprehendit omnia, de quibus in reſcripto facta eſt mentio.*

20 *Poſſeſſio mobilium an fuerit capta cum poſſeſſione domus attenditur in dubio declaratio executoris, etiam ex interuallo, quia ineſſe dicitur primæ relationi.*

21 *Domo vendita non veniunt niſi mobilia affixa, aut perpetuo ibi deſtinata.*

22 *Differentia inter titulum venditionis qui particularis eſt, & titulum hæreditarium, qui eſt vniuerſalis.*

23 *Immiſſus, quando conſtat de eius voluntate, necnon Iudicis, & executoris vna cum domo capiendi etiam poſſeſſionem mobilium cenſetur vigore tituli hæreditarij indiſtinctè omnium bonorum cuiuſcumque generis, & qualitatis poſſeſſionem capiſſe.*

DECISIO CCCLXV.

CITRA controuerſiam eſt apud partes litigantes, quod Laurentius de Anſelmis vnicum ſe eſſe hæredem vniuerſalem ab inteſtato Dominici Mariæ de Carcazzonis prætendens, obtinuit à Iudice ſub die 22. Septembris mandatum de immittendo in poſſeſſionem omnium, & quorumcumque bonorum mobilium, immobilium à defuncto tempore mortis poſſeſſorum, quodque eadem die prædicti mandati vigore executor illum immiſit in realem, & corporalẽ poſſeſſionem domus ma-

magnæ poſitæ Bononiæ, quã defunctus dum vixit habitabat.

Sed quoniam in relatione executoris dicitur tradita poſſeſſio domus, nec fit ſpecifica mentio mobilium ibidem exiſtentium, quorum vna cũ domo nominatim poſſeſſionem apprehenderunt die ſequenti Barbara, & ſorores de Cauazzonis ſimili titulo ſucceſſionis ab inteſtato, orta eſt quæſtio ſuper manutentione in poſſeſſione eorumdem mobilium allegantibus ſororibus ſe licet poſteriores in apprehẽſione domus, mobilia tamen ibidem exiſtentia reperijſſe vacantia, quippe non illorum fuerat pridie ante ab Anſelmo capta
1 poſſeſſio, ſed domus † cum qua cẽſentur quidem apprehenſa mobilia quæ ſunt domi infixa, quia eius pars dicuntur, *Contard. in l. vnica Cod. ſi de momen.poſſ.limit.1.num.73.Boccac.de interd. vti poſſid.cap.2.num.15.Boer.deciſ.229.num.2. Caſ.Manent.deciſ.55.num.8.* vel quæ ſunt ibi appoſita vt perpetuo ſint, *l. cætera §. hoc Senatuſconſultum il 2. ff. leg.1.Neguſ in Silua reſp. q.322. num.1. & ſeqq. Rot.dec.822.col.2.verſ. non obſtat il primo par.3.diuerſ.* Siue amplius omnia mobi-
2 lia quando domus poſſeſſio acquiritur † de voluntate prioris poſſeſſoris, eo quod tradendo domum omnia quoque mobilia ibi contenta quæ ſunt ſub eius cuſtodia tradere voluiſſe præſumitur, in quibus terminis loqui-
3 tur † *tex in l.clauibus 74. ff.contrah.emet in l. ſi ego 10. §.Cæterum verſ. quid enim intereſt ff. iur. dot. vt notat Soce.in l.3. §.Neratius ſub num.* vbi hoc
4 limitat † in theſauro abſcondito, qui à nemine poſſidebatur, *ff.acq.poſſ.Gomeſ. in l.Thauri 45. ſub num.60. Purpur.conſ.498.num 54.* vbi diſtinguit inter poſſeſſionem traditam de voluntate poſſeſſoris, & captam de mandato Iudicis *lib.2.*

At omnia mobilia capta videri per immiſ-
5 nem † in domum facto executoris negabant informantes pro ſororibus ex tex. *in l.qui vniuerſas 30.ibi, qui vniuerſas ædes poſſedit ſingulas res quæ in ædificio ſunt non videtur poſſediſſe ff. acq. poſſ. l. eum qui 23. in princ. ff.vſucap.l.naue 36. ff.euict.*
6 nam factum † Iudicis ſeu executoris in tradenda poſſeſſione nõ tanti eſt momenti quãti voluntas, & factum poſſeſſoris, vt bene diſtinguit, *Bart.in l.1.numer.23. ff.acq.poſſ.Purpur. loco mox alleg.Giurb.dec.64.num.10.alijque relati à Gomeſ.in l.45.Thauri nu.54.* & mobilia perpetuo
7 domus † vſui non deſtinata cum ſint parata ad vſum perſonę potius ipſam perſonam, quã domum, vel ſitum cui adhærent concernere dixit *Alex.conſ.31.numer.5.lib.1. Ceph.conſ.278. num.105.Rebuff. in tract.de donat. inſinuan. artic.1. gloſ.1.numer.29.verſ. et quia Senatus Dolanus apud Cribell.dec.82.num.29.* Nec ex rebus ſui natura
8 diuiduis poſſeſſio † extẽditur de re ad rem, *Innocen. in cap.in præſentia num.2.de probat.Gomeſ.in l.45.Thauri ſub num.39.Surd.conſ.135.numer.65. Menoch.de retinen.rem.3. num.281. Rot.deciſ.403. num.3. par.4. diuerſ.* Vel in omnem euentum cum apprehenſio mobilium veniat in conſequẽtiam tenutæ domus ex diſpoſitione iuris,
9 quia apprehenſio domus † nõ eſt vera apprehenſio mobilium non videtur ſufficiens ad manutentionem, vt *in prox. term. voluit Barz. deciſ.47.num.18. & ſeqq.Fontanell.dec.185.n.15. & ſeqq.* vbi ſignanter *num.19.* dicit rationem,
10 quia in interdicto retinendæ † ſolum inſpicitur quod reuera poſſidetur, nõ quod ius vult me poſſidere, nec illud in quo ius vult operari vt dicatur quis poſſidere.

His tamen non obſtantibus anterior poſſeſſio Anſelmi quo ad domum viſa eſt ſuffra-
11 gari etiam quo ad mobilia † ſiue perpetuo, ſiue temporaliter in domo manſura, ita vt ſuper eis quoque Anſelmo ſit danda manutentio ex interdicto vtrobi, *l.1. ff.vtrobi, Buratt.deciſ.609. num.3.* quod procedit ad inſtar interdicti retinendæ, *Menoch.de retinen. remed.3. numer.283.Boccacc.de interd.retin.poſſid.cap.2.nu.15. in fin, Rot.dec.475.nu.10. & 11. inter impreſſ. apud Moder.de manut.* Neque enim hic agitur de extendendo ex diſpoſitione iuris poſſeſſionem
12 partis ad totum, † in quibus terminis loquuntur, *Barz. & Fontanell. mox.alleg.* aut de apprehenſione poſſeſſionis per modũ fictum puta per aſpectum, quo caſu inter factum Iudicis, & poſſeſſoris diſtinguit *Bartol. & alij allegati in obiecto,* ſed Anſelmus innititur actuali poſſeſſioni.

Quam realiter, & per modum verum de manu executoris capiendo quo ad domum,
13 cępit † quoque quo ad mobilia etiam non infixa, aut perpetuo vſui deſtinata cum non ſit præſcriptus certus modus capiendi ſingulariter poſſeſſionem mobilium huiuſmodi, *Valaſc.conſult.191.nu.32.* & poſſeſſio continentis includat cõtenta, vt in puncto tradit *Bald. in l.de his 11.num.2.Cod. ſeru.corrup.quem ſequitur Alex.in l.3.nu.27. ff.acq.poſſ.Iaſ.ibid.n.33. Zaſius nu.28.verſ. vnde ſi aliquis,* & clarius *in l.cum he-*
14 *redes numer.10.* vbi diſtinguit † inter totum vniuerſale, integrale, & continente, *ff.eod. Peregr.de fideic.ar.48.num.75. Anchar.familiar.quæſt. lib.1.quæſt.7.num.5.Regen.Galeott.contr. iur. lib.1. contr.23. ſub num.9. verſ. idemque,* qui omnes loquuntur in ſpecie de ſupellectilibus facit *Natt. conſ.446.num.2.& 3.Milanen.dec.14.num.77.lib.1. Ant.Monac.dec.Lucenſi 14.numer.4. & ſeqq. vſque ad 10.*

Neque obſtat text. *in l.qui vniuerſas ff.de acq.*
15 *poſſ.* † cum alijs exaduerſo adductis. Primo quia dum ibi Iuriſconſultus negat eum qui ædes poſſidet poſſidere ſingulas res, quæ in ædificio sũt loquitur de poſſeſſione ſingulari, nempe quod non poſſidet ſingulas res ſingulariter, ſed bene poſſidet in cõcreto cum ipſa domo, vt egregiè explicat *Ang. in d.l. qui vniuerſas verſ. ſed reſponde* quem refert, & ſequitur *ibid.Alex. ſub num.3.verſ. quia loquitur,* & prius *in l.3. ſub num.27. verſ. reſponderi poteſt Iaſ.in d. l.3.nu.33.verſ.niſi reſpondeas,* & hanc diſtinctionem comprobat tex. *in l.nam origo 8. ff.quod vi, aut clam, vt aduertit Immol.in d.l.qui vniuerſas ſub num.1.verſ. et facit.*

Secundò reſpondetur contraria non proce-
16 dere quando animum tradendi † quoq; mobilium poſſeſſionem habuit Iudex, & immiſſus capiendi, quia vbi deuentum fuit ad actũ facti in tota domo, an ſolius domus, an verò etiam

etiam mobilium ſit capta poſſeſſio pendet ex
animo acquirẽtis cum eatenus acquirat, qua-
tenus acquirere intendit, vt in puncto *Soccin.
conſ.131. ſub nu.9.verſ. ſed hæc obiectio lib.1.Barz.
dec.47.num.20. Fontanell.dec.185.num.17. Anton.
Monac.dec.Lucen.14.n.12.* Animus verò Iudicis,
17 & immiſſi † circa poſſeſſionem mobilium
euidens eſt in caſu noſtro quo Anſelmus tan-
quam hæres vniuerſalis petijt, & Iudex con-
ceſſit mandatum de immittendo in poſſeſſio-
nem omnium bonorum, & nominatim mo-
bilium, vt in his terminis ponderat *Pontan. de
Spol. lib.2.cap.14.num.123.circa fin.verſ.ac quem-
admodum,& verſ. niſi fuiſſet relatus à Moderno Pe-
ruſ. de manutenendo obſeru.22.num.15. poſt Soccin.*
18 *d.conſ.131.ſub num.9.* actus enim † ſubſecutæ
poſſeſſionis regulatur à mandato in cuius
executionem emanauit *Surd.conſ.418. num.11.
& dec.93.num.25.Rot.dec.114.num.4.par.1.recent.
& in Bonon.Legati de Mareſcottis 22.Martij 1627.
coram bon.mem.Merlino,* & magis in ſpecie *Ant.
Monac.dec.Bononien.29.num.59.verſ.quia homines,*
19 *& num.60.* Vbi ponderat quod poſſeſſio † ca-
pta in vim reſcripti comprehendit omnia de
quibus in reſcripto facta eſt mentio. Quo
magis, quia vltro ipſe nuncius ſiue executor
20 poſſeſſionem mobilium † vna cum domo
tradidiſſe declarauit, & hæc declaratio quam-
uis de actu præterito valdè mæretur attendi
quatenus res eſſet dubia, quia meſſe dicitur
primæ relationi, & poteſt quandocumque
fieri, *Caſtr.in l. hæredes palam 2. §. ſi quis ſub n.4.
ff. teſtam. Alex.conſ.130.num.3.lib.1. Ciriac. contr.
295.num.32.Surd.dec.29.num.1.Rot.in Bonon. ſuc-
ceſſionis 4.Maij 1646. coram me.*

His itaq; concurrentibus ceſſat omnis dif-
ficultas, & gratis obijcitur ſimile venditionis
21 domus, qua videlicet vendita † non veniunt
niſi mobilia affixa, aut perpetuo ibi deſtinata,
Mant.de tacit.lib.4.tit.15.numer.1. & ſeqq. per tot.
quia longè diuerſa eſt ratio inter titulum vẽ-
22 ditionis, † qui particularis eſt, & hæreditariũ
qui eſt vniuerſalis, vt per *Iaſ. in leg.1.§.veteres
num.3. ff.acq.poſſ.* Cumque pro apprehenſione
mobilium militet, vt dicebam apertiſſima
23 voluntas † tum Iudicis, tum partis, tum exe-
cutoris, ſumus in claris quod immiſſus cępit
cum domo poſſeſſionẽ omnium mobilium
cuiuſcunque generis, & qualitatis, quæ ſub
vniuerſalitate tituli hæreditarij, & verborum
mandati de immittendo, ibi, *omnium, & quo-
rumcunque bonorum mobilium &c. cuiuſcumque ſint
quantitatis qualitatis generis, & ſpeciei &c.* com-
prehenduntur, *Dec.conſ.472.num.1.& ſeq. Curt.
iun.conſ.183.num.4.Menoch.conſ.407.ſub numer.9.
verſ. ſexto amplia, Peregr.conſ.37. ſub nu.19 lib.2.
& deciſ.Patauina 32.num 7. Vrſill. ad Afflict. dec.
106. ſub num.10.verſ. niſi fuiſſet, Lauren.dec.Aue-
nion.14.num.4.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

ROMANA CENSVS.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Onus probandi, adeſſe bona libera necnè, cui-
nam incumbat; an creditori agenti ad im-
miſſionem, an verò fideicommiſſario; tradi-
tur in hac deciſione pulchra diſtinctio. Bona
fideicommiſſi non ſolum pro dote, ſed etiam
pro acconcio alienari poſſunt. Cenſum fuiſſe
ſuper bonis fideicommiſſi impoſitum pro
ſoluenda dote, & verſionem pecuniarum cen-
ſualium in illam cauſam, ex quibus probatum
extet?

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommiſſi fauore dotis diſtrahi, & obligari
poſſunt in defectum bonorum liberorum.*

2 *Fideicommiſſarius quando eſt actor tenetur exiſten-
tiam bonorum liberorum probare.*

3 *Dos à patre conſtituta ex bonis fideicommiſſi præſu-
mitur congrua, nõ autem exceſſiua, iſta tamen præ-
ſumptio militat inter patrem qui dotem conſtituit,
& filiam, non autem in præiudicium fideicommiſ-
ſarij.*

4 *Onus probandi adeſſe bona libera necnè, cuinam in-
cumbat? ſolutio quæſtionis pendet ex qualitate per-
ſonæ, quam quis in iudicio ſubſtinet, an ſit actor,
vel reus, vel ratione poſſeſſionis rei petitæ.*

5 *Item quando actor negatiuam, reus verò affirmatiuã
exiſtentiæ aliorum bonorũ allegat, attenditur vtrũ
actoris intentio ſit fundata necnè?*

6 *Actor poſtquam ſuam intentionem fundauit, reus te-
netur plenè ſuam exceptionem probare, cum in ea
actoris vices ſuſtineat.*

7 *Reus non grauatur onere probationis, niſi poſtquam
actor ſuam fundauit intentionem.*

8 *Pluralitas bonorum non præſumitur.*

9 *Pro alienationis validitate præſumitur, donec con-
trarium probetur.*

10 *Cenſuarius quando eſt in poſſeſſione exigendi fructus
cenſus impoſiti ſuper bonis fideicommiſſi, tunc fi-
deicommiſſario incumbit onus probandi exiſtentiam
liberorum.*

11 *Acconcium de conſuetudine vltra dotem eſt neceſſa-
rium.*

12 *Bona fideicommiſſi etiam pro acconcio alienari poſ-
ſunt.*

13 *Acconcium eſt de appendicijs dotis.*

14 *Dos conſtituta in bonis fideicommiſſi ſi totum fidei-
commiſſum abſorbet præſumitur id factum animo
euertendi fideicommiſſum in fraudẽ fideicõmiſſario-
rum, quo caſu non exceſſus dotis eſt probandus.*

15 *Exceſſus in conſtitutione dotis ex bonis fideicommiſſi
ex quibus excludatur?*

16 *Dos dicitur congrua, ſi fuit conſtituta iuxta ſolitum
fœminarum eiuſdem familiæ.*

17 *Pro dotis congruitate liquidanda, quid tempus ſit in-
ſpiciendum?*

18 *Dotes in dies augentur.*

19 *Dos quando non apparet exceſſiua, ſed congrua, nec
conſtituta animo euertendi fideicommiſſum, tunc
contra fideicommiſſarium militat præſumptio non*

ex-

exceſſus, niſi contrarium probetur.
20 *Verſio pecuniarũ cenſualium in cauſam dotis coniecturis probari poteſt.*
21 *Verſio pecuniarum cenſualium in cauſam dotis ex quibus probetur?*
22 *Aſſociatio ad fundum cenſitum, ſeu potius immiſſio vigore hypothecæ quando impediri nequeat à fideicommiſſario?*
23 Text. in l. 2. C. de pignor. procedit etiam in dote.

DECISIO CCCLXVI.

CVI domus cenſualis ſubeſt fideicommiſ-
ſum, pro excluſione hypothecæ, vel alte-
rius iuris aduerſus R.P.D. Amadeum, & Fe-
licem eius fratrem aſſociationem, ſeu immiſ-
ſionẽ ex vtili ſaluiano interdicto ad eamdem
domum petentes, obiecerunt iterum infor-
mantes pro Attauante reo conuento, non at-
tento quod cenſus dicatur impoſitus, vt ſol-
ueretur pars dotis Fauſtinæ nepti fideicom-
mittentis, quia ad hunc effectum ab actoribus
probari debuiſſet. Primo quod alia bona li-
bera nõ exiſterent cum ſolum in eum caſum
1 bona † fideicommiſſi fauore dotis diſtrahi, ac
obligare poſſint, vt notat Doctores omnes in
Auth. res quæ Cod. fideic. nec ab onere probandi
2 illos releuet † poſſeſſio bonorum fideicom-
miſſi, aut ordo iudicij, prout quando fidei-
commiſſarius eſt actor, in quibus terminis lo-
quuntur, *Doct. in prima deciſione adducti, §. con-
ueniunt,* quia imo fideicommiſſarius non agit,
ſed conuenitur, & bona fideicommiſſi exad-
uerſo petita ipſe poſſidet. Secundò quod dos
à patre cõſtituta ex bonis fideicommiſſi non
3 ſit exceſſiua † nam præſumptio congruitatis
militat quidem inter patrem qui dotem con-
ſtituit, & filiam, ſed non in præiudicium fidei-
commiſſarij, vt benè diſtinguit *Card. Mant. de-
ciſ. 329. nu. 2. & 3. & ſecuta eſt Rota in Romana he-
reditatis 14. Decembris* 1646. §. *Et licet verſ. qua-
litas autem coram R. P. D. meo Arguelles.* Tertiò
quod pecuniæ cenſuales fuerint verſæ in cau-
ſam dotis.

Verum his non obſtantibus Domini ſtete-
runt in deciſis ſub die 26. Iunij anni præce-
denti cauſa ſuper eiſdem hodie à me propoſi-
ta: quo enim ad primum obiectum, quæſtio
4 cui incumbat onus probãdi † ſoluitur nedum
ex qualitate perſonæ, quam quis in iudicio
ſubſtinet, nempe an ſit actor, vel reus, aut ra-
tione poſſeſſionis rei petitæ; ſed vltrò quan-
5 do actor negatiuam, † reus autem affirmatiuã
exiſtentiæ aliorum bonorum allegat, attendi-
tur vtrum actoris intentio ſit fundata nec nè;
& primo caſu ad reum ſpectat probare affir-
matiuam, quia eſt fundamentum ſuæ exce-
ptionis, quod poſtquam actor ſuam intentio-
6 nem † fundauit probare plenè tenetur, cum in
ſua exceptione vicem actoris ſubſtineat, *l. in
exceptionibus ff. probat. l. 1. ff. except.* Secus verò
ſecundo caſu, quia is, qui primo dicit, & ſic
petitor ſiue affirmet, ſiue neget, quod dicit
7 probet neceſſe eſt, & reus non niſi † poſt fun-
datam actoris intentionem probationis one-
re grauatur, vt ex tex. *in l. ſiquidem Cod. ex-
cept. notat Salyc. & Bald. in l. fruſtra in princ. Cod.
probat. Angel. in l. Actor ſub n. 3. verſ. Et ſcias Cod.
eod. tit. Alex. de Neuo in rubr. de except. num. 5. verſ.
alio modo, & num. 7. verſ. aduerte tamen, Paſcian.
de probat. lib. 1. cap. 57. num. 37. & cap. 68. num. 46.
& 53. Ciriac. contr. 5. ſub num. 131. verſ. exemplum,
& num. 133. & ſeqq. vſque ad 142.*

Applicãdo receptiſſimam hanc diſtinctio-
nem ad caſum noſtrum, Attauantis rei con-
uenti partes eſſe docere de exiſtentia aliorum
bonorum dicendum eſt, quia actoris negati-
uam allegantis intentio ſatis eſt fundata, tum
8 in præſumptione iuris excluſiua † pluralitatis
bonorum, tum in alienatione bonorum fidei-
commiſſi per cenſus, cuius vigore agitur im-
poſitionem iamdiu facta pro ſoluenda dote;
9 præſumitur ſiquidem † pro validitate aliena-
tionis donec contrarium exaduerſo probetur,
*l. quoties la 2. ff. reb. dub. l. 3. ff. milit. teſtam. gloſſ. in
l. ſi poſt diuiſionem verb. non poſſe Cod. iur. & fact.
ignor. Menoch. præſumpt. 4. num. 1. & ſeqq. lib. 6. Ci-
riac. d. contr. 5. num. 115. & ſeqq. & in puncto Gabr.
conſ. 138. num. 12. & 13. lib. 2. Bardell. conſ. 179. nu-
mer. 13. & ſeqq. Rauden. dec. Piſana 29. n. 177. Hier.
Leo dec. Valentiæ 171. ſub num. 9.* ibi non mulieri
agenti, *& num. 11. lib. 2. Seraph. in ſim. deciſ. 609.
num. 6. & 7.* Quo magis, quia cenſuarius eſt in
10 quaſi poſſeſſione † exigendi fructus cenſus, vt
in puncto ponderauit *Rot. in Romana cenſus 18.
Maij 1646. §. primo verſ. et dum vbi allegantur con-
cord. coram R. P. D. meo Meltio.*

Quatenus verò alia bona libera extitiſſe
probatum dicitur eo quod aderant plures ſo-
cietates officij, & mobilia valoris ſcutorum
400. quæ pater filiæ nuptæ donauit, reſponde-
tur neutro excludi neceſſitatem imponendi
cenſum ſuper bonis fideicommiſſi; nam ſo-
cietates officij, vt plerumque ſolet exigibiles
non erant, & alias aduerſarius qui illarum in-
ſtrumenta penès ſe retinet ſemper, & forſan
exegit, poteſt ex pecunijs exinde retractis, vel
retrahendis reintegrare fideicommiſſum; de
mobilibus autem ratio habenda non eſt, quia
11 donata fuerunt pro acconcio, quod de con-
ſuetudine vltra dotem eſt neceſſarium, & pro
12 quo etiam † bona fideicommiſſi potuiſſent
alienari, *Gabr. conſ. 111. nu. 4. & ſeqq. & conſ. 153.
num. 2. & per tot. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 42. n. 80.
Fuſar. de ſubſt. quæſt. 531. num. 39. Rot. dec. 556. n. 2.*
13 vbi dicitur ratio, quia eſt de appendicijs do-
tis, *par. 1. diuerſ. & in Bononien. fideicommiſſi de
Formagliaris 4. Nouembris 1588. coram clar. mem.
Card. Hieronymo Pamphilio relata per Gionag. re-
ſpon. 22. num. 21. lib. 2. cum alijs alleg. à moder. Siculo
de donat. contemp. matr. tom. 2. tract. 2. diſcur. 1. ſpe-
cial. 18. num. 10.*

Quo ad ſecundum quicquid ſit vbi dos
14 cõſtituta † totum fideicommiſſum abſorbuit,
in quibus terminis, quia præſumitur id factũ
animo fideicommiſſi euertendi in fraudem
fideicommiſſariorũ, non exceſſum dotis eſſe
probandum, *dixit Rot. in deciſ. exaduerſo allegat.*
15 ſanè in caſu noſtro † quo ex ſcutis 4500. in
dotem datis ſolum ſcuta 450. detrahuntur ex
pingui fideicommiſſo, & concurrit ex parte

16 viri nobilitas, & diuitiæ, † ac vltro ex parte mulieris ſolitum familiæ cum eius mater ſcuta 3300. habuerit in dotem de anno 1606. à quo tempore vſque ad tempus nuptiarum fi-
17 liæ; quod inſpiciendum † eſt pro liquidanda congruitate dotis, *l. quæro ff. iur. dot. Peregr. conſ. 14. num. 14. & 11. lib. 2. Rot. dec. 28. num. 19. par. 5.*
18 *recen.* quotidie dotes † auctas fuiſſe, & in dies augeri tradit *Menoch. de arbitr. caſ. 149. num. 39. & ſeqq. Theſ. dec. 192. num. 6. Grat. deciſ. March. 19. num. 37. Rot. dec. 28. num. 18. dec. 88. num. 2. part. 5. recent.* Nullo modo videri poteſt exceſſiua
19 dos † ſcutor. 5500. conſtituta de anno 1625. (de reliquis enim ſcutis 1500. partes conuenerunt ad pompam,) eoque minus cenſeri promiſſa animo euertendi fideicommiſſum, ſed militat etiam contra fideicommiſſarium præſumptio non exceſſus niſi contrariũ probet, *Rot. dec. 28. num. 16. par. 5. recen. & in Romana Caſalis Aguzani* 27. *Iunij* 1640. *§. minus obſtat, verſ. Et exceſſus coram R.P.D. meo Rojas.*

20 Verſio tandem pecuniarum † cenſualium in cauſam dotis, quæ etiam coniecturis probari poteſt, *Bald. conſ. 125. ſub num. 2. verſ. item ſi eſſet lib. 5. Caſtr. conſ. 337. nu. 2. verſ. ſi verò lib. 1. Menoch. conſ. 375. num. 12. Duran. deciſ. 256. num. 6.* plenè probata viſa eſt ex deductis *in 1. deciſione*
21 *§. penul.* Animaduertendo † quod verè in inſtrumento cenſus ante clauſulam actum fuit expreſſum pecunias cenſuales accipi pro ſoluenda parte dotis, ibi, *ſucceſſiuè coram eodem notario, & teſtibus eadem die, & anno d. D. Dominicus declarauit dicta ſcuta* 500. *monetæ, vt ſupra accepiſſe ad effectum ſoluendi partem dotis Dominæ Fauſtinæ eius filiæ &c.* Quodque ex tenore capitulorum matrimonialium totidem ſoluendæ erant tempore effectuationis matrimonii, licèt in eiſdem capitulis legatur collata ſolutio in diẽ celebrationis inſtrumenti dotalis: cum enim ſponſus iuxta capitula matrimonialia non teneretur effectuare matrimonium, niſi prius adimpletis omnibus ſibi à ſocero promiſſis, & ſic ſolutis etiam ſcutis 500. de quibus agitur, exinde apparet partes cogitaſſe, quod inſtrumentum dotale celebraretur, vt paſſim fit) ante effectuationem matrimonii: vnde confeſſio ſponſi de receptis ſcutis 500. quamuis poſt menſem emiſſa referenda eſt ad ſolutionem factam tempore effectuati matrimonij, quo ſolutio fieri debuit, maximè quia eadem confeſſio includit ſimul traditionem vetij margaritarum pro ornatu ſponſæ promiſſi, quod de dicto tẽpore traditum fuiſſe nemo negauerit, cum tunc præcipuè deſtinanata ornatui ſponſæ deeſſe non ſoleant; Verùm itaque eſt dicere, quod biduum tantùm intercesſit à die impoſitionis cenſus ad diem ſolutionis factæ ſponſo, quia biduo poſt cenſum fuit effectuatum matrimonium.

22 Et per conſequens aſſociationi † cenſuarij vigore clauſulæ conſtituti in inſtrumẽto cenſus appoſitæ, vel immiſſioni in vim hypothecæ non obſtat fideicommiſſum; prout neque obſtat creditum anterius aduerſarij ſcu. 3300. ex cauſa dotis maternæ, quia cum ille poſſideat alia quoque bona fideicommiſſi valoris ſcut. 9000. & amplius dotis ſororis non obligata, habeatque propterea aliunde quomodo ſuum creditum detrahat, impedire non debet immiſſionem actoribus in fundum cẽſualem ipſis ſpecialiter hypothecatum iuxta diſpoſi-
23 tionem tex. *in l. 2. Cod. pignor.* quæ † procedit etiam in dote, *Roman. conſ. 187. num. 2. verſ. ſecundo quia Aym. conſ. 77. numer. 16. Aldobr. conſ. 51. num. 20. lib. 1. Gabr. conſ. 41. num. 5. lib. 2. Surd. conſ. 495. num. 9. verſ. Et procedit, Couarr. var. reſolut. lib. 3. cap. 18. num. 3. verſ. ſic ſanè conſtat.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

BONONIEN. NVLLITATIS CONCORDIAE.

Mercurij 1. *Iulij* 1648.

ARGVMENTVM.

Tranſactio corruit ob falſitatem cauſæ, & enormiſſimam læſionem, & ex quibus vtraque qualitas iuſtificetur? hæres beneficiatus quo caſu cenſeatur pro debito hæreditario ſe voluiſſe obligare de proprio? Duo, vel plures rei credendi vt conſtituantur, quænam requirantur?

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio corruit ob falſitatem cauſæ, & enormiſſimam læſionem, & falſitas cauſæ ex quibus conuincatur? nu. 2.*

3 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, ſi pro debito hæreditario obligauit ſe eiuſque bona, & hæredes, ex hoc reſultat aperta declaratio, quod uti nolit beneficio inuentarij, ſed teneri vult de proprio.*

4 *Præſertim quando vlteriùs promiſit creditorem penitus ſine damno conſeruare.*

5 *Quicquid ſi ſimpliciter promiſiſſet ſoluere debita, ſeu legata relicta à Teſtatore, quo caſu non cenſetur velle teneri de proprio.*

6 *Error in facto proprio allegari nequit.*

7 *De defectu cõſenſus excipere nequit niſi is, qui conſenſit, vel conſentire debuit.*

8 *Contractus reſpectu diuerſarum perſonarum eſt diuiduus.*

9 *Inter Correos credendi quietantia vnius perimit obligationem etiam reſpectu alterius.*

10 *Liberatio vnius, quo caſu alijs proſit?*

11 *Correi credendi, vt duo vel plures conſtituantur, requiritur quod obligatio contineat clauſulam,* inſolidum, *vel aliquod verbum diſtributiuum idem tacitè importans, aliàs ſinguli cenſentur creditores pro virili.*

12 *Nouatio non cenſetur inducta ex ſubſecutis pro maiori corroboratione Iurium, ac præcedentis obligationis.*

13 *Fideiuſſor, & principalis dici nequeunt Correi debendi.*

14 *Exceptione cedendarum, quo caſu quis repelli poſſit?*

15 *Quietantia reportata à creditore non prodeſt debitori quoad iura ipſi creditori non competentia, ſed alteri*

alteri ex propria perſona, quibus creditor praiudicare non poteſt.

16 *Tranſactio vt valeat requiritur, quod emanauerit ſuper re dubia, quodque hinc inde aliquid ſit datum, vel remiſſum.*

17 *Contractus ſiue maioris, ſiue minoris concurrente enormiſſima læſione ſemper reſcinditur.*

DECISIO CCCLXVII.

SIVE tranſactioni, de qua agitur cauſam dederit aſſertio Comitis Alemanni ibidem emiſſa, quod ipſe ad debita Comitis Rodulphi patris non tenebatur, quia eſt hæres beneficiatus, & in hæreditate non adſunt bona ſufficientia, ſiue ſolutio librarum 2100. quas idem Comes Iſolanus aſſeruit ſoluiſſe officialibus hoſpitalis Horſanorum creditoris Cenſus; vtroque caſu tranſactio corruit
1 ob falſitatem † cauſæ, & enormiſſimam læſionem *ex alleg. in deciſionibus huius cauſæ editis in ſecunda inſtantia coram R. P. D. meo Cerro 12. Iunij 1645. 13. Iunij 1646. & in altera coram Me 27. Ianuarij proximi præteriti,* cui ſtandum eſſe hodie reſponſum fuit cauſa ſuper eiſdem poſita.

2 Primæ enim aſſertionis falſitas † apparet ocularitèr ex verbis inſtrumenti celebrati à Comite Alemanno aduerſario de anno 1614 in quo ipſe pecunias à Comite Rodulpho debitas non promiſit ſoluere tanquam illius hæres beneficiatus, ſed imò contradiſtinguendo hoc debitum ab alijs hæreditarijs proteſtatus fuit ſe per huiuſmodi promiſſionem non intendere aliquo modo obligare alijs creditoribus, ſed cum illis velle vti beneficio inuentarij, & nihilominus in hoc de-
3 bito obligauit † ſe hæredes, & bona; vnde reſultat aperta declaratio, quod in hoc noluit gaudere beneficio inuentarij, ſed teneri de
4 proprio, iuncto præſertim † quod infrà creditorem penitùs ſine damno conſeruare promiſit, vt in terminis ponderat *Ang. conſil. 31. ſub num. 9. verſ. & maximè Phanucc. inter tract. diuerſ. de inuentar. qu. 243. nu. 114. & ſeqq. Gratian. diſcept. 264. nu. 19. diſcep. 553. nu. 31. Rot. dec. 545. num. 3. & 4. par. 5. recent.* quicquid dicendum
5 eſſet † in terminis ſimplicis promiſſionis hæredis de ſoluendo debita, ſeù legata relicta à defuncto, de qua loquitur *Grat. d. diſcept. 553. per tot. Rot. dec. 392. n. 1. & ſeqq. par. 1. recent.*

Solutio paritèr librarum 2100. non efficiebat, quod Comes Alemannus ad aliquid amplius non teneretur, vt falſo fuit in tranſactione expoſitum, cum imò deberet vltrà ſortem principalem librarum 2000. vt latiùs in præcedenti deciſione quam in hac parte, nec informantes pro Comite Alemanno impugnarunt, ſed admittendo nullitatem tranſactionis quoad Comitiſſam Iulianam Vincentij Bancij hæredem conati fuerunt ſuſtinere tranſactionem quoad Comitem Pirrum de Blanchis, cum quo pariter fuit tranſactum, quique errorem, ſeù falſitatem narratorum in tranſactione allegare non poteſt, quia fuerunt ſecum geſta, & in facto pro-
6 prio † erroris allegatio non admittitur *Bertrand. conſ. 109. nu. 4. lib. 4. Ciriac. contr. 427. n. 11. & 12.* prout nec allegatio enormis læſionis in ſciente, & volente *Dec. conſ. 583. nu. 1. Bero. conſ. 49. num. 32. lib. 1. Rot. in Signina Caſtrorum 2. Iunij 1623. coram bo. me. Coccino*, neque ob errorem, ſeù læſionem ex perſona Comitis Pirri qui hodie tacet impugnare tranſactionem valet Comitiſſa Iuliana, cum ad excipiendum de defectu conſenſus non admitta-
7 tur † niſi is qui conſenſit, vel conſentire debuit *Rot. dec. 206. num. 7. apud Cinc. de cenſib. deciſ. 133. num. 10. par. 2. diuerſ. Gratian. diſcept. 278. num. 31.*

Cumque compatibile ſit, quod tranſactio corruat quoad Comitiſſam Iulianam, teneat verò quoad Comitem Pirrum, eo quod cō-
8 tractus † reſpectu diuerſarum perſonarum eſt diuiduus *Caldaſ. de Emph. lib. 3. cap. 10. n. 51. verſ. nec mirum Cancer. var. reſ. par. 3. cap. 2. n. 226 Fontanell. dec. 581. nu. 14. Rot. in Romana Saluiani 16. Aprilis 1641. coram Reuerendiſs. D. meo Decano*, exinde inferebant ijdem informantes quod pleniſſima liberatio, & quietantia quam in tranſactione à Comite Pirro reportauit Comes Alemannus ipſi ſuffragatùr etiā contra Comitiſſam Iulianam, vel quia illa, & Comes Pirrus ſunt correi credendi, & in-
9 ter correos † quietātia vnius perimit obligationem etiam reſpectu alterius *l. 2. verſ. ideoq; ff. duob. reis l. ſi rem §. ſi duo ff. nouat. l. & per iuſiurandum §. vlt. in fin. l. ſi ex pluribus ff. acceptill. l. ſi is qui ff. liberat. leg. cum concordantibus alleg. à Rochegallo in d. l. 2. num. 97.* vel quia intereſt Comitis Pirri nè Comes Alemanus moleſtetur à Comitiſſa Iuliana propter regreſſum quem alioquin contra ſe haberet idem Co-
10 mes Alemannus, quo caſu † liberatio vnius alijs quoque prodeſt *Bart. in l. ex duobus nu. 23. ff. duob. reis Piccard. in §. 1. num. 15. inſt. eod. Corn. conſ. 103. ſub num. 1. lib. 3. Guttier. alleg. 2. ſub nu. 5. & num. 6. Ciriac. contr. 211. n. 15.*

Verum euacuatur illatio. Primò quia Vincentius Comitiſſæ Iulianæ author, & Comes Pirrus non ſunt duo Correi credendi, attenta tum obligatione facta ad eorū fauorem à Comite Alemanno de anno 1614. abſque clauſula *in ſolidum*, vel aliquo verbo
11 diſtributiuo idem tacitè importante † vt requiritur ad conſtituendos duos pluresue reos credendi cum alioquin ſinguli cēſeatur creditores pro virili *l. reos §. cum tabulis ff. duob. reis Oinot. in princ. tit. Inſt. eod. ſub num. 7. Piccard. in §. primo eod. tit. num. 5. & 16. Gomeſ. var. reſol. tom. 2. cap. 11. ſub num. 1.* tùm prædictæ obligationis primordio procedente ex inſtrumento impoſitionis, & accollationis cenſus de anno 1612. in quo Comes Pirrus eſt impoſitor cenſus Vincentius verò fideiuſſor, eidemque ſoli pro ſua releuatione ceduntur omnia iura huius crediti contra Rodulfum Comitis Alemanni patrem, & ſic ſolus Vincentius originalitèr eſt reus credendi, quęque ſubſecuta fuit promiſſio ad fauorem vtriuſque
12 de anno 1614. † ad reddendum magis tutum ipſum Vincentium, & præcedentis obliga-

tionis

tionis ad ipſius dumtaxat, vt ſupra fauorem contractæ confirmationem, priora iura non nouauit *Bart. in l.ſingularia num.* 10. *verſ.quandoque ff.ſi cert.pet.Decian.conſ.*11.*numer.*51.*lib.*1. *Fontanell.dec.*560.*num.*16. *Capic. Latro deciſ.*38. *num.*42.*Rota deciſ.*471.*num.*6.*par.*1.*recent.* Sed illa extendendo etiam ad Comitem Pirrum pro eius pariter indemnitate ita vtrumque reum credendi, ſeu ſtipulandi efficit, ſicuti vterque in contractu cenſuali fuerant conſtituti rei debendi, in quo tamen correi dici
13 non poterant † cum vt dicebam vnus eſſet principalis alter verò fideiuſſor *Bart.in l.eamdem in* 5. *quæſt. ff.duob.reis, & in l. cum quis §. ſi quis pro reo ſub num.*6.*ff.ſolut. Oinot.loc.ſup. alleg. num.*8.*Balb.de præſcript.*3. *par.*6. *principalis in* 4. *quæſt.num.*50.*Put.deciſ.*500.*num.*1. & 2. *lib.*2. *in corr.*

Non obſtat, quod iuxtà hunc intellectum Alemanno ex alio capite ſuffragatur contra Comitiſſam Iulianam quietantia facta à Pirro, quia nempè ſi ille erat principalis impoſitor Cenſus, Vincentius verò Iulianæ author fideiuſſor indemnitatis ad illius fauorē promiſſæ à Ludouico Gozzadino, cuius cōtemplatione cenſus impoſitus fuerat acceſſit non poterat amplius ſtante dicta quietantia idem Vincentius à Pirro moleſtari cum eūdem, ex quo cedere amplius non poterat iura contra Alemannum per quietantiam ex-
14 tincta repelleret† poſſet exceptione cedendarum *l.ſticum §.ſi creditor il* 2. *ff. ſolut. l. cum alter C.fideiuſſ.Rochegall.in l.reos in princ.num.*56.*circa fin.ff.duob.reis Franc.de fideiuſſ.cap.*5.*num.*480. *in fin.Hering.eod.tract.cap.*27.*par.*3.*num.*13. & 14.

Nam aduertendum eſt, quod Vincentius, ſeù Comitiſſa Iuliana in hoc negocio duplex habet intereſſe, alterum ne propter indemnitatem Pirro promiſſam damnum ab illo patiatur, & circa id militat ratio mox adducta; alterum vt per Comitem Alemannum releuetur à damno, quod paſſa fuit extinguendo de proprijs pecunijs mediante alterius cenſus creatione ſuper ſuis bonis cenſum debitum Hoſpitali Orfanorum, pro quo extinguendo Alemannus pecunias ſoluere tenebatur, & hoc nil habet commune cum quie-
15 tantia Pirri, qui non potuit iuribus† Iulianæ ex propria perſona competentibus præiudicare *l.fin.ff.pact.l.ſi cum hermes C.locat. Surd.deciſ.*266.*num.*11.*Rot.in Signina Saluiani* 14. *Martij* 1639.*coram Reuerendiſſ.Carillo electo Salamantino.* Eo minùs quia ipſe ſibi præſeruauit iura contra obligatos, & Alemannum quietauit intuitu extinctionis Cenſus factæ, ſeù de proximo faciendæ à Comitiſſa Iuliana.

Secundò euacuatur illatio, quia etiam reſpectu Pirri quietātia, ac tranſactio anni 1630 eſt nulla ſaltem, ex quo non emanauit ſuper
16 re dubia, † & incerta, nec aliquid hinc inde datum fuit, vt pro validitate tranſactionis requiri, probat *tex.in l.*1.*ff.tranſact.l.tranſactio nullo dato C.eod.tit.cum alijs alleg.in deciſione edita ſub die* 12. *Iunij* 1645. *§.ſecundo pro inefficacia coram R.P.D. meo Cerro*; quin vltrò Pirrus ignorans promiſſionē Alemanni factam de anno 1614 illum de iure obligare ad æs alienum Rodulphi patris abſque beneficio inuentarij, credidit eumdem ob inſufficientiam bonorum hæreditariorum non teneri ad ſoluendam ſortem principalem librarum 2000. vnde
17 emergit enormiſſima læſio † ob quam contractus ſiue minorum, ſiue maiorum reſcinduntur *Bero.conſ.*180.*nu.*38.*lib.*2.*Surd.conſ.*480 *num.*12.*& ſeqq.cum concordantibus alleg. in d. dec. D. mei Cerri §.penult.*

Et ita deciſum vtraque parte informante

VLADISLAVIEN. IVRISPATRONATVS.

Mercurij 1. *Iulij* 1648.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio præſentandi acquiritur ex vnica præſentatione effectum ſortita, & ſuffragatur etiam ad effectum manutentionis contra prouiſum ab ordinario, reliqua deſume e Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Præſentationes non requirunt ſcripturam, ideoque probari poſſunt per teſtes.*
2 *Verbum*, prouidere, *iuxtà ſubiectam materiam accipitur pro præſentatione, & è conuersò verbum*, præſentare, *quandoque accipitur pro prouiſione, & collatione.*
3 *Præſentationes dicuntur effectuatæ per ſucceſſiuam inſtitutionem.*
4 *Quaſi poſſeſſio præſentandi ad effectum manutentionis acquiritur ex vnica præſentatione effectuata.*
5 *Ad acquirendam quaſipoſſeſſionem præſentandi requiritur bona fides in præſentante, & bona fides ex quibus reſultet? num.*7.
6 *Iuſpatronatus annexum Caſtro comprahenſum cenſetur in donatione Caſtri.*
8 *In quaſipoſſeſſione præſentandi exiſtens manutenери debet etiam contra prouiſum ab ordinario.*
9 *Status vltimus in beneficialibus non attenditur, ſi dedit cauſam liti.*
10 *Præſentatus ſi per plures annos beneficium ex titulo præſentationis poſſedit acceptando poſtmodum inſtitutionem, ſiue collationem ab ordinario, per huiuſmodi acceptationem non præiudicat patrono.*
11 *Collatio beneficij facta ab Epiſcopo, quo caſu eum non conſtituat in quaſipoſſeſſione liberè conferendi in concurſu patroni?*
12 *Quaſipoſſeſſio præſentandi anterior ſemper præferenda.*

DECISIO CCCLXVIII.

QVATVOR teſtium ad inſtantiam Venerabilis Collegij Societatis Ieſu examinatorum, per quos probari poſſe præſen-
1 tationes, † quia ſcripturam non requirunt, tradit *Lamber.de Iurepatr.ſecunda par.ſecundi lib.* 12.*art.ſecundæ quæſt.princ.n.*2.*&* 3. quem refert,

& ſe-

& ſequitur *Maſcard.de probat.concl.*12.16.*n.*17. Signantèr duo deponunt, quod occurrente vacatione huius Parochialis ſemper Patres Collegij Gedanenſis præſentarunt Rectorem qui curam Animarum adminiſtrauit, ſic tertius iuxtà 23. & ſuper ſecundo, ſic quartus ſuper eodem ſecundo, & iuxtà 13. ibi, *quando caſus vacationis euenit Patres prouidebant de Parocho* Summ. Colleg. num. 3. in fin. acci-
2 piendo verbum, *prouidere*, † iuxtà ſubiectam materiam pro præſentatione, vt è conuerſò verbum, *præſentare*, quandoq; accipitur pro prouiſione, & collatione *Gonz. ſuper regul.8. gloſſ.17. ſub num.4. verſ. cum prouiſionis appellatione Rot.dec.27.nu.1.& 2. de præben. in nou.dec.567. num.9.& 10. par.5. recent. vbi allegantur concordantes.*

Ex dictis autem præſentationibus quarum per ſucceſſiuam præſentatorum inſtitutio-
3 nem, † & curæ Animarum adminiſtrationem de qua teſtes deponunt probatur effectuatio, *Roch.de Iurepatr.verb.competens num.37. Gonz. ſuper reg.8. gloſſ.45.§.2.num.37. Lother. de re benefic. lib.2.qu.21.num.83. Rot. in Signina Iuriſpatronatus 11. Martij 1648. coram R. P. D. meo Peutingero*, fuerunt Patres Collegij conſtituti in quaſi poſſeſſione præſentandi manutenibili
4 ad quem effectum † etiam vnica præſentatio effectuata ſufficeret iuxtà theoricam traditã *à Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina num.91. de cauſ. poſſ. & propr.* quam in his terminis ſequitur *Gonz. ſup. reg.8. gloſſ.45.§.2.num.29. Garz. de benefic. par.5. cap.5. num.59. Rot. dec.633. nu.1. penes Buratt. dec.74. num.1. coram Reuerendiſs. Vrgellen. dec.362. num.3. par.5. rec.*

5 Nec deeſt bona fides † quæ eſt alterum ex requiſitis ad acquirendam quaſi poſſeſſionẽ præſentandi *Lambert. de Iurepatron. lib.2. par.1. quæſt.3. art.10. num.6. Menoch. de retin. remed.5. num.20. & remed.6. num.132. Gonz. d. gloſſ.45.§.2. num.35. Garz. d. cap.5. num.95. Rot. dec.791. num.5 par.1. diuerſ.* quia Patres habent titulum donationis à fundatore penes quem Iuſpatronatus reſidiſſe ipſe promotor Fiſcalis aduerſarius faſſus fuit in prima inſtantia, vt patet in Summariolo dato in reſponſionibus facti pro Collegio, & in donatione comprehendi
6 etiam Iuſpatronatus † credere probabilitèr potuerunt tanquam annexum Villæ ſibi donatæ iuxtà text. *in cap. ex litteris cap. ſeculum de Iurepttr.* ac tradita *per Couarr. var. reſolut. lib.2. cap.18. numer.7. verſ. quarto conſtat Garz. d. par.5. cap.9. num.16. Suarez de Relig. tom.1. lib.4. cap.28. num.12. & ſeqq.*

7 Satiſque eſt probabilis credulitas † iuncta inſtrumento donationis, & ſucceſſiuis præſentationibus pluries factis ad producendam bonam fidem *Mohed. dec.10. num.2. & 3. de Iurepatr. Garz. de benef. d. cap.5. num.96. Abb. in cap. ſi diligenti num.13. de preſcr. alij relati à Moderno Piſano de Iurepatr. lib.5. cap.4. num.5. & ſeqq.* itaut
8 in quaſi poſſeſſione præſentandi † Collegium & Patres manuteneri debeant etiam contra prouiſum ab Ordinario *Garz. d. cap.5. num.60. Reuerendiſs. Vrgellen. dec.23. ſub num.7. cum alijs alleg. ab add. ad Buratt. deciſ.633. num.14. & à Moderno Peruſino de manut. obſeruat.18. num.17.*

Non obſtat, quod nuperrime Epiſcopus inſtituerit Georgium modernum Rectorem in hac Eccleſia tanquam liberæ collationis; non enim debet iſte vltimus ſtatus attendi;
9 tùm † quia dedit cauſam liti *Rot. dec.417. n.4. coram ſa. me. Greg. XV. dec.30. num.1. par.2. recent. dec.23. nu.19. coram D. Vrgellen.* tùm quia cum idem Georgius fuiſſet priùs præſentatus à
10 Collegio, † & hoc titulo poſſeſſionem beneficij per plures annos retinuiſſet non potuit acceptando poſtmodum inſtitutionem Epiſcopi præiudicare poſſeſſioni, & iuribus Collegij *Calder. conſ. vlt. verſ. ſi ergo de Iurepatr. Reuerendiſs. Vrgellen. dec.72. num.58. Rot. in Cracouien. Iuriſpatronatus 28. Iunij 1641. coram Eminentiſs. D. Card. Panzirolo*, vel ſaltem quia concurrente in eadem perſona tàm præſentatione Collegij, quàm collatione Epiſcopi
11 remanet † incertum, an poſſeſſor ex vno, vel alio titulo poſſideat, collatio Epiſcopi ipſum non conſtituit in quaſi poſſeſſione liberè conferendi in concurſu patroni *Rot. deciſ.205. num.1. & 2. par.1. diuerſ. dec.229. num.7. dec.333. nu.6. par.1. rec.* ſemperque præferenda
12 eſt quaſi poſſeſſio anterior † Collegij *cap. licet cauſam* vbi *notant omnes de probationib. Bart. in l. vnica num.8. verſ. ſi verò vterque Cod. vti poſſidet cum alijs relat. in Spiren. Monaſterij 20. Iunij 1644. coram R. P. D. meo Otthobono.*

Cui propterea Collegio dandam eſſe manutentionem reſponſum fuit vtraque parte informante.

ROMANA DAMNORVM.

Mercurij 1. Iulij 1648.

ARGVMENTVM.

Cedens Iura ſibi competentia cum promiſſione non contraueniendi, aliàs teneri voluit ad omnia damna, ſequuta contrauentione eſt locus ſtipulationi, & ex quibus contrauentio probata remaneat?

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum plenè probat inter contrahentes.*
2 *Damna ſaltim in genere probanda ſunt, quamuis in inſtrumento conuentum ſit, quod de damnis ſtetur iuramento actoris.*
3 *Promiſſio non contraueniendi comprahendit tempus præſens, & futurum.*
4 *Obligatio ad omnia damna includitur in obligatione Camerali.*
5 *Obligatus ad non factum, ſi contrauenit, ſuccedit obligatio ad damna, & intereſſe, etiamſi factum ſubſiſtat.*
6 *Contrauentio, quando dicatur commiſſa?*
7 *Contrauentione commiſſa eſt locus ſtipulationi damnorum in caſu contrauentionis.*
8 *Socius non poteſt poſt diſſolutam ſocietatem expendere nomen conſocij.*

DE-

DECISIO CCCLXIX.

IVRA omnia, ac emolumenta ſibi ex locatione Tenutæ nuncupatæ, *Tregliata*, habita à Capitulo, & Canonicis Sancti Petri de Vrbe ceſſit Iulianus Farneſius de Anguillaria Rodulpho Mazzapioto conſocio in eadem locatione, *promiſitque ceſſionem habere ratam &c. contra non facere &c. aliàs vltrà præciſam obſeruantiam teneri etiã voluit ad omnia damna &c.* vt legitur in publico inſtrumento ſub
1 die 27. Martij 1641. celebrato † quod plenè inter contrahentes probat *Bald.in l. Imperator num.8.ff.ſtat.hom.Gramat.dec.45.n.9.Rot.dec.431 num.1.par.1.recent.*

Inter dicta autem iura aderat facultas ſerendi in vltimo anno affictus rubra 300. terrarum quam, quia poſtmodũ de anno 1642. idem Iulianus remiſit Capitulo locatori, ſuper contrauentione, damnorumque exinde reſultantium præſtatione iudicialitèr pulſatus fuit à Michelangelo Mazzapiotto Rodulphi hærede, ad cuius inſtantiam hodie dubitaui, an Iulianus teneatur ad damna, & Rota affirmatiuè reſpondit ſuppoſita pro nunc damnorum exiſtentia, quæ ſuis loco, & tempore ab inſtante probanda erit ſaltem in
2 genere † quamuis in inſtrumento conuentũ fuiſſet, quod de damnis ſtetur iuramento actoris *Bart.in l.diuus num.2.ff.teſtam.milit. Plot. de in lit.iuram §.49.num.4. Marſil.ſingul.338.n.1. Grat.diſcept.772.nu.20.& 21. Antonin. de Amat. reſolut.27.num.3.* & fuit dictum *in Romana, ſeu Sutrina pecuniaria 19. Iunij proximepræteriti §.illud, & §.ſeq.coram Me.*

Legitur namque in inſtrumento ceſſionis
3 tùm promiſſio non cõtraueniendi† comprehenſiua tẽporis præſentis, & de futuro *Surd. dec.326.ſub num.44.Rot.in Rauenaten. Cenſus 27. Iunij 1639. §.non obſtant verba, & 26. Nouembris eiuſdem anni §. non obſtant ea coram Reuerendiſs.D. meo Decano,* tùm in caſum contrauentionis explicita obligatio ad omnia damna,
4 quæ † includitur etiam in obligatione Camerali ibidem appoſita *Rot.dec.197 num.5.deciſ.389.num.12.dec.549.ſub num.6. inter impreſſ. apud Cinc.de cenſib.dec.275.num.3.apud Zacch.de oblig. Camer.* & generalis eſt regula, quod quotieſcunque aliquis obligatur ad non fa-
5 ctum, † ſi contraueniat ſuccedit obligatio ad damna, & intereſſe etiam ſi factum ſubſiſtat, vt notant *Doct.in l.4.§.Cato in l.ſtipulationes non diuiduntur ff.verb.oblig.* & dixit *Rota deciſ.103.n.27.par.5.rec.*

Contrauentio verò in dubium reuocari
6 non poteſt, † quia Iulianus remittendo locatoribus facultatem ſerendi rubra 300. in iuribus ceſsis contentam, dicitur ceſsioni cõtraueniſſe *Rot coram ſa.me. Greg.XV.deciſ.5.ſub num.7.verſ.& ex eo, & in ſupracitata Rauenaten. Cenſus 26. Nouembris 1639. §.penult. & §.fin. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in Romana Officij Notariatus 26. Iunij 1641. §.iuſtum apparet coram bo.me. Merlino;* vnde commiſſa
7 fuit ſtipulatio damnorum † in caſum contrauentionis concepta iuxtà text. *in d.l.ſtipulationes non diuiduntur ff. verb. obligat. l. fenerator, verſ.ſi nauis ff.naut.fenor.Caſtr.in l.in naui num.4. ff.locat.Rot.dec.479.num.1.& 2.apud Cinc.de cenſib.dec.246.num.1.par.6.rec.*

Nec obſtat, quod Iulianus remiſerit etiam nomine Mazzapioti conſocij, & ad communem vtilitatem reportauerit à locatoribus quietantiam ſcut.200. debitorum ex cauſa, vt dicitur *dell'entrate, ò vero defalchi,* quia exinde potiùs duplicatur contrauentio, cum Iulianus non modo remiſerit iura, quæ ceſſerat, ſed etiam expenderit nomen conſocij,
8 quod † poſtquam ſocietas per renunciationem ſoluta fuerat facere non poterat *l. ſi id quod quiſque l.omne æs alienum*, ibi, *quod manente ſociotate ff.pro ſoc.Grat.diſcept 964.num.4. Rota in Romana pecuniaria 9. Iunij 1645. §. nec obſtat coram Me.* Si quid autem vtilitatis ex dicta quietantia ad Mazzapiotum peruenit deducendum erit in liquidatione damnorũ particulari dubio diſcutienda.

Et ita deciſum Mazapioto ſolùm informante altera parte ſæpius citata.

MELEVITANA ANTIANITATIS.

Veneris 20. Nouembris 1648.

ARGVMENTVM.

In executorialibus rei iudicatæ comprehenditur totum id, quod in ipſa re iudicata continetur. Res iudicata continere dicitur omnia quæ fuerunt in actis deducta, & oppoſita, præſertim quando in ea fuit habita ſpecialis relatio ad acta. Clauſula, *quam, & quas*, non dicitur ad præmiſſa reſtricta, ſed nouum ius complectere, quando fuit deducta ad ſpeciem. Prima ſententia, nè detur ſententia contra ſententiam non eſt reuocanda quando eſt nulla, vel de ea in actis nondum oppoſitum.

SVMMARIVM.

1 *In executorialibus rei iudicatæ cõprehenditur omne id, quod ſententia ipſa in rem iudicatam tranſacta complectitur.*

2 *Iudex dans executionem pro omnibus contentis in litteris Apiſtolicis cenſetur comprehendere omnia Breuia Apoſtolica in actis exhibita ex indeffinita mentione litterarum Apoſtolicarum in numero plurali.*

Indeffinitum æquipollet vniuerſali d.n.2.

3 *Sententia habens relationem ad acta, per quam dicitur pronunciatum ſuper omni eo, quod in actis deductum fuit.*

4 *Verba ſententiæ interpetrationem recipiunt à deciſionibus cauſæ.*

5 *Deciſiones ſunt pars ſententiæ.*

6 *Clauſula*, quam, & quas, *operatur vt Iudex valeat nouum Ius canonizare vigore dicta clauſulæ ad præmiſſa non reſtrictæ.*

7 *Præſertim quando dicta clauſula ſuper nouo iure fuit deducta ad ſpeciem.*

8 *Rota*

8 *Rota ſolet plerumque vnica ſententia totum negotium terminare, nè litigantes ſuperfluis impenſis grauentur.*

9 *Exceptio dicitur in actis deducta eo ipſo quod aduerſus actorem fuit ſuſcepta diſputatio, & contradictio.*

10 *Iudex pronuncians eſſe ad vlteriora procedendum dicitur tacitè exceptionem in iudicio deductam reyciſſe.*

11 *Vnica ſententia an poſſint plures articuli terminari?*

12 *Connexa dicuntur, quæ ad eundem finem tendunt.*

13 *Diſputationes rotales non concipiuntur in abſtracto, ſed in ordine ad finem, & effectum de quo agitur.*

14 *Ad commendam aſſequendam ex ordinationibus Religionis Hieroſolymitanæ requiritur antianitas & capacitas.*

15 *Excipiendo poteſt in gradu appellationis deduci, quidquid per viam actionis fuerat in prima inſtantia petitum.*

16 *Impedimentum præſtitum ab aduerſario, nè actus expleretur habetur pro expleto in odium aduerſarij.*

17 *Iudicium dicitur vnicum, vbi vnica eſt proſecutio plurium petitionum.*

18 *Sententia prima reuocanda eſt per ſecundam contrariam nè detur ſententia contra ſententiam.*

19 *Fallit primo quando prima ſententia eſt notoriè nulla.*

20 *Fallit ſecundo quando non fuit in actis oppoſitum de prima ſententia.*

21 *Sententiæ iniuſtitia educitur ex deciſionibus cauſæ.*

22 *Clauſula*, quam, & quas, *comprehendit omne Ius etiam futurum ex quacunque cauſa.*

23 *Commiſſio cauſæ in partibus non facta mentione litis in Rota eſt nulla tanquam ſapiens auocationem.*

24 *Sententia vigore commiſſionis ſubreptitiæ nulla eſt.*

25 *Clauſula*, quam, & quas, *operatur vt procedi poſſit tanquam in prima.*

DECISIO CCCLXX.

PRIMAE, & ſecundæ inſtantiæ controuerſia tota fuit ſuper executione Breuis Apoſtolici declarantis Equiti Annorant cõputari debere antianitatem à die præſentationis primarum probationum, non autem ab vltima die illarum admiſsionis; nam ad inſtantiã Venerabilis Linguæ Franciæ cauſa ſubreptionis obreptionis, & nullitatis d. Breuis commiſſa fuerat in Rota bo: me: Buccabellæ, & deinde in gradu appellationis bon: mem: Pirouano; quibus officio functis per ſententias latas ad fauorem Equitis Annorant, iterùm appellãte eadem lingua prodijt tertia inſtantia coram Eminentiſs. D. Card. Panzirolo tunc noſtri Ordinis Auditore.

Hac verò pendente dictus Eques nè antianitatis effectu, hoc eſt aſſecutione Commendæ fruſtraretur ob defectum quartæ Carauanæ, ſine qua Statuta Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ incapacitatem ad Commendas obtinendas inducunt, ſibi magis conſulendo obtinuit aliud Breue defectus huiuſmodi ex cauſis ibi expreſsis diſpenſatorium, contra quod inſurrexit Lingua, eiuſq; ſubreptionis cauſam committi curauit Eminentiſsimo Magno Magiſtro, qui ſucceſsiuè ſubreptitium pronunciauit, & ab hac paritèr ſententia commiſſa fuit cauſa appellationis eidem Domino Cardinali Panzirolo, adeò quod coram ipſo ſiuè R. P. D. meo Veroſpio in illius ad Cardinalatum promoti locum ſuffecto, duæ emanarunt appellationũ commiſsiones quarum priorem à ſententijs Rotalibus ſuper executione primi Breuis Lingua, alteram à ſententia Magni Magiſtri ſuper ſubreptione ſecundi Eques Annorant impetrauit.

Sed non ſpecificato, an vigore primæ, vel ſecundæ ad vlteriora procederetur R. P. D. meus Veroſpius bis vtraq; parte informante propoſuit dubium, an Equiti de Annorant obſtaret defectus quartæ Carauanæ, quo ſemper negatiuè reſoluto per optimas rationes deductas in deciſionibus æditis 1. Iulij, & 14. Decembris 1643. tandem ſententiam protulit confirmando priores Rotales, & pro omnibus in illis, & in litteris Apoſtolicis emanatis ad fauorem Equitis cõtentis mandata quæcunque, ac litteras executoriales decernendo.

Cumque ab ea ſententia exaduerſò appellatum non fuiſſet, & Eques in vim rei iudicatæ peteret ſibi concedi litteras executoriales etiam quoad quartam Carauanam eedem decretæ fuerũt præuia particulari diſcuſsione, an conſtaret de re iudicata etiam quoad quartam Carauanam, vt in deciſione emiſſa die 4. Iulij 1646. Hoc ipſum decretum executorialium, quod per appellationẽ Linguæ ad Me deuoluit confirmandum eſſe hodie reſponſum fuit cum in executorialibus rei iudicatæ † omne id comprehendi debeat, quod ſententia ipſa in iudicatum tranſacta complectitur *Anan. conſ. 5. num. 1. & ibid. Bologn. in addit. Rebuff. ad conſt. Reg. tom. 1. tit. de ſent. executor. art. 7. gloſ. 9. num. 17. Boer. deciſ. 68. num. 2.* 1

Complectitur verò ſententia à qua exaduerſò appellatum non fuit etiam reiectionẽ exceptionis defectus quartæ Carauanæ, tum explicitè, tum tacitè. Primo modo quia in ſecunda parte Iudex concedit executionem 2 pro † omnibus contentis in litteris Apoſtolicis, & ſic etiam in litteris ſecundi Breuis diſpenſatorij quartæ Carauanæ in actis productis, ſuper quibus Iudicem pronunciare voluiſſe, & cum effectu pronunciaſſe apparet ex relatione expreſſa ad acta, quam fecit in proemio ſententiæ, ibi, *de & ſuper litteris Apoſtolicis earumque litterarum Apoſtolicarum ad fauorem Domini Equitis Ioannis emanatarum, de quibus in actis executione, ac iuſtificatione &c. rebuſque aliis in actis productis &c.* itaut indefinita mentio litterarum Apoſtolicarum in numero plurali facta in parte diſpoſitiua ſententiæ vtrumque Breue in actis productum com-

comprehendat, nedum ex ſui natura cum
equipolleat vniuerſali *l.ſi ſeruitus 22. ff. ſeruit.*
vrb.præd.Grat.diſcept.650.n.9.Barboſ.aſſiom.123.
num.1. ſed etiam in vim ſpecialis relationis
3 ad acta † per quam dicitur pronunciatum
ſuper omni eo, quod in actis deductum fuit
Menoch.conſil.110.num.5.conſil.159.nu.4. Oſaſc.
deciſ.63.num.3.Rot.deciſ.500.num.9.par.5. recent.
fortiùs quia ſuper hac exceptione quartę Ca-
rauanæ, & Breuis diſpenſatorij executione
præceſſerant particulares, & acerrimę diſce-
4 ptationes, ac deciſiones † à quibus verba ſen-
tentiæ quatenùs opus ſit interpetrationem
quoque extenſiuam recipiunt *Socc. Iun. con-*
ſil.181.num.79.verſ.hoc etiam,& ſeq.lib.2. Scacc.
de ſent.& de re Iud.gloſſ.14.qu.17.num.72. & ſeq.
5 vbi ait quod deciſiones † ſunt pars ſententiæ
Buratt.dec.327.n.1.

Nec obſtat, quod primæ ſententiæ quas
vltima confirmauit non loquantur niſi de
primo Breui, quia vltima vltrà confirmatio-
nem priorum ſententiarum dat executionē
omnibus litteris Apoſtolicis productis in
actis, & potuit etiam nouvm ius hoc eſt ex-
cuſationem à quarta Carauana canonizare
6 vigore clauſulæ, *quam, & quas,* † in commiſ-
ſione directa tertio Iudici appoſitæ ad præ-
miſſa non reſtrictę *Put.deciſ.7.de appellat.Cocc.*
deciſ.47.nu.10.Rot.dec.552.par.4.diuerſ.& in Ro-
mana Domus 10. *Iunij* 1639. *coram Reuerendiſs.*
Epiſcopo Salamantino, quam clauſulam dedu-
7 ctam fuiſſe † ad ſpeciem ſuper nouo Iure ſe-
cundi Breuis, vt oportet *Mareſc.var.reſol.lib.1*
cap.20.num.18.Caputaq.deciſ.125.par.3. Rota de-
ciſ.82.num.8.par.4.tom.2.recent. demonſtrat ip-
ſius ſecundi Breuis productio coram eodem
Auditore, & ſpeciales diſcuſſiones, ac deci-
ſiones ſuper eo articulo ante tertiam ſenten-
tiam emanatæ, quas Rota præmiſit, vt dein-
8 de vnica ſententia† totum negocium termi-
naret, prout terminauit, & congruere Maie-
ſtati tanti Tribunalis ne multiplicando in
ſententijs litigantes ſuperfluis impenſis gra-
uentur, fuit dictum *in deciſ.427. num.3. par.2.*
deciſ.485.num.6.par.5. recent. & in Peruſina exe-
cutionis coram Penia impreſſ.apud Marcheſ.de com-
miſſ.par.3.fol.114.num.3.

Secundo modo ideſt tacitè, quia cum de-
fectus quartæ Carauanæ, qui dicitur in actis
9 deductum † per viam exceptionis eo ipſo
quod deſuper aduerſus actorem ſuſcepta
fuit diſputatio, & contradictio *Rot. deciſ.726.*
ſub num.6.verſ.& vbi etiam par.2.recent.dec.520
numer.4. & 5. part.5. eſſet incompatibilis
cum aſſecutione Commendæ, qui eſt effe-
ctus litis introductæ ſuper antianitate, prop-
terea Index pronunciando ſuper antianitate,
10 & procedendo ad vlteriora † videtur huiuſ-
modi exceptionem tacitè reieciſſe iuxtà no-
tata *per Doct.in c.ex parte il 2. de appellat. Gabr.*
de except.concl.1.num.23. Buratt.deciſ.15. num.7.
cum alijs alleg. in dec. R.P.D. mei Veroſpij 4. Iu-
lij 1646. §.1. quo magis cum vt ſupra dice-
bam fuerit ſuper hac exceptione particulari-
tèr diſceptatum:

Nec obſtat, quod articulus antianitatis
ab articulo incapacitatis ex omiſſione quar-
tæ Carauanæ diuerſus ſit non ſolùm re ipſa,
quia ſtant ſimul quod quis ſit antianus, &
tamen incapax Commendæ, ſed etiam ori-
gine iudicij cum ſuper antianitate lis pende-
ret vigore primi Breuis in tertia inſtantia
per appellationem linguæ à ſententijs Rota-
libus; at ſuper incapacitate ex defectu quartę
Carauanæ introducta fuerit in ſecunda in-
ſtantia per appellationem à ſententia Magni
Magiſtri declarante ſecundum Breue ſub-
reptitium ab Equite Ioanne interpoſitam;
vnde infertur quod nec tacitè, nec expreſsè
11 potuerit † vterque articulus vnica ſententia
terminari ex traditis *per Laderch.conſ.93. nu.2.*
verſ.ſecundò dico.

12 Quia connexio vtriuſque reſultar eſt poteſt
reſpectu finis ideſt aſſecutionis Commendæ
ad quem tendunt *Imol.conſ.139.num.2. Rot.de-*
ciſ.588.num.18.par.4.tom.3.recent.deciſ.8.num.7
coram bo.me. Buratt.ex tex.in l.quid.ergo §.penult.
ff.contr.Iudic.tutel. cum alijs alleg. à Menoch.de
arbitr.caſ.45.num.6.& 9. Maximè quia diſpu-
13 tationes Rotales † non concipiuntur in ab-
ſtracto, ſed in ordine ad finem, & effectum
de quo agitur, & certum eſt quod ad finem
aſſecutionis Commendæ exceptio incapaci-
tatis incompatibilis eſt cum executione Bre-
uis ſuper antianitate, cum & antianitas, &
14 capacitas † requiratur, vt ſtatutum eſt inter
ordinationes Religionis Hieroſolymitanæ *in*
cap.1.de Commend. & tradit *Lotther.de re benef.*
lib.2. qu.15. num.47. & 49. fuitque dictum *in*
Aquitanien. Prioratus 21. Febr. 1621. coram bo.
me. Archiepiſcopo Seleucien.

Potuitque articulus incapacitatis duplici
via in Rota cognoſci, vel nimirum in ſecun-
da inſtantia in gradu appellationis à ſenten-
tia Magni Magiſtri lata contra ſecundum
Breue, vel in tertia proſequendo iudicium
antianitatis, in qua licitū erat Linguæ Fran-
15 ciæ deducere per viam exceptionis† incapa-
citatem, quam in iudicio cępto Melite com-
mittendo cauſam Breuis diſpenſatorij dedu-
xerunt per viam actionis *Rebuff.conſ.190.verſ.*
item regulariter Grat.diſcept.445.num.12.& ſeqq.
pariterque licitum erat Equiti allegare, vt
fecit ſe tùm in vim breuis diſpenſatorij, tùm
eo ſemoto capacem eſſe effectus antianitatis
hoc eſt Commendæ non obſtante defectu
quartæ Carauanæ, quia ob impedimentum
16 exaduerſo ſibi præſtitum, † nè eam exple-
ret habetur ac ſi expleuiſſet in odium aduer-
ſarij, vt benè ponderat *deciſio D.mei Veroſpij 1.*
Iulij 1643. §.1.verſ.& quia.

Igitur tertia ſententia Rotalis vtrunque
diffinire potuit expreſsè, vel tacitè cum inca-
pacitas haberet excuſationem etiam de iure
communi, & in eodem iudicio tertiæ inſtan-
tiæ deducta fuiſſet, ac diſcuſſa non ſecus, ac
ipſum Breue diſpenſatorium iuxtà theoricā
Caſtr.conſ.164.num.2.& 3. vbi ait, quod quan-
17 do eſt vnica proſecutio † plurium petitio-
num eſt vnicum iudicium *lib.1.* quem ſequi-
tur *Laderch.in exaduerſo alleg.conſ.93.nu.2.verſ.*
qui inquit, atque hinc nec opus fuit reuocare

ſen-

ſententiam latam Melitæ aduerſus Breue diſpenſatorium, quia Eques opus non habebat eo breui ſtante dicta excuſatione ei competenti de Iure communi canonizata per deciſiones Rotales.

18 Præterea regula quod reuocanda eſt prima ſententia † ne detur ſententia contra ſententiam deſumpta, *ex l.1.Cod.quand.prouoc.non eſt, neceſſ.* recipit duas limitationes, alteram quã-

19 do prima ſententia † eſt notorie nulla, vel iniuſta, *Felin.in cap.inter monaſterium num.25. de ſent.& re iudic.Surd.conſ.164. num.44.& ſeqq.Seraph.deciſ.1123.num.5.Caualer.deciſ.42.num.5.deciſ.69. num.3.* Alteram quando non fuit † in

20 actis oppoſitum de prima ſententia eiuſque reuocatione, *Oſaſch.deciſ.1.nu.29.Penia dec.227. num.3.Caualer.deciſ.31.num.2.Rot.in rec.dec.161. num.2.par.1.*

Applicantur autem caſui noſtro, quia de oppoſitione primæ ſententiæ eiuſque reuocatione non apparet in actis, & ſententia Melitæ pronuncians breue diſpenſatorium eſſe ſubreptitium, ex duabus deciſionibus R.P.D. mei Veroſpii ſuper eiuſdem breuis iuſtifica-

21 tione æditis iniuſta † notoriè conuincitur, *Rot.deciſ.325. num.4. par.5.recent.* Eſtque vltrò nulla ex defectu Iuriſdictionis, quia cum cauſa ab initio fuiſſet commiſſa in Rota cum clauſula *quam & quas,* cuius vigore † omne

22 ius etiam futurum, & ex quacumque cauſa deductum eſſe dicebatur ex allegatis *in deciſione 210.num.6.deciſ.710. num.6.par.3.recentior.* Ibique eques Orator litem proſequeretur, commiſſio deinde ad inſtantiam linguæ directa Melitæ non facta mentione litis pendẽ-

23 tis † in Rota fuit ipſo Iure nulla tamquam ſapiens auocationem, *Biſignett. deciſ.13.de reſcript.Caſſad.deciſ.1.de reſcr.Seraph.deciſ.763.n.6. Buratt.deciſ.74. num.4.& ibi add.litt.B.latè Marcheſ.de commiſſ.par.2. fol.239. num.132.* & quod

24 ſententia lata † vigore commiſſionis ſubreptitiæ ſit nulla dixit *Rot.deciſ.564. nu.16.par.5. recent.* Vltra quod in vim dictæ clauſulæ *quam*

25 *& quas* procedi † potuiſſet, vt in prima abſque reuocatione alterius ſententiæ, *Rot.deciſ.264.nu.2.par.6.recent.*

Et ita deciſum vtraque Parte Informante.

CALAGVRITANA BENEFICII.

Veneris 27. Nouembris 1648.

ARGVMENTVM.

Beneficia ſimplicia poſſunt conferri dignis omiſſis dignioribus, quod tamen non procedit, quando particulari Conſtitutione, ſeu ordinatione Eccleſiæ contrarium ſtatuitur. Motus proprius Clementis VIII. mandat in prouiſione Beneficiorum Diœceſis Calaguritanæ eligi digniorem, & quis nam ad hunc effectum reputetur dignior?

SVMMARIVM.

1 *In beneficijs ſimplicibus an poſſit eligi dignus omiſſo digniori?*

2 *Beneficia ſimplicia de conſuetudine à Papa introducta conferri poſſunt dignis omiſſis dignioribus.*

3 *Et per hanc conſuetudinem videtur abrogata diſpoſitio contraria Innocentij III. loquens de beneficijs non curatis* in cap.1. §.circa vt beneficia ſine diminutione conferantur.

4 *Beneficia de Iure diuino, & naturali, ſecluſa ordinatione Eccleſiæ non videntur eſſe bona communia, & præmia meritorum, nec eſt præceptum, quod dentur dignioribus.*

5 *Beneficia ſimplicia conferenda ſunt dignioribus, quando aliqua particulari Eccleſiæ Conſtitutione ſtatutum eſt, nam conſtitutio illa facta videtur fauore Eccleſiæ, vt habeat meliores Miniſtros.*

6 *Conſtitutio ſan.mem.Clementis VIII. ſuper prouiſione beneficiorum Diœceſis Calaguritanæ in verbis mandat eligi digniorem, & expenduntur verba Conſtitutionis.*

7 *Conſtitutio Clementis VIII. loquens de officio examinatorum præcipit, quod peracto examine referant omnes oppoſitores idoneos reſpectu ſcientiæ ad curam animarum, licet ætas in eis deſit.*

8 *Hæc tamen Conſtitutio vult tantum ab examinatoribus ſcientiæ ſcrutinium fieri, nec ætatis aliarumque qualitatum rationem haberi, quod non videtur ſeruandum à Beneficiatis in præſentatione facienda poſt relationem examinatorum, & quibus eadem Conſtitutio præcipit, vt eligant digniorem.*

9 *Dignior eſſe poteſt is, cui deeſt ætas, ſi competitores alij s qualitatibus præcellat.*

10 *Dictio* ſimiliter *contenta in ConſtitutioneClementis VIII. ſuper prouiſione beneficiorum Diœceſis Calaguritanæ quid denotet?*

11 *Clauſula* quem maluerint *in eadem Conſtitutione tribuit facultatem Beneficiatis præſentandi, quem digniorem iudicauerint arbitrio boni viri.*

12 *Beneficia Diœceſis Calaguritanæ adiudicanda ſunt dignioribus, prout pluries fuit à Rota deciſum.*

13 *Beneficium adiudicandum eſt Sacerdoti in concurſu non Sacerdotis, licet agatur de beneficio non Sacerdotali.*

14 *Sacerdotium probatur ex litteris patentibus ordinarij.*

15 *Fides Baptiſmatis ætatem probat.*

16 *Aetas 25. annorum requiritur vt quis ad Sacerdotium promoueri poſſit ita diſponente* S.Conc.Trident.ſeſſ.23.de reform.cap.12.

17 *Dignior pro adiudicatione Beneficij reputatur, qui eſt approbatus ad audiendas confeſſiones cum facultate ampliſſima abſoluendi etiam à caſibus reſeruatis.*

18 *Item & qui habet licentiam generalem adminiſtrandi Sacramenta in tota Diœceſi.*

19 *Item dignior reputatur, qui eſt ætate maior data paritate ſcientiæ, aliſque qualitatibus concurrentibus.*

20 *Dignior præſumitur qui pro ſe habet inſtitutionem ordinarij.*

21 *Declara hoc procedere quando ordinarius aliquem ex pluribus approbatis præelegit, ſecus vero quan-*

do inſtituit ad præſentationem Beneficiatorum, quo caſu non intrat præſumptio pro Iudicio ordinarij.

22 *Præſentatio ac ſubſequens inſtitutio quando eſt attentata nullius eſt momenti.*

23 *Conſtitutio Clementis VIII. mandans Beneficium conferri ei, quem Beneficiati præſentauerint, loquitur in caſu quo omnes oppoſitores fuerunt ad Curata, ſiue ſimplicia ab examinatoribus approbati nulla interpoſita appellatione.*

24 *Secus vero in caſu contrario, nam per appellationem ligatæ ſunt manus Beneficiatorum quominus præſentent, & loco arbitrij Beneficiatorum ſuccedit arbitrium Rotæ.*

DECISIO CCCLXXI.

BENEFICII vacãtis per obitum Michaelis Munoz adiudicationem contendentibus Michaele Gurrea, & Ioſepho Ventura, quorum primus in examine iuxta formam motus proprii Clementini facto in partibus fuerat reiectus, & à mala relatione appellauerat, Rota cenſuit decernendam eſſe Ioſepho ex rationibus deductis in deciſione edita ſub die 26. Iunij 1648. coram me.

Nuperrimè Didacus Zappata vnus ex oppoſitoribus ad idem beneficium approbatis in dicto examine ad curam animarum, qui pariter à relatione examinatorum, eo quod dictam Ioſephum æquè idoneum ad curam animarum renunciauerunt appellationem interpoſuit, ſibi poſtpoſito Ioſepho beneficium adiudicari petiit, ipſique diſputato deſuper particulari dubio adiudicandum eſſe hodie Rota cenſuit tanquam digniori.

Quamuis enim etiam Ioſeph ſit dignus, & in beneficijs ſimplicibus quale eſt iſtud agitata valdè à ſcribentibus ſit quæſtio, an
1 eligi † poſſit dignus omiſſo digniori cum de beneficijs ſimplicibus, neque *Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reform. cap. 1. & cap. 18.* neque *Conſtitutio Pij V.* loquatur, antiqua verò iura admodum ſint dubia propter conſuetudi-
2 nem † introductam à Papa præferendi in huiuſmodi beneficijs dignos dignioribus quæ
3 videtur abrogata † diſpoſitio contraria Innocentij III. loquens de beneficijs non curatis *in cap. 1. §. circa vt benef. ſine diminut. conferan.* de
4 Iure autem diuino, & naturali † ſecluſa ordinatione Eccleſiæ beneficia nõ videntur eſſe bona communia, & præmia meritorum, nec eſt præceptum quod dentur dignioribus, ob quas rationes affirmatiuam ſentẽtiam tuetur, *Nauarr. de reſtit. lib. 2. cap. 2. num. 172. & num. 182.* quem ſequitur *Guttier. can. quæſt. lib. 2. cap. 11. ſub num. 12. col. 2.* vbi circa finem ait quod ſi aliud diceremus omnes ferè Prælati eſſent in ſtatu damnationis prouidentes beneficia ſimplicia dignis prætermiſſis dignioribus, quæ acerbiſſima profectò eſſet ſententia *Molin. de primog. lib. 2. cap. 5. numer. 55. Garz. de benef. par. 7. cap. 16. num. 16. & ſeqq. Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 19 num. 138. vbi allegat concordantes add. ad Greg. XV deciſ. 11. verſ. tertia concluſio, Seraphin. deciſ. 942. num. 5.*

5 Negatiua opinio ad fauorem dignioris cõtradictione caret † quando particulari aliqua conſtitutione cautum eſt beneficia ſimplicia conferri dignioribus, vt declarat idem *Garz. d. par. 7. cap. 16. num. 17. num. 39. & ſeq.* nam conſtitutio illa facta videtur in fauorem Eccleſiæ vt habeat meliores Miniſtros, *Rebell. de oblig. Iuſt. par. 1. lib. 3. quæſt. 5. in princip. verſ. tertio quia, Guttier. can. quæſt. d. cap. 11. nu. 55. in fin. Petrus Ledeſma 2. par. tract. 8. cap. 8. concl. 13. Barboſ. de iur. Eccleſ. d. cap. 19. nu. 137. in fin. Modern. Capuccin. à Bonon. de elect. dub. 33. n. 6.*

Et hic eſt caſus noſter, nam Conſtitutio
6 Clementis VIII. † in verbis mandat eligi digniorem, *ibi, ex quibus dicti Beneficiati quem ipſi, vel eorum maior pars digniorem inter approbatos ab examinatoribus ſimiliter iudicauerint præſentare & teneantur.* Nec obſtat quod ſupra eadem con-
7 ſtitutiõ † loquens de officio examinatorum, præcipiat ipſis vt abſoluto examine referant omnes oppoſitores idoneos reſpectu ſcientiæ ad curam animarum exercendam repertos, quotquot fuerint, licèt ætas in eis deſit, quia Pontifex ab examinatoribus voluit tan-
8 tum † ſcientiæ ſcrutinium fieri, ideoque ætatis, vel aliarum qualitatum rationem non habent, exindè autem inferri non poteſt, quod idem ſeruandum ſit in præſentatione poſt relationem examinatorum facienda à beneficiatis vnius ex *repertis idoneis* in examine, quem beneficiati maluerint, quia intra illis expreſsè præcipitur, quod eligant
9 digniorem qualis † eſſe poteſt etiam is, cui deeſt ætas ſi competitores præcellet alijs qualitatibus, *Mant. deciſ. 275. ſub nu. 4. cum alijs alleg. à Moderno Capuccino Bonon. de elect. dub. 32. ſub num. 3.* Et ponderanda eſt dictio illa *ſimiliter*, †
10 ibi *digniorem ſimiliter iudicauerint*, quæ denotat Pontificem etiam in caſu plurium approbatorum ad curam animarum paulo ſupra diſpoſito ſenſiſſe quod præſẽtaretur dignior ad tradita per *Gabr. conſ. 8. num. 13. lib. 2. Menoch. conſ. 628. num. 9. Surd conſ. 303. num 34. Barboſ. dictiõn. 367. num. 1.* Itaut clauſula ſuperius poſita
11 ibi, *quem ipſi maluerint* conferat dumtaxat facultatem præſentandi, quem digniorem iudicauerint arbitrio boni viri, quod ſolum ea clauſula tribuit *Caſtr. conſ. 335. nu. 3. lib. 1. Alex. conſ. 129. num. 53. lib. 1. deciſ. conſ. 493. nu. 16. in fin. Socc. Iun. conſ. 129. num. 54. lib. 1. Fab. de Annã conſil. 75. num. 28. & ſeqq. lib. 1. Rot. deciſ. 79. num. 10. par. 6. recent. & magis in terminis Molin. de primog. lib. 2. cap. 5. ſub num. 69. verſ. ſi vero electi.* Vndè in omnibus cauſis Calaguritanis fuit indiſtinctè deciſum beneficia adiudicanda † eſſe di-
12 gniori. vt in pluribus deciſionibus relatis in *Calaguritana Beneficij della Caſa della Reina 27. Martij 1648. coram R. P. D. meo Ghiſilerio.* Quod etiam ſemper ſecuriùs eſſe in beneficijs ſimplicibus admonet *Guttier. d. l. 2. cap. 11. ſub n. 12. col. 3. verſ. ſecurius tamen.*

Eſt verò Didacus Ioſepho dignior. Primò
13 ratione Sacerdotij, † quod prælationem præſtat in concurſu aduerſarij, qui Sacerdos non eſt, licet agatur de beneficio non Sacerdotali *Guttier. conſ. 2. num. 22. Dec. conſ. 542. nu. 12. & 13.*

Lara de cappell.lib.2.cap.3. num.17. Rot.in d.Calaguritana Beneficij della Caſa della Reina, & nouiſſimè in alia Calaguritana Beneficij 20. *menſis currentis coram R.P.D.meo Peutingerio*. Sacerdotium
14 verò † Ioſephi probatur ex litteris patentibus ordinarij, *Felin. in cap.poſſeſſionem num.*15. *de probat.Buratt.deciſ.*255. *num.*15.*deciſ.*708.*n.*1. & è conuersò aduerſarium talem non eſſe educitur, quia vt apparet ex fide eius baptiſ-
15 matis, quæ ætatem probat *Viuius deciſ.* 443. *num.*5.*lib.*3. *Seraph.deciſ.*1138. *num.*2.*Buratt.deciſ.*365.*num.*2. nondum attigit 25.annum † in
16 promouendo neceſſarium ex diſpoſitione *Concil.Trident. ſeſſ.*23. *de reform.cap.*12.*ac text.in clem.generalem de ætat. & qualit. cum alijs allegatis à Barboſ.de Iur.Eccleſ.lib.*1.*cap.*32.*n.*88.*&* 89.

Secundò dignior eſt Didacus, quia vltrò eſt approbatus ad audiendas confeſſiones †
17 cum facultate ampliſſima abſoluendi etiam à caſibus reſeruatis vt ponderauit *Rot.in Calaguritana Beneficij della Caſa della Reina* 4. *Iulij* 1646.*coram R.P.D.meo Veroſpio, & in eadem* 16. *Ianuarij* 1647. *coram me*. Imò habet etiam li-
18 centiam generalem † adminiſtrandi Sacramenta in tota Diœceſi, quam qualitatem magni fecit, *Rot. in Ripana Parochialis* 23.*Iunij* 1608 *coram Sanctiſs.D.N.*
19 Tertiò ætas maior † ex fide baptiſmatis probata illum digniorem reddit, data paritate ſcientiæ, & alijs qualitatibus concurrentibus, *cap cum in cunctis in princ.vbi gloſſ.verb.ætatis maturitas de elect.Innoc.in cap.*1. *nu.*1.*de maior. & obed. Rota in Calaguritana Beneficij de Logrono* 27.*Aprilis* 1646. *coram R.P.D. meo Roias, & in dicta Calaguritana Beneficij coram D. meo Peutingerio*.
20 Neque aduerſario ſuffragatur inſtitutio reportata ab Ordinario, † cuius iudicium dignoritatis præſumptionem facere ſolet, quia
21 hoc procedit † quando Ordinarius potuit præeligere ex pluribus aliquem; at iuxta motum proprium Clementis VIII. debuit inſtituere, quem beneficiati præſentarunt, & ſic non intrat iudicium Ordinarij, ſed beneficiatorum, quod erroneum conuincitur, dum ex ſupradictis Didacus dignior apparet. Præter quod tam inſtitutio, quam præſentatio
22 aduerſarij † cum ſit attentata nullius momẽti eſt, vt reſpondit *Rota in Calaguritana Beneficij de Cornago* 24. *Ianuarij* 1642. *coram Reuerendiſſ.Epiſcopo Salamantino, & in ſupracitata Calaguritana Beneficij della Caſa della Reina, §.non obſtat circa fin.coram R.P.D.meo Ghiſlerio*.In qua vlterius firmatum fuit, quod in gradu appellationis beneficium adiudicãdum eſt digniori quamuis ille à beneficiatis præſentatus non fuerit, eo quod Conſtitutio † Clementina
23 mandans beneficium conferri ei, quem Beneficiati præſentauerint loquitur in caſu quo omnes oppoſitores fuerunt ad curata, ſiue ſimplicia ab examinatoribus approbati, & à relatione examinatorum appellatum non fuit ſecus vero appellatione interpoſita † per quã
24 ligatæ ſunt manus beneficiatorum, quominus præſentent, & loco arbitrij eorum ſuccedit arbitrium Rotæ, idemque fuit dictum *in d.Calaguritana Beneficij coram R.P.D.meo Peutingerio*.

Et ità deciſum informante ſolum Didaco octies tamen aduerſario citato ad informandum.

BONONIEN. MANVTENTIONIS.

Veneris 4. *Decembris* 1648.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ *lib.*2.*ſub rubr.quod nullus occupet poſſeſſionem rei hæreditariæ, &c.* obſtat etiam hæredi ab inteſtato, quando ſciuit alium fuiſſe in teſtamento ſcriptum hæredem, & ex quibus huiuſmodi ſcientia reſultet? Et tale ſtatutum prohibet etiam retentionem ex cauſa legitimæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononiæ* lib.2. ſub rubric.quod nullus occupet poſſeſſionem, &c. *Obſtat etiam hæredi ab inteſtato, quando defunctus alium hæredem ſcripſit in teſtamento, de cuius validitate dubitari non poteſt.*

2 *Dictum tamen ſtatutum intelligitur de hærede ab inteſtato, qui ſciuit alium fuiſſe à Patre ſcriptum hæredem,ſecus vero ſi ignorauit, & huiuſmodi ſcientia ex quibus reſultet?*

3 *Scientia præſumitur ratione ſanguinis,& cohabitationis?*

4 *Scientia teſtamenti præſumitur vſque ab initio ex perſeuerantia, & continuatione in poſſeſſione rei hæreditariæ.*

5 *Statutum Bononiæ* dicto lib.2.ſub rubric.quod nullus occupet poſſeſſionẽ &c. *excuſat hæredem ab inteſtato contrauenientem ab incurſu pœnæ inflictæ non tamen ſuffragatur, quod poſſeſſio contra formam ſtatuti capta ſit manutenibilis.*

6 *Clauſula irritatiua poſſeſſionis contentà in ſtatuto Bononiæ ligat etiam ignorantes reſpectu nullitatis actus.*

7 *Præſertim quando ignorans ſciuit, nec ab actu deſtitit.*

8 *Statutum Bononiæ* d. lib. 2.rubric.quod nullus occupet &c. *impedit etiam retentionem ex cauſa legitima.*

9 *Legitima ante detractionem æris alieni dicitur illiquida.*

10 *Legitima non debet filio aſſignari arbitrio hæredis in vno corpore,ſed Iudex debet aliqua corpora aſſignare, nec meliora, nec deteriora, quibus filio pro legitima ſit conſultum.*

DECISIO CCCLXXII.

REMISSORIAE ſpe deſtitutæ DD. de Herculanis hęredes Iſottę tentarũt euertere fundamentum primæ Deciſionis ſuper articulo manutentionis editæ aduerſus illam obtinendo nouam audientiam, qua conceſſa,

& ſuper eiſdem hodie cauſa poſita Domini ſteterunt in deciſis.

Ineuitabilis enim eſt reſiſtentia Statuti
1 *Bononiæ lib. 2. ſub rubr. quod nullus occupet poſſeſſionem rei hæreditariæ*, quod obſtat etiam hæredi ab inteſtato quando vt in caſu noſtro defunctus alios hæredes ſcripſit in teſtamento, de cuius validitate dubitari non poſſit, vt ſatis comprobat *deciſio in §. euitari & ſeqq. & quamuis Caſtren conſ. 297. num. 1. lib. 1.* quem ſequitur *Monterent. ſuper hoc ſtatuto §. ſtatuimus verb. hæredi in fin. fol. mihi* 442. dixerit ſtatutum in-
2 telligendum eſſe, † de hærede ab inteſtato, qui ſciebat alium à patre ſcriptum fuiſſe hæredem; ſecus ſi ignorabat.

In caſu noſtro Iſotta allegare non poteſt ignorantiam, teſtamenti, cum illud apertum fuiſſet matre adhuc inſepulta, antequam filia poſſeſſionem caperet, & tam ratione ſanguinis, quam cohabitationis in eadem Ciuitate,
3 ſcientia † præſumatur, *Hond. conſ. 80. num. 47. lib. 2. Fab. de Anna conſ. 122. num. 5. lib. 2. Rot. in deciſ. 142. num. 7. in fine par. 4. recent. & in Romana Diuiſionis 20. Iunij 1639. §. dictam coram me.* Quo magis quia etiam producto in actis te-
4 ſtamento filia poſſideri non deſtitit; † nam ex perſeuerantia intrat præſumptio ſcientiæ ab initio, *Rota deciſ. 231. num. 3. part. 1. recentior. deciſ. 96. num. 2. & 3. deciſ. 151. num. 16. coram bon. mem. Card. Caualer.*

Præterea duo ex Dominis aduertebant ignorantiam excuſare quidem poſtea ab incurſu
5 pœnæ † per ſtatutum inflictę contrauenienti, in quibus terminis loquuntur *Caſtr. & Monter.* ſuprà allegati, ſed non ſuffragari ad effectum, vt poſſeſſio capta contrà formam Statuti ſit manutenibilis, quia clauſula irritatiua poſſeſ-
6 ſionis, † in eo contenta ligat etiam ignorantes reſpectu nullitatis, *Hieron. Gabr. conſ. 83. numer. 19. & conſ. 178. nu. 55. & ſeqq. lib. 2. Ant. Gabr. de clauſ. 3. num. 1. & ſeqq.* cum alijs ad propoſitum allegatis *à Caſtr. in tract. de iur. & fact. ignor. tit commun.* vtriuſque ideſt ſciat aut ignoret *reg. 12. num. 1. & 2. fol. mihi* 557. quibus additur *Pariſ. de reſign. lib. 11. quæſt. 3. num. 78. quæſt. 9. n. 49. & prius lib. 5. quæſt. 6. num.* 230. maximè quando
7 ignorans, † cum ſciuit ab actu non deſtitit, *Rota deciſ. 231. num. 3. verſ. et qui ab initio part. 1. recent.*

Quo vero ab prætenſam retentionem ex
8 capite legitimę † iterum reſponſum fuit omnem retentionem tolli è Statuto Bononiæ,
9 legittimã eſſe illiquidã † antequam detrahatur æs alienum, eamque in omnem euentum non poſſe arbitrio hæredis in vno corpore
10 eligi, † ſed partes iudicis eſſe aliqua bona aſſignare filio, nec meliora nec deteriora, quibus ei pro legitima ſit conſultum vt pluribus allegatis tradit *Anton. de Amat. reſol. 39. num. 18. Argel. de legittim. contradit, quæſt. 13. n. 10. & 39.*

Et ità deciſum informante ſolum Domina Marchioniſſa aduerſarijs tamen pluries citatis

ROMANA CENSVS.

Lunæ 14. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Solutiones trium vltimorum annorum inducunt præſumptionem ſatisfactionis annorum præcedentium hæc tamen præſumptio procedit in præidiciũ creditoris, qui recepit non autem in præiudicium tertij, contrà quem agitur pro repetitione ſoluti, tunc enim ſolutio annorum præcedentium probanda eſt, & ex quibus præſumptionibus, & coniecturis talis ſolutio iuſtificetur?

SVMMARIVM.

1 *Solutio trium poſtremorum annorum iuxtà diſpoſitionem* l. quicunq; C. de apoc. public. lib. 10. *inducit præſumptionem ſolutionis annorum præcedentium.*

2 *Declara hoc procedere in præiudicium creditoris, qui recepit nam contrà eum viget præſumptio, quod non recepiſſet poſtremas ſolutiones, niſi alias annorum præcedentium conſecutus fuiſſet.*

3 *Secus verò in præiudicium tertij, contrà quem agitur pro repetitione ſolutionum annorum præcedentium, tunc enim non ſufficit talis præſumptio, ſed ſolutiones aliunde probandæ ſunt.*

4 *Agens pro repetitione melioramentorum tenetur probare ea à ſe fuiſſe facta, nec ſufficit quod de illis conſtet.*

5 *Solutio pro reſiduo præſumptionem inducit reliquũ fuiſſe ſolutum.*

6 *Declara hoc procedere in præiudicium creditoris, cui ſolutio facta eſt, non autem quod eadem perſona, quæ ſoluit pro reſiduo relinquum ſoluiſſe præſumatur ad effectum illud repetendi à principaliter obligato.*

7 *Solutio præſumptionibus, & coniecturis plene probatur.*

8 *Fructus cenſus ſoluti præſumuntur à debitore principaliter obligato.*

9 *De ſolutione quoties non dubitatur debitor principalis, qui partem ſoluit præſumitur, & reliquum de ſuo ſoluiſſe.*

10 *Media præſumuntur eiuſdem qualitatis, cuius ſunt extrema.*

11 *Verba poſita in medio cenſentur prolata ab eadem perſona, quæ protulit verba extremorum.*

12 *Arguere à præſenti in præteritum quandoque licet.*

13 *Solutio probanda eſt ab eo, qui ſoluere promiſit.*

14 *Negatiua regulariter probanda eſt ab actore, quando eſt cauſa intentionis actoris.*

15 *Limitanõ procedere in negatiua cõſiſtente de aliquid dando, vel faciendo actori, tunc enim onus probandi affirmatiuam transfertur in reum.*

16 *Solutiones annorum præcedentium, ex quibus factæ à debitore præſumantur?*

17 *Solidatio vltima, ex quibus arguatur ab alia antecedenti diſtincta. & ſeparata?*

18 *Dictio* Et *appoſita inter duas ſummas ſiat augmentatiue.*

DE-

DECISIO CCCLXXIII.

MINIME obſtare cenſuerunt Domini
obiecta ab informantibus pro Corſijs
aduerſus deciſionem contrà ipſos editam 16.
Decembris 1647. deducta in memoriali alias
porrecto pro obtinenda noua audientia. Quo-
rum alterum eſt quod non probatur fuiſſe à
Maffeo ſolutos Balleonæ fructus cenſus, pro
quibus repetendis Maffei hęredes agunt con-
trà Corſios eiuſdem cenſus accollatarios, cũ
ad id probandum ab anno 1614. citrà exhi-
beatur ſolum ſolutio trium poſtremorum
1 annorum, quæ † iuxtà diſpoſitionem *tex. in*
l. quicunque C. apoc. public. lib. 10. inducit quidem
præſumptionem ſolutionis terminorum an-
2 tea decurſorum in præiudicium † creditoris,
qui recepit, quia ſcilicet non præſumitur,
quod recepiſſet vltimos tres terminos, niſi
temporis anteacti ſatisfactionem fuiſſet con-
3 ſecutus, non tamen † in præiudicium tertij
Gratian. dicept. 716. num. 20. & 30. ſeù in eodem
cenſu coobligati, aduerſus quem agitur pro
repetitione ſoluti ad hunc enim effectum,
quia actor fundat intentionem ſuam in dam-
no, quod patitur ob ſolutionem à ſe factam
non ſufficit præſumptio, ſeù probatio ſolu-
tionis factæ creditori, niſi ſimul probetur,
quod facta fuerit de pecunijs ipſius actoris ſi-
cut in ſimili dicimus quod agenti pro re-
4 petitione melioramentorum † ſatis non eſt
probare adeſſe melioramenta, ſed ſimul pro-
bandũ eſt, quod ipſe ea fecerit *Caſtr. conſ. 270.*
num. 4. lib. 2. Grat. diſcep. 193. num. 3. Rot. in Romana
Fideicommiſſi de Spiritibus 12. Ianuarij 1643. co-
ram me. Sic etiam dicimus quod licet ſolutio
5 alicuius ſummę † pro reſiduo præſumi faciat
reliquum fuiſſe ſolutum *Iaſ. in l. ſiquidem nu. 4.*
C. tranſact. Hering. de fideiuſſ. cap. 20. §. 21. num. 31.
6 hoc procedit † in præiudicium creditoris, cui
ſolutio facta eſt, & ità recepit, vt vlterius ad
quidquam petendum non admittatur, non
autem quod eadem perſona, quæ ſoluit pro
reſiduo alias partes debiti ſoluiſſe præſuma-
tur, & illas repetere poſſit à principaliter ob-
ligato, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 14. gloſſ. vnica*
par. 1. num. 35. Grat. diſcep. 570. num. 33. Anton. de
Amat. var. reſol. 97. numer. 9. & ſeqq. vbi allegat.
plures concord.

Alterum obiectum eſt quod Maffeus eſt de-
bitor Corſiorum in ſcutis 1531. de quibus per
errorem fuerunt Corſij creati debitores in
ſolidatione facta ſub die 13. Septembris 1613.
cum eadem ſumma includeretur in alia ſcu-
torum 1857. cuius ijdem Corſij declarati fue-
rant debitores in præcedenti ſolidatione ſub-
ſcripta die 30. Auguſti eiuſdem anni.

Sed primum tollitur quia fructus fuiſſe à
Maffeo ſolutos pro tribus annis de anno 1614
probat confeſſio aduerſariorum, & de anno
1623. probat publicum inſtrumentum extin-
ctionis cenſus. Quod verò Maffeus illos ſol-
uerit temporibus intermedijs elicitur ex plu-
ribus præſumptionibus. & coniecturis, qui-
7 bus † ſolutio plenè probatur, *Bertaz. conſ. ci-*
uil. 118. num. 1. Rim. Iun. conſ. 407. num. 12. Menoch.
præſump. 135. ſub numer. 22. lib. 3. Cinc. de cenſib.
quæſt. 87. num. 24 Surd. deciſ. 195. num. 10. Rot. inter
recent. deciſ. 259. nu. 2. par. 4. tom. 2.

Concurrit enim primo, quod Maffeus eſt
originaliter debitor cenſus, & quamuis ex
particulari conuentione longe poſt inita inter
Maffeum, & Corſios abſente Balleona credi-
trice cenſus illum Corſij accollauerint de an-
no 1606. ac extinguere promiſerint, nuſquam
tamen apparet, quod Balleona Corſios in de-
bitores agnouerit: imò ex publico inſtrumen-
to conſtat, quod cenſum extinſit cum ipſo
Maffeo, qui eſt principalis debitor, & à quo
8 proptereà fructus quoque præſumuntur ſo-
luti *Grat. diſcept. 570. ſub num. 31. verſ. cum etiam,*
& num. 42. Anton. de Amat. reſol. 97. num. 6. Surd. de
alim. tit. 1. quæſt. 48. nu. 19. Menoch. conſ. 611. nu. 22.
Rot. dec. 408. ſub n. 6. verſ. quæ à principali p. 1. rec

Secundò idem præſumi faciunt ſolutiones
fructuum à Maffeo, vt ſuprà factæ de anno
1614. & 1623: tum quia vbi de ſolutione non
9 non dubitatur † debitor principalis, qui par-
tem ſoluit præſumitur, & reliquum de ſuo
ſoluiſſe *Anchar. conſ. 436. ſub num. 3. verſ. præterea*
præſumendum Menoch. præſump. 63. num. 4. libr. 3.
Grat. diſcep. 570. num. 34. tum quia media præ-
10 ſumuntur † eiuſdem qualitatis, cuius ſunt
extrema, *Socc. conſ. 73. num. 22. lib. 1. Rimin. iun.*
conſ. 809. num. 8. Buratt. deciſ. 660. num. 1. & in
terminis ſolutionis *deciſ. 759. num. 7. & in ſimili*
Ioſeph. Ramon. conſ. 37. num. 162. ait quod verba
11 poſita in medio † cenſentur prolata ab eadẽ
perſona, quæ protulit verba extremorum.
Tum etiam arguendo à præſenti in præteri-
12 tum, vt licet *l. ex perſona C. probat. l. 1. §. ſi magi-*
ſtratus ff. magiſtr. conuen. l. ſi qui adulterij C. ad leg.
Iul. de adulter. Alex. in l. qui in aliena nu. 17. ff. acq.
hæredit. Ceph. conſ. 96. num. 19. & 20.

Tertiò accedit, quod Corſij non probarunt
ſe aliquando fructus cenſus Balleonæ ſoluiſſe
vt probare tenentur, quia cum ſoluere pro-
13 miſerint † ipſis onus probandi ſolutionem
incumbit *Salyc. in l. 2. num. 15. C. iur. emphit.* vbi
ait quod licet alias negatiua probanda ſit ab
14 actore quando eſt cauſa intentionis actoris,
15 tamen hoc eſt limitandum niſi negatiua † ſit
de aliquid dando, vel faciendo actori, & ſe-
quitur, *Rip. in l. in illa num. 15. ff. verb. oblig. Becc.*
conſ. 105. num. 12. Natt. conſ. 406. num. 12. conſ. 526.
num. 4. Rot. deciſ. 725. num. 8. par. 4. tom. 3. recent.

Tandem ex ipſo calculo de anno 1613. in-
ter has partes compilato, in quo Corſij con-
ſtituerunt ſe debitores Maffei ne dum fructuũ
cẽſus pro antecedẽti biennio ab illo ſolutorũ,
ſed etiã ſoluendorum in futurũ de anno 1614
reſultare videtur præſumptio, quod Balleo-
næ ſemper ſoluerit Maffeus, nam alioquin
pro anno futuro Corſij non promiſiſſent ſol-
uere Maffeo, ſed ipſi Balleonæ principali cre-
ditrici; adeo quod omnes ſolutiones antece-
16 dentium temporum † factæ præſumantur
à Maffeo, quamuis de illis in dicto calculo
mentio non habeatur vt per *Gabr. de ſolut. con-*
cluſ. 11. num. 11.

Secundum obiectum bene tollitur ex de-
ductis in prima deciſione ponderando quod
ſolida-

17 ſolidatio † ſecuta die 13. Septembris diſtincta penitus eſt ab alia ſolidatione antecedenti ſub die 30. Auguſti, in qua ambo fratres de Corſijs relati fuerunt debitores ſc. 1857. & quamuis ipſa partita ſc. 1531. habeat relationem ad cõputum antea ab Alexandro ſubſcriptum, ibi, *deue M. Alexandro come per ſuo conto appare da lui ſuſcritto à dietro*, non ideo intelligi poteſt de computo, ſeù ſolidatione prius facta cum Alexandro, & Paulo; illa enim continet debita communia vtriuſque hæc verò partita loquitur de debito ſolius Alexandri, & appoſita eſt augumentatiuè ad debitum ſcutorum 1857. ex dicta ſolidatione ab vtroque ſubſcripta prouenienſ, vt patet, quia in calculo poſt partitam dictorũ ſcutorum 1857. deſcribitur per Capitulum ſeparatum incipiens á dictione, *& ibi, & ſcu-*
18 *tis* 1531. *&c.* quæ appoſita † inter duas ſummas ſtat augumentatiuè *l. ea tamen adiectio ff. leg. 3. Pariſ. conſ. 42. num. 9. lib. 3. Surd. conſ. 200. num. 16. Menoch. conſ. 677. num. 4. Rot. deciſ. 33 n. 6. par. 2. recent.*

Ex quibus, & alijs in prima deciſione adductis cauſa hodie ſuper eiſdem poſita Domini ſteterunt in deciſis informantibus ſolũ hæredibus Maffei, altera tamen parte pluries citata.

CALARITANA CAPELLAE.

Lunæ 14. Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Melioramenta, vt melioranti reficiantur conſtare debet illa eſſe neceſſaria, vel vtilia, ac vlterius quod ſine illis res eſſet peritura, vel effecta deterior Item quod fructus rei fuerũt aucti. Melioramenta quamuis vtilia repeti nequeunt, ſi mala fide facta appareut.

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta probanda ſunt ab allegante.*
2 *Nec ſufficit conſtare de illorum exiſtentia niſi vltro facta probentur ab eo, qui de illis excipit.*
3 *Melioramenta voluptaria non reficiuntur.*
4 *Melioramenta dicuntur neceſſaria ſi conſtat ſine illis rem fuiſſe perituram, vel effectam deteriorem*
5 *Expenſæ tripliciter dicuntur neceſſariæ nempe reſpectu rei, perſonæ, & mixtæ.*
6 *Melioramenta iudicantur vtilia quoties apparet fructus rei fuiſſe auctos.*
7 *Ordinarius neceſſitati, ac vtilitati Eccleſiarum conſulere tenetur.*
8 *Ordinarius præſumitur informatus de ſtatu, & qualitatibus Eccleſiarum ſuæ Diœceſis.*
9 *Reus conuentus dicitur conſtitutus in mala fide propter inhibitionem ſpecialem, ne aliquid lite pendente faciat.*
10 *Melioramenta quamuis vtilia repeti nequeunt ſtante mala fide meliorantis.*
11 *Melioramenta facta in aliqua capella cenſentur ei donata, ac facta pro ſalute animæ ipſius meliorantis.*

DECISIO CCCLXXIV.

NE ad retardandam refectionem expenſarum, in quibus ſententia Rotalis lata ſuper pertinentia Iuriſpatronatus Capellę ſub inuocatione Sancti Sebaſtiani loci Bittij Frãciſcum Zattam reum Conuentum condemnauit idem obijceret compenſationem cum eo quod in melioranda dicta Cappella impendiſſe prætendit inſteterunt illi de Fois Gaſolis actores diſputari dubium, an melioramenta ſint reficienda, vel ne quod negatiuè fuit reſolutum.

1 Quia melioramenta † non probantur ab allegante, vt debet *Bero. conſ. 37. num. 6. lib. 2. Rolan. conſ. 28. num. 31. & ſeqq. lib. 1. Rot. deciſ. 161. num. 1. par. 2. recent. deciſ. 77. num. 10. par. 5.* ita vt
2 nec ſufficiat † conſtare de exiſtentia melioramentorum, niſi vltro à ſe facta probet, qui de melioramentis excipit *Caſtr. conſ. 270. nu. 4. lib. 2. Grat. diſcep. 193. num. 3. & fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Spiritibus 12. Ianuarij 1643 coram me*, ſicque vlterius probandum meliorationes fuiſſe neceſſarias, vel vtiles, quia
3 voluptuariæ † non reficiuntur *Rot. deciſ. 650. num. 4. par. 2. recent deciſ. 834. num. 12. coram bon. me. Buratt.*

Non inquam conſtat ſine aſſertis melioratio-
4 tionibus † rem fuiſſe perituram, vel deteriorem faciendam, quæ ſunt extrema conſtitutiua neceſſariȩ meliorationis *l. impune ff. verb. ſigni l. 1. ff. impenſ. in re dot. fact. vbi Alber. num. 2.*
5 *& 3.* notat impenſas tripliciter † dici neceſſarias ſcilicet reſpectu rei, perſonę, & mixtæ *Rot. deciſ. 6. num. 2. & ſeqq. par. 1. recent.* pariterque non apparet, quod ex pretenſis melio-
6 ramentis † fructus rei aucti fuerint, vt requiritur ad effectum ea vtilia iudicandi *l. 1. l. vel ſi vites l. impenſæ ff. impen. in reb. dotal. fact. l. impenſæ ff. verb. ſignif. Rot. dec. 650. num. 4. par. 2. recen.*

Quin imò nec vtilia nec neceſſaria eſſe prę ſumitur eo, quod Ordinarius ne illa fierent inhibuerat, nec alioqnin inhibuiſſet cum ne-
7 ceſſitati ac vtilitati † Eccleſiarum conſulere teneatur, vt in terminis reſtaurationis diſponit *Sacrum Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 7. & notat Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat. 64. num. 8.* ac de earum ſtatu, & qualitatibus ip-
8 ſum informatum † eſſe iura præſumant *Felin. in cap. ad aures num. 15. de reſer. Rot. dec. 30. num. 11. par. 6. recent.*

Dictaque ſpecialis inhibitio emanata ad in ſtantiam illorum de Fois Gaſolis occaſione litis pendentis ſuper pertinentia iuriſpatronatus operatur vlterius, vt propter malam fi-
9 dem in qua † reus Conuentus Conſtitutus fuit, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. limit. 29. n. 4. & declar. 1. ſub num. 40.* ipſe melioramenta
10 quamuis vtilia † eſſent repetere non poſſit *l. domum in fin. C. rei vendic. l. adeo §. ex diuerſo ff. acquir. rer. domin. Barboſ. in l. diuortio §. fin. par. 1. n. 76. verſ. illud ſane ff. ſol. matr. Peregr. conſ. 42. n. 21 lib. 1. Bellon. iun. conſ. 76. num. 55. & ſeqq. Seraph. deciſ. 898. num. 3. Rot. deciſ. 130. num. 18. par. 7. recent. deciſ. 153. num. 3. apud Cinc. de Cenſib. & in Romana fideicommiſſi de ſpiritibus 12. Decem-*

bris

bris 1644. *cor.me.* Sed potius cenſeantur dona-
11 ta † Cappellæ, & facta pro ſalute animæ ip-
ſius meliorantis *Coſt. de port.rat.quæſt.53.num.9
in fin. Rodoan. de reb. Eccleſ. non alien.quæſt.17.n.6*
quem refert & ſequitur *Surd.conſ.333.num.39*
Et ita deciſum vna tantum parte informante altera pluries citata.

PAMPILONEN. ALIENATIONIS.

Veneris 15. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum Eccleſiæ vt valeat copulatiuè requiruntur ſolemnitas, ac iuſta cauſa neceſſitatis, vel euidentis, vtilitatis quodquè ipſam Eccleſiam nō autem titularem reſpiciat. Pro extinguenda penſione diſtrahi nequeunt Bona Eccleſiæ, ſed illa extingui ſeu ſolui debent ex fructibus beneficij. Reliqua circa hanc materiam deſume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum Eccleſiæ nulla eſt, & inualida ex defectu iuſtæ cauſæ ac ſolemnitatis.*
2 *Penſio ſolui debet ex fructibus beneficij.*
3 *Nec pro ea extinguenda deueniri poteſt ad alienationem bonorum Eccleſiæ.*
4 *Alienatio bonorum Eccleſiæ vt valeat oportet quod cauſa ſiue neceſſitatis, ſiue vtilitatis reſpiciat ipsā Eccleſiam, non autem titularem.*
5 *Alienatio bonorum Eccleſiæ reperitur prohibita fauore Eccleſiæ non autem Clericorum.*
6 *Vnio eſt ſpecies alienationis.*
7 *Vnio fieri poteſt ex cauſa neceſſitatis, illa tamen conſideranda eſt non reſpectu Clericorum ſeu Canonicorum Eccleſiæ, ſed ipſiuſmet Eccleſiæ.*
8 *Bona Eccleſiæ vt ex cauſa æris alieni diſtrahi poſſint requiritur quod creditores vrgeant apud Iudicem.*
9 *Alienatio ex cauſa neceſſitatis eatenus permittitur quatenus neceſſitas vrgeat, & non vltra.*
10 *Aſſertioni alienantis bona Eccleſiæ non creditur circa iuſtam cauſam.*
11 *Item nec creditur aſſertioni executoris quando Iudicialiter procedere tenebatur.*
12 *Locationes licet non probent verum valorem ſufficiunt tamen ad probandum, quid & quantum fuerit tempore locationis perceptum.*
13 *Item ſufficiunt ad probandum quod cōtractus alienationis poſtea celebratus non fuit vtilis, ſed damnoſus Eccleſiæ.*
14 *Titularis intentare poteſt iudicium ſuper nullitate penſionis, ſeu pro illius reductione agere quoties fructus Beneficij non ſufficiunt pro congrua ſuſtentatione.*
15 *Neceſſitas alienandi bona Eccleſiæ ex quibus excludatur?*
16 *Vtilitas in alienatione rerum Eccleſiæ debet eſſe indubitata & euidens.*
17 *Cauſæ alienationis quoties fuerunt Papæ narratæ in litteris confirmationis, cum videantur ab ipſo approbatæ non egent vlteriori probatione.*
18 *Declara hoc procedere quando Papa in litteris cōfirmationis aſſeruit adeſſe cauſas neceſſitatis ſecus vero ſi conditionaliter reſcripſit dummodo alienatio pro euidenti neceſſitate facta fuerit ex quo conſtat, quod noluit cauſas expreſſas approbare, ſed illas executoribus remittere.*
19 *Beneplacitum non ſuffragatur quando eſt ſubreptitium & ſubreptio ex quibus reſultet?*
20 *Alienans bona Eccleſiæ ſi deuenit ad traditionem incidit in pœnam extrauagantis Ambitioſæ, quamuis in Inſtrumento alienationis fuerit reſeruatum beneplacitum Apoſtolicum.*
21 *Quicquid dicen. ſit ſi beneplacitum reſeruetur cum clauſula non alias aliter nec alio modo &c.*
22 *Forma Breuis Apoſtolici ſeruanda eſt.*
23 *Executor tenetur aſſumere partes Iudicis prauia citatione intereſſe habentium ſtante clauſula vocatis vocandis, non autem poteſt extraiudicialiter procedere, ac cognoſcere de cauſis in Breui narratis.*
24 *Citatio per edictum locum non habet quoties eſt certus qui citari debet.*
25 *Teſtes informiter examinati non probant.*
26 *Pro executore regulariter præſumitur.*
27 *Sententia ex actis non iuſtificata non meretur attendi.*

DECISIO CCCLXXV.

ALIENATIO molendini aliorumque
bonorum ſpectantium ad Archidiaco-
natum de Tabla facta de anno 1613. in San-
1 ctium de Moreal inualida † hodie dicta fuit
ex defectu cauſæ & ſolemnitatis copulatiuè
requiſitæ in alienationibus bonorum Eccle-
ſiæ, *cap.1.de reb.Eccleſ.non alien.in 6. clem.1.eod.
tit.& vtrobiq; Doct.Couarr.var.reſol.lib.2.cap.17.
n.2.Rot.dec.223.num.2.p.6.rec.*
Fuit ſiquidem ad alienationem deuentum
vt ſolueretur æs alienum contractum ab Ar-
chidiacono illius temporis pro extinguenda
penſione, quæ ſuper Archidiaconatu reſer-
uata fuerat ad fauorem clar.mem.Cardinalis
Antonij Facchinetti, cuius æris alieni ſolu-
tio cum ad ipſum Archidiaconum ſpectaret
2 non ſecus † ac penſionis extinctio & ſolutio
ex fructibus beneficij, *Caſ. de Graff. deciſ. 12.
num.1. de præben.Seraph.dec.66. num.3. Rot. inter
impreſſ.poſt Pacif.de Salu.deciſ.189.num.4. & de-
ciſ.5.ſub num.3. verſ.maxime par.2. rec.* præbere
non potuit iuſtam cauſam alienandi proprie-
3 tatem † bonorum Eccleſiæ, vt in puncto
*Rot. deciſ.94. num. 64. verſ. ac de ſolutione par.7.
4 recent.* oportet enim † quod cauſa ſiue ne-
ceſſitatis, ſiue vtilitatis reſpiciat ipſam Eccle-
ſiam non autem titularem, *§. nos igitur Auth.
de non alien.Redoan.de reb.Eccleſ.non alien. qu.20.
num.101.& ſeqq.Rot.deciſ.318. num.19. & ſeqq.
par.5.recent.* vbi dicitur quod alienatio repe-
5 ritur prohibita † fauore Eccleſiæ non autem
Clericorum, vt ſunt verba *gloſſ.in l.iubemus 14.
verb.conſentiant Cod. Sacroſ. Eccleſ.* ſicuti in ſi-
mili dicimus, quod neceſſitas ob quam fieri
6 poteſt vnio, quæ † eſt ſpecies alienationis,
cap.tua in fin.de his quæ fiunt à Præl.ſine conſ.Cap.
con-

præuia citatione intereſſe habentium, non autem per extraiudicialem informationem cognoſcendi de cauſis narratis, *cap. exhibita & ibi Abb. num. 6. vlt. notab. de Indic. Felin. in cap. fin. num. 23. de præſumpt. Grat. diſcept. 596. num. 30. & ſeq. & in puncto Rot. deciſ. 624. par. 2. deciſ. 94. numer. 49. par. 7. recent.*

At neque citati fuerunt Promotor Fiſcalis, ac Portionarij intereſſe habentes propter portiones panis & vini, ſibi ex fructibus Archidiaconatus debitos, quorum aliqui ſe oppoſuerant alienationi, cumque eſſent certi,
24 citandi † erant nominatim non autem per edictum *Abb. in c. ex tua nu. 3. de cler. non reſiden. Surd. conſ. 181. n. 6. Seraph. dec. 1276. n. 4. Rot. inter dec. 624. n. 8. p. 1. rec. dec. 516. n. 11. par. 5.* neque coram executore factæ fuerũt formiter pro-
25 bationes, ſed tantum exhibiti teſtes † aliàs informiter examinati, qui non probant, *l. ſi quando Cod. teſt. cap. 2. eod. tit. vbi Abb. num. 7. Felin. num. 6. Dec. num. 17.* adeo quod ex ipſa lectura proceſſus elidatur præſumptio quæ re-
26 gulariter † ſtat per executore, eiuſque ſen-
27 tentia vti non iuſtificata † ex actis nullius momenti ſit, & in his terminis *Caualer. deciſ. 215. num. 4. Rot. deciſ. 94. num. 43. part. 7. rec.*

Et ita vtraque parte informante.

NARNIEN. CAPPELLANIAE

Lunæ 8. Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Ordinarius facultatem habet deputandi Oeconomum lite pendente inter prouiſos de beneficio ex diſpoſitione *text. in cap. cum vos de offic. ordinar.* præcipuè quando talis deputatio non nocet collitigantibus, & fauet Eccleſiæ, cuius intereſt, vt beneficij redditus vberes ſint & cultus diuinus augeatur. Succeſſor non tenetur probare titulum anteceſſoris in poſſeſſione defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Oeconomus eligi ac deputari poteſt ab Ordinario in beneficio concurrente iuxta cauſa ex* diſpoſit. text. in cap. cum vos de off. ordin.
2 *Et iuſta cauſa deputandi Oeconomum reputatur ſi lis ſuper beneficio pendeat.*
3 *Poteſtas Oeconomum deputandi lite pendente deuoluitur ad Rotam in gradu appellationis, quia ſuccedit loco Ordinarij vigore* Clementinę Auditor de reſcript.
4 *Oeconomi deputatio facta cum obligatione præſtandi cedulam bancariam pro ſecuritate fructuum proficua eſt, nam hoc modo fructus extare dicuntur.*
5 *Oeconomus ſemper deputari debet quoties deputatio fauet Eccleſiæ, ac animæ Teſtatoris.*
6 *Quod vni non nocet, & alteri prodeſt denegari non debet.*
7 *Aqua quando eſt omnibus ſufficiens primus, qui habet molendinum in flumine non poteſt prohibere ſecundo quin aliud ædificet, quia hoc illi non nocet.*
8 *Quod ſemel placuit amplius diſplicere non debet noua cauſa diſſentiendi non intercedente.*
9 *Oeconomus ob non Ius collitigantis ne deputari poſſit, oportet illud eſſe notorium.*
10 *Indeffinita æquipollet vniuerſali.*
11 *Cappellania habetur pro erecta eo ipſo quod ab Ordinario fuit deſtinata.*
12 *Iuſpatronatus habetur pro erecto ex ſola deſtinatione.*
13 *Succeſſor in beneficio non tenetur probare titulum prædeceſſoris quando obijt in poſſeſſione.*
14 *Oeconomus pro cuſtodia & adminiſtratione fructuũ beneficij deputandus eſt de gremio Eccleſiæ.*
15 *Oeconomus deputari poteſt vnus ex collitigantibus ceſſante timore ſcandali.*

DECISIO CCCLXXVI.

TOT Cappellanias quot aſſignato ſingulis annuo reddito ſcut. 75. hæreditatis fructus paterentur erigi mandauit in ſuo teſtamento Romulus Boncambius cum onere cuilibet Cappellano celebrandi alternis diebus, ac reſeruatione Iuriſpatronatus Communitati Narniæ.

Quæ mortuo Teſtatore eiuſque teſtamento producto coram Ordinario petijt erigi vnam vel plures Cappellanias, quorum Cappellani poſſint habere pro ſingulis annua ſcuta 74. iuxta formam dicti teſtamenti & Ordinarius ſub die 14. Februarij 1639. Cappellanias prædictas in titulum erexit cum aſſignatione dictis Cappellanis fructuum, & reddituum hæreditatis iuxta diſpoſitionem teſtatoris. Deinde vero ſub die 30. Iunij eiuſdem anni inhærẽdo dictæ erectioni prius factæ declarauit tres tantũ Cappellanos poſſe pro tunc nominari iuxta vires hæreditatis de quibus ſe informatum aſſeruit, & ſine præiudicio alterius erectionis denuo erexit dictas Cappellanias cum numero trium Cappellanorum pro nunc, fueruntque ſucceſſiuè tres Cappellani à Communitate nominati, ac ab Ordinario admiſſi, nempe Iacobus Albertus, Renatus Brunellus, & Paulus Antonius Germanellus.

Verum quia hæreditatis redditus quatuor Cappellanis eſſe ſatis prętendebatur quartam Cappellaniam tanquam à ſui erectione vacantem impetrauit à Sede Apoſtolica Dominicus Boncambius, qui poſt captam poſſeſſionem mota lite contra tres Cappellanos vt ſupra nominatos quartæ Cappellaniæ ob inſufficientiam reddituum hæreditatis locũ eſſe negantes fuit à me, coram quo lis pendebat de ordine Rotę deputatus Oeconomus eorumdem reddituum pręſtita cautione idonea in forma depoſiti de ſoluendo dictis tribus Cappellanis, & eorum ſingulis annua ſcuta 75. monetæ de bimeſtre in bimeſtre ratam, ac deputationi tres Cappellani acquieuerunt.

In

In hoc rerum ſtatu defuncto dicto Dominico Boncambio in Curia de ipſa quarta Cappellania vti vacante in Curia per obitum Dominici prouiſus fuit à Sanctiſs. D. N. Dominus Conſtantius Centoflorenus & poſſeſſione capta ad euitandas trium Cappellanorum moleſtias inſtetit ſe deputari in Oeconomum offerens cedulam bancariam ſingulis annis renouandam tam in Vrbe, quam in Ciuitate Narniæ, vt tres Cappellani magis ſint ſecuri de annua ſolutione ſcutorum 75. pro quolibet, cumque illi Oeconomum non eſſe deputandum, eoque minus Dominum Centoflorenum cōtenderent, propoſui hodie dubium an ſit deputandus Oeconomus, & qui & Domini cenſuerunt Centoflorenum eſſe deputandum Oeconomum.

Nixi diſpoſitioni *tex. in cap. cum vos de officio*
1 *ordin.* † vbi iniungitur Ordinario, vt in beneficio concurrente iuſta cauſa Oeconomū
2 deputet; iuſtam autem cauſam † Doctores omnes docent eſſe ſi lis ſuper eo pendeat ſic ibi *Hoſtien. ſub num. 2. verſ. vnde Anchar. ſub n. 1. verſ. quarto nota & ſub nu. 3. verſ. tertio opponitur Henric. Boich. in princ. Ioan. de Imol. ſub num. 2. Lambert. de Iurepatr. par. 2. lib. 30. art. 1. quæſt. n. 2. verſ. in illis verbis Coſt. de remed. ſubſid. remed. 115. num. 15. Caputaq. ferè in punct. deciſ. 62. num. 3. p. 2. aliyque relati à Moder. Forolinien. in examine apum concluſ. 55. ſub num. 39.* Eadem vero poteſtas
3 deputandi Oeconomum † lite pendente in Rota manet penes Rotam, quia ſuccedit loco Ordinarij *Vitalin. in clem. Auditor num. 42. de reſcript. Abb. in cap. ſuper eo ſub num. 5. col. 4. de off. deleg. Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 31. num. 53. Rot. deciſ. 81. n. 14. apud Moder. de Iurepatr.*

Eo magis quia hoc nullatenus nocet tribus Cappellanis, cum ipſi conſequi non debeant niſi annua ſcuta 75. & hæc ſine aliquo impendio culturæ, aut cura vendendi fructus breuius conſequantur è manu Oeconomi
4 mediante idonea cedula bancaria † ſiue in Vrbe, ſiue in partibus quæ ipſos fructus repreſentat eorumque diuiſionem ſupplet, ac ſi ipſi fructus extarent, *l. Procuratoris §. fin. ff. tribut. act. Andreas Gail. pract. obſer. lib. 2. obſer. 47. num. 3. Vinc. de Franch. deciſ. 75. num. 9.* E con-
5 uerſo autem Eccleſiæ † ac teſtatoris animæ fauet, quod per deputationem Oeconomi, & maximè eius cuius intereſt fructus vberes eſſe conſtet ad quam ſummam fructus aſcēdant, vt iuxta præſcriptum teſtatoris aucto numero Cappellaniarum augeatur ſimul diuinus cultus, ac ſuffragia ſingulis Cappella-
6 nis impoſita; agendum enim eſt † quod vni nocet, & alteri prodeſt, *l. 2. §. item Varus ff. de aq. plu. arcen. Port. Immolen. conſ. 17. nu. 18. & in proximis terminis Iaſ. in l. quo minus num. 56. & 57. ff.*
7 *flumin. ait.* quod quando acqua † eſt omnibus ſufficiens primus, qui habet molendinum in flumine non poteſt prohibere, ſecundo quin aliud ædificet, quia hoc illi non nocet, *Vinc. de Franc. dec. 183. num. 8. & 9.*

Et amplius quia ſimili deputationi Oeconomi tres Cappellani alias acquiuerunt, vn-
8 de diſplicere † hodie non debet, quod ſemel placuit noua cauſa diſſentiendi non interuedente, *l. cum quærebatur ff. re iud. cap. quod ſemel de reg. iur. in 6. Surd. dec. 265. num. 25. cum alleg. per Barb. Axiomat. Iur. 196. num. 16.*

Non obſtat, quod prouiſio Apoſtolica ad fauorem Dominici per cuius obitum prouiſus fuit Dominus Centoflorenus eſſet obreptitia, eo quod falſo fuerit narratum Papæ quod quarta Cappellania erat erecta, & vacabat, namq; ne ob non ius collitigantis de-
9 putetur † Oeconomus, oportet illud eſſe notorium, *vt uetat Hoſt. in ſupracit. cap. cum vos verſ. niſi euidenter Henric. Boich. ibid. ſub numer. 2. verſ. & hoc verum de offic. ordin.* & ſic probanda eſſet clara & indubitabilis obreptio, ſeu falſitas erectionis narratæ.

Quæ ſaltem turbida redditur ex quo cū inſtante Promotore Fiſcali, & cōmunitate erigi plures Cappellanias quorum Cappellani poſſint habere pro ſingulis annua ſcuta 75. Epiſcopus indefinitè Cappellanias erexerit; erectio huiuſmodi includit etiam quartam Cappellaniam, quatenus illi redditus hæreditatis
10 ſufficiant, quia indefinita † æquipollet vniuerſali, *l. ſi pluribus ff. leg. 2. l. ſi ſeruitus 22. ff. ſeruit. vrban. præd. Alex. conſ. 171. nu. 5. lib. 1. Bero. conſ. 141. num. 2. lib. 3. Surd. deciſ. 210. num. 8.* Et quamuis aliquot poſt menſes Epiſcopus declarauerit tres tantum Cappellanos pro tunc poſſe nominari; coarctauit quidem ad tres ius nominandi competens Communitati, nō tamen præcedētem erectionem indefinitam Cappellaniarum, cui imò inhærendo, & ſine illius præiudicio hanc declarationem ſe facere dixit: adeo quod firma remanſit erectio
11 quartæ Cappellaniæ † quæ vltro habetur pro erecta eo ipſo quod fuit deſtinata, *vt ex in l. 3. §. quid ergo ff. contr. Iudic. tutel. tradit Gonz. ſuper regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 7. num. 92.* & in
12 ſimili Iuſpatronatus deſtinatum † haberi pro erecto dixit *Rot. deciſ. 530. num. 14. par. 1. recent.*

Cumque tres Cappellani acquieſcendo vt ſupra dicebatur deputationi Oeconomi ob litis pendentiam cum Dominico factæ, cui locus non fuiſſet ſi obreptio eſſet clara, eam talem non eſſe agnouiſſe videantur, eo minus de obreptione gratiæ Dominici, obijcere poſſunt aduerſus Centoflorenum de eadem Cappellania per Dominici obitum vacan-
13 tem prouiſum, † qui non tenetur probare titulum anteceſſoris in poſſeſſione defuncti, *Caſſad. dec. 2. num. 4. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. dec. 418. num. 6. par. 1. recent.* & manuteneri debet in eo ſtatu quo res erant tempore mortis anteceſſoris, ita vt durante lite, vel ſuper obreptione gratiæ Dominici, vel ſuper titulo ipſius Centofloreni deputandus ſit Oeconomus, pro vt alias deputatus fuit.

Deputandus autem viſus fuit idem Centoflorenus non ſecus, ac olim Boncambius
14 prædeceſſor, quia eſt de gremio † Eccleſiæ vt oportet *cap. quoniam in quibuſdam cap. in noua 16. quæſt. 7. Specul. in tit. de Oecon. ſub num. 2. Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 46. nu. 5. in fin.* & quia eius conteſtata probitas ſcandali excludit timo-

mo-

morem, quo ceſſante incongruum non eſt
15 deputare † vnum ex collitigantibus prout
bis ſe deputatum in beneficio ſibi collato teſtatur *Lambert. de Iurepatr. lib. 2. par. 2. quæſt. 1. art. 31. ſub nu. 3.* quem refert, & ſequitur *Coſt. de remed. 115. num. 20.* Nec obſtat quod ille alienauerit quædam bona Cappellaniarum quia alienatio iudicata fuit vtilis ab executore beneplaciti Apoſtolici deſuper emanati, & de hoc agendum erit in alio Iudicio coram Iudice appellationis à ſententia dicti executoris interpoſitæ.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

MEDIOLANEN. PRAEBENDAE.

Lunæ 1. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Sequeſtro locus non eſt, vbi poſſeſſio non eſt vacans, etiamſi contra ſe habeat decretum irritans, nam ad effectum, vt poſſeſſio dicatur vacans decretum debet eſſe omninò clarum, & indubitatum. Concurſus ex diſpoſitione Concilij Tridentini, necnon Conſtitutionis pianæ requiritur dumtaxat in parochialibus, ac beneficijs principalem curam animarum habentibus, non autem in Canonicatibus, ac Dignitatibus, quibus animarum curæ exercitium eſt annexum.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum apponitur etiam initio Iuditij, quando poſſeſſio eſt vacans.*

2 *Examen per concurſum requiritur in beneficijs curatis ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini, & Conſtitutionis pianæ.*

3 *Poſſeſſio infecta à decreto irritanti habetur pro vacua, & pro non poſſeſſione. Declara, vt nu. 7.*

4 *Decretum factum in viſitatione, quando dicatur effectuatum? & num. 5.*

6 *Status vltimus in beneficijs curatis non attenditur quando conſtat de anteriori contrario.*

7 *Poſſeſſio vt dicatur infecta à decreto irritanti appoſito in lege Generali, & pro vacua habeatur, oportet illud eſſe omninò clarum.*

8. *Examen per concurſum à Concilio Tridentino, & Conſtitutione piana requiſitum locum habet dumtaxat in parochialibus, ac beneficijs principalem curam animarum habentibus, non autem in Dignitatibus, & Canonicatibus habentibus tantum curæ exercitium acceſſoriè annexum.*

9 *Curæ exercitium, non autem ipſam curam eſſe beneficio annexum? ex quibus colligatur?*

10 *Cura animarum ſi reſidet penes Archipresbyterum Canoniti coadiutores in exercitio curæ nullo modo dici poſſunt curati, & redditur ratio numero ſequenti.*

11 *Mulier vna non poteſt duos, aut plures ſponſos habere, nec corpus vnum duo capita.*

12 *Eccleſia non debet habere duos, aut plures Curatos, ſed vnicum ſponſum Sacerdotem, & Rectorem.*

13 *Beneficij Curati præcipuum requiſitum eſt, quod Rector curam exerceat nomine proprio non autem alieno.*

14 *Sequeſtrũ apponi nequit non citato poſſeſſore etiamſi ſit intruſus dum intruſio non eſt notoria. Intruſus eſt etiam citandus, quando intruſio non eſt notoria ibid.*

15 *Concilium Tridentinum examen per concurſum requirit ſolùm in beneficijs curatis, in alijs verò requirit habilitates de iure communi neceſſarias.*

16 *Habilitas præſumitur in eo qui alias fuit examinatus, & approbatus.*

17 *Optans præbendam acquirit tantum mæram temporalitatem non autem nouum titulum beneficij, ſed antiquum retinet. Optio præbendæ non cadit ſuper titulo beneficiali, ſed tantum ſuper mæra temporalitate ibid.*

18 *Ordinarius poteſt inhibere poſſeſſori beneficij, cui incumbit curæ exercitium, ne illam exerceat abſque examine, & approbatione.*

19 *Sequeſtrum aliquando apponitur, ſi militat periculum animarum, & concurrit publica Eccleſiæ vtilitas.*

20. *Optio præbendæ fieri poteſt donec cognoſcatur, an ſit curata.*

DECISIO CCCLXXVII.

1 REGVLAE prohibentis initium Iudicij a ſequeſtro † limitationem ob poſſeſſionis vacantiã applicari ſentiebat Aduocatus fiſcalis Curiæ Archiepiſcopalis Mediolani, eo quod licet Bonfantius Canonicatus, & præbendæ poſſeſſionem acceperit, quia cæpit abſque præuio examine Ordinarij re-
2 quiſito † in beneficijs Curatis, tùm ex diſpoſitione *Sac. Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reform. cap. 18.* tùm ex præſcripto Conſtitutionis ſa. mem. Pij V. relatæ *à Gonz. ſuper reg. 8. Cancell. gloſ. 4. num. 138.* eadem poſſeſſio † tanquam
3 infecta à decreto irritanti in Apoſtolicis cõfirmationibus Concilij Tridentini appoſito habetur pro vacua, & pro non poſſeſſione *Lotther. de re benef. lib. 2. cap. 46. num. 76. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. ſub num 418. & nu. 421. & ſeq. Cocc. deciſ. 51. nu. 4. cum alijs alleg. à Moder. Peruſ. de manuten. obſer. 71. num. 70.*

Eſſe autem huic præbendæ, & Canonicatui annexam curam animarum probare videbatur decretum Sancti Caroli tunc Ar-
4 chiepiſcopi Mediolani in viſitatione † anni 1578. regiſtratum etiam in libro viſitationis factæ de anno 1621. à Card. Federico Boromeo ſucceſſore in Archiepiſcopatu, ac effectuatum per obligationem à Io: Petro de Lacu eiuſdem Canonicatus, & Præbendæ poſſeſſore ſucceſſiuè factam de ſuſcipiendo onus annexum Curæ animarum, & adimplendo contenta in d. decreto, quæ obliga-
5 tio, † iuncto præſertim illius adimplemento, de quo fidem facit idem Io: Petrus de Lacu, vt in Summ. Aduocati fiſcalis *numer. 4. & 5.* ſufficit ad probandam ipſius decreti effectuationem *vt ex text. in l. ad ſolutionem C. re iudic. & in l. quædam mulier ff. rei vendic. ponderauit Rot. deciſ. 295. nu. 3. par. 3. recent. & in Roſſanen. exemptio-*

nis 20. *Aprilis* 1640. *coram Reuerendiſs. Epiſcopo*
Salamantino: itaut nihil obſtet quod Canoni-
catus in vltimo Statu fuerit collatus tanquã
non habens curam animarum, quia hoc non
deſtruit præcedentem decreti effectuationem
iuxtà theoricam *Bart. in l. de quibus num. 16. in 2*
lect. ff. de legib. quam ſequitur *Socc. conſ. 6. nu. 2.*
conſ. 145. num. 2. lib. 1. Rot. dec. 36. num. 38. & 39.
coram Reuerendiſs. Vrgellen. & in beneficijs cu-
6 ratis non attenditur vltimus Status† quando
conſtat de anteriori contrario, vt dixit *Rota*
deciſ. 489. ſub num. 4. verſ. & in omnem euentum
par. 3. recent.

His tamen non obſtantibus confirmata
fuit deciſio pro reuocatione ſequeſtri *edita*
ſub die 8. *Iunij* 1648. quia vt ob reſiſtentiam
7 decreti irritantis † appoſiti in lege generali,
quale eſt Concilium Tridentinum, & Con-
ſtitutio Piana poſſeſſio habeatur pro vacua,
oportet omninò clarum eſſe, quod eidem
decreto ſit locus *Gonz. ſup. reg. 8. Cancell. gloſ. 67*
num. 32. & 39. Lotber. de re benef. lib. 2. qu. 8. nu. 77
Caputaq. deciſ. 325. num. 8. & ſeqq. par. 1. Rot. inter
recent. deciſ. 341. num. 2. deciſ. 562. nu. 2. & 3. par. 1.
deciſ. 8. num. 4. coram Card. Caualer. & in Legionen.
beneficij 4. Iulij 1640. *coram Reuerendiſs. Terra-*
cinenſi, At clarum omninò non eſt, quod
Canonicatus de quo agitur cadat ſub diſpo-
ſitione Concilij Tridentini, ac dictæ Conſti-
tutionis, cum ipſa Conſtitutio necnon Con-
cilij *ſupracit. cap. 18.* requirens examen per cõ-
8 curſum † loquatur de Parochialibus, ac be-
neficijs principalem curam animarum habẽ-
tibus, neque comprehendat Dignitates, &
Canonicatus quibus curæ animarum exerci-
tium dumtaxat eſt acceſſoriè annexum *Caſtr.*
Palao oper. moral. tract. 13. diſp. 3. punct. 2. §. 5. nu. 6.
Barboſ. in coll. ad Conc. d. cap. 18. nu. 5. & de poteſt.
Epiſc. alleg. 60. num. 26. & ſeqq. poſt Germon. de in-
dul. Card. §. quibuſuis num. 7. & 8. Zecch. de repub.
Eccleſ. cap. 28. de parocho n. 8. Garz. de benef. pa. 9.
cap. 2. num. 193. Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 5. §. 7. n. 13.
Rot. dec. 323. num. 8. in fin. par. 2. recent.

Huic verò Canonicatui, non ipſam curam
9 ſed† illius exercitiũ tantùm acceſſoriè ineſſe
ſuadere videtur tenor ſupracitati decreti S.
Caroli, quo iſte necnon alius Canonicatus
effecti ſolùm fuere coadiutorales Archipreſ-
bytero in cura animarum eidem Archipreſ-
bytero incumbente, itaut ſemper habeant
onus annexum coadiuuandi Archipresbyte-
rò, vnde duo reſultant ad hunc effectum põ-
deranda; Alterum quod cum adſit Archi-
10 presbyter† penes quem Cura animarum re-
ſidet, Canonici coadiuutores in exercitio
Curæ nullo modò dici poſſunt curati, vt reſ-
pondendo omnibus contrarijs, concludit
Oldr. conſ. 67. nu. 1. & per tot. vbi dicit rationem,
11 quia ſicut vna mulier † non poteſt duos, vel
plures Sponſos habere *cap. 1. de ſponſa duorum*
nec vnum corpus duo capita, ita neque Ec-
12 cleſia† duos, aut plures Curatos, ſed vnicum
ſponſum Sacerdotem, & Rectorem *c. in api-*
bus 7. qu. 1. Mandoſ. conſ. 20. num. 7. & 8. Gonz. ſu-
per reg. 8. Cancell. gloſſ. 6. n. 42. & ſeqq. Rot. dec. 52.
num. 17. & ſeqq. par. 2. diuerſ. deciſ. 489. numer. 3.
par. 3. recent. & in puncto Canonicorum coa-
diutorum *Grat. diſcept. 865. n. 20. & 21. & n. 23.*
& ſeqq.

Alterùm quod præfati Canonici coadiu-
tores curam exercere debent nomine Archi-
presbyteri; Cum tamen inter eſſentialia re-
13 quiſita conſtitutiua beneficij curati † præci-
puum ſit, quod Rector curam exerceat no-
mine proprio non alieno *cap. extirpandæ §. qui*
verò de præben. Miliſ. in repert. verb. Eccleſia Paro-
chiales, quæ dicatur *Rot. d. dec. 52. num. 16. par. 2.*
diuerſ. d. deciſ. 489. nu. 2. par. 3. rec. & in Gerunden.
Prioratus 14. *Iunii* 1645. *coram Me*.

Quæ Domini ponderarunt, non vt firma-
rent qualitatem huius Prebendæ, an ſcilicèt
ſit curata nec ne, ſed colligendo exindè du-
bium ſaltèm eſſe, an intret decretum irritans
Concilij Tridentini, ſeù Conſtitutionis Pia-
næ, iuncto præſertim vltimo ſtatu, in quo
Præbenda fuit collata tanquam immunis à
Cura animarum; itaut nullatenùs incipi po-
14 tuerit à ſequeſtro † eoque minus abſque ci-
tatione poſſeſſoris, qui eſto quod fuiſſet in-
truſus citari debuiſſet, dum intruſio non eſt
notoria *Roman. conſ. 158. num. 1. & conſ. 499. n. 4.*
& 5. & ibi add. litt. G. Ferrett. conſ. 31. nu. 38. Rot.
in Valentina Rectoria 24. Martii 1647. *§. hinc in-*
formantes coram Me, & in puncto ſequeſtri *de-*
ciſ. 513. num. 8. par. 1. rec.

Quatenùs autem examinis neceſſitas edu-
citur *ex Conc. Tridentino ſeſſ. 7. de reform. cap. 13.*
15 reſpondetur, quod Concilium † in ſolis be-
neficijs curatis præſcripſit formam examinis
per concurſum, in alijs verò requirit habili-
tates de iure communi neceſſarias, vt ſequẽ-
do declarationem Sac. Congregationis Con-
cilij interpetrum, dixit *Rota penes Seraph. de-*
ciſ. 942. num. 6. quam refert, & ſequitur *Mo-*
der. Neapolitanus in diuerſor. Iur. Can. rub. 5. cap. 3
num. 11. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 60. num. 37.
quæ præſumuntur concurrere in Bonfante
16 cum † alias fuerit examinatus, & approba-
tus ad alium Canonicatum, nec hodie mu-
tauerit titulum, ſed hanc præbendam aſſecu-
17 tus fuerit mediante optione† per quam cum
non cadat ſuper titulo beneficiali, ſed ſolùm
ſuper mera temporalitate non acquiritur no-
uus titulus, ſed antiquus retinetur *Card. con-*
ſil. 126. num. 4. Monet. de optin. cap. 7. num. 18. & 21
Lotther. de re benefic. lib. 2. qu. 38. numer. 31. Caſſad.
deciſ. 17. num. 1. de præben. Rot. dec. 15. de conſuet. in
antiq. dec. 604. num. 3. par. 4. diuerſ. & in Bergomen.
Penſionis 23. *Martii* 1640. *coram bo. me. Coccino.*

Igitur nulla ratione deueniri poterat ad ſe-
queſtrum in ipſo limine Iudicij poſſeſſore
non citato, ſed ad ſummum poterat Ordina-
18 rius † inhibere Bonfanti ne curam exerceat
abſque examine, & approbatione, vt per
Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 186. & ſeqq. Grat.
diſcept. 865. num. 44. & donec plenius cognoſ-
catur, an Præbenda ſit curata, nec militat pe-
riculum animarum, & publica Eccleſiæ vti-
19 litas† ob quam aliquando apponitur ſeque-
ſtrum *Rot. deciſ. 5. in fin. vt lit. penden. in antiq. de-*
20 *ciſ. 469. nu. 7. par. 3. diuerſ.* nec dici poteſt† pro-
hibita optio, vt *per Monet. de opt. cap. 3. quæſt. 6.*
num. 128.

num.128.& 131.in fin.Garz.de benef.par.5.cap.4. num.132.

Et ideò Domini ſteterunt in deciſis vtraq; parte informante.

GERVNDEN. PRIORATVS.

Lunæ 8. Martii 1649.

ARGVMENTVM.

Valor per non exceſſum non probatur per Teſtes deponentes per aſcenſum. Confeſſio extraiudicialis non nocet confitenti, quando non emanauit animo deliberato fatendi veritatem. Teſtes ſimpliciter deponentes de locationibus, ſiuè affictibus beneficij non ſunt intelligendi deductis oneribus.

SVMMARIVM.

1 *Valor per non exceſſum licet non requirat exactiſſimas probationes nihilominus illæ debent eſſe tales, vt certum reddere poſſint animum Iudicis à cuius arbitrio id plurimum pendet.*

2 *Teſtes deponentes de valore beneficii percutere debent tempus gratiæ.*

3 *Valor per non exceſſum non probatur ex teſtibus deponentibus per aſcenſum,*

4 *Teſtes in concurſu præferuntur qui ſunt numero plures, quibus maior fides adhibenda eſt.*

5 *Confeſſio emiſſa in precibus ſuperat omnes alias probationes.*

Valor probatur ex confeſſione aduerſarii emiſſa in ſupplicatione ibid.

6 *Confeſſio extraiudicialis non probatur per vnicum teſtem, ſed duo ſaltìm conteſtes requiruntur.*

7 *Confeſſio extraiudicialis ſine animo deliberato fatendi veritatem non nocet confitenti.*

8 *Confeſſio emiſſa ad vnum effectum non nocet quoad alium diuerſum.*

9 *Teſtes deponentes de affictibus, ſiuè locationibus beneficii non cenſentur ex eis onera deduxiſſe.*

10 *Contradictor legitimus non eſt prouiſus ab Ordinario aduerſus prouiſum Apoſtolicum.*

11 *Contradictor legitimus efficitur eoipſo quod, quis fuit ab aduerſario in iudicio vocatus.*

12 *Dubia diuerſa non ſunt de ſtylo Rotæ cumulanda, nec coaceruandæ diſputationes.*

DECISIO CCCLXXVIII.

RESTRINGENDO diſputationem ad narratiuam valoris, nàm in cęteris emerſerunt iterùm difficultates in prioribus deciſionibus excitata, adhuc ob non iuſtificationem narratiuę valoris, Rota eaſdem deciſiones confirmauit cauſa deſuper hodie rursùs propoſita.

Quamuis enim valor narratus per non exceſſum, vt in caſu noſtro non requirat exa-
1 ctiſſimas probationes, † illę nihilominùs debent eſſe tales, vt certum de valore narrato reddere poſſint animum iudicantis à cuius arbitrio id plurimum pendere, dictum fuit *in Caſertana Penſionis 31. Martij 1645. coram me & in Placentina Canonicatus 27. Maij 1647. §. pro coadiunda circa fin. coram Reuerendiſs. Terracinenſi.*

Cuiuſmodi non ſunt quas Bompat adducit; ſiquidem omiſſis prouiſionibus Apoſto-
2 licis, ac teſtibus tempus gratiæ † non percutientibus, vt requiritur *Felin. in c. eam te n.18. de reſcript. Rota deciſ.419.nu.1.coram ſa.me. Greg. XV. & dec.210.num.5. coram Penia*, remanent duo teſtes nempè primus, & quartus inter nouiſſimè examinatos, quorum tamen primus deponit de valore per aſcenſum ad libras 200. Barchinone, prout etiam per aſcenſum deponit quartus, & ſextus dati in Sum. Bompar *num.2.* ex quorum propterea dictis
3 non † reſultat probatio valoris narrati per non exceſſum *Rot.dec.1[illegible].num.3.num.5.& ſeq. par.1.recent.*

Quinimò contrarium quia libræ 200. Barchinonæ conſtituunt ducatos 125. de Camera, & ſic excedunt valorem narratum. Accedunt alij quatuor teſtes deponentes paritèr de libris annuis 200. vt ponderat vltima *deciſio §. penult.* quibus ſanè tanquam numero
4 pluribus † maior fides eſt adhibenda *l.ob carnem §.fin.ff.teſtib.Ruin.conſ.145.num.1.lib.5.Rota dec.245.num.3.par.1.recent.* iuncta præſertim confeſſione ipſius Bompar in gratia, ſi neutri vltimo loco impetrata exprimẽdo huiuſmodi valorem per non exceſſum in ducatis
5 140. quæ ſuperat † omnes alias probationes. *cap.per tuas de probat.Rot.in dec.101.num.7.par.1. rec.& deciſ.91.nu.4.par.4.tom.2. Buratt. dec.300. num.7.*

Vnde non intrat concurſus teſtium, & ratio illos cõcordandi in minori ſumma, quia vnicus teſtis, nempè vltimus ex nouiſſimè examinatis deponit de minori ſumma per non exceſſum. Et quatenùs ait ità ſe audiuiſſe à Franciſco Pejoan in hac cauſa reo cõuento, non ideò eidem Franciſco obijci poteſt propria confeſſio; tùm quia ad eam pro-
6 bandam non ſufficit vnicus teſtis, † ſed requiruntur ſaltèm duo conteſtes *Rot. deciſ.55. num.7.apud Zacch.de ſociet.dec.664.num.3.par.1. recent.& in Panormitana Archidiaconatus 15. Iunij 1590. coram Penia inter eius impreſſ. deciſ.94. num.9.* tùm etiam quia d. teſtis ait id Franciſcum faſſum fuiſſe occaſione concordiæ, quæ inter ipsũ, & Bompar tractabatur, ideoque potiùs ad alliciendum Bompar, cum in huiuſmodi tractatibus partes ſemper ſtudere ſoleant ad reddendam meliorem propriam
7 conditionem, quã animo deliberato † fatendi veritatem, ſine quo confeſſio extraiudicialis non nocet *Rot.dec.466.nu.4.par.1. recent. & in Lauretana Prædii 22. Aprilis 1641. coram*
8 *Me*, eo minus quia emanauit † ad alium effectum *Salyc.in l.1.num.8.Cod.confeſſ. Marſil. in rubr.C.probat.num.88.& ſing.464.num.2.Surd. conſ.371.num.62. Rota inter impreſſ.apud Cinc. de cenſib.dec.148.n.14.* At è conuerſo de maiori ſumma per aſcenſum adeſt explicita confeſſio, vt ſupra emiſſa à Bompar ad hunc ipſum effectum ſanandi narratiuam non veri valo-

tis in gratia, de qua agitur expreſſi, necnon plures teſtes ſuperiùs ponderati, quorum plerique cum deponant de locationibus intelligendi ſunt deductis oneribus pro fructuum recollectâ neceſſarijs *ex allegatis in vltima deciſione in fin.*

Non obſtat, quod detrahenda ſint onera
9 ipſius Eccleſiæ, quæ deduxiſſe † non cenſentur teſtes ſimpliciter de affictibus deponentes *Lotiber. de re benef. lib. 1. qu. 43. nu. 13. & ſeqq. Rota dec. 444. num. 5. par. 2. recent.* quia non fuit probatum ad quam ſummam huiuſmodi onera aſcendant, & vltrà dd. libras annuas 200. adſunt emolumenta incerta, necnon alij fructus de quibus deponit tertius, & quintus teſtis dati in Sum. nouo Pejoan *num. 2.*

Tandem non obſtat, quod Pejoan vti pro-
10 uiſus ab Ordinario de hoc beneficio Sedi Apoſtolicæ reſeruato non ſit legitimus contradictor; nam Bompar illum ſimpliciter ci-
11 tando † legitimum contradictorem agnouit *Seraph. deciſ. 144. num. 5. Buratt. dec. 651. nu. 5. Rot. inter recent. dec. 185. num. 10. par. 5. & de communi Arg. de legit. contrad. qu. 3. art. 1. n. 19.*

Quo verò ad gratiam ſine utri nouiſſimè à Bompar obtentam Domini dixerunt eſſe particulariter diſcutiendam, cum in vltima deciſione, quæ hodie ad trutinam reuocata fuit agatur ſolum de executione prouiſionis Apoſtolicæ tanquam de vacanti per obitum Petri Caſes, & iuxtà laudabilem ſtylum hu-
12 ius Sacri Tribunalis † non ſint coaceruandæ diſputationes, & cumulanda dubia omninò diuerſa.

Et ita deciſum vtraq; parte informante.

AVENIONEN. SALVIANI.

Mercurii 10. Martii 1649.

ARGVMENTVM.

Præſcriptio decennalis cum ſit mixta interrumpitur litis conteſtatione, & litis conteſtatio ex quibus ad hunc effectum inducta dicatur? Ad interrumpendam præſcriptionem ſola litis conteſtatio, an ſufficiat, vel requiratur etiam proſecutio? Saluianum non conceditur non probata poſſeſſione debitoris tẽpore contractæ hypothecæ, eòque minus quando etiam defectus hypothecæ concurrit. Hypotheca generalis omnium bonorum, an & quando bona feudalia comprehendat.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio interrumpitur per litem motam.*

2 *Præſcriptio an ſola citatione interrumpatur? DD. diſtingunt inter præſcriptionem merè fauorabilem, odioſam, vel mixtam.*

3 *Hypotheca ſpatio decem annorum præſcribitur.*

4 *Præſcriptio decennalis eſt mixta, & litis conteſtatione interrumpitur.*

5 *Litis conteſtatio inducta dicitur, ſi reus conuentus in iudicio comparuit, & ſe oppoſuit.*

6 *Lis ad effectum interrumpendi præſcriptionem habetur pro conteſtata, ſi reus dilationes petiit, impediuitque ne actor Iudicium proſequeretur.*

7 *Iudex, ſi articulos ab actore productos admiſit, ac ſuper meritis cauſæ cognoſcere cæpit, hoc in iudiciis Summariis vim habet litis conteſtationis, & num. 9.*

8 *Iudicium Saluiani eſt Summarium.*

10 *Præſcriptio non interrumpitur per litis conteſtationem, quando actor litem motam non fuit proſecutus.*

11 *Malafides inducta per litis conteſtationem obſtat præſcriptioni donec reus per ſententiam abſoluatur.*

12 *Præſcriptio interrupta per litis conteſtationem, ceſſante lite poteſt de nouo inchoari.*

13 *Ac etiam de nouo poteſt interrumpi per reaſſumptionem, & proſecutionem litis.*

14 *Litis conteſtatio perpetuat actionem vſque ad 40. annos, & diſtinguitur effectus interruptionis ab effectu perpetuationis nu. 15.*

16 *Clauſula,* Conſtituti, *in antiquis probat poſſeſſionem conſtituentis etiam contra tertium, & quod tempus ad hunc effectum reputetur antiquum? num. 17. Declara num. 23.*

18 *Clauſula,* Conſtituti *ideò in antiquis probat poſſeſſionem conſtituentis etiam contra tertium propter difficultatem probationis ab antiquitate reſultantem, ideò ſufficit minor probatio, quæ ratio ceſſat in conſtituto appoſito in Inſtrumentis non antiquis.*

19 *Poſſeſſio in iuriſdictionalibus licet non probetur directè ex ſolutionibus Canonum, ſeù annui cenſus probatur tamen ex eis actus poſſeſſorii.*

20 *Poſſeſſio indirectè probatur per actus poſſeſſorios.*

21 *Poſſeſſio iuriſdictionis probatur ex ſolutione onerũ nam ad eorum ſolutionem poſſeſſor tenetur.*

22 *Solutio vera probatur ex confeſſionibus de recepto, quando ſunt plures, ac continuatæ.*

23 *Tempus litis eſt demendum ad effectum, vt clauſula* Conſtituti, *in antiquis poſſeſſionem probet.*

24 *Iuriſdictio reſpectu dominii conceſſa videtur, conceſſo Caſtro.*

25 *Reſpectu tamen poſſeſſionis ab vno ad aliud nõ infertur.*

26 *Iuriſdictio Caſtri dominio æquiparatur.*

27 *Canones quandoque ſolui ſolent pro dominio Caſtri ſecluſa etiam poſſeſſione.*

28 *Poſſeſſio debitoris in iudicio Saluiani tempore contractæ hypothecæ eſt concludentèr probanda.*

29 *Obligatio Cameralis non reſultat ex illis verbis,* ſe, & omnia eius bona ſubmiſit rigoribus, & ſequeſtrationibus Curiæ Apoſtolicæ, *nàm illa ſolùm important, quod debitor ſe ſubmiſit Iuriſdictioni A. C. non autem quod voluit ſe in forma Cameræ obligare.*

30 *Hypotheca generalis omnium bonorum non comprehendit bona feudalia.*

31 *Amplia hoc procedere etiam in Regno Franciæ, vbi feuda poſſunt alienari, & redditur ratio.*

32 *Limita non habere locum in feudo hæreditario, vel quando hypotheca eſt concepta ſub ſigno vniuerſali* omnia bona &c.

33 *Datio inſolutum etiam cum clauſula,* Conſtituti, *probari debet effectuata mediante reali traditione.*

34 *Clau-*

34 *Clauſula* Conſtituti, *importat traditionem per modum fictum.*

DECISIO CCCLXXIX.

PRAESCRIPTIONIS exceptione reiecta
petitam immiſſionem à Franciſco Ter-
tullo vti creditore ex cauſa mutui Franciſci
de Sceslas denegandam eſſe Domini cenſue-
runt ſub die 8. Iunij anni præteriti, ex quo
probatum non fuit, quod debitor tempore
contractæ hypothecæ, vel poſtea poſſederit
Caſtrum de Roas, in cuius poſſeſſionem vi-
gore vtilis Saluiani interdicti petebatur im-
miſſio, & reaſſumpto hodie ſuper eiſdem
iudicio in eiſdem ſteterunt.
1 Fuit enim interrupta præſcriptio † per li-
tem motam de anno 1621. neque hic intrat
quæſtio, An ad interrumpendam præſcrip-
2 tionem ſola citatio † ſufficiat, de qua diſtin-
guendo inter præſcriptionem merè fauora-
bilem, odioſam, vel mixtã, latè *Caſtill. de Tert.
Regiis cap. 35. ſub num. 6. Surd. dec. 5. nu. 2. & ſeqq.
aliique relati à Moder. Hiſpano in tract. de Iudic.
tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſp. 4. nu. 22.* quia omnes ad-
mittunt præſcriptionem decennalem qualis
3 requiritur † in hypotheca cum ſit mixta in-
4 terrumpi † litis conteſtatione, vt probat *tex.
in l. notæ litis C. rei vindic. Couarr. in reg. poſſeſſor
ſecunda par.* §. *12. n. 4. Valbo. in cap. illud ex n. 81.
& 82. de præſcr. Caſtill. d. cap. 35. n. 6. verſ. ſecunda
verò Mod. Hiſpan. d. diſput. 4. ſub num. 22. verſ. præ-
ſcriptio mixta,* & in caſu noſtro litis conteſta-
tio inducta fuit, tùm ex eo quod, vt habetur
in Summ. primæ poſitionis pro Franciſco
num. 6. & ſeqq. idem met Bellus reus con-
5 uentus † plurieſ citatus comparuit, & peten-
do terminum ad intimandam litem cuictio-
narijs iudicij proſecutioni ſe oppoſuit, vt *per
Marantin prax. par. 4. diſtin. 20. num. 16.* & in for-
tioribus terminis quoad interrumpendam
6 præſcriptionem † lis habeatur pro conteſtata
ſi reus conuentus dilationes petijt, impedi-
uitque ne actor Iudicium proſequeretur *Fe-
lin. in cap. illud nu. 11. verſ. prima concluſio de præ-
ſcript. Panorm. ibid. num. 14. Iaſ. in l. ex hoc edicto
n. 5. & 14. ff. eo per quem fact. erit Grat. diſcep. 939.
num. 9. cum alijs relatis à Moderno Hiſpano d. diſ-
put. 4. ſub num. 22. circa fin. & nu. 23. in fin.* Tùm
etiam quia admiſſi fuerunt articuli ab acto-
7 re producti; † & Iudex incepit cognoſcere
de meritis cauſæ, quod in Iudicijs Summa-
8 rijs, prout eſt † Iudicium Saluiani *Menoch. de
adipiſc. remed. 3. num. 6. Contard. de monen. poſſ. li-
mit. 14. num. 14. Aſin. in praxi* §. *3. cap. 31. num. 32.
Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 1. cap. 2. num. 1. &
9 ſeqq.* vim habet † litis conteſtationis *Felin. in
cap. exceptionem num. 10. de except. Azeued. in l. 1.
nu. 12. tit. 4. lib. 4. recopillat. Balb. de præſcr. 3. par. 6.
princ. qu. 4. num. 32. pluresq. allegat. Moder. Hiſpan.
de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. diſp. 4. n. 18.*
10 Nec deeſt litis proſecutio † ſine qua per ſo-
lam conteſtationem litis curſum præſcrip-
tionis impediri negat *gloſſ. in cap. placuit il 2.* §.
*poteſt verb. interrupta 16. q. 3. Felin. in cap. cauſam
quæ il 1. num. 28. de teſt. Surd. conſ. 500. nu. 2. Grat.
diſcept. 2. n. 43. & ſeqq. Caſtill. de tertiis reg. cap. 35.
num. 12. & 13.* nam quicquid ſit de hac opi-
11 nione cum mala fides † quam litis conteſta-
tio ſemel induxit videatur obſtare donec per
ſententiam reus abſoluatur *Bart. in l. 2. num. 4.
C. fruct. & lit. expen. Ant. Faber. in C. lib. 3. tit. 8. di-
fin. 2. Menoch. de recuper. remed. 15. ſub numer. 597.
verſ. quod verum Ant. Capic. deciſ. 11. nu. 4. Capic.
Latro deciſ. 65. numer. 21. & 22.* In caſu noſtro
actor fuit litem proſecutus per plures actus
iudiciales ab anno 1621. vſque ad menſem
Iunij anni 1623. d. Summ. *num. 8.* eandem-
que ceſſantibus impedimentis reaſſumpſit de
anno 1631. ac ſucceſſiuis temporibus, vt ex-
plicat prima deciſio huius cauſæ: adeo quod
eſto quod à die, qua fuerat ceſſatum à lite
12 noua † præſcriptio potuiſſet incoari, vt alijs
relatis voluit *Grat. diſcept. 2. num. 46. & ſeqq.* in-
terrupta rurſus fuiſſet per litis reaſſumptio-
13 nem, & proſecutionem † de anno 1631. ac
ſubſequentibus, quibus agi potuit vſq; ad 40.
14 annos, † quia ad totidem prima litis conte-
ſtatio perpetuauit actionem *l. fin. C. præſcr. 30.
vel 40. annor. Couarr. in reg. poſſeſſor ſecunda par.*
§. *12. num. 6. Balb. de præſcr. 4. par. 6. & vlt. quæſt. 1.
num. 1. Rota in Rom. pecuniaria 10. Iunij 1624.
coram bo. me. Merlino* §. *2. impreſſ. apud Fenzon. ad
Stat. Vrb. fol. 183.* & diſtinguendo effectum
15 interruptionis † ab effectu perpetuationis be-
nè explicat *Caſtill. de tertijs reg. d. cap. 35. nu. 16.*
Meritò itaque in prima deciſione reiecta
fuit præſcriptionis exceptio inhærendo tan-
tùm defectui probationis primi extremi, hoc
eſt, quod debitor Caſtrum poſſederit tem-
pore contractæ hypothecæ, vel poſtea ad
quod probandum exhibita nuper fuerunt
noua iura; inter quæ Inſtrumentum à Fran-
ciſco debitore celebratum de anno 1575. ad
fauorem vxoris cum ſpeciali hypotheca hu-
ius Caſtri, & clauſula, *Conſtituti,* quæ in an-
16 tiquis † probat conſtituentis poſſeſſionem
contra tertium *Socc. Sen. in puncto poſſeſſionis Ca-
ſtri conſ. 187. ſub num. 12. verſ. tamen, & num. 13.
lib. 2. Cocc. Iun. conſ. 106. verſ. tamẽ in antiquis* vbi
17 in his terminis antiquum † dicit eſſe tempus
74. annorum *lib. 3. Dec. conſ. 302. num. 10. Tira-
quell. de iur. conſt. limit. 1. numer. 19. Gomeſ. in l. 45.
Thaur. numer. 87. Pacif. de Saluian. inſpect. 3. cap. 2.
num. 108. Maſcard. de probat. concluſ. 422. num. 4.
Marſil. ſing. 521. num. 2.* ea ſcilicèt ratione, quia
18 propter difficultatem probationis † ab anti-
quitate reſultantem ſufficit minor, ſiuè veri-
ſimilis probatio, nec veriſimile eſt, quod de-
bitor conſtituiſſet ſe nomine creditoris poſ-
ſidere, niſi reuera poſſideret, quæ ratio ceſ-
ſat in conſtituto appoſito in Inſtrumentis
non antiquis, de quo loquuntur quotquot
negant ex eo probari conſtituentis poſſeſſio-
nem in præiudicium tertij.
19 Exhibitæ item fuerunt quietantiæ pluriũ,
ac plurium ſolutionum à Franciſco debitore
factarum pro Cenſu annuo, tàm iuriſdictio-
nis, quàm ipſius Caſtri nominatim, ibi, *pro
Caſtro, & Iuriſdictione loci de Roas,* vt in hodier-
no Summ. actoris *num. 1.* vbi leguntur ſolu-
tiones factæ ab anno 1559. vſque ad annum

1578. ex quibus licet non probetur poſſeſſio
19 directè, † probantur actus poſſeſſorij, qui
20 indirectè † poſſeſſionem probant, vt benè diſtinguit, ac declarat *Socc. Sen. conſ. 205. num. 6. verſ. vnde concluditur lib. 2.* nàm ſupponunt
21 ſoluentem poſſidere cum poſſeſſori † incumbat onus ſoluendi *Bald. in l. 3. num. 9. C. natural. liber. Socc. Sen. conſ. 187. ſub num. 12. verſ. ſecundò, & maximè, & num. 5.* vbi loquitur in ſpecie de poſſeſſione Caſtri *lib. 2. Menoch. de retin. retin. remed. 3. num. 581. Pacif. de Saluian. Inſpect. 1. cap. 6. num. 31.* & in terminis poſſeſſionis Caſtri fuit dictum *in Roſſanen. Decimarum 4. Iulij 1640. §. 1. coram Me.*

Non obſtat, quod quietantiæ contineant ſolùm confeſſiones Vicetheſaurarij de recepto, quia ſtante præcedenti titulo recognitionis, & homagij pro Caſtro hoc præſtiti de anno 1555. necnon epiſtola Cardinalis de Armignac tunc collegati Auenionis, qui de anno 1572. mandauit debitori, vt ſolueret, & Vicetheſaurario, vt reciperet etiam
22 ex confeſſionibus de recepto, † maximè quia ſunt multæ, & multorum annorum probatur vera ſolutio *Rolan. conſil. 20. num. 18. lib. 4. Afflict. deciſ. 402. num. 10. & ſeqq. Rota deciſ. 485. num. 1. par. 3. diuerſ. deciſ. 62. num. 6. deciſ. 491. n. 7. coram ſa. me. Greg. XV. & in Romana Cenſus de Mutis 1. Iulij 1620. §. 1. coram bo. me. Coccino, & in Auerſana Penſionis 30. Martij 1626. coram bo. me. Merlino.*

Verum ad probationem deſumptam ex clauſula, *Conſtituti*, appoſiti in Inſtrumento anni 1575. reſponſum fuit nos non verſari in antiquis, cum ſolùm ab eo tempore anni 45.
23 defluxerint vſq; ad tempus litis motæ, † quod ad hunc effectum demi debet *Seraph. deciſ. 76. num. 2. Put. deciſ. 430. num. 3. verſ. nec obſtat lib. 2. in corr. Rot. deciſ. 185. in princ. verſ. ſecundò dempto par. 1. diuerſ. deciſ. 822. in princ. par. 4. & in aliis relatis ab adden. ad Buratt. deciſ. 667. num. 12. add. ad Greg. XV. dec. 3. n. 9.*

Ad confeſſiones de recepto dictum fuit aliquas loqui ſolum de Iuriſdictione & quã-
24 uis reſpectu dominij † illa conceſſa videatur conceſſo Caſtro *Rot. dec. 164. numer. 17. in fin. deciſ. 310. num. 19. par. 6. recent.* tamen reſpectu
25 poſſeſſionis † ab vno ad aliud non infertur *Bart. in l. 3. num. 5. verſ. quandoque quæritur ff. acq. poſſ. Alex. ibid. num. 22. verſ. ſecundo poteſt intelligi Surd. conſ. 135. ſub num. 65. verſ. vbi tenet* quem refert, & ſequitur *Moder. Peruſ. de manut. obſer. 73. num. 103.* & poſſunt ſolutiones commo-
26 dè referri ad eiuſdem Caſtri dominium † cui Iuriſdictio æquiparatur *l. qui furere ff. ſtat. hom. Mart. de iuriſdict. par. 1. cap. 47. nu. 3.* & pro quo
27 Canones † quandoque ſolui ſolent ſecluſa etiam poſſeſſione, vt per *Iaſ. in l. 2. numer. 150. verſ. intellige C. iur. Emphyt. Ancar. conſ. 44. num. 7. Roman. conſ. 103. num. 1.* vnde remanet ſaltèm æquiuoca probatio poſſeſſionis Caſtri penès
28 debitorem, † quæ plena, & concludens requiritur *Pacif. de Saluian. inſpect. 1. cap. 6. num. 1. vbi allegant concord.*

Addebat vnus ex Dominis obſtare vlterius defectum hypothecæ, quia in Inſtrumēto mutui cuius vigore agitur non adeſt obligatio Cameralis, quam non important ver-
29 ba illa, † *ſe, & omnia eius bona ſubmiſit rigoribus, & ſequeſtrationibus Curiæ Apoſtolicæ Romanæ*, quia exinde ſolum ſequitur, quod debitor ſe & bona ſubmittere voluerit Iuriſdictioni A.C. non autem ſe in forma Cameræ obligare, vt in terminis fuit deciſum *in Pariſien. Pecuniaria 9. Decembris 1619. coram bon. mem. Coccino impreſſ. apud Moder. de manut. deciſ. 483.*
30 *nu. 15.* Hypotheca verò generalis † bonorum non comprehendit bona feudalia, prout eſt Caſtrum controuerſum, vt ad litteram probat text. *in cap. ſi de feud. §. licet Vaſſallus verſ. in generali*, ibi, *in generali alienatione Vaſſalli non continetur feudum, niſi nominatìm, ſi de feud. defunct. conten. &c.* & ex eo text. in terminis hypothecæ tradunt *Specul. tit. de pignor. nu. 30. Neguſ. eod. tract. 2. par. 2. memb. num. 43. Menoch. conſ. 250. num. 50. Gabr. de reg. iur. concluſ. 12. nu. 15. & 21. Maſtrill. deciſ. 86. num. 2. qui num. 5.* ait hoc pro-
31 cedere † etiam in Regno Franciæ, vbi feuda poſſunt alienari, quia ratio d. text. *in §. generali* non eſt fundata in poteſtate obligantis, quia nempè hypothecare non potuerit, ſed in ipſius voluntate, quia ſobligare; noluerit dum de illis ſpecialem mentionem non fecit.

Sed quoniam ipſe *Maſtrill. ibid. num. 9.* hanc
32 concluſionem limitat, † quando vt in caſu noſtro feudum eſt hæreditarium, idemque quando hypotheca eſt concepta ſub ſigno vniuerſali, ibi, *omnia bona*, tradunt *Doct. relati à Molfeſ. conſ. 3. num. 12. & num. 14.* vbi in ſpecie loquitur de feudis Galliæ, *& numer. 19. Grazzar. dec. 88. ſub num. 9. verſ. ſecundo dicebatur*, vbi teſtatur de veriori *Capic. Caleott. contr. Iur. lib. 2. contr. 22. num. 25.* poterit de hoc quatenus opus ſit particularitèr videri.

Et interim Domini vtraque parte informante ſteterunt in deciſis ex ſolo fundamēto non probatæ poſſeſſionis debitoris, reiciendo etiam allegatam exceptionem ſatisfactionis deductam, ex quo in ipſo Inſtrumento mutui in caſum non reſtitutæ pecuniæ
33 mutuatæ data fuerit in ſolutum † creditori quædam Colonia cum clauſula, *Conſtituti*, quia non conſtat d. Coloniam aliquado traditam fuiſſe, vt exaduerſo probandum eſſet *ex alleg. per Ciriac. contr. 327. nu. 26. & ſeqq. Surd. deciſ. 51. num. 20. & ſeqq.* neque ad hunc effe-
34 ctum ſufficit clauſula, *conſtituti*, † quia importat traditionem per modum fictum, & vltrò requiritur per modum verum *Alex. conſil. 28. num. 7. lib. 2. Surd. conſ. 13. num. 12. & ſeqq. Rota in S. Seuerini Domus 20. Maij 1622. coram Remboldo* præſertim cum ex ſententia arbitramentali lata de anno 1578. appareat eãdem Coloniam poſſeſſam fuiſſe à Thoma de Berſons & hæredibus Nicolai creditoris impoſitum deſuper perpetuum ſilentium, vt in Summ. præteritæ poſitionis pro creditore num. 3.

RO-

ROMANA DOMVS.

Mercurij 17. Martij 1649.

ARGVMENTVM

Venditio Domus hæreditariæ facta ab vſufructuario non habente poteſtatem vendendi, & contra formam à teſtatore præſcriptam tanquam nulla, & inualida, non retardat immiſſionẽ hæredi, Adminiſtrans tanquam tutor, licet non ſit talis adhuc de adminiſtratis rationem reddere tenetur. Cenſus per compenſationem extinguitur, non ſecus ac per actum retroſimilem.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei hæreditariæ non eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredi ſi eius venditio eſt euidenter nulla tanquam facta à non habente poteſtatem vendendi, & non ſeruata forma præcepti Teſtatoris.*

2 *Amplia etiamſi emptor bona fide emerit abeo quem Dominum eſſe, ſeù Ius vendendi habere putabat nam eſto, quod hoc prodeſſe poſſit ad præſcribendum, non tamen ei Ius tribuit ad immiſſionem retardandã dum incontinenti conſtat de non dominio, & Iure venditoris.*

3 *Ratio eſt quia titulus huiuſmodi non eſt compatibilis cum titulo hæredis nec dicitur apparens dum detegitur nullus.*

4 *Facultas vendendi rem hæreditariam in dubio preſumitur à Teſtatore iniuncta hæredi proprietario non autem vſufructuario, niſi aliud Teſtator expreſſerit.*

5 *Fides de pretio habita dici nequit, ſi venditor putauit Emptorem ſtatim ſoluturum.*

6 *Teſtator mandans hæredibus, vt vendant, & ex pretio debita extinguant cenſetur de illis, non autem de emptore confidiſſe maximè, quando venditio fit ad certum effectum nempe liberandi aliquod corpus ab hypotecis creditorum tunc enim non ſequitur liberatio ex ſola promiſſione emptoris ſoluendi creditoribus.*

7 *Pretium rei venditæ ſtatim ſolui debet creditoribus hæreditarijs in actu venditionis, quando permiſſa eſt venditio à Teſtatore ad certum effectum ſoluendi creditoribus, & redditur ratio.*

8 *Retentio Bonorum hæreditariorum datur poſſeſſori ſoluenti debita teſtatoris donec pecunia exſolutæ ei reſtituantur.*

9 *Renouatio Societatis officij debitæ à Teſtatore ſi pro rata facta prætendatur, & pro alia conſtet ex aſſertione creditoris de ſolutione, an ſolutio facta præſumatur ab eo cum quo fuit facta renouatio?*

10 *Renouatio Societatis Officij facta ſine præiudicio obligatorum in prima ſocietate obligationem pro ſumma renouata non extinguit.*

11 *Renouatio Societatis officij facta à fideiuſſore præbet renouanti facultatem repetendi à principali debitore eandem ſummam antequam illam actualiter ſoluat creditori.*

12 *Rota non attendit mandata relaxata ab alijs Tribunalibus non guſtato de iuſtitia.*

13 *Debitum ſolutum preuio Iudicis mandato dicitur bona fide ſolutum.*

14 *Melioramentorũ diuerſitas, ac pluralitas ex quibus deſumatur?*

15 *Tutor ſi bona pupilli adminiſtrauit, donec rationem reddiderit præſumitur de eius credito ſatisfactus, vel cum bonis adminiſtratis creditoribus pupilli ſatisfeciſſe.*

16 *Tutor ante redditam rationem creditor dici non poteſt.*

17 *Adminiſtrans tanquam Tutor licet talis non ſit, nihilominus de adminiſtratis rationem reddere, ac ſi Tutor fuiſſet, & nu. ſeq.*

18 *Confeſſio in totum acceptari debet, donec conſtet de contrario.*

19 *Pro Tutore ſe gerens circa aliqua pro his tantum rationem reddere tenetur.*

20 *Adminiſtrare qui non tenetur ratione officij, condemnari non poteſt ad reddendam rationem, niſi de ijs, quæ adminiſtraſſe conſtat.*

21 *Bona præſumuntur hæreditaria, ſi non conſtat hæredem in eodem loco bona poſſediſſe.*

22 *Fructus ſiue Penſiones domus debentur à die motæ litis.*

23 *Cenſus per venditionem fundi cenſiti facta cenſuario, licet extinguatur; attamen ſi venditio declaratur nulla, & dominium ab emptore auocatur reuiuiſcit.*

24 *Cenſus per compenſationem extinguitur, non ſecus ac per actum retroſimilem reſtitutionis ſortis.*

25 *Amplia etiamſi non adeſſet Inſtrumentum formalis extinctionis.*

26 *Venditor tenetur de euictione.*

27 *Actiones hæredi competentes contra defunctum per aditionem confunduntur.*

28 *Hæres non poteſt nec etiam excipiendo deducere Iura ſibi competentia contra defunctum.*

DECISIO CCCLXXX.

NON obſtat Carolo Adriano petẽti immiſſionem in poſſeſſionem Domus hæreditariæ Adriani Sellorij hodie poſſeſſæ à Domino Horatio Magalotto venditio eiuſdem domus Lancellotto facta à Bernardina pro extinguendo ære alieno ipſius Teſtatoris, quia vt comprobat prima deciſio huius cauſæ ædita 4. Maij anni præcedentis, quam aſſumpta ſuper eiſdem diſputatione confirmãdam eſſe Domini cenſuerunt, dicta vendi-
1 tio † cum incontinenti nulla detegatur ex defectu, tum poteſtatis in venditrice, tum implementi, ac formæ à Teſtatore præſcriptę, Lancellottum emptorem, ſiue Dominum Magalottum illius ſucceſſorem ſingularem contradictorem legitimum non facit *ex allegatis in dicta deciſ. §. quia obiectum*, nec intereſt ad hunc effectum an emptor bona fide eme-
2 rit † ab eo quem Dominum eſſe, ſeu ius vendendi habere putabat, quia eſto quod hoc prodeſſe poſſet emptori ad præſcribendum, ei tamen non tribuit ius retardandi immiſſionem hæredis quando incontinenti conſtat de non dominio, ac Iure venditoris, & ratio
3 eſt, quia titulus † huiuſmodi non eſt comparabilis cum titulo hæredis, nec dicitur apparens dum detegitur nullus, vt diſtinguendo inter præſcriptionem, & caſum noſtrum tra-

dit

dit *Argell.de legit.contrad.quæſt.7.art.4.num.93.& ſeqq. vſque ad 98.* præter quod ponderata *in prima deciſione, §.penult.* videntur excludere bonam fidem contrahentium.

Quod verò Bernardina poteſtatem vendē-
di non haberet dubitatione caret, quia fuit
hæres vſufructuaria tantum, vt pluribus ſi-
mul iunctis firmatur in prima deciſione, con-
tra quam in hac parte nihil releuans aduer-
ſarius adduxit, & ibidem probatur quod hoc
nomine ſiue etiam Curatorio hæredum ven-
dere non potuit, aut de iure, aut ex præcepto
4 Teſtatoris, † cum hoc directum ſit ad ipſos
hæredes proprietarios, vt etiam in dubio pręſ-
ſumitur, niſi aliud Teſtator expreſſerit, vt in
terminis *Caſan.conſ.29. numer.1.& ſeqq.cum alijs allegatis à Modern.Hiſpan.de execut. teſtam. lib.3. cap.3.nu.1.& ſeqq.*

Seruata pariter non fuit eiuſdem præcepti
forma, quia Teſtator voluit, quod hæredes
cum pretio domus vendendæ debita extin-
guerent, vt eius vinea ab hypothecis deſu-
per contractis libera remaneret, *ibi, voglio che li miei heredi ſiano obligati eſtinguere detti debiti con detta caſa acciò la vigna reſti libera*, & ſic in-
tellexit, quod emptor domus ſtatim exbur-
ſaret pretium in manibus hæredum, nam
alioquin illi non poſſent cum pręrio ſoluere
debita, & hypothecas eſtinguere, vt Teſtator
mandauit. At Bernardina non vendidit præ-
ſente pecunia, nec hæredibus Lancellottus
emptor pretium ſoluit, vt ipſi æs alienum
extingueretur iuxtà præceptum Teſtatoris,
ſed ſoluere promiſit aliquibus creditoribus
ibi nominatis; vndè etſi non diceretur habi-
5 ta fides de pręrio, † eo quod venditrix puta-
uit emptorem ſtatim eſſe ſoluturum credito-
ribus nominatis, *l.ſi quaſi ff.pignorat.act. Neguſ. de pignor.pár.6.memb.1.num.38.in fin.* Certum
eſt quod impleta non fuit voluntas Teſtato-
6 ris, qui pręcipiendo hæredibus, quod cum
pretio ſoluant æs alienum, de illis non au-
tem de emptore confidit: Cumque præcepe-
rit vendi ad certum effectum liberandi ſci-
licet vineam ab hypothecis creditorum, qui
non ſequebatur ex ſola promiſſione empto-
ris ſoluendi creditoribus, *l.ſicut re, §.non videtur ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſoluat.Grat.diſc.37. nu.34.& ſeq.Fontanell.de pact.nupt. clauſ.5.gloſſ.8. par.7.num.41.& ſeqq.& deciſ.223.nu.5.aliique relati à Modern Peruſino de ſubhaſt.inſpect.54. nu.8. & ſeqq.* non ſatis erat dicta promiſſio empto-
7 ris, ſed ſtatim in ipſo actu venditionis, † ac
traditionis domus pręrium ſolui debebat, &
creditoribus ſatisfieri; maximè quia euenire
poterat quòd emptore differente promiſſam
ſolutionem, vinea adhuc contra mentem
Teſtatoris ſubiaceret hypothecis creditorum,
& in puncto, quod neceſſaria ſit actualis ſo-
lutio pretij in actu venditionis quando per-
miſſa eſt venditio ad certum effectum ſoluen-
di creditoribus tradit *Salyc.in l.in Ciuile ſub numer.4.ante fin. verſ.& aſſerit C.rei vindic. Bart.in l.à Diuo Pio, §.ſed ſi emptor num. 3. verſ.& poteſt eſſe, & num.5. verſ.quia regulariter ff. re iudic. Felin.in cap.cum olim il 1.num.5. verſ.item niſi ſit datus de offic.deleg.Grat.diſcept.329. numer.40.Ruin. conſ.84. num.12.& 13.lib.2. Caualer.deciſ.18.numer.4.*

Verum quia in ipſo actu venditionis Lan-
cellottus conſenſit caſſationi annui Cenſus,
ſibi debiti à Teſtatore, & ſucceſſiuis tempo-
ribus tàm ipſe, quàm Magalottus illius ſuc-
ceſſor de proprijs pecunijs ſatisfecit aliquibus
creditoribus Teſtatoris, ex quorum propte-
8 rea hypothecis † domum retinere poteſt, do-
nec ſolutum actor reſtituat *iuxtà deciſ.69. Cardin.Mant.* quam Rota paſſim ſecuta fuit ex ad-
uerſo autem actor obiecit non probari om-
nes ſolutiones adductas, & plures pecunias
hæreditarias ad manus aduerſariorum perue-
niſſe. Ideò Domini firmarunt primo, quæ
ſolutiones in creditum Lancellotti, & Maga-
lotti. Secundò, quæ pecuniæ in eius debitum
ſint adſcribendæ?

In creditum retulerunt ſcuta 500. pro ſor-
te principali Cenſus, cuius caſſationi vt ſupra
dicebam Lancellottus illius creditor conſen-
ſit. Item ſcuta 100. quæ idem Lancellottus
ſoluit Clementiæ Coccinæ pro ſorte princi-
pali vnius ſocietatis officij, cuius bonam fi-
dem Teſtator recognouerat. Item ſcuta 250.
pro ſorte alterius Societatis officij à Teſtato-
re debitæ Siluio Antonino, cui Lancellottus
de proprio totidem ſoluit, vt conſtat ex pu-
blicis Inſtrumentis datis in *Summar. Magalotti num.2.* omiſſa alia ſocietate officij ſcutor.500.
quam dicitur Teſtator debuiſſe Felici Ric-
cardæ, quia licet Lancellottus illam reno-
uauerit pro ſcutis 250. præuia aſſertione cre-
9 ditricis, † quod pro rata aliorum ſcutor.250.
erat ſatisfacta, exinde elici non poteſt, quod
fuerit ſatisfacta à Lancellotto, cum quo pro
reliquis ſcutis 250. renouauit, & cui incum-
bit onus probandi ſatisfactam à ſe fuiſſe ad
effectum ſimilem ſummam repetendi ab hæ-
redibus debitoris, vt in fortioribus terminis,
Fontanell.de pact.nupt. clauſ.14.gloſſ.vnica part.1. num.35.Grat.diſcept.570.num.33.Anton.de Amat. reſol.97.num.9.& ſeqq. ipſa pariter renouatio †
cum facta fuerit ſine præiudicio obligatorū
10 in prima ſocietate, & ſic obligationem Te-
ſtatoris pro ſumma renouata non extinxerit,
Felic.de ſocietat.cap.41.ſub num.34.& 35. Zacch.de ſociet.offic.num.462.in fin.& 463. non prębet re-
11 nouanti facultatem † repetendi à principali
debitore eamdem ſummam antequam illam
actualiter ſoluat creditrici, *l.ſi pro ea Cod.mand. cap peruenit ibi pecuniam quam pro eis ſoluit de fideiuſſ.Hering.de fideiuſſ.cap.25. nu.10.Rota in Maceraten.Cenſus 5.Iunij 1638.coram Eminentiſſ.D. Card.Hieronymo Veroſpio.*

Item ſcuta 670. quæ Magalottus ſoluit
Peregrino Fabromurario nempè 610. pro
melioramentis ab eo factis in hac domo vi-
uente Teſtatore, & alia 60. pro expenſis iudi-
cialibus litis motæ contra Teſtatorem, eoque
mortuo proſecutæ contra hæredes. Quod
enim Dominus Magalottus hanc ſummam
ſoluerit Peregrino de anno 1635. conſtat ex
publico Inſtrumento, & creditum Peregrini
viſum fuit probari ex aſſertione Teſtatoris in
teſta-

teſtamento emiſſa, iuncto mandato execu-
tiuo ad eius fauorem contra Teſtatorem re-
laxato, & ſuper domo de qua agitur execu-
to *Summ.primæ poſitionis Magalotti num.5.7.& 8.*
necnon relatione peritorum hinc inde ele-
ctorum pro æſtimandis dd. melioramentis,
Summ.ſecundæ poſitionis num.4. ac proſecutione
eiuſdem Iudicij contra Dominum Magalot-
tum vſque ad actualem adiudicationẽ vnius
appartamenti ſuper quo facta fuerat executio
Summ. ibid. num.7. Adeò quod non verſamur
in ſimplici relaxatione mandati relaxati in
12 alio Tribunali, quod Rota non ſolet atten-
dere non guſtato de Iuſtitia, *Buratt.deciſ.636.*
num.7. Sed vltrò adeſt iuſtificatio reſultans ex
generali aſſertione Teſtatoris ſe confitentis
debitorem Peregrini, & ex concordi perito-
rum relatione, ac eiuſdem mandati executio-
nẽ conſumata, à quibus cum exaduerſo re-
clamatum non fuerit ſaltem poſtquam Iu-
dex repoſuerat à decreto reuocationis man-
dati, & ad vlteriorem executionem proceſ-
ſerat, negari non poteſt, quin Magalottus bo-
13 na fide † ſoluerit Peregrino, eiuſque credi-
tum donec prædicta Iuris ordine ſeruato reſ-
cindantur iuſtificatum remaneat *ad text.in l.qui*
ſententiam Cod.pen.Socc.Sen.conſ.187.ſub num.17.
verſ.nam ex pluribus lib.2.

Neque in ſatisfactionem dictorum melio-
ramentorum imputanda ſunt ſcuta 300. vel
500. quæ de anno 1625. Peregrinus habuit à
Teſtatore per manus Dominici Muſcani, quia
animaduertendum eſt, quod hæc ceſſerunt
in cauſam melioramentorum à Peregrino
factorum de anno 1625. vt conſtat ex Inſtru-
mento inter Teſtatorem, & Muſcanum ſti-
pulato die 2. Decembris 1624. & Ordinibus
Muſcano pro ſolutione dictæ ſummæ dire-
ctis in pluribus vicibus, in quorum executio-
nem ſecuta fuit ſolutio de anno 1625. *Summ.*
Magalotti num.4. hodie verò non agitur de his
meliorationibus, ſed alijs antea factis in vim
alterius Inſtrumenti rogati die 6. Maij 1623.
quo Peregrinus promiſit diuerſa meliora-
menta facere eaque abſoluere per totam diẽ
Sancti Ioannis Baptiſtæ eiuſdem anni 1623.
ibi, *item detto muratore s'obliga d'hauer finito tutti*
li muri delle facciate da ogni banda, & anco coper-
to il tetto per tutto San Giouanni proſſimo à venire,
quę proinde melioramenta cum perfecta fue-
rint ante annum 1624. dicendum eſt diuerſa
eſſe à prædictis factis de anno 1625. pondera-
to pręſertim quod in ſupracitato ſecundo In-
ſtrumento inito cum Muſcano in fine anni
1624. Adrianus Teſtator dixit pecunias Mu-
ſcani inſeruire debere *ad effetto di finire, e tirare*
à perfettione la caſa, e ſtanze in modo tale che ſia
habitabile, & ſic ſuppoſuit à Peregrino iam
fuiſſe inceptum, & proſecutum ædificium
domus, ſed vltrò opus eſſe alijs expenſis, vt
habitabilis redderetur. Idemque confirma-
tur, quia in iudicio vt ſupra moto à Peregri-
no contra Adrianum eiuſque hæredes pro
conſecutione ſcut.610. de quibus agitur nuſ-
quam fuit oppoſitum de compenſatione pe-
cuniarum ſolutarũ, vt ſupra per manus Muſ-
cani, atque ita ex diuerſitate, tum temporis
tùm qualitatum vtriuſque Inſtrumenti, & ex
coniectura non oppoſitæ compenſationis cõ-
14 uincitur diuerſitas † ac pluralitas meliora-
tionum iuxtà notata per DD. *in l.quinquaginta*
ff.probat. Aym.conſ.282.num.2. Surd.conſ.80.n.13.
Menoch.d.arbitr.caſ.213.num.29. Rot.in Romanã,
ſeu Camerinen. Pecuniaria 6. Februarij 1626.coram
bo.me. Rimboldo.

In debitum verò Magalotti ſiue eius au-
thoris informantes pro Sellorio ſatagebant
inter cætera adſcribi pręcium doliorum 19.
vini, quæ die 10. Decembris 1626. Bernardi-
na Teſtatoris vxor, & hæres vſufructuaria
faſſa fuit tradidiſſe Lãcellotto ad computum
ſcutor. 300. per eumdem mutuatarum Teſta-
tori dum vixit ad effectum ſcaſſandi, & labo-
randi eiuſdem vineam ſitam extra portam
Sancti Sebaſtiani. Item mobilia, omneſque
effectus hæreditarios Adriani à Lancellotto;
tanquam hæredum Tutore adminiſtratos de
quibu donec ratio reddatur idem præſumitur
15 de illis † ſatisfeciſſe, vel creditoribus hære-
ditarijs, *l.Neſenius vbi Bart.nu.5. ff.neg.geſt. Aym.*
conſ.429.num.3. Rot deciſ.547. nu.16.& 18.par.5.
recent.& in Bononien. Pecuniaria 27. Aprilis 1644.
coram R.P.D.meo Royas, vel ſibi, *l.ſed ſi damnum*
ff.pecul. Ciriac.controu.76.numer.8. Afflict.deciſ.13.
num.16.& 18. Buratt.deciſ.420.num.2. itaut ante
16 redditam rationem † creditor dici non poſ-
ſit, *Rot.deciſ.210.ſub num.2. par.3.& d.deciſ.547.*
num.17. par.5.recent. Nec obſtat quod Lancel-
lottus verè non eſſet Tutor hæredum, † ac
proinde non teneatur reddere rationem ad-
17 miniſtrationis ex allegatis *in deciſ.470. par.1.*
recen. quia hoc procederet ſi non adminiſtraſ-
ſet vt dictam deciſ.470. declarando reſpondit,
Rot.in Nepeſina Tutela 6. Iulij 1616. coram clar.
mem.Card. Fabritio Veroſpio, at quia admini-
ſtrauit rationem reddere tenetur, ac ſi legiti-
mus Tutor fuiſſet ne qui pro Tutore ſe geſſit
cum non eſſet melioris ſit conditionis legiti-
mo Tutore, *Roland.conſ.49.numer.17.lib.1. Gut-*
tier.de tutel.par.3.cap.1.num.10. Seraph.dec.1473.
num.3.

Neutrum tamen Domini admittendum
cenſuerunt. Non primo quia dolia 19. vini
hæreditaria Adriani tradita fuiſſe Lancellot-
to probatur ſolum ex confeſſione Bernardi-
næ, quæ contextualiter dixit ea tradidiſſe in
cauſam pecuniarum viro mutuatarum, quæ
cauſa ſiue qualitas cum non habeat contra
ſe iuris præſumptionem, nec contineat facta
diuerſo tempore implenda, ſeparari non po-
teſt à confeſſione, ſed eadem † confeſſio in
18 totum acceptari debet ſaltem donec doceã-
tur de contrario, *iuxt.theor. Bart.in l.Aurelius,*
§.item quæſit num.1.& ſeqq. ff.liber. leg. quam latè
proſequitur Surd.deciſ.258.per tot. Mareſc.var.re-
ſol.lib.2.cap.45.nu.12. Rot.deciſ.158.nu.5.par.2.de-
ciſ.434.nu.5.par.5.recent.

Non alterum, quia Lancellottus hæredum
Tutor eſſe non potuit, cumque non probe-
tur ſe geſſiſſe pro Tutore, niſi in locatione
vineæ ad triennium dictæ locationis dumta-
xat, & Penſionum à conductore exactarum
ratio-

19 rationem † reddere debet in terminis dixit ; *Rot.deciſ.470.num.1.& 4.par.1.recent.* qui enim
20 ratione officij adminiſtrare † non tenetur condemnari non poteſt ad reddendum rationem niſi de eo quod adminiſtraſſe conſtet, *Corn.conſ.81.num.6.lib.4. Aym.conſ.231.num.14. Rot.deciſ.220.num.3.coram ſan.mem. Greg.XV. & in Romana Pecuniaria 3.Aprilis 1645.§.fin.coram R.P.D.meo Peutingerio*. Contraria autem procedunt quando non apparet adminiſtrationẽ fuiſſe reſtrictam ad certum negocium.

Eſt igitur Lancellottus calculandus debitor in ſcu.300.quot important affictus dictæ vineæ per triennium. Item in alijs ſcu.100. pro totidem retractis ex venditione vindemiæ anni 1628. cum venditio loquatur de vindemia vineæ poſitæ extrà Portam Sancti Sebaſtiani, quæ verificatur perneceſſe in vi-
21 nea hæreditaria ibi poſita † dum aliam propriam ibidem Lancellottum habuiſſe non apparet; vt per *Natt.conſ.235.num.17. Peregr. de fideic.art.44.num.22.Rot.deciſ.131.ſub nu.5.verſ. et ſatis par.1.recent.* Vlterius in debitum Magalotti referendæ ſunt penſiones huius domus perceptæ à die .. Maij 1643. de quo tempore
22 fuit mota † hæc lis iuxtà *tex.in l.3.ff.de interd. Alex.in l.Neſenius §.fundum num.4.ff.re iudic.Rot. deciſ.451.nu.4.par.1.recent.*quę penſiones ad rationem ſcut.77.ſingulis annis vt informantes pro Magalotto admittunt conſtituunt toto ſexennio complendo in menſe Maij proximo ſcut.462. & demptis ſcutis annuis tribus pro refectione neceſſaria domus, nam viarum eo loci non ſoluitur remanet ſcu.444.

Cum quibus compenſandi non veniunt fructus cenſus ſcut.300.alias vt ſupra dicebatur impoſiti ad fauorem Lancellotti ſuper hac ipſa domo, & mediante venditione do-
23 mus factæ † eidem Lancellotto extincti, qui propterea dum venditio declaratur nulla, & dominium ab emptore euocatur reuiuiſcit, *Rot.deciſ.300.num.3.in fin.deciſ.530.num.12. apud Cinc.de cenſib.* quia hæ deciſiones, & quæ in id allegari poſſent loquuntur quando cenſus extinctio deducebatur ex eo ſolum, quod creditor nactus fuerat dominium fundi cenſualis, tunc enim militat ratio, quod reuocato dominio ceſſat extinctio cenſus, quam dominij acquiſitio produxit. Cæterum in caſu noſtro cenſus fuit extinctus cum domus cenſualis prætio mediante illius retentione, & cum ſorte principali cenſus compenſatione
24 per quam † ſequitur extinctio cenſus non ſecus, ac per actum retroſimilem reſtitutionis ſortis *Molin.de iuſt.& iur.diſput.394.nu.7. Rot. in recent.deciſ.354.numer.1.& ſeqq.part.5. deciſ.148. num.1.& ſeqq.par.6.* qui ſufficit ad extinguen-
25 dum cenſum, & ſi † non adeſſet inſtrumentũ formalis extinctionis, vt fuit dictum *in Signina Saluiani 27.Aprilis 1640. §.ſed ſolum in fin.coram Reuerendiſſ.Salamant.* nil ergo refert an dominium fundi ab emptore auocetur nec ne præſertim, quia ab eo non auuocantur pecuniæ, quas pro extinctione cenſus apud ſe retinuit. Quatenus autem emptor prætendat fructus cenſus tanquam damna, & intereſſe ob euictam domum, dirigere debet actiones contra
26 venditricem, quæ † de euictione tenetur, cuiuſque cum idem Lancellottus emptor
27 fuerit hæres † eędem actiones confuſione ſublatæ fuiſſent *l.debitori C.pact.Roman.conſ.276 num.2.Mantic.de inuent.quæſt.234. num.198. Aſflict.deciſ.237.numer.4.& ſeqq.Rota in Anconitana Bonorum 25.Febr.1647.coram me, & in Bituntina Cenſus 24.Maij eiuſdem anni coram R.P.D. meo Corrado* vbi infertur quod hæres nec excipien-
28 do † poteſt deducere iura ſibi competentia contrà defunctum.

Itaque calculatis iuxtà prædicta in creditum Domini Magalotti ſcut.1520. in debitũ verò ſcut.844. remanet idem creditor in ſcutis 676. quibus à Carolo Adriano actore ſolutis Domini ſteterunt in deciſis pro illius imminiſſione cauſa quater propoſita vtraque parte informante.

BONONIEN. BONORVM.

Mercurij 17. Martij 1649.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ *ſub rubr.de appellat. §.præterea* permittẽs è ſetẽtia ſuper quolibet poſſeſſorio ſemel appellare procedit etiam in ſummariſſimo poſſeſſorio. Non attenta diſtinctione an manutentio ſit conceſſa per Decretum, ſiue ſententiam, quia ſtatutum generaliter loquens, ac mentionem faciens poſſeſſorij includit etiam ſummariſſimum. Reliqua de confirmatione ſtatutorũ Bononiæ, ac Conſtitutione Cardinalis Legati prohibente appellationem à decreto lato in ſummariſſimo poſſeſſorio deſume ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Executio facta intra tempora appellandi eſt attentata, ac proinde reuocanda.*
2 *Hoc tamen procedit in ſententijs, ſeu decretis appellabilibus.*
3 *Statutum Bononiæ* ſub rubr.de appellat.§.Præterea *permittens à ſententia ſuper quolibet poſſeſſorio lata ſemel appellare procedit etiam in ſummariſſimo poſſeſſorio propter vniuerſalitatem verbi* & quocumque *habentis vim ſpecialis expreſſionis.*
4 Barz.deciſ.71. num.20. & 21. *quo caſu loquatur?*
5 *Auocatio poſſeſſionis locum habet in ſummariſſimo poſſeſſorio quando adeſt timor nè partes ad arma deueniant.*
6 *Statutum Bononiæ* ſub rubr.de appell.§.Præterea *excipiens dumtaxat caſum auocatæ poſſeſſionis exinde elicitur ſtatuentes in alijs caſibus voluiſſe, etiam ſummariſſimum comprehendere.*
7 *Appellatio non datur in ſummariſſimo poſſeſſorio in Curia Archiepiſcopali Bononiæ, vbi viget particulare ſtatutum prohibens appellationem.*
8 *Appellatio datur etiam in ſummariſſimo manutentionis, quando manutentio fuit conceſſa per ſententiam*

tentiam ſecus vero per decretum, & redditur ratio diuerſitatis inter vnum, & alterum caſum.

9 Appellatio regulariter prohibetur in ſummariſſimo poſſeſſorio de Iure communi.

10 Statutum Bononiæ ſub rubr. de appellat. §. Præterea permittens appellationem à qualibet ſententia lata in poſſeſſorio comprahendit ſub termino vniuerſali qualibet ſententia etiam decretum.

11 Statutum prohibens appellationem in cauſa poſſeſſorij, quia idem eſt diſpoſitum de Iure communi comprahendit etiam caſus illos, in quibus ius commune appellationem non prohibet, tunc enim aliquid Iuri communi addere cenſetur.

12 Præſertim quando ſtatutum generaliter loquitur.

13 Statutum generaliter loquens, ac vtens verbis vniuerſalibus haberi debet pro fauorabili.

14 Statutum permittens appellationem habetur pro fauorabili, & è conuerſo odioſum illam prohibens, num. 15.

16 Appellatio quando eſt prohibita à Iure communi in poſſeſſorio terminato per decretum, ſed eſt permiſſa à ſtatuto, tunc diuerſa militat ratio inter vtrũque caſum, de qua nu. 17.

18 Permiſſio latius interpratari debet, quam prohibitio.

19 Appellatio vigore ſtatuti minus grauat, quam Iuris communis, ex quo ſtatutum vnicam tantum appellationem concedit.

20 Statutum Bononiæ ſemel tantum appellationem cõcedit in poſſeſſorio.

21 Statutum Bononiæ permittẽs appellationem in poſſeſſorio non recipit interpetrationem à Iure communi.

22 In poſſeſſorio nihil intereſt an per ſententiam, ſiue per decretum prounncietur, vt locus ſit appellationi vigore Statuti Bononiæ, cum non figura, & forma verborum, ſed natura, & ſubſtantia Iudicij effecti à ſtatuto appellabilis ſit attendenda.
Iudicij natura, & ſubſtantia attendi debet, non autem textura verborum, ibid.

23 Confirmatio in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia validum reddit ſtatutum, etiam contra ius.

24 Confirmatio ſtatutorũ Bononiæ eſt in forma ſpecifica, ac ex certa ſcientia.

25 Statuta Bononiæ nedum fuerunt à Papa generaliter confirmata, ſed etiam mandatum ea inuiolabiliter obſeruari, quæ verba non inducunt ſimpliciter confirmationem, ſed nouæ legis æditionem.

26 Conſtitutio Cardinalis Iuſtiniani edita tempore legationis in Ciuitate Bononiæ prohibet appellationem à decreto lato in poſſeſſorio.

27 Statutum Bononiæ à Papa confirmatum ex vi confirmationis eſt effectum Papale.

28 Legatus de latere, derogare nequit ſtatuto à Sede Apoſtolica confirmato.

29 Conſtitutio Iuſtiniana in Ciuitate Bononiæ non derogat ſtatuto permittente appellationem in poſſeſſorio.

30 Legatus de latere non valet interpratari ſtatutum à Sede Apoſtolica confirmatum.

31 Conſtitutiones æditæ à legato de latere vigore facultatum finita legatione expirant, licet ſecus ſit in Conſtitutionibus æditis per viam legis generalis vigore facultatum de Iure communi competentium.

32 Legatus de latere nequit contra ſtatuta, & leges Papales perpetuo ſancire.

33 Et an valeat, quando res reducitur ad terminos iuris communis.

34 Statutum confirmatum à Sede Apoſtolica reuocari nequit à legato, quamuis ſit Iuri communi contrarium, ſi in confirmatione Apoſtolica adeſt decretum irritans, & præceptum de obſeruando, quia tunc ceſſat fauor redditus ad ius commune.

35 Gregorius XV. ſtatuta Bononiæ confirmauit, & innouauit reuocando omnia quæ legati pro tempore contra dictum ſtatutum decreuerunt.

36 Et dicta cõfirmatio loquitur nedum de ſtatutis æditis fauore Ciuitatis, ſed etiam de fauorabilibus populo.

37 Statutum Bononiæ de appellationibus recipiendis æditum fauore omnium Ciuium toti populo eſt fauorabile.

38 Executio intra decem dies ad appellandum facta eſt attentata, quoties Signatura cauſam appellationis ſimpliciter commiſit, quod intelligitur ad vtrunque effectum.

39 Qui continuat non attentat.

40 Declara regulam procedere, quando quis continuat per viam priuatæ facultatis, ſecus autem quando procedit ad continuationem iudicialiter, & mediante facto Iudicis, tunc enim continuatio non excuſat ab attentatis.

41 Item declara non procedere quando lis pendet ſuper ipſa poſſeſſione, tunc enim continuatio eſt prohibita, ne alias iudicium reddatur eluſorium.

DECISIO CCCLXXXI.

NONDVM lapſo decendio mandatum de manutenendo, quod ad fauorem Domini Co:Horatij, & Angelæ de Buſchettis contra Dominum Co:Bartholomeum de Felicinis Auditor Generalis Eminentiſs. Cardinalis Legati Bononiæ decreuerat, expeditum, & executum fuit; Ideoque cauſa appellationis à præfato decreto mihi per Signaturam Iuſtitiæ ſimpliciter commiſſa, Rota ſuper dubio à me hodie propoſito an conſtet de attentatis, quæ veniant reuocanda affirmatiuè reſpondit ex regula generali, quod exe-
1 cutio facta † intra tempora appellandi eſt attentata, & hoc nomine ſi appellatum fuit eſt reuocanda deſumpta *ex text. in l. ſciendum ff. appellat. l. appellatione, Cod. eod. tit. cap. non ſolum eod. titul. in 6.*

2 Cui regulæ, † etſi locum habeat dumtaxat in ſententijs, ſeu decretis appellabilibus, inhærendum eſſe Domini cenſuerunt, quia quicquid ſit de iure Ciuili, vel Canonico *ſtatutum Bononiæ ſub rubr. de appellat. in §. Præterea,*
3 permittens † à ſententia ſuper quolibet poſſeſſorio lata ſemel appellare, procedit etiam in ſummariſſimo poſſeſſorio tum propter vniuerſalitatem verbi illius *quocumque* habentis vim ſpecialis expreſſionis, & comprahenſiui quoque poſſeſſorij minus proprij, & ſpeciali nota digni, *Cephal. conſ. 58. num. 16. Becc. conſ. 14. num. 15. Menoch. conſ. 1007. num. 52. & 53. Decian. conſ. 44. num. 14. & 23. lib. 4. cum alijs allegatis à Moderno Lucano conſ. 97. numer. 54. & ſeqq.*

vſque

vſque ad 67. quicquid in terminis huius ſtatuti dixe-
*rit Barz.deciſ.71.num.20.& 22.*qui prætereà lo-
4 quitur † in diuerſo caſu, nempè in decreto
manutentionis cum clauſula citra præiudi-
cium iurium alterius partis, vt legitur in
principio, tum quia ſtatutum excipit caſum
auocatæ poſſeſſionis; cum auuocationi hu-
5 iuſmodi † ſit locus in ſummariſſimo poſſeſ-
ſorio, quando eſt metus ne partes ad arma
deueniant, *Bald.in l.ordinarij num.9.in fin.Cod.re-*
vindic.ſpecul.de libell.concept. §.nunc dicendum nu-
mer.14.Guidopap.quæſt.578.verſ.ſi autem, ex hac
6 exceptione † dignoſcitur ſtatuentes compræ-
hendere voluiſſe in alijs caſibus etiam ſum-
mariſſimum poſſeſſorium, vt in puncto per
has rationes fuit deciſum bis in *Bononien. Por-*
tonis 17. Decembris 1607. *&* 29. *Februarij* 1608.
coram Card.Lugdunenſi impreſſ.apud Marcheſan.de
commiſſ.to.1.fol.978.& 979.vbi ſub num.1. dici-
tur quod hanc ſententiam Rota ſæpè ample-
xa eſt, & allegatur in terminis mandati de
manutenendo alia deciſio *in Bononien.Bonorum*
21.Aprilis 1561.coram Rubeo, idemque firmatum
fuit in deciſ.220.num.4.& 5.coram bon.me.Buratt.
in Bononien. Bonorum 18. Februarij 1639. coram
Reuerendiſſ.D.meo Decano, & in alia Bononien.
Bonorum 4.Maij 1639.coram Reuerendiſſ.Terraci-
nen.impreſſ.poſt tract. Modern.de manut. deciſ.672.
num.21. in quibus vltrò ponderatur, quod de-
ciſio exaduerſo allegari ſolita *in Bononien.fidei-*
commiſſi de Blanchis coram R.P.D.meo Roias im-
preſſ.poſt dictum tract.deciſ.639. loquitur de ma-
nutentione conceſſa in Curia Archiepiſcopa-
7 li Bononiæ, † & ſic in foro Eccleſiaſtico, vbi
viget particulare ſtatutum prohibens appel-
lationem ſuſpenſiuam in ſummariſſimo Iu-
dicio manutentionis.

Neque applicabilis eſt diſtinctio inter ma-
nutentionem conceſſam per decretum, vel
per ſententiam diffinitiuam, itaut ſecundo
8 caſu non primo detur appellatio † ea ratione,
quia Iudex procedendo ad manutentionem
per decretum non infert grauamen irrepara-
bile, cum decretum illud quantum ad Iudicē,
nunquam tranſeat in iudicatum, & ab eodem
Iudice reuocari poſſit, quoties altera pars do-
cuerit de ſua poſſeſſione, quod ſecus eſt ſi
manutentio conceſſa fuit per ſententiam dif-
finitiuam, quia ea lata Iudex functus eſt of-
ficio ſuo, & reuocandi poteſtatem non reti-
net, vt poſt *Seraphin.deciſ.1295. num.3.& ſeqq.*
diſtinxit in terminis manutentionis, Rot. deciſ.183.
num.3.& 4.par.2.recent. deciſ.60. numer.1.& ſeqq.
penes Mart.Andr. & in Romana fideicommiſſi, ſen
att entatorum 11.Februarij 1647. §.quia concluſio,
& 1 §.ſeq.coram R.P.D.meo Arguelles.

Nam eſto quod hæc diſtinctio recipi poſ-
ſet in terminis Iuris communis quo regula-
9 riter † in ſummariſſimo poſſeſſorio prohi-
betur appellatio, *l.vnica Cod.ſi de momen.poſſeſſ.*
cap.fin.§.de poſſeſſione 2.qu.6.Seraph.d.deciſ.1295.
num.2.Reuerendiſs.Vrgallen.deciſ.222.num.6. rei-
cienda eſt omninò ſtante ſtatuto † Bononiæ
10 permittente appellationem à qualibet ſen-
tentia lata in poſſeſſorio, quo includi etiam
ſummariſſimum ſupra demonſtratum fuit,
ſub eo enim termino vniuerſali *qualibet ſen-*
tentia comprænenditur quoque decretum *In-*
noc.in cap.dudum num.3.de reb. Eccleſ. non alienat.
Bart in l.nec quidquam §.vbi decretum il 1. num.5.
in fin.de offic.proconſ. Simoncell.de decret.in præfat.
numer.29.Scacc.de ſent.& re iudic.gloſſ.14.quæſt.2.
num.50.& 51. Præſertim vt ſtatutum aliquid
addat iuri communi, ſicuti è conuersò ob
hanc rationem ſtatutum prohibens appella-
11 tionem in cauſa poſſeſſionis, quia idem eſt
regulariter diſpoſitum de iure communi,
comprænendere etiam caſus illos in quibus
ius commune appellationem non prohibet,
voluit *Bald.in l.2.ſub num.1. verſ.aut in poſſeſſo-*
rio Cod.appellat.Alder.Maſcard.de gener.ſtat.inter-
petr.concluſ.12.ſub nu.20. circa fin.verſ.quod ſi Su-
perior Grat.deciſ.March.188. num.9.vbi ex doctri-
na Alex.conſ.24. num.12. lib.2. ait hoc maximè
12 procedere quando ſtatutum † loquitur ge-
neraliter, & admittendum ſaltem eſt in caſu
noſtro, quo ſtatutum nedum loquitur gene-
13 raliter, † ſed vtitur verbis vniuerſalibus ha-
14 berique debet pro fauorabili, † prout eſt fa-
uorabilis appellatio, quam permittit *Marcabr.*
conſ.107.num.70.Vant.de nullit.rubr.quid ſit nulli-
tas num.18.verſ.ſi ergo eſt iuris remedium, Brunor.
à Sole quæſt.24.ſub nu.9.Neguſ.quæſt.185.ſub n.7.
Rot.deciſ.9.num.29.apud Modern.de manutenendo,
15 & odioſum † quod illam prohibet, *Aym.con-*
ſil.183 num.4.verſ.poſtremo, Surd.conſ.102.num.1.
Alba conſ.278. num.17.vbi add. litt.F. allegat con-
cordantes Cancer.variar.reſolut. tom.3. cap.18.nu-
mer.9.

Itaque diuerſa militat ratio in prohibitio-
ne appellationis inducta à Iure † communi,
16 quando ſummariſſimū poſſeſſorium termi-
natur per decretum, & in permiſſione appel-
lationis à ſtatuto proueniente, quia illa inni-
17 titur † non ſolum qualitati Iudicij celeris ex-
peditionis, ſed etiam facultati, quæ remanet
penes eumdem Iudicem reparandi contra-
rio decreto grauamen illatum; at hæc inde-
finitè ac vniuerſaliter ſe habet ad omnem
ſententiam latam in poſſeſſorio, debetque
18 latiùs interpretari † permiſſio quam prohi-
bitio *Bart.in l.ſi ita quis §. ea lege num. 7. ff.verb.*
oblig.Surd.conſ.10.num.12. conſ.71. num.12.& de-
ciſ.279.ſub num.10.verſ.accedit, & num.11. Præ-
19 ſertim quia minus grauat appellatio † vigore
ſtatuti, quam Iuris communis cum ſtatutum
vnicam tantum appellationem concedat, vt
20 in puncto huius ſtatuti † ponderauit, *Rota in*
ſupra allegata Bononien.Portoni de anno 1608. im-
preſſ.apud Marcheſ.de commiſſ.tom.1.fol.980.verſ.
quia non ſumus, vbi prætereà dicitur, quod hoc
21 ſtatutum † non poteſt recipere interpretatio-
nem à Iure communi, quia verba repugnant
adeò quod nihil intereſt an per decretum, vel
22 per ſententiam † pronuncietur, cum non
figura, & forma verborum, ſed natura, &
ſubſtantia Iudicij effecti à ſtatuto appellabilis
ſit attendenda *Pacif.de Salu.inſpect.4.cap.2.n.59.*
Rot.deciſ.94.ſub num.31.& ſeqq.inter impreſſ.apud
Modern.Piſanum de Iurepatr.& in punct.huius ſta-
tuti dec.84.n.15.& ſeqq.part.7.rec. & in his præ-
ciſis terminis manutent.conceſſæ per decretū

intra-

trare ſtatutum, *fuit deciſum in ſupracitata, dec. 220.nu.4.& 5.coram bo.me.Buratto.*

Gratis verò dicitur ſtatutum non ſuffragari ex defectu ſufficientis confirmationis Apoſtolicæ ex quo illa loquitur de ſtatutis legitime editis, quia tale eſt hoc ſtatutum cum fuerit editum eo ordine, quo cætera alia Bononiæ, & licet ſit contra ius, id non reſpicit legitimam editionem, ſed tenorem, ac ſubſtantiam ipſius ſtatuti, quàm etſi contra-
23 riam † iuri validat confirmatio Apoſtolica in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia *Gabr. conſ.183.num.16.lib.2.Rot.deciſ.339.num.3.in fin. par.2.recen.deciſ.157.num.9.par.6.& in Bononien. Cenſus 27. Martij 1647. §. eaque coram Reuerendiſſ.Terracinen.* Qualem eſſe confirmationem
24 ſtatutorum Bononiæ † diſtinguendo inter plures eorumdem ſtatutorum confirmationes diuerſis temporibus emanatas dixit *Rot.in dicta Bononien.Cenſus, §.neque dicatur, & prius in Bononien.Aggregationis 31.Ianuarij 1646.§.penul. coram R.P.D.meo Cerro, in Bononien. de Michelinis 4.Iulij 1618.& 13.Maij 1620.coram bon.mem. Franciſco Vbaldo in deciſ.201.nu.2.coram bon.me. Buratto, & in deciſ.438.nu.54.& ſeqq.* vbi ponderatur quod Papa nedum generaliter con-
25 firmauit ſtatuta, † ſed ea de cætero inuiolabiliter obſeruari mandauit,& vim contractus habere decreuit, quæ verba non inducunt ſimpliciter confirmationem, ſed legis nouæ editionem *par.4.to.2.recent.*

Vndè vltrò ſequitur,quod attendenda non ſit Conſtitutio Card.Iuſtiniani, ſeu Eminentiſſimi Card. Sacchetti edita tempore eorum
26 legationis, & prohibens † appellari à decreto lato in ſummariiſſimo poſſeſſorio, quia
27 ſtatutum Bononiæ † contrarium diſponens, & vi confirmationis prædictæ effectum Pa-
28 pale,Legati de latere † abrogare non potuerunt *Roman.conſ.37.nu.2. verſ.ſecundo quia Ruin. conſ.166.num.3. verſ.quia Legatus de Latere lib.4. Honded.conſ.93.num.70. lib.2.Rot.deciſ.67.nu.16. par.4.tom.2.recent.* & in puncto d.Conſtitutio-
29 nis Card.Iuſtiniani † fuit dictum in ſupracitata *Bononien.Bonorum 18.Februarij 1639. coram Reuerendiſſ.D.meo Decano, in deciſ.672. num. 20. apud Modern.de manut.& in dicta Bononien.Cenſus, §.fin.coram D.Terracinenſi*, neque etiam † per
30 viam interpretationis, *Felin.in cap.quæ in Eccleſiarum num.17.verſ.quia cum in talibus de Conſtit.aut limitationis Villad.de legat.quæſt.10.ſub numer.13.verſ.ſiue eam.* Nec releuant facultates ipſi Card. Iuſtiniano à Papa conceſſæ datæ in *Summ.Buſchetti num.9.* quia reſtrictæ ſunt,tum ad tempus legationis, *ibi, tuis huiuſmodi legationibus, & Vicariatu durantibus,* qua propterea
31 finita expirarunt † ſimul facultates, & Conſtitutiones earum vigore editæ à Legato, licet ſecus ſit in Conſtitutionibus per viam legis vniuerſalis editis in vim facultatum de iure communi competentium ſtatuto, aut legi Papali non aduerſantibus de quibus loquitur *text.in cap.fin.de offic. legat. Barboſ.de Iur. Eccleſ.lib.1.cap.5.num.84.Seraph.deciſ.536.nu.4.* & bene in terminis ponderauit *Rot.in dicta Bononien.Cenſus, §.fin. verſ.licet enim.* Tum ad ea quæ de iure, vel conſuetudine ad officium legationis pertinent, ibi, *quæ ad huiuſmodi legationis, & Vicariatus officium de iure, vel conſuetudine pertinent*; at nec de iure, nec de conſuetudine pertinet ad officium legati contra ſta-
32 tuta † ſpecialiter confirmata à Papa, eoque minus contra leges Papales perpetuo ſancire *Pacian.conſ.80.num.42. Gamb.de poteſt.legat.lib.8. tit.2.ſub num.24. verſ.ſexto quæro, Rot.in ſupracitata Bononien. Aggregationis 31. Ianuarij 1646. §.penult.in fin.coram R.P.D.meo Cerro, cum alijs ſupra allegatis.*

Minùs potuiſſe id fieri dicendum eſt eo: quod conſtitutio prohibitiua appellationis
33 reducat rem † ad terminos Iuris communis ad notata per *Felin.in cap.cum acceſſiſſent num.5. verſ.hanc declarationem de Conſtit. Iaſ.in l.omnium nu.10.Cod.teſtam.Rot.deciſ.375.nu.4.par.2.recent.* nam etiam hoc caſu deficit poteſtas, quando in cõfirmatione Apoſtolica ſtatuti Iuri com-
34 muni contrarij † adeſt præceptum de obſeruando, & decretum irritans, quia tunc ceſſat fauor redditus ad Ius commune *Iaſ.in d.l. omnium num.7.verſ.limita tamen, Abb.in cap.dilecto 25.num.10.de præben.Felin.in d.cap.cum acceſſiſſent num.7.Dec.ibid.num.19.Mareſc.var.reſolut. lib.2.cap.38.num.5.Ioſeph Seſſe deciſ.Aragon.365. num.17.& 18.facit Seraph.deciſ.538.ſub numer.1. verſ.tamen Rot.deciſ.469. num.8. par.5.recent.* Et in omnem euentum Conſtitutio Iuſtiniana ſublata fuiſſet à ſan.mem. Greg.XV. qui ſta-
35 tuta Bononiæ confirmauit, & innouauit reuocando omnia, quæ Legati pro tempore contra dicta ſtatuta decreuerunt, vt bene in puncto aduertit *Rota in ſupradicta Bononien.Bonorum §.fin.coram Reuerendiſſ.D.meo Decano,* vanaque eſt reſtrictio confirmationis Gregorianę ad ſtatuta edita in fauorem Ciuitatis, quia
36 loquitur etiam de fauorabilibus populo,ibi, *in fauorem Ciuitatis veſtræ Bononiæ Populi, &c.* Cumque ſtatutum de appellationibus reci-
37 piendis † æditum ſit fauore omnium Ciuiũ negari non poteſt quin toti populo ſit fauorabile, *vt per Neguſ.quæſt.465. numer.64.Ciriac. controu.310.nu.57.*

Ex quibus merito Signatura Iuſtitiæ à decreto manutentionis lato pro Dominis de Buſchettis cauſam appellationis commiſit
38 ſimpliciter † quod ſolum ſufficit, vt executio infra decendium facta ſit attentata, quia intelligitur commiſſa appellatio ad vtrunque effectum, & reſcriptum Signaturæ retrotrahitur ad diem decreti, vt ſæpiſſimè fuit reſolutum in deciſionibus quas nuper ſecuta eſt, *Rota in Romana fideicommiſſi, ſeu attentatorum 11. Februarij 1647. §.fin.coram R.P.D.meo Arguelles & in Auenionen. Attentatorum 10. Iunij 1648. §.nam quicquid & §.ſeq.coram R.P.D. meo Celſo.*

Non obſtat quod Buſchetti ante executũ mandatum de manutenendo reperirentur in poſſeſſione bonorum contrauerſorum,& proinde mandati executio dicatur actus continuatiuus poſſeſſionis iam priùs acquiſitæ, qui attentatus non eſt ex regula, quod qui
39 continuat † non attentat. Quia hæc regula procedit quando quis continuat † per viam

40 priuatæ facultatis, ſecus autem quando prout hic procedit ad continuationem iudicialiter, & mediante facto Iudicis, tunc enim prætextus continuationis non excuſat ab attentatis, vt bene declarauit, *Rot. deciſ. 342. ſub numer. 5. par. 4. recent. quam refert. Modern. de manu. obſeru. 1. ſub num. 91.* Eo minùs quia lis pende-
41 bat ſuper ipſa poſſeſſione, quo caſu continuatio eſt prohibita, ne alias iudicium reddatur eluſorium, *Gabr. de acq. poſſ. concl. 6. num. 17. Rot. in Cæſarauguſtana diſtributionum, ſeu attentatorum 17. Februarij 1645. §. hoc non procedit, & 26. Iunij eiuſdem anni §. penult. coram R. P. D. meo Cerro, & in Bononien. Attentatorum 26. Iunij 1646. coram eodem.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

GNESNEN. IVRISPATRONATVS.

Veneris 7. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus quando agitur de ſola pertinentia inter patronos ſufficienter probatum remanet ex pluribus præſentationibus effectum ſortitis ſpatio 40. annorum, præſertim quando etiam concurrunt adminicula. Iuſpatronatus extinguitur per vnionem acceſſoriè factam de conſenſu patroni, ſecus vero quando verſamur in vnione æquè principaliter, prout in dubio præſumitur, tunc titulus beneficij principaliter vniti manet in ſtatu primæuo. Item Iuſpatronatus amittitur quoties vnio beneficij patronalis fit liberè alteri beneficio, ſiue Eccleſiæ, ſecus ſi fit beneficio pariter patronali non ad effectum vt liberum efficiatur, tunc enim beneficium vnitum adhuc manet patronale, nec acquiritur patrono beneficij patronalis, dum vnitum non fundauit, nec dotauit, ſed reſidet penes primum patronum, ſaltem quoad Ius præſentãdi ſimultanee cum patrono beneficij principalis.

SVMMARIVM.

1 *Ad Iuſpatronatus probandum inter priuatas perſonas ſufficiunt probationes requiſitæ à Iure communi, etiamſi ratione Iuriſdictionis in loco beneficij militare poſſet præſumptio vſurpationis à S. Conc. Tridentino inducta.*

2 *Præſumptio vſurpationis à Concilio inducta ſolum attenditur vbi dubitatur de exiſtentia Iurispatronatus cum ordinario collatore, vel prouiſo tãquam de libero, ſecus ſi contentio eſt inter patronos de ſola pertinentia, nam hoc caſu Concilium nihil voluit innouare.*

3 *Iuſpatronatus probatur ex præſentationibus ſpatio 40. annorum effectum ſortitis cum adminiculis de quibus nu. 5. & 6.*

4 *Patronus aduerſus compatronum ſpatio 40. annorum Iuſpatronatus præſcribit.*

7 *Iuſpatronatus plenè iuſtificatur ex ſententijs antiquis ordinariorum, qui qualitates beneficiorum ſuæ Diœceſis bene noſſe cenſentur, nec facile patronis fauent.*

8 *Sententiæ ordinariorum Canonizatoriæ Iuriſpatronatus præſumptionem inducunt illius acquiſitionis ex fundatione vel dotatione, prout in dubio præſumitur.*

9 *Bona fides requiritur in patrono præſcribente Iuſpatronatus aduerſus compatronum.*

10 *Iuſpatronatus non acquiritur ex aſſignatione decimarum facta Eccleſiæ cui de Iure communi debentur, cum talis actus ex neceſſitate Iuris non includat liberalitatem dantis.*

11 *Iuſpatronatus extinguitur per vnionem acceſſorie factam, ac tituli extinctiuam de conſenſu patroni.*

12 *Ennunciatiua non meretur attendi, quando in dubium reuocatur.*

13 *Vnio beneficij Iuriſpatronatus fieri nequit abſque conſenſu patroni.*

14 *Et quando plures ſunt patroni omnium conſenſus requiritur.*

15 *Vnio in dubio non præſumitur acceſſorie, ſed æquè principaliter.*

16 *Vnio beneficij Iuriſpatronatus facta æquè principaliter operatur vt titulus beneficij vniti, ac patronatus maneat in ſtatu primæuo.*

17 *Iuſpatronatus tunc amittitur per vnionem beneficij patronalis quando fit alteri Eccleſiæ libera, ſeu alicui loco Pio, vel in præbendam alterius beneficij.*

18 *Secus vero ſi vnio fiat beneficio pariter patronali non ad effectum vt liberum efficiatur, tunc enim beneficium vnitum adhuc patronale remanet, non ſecus, ac eſt illud cui facta eſt vnio.*

19 *Iuſpatronatus beneficij patronalis vniti non acquiritur patrono beneficij principalis, ea ratione quia vnitum non fundauit, conſtruxit autem dotauit, ſed reſideat neceſſe eſt penes primum patronum nu. 20. Saltim quoad ius præſentandi ſimultanee cum patrono beneficij principalis, nu. 21.*

22 *Beneficium liberæ collationis quãdo ex aliqua cauſa beneficio patronali vnitur tunc preſentatio erit ſimultaneo.*

23 *Iuſpatronatus non amittitur per vnionem, quoties patronus conſenſit cum præſeruatiua Iuriſpatrotus, & ex quibus talis conſenſus deſumatur, numer. 24.*

25 *Voluntas etiam ex actu nullo, & ineffectuato deſumitur, præſertim quando agitur inter compatronos, & nu. 26.*

27 *Patroni conſenſus vnioni beneficij patronalis, quomodo ab initio fuerit præſtitus, declaratur ex obſeruantia.*

28 *Concordia inter patronos etiam ineffectuata declarat, quomodo Iuſpatronatus, ac Iuſpræſentandi ſit inter eos diuiſum, ac diſtinctum per turnum.*

29 *Patroni laici variare poſſunt cumulatiuè.*

DECISIO CCCLXXXII.

CONTENTIO de Præpoſitura in Oppido Badkoro vna cum Eccleſia in Roſocka eidem Præpoſituræ vnita inter Ioannem Maickoroski hæredem pro maiori parte bonorum d. Oppidi Badkoro, & totius Villæ Roſocka, ac Præclarum ab eo præſentatum

cx

ex vna, & Dominos aliarum ſex Villarum,
ac Ioſephum ab illis præſentatum ex altera,
per appellationem à ſententia Ordinarij ad
hoc Sacrum Tribunal deuoluta, verſatur cir-
ca pertinentiam Iuriſpatronatus, quod parti-
culari dubio deſuper propoſito deciſum ho-
die fuit ſpectare pro medietate ad Dominos
Oppidi, & pro alia medietate ad Dominos
ſex Villarum.

1 Inhęrendo probationibus de Iure commu-
ni validis † inter priuatas perſonas, quæ ſuf-
ficiunt, etiamſi ratione Iuriſdictionis in loco
beneficij competentis patronis militare poſ-
ſet præſumptio vſurpationis *à Sacro Concilio
Tridentino inducta ſeſſ. 25. de refor. cap. 9.* ea enim
2 attenditur, † vbi dubitatur de exiſtentia Iu-
riſpatronatus cum Ordinario Collatore, vel
prouiſo tanquam de libero. Cæterum quo
ad ipſos patronos inuicem de ſola pertinen-
tia ſollicitos Concilium Tridentinum, nihil
voluit innouare, vt notat *Lotther. de re benef.
lib. 2. quæſt. 13. num. 138. Barboſ. in collect. ad Con-
cil. d. cap. 9. num. 21. & dixit Rot. deciſ. 522. ſub nu. 3.
verſ. minus obſtat par. 4. diuerſ. deciſ. 179. n. 3. par. 3.
recent. deciſ. 302. n. 8. par. 7.*

Exhibitæ ſiquidem fuerunt præſentationes
ſimultaneæ factę à Dominis Oppidi Badko-
ro, & Villarum, & effectum ſortitæ ſaltem
ab anno 1545. *Summ. Ioſephi num. 2.* & ſic per
annos ferè centum ante modernam vacatio-
nem ſecutam de anno 1644. quæ ſuperabun-
3 dant, quia de Iure communi † ſufficiunt prę-
ſentationes per 40. annos cum adminiculis,
*Buratt. deciſ. 177. num. 18. Rot. in Tiraſonen. Cappel-
laniæ 14. Decembris 1607. coram Sanctiſſ. D. N. In-
nocentio X. tunc huius Ordinis Auditore, & in Re-
gien. Iuriſpatronatus 27. Aprilis 1640. coram Reue-
rendiſſ. Epiſcopo Terracinenſi, cum alijs allegatis ab
adden. ad Buratt. deciſ. 142. nu. 16.* quinimò con-
4 tra compatronum † ſola præſcriptio quadra-
genaria ſuffragatur, *Couarr. in reg. poſſeſſ. par. 2.
§. 10. num. 8. Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 2. q. 11.
art. 5. num. 1. Rot. deciſ. 229. num. 1. dec. 407. num. 1.
par. 1. diuerſ. deciſ. 125. nu. 6. coram Reuerendiſſ. Vr-
gellen.*

5 Adminicula vero deſumuntur † ex anti-
quioribus præſentationibus, ex concordia
antiquiſſima inter has partes inita de anno
1475. ius præſentandi per turnum vtrique
parti tanquam ſimultaneum ius habenti tri-
buente *d. Summ. num. 1.* quæ licet negetur effe-
ctuata adminiculum præbet *Rot. deciſ. 77. nu. 5.
6 par. 1. recent.* & ex ſententijs † ab Ordinarijs de
dicto anno 1545. ac ſucceſſiuis temporibus
latis, & in iudicatum tranſactis, quibus eo
magis propter earum antiquitatem deferen-
7 dum valdè eſt, † quia Ordinarij qualitates
beneficiorum ſuæ Diœceſis bene noſſe cen-
ſentur, nec facile patronis fauent *Gabr. con-
ſil. 196. num. 9. lib. 2. Pariſ. de reſign. lib. 8. quæſt. 11.
num. 38. Caſtropal. oper. moral. par. 2. tract. 13. diſp. 2.
punct. 3. num. 6. verſ. quinto probatur cum alijs alle-
gatis à Modern. Carpenſi controu. forenſ. cap. 212. nu-
mer. 22. & 23.* Eedemque ſententiæ releuant †
8 tam ad effectum præſumendi Iuſpatronatus

acquiſitum ex fundatione, & dotatione, vt
in dubio præſumitur *Macerat. var. reſolut. lib. 1.
reſol. 109. num. 9. & 33. poſt Lambert. de Iurepatr.
lib. 2. par. 2. quæſt. 10. art. 4. num. 1. & ſeqq. Turrett.
conſ. 71. num. 9. Rot. deciſ. 218. num. 38. par. 6. recent.*
9 quam ad bonam fidem † præſcriptioni ad-
uerſus compatronum complendæ neceſſariā
conuincendam iuxtà theoricam *Felin. in cap.
illud num. 17. de præſcript.* quam paſſim ſecuta eſt,
*Rota deciſ. 534. nu. 6. par. 1. diuerſ. deciſ. 1459. n. 15.
penes Card. Seraph. deciſ. 172. n. 16. penes Buratt. &
in his term. in Maioricen. Beneficij 27. Iunij 1648.
coram Me.*

Non obſtat Inſtrumentum innouationis
erectionis, & vnionis rogatum de anno 1523.
datum in *Summ. Ioannis num. 5.* & Ioſephi *nu. 6.*
quod informantes pro Ioanne magnifaciunt,
primo quia ibi enunciatur Iuſpatronatus ſpe-
ctare ad hæredes Oppidi de Badkoro, & Ro-
ſoka, ſecundò quia Ordinarius ibi aſſerit ex
depoſitionibus Teſtium comperijſſe benefi-
cium fuiſſe dotatum à Dominis d. Oppidi,
Dominos vero Villarum illi decimas aſſi-
gnaſſe, quod aſſignantes patronos non effe-
10 cit † cum decimæ debeantur Eccleſiæ de iu-
re communi, neque acquiri poſſit Iuſpatro-
natus ex actu, qui fit ex neceſſitate Iuris, &
liberalitatem dantis non includit, *Lambert. de
Iurepatr. lib. 1. par. 1. quæſt. 4. artic. 7. Rot. deciſ. 397.
num. 2. & ibi add. num. 5. coram ſan. mem. Greg. XV.
deciſ. 220. num. 9. & 10. par. 6. recent.* tertio quia
probat beneficium loci de Roſoſcka, cuius
Iuſpatronatus Domini Villarum ad ſe ſpe-
ctare prætendunt vnitum fuiſſe de illorum
11 conſenſu † Præpoſituræ Oppidi Bardkoro,
per quam vnionem acceſſoriè factam, ac pro-
inde tituli extinctiuam Iuſpatronatus primi
patroni vna cum titulo beneficij vniti fuit ex-
tinctum *Zabarell. conſ. 96. ſub num. 3. verſ. requi-
ritur conſenſus Lotther. de re benefic. lib. 1. quæſt. 28.
numer. 168. Rot. deciſ. 222. numer. 2. in fin. par. 2. re-
centior.*

Non inquam obſtat huiuſmodi Inſtrumē-
tum, quia non emanauit principaliter inter
patronos ad firmandam inter ipſos pertinen-
tiam Iuriſpatronatus, ſed ad inſtantiam Hie-
ronymi tunc Præpoſiti, ne ſtante amiſſione
Inſtrumenti antiquæ dotationis, & vnionis
horum beneficiorum caſu deperditi vſquam
dubitari contingeret, quæ nam bona ad Præ-
poſituram ſpectarent, vt conſtat, ibi, *timenſque
dictus Hieronymus ne ſucceſſu temporis ipſe propter
carentiam litterarum huiuſmodi in bonis, & dote
prædicta turbari valeat &c.* quapropter enuncia-
tiua dotationis, & pertinentia dotationis ad
Dominos Oppidi tanquam incidenter ad
alium finem ab Ordinario emiſſa non mere-
12 tur attendi † in hoc iudicio, quo illa præci-
puè in dubium reuocatur, *Felin. in cap. per tuas
num. 12. de probat. Alex. conſ. 136. numer. 11. lib. 1.
Aym. conſ. 29. num. 3. Rot. deciſ. 552. nu. 12. dec. 633.
num. 18. par. 4. tom. 3. recent. deciſ. 279. num. 4. par. 5.*

Et quatenus ſtandum eſſet enunciatiuis,
idem Inſtrnmentum enunciat in fine patro-
nos etiam Dominos Villarum, & quod plus

eſt vnionem innouat de eorumdem hoc no-
13 mine conſenſu, quo niſi † patroni fuiſſent
opus non erat *cap. ſuggeſtum de Iurepatr. clement.*
vnica, §. ad hæc de ſtat. monac. Concil. Trid. ſeſſ. 24.
de reformat. cap. 15. *ibi cum patronorum conſenſu,*
Pariſ. de reſign. lib. 2. quæſt. 2. num. 11. *Garz. de benef.*
par. 12. *cap. 2. num.* 202. *Caſtropal. oper. moral. tom. 2.*
tract. 13. *diſp. 6. punct. 9. circa finem.* Sicuti itaque
pars vtitur Inſtrumento ad ſui fauorem po-
ſcit æqualitas in iudiciis ſeruanda, vt illud re-
cipiat etiam in concernentibus fauorem Do-
minorum Villarum; maximè quia, tam ad-
uerſarius, quam d. Domini conſenſum æqua-
liter vnioni præſtiterunt, prout requiritur, †
14 quando plures ſunt patroni, *Lotther. de re be-*
nef. lib. 1. qu. 28. num. 170. *Caputaq. deciſ.* 346. *par.* 3.
Rota in Vercellen. Vnionis 23. *Aprilis* 1610. *coram*
Card. Lancellotto Iun.

Gratis verò dicitur per dictam vnionem
deperditum fuiſſe Iuſpatronatus Dominis
Villarum competens in beneficio Præpoſi-
turæ vnito: tum quia non probatur vnio fa-
cta acceſſoriè vt debet cum in dubio † præ-
15 ſumatur æquè principaliter *Rebuff. in prax. tit.*
de vnion. benef. num. 20. *Gonz. ſuper reg.* 8. *Cancell.*
gloſſ. 5. §. 7. *num.* 134. *Caualer. deciſ.* 330. *num.* 2. *Rot.*
in Meleuitana Vnionis 13. *Ianuarij* 1642. *coram*
Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano, & vtriuſ-
16 que beneficij æquè principaliter vniti † titu-
lus, ac patronatus maneat in ſtatu primæuo,
gloſſ. in cap. & temporis 48. *verb. vnire verſ. tertio*
modo 16. *quæſt.* 1. *& in cap.* 1. *verb. vniendo ne ſe-*
de vacan. Azor. inſtitut. moral. lib. 6. cap. 28. quæſt. 2.
verſ. tertius modus Garz. de benef. par. 12. *cap. 2. nu-*
mer. 37. *Gonz. d. gloſſ.* 5. §. 7. *nu.* 29. *Rot. penes Caua-*
ler. deciſ. 330. *ſub nu.* 1. *& in d. Meleuitana Vnionis*
coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.

Tum etiam quia vnione beneficij patrona-
17 lis Iuſpatronatus amittitur quando † facta
fuit alteri Eccleſiæ liberè, ſeù alicui loco pio,
vel in præbendam alterius beneficij vt expli-
cat *Lambert. de Iurepatr. lib.* 3. *quæſt.* 7. *art.* 10. *verſ.*
cum vnitur, & circa fin. verſ. quinta eſt cauſa, & in
his terminis loquitur *Zabarell. aliique allegati in*
obiecto. Secus verò ſi fiat beneficio pariter
18 patronali † non ad effectum vt liberum effi-
ciatur; cum enim tunc beneficium vnitum,
adhuc patronale ſit non ſecus, ac eſt illud cui
facta eſt vnio iuxtà tradita per *Nauarr. conſ.* 6.
nu. 2. de verb. ſignif. Gonz. ſuper reg. 8. d. §. 7. ex nu. 2.
Garz. d. cap. 2. numer. 18. neque beneficij † vniti
19 Iuſpatronatus acquiri potuerit patrono be-
neficij principalis, quippè qui vnitum non
fundauit, conſtruxit, aut dotauit, vt benè ad
propoſitum ratiocinatur *Lambert. de Iurepatr.*
lib. 1. par. 1. quæſt. 6. art. 5. num. 1. verſ. ego comprobo,
20 reſideat † neceſſe eſt penes primum patro-
num, vt in proximis terminis *Specul. titul. de*
Iurepatr. num. 17. *quem ſequitur Io. Andr. in cap.* 2.
ſub nu. 4. verſ. de vnita de Relig. dom. Card. in c. quo-
niam num. 8. de Iurepatr. Rocch. de Curt. de Iurepatr.
verb. honorificum ſub num. 12. *verſ. pone quod vnio,*
Lambert. d. art. 5. num. 1 in fin. & numer. 2. & lib. 3.
q. 6 art. 2. circa fin. verſ. quid autem, ſaltem quoad
21 ius præſentandi † ſimultaneè, ſeu alterna-
tiuè cum patrono beneficij principalis, ſicuti
contingit, quando ex aliqua iuſta cauſa be-
22 neficium liberum † patronali vnitur *Barboſ.*
in collat. ad Concil. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. num. 86.
Lambert. relatus à Moder. Piſan. de Iurepatr. lib. 15.
cap. 1. num. 17.

Quod citrà aliquam controuerſiam pro-
cedit quando aliundè apparet, quod patro-
23 nus conſentiendo vnioni † voluit ſibi Iuſpa-
tronatus retinere, vt per *Paul. de Cittadin. de Iu-*
repatr. par. 14. num. 3. ibi ſine aliqua contradictione,
Modern. Piſan. d. lib. 15. cap. 1. num. 33. Et apparet
24 in caſu noſtro euidentiſſimè, † primò quia
poſt erectionem, & vnionem inter Dominos
Oppidi, & Villarum conuentum fuit, quod
alternatiuè, ac per turnum fierent præſenta-
tiones *Summ. Ioſephi num.* 1. taliſque conuen-
tio quamuis negetur effectum ſortita, vtique
probat retinendi Iuriſpatronatus voluntatem
25 quæ etiam ex actu non effectuato, † quin &
ex nullo colligi poteſt, *Rip. in l. re coniuncti,*
num. 136. *ff. legat.* 3. *Surd. deciſ.* 333. *num.* 3. *Rot. de-*
ciſ. 281. *num. 7. par. 1. recentior.* præſertim † inter
26 compatronos *Rip. in cap. cum Eccleſiæ num.* 93.
de cauſ. poſſeſſ. & propr. Rot. deciſ. 174. *num. 3. par. 2.*
recent.

Secundò quià eodem modo poſt vnionem
continuò quoties caſus vacationis venit Do-
mini Villarum præſentarunt ſimultaneè vt
prius vna cum Dominis Oppidi Badckoro,
nec exaduerſo per longiſſimum temporis
lapſum datur aliqua præſentatio facta à ſe
27 dumtaxat; obſeruantia namque † declarat,
quo animo fuerit ab initio præſtitus conſen-
ſus vnioni, vt in terminis Iuriſpatronatus,
Gabr. conſ. 196. num. 6. lib. 2. Acchill. deciſ. 7. & 8. in
fin. de Iurepatr. Seraph. deciſ. 1410. *num.* 16. *Rota in*
pluribus deciſ. relatis à Modern. Carpenſe controu.
foren. cap. 153. *num.* 15. *& deciſ.* 18. *num. 2. inter im-*
preſſ. apud Modern. Piſan. de Iurepatr. Poniturque
pariter in claris quod Domini Oppidi non
habent prætenſam pinguiorem vocem ratio-
ne fundi ac dotis, ſed coequale ius cum Do-
nis Villarum, itaut in duas voces, quarum
alteram aduerſarius Oppidi ſucceſſor, alte-
ram ſex Domini Villarum habent Iuſpatro-
natus ſit diuiſum, quod dedit cauſam ſupra-
memoratæ conuentioni de alternatiuè per
28 turnum præſentando † vt ipſa conuentio,
licet effectu deſtituta demonſtrat *Vincent. de*
Franch. deciſ. 102. *num.* 15 *& ferè in puncto Rot. de-*
ciſ. 101. *num. 8. circa fin. verſ. non obſtat quod par.* 7.
recent.

Non obſtat contraria obſeruantia deducta
ex eo, quod in vacatione ſecuta de anno 1603.
non fuit inſtitutus Stephanus præſentatus,
ſed Albertus, quia hoc magis comprobat
obſeruantiam pro Dominis Villarum cum
ex datis *in Summario Ioſephi numer.* 2. in fine
probetur, quod Albertus quoque præſenta-
tus fuit ab ipſis, & à Domino Oppidi varian-
29 do † cumulatiuè, vt patronis laicis de Iure
permittitur, *cap. cum autem, vbi Abb. numer.* 2.
cap. quod autem, & ibi Abb. numer. 3. de Iurepatron.
Rocb. de Iurepatr. verb. honorificum quæſt. 9. num. 30.

Garz.

Garz. de beneſ. par. 5. cap. 9. numer. 214. aliique relati ab add. ad Buratt. deciſ. 942. n. 6.

Et ita deciſum vtraque &c.

MARSICEN. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 10. *Maij* 1649.

ARGVMENTVM.

Declaratoria vt contrà Capitulum & Vniuerſitatem decerni valeat quænam requirantur? Declaratoria datur nedum contrà non parentes, ſed etiam contrà impedientes executionem litterarum exequutorialium. Sola oblatio de parendo non ſufficit ad euitandam Declaratoriam, ſed vlterius requiritur, quod quis omnē adhibeat diligentiam ad remouēda impedimenta, vt litteræ executoriales debitæ exequutioni demandentur, præſertim, quando conſtat de colluſione non parendi, & ex quibus colluſio probetur?

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria non datur contrà Capitulum non conſtito de aliquo impedimento ab eo, vel eius procuratore, vel à perſona capitulari præſtito.*

2 *Executoriales rotales contra Vniuerſitatem decretæ, & relaxatæ debent eidem collegialiter intimari, alias de illius contumacia conſtare dici nequit.*

3 *Nec Vniuerſitatis contradictio, ſeù culpa conuincitur ex mandato procuræ facto à particularibus tanquam Sindicis, & electis ad proteſtandum contra executoriales, dum de eorum legitimà deputatione, ſeù electione non apparet.*

4 *Declaratoria fertur quoties conſtat de contradictione, & impedimentis litteris executorialibus præſtitis, & ex quibus huiuſmodi contradictio, & imdimenta probentur?*

5 *Declaratoria datur nedum contra non parentes, ſed etiam contra impedientes executionem litterarum executorialium.*

6 *Declaratoria datur etiamſi conſtet de contradictione alterius, nam ad hunc effectum paria ſunt per ſeipſum, vel per alium eius nomine contradicere.*

7 *Oblatio de parendo non ſufficit ad euitandam declaratoriam, ſed vlterius adhiberi debent omnes diligentiæ de remouendis impedimentis, vt paritioni locus ſit.*

8 *Declaratoria datur etiam ex facto tertij, quando conſtat de colluſione, & colluſio ad hunc effectum, ex quibus probetur? & num. 10.*

9 *Colluſio etiam coniecturis probari poteſt.*

11 *Actus, quo nomine fuerit geſtus colligitur ex inſcriptione.*

12 *Actus geſtus præſumitur eo modo, quo fieri poteſt, dum ex alio ſubſtineri non valet.*

13 *Iuriſdictio ordinaria exerceri nequit à Capitulo Sede plena, ac legitime non impedita.*

14 *Scientia attenta rei qualitate, temporis lapſu, ac actuum multiplicitate præſumitur.*

15 *Colluſionis præſumptio, ex quibus eliciatur?*

16 *Res iudicata afficit etiam tertium quando ipſe ſciuit litem agi, & non contradixit.*

17 *Impedimentum ad inſtantiam illius procuratum præſumitur, cuius intereſt.*

DECISIO CCCLXXXIII.

TERRAE Saponariæ Capitulum, ſeù Clerum, ac Vniuerſitatem cenſuerunt Domini non eſſe declarandos incidiſſe in cenſuras ob non paritionem executorialium Rotalium contrà inobedientes ibidem Comminatas. Quia non conſtat de aliquo impe-
1 mento † præſtito à Capitulo, vel eius legittimo procuratore, & alicuius Capitularis perſonæ oppoſitio, capituli reatum non probat, *Abb. in cap. irrefragabili ſub num. 2. in fin. verſ. nam aliud & ſeq. de off. Ordin. Plot. in repet. l. ſi quando ſub num. 832. limit. 24. Cod. vnde vi Alex. conſ. 114. ſub num. 12. lib. 4. Seraph. deciſ. 1022. nu. 24.*

De Vniuerſitatis pariter contumacia non
2 conſtat † cum litteræ executoriales illi collegialiter congregatæ intimatæ non fuerint, vt oportet *iuxtà gloſſ. in cap. ſi capitulo verb. factum de conceſ. præben. in 6. Seraph. deciſ. 857. numer. 7. deciſ. 1116. ſub num. 1. Rot. in Monopolitana Iuriſdictionis 11. Februarij 1647. §. nullitas coram me.* Neque mandatum procuræ à quibuſdam par-
3 ticularibus † tanquam Sindicis, & electis factum ad proteſtandum, & inherendum proteſtationibus contra executoriales Rotales, de quorum legittima deputatione, ſeù electione non apparet Vniuerſitatis contradictionem, ſeù culpam conuincit, *Alber. in l. nulli num. 12. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Curt. Iun. conſ. 174. num. 36. Plot. conſ. 38. num. 8. Menoch. conſ. 80. nu. 54 Schenar. conſ. 15. num. 8. & 9.*

Vtique tamen declaratoriam eſſe ferendam contrà Io. Camillum Manſerium, Marcellum Gilibertum, & Io. Franciſcum Danium modernum Saponariæ Archipresbyterum Rota cenſuit; Manſerij enim, & Giliberti contradictio, ac impedimenta ab vtroque præſtita
4 executorialium paritioni, † probantur, quia ille alterum procuratorem conſtituit ad contradicendum, ac impediendum, prout de facto alter contradixit, & impedire curauit; qua
5 propter ambo inciderunt in cenſuras † aduerſus ne dum principales ipſos, ſed etiam quoſcunque alios impedientes litterarum huiuſmodi executionem inflictas, tam vigore earumdem litterarum, quam bullæ *in Cœna Domini in §. 13. verſ. quiue illa &c. quam explicat Vgolin. de cenſur cap. 13. §. 2. ſub num. 5. verſ. quæ excommunicatio fol. mihi 326. & in §. 14. verſ. vel executionem &c. & cap. 14. §. 4. verſ. in executionem hanc fol. 339.* aliquequas refert, & ſequitur, *Moder. Manicalciatentis in comentar. d. Bullæ lib. 2. can. 13. quæſt. 9. concluſ. 2. num. 5. & ſeqq. per tot.*

Cumque prædicta geſſerint nomine Franciſci Archipresbyteri vt legitur in Sum. Reuerendiſſim Epiſcopi num. 5. ibi, *Io. Camillus Manſuerius Vicarius Generalis Io. Franciſci Dannij Archi-*

Archipreſbyteri &c. & idſra ibi *ad opponendum omnia iura actiones, & prætendentias ſpectan. ad dictum D. meum Archipreſbyterum principalem &c.* ac tandem in ſubſcriptione ibi, *Manſerius Vicarius generalis*; exinde conuincitur etiam cul-
6 pa Archipreſbyteri, † cum paria ſint per ſe ipſum, vel per aliũ ſuo nomine contradicere vt in his terminis, *Nauarr. conſ. 41. per tot. de ſent. excomun. cum alys allegatis à Moder. Manicalciatenſi ſup. cit. lib. 2. can. 13. quæſt. 9. in adit. litt. C.*

Nec Archipreſbytero ſuffragantur ſpecio-
7 ſæ oblationes † in Curia factæ parendi mandatis Rotalibus, ac renunciationes eius nomine, vt ſupra geſtis à Manſuerio, & Giliberto cum reuocatione quatenus opus ſit deputationis Manſuerij in Vicarium, quia cum eumdem Manſuerium in Vicariatu intruſerit, & Vicarius ad commodum Archipreſbyteri gerat, debuit vltrò Archipreſbyter adhibere omnem diligentiam vt ille Vicariatum dimittat, & à contradictione aliiſq; iuriſdictionis actibus abſtineant, vt reſpondit *Rot. deciſ. 234. nu. 8.* vbi habetur quod debet adhibere omnem diligentiam, & probare ſe feciſſe mora es diligentias *deciſ. 263. num. 3. inter impreſſ. apud Moder. Peruſinum de manuten. ac repetit. par. 5. recent. deciſ. 276. num. & ſeqq. vbi ſignanter numer. 5.* dicitur quod tenetur adhibere omnem conatum.

Maximè quia euidens eſt colluſio inter Archipreſbyterum, & Vicarium vt iſtis artibus Rotalis, ſeu verius Apoſtolici mandati
8 eludatur, ob quam † ferenda eſt declaratoria contrà Archipreſbyterum ex facto Vicarij; quamuis hic non illius, ſed Capituli nomine iuriſdictionem exercuerit, *Put. deciſ. 244. ſub num. 1.* ibi conſtito de aliqua colluſione *lib. 1. in corr. Rot. deciſ. 487. num. 8. lib. 3. par. 3. diuerſ. d. deciſ. 276. num. 4. par. 5. recent.*

9 Colluſio autem, cuius probatio † etiam ex coniecturis elici poteſt *Caputaq. deciſ. 143. num. 1. par. 1. Caſtill. deciſ. 72. num. 15. & 16. Mut. deciſ. 74. num. 25. Rot. deciſ. 23. num. 3. par. 1. recent.*
10 patet, † quia etiam poſt præfatas oblationes, & renunciationes Archipreſbyteri, Manſerius Vicarius iuriſdictionem Archipreſbyteralem exercuit in Terra Saponariæ, licentias quæſtuandi, & alloquendi Moniales concedendo, & quidem nomine Vicariali ipſius Archipreſbyteri, vt deponunt teſtes dati in Summ. addit. Epiſc. nu. 2. & 3. & apparet ex licentia quæſtuandi per extenſum data Summ. ibid. num. 1. cui Archipreſbyteri nomen inſcribitur ibi *Don Gio: Franceſco. Danio Arciprete di Saponara, & Ordinario di quella.* Nec facit quod Manſerius in huiuſmodi licentiæ ſubſcriptione Vicarij titulum omiſerit, & ſe Decanum, ac Officialem Capituli nuncupa-
11 uerit, quia ipſa inſcriptio demoſtrat, cuius nomine, & commodo licentiam conceſſerit, *Bart. in l. ſi patruus num. 6. Cod. com. vtriuſque iudic. Felic. de ſociet. cap. 3. num. 47.* præſertim quia
12 illa nomine Capituli † nullam ad id poteſtatem habentis ſuſtineri non poſſet vt per *Abb. in cap. cum ex officy numer. 32. de præſcr. Felin. ibid. num. 31. & ſeqq. Seraph. deciſ. 549. numer. 2. Rot. in Compoſtellana Parrochialis 10. Februarij 1645. §. ex his in fin. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Nuſquam ſiquidem iura diſponunt quod
13 iuriſdictio ordinaria † exerceri poſſit à Capitulo Sede plena, ac legittime non impedita vt fuit dictum in *Plocen. Canonicatus 29. Aprilis 1613. coram bon. mem. Coccino ſub num. 8. verſ. in tantum inter impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. to. 2. fol. 495.* nuſquam Capitulum Terræ Saponariæ tale quid mente concepit ſpatio ſexaginta, & amplius annorum, quo priuatiuæ iuriſdictionis inter Epiſcopum, & Archipreſbyterum iudicialis controuerſia, Archiuia de partibus fatigauit mediantibus pluribus hinc inde obtentis compulſorijs, innumeros coegit teſtes reciprocis remiſſorijs, impleuit Notariorum regiſtra actitantium laboribus, & aliquoties Sacræ Congregationis ſuper negocijs Epiſcoporum, continuoque huius Sacri Tribunalis aures per multiplices dubiorum propoſitiones inſignium pro vtraque parte patronorum apparatu, maximoque litigantium diſpendio occupauit. Quorum cum ignorantiam habuiſſe Capitulum allegare nõ
14 valeat, quippe ob rei qualitatem, † longitudinem temporis, multiplicitatem actuum ſcientia præſumitur, *Innoc. in cap. bona il ſecondo num. 1. verſ. quæritur de poſtulat. Prælat. Abb. in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 25. de cauſ. poſſ. & propr. Put. deciſ. 210. numer. 3. Seraph. deciſ. 306. numer. 5.* quod modo poſtquam Epiſcopus ſententias, & rem iudicatam reportauit, & in plena Signatura Sanctiſſimi illius executionem præſeruatam ad executorialem, eorumque intimationem deuentum fuit, Capituli excitetur prætenſio, ipſiuſque nomine idem met Manſuerus, qui Vicarius fuit, & eſt Archipreſbyteri perturbet Epiſcopi iuriſdictionem & executorialium effectum manifeſtam præ-
15 ſefert colluſionis † Archipreſbyteri cum Capitulo ſeù Manſerio præſumptionem, *Caſanat. conſ. 28. numer. 16. Decian. conſ. 11. num. 112. & 113. libr. 1. Menoch. præſumpt. 26. n. 12. lib. 5. Buratt. deciſ. 361. num. 12.*

Vt ſcilicet obedientiæ ab Archipreſbytero oblatæ quin potius affectatæ color, illius obdurati cordis contumaciam oculis celet nec plectatur cenſurarum declaratoria, & è conuerſo effectiuam obedientiam, Epiſcopique intentum euertat ſimulatum nomen Capituli quod in omnem euentum ſiue veniant principaliter, ſiue adherendo, ac defendendo iura Archipreſbyteri, quia notoriam litem tam diu ſupra agitatam ſciuit nec ſe hactenus op-
16 poſuit afficitur re iudicata † ad fauorem Epiſcopi completa ne eius executionem valeat remorari *ad tex. in cap. ſæpe de re iud. l. ſæpe ff. eod. & vtrobique notant Doct. & poſt alios tradit Grauat. ad Veſtr. in prax. lib. 5. cap. vlt. num. 25. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 17. nu. 554. Buratt. dec. 917. num. 1. verſ. cum in actis, & num. 4. verſ. quibus cum ſeqq. Bart. in l. à Diuo pio §. ſi ſuper rebus num. 3. ff. de re iudic.*

Ex quibus cum quicquid Manſuerus at-

tentauit ſolius Archipresbyteri intereſſe
17 re vera reſpiciat, & ob id etiam ab illo tacitè procuratũ præſumatur; *Seraph. dec.* 1094. *num.* 1. *& ſeq. Buratt. deciſ.* 335. *num.* 4. & in terminis declatatoriæ *Rot. deciſ.* 263. *ſub numer.* 3. *apud Moder. Peruſinum de manut. & in Gandauen. exemptionis* 22. *Iunij* 1648. *coram R. P. D. meo Celſo* ſupradictis omnibus ſimul iunctis, necnon quod nepotes Archipresbyteri ne executoriales intimarentur impedire alias curarunt, vt in Summ. Epiſcopi num. 4. viſum fuit reſiſtendum eſſe malitiæ contemnentis facto Apoſtolicam poteſtatem, quam labijs honorat.

Et ità deciſum vtraque Parte informante.

ROMANA LOCORVM MONTIVM.

Veneris 14. *Maij* 1649.

ARGVMENTVM.

Attentata non dicuntur commiſſa poſt emanatam commiſſionem à Signatura Iuſtitiæ vtraque Parte informante antequam impetrans ea vtatur, nam ante vſum commiſſionis non tribuitur iudici iuriſdictio, nec lis pendere dicitur, licet talis commiſſio ſit effecta cõmunis, itaut altera pars ea vti poſſit etiam inuito impetrãte commiſſio auocatoria ſtatim operatur abſque alia citatione ad dicen. contrà commiſſionem, quia Princeps auocando inhibere dicitur, hæc tamen concluſio non procedit quoties commiſſio auocatoria emanauit ad inſtantiam partis tunc requiritur quod pars ea vtatur. Pendente recurſu ad Signaturam abſque labe attentati nequit aliquid innouari, hæc tamen concluſio procedit cum diſtinctione nempè de recurſu pendente, ante quam Signatura reſcribat, & poſtquam reſcripſit, ac cauſam commiſit, vt egregiè in deciſione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſine lite non cauſantur.*
2 *Lis per commiſſionem, ac inhibitionem illius vigore emanatam inducta ſuperueniente illius moderatione de ordine Signaturæ Iuſtitiæ ſtatim expirat.*
3 *Commiſſio ante illius incapſationem, & citationem ad dicendum contrà non efficitur communis, nec cauſat attentata, minuſque litis pendentiam inducit.*
4 *Inhibitio afficit actus futuros, non præteritos.*
5 *Commiſſio obtenta à Signatura Iuſtitiæ vtraque parte informante quoad reum litem non inducit, nã reſcriptum Signaturæ habet in ventre tacitã conditionem quatenus impetrans ei vti velit.*
6 *Nec talis conditio purificatur niſi poſtquam per citationem ad dicen. contrà, vel alio modo actor iudicialiter vſus fuerit commiſſione obtenta.*
7 *Itaut ſola commiſſionis impetratio, & præſentatio non ſufficiat ad effectum attentatorum.*
8 *Commiſſio obtenta à Signatura vtraque parte informante operatur ſolum, vt ab initio commiſſio ſit effecta communis ad effectum, vt altera pars ea vti poſſit etiam inuito impetrante, quod alias facere non poſſet.*
9 *Non tamen efficit vt ante commiſſionis vſum tribuatur Iudici iuriſdictio, & lis pendere dicatur.*
10 *Iudicium ſine perſona Iudicis efformari nequit.*
11 *Litis conteſtatio requirit concurſum trium perſonarum nempe actoris, rei, & Iudicis.*
12 *Litis pendentia non inducitur ante vſum commiſſionis, & num.* 30.
13 *Lis quoad reũ non inducitur ex ſolo decreto inhibitionis ſeu citationis, quamuis reus id ſciat, ſed vlterius requiritur actualis exequtio, ac præſentatio inhibitionis ſeu citationis.*
14 *Commiſſio auocatoria operatur ſtatim abſque alia citatione ad dicen. contrà, ea ratione quia Princeps auocando inhibere videtur Iudici, ac partibus.*
15 *Declara concluſionem non procedere quando commiſſio auocatoria emanauit ad inſtantiam partis, tunc enim non operatur niſi pars reſcripto auocatorio vtatur.*
16 *Pendente recurſu ad Signaturam aliquid innouari nequit abſque labe attentatorum.*
17 *Amplia procedere etiam in termino quod pars citata fuit ad Signaturam pro obtinenda ſuperſeſſoria.*
18 *Recurſus ad Signaturam, vt cauſet attentata duo ſunt diſtinguenda tempora alterum antequam Signatura reſcribat, alterum vero poſtquam reſcripſit cauſam committendo, & num.* 23.
19 *Recurſus ad Signaturã antequam reſcribat vt cauſet attentata oportet quod vel Signatura ſuperſeſſoriam conceſſerit, vel innouatum fuerit in termino citationis pro ea obtinenda, aut in vltimis tribus diebus videlicet in die informationis Signaturæ, in vigilia, & in ipſa die Signaturæ.*
20 *Ratio eſt quia ceſſante ſuperſeſſoria, vel termino citationis ad viden. mandari ſuperſederi lapſo non debet citatus perpetuo expectare, imputandumque eſt recurrenti, quod ſuperſeſſoriam non obtinuit.*
21 *Alias eſſet in poteſtate recurrentis reclamando ad Signaturam ligare manus aduerſarij, ne ad executionem procedat.*
22 *Recurſus voluntarius ad Principem vim habet ſimplicis ſupplicationis, quæ regulariter executionem non retardat, nec litem inducit.*
24 *Recurſus ad Signaturã poſtquam reſcripſit niſi nouam audientiam conceſſerit non operatur illius pendentiam, quæ per ſuperueniens reſcriptum terminata, & conſumata fuit.*
25 *Sententia Iudicis ad quem in iudicatum tranſactu pendentiam appellationis perimit, & extinguit.*
26 *Recurſus ad Signaturam æquiparatur appellationi.*
27 *Signatura etiam poſtquam reſcripſit poteſt iterum nouas audientias concedere.*

28 *Si-*

28 *Signatura Iuſtitiæ repræſentat ipſum Principem, ac de eius mandato reſcribit.*

29 *Decreta lata in Conſiſtorio Principis nunquam tranſeunt in iudicatum, & poſſunt quandocumque reuocari.*

31 *Geſta poſt reſcriptum Signaturæ, & vſum commiſſionis attentata redduntur vi retrotractionis ad diem interpoſitæ appellationis, ac grauationis.*

32 *In commiſſione primæ inſtantiæ terminus retrotractionis applicabilis non eſt ad diem appellationis.*

33 *Continuatio poſſeſſionis antea captæ attentata non eſt, nam qui continuat non attentat.*

DECISIO CCCLXXXIV.

TRANSLATIO facta ſub die 12. Fe-
bruarij 1649. in perſonam Pompei Aric-
cia filij, & hæredis Camilli litterarum paten-
tium locorum montium 24. fidei olim can-
tan. ſub nomine Patris, fructuumque eorum-
dem locorum ſucceſſiua exactio viſa non fuit
attentata, quia translationis tempore nulla
1 pendebat lis, † ſine qua attentati vitium non
contrahitur, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. lim. 2.
num. 16. Caſſad. deciſ. 6. ſub nu. 2. ſuper reg. Cancell.
Rot. deciſ. 10. vt lit. pend. in nou.*
2 Quæ enim lis † per commiſſionẽ ſub die
31. Octobris 1648. directam R. P. D. meo Ve-
roſpio, & inhibitionem eius vigore emana-
tã præceſſerat ſuperueniente moderatione in
hibitionis ab eodem D. meo Veroſpio die 8.
Februarij 1649. de ordine Signaturæ decreta,
expirauit, *Lancell. d. par. 2. cap. 20. lim. 2. num. 1. &
& ſeqq. Rot. deciſ. 1. de offic. deleg. in nou. deciſ. 148.
num. 1. penes Put. libr. 3.* Alia verò commiſſio
3 mihi directa cum non fuerit incapſata, † &
per citationem ad dicen. contrà communis
effecta niſi ſub die 18. Februarij, & ſic per
dies poſt montium translationem eamdem
attentaram non reddit, quia litis pendentia
exindè inducta, ac inhibitio ad formam com-
4 miſſionis à me cõceſſa, † afficit actus futuros,
non præteritos. *Lancell. d. par. 2. cap. 20. in præ-
fat. num. 12. cum alys relat. ab Add. ad Bur. dec. 902.
num. 5. & in nullius, ſeù Sublacen. attentatorum pri-
ma Iulij 1647. coram me.*
Non obſtante, quod eadem commiſſio prius
ſub die 28. Ianuarij obtenta fuiſſet à Sig. Iu-
5 ſtitiæ vtraque parte informante, quia † quoad
Reum conuentum lis non incipit ab huiuſ-
modi reſcripto Signaturæ quippe quod il-
lud habet in ventre tacitam conditionem,
quatenus orator eo vti velit, *Hoſtien. in cap. ex
conqueſtione col. 2. in prim. verſ. tu verò dicas de
reſt. ſpol.* quem communiter receptũ teſtatur,
ibidem *Abb. num. 10. Butr. num. 12. verſ. in cauſa
Aretin. conſ. 33. num. 3. verſ. ad tertium Buratt. de-
ciſ. 138. num. 2. deciſ. 871. num. 1.* nec talis condi-
6 tio, purificatur † niſi poſtquam per citatio-
tationem ad dicen. contrà, vel alio modo
actor iudicialiter vſus fuit commiſſione ob-
tenta *Aret. d. conſ. 33. num. 3. verſ. dicit autem &
num. 4. Rot. deciſ. 317. num. 2. par. 2. recent. & d. de-
ciſ. 138. nu. 3. deciſ. 871. nu. 2. & ſeqq. penes Burrat.*
itaut ſola commiſſionis impetratio, & præ-
7 ſentatio † non ſufficiat ad effectum attentato-
rum, *Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. ſub
num. 45. verſ. et pro hac limitatione, Rot. penes Caſ-
ſad. deciſ. 1. num. 4. vt lit. peud. deciſ. 1. num. 3. & ſeqq.
par. 2. diuerſ. deciſ. 94. nu. 2. coram ſan. me. Greg. XV.
deciſ. 138. num. 4. coram bon. mem. Buratt. deciſ. 289.
num. 7. & 8. inter impreſ. apud Moder. Peruſ. de ma-
nut. & in Romana Legati 1. Iuly 1642. cor. R. P. D.
meo Cervo.*
In qua deciſione ſubditur hoc procede-
re, licet commiſſio à Signatura emanauerit
8 vtraque parte informante, † quia exindè ef-
ficitur quidem vſque ab initio commiſſio
communis ad effectum, vt altera pars vti illa
poſſit inuito impetrante, vt dixit *Rota in Tole-
tana penſionis 27. Iunij 1624. coram Reuerendiſſimo
D. meo Dunozett. Decano,* quod alias facere non
potuiſſet, *Bur. d. deciſ. 138. num. 4.* & pluribus
rationibus comprobatum fuit *in Salamantina
penſionis 13. Ianuarij 1584. coram Bubalo impreſſ.
apud Marcheſ. de comm. par. 1. fol. 172.* ſed non
9 ad effectum, † vt ante commiſſionis vſum
tribuatur Iudici iuriſdictio, & lis pendere
dicatur, nam omni caſu ineſt reſcripto ſupra-
dicta conditio pendens à volũtate impetran-
tis, dum Reus ipſe commiſſione non vtitur,
militat ratio non firmatæ iuriſdictionis in
Iudice, vt propterea deſit perſona Iudicis,
10 ſine † qua impoſſibile eſt litem, & iudicium
efformari, iuxtà tritiſſimam regulam, quod
11 trium perſonarum concurſus † requiritur
pro conſtitutione formalis iudicij, nempè
actoris, Rei, & Iudicis *cap. Forus §. iudicium de
verb. ſignif. Menoch. conſ. 100. num. 260.*
Atque hinc nil refert, quod Reus, vbi vtra-
que parte informante Signatura reſcripſit,
habuerit notitiam commiſſionis, quia plus
operari non poteſt notitia commiſſionis, quã
12 ipſa commiſſio, ex qua, † vt dicebam, non
niſi poſt illius vſum litis pendentia reſultat,
vt in fortior terminis dicimus quoad Reum
13 non induci litem † ex ipſo decreto inhibitio-
nis, ſeù citationis, quamuis id Reus ſciuerit,
ſed requiritur actualis exequutio, ac præſen-
tatio inhibitionis, ſeù citationis *Clem. 2. vbi
notant omnes vt lit. pend. Pariſ. conſ. 81. numer. 13.
libr. 4. Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. declar. 1.
numer. 4. & ſeqq. Seraph. deciſ. 1046. nu-
mer. 1. & 2.*
Non obſtat, quod commiſſio mihi directa,
ſit auocataria cauſæ R. P. D. meo Veroſpio
vt ſupra commiſſæ, ideoque operetur ſtatim
14 abſque alia † citatione ad dicen. contra, ea
ratione. quia Princeps auocando inhibere vi-
detur iudici, & ipſis partibus, *Lancell. de attent.
par. 4. cap. 10. num. 4. & ſeqq. & num. 10.* Nos enim
non verſamur in auocatione cauſæ à D. meo
Veroſpio, quæ imò per moderationẽ inhibi-
tionis ſublata fuerat, ſed in cumulatione
omnium cauſarum mihi ſecundo Iudici, cui
iam commiſſa fuerat cauſa appellationis à
mandato de manutenendo ad fauorem ad-
uerſa-

uerſarij relaxato ab A.C.Et in omnem euen-
tum idem *Lancell.d.cap.10. num.35. poſt Archi-*
15 *diac Gemin. & alios ibi alleg.* declarat † obiectũ
procedere,quando auocatio cauſę nõ emana-
uit ad inſtantiam Partis,ſecus in caſu contra-
rio, qui eſt caſus noſter, quia tunc requiritur
vlterius, quod pars vtatur reſcripto auocato-
rio id ipſum reſpondit, *Rota in ſupra citata Ro-
mana Legati §.final.coram R.P.D.meo Cerro.*

Tandem non obſtat, quod ſolus recurſus
16 ad Signaturam efficiat, ne aliquid † eo pen-
dente innouari poſſit abſque labe attentati,
*Neuiz.conſ.44.nu.10. prope fin.verſ.et ſic per talem
recurſum Magon.deciſ.Lucen.23.num.3.& ſeqq.cum
alijs alleg.in Ianuen.Pecuniaria, ſeù Attentatorum
24.Ianuarij 1642.§.tum quia coram Reuerendiſs.P.
D. Dunozetto Decano, & in Romana Vineæ 30.
Maij 1644.in prin.coram R.P.D.meo Royas*, vbi
17 hoc admittitur etiam in terminis, † quod
pars citata fuerit adSignaturam pro obtinen-
da ſuperſeſſoria quod etiam firmatum fuit
in deciſ.134.num.6.coram bon.mem. Burrati.

Quia pro declaratione huius concluſionis
18 diſtinguenda ſunt duo tempora, † alterum
antequam Signatura reſcribat, & tunc & re-
curſus ad illam cauſet attentata, oportet,
19 quod † vel Signatura conceſſerit ſuperſeſſo-
riam, vel innauatum fuerit in termino cita-
tionis pro ea obtinẽda executæ, aut in vltimis
tribus diebus videlicet in die informationis
Signaturæ, in vigilia, & in ipſa die Signaturæ
vt reſpondendo contrarijs bis declarauit *Rota
in Valentina Rectoriæ 3.Decembris* 1646.§ *penult.
& 24.Maij* 1647.§.*fin.coram me*, vbi dicitur ra-
20 ratio, quia ceſſante ſuperſeſſoria, † vel termi-
no citationis ad viden. mandari ſuperſederi
lapſo non debet citatus perpetuò expectare,
imputandumque eſt recurrenti, quod ſuper-
ſeſſoriam non obtinuit, vt per *Luc.de Penn. in
l.2.col.6.verſ.vel dic, & verſ. reſpondeo C. de nau-
frag.lib.11.* alias eſſet in poteſtate recurrentis
21 matte ſuo reclamando † ad Signaturam liga-
re manus aduerſarij, ne ad exequutionem
procedat, quod nec eſt de mente Signaturæ,
quæ vbi hoc vult, ſuperſederi mandat, nec de
natura voluntarij recurſus à Principe non-
dum admiſſi habentis verius vim ſimplicis
22 ſupplicationis, † quæ regulariter execuutio-
nem non retardat, nec litẽ facit; vt poſt *Bald.
in auth.quæ ſupplicatio nu.2. C.de precib.Imperator
offeren.* & alias reſoluit *Senatus Delphinatus apud
Franc.Marc.deciſ.623.num.7. ac tradit Menoch.de
arbitrar.lib.1.quæſt.70.num.19.& 23.Aſin in prax.
§.31.cap.2.ampl.9. num.3. & ſeqq.* quorum opi-
nionem vti veriorem recipiendam eſſe docet
remiſſiuè *Lancell.de attent.par.2.cap.19. num.16.
num.21.& ſeqq.& ſequitur Scacc.de appell.quæſt.19
num.27.vbi allegat.concord.*

Alterum tempus eſt poſtquam Signatura
23 reſcripſit † cauſam committendo in prima
inſtantia,de quo tempore niſi illa nouam au-
dientiam conceſſerit allegari amplius non
poteſt ſpretus Signaturæ, aut pendentia re-
24 curſus ad ipſam, † quia imò reſpectu Partis
pendentia huiuſmodi per ſuperueniens re-
ſcriptum terminata, & conſumpta ſuit non
ſecus, ac per ſententiam Iudicis, ad quem
25 in † iudicatum tranſactam terminata, & cõ-
ſumata dicitur pendentia appellationis, *Mo-
bed.deciſ.7.num.2.de cauſ. propriet. & poſſeſ. Rot.
deciſ.10.numer.3. vt lit. pend. in nou.* cui in hoc
26 recurſus † æquiparatur *gloſſ.in l.1. Cod.de ſent.
Præfect.Prætor Hypolit.Marſil.ſingul.88.in fin. Boer.
deciſ.247.numer.9.Lancell.d.cap.19.ſub numer.24.*
dixi reſpectu partis, quia penes ipſam Signa-
27 turam ſemper manet poteſtas † iterum atque
iterum indulgendi nouas audientias, cum
28 quoad Principem, † quem Signatura Iuſtitiæ
ræpræſentat, deque eius mandato reſcribit,
Marcheſ.de commiſſ.tom.2.fol.278.num.57. decre-
29 ta in eius Conſiſtorio iata † nunquam tran-
ſeant in iudicatum, & poſſint ab illo quan-
documque reuocari, *Bald. in l. reſcripta col.2.
num.7.C.de precib.imperat.offerend. Alb.conſ.290.
num.29.Rota in Aprutina, ſeù nullius Iuriſdictionis
8.Aprilis 1639.§. minus coram Reuerendiſſimo D.
meo Decano.*

Igitur innouata poſtquam Signatura com-
mittendo cauſam reſcripſit, non ſubiacent
regulæ pendentiæ recurſus, ſed litis, quam
30 eadem commiſſio induxit, † non tamen ſta-
tim, ſed accedente commiſſionis vſu,qui nec
31 non ipſum reſcriptum † in cauſis appellatio-
nũ reddit attentata prius geſta vi retrotractio-
nis ad diem interpoſitæ appellationis, & gra-
uaminis, vt ſæpiſſimè fuit dictum in *deciſioni-
bus allegatis in Auenionen. Attentatorum* 10. *Iunij*
1648.§.*nam quidquid coram R.P.D.meo Celſo*, at
32 in commiſſione primæ inſtantiæ, qualis eſt
noſtra applicabilis non eſt terminus retro-
tractionis ob non exiſtentiam extremi, ad
quem ad id neceſſarij ſaltem potentialiter iu-
xtà theoricam, *Bart.in l.neceſſario §.quod ſi pen-
dente ff.de peric.& commod.rei vendic.* multis al-
legationibus confirmatam *à Coſta de retrotract.
cap.7.num.1.& 2.*

Sicuti autẽ attentata non eſt tranſlatio loco-
rum montiũ medio tempore inter cõmiſſio-
nem, & citationem ad dicen.contrà facta, ità
nec exactio fructuum montium, quamuis
ſecuta poſt citationem ad dicen.contrà, quià
33 eſt quædam continuatio poſſeſſionis † me-
diante eadem tranſlatione acquiſitæ, *Rota de-
ciſ.179.ante num.1.poſt tract. modern. Peruſ.de ma-
nut. & in Romana, ſeù Ianuen. Locorum Montium
prima Iulij 1648.coram R.P.D.meo Cerro*, & qui
continuat,non attentat *gloſſ.in vlt.cap.non ſolum
verſ. dic tamen de appell. in ſexto Bero. conſ. 118.
num.8.& 24.lib.3.Lancell.de attent.par.2.cap.4.in
præfat. numer.541. & 546. Mantic. deciſ.71. nu-
mer.3.*

Et ità deciſum vtraque &c.

MELEVITANA PENSIONIS.

Veneris 14. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Attentata commiſſa pendente lite in Rota redduntur clara, cum non liceat parti Iudicem inferiorem adire, nec iſte aliquid decernere. Inhibitio Rotalis cauſat attentata etiam reſpectu Iudicis, quamuis perſonaliter parti tãtum præſentetur, & plura in deciſione notantur circa annum ab incarnatione & à natiuitate.

SVMMARIVM.

1 *Pendente lite in Rota non licet partibus Iudicem inferiorem adire, aut ipſi Iudici aliquid decernere poſt interpoſitam appellationem, n. 2.*

3 *Per appellationem manus Iudicis ſunt ligatæ.*

4 *Inhibitio Rotalis quamuis ſit præſentata parti tantum, adhuc Iudex ei parere tenetur.*

5 *Inhibitio Rotalis ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda.*

6 *Incarnatio phyſice, ac ſecundum naturam præcedit natiuitatem.*

7 *Computatio anni ab incarnatione præcedit anno incarnationis finito, itaut iuxta incarnationem annus denominari incipit quando finitur.*

8 *Computatio anni à natiuitate ſignificat annum inceptum & non dum finitum.*

9 *Mundus an fuerit creatus in Equinoctio verno, an vero in Autumno?*

10 *Annus cæptus prior eſt anno finito.*

11 *Denominatio anni à natiuitate prior eſt denominatione ab incarnatione.*

12 *Annus à natiuitate præcedens, & annus incarnationis ſubſequens concurrunt ſub eodem numero, videlicet à die 25. Martij.*

13 *Attentata reuocantur etiam officio Iudicis, cuius eſt læſa maieſtas, quamuis pars illis acquieſcat.*

DECISIO CCCLXXXV.

EMINENTISSIMI Magni Magiſtri Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ & Cõſilij completi decretum ſub die 25. Februarij 1649. latum, quo iniungitur Procuratoribus communis Erarij, vt ex pecunijs Commendatarij Spinolæ ſoluant Commendatario Iulio Amato penſionem, quam ab eodem Spinola dicto Amato deberi ipſe Magnus Magiſter, & Conſilium præfatum pronunciauerant per ſententiam diffinitiuam ſub die 17. Iunij 1647. attentatum eſſe cum omnibus inde ſecutis Rota cenſuit particulari dubio deſuper propoſito.

Præceſſerat ſiquidem appellatio à prædicta ſententia, & ſimpliciter per Signaturam commiſſa; necnon Inhibitio Rotalis eius vigore tam dicto Amato, quam V. Cancellario Religionis ſub die 14. Martij 1648. perſonaliter præſentata; poſt quæ lite pendente
1 in Rota † non licuit Amato Iudicem inferiorem adire *Butr. in cap. cum M. n. 61. de Conſt. Milis in verb. Iudex Ordinarius fol. 176. Lancell. de attent. par. 2 cap. 4. limit. 2. num. 52. & ſeq. Gabr. de Iudic. concluſ. 1. num. 6. Rot. deciſ. 148. num. 7. par. 5. rec. & in Romana fideicommiſſi, ſeu Attentatorum 17. Maij 1647. coram R. P. D. meo Arguelles.*

2 Aut ipſi Iudici inferiori † aliquid decer-
3 nere, cum per appellationem eſſent † eius manus ligatæ, *l. 1. & tot. tit. ff. nil innon. appell. penden. l. ſciendum ff. appellat. recipien. l. appellat. Cod. appellat. cap. non ſolum in fin. cap. Romana §. ſi autem ibique communiter Doctores eod. tit. in 6. cum alijs allegatis in Toletana Matrimonij 20. Iunij coram Reu. P. Domino meo Corrado,* & parere de-
4 buerit † Inhibitioni Rotali, quam ſufficit fuiſſe perſonaliter præſentata parti tantum, *Rot. deciſ. 311. num. 2. par. 4 tom. 2. recent. & in Lucana Canonicatus 30. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Peutingero, in Taurinen. Parrochialis 13. Nouembris 1647. coram R. P. D. meo Celſo*, ſiue iu-
5 ſta † ſiue iniuſta fuerit *Caputaq. dec. 93. par. 2.*

Nec dubitari poteſt, quin decretum de quo agitur ſubſecutum fuerit poſt inhibitionis executionem; quamuis hæc facta fuerit die 14. Martij 1648. illud vero emanauerit die 25. Februarij anni 1648. animaduertendum enim eſt, quod in decreto annus calculatur ab incarnatione, vt ocularitet legitur, ibi *die 25. Februarij 1648. ab incarnatione Summ. Spinolæ num. 4.* at in executione inhibitionis calculatur à Natiuitate, adeo quod menſis Februarij anni 1648. ab incarnatione cadit ſub anno 1649: ſumpto à Natiuitate non attento
6 quod Incarnatio Phyſice † ac ſecundum naturam præcedat natiuitatem, & ſic videatur, quod annus ab Incarnatione incipiat prius, quam annus à natiuitate; nam vt notat *Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 12. num. 1. in fin. & 2. ſignanter in verſ. ſi intellexerimus,* cumputatio an-
7 ni ab Incarnatione procedit † anno Incarnationi finito; ita vt iuxta Incarnationem annus v. g. 1648. finitus fuerit quando incepit
8 denominari, è conuerſo vero † computatio à natiuitate ſignificat annum inceptum, & non dum finitum eamdem diſtinctionem refert, & ſequitur *Bandinus Abb. Caſe noue in libro intitulato la chiaue del Calendario Gregoriano cap. 15. num. 22. in fin.* Quare omiſſa quæſtione an mundus creatus de menſe Martij fuerit
9 in Equinoctio verno † an vero in Autumno, de quia allegati per *Clauium in Spheram Ioann. à ſacro Boſco pag. 1. fol. 279. cum* ſi-
10 cuti annus cæptus † prior eſt anno finito, ita
11 denominatio anni à natiuite † prior ſit denominatione ab incarnatione vt, *fuit ponderatum in Meleuitana penſionis 26. Martii 1640. §. fin. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,* ac tantum à die 25. Martij concurrant ſub eodem nu-
12 mero † tam annus à natiuitate præcedens quam annus Incarnationis ſubſequens, *vt dixit Roc. deciſ. 4. de Iudic. in nou.* ſequitur quod menſis Februarij 1648. ſecundum Incarnationem, quo emanauit decretum ſit anno 1649. à natiuitate pro vt vltro facti ſeries cõprobat, quia ſtatim emanato dicto decreto Procurator Spinolæ comparuit, illudque vti

latum

latum poſt præſentatas litteras inhibitoriales Rotæ impugnauit *Summ.num.3.*

Non obſtat acquieſcentia Spinolæ eidem decreto, & actus ab informante pro Amato in memoriali porrecto pro obtinenda dilatione adducti. Quia negatur prorſus talis acquieſcentia, quæ in omnem euentum cum Iuriſdictioni huius Sacri Tribunalis, in quo per appellationem & commiſſionem Signaturæ citata parte productam lis pendebat, ac reuerentiæ debitæ eius Inhibitionibus præiudicium inferre non potuerit adhuc reuocan-
13 da eſſent attentata & ſaltem officio Iudicis cuius maieſtas læſa fuit, *Caſſad.dec.3.num.6. de reſtit.ſpoliat.Cocc.deciſ.418.nu.3. Buratt.dec.406. num.1.Rot.in recent.deciſ.235.numer.3. deciſ.637. num.6. par.1.deciſ.91.num.8.dec.91. num.8. deciſ. 465. numer.10. coram ſan.mem. Gregor.XV.& in Taurinen.Parrochialis 13.Nouembris 1647. §.fin. coram R.P.D. meo Celſo.*

Et ita deciſum informante ſolum Spinola præuijs tamen pluribus citationibus aduerſarij, cui ideo dilatio in ſupracitato memoriali petita denegata fuit, maximè quia prætextus dilationis, vt publica documenta pro Amato poſſent in Rota produci videtur mendicatus cum potuerint commodiſſimè hactenus produci, & iudicium attentatorum ſit celeris expeditionis.

HISPALEN. DECIMARVM.

Veneris 25. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Quaſi poſſeſſio non ſoluendi decimas non dicitur acquiſita, niſi ex parte acquirentis denegatio, & ex parte creditoris ſcientia, & patientia copulatiuè concurrat. Manutentio non retardatur per exceptionem priuilegiorum, vel per immemorabilem, niſi priuilegia ſint clara, & indubitata, & immemorabilis canonizata per tres conformes. Sub generali communicatione priuilegiorum mendicantium, ac etiam Patrum Societatis Ieſu non venit exemptio à decimis abſque expreſſa derogatione *cap.nuper de Decim.*

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo debetur nedum ex aſſiſtentia Iuris, ſed eo magis quando concurrit particularis quaſi poſſeſſio.*
Capitulum Hiſpalen. eſt generalis, ac perpetuus adminiſtrator reddituum decimalium vice Archiepiſcopi vniuerſalis Parochi in Diœc. Hiſpalen. ibid.
2 *Quaſi poſſeſſio percipiendi decimas probatur ex teſtibus.*
3 *Quaſi poſſeſſio decimas percipiendi acquiſita contra anteceſſorem ſuffragatur aduerſus Succeſſorē, quia cum Ius percipiendi ſit reale non mutatur, mutata perſona poſſidentis.*
Ius metimur ex parte actoris, & quando eſt reale non mutatur per mutationem perſonæ poſſeſſoris. ibidem.
4 *Amplia quamuis ſucceſſor prætendat habere priuilegium exemptionis nam illud non ſuffragatur, niſi ſit clarum & indubitatum.*
5 *Poſſeſſio ciuilis animo retenta vltra decennium continuata præſumitur quando non fuit interuerſa per debitorem, vel alter quaſi poſſeſſionem non acquiſiuit, tunc enim non intrat præſumptio obliuionis & dimiſſionis animi poſſidendi.*
6 *Obliuio lapſu decennij inducitur, quando poſſeſſio fuit per alium interuerſa & occupata.*
7 *Negatiua ſolutionis decimarum non probatur ex non deſcriptione in libro reddituum decimalium, quia liber probat affirmatiuam nempe decimas bonorum ibidem deſcriptas ſpectare ad Parochum ſeu alium, non autem negatiuam non pertinentiæ.*
8 *Acquieſcentia in non exigendo decimas ex quibus excludatur?*
9 *Negligentia in exigendo decimas non nocet Eccleſiæ pœnes quam poſſeſſio radicaliter manet, itaut eius nomine peti poteſt manutentio.*
Manutentio peti poteſt nomine Eccleſiæ, cui non præiudicat negligentia Rectoris in exigendo. ibid.
10 *Quaſi poſſeſsio non ſoluendi decimas non dicitur quæſita niſi concurrat ex parte acquirentis denegatio, & ſcientia & patientia ex parte creditoris.*
11 *Scientia & patientia non requiritur quando conſtat de titulo.*
12 *Manutentio in quaſi poſſeſſione exemptionis à ſolutione decimarum denegatur etiam ſi priuilegium?, vel immemorabilis concurrat, quando quaſi poſſeſſio non eſt probata, & concurrit poſſeſſio contraria, tam vniuerſalis, quam particularis, & n.13.*
14 *Manutentio non retardatur ſub prætextu priuilegiorum, vel immemorabilis, ſed illorum diſcuſſio reijcitur ad petitorium.*
15 *Limita primo, quando priuilegia ſunt clara & indubitata intellige, vt num.23.*
Limita ſecundo, quando reus conuentus habens pro ſe immemorabilem eſt in quaſi poſſeſſione, vel 15. *qui manutentionem petit nititur immemorabili. ibid.*
16 *Priuilegia quando non ſunt clara, vel alias fuerunt reiecta nō retardant manutentionem in quaſi poſſeſſione decimandi.*
17 *Immemorabilis, quamuis habeat vim priuilegii, multum ab eo differt.*
18 *Differentia inter immemorabilem, & priuilegium non cadit quoad ſubſtantiam, ſed quoad probationem.*
19 *Teſtes, per quos immemorabilis probatur non faciunt incontinenti probationem probatam, ac rem notoriam.*
20 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*
21 *Probatio per teſtes non excludit, quin alia pars admittatur ad probandum contrarium.*
22 *Exceptio tituli reſpiciens petitorium, vt manutentionem retardet debet titulus incontinenti probari per confeſsionem partis, aut per rem iudicatam, aut publicum Inſtrumentum.*

23 *Pri-*

23 *Priuilegium clarum & indubitatum tunc manutentionem impedit ſi de eo conſtat per publicum Inſtrumentum, non autem de eo, quod præſumi facit immemorabilis probata per teſtes.*

24 *Iudicium poſſeſſorium non retardatur ex probatione tituli deſumpto ex teſtium depoſitionibus.*

25 *Immemorabilis manutentionem impedit quando eſt canonizata per tres conformes in iudicatum tranſactas.*

26 *Tempus non eſt modus inducendæ, vel tollendæ obligationis.*

27 *Libertas non ſoluendi non præſcribitur ſine facto præſcribentis, quod in denegatione petita ſolutionis conſiſtit, & petitione ſeu denegatione ceſſantibus eſt potius quædam abſtinentia, quam conſuetudo non ſoluendi.*

28 Deciſio in Hiſpalen. Decimarum 27. Iunij 1647. coram bon. me. Card. Corrado declaratur.

29 *Requiſitum petitionis & denegationis ad effectum acquirendi quaſi poſſeſſionem exemptionis requiritur in præſcriptione longi, ſeu longiſſimi temporis, non autem in immemorabili.*

30 *Ratio eſt quia immemorabilis includit præſumptam conceſſionem priuilegii, quæ petitione ac denegatione ſolutionis non eget.*

31 *Exceptio immemorabilis ſtãte diſcrepantia dicitur requirere altiorem indaginẽ, itaut manutentionem non impediat.*

Exceptio facti dubij à ſummariiſſimo poſſeſſorio reiicitur ibid.

32 *Immemorabilis quoad certa & particularia bona acquiſita an ſuffragetur quoad bona futura, & alia poſtea quæſita, & n. ſeq.*

Præſcriptio non operatur in poſtea quæſitis, ſed antea. ibid.

Immemorabilis non operatur quoad ea quæ de nouo ſuperueniunt. ibid.

33 *Manutentio retardari nequit ſub prætextu immemorabilis, quando illa requirit altiorem indaginẽ, & Teſtes ad eam inducendam cum requiſitis non concludunt.*

34 *Exemptio à decimis diuinis non venit ſub generali communicatione priuilegiorum niſi expreſſa cõcurrat derogatio.* cap. nuper de Decim.

35 *Subrogatio reſpectu exemptionis non operatur non conſtito de exemptione rei, in cuius locum fit ſubrogatio.*

36 *Subrogatio expreſſa vbi non adeſt, quæ fit ab homine non transfert in ſubrogatum priuilegia principalis.*

DECISIO CCCLXXXVI.

VTRVM Capitulo & Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Hiſpalenſis in quaſi poſſeſſione exigendi decimas ex fructibus bonorum, quæ Patres Dominicani Monaſterij S. Pauli eiuſdem Ciuitatis hæreditario vel alio titulo à laicis acquiſiuerunt & proprijs ſumptibus colunt, vel è conuerſo ipſis Dominicanis, in quaſi poſſeſſione non ſoluendi dictas decimas danda ſit manutentio fuit hodiernæ diſputationi expoſitum, & ad fauorem Capituli reſolutum prout alias in ſecunda inſtantia coram R.P.D. meo Meltio. Quia illius intentio fundatur ne dum in
1 aſſiſtentia iuris † quam habet vti generalis, & perpetuus adminiſtrator reddituum, & decimarum vice Archiepiſcopi vniuerſalis Parochi in Diœceſi Hiſpalenſi, ſed etiam in particulari quaſi poſſeſſione exigendi decimas ex hoc ipſo prædio nuncupato di buena ſperanza, olim poſſeſſo à Didaco Henri-
2 quez, & per eum vendito † Dominicanis de qua deponunt plures Teſtes de facto proprio *Summ. cap. num. 4.* & propterea benè dictam quaſi poſſeſſionem probant *Bald. in l. 1. nu. 22. C. de fructib. & lit. expen. Coccin. deciſ. 439. n. 2.*

3 Eademque quaſi poſſeſſio † acquiſita de tempore quo poſſidebat Henriquez ad obtinendam manutentionem aduerſus Dominicanos illius ſucceſſores capitulo ſuffragatur, quia ius metimur ex parte actoris, cumque ſit reale mutata perſona poſſeſſoris non immutatur, vt in terminis decimarum *Rota deciſ. 341. num. 1. par. 1. recent. deciſ. 189. num. 3. par. 2 deciſ. 455. num. 2. penes Modernum de manut.* & magis in puncto ad fauorem huius Capituli
4 contra ſucceſſores † prætendentes habere priuilegium exemptionis à ſolutione decimarum, *fuit deciſum in Hiſpalen. Decimarum 27. Iunii* 1644. *§. quia fuit reſponſum coram Reu. P.D. meo Corrado, & in alia Hiſpalen. Decimarũ de Baraona 12. Ianuarii 1646. §. quia per manutentionem coram R. P. D. meo Cerro*, niſi fortè ſucceſſoris priuilegium ſit clarum & indubitatum in quibus terminis loquitur *dec. 215 coram Reuerendiſs. Vrgellen. & deciſ. 44. num. 4. p. 7. recent.* vt declarauit *Rota in Toletana Decimarũ 15. Iunii 1648. §. final. coram R.P.D. meo Celſo*, quare (vt infra dicam) non eſt priuilegium Dominicanorum.

Dici vero non poteſt Capitulum à poſſeſſione cecidiſſe, ex quo per decennium & amplius decimas non exegerit, quia ciuilis
5 poſſeſſio animo retenta † etiam vltra decennium continuata præſumitur in his incorporalibus, quando non fuit contradicta, ſeù interuerſa per denegationem ſolutionis ſemel factam à debitore, vel alter eiſdẽ iuris quaſi poſſeſſionem non acquiſiuit cum tunc non intret præſumptio obliuionis, ac dimiſſionis
6 animi poſſidendi quam lapſus † decennij inducere ſolet interuerſa, vel occupata per alterum poſſeſſione, *Lotther. de re benef. lib. primo quæſt. 38. nu. 216. & ſeqq. Gratian. diſcept. 310. n. 48. & ſeqq. & poſt Bertaz. loquentem de taciturnitate per triginta annos, Buratt. deciſ. 347. num. 10. & 11. Mantic. deciſ. 272. num. 5. Rota inter recent. deciſ. 287. nu. 5. par. 2. deciſ. 143. n. 2. & deciſ. 571. nu. 13. inter impreſſ. apud Modern. de manut. cum aliis allegatis in dicto tract. obſeru. 58. n. 13.*

At in caſu noſtro Dominicani non probant denegaſſe aliquando ſolutionem harũ decimarum Capitulo ipſo acquieſcente ad quem effectum non releuant Teſtes dati in illorum *Summar. num. 4.* deponentes quod in Archiepiſcopatu Hiſpalen. adeſt *quidam redditus nuncupatus Fratrum & Monialium*, qui cõ-

poni-

ponitur ex hæreditatibus,& bonis per fratres & moniales acquiſitis cuius decimam percipiunt Arrendatores Archiepiſcopatus,
7 quia exinde reſultat † quidem probatio affirmatiuæ,nempè quod bonorum ibi deſcriptorum decimæ ad Capitulum ſpectant, & ab Arrendatoribus exactæ fuerunt non tamen negatiuè non pertinentiæ, aut denegationis decimarum ibi non deſcriptarũ, vt ex *Peregr.& aliis reſpondit Rot.in Bonon. fideicom.de Glauarinis 5.Iunii 1637.§.nec excuſant corã R.P.D.meo Royas facit dec. 497. n.2.& 3.p.4.rec.* Eo minus quia nulla adeſt neceſſitas,aut obligatio has decimas arrendandi,& quod plus eſt in arrendamẽtis factis excipiuntur nominatim decimę illorum,qui ſoluere recuſant earũq;exactio reſeruatur Capitulo:Vnde pror-
8 ſus excluditur acquieſcentia Capituli† ne decima hæc exigeretur,vt bene ponderatũ fuit, in *prima deciſ. huius cauſæ coram R. P. D. meo Meltio ſub die* 15. *Februarij* 1647. §. *& dum*, & in omnem euentum negligentia Capituli in
9 exigendo† quia præiudicare non valet Eccleſiæ penes quam poſſeſſio radicaliter manet non efficeret quin eiuſdem Eccleſiæ nomine hodie peti poſſet manutentio, *Seraphin. deciſ.*1417.*ſub num.*3.*cum aliis allegatis in Hiſpalen. Decimarum* 27. *Iuny* 1644. §. *ſecundo quia coram R.P.D.meo Corrado*.

Ex his corollariè ſequitur quod à Patribus Dominicanis nuſquam acquiſita fuerit quaſi poſſeſſio non ſoluendi, ac exemptionis à ſolutione Decimæ, quia cum actus negatiui poſſeſſio pendeat ab ipſa derogatione, & per hanc affirmatiua poſſeſſio prioris poſſeſſoris abſque illius conſenſu & animo nõ euacuetur, requiritur proinde ad acquirendã quaſi
10 poſſeſſionem non ſoluendi † denegatio ex parte acquirentis & copulatiuè ſcientia & patientia creditoris in quaſi poſſeſſione exigẽdi exiſtentis, *iuxta notata per DD. in l.*1. *C. de ſeruit.& aqu. l.quis quãuis ff. acquir.poſſ. Buratt. deciſ.*912. *nu.*6. & in terminis decimarum vltra allegatos in *deciſ.D.mei Meltii, Seraph. deciſ.*1463. *num.*5. *Mantic.deciſ.*40.*num.*9. *& deciſ.* 207.*ſub num.*6.*Rota diuerſ. deciſ.*165.*ſub num.*5. *&* 6. *par.*4. *& in Toletana Decimarum* 15. *Iunii* 1648. §.*vlterius coram R.P.D.meo Celſo*, & gra-
11 tis dicitur ſcientiam & patientiam † huiuſmodi non requiri quando conſtat de titulo, *Rebuff.in Conſtit. Gall. tom.*3. *tit.de mater poſſ. in præfat.num.*145.*& ſeqq.Grat.diſcep.*870.*num.*33. *Rot.deciſ.*533.*num.*3.*par.*1. *recent.* quia ex infradicendis tituli exemptionis releuans probatio non adeſt.

Nullo modo igitur Dominicanis debetur manutentio in quaſi poſſeſſione exemptio-
12 nis † eſto quod ſimul ipſis aſſiſteret immemorabilis & priuilegia Apoſtolica, vt per *Mareſcott.var.reſol.lib.*1.*cap.*11. *numer.*5. *&* 18. *Reuerendiſſ. Vrgell.deciſ.*215.*nu.*6. quia aſſertam
13 quaſi poſſeſſionem non † probant eaque ceſſante præualet antiqua Capituli poſſeſſio tam vniuerſalis,quàm particularis in prædio de quo agitur *Seraph.deciſ.*18.*n.*3.*& dec.*1380. *n.*21.*Rota in ſupracit.Toletana Decimarũ* §.*poſſeſ-*

ſio verò coram R.P.D.meo Celſo.Eſtque manutenibilis, nõ obſtantibus & priuilegiis,quia re-
14 ſpiciunt petitorium † nec retardant manutentionem donec plenius diſcutiantur,vt cõprobat *prima deciſio coram D.meo Meltio, §.Vndè & 2.edita* 19.*Iunij* 1648.§.*non obſtat vbi allegantur concordantes*.
15 Et licet hoc limitetur † quando priuilegia ſunt clara & indubitata, vt declarauit *Rota in ſæpe citata Hiſpalen. Decimarum* 27. *Iuny* 1644. *Et quia deciſio coram R.P.D.meoCorrado*, vel reus conuentus habens pro ſe immemorabilem eſt in quaſi poſſeſſione, *Rot. apud Moder. de manut.deciſ.*197.*num.*4. vel is qui manutentionem petit nititur immemorabili, qui eſt caſus *deciſ.*44.*num.*9.*&* 10. *par.*7. *recent.* neutra ex his limitationibus applicatur caſui noſtro quia Capitulum, vt dicebam innititur vniuerſali, ac particulari poſſeſſioni, quam exabundanti iuris aſſiſtentia confouet,Dominicani rei conuenti vt mox probaui non poſſident & exaduerſo allegata priuilegia nõ ſunt
16 clara † pro Dominicanis, quin potius contra ipſos reiecta fuerunt in *Vercellen. Decimarum* 13. *Nouembris* 1645. *&* 15. *Ianuarij* 1646. *coram R.P.D.meo Cerro*, vbi ſingulorum defectus enumerantur, & prius in *Dertuſen.Decimarum, coram Card. Sacrato impreſſ. apud Modern.de manut. deciſ.*157.*num.*4. *&* 5.

Clara pariter, & indubitata non eſt immemorabilis,circa quam animaduertendum eſt
17 Primo multum illam differre † ad effectũ de quo agitur ab inſtrumẽto Priuilegii,quãuis priuilegij vim habeat *Beccius conſ.*180. *numer.*22. *& ſeqq.aliique relati à Larr. allegat.*119. *num.*15. *par.*2. & differentia cadit non quo ad
18 ſubſtantiam †, ſed quoad probationem, ſiquidem teſtes per quos immemorabilis pro-
19 batur † non faciunt incontinenti probationem probatam, ac rem notoriam *Bald. in l. generalis ſub num.*5. *in vlt.notab.C.Sacroſ. Eccleſ. Menoch.de adipiſc.remed.*4.*ſub num.*108.*Argel.de. acquir.poſſ.quæſt.*6.*num.*76.*Buratt.deciſ.*211. *nu.*3.
20 prout facit publicum † inſtrumentum *Dec. conſ.*36.*num.* 2.*Ruin.conſ.*128.*num.*1.*lib.*4. cum
21 probatio per Teſtes † non excludat, quin alia pars admittatur ad probandum contrarium, vt benè *ad propoſitum ponderat Rolan.conſil.*98.*num.*38.*verſ.nam certiſſimi lib.*3.*Caſtr.conſil.*91.*ſub num.*8.*verſ.quod cum lib.*1. Argel. de *acquir.poſſ. quæſt.* 2. *num.*215. *& ſeqq. & melius quæſt.*14 .*numer.*31. ob quam rationem *Rota in Balneoregien. Confinium* 4. *Aprilis* 1604. *coram bo.me.Card. Sacrato impreſſ. apud Modern.de manut.deciſ.*422.*num.*10. dixit in hoc ſummariiſſimo Iudicio non ſatis eſſe Teſtes ad probandum non ius poſſeſſoris.
22 Cum itaque exceptio tituli † reſpiciens petitorium retardet manutentionem debeat nedum eſſe releuans in ſubſtantia, ſed etiam incontinenti indubitatè probata; itaut de titulo conſtet per cõfeſſionem partis, aut rem iudicatam, aut publicum inſtrumentum, *Seraph. deciſ.*876.*num.*2. *Rota decis.*3. *ſub num.*1. *verſ.quando hæc notorietas de reſtit. ſpoliat. in nou. deciſ.*81.*num.*4.*penes Mart.Andr.& in Iuuenacen.*

 & Mel-

& Melphiten. bonorum 8. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Corrado in Caloguritana beneficij de Cornago 13. Maij 1647. coram me. Limitatio ſupra deducta quod priuilegium clarum impe-
23 dit † ne poſſeſſor manuteneatur intelligenda eſt de priuilegio probato per publicũ inſtrumentum, vel altero ex prædictis tribus modis in quibus terminis loquuntur quotquot in id exaduerſo allegantur, non autem de eo, quod præſumi facit immemorabilis probata per Teſtes, niſi vltro eadem immemorabilis fuerit canonizata per tres ſententias in iudicatum tranſactas, nam probatio-
24 nes tituli deſumptæ ex teſtibus † iudicium poſſeſſorium non retardant, *Rota deciſ. 172. num. 9. & 10. deciſ. 284. num. 8. apud Modern. Peruſ. de manut.* & ideo in hoc Sacro Tribunali perpetuo deciſum fuit, quod tunc demum
25 immemorabilis † impedit ne poſſeſſor manuteneatur, cum canonizata fuit per tres ſententias conformes, vt in pluribus *deciſionibus alleg. à dicto Moderno de manut. obſeru. 45. num. 19. & in prima deciſ. R. P. D. mei Meltij §. vnde cum, & nuper in Beneuentana Decimarum 8. Martij anni currentis §. tum etiam coram R. P. D. meo Royas.*

Secundo animaduertendum eſt, quod in caſu noſtro dubitari vlterius contingit, an Teſtes probent immemorabilem, cum non deponant Dominicanos interpellatos vt decimam ſoluerent eam denegaſſe Capitulo Hiſpalenſi ſciente & acquieſcente, vt etiam pro inducẽda immemorabili requiri voluerunt infra allegandi, eo quod tempus non
26 eſt modus † inducendæ, vel tollendæ obligationis, libertas non præſcribitur ſine
27 facto † præſcribentis quod in denegatione petitæ ſolutionis conſiſtit, & petitione ac denegatione ceſſantibus eſſet potius quædam abſtinentia à ſolutione, conſuetudo ſeu vſus non ſoluendi cuius opinionis *Auctor eſt Alex. conſ. 136. numer. 19. verſ. primo quod fuerint lib. 2. eumque ſequitur Burſat. conſ. 142. numer. 22. & ſeqq. vbi ſignanter ſub nu. 25.* ait opinionem *Alex. eſſe communiorem & veriorem Cephal. conſ. 40. num. 32. & 33. Beccius conſ. 128. num. 18. Rimin. iun. conſ. 589. num. 47. & ſeqq.* vbi reſpondet omnibus contrarijs, alijque plena manu congeſti à *Caſtillo de tertijs Regijs cap. 29. num. 7.* quibus additur *Rouit. deciſ. 97. num. 5. & ſeqq. Rota deciſ. 655. num. 3. verſ. & quatenus par. 3. recent. deciſ. 23. num. 1. iuncto num. 5. par. 6.* Neque contrarium firmatum fuit *in Hiſpalen. Decimarum 26. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Corrado*, quia
28 & ſi † in §. *quoniam allegati fuerint DD.* contrarium ſentientes, tamen in §. *finali* declaratur id ponderatum fuiſſe ad effectum dumtaxat demonſtrandi quod articulus eſt diſputabilis & propterea interim deneganda non erat petita remiſſoria, ſuper qua principaliter illa deciſio emanauit reſeruando ſuis loco & tempore eiuſdem articuli quatenus opus ſit pleniorem diſcuſſionem.

Et quamuis contrariam opinionem videlicet quod requiſitum petitionis & denega-
29 tionis † procedat quidem in præſcriptione longi ſeu longiſſimi temporis, non autem in immemorabili amplexus fuerit *Aym. conſ. 111. preſertim ſub num. 2. & ſub num. 21. & conſ. 775. col. penult. Natta conſ. 446. numer. 15. Menoch. conſ. 887. num. 54. Auend. de exequen. mand. cap. 6. ſub num. 8. & pluribus allegatis Caſtill. d. tract. de tert. Reg. cap. 29. num. 8. & ſeq.* ea ratione quia
30 immemorabilis † includit præſumptam conceſſionem priuilegij, quæ petitione ac denegatione ſolutionis non eget, & in omnem euentum vtique per temporis immemorabilis lapſum interceſſiſſe præſumitur. Quicquid ſit de vtriuſque opinionis veritate
31 hæc ipſa Doctorum diſcrepantia † efficit vt exceptio immemorabilis requirere dicatur altiorem indaginem, & propterea non ſecus ac exceptio facti dubij à ſummariſſimo poſſeſſorio reijciatur *Capic. deciſ. 10. num. 19. & 20. Seraph. deciſ. 271. ſub num. 6. verſ. nam etiam Rota deciſ. 64. num. 6. inter impreſſas apud Pacif. de Salu. idem Pacif. d. tract. inſpect. 2. cap. 2. num. 85. & ſeqq. & fuit dictum in Bononien. fideicommiſſi de Sanctis* 17. *Maij* 1647. *§. final. coram me.*

Inſuper quia prædium hoc di buena ſperanza ſolum ab anno 1615. effectum eſt Eccleſiaſticum & à Dominicanis poſſeſſum, poſt quod tempus certum eſt immemorabilem non fuiſſe inductam, remanet diſcutien-
32 dum An immemorabilis † ſuper aliis bonis Dominicanorum ſuffragetur in bonis futuris, ac nuper acquiſitis, quam quæſtionem tangit ſupracitata *deciſio Hiſpalen. Decimarum anni 1647. §. quia*, ſi probetur & affirmatiuè reſoluit ad effectum remiſſoriæ, ad quem ſola dubietas ſufficit, ſed pleniori cognitioni, vt cætera in fine reſeruat, pariterque affirmatiuam ſententiam in terminis priuilegij exẽptionis à decimis diſtinguendo inter priuilegium & præſcriptionem ſequitur *Suar. de Relig. tom. 1. lib. 1. cap. 19. ſub num. 7. Caſtropal. moral. tom. 2. tract. 10. de decim. & primit. diſput. vnic. punct. 12. num. 6.* Sed negatiuam in ipſis terminis immemorabilis videtur amplexa *Rota penes Put. deciſ. 150. num. 2. lib. 1.* ea ratione quia præſcriptio non operatur in poſtea quæſitis ſed antea, & immemorabilis non operatur, quoad ea quæ de nouo ſuperueniunt, ſic etiã *Gabr. de præſcript. concluſ. 2. num. 13. Zaſ. conſil. 16. num. 54. & ſeq. lib. 2.* & ſuper hac quæſtione maturius deliberandum eſſe dixit in puncto priuilegij exemptionis à decimis *Ferd. Arrias de meſa var. reſol. lib. 3. cap. 13. numer. 22. in fin.*
33 Quapropter cum tot concurrant † altioris indaginis argumenta, ac teſtes ad probandam immemorabilem inducti non coarctent negatiuam ſolutionis per 40. annos, *vt latius ponderatur in deciſ. R. P. Domini mei Meltij*, nullatenus interim prætextu aſſertæ immemorabilis ſuſpendenda eſt manutentio Capituli in quaſi poſſeſſione plenè probata decimam de qua agitur percipiendi, vt fere in puncto *Mareſcott. variar. reſol. lib. 1. cap. 11. num. 18. circa fin. Rot. in alia Hiſpalen. Decimarum 27. Iunij 1644. §. alia vero coram R. P. D. meo Corrado.*

Minus releuat communicatio priuilegiorum

34 rum aliorum mendicantium † inter quæ ad eſt illud Patrum Ieſuitarum canonizatum *in deciſ.44. par.7. recen.* & in alijs, quia ſub ea non venit exemptio à Decimis diuinis niſi fuerit expræſſa, & vlterius adſit indiuidua derogatio Concilij generalis ſub Innocentio III. relatum *in cap. nuper de decim.* vt in terminis communicationis fuit deciſum inter *recen.deciſ.214.num.5.par.2.deciſ.40.num.1. & 3 par.4. & in Vrbinaten. Decimarum coram Sanctiſſimo D. N. Innocentio Decimo impræſſa poſt tract. Modern. de iur. Abbat. deciſ.95.num.4.* vbi allegantur cōcordantes, *& in Mediolanen. Decimarum coram bo. me. Coccino inter eius impreſſ. deciſ. 279. num. 2. & ſeqq. cum alijs relatis ab Add. ad Buratt.deciſ.704.num.13.*

Tandem non obſtat, quod hoc prædium Dominicani emerint ex prętio alterius prędij per ipſos venditi Laicis, cuius proinde loco ſubrogatum prætendunt tum quia, vt vi ſub-
35 rogationis † hoc prædium eſſet exemptum docendum eſſet de exemptione prædij in cuius locum dicitur facta ſubrogatio, *vt ex tex. in l. nemo plus Iuris ff. reg. Iur. reſpondit Rot. deciſ.151.num.9.apud modern.de manut.* tum etiam
36 quia ſubrogatio expræſſa non adeſt, † & quæ fit ab homine non transfert in ſubrogatum priuilegia principalis *Rim.iun.conſ.18.numer.38.Valenz.conſ.190.num.52.lib.2. Girond. de priuil.num.313. Rota deciſ.95.num.5.par.3.recen. deciſ.402.num.1.par.4.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

MAIORICEN. BENEFICII.

Veneris 25. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus regulariter in fideicommiſſariū non tranſit, ſed manet apud hæredem directum, hæc tamen regula limitatur quoties apparet teſtatorem voluiſſe fideicommiſſarium nedum eſſe hæredem inſolidum, ſed etiam ad omnimodas diſpoſitiones Obſeruantia interpetratiua etiam ex actibus remotis inducitur, quoties non conſtat de alia anteriori contraria.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio præſentandi ſine bona fide non acquiritur.*

2 *Iuſpatronatus regulariter per fideicommiſſum quãuis vniuerſale non transfertur, ſed manet penes hæredem directum.*

3 *Fallit regula, quando ex coniecturis conſtat de voluntate Teſtatoris, quod ſubſtituti per fideicommiſſum etiam in Iurepatronatus ſuccedant.*

4 *Præſentatio, vt bona fide facta dicatur ſufficit eſſe ambiguum præſentantem fuiſſe à Teſtatore ad Iuſpatronatus vocatum.*

5 *Bona fides cauſatur etiam ex iniuſtis cauſis.*

6 *Status vltimus debet attendi inter plures præſentatos de inſtitutione contendentes.*

7 *Iuſpatronatus tranſit in fideicommiſſarium, quando conſtat Teſtatorem voluiſſe eſſe nedum hæredem inſolidum, ſed vlterius ad omnimodas ſuas voluntates, & ſic eſſe hæredem etiam Iuriſpatronatus.*

8 *Dictio,* omnimoda, *apta eſt comprehendere omnes ſpecies diſpoſitionum.*

9 *Coniecturæ ſcindendæ non ſunt, ſed ſimul iungendæ, quando ſingulæ non proſunt.*

10 *Obſeruantia interpretatiua, vt inducatur allegari debent actus incaſu indiuiduo.*

11 *Obſeruantia interpretatiua etiam ex actibus remotis inducitur, dum in caſu indiuiduo non conſtat de anteriori contraria.*

12 *Præſcriptio non interrumpitur per litem, in qua actor ſuccubuit.*

13 *Cauſa immediata ſuccedendi ſemper eſt attendenda*

DECISIO CCCLXXXVII.

VLTIMO ſtatui, fideicommiſſo Petri Io: Alberti, & præſcriptioni nititur deciſio ædita ſub die 27.Iunij 1648. coram me quæ iteratæ diſcuſſioni expoſita ex eiſdem fundamentis hodie confirmata fuit.

Quod enim in poſtrema vacatione huius beneficij ſecuta de anno 1637. ſolus Nicolaus Iunior autor Petri Andreæ Ioſephi Roſſignol præſentauerit, & præſentatio effectū habuerit nec aduerſarius negat, probaturque euidentiſſimo publico inſtrumento dato in Summario præteritę poſitionis pro Petro Andrea num.7. ſolum obijcitur, quod ex
1 inde Nicolaus Nactus non fuerit † quaſi poſſionem præſentandi ex defectu bone fidei ad id requiſitæ *Gonz. ſuper reg.8.gloſſ.45.§.2.n.35. Rot.deciſ.792.nu.5.par.1.diuerſ.* cum Nicolaus ſciret teſtamentum Petri Io: Alberti olim patroni in quo hæredes directę iuſtitutę fuerunt Ioamna, & Eleonora autrix Poliſenæ quæ preſentauit Ioannem Ghinard, filij verò Andreæ qualis eſt Nicolaus dictis hære-
2 dibus ſubſtituuntur per fideicommiſſum, † quo regulariter quamuis vniuerſali iuſpatronatus non traſfertur, ſed manet penes hæredem directum eiuſque hæredes *ex allegatus in deciſ.542.num.10. & ſeqq. par.5. deciſ.72.num.6. & ſeqq.par.7. recent. & in Anagnina Beneficij 30. Maij 1644. coram R.P.D. meo Meltio.*

Sed obiectum procederet niſi ex verbis, & coniecturis in prima deciſione ponderatis, & infra repetendis conſtaret voluiſſe teſtatorē
3 ſubſtitutos † per fideicommiſſum etiam in Iurepatronatus ſuccedere, vt reſpondit *Rot.*
4 *deciſ.206.num.25.par.7.recent.* & ſufficeret † id eſſe ambiguum, & à Nicolao opinatum, vt bona fide præſētaſſe diceretur *Auend. de exeq. mandat.cap.1.num.21.verſ.Imò vltra Barboſ. in l. comperit.num.66. & 67.C.præſcr.30. vel 40.ann.*
5 vbi ait quod bona fides † cauſatur etiam ex iniuſtis cauſis, & magis ad propoſitum *Caſtill. de Tertijs reg. cap.34. ſub num.8. verſ. item dicitur Rot.deciſ.189.num.18. & 28.par.7.recent.* Vnde luce meridiana clarior eſt quaſi poſſeſſio Nicolai, & vltimus ſtatus, † qui debet
6 attendi inter plures præſentatos de Inſtitutio-

tione contendentes *cap. conſultationibus de Iurè patr. cum vulgar.*

Suffragantur præterea etiam quo ad pertinentiam Iuriſpatronatus alia duo fundamēta fideicommiſſi ſupra memorati, & præſcriptionis; nam fideicommiſſum litterale eſt ad fauorem filiorum Andreæ,& comprehendit quoque Iuſpatronatus non ex eo tātum quod fideicommiſſarij vocantur hære-
7 redes, † ſed ſimul quia relinquuntur hæredes in ſolidum, quia verba vniuerſalia ſunt geminata, quia agitur de Nepotibus teſtatoris ex ſorore germana vereſimiliter prædilectos in concurſu hæredis extranei, ponderabat vlterius vnus ex Dominis, quod teſtator fideicommiſſarium nedum voluit ſibi eſſe hæredem inſolidum, ſed addidit ad omnimodas ſuas voluntates, & ſic voluit eſſe hæredem etiam Iuriſpatronatus, quod erat vna ex eius volūtatibus; attēta præſertim di-
8 ctione illa *omnimodas* † apta comprænhendere omnes ſpecies diſpoſitionum *gloſſ. in Clemen. quamuis verb. omnimoda de foro compet. Gemin. conſil. 15. num. 3. Butr. conſ. 19. num. 5. Socc. conſ. 43. num. 12. lib. 4. Rot. deciſ. 296. num. 1. par. 1. diuerſ.*
9 Neque coniecturæ † ſcindendę ſunt, ſed iungendæ ſimul eſto quod ſingulæ non prodeſſent *Hond. conſ. 65. num. 43. & ſeq. lib. 1. Bellon. Iun. conſ. 50. num. 33. Buratt. deciſ. 385. num. 9. & in terminis Rot. deciſ. 121. num. 15. inter impreſſ. apud Moder. Piſanum de Iurepatr.*

Accedit obſeruantia ab anno 1582. pro fideicommiſſarijs Canonizata etiam per ſententias in iudicatum tranſactas, quarum nouiſſima de anno 1616. lata legitur citato authore Poliſenæ aduerſariæ, Nec vrget quod de anno 1569. occurrente vacatione beneficij præſentauerint ſucceſſores legittimi hæredum primi gradus & per ſententiam Ordinarij fuerint declarati patroni vnde exaduerſo infertur, quod obſeruantia proximior teſtamento ſit pro hæredibus. Cum enim de dicto anno 1569. fideicommiſſarios habuiſſe ſcientiam vacationis non appareat, & quæſtio tunc caderet inter ſolos hęredes directos actus ille ſeu ſententia adduci non poteſt in præiudicium fideicommiſſarij pro obſeruan-
10 tia interpetratiua † ad quam inducendam oportet allegare actus in caſu indiuiduo de quo agitur *Seraph. deciſ. 326. num. 2. Mant. deciſ. 56. num. 7. Buratt. deciſ. 129. num. 6.* E conuerſo autem fideicommiſſarij adducunt actus, & ſententias cum ipſis ſucceſſoribus hæredum primi gradus emanatas, ac plures præſentationes à ſe hoc nomine factas, quæ licet remotę à teſtamento illius obſeruantiam inter-
11 petratiuam inducunt † dum in caſu indiuiduo concurſus hæredum, & fideicommiſſariorum de anteriori contraria non docetur *Cocc. deciſ. 469. ſub num. 6. Buratt. deciſ. 679. n. 14.*

Peperit vltro eadem obſeruantia præſcriptionem ſtante longiſſimo temporis lapſu, & continuata poſſeſſione fideicommiſſariorū cum bona fide ex ſupradictis abunde comprobata, quam tantum abeſt, quod interruperit iudicium motū de anno 1616. quod
12 imò, quia terminatum fuit † contra aduerſarios illam quatenus opus eſſet reintegrauit, ac roborauit vt præter allegatos in prima deciſ. tradunt relati à *Buratt. deciſ. 172. numer. 16. & deciſ. 436. num. 7.* Gratiſque dicitur fideicommiſſarios non præſentaſſe priuatiue ad pretenſos compatronos, cùm contrarium conuincant plura ponderata *in prima deciſione §. neque hic deſunt*, & re vera fideicommiſſarij veniant ex diuerſo titulo nempe teſtamento Petri Io: Alberti, aduerſarij verò veniant tāquam hæredes ab inteſtato hæredum primi gradus eiuſdem teſtatoris à quibus propterea non ab ipſo teſtatore titulum deſumunt,
13 cum ſemper attendatur † cauſa immediata ſuccedendi nec hæreditatem capiant iudicio teſtatoris *l. qui liberis 8. §. hæc verba ibi, quia non ex iudicio veniunt ff. vulg. & pupill. l. 1. § non ſolum ff. vt legat. nom. caueatur Bellon. Iun. conſ. 55. num. 69.*

Et ita deciſum vtraque parte informante

MELEVITANA BENEFICII.

Veneris 25. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Modo vacationis expreſſo, an quando capi poſſit vacatio ex alio? Vacatio per prouiſionem dicitur conſumpta, quod tamen intellige de prouiſione valida, ſecus verò quando eſt nulla, & obreptitia. Tempus ad præſentandum patrono cōceſſum computari debet à die notitiæ vacationis. Iuſpatronatus cum ſit indiuiduum reſidet penes quemcumque patronū inſolidum, & diuiſio ſolum cadit ſuper illius exercitio. Patronorum numerus non attenditur, ſed eorum tantum, qui actu præſentant ad effectum dignoſcendi an præſentatus habeat medietatem vocum Edicta ante inſtitutionem præſentati, qua de cauſa ab ordinario affigantur?

SVMMARIVM.

1 *Littera Apoſtolicæ iuſtificata paratam habent executionem.*
2 *Vacatio beneficij ob dimiſſionem habitus clericalis, ex quibus probetur?*
3 *Beneficium vacare per contractum matrimonij aliud eſt, & aliud per dimiſſionem habitus clericalis.*
4 *Vacationes duæ ex eadem perſona dari nequeunt, nam prima impedit ſequentem.*
5 *Modo vacationis expreſſo non venit alius, nec capi poteſt vacatio ex diuerſo modo, quin detur contradictio in obiecto.*
6 *Declara concluſionem procedere, quando vtraque vacatio deſumitur ex factis ſucceſſiuis, & vnicus vacationis modus fuit diſpoſitiuè expreſſus, ſecus quando vnicum eſt factum, ex quo duplex vacatio inſurgit, & in litteris adeſt clauſula* ſiue præmiſſo &c. *denotans Papam prouideri voluiſſe ex quouis modo vacatio contingat.*

7 *Ma-*

7 *Maximè quandò in vtroque vacationis modo identitas rationis concurrit.*
8 *Vacatio beneficij per præcedentem prouiſſionem dicitur conſumpta.*
9 *Amplia etiamſi nondum fuerit apprehenſa poſſeſſio.*
10 *Intellige concluſionem de prouiſione valida, ſecus quando eſt nulla, vel obreptitia, quæ vacationem non conſumit.*
11 *Amplia quamuis prouiſus in beneficij poſſeſſione fuerit immiſſus, quia ſatis eſt quod beneficium vacet de iure licet, non de facto.*
Patronus vt præſentare valeat ſufficit beneficium vacare de iure licet non vacet de facto ibid.
12 *Narratiua exiſtentiæ iuriſpatronatus in præiudicium aduerſarij probatur ex ſimili narratiua facta in ſuis litteris.*
13 *Tempus patrono ad præſentandum præfixum computari debet à die habitæ notitiæ vacationis, & numer. 31.*
14 *Exaduerſo probandum eſt patronum anteà notitiam vacationis habuiſſe cum ignorantia præſumatur.*
15 *Præſentatio facta de abſente dicitur acceptata ex inſtantia poſtea facta coram ordinario pro inſtitutione.*
16 *Hæres cenſetur hæreditatem adiuiſſe eo ipſo quod de bonis hæreditarijs nominatim vti hæres diſpoſuit.*
17 *Quaſi poſſeſſio præſentandi quæſita dicitur ex vnica præſentatione effectum ſortita.*
Patronus conſtitutus dicitur in quaſi poſſeſſione præſentandi ex vnica præſentatione effectum ſortita ibidem.
18 *Iuriſpatronatus pertinentia probatur eo ipſo quod præſentans eſt hæres illius qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi.*
19 *Nepos ſuccedit auiæ ab inteſtato decedenti.*
20 *Aditio hæreditatis reſultat ex præſentatione facta ab hærede ad iuſpatronatus ſibi vna cum hæreditate delatum.*
21 *Filiæ alicuius ſi aliquæ enunciantur tunc reſultat, quod inter ſe ſint ſorores germanæ.*
22 *Soror ſuccedit ſorori ab inteſtato defunctæ.*
23 *Patronus neminem præſentans præſumitur tacitè adhærere præſentationi factæ à compatrono.*
24 *Iuſpatronatus reſidet penes quemlibet patronum inſolidum, & diuiſio, quæ cadit in illius exercitio ceſſat ſi patroni non præſentant.*
25 *Patronorũ numerus non attenditur in abſtracto, ſed eorum tantum, qui realiter præſentant ad effectum vt quis præſentatus dicatur à medietate patronorum.*
26 *Ante præſentationem præcedere debent edicta ordinarij.*
27 Text. in cap. final. de elect. in 6. *locum habet etiam præſentatione.*
28 *Præſentatio facta ante præfixionem edictorum valet nec illorum omiſſio ipſam præſentationem infringit, ſed ſucceſſiuam inſtitutionem ordinarij.*
29 *Edicta ante inſtitutionem præſentati affiguntur ad effectum vt antequam ordiniarius præſentatum inſtituat comparere poſſunt ſi qui adſunt ad opponendum tam contra præſentantes, quam contrà perſonam præſentati, vel ipſam præſentationem.*
30 *Poſſeſſio capta vigore prouiſionis nullæ eſt notorie diſcolorata, ac vitioſa.*
32 *Valor narratus probatur ex ſimili narratiua aduerſarij.*
33 *Valor obtentorũ probatur leuioribus probationibus.*
34 *Idonietas probatur ex litteris patentibus ordinarij prout ex eiſdem probatur clericatus.*
35 *Litteræ apoſtolicæ poſtquam fuerunt per ſententiam vulneratæ nõ poteſt illarum vigore executiuè agi.*
36 *Declara non procedere quando non ſimpliciter fuit denegata exequutio litterarum, ſed ob carũ non iuſtificationem, quo caſu via executiua non cenſetur vulnerata itaut facta iuſtificatione in alia inſtantia poſſit ad earum executionem procedi.*
37 *Titulus poſſeſſoris quando eſt notoriè nullus, & incontinenti probatus non eſt aptus ad retardandam executionem vigore litterarum apoſtolicarum petitam.*
38 *Clauſula* dũmodo tẽpore datæ non ſit alicui ius quæſitum *præſeruat ius ad rem quæſitum ex præſentatione, ex qua præſentatus debet inſtitui, quamuis nondum ſecuta fuiſſet inſtitutio.*

DECISIO CCCLXXXVIII.

ASSERENDO ſe præſentatum à medietate patronorum ad beneficium ſimplex ſub inuocatione S. Michaelis in Parochiali, ſeu alia Eccleſia loci de Gozzo obtinuit Ioannes Antonius Caſciarius prouiſionem Apoſtolicam cum derogatione alterius medietatis, ac deſuper expeditis litteris pro illarum executionem inſtetit, quam licet Ordinarius Meleuitanus & ſucceſſiuè A. C. ob litterarum non iuſtificationem denegauerit, concedendam eſſe hodiè Rota cenſuit in tertia inſtantia particulari dubio deſuper propoſito, quia euerſum penitus fuit ſuppoſitũ
1 non iuſtificationis, & litteræ apoſtolicæ † iuſtificatæ habent executionem paratam *cap. ſi quando de reſcr. c. ſi capitulo cum gloſſ. in verb. exequatur de conceſſ. præben. in 6. Rot. dec. 45. n. 1. par. 1. recentior.*
Iuſtificata in quam ſunt omnia in d. litteris
2 narrata ſiquidẽ vacatio beneficij † ex eo quod Petrus Franciſcus Torres illius poſſeſſor habitum clericalem dimiſerit probatur non dum ex atteſtationibus datis à Caſciario Summ. num. 20. ſed etiam ex confeſſione ipſius aduerſarij, qui idem beneficium impetrauit tãquam vacans per matrimonium à præfato Petro Franciſco contractum, exindè enim reſultat implicita confeſſio, quod ille habitum clericalem dimiſerit, quæ ſufficit, *Aegid. deciſ. 683. ant. num. 1. cum alijs allegatis in Marſicen. Iuriſdictionis 28. Ianuarij 1644. §. primum adminiculum coram me.*
3 Non obſtat quod aliud ſit vacare † per matrimonium, aliud per dimiſſionem habitus clericalis, nec ſit poſſibile ex eadem perſo-
4 na † duas vacationes conſtituere cum prima impediat ſequentem *cap. ſuſcept. de reſer. in 6. Sarneńſis ſuper reg. de infirm. quæſt. 35. num. 3. verſ. iſtis tamen non obſtan. Lotther. de re benef. libr. 3. qu. 15. num. 8. Rot. deciſ. 562. num. 3. part. 3. recentior.*
5 & expreſſio certi modi vacãdi ꝓpter implicitam negatiuam alterius modi habeat vim

reſtrictionis ad illum modum expreſſum pro
indeque non poſſit capi vacatio ex diuerſo
modo, quin detur contradictio in obiecto, vt
elegãter aduertit *Abb. in cap. ſignificante 34. nu-*
mer.6.& 7. de reſcript. Lotther. d. lib. 3. quæſt. 8. n. 57.
6 quia hæc procedunt † quando vtraque vaca-
tio deſumitur ex factis ſucceſſiuis, & vnius
vacationis modus fuit diſpoſitiuè narratus
ſecus ſi facta ſunt contemporanea, ſeù vni-
cum eſt factum, ex quo duplex vacatio inſur-
gat, prout eſt matrimonium iunctum dimiſ-
ſioni habitus, & in litteris adeſt clauſula *ſiue*
præmiſſo, ſiue alio quouis modo vacet, denotans
voluiſſe Papam prouidere ex quocumque ca-
pite vacationis *Garz. de benef. par. 11. cap. 1. nu. 19*
poſt Franc. in d. cap. ſuſceptum 39. de reſcr. in 6.
tunc enim ſuſtinetur prouiſio etiamſi benefi-
cium vacaſſet per matrimonium, *vt not. omn.*
in d. cap. ſuſceptum, & tradit. Felin. in cap. in noſtra
ſub num. 37. verſ. fallit 4. de reſcr. Lap. alleg. 6. nu. 2.
Lotther. de re benef. lib. 3. quæſt. 8. num. 60. & ſeqq.
Rot. deciſ. 1. num. 1. & ſeqq. de reſcr. in nou. Caſſador.
deciſ. 5. n. 1. & 2. de præb. maximè ob identitatẽ
7 rationis † in vtroque vacationis modo con-
currentem *gloſſ. in cap. penult. verb. ſed cap. de ſu-*
plenda negligentia Prælat. in 6. & in Clementina ne
Romani verb. moriente de elect. Garz. de benef. d.
par. 11. cap. 1. ſub num. 86.

8 Minus obſtat quod vacatio † iam eſſet
conſumpta per antecedentem prouiſionem
Apoſtolicam obtentam ab Habela aduerſario
Gomeſ. ſup. reg. de trien. quæſt. 30. ſub num. 1. Gonz.
ad reg. 8. gloſſ. 11. §. 2. num. 31. & ſequen. Rot. dec. 71.
9 *num. 4. par. 6. recent.* etiamſi † nondum fuiſſet
apprehenſa poſſeſſio, *Rebuff. conſ. 48. numer. 1.*
Gonz. ibid. gloſſ. 15. §. 1. numer. 33. Rot. deciſ. 385.
nu. 10. par. 5. recent. quia hoc intelligitur de
10 prouiſione valida, quæ verò nulla, ſeu ob-
reptitia eſt prout illa aduerſarij, quæ emana-
uit cum ſuppoſito deuolutionis ob non præ-
ſentationem factam in tempore non con-
ſumpſit vacationem *Rot. deciſ. 643. numer. 17.*
& 18. coram Penia deciſ. 628. num. 7. par. 4. tom. 3.
recent. deciſ. 569. num. 32. par. 5. quamuis proui-
11 ſus in beneficij poſſeſſionem fuerit immiſſus,
quia ſatis eſt quod beneficium vacet de iure
licet non de facto, vt patronus valeat ad illud
præſentare *Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 15. §. primo nu-*
mer. 43. Rot. deciſ. 9. de iurepatr. in ant.

12 Altera narratiua † exiſtentiæ iuriſpatrona-
tus ex ſimili narratiua aduerſarij in ſuis litte-
ris abundè in eius præiudicium probatur,
Mant. deciſ. 318. num. 1. & ſeqq. Mart. And. deciſ. 5.
ſub num. 3. & 4. addens ad Greg. XV. deciſ. 462. nu-
mer. 22. & fuit dictum *in Aquilana Iuriſpatrona-*
tus 24. Ianuarij 1646. coram R.P.D. meo Corrado,
in Gerunden. Beneficij 11. Martij 1648. coram
R.P.D. meo Celſo, quamuis in fine earumdem
litterarũ Papa declarauerit nõ intendere Iuſ-
patronatus approbare, quia hæc præſeruatiua
reſpicit fauorem Papæ, ſeù alterius Ordina-
rij collatoris, qui hodiè non eſt in cauſa.

Præſentationem Caſciarij factam fuiſſe in-
frà legitima tempora eſt in claris ſi tempus
13 computetur † à die notitiæ vacationis, vt de-
bet, *Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 6. num. 23. Rot.*
deciſ. 520. num. 4. par. 4. diuerſ. deciſ. 163. per totum
dec. 481. p. 1. diuerſ. per tot. p. 2. dec. 15. n. 12. par. 5.
deciſ. 221. num. 9. par. 7. recent. & in Mediolanen.
Beneficij 7. Maij 1646. §. quo ad præſentationem co-
ram Reuerendiſſimo Terracinen. vbi dicitur ex-
14 aduerſo probandum eſſe † patronos habuiſſe
prius notitiam vacationis cum ignorantia
præſumatur. Atque hinc conuincitur falſo
fuiſſe exaduerſo narratum Papæ quod colla-
tio beneficij ob non præſentationem patro-
norum erat deuoluta. Prout falſo obijcitur,
quod præſentatio non fuerit in tempore ac-
ceptata à Caſſiario, nec facta coram Ordina-
rio, cum contrarium oculariter legatur in
præſentationibus datis d. Summ. numer. 1.
15 quarum vna tantum eſt de abſente, † ſed il-
lius etiam acceptationem includit inſtantia
à præſentato facta pro obtinenda inſtitutione
ad tex. cum ibi notat in L. paulus ff. rem rat. haber.
Put. deciſ. 386. numer. 1. lib. 2. Gregor. XV. deciſ. 331.
num. 10.

Quod verò iuſpatronatus pertineat ad Pe-
trum Caſciarium Aemilium de Anaſtaſijs,
& Argentam Piccardam, qui Io. Antonium
præſentarunt pendet à ſingulorum ſucceſſio-
ne, quę altius repetenda eſt. Sciendum ita-
que, quod Petrus Caſciarius fuit hæres inſti-
tutus ab Innocentio Cilia, eiuſdemque hæ-
reditatem adiuit vt probant publica inſtru-
menta data in Summ. Caſciari num. 13. dictus
autem Innocentius Vincentiæ de Nicolauijs
ſucceſſerat ex teſtamento, cuius copia data
fuit in eodem Summ. num. 14. nec dubitari
poteſt quin hæreditatem Vincentiæ adiuerit
16 cum bonis hæreditarijs † nominatim vti hæ-
res Vincentiæ poſtmodum diſpoſuerit *ad tex.*
in l. ſi auia C. iur. deliber. & in his terminis Gabr.
conſ. 128. num. 36. lib. 2. quæ Vincentia cum per
præſentationem à ſe factam de anno 1617.
17 effectum ſortitam † in perſona Petri Franci-
ſci Torres conſtituta eſſet in quaſi poſſeſſione
præſentandi vt per *Rip. in cap. cum Eccleſ. Sutri-*
na num. 91. & ſeqq. de cauſ. poſſ. & propr. Roman.
conſ. 311. num. 7. Dec. conſ. 117. nu. 2. Creſc. deciſ. 2.
18 *de iurepatr.* ſufficit † ab ea ſucceſſionem de-
riuaſſe *Rot. coram ſan. memor. Greg. XV. deciſ. 349.*
num. 1. & ibi add. nu. 6. deciſ. 100. num. 4. coram Re-
uerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 274. num. 8. par. 2. recentior.
& in Gerunden. Beneficij 11. Martij 1648. coram
R.P.D. meo Celſo.

Aemilio de Anaſtaſijs donauit donatione
vniuerſali cauſa mortis omnia bona, & iura
Margarita illius mater per publicum inſtru-
mentum datum d. Sum. num. 15. inter quæ iu-
ra aderant etiam hæreditaria Bettæ Parnis
Margheritæ matris, quæ in teſtamento dato
Summ. ibid. num. 16. filiam hæredem inſti-
tuerat, & eo etiam ac d. donatione circum-
19 ſcriptis delata fuiſſent † ab inteſtato ad præ-
fatum Aemilium de Anaſtaſijs ipſius Bettæ
ex filia nepotem §. 1. *inſt. de ſenat. conſ. Orfic. §. cum*
autem inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deſer. adeò quod
20 Aemilius præſentando † nuper Caſſiarium
in vim iuriſpatronatus vna cum hæreditate

dictæ

dictæ Bettæ delatæ, diceretur Bettæ hæreditatem adiuiſſe quatenus etiam prius illa non adiuiſſet Margerita mater, vt ponderat *Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ.* 189. *num.* 6. quod autem vna cum hereditate Bettæ delatum fuerit iuſpatronatus conuincitur, quia Betta mediante præſentatione, quam fecerat de anno 1577. in perſonam Antonij Ballo per cuius obitum beneficium vacauit de anno 1613. vt in dicto Summ. num. 9. & 10. quaſi poſſeſſionem præſentandi nacta fuerat quod ſufficit ex ſuprà allegatis.

Argentam Piccardam ſucceſſiuè Franciſcæ ſorori, quæ pariter per præſentationem à ſe factam de anno 1613. erat in quaſi poſſeſſione præſentandi probant teſtes dati in Sum. num 17. iuncto antiquiori inſtrumento, in quo eedem Franciſca, & Argenta enuncian-
21 tur † filiæ Bartolomei vndè reſultat, quod inter ſe eſſent ſorores germanæ, *Tiraquell. de nobil. cap.* 17. *numer.* 3. & per conſequens Fran-
22 ciſcæ † prædefunctæ heres fuerit Argenta *auth. ceſſante C. legitt. hæred. §. primo auth. de hæred. ab inteſt. §. primo auth. vt ſil. fratr.*

Non obſtat quod in ſupradicta vacatione anni 1613. præſentauerint octo patroni atque ita Caſciarius à tribus tantum præſentatus non habeat medietatem vocum vt Papæ nar-
23 rauit. Quia dum alij compatroni † neminem præſentarunt, vel præſumuntur tacitè adeſiſſe præſentationi Caſciarij, *Acchill. deciſ.* 4. *num.* 14. *de præben. Caualer. deciſ.* 197. *num.* 5. *Rot. deciſ.* 136. *num.* 11. *& ſeqq. apud Moder. Piſan. de iurepatr. & in Maioricen. Beneficy* 27. *Iuny* 1648. *§. adeo coram me*, vel orum voces in hac vacatione computandæ non ſunt, habeturque Caſciarius, ac ſi illi qui eum præſentarunt
24 eſſent ſoli patroni, nam iuſpatronatus † cum ſit in ſui proprietate indiuiduum reſidetpenes quemlibet patronũ inſolidum, & diuiſio quæ cadit in illius exercitio ceſſat quando compatroni non exercent hoc eſt non præſentant, *Feder. de ſen. conſ.* 102. *in fin. Abb. conſ.* 54. *numer.* 3. *circa med. lib.* 1. *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 1. *ſub numer.* 591. *infra med. cum alys allegatis per add. ad Burat. deciſ.* 547. *num.* 9. *&* 10. Vndè aut opus non eſt derogatione medietatis patronorum, aut ſatis iuſtificatum remanet, quod Caſciarius fuit præſentatus à medietate, dum non probatur quod ex alijs patronis maior nume-
25 rus alium ſeù alios præſentauerint, † neque enim attenditur medietas, ſiue maior numerus patronorum in abſtracto, ſed eorum tantum, qui realiter præſentarunt, *Abb. in cap.* 3. *numer.* 13. *de iurepatr. Gonz. ſuper reg.* 3. *gloſſ.* 45. *numer.* 69. *Dec. conſ.* 127. *in fin. verſ. in iſta materia Rot. deciſ.* 200. *nu.* 10. *deciſ.* 230. *num.* 4. *&* 5. *coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*

26 Quatenùs replicatur quod † præſentatio Caſciarij non mæretur attendi, ex quo non præceſſerat ædicta Ordinarij *iux. diſpoſ. tex. in*
27 *cap. fin. de elect. in* 6. quæ habet † locum etiam in præſentatione, vt ibi notat *gloſſ.* ac tradit *Aym. conſ.* 63. *nu.* 2. *Lap. alleg.* 8. *num.* 4. *Mart. Andr. deciſ.* 108. *num.* 3. reſpondetur quod vt in *d. cap.*
28 *fin. notat Butr. num.* 5. omiſſio Edictorum † non infringit ipſam præſentationem, quæ imò illorum affixionem præcedit vt in formula relata *à Moderno Piſano lib.* 3. *cap.* 2. *ſub num.* 2. ſed ſucceſſiuam inſtitutionem Ordinarij ad effe-
29 ctum † vt antea quam Ordinarius præſentatum inſtituat comparere poſſint ſi qui adſint compatroni ſeù compreſentati, vel alias ad opponendum contra præſentantes aut præſentati perſonam, ſiue ipſam præſentationem ius habentes, *Lotther. de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 21. *&* 53. cumque propterea ædicta affigenda ſint fauore ius huiuſmodi opponendi habentium poſt quam Papa attento ſolum an præſentatio ſit facta à medietate, & intra legittima tempora ad prouiſionem fauore præſentati proceſſit, non poteſt aduerſarius de ædictorum omiſſione excipere, quamuis
30 beneficium poſſidet, † quia eius poſſeſſio eſt diſcolorata, & vitioſa cum capta fuerit prætextu prouiſionis Apoſtolicæ nullæ vti emanatæ ex capite deuolutionis infra tempora
31 à die notitiæ vacationis competentia patronis ad præſentandum, vt in puncto *Roman. conſil.* 499. *ſub num.* 2. quem ſequitur *Lamber. de iurepatr.* 2. *par.* 2. *lib.* 6. *quæſt.* 13. *art. ſub num.* 7. *infra med. verſ. ſed ſi poſt factum facit Lap. Abb. in d. cap. fin. numer.* 2 *de elect. in* 6.

32 Valor tandem narratus † probatur reſpectu huius beneficij ex ſimili narratiua aduerſarij, reſpectu alterius beneficij prius obtenti ſub titulo Sanctæ Barbaræ ex fide plurium teſtiũ,
33 & in obtentis † admittitur etiam leuiſſima probatio *Rot. penes Seraph. deciſ.* 924. *penes Gregor. XV. deciſ.* 13. *num.* 6. *deciſ.* 78. *num.* 4. *deciſ.* 89. *num.* 6. Idonietatem, & Clericatum Caſciarij
34 probant litteræ † patentes Ordinarij datæ in Summ. num. 12.

Non obſtat, quod procedi non valeat exe-
35 cutiuè † ſiue quia litteræ Apoſtolicæ Caſciarij fuerint vulneratæ per ſententias illis executionem denegantes, ſiue quia Abela aduerſarius vti habens parem titulum ſit legitmus contradictor. Quia ſententiæ, quę executionem litteris negarunt non ſimpliciter,
36 ſed ob earum † non iuſtificationem non vulnerarunt viam executiuam, quo minus facta iuſtificatione in ſecunda inſtantia valeatIudex appellationis executiuè procedere, vt fuit deciſum *in Aſtrocien. Archidiaconatus* 6. *Nouembris* 1602. *coram Cardinali Lancellotto impreſſ. apud March. de commiſſ. par.* 1. *fol.* 376. *num.* 9. *& coram Cardinali Caualer. deciſ.* 11. *ſub num.* 5. *&* 6. *inter eius impreſſ.* Titulus autem aduerſarij cum tanquam fundatus in falſa narratiua deuolutionis notorię nullus in continenti appareat,
37 non releuat ad impediendam executionem à Caſciario petitam ex allegatis *in Compoſtellana Parrochialis prima Iuly* 1648. *coram R. P. D. meo Otthobono in Gadicen. Præſtimony* 2. *Decembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Arguelles*, præſertim, quia continet in ventre clauſu-
38 lam, *dummodo tempore datæ alicui non ſit ius quæſitum*, quę preſeruat ius ad rem Caſciario quęſitum ex pręcedentibus pręſentationibus, ex quibus debebat inſtitui quamuis nondum ſecuta fuiſſet inſtitutio, *Seraph. deciſ.* 1238. *nu.* 4.

Caualer.

Caualer.deciſ.478.num.6.Buratt.deciſ.651.num.4. vbi add.nu.10.allegat concord.

Et ità deciſum vtraque &c.

CALARITANA DAMNORVM, ET INTERESSE.

Veneris 25. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Recurſus ad Iudices laicos probatur ex vſu decreti obtenti à Iudice Laico, & talis recurrens tenetur ad refectionem omnium damnorum paſſorum, & expenſarum factarum occaſione recurſus.

SVMMARIVM.

1 *Recurſus ad Iudices laicos in Regno Sardiniæ probatur ex decreto obtento à Iudice laico, quod ſalua guardia nuncupatur.*

2 *Recurſus ad Iudices laicos præſumitur habitus ab eo cuius intereſt.*

3 *Recurſus ad laicos habitus cenſetur ex vſu decreti Iudicis laici, & ex inſtantia ſubſecuta ne reuocaretur.*

Et ex tali vſu reſultat argumentum mandati præcedentis ad illud obtinendum, vel illius importat ratificationem, quæ mandato æquiparatur n. 5.

4 *Acta iudiciaria faciunt rem notoriam.*

6 *Recurrens ad Iudices laicos tenetur ad reſtitutionem omnium damnorum occaſione recurſus paſſorum.*

7 *Item tenetur ad omnes expenſas proceſſales, ſeu iudiciales, factas pro reuocatione decreti Iudicis laici.*

8 *Item tenetur ad expenſas procuratorum Aduocatorum, & Copiſtarum.*

9 *Expenſæ, quando ſunt debitæ ratione victoriæ, de ſtylo Rotæ victus ad expenſas viuas id eſt iudiciales ſolum condemnatur, ſecus verò quando debentur ratione recurſus ad laicos, tunc ad omnes tenetur.*

10 *In liquidatione expenſarum attendi debet, quod eſt veriſimile.*

11 *Recurrens ad laicos quia dat operam rei illicitæ tenetur ad refectionem damni etiam per accidens ſequuti.*

12 *Intellige tamen de damno ob recurſus illato.*

DECISIO CCCLXXXIX.

CONSTARE de recurſibus, itaut debeantur damna, & intereſſe reſolutum hodiè fuit particulari dubio deſuper propoſito. Nam
1 recurſus ad Iudices laicos † probantur ex decreto D.Proregis Inſulę Sardinię, quod *ſalua guardia* vulgariter appellant, & præſumitur
2 emanaſſe ad inſtantiam Franciſci † Sactæ aduerſarij ne dum, quia ipſe ibi orator exprimitur, ac ipſius intereſt vt per *Buratt. deciſ.23. numer.11.deciſ.335.numer.4.Rot.deciſ.212.num.3. inter impreſſ.poſt conſ.Farin.*

Sed magis, quia idem Franciſcus dicto de-
3 creto vſus fuit, † & per plures inſtantias litem ſubſtinuit ne reuocaretur, vt probant acta
4 iudiciaria † per Saluatorem exhibita, quę faciunt rem notoriam, *Decius conſ.356. numer.4. verſ.reſpondetur Rolan.conſ.21.nu.12.lib.1. Vrſill. ad Afflict.deciſ.50.numer.1.Rota in Romana Spolij 21.Februarij 1603.coram bon.memor. Ottembergo.*
5 Huiuſmodi enim vſus, † vel prębet argumentum mandati pręcedentis ad obtinẽdum decretum Regium, vel illius importat ratificationem æquipollentem ſimili mandato etiam inrequirentibus ſpeciale mandatum; ac in delictis, *Natta conſ.142. numer. 4. Hond. conſ.38.ſub num.4.libr.1.Farin.conſ.4.nu.4.Giurb. conſ.91.numer.14.& in his terminis fuit deciſum in Cæſarauguſtana Beneficij de Linares 27. Aprilis 1644.coram me.*

6 Hinc tenetur † Franciſcus ad refectionem omnium damnorum, & intereſſe, quod Saluator occaſione talis recurſus paſſus fuit iuxtà *tex. in cap.quoniam §.ſi quis verò, & ibi gloſſ. verb.ſatisfactum de immun.Eccleſ.in 6.Anchar.ibidem num.2.in ſeptimo notab.Monacus num.19. Archid.in cap. quamquam ad finem verb. reſtituat de cenſ.in 6.& in puncto Rota in Pampilionen.Electionis Canonicorum 11.Maij 1640.coram Reuerendiſſ. Domino meo Dunozett.Decano.*

7 Hoc eſt ad expenſas omnes † proceſſales, quas vocant, ſeù iudiciales, quas Franciſcus fecit coram ſupradicto D.Prorege, ſeù eius Miniſtris in pluribus inſtantijs pro obtinenda reuocatione ſalua guardiæ, & iuſdem reuocationis totali executione, quæ expenſæ facili negotio liquidari poterunt ſublegando Iudicem in partibus vt ſolet. Et vltrò ad ex-
8 penſas † procuratorum, & Aduocatorum, ac Scriptorum, quas coram eodem Iudice ſubdelegando feciſſe pro reuocatione prædicta Saluator probabit, ſtylus enim Rotæ con-
9 demnandi † ſolum ad expenſas viuas id eſt iudiciales procedit in expenſis, quæ Victori debentur à victo ratione Victoriæ, non autẽ quando debentur ratione delicti, & recurſus ad Iudices laicos, vt diſtinguendo benè declarauit, *Rota in Vliſbonen. Profeſſionis 27. Martij 1637.coram Reuerendiſſ.Salamantino impreſſa inter recen.par.4.tom.3.deciſ.744.num.10.& ſeqq.& in Romana Vineæ 9. Decembris 1648.coram R.P.D. meo Roias.*

Vlterius, quia Saluator, vt ſalua guardiæ reuocationem obtineret opus habuit conferre ſe ad Ciuitatem Calaritanam, ibique ſaltem ſex menſibus commorari, & nuper ad Curiam Romanam accedere præſentis Iudicij purgationis ſcilicet, recurſus ad Proregem Sardineæ cauſa, reficiendum illi à Franciſco eſt quicquid in itineribus, in victu, & in hoc ipſo iudicio expendit, & victum Domini pro tempore, quo commoratus fuit tam in Ciuitate Calaritana, quam Romæ liquidarunt in iulijs duobus pro qualibet die, ſequendo in
10 hoc † id quod veriſimile eſt, vt debet in huiuſmodi liquidationibus, *Feder.de ſen.conſ.119 num.4.Rota d.deciſ.744.num.14.part.4. tom.3.rec. deciſ.512.num.1.& 2.coram ſan.me.Greg.XV. vbi add.litt.A.allegat concord. & in Tullen.expenſarum 28.Iunij 1619.coram bon. memor. Cardinali Veroſpio Seniori.*

Præ-

Prætendebat Saluator aliorum damnorum refectionem, quam ſanè conſequi deberet ſi ea probaſſet, etiamſi accidiſſent præter intentionem Aduerſarii, quia ille recurrendo ad
11 laicos dedit operam rei illicitæ, & propterea
fuit in culpa iuridica, ob quam obligatur ad emendationem damni etiam per accidens ſecuti *Rebell.de oblig.iuſtit.par.1.lib.1.quæſt.10.n.19 & 20. Molin.de iuſt.& iur.tom.3.diſput.698. nu.5. & 6.diſput.728.ſub num.1. Bonaccin.tom.2.tit.de reſtit.diſput.1.quæſt.1. puncto 3.nu.11, Rota in Cuſentina Beneficij 4.Decembris 1637.coram Reuerendiſſ.D.meo Decano, & in Bonon.Fideicommiſſi de Vizanis 4. Maij 1643. coram me.* Intelligendo
12 tamen de damnis † ob recurſus illatis vt de-
clarat, *Leſſ.de iuſtit.& iur.lib.2.cap.8.dubit.3.ſub numer.19.Lancell.de attent.par.3.cap.31.nu.177.*

Verum quia probata adhuc non fuerunt nulla deſuper cadit pro nunc liquidatio. Et ità deciſum informante ſolum Saluatore, & Procuratore Franciſci Aduerſarij pluries citato &c.

ROMANA LOCORVM MONTIVM.

Lunæ 28.Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Clauſula conſtituti transfert poſſeſſionem in conſtitutarium itaut ei danda ſit manutentio non autem conſtituenti. Poſſeſſio etiam ex contractu nullo transfertur quando nullitas prouenit ex defectu ſolemnitatum, & fuit deuentum ad actualem traditionem, ſecus quando prouenit ex defectu conſenſus. Clauſula conſtituti adiecta in contractu erroneo nihil operatur, debet tamen error adhunc effectum eſſe clarus, alias enim ex capite erroris non retardatur manutentio in poſſeſſione per clauſulam conſtituti, & actualem poſſeſſionem acquiſita.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio per ceſſionem clauſulis abdicatiuis vallatam amittitur.*

2 *Clauſula conſtituti poſſeſſionem transfert in conſtitutarium itaut ei danda ſit manutentio, non autem conſtituenti.*

3 *Poſſeſſio Locorum Montium probatur ex deſcriptione in libris Secretarii montium, & expeditione litterarum patentium, quæ ſuffragatur etiam ad effectum manutentionis, & num 19.*

4 *Ceſſio locorum montium non ſeruata forma Conſtitutionis ſan.mem. Vrbani VIII. nullius eſt momenti.*

5 *Et cum ſit munita decreto irritanti operatur, vt in ceſſionarium, nec poſſeſſio nec dominium translata cenſeantur.*

6 *Clauſula conſtituti ſequitur naturam contractus principalis.*

7 *Poſſeſſio etiam ex contractu nullo acquiritur quando nullitas prouenit ex defectu ſolemnitatum, & vltrò fuit deuentum ad actualem traditionem, ſecus quando eſt nullus ex defectu conſenſus nu.8.*

9 *Error conſenſum excludit.*

10 *Clauſula conſtituti adiecta contractui erroneo nihil operatur.*

11 *Error tunc ceſſionem infringit quando reſpicit cauſam finalem, ſine qua ceſſio ſequuta non fuiſſet.*

12 *Primogenitura ſi ſit relicta primogenito, & maiori natu alicuius lineæ, an filius primogenitus prædefuncti ætate minor excludat patruum ætate maiorem ex ſecundo, vel vlteriori genito Teſtatoris deſcendentem?*

13 *Manutentio in poſſeſſione per clauſulam conſtituti, & actualem traditionem acquiſita, vt retardetur ex capite erroris debet error ad hunc effectum eſſe clarus.*

14 *Error non poteſt dici clarus dum pendet à quæſtione iuris valdè intricati & dubij.*

15 *Tranſactio ne reſcindatur ſub prætextu erroris, ac iuris dubij ſufficit opinio vnius doctoris, quamuis altera opinio ſit verior, & communior.*

16 *Res iudicata vbi adeſt tunc error ad eam euitandam allegari nequit, niſi inſimul dolus concurrat.*

17 *Clauſula conſtituti adiecta in contractu in controuerſiam deducto cum pendeat à validitate, vel inualiditate ipſius contractus non operatur, ſed conſtituenti datur manutentio donec lis ſuper validitate contractus terminetur. Declara nu.20.*

18 *Exceptio erroris in ſummariſſimo poſſeſſorio non admittitur niſi ſit certus, & clarus.*

20 *Manutentio non datur conſtituenti, ſed conſtituario, in quem mediantè clauſula conſtituti fuit translata poſſeſſio quamuis cauſa pendeat ſuper nullitate contractus.*

DECISIO CCCXC.

DONATO Antonio de Ariccia Rota
cenſuit non eſſe dandã manutentionem
in poſſeſſione locorum 72.½.montis fidei per
ipſum aliàs ceſſorũ ad fauorẽ Camilli de Ari-
1 cia, quia per ceſſionem huiuſmodi † valla-
tam clauſulis abdicatiuis, & conſtituto om-
2 nem poſſeſſionem amiſit, ac traſtulit † in Ca-
millum conſtitutarium, contrà quem pro-
pterea manuteneri non poteſt *Menoch.de recuper.rem.15.num.95.Grat.diſc.503.num.27.& ſeqq. Rot.deciſ.158.numer.2.& numer.11.& ſeqq. coram Riuerendiſſ.Vrgell.* & alias ſæpiſſimè.

Eo minus, quia ſucceſſiuè in libris Secre-
3 tarii montium † creditor dd.locorum deſcri-
ptus fuit idem Camillus conſtitutarius, & litteras, quas vocant patentes, in ſui faciem expediri fecit, quę vim habent actualis traditionis etiam ad effectum, vt Camillo detur manutentio iuxtà opinionem, quam amplexa eſt, *Rota in deciſ.179.ante num.1. inter impreſſ. apud Moder.Peruſ.de manuten. & in Romana, ſeù Ianuen.locorum montium 4.Iulij 1635.in prin. corã bon.mem Buccabella in Romana Spolij 4.Iulij 1642 coram Reuerendiſſ.Terracinen.in Romana, ſeù Ianuen.locorum montium 1.Iulij 1648.coram R. P.D. meo Cerro.*

Vndè non obſtat, quod ceſſio prædicta
4 tanquam facta non ſeruata forma † conſtitu-
tionis fel.record Vrbani VIII. *impreſſ. Bullar. nou.tom.3.conſtit.154.* ſit nullius momenti, &

ob

5 ob reſiſtentiam decreti irritantis † in eadem
conſtitutione appoſiti, nec dominium, nec
poſſeſſionem tranſtulerit in ceſſionarium non
6 attentata clauſula conſtituti, † ex quo illa
ſequitur naturam contractus principalis, Ti-
raq.de iur.conſtit. lim.7. numer.23. & ſeqq. Grat.
diſc.483.num.1.& ſeqq.Bur.deciſ.220.num. 10. &
in his terminis fuit deciſum in Ianuen. Fru-
ctuum dotis 29.Ianuarij 1646.§.eoque magis coram
R.P.D.meo Cerro.

Quia nullitas contractus proueniens ex de-
7 fectu alicuius ſolemnitatis non ſeruatæ † non
impedit poſſeſſionis acquiſitionem, quando
vltrò deuentum fuit ad actualem traditionē,
vt communiter notant Doct.in l.1.§.ſi vir vxo-
ri ff.de acquir.poſſ.ac tradit Tiraq.d.lim.7.num.11.
Honded.conſ.20.num.40.lib.1.Vrſill.ad Afflict.de-
ciſ.331.ſub numer.4.& 5.de reſtit.ſpol.Put.dec.276
num.5.lib.3.Seraph.deciſ.638.nu.3.Caual.dec.503
n.2. Rot.inter recdeciſ.768.nu.9.verſ.imò,nec etiam
par.2. Qui omnes hoc limitant, quando con-
8 tractus eſt nullus † ex defectu conſenſus, cum-
que deficere in caſu noſtro deducebant infor-
mantes pro Donato Antonio, quippè quod
ille ceſſit cum erroneo ſuppoſito quod Teſta-
tor præceperit dotem ſcut.1000.aſſignandam
Primogenituræ cōflari ex omnibus bonis hæ-
reditariis, quodque Primogenitura eſſet aper-
9 ta ad fauorem Camilli, error enim † conſen-
ſum excludit, vt in puncto clauſulæ conſtitu-
10 ti † adiectæ contractui erroneo, Bald. in rubr.
C.de conſtit.pecun.numer.8.& duob.ſeqq. Felin. in
cap.cum venerabilis ſub nu.25. verſ.vndè ſecundum
eum de except.Fuſar conſ.41.circa fin. verſ.vel quia
erronea.

Verum vtriuſque ſuppoſiti aſſertus error
viſus fuit, aut non releuans, aut non proba-
tus. Siquidem cum Donatus Antonius ceſ-
ſerit Camillo nedum bona Primogenituræ
conſiſtentis in monte, ſeù multiplico valo-
ris ſcut.30.mil.cuius vſus fructus ſpectaret ad
Primogenitum, ſed etiam alia bona olim
poſſeſſa à Nicolao Teſtatore, ibi, Hauer deli-
berato tutte le raggioni, & attioni, che quomodocum-
que, & quocumque modo, iure, titulo ſiue cauſa li po-
teſſero ſpettare tanto ſopra l' vſufrutto di detti ſcudi
30. mila, e fideicommiſſo, quanto ſopra l' altri beni
extra detto monte, che foſſero del detto q. Nicolò, &
al d. Donato Antonio, e ſuoi heredi poteſſero ſpettare,
cederli, e renuntiarli. Et infrà ibi, Liberamente
cede, renuntia &c. al detto Camillo preſente, & ac-
cettante &c. tutte le ragioni, & attioni; che in qual-
ſiuoglia modo li competono, e poſſono competere tanto
ſopra l' vſufrutto di detti ſcudi 30. mil. e fideicom-
miſſo, quanto ſopra tutti gl' altri beni, che foſſero del
detto Nicolò, & à detto Donato Antonio poteſſero
ſpettare &c. Summ. Donati Antonii numer. 2.
Vnde colligitur, quod æquè ceſſiſſet quam-
uis præceptum Teſtatoris de dotando Primo-
genituram eſſet ad certa bona reſtrictum, vo-
luit enim cedere vltrà bona Primogenituræ
omnia alia bona Teſtatoris, conſequens eſt,
vt, eſto quod erraſſet circà latitudinem dicti
11 præcepti, error huiuſmodi non releuet, † ex
quo non reſpicit cauſam finalem, hoc eſt, ſine
qua ceſſurus non fuiſſet, vt requiritur, Se-
raph.deciſ.275.num.10. Rota in Romana multiplici
29.Ianuarij 1638.§.præterea coram Eminentiſſ. D.
Card. Panzirol.& in Romana donationis de Mongel
linis 20.Ianuarij 1645. coram R.P.D.meo Ottbob.

Deeſt pariter (ad effectum, de quo agitur)
probatio erroris circà ſecundum ſuppoſitum
aperitionis Primogenituræ ad fauorem Ca-
milli, pendet namque ex ardua quæſtione,
an in Primogenitura relicta Primogenito, &
12 maiori natu alicuius lineæ filius primogeni-
tus prædefuncti ætate minor excludat Patruū
ætate maiorem, ex ſecundo, vel vlteriori ge-
nito Teſtatoris deſcendentem, in quo articu-
lo elaborarunt ſcribentium ingenia in acies
diuiſa, & vtramque ſententiam innumeris fe-
rè conſtare ſectatoribus apparet ex alleg. per
Menoch.conſ.211. num.1. & ſeqq. Fuſar. conſ. 39.
numer.29.& 37. & in tract. de ſubſtit. quæſt. 387.
num.1.& ſeqq & num.21.& ſeqq. Grat. diſc. 456.
num.1. & ſeqq. Antonin. de Amat. reſol.1.per tot.
Hyeron.Leo deciſ.Valent.109.per tot lib. 1. quod
ſuffici, vt qui vnam vel alteram opinionem
amplexus fuit, non dicatur deceptus ad ef-
13 fectū ne ex capite erroris † retardetur manu-
tentio in poſſeſſione per clauſam conſtituti,
& actualem traditionem acquiſita, quia ad
hunc effectum, oportet errorem eſſe omninò
clarum, & in dubium, Seraph.deciſ.976.num.3
Reuerendiſſ.Vrgell.deciſ.337.num.30.& ſeq.Rot.in
recent.deciſ.541.num.2.par.4.deciſ.128.nu.13.p.6.
deciſ.261.num.25.par.7.cum aliis alleg.per Moder.
Peruſ.de manut obſer.64.num.12. qualis non eſt,
14 qui pendet à quæſtione iuris intricati, & val-
dè controuerſi, Capic. deciſ.10. num. 19. & 20.
Rot.deciſ.271.ſub num.6. verſ.nam etiam penes Se-
raph.deciſ.64.num.6.inter impreſſ.apud Pacif. de
Salu. qui in eo tractatu inſpect.2. c.2. numer.85.
& ſeqq.allegat.concord. & fuit dictum in Bononien.
bonorum, ſeù fideicommiſſi de Sanctis 17.Maij 1647
§.fin.coram me in Romana Cenſus 22. Maij 1648.
coram Reuerendiſſ.Terracinen. Imò ſufficere,
quod pro altera parte adſit vnius Doctoris
15 opinio, † ne ceſſionis, ac tranſactionis effectus
ſaltē in Summariſſimo poſſeſſorio euacuetur
prætextu erroris, & læſionis quamuis altera
opinio eſſet verior, & communior dixit Ro-
ta deciſ.263.num.2.& 3.part.3.recent. & in ſuprà
allegata Romana donationis de Mongellinis 20. Ia-
nuarij 1645.§.ſufficit coram R. P. D. meo Ottbo-
bono.

Fortiùs in caſu noſtro, quo inſuper ad fa-
uorem Camilli Patrui præceſſit ſententia
A.C. ab ipſo Donato Antonio acceptata, &
ob non interpoſitam appellationem in iudi-
catum tranſacta, ad quam euitan., nec ſa-
16 tis eſſet probatio erroris, niſi ſimul conſta-
ret de dolo vero Menoch.de arbitrar.caſ.209. nu-
mer.37.& ſeqq.vſque ad fin.Rot.deciſ.184.num.3.
par.2.recent.& in aliis relat.ab adden. ad ſan. mem.
Greg.XV.deciſ.336.ſub num.5.& probatur ex text.
in l. vnic. ibi ſi res iudicatæ non ſunt Cod. de error.
calcul.

Ex quibus gratis obijcitur, quod vbi con-
tractus eſt in controuerſiam deductus, con-
17 ſtitutum ibi appoſitum, quia † pendet à va-
liditate, vel inualiditate ipſius contractus prin-
cipalis,

cipalis, non operatur, ſed conſtituenti datur manutentio, donec lis ſuper contractu validitatis terminetur vt voluit, *Rota deciſ. 868. n. 4. par. 4. diuerſ. deciſ. 28 ? num. 6. & 7.* inter nuperrimè *impreſ. Card. Mellini Grat. diſc. 113. num. 71.*

Nam in caſu noſtro error pro inualiditate contractus deductus tam ambiguitate iuris, quam rei iudicatæ ſplendore depellitur, in hoc præſertim Summariſſimo poſſeſ-
18 ſorio, quod, vt † ſupra probabam, non admittit exceptionem erroris, niſi ſit certus, & clarus, & vltrà conſtitutum nititur Camillus actuali poſſeſſioni per deſcriptionem
19 in libris Sacretarij, litterarumque † patentium expeditionem quæſitæ, qua ſtante non
20 poteſt aduerſario concedi manutentio† pendente cauſa ſuper nullitate contractus, vt ferè in terminis *Seraph. deciſ. 705. ſub num. 5.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

AVXIMANA PRAEDII.

Lunæ 28. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Extincto per ſolutionem debiti pignore quænam remedia pignoranti competant pro illius recuperatione? fideiuſſor an ſit idoneus arbitrio Iudicis relinquitur, & quilibet de Iure idoneus preſumitur donec contrarium probetur, non attento an fideiuſſor ſit clericus, nam in fideiuſſionibus cõuentionalibus admitti debet quicquid ſit in iudicialibus, & prætorijs?

SVMMARIVM.

1 *Pignus per ſolutionem debiti extinguitur,*
2 *Pignus diſſolnitur ex voluntate contrahentium, quæ ſola ad hunc effectum ſufficit.*
3 *Pro recuperatione pignoris competit pignoranti nedum actio pignoratitia, quæ perſonalis eſt, ſed etiam interdictum recuperandæ per viam ſpolij, ſi ſe pro ſpoliato habuit; necnon etiam remedium aſſociationis ſi ſe pro ſpoliato non habuit, & numer. 4. & 5.*
6 *Debitor aſſignando creditori fructus rei pignoratæ videtur ſibi eiuſdem rei dominium reſeruare.*
7 *Dominium rei pignoratæ penes debitorem manet.*
8 *Reſeruatio Dominij vim habet pacti manus iniectionis, & illius vigore poteſt propria authoritate capi poſſeſſio.*
9 *Item, & obtineri aſſociatio.*
10 *Aſſignatio fructuum rei pignoratæ facta à debitore creditori cum pacto reſolutiuo, eoque purificato expirat ipſo Iure, & abſque alia traditione poſſeſſio reuolat ad debitorem, cuius commodo creditor poſſidebat.*
11 *Et operatur, ac ſi nunquam penes creditorem fuiſſet.*
12 *Præſertim, quando pacto reſolutiuo eſt adictum verbum, ſtatim, & adeſt ſpecialis prohibitio, ne creditor vlterius ſe ingerat in perceptione fructuum.*
13 *Ita ut poſſit debitor hoc caſu vti omnibus remedijs poſſeſſorijs etiam manutentionis.*
14 *Poſſeſſio capi poteſt propria authoritate à locatore finito tempore limitato in contractu adiecto.*
15 *Obligatus in forma cameræ aliquod prædium reſtituere, ſi illud non reſtituit, poteſt agenti concedi immiſſio.*
16 *Tranſactio ſi continet plura capitula ſeparata non adimplimentum vnius capituli non retardat executionem alterius.*
Exceptio non implementi reſpectu vnius capituli non retardat executionem quoad alia capitula ſeparata contenta in eodem contractu ibidem.
17 *Fideiuſſor, quod ſit idoneus probari debet ab agente.*
18 *Fideiuſſor an ſit idoneus necne arbitrio Iudicis relinquitur.*
19 *Fideiuſſor, quod ſit idoneus, leuiores probationes ſufficiunt propter Iuris præſumptionem, quod quilibet reputatur idoneus donec contrarium probetur num. 20.*
21 *Fideiuſſor licet ſit Clericus reputatur idoneus, quãdo agitur de fideiuſſionibus conuentionalibus, quicquid ſit in fideiuſſionibus iudicialibus, & prætorijs.*
22 *In ſtatu Eccleſiaſtico æque contra Clericos, ac Laicos Ius redditur.*
23 *Expenſæ liquidæ reficiendæ veniunt.*
24 *Adimpleri poteſt etiam Iudicio pendente.*
25 *Fratres ſuccedunt fratri prædefuncto ab inteſtato in capita.*
26 *Exceptio requirens altiorem indaginem non retardat iudicium executiuum aſſociationis, & obligationis Cameralis.*

DECISIO CCCXCI.

DIVERSAS lites ortas inter fratres de Pranſonibus extinſit tranſactio inita de anno 1639. qua inter cætera fuit conuentum per Capitulum ſeparatum, quod Aſcanio alteri ex dictis fratribus, ac Mariæ eius coniugi, alij fratres pro interuſurijs dotalibus conſignent fructus prædij communis nuncupati di Campo Cauallo donec eiſdem coniugibus reſtituant dotem ſcutorũ 3000. quibus tamen reſtitutis ſtatim ceſſare debeat huiuſmodi conſignatio, & iugales fructus prædij percipere vltro non valeant.

Secuta autem nuper fuit præfatæ dotis reſtitutio; qua propter dicti fratres petierunt ad ſupradictum prædium aſſociari, vel immitti, & annuendum eſſe Rota cenſuit, quia
1 extincto pignore†per ſolutionem debiti *iuxta textum in l. ſi rem alienam §. omnis, & §. ſeqq. ff. pignor. act. l. item liberatur ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſol.* accedente præſertim in id expreſſa
2 contrahentium voluntate, † quæ ſola ſufficeret pro diſſolutione pignoris *l. ſoluitur ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluat. l. eleganter ff. pignor. act. Arias de Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 41. n. 5 & cap. 42. num. 25.* competit pignoratoribus
3 ad † recuperandum pignus nedum actio pignoratitia directa, quæ perſonalis eſt *Balduin. de pignor. cap. vlt. col. 1. verſ. perſonalis Duaren. in parafr. ad tit. de pignor. act. cap. 3. Arias de Meſa dict. cap. 42. ſub num. 21.* aut interdictum recuperandæ † per viam ſpolij ſi ſe pro ſpoliatis ha-

habuerunt *Pacif. de Saluian. Inſpect.4.cap.1.numer.216. & ſeqq.Scappucc.eod.tract.lib.3.quæſt.12 num.1.Rot.deciſ.151.nu.2. inter impreſſ. poſt tract. moder. Foroliuien. de pignor.*

Sed vltro ſaltem in vim ſpecialis pacti ſupra memorati competit ſi ſe pro ſpoliatis
5 non habuerunt † remedium aſſociationis, ſi-
6 ue quia debitor aſſignando creditori † fructus dumtaxat pignorati prædij videtur ſibi eiuſdem prædij reſeruaſſe dominium *ad tex. in l. quiſquis C.donat.gloſſ. in l.ſi quis argentum §. ſed ſi quid C. eod.num.102. Rot.deciſ.58. num.21.*
7 *apud moder. de manut.* quod regulariter † penes debitorem remanet *l. pignus C.pignor. act. l. cum & ſortis §. vlt.ff.eod.tit.l. reſcriptum ff. diſtract.pignor. Arias de Meſa var.reſol.lib.1.cap.25. num.18. & lib.3. cap.46. ſub hum.2.* huiuſmodi autem reſeruatio vim habet pacti manus in-
8 iectionis † cuius vigore ſicuti poteſt propria authoritate capi poſſeſſio *Grat. diſcep.523. nu-*
9 *mer.15.* ita obtineri † aſſociatio, vt fuit dictum *in Lauretana Domus 14. Decembris 1643. coram me impreſſ. apud Moder. de pignor.deciſ.76. num.13.* Siuè etiam, quia extincta per ſolutionem cauſa obligatoria de futuro aſſigna-
10 tio fructuum facta cum pacto reſolutiuo † exinde purificato expirauit ipſo iure, & abſque alia traditione poſſeſſio omnis reuolauit ad debitorem cuius commodo creditor poſſidebat *l.pignoris in princ.ff.vſucap.Surd.conſ.481 num.8.cum alys alleg. à moderno Foroliuien.de pi-lib.4.tit.5. quæſt.184. num.6.* ac ſi nuſquam pe-
11 nes † creditorem fuiſſet *Rot. in Elboren. Diſtributionum 29. Marty 1599. coram Corduba relatam per Garz. de benef. par.1.cap.2. num.37. & in Ciuitatis Plebis penſionis 5. Maij 1645.§.neque præiudicium coram me deciſ.81.num.1. & 2. penes Mart. Andr. & in terminis pacti reſolutini deciſ.1. num.4. & ſeqq.par.2.recent. Neguſ.quæſt.400. numer.143.* eo magis, quando vt in caſu noſtro
12 pacto † eſt adiectum verbum ſtatim, ibi, *ſubito,che detti Monſig. &c.* adeſt ſpecialis prohibitio ne creditor vlterius ſe ingerat in perceptione fructuum, & ſolum poſſeſſionem certę ratæ ad ſe iure proprio ſpectantis retineat *ad textum in ſupracitata l. quis quis C.donat.*
13 itaut inpoſterum † gaudeat debitor remedijs omnibus poſſeſſorijs etiam manutentionis, vt fuit dictum *in dicta Ciuitatis plebis penſionis coram me*, & in ſimili, quod ratione li-
14 mitationis † temporis in contractu adiecti eo lapſo poſſit capi poſſeſſio propria authoritate dixit in terminis locatoris *Lancell. de atten. par.2.cap.4.limit.5.num.2. & 3. Rot. in Nepeſina locationis 19. Iunij 1598.coram Litta impreſſ.apud Marcheſ. de Commiſſ.par.1.fol.1080.num.1. deciſ. 225.num.1. deciſ.605. num.5.par.5. recent. & in terminis Emphitentæ deciſ.409.num.7.par.1.recen. deciſ.538.num.2. apud Moder. de manuten.*
15 Multoque facilius competit immiſſio † in vim obligationis Cameralis de reſtituendo prædium dote reſtituta *Rot.deciſ.229. n.11. & ſeq.par.5.recent.*

Non obſtat exceptio non implementi ob non præſtitam à fratribus de Pranſonis cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & non refectionem expenſarum ab Aſcanio factarum, quia cautio nil habet commune cum reſtitutione prædij promiſſa ſtatim, ac dos coniugibus ſolueretur, ſed reſpicit vſumfructum omnium bonorum à Ioſepho patruo relictum, de quo nec non de
16 cautione cum tranſactio diſponat † *in Capitulo* prorſus ſeparato non implementum huius non retardaret executionem alterius Capituli promiſſionem de reſtituendo prædium continentis *Surd.conſ.101.nu.107.Mant. deciſ.238.num.2. Buratt.deciſ.571.num.2.*

Et ex abundanti præſtita fuit cautio, & fideiuſſio Antioci Honufrij, cuius & ſi ido-
17 neitas † probanda ſit ab actoribus *Maur. de fideiuſſ.2.par. ſect.cap.1. num.1. & ſeqq.* probata videtur ex atteſtationibus extraiudicialibus quatuor Ciuium Auximi quorum aliqui Eccleſiaſticos gradus obtinēt, & affirmant Honufrium ne dum poſſidere redditus Canonicatus, & alterius pinguis beneficij, ſed etiam duas domus, ac totidem poſſeſſiones, ſeù
18 prædia ex quibus arbitrium Iudicis † cui an quis ſit idoneus fideiuſſor nec ne relinqui dixit *Bald. in l. vniuerſa num.3. verſ. in contrarium C.precib.Imper.offer. Menoch. de adipiſc.remed.2. num.93. Maur. de fideiuſſ.d.ſect.7.cap.1.num.6.* attento numero, & qualitate teſtium moueri poteſt ad admittendum Honufrium *pro idoneo fideiuſſore cū ad id ſufficiant* leues pro-
19 bationes † propter præſumptionem iuris, quæ habet, quod quilibet præſumitur idoneus, vt in puncto *Rot. Ianuen. penes Cartar.*
20 *deciſ.16.num.25. & 26.* donec † contrarium exaduerſo probetur, vt debet *Giouag.conſ.43. num.42.lib.1.* nec ad hunc effectum ſufficit allegare, quod fideiuſſor ſit Clericus; nam quicquid ſit in fideiuſſionibus iudicialibus,
21 & prætorijs; † ſane conuentionales qualis eſt iſta ex hoc capite non reiciuntur, vt diſtinguendo declarat *Abb. in cap.1. num.5. de fideiuſſ. Alex. in l.1. num.3. ff. ſi quis in ius vocat. non Marſil. de fideiuſſ. num. 258. Maurus eod. tract.par.2.ſect.8.cap.12.num.17.* Eo minus in ſtatu Eccleſiæ vbi æque contra Clericos, ac
22 laicos † ius redditur, vt ad propoſitum ponderat *Hering. de fideiuſſ. cap. 8. numer.141.*

Quo veró ad expenſas eadem aplicatur reſponſio, quod promiſſę fuerunt in Capitulo ſeparato, ac inſuper fuerunt promiſſę correſpectiuè ad alias expenſas ab ipſo Aſcanio fratribus reficiendas, & quatenus non ſubſiſtat in facto, quod prout aſſerunt fratres de Pranſonis prætenſę ab Aſcanio non ſint liquidę, & deſuper lis pendeat coram A. C. ſatis eſt quod hodie reficiantur, quæ liqui-
23 dæ † ſunt pro vt videntur eſſe expenſæ mandatorum ex datis in Summario Aſcanij n.3.
24 cum etiam pendente † iudicio poſſit adimpleri *Alex.conſ.78. in fin.lib.1. Rot.deciſ.476.numer.11.par.1.diuerſ.deciſ.145.num.7. apud Zach. de oblig.Camer.*

Dixerunt autem Domini aſſociationem, ſeu quatenus opus ſit immiſſionem dandam eſſe ſolum pro tribus ex quinque partibus,

nec

nec non pro tribus ex quatuor partibus alterius quintæ partis olim ſpectantis ad Ludouicum communem fratrem prædefunctum
25 illi enim omnes fratres † ſuperſtites in capita ab inteſtato ſucceſſerunt §. 1. *Auth. de hered. ab inteſt. Auth. ceſſante C. de legit. hæred. Burat. deciſ. 316. num. 1.*

Nec obſtat, quod ex teſtamento Ioſephi Senioris portio Ludouici tota accreſcere debeat Aſcanio ex quo inter ſe tantum erant coniuncti re, & verbis quo ad proprietatem cæteri vero fratres coniuncti ſolum erant in vſufructu, quia de hoc poterit ſuo loco videri, & interim cum requirat altiorem inda
26 ginem † retardandum non eſt iudicium executiuum aſſociationis, & obligationis Cameralis *Pariſ. de Salu. Inſp. 4. cap. 1. num. 225.* qui loquitur in terminis debitoris agentis ad recuperationem pignoris à creditore retenti poſt quam fuerat ſatisfactus, & allegat concordantes.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

VICEN. PARROCHIALIS.

Lunæ 28. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio per aſpectum oculorum, vt quæri valeat quænam requirantur? Executor efficitur mixtus ſtante clauſula, *dummodo, alicui non ſit Ius quæſitum &c.* hoc tamen procedit quando adeſt poſſeſſor; ſeu legitimus contradictor, alias enim non obſtante dicta clauſula Executor remanet merus, & ab eius ſententia non datur appellatio. Contradictor legitimus dici non poteſt habens parem titulum dum in iudicio non comparet, ſuumquæ titulum exhibet.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio per aſpectum oculorum capta dicitur per modum fictum, operatur tamen aſpectus veram poſſeſſionis acquiſitionem, quia aſpiciens animo acquirendi videtur Iuris interpretatione porrigere corpus ad ipſam rem.*
2 *Declara dummodo ſi poſſeſſio apprehenditur abſque facto Iudicis, ſeu executoris concurrat ſimul animus acquirentis, ac tradentis poſſeſſionem, ita ut alterum ſine altero non ſufficiat.*
3 *Si verò apprehenditur de mandato Iudicis, quia Iudex non poſſidet proinde poſſeſſionem per aſpectum transferre non poteſt.*
4 *Poſſeſſio acquiritur per aſpectum oculorum ſtante impedimento ne corporali ingreſſu acquiratur.*
5 *Poſſeſſio, vt acquiratur per aſpectum tria concurrere debent, nempe quod conſtet de impedimento, quod adſit decretum executoris, ſeu Iudicis, vt poſſeſſio tradatur, quodque interueniat Nuncius publicus habens poteſtatem tradendi poſſeſſionem.*
6 *Impedimentum præſtitum ne poſſeſſio quæratur probatur ex atteſtatione Notarij in Inſtrumento publico captæ poſſeſſionis, cui fides adhibetur.*
7 *Mandatum de immittendo in poſſeſſione indeffinite prolatum comprehendit omnem modum licitum, quo poſſeſſio apprehendi valeat.*
8 *Appellatio datur à ſententia mixti executoris.*
9 *Clauſula,* dummodo non ſit alicui Ius quæſitum &c. *facit executorem mixtum.*
10 *Declara conclusionem procedere, quando adeſt poſſeſſor, vel legitimus contradictor alioquin non obſtan. dicta clauſula,* dummodo &c. *executor remanet merus, qui poteſt ſe extraiudicialiter informare, nec ab eius ſententia datur appellatio.*
11 *Contradictor legitimus dici non poteſt eſto, quod quis parem titulum habeat dum in Iudicio non comparet nec illum exhibet.*
12 *Executor merus poteſt extraiudicialiter de narratis ſe informare, & præſumitur ſe informaſſe dum ad litterarum executionem proceſſit.*
13 *In ſummariſſimo Iudicio manutentionis non eſt quærendum de iuſtitia tituli, ſed inhærendum eſt facto poſſeſſoris.*
14 *Manutentio danda eſt antiquiori poſſeſſori.*

DECISIO CCCXCII.

OCVLORVM aſpectu Laurẽtius, actuali verò ingreſſu, ſed poſterius Ioannes apprehendit poſſeſſionem perpetuæ Vicariæ loci Sancti Quirici de Beſora, & in concurſu vtriuſque poſſeſſionis illam Laurentij præferendam, ac manutenibilem eſſe Rota cenſuit præuia particularis dubij diſputatione.

Eſt enim anterior, & licet aſpectus ſit mo-
1 dus fictus acquirendi poſſeſſionem † eo quod eſt quidem ſenſus naturalis, & principalior cæteris, non tamen aptus, vel conueniens ad apprehendam poſſeſſionem veram; nihilominus operatur poſſeſſionis acquiſitionẽ, quia aſpiciens animo acquirendi, videtur iuris interpretatione porrigere corpus vſque ad ipſam rem, vt benè ratiocinatur *Cuman. in l. 3. ſub num. 2. verſ. fingitur extendiſſe ff. de acquir. poſſ. Gomeſ. in l. Thauri 45. ſub num. 45. verſ. ratio eſt, & probat Text. in l. prima §. ſi iuſſerim ff. de acquir. poſſ. l. quod meo §. ſi venditorem verſ. aut ſi vicinum ff. eod. l. pecuniam ff. de ſolut. l. donationes §. ſpecies ff. de donat. Tiraq. de iur. conſt. limit. 17. num. 7. Acchill. deciſ. 1. ſub num. 1. de cauſ. poſſ. & propr.*
2 Dummodo ſi poſſeſſio † apprehenditur abſque facto Iudicis, ſeu executoris concurrat ſimul animus acquirentis ac tradentis poſſeſſionem in præſentia rei, ita vt alterum ſine altero non ſufficiat, vt declarat *Bart. in d. l. 1. num. 18. ff. de acquir. poſſ. Alex. ibid. num. 77. Salicet. in l. licet ſub num. 4. verſ. & idem & verſ. vnde dicas,* vbi infert quod ideo viſu quæri non poteſt poſſeſſio rei vacantis, & à nemine poſſeſſæ *C. eodem tit. Abb. in cap. 2. ſub num. 10. de conſuetud. Gomeſ. in d. l. Thauri 45. num. 45. in*
3 *fin.* Si verò apprehenditur † de mandato Iudicis, quia Iudex non poſſidet, & proinde poſſeſſionem per aſpectum transferre regulariter non poteſt, *vt in d. l. 1. notat Bart. n. 23. Aretin. num. 31. Alex. num. 89. Iaſon. num. 96. Ripa num. 60.*

4 *num.*60. niſi adſit † impedimentum ne cor-
porali ingreſſu poſſeſſio acquiratur, vt pro-
bat *Text. in l. cum vnus §. fin. ff. de bon. auctor. Iu-
dic. poſſiden.* aliique plures quos refert, & ſe-
quitur *Gomeſ. in d. l. Thauri* 45. *ſub nu.* 54. *verſ.
ſecus Achill. d. deciſ.* 1. *ſub num.* 1. *verſ. parte ob-
ſtante de cauſ. poſſeſ. & propr. Rota deciſ.* 319 *nu.* 3.
inter impreſſ. apud Farin. poſt conſ. tria ſimul cō-
5 currant † nempè quod conſtet de impedi-
mento, & non tuto acceſſu ad rem, quod
adſit decretū executoris, ſeù Iudicis vt poſ-
ſio tradatur, & quod interueniat Nuncius
publicus habens poteſtatem tradendi poſſeſ-
ſionem *Iaſon. in l.* 1. *num.* 96. *& ſeq. & in §. ſi
iuſſerim num.* 12. *Roman. ibid. num.* 28. *Rota penes
Caual. deciſ.* 169. *num.* 1. *& in Meten. Canonicatus*
27. *Maij* 1619. *coram bo. me. Cardinali Sacrato.*

Quæ tria in caſu noſtro non deſiderantur,
6 nam de impedimento præſtito † ab hominí-
bus armatis mortem ingreſſuro comminan-
tibus ſi proprius accederet teſtatur Notarius
in publico inſtrumēto captæ poſſeſſionis, cui
de hoc vti connexo ad ea quæ eius officium
reſpiciunt adhiberi fidē dixit in puncto *Rota
in ſupracit. deciſ.* 319. *num.* 4. *apud Farin. poſt conſ.
& in Peruſina Beneficij* 28. *Iunij* 1647. *in prin-
cipio coram me,* poſſeſſio fuit tradita à Nuncio
publico habente ad id poteſtatem, & præ-
ceſſit mandatum executoris litterarum A-
7 poſtolicarum de tradenda poſſeſſione, † quod
etſi non explicet modum tradendi per aſpe-
ctum, cum ſit indefinitum comprælendit
omnem modum licitum, quo poſſeſſio tra-
di valeat ad *Text. in l. ſi pluribus ff. de leg.* 1. *l.
ſi ſeruitus ff. de ſeruit. vrbanor. prædior. Alex. conſ.*
171. *num.* 5. *lib.* 2. *Berous conſ.* 141. *num.* 2. *lib.* 3.
Surd. deciſ. 210. *num.* 8.

Non obſtat, quod poſſeſſio Laurentij ſit
attentata vti capta infra decem dies à die re-
laxati mandati ab executore litterarum A-
poſtolicarum, quem executorem mixtum,
& per conſequens eius ſententiam, ſeù man-
8 datum † appellabile faciunt clauſulæ, *Dum-
9 modo alicui non ſit ius quæſitum,* † & *Eccleſia
Archipræsbiteratui verè, & canonicè vnita
exiſteret in eiſdem litteris contentæ Felin. in
cap. ſi conſtiterit num.* 5. *de accuſat. Buratt. dec.* 651
num. 4. *&* 6. *cum alijs allegatis in Piſtorien. The-
ſaurariæ* 31. *Ianuarij* 1648. *coram Reuerendiſſimo
Terracinenſi.*

Procederet ſiquidem obiectum ſi tunc ad
10 fuiſſet alius poſſeſſor † vel legitimus contra-
dictor, alioquin enim non obſtantibus dd.
clauſulis executor remanet merus, & extra-
iudicialiter ac inappellabiliter procedere po-
teſt, vt declarat *Garz. de Benef. par.* 6. *cap.* 2. *nu-
mer.* 141. *&* 2. *ſeqq. & melius Rota deciſ.* 333. *n.* 2.
& ſeqq. par. 4. *tom.* 2. *recen. & in Lucana Canonica-
tus* 1. *Iulij* 1647. *coram R. P. D. meo Rojas,* ſed
tunc aduerſarius non poſſidebat cum longè
poſt poſſeſſionem cæperit, *vt in eius Summario
11 num.* 2. & legitimus contradictor † dici non
poterat eſto quod haberet parem titulum,
dum in eo Iudicio non comparuit ſuumque
titulum non exhibuit, vt pluribus compro-
batum fuit *in Leodien. Præpoſituræ Tongren.* 22.
Martij 1647. *§. fuit enim reſponſum, & §. ſeq. co-
ram R. P. D. meo Cerro, & prius in Aurien. Parro-
chialis de Pao* 17. *Aprilis* 1600. *coram Cardinali
Lancellotto Sen. impreſſ. apud Marcheſ. de commiſ.
par.* 1. *fol.* 436. *num.* 1. *in fine.*

Vndè ceſſant etiam, quæ obijciuntur con-
tra Iuſtitiam dictæ ſententiæ, ſeù mandati
executoris, ex quo coram ipſo iuſtificata non
fuerint narrata in litteris, quia hæc negatiua
non probatur, & executor merus qualis ex
prædictis hic erat, potuit extraiudicialiter de
12 narratis ſe informare, † intratque præſump-
tio, quod ſe informauerit, dum ad litterarū
executionem proceſſit *Rota penes Burat. de-
ciſ.* 622. *num.* 1. *deciſ.* 842. *nu.* 6. *vbi allegantur con-
cordantes.*

13 Neque in hoc Summariiſſimo Iudicio †
examinanda vlterius eſt iuſtitia tituli, ſed in-
herendum nudo facto poſſeſſionis, vt in ter-
minis beneficij *Rota deciſ.* 698. *num.* 3. *par.* 2. *re-
cen. deciſ.* 292. *num.* 16. *in impreſſ. poſt Cinc. de cen-
ſib. deciſ.* 323. *num.* 2. *coram ſa. me. Greg. XV.* de-
cernendo mandatum de manutentio ad fa-
14 uorem antiquioris poſſeſſoris iuxta tradita
per *Felin. in cap. licet cauſam num.* 8. *&* 9. *de
probat. Surd. conſ.* 168. *num.* 16. *Rota deciſ.* 322. *n.* 2.
par. 1. *recen. & alias ſæpiſſimè.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

MILITEN. PAROCHIALIS.

Luna 28. *Iunij* 1649.

ARGVMENTVM.

Executor litterarum Apoſtolicarum nulliter. &
iniuſtè procedit non citato poſſeſſore, nec ve-
rificata per euidentes probationes narratiua
irregularitatis contractæ ob homicidium à
poſſeſſore prætenſum; nec ſufficit ſola ſen-
tentia condemnatoria, quæ ſine actis non
probat, etiamſi Iudex dicat conſtare de deli-
cto per euidentes probationes.

SVMMARIVM.

1 *Executor litterarum Apoſtolicarum non poteſt ad executionem deuenire, non citato poſſeſſore, præſertim quando in litteris præcisè imponitur neceſſitas citandi.*

2 *Citatio ſemper eſt neceſſaria, quoties gratia exequenda tendit in præiudicium tertij.*

3 *Citatio per contradictas fieri nequit non præcedente citatione perſonali.*

4 *Narratiua homicidij, & irregularitatis incurſæ, cum ſit fundamentum gratiæ coram executore iuſtificanda eſt.*

5 *Et quidem plenè, & concludentèr ratione materiæ obiectiuæ.*

6 *Sententia criminalis condemnatoria ſi exactis non conſtat de prætenſo homicidio præſumitur lata in contumaciam.*

7 *Amplia etiamſi Iudex in ſententia dicat conſtare de delicto per euidentes probationes.*

8 *Sententia lata in contumaciam delictum non probat.*

9 *Con-*

9 *Contumacia dicitur purgata per ſucceſſiuam comparitionem condemnati eiuſque excarcerationem, ex qua effectus ſententiæ euanuit.*
10 *Valor narratus per non exceſſum eſt iuſtificandus, nec ſufficiunt probationes per aſcenſum.*
11 *Iudex ſi nulliter, & iniuſtè proceſſit, non eſt ad executionem ſententiæ deueniendum.*
12 *Litteræ Apoſtolicæ non iuſtificatæ executionem non merentur.*

DECISIO CCCXCIII.

EXECVTOR prouiſionis Apoſtolicæ ad fauorem Ceraulí, tanquam de vacanti per obitum Vincentij Vltimi poſſeſſoris,non obſtante collatione poſt illius mortem facta ab Ordinario in perſonam Ioſephi Palermi, eo quod idem Ioſeph propter homicidium commiſſum irregularis, & ſic incapax beneficij eſſet, debuiſſet ad executionem litterarum Apoſtolicarum procedere † citato dicto Ioſepho, tum quia præcisè id imponitur in eiſdem litteris, ibi, *vocato dicto Joſepho*, vndè citationis neceſſitas reſultet, *Felin.in cap.final. num.23.de præſcript.Abb.in clem.1.C.verb.de offic. deleg.* tum etiam quia regulariter † gratia tendit in præiudicium intrinſecum alterius, pro vt tendit, quæ ob alterius culpam emanauit, citatione opus eſt, vt diſtinguendo bene declarat *Flor. de Men.var.reſol.lib.numer.1.quæſt.4. num.26.& ſeq.* vbi allegat concordantes *Rot.in Compoſtellana Parochialis 25.Iunij currentis coram R.P.D.meo Otthobono.*

1
2

Nec ſufficit citatio per contradictas, quã
3 do vt in caſu noſtro perſonalis non præceſſit, *Caputaq.deciſ.107.n.4.par.1.Seraphin.deciſ.1276. num.4.Rota deciſ.636.num.2.par.2.recen.& in Colimbricen.Decanatus 27.Iunij 1595.coram bo.mem. Iuſto impreſſ.apud Marcheſ.de commiſſ.to.2.fol.221. add.ad Greg.XV.deciſ.430.n.5.*

Debuiſſet etiam coram eodem executore iuſtificari narratiua homicidij, & irregulari-
4 tatis † à Ioſepho incurſæ, quæ eſt fundamentum gratiæ, vt in terminis dixit *Rota dec.379. ſub num.9.verſ.gratia enim par.1.recent.deciſ.481. num.9.par.2.*& quidem plenè † & concluden-
5 ter *Gonzal.ſuper reg.8. gloſſ.15.num.124.poſt Gomez, & alios ibi allegatos.* Tanto magis ratione materiæ obiectiuæ, videlicet homicidij, de quo plenæ probationes requiruntur *Farinacc. conſ.170.num.1.Rot.deciſ.313.num.8.inter impreſſ. apud Farin.poſt conſ.ex textu in l.ſciant cuncti C.de probat.ac traditis à Surd.conſ.163.nu.21.*

At in caſu noſtro executori fuit ſolum exhibita ſententia criminalis condemnatoria ad triremes contra Ioſephum in partibus lata
6 quæ cum in actis de prætenſo homicidio aliũdè non conſtet, † præſumitur lata in contumaciam *iuxt. theor. traditam à DD. in cap. cum olim de re iudicata,* quam ſequitur *Mareſcot.var. reſolut.lib.2.cap.34.nu.11.Seraph.deciſ.355.nu.11. Rot.deciſ.665.num.3.par.1.recent.repetita inter impreſſ.Duran.dec.76. num.6.& deciſ.175.nu.1.& 2.* vbi hoc ampliatur, quamuis Iudex in ſen-
7 tentia dixerit † conſtare de delicto per veras probationes *inter impreſſ. poſt conſ.Farinac.prout* etiam in dubio præſumitur,*l.Papinianus §.meminiſſe ff.de inoffic. teſtam. Farin.de inquiſit.qu.11. num.92.verſ.& prænarratis,* quæ propterea ho-
8 micidium † non probat, vt dixit *Rot. dicta deciſ.665.num.2. par.1.recent. deciſ.145.num.2.apud Farinac.poſt conſ.Lotther.de re benef.lib.3.quæſt.18. num.168.& quæſt.28. num.98.* Eo minus, quia
9 per comparitionem Ioſephi, † eiuſque tamquam innocentis ſucceſſiuam excarcerationem, contumacia purgata fuit, & ejus effectus euanuit *Seraph.d.deciſ.354.num.13.Lotther. de re benef.lib.3.quæſt.18.n.163. Farinac.de inquiſ. qu.11.ſub nu.32.*

Erat præterea iuſtificandus valor narratus
10 in † ſcutis 74. per non exceſſum, *Rot.dec.444. num.1.par.2.recentior.in Tudertina Parochialis 20. Nouembris 1626. coram recol.M.Coccino, & deciſ.941.num.7. penes Buratt.* ad quem effectum non ſufficiunt allegatæ probationes per aſcenſum, *Seraph.deciſ.1017. num.5.Rota deciſ.82. num.1.verſ.nec valor penes Coccin. deciſ.444.nu.1. verſ.nihilominus par.2.recent.& in Gerunden.Prioratus 29.Iunij 1646.coram me.*

Cum itaque executor nulliter ex defectu citationis, & iniuſtè ob non iuſtificationem
11 narratorum proceſſerit, † non eſſe ad executionem ſententiæ ab ipſo latæ procedendum reſponſum hodie fuit,quia nec ſententia nulla, nec litteræ Apoſtolicæ non iuſtificatę me-
12 rentur † executionem, vt notant *DD. in l.2. de reſcript. & dixit Rota penes Buratt. deciſ.459. num.1.& deciſ.941.num.5.& inter recent.dec.482. num.18.par.4.tom.2.*

Et ità deciſum Informante ſolum Ioſepho altera tamen parte ſæpiùs citata.

ROMANA HAEREDITATIS DE GRATIANIS.

Lunæ 28. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Executiuè agi poteſt contra tertium poſſeſſorem in quem lite pendente fuit facta alienatio rei litigioſæ, quamuis tempore alienationis emptor ignorantiam litis habuerit, & alienatio facta fuerit ex cauſa dotis ſi de eo tempore conſtat mulierem fuiſſe nuptam, ac dotatam.Alienatio etiam ex cauſa dotis lite pendente, quando fraudis ſuſpicio concurrit non ſuffragatur ad euitandam executionem contra tertium poſſeſſorem, & fraudis ſuſpicio ſatis probatur ex coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Lis pendens in iudicio poſſeſſorio vigore interdicti, quorum bonorum, non efficit litigioſum illorum dominium.*
2 *Litigioſa tamen efficitur ipſa poſſeſſio, quæ lite pendente non poteſt in alium transferre, vbi redditur ratio.*
3 *Lis etiam in actione perſonali ſi contenditur de ipſa re efficit litigioſam ipſam rem, & actionem, quamuis*

uis iudicium pendeat in actione perſonali, etſi actũ fuit ratione certæ rei poteſt proceſſus executiuus completus contra principalem conſumari contra tertium poſſeſſorem, in quem fuit lite pendente facta alienatio, & redditur ratio, num.4.

5 *Alienatio ex cauſa dotis permittitur non obſtante vitio litigioſi ex ſpeciali priuilegio ab Imperatore conceſſo* in l.final.C.de litig. *declara, nu.*10.

6 *Executiuè agi nequit contra tertium poſſeſſorem in quem bona litigioſa ex cauſa dotis tranſierunt.*

7 *Alienatio rei litigioſæ nulla eſt ſiue emptor ſciuerit, ſiue litem ignorauerit.*

8 *Alienatio ex cauſa dotis reputatur neceſſaria, & ob publicam vtilitatem.*

9 *Reipublicæ intereſt fauere dotibus, quia propter dotes facilius nuptiæ contrahuntur, & liberi procreantur.*

10 *Alienatio ex cauſa dotis lite pendente non tenet, ſi tempore alienationis mulier iam erat nupta, & dotata.*

11 *Priuilegium dotis, quod pro conſtituenda, vel reſtituenda dote bona fideicommiſſi alienari poſſint, locum non habet ſi poſt nuptias ſequutas, & dotem ſolutam aliquid amplius nomine dotis detur.*

12 *Facultas conceſſa Patri legandi filiæ ſpuriæ dotem ceſſat ſi ſpuria cum alia dote iam nupſit.*

13 *Priuilegij ratio vbi non applicatur, nec ipſum priuilegium ſuffragatur.*

14 *Aſſertioni partium in præiudicium tertij non ſtatur.*

15 *Priuilegium dotis non militat quoties illius probatio non aliundè deſumitur, quam ex aſſertione emiſſa conſtante matrimonio.*

16 *Alienatio etiam ex cauſa dotis lite pendente non eſt apta ad retardan. executionem contra tertium poſſeſſorem, quoties alienatio non caret ſuſpicione fraudis.*

17 *Contractus ſimulatus eſt nullus ipſo iure.*

18 *Alienatio lite pẽdente quod fuerit ſimulata, & fraudolenta probatur ex coniecturis.*

19 *Fraus ſiue colluſio probatur coniecturis.*

20 *Et omnes actus exinde geſti ſuſpecti redduntur.*

21 *Acta iudicialia non nocent tertio non citato.*

22 *Executiuè agi poteſt contra tertium poſſeſſorem in quem lite pendente res litigioſa tranſijt titulo oneroſo, etſi ſciuit litem pendere dicitur particeps fraudis, & nu.*23.

24 *Alienatio lite pendente præſumitur fraudolenta, quando conſtat nulla alia adeſſe bona debitoris præter alienata.*

25 *Et tunc contra tertium competit via executiua eo modo quo competeret contra alienantem, qui dolo deſijt poſſidere.*

DECISIO CCCXCIV.

NE ſuper domo hereditaria Octauij Grattiani pendente lite inter Franciſcum, & Lelium à Lelio in Attauantem tranſlata titulo dotis, fieret executio vigore mandati de immittendo in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum d.Octauij obtento à Franciſco idem Attauantes, obiecit ſe tamquam tertium poſſeſſorem non poſſe exequutiuè conueniri. Quo tamen non obſtante fuit contra ipſum relaxata executio à R.P.D.meo Rojas & ſucceſſiuè coram R.P.D.meo Meltio, cui ad inſtantiam Attauantis per Signaturam commiſſa fuerat cauſa appellationis cum clauſula *alteri qui procedat ad legitimam executionem*, Rota decreuit eſſe ad executionem procedendum. A quo pariter decreto interpoſita per Attauantem appellatione eiuſque cauſa mihi commiſſa cum clauſula *alteri qui ad vlteriorem*, Dubitaui hodie an ſit procedendum ad vlteriorem executionem fuitque affirmatiuè reſponſum, tàm ex capite litigioſi, quam fraudis.

1 Ex primò quia etſi lis penderet † in iudicio poſſeſſorio vigore interdicti, quorum bonorum, ideoque litigioſum non eſſet illorum dominium *iuxt. theor. gloſſ. communiter receptam in cap.1.verbo litigioſa de confirm. vtil.vel inutil.* reddita tamen fuit litigioſa ipſa poſſeſſio, quæ propterea non potuit † in alium

2 lite pendente transferri, vt præter allegatos in *Deciſionibus coram RR. PP. DD.meis Royas, & Meltio notant in d.cap.1.Anton.de Butr.ſub num.4. verſ.ſed hoc puto, & clarius Abbas ſub num.5.* vbi ait ita intelligendam eſſe dictam gloſſam, & reddit rationem, quia licet non agatur de dominio rei, agitur tamen de dominio poſſeſſionis, quam ideò non licet in alium transferre lite pendente eumque ſequitur *Decius ibid.num.36.Rota in Toletana Beneficij coram Iuſto impreſſa apud Marcheſ.de commiſſ.part.1.fol.385. ſub nu.9.verſ.& ideo poſſeſſio poſt Bart.in l.1.§.1. ff.de letigioſ.qui ſub num.2.verſ.ſi vero contenditur,* ait, quod etiam in actione perſonali † ſi con-

3 tenditur de ipſa re efficitur litigioſa ipſa res, & actio. Vndè quod etiamſi iudicium penderet in actione perſonali ſi actum fuit ratione certæ rei poſſit proceſſus executiuus completus contra principalem conſumari aduerſus tertium poſſeſſorem, qui lite pendente acquiſiuit, *voluit Ant.Fabr. in Cod.tit.de execut. rei indic.defin.7.in fine,* vbi dicit rationem, † ne

4 alioquin eueniat, vt Victoris durior conditio fiat per factam ſe inſcio alienationem, cumque ſequitur *Cancer.var.reſol.to.3.cap.17. ſub nu.467.verſ.his adde, Giurb.deciſ.62.ſub n.11. verſ.ſecus, Parlador.rer.quotid.lib.2.cap.final.par.4. §.5.num.9.*

Neque hic intrat excuſatio, vel propter ignorantiam litis pendentis tempore alienationis, vel ob priuilegium dotis conceſſum ab Imperatore Iuſtiniano, *in l.final. C.de litig.* vbi habetur, quod non obſtante vitio litigioſi

5 poteſt † dotis nomine fieri alienatio, ideoque non poſſe executiuè procedi contra tertium

6 poſſeſſorem † ad quem ex cauſa dotis bona litigioſa tranſierunt tradunt allegati per *Fontanell.de pact.nupt.clauſ.6.gloſſ.1.part.3.nu.49. Antonin.de Amat.reſol.45.nu.17.* Ignorantia enim tollitur ex facto, & reijcitur in ipſa *l.final.* ad

7 effectum vt nihilominus ſit nulla alienatio, † ibi, *ſiue ſcientem, ſiue ignorantem*, vt in puncto poſt *Bart.Couarruc. & alios aduertit, Rota coram Reuerendiſſ.Vrgellen.deciſ.88. num.5. & 6. à qua in hac parte non fuit receſſum in deciſ. 281. quam gratis impugnat Modern.Forolinien.controu.iur.tom.4. lib.24.*

lib.24.cap.3. num.16.& ſeqq.& fuit dictum in Romana Domus 27.Nouembris 1643. §.*nam vitium, verſ.ſiue tertius coram me.*

Priuilegium vero dotis, ſiue innitatur rationi neceſſitatis, quia nempè alienatio ex
8 cauſa dotis † ſit neceſſaria, vt voluit *Antonin. de Amat.d.reſol.45. num.18.* ſiue publicæ vtilitatis, vt alijs allegatis notat *Cancer.var.reſolut. tom.2.cap.12. num.51. Rota coram Reuerendiſſ.Vrgellen.d.deciſ.281.nu.3.* Intereſt ſiquidem Rei-
9 publicæ † dotibus fauere, quia propter dotes faciliùs nuptiæ contrahuntur, & iuſti liberi procreantur, *l.1.ff.de iur.dot. Arias de Meſa var.reſol.lib.3.cap.32.ſub num.12.Capic.Latro deciſ.109.nu.11.* Ceſſat in caſu noſtro, quo tem-
10 pore alienationis † huius domus mulier non fuerat nupta,& dos promiſſa ſcutorum 2000. ſoluta in alia domo ſita ad viam babuini, & ſic neque militat ratio neceſſitatis,neque publicæ vtilitatis, cum iam mulier eſſet nupta, & dotata, ſicuti in ſimili dicimus, quod pri-
11 uilegium dotis, † vt pro ea conſtituenda, vel reſtituenda alienari poſſint bona fideicõmiſſi non habet locum ſi poſt nuptias ſecutas, ac dotem ſolutam aliquid amplius nomine dotis detur, *vt in d. authen. res quæ notat Curt.Iun.num.45. Marzar.conſ.1. num.41.& ſeqq. Gratian.diſcep.498.ſub num.58.& ſeqq.Cæſar.manent.deciſ.35.num.18.Buratt.deciſ.568. numer.15.* Sic etiam facultas conceſſa Patri † legandi fi-
12 liæ ſpuriæ dotem ceſſat ſi ſpuria cum alia dote iam nupſit *Caſ.manent.deciſ.43. numer.18.* vbi allegat concordantes; vbi enim priuile-
13 gij ratio non applicatur, † nec ipſum priuilegium ſuffragatur, *l.penultim. ff.de milit.teſtam. l.fin.C.qui ob long.temp.præſcr.Capic.Latr.dec.102. nu.8.Fontanell.deciſ.586.ſub nu.6.*

Nec obſtat quod in Inſtrumento aſſignationis domus de qua agitur celebrato conſtante matrimonio contrahentes aſſeruerint ſe deuenire ad hanc aſſignationem, eo quod tractu temporis compertum fuit domum ad viam babuini prius datam inſolutum pro ſcutis bis mille non eſſe valoris ſcutorum 1500. Quia cum hoc aliundè iuſtificatum nõ
14 fuerit partium aſſertio † emiſſa conſtante matrimonio non probat in præiudiciũ tertij, *l.duob.§.1.ff.de iur.iuran.Natta conſ.438.numer.9. Surd.deciſ.325.num.3.Buratt.deciſ.873.num.9.* Et magis in terminis quod priuilegia dotis non
15 militent, quando probatio deſumitur ex ſola aſſertione emiſſa conſtante matrimonio, *gloſſ.in l.aſſiduis verb.date C.qui pot.in pig.habeant. Couar.var.reſol.lib.1. cap.7.num.4. Ludouic.à Peguer.deciſ.147.in fine Caſ.manent.deciſ.40.num.17.& ſeqq.*

Eo minùs quia eadem aſſertio non caret vehementi fraudis ſuſpicione, qua concur-
16 rente † non eſt ſatis titulus dotis ad euitandam executionem contra tertium poſſeſſorem lite pendente poſſeſſionẽ nactum, comprobatur ex adductis *à Modern. Forolinien. controu.iur.tom.4.lib.24.cap.3. numer.20.in fin.Capic. deciſ.128.ſub num. 10. verſ.& quomuis poſt Bald. in l.2.num.8.Cod.ne vxor pro marito, Parlador.rer. quotid.lib.2.cap.fin.par.4. §.5.numer.10.* vbi dicit

17 rationem, quia contractus ſimulatus † eſt nullius momenti, & ipſo iure nullus, cum alijs allegatis *in deciſ.coram R.P.D.meo Meltio, §.vlterius.*
18 Simulatio autem,ſeu fraus † vt ſcilicet imminentem executionem Lelius reus conuentus in iudicio tunc pendenti eluderet alienando hanc domum in Attauantem, qui imminentiæ executionis conſciùs erat apparet ex pluribus coniecturis *in deciſ.* editis in hac cauſa *corã R.P.D.meo Roias 29.Martij 1643. §.& nihil, & coram R. P. D.meo Meltio 11. Decembris 1648. §.præſumptiones, & §.ſeqq.* addu-
19 ctis, quibus fraudem, & colluſionem † probari, vltrà ibi allegatos dixit *Rota penes Buratt. deciſ.724.nu.3.deciſ.928.nu.2.*

Aduertendo quod eædem coniecturæ ſuſ-
20 pectos reddunt † actus iudiciales, qui poſt litem motam facti aſſeruntur coram A.C. ſuper aſſignatione d.domus ad babuinum inter eoſdem Lelium, & Attauantem, vt per *Mant.de tacit.lib.8.tit.25.num.37.verſ.quamobrem Rota in Romana Domus ad Tranſtiberim 18. Iunij 1638. coram Eminentiſſ.D.Card.Panzirolo, §.fin. & in Roſſanen. Decimarum 28. Iunij 1641. §.probata in fin.coram me,* & nocere non valent Frã-
21 ciſco ibidem non † citato, *l. ſi ſeruus plurium, §.1.ff.leg.1.Menoch.conſ.311. num.25.cum alijs allegatis in Romana fideicommiſſi de Spiritibus 12.Ianuarij 1643. §.penultim.in fin.coram me.*

Adeo quod tam ratione vitij litigioſi, quã fraudis, vt initio dicebam, quæ ſola ſufficeret, competit via executiua † contra Attauã-
22 tem, licet tertium poſſeſſorem ex prætenſo titulo oneroſo ex allegatis *à Papponio conſ. 63. num.18.& ſeqq.vbi ſignanter num.19.* ait quod ſi
23 acquirens † ſciuit litem pendere dicitur particeps fraudis, *Giurba deciſ.62. num.12.& 13.& num.15.& ſeqq.Coler.de proceſſ.execut.par.2.cap.3. nu.418.Rota coram Reuerendiſſ.Vrgellen. dec.364. num.58.& num.65.& qq.* vbi et ſi vlterius ad hunc effectum requiratur euentus fraudis, †
24 videlicet, quod alia bona debitoris non adſint quando alienatio fuit facta titulo oneroſo, quod neceſſarium eſſe dixit etiam *Couarru.& alii relati ab add.ad Buratt.deciſ.917.n.10.* vtique & hoc requiſitum adeſt in caſu noſtro in quo non fuit actum pro quantitate, quæ ex alijs bonis debitoris poſſit recuperari, ſed pro hac ipſa domo conſequenda tanquam hæreditaria Octauij, quæ niſi è manibus tertij poſſeſſoris recuperari poſſet executiuè,
25 euentus fraudis, ac damnum actoris euidens eſſet,quia breuiorem rei ad ſe pleno iure ſpectantis captum amitteret, neque illi æquè vtile eſt ipſius rei prætium conſequi actione, quæ competeret contra alienantem ex quo deſierit dolo poſſidere, iuxtà tradita per *Menoch.de adipiſc.remed.1.num.65. Peregrin.deciſ.Pataun.120.nu.2.& 4. alioſque plures quos ſecuta eſt, Rota in Ciuitatis Caſtelli ſupplementi Legitimæ 23. Martii 1640.coram bo.me.Merlino.*

Et ità deciſum informante ſolum Franciſco præuijs tamen octo citationibus aduerſario præſentatis &c.

VERCELLEN. PRAEPOSITVRAE.

Luna 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Reſignatio quod fuerit metu facta probatur ex pluribus ſimul iunctis. Regula de triẽnali, vt ſuffragetur, requiritur titulus coloratus, qui ex poſſeſſione decennali reſultare ſolet, vndè ſi vltrà decenniũ quis poſſideat alio triennio iuuatur regula. Poſſeſſor ad effectum regulæ, quando dicatur pacificus? lis per lapſum temporis, quando habeatur pro derelicta?

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio metu facta probatur ex antecedenti carceratione fratris reſignantis, illiuſque excarceratione ſtatim per reſignantem præſtito conſenſu reſignationi, quæ ſunt extrema iuſti metus.*

2 *Metus in reſignatione, quod interceſſerit probatur Teſtibus, ac etiam ex publica voce, & fama, alijſque adminiculis.*

3 *Item probatur ex epiſtolis fratris reſignantis detenti in carceribus.*

4 *Item ex proteſtationibus ante, & poſt conſtitutũ procuratorem ad reſignandum emiſſis.*

5 *Amplia etiamſi extraiudicialiter, & abſente parte fuerint emiſſæ.*

6 *Metus probatur ex atteſtatione Principis, cui fides præſtanda venit.*

7 *Reſignatio, vt reddatur nulla ex ſubſecuta carceratione fratris reſignantis ſufficit, quod à reſignatario carceratio fuerit procurata, vel quod eius fauore emanauerit.*

8 *Dolus etiam tertij, quando eſt cauſa immediata acquiſitionis nocet acquirenti, licet de dolo participauerit.*

9 *Carceratio fratris reſignantis licet ſequuta fuerit ex alijs cauſis, ſufficit tamen, quod fuerit retentus abſque ſpe liberationis, niſi reſignatio ſequatur ad hoc, vt reſignatio metu facta iudicetur.*

10 *Beneficium metu reſignatum reſtitui debet reſignanti abſque eo quod ſit opus noua collatione.*

11 *Metus cauſa durante, acquieſcentia quoque meticuloſa præſumitur.*

12 *Acquieſcentia reſignantis excluditur ex lite mota contra reſignatarium ſuper nullitate reſignationis. Poſſeſſio ad effectum regulæ de triennali non dicitur pacifica, ſtante lite contra poſſeſſorem mota ibid.*

13 *Poſſeſſor ſi vltra decennium poſſeſſionem continuauit, ex qua titulus coloratus reſultat vt iuuari poſſit regula de triennali requiritur, quod alio triennio poſſideat.*

14 *Declara concluſionem procedere dummodo poſſeſſor ſit pacificus.*

15 *Poſſeſſor vt iuuetur regula de triennali, & dicatur pacificus, eſto quod contradictor diu ſiluerit, requiritur, quod moleſtia ſit extraiudicialis, quia tantum durat, quantum ipſum factum, vel ſi eſt iudicialis, & vitio nullitatis laborat tunc facto extraiudiciali æquiparatur.*

16 *Ratio eſt, nam lite ſemel mota durat effectus turbatiuus pacificæ poſſeſſionis donec ipſa lis finiatur.*

17 *Lis per lapſum temporis non finitur, cum inſtantia de iure canonico ſit perpetua.*

18 *Declara niſi vltra negligentiam actoris in proſequendo copulatiue concurrat factum aliquod poſitiuum indicans collitigantem litem pro derelicta habuiſſe.*

19 *Lis per lapſum temporis vt dicatur deſerta, adeò clarè de non iure collitigantis apparere debet, vt illud controuerti non poſſit.*

20 *Deſertio litis à ceſſatione litis non differt, cum ad vtrumque effectum requiratur quod conſtet de non iure collitigantis licet minus tempus ſufficiat ad inducendam ceſſationem, quam deſertionem.*

21 *Ordinarius de poteſtate Papæ, vel de litterarum apoſtolicarũ interpretatione cognoſcere non valet.*

22 *Ordinarius cognoſcere poteſt de metu reſignanti illato.*

DECISIO CCCXCV.

REPORTATO proceſſu in vim remiſſorialium Rotalium compilato, quo Auguſtinus probatum aſſeruit reſignationem Præpoſituræ Sancti Stephani Oppidi Bugellæ à ſe factam fuiſſe metu, vt ſcilicet Clemens frater ad id carceratus dimitteretur, & è conuersò Dominus Abbas Bertodanus negando aſſertam probationem metus obiecit vltrò ſuffragari ſibi regulam Cancellariæ de triennali poſſeſſore; ſuper vtroque hodiè ſub vnica diſputatione ne litigantium diſpendia duplicentur, litiſque finis longior fiat aſſumpta fuit cognitio, ac deciſum quod reſſignatario tanquam metu facta non ſubſtinetur, nec Bertodanum iuuat regula de triennali.

Quod enim Clemens Auguſtini frater de-
1 truſus fuerit in carcerem † ad extorquendũ dictæ Præpoſituræ reſſignationem, & præſtito demum per Auguſtinum conſenſu reſſignationi libertatem receperit, quam alioquin non recepiſſet, quæ ſunt extrema iuſti metus, *Felin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ ſub num. 99. verſ. et loquuntur de conſtit. Pariſ. de reſign. libr. 13. quæſt. 1. num. 158. & ſeqq. Rot. deciſ. 7. de renunc. in nou.*

2 Deponunt diſertiſſimis † verbis formiter examinati frater Thomas Leuinus, & frater Iſidorus Calcaneus dati in Summ. Auguſtini num. 4. item nonus teſtis iuxtà tertium, & quartum interrogatorium Summ. ibid nu. 11 & accedunt tum alij teſtes de publica voce, & fama, quæ ad probandum metum valdè inſeruit *Cepoll. conſ. ciuil. 2. num. 3. & 8. Menoch. præſump. 126. num. 22. lib. 3. Seraph. deciſ. 859. nu. 7. Buratt. deciſ. 205. numer. 18.* tum epiſtolæ Cle-
3 mentis † tunc in carceribus ad fratrem, & aliarum perſonarum Summ. num. 4. tum pro-
4 teſtationes renunciantis † ante, & poſt conſtitutum procuratorem ad reſſignandum, quibus probatio metus non leuiter coadiuuatur; *Surd. deciſ. 194. num. 6. & in his terminis Dec. conſil. 219. num. 2. poſt med. verſ. et hoc comprobatur, Ruin. conſ. 121. numer. 24. & ſeqq. lib. 4. Pariſ. de reſſig. lib. 13. quæſt. 1. num. 191. & ſeqq.* quamuis ex-
5 traiudicialiter, & abſente parte fuerint emiſſæ *Surd. d. deciſ. 194. numer. 26.* tum nuperrima atte-

ſtatio

ſtatio Sereniſſimi Principis Mauritij à Sabau-
6 dia † data in Summ.num.12.in fide Principis
id ipſum affirmantis, cuius excelſa dignitas,
orbique toto contextata virtus addit mirificè
tot alijs documentis fidem *cap.nobiliſſimus 97.*
diſtin.Roman.conſ.59.num.6.Lap.alleg.32.ſub nu.3.
Mant.deciſ.325.num.1. ad fin. Rot. inter recentior.
dec.594.numer.16.& 17.part.5.deciſ.11. numer.9.
par.7.

Nec obſtat quod ex data excarcerationis
Clementis appareat eam ſecutam fuiſſe de
menſe Auguſti 1627. antequam Auguſtinus
de menſe Decembris ſubſequẽtis conſenſum
reſſignationi præſtiterit in Cancellaria Apo-
ſtolica, vt in Summ.Bertodani num.1.quia
animaduertendum eſt, quod antecedenter
Auguſtinus, vt Clemens è carcere liberare-
tur traſmiſerat ad partes mandatum ad reſſi-
gnandum in perſonam Gaſparis Bertodani
fratris Abbatis reſſignatarij, cuius mandati
vigore iuncta etiam promiſſione dicti Sere-
niſſimi Principis facta Magnati iuſſori carce-
7 rationis, quod Auguſtinus reſſignabit, † ſe-
cuta fuit excarceratio, vt probatur ex epiſto-
la dicti Domini Principis Summ. Auguſtini
nu.5.ac cæteris ſupra deductis probationibus
ex quibus inſuper conſtat, quod ipſe Abbas
inſtitit pro dicta carcerarione, cum tamẽ ſuf-
ficeret eius fauore illam emanaſſe, vt in pun-
cto, *Dec.conſ.219.num.4. verſ. quod illi Pariſ. de*
reſſig.lib.13.quæſt.1.num.199.add.ad deciſ.5. nu.5.
de renunc.in nou. quia etiam dolus ertij, quan-
8 do † eſt cauſa immediata acquiſitionis nocet
acquirenti licet de dolo non participauerit,
Surd.conſ.373.nu.34.in fin. verſ.præterea cum alijs
allegatis in Meleuitana hæreditatis 1. Iulij 1633.
§.neque coram Eminentiſſimo D. Cardinali Pan-
zirolo.

Minus obſtat, quod Clemens carceratus
fuerit ob alias cauſas nempè litteras Sereniſ-
ſimi Ducis interceptas. Quia cum ſuperius
ponderata conuincant veram carcerationis
cauſam fuiſſe ad effectum, vt Auguſtinus
9 reſſignaret præpoſituram,† aliæ cauſæ debent
cenſeri coloratæ, & affectatæ, ac ſatis eſſet,
quod poſtea Clemens fuerit ex hac cauſa
retentus abſque ſpe libertatis, niſi reſſignatio
ſequeretur, vt hæc iudicetur metu facta, ac
10 proinde reſſignanti reſtituenda † ſit præpoſi-
tura ex allegatis *in deciſione ſuper remiſſoria §. ex*
quibus abſque eo quod ſit opus noua collatione,
Calder.conſ.1.de renunc.Pariſ.de reſſign.lib.13.qu.2
numer.22.& ſeqq. vbi teſtatur de communi.

Purgatio verò metus, ſimulque regula de
triennali nixa taciturnitati reſſignantis ab
anno 1627. vſque ad annum 1647. eli-
ditur; quia tempore vitæ incutientis me-
tum de anno 1630. defuncti ſubducto, vt de-
bet, cum durante cauſa metus acquie-
11 ſcentia † quoque meticuloſa præſuma-
tur, vt præter allegatos *in dicta deciſione ſuper*
remiſſoria §.penult.notat gloſſ.fin.in cap.1.circa med.
de his quæ vi metuſue cauſ.fiun.Prob. ad monac. in
cap.vnico numer.8.ad fin.eod. tit.in 6. paulò poſt
reſſignans nullitatem reſſignationis in iudi-
cium deduxit de anno 1631. contrà reſſigna-
12 tarium mouendo litem, quæ † acquieſcen-
tiam excludit, ac aduerſarij poſſeſſionem tur-
bauit ne pacifica ſit, vt dicta regula Cancella-
riæ requirit, *Card.in clem.gratiæ num.8. de reſcr.*
Mantic.deciſ.46.num.4.Cocc.deciſ.172.num.6. Bu-
ratt.deciſ.699.num.1. & 2.

Non attento quod aduerſarius etiam poſteà
continuauerit poſſeſſionem vltra decemniũ,
quod præbere ſolet titulum coloratum itaut
13 poſſeſſor † ſi alio triennio poſſideat iuuetur
regula de triennali *Caſſador. deciſ.8. ſub num. 3.*
& 4.ſuper regul.Cancell.Sanch.reſponſ. moral.to.2.
cap.1.dub.30.numer.4. Rot.in Gerunden. Prioratus
9.Decemb. 1644.*§.et addebatur, & §.quodque co-*
14 *ram me*; nam hoc procedit,† dũmodò ſit pa-
cificus poſſeſſor, vt declarauit, *Rot. penes Put.*
deciſ.411.in fin.lib.2.in corr.deciſ.599.n.39.& 40.
par.4.tom.2.recent.

Talis autem ſi ſemel contradictus fuerit
15 eſto quod contradictor diù ſiluerit † non
euadit poſſeſſor niſi, vel controuerſia eſſet ex-
traiudicialis, in quibus terminis loquitur,
Mohed.deciſ.8.num.3.de cauſ.poſſ.& propr. quem
ſecuta eſt *Rot.in Legionen. Canocatus 27. Aprilis*
1640.coram R.P.D.meo Rojas, & in Salernitana
beneficij 15.Aprilis 1644.coram me, ea ratione,
quia controuerſia de facto tantum durat quã-
tum ipſum factum, vel ſi iudicialis, aut labo-
raret vitio nullitatis ex defectu iuriſdictionis,
tunc enim æquiparatur moleſtiæ de facto, &
extraiudiciali, *Sarnen.ſuper reg.de annal.quæſt.45.*
ſub num.4.& ſeq.Lotther.de re benef.lib.2.quæſt.53.
num.30. aut finem habuerit, nam lite ſemel
16 mota durat † effectus turbatiuus pacificæ
poſſeſſionis, donec ipſa lis finiatur, vt diſtin-
guendo inter moleſtias extraiudiciales, ac iu-
diciales benè aduertit, *Caſſad. deciſ. 6. nu-*
mer. 8. ſuper reg. cancell. Rot. in dicta Salernita-
na Beneficij §. fin. coram me, & in terminis litis
finitę per ſententiam ob non interpoſitam
appellationem in iudicatum tranſactam lo-
quitur exaduerſo allegata *deciſ.80.num.14.p.7.*
recentior.

At finita non dicitur lis de iure canonico
17 per lapſum temporis † cum inſtantia ſit per-
petua *cap.penult.de Iudic. Bero.conſ.1. numer.17.*
lib.3.Veſtr.in prax.lib.3.cap.5.num.1. verſ.ſed iure
canonico,vbi quod ita ſeruatur *in Romana Curia*
Scacc.de iudic.lib.2.cap.2. num.687. niſi quando
18 vltrà negligentiam actoris † in proſequendo
copulatiuè concurrat factum aliquod poſi-
tiuum indicans, quod collitigans litem pro
derelicta, & ſui non iuris notitiam habuerit,
vt benè declarat, *Accholl.deciſ.7.num.4. & ſeqq.*
vt lit.pend.Lancell.de attent.par.2. cap.4. in præfat.
num.277.& ſeqq.Rot.penes Garz.de benefic. par.6.
cap.4.num.42.ad med.verſ.neque obſtare deciſ. 307.
num. 10. coram Buratt. deciſ.383. numer.3. par.2.
deciſ.166.numer.6. vbi dicitur, quod ad effe-
19 ctum deſertionis† propter curſum temporis,
adeò clarè de non iure collitigantis apparere
debet, vt illud controuerti non valeat *part. 4.*
deciſ.1.num.8.num.11. & ſeqq. par.7. recent. & in
Romana Fideicommiſſi de Campagnolis 8. Februarij
anni

anni currentis §.*calculandi coram R.P.D. meo Peutingerio*,& prius in puncto regulæ de triennali fuit deciſum *in Fanen. Capellaniæ* 22. *Iunij* 1646.§.*nec dicatur &* §.*hæc quæ indubitanter corā R.P.D. meo Roias* neque in hoc differt deſertio
20 litis, † ac ceſſatio à lite iuxtà diſtinctionem, quam affert *Achill.deciſ.*10.*num.*1.*vt lit penden.* quia idem *ſub num.*7.ait ad vtrumque effectū requiri. quod conſtet de non iure collitigantis licet minus tempus ſufficiat ad inducendā ceſſationem, quam deſertionem.

In caſu verò noſtro ſola adeſt negligentia in proſequendo litem, nec probatur, quod actor ſe bono iure deſtitutum eſſe crediderit, imò ſemper ſciuit nulliter reſignaſſe, quia reſſignauerat metu, de quo etiam tempore litis coram Ordinario motæ docuit per epiſtolas tunc productas. Dici neque poteſt litē fuiſſe motam coram Iudice carente iuriſdi-
21 ctione, eo quod Ordinarius † de poteſtate Papæ, aut litterarum Apoſtolicarum interpetratione cognoſcere non valeat, *cap. cum veniſſet de iudic.& ibi gloſſ.verb.iudicari cap. cum veniſſent de priuileg.cap.cum inferior de maiorat.& obed.Rot.deciſ.*36.*de appellat.in nou.* Quia in caſu noſtro nulla aderat quæſtio poteſtatis, aut voluntatis Papæ, ſed tota verſabatur circà metum reſſignanti illatum, de quo nullum verbum in litteris Apoſtolicis, & proindè
22 potuit etiam † ab Ordinario cognoſci, vt in *d.cap.cum veniſſent de iudic.notat Hoſt.num.*1.*verſ. item ſi quæritur Barbat.num* 14.*Ant.de Butr.nu.*5. *Anchar.num.*5.*Bero.num.*13.*Herric. Boich.num.*3. *Gabr.conſ.*182.*num.*14.*&* 15.*libr.*2. atque hinc Ordinarius non remiſit cauſam hanc ad Curiam, quia ſe iudicem incompetentem iudicauerit, ſed attenta natura cauſæ, & ſuſpicionis allegatione, vt in Summ. Abb.nu.5.

Et ità deciſum vtraque Parte Informante.

CLVSINA BENEFICII.

Lunæ 5. *Iulij* 1649.

ARGVMENTVM.

Præſentatus ſi obtinuit gratiam apoſtolicam cum derogatione medietatis patronorū, licet tempore datæ præſentationem non haberet, nihilominus gratia ſuffragarur, dummodò præſentatio attento ſtylo Datariæ, & Cancellariæ ſubſequatur, nam ſubſequens præſentatio retrotrahitur, ac ſi diem datæ præceſſiſſet. pro verificanda narratiua medietatis patronorum imputanda non eſt vox patroni, qui non ſit in poſſeſſione præſentandi.

SVMMARIVM.

1 *Gratia iuſtificanda eſt de tempore datæ.*
2 *Iuſpatronatus reſeruatum, ſeu relictum pluribus cenſetur pro virili, & in capita.*
3 *Iuſpatronatus erectum in executionem teſtamenti fundatoris, ad quod in erectione fuit habita relatio cenſetur reſeruatum fauore omnium in teſtamento nominatorum.*
4 *Iuſpatronatus ſi ſit reſeruatum pro hæredibus, & ſucceſſoribus omnes cenſentur comprehenſi habētes qualitates hæreditariam quamuis reſeruatio loquatur de certis perſonis.*
5 *Patronus admittens alium ad præſentandum non poteſt deinde obijcere, quod non ſit patronus.*
6 *Papa derogando medietati patronorum, cenſetur intelligere de medietate patronorum exiſtentium in poſſeſſione præſentandi.*
7 *Et ad hunc effectum non attenditur quis ſit verus patronus, ſed quis poſſeſſor iuris præſentandi.*
8 *Status vltimus attenditur ad effectum iuſtificationis gratiæ in præiudicium patronorum, qui alios ad compræſentandum admiſerunt.*
9 *Clauſula* dummodo tempore datæ non ſit alteri ius quæſitum *præſeruat ius præſentati à maiori parte, vel ſaltē æquali patronorum.*
10 *Confeſſio facta in præcibus probat in præiudicium confitentis.*
11 *Amplia talem confeſſionem admitti etiam in caſibus probationem contrariam reijcientibus, ac contrà præſumptionem iuris, & de iure.*
12 *Valor per non exceſſum probatur leuioribus probationibus.*
13 *Intellige dummodo tales probationes ſint perfectæ, & concludentes in genere ſuo.*
14 *Præſentationis narratiua in gratia apoſtolica licet de tempore datæ non verificetur, de ſtylo Datariæ, & Cancellariæ non refert an præſentatio præcedat vel ſubſequatur gratiam, cum ſufficiat, quod illa fiat infra legitima tempora.*
15 *Ratio eſt, quia ſubſequens præſentatio retrotrahitur, ac ſi diem datæ præceſſiſſet.*
16 *Præſertim, quando datam prouiſionis apoſtolicæ præceſſit mandatum patroni ad præſentandum, tunc enim operatur habilitatem in potentia termini, ad quem ſit retrotractio quod ſufficit.*
17 *In actis, quod non eſt productum habetur, ac ſi in rerum natura non eſſet.*
18 *Relatum non attenditur non conſtito de relato.*
19 *Iuſpatronatus reſeruatum pro certis perſonis ipſis ſolis ſuffragatur eſto quod etiam alius ſit hæres fundatoris.*
20 *Iuſpatronatus ſpectat ad omnes hæredes fundatoris, quando ipſe illud reſeruauit ſibi ſecus ſi alteri.*
21 *Iuſpatronatus ad omnes fundatoris hæredes pertinet quando certis perſonis reſeruatum non fuit.*
22 *Iuſpatronatus tranſit ad omnes hæredes etiam extraneos quamuis pro certis perſonis fuerit reſeruatum.*
23 *Intellige in defectum vocatorum ad excludendum libertatem beneficij in concurſu ordinarij, vel alterius prætendentis prouidere tanquam de libero, ſecus in concurſu eorum, quibus nominatim iuſtronatus reſeruatum fuit, & redditur ratio numer.*24.
25 *Obſeruantia interpetratiua non habet locum vbi verba diſpoſitionis ſunt clara.*
26 *Obſeruantia fundationi proxima attendenda eſt.*
27 *Niſi conſtet de contraria obſeruantia legitime præſcripta.*
28 *Status vltimus non releuat ſi non eſt legittimè præſcriptus.*

29 *Petitorium poſſeſſorium abſorbet.*
30 *Ad præſentandum ſi aliquis fuit admiſſus, & contrà admiſſum vrgent verba fundationis, non obſtante dicta admiſſione poteſt in futura vacatione contra eum excipi de non pertinentia iuriſpatronatus.*
31 *Ad præſentandum admiſſus licet fuerit conſtitutus in quaſi poſſeſſione præſentandi, non tamen ius præſentandi per dictam admiſſionem acquiſiuit.*
32 *Quicquid ſit quando euidens non eſt ius veri patroni, & non ius eius, qui vltima vice præſentauit.*
33 *Præſentandi quaſi poſſeſſio attenditur ad effectum iuſtificationis gratiæ cum derogatione medietatis patronorum.*
Intellige concluſionem, vt num. 34.
35 *Error confeſſionis non nocet.*
36 *Clauſula* dummodò tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum *præſeruat ius conſiderabile.*
37 *Gratificationi quando locus eſt, tunc nemini ex præſentatis dicitur ius quæſitum.*
38 *Sub clauſula* dummodò &c. *venit tantum ius præſentati, qui neceſſario debeat inſtitui.*

DECISIO CCCXCVI.

QVATVOR præcipuè Io: Baptiſta Roſonus obiecit, vt oſtenderet, non eſſe iuſtificatas, nec exequendas litteras prouiſionis Apoſtolicæ de beneficio ſimplici, ſeù Capella ſub inuocatione S. Petri in Eccleſia S. Angeli exiſtente obtentæ à Thoma Maccarino cum derogatione medietati Patronorum.

Primò, quod Maccarinus ſe fuiſſe præſentatum de tempore d. prouiſionis datatæ ſub
die 14. Auguſti non probauit, vt debuit, ità
vt ſubſequens præſentatio de ipſo facta ſub
die 17. eiuſdem menſis non releuet, cum Papæ narrauerit, ſe iam fuiſſe præſentatum, &
1 gratia † iuſtificanda ſit de tempore datæ, *c. cum te vbi notant omnes de reſcript. Imol. in clem. fin. numer. 20. cod. tit. Pariſ. de reſign. lib. 8. quæſt. 8. num. 11 & 107. Caputaq. deciſ. 52. numer. 2. par. 2. & in puncto Maceratenſ. var. reſol. lib. 1. reſol. 39. nu. 6. in fin. & num. 7. Rota deciſ. 443. num. 2. par. 4. recent.*

Secundò, quod ille, nec habet meditationem vocum Patronorum, vt Papæ expoſuit,
habet namque dumtaxat præſentationem deſcendentium Vincentij, at quatuor ab initio
fundationis fruerunt conſtituti Patroni,
quot erant nepotes, quos Lucas Antonius de
Lucaronibus beneficij fundator hæredes inſtituit in ſuo teſtamento, in quo beneficium
dotari mandauit, videlicet Petrum, & Vincentium ex Ioanne fratre, ac Felicem, & Franciſcum ex Luca altero fratre, quibus propte-
2 rea vti expreſsè nominatis † Iuſpatronatus
fuit quæſitum pro virili, & in capita *Peregr. conſ. 32. num. 13. & ſeqq. lib. 1. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 11. num. 128. Buratt. dec. 633. num. 5. Rota inter impreſſ. poſt modern. Piſan. de iurepatron. deciſ. 132. num. 1.*

Quamuis poſtea in erectione, ac dotatione beneficij, & iuriſpatronatus reſeruatione poſt fundatoris obitum ſequuta, nominati
tantum fuerint Patroni Petrus, Vincentius,
& Felix, nulla facta mentione Franciſci, quia
3 cum erectio, ac reſpectiuè reſeruatio † habeat
relationem ad teſtamentum Lucæ Antonij,
& in eius executionem emanauerit ipſe quoque Franciſcus in dicto teſtamento hæres nominatus habetur, ac ſi expreſsè etiam in reſeruatione nominatus fuiſſet *l. certũ ff. ſi cert. pet. l. ait prætor vbi Bart. ante num. 1. ff. de rei iudic. Piccard. in §. 1. num. 40. in fin. inſtit. de teſtam. Rota deciſ. 1152. num. 2. par. 3. diuerſ.* vel ſaltem compræhenditur in reſeruatione nomine hæredũ,
4 & ſucceſſorum, † pro quibus iuſpatronatus
reſeruatum fuit, quique cenſentur incluſi, licet reſeruatio loquatur nominatim de certis
perſonis, *iuxta conſ. Anchar. 81. num. 3.* communiter receptum, vt aduertit, *Garz. de benef. pa. 5. cap. 9. num. 64. Rota deciſ. 364. num. 2. & ſeqq. penes Seraph. & par. 1. diuerſ. deciſ. 385. num. 1. & ſeqq. & numer. 14.*

Attenta præſertim ſubſequenti obſeruantia
cum idem Franciſcus de anno 1629. in vltima prouiſione Auguſtini, per cuius obitum
hodiè beneficium vacat, fuerit admiſſus ad
5 præſentan. † vna cum Vincentii deſcendentibus, qui exindè agnouiſſe videntur implicitã illius incluſionem in reſeruatione iuriſpatronatus, ac beneficij erectione. Vndè modo, nec ipſi, nec Maccarinus ab eis præſentatus contrarium allegare valet, vt in his terminis *Rota coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 452. num. 15. & inter recent. deciſ. 174. nu. 1. in fin. par. 2. dec. 32. num. 4. par. 3. deciſ. 120. num. 2. apud Modern. Piſan. de iurepatron. & in Florentina Iuriſpatronatus 11. Martij 1644. §. nec pariter coram R. P. D. meo Rojas.*

Quominus in hoc iudicio iuſtificationis gratiæ pro præſentato cum derogatione medietati Patronorum, in quo habenda omninò
eſt ratio vocis Franciſci per dictam præſentationem effectuatam conſtituti in quaſi poſſeſſione præſentandi, quia attenditur vltimus
Status, & Papa intellexit de medietate eo-
6 rum Patronorum, † qui ſunt in huiuſmodi
quaſi poſſeſſione, *Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 8. num. 106. & duob. ſeqq.* vbi ait, quod ad hunc
7 effectum † non attenditur quis ſit verus Patronus, ſed quis poſſeſſor iuris præſentandi,
Rot. deciſ. 471. num. 21. vbi quod attenditur vltimus Status *par. 4. tom. 2. recent. deciſ. 84. numer. 15.* vbi, ex quo computata voce eorum,
qui erant in quaſi poſſeſſione præſentandi
prouiſus Apoſtolicus non habebat medietatem vocum, fuit deciſum, eius gratiam non fuiſſe iuſtificatam *apud Modern. de iurepatron. & in Sulmonen. Beneficij 23. Ianuarij 1647. §. neque Tabaſſius coram R. P. D. meo Peutingerio,* & magis
in puncto, quoad effectum iuſtificationis gra-
8 tiæ † huiuſmodi attendatur vltimus Status in
præiudicium, eorum, qui prius aliquem ad
præſentan. admiſerant, *Rot. deciſ. 101. numer. 8. par. 7. recent.*

Tertiò quod in litteris Apoſtolicis Maccarini adeſt clauſula præſeruatiua, *dummodò tem-*
9 *pore datæ non fuerit alteri ius quæſitum,* † per quam
datur intelligi, quod Papa noluit præiudi-
care

care Roſonino prius præſentato à maiori, vel
ſaltem æquali parte Patronorum, inſtituto ab
Ordinario, vt in puncto, *Mar. Antoniu. Ma-
ceraten. var. reſol. lib. 1. reſol. 105. num. 4. & 5.* cum
alijs allegatis *ab adden. ad Burat. deciſ. 651. nu. 12.
& 13.* & de præſentatione, ac inſtitutione
præcedenti conſtat ex confeſſione Maccari-
10 ni † in ſupplicatione porrecta Papæ emiſſa,
quæ probat in præiudicium confitentis, & ad-
11 mittatur etiam in caſibus † probationem
contrariam alioquin reijcientibus, ac contrà
præſumptionem iuris, & de iure, vt nontant
*Doct. in auth. ſed iam neceſſe Cod. de donat. ante
nupt. Alex. conſ. 91. num. 9. lib. 6. Curt. iun. conſ. 17.
num. 12. & conſ. 53. num. 2. Mandoſ. conſ. 97. nu. 8.*

Quartò quod neque iuſtificatus fuit valor
beneficij impetrati expreſſus in ſcu. 24. per nō
exceſſum, & obtentorum in ſcu. 24. per aſcen-
ſum, nam teſtes deſuper examinati deponunt
de auditu, & relatiuè ad Taxam beneficiorū,
quæ non fuit producta, quodque dicitur hu-
12 iuſmodi narratiuas † leuioribus probationi-
13 bus iuſtificari procedit, dummodò tales pro-
bationes ſint perfectæ, & concludentes in ge-
nere ſuo, vt in his terminis declarauit *Rota co-
ram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 13. numer. 6. & coram
bon. mem. Buratt. deciſ. 769. num. 10.*

Ad primum obiectum reſpondebant in-
formantes pro Maccarino, quod quidquid
ſit de iure communi ſanè de ſtylo Datariæ, &
14 Cancellariæ, † non refert an præſentatio præ-
cedat, vel ſubſequatur paulò poſt prouiſionē
Apoſtolicam, quia ſubſtantia gratiæ non cō-
ſiſtit in præſentatione facta de tempore datæ,
ſed quod ſit facta infrà legittima tempora,
de quo ſtylo teſtatur *Rot. penes Seraph. dec. 1165
num. 11.* & in ipſiſſimis his terminis ſequendo
*deciſionem in Firmana Iuriſpatronatus 28. Nouem-
bris 1631. coram Reuerendiſs. Terracinen. & in ead.
24. Ianuarij 1633. coram Reuerendiſs. D. meo Du-
nozett. Decano* fuit deciſum *in Burgi Sancti Se-
pulchri Iuriſpatronatus 19. Decembris 1639. §. nec
eſt habenda coram recoll. mem. Coccino Decano con-
fert deciſ. 265. num. 38. & 39. coram Reuerendiſs.
Vrgellen.* vbi dicitur ratio, quia ſubſequens
15 præſentatio † retrotrahitur, ac ſi diem datæ
præceſſiſſet; Quod omni prorſus dubitatio-
ne caret quando, vt in caſu noſtro, datam
prouiſionis Apoſtolicæ præceſsit mandatum
16 Patroni † ad præſentan. illud enim demon-
ſtrat præcedentem conſenſum Patroni, ope-
raturque habiltatem in potentia termini, ad
quem fit retrotractio, quod ſufficit, vt in
puncto aduertit *Seraph. d. deciſ. 1165. numer. 11.
Reuerendiſs. Vrgell. d. deciſ. 265. num. 40.* & admit-
titur in exaduerſo *alleg. deciſ. 443. ſub numer. 2.
verſ. non. obſtat p. 2. rec.*

Ad ſecundum negabatur in teſtamento
fundatoris mandatum fuiſſe etiam pro Fran-
ciſco reſeruari iuſpatronatus, cumque teſta-
17 mentum productum non fuerit, † eſt, ac ſi
in rerum natura non eſſet *Caſtren. in l. ait prætor
§. ſi Iudex verſ. et pro hoc ff. de re ind. add. ad Gre-
gor. XV. deciſ. 224. num. 6. Rot. deciſ. 404. ſub num. 2.
par. 1. recent.* Quapropter nec vis fieri poteſt in
relatione, quæ in ipſa iuriſpatronatus erectio-
ne, ac reſeruatio:.e fit ad teſtamentum, cum
18 non † conſtet de relato, vt debet, *Iaſ. in l. ad-
monendi num. 33. & ſeqq. de iureiur. Surd. deciſ. 114.
num. 14.* ſed inhæren. eſt verbis reſeruationis,
quæ quia cantat nominatim, pro tribus ne-
potibus fundatoris, nempè Petro, Vincentio,
19 & Felice ipſis ſolis ſuffragatur † eſto quod
etiam Franciſcus fuiſſet hæres fundatoris,
Calderin. conſ. 5. de iurepatron. quem ſequitur,
*Garz. de benef. par. 5. cap. 9. nu. 65. Seraph. deciſ. 378
ſub num. 8. verſ. ſexto non obſtat, & num. 9.* vbi
quod tunc demum iuſpatronatus ſpectat ad
20 omnes hæredes † fundatoris, quando ipſe
illud reſeruauit ſibi, ſecus ſi alteri, *Rota in
Romana iuris nominandi 10. Fębruarij 1640. coram
R. P. D. meo Rojas apud Modern. de iurepatron. de-
ciſ. 124. ſub num. 18. verſ. ne pariter* vbi iuſpatro-
natus ad omnes hæredes fundatoris pertine-
21 re, † quando certis perſonis reſeruatum non
fuit.

Neque applicatur *conſ. 81. Anchar.* aliique in
idem exaduerſo allegati ſentientes iuſpatro-
natus tranſire ad omnes hæredes etiam extra-
22 neos, quamuis pro certis perſonis fuerit re-
23 ſeruatum; Quia loquuntur † in defectum
vocatorum ad excluden. libertatem beneficij
& ſic in concurſu ordinarij, ſeù alterius præ-
tendentis prouideri tamquā de libero, ſecus
verò in concurſu eorum, quibus nominatim
iuſpatronatus reſeruatum ſuit, ratio eſt, *quia*
24 *prouiſio legis † fauens hæredibus non* exclu-
dit, aut concurrit cum contraria prouiſione
hominis, ſed ea demum ceſſante locum ha-
bet reſeruatio ad fauorem certarum perſo-
narum nominatim habet in ventre hanc ta-
citam conditionem, vt quouſque extant ex
nominatis, alij non admittantur, vt benè ad-
uertit, *Pariſ. conſ. 48. ſub num. 23. lib. 4. Seraph. de-
ciſ. 364. num. 9. num. 11. verſ. nec obſtat & num. 12.
deciſ. 378. ſub num. 9. verſ. quia imo; & nu. 10. verſ.
et licet Rot. deciſ. 12. nu. 1. verſ. vt non admittantur
inter impreſſ. apud Modern. de iurepatron. & in Cæ-
ſarauguſtana beneficij de Linares 10. Februarij 1645
§. ſuppoſito verſ. nec admittitur coram me.*

Stante autem clara reſeruatione ad fauorem
Petri, Vincentij, & Felicis tantum obſeruan-
tia exaduerſo deducta ab admiſſione Franci-
ſci in præſentatione anni 1629. non meretur
attendi, quia interpretatiuæ obſeruantiæ non
25 eſt locus, vbi verba † reſeruationis clara ſunt
*Aret. conſ. 116. num. 2. Rot. deciſ. 39. num. 11. part. 2.
diu. deciſ. 196. num. 6. par. 1. recent. deciſ. 129. num. 6.
coram Buratt.* & potius attendi deberet obſer-
26 uantia antecedens † proximior fundationi,
*Soccin. conſ. 6. num. 6. lib. 1. Seraph. deciſ. 1410. nu. 7.
Buratt. deciſ. 647. num. 10. deciſ. 679. numer. 13.* niſi
27 aduerſarij doceant † de contraria obſeruan-
tia præſcripta, vt requiritur *Put. deciſ. 15. nu. 4.
lib. 3. in correct. Rot. deciſ. 229. num. 1. & 3. part. 1.
recentior.*

28 Prout, nec releuat vltimus Status, † vbi, vt
in caſu noſtro non eſt legittime præſcriptus,
& ex verbis publici Inſtrumenti reſeruationis
conſtat de non iure habentis vltimum ſtatum
29 pro ſe quia poſſeſſoriū † abſorbetur à petito-
rio, vt notant *Doct. in c. conſultationibus de iure-
patron. Rot. deciſ. 167. num. 9. 10. par. 2. diu. dec. 374.
num. 4. & 5. par. 1. recent. deciſ. 18. num. 8. apud Mo-*

dern.

*dern.de iurepatron.cum alijs in puncto alleg. à Moderno Carpenſi contron. forenſ. c.*153. *num.*16. nec
30 admiſsio alicuius ad præſentan. † ſi admiſſo repugnent verba fundationis efficit quin cōtrà illum in futura vacatione admittens excipere poſsit de non pertinentia iuriſpatronatus; Exindè enim conſtitutus quidem fuit admiſſus in quaſi poſſeſsione præſentandi,
31 ſed ius † præſentandi non acquiſiuit *Lambert. de iurepatron.prima par.*2.*lib.*3. *quæſt.* 17. *art. numer.* 11. *&* 13. *Innoc.in cap. cum Eccleſia Sutrina ſub num.*4.*Abb.ibid.num.*35.*de cauſ.poſſ.& propriet Rota deciſ.*53.*num.*3.*deciſ.*284.*nu.*7. *part.*1.*recent. & in Bononien.Iuriſpatronatus* 23. *Ianuarij* 1640. *§.fin.coram me*. Quidquid ſit, quando euidens
32 non eſt ius veri Patroni, † & non ius eius, qui vltima vice præſentauit, in quibus terminis loquuntur exaduerſo allegati.

Quod verò dicitur ad effectum iuſtificationis gratiæ cum derogatione medietatis Pa-
33 tronorum † attendi quaſi poſſeſsionem præſentandi intelligen.eſt in ſenſu negatiuo, hoc
34 eſt, † quod in calculanda medietate non computetur vox Patroni, qui non ſit in quaſi poſſeſsione, quod firmant allegati in obiecto, ſed non in ſenſu affirmatiuo, vt ſcilicet computetur vox poſſeſſoris, quando de eius non iure apparet incontinenti per publicū Inſtrumentum, & concurrunt alij poſſeſſores habentes etiam ius clarum in petitorio, quia tunc non eſt momenti ſola quaſi poſſeſsio, vt ſupra demoſtrabam.

Tertiò obiecto deeſt veritas facti, quia prouiſionem Maccarini non præceſsit, ſed ſubſecuta eſt inſtitutio Roſonini videlicet ſub 29.Auguſti 1646.vt probat publicum Inſtrumentum ipſius inſtitutionis datum in Sum. Maccarini nu.8. Vndè conuincitur erronea eiuſdem Maccarini confeſsio exaduersò pon-
35 derata, † adeoque non nocet, *Dec. conſ.* 408. *num.*1.*Buratt.deciſ.*912.*num.*10.& verius ea non eſt confeſsio Maccarini, ſed addita ſupplicationi, vt patet ex litteris Apoſtolicis Maccarini talem confeſsionem non continentibus Summ.ipſius num.7. Præceſsit quidem præſentatio ad fauorem Roſonini facta à linea Felicis, & Franciſci, ſed ſubducta præſentatione Franciſci, de qua ex ſupra deductis non eſt curan. cum iuſpatronatus ad duas voces eſſet redactum, quarum altera ad lineam Felicis, altera ad lineam Vincentij, à qua Maccarinus præſentatus fuit pertinet non quæſiuit Roſoninus ex præſentatione reportata ab vno ex duobus Patronis ius conſiderabile,
36 quod † ſub clauſula *dummodò tempore datæ non fuerit alteri ius quæſitum*, cenſeatur præſeruatum in puncto, *Abb.in c.cum Bertoldus num.*10. *de re iud.Garz.de benefic.par.*4.*cap.*3.*num.*14.*Bur. deciſ.*316.*nu.*18.*cum alijs alleg.ab adden.ad Burrat. deciſ.*651.*num.*11.*&* 12. vbi dicitur ratio, quia cum dicto caſu ſit locus gratificationi nemi-
37 mini dicitur ius † quæſitum, cui præiudiciū
38 fiat, & ſub ea clauſula præſeruatiua † venit ſolum ius præſentati, qui neceſſario debebat inſtitui, qualis non eſt præſentatus à medietate Patronorum, vt benè ponderat, *Caual. deciſ.*517.*num.*6.*&* 7.

Supereſt quartum obiectum, in quo ſolum Domini fuerunt concordes diſtracti, quoad alia in contrarias ſententias, cui proptereà innititur reſolutio hodiè vtraque parte informante capta litteras Apoſtolicas Maccarini non eſſe exequendas.

BARCHINON. IVRISDICTIONIS.

Lunæ 5. *Iulij* 1649.

ARGVMENTM.

Pro euitanda declaratoria condemnatus tenetur parere nedum expreſsis in mandato rotali, ſed etiam conſecutiuis. Declaratoria, vt euitetur ex capite nullitatis, illa debet eſſe euidens,& notoria, non tamen euitatur ex capite iniuſtitiæ, cum non ſpectet ad condemnatum, vel ad Iudicē de partibus cognoſcere de iuſtitia,vel iniuſtitia decretorum rotalium.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria datur contrà non parentem mandati rotalibus poſt ſeruationem quatuor terminorum.*
Contumacia non parendi mandatis rotalibus ſatis probata dicitur, ſi poſt perſonalem intimationem infra quatuor terminos ſeruari ſolitos de paritione non docetur ibid.

2 *Contumacia non parendi probatur ex oppoſitione facta mandato rotali proteſtando, & appellando.*

3 *Patientia habetur loco paritionis, quando aliquis actus poſitiuus à condemnato explendus non eſt.*

4 *Contumacia non parentis eitam reſultat ex oppoſitione, & contrauentione procuratoris, cum paria ſint per ſe ipſum vel per alium contradicere.*

5 *Declaratoria datur tam contra procuratorem, quam contra principalem.*

6 *Mandatum rotale relationem habens ad deciſiones comprehendit omnia, quæ in deciſionibus continentur.*

7 *Et in dicto mandato veniunt nedum expreſſa, ſed etiam, quæ ſunt neceſſario conſecutiua, & connexa, & num.*9.

8 *Liber viſitationis plenè probat.*

9 *Paritio non euitatur ſub prætextu, quod aliquid ſpecialiter in mandato rotali non exprimatur, quia ſatis eſt, quod ſit neceſsario conſecutiuum expreſſis.*

10 *In poſſeſſorio ſummariſſimo non inſpicitur quid fieri debet, ſed quod factum fuit, & ſimplex actus poſſeſſionis.*

11 *Declaratoria, vt euitetur ob nullitatem mandati rotalis requiritur, quod illa ſit clara, & notoria.*

12 *Diſtinctio inter nullitatem, & iniuſtiam ea eſt, nullitas enim notoria excuſat à paritione non tamen excuſat iniuſtitia, cum non ſpectet ad condemnatum, vel ad Iudices de partibus cognoſcere de iuſtitia, vel iniuſtitia decretorum rotalium.*

13 *Alias*

13 *Aliàs enim aperiretur via proteruiæ damnatorum ſe in contumacia confouendi, & ſub prætextu iniuſtitiæ, vel nullitatis obedientiam mandatis rotalibus, ſeu verius apoſtolicis eludendi.*

14 *Non enim eſt danda anſa partibus, vt ipſi de viribus iuſtitiæ mandatorum rotalium iudicium aſſumant.*

15 *Viſitatio de iure communi ſpectat ad Epiſcopum.*

16 *Viſitationis materia eſt intricata.*

17 *Cauſa colorata non parendi pro tunc cum oblatione parendi in futurum excuſat.*

18 *Appellatio à ſententia diffinitiua in petitorio lata non impedit executionem mandati de manutenendo per ſeparatum decretum relaxati.*

19 *Appellationi renunciaſſe videtur ſi appellans poſt appellationem redijt coram Iudice à quo.*

DECISIO CCCXCVII.

BENEFICIATI Eccleſiæ S. Petri Puellarum, quibus perſonaliter intimatum fuiſſe mandatum Rotale de manutenendo ad fauorem Abbatiſſæ relaxatum legitur in Summ. Abbatiſſæ num. 2. quia eidem mandato non paruerunt declarandi an ſint incurriſſe in cenſuras ibidem contentas fuit hodiè dubitatum, & affirmatiuè reſponſum; ſic enim multari ſolet contumacia non obedientium mandatis Rotalibus, quæ præuia intimatione
1 perſonali, ſatis probata dicitur, † niſi infrà quatuor terminos ſeruari conſuetos, & in caſu noſtro ſeruatos de paritione doceatur *iux. tex. in cap. 1. in fin. vt lit. non conteſt. gloſſ. in l. in actionibus verb. non etiam de in lit iuran.* & in terminis mandati de manutenendo *Rot. dec. 364. num. 1. penes Card. Caualer. deciſ. 456. num. 1. penes Moder. de manut.* & in alijs relatis *in Aſten. Penſionis 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Otthobono.*

Eo magis, quia præceptis viſitatoris in executionem dicti mandati ab Abbatiſſa ele-
2 cti ſe oppoſuerunt † proteſtando, & ab eiſdē præceptis appellando, quod excludit patien-
3 tiam æquipollentem paritioni, † quando poſitiuus aliquis actus obedientialis à condemnato explendus non eſt, vt dixit, *Rot. deciſ. 62. num. 1. penes Cinc. de cenſib. deciſ. 614. nu. 8. dec. 617. num. 5. & 6. penes Moder. Peruſin. de manuten.* & quamuis proteſtationes, & appellationes interiectæ fuerint à duobus Beneficiatis tantum nempè à Ludouico Flaquer, & Antonio Ramagoſa, quia tamen erant aliorum procura-
4 tores, & † hoc nomine ſe oppoſuerunt, omnium exinde conuincitur contumacia, & cōtrauentio, cum paria ſint per ſe ipſum, vel per alium contradicere, vt in his terminis, *Nauarr. conſ. 41. per tot. de ſent. excom. cum alijs allegatis à Moder. Manicalciatenſi in coment. Bullæ cenæ Domini lib. 2. can. 13. quæſt. 9. in addit. lit. C. & à Moder. Peruſ. de manut. obſer. 103. num. 14.* fuitque deciſum *in Marſicen. Iuriſdictionis 1649. co-*
5 *ram me* declaratoriam † eſſe dandam tam contrà procuratorem, quam contra principales.

Circà duo autem Beneficiatorum oppoſitio punibilis verſatur videlicet ne vltra Portionarios alij Beneficiati viſitentur, ne ve libros in Archiuio exiſtentes, & adminiſtrationis rationem à Beneficiatis Viſitator exquirat aſſerendo neutrum comprehendi in concordia anni 1401. & deciſionibus in hac cauſa coram me æditis, ad quarum limites idem mandatum reſtringitur.

Sed vtrumque comprehendi euidens eſt, quia mandatum loquitur indefinitè de quaſi poſſeſſione viſitandi omnes Beneficiatos, & deciſiones innituntur viſitationibus omnium Beneficiatorum alias factis ab Abbatiſſa ibidem recenſitis: quæ propter relationem
6 mandati † ad deciſiones æquiualet explicitè omnium Beneficiatorum comprehenſioni, *l. certum ff. reb. credil. l. ait prætor vbi Bart. ante numer. 1. ff. rei iudic. Piccard. in §. 1. num. 40. in fin. inſtit. de teſtam. Rot. deciſ. 1152. num. 2. lib. 3. par. 3. di-*
7 *uerſ.* includiturque † mandato in quaſi poſſeſſione viſitandi etiam facultas perſcrutandi libros Archiuij, & oblationum, ac redditaum rationē exigendi, quia ſunt neceſſario conſecutiua, & annexa viſitationi, vt notat *Thimoth. in prax. viſitan. Eccleſ. lib. 2. tract. 1. cap. 45. & tract. 5. cap. 1. verſ. ſi ſunt deſcripti Zerol. in prax Epiſcop. verb. viſitatio verſ. ad quartum* ibi de omnibus rebus *fol. 208. Piaſec. in prax. Epiſcop. p. 2. cap. 3. art. 5. num. 5. verſ. inquirere debet fol. 219. Rot. deciſ. 440. num. 7. par. 1. recent.* Maximè quia id ipſum ſeruatum fuiſſe in viſitationibus à Viſitatore per Abbatiſſam deputato factis de anno 1429. & 1585. conſtat ex partitis datis in Summ. Abbat. num 6. extractis è libro viſita-
8 tionum, qui plenè probat *Grat. diſcept. 727. n. 3. Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 73. num. 43.* alijque relati *à Moder. Carpen. controuer. foren. lib. 1. c. 65. num. 14.*

Debuerunt itaque omnes Beneficiati parere Viſitatori etiam quoad dictam exhibitionem librorum, & adminiſtrationis compendium licet id mandatum Rotale ſpecia-
9 liter non exprimat, quia ſatis eſt, quod ſi t neceſſario conſecutiuum expreſſis, vt in puncto declaratoriæ reſpondit, *Rot. in Cæſerauguſtana de Caſpe 4. Martij 1644. §. fin. coram me* facit theorica *Soccin. in l. hæredes mei §. cum ita nu. 10. ff. ad Trebeli.* quam ſequitur *Giurb. deciſ. 45. nu. 3. Surd. conſ. 143. num. 20. conſ. 294. num. 21. & deciſ. 254. num. 38.*

Nec releuant, quæ pro interpretatione ſupramemoratæ concordiæ exaduerſo congeruntur ad conuincendam iniuſtitiam mandati Rotalis; tum quia reſpiciunt petitorium & iuſtitia mandati non deſumitur ex concordia, ſed ex quaſi poſſeſſione viſitandi, ex viſitationibus alias factis Abbatiſſæ quæſita, quæ ſola manutentionē mereri potuit, non attento an cōcordię metas exceſſerit, & vno verbo an iuſta fuerit, nec ne cum in iudicio Sūma-
10 riſſimo retinendæ, † non inſpiciatur quid fieri debuerit, ſed quid fuerit factum, & ſimplex actus poſſeſſionis, *Innoc. in cap. benè il ſecondo num. 4. de poſtal. Prol. Bald. in l. ordinarij iuris num. 7. C. rei vendic. Couarr. prac. quæſt. cap. 17. per tot. Rot. inter impreſſ. apud Moder. de manut. dec. 211. nu. 6. dec. 265. num. 12.*

Tum

Tum etiam quia vt declaratoria euitetur
11 ob † nullitatem ſeu iniuſtitiam mandati
Rotalis, oportet illam vndique claram, &
notoriam eſſe in quibus terminis loquuntur
quotquot exaduerſo allegantur relati *à Mo-
der. Peruſ. de manut. obſeru. 103. num. 23.* & vlte-
rius diſtinguendũ eſt inter nullitatẽ, & iniu-
12 ſtitiã † nullitas enim ſi palmaris ac notoria
ſit puta ex defectu citationis excuſat à pari-
tione, non ſic iniuſtitia, quia non ſpectat ad
cõdemnatum vel ad Iudices de partibus co-
gnoſcere de iuſtitia, aut iniuſtitia decretorũ
Rotalium, vt fuit dictum in *Toletana fructuũ
16. Decembris 1586. coram clar. mem. Card. Hiero-
nymo Pamphilio, patruo Sanctiſs. D. N. Innoc. X.
impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 2. fol. 80. n. 4.*
ſed parere debet ac poſtea recurrere ad Ro-
tam, quæ ſi agnouerit decretum de cuius pa-
ritione agitur eſſe iniuſtum abſtinebit ab vl-
teriori executione, & omnia in priſtinum
13 reſtitui mandabit; alias † aperiretur via pro-
teruiæ damnatorum confouendi ſe in con-
tumacia, ac temerario prætextu iniuſtitiæ,
vel nullitatis obedientiam huic Sacro Tri-
bunali, hoc eſt Sedi Apoſtolicæ debitam elu-
dendi, vt dixit *Rot. deciſ. 407. ſub num. 13. verſ.
quæ dicebantur par. 4. tom. 2. recent. deciſ. 664. ſub
num. 18. verſ. non obſtat ſecundum*, vbi quod nũ-
quam fuit habita ratio *dec. Card. Caualerii* quæ
in contrarium allegari ſolet; non enim eſt
14 danda anſa partibus † vt ipſi de viribus iu-
ſtitiæ huius Sac. Tribunalis iudicium aſſu-
mant, *inter impreſs. poſt tract. Modern. Peruſ. de
manut. & in Toletana augumenti ſeruitii 27. Iunii
1640. coram Reuerendiſs. D. meo Decano in Mono-
politana Iuriſdictionis prima Iulii 1645. coram
R. P. D. meo Peutingero in eadem 11. Februarii
1647. coram me, & in Iuuenacen. & Melphiten.
Bonorum prima Iulii 1648. coram R. P. D. meo
Corrado.*

In caſu vero noſtro pleraque obiecta con-
tra iuſtitiam mandati relaxati euacuantur in
deciſionibus coram me editis ſuper bono iu-
re, & de nouo excitata eo quod concordia
Epiſcopo facultatem viſitandi ſi quæ noua
Altaria in Eccleſia erigerentur, quibus Mo-
naſterium non adminiſtraret neceſſaria Miſ-
ſis ibi celebrandis, & Iuriſdictionem tàm ci-
uilem, quàm criminalem ſuper ſingulis heb-
domadarijs, & alijs beneficiatis huius Eccle-
ſiæ concedat, non ſunt momenti. Nam ho-
die non agitur de viſitatione nouorum Al-
tarium, ſed iam erectorum, quorum viſita-
tio nominatim in concordia prohibetur E-
piſcopo, & à Iuriſdictione ciuili, & crimi-
nali in perſonas beneficiatorum dubitabile
ſaltem eſt an inferri poſſit ad poteſtatem viſi-
tandi in eadem concordia ſpecialiter Abba-
tiſſæ conceſſam, quamuis illa de iure com-
15 muni † competat Epiſcopo, vt ex *Bald. Fe-
lin. & aliis ibi allegatis ponderauit, Rota coram ſan.
mem. Greg. XV. deciſ. 41. nu. 17. &* 19. vbi conclu-
16 dit quod quæſtio iſta † eſt multum intricata,
& augetur difficultas contra Epiſcopum in
caſu noſtro, quia illi concordia limitat ius
viſitandi ad reſpicientia curam animarum, ac
propter ſucceſſiuam obſeruantiam, & quaſi
poſſeſſionem Abbatiſſę viſitandi ſuperius ad-
ductam, quæ vt dicebam circumſcripta etiã
concordia mandati de manutenẽdo iuſtitiam
probat. Vndè nullatenus beneficiatis militat
æquitas, qua Cæſarauguſtanos de Pilari, qui
aliquam cauſam ſaltem coloratam habebant
17 confouendi † ſuam prætenſionem, & obtu-
lerent in futurum parere declarationibus de-
ſuper hic faciendis excuſauit, pro tunc *Rota in
Cæſarauguſtana Præheminentiarum 6. Nouembris
1628. coram recol. mem. Cocc. Decano impreſſ. apud
Modern. de manut. deciſ. 244. n. 18.*

Tandem non præbet beneficiatis excuſa-
18 tionem appellatio pendens, † quia cum illa
interpoſita fuerit, non à mandato de manu-
tenendo per ſeparatum decretum relaxato,
ſed à ſententia diffinitiua in petitorio lata
eiuſdem mandati executionem non afficit,
aut remoratur, *cap. cum teneamur 17. vbi notant
omnes de appellat. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. li-
mit. 2. numer. 18. &* 19. & magis in terminis *Pa-
riſ. conſ. 54. num. 21. lib. 3. Veſtr. in prax. lib. 8. cap. 4.
& ibid. Grauat. nu. 35. Grat. deciſ. March. 132. n. 18.
aliique relati à Modern. Peruſ. de manut. obſeruat. 8.
nu. 45. Rot. in Piſauren. Penſionis 29. Aprilis 1648.
coram me.* Eo minus quia beneficiati dicta
19 appellatione pendente redierunt † quoad
manutentionem coram Iudice à quo, & pro-
inde agnouerunt, vel nullam deſuper appel-
lationem pendere, vel illi quatenus adeſſet
renunciarunt, vt notant *Doct. in cap. gratum de
offic. deleg. cap. cum veniſſent de teſtib. Franc. in c. cum
teneamus in vltim. notab. de appellat. Scacc. eod. tract.
quæſt. 17. limitat. 2. num. 14. Lancell. de attent. par. 2.
cap. 12. in præfat. num. 15. & ſeqq. Barz. deciſ. 154.
num. 12. Caputaq. deciſ. 29. num. 1. par. 1. Acchill. de-
ciſ. 19. nu. 1. de appellat.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

GERVNDEN. PRIORATVS.

Luna 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria etiam ſuper eiſdem materijs, ſuper quibus fuerunt examinati teſtes conceditur, quando noui articuli cõtinent materiã magis ſpecificam, ac diſtinctam & ſunt releuantes, ad quem effectũ ſufficit releuantia vnius tã-tum articuli. Remiſſoria pro iuſtificatione gratiæ ſi neutri deneganda non eſt ſub prætextu, quod cõſtet de iure alterius ſi de d. Iure cognitum adhuc non ſint, quo caſu dici nequit cõſtare de Iure alterius ad excluſionem gratiæ ſi neutri, vt interim impediri debeat ſub hoc prætextu iuſtificatio dictæ gratiæ.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria datur ad iuſtificandam gratiam Apoſto-
licam, nam cum articuli tendeat ad aſſequendam
illius executionem ſunt releuantes.*

2 *Remiſſoria etiam ſuper eiſdem materijs, ſuper quibus alias fuerunt examinati teſtes concedi ſolet, quando noui articuli continent materiam magis ſpecificam, ac diſtinctam.*

3 *Remiſſoria datur ex ſola releuantia vnius articuli, quamuis reliqui irreleuantes ſint, dummodo non ſapiant calumniam nec obiectum contineant.*

4 *Gratia ſi neutri locum non habet quoties conſtat de iure alterius.*

5 *Conſtare tamen non dicitur ad excluſionem gratiæ ſi neutri, donec pendet cognitio dicti iuris.*

6 *Negatiua quod neutri Ius competat non dicitur probata pendente cognitione Iuris alterius.*

7 *Remiſſoria ad effectum iuſtificationis gratiæ, vt cõcedatur, ſufficit probabilis releuantia articulorum cum plena & concludens requiratur poſt factas probationes ad diffinitionem cauſæ.*

8 *Immo ſufficit releuantiam eſſe dubiam.*

DECISIO CCCXCVIII.

DEneganda viſa non eſt remiſſoria petita à Franciſco Bompar, quia cũ articuli tendãt ad iuſtificationem gratiæ ſi neutri per
1 ipſum in actis productæ, † vt eius executionem conſequatur ſunt releuantes, vt dixit *Rota deciſ. 578. nu. 1. par. 1. recent. & in Gerunden. Parrochialis 21. Iunij 1630. coram Reuerendiſſimo Pampilonen. in Meleuitana Indultorum ſeù Collegiatæ 11. Aprilis 1636. coram Reuerendiſſimo Salamantino.*

Non obſtat, quod ſuper aliquibus ex articulis hodie exhibitis fuerint alias examina-
2 ti teſtes, nam præterquod etiam ſuper eiſdem materiis concedi ſolet remiſſoria quando magis diſtinctè, ac ſpecificè continentur in nouis articulis *Coccin. deciſ. 23. num. 20. Caual. deciſ. 469. num. 2. inter recent. deiſ. 235. nu. 15. p. 5.* Ceſſat difficultas, quia primus articulus ſuper valore beneficij in ducatis 140. per non exceſſum eſt omnino nouus, & ſolus ſuffi-
3 cit † vt ſuper omnibus detur remiſſoria, eſto quod alij eſſent irreleuantes, dummodo calumnioſi obiectiui, aut impertinentes non ſint *Buratt. deciſ. 246. num. 10. deciſ. 656. nu. 4. cum alijs allegatis in Valentina Parrochialis 23. Ianuarij 1647. coram R. P. D. meo Cerro, & in Toletana Decimarum 16. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celſo.*

Minus obſtat, quod etiam primus articulus non releuet eo quod licet valor narratus, & articulatus iuſtificaretur, adhuc gratia ſi neutri à Bompar obtenta nõ mereretur executionem cum conſtet de ſubrogatione Apoſtolica conceſſa Iacobo Peitan, & ſic de
4 iure alterius † quod dictæ gratiæ effectum excludit *Lotther. de re benef. lib. 2. q. 54. num. 127. Mantica deciſ. 231. num. 4. Rota in Braccaren. Parrochialis 11. Ianuarij 1602. coram bonæ memoriæ Iuſto.*

Nondum enim cognitum fuit de viribus præfatæ ſubrogationis, quæ non debet incidenter canonizari & donec de ea opportunè
5 cognoſcatur dici non poteſt † conſtare de iure alterius ad excluſionem gratiæ ſi neutri, ſicuti è conuerſo pendente cognitione iuris
6 alterius † non dicitur probata negatiua quod neutri ius competat *Lotther. de re benef. d. q. 54. num. 164. Rota deciſ. 726. nu. 3. par. 2. recent.* Idemque reſpondetur ad obiectum ſubreptionis de quo ſuo loco videndum erit.

Vnde interim ex hoc capite præcludendus nõ eſt aditus iuſtificationi ipſius gratię ſi neutri, cum ad hunc effectum ſufficiat proba-
7 bilis † releuantia articulorum; neceſſaria verò atque concludens ad definitionem cauſæ referatur poſt factas probationes, *Caputaq. deciſ. 61. ſub num. 1. verſ. ſed hoc iudicari debet & ſeq. par. 3. ſan. me. Gregor. XV. deciſ. 124. n. 3. Rota in Hiſpalen. Decimarum 26. Iunij 1647. §. fin.*
8 *coram R. P. D. meo Corrado*, immò † ſufficere releuantiam eſſe dubiam, fuit dictum in *Piſaurien. Donationis 26. Iuny 1647. §. & quamuis coram R. P. D. meo Ottbobono, & in ſupracitata Toletana Decimarum 16. Martij 1648. §. Rota enim coram R. P. D. meo Celſo.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

CALLIEN. PRIORATVS.

Lunæ 5. Iulij 1649.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio Inſtrumentalis adminiculata non eſt manutenibilis in præiudicium antiqui poſſeſſoris, niſi habuerit ſe pro ſpoliato. Sententia priuationis beneficii niſi probetur executioni demandata poſſeſſionem ab antiquo poſſeſſore non aufert. Narratiua præſumitur iuſtificata poſtquam litteræ Apoſtolicæ fuerunt executioni demandatæ; hoc tamen non procedit quando conſtat non fuiſſe ab executore traditam poſſeſſionem, nec citatum antiquum poſſeſſorem.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio Inſtrumentalis alio non exiſtente in poſſeſſione eſt manutenibilis.*

2 *Locatio ſola poſſeſſionem non probat in præiudicium tertij.*

3 *Fallit concurrentibus adminiculis plurium ſolutionum.*

4 *Onus ſoluendi decimas Papales ſpectat ad poſſeſſorem Beneficij.*

5 *Poſſeſſio inſtrumentalis quando eſt adminiculata, etiam alio exiſtente in poſſeſſione eſt manutenibilis.*

6 Amplia *etiam non exhibito titulo, qui nec in beneficialibus requiritur ad obtinendam manutentionem, nec cuicumque liceat poſſeſſores moleſtare.*

7 *Declara ſupradictam concluſionem procedere dummodo poſſeſſio fuerit capta de mãdato Iudicis ritè, & rectè procedentis, alias non ſuffragatur.*

8 *Poſſeſſio plena ingredi nequit authoritate priuata in præiudicium antiqui poſſeſſoris, qui in concurſu præferendus eſt, niſi habuit ſe pro ſpoliato.*

9 Poſ-

9 *Poſſeſſio plena probatur ex confeſſione partis etiāſi fit extraiudicialis.*

10 *Sententia priuationis beneficij, niſi fuerit executioni de mandata poſſeſſionem ab antiquo poſſeſſore non aufert.*

11 *Aſſertioni facta in precibus non creditur in præiudicium tertij.*

12 *Narratiua præſumitur iuſtificata, ſi litteræ Apoſtolicæ fuerunt executioni demandatæ.*

13 *Declara concluſionem non procedere quando nullibi apparet poſſeſſionem fuiſſe ab executore Apoſtolico traditam.*

Item non procedere quando nulliter fuit ad executionem litterarum Apoſtolicarum deuentum non citato poſſeſſore, num. 15.

14 *Rota non attendit ſententias aliorum Tribunalium, niſi ex actis iuſtificentur.*

15 *Executor litterarum Apoſtolicarum nulliter ad exetutionem procedit non citato poſſeſſore beneficij contra quem fuit lata ſententia priuationis.*

16 *Amplia etiamſi per conſtitutiones Apoſtolicas induceretur priuatio ipſo iure.*

17 *Alias enim primus poſſeſſor commodo ſuæ poſſeſſionis non priuatur, quia ſaltim requiritur declaratoria facti.*

18 *Intruſus etiam eſt citandus, niſi conſtet ex actis de notoria intruſione, nullamque ei defenſionem competere.*

19 *Poſſeſſor vt facto Iudicis ſua poſſeſſione priuetur citandus eſt ſiue actor ſciat, ſiue ignoret ipſum poſſidere.*

DECISIO CCCXCIX.

INSTRVMENTVM captæ poſſeſſionis beneficij ſimplicis Prioratus S. Matthæi de Lacu nuncupati & locationem bonorum Eccleſiæ, nec non ſolutiones decimarum Papaliū ſucceſſiuè à ſe factas produxit Martinottius Clotius de eodem beneficio prouiſus à fel. record. Vrbano VIII. vt manutentionem in poſſeſſionem eiuſdem beneficij conſequatur, cui obtinendæ vtrumque ſuf-
1 fragari ſolet, nam poſſeſſio † probata per inſtrumentum alio non exiſtente in poſſeſſione eſt manutenibilis, *l. prædia vbi notant omnes ff. acq. poſſ. Rot. penes Gregor. XV. dec. 138. nu. 1. penes Cocc. dec. 14. nu. 5.*

Pro vt etiam probata per locationem quę
2 licet † ſola non ſufficiat in præiudicium tertij *Menoch. de retin. remed. 3. num. 571. Rot. dec. 24. num. 8. in fin. par. 1. recen. dec. 161. n. 4. coram bo. me. Cocc.* probat etiam † contra tertium concur-
3 rentibus adminiculis plurium ſolutionum decimarum Papalium ratione eiuſdem beneficij factarum, *Ang. in l. officium num. 2. ff. rei vindic. Gabr. de locat. concluſ. 4. nu. 16. Rot. deciſ. 51. num. 3. inter impreſſ. apud Moder. Peruſ. de manut. deciſ. 566. num. 5. & 6. coram bon. mem. Buratt. deciſ. 661. num. 2, par. 1. recent.* nam earum ſoluen-
4 darum onus † ſpectat ad poſſeſſorem *Bald. in l. 3. num. 9. Cod. natural. liber. Socc. ſen. conſ. 187. ſub num. 12. verſ. ſecundo & maximè lib. 2. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 581. Pacif. de Saluian. Inſpect. 1. cap. 6. num. 31.*

Quo magis inſtrumento captæ poſſeſſionis & locatione adminiculata ſimul iuncta, quæ efficit vt poſſeſſio non ſit mere inſtru-
5 mentalis † vt propterea etiam alio exiſtente in poſſeſſione manutenibilis euadat pro vt ponderauit *Rot. deciſ. 269. num. 3. in fin. par. 1. rec.*
6 etiam non exhibito titulo, † qui nec in beneficialibus requiritur ad obtinendam manutentionem, ne liceat cuicunque poſſeſſores moleſtare, *Abb. in cap. in litteris num. 27. de reſtit. ſpol.* quem ſecuta eſt *Rot. deciſ. 212. num. 8. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 13. nu. 3. & ſeqq. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 689. nu. 3. par. 2. recent.*

7 Cæterum hæc procedunt † dummodo poſſeſſio capta fuerit de mandato Iudicis ritè, & rectè procedentis, in quibus terminis loquitur mox *allegata dec. 269. num. 3. par. 3. rec.* alias poſſeſſio inſtrumentalis, aut locationes nec ſeiunctim, nec ſimul iunctæ proſunt, eo
8 quod poſſeſſione plena † non potuit alter eā ingredi authoritate priuata in præiudicium antiqui poſſeſſoris, qui proinde præferendus eſt niſi ſe pro ſpoliato habuerit, *Felin. in cap. licet cauſam num. 8. verſ. tertia cauſa conſ. 9. de probat. Surd. conſ. 168. num. 16. Rot. dec. 106. n. 1. deciſ. 293. num. 8. par. 1. rec. & alias ſæpiſſimè.*

9 Fuiſſe autem poſſeſſionem † plenam retentam nempe à Laurentio Andreotio longe antequam Martinotius illam apprehenderet, vel bona Prioratus locaret, ac decimas Papales ſolueret apparet ex confeſſione ipſius Martinotij, quæ licet extraiudicialis eſſet id probaret, vt *Rota pluries reſoluit in deciſionibus alleg. à Moder. Peruſ. obſeru. 19. num. 44. & ſeqq.* Nec obſtat quòd Andreotius ob homicidium commiſſum fuerit beneficio priuatus per ſententiam Iudicis, & ex hoc capite de eodem beneficio Papa prouiderit Martinotium; primo quia ſola ſententia
10 priuationis † niſi probetur executioni demandata poſſeſſionem ab antiquo poſſeſſore non abſtulit, *Caſſad. deciſ. 7. in princ. & num. 1. de cauſ. poſſ. & propr. Rot. deciſ. 225. num. 2. par. 1. recent. deciſ. 613. num. 6. inter impreſſ. apud Moder. Peruſ. de manut. & in Romana Succeſſionis de Ametis 16. Nouembris 1646. §. 1. coram me.*

Secundo quia de tali ſententia non conſtat
11 niſi ex aſſertione ipſius Martinotij † emiſſa in precibus Papæ porrectis; cui in eius fauorem, ac tertij præiudiciū non creditur, *l. duobus §. 1. ff. iureiur. Imol. conſ. 91. num. 1. & 2. Surd. deciſ. 325. num. 3. Buratt. deciſ. 174. num. 3. & ſeq.* Neque intrat præſumptio quod eadem aſſer-
12 tio fuerit iuſtificata † ex quo litteræ Apoſtolicæ habuerunt executionem iuxta tradita in *deciſ. 197. num. 3. par. 2. recent. deciſ. 842. num. 4. coram bon. mem. Buratt. & in Compoſtellana Parrochialis 1. Iulij 1648. §. nec aduerſarij coram R. P. D. meo Otthobono.*

13 Tum quia nullibi apparet † quod Martinotio tradita fuerit poſſeſſio ab executore Apoſtolico, quod tamen nec non ſupradicta ſententia priuationis exhibenda eſſet vna cū actis coram Executore & Iudice, qui priua-

uit productis, cum in hoc Sacro Tribunali
14 non † ſoleant attendi ſententiæ aliorum Iudicum niſi iuſtificentur ex actis *Buratt. deciſ. 76. num. 3. deciſ. 278. num. 2. deciſ. 636. num. 6. vbi add. 10. allegat. concord.*

Tum etiam quia nulliter ad executionem litterarum Apoſtolicarum deuentum fuit nõ
15 citato † Andreotio antiquo poſſeſſore, *cap. licet Epiſcopus de præben. in 6. Flores de Men. variar. reſol. lib. 1. quæſt. 4. nnmer. 26. & ſeqq. Buratt. deciſ. 186. num. 4.* & in puncto prouiſi ex capite homicidij commiſſi à poſſeſſore beneficij, *Rota in Compoſtellana Parrochialis 25. Iuny proximepræteriti coram R. P. D. meo Otthobono, & in Meliten. Parrochialis 28. Iunij prædicti coram me*;
16 quod procedere † etiam ſi per Conſtitutiones Apoſtolicas, induceretur priuatio ipſo iure *dixit Rot. in Valentina Penſionis 3. Iunij 1602 coram bo. me. Litta impreſſ. poſt conſ. Farinacc. deciſ. 279. nu. 9.* vbi infertur quod alias primus poſ-
17 ſeſſor † commodo ſuæ poſſeſſionis non priuatur, quia nimirum requiritur declaratoria facti & etiam intruſus eſt citandus niſi
18 conſtet † ex actis ipſum eſſe talem nullamq; prorſus ei competere defenſionem *Gabr. conſil. 31. num. 20. lib. 2. Rot. deciſ. 211. num. 1. p. 2. rec. deciſ. 234. num. 1. inter impreſſ. apud Moder. de manuten. & in Valentina Rectoria 24. Maij 1647. §. hinc informantes coram me.*

Quapropter diſputato hodie dubio, cui ſit dandum mandatum de manutenendo informante ſolum Martinotio ipſi denegandum eſſe reſponſum fuit; maximè quia ſciuit beneficium fuiſſe poſſeſſum ab Andreotio, quæ tamen ſcientia non requirebatur, nam vt poſſeſſor facto Iudicis ſua poſſeſſione priuetur ſemper citandus eſt ſiue actor ſciuerit ſiue ignorauerit illum poſſidere, *Rot. deciſ. 284. num. 17. par. 5. rec.*

AMPVRIEN. ſeu CIVITATEN. ARCHIPRESBYTERATVS.

Veneris 26. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Extractio Iurium & ſcripturarum iuxta conſuetudinem Regni Sardiniæ fieri poteſt per Notarios Subſtitutos, ſecus ſi Subſtituti non ſint actu Notarij, vt cauetur in pracmatica eiuſdem Regni Sardiniæ titul. 14. cap. 11. & alleganti pracmaticam incumbit onus probandi negatiuam notariatus. Vnio Beneficij perpetuo reſeruati facta maſſæ diſtributionum, non ſingulis præbendis vt Concil. Trident. diſponit ſuſtinetur ſtante confirmatione Apoſtolica, quæ ex lapſu longi tẽporis cum obſeruantia præſumitur. Negatiua non probatur ex diligentijs, ſi factæ non apparent à duobus officialibus parte citata deputatis præuia ſcrutatione omnium locorum, in quibus res de qua quæritur reperiri poſſit, alias pro excluſione probationis negatiuæ ſufficit ſola poſſibilitas.

SVMMARIVM.

1 *Subſcriptio probat abſque recognitione, quando ſcriptura ſubſcripta eſt munita ſigillo.*

2 *Subſcriptio dicitur ſufficienter recognita per ſimilitudinem.*

3 *Recognitio per ſimilitudinem ſufficit concurrentibus adminiculis antiquitatis ſcripturæ, & obſeruantia.*

4 *Vnionis effectuatio ex poſſeſſione beneficij vniti probatur.*

5 *Extractio facta à Subſtituto iuxta conſuetudinem locorum valet.*

6 *Pracmatica Regni Sardiniæ prohibet recipi inſtrumenta per Subſtitutos qui actu non ſint Notarij.*

7 *Et alleganti pracmaticam incumbit onus probandi negatiuam Notariatus in Subſtituto tanquam ſuæ intentionis fundamentum.*

8 *Qualitas à Conſtitutione ſiue ſtatuto requiſita probanda eſt ab eo qui illa vtitur.*

9 *Scriptura informis robur recipit ab obſeruantia illiuſque effectuatione.*

10 *Vnio beneficij perpetuo reſeruati non tenet.*

11 *Vnio vigore Concilij Trident.* ſeſſ. 24. de reformat. cap. 15. *fieri nequit maſſæ diſtributionum, ſed ſingulis præbendis diſtributiue.*

12 *Confirmatio Apoſtolica ſtante lapſu temporis cum obſeruantia præſumitur.*

13 *Diligentiæ ad effectum perquirendi aliquam ſcripturam fieri debent à duobus Officialibus parte citata deputatis vt de ſtylo Curiæ requiritur, qui omnia loca ſcrutari tenentur, & num. 14.*

15 *Negatiua vt ex diligentijs probetur nullus debet remanere locus, in quo res de qua agitur inquiri poſſit.*

16 *Legatus à Latere ad Regem Hiſpaniarum poteſt etiam in locis Legationum, per quæ nõ tranſit gratias concedere.*

17 *Negatiua non probatur ex diligentijs, quando poſſibilitas in contrarium concurrit.*

18 *Negatiua non exiſtentiæ probatio ne concludat ſufficit aliquid eſſe poſſibile.*

19 *Reſeruatio primæ dignitatis in Cathedrali redditur dubia & ambigua ex cõtrarijs probationibus Cathedralitatem excludentibus, & late, n. 24.*

Probatio offuſcatur ex contraria probatione, ibidem.

20 *Dignitates Eccleſiarum Cathedralium Regni Sardiniæ alijs vnitarum habentes Parochiales Eccleſias annexas fuerunt à ſan. me. Pio V. ſuppreſſæ, & ad ſimplices Rectorias redactæ, vt in eius Conſtitut. 74. inter eius impreſſ.*

21 *Et dicta Conſtitutio intelligi debet de Cathedralibus æque principaliter vnitis.*

22 *Vnio acceſſoria comprehenditur ſub nomine ſuppreſſionis.*

23 *In vnitis acceſſoriè extinctio venit ex natura ipſius vnionis.*

25 *Reſeruatio à prouiſo Apoſtolico eſt plenè & concludenter probanda alias, ſufficit poſſeſſori illam dubiam reddere.*

DECISIO CCCC.

BONI iuris Capituli Ampurienſis & mali
Antonij Vſai, de quo conſtare cenſuit Ro-
ta ſub die 14. Decembris 1646. vt in deciſio-
ne tunc extenſa præcipuum fundamentum
eſt vnio huius Archipresbyteratus dicto Ca-
pitulo facta ab Epiſcopo Ampurienſi de an-
no 1594. ad quam probandam productum
fuit publicum inſtrumentum non ab alio ex-
tractum, ſed originali ſigillo, & ſubſcriptio-
1 ne Epiſcopi munitum, † contra quod non
vrget defectus recognitionis dictæ ſubſcri-
ptionis, quia ſufficit ſigillum Epiſcopi, vt fi-
des ſit præſtanda, *Rot.deciſ.36. de procur. in an-
tiq.deciſ.170.num.1.& ſeqq.deciſ.205.per tot. p.4.*
2 *tom.2. recent.* Et ex abbundanti † ſubſcriptio
quoque Epiſcopi fuit recognita per ſimili-
tudinem, vt in Summ. Capituli *num.11.* ſuffi-
3 citque huiuſmodi recognitio † concurren-
tibus, vt in caſu noſtro adminiculis antiqui-
tatis & obſeruantiæ, *Menoch.de arbitr.caſ.114.
num.32.Grat.diſcep.895.num.35. aliique allegati,
ab add. ad Buratt.deciſ.143.ſub num.42. Rot.deciſ.
384.n.6.par.6.rec.*

Obſeruantia autem & ſic vnionis effectua-
4 tio † patet ex quo per 50. annos Archipreſ-
byteratus iſte fuit à Capitulo tanquam vnitus
poſſeſſus, vt quicquid dicat fides extraiudi-
cialis cuiuſdam Notarij data in Summ. An-
tonij *num.* 2. quæ vlterius verificari poteſt de
tempore locationum à Capitulo factarum,
probant diſertiſſimè teſtes Summar. Capituli
num. 8. & aliud publicum inſtrumentum
poſſeſſionis à Capitulo captæ dicto Summar.
5 *num.* 7. extractum † à ſubſtituto, vt potuit
iuxta conſuetudinem illarum partium ex
allegat. in prima deciſ. §. *quod vero.* Neque il-
lud impugnari poteſt ſiue ex *pragmatica Regni*
6 *Sardineæ* † *tit.14.cap.11.* prohibente recipi in-
ſtrumenta per ſubſtitutos, qui actu non ſint
Notarij Summar. Antonij *num.1.* ſiue quia
eiuſdem ſubſtituti ſubſcriptio recens facta
videatur: hoc enim tollitur ex relatione pe-
riti iudicialiter electi affirmantis eadem ma-
nu contextualiter inſtrumentum fuiſſe ſcri-
ptum & ſubſcriptum Summar. Capituli *nu-
mer.12.* & primum obiectum non applicatur
niſi doceatur exaduerſo quod ſubſtitutus il-
le non ſit Notarius, cum enim Capitulum
habeat intentionem fundatam in conſuetu-
dine vniuerſali extrahendi inſtrumenta per
ſubſtitutos, aduerſario alleganti pragmaticā,
7 quæ † fidem abrogat ſubſtitutis, qui non
ſunt Notarij incumbit onus probandi hanc
negatiuam Notariatus in ſubſtituto, qui ſub-
ſcripſit tanquam ſuæ intentionis fundamen-
tum, & qualitatem à pragmatica requiſi-
8 tam probandam ab eo qui illa vtitur *Rot.dec.
402.num.4.ad fin. par.2.recent. & in Toletana de-
cimarum de Daymiel 17. Decembris 1605. coram
bon.me.Card.Lancellotto.* Maximè quia veritas
inſtrumenti confirmatur teſtibus de conti-
nuata à Capitulo poſſeſſione deponentibus,
9 quibus inſtrumenti fides † quatenus etiam
informe eſſet ſuppleretur *Bart. inter conſilia
Baldi conſ.400.num.5.lib.4. Serpaphin. deciſ.928.
num.2. Buratt. deciſ.857.num.5. Rot. inter recent.
dec.482.num.3.par.1.*

Non obſtant obiectæ nullitates vnionis;
tum ob perpetuam Archipresbyteratus vni-
10 ti, † quia poſt Pontificalem prima dignitas
eſt reſeruationem, tum quia facta maſſæ di-
11 ſtributionum † quod prohibet *Concil. Trid.
ſeſs.24.de reformat.cap.15.* mandando quod fiat
ſingulis præbendis, & alioquin nulliter fit,
vt notat *Lotther.de re benef. lib.1. quæſt.29.n.45.
aliiſque relatis, firmauit Rot. deciſ. 565. ſub num.1.
verſ.tamen par. 2. recet. & in Mediolanen. Cimi-
liarcatus 10.Martii 1645.* §.*nec refragatur coram
R. P. D. meo Peutingero.*

Vtrumque enim obiectum tollit Confir-
matio Apoſtolica, quæ ex lapſu 50. annorū
12 cum obſeruantia† præſumitur, vt in teminis
dixit *Rot.deciſ.222.num.4. deciſ.698. num.3. p.2.
recent.& in aliis allegatis in prima deciſione* §. *do-
cuit*, Non obſtantibus diligentijs ad eam
excludendam exaduerſo in Curia factis, quia
non releuant cum factæ fuerint in quolibet
officio ab vno tātum officiali & fieri debue-
13 rint † à duobus quos ego parte citata iudi-
cialiter deputaueram, ac de ſtylo Curiæ re-
quiruntur *Caputaq.deciſ.265.par.1.Lotther.de re
benef.lib.2.quæſt.46.num.51.Rot.dec.323.n.4. p.2.
dec.88.nu.6.par.4.recen.* Et quod plus eſt ſcru-
tati officiales non fuerunt faſciculos memo-
rialium Secretariæ Breuium, per quæ paſſim
14 gratiæ conceduntur † vt ſcrutari debuiſſe
fuit deciſum in *Ianuen. quarti dotalis 27.Aprilis
1643. coram Reuerendiſs. Terracinenſi,* namque
15 vt ex diligentijs probetur negatiua † nullus
debet remanere locus non perquiſitus in quo
adnotari potuerit præſumpta Confirmatio
Apoſtolica, *Gregor.XV.deciſ.287.num.1.Rot.in-
ter recent.dec.18.nu.23.par.7.* Cumque eadem
confirmatio concedi potuerit à Legatis de
Latere ſemel atque iterum à tempore factæ
vnionis per Summos Pōtifices miſſis ad Se-
16 reniſſimos Reges Hiſpaniarum † habenti-
bus ampliſſimam poteſtatem etiam in locis
Legationum per quæ non tranſierunt. *Put.
deciſ. 467. in annotatione marginali lib.2. in corr.*
niſi exaduerſo doceatur quod facultates Le-
gatorum Sardiniæ Inſulam non comprehē-
debant intrat confirmationis ab eis conceſſæ
poſſibilitas, ob quam ex diligentijs in Curia
17 factis † negatiuæ probatio non reſultat, vt
in puncto reſpondit, *Rot.deciſ.353.num.1.& 2.
coram ſan.mem. Greg.XV.* quia ſufficit aliquid
18 eſſe poſſibile † ne probatio negatiuæ non
exiſtentiæ concludat *Rot.deciſ.323.num.4.verſ.
ſufficit enim par.2.deciſ.88.num.6.in fin.par.4. de-
ciſ.29.num.67.& ſeqq. par.7.rec.*

Et præterea ad obiectum perpetuę reſerua-
tionis eductæ eo quod Archipresbyteratus
iſte ſit prima dignitas in Caſtro Terræ nouæ
vbi reſidet Cathedra Ciuitatenſis, ſignanter
reſpondetur eam reſeruationem ſaltem du-
19 biam reddi. † Primo quia ex teſtibus for-
miter examinatis, ex Hiſtorijs & alijs iuri-
bus

bus datis in Summar. Capituli *num.23.& ſeqq.* probatur quod Caſtrum Terrę nouæ non eſt Ciuitas, nec ibi Cathedra Epiſcopalis manet vnde cõtrariæ probationes Antonij offuſcãtur *Bald. conſ.79.num.7.lib.2.Surd.conſ.505. ſub num.6.Rot.deciſ.238.num.24.in fin. par.1. diuerſ. deciſ.664.num.7.par.1.recent.* Secundo quia ſanmem. Pius V. in *Conſtitut.74.inter eius impreſſ.*
20 Dignitates Eccleſiarum Cathedralium Sardiniæ alijs vnitarum qualis eſt Eccleſia Ciuitatenſis habentes Parrochiales Eccleſias annexas, vel vti præbendas, pro vt habuiſſe hunc Archipresbyteratum conſtat ex datis in Summar. Capituli *num.* 17. extinſit & ad ſimplices Rectorias reduxit, debetque dicta
21 Conſtitutio intelligi† de Cathedralibus vnitis equè principaliter, cum loquatur diſcretiuè, ac nominatim de Cathedralibus vnitis, vel ſuppreſſis ibi: *Eccleſiarum alias vnitarum, vel etiam ſuppreſſarum*, quarum, hoc eſt ſup-
22 preſſarum nomine, † comprehenduntur vnitæ acceſſorie *Sarnen. ſuper reg. de Triennali quæſt.8.num.2.Rot.dec.614.tom.6.par.4.tom.3.rec.*
23 & in vnitis acceſſorie † extinctio neceſſaria nõ eſſet, quia veniebat ex natura ipſius vnionis, vt alijs allegatis ponderat *prima deciſio §.ſed præterea*, ſuffragante etiam in id obſeruantia ſubſecuta, quam probat relatio Epiſcopi Ampurienſis in viſitatione liminum Apoſtolorũ ac teſtes Summ. Capituli *d.num.16. & 17.*

Contrariam autem obſeruatiam non conuincunt prouiſiones Apoſtolicæ poſtea ſubſecutæ, & erectio Canonicatus Pœnitentiarij, quem in Ciuitatenſi Eccleſia conſtituit fel.record. Gregor.XIII. vt in Summ. Antonij *num.8.* Quia prouiſionum huiuſmodi effectuatio non docetur; imò Cononicatus Villarb cum Præbenda de Argios, & Canonicatus de Beſtegiata fuerunt collati tanquã Rectoriæ & Parrochiales Summar. Capituli *num.16. & 20.* & quo ad Canonicatum Pœnitentiarium excluditur, quia Canonicatus qui primo vacauit & in dicta erectione deſtinatus fuerat officio Pœnitentiarij, fuit ab eodem Gregor. XIII. collatus tanquam Eccleſia Parrochialis d. Summ. Capituli *nu.20.* Ex quibus negari non poteſt quin ſicuti dubia ſaltem redditur Cathedræ Ciuitatenſis in Caſtro Terræ nouæ eiuſque dignitatum exi-
24 ſtentia, dubia pariter fiat reſeruatio† exinde ab aduerſario elicita, vt in proximis terminis ponderauit *Rot. deciſ.706. num.12.par.3. recent. & in Bononien. Beneficiorũ 29. Maii 1645. in fin. coram me*, & propterea ipſe ex prouiſione Apoſtolica tanquam de reſeruato obtinere non poſſit aduerſus Capitulum titulo vnionis poſſidentem, cui ſufficit vincere ex
25 non iure actoris, ac reſeruationem dubiam reddere *Buratt.dec.720. num.6. Reuerendiſſ. Vrgellen.deciſ.14.num.5.& 18. Rot.deciſ.143.num.1. par. 7. recent. & in dicta Bononien. Beneficiorum coram me.*

Quapropter primam deciſionem iterum hodie malleo expoſitam Domini confirmarunt vtraque parte informante.

HISPALEN. DECIMARVM.

Veneris 10. Decembris 1649.

ARGVMENTVM.

Decimæ petitæ tanquam ſors principalis, & Iure dominij debentur etiam decurſæ ante motam litem, ſecus verò ſi petuntur vti acceſſoriæ ad ſortem ratione moræ, & malæ fidei, tunc enim ſolum debitæ ſunt decimæ à die motæ litis, cum antea poſſeſſor fecerit ſuas.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ quando veniunt acceſſorie ad Ius decimandi, vt debeantur neceſſaria eſt mora, & mala fides poſſeſſoris, quæ nonniſi per litis conteſtationem contrahitur, & ſic ſolui non debent, niſi à die motæ litis, cum antea bonæ fidei poſſeſſor fecerit ſuas.*

Bonæ fidei poſſeſſor ante motam litem facit fructus ſuos, ibid.

2 *Decimæ quando petuntur non ratione moræ, aut malæ fidei, ſed Iure dominij, & tanquam ſors principalis tunc debitæ ſunt in iudicio manutentionis etiam decurſæ ante motam litem, & redditur ratio ſub nu.3.& ſub nu.14.*

4 *Deciſiones* in Elboren. Decimarum 24. Maij 1642. coram bon.mem. Pirouano, & in Toletana Decimarum 13. Aprilis 1649. coram R.P.D. Celſo *conciliantur.*

5 *Appellatione fructuum Decimarum ſignificatur emolumentum decimarum, ac fructus decimales ſeiunctim à Iure decimandi.*

6 *Actor in iudiciis præſumitur voluiſſe ius ſuum deducere modo ſibi magis proficuo.*

7 *Verba decimarum perceptionem ſonant in exactionem decimarum vt facti eſt, non ius exigendi, quod formaliter ab ipſa perceptione diſtinguitur.*

8 *Fructuum perceptio diſtinguitur à Iure vſusfructus.*

9 *Fructus cenſus diſtinguitur ab ipſo cenſu.*

10 *Procurator nequit in præiudicium principalis petitionem in iudicio ab ipſo factam alterare.*

11 *Iudicii qualitas non metitur ab exceptione rei conuenti, ſed ab intentione, & libello actoris.*

12 *Exceptio regulatur ab actione per actorem intentata.*

13 *Reus excipiendo non poteſt cumulare nouam actionem intentatam per actorem.*

14 *Decimæ vbi petuntur Iure dominii, illarum reſtitutio non pendet à bona, vel mala fide debitoris, ſed ab actoris dominio.*

DECISIO CCCCI.

EXPEDITIO mandati de manutenendo decreti ad fauorem Capituli Hiſpalenſis in quaſi poſſeſſione exigendi decimas ex fructibus prędij nuncupati *di buona ſperanza* à Patribus Dominicanis poſſeſſi incidit in quæſtionem decimarum decurſarum prætendente Capitulo, quod omnes vſque ab initio poſſeſ-

poſſeſſionis prædij per Dominicanos captæ, Dominicanis verò quod ſolum à die motæ litis decurſæ in hoc iudicio veniant: quæ quæſtione particulariter hodie examinata reſponſum fuit omnes decimas venire.

Iuxtà diſtinctionem quod aut in iudicium deductum fuit principaliter Ius decimandi, aut ipſæ decimæ. Primò caſu quia decimæ
1 veniunt acceſſoriè † ad rem ipſam petitam, hoc eſt ad Ius decimandi, & conſequenter vt debeantur neceſſaria eſt mora, & malæ fides poſſeſſoris, quæ non niſi per litis conteſtationem, vel aliam interpellationem cõtrahitur, ſolui in ſummariſſimo poſſeſſorio non debent, niſi à die motæ litis, cum bonæ fidei poſſeſſor fecerit antea fructus ſuos, illoſque reſtituere non teneatur, *l. bonæ fidei emptor ff. acq. rer. domin.* & in his terminis loquitur *Seraph. deciſ.* 1168. *vt conſtat ſub num.* 3. ibi, *quod non applicatur caſui noſtro, in quo lis fuit introducta ſuper iure percipiendi tertiam partem decimarum quam ſecuta eſt, Rot. in Tiraſonen. Decimarum* 5. *Maii* 1608. *coram bon. mem. Card. Lugdunenſi impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. to.* 1. *fol.* 1262. *Mantic. deciſ.* 172. *num.* 6. prout in terminis rei fructiferæ principaliter petitæ loquitur, *Buratt. deciſ.* 227. *Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ.* 222. & quot quot exaduerſo allegantur.

Secundò verò caſu decimæ iudicantur de
2 per ſe tanquam ſors principalis, † quæ cum conſiſtat in omnibus decimis ſiue ante, ſiue poſt motam litem decurſis, eæque cenſeantur petitæ non ratione moræ, ſeu malæ fidei debitoris, ſed iure dominij penes actorem exiſtentis, omnes propterea reſtituendæ ſunt, & omnes ſecum trahit iudicium manuten-
3 tionis, non ſecus † ac trahit totum prædium ſiue domum, ſi ſuper prædio, vel domo motum fuerit, vt hoc modo remoueatur omnis turbatio, & poſſeſſor in ſua pacifica poſſeſſione totius conſeruetur, alias talis poſſeſſor, nuſquam poſſet decimas ante litem decurſas recuperare per viam manutentionis in ſummariſſimo, quia certum eſt, quod debitor non poteſt in iudicio conueniri, niſi poſt quam venit dies ſolutionis, & ſic ſemper remaneret aliquis terminus ante litem motam decurſus ſuper quo, niſi ille quoque in ſummariſſimo poſſeſſorio compræhenderetur, præcluderetur via actori remouendi mediante manutentione turbationes, ac moleſtias ſuper eodem termino à debitore per denegationem illatas, quod ferendum non eſt, vt egregiè ponderauit *Rota in Toletana Penſionis* 16. *Februarii* 1618. *coram Sanctiſſ. D. N. impreſſa apud Modern. de manuten. deciſ.* 471. *num.* 6. *& ſeqq.* & hanc diſtinctionem in puncto decimarum amplexa eſt, *Rota in exaduerſo allegata deciſ. Seraph.* 1168. *num.* 3. vbi dicitur quod ita conci-
4 liantur † deciſiones contrariæ, *& in Elboren. Decimarum* 22. *Maii* 1642. §. *quia deciſio,* vbi põderatur quod ita ſe explicat eadem deciſio, *Seraph. coram bon. me. Pirouano, ac nouiſſimè in Toletana Decimarum* 3. *Aprilis* 1649. §. *final. coram R. P. D. meo Celſo*. Eandem diſtinctionem tradit generaliter *Grat. diſcept.* 206. *num.* 18. *& ſeqq. Cancer. var. reſolut. par.* 3. *cap.* 16. *numer.* 97. *Cinc. de Cenſib. quæſt.* 91. *num.* 15. *aliique relati à Moder. Peruſin. in tract. de manut. obſer.* 74. *n.* 11. *& ſeqq. & in tract. de ſubhaſt. inſpect.* 55. *n.* 111.

Et hic ſecundus eſt caſus noſter, quia vt conſtat ex commiſſione originali data in Summ. Capituli nu. 1. lis introducta fuit ſuper decimis, ibi, *de & ſuper decimis fructuum &c.*
5 quarum appellatione † ſignificatur ipſum emolumentum decimarum, ac fructus decimales ſeiunctim à iure decimandi, *Bald. conſil.* 274. *ſub num.* 1. *verſ. ſi decimæ, & num.* 2. *lib.* 5. *Calder. conſ.* 15. *num.* 1. *verſ. aut ſimpliciter de iudic. Giouagn. reſp.* 27. *nu.* 30. *lib.* 1. *Barboſ. in l. Titia* 35. *ſub nu.* 43. *verſ. quia quando ff. ſolut. matrim. Couarr. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 17. *ſub num.* 5. *verſ. decimarum fructus Rota in Albinganen. Decimarum* 25. *Iunij* 1627. *coram bon. mem. Card. Virili in Rauennaten. ſeu Ferrarien. Decimarum* 5. *Martii proximè præteriti coram R. P. D. meo Meltio, & in ipſiſſimis his terminis in ſupracitata Elboren. Decimarum* 22. *Maii* 1642. §. *quia deciſio in fin.* ibi, *dum decima petebatur non autem declaratio ſuper iure decimandi coram bon. mem. Pirouano*: Eo magis quia hoc
6 magis prodeſt actori, & in iudicijs † actor præſumitur voluiſſe ius ſuum deducere modo ſibi magis proficuo *Alex. conſ.* 38. *n.* 3. *lib.* 3. *Rota deciſ.* 366. *nu.* 5. *par.* 1. *recent.*

Nec repugnat quod Procurator Capituli in proſecutione iudicij inſteterit declarari pertinere ad eius principales perceptionem, & exactionem decimarum à Dominicanis ex prædio *de buona ſperanza*, vt in Summ. Domi-
7 nicanorum num. 3. Quia verba illa † *perceptionem decimarum* ſonant in exactionem decimarum, vt facti eſt, non iuris exigendi, quod formaliter ab ipſa perceptione diſtinguitur, pro
8 vt diſtingui † perceptionem fructuum à iure vſusfructus tradit *Molin. de iuſtit. & iur. tom.* 1. *diſp.* 7. *verſ. licet proprietarius Sanch. ſuper præcept. Decal. lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 12. *Barboſ. in l. vſufructu* 58. *num.* 2. *ad med. & num.* 3. *ff. ſolut. matrim. Rot. in Bononien. Vſusfructus* 18. *Iunii* 1640. §. *tertius eſt caſus coram bon. mem. Merlino*, & fructus cenſus
9 ab ipſo † cenſu aduertit *Cinc. de cenſib. quæſt.* 72. *num.* 26. *Rot. deciſ.* 403. *num.* 7. *inter impreſſ. poſt eundem tract. de cenſib.* Præſertim declarando, vt debet proſecutionem à primordiali petitione ad decimas reſtricta, & ab eiuſdem Procuratoris poteſtate, qui petitionem † ab ipſo
10 actore factam in eius præiudicium alterare non potuit *Creſcent. deciſ.* 4. *nu.* 4. *de ſent. & re iudic. Surd. deciſ.* 181. *n.* 16.

Non obſtat quod Dominicani prætenderent ſe exemptos, ac de exemptione exceperint, quid enim in iudicium fuerit deductum
11 & iudicij qualitatem † non metimur ab exceptione rei conuenti, ſed ab intentione, ac libello actoris, *l.* 1. §. 1. *ff. ſi pars hæred. petat. Caſſad. deciſ.* 3. *nu.* 2. *de iudic. Greg. XV. deciſ.* 335. *n.* 13. *deciſ.* 470. *n.* 6. & ideò in puncto *Rot. in ſæpè allegata Elboren. Decimarum coram bo. mem. Pirouano,* dixit quod totum operatur petitio actoris. Præter quod exceptio exemptionis ſicuti tenderet

deret ad elidendum ius decimandi ſi ſuper illo lis eſſet introducta, ita reſtringitur ad ſolas decimas ſi ad illas reſtricta fuit petitio
12 actoris, cum exceptio † reguletur ab actione eiuſque ſit excluſio, *l.2.ff.except. Azzo in ſumma Cod.eod. tit. nu.1. Io.Harprett.in §.1. num.3.inſtit. eod.tit.* nec poſſit reus excipiendo † cumulare
13 nouam actionem contrariam intentatæ per actorem, vt ex *Anchar. conſ.146. num.3. fuit in puncto deciſum in Ilerden. Decimarum 16. Decembris 1639. §.neque ex reſponſione coram bon. mem. Pirouano.*

Tandem non obſtat quod ante litem conteſtatam Dominicani fuerint in bona fide, quia vbi decimæ fuerunt principaliter petitæ earum reſtitutio non pendet à bona, vel mala fide debitoris, ſed ab actoris dominio, † &
14 quaſi poſſeſſione habente ſe vniuerſaliter ad omnes decimas decurſas, vt alijs allegatis reſpondit *Rot.deciſ.3.ſub num.22.par.7.recent.& in alijs quas in his terminis ſecuta eſt Rot.in Toletana Decimarum 3. Aprilis 1639. coram R.P.D. meo Celſo.*

Et ita deciſum vtraque Parte Informante.

ROMANA DOMORVM.

Mercurij 15. Decembris 1649.

ARGVMENTVM.

Dominus directus finita' emphiteuſi poteſt aduerſus hæredes vltimi inueſtiti petere manutentionem ratione ciuilis poſſeſſionis, quando deuolutio eſt clara. Dominium directum ex quibus probetur?

SVMMARIVM.

1 *Manutentio finita emphiteuſi competit Domino directo ratione ciuilis poſſeſſionis pro recuperatione naturalis aduerſus ſucceſſores vltimi Emphitentæ.*

2 *Declara concluſionem procedere, quando deuolutio eſt clara, ſecus quando eſt dubia.*

3 *Obitus alicuius præſumitur ſtante lapſu centum annorum.*

Mors inueſtitorum de aliqua emphiteuſi probatur ex lapſu centum, & plurium annorum ibid.

4 *Mors probatur ex fide Parochi formiter extracta ex libro mortuorum.*

5 *Mors, & deficientia vocatorum in aliqua generatione probatur ex libro mortuorum, præſertim quando ex aduerſo non probatur alios in dicta generatione extitiſſe.*

6 *Dominium directum probatur ex confeſſione aduerſarij, prout etiam probatur bonorum identitas*

7 *Ex productione ſcripturæ oritur implicita confeſſio contentorum in ſcriptura producta.*

8 *Dominium directum probatur ex Inſtrumento Inueſtituræ ſolutionibus canonum, & alijs adminiculis.*

9 *Renouatio Emphiteuſis ex æquitate debetur proximiori vltimi inueſtiti.*

10 *Declara æquitatem militare, quando Dominus vult Extraneum inueſtire, & agnatis præferre, ſecus quando vult bona pro ſe retinere, quia prima charitas incipit à ſeipſo, & num.11.*

12 *Ampliа quamuis res ſit ſolita renouari, niſi in ſpecie probetur conſuetudo etiam in caſu, quo Dominus velit retinere pro ſe.*

13 *Voluntas retinendi pro ſe non excluditur ex licentia ſiuè beneplacito Apoſtolico procurato renouandi ad fauorem proximioris vltimi inueſtiti, quia antequam ſit obtentum eſt locus pænitentiæ, ſecus ſi poſt illud obtentum, etiam nondum ſecuta ſententia per executorem.*

14 *Renouatio Emphiteuſis Eccleſiaſticæ prætendi nequit vigore ſtatuti Vrbis lib.1. cap. 214. ex quo non comprehendit Eccleſias, neque perſonas Eccleſiaſticas.*

DECISIO CCCCII.

CVM facultate manutenendi, quem de iure commiſſa mihi cauſa appellationis à mandato de manutenendo ad fauorem Eccleſiæ Sancti Saluatoris in vnda, eiuſque Rectoris relaxato per R.P.D. Cincium Locumtenentem Eminentiſſimi D. Cardinalis Vicarij in poſſeſſione trium domuncularum, quæ in locum alterius domus Emphitheoticæ eiuſdem Eccleſiæ alias ſubrogatæ fuerunt, dubitaui hodie cui ſit dandum mādatum de manutenendo, & pro Eccleſia reſponſum fuit ex communiter recepta cōcluſione, quod finita Emphiteuſi per extin-
1 ctionem generationum † ad quas fuit conceſſa competit Domino directo remedium retinendæ ratione ſuæ Ciuilis poſſeſſionis animo retentę pro recuperatione naturalis aduerſus ſucceſſores vltimi Emphiteutæ *Bart. in l.1.§. quod ait prætor num.17.ff. vti poſſid. Bero. conſ.102.num.43. & ſeqq.lib.1.Hond.conſ.21.numer.19.lib.2.Rot.deciſ.79.num.3.deciſ.117.nu.12. par.5. recent. & in alijs pluribus allegatis in Auximana prædij 15. Maij 1645. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

2 Et licet iſta concluſio procedat, † quando deuolutio eſt clara ſecus è conuerſo, vt diſtinguendo declarauit *Rot.deciſ.168.nu.8.& 9. deciſ.293.num.3. inter impreſſ. apud Moder.Peruſin. de manut.* caſus noſter præſefert claram deuolutionem, quia mors Ludouici, & Ni-
3 colai, † quibus ad eorum tertium generationem Emphyteuſis conceſſa fuit de an. 1538. præſumitur ex lapſu centum, & amplius annorum *ad tex. in l. an vſusfructus ff. vſufr. l. vt inter diuinum §.1.l.fin.C.Sacroſ.Eccleſ.Buratt.deciſ.551.num.5. & in his terminis fuit dictum in ſupracitata Auximana Prædij §.finis coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.* Finis pariter trium generationum Ludouici, nempè obitus Conſtantiæ eius filiæ, & Cæciliç ex dicta Coſtantia neptis ac Io: Antonij Hieronymi ex Cæcilia pronepotis, probatur ex fidibus Paro-
4 chi formiter extractis † è libris mortuorum quibus notum eſt adhiberi fidem *Imol. conſ. 110. in fin. Rot.deciſ.605.num.4.par.2.recent. deciſ.168.nu.11. par.7.* Cumque exaduerſo non
5 probetur † alios deſcendentes infra tertiam gene-

generationem dictorum Ludouici, & Nicolai in rerum natura extitiſſe de eorum deficientia vlterior probatio non requiritur *Aldobr. conſ.80.num.4. & ſeqq. Seraph. deciſ.1437. num.1. Reuerendiſſimus Vrgellen.deciſ.301.num.5. Rot. in Licien. Bonorum 14.Maij 1641. coram Reuerendiſſimo Patauino, & in dicta Auximana Prædij §. contra quam, & §.ſeq. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Dominium directum Eccleſiæ, ac bono-
6 rum identitas, † negari non poteſt cum ip-
ſemet Io: Petrus aduerſarius produxerit me-
moriale, in quo vtrumque continetur. &
7 productioni inſit implicita confeſſio † con-
tentorum in ſcriptura producta, vt notant
Doctores in cap. cum venerabilis vbi præcipuè
Dec. num. 90. de except. aliique cumulati per
Surd.conſ.151.num.16. Buratt. deciſ.934. num.4.
add. ad ſa.me. Greg.XV.deciſ.238.num.15. & ex
8 abbundanti dominium probatur † ex inſtru-
mẽto inueſtituræ pluribus ſolutionibus Ca-
nonum per longum tempus factis, & ſub-
rogatione domuncularum de quibus agitur
adminiculato iuxta doctrinam *Bart. commu-*
niter receptam in l. ad probationem C. locat. quam
paſſim ſecuta eſt Rot. deciſ.269. num.3. penes Car-
dinal Canaler. deciſ.602. num.1. penes Buratt.de-
ciſ.164.num.7.par.6.recent.

Non obſtat, quod Io:Petro aduerſario vti
9 proximiori vltimi Emphyteutæ † debeatur
renouatio inueſtiturę ex æquitate *Bart. in l.1*
§. permittitur ff. acq. quotid. eſti, quia æquitas
10 huiuſmodi militat,† quando Dominus vult
extraneos inueſtire, & agnatis præferre, at ſi
velit bona deuoluta pro ſe retinere,quia pri-
ma charitas incipit à ſe ipſo *cap. cũ ſatis 87.di-*
*ſtinct.l. præſes C.ſeruit.& aqu.*retorquetur ęqui-
tas ad fauorem Domini directi, cum nemo
11 de proprio † teneatur alteri beneficium fa-
cere, vt in puncto reſpondit *Rot. penes mant.*
deciſ.10.num.6. & 7. deciſ.201. num.15. & ſeqq.
par.7.recent. confirmata 19. Ianuarij 1646. coram
Reuerendiſſimo D. meo Decano, & eſt doctrina ori-
ginalis Abb. in cap. bona il 2.num.23.verſ. hoc di-
ctum limitarem de poſt. Prælat. quem ſequitur
Ruin.conſ.152.num.3. vſque ad fin. lib.1. Clar. in
§. emphyteuſis quæſt.44. in fin.Trentacinq.var.re-
ſol.lib.3.tit.1.reſol.5.num.7.Mareſc.var.reſol.lib.1
cap.3. num.11. & 12. vbi hoc ampliat quam-
12 uis res ſit†ſolita renouari,niſi in ſpecie pro-
betur conſuetudo etiam in caſu, quo Dominus velit retinere pro ſe *Hond.conſ.51.n.41. & plur.ſeqq.lib.1.*aliique relati *à moder. à Pedemontio in tract. de Iur Emplith.quæſt.64. per tot.*

Voluntas autem Eccleſiæ eiuſque Recto-
13 ris retinendi pro ſe † euidens eſt, non atten-
to quod alias Rector ſupplicauerit Sacrę Cō
gregationi Concilij pro obtinenda licentia
renouandi inueſtituram ad fauorem Io: Petri
geniti ex vltimo emphyteota, quia præces
huiuſmodi nuſquam ſortitæ fuerunt effectũ
& ante quam petita licentia, ſeù beneplaci-
tum Apoſtolicum obtineatur eſt locus pe-
nitentiæ, licet ſecus ſit poſt illud obtentum
etiam non dum ſecuta ſententia per execu-
torem ferenda, vt declarando deciſionem
Putei 343.lib.1. in Corr. diſtinguit Rot. in Nullius
Emphyteuſis de Guaſtalla 16.Nouembris 1607.co-
ram Cardinali Lancellotto Iuniori impreſſ. apud
Marcheſ. de commiſſ.tom.1.fol.103.num.1. in de-
ciſ.201.num.35. & ſeqq.par.7.recent.& in Rauen-
naten. Emphytheuſis 19. Ianuarij 1646. §.minus
prodeſt cor. Reuerendiſſimo D.m.Decano, aliaſque
deciſiones congerit, ac ſequitur *Mareſc. var.*
reſol. dicto lib.1.cap.14.nu.1.Grat.diſcep.514.n.7.
& ſeq. Eoque magis pęnitere licitum eſt in
caſu noſtro, quo tempore dictæ ſuplicatio-
nis viuebat adhuc vltimus emphytheuta.

Minus debetur renouatio vigore *Statuti*
14 *Vrbis lib.1.cap.124.*† quia cum ſtatutum nec
verbis explicitis nec vniuerſalibus aptis com
ptæhendere Eccleſias, & Eccleſiaſticas per-
ſonas vtatur, illas compræhendere noluiſſe
præſumitur, *vt in puncto fuit deciſum in Roma-*
na relocationis domus 13.Martij 1596.coram Gip-
ſio impreſſ. apud Pich. ad Stat. Vrb. deciſ. 38. per
tot.in Romana Relocationis Caſalis 16. Mar.1615
coram Cardinali Sacrato in Romana Domus 20.
Maij 1647. coram R.P.D. meo Peutingero, & in
terminis alterius Statuti Vrbis loquentis de bonis
Emphytheuticis dandis in dotem dixit Rot. in d.Ro-
mana Domus, & in alia Romana Domus 27. Maij
1647. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, &
generaliter in terminis Statutorum Vrbis ad
ſunt plurimæ deciſiones relatæ *in Romana Do*
tis 11. Februarij 1647. coram me.

Et ita deciſum vna tantum parte informã te præuijs tamen pluribus citationibus contra Io:Petrum aduerſarium executis.

FINIS.

PRIMÆ PARTIS.